BIBL. N.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
D
65(1
NAPOLI

C. 1. 6. 4

Digitized by Google



Google

BIBL. NAZ
Vit. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
D
65(1
NAPO

Google

Digitized by Google

1

Ex Biblioth. de Rosny
Cas: 62 —

Digitized by Google

D. JO. BAPTISTÆ

DE LUCA

S. R. E. CARDINALIS

THEATRUM

VERITATIS ET JUSTITIÆ,

In Tomos XVIII. *diſtributum.*

Digitized by Google

597506
R. Vile D. 65

D. JO. BAPTISTÆ

DE LUCA

S.R.E. CARDIN. INNOCENTII XI.
P. M. Auditoris & Supplicum Libellorum Secretarii,

THEATRUM

VERITATIS ET JUSTITIÆ,

SIVE

DECISIVI DISCURSUS

per Materias, ſeu Titulos diſtincti, & ad Veritatem editi in Forenſibus Controverſiis, Canonicis, & Civilibus, in quibus, dum in Vrbe Advocatus, pro una Partium ſcripſit, vel Conſultus reſpondit.

TOMUS I.

DE FEUDIS, ET BONIS JURISDICTIONALIBUS, ET BULLA BARONUM.

CUM UNICA DECISIONE FEUDALI M. C. SICILIÆ;
& Diſceptatione feudali D. LÆLII BOSCOLI J. C. & Canonici Parmenſis,
& cum APPENDICE poſt dictam diſceptationem.

ULTIMA EDITIO, CUM NOVISSIMIS ADDITAMENTIS, EX AUTHORIS Schedis depromptis; necnon Diſcurſibus, antehac in SUPPLEMENTO ſejunctim editis, ſuis loco & ordine inſertis.

Cum INDICIBUS *Argumentorum, Cauſarum ac Rerum Locupletiſſimis.*



LUGDUNI,
Sumptibus J. A. CRAMER & P. PERACHON.
M. DC. XCVII.
CUM GRATIA ET PRIVILEGIO REGIS.

SANCTISSIMO D. N.

CLEMENTI IX.

P. O. M.

J. BAPT. DE LUCA

FELICITATEM.

THEATRUM VERITATIS & JUSTITIÆ, *ut ſub tuo Nomine in lucem prodeat, publica, privatáque ratio poſtulat,* Beatiſſime Pater; *Publica námque, dum es viſibile Caput Eccleſiæ, cuius præcipuum attributum eſt, ut* Veritatis *ac* Iuſtitiæ *ſit mater & cultrix; Privata verò, quoniam utramque virtutem, non modo ſanctè conſtanterque colis & protegis; verùm, ut alii colant, & cuſtodiant, efficis; Eademque gemina, publica, & privata ratio, ad has meorum Laborum primitias tibi offerendas me compellit; Publica ſcilicet, quia in utróque tuo, ſacro, & prophano Principatu, omnia practicè didici, & præſtiti, adeóque tibi reddo tua; Et privata, ob benevolentiam, qua me clementiſſimè complecti ſemper dignatus es: Præcipuè verò tibi debetur hoc Primum Operis Volumen,* De Feudis, *&* BULLA BARONUM, *ut Commentaria Legis e[illegible] ab uno* CLEMENTE, *ſub alterius* CLEMENTIS *Nomine [illegible] Atque, ut pro tua Benevolentia Feudo, hoc tibi præſtem Hom[illegible]; Vale, ac diu [illegible]olicæ Eccleſiæ bono, ac* Veritatis *&* Juſtitiæ *præſidio vive.*

††† 3 BIBLIO-

BIBLIOPOLÆ LECTORI.

SALUTEM.

QUid hac in noſtra THEATRI VERITATIS & Juſtitiæ Eminentiſſimi ac Reverendiſſimi CARDINALIS DE LUCA Editiooe præſtiterimus, Te paucis monitum volumus, Lector Humaniſſime: Nulli pepercimus labori, ut quam abſolutiſſimam tibi eam ſiſteremus, vitatis & emendatis, quæ in aliis occurrebant nævis & vitiis, & nuperæ quidem Colonienſis, quæ (præterquàm quòd communi præcedentium laborat incommodo, Supplementorum nempe ſejunctim editorum) ignoto huc[illegible] nobis conſilio, ordinem Titulorum ſeu Librorum ab ipſo Authore obſervatum ita intervertit, ultimos primis, primoſque ultimis immiſcendo, ut confuſionem in ipſo Opere non pariat modò, verùm etiam loca, ex ipſomet in aliis laudata, repertu difficillima reddat, ut nobis, ex Tractatibus de Officiis Vacabilibus Romanæ Curiæ; De Locis Montium non vacabilium Urbis, de Statutariis Succeſſionibus, & De Penſionibus Eccleſiaſticis, qui ſub prælo noſtro nunc temporis currunt, innotuit: Concinniorem ergo in ordinem primùm Libros ſeu Titulos omnes retulimus; dein Annotationes & Supplementa, quæ quatuor ultimos in præcedentibus editionibus tomos conſtituebant, (ut ex Proœmio ipſis præfixo, quod hic edere non piguit) & rude indigeſtum Opus efficiebant, ex monitu Illuſtriſſimi Viri, Authoris noſtri Amici, qui Epiſtolæ ſuper his mentem ejus ſignificantis, & ab ipſo ad ſe datæ nobis copiam fecit, cujuſque articulum inferiùs habebis; Annotationes, inquam & Supplementa, ſuis quæque locis inſeruimus, ut in Indicibus Argumentorum per hæc verba EX SUPPLEM. quæ Diſcurſus ſuperadditos, & in ipſis Diſcurſibus per (†) quæ noviſſimas ad ipſos Notas, denotant, indicamus: adeo ut, Lector Candide, haud tibi opus ſit varia evolvere Volumina, ut quæ ſuper eadem materia ſcripſerit Eminentiſſimus ac Rever. Author reperire valeas: Demùm ne in nimiam molem hoc excreſceret Opus, Indices ad calcem cujuſque Tractatus appoſitos, utpote, vel ipſo Authore, in dicto Proœmio, judice, minus accuratos, & contentis in Additamentis vacuos, tanquam inutile pondus, rejecimus, & Generalem à viro docto compoſitum, & noſtri ipſius Authoris calculo probatum, ſingula, ad eandem materiam ſpectantia & per varios diſperſa Tomos, ſub uno eodemque Titulo quàm accuratiſſimè colligentem, tibi exhibemus. In laudes Authoris excurrere facile eſſet, ſed habet quæ ipſum laudent Opera, immo nec minorem quàm olim Poëtarum Lyricorum Princeps laudem Venuſinæ patriæ ſuæ hic noſter Jureconſultorum Coryphæus fœneratur.

Articulus Epiſtolæ ab Eminentiſſimo ac Reverendiſſ. Cardinali De Luca ad Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Dominum Iohan Michaelem Pertinum Taurinenſem Advocatum, ſuper nova editione Theatri veritatis & Iuſtitiæ.

EDa quello, che per parte del Signor Ambaſciatore di Francia dimorante in queſta Città, mi viene promeſſo, e per quell' anche, che lei mi accerta colla ſua; Non ſolo non s'è ancor meſſo mano, come m'era ſtato ſuppoſto alla riſtampa del mio Theatro: ma ne pur v'è apparenza, che ſi debba riſtampare ſi toſto, in modo tale, che puotendo ſuccedere che ne pur' io ſia più per vederlo riſtampare; Non voglio ommettere di Communicarli l'ordine, ch'io hò deſtinato di darli, acciò in ogni caſo ch'io non poſſa effettuarlo Vivendo, reſti almeno doppò di me, chi poſſa probabilmente farglielo dare, & anche ſenza mio Indrizzo aggiuſtar le coſe mie al modello da me preſcrittole. Il mio diſſegno ſarebbe che li diſcorſi poſti nè volumi de' ſupplementi; Si riponeſſero à luogo luoro, e faceſſero ſerie continuata in ogni materia già che io nel farli ſtampare hò indicato il luogo, che devano tenere aſſignandoli il numero, che li rende ſuſſequtivi. Riſpetto poi alle, additioni; che ſogliono farſi alli Authori moderni, e che da moderni purè ſono tanto deſiderate: Jo non vorrei che ſene inſeriſſero altre, che quelle, chio purè hò poſte al principio di detti ſupplementi; Non perche Jo habbia ſi buon Concetto di me, che penſi d'haver viſto tutto il viſibile nelle materie da me trattate, e che altri non poſſi haver viſta piu acuta della mia: ma perche, quanto alle materie io penſo haver ſcritto quel, che li doveva ſcrivere, e però puoterſi le additioni ſolamente addattare alle allegationi, delle quali alcuni mi reputan al quanto ſcarſo. Ma ciò à buoni Giuriſti deve importare, ed' a me importa ſi puoco, che non hò voluto patire, che da qualche amorevole, che ſi offersè d'impinguarle ſian ſtate impinguate Couſermato, ſempre più in quel ſentimento, che tenni nel mio trattato del ſtile legale, & in altre miè opere, cioè che ſiano anzi ridicole, che ſuperflue quelle copioſe citationi di Dottori da moderni ſcritori Conſarcinate à colonne, delle quali una buona parte non fà à propoſito di quello, che ſi aggitta, el' altra tocca ſolo l'articolo Controverſo di paſſagio ſenza curarſi di far particolar ſcieta di quelli, li quali ò decidendo, ò trattando, ò conſultando eſſaminarono detto articolo à fondo, nel che ben vedeſi dall' opere mie, ch'io reposi ogni mio ſtudio. E ſe queſto non oſtante, ſecondo l'opinione d'aleuni, io ſon riputato [illegible] mozzo, non lo ſon però ſtato ſecondo il ſentimento de più Conſumati Giuriſti, à quali è più che noto, che conſimili citationi non ſi puonno da chi ſi reſtinge, come io, addur, à Donzine ſarà donche effetto della ſua [illegible] gentilezza, e propenſione verſo di me è delle coſe mie il procurat' occorrendo [illegible] ſtampa che quanto ſopra [illegible], e coſi anche doppò la di lui morte incontrar le ſodisfationi di chi mentre viſſe fù ſempre

D. V. S.

Roma lo venti Genaro. 1682.

Affett^mo^. per Servirla
IL CARD. DE LUCA.

Eſtratte per Me Carl' Antonio Oddoni Publico Ducal Notaro in queſta Città, dalli loro reſpettivi originali In fede qui Manualm. Sotto ſcritto. ODDONO.

PROOE-

P R O OE M I U M

Olim Supplementis præfixum.

DEI perfecta ſunt opera, hominum autem ſemper imperfecta, etiam in iis quæ ex certis, ac invariabilibus pendent principiis: Humanæ ſiquidem imbecillitati perfectio non conceditur, quæ ſolùm cœleſti reſervata eſt vitæ; atque ille, qui perfectus eſſe credit, majori utique laborat imperfectione.

Magis verò in hac Legali forenſi, quàm in aliis Facultatibus iſta dignoſcitur imperfectio, quoniam non ab invariabilibus ſcientiæ principiis cauſarum deciſio pendet, ſed ab eorum applicatione ad individua, ideoque ſemper incerta eſt veritas, variaque eſt caſuum, licèt ſimilium, deciſio; Tum ob ingeniorum varietatem; Tum etiam ob caſuum circumſtantias, ex quarum, licèt modica varietate, magna diverſitas juris manat. Atque hinc ſequitur, ut Juriſprudentia potiùs, quàm Juris ſcientia dicatur, cùm tota vis in applicatione benè facienda conſiſtat, exindeque tot manant judiciorum, ſeu rerum judicatarum in eiſdem caſibus variationes.

Hanc itaque imperfectionem prævidendo ab ipſo initio; quo(teſte Deo)ex unico Veritatis,& Juſtitiæ zelo, aliquot forenſes labores publicæ luci tradere decrevi, hunc particularem Supplementi librum promiſi, ut eo mediante, aliqua ſequi poſſet ſuppletio illarum imperfectionum, quas interim eadem humana imbecillitas in propriis operibus agnoſcere tribuerit; Nil enim eſt in hoc Mundo facilliùs, quàm alienos, nil verò difficiliùs, quàm proprios cognoſcere errores; feſtuca enim in alieno oculo nimium de facili inſpicitur, vix autem trabes in proprio.

Omnes itaque ingenii, vel judicii imperfectiones & errores, quos multos fateor, & agnoſco (nullum tamen certè voluntatis) tam à Sapientibus, quàm ab inſipientibus adnotatos admitto, nullamque peto excuſationem, ſed potiùs gratias ago, ut ità criticando, magis inſerviatur juſtitiæ & veritati, circa quas unicus eſt meorum laborum ſcopus. Tres autem vociferatos errores non admitto, neque corrigo. Unum nempè ſuper prolixa, nimiumque exacta, & diſtincta facti ſerie, vel enarratione, quaſi quod Juriſconſulto incongruat in iis, quæ facti ſunt nimium immorari, dum pro Curiæ Romanæ ſtylo, cauſarum Patronis potiùs, quàm Advocatis id congruat. Alterum ſuper allegationum, vel auctoritatum penuria, & aliquando omnimoda carentia; majorem vim in ratiociniis, vel in diſtinctionibus proprio marte conſtituendo, cùm ita à communi juris profeſſorum ſtylo deviatum eſſe objici ſoleat. Et tertium ſuper frequentibus relationibus ad alibi dicta.

Sciens etenim, ac volens, ex virtutis motivo, in his omnibus talem adhibui ſtylum, eadem me impellente ratione, quæ omnibus æquè congruit; Ut enim alibi agendo de modo judicandi, ac ſcribendi adverto *in Relat. Cur. Rom. diſc. 32. & 46. & diſc. 35. de Iudic. & in Opuſculo Styli Legalis.* raræ ſunt hodie fori Quæſtiones, quæ in puro juris articulo conſiſtant, ut in decurſo ſæculo, ac etiam in currentis initio caſus præbebat, quando tot quæſtiones, quas nunc jam ſopitas habemus, adhuc ſub nimium incerto Judice indeciſæ pendebant; Hodie ſiquidem tota vis diſputationum, ut præmiſſum eſt, congruam ſolùm applicationem percutit, & an cum ea opinione, quæ recepta ſit pro regula, vel cum altera, quæ pro limitatione procedendum ſit; idque ex facti qualitate, & circumſtantiis pendet; Igitur, nedum commendabilis, & opportuna, ſed neceſſaria eſt exacta, beneque diſtincta facti ſeries cum omnibus ſuis circumſtantiis, dum ex eis juridicarum propoſitionum applicatio, congruavè cauſarum deciſio pendet, adeout levis etiam, ac modica diverſitas totum jus variare faciat; Exindeque manat, ut in caſibus, qui penè identifici videntur, ſub eiſdem cadentes juris articulis, diverſum proferri debere judicium, quotidiana praxis doceat. *In eiſdem mox citatis locis.*

Præcipuus namque finis eorum, qui proprios labores publicæ luci proferunt, non ille vanitatis, propriæque inanis gloriæ, vel ambitionis ad captandos honores vel dignitates eſſe debet, ſed alter charitatis erga poſteritatem, ac zeli erga veritatem & juſtitiam, ut ita Judices & Conſulentes, benè judicandi, vel conſulendi artem addiſcant; ita verò [illegible], ac principaliter conſiſtit in benè, congruève adaptando legem facto, juxta individuorum caſuum particulares circumſtantias, ut ita, cum aliorum ſimilium, vel diſſimilium caſuum exemplis, rebuſque judicatis, proprium judicium congruè

ad

ad veritatis & juſtitiæ limites interponi valeat; Ideoq; oportuna, quinimò præcisè neceſſaria cenſéda eſt exacta, beneq; diſtincta notitia facti, ut ita circumſtantiarum utriuſque caſus combinatio fiat, atque dignoſcatur, an id quod in uno caſu aliàs deciſum eſt, congruat illi, qui pendeat. Impoſſibile ſiquidem videtur, citrà æquivocorum labem, deciſiones, vel doctrinas oportunè adaptare, niſi præmiſſa caſuum, eorumque circumſtantiarum combinatio fiat, ac propterea apud poſteritatem, vel apud exteros, qui illius caſus ſeriem non calleant, manifeſtus cenſendus eſt error eorum, qui reſponſa, vel deciſiones edunt in voluminibus abſque benè diſtincta facti ſerie; Major verò eſt ille edendi reſponſa, quæ non ad veritatem, ſed ad requirentis oportunitatem conductitio more dentur; Id etenim pernicioſum, atque Reipublicæ, ac juſtitiæ & veritati nimium præjudiciale cenſendum eſt.

Eadem quoque ratio me impulit deviare à magis communi modernorum collectorio ſtylo, circà inutiles, ac ſuperfluos allegationum cumulos, ſuper iis, quæ amplius in quæſtione non ſint, ſed præſupponi poſſint, vel debeant, utpotè jam recepta, & per oppoſitores non negata; Cùm etenim ex præmiſſis, tota vis in applicatione conſiſtat, & an illud juris principium, quod generaliter, ac in abſtracto verùm, & incontroverſum ſit, congruat necnè caſui quæſtionis, idcircò in hoc inſiſtendum venit, ut alii edoceantur, non autem in ſuperfluis, vel notoriis evagandum eſt, ut in *Styli legalis* opuſculo magis ex propoſito advertitur.

Cumque hunc abuſum utpotè reprehenſibile, ac reformatione dignum ſemper damnare, ac redarguere ſim profeſſus, cum reverà omni ratione ſit deſtitutus; Hinc meritò debui illum reſpuere, nè aliàs facta eſſent contraria verbis, & monitis; Adeò ut pœniteat quidem in aliquibus partibus id egiſſe, quando non coegerit neceſſitas, ad cujus limites id agendum eſt, dum ea urgente, ſtylus remanet commendatione dignus, ſuper iis ſcilicet punctis, vel articulis, qui adhuc dubii, ac indeciſi remaneant, ideòque ad eos quæſtio reſtringatur, atque neceſſitas vel oportunitas cogat; Natura enim abhorret ſuperflua, quibus excrementorum nomen tribuit; Ideòque in hujuſmodi ſuperfluitatibus immorari idem eſt, ac reſponſa vel diſcurſus excrementis replere.

Demùm verò quoad tertium, id ſtudiosè factum eſt evitandi gratia majorem errorem in modernis Collectoribus frequentem, ut eædem concluſiones ex integro centies per eadem verba, & cum iiſdem allegationibus tranſcriptorio ſtylo repetantur, adeò ut ex multis voluminibus unum reſecatis ſuperfluis repetitionibus confici poſſet, quo nil ineptiùs; Atque ſi aliàs allegando auctoritates, cogendus eſſet lector incredulus illos invenire, ac aperire libros non videtur cur id, quod faciliùs eſt in eodem opere, fieri non valeat.

Alii verò errores humanæ condonandi ſunt imbecillitati, cùm non poſſit unus facere omnia; Ipſe etenim Deus fecit nos, & non ipſi nos; Ipſeque in Evangelica parabola non uniformem, ſed difformem talentorum diſtributionem ſervis fecit, dum uni commiſit quinque, alteri duo, alteri verò unum: Æquè tamen laudatur ille ſervus, qui operatus eſt minora, ac qui majora; Sufficit namque illam benè gerere perſonam in ſcena quam ejuſdem ſcenæ Magiſter diſtribuerit. Curavi itaque operari illud unum exiguum talentum, quod Domino mihi diſtribuere placuit. Illi verò, qui duo vel quinque, aliáve majora ſibi diſtributa eſſe credant, ea juxtà dominicum præceptum ad proportionem operentur, atque ita alienos defectus ſupplendo, majora faciant, ac meliora.

Duas verò partes continet hæc Suppletio: Primò nempè, juxta eundem librorum, ſeu materiarum ordinem jam obſervatum in Theatro, adnotando in ſingulis quibuſque diſcurſibus jam editis id, quod in illis cauſis ſuppletione vel animadverſione dignum reperiretur. Et ſecundò agendo de novis caſibus, de quibus interim diſputare occaſio dedit, ita continuando ejuſdem materiæ diſcurſus, eorumque ordinem, adeò ut ille diſcurſus, qui in ſingulis materiis in hoc Supplemento ſit primus, ſequatur cum ordine numerico ultimum jam editum.

Opinabar, quod unum Volumen pro iſta decimo ſexto Supplementi Libro jam promiſſo ſufficeret, caſus autem aliàs præbuit, ac propterea in quatuor partes, vel quatuor volumina dividitur; In quorum primo continentur quatuor materiæ, vel tituli de Feudis, de Regalibus, de Juriſdictione & foro competenti, & de Præeminentiis, contentæ in 1. 2. & 3. libro. In ſecundo de Servitutibus, Emphiteuſi, Locato & conducto, Uſuris, Cambiis, Cenſibus, Societat. officiorum, de Dote, Donationibus, Emptione & Venditione, Alienat. & Contract. probib. Tutoribus & Curatoribus, & Credito & Debito, contentæ in 4. 5. 6. 7. & 8.

In tertio de Teſtamentis, Hærede & hæreditate, Legitima, & aliis detractionibus, Fideicommiſſis. Legatis, Succeſſionibus ab inteſtato & Renunciationibus, de quibus agitur in 9. 10. & 11. Et in quarto de Beneficiis Eccleſiaſticis, Canonicis, Dignitatibus & Capitulo, Parochis & Parochiis, Jurepatronatus, Penſionibus Eccleſiaſticis, Regularibus, Matrimonio, Decimis, Miſcellan. Eccleſiaſt. Annot. ad Concil. Tridentin. Judiciis, & Relatio Curiæ, de quibus in 12. 13. 14. & 15. ita omnes materias in quindecim jam editis Voluminibus contentas complectendo.

Singulis libris vel reſpectivè titulis, ac materiis jam editis, pro majori à modernis adeò deſiderata & commendata, apud me tamen parum notabili commoditate, appoſitarum Indices, vel Repertoria à pleriſque ſtudioſis Juvenibus fieri curavi, quorum aliqua meliora, alia deteriora ſunt, juxta Compoſitorum varia talenta; Quia tamen Profeſſorum Univerſitas undique Indicem generalem totius Operis enixè petiit; Idcircò illum quoque à meo ſtudioſo Alumno, & ſtudiorum adjutore componi curavi, atque huic Supplemento adjici, nulla tamen mea operâ in hoc adhibita.

INDEX TIT.

Digitized by Google

INDEX TITULORUM

Seu ORDO Materiarum Quæ in toto Theatro Veritatis & Iuſtitiæ CARD. DE LUCA continentur, Tomis XVIII. diſtributarum.

TOM. I.

De Feudis & Bonis Juriſdictionalibus, & Bullâ Baronum, Cum unica Deciſione feudali M.C.Siciliç,&Diſceptatione feudali D. Lælii Boſcoli J C.& Canonici Parmenſis & cum appendice poſt dictam diſceptationem.

TOM. II.

De Regalibus *Hoc eſt* Officiis venalibus, locis Montium, aliiſque juribus cum Principe ſeu Republica, Vectigalibus, & gabellis, ſalinis, & mineralibus, monetis, viis publicis, fiſco, & aliis, de quibus in cap. unico quæ ſint Regalia.

TOM. III.

Tract. I. De Juriſdictione & Foro Competenti.

II. De Præeminentiis & Præcedentiis, *Sub quibus* de Jure Cathedratico Metropolitico Nobilitate,Civilit.& aliis juribus honorificis.

TOM. IV.

Tract. I. De Servitutibus prædialibus, uſufructu, & utroque Retractu.

II. De Emphytheuſi.

III. De Locat. & Conductione.

TOM. V.

Tract. I. De Uſuris & Intereſſe.

II. De Cambiis.

III. De Cenſibus.

IV. De Societatibus Officiorum.

TOM. VI.

De Dote, Lucris Dotalibus, & aliis Dotis appenditiis.

TOM. VII.

Tract. I. De Donationibus.

II. De Emptione & Venditione.

III. De Alienationibus, Contractibus Prohibitis obligationibus & pactis in genere.

IV. De Tutoribus, Procuratoribus ad negotia, adminiſtratoribus & aliena negotia gerentibus.

TOM. VIII.

De Credito & Debito, Creditore, & Debitore.

TOM. IX.

Tract. I. De Teſtamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus.

II. De hærede & hæreditate.

III. De Legitima, Trebellian. & aliis Detractionibus.

TOM. X.

De Fideicommiſſis, Primo genituris & Majoratibus.

TOM. XI.

Tract. I. De Legatis,

II. De Succeſſionibus ab inteſtato.

III. De Renunciationibus.

TOM. XII.

Tract. I. De Beneficiis Eccleſiaſticis in genere.

II. De Canonicis & Dignitatibus Capitulo,Electione, & actibus capitularibus.

III. De Parocho & Parochiis.

TOM. XIII.

Tract. I. De jure Patronatus,

II. De Penſionibus, Eccleſiaſticis.

TOM. XIV.

Tract. I. De Regularibus utriuſque Sexus.

II. De Matrimonio,Sponſalibus & Divortio.

III. De Decimis, Oblationibus & Eleemoſynis.

IV. Miſcellaneum Eccleſiaſt. de Immunitate Eccleſiaſtica, locali, reali,& perſonali, & de Epiſcopis, Prælatis, & Clericis; ac etiam de Cenſuris,Miſſis, Proceſſionibus, & aliis materiis Eccleſiaſticis.

V. Annot. Practicæ ad S. Concil. Trident. in rebus concernentibus Reformationem & Forenſia.

TOM. XV.

Tract. I. De Judiciis & Judicialibus, *Hoc eſt*, De Sententia & re Judicata,Executione, Attentatis,Judice, Notario, Advocatis, Procuratoribus, Expenſis, & aliis ad materiam Judiciorum.

II. Relatio Curiæ Romanæ Forenſis ejuſq; Tribunalium & congregationum.

TOM. XVI.

Conflictus Legis & Rationis, ſive obſervationes in iis Legalibus propoſitionibus, quæ Rationi repugnare, vel illa carere, videntur additur in fine votum ſeu Diſcurſus an & quando Minor Ætas excuſet in delicto.

TOM. XVII. & XVIII.

Index Generalis Rerum Notabilium, quæ continentur in Theatro Veritatis & Juſtitiæ ejuſque ſupplementis & additamentis.

INDEX TITULORUM,

Seu Materiarum, vel Rubricarum totius THEATRI, *juxta ordinem Alphabeticum.*

A

De ACtore, & Reo, de Judiciis Tom. 15. p.1. d.2.
Adminiſtratoribus *Vid.* Tutoribus.
Adhærente ad cauſam de Judic. tom. 15. p.1. diſc.17.
Advocatis, & Procuratoribus tom.15.par.2. in Relatione Curiæ diſc. 46.
Alienationibus, & Contractibus tom. 7. p.3.
Alimentis, & ſumptibus litis de Judiciis tom.15.p.1. d.14.
Angariis, & Perangariis tom.2. de Regal. d. 146.
Annona tom. 2. de Regal.d.44.& 45. & 125.
Annonæ, & Graſciç Præfectis tom.15.p.2.in Rel.Cur.d.40
Appaltibus tom.2. de Regal.& tom.4.p.4.de Locatione.
Appellationibus tom.15. par.1. de Judiciis, d.37.
Aquis tom.4.de Servitut.p.1.d. 25. ad 34.
Arbitris tom.15.par.1. de Judic.d.11.
Arcis Adrianæ, vel S.Angeli cuſtode tom.15.p.2. in Relatione Curiæ, d. 43.
Archipresbyteris Baſilicarum tom.15. par.2. d.41.
Articulis tom.15. par.1. de Judic. diſc.18.
Aſſecuratione judicii ead. p.1. de Judic. d. 13.
Aſſecurationibus tom.8. de Credito d.106. ad 111.
Aſſeſſore tom. 15. par. 1. de Judic. d. 4.
Attentatis tom.15. par.1. de Judic. d.18.
Auditore Cameræ tom.15. par.2. in relatione Curiæ d.34.
Auditore Papæ tom.15.par.2. in Relat.Curiæ, d.8.
Auditoribus Rotæ *Vid.* Rota.

B

De BEneficiis Eccleſiaſticis Tom.12.par.1.
Bonis juriſdictionalibus, tom. 1.de feud.
Bonis vacantibus tom. 2. de Regal. d. 149.
Bulla Baronum de feud. tom. 1. ex d. 73.

C

De CAmbiis Tom. 5. de Uſuris par. 2.
Camerario tom.15. par.2.relat.Curiæ d.12.
Cancellariæ Officialibus tom.15.par.2.Relat. Cur.d.10.
Canonicis, Capitulo, & Dignitatibus tom. 12. par.2.& aliqua tom.14. par.4. in Miſcellaneo.
Canonizatione Sanctorum *vid.* Præcedentiis.
Capitolii Officialibus tom.15.par.2.Relat.Curiæ d.37.
Cardinali Superintendente generali vulgò Nepote tom. 15.p.2. Relat. Curiæ d.6.
Cardinalium Collegio, eorumque juriſdictione tom. 3. de Juriſdict. d.34.& poſt diſc.final. & tom.15.par.2. in Relatione Curiæ, d.5. & 41.
Cathedralitate Eccl.tom.3.par.2. de præem.d.2.& ſeqq.
Cenſibus tom.5. par 3.
Cenſuris tom.14.par.4.Miſcellan.Eccleſiaſt.à d.13. ad 21. & par.5. in Annot.ad Concil.diſc.43.
Citationibus tom.15. de Judic. par.1. d.9.
Civilitate tom.3.par.2. de Præem. d.36. ad 39.
Clericis, eorumque exemptionibus tom.14. par.4. Miſcellaneo Eccl.d.2.ad 8.tom.2.de Reg.d.50. cum ſeqq.
Codicillis tom.9. par.1. de Teſtam.
Commiſſario Armorum tom.15.p.2.in Relat.Curiæ d.45.
Commiſſario Cameræ tom.15. par.2. ibidem diſc. 46.
Commiſſionibus tom.15. de Judic. par.1. d.18.
Compulſoria, & extractione inſtrumentorum dicto tom.15. par. 1. diſc.28.
Concilii Tridentini Annotationibus tom.14.par.5.
Concionatoribus tom.14.p.4.Miſcell.Eccleſiaſt.d.27.
Conſiſtorio tom.15.par.2. in Relatione Curiæ,d.5.
Conclavi eadem par.2. diſc.4.
Condemnatione fructuum, & expenſarum tom.15. de Judic. par.1. diſc.39.
Confeſſione eadem par.1. de Judic.diſc.23.
Confiſcatione tom. 2. de Regal. diſc.160.
SS. Congregationibus tom.15. de Judic.p.2. Relat. Curiæ à diſc.14. ad 29.
Conſervatoribus Privilegiorum tom. 3. de Juriſdict. diſc.49. par.1.de Regular.d.1.n.33. & diſc.51.& 52.
De Contractibus tom. 7. par. 3.
Contradictis tom. 15. de Judic.par.1. diſc.10.
Controverſiis inter Ordinarios, & alios prælatos inferiores, vel ſuperiores latè t.14.p.4. Miſcell. Eccl.d.1.
Contumacia, & Cōtumacibus to.15.de Jud.p.1.d.10.&20
Credito, & debito tom.8.
Cumulatione actionum tom.15.p.1.de Judic. d.15.& 44.
Curiæ Romanæ Relatione eodem tom.15.par.2.

D

De DAmno infecto tom.4.de ſervit.p.1.d.45.& ſeq.
Datario, aliiſque officialibus Datariæ tom. 15. par. 2. in Relatione Curiæ diſc. 9.
Decimis, Oblationibus, & Eleemoſynis t.14.de Reg. p.3.
Detractionibus tom.9.par.3.diſc.25. & ſeqq.
Divertorio Eccleſiaſtico tom.14. par.4.
Divortio *vid.* Matrimonio.
Donationibus tom. 7. par. 1.
Dote, & lucris dotalibus tom. 6.
Duce Triremium tom.15. par.2.in Relat.Curiæ.d.45.

E

De ECcleſiarum diviſione, earumque diverſis ſpeciebus tom.3.par.2.de præem. d.14.p.4.Miſc.d.1.ex. n.26.
Eccleſiarum erectione vel diviſione t.3.p.2.de præe.d.6.
Electione canonica to.12. p.2.de Canonicis d.26.& ſeq. & tom.14.p.1.de Reg.& p.5.in Ann.ad Concil.d.37.
Electione Summi Pontificis tom.15. p.2.in Rel.Cur.d.4.
Eleemoſynis *vid.* Decimis.
Emphyteuſi tom. 4. de ſervit.p.2.
Emptione, & Vendit. tom.7.p.2.
Epiſcopis & Ordinariis tom.3.de juriſdict.tom.14.par.4. Miſcell.Eccleſiaſt.& par.5. in Annot. ad Concil.
Excavationibus, & fodinis tom.2. de Regal.d.147.
Exceptionibus tom.15.de Judic.p.1.d.20.& 42.
Exemptione clericorum *vid.* Clericis.
Executione tom.15. par.1. de Judic.d.40.
Exhibitione jurium, & ſcripturarum tom.15. p.1. de judic. diſc. 28.
Expenſis eadem par. 1. diſc. 39.
Extractionibus, ſeu tractis tom.2. de Regal.diſc.133.

F

De FAbrica S. Petri, ejuſq; facultatibus Tom. 15. par. 2 Relat. Curiæ diſc. 10.
Feudis, Bulla Baronum, & bonis juriſdictionalibus to.1.
Fideicommiſſis, Primogenituris, & Majoratibus tom.10.
Fidejuſſoribus tom.8. de Credito à d.91. ad 105.
Fiſco & rebus fiſcalibus tom.2. de Regal. à diſc.119. ad 125. & d. 160.
Fodinis *vid.* Excavationibus.
Foro cōpetenti t.3.p.1.de Juriſd.& t.15.p.1.de Judic. d.3.
Foro militari, ſive de juriſdictione Generalis Ducis S. R. E. tom.15. par.2. in Relatione Curiæ, d.43.

G

De GAbellis, & Vectigalibus tom.2. de Regal à d. 44 ad 104. & diſc. 151. ad 158.
Generali S. R. E. *vid.* Foro militari.
Generalibus Religionum tom.14. par. 1. de Regular. & tom.15. par.2. in Relatione Curiæ diſc. 42.
Gubernatore Urbis tom.15. par. 2. Relat. Curiæ diſc. 36.

H

De HAbitatione tom.4.p.1.de Servit.d.65.& ſeqq.
Hærede, & hæreditate tom. 9. par.2.
[illegible] legali tom. 4. par.1. de Servit. diſc. 1.

I

De IMmunitate Eccleſiaſtica Tom. 14. par.4. Miſcell. Eccleſiaſt. diſc. 2. ad 8.
Intereſſe tom 5. de Uſuris.
Inſtrumentis tom.15.par.1.de Judic. diſc 26.& ſeqq.
Interrogatoriis actionibus eadem p.1.diſc.23.

De Judice eadem par. 1. diſc. 3. & 35. & par. 2. Regal. Curiæ diſc. 32. num. 89.
Judiciis eadem par. 1.
Juramento eadem par. 1. de Judic. diſc. 25.
Jure Cathedratico, & Metropolytico tom. 3. par. 2. de præeminen. diſc. 1. cum ſeqq.
Jure paſcendi tom. 4. par. 1. de Servit. à diſc. 35. ad 44.
Jurepatronatus tom. 13. par. 1.
Jure prohibendi tom. 1. de Regal. 3. à diſc. 148. ad 145. tom. 14. par. 4. Miſcell. Eccleſ. diſc. 41.
Juriſdictione, & foro competenti tom. 3. p. 1. & tom. 15. par. 1. de Judiciis diſc. 3.
Juriſdictione Cardinalium in eorum titulis tom. 3. par. 1 de juriſdict. d. 34. & poſt diſc. fin. & *vid.* Cardinalium.

L

De LEgatis tom. 11. par. 1.
Legibus, ſeù juribus per Judicem attendendis tom. 15. par. 1. de Judic. diſc. 35.
vid. Hiſtoria.
Legitima, Trebellianica, & aliis Detractionibus tom. 9. de Teſtam. par. 3.
Legitimatione perſonarum tom. 15. par. 1. de Judic. diſc. 12.
Libello eadem par. 1. diſc. 8.
Libris publicis & privatis eadem par. 1. diſc. 30.
Liquidatione eadem par. 1. diſc. 33.
Lite; ejuſque introductione eadem par. 1. diſc. 7.
Litigioſi vitio eadem par. 1. de Judic. diſc. 40.
Literis Apoſtolicis tom. 12. par. 1. de Benef. & tom. 15. par. 1. de Judic. diſc. 43.
Locatione, & conductione tom. 4. de Servit. par. 3.
Locis montium tom. 2. de Regal. à d. 23. ad 43.
Lucro dotali tom 6. de Dote diſc. 128. & ſeqq.
Ludo nuncupato *Hombre* tom. 7. par. 3. de Alien. & Contract. diſc. 49.

M

De MAgiſtro S. Palatii tom. 15. p. 2. Relat. Curiæ d. 8.
Majoratibus, & primogenituris tom. 10. de fideic.
Manutentione tom. 15. par. 1. de Judic. d. 44.
Matrimonio, ſponſalibus, & Divortio tom. 14. par. 2.
Melioramentis tom. 9. p. 3. de Legitima &c. diſc. 35.
Menſuris tom. 2. de Regal. diſc. 130.
Mercatis *verbo* Nundinis.
Mineralibus eodem tom. 2. diſc. 117, & 118.
Modo ſcribendi, & orandi t. 15. p. 2. Rel. Cur. d. 46. ex n. 23.
Moneris tom. 2. de Regal. diſc. 126. & ſeqq. tom. 8. de Credit. d. 140. tom. 13. par. 2. de Penſion. d. 34. & ſeqq.
Monialibus to. 14. p. 1. de Regul. ſignanter d. 1. à n. 126. ad 157.

N

De NObilitate tom. 3. p. 2. de præemin. à diſc. 32. ad 35.
Notario tom. 15. par. 1. de Judic. diſc. 5. & par. 2. Relat. Cur. diſc. 47.
Nundinis & mercatis tom. 2. de Regal. d. 131. & 132.

O

De OBlationibus *vid.* Decimis.
Obligatione Cam. tom. 15. par. 1. de jud. d. 42.
Obligationibus tom. 7. par. 3. de Alien. & Contract.
Officialibus Papæ tom. 15. p. 2. Relat. Cur. d. 3. 6. cum ſeq.
Officiis, & officialibus t. 2. de Regal. à d. 1. ad 22. & d. 150.
Orandi modo *vid.* Modo.
Oratoribus Regum, & Principum eadem par. 2. d. 45.
Ordinariis *Vid.* Epiſcopis.

P

De PActis tom. 7. par. 3. de Alien. & Contrac.
Papa tom. 15. par. 2. Relat. Cur. diſc. 2. cum ſeqq.
Parocho, & Parochiis tom. 12. de Benef. par. 3.
Paſcuis *Vid.* Jure paſcendi.
Penſionibus tom. 13. par. 2.
Peritis tom. 15. par. 1. de Judic. diſc. 33.
Piſcheris tom. 2. de Regal. diſc. 134.
Plateis eodem tom. 2. diſc. 135.
Pœnitentiario, & Pœnitentiaria tom. 15. par. 2. Relat. Curiæ diſc. 12.
Ponderibus, & menſuris eodem tom. 2. diſc. 130.
Portubus, & Emporiis eodem tom. 2. diſc. 129.
Poſitionibus tom. 15. par. 1. de Jud. d. 23.
Præcedentiis tom. 3. par. 2. de Præem. in Canonizatione Sanctorum inter eoſdem to. 14. par. 4. Miſcell. Eccleſiaſt. diſc. 40.
Præeminentiis tom. 3. par. 2.
Præfectis Annonæ, & Graſciæ tom. 15. par. 2. Rel. Cur. d. 40.
Præſcriptione tom. 15. par. 1. de Judic. diſc. 21.
Præſidibus Dohanarum, Riparum, & Zecchæ tom. 15. par. 2. Relat. Cur. diſc. 40.
Primogenituris, & Majoratibus tom. 10. de fideic.
Principis poteſtate tollendi jus tertii tom. 2. de Regal. diſc. 148.
Probationibus tom. 15. par. 1. de Judic. d. 22. cum ſeqq.
Proceſſionibus tom. 14. par. 4. Miſcell. Eccl.
Procuratoribus tom. 15. par. 1. de Judic. diſc. 6. & par. 2. Relat. Curiæ diſc. 46.
Productionibus, & Repetitionibus eadem par. 1. de Judic. diſc. 28.
Protectoribus Religionum, & piorum locorum Urbis tom. 15. par. 2. Relat. Curiæ diſc. 42.

R

De REcurſibus tom. 14. par. 4. Miſcell. Eccleſ. diſc. 17. tom. 15. par. 1. de Jud. diſc. 19.
Regalibus tom. 2.
Regularibus, & Monialibus tom. 14. par. 1.
Relatione Curiæ tom. 15. par. 2.
Remiſſoria dicto tom. 15. par. 1. de Judic. diſc. 31.
Renunciationibus tom. 11. par. 3.
Reſtitutione in integrum tom. 15. par. 1. de Judic. d. 38.
Retractu tom. 4. par. 1. de Servit. à diſc. 68. ad 88.
Rota ejuſque Auditoribus tom. 15. par. 2. Relat. Cur. diſc. 32.

S

De SAle, & ſalinis Tom. 2. de Regal. à diſc. 105. ad 116. & diſc. 159.
Salvo conducto dicto tom. 2. diſc. 129.
Scribendi modo *vid.* Modo.
Scriptura privata tom. 15. par. de Judiciis 1. diſc. 29.
Secretario Status, & Brevium &c. dict. tom. 15. par. 2. Relat. Curiæ diſc. 7.
Senatore Urbis tom. 15. par. 2. Relat. Curiæ diſc. 37.
Sententia dicto tom. 15. par. 1. de Jud. d. 36.
Servitutibus tom. 4. par. 1.
Signatura Gratiæ, & Juſtitiæ tom. 15. par. 2. Relat. Curiæ diſc. 30. & 31.
Societatibus tom. 8. de Credito diſc. 87. ad 89. Officiorum tom. 5. de Uſur. par. 4.
Sponſalibus *vid.* Matrimonio.
Sponſionibus tom. 7. par. 3. de alien. diſc. 47, & 48.
Statutis tom. 11. par. 2. de ſucceſſ. ab inteſtato ſignanter diſc. 41.
Subſtitutionibus tom. 10. de fideic.
Succeſſionibus ab inteſtato tom. 11. par. 2.

T

De TErtio veniente ad cauſam Tom. 15. par. 1. de Jud. diſc. 17.
Teſtamentis, & Codicillis tom. 9. par. 1.
Teſtibus tom. 15. par. 1. de Judic. diſc. 32.
Theſaurario generali tom. 15. par. 2. Relat. Curiæ diſc. 35.
Tractis *vid.* Extractionibus.
Tranſactionibus tom. 7. par. 3. de Alien. diſc. 50.
Trebellianica *vid.* Legitima.
Tribunalibus Urbis to. 15. par. 2. Relat. Curiæ d. 30. ad 44.
Tutoribus, Adminiſtratoribus, & Procuratoribus tom. 7. par. 4. *vid.* Procuratoribus.

De VEctigalibus *vid.* Gabellis.
Venatione tom. 14. par. 4. Miſcell. Eccl. d. 41.
Venditione *vid.* Emptione.
Vicario Urbis tom. 15. par. 2. Relat. Curiæ d. 14.
Vicecancellario tom. 15. par. 2. Relat. Curiæ d. 10.
Viis publicis, & privatis tom. 2. de Regal. d. 135. ad 142.
Uſufructu tom. 4 par. 1. de Servitut. à diſc. 47. ad 64.
Uſuris & Intereſſe tom. 5. par. 1.

PRIVI-

Digitized by Google

SUMMA PRIVILEGIORUM
Regis Chriſtianiſsimi.

LVDOVICUS XIV. Dei Gratia Galliarum & Navarræ Rex Chriſtianiſſimus, duobus ſpecialibus Privilegiis ſanxit, ne quis per Vniverſos Regnorum ſuorum fines, intra Viginti annorum ſpatium à die finitæ impreſſionis Computandorum, imprimat, ſeu typis excudendum Curet, & venalem habeat Librum qui inſcribitur, JOHANNIS BAPTISTÆ CARDINALIS DE LUCA *Theatrum Veritatis & Iuſtitiæ, complectens Tractatus de Feudis, bonis Iurisdictionalibus, Bulla Baronum, & de Regalibus, de Dote, Lucris Dotalibus &c. De Donationibus, de Emptione & Venditione, de Alienationibus, De Tutoribus &c. De Credito & Debito, de Beneficiis Eccleſiaſticis in genere, de Canonicis & dignitatibus Capitulo, Electione, Parocho & Parochiis, de Iurepatronatus, de Penſionibus, de Regularibus & Monialibus, de Matrimonio, Sponſalibus & Divortio, De Decimis, Oblationibus &c. Eleemoſynis Miſcellaneum Eccleſiaſticum, de Immunitate Eccleſiaſtica locali, reali, perſonali, de Epiſcopis, Prælatis & Clericis, nec non de Cenſuris, Miſſis, Proceſſionibus &c. Annotationes Practicæ ad Tridentinum Concilium, de Iudiciis, de Iudicialibus, hoc eſt de ſententia, & re iudicata, Executione attentatis, Iudice, Notario, Advocatis, Procuratoribus Expenſis & aliis, Relatio Romanæ Curiæ forenſis Eiuſque Tribunalium & Congregationum, de Iurisdictione & Foro Competenti, de Præeminentiis & præcedentiis, ſub quibus de Iure Cathedratico Metropolitico, nobilitate, & aliis Iuribus, de ſervitutibus, uſufructu, utroque retractu, Emphitheuſi, Locatione & Conductione, de Vſuris, & Intereſſe, de Cambiis, Cenſibus & ſocietatibus officiorum, de Teſtamentis, Codicillis & ultimis voluntatibus, de Hærede & Hæreditate, de Legitima Trebellianica, & aliis, detractionibus, De Fideicommiſſis, Primogenituris & Maioratibus, de Legatis, de Succeſſionibus ab Inteſtato, de Renuntiationibus, Conflictum Legis & rationis,* præter Claudium Carteron Bibliopolam & Typographum Lugdunenſem, aut illos quibus ipſemet Conceſſerit. Prohibuit inſuper, eadem authoritate Regia, omnibus ſuis ſubditis, idem Theatrum Extra Regni ſui limites imprimendum Curare, vel quempiam ubicunque fuerit ad id agendum impellere, ac inſtigare ſine Conſenſu Claudii Carteron, idque omne ſub Confiſcatione Librorum, aliiſque pœnis contra delinquentes expreſſis, ut latius patet in litteris datis Lutetiæ Pariſiorum, diebus 12. & 15. Julii 1696.

De Mandato Regis

Signatum,

BOUCHER,

Relatum in Librum Communitatis Bibliopolarum & Typographorum Pariſienſium, 28. Julii & 8. Auguſti 1696.

P. AUBOIN, Syndicus

Et idem CLAUDIUS CARTERON dicta ſua privilegia, JOH. ANT. CRAMER, & PH. PERACHON Bibliopolis conceſſit.

Per acta hæc nova impreſſio die 13. Julii 1697.

INDEX ARG.

INDEX ARGUMENTORUM IN DISCURSUS

DE FEUDIS, BONIS JURISDICTIONALIBUS ET BULLA BARONUM.

DISC. I.

Senogalien. Caſtrorum.

DE facultate ſubinfeudandi competente de jure, vel ex lege Inveſtituræ. Et quando devoluto feudo devolvatur ſubfeudum. Quando ſubinfeudatio dicatur facta in fraudem, & quæ requirantur ad ſubinfeudationis validitatem. Et aliqua de Bulla Pii V. de non ſubinfeudando.

DISC. II.

Comaclen. Vallium.

Bona ſit intra fines feudi, an præſumantur feudalia, vel allodialia, ad effectum videndi, cuinam incombat onus in caſu devolutionis, unam, vel alteram qualitatem probandi. An Domino, vel hæredi feudatarii; Qua occaſione agitur de eadem materia reſpectu controverſiarum inter Feudatarium, & Vaſallos.

Piſcheriæ, ſeu Piſcheriarum emolumenta, An & quando ſint de Regalibus. Quando aquæ dicantur maris, & publicæ, vel potius ſtagnantes, & privatæ.

DISC. III.

Piſauren. Molendinorum.

Bona per Civitatem infeudatam poſſeſſa, & per eam tradita Feudatario, An cenſeantur data tanquam Principi, & Feudatario, vel tanquam privatæ perſonæ, Et an devoluto feudo illa remaneant hæredum recipientis, vel cedeant ad Civitatem dantem, vel potiùs tanquam feudo incorporata cum ipſo feudo ad Dominum devolvantur.

Præſcriptio, an proſit Feudatario contra Dominum directum.

Et aliqua remiſſivè de articulo, An quod poſſidetur à Feudatario intra fines feudi dicatur feudale, vel allodiale, & præſertim molendina, & bona, quibus aliqua juriſdictio annexa eſt, Et quando dicantur bona habere annexam Juriſdictionem.

DISC. IV.

Firmana Feudorum.

De Conſtitutione Pii IV. revocatoria infeudationum, ac de Conſtitutione Gregorii IX. prohibente infeudationes ſine aſſenſu Cardinalium, quomodo procedant. Infeudatio quando dicatur gratuita, & ex gratia, & quandò ex cauſa oneroſa, & correſpectiva.

De Bulla Pii V. de non infeudandis, An capiat conceſſiones præcedentes, effectum ſortituras poſtquam dicta Bulla emanavit.

Prorogatio antiquæ inveſtituræ, An ſit nova conceſſio, & diverſa, & an faciat feudum novum.

Conceſſio facta habenti feudum, vel officium ad certum tempus, an duret pro tempore prorogato.

DISC. V.

Urbevetana Feudi.

Feudum, quod prætenditur ex aliqua cauſa devolutum, ſi eidem conceдatur, an dicatur novum, vel antiquum, Et an nova conceſſio dicatur potius remiſſio pœnæ, & caducitatis, quam verè conceſſio nova.

An ob canones non ſolutos feudum devolvatur ipſo jure, vel requiratur ſententia declaratoria.

De Conceſſionibus, & actibus factis per Bonifacium IX. & alios Pontifices durante Schiſmate, an ſint revocati per Concilium Conſtantienſe.

DISC. VI.

Eugubina, ſeu Civitatis Caſtelli Caſtri.

Caſtrum an præſumatur feudale, vel allodiale, Et cui incumbat unam, vel alteram qualitatem probare, an ſcilicet Domino agenti ad devolutionem, eſſe feudale, vel hæredi Feudatarii defuncti eſſe allodiale, Et quatenus aliquæ feudalitatis probationes, vel indicia concurrant, an exinde reſultet excluſio fœminarum. Et aliqua de ſubfeudo regulando à natura feudi, Et an omnia caſtra poſſeſſa, vel conceſſa per Duces Urbini dicantur ſpectare ad illum Statum, ſeu Ducatum.

DISC. VII.

Mantuana Feudi, ſeu bonorum.

Subfeudi devolutio per lineam finitam, vel alium caſum, an fiat ad ſubinfeudantem, & Dominum immediatum, vel ad infeudantem, & Dominum directum mediatum.

Et quando ſubfeudum tranſeat in feudum directum, & in capite.

DISC. VIII.

Mutinen. Feudorum.

De ſucceſſione ad defectam portionem feudi, quod per plures lineas poſſidebatur, An æqualiter debeatur per jus accreſcendi, vel non decreſcendi omnibus lineis ſuperſtitibus, non curata graduum inæqualitate, vel potius in ea ſuccedatur juxta ordinem proximitatis, & quomodo iſta regulanda ſit, an à perſona ultimi morientis, vel ab illa primi acquirentis. Et de natura, qualitate, & diſtinctione feudorum juris Francorum, vel Longobardorum, & quæ ſint dividua, vel individua.

Digitized by Google

DISC. IX.

Murmen. feudi.

An & quomodo feudum dividuum, quod dici ſolet juris Longobardorum, poſſit per Feudatarium de Principis conſenſu erigi in primogenituram, ac edici feudum individuum in præjudicium agnatorum.

Erecta ſuper feudo dividuo, dignitate Ducis, Comitis, vel Marchionis de ſui natura individua, num alteret naturam feudi, ac illud faciat individuum, vel ſolùm ipſa dignitas prærogativam habeat primogenituræ, feudo remanente in ſua natura antiqua.

Feudum novum permutatum cum feudo antiquo, ſeu in illius locum ſubrogatum, an dicatur novum, vel antiquum, & quid ſi hujus novi valor longè excedat illum antiqui, an in hac parte excedente dicatur feudum novum.

DISC. X.

Mant tuna feudi.

De eadem materia diſcurſus præcedentis, ſcilicet, An feudum ex pacto, & providentia antiquum poſſit erigi in primogenituram, & an ab ea ſemel erecta poſſit recedi.

Et de qualitate feudorum Epiſcopatus.

DISC. XI.

In eadem.

In ſucceſſione feudorum, quæ pro maſculis, & fœminis conceſſa ſunt, an maſculus remotior excludat fœminam proximiorem.

Feudum, quando dicatur rectum, & proprium, & quando improprium; Et an qualitas alterativa corrumpat in totum ſubſtantiam feudi, illudque omnino improprietet, vel potius inducat impropriationem in ipſa parte, ſeu qualitate alterata, firma in reliquis remanente ejus natura.

Et an Statuta Laicorum attendenda ſint ad regulandam inter laicos ſucceſſionem ſuper feudis, & bonis eccleſiaſticis, quæ originariè proveniunt à Principe laico.

DISC. XII.

Parmen. Feudi.

An primus acquirens feudum emptitium titulo oneroſo, & cum clauſula feudi antiqui, de illo diſponere poſſit ſine aſſenſu ad favorem unius ex filiis, illum gratificando, alios verò eorumque deſcendentes excludendo, ſeu poſtponendo cum erectione primogenituræ, ſeu fideicommiſſi particularis, vel cum alia diſpoſitione; Et quatenus id facere non poſſit in ipſo corpore feudi, an eamdem diſpoſitionem gratificativam facere valeat de integro ejus pretio, ſeu valore, ad ejus reſtitutionem gravando feudi ſucceſſores neceſſarios, & à lege inveſtituræ vocatos.

DISC. XIII.

Panormitana ſucceſſionis feudorum.

De capacitate fœminarum in ſucceſſione feudorum in utriuſque Siciliæ Regnis, earumque concurſu cum maſculis ejuſdem vel diverſæ lineæ vel gradus.

Et an neptis ex primogenito excludat patruum, & ſic filium maſculum ſecundogenitum, vel ejuſdem ſecundogeniti filium maſculum ex beneficio repræſentationis, ſeu lineæ, tam in linea deſcendenti, quam in collaterali, præſertim attentis capitulis Regni Siciliæ ultra pharum, Et aliqua de iſtorum capitulorum diſpoſitione, & interpretatione in concurſu maſculi minoris ætate ex maſculo ſecundogenito, & maſculi æqualis gradus, ſed ætate majoris ex fœmina, vel etiam ex maſculo tertio genito.

De refutatione feudi cum aliqua reſervatione, an & quando valeat, ita ut abdicet jus à refutante, Et quatenus valeat; an cenſeatur perſonalis, & ſi refutatarius ſupervivat; Refutatario præmoriente, an refutans redeat ad feudum jure ſucceſſionis, vel potius jure reſolutionis.

An ad effectum ſucceſſionis attendendum ſit tempus refutationis, vel potius tempus mortis refutantis.

Et aliqua de renunciatione ſucceſſionis feudorum per unum alteri agnato facta, an ſit perſonalis, ita ut defecto renunciatario, ſalvum remaneat jus renunciantis, vel potius eo excluſo jus aperiatur aliis, quamvis remotioribus, potiſſimè ubi renunciatio eſt per viam tranſactionis.

DISC. XIV.

Neapolitana, ſeu &c.

An, & quando fœmina ſecundogenita innupta, & ut dicitur *in capillo*, excludat fœminam primogenitam maritatam, & dotatam, ad Conſtitutionem Regnorum utriuſque Siciliæ incipien. *Ut de ſucceſſionibus.*

DISC. XV.

Am[illegible] feudi.

An filii legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedant in feudis.

DISC. XVI.

Venuſina ſeu &c.

An & quando milites Sancti Joannis Hieroſolymitani, vel aliarum militiarum hujuſmodi, ſint capaces ſucceſſionis, & retentionis feudorum, & an hæc ſint incompatibilia cum Prioratibus, ſeu Commendis militaribus, Et quid de clericis ſæcularibus vel noviziis Regularibus præſertim in Regno Neapolitano.

Et quatenus feudum deferatur novitio, vel clerico in minoribus exiſtenti in ſtatu retractabili, ſed adhuc indeterminato, an unum vel alterum ſtatum eligere velit, qualis prodita ſit cautela præjudiciorum præſervativa.

DISC. XVII.

Venafren. ſeu Romana ſucceſſionis feudorum.

An clerici ſint capaces ſucceſſionis feudorum exiſtentium in Regno Neapolitano, quomodo, & quando, Et de tenuta, quæ datur clericis in feudis.

DISC. XVIII.

Amalphitana.

An clericus ſit capax feudi, vel legati uſusfructus feudi in Regno Neapolitano, & an poſſit, vel admitti ſoleat ad tutelam, ſeu baliatum Feudatarii, & quando clericus poſſit eſſe tutor.

Legato feudo, ſeu ejus uſufructu, an hæres teneatur legatario ad æſtimationem.

DISC. XIX.

Romana Legitimæ.

Feudum primogenito debitum, An & quando imputetur in legitimam, & quatenus debeat imputari, an poſſit primogenitus recuſare feudum, ac petere legitimam in aliis bonis magis utilibus.

De aſſumpto, quod feudum eſt legitima primogeniti, quomodo intelligatur, & quanta ſit legitima primogeniti in feudo novo, vel antiquo hæreditario; & de differentia inter utrumque ad effectum gravaminis.

Aliqua de collatione pretii feudi, quam primogenitus tenetur erga ſecundogenitos.

Acceptatio feudi ejuſque poſſeſſio, an & quando in propoſito præjudicet.

Feuda an cenſeantur de bonis melioribus, vel de pejoribus, & quomodo æſtimentur in concurſu allodialium, &c.

DISC. XX.

Romana, ſeu Roſſanen. fructuum.

An feudum dari poſſit in dotem, atque fœmina ſimpliciter nubente, omniaque ejus bona in dotem conſtituente, An cenſeantur comprehenſa bona feudalia; Et quatenus non, An vir feudi fructus percipiens faciat ſuos, vel teneatur ad reſtitutionem.

DISC. XXI.

Eadem.

De contributione ad debita Feudatarii defuncti facienda per hæredem in feudalibus, & illum in allodialibus, Et an poſſit aliter per Feudatarium morientem diſponi, gravando unum ſolum.

Hæc-

Digitized by Google

Hærede in feudalibus non agnoſcente, vel repudiante ſucceſſionem, ita ut ex lege inveſtituræ feudum alteri proximiori aperiatur, an ille teneatur ad dictam contributionem, eo modo, quo per morientem ordinata fuit.

DISC. XXII.

Romana contributionis de Columna.

De eadem materia contributionis inter hæredes patrimonii feudalis, & allodialis.

Et an id procedat, ubi patrimonia ſint poſita in diverſis Provinciis, vel Principatibus.

DISC. XXIII.

Romana donationis ſcut. 30. m.

Cenſus, vel creditum acquiſitum per Feudatarium ſuper feudo per ipſum poſſeſſo, an extinguatur, vel potius ſubſiſtat, eoque defuncto ſpectet ad ejus hæredem allodialem.

Vel ſaltem hæreditati allodiali debeatur dicti cenſus, vel crediti extincti ſumma æquivalens tanquam melioramenti pretium.

Et de confuſione actionum ejus, qui eſt creditor Feudatarii defuncti, & ſuccedit in feudo, &c.

DISC. XXIV.

Neapolitana feudi.

In feudis non datur ſimulatio, neque intrat regula, plus valere, quod agitur &c. ſed attenditur nudum factum, illeque dicitur feudatarius, ſub cujus nomine quæſitum fuit feudum, quamvis de aliena pecunia, & animo acquirendi pecuniæ domino.

Feuda, an ſint de melioribus, vel pejoribus bonis, quomodo æſtimentur, & an pupillo expediat vendere feudum, ut ex pretio acquirat annuos redditus majoris fructus.

DISC. XXV.

Januen.

Debita ſoluta per primogenitum ſucceſſorem feudi ex præcepto primi acquirentis, ſeu erectoris primogenituræ, an repetantur à ſucceſſoribus in ea, & tranſmittantur ad hæredes allodiales; Et aliqua de contributo inter ſucceſſores duplicis patrimonii feudalis, vel allodialis, quando ceſſet, ac debitum ſpectet ad unum patrimonium tantùm.

DISC. XXVI.

Romana crediti dotalis.

De aſſenſu generali competente ex gratia, favore dotium ſuper feudis in Regno Neapolitano, an & quando locum habeat, & quomodo intelligatur, Et aliqua de paragio debito fœminis ſuper feudis.

DISC. XXVII.

Nullius Provinciæ Baren. melioramentorum.

Feudatarius feudo privatus, & deinde ad illud reſtitutus, quæ melioramenta reficere teneatur ei, qui hoc medio tempore ex domini directi inveſtitura idem feudum poſſedit, & quomodo hæc melioramenta ſint æſtimanda.

Et de reſtitutione Feudatarii rebellis ex capitulis, & conventionibus pacis, An dicatur gratia importans novam conceſſionem, vel potius omnimodam reſtitutionem in priſtinum ſtatum jure poſtliminii, & reviviſcentiæ, ſeu excitationis antiqui dominii.

DISC. XXVIII.

Campanien. relevii.

De materia relevii, & tapperi ſolvendorum Regiæ Curiæ defuncto feudatario, per novum Feudi ſucceſſorem, quomodo, & de quibus bonis ſit ſolvendum.

DISC. XXIX.

Minerbin. cenſus.

An inſtrumentum rogatum per Notarium Vaſſallum probet contra Baronem, vel pro eo in Regno Neapolitano, & an contractus poſſit aliunde probari, ita ut ſubſiſteatur.

DISC. XXX.

Romana cenſus.

De Conſtitutione Regni *Conſtitutionem Divæ memoriæ* concedente facultatem veniendi adverſus factum proprium, & revocandi alienationem feudi; Et an procedat quoad diſtractum, ac voluntarium receſſum ab alienatione jam facta, & Regio aſſenſu roborata.

DISC. XXXI.

Bojanen. feudi.

Revocata emptione, ſeu venditione feudi in vim Conſtitutionis incipien. *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, An veniant per emptorem reſtituendi fructus, & per venditorem ſolvendum intereſſe pretii accepti, Et quid ſi hoc intereſſe excedat fructus feudi.

DISC. XXXII.

Neapolitana ſeu Caputaquen.

Quomodo, & de quibus corporibus deficientibus præſtanda ſit evictio per venditorem feudi. Et quando intrent termini evictionis vel rei non traditæ.

DISC. XXXIII.

Romana Legati.

An & quando Feudatarius citari, & conveniri poſſit in feudo, ſeu in eo foro, cui feudum ſubjacet, quamvis ipſe ratione, tam originis, quam domicilii ſit alterius fori, Et aliqua de judicio legis *diffamari*, an ſcilicet illius intentator ſit actor, vel reus.

DISC. XXXIV.

Caſentina prætenſi juris paſcendi.

An & quando Caſtra, vel alia bona conceſſa per Regem Eccleſiæ, cenſeantur conceſſa in feudum, vel in allodium ad effectum competentiæ fori in cauſis, quæ occaſione ejuſdem rei conceſſæ tractandæ ſint.

DISC. XXXV.

Hydruntina Bonorum.

Bona poſſeſſa per particulares intra feudum, an & quando cenſeantur feudalia ſeu feudo reddititia, Et quatenus ſint talia, quales effectus exinde reſultent, tam circa devolutionem in caſu lineæ finitæ, quam circa prohibitionem alienationis.

DISC. XXXVI.

Montis Peluſii Prælationis.

De jure prothomiſeos competente ratione ſanguinis in feudis, an locum habeat in Feudis Regni Neapolitani qualitatem hæreditariam admixtam habentibus, Et quid, ubi agitur de venditionibus judicialibus, & ſub haſta.

DISC. XXXVII.

Januen. Juris prothomiſeos.

De jure prothomiſeos, ſeu redimendi, an & quando competat filiis, vel agnatis adverſus emptorem feudi; Et de fideicommiſſo, an capiat feuda, & quæ.

DISC. XXXVIII.

Romana ſeu Sabinen. Prælationis.

De jure prothomiſeos, ſeu prælationis adverſus extraneum emptorem, an competat conſorti, qui feudi, ſeu Caſtri, vel juriſdictionis partem cum venditore poſſidebat, quomodo, & quando competat.

DISC. XXXIX.

Ferrarien. Bonorum.

Conceſſio feudi ruſtici, an cenſeatur facta ad corpus, vel ad menſuram; Et Feudatario confundente fines, cui incumbat onus illos diſtinguendi, ac probandi identitatem feudi, ejuſque fines, & quantitatem, Et an bona per feudatarium quæſita, & cum feudo confuſa efficiantur feudalia.

DISC. XL.

Ferrarien. juris piſcandi.

Devoluto feudo, an expirent conceſſiones factæ per Feudatarium.

Conceſſio facta ad beneplacitum, an expiret per mortem concedentis, vel per Feudi, & dignitatis expirationem.

An prima conceſſio cenſeatur revocata per ſecundam alteri factam, Et devoluto Feudo dignitatis, an duret dignitatis.

DISC. XLI.

Reatina Caſtrorum.

In inveſtituris feudalibus, aliiſque contractibus ſuper

ſuper Caſtris, & bonis juriſdictionalibus, vel ſimilibus, An numerus pluralis reſolvatur in ſingularitates, ita ut pactum devolutionis vel reverſivum, conceptum in perſona plurium verificetur in perſona aliquorum ex eis; Et aliqua de materia juris accreſcendi in feudo vel emphyteuſi. Et de ſucceſſione legitimatorum in feudis ſeu Caſtris, & bonis juriſdictionalibus.

DISC. XLII.

Romana annui redditus.

Annuus redditus pecuniarius per Principem conceſſus Feudatario, in locum, ſeu excambium feudi ablati, an dicatur feudalis, ac jure feudi in ſucceſſione regulandus.

DISC. XLIII.

Placentina Succeſſionis.

Pendente controverſia poſſeſſionis Caſtrorum, & bonorum juriſdictionalium inter hæredem paganicum prætendentem illa eſſe allodialia, & agnatum prætendentem eſſe feudalia, cujus eorum potior eſſe debeat conditio in poſſeſſorio adipiſcendæ, vel retinendæ, Et quando unus poſſidens dicatur alteri legitimus contradictor. Et aliqua ſuper Statuto de continuanda poſſeſſione bonorum defuncti in hæredem, an ſuffragetur Forenſibus, vel Civibus fictis ex privilegio.

Et de feudo redacto ex privilegio Principis ad allodium, an hujuſmodi privilegium præjudicet agnatis à lege inveſtituræ vocatis.

Et quando ſententia lata cum agnato prædeceſſore ſuper ſucceſſione feudi, vel feudali qualitate, præjudicet agnato ſucceſſori venienti ex perſona propria.

DISC. XLIV.

Arimin. Evictionis Caſtrorum.

Venditis caſtris, & ſequuta illorum devolutione ob lineam finitam, An & quando debeatur evictio, utpote ſequuta de natura rei, Et an caſtra cenſeantur vendita tanquam feudalia, vel tanquam allodialia.

De facultate teſtandi conceſſa alicui Feudatario de Feudis, & caſtris, quomodo intelligenda ſit, & an ſit realis, ita ut ſit ceſſibilis, ac tranſmiſſibilis in extraneum caſtrorum, & feudorum emptorem, vel potius perſonalis.

Et erecta in caſtris allodialibus, ſeu feudalibus ad quoſcumque tranſitoriis, dignitate, ſeu titulo cum ordine primogenituræ ad certum genus, ſeu lineam reſtricta, an defecta linea devolvantur caſtra, vel potiùs tranſeant ad hæredes, & ſucceſſores, ad quos alias abſque dicta erectione tranſiuent.

DISC. XLV.

Arimunen. Caſtrorum.

An Dignitas, ſeu titulus adjectus feudis, vel caſtris alias liberæ diſpoſitionis, cum ordine primogenituræ, ita qualificet eorumdem feudorum, ſeu caſtrorum ſucceſſionem, quod ita cum eodem ordine regulari debeat, etiam poſt ceſſatum titulum; Et an primus acquirens, qui cum auctoritate Principis primogenituram ordinavit, poſſit hoc non obſtante diſponere de dictis feudis, vel caſtris, dictum ordinem ſucceſſionis immutando.

DISC. XLVI.

Bononien Bonorum de Fontanis.

De feudo acquiſito per patrem pro ſe, & filiis, an pro iſtis quæſitum cenſeatur ordine ſimultaneo, & æque principaliter ab initio, vel potiùs ordine ſucceſſivo.

Et an illud, vel ejus pretium eſſe dicatur in hæreditate primi acquirentis, Et quid de dignitate, ſeu titulo eidem feudo annexo.

DISC. XLVII.

Romana ſeu Perusina bonorum.

Tranſactio inita inter Dominum directum prætendentem devolutionem feudi, & eum, qui prætendat ad ejus favorem inveſtituræ durationem, an comprehendat bona allodialia, & jura, intra, vel extra feudum exiſtentia, ad quæ ex diverſo jure tranſigens agat.

Quando prædia, & bona exiſtentia intra fines feudi cenſeantur feudalia, vel allodialia.

Aliqua incidenter de capacitate Religioſi facti Epiſcopi in ſucceſſione feudi, Et aliqua ad materiam Bullæ Baronum, an ſcilicet ea cadat in illo emolumento, quod ſucceſſor Baronis debitoris habuit ex tranſactione à Domino directo in præmium ſuæ prætenſionis ſuper ſucceſſione feudi. Et de annua reſponſione correſpectiva ad renunciationem bonorum, quando ceſſare debeat.

DISC. XLVIII.

Albanen. ſeu Pedemontana Bonorum.

Pretium feudi, an ſit feudale, & ſubrogatum loco feudi, ita ut pertinere debeat ad eos, qui ex lege inveſtituræ ad ipſum feudum vocati ſunt, ſi idem feudum adhuc remanet in genere vocato per inveſtituram, Et quid de bonis ex eodem pretio quæſitis. Et de facultate diſponendi competente primo acquirenti.

DISC. XLIX.

Camerinen. Caſtrorum.

An in tranſactione orta inter duos contendentes de pertinentia feudi, requiratur aſſenſus Domini, & an inita ſine illo afficiat ſucceſſores, etiam jure proprio venientes. Et quid, ubi feudum eſt merè hæreditarium, Et quando dicatur tale.

Et de aſſenſu, ſeu Beneplacito præſumpto ex lapſu temporis, ſive ex aliis præſumptionibus, & adminiculis.

DISC. L.

Nullius ſeu &c. Vendicationis Feudi.

An primogenitus, cui ex lege inveſtituræ, ſeu ex ordinatione majorum debita erat integra ſucceſſio feudi, admittendo ſecundogenitum ad ejuſdem feudi poſſeſſionem, & venditionem, cum æquali participatione pretii, ſibi præjudicet, nec ne, ita ut portionem à ſecundogenito venditam poſſit nec ne vendicare, ſeu agere ad pretium contra eumdem ſecundogenitum.

DISC. LI.

Firmana ſervitiorum.

Devoluto feudo, an ea ſervitia, munera, commoditates, & emolumenta, quæ vaſalli præſtabant Feudatario, præſtari debeant Cameræ, ſeu Domino directo.

DISC. LII.

Farfen. Bonorum.

Annus, & dies à jure feudorum præſcriptus ad petendam renovationem inveſtituræ, An & quando poſſit per Dominum abbreviari, & quid in emphyteuſi, Et de natura conceſſionum Abbatiæ Farfenſis.

DISC. LIII.

Mantuana ſucceſſionis.

De Capacitate fœminarum in ſucceſſione feudorum Eccleſiæ Mantuanæ, & de diverſis illius inveſtituræ formulis.

DISC. LIV.

Meſſanen Caſtrorum.

Clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ, an, & quando ſint capaces ſucceſſionis Feudorum, & quando feudum dicatur Eccleſiaſticum, vel laicale, & an ſubfeudum poſſit eſſe diverſæ naturæ ab ipſo feudo.

DISC. LV.

Eadem.

De competentia fori cauſæ feudalis, coram quo ſcilicet cognoſcenda & tractanda ſit controverſia inter Dominum, & feudatarium ſuper feudi devolutione.

DISC. LVI.

Eadem.

Recognoſcens ab alio in feudum locum, ſeu caſtrum proprium, an recognoſcere etiam videatur totum territorium, omniaque bona alias libera, & allodialia intra ejuſdem caſtri fines per ipſum recognoſcentem poſſeſſa, ita ut in caſu devolutionis, omnia

tanquam

tanquam feudalia devolvantur, vel potius devolvatur ſolum caſtrum, reliquis in patrimonio allodiali remanentibus.

Pendente lite ſeu dubio inter Dominum, cui feudum eſt devolutum, & hæredem feudatarii defuncti ſuper qualitate bonorum, an eſſent feudalia, ſeu feudo annexa necne, quis interim in poſſeſſorio retinendæ vel adipiſcendæ obtinere debeat, Et de propoſitione, quod Fiſcus non litigat manibus vacuis, quomodo, & quando procedat, Et de cumulatione poſſeſſorii cum petitorio.

DISC. LVII.

Romana annuæ præſtationis, ſeu pretii mixtorum.

Obligatio facta per Feudatarium intuitu feudi, ſeu pro rebus occaſione feudi quæſitis, an ceſſet, & reſolvatur amiſſio feudo, non per devolutionem, vel culpam, ſed ob occupationem ab inimicis Domini.

Et quid ſequuta ejuſdem feudi recuperatione cum vi bellica, num intret ratio poſtliminii pro dictæ obligationis reviviſcentia. Et aliqua de pacto reſolutivo ſuper hujuſmodi obligationibus adjecto, in cujus gratiam illud appoſitum cenſeatur.

De expenſis belli factis per Dominum pro recuperatione feudi ab inimicis, an refici debeant per Feudatarium, vel econverſo factæ per Feudatarium, an refici debeant per Dominum.

Tempus belli, ſeu alias calamitoſum, & impeditum, an computandum ſit in termino conventionali, Et aliqua de mineralibus, an pro eorum pretio debeantur fructus recompenſativi, ut ſuper eis paciſci liceat citra labem uſuræ.

DISC. LVIII.

Januen. Vina.

Feudatarius expulſus à feudo per inimicos Domini, an ſequuta recuperatione, vendicet ejuſdem feudi fructus ab emptoribus, qui illos emerunt ab eiſdem inimicis ſeu occupatoribus, ante vel poſt recuperationem; Et aliqua de materia poſtliminii, ac de juſtitia vel injuſtitia belli; Et quando capta in bello fiant capientium irrevocabiliter.

DISC. LIX.

Maſſan. renovationis.

An illa renovatio inveſtituræ, quam novus ſucceſſor feudi immediati, & in capite à Domino directo petere tenetur, petenda etiam ſit à ſucceſſore in ſubfeudo; Et quatenus petenda ſit, An à ſubinfeudante, & Domino immediato, vel potius à Domino directo, & mediato.

Et aliqua de ſolutione relevii, ſeu alterius recognitionis pro renuvatione.

DISC. LX.

Lucana juriſdictionis, ſeu alti Dominii, & Regalium.

Conceſſo caſtro juriſdictionali Eccleſiæ, An cenſeatur in feudum vel in allodium; Et quatenus in allodium, An cum alto dominio, & cum omnimoda exemptione à Principis ſæcularis juriſdictione, & ſuperioritate etiam cum Regalibus majoribus; Et quid circa appellationes.

DISC. LXI.

Romana, ſeu Status Eccleſiaſtici infeudationum.

De Bulla Pii V. de non infeudandis, an comprehendat alienationes, ſeu conceſſiones fructuum, redditituum, & emolumentorum caſtrorum, & locorum, quæ infeudari prohibita ſunt, ſeu prædiorum, & bonorum, quæ ipſis annexa eſſent. Et an penes Principem detur diſtinctio dominorum, ac diverſa natura bonorum in eodem caſtro, vel loco.

Et aliqua de concluſione, quod prohibita alienatione feudi, non eſt prohibita alienatio commoditatis.

DISC. LXII.

Tiburtina Caſtrorum.

Dominum caſtri, ſeu feudi, an eſſe poſſit duorum inſolidum, quia nempe unus ſit dominus caſtri, alter juriſdictionis, fructuum, & emolumentorum. Et an hæc dominia eſſe poſſint diverſæ naturæ, unum ſcilicet jure feudi, alterum vero jure allodii.

Aſſignatio fructuum, & emolumentorum caſtri, vel rei, an importet illorum plenum dominium jure dationis in ſolutum, vel potius pignus, ſeu uſumfructum, an iſte ſit perpetuò tranſmiſſibilis ad omnes hæredes, vel potius terminetur in primo, Ad materiam *text. in l. antiquitas Cod. de uſufructu.*

DISC. LXIII.

Civitatis Caſtelli convenientionis.

Quando Domicelli, ſeu Domini inferiores caſtrorum, ſub aliqua ſuprema Papæ poteſtate exiſtentes, habere dicantur jura Regalia, & jus collectandi vaſallos, privativè quoad ipſum Papam, ita ut ad hunc effectum collectarum, aliorumque onerum, non dicantur de Statu Eccleſiaſtico, neque ſub ejus nomine veniant; Et quæ loca ſub iſta nuncupatione Status Eccleſiaſtici veniant.

DISC. LXIV.

Eugubina Collectarum.

Dominus directus mediatus, an poſſit in caſtris, & locis ſubinfeudatis collectare vaſallos, vel potius id pertineat ad Dominum immediatum, Et an devoluto feudo, jus collectandi conceſſum ſubfeudatario expiret, vel poſſit revocari, Et de quibus Regalibus poſſit feudatarius ſubinfeudare.

DISC. LXV.

Sabinen. Status Montis Libretti.

De materia evictionis præſtandæ in venditione feudorum ſeu caſtrorum, quando & ad quid intret ejus obligatio.

Et aliqua de angariis, & perangariis, ac de jure lignandi, & paſcendi competente vaſallis, & incolis in ſylvis, & bonis ſpectantibus ad Baronem, ſeu caſtri Dominum.

DISC. LXVI.

Civitatis Caſtelli juriſdictionis.

De ſurreptione Beneplaciti Apoſtolici ſuper alienatione bonorum juriſdictionalium, ob non factam mentionem litis. Et quando hæc mentio facienda ſit, ita ut alias omiſſio annullet gratiam.

De revocatione alienationis ſeu pœnitentia, quando & per quos actus explicata dicatur. Et an ob defectum Beneplaciti liceat contrahentibus pœnitere.

DISC. LXVII.

Camerinen juriſdictionis.

De invalida alienatione bonorum juriſdictionalium ſine beneplacito Apoſtolico, ejuſdemque beneplaciti invaliditate, quia in eo facta non ſit mentio reſervationis uſusfructus factæ in alienatione; Seu quod conceſſum venditioni faciendæ non revalidet factam, & an illud requiratur in alienatione facta in condominos. Et aliqua de ſolemnitatibus ***ex Conſtitutione Ægidiana*** inductis.

DISC. LXVIII.

Tiburtina alienationis Caſtrorum.

De Bullis Sixti V. Clementis VIII. aliorumque Pontificum prohibentibus alienationem vel diſpoſitionem caſtrorum & bonorum juriſdictionalium, An procedant in donationibus, vel alienationibus hæreditatem, & ſucceſſionum futurarum, ſub quibus acceſſoriè dicta bona veniant.

DISC. LXIX.

Romana pecuniaria de Guelphis.

De eadem Conſtitutione Sixti V. ſuper prohibita alienatione caſtrorum, & bonorum juriſdictionalium.

Et an aſſenſus præſtitus alienationi feudi, ſuffragetur quoad pactum de retrovendendo; Et quatenus non, an vitietur totus contractus, vel ſolùm ipſum pactum remaneat vitiatum.

DISC. LXX.

Romana Caſtri Orciani.

Caſtri nomine quid veniat, & an ſub eo veniant prædia, & bona in caſtro exiſtentia.

Digitized by Google

Per inſtrumentum infeudationis an probetur dominium infeudantis ad effectum devolutionis in præjudicium tertii, quem non conſtat habere cauſam ab infeudato.

DISC. LXXI.

Romana ſeu &c. refutationis.

An & quando feudatarius refutare poſſit feudum invito domino, qui teneatur refutationem acceptare, ac feudatarium liberare, necne.

DISC. LXXII.

Tuſculana bonorum vacantium.

Barones, & Feudatarii, vel Domini inferiores, Principem recognoſcentes, an habeant Fiſcum, & jura Fiſci, & præſertim ſucceſſionem in bonis vacantibus, Et an bona emphyteutica, vel locata in perpetuum veniant ſub hac ſucceſſione bonorum vacantium.

DISC. LXXIII.

Romana Bulla Baronum.

De Bulla Baronum, ejuſque diſpoſitione ſuper derogationibus fideicommiſſorum, pactorum, & inveſtiturarum, quibus non obſtantibus Congregatio Baronum nuncupata, procedit ad venditionem bonorum ad inſtantiam creditorum.

In quibus caſibus, & reſpectivè locis, perſonis, debitis, ac bonis dicta Bulla locum habeat, de ejus rationibus; Et an dicenda veniat rationabilis, & favorabilis, vel potius exorbitans, & odioſa, Et de ejus moderatione per Conſtitutionem Urbani VIII. cum aliis ad ejus materiam, & praxim.

DISC. LXXIV.

Romana pecuniaria de Pallavicinis.

Bulla Baronum, an procedat in Baronibus Status Eccleſiaſtici, & quando locus dicatur de ſtatu mediato, vel immediato.

An eadem Bulla locum habeat pro debitis contractis ante baroniam.

Et an illa ſit favorabilis, & rationabilis, vel potius exorbitans, & odioſa, & de rationibus quibus innixa ſit.

DISC. LXXV.

In eadem.

Subfeudatarius an veniat ſub appellatione Baronis vel Domicelli ad effectum Bullæ.

An ſimplex Baro ſeu feudatarius inferioris ordinis, non habens altum dominium, poſſit totum feudum vel caſtrum ſubinfeudare, ita ut dominii reliquias, & devolutiones retineat.

Conceſſo feudo, vel alia re patri, & filiis, an conceſſio cenſeatur illis facta ordine ſimultaneo vel ſucceſſivo.

DISC. LXXVI.

In eadem.

Refutatio feudi, vel alterius rei alienari prohibitæ in proximè ſucceſſurum, quoties non eſt pura, ſed pactionata, an vitietur in totum, vel potius ipſa pacta vitientur.

Reſervatio fructuum, emolumentorum, ac juriſdictionis in feudo, vel caſtro refutato, an importet jus in re, Et an reſervatarius dici poſſit Baro, & Domicellus, vel alias cadens ſub Bulla Baronum; Et quando hujuſmodi refutationes ita pactionatæ dicantur in fraudem.

Succeſſores in feudo pacti, & providentiæ, vel in fideicommiſſo jure proprio, tenentur ad expenſas factas per prædeceſſorem, pro feudi, vel bonorum recuperatione, ſeu defenſione, & ſucceſſivè obligati remanent creditoribus ejus qui expenſas fecit.

DISC. LXXVII.

Romana reſtitutionis pecuniarum.

De facultatibus Congregationis Baronum, an ad ipſam ſpectet cognoſcere & judicare de veritate, & ſubſiſtentia crediti, & ad quem ſpectet cognoſcere de anterioritate & potioritate creditorum concurrentium.

An Congregatio poſſit revocare vel circumſcribere ſententias vel decreta judicis ordinarii; Qua occaſione generaliter habetur; An & quando executor poſſit cognoſcere de juſtitia, & validitate ſententiæ exequendæ.

DISC. LXXVIII.

In Eadem.

An mulier agens pro dotis conſtitutione in bonis fideicommiſſi, ſit anterior vel potior creditoribus gravati venientibus in vim Bullæ Baronum.

De Bulla prædicta, quale jus tribuat creditoribus, an ab initio contracti debiti, vel poſtquam Congregatio manus appoſuit & fideicommiſſis derogavit, & ſic an operetur ut tunc vel ut nunc.

Et aliqua ad materiam *auth. res quæ C. commun. de legat* circa ſortem principalem dotis.

DISC. LXXIX.

Eadem.

An diſpoſitio *auth. res quæ* procedat etiam in uſuris ſeu fructibus dotalibus, cum eodem privilegio potioritatis, ut in præcedenti ſorti principali competente in concurſu creditorum venientium in vim Bullæ Baronum.

DISC. LXXX.

Eadem.

An in bonis fratris, vel ſororis viventis pro communi cum Barone, & ſub ejus adminiſtratione, creditores Baronis in vim Bullæ aliquod jus habeant utpotè ab ipſo poſſeſſis, Et quatenus non, an ei, cujus bona per Baronem adminiſtrata ſunt, ſicut pupillus, vel minor, competat adverſus ejus creditores hypotheca legalis pro debitis non ſolutis, aut damnis cauſatis à ſequeſtro, & appoſitione manuum Congregationis pro debitis ejuſdem Baronis. Et aliqua incidenter de Statuto excluſivo fœminarum; Et an diſpoſitio fideicommittentis de dote fœminis præſtanda, cenſeri debeat ſubſidiaria ad limites *authentica res quæ*, vel potius pura, ita ut debeatur etiam aliunde proviſis.

DISC. LXXXI.

Romana reviviſcentiæ cenſuum.

An eo ipſo, quod Congregatio Baronum apponit manus in patrimonio Baronis oberati, illudque ſequeſtrat, & ſuſcipit ſub ejus adminiſtratione, ceſſet curſus fructuum cenſuum, aliorumque contractuum fructiferorum, Vel an ſaltem ex tempore ſequutæ venditionis bonorum id ſequatur.

Si pecunia ex pretio bonorum per Congregationem ſoluta creditori cenſuario, ab eo avocetur per creditorem anteriorem, An exinde prior cenſus reviviſcat, & currant fructus, & a quo tempore, Et quid ſi pecunia avocata inveſtita erat in loca montium.

DISC. LXXXII.

Romana dotium.

Bulla Baronum, an operetur ut tunc, de tempore ſcilicet, quo debita contrahuntur, ita ut ex dicto tempore jus creditoribus quæratur ad bona quamvis fideicommiſſaria, vel potius operetur ut nunc, quando ſcilicet Congregatio removet obſtaculum fideicommiſſorum, vel aliorum vinculorum, ita ut nunc creditoribus jus quæri dicatur.

Et de concurſu creditorum Baronis agentium in vim Bullæ, cum dotibus conſtituendis, vel reſtituendis ex bonis fideicommiſſariis in vim *auth. res quæ C. commun. de legat.*

DISC. LXXXIII.

Alibaten. Prædii.

An Bulla Baronum habeat locum in Baronibus Status Eccleſiaſtici mediati, qui ab alio Principe feudatario dignitatis regantur, ut erat Status Urbini.

Quid poſt dicti Status devolutionem, per quam iſte effectus eſt de Statu Eccleſiaſtico immediato.

Leges pro uno Regno vel Provincia editæ, an vigeant, & ſervandæ ſint in Civitate vel Provincia addita, ſeu ex poſt facto incorporata.

DISC. LXXXIV. *Romana fideicommiſſi.*

An Bulla Baronum intret pro debitis contractis poſt venditam,

venditam, ſeu alias ceſſatam Baroniam, & poſſeſſionem caſtrorum, & bonorum juriſdictionalium.

DISC. LXXXV.

Romana donationis de Andoſillis.

An Bulla Baronum locum habeat pro debitis contractis durante Baronia, ſuper Bonis acquiſitis cum onere fideicommiſſi poſt illam dimiſſam, & ceſſatam ordinari.

An locum habeat in fideicommiſſis & primogenituris, adhuc vivente illorum ordinatore, & ſe opponente.

Pro quibus debitis Bullæ diſpoſitio locum habere debeat, an pro contractis ex cauſa prodigalitatis, & diſſipationum.

Quando quis ad effectum Bullæ dicatur Baro vel Domicellus, Et an quodlibet juriſdictionis exercitium illum faciat talem.

Et de bulla Archivii Urbani VIII. per quam ceſſat Bulla Baronum.

DISC. LXXXVI.

Romana pecuniaria de Soderinis.

Patri an acquiratur uſusfructus in feudis vel caſtris, & bonis juriſdictionalibus per filium acquiſitis.

Et quatenus acquiratur, an iſte ſolus uſusfructus faciat Baronem, ut intret Bulla.

DISC. LXXXVII.

Romana Bullæ Archivii.

De Bulla 117. ſeu 119. Urbani VIII. vulgò Archivii nuncupata, moderatoria Bullæ Baronum quoad illa fideicommiſſa, in quibus forma ibi præſcripta ſervetur, an locum habeat, etiam ea forma non ſervata, ubi creditores, fideicommiſſorum, & vinculorum certam habent ſcientiam, ita ut dicta forma adimpleri poſſit per æquipollens.

DISC. LXXXVIII.

Romana de Theodolis.

De eadem Bulla Archivii moderatoria Bullæ Baronum, An ſuffragetur in melioramentis, & acceſſionibus factis ſuper bonis, in quibus dictæ Bullæ forma ſervata eſt, quoties illa poſtmodum facta ſunt, & non continentur in tabella Archivii.

DISC. LXXXIX.

Romana contributionis de C[illegible].

Barone poſſidente plura fideicommiſſa, ſi in vim Bullæ alienentur, vel ſubjungentur bona ad unum fideicommiſſum ſpectantia, atque per ejuſdem Baronis mortem fideicommiſſa diverſis perſonis deferantur, An interter contributum pro ſuppletione ſeu refectione illius fideicommiſſi, quod majorem ſciſſuram vel damnum paſſum eſt; Et an in propoſito Bullæ, & pro alienatione bonorum pro debitis Baronis, intret ordo inter fideicommiſſa aſcendentium, & tranſverſalium.

DISC. XC.

Romana pecuniaria de Maximis.

An, & quæ caſtrorum, & bonorum juriſdictionalium poſſeſſio, vel dominium requiratur ad inducendam baronalem qualitatem, Et an ſola proprietatis poſſeſſio vel dominium ſine uſufructu ſufficiat, vel è contra.

DISC. XCI.

Romana pecuniaria de Mattheis.

Emens caſtrum cum pacto de retrovendendo, ad exercitium poſtmodum deducto, An ad effectum Bullæ, ob illud intermedium caſtri dominium poſtea reſolutum, dicatur Baro, & Bulla intret pro debitis contractis pendente caſtri poſſeſſione vel antea.

DISC. XCII.

Romana pecuniaria de Maximis.

An Bulla Baronum locum habeat in locis montium, cenſibus, nominibus debitorum, ac juribus, & actionibus ad fideicommiſſa ſpectantibus.

DISC. XCIII.

Senogallien. bonorum.

An Bulla Baronum procedat in caſtris, & bonis de directo dominio Eccleſiarum per Baronem poſſeſſis in emphyteuſim ad certas generationes.

DISC. XCIV.

Romana donationis de Caſiis.

An Bulla Baronum locum habeat in debitis contractis ex cauſa donationis, quam Baro faciat famulo, vel alteri ex cauſa meritorum, & in remunerationem ſervitii.

Et aliqua ad materiam *text. in l. ſcripturas Cod. qui potior. in pignor. hab.* ſuper ſuſpicione antidatæ, ac fide ſcripturæ privatæ.

DISC. XCV.

Urbevetana cenſus.

De facultatibus Congregationis Baronum procedendi ſummariè, de facto, & nullo juris ordine ſervato, etiam per extrajudiciales informationes, & abſque citatione, quomodo, & quando id procedat.

DISC. XCVI.

Romana Prælationis.

An Bulla Baronum tollat pacta, ſeu fideicommiſſa & vincula appoſita per alios quam per majores, ex quorum jure & ſucceſſione Baro ſit debitor & bona poſſedit, Vel ſolùm reſtringatur ad fideicommiſſa & vincula proprii auctoris.

DISC. XCVII.

Romana dotis de Anguillaria.

De cautione, quam creditores ex Bulla Baronum, & ſtylo Congregationis præſtare tenentur de reſtituendo prioribus, & potioribus, ſive in caſu evictionis, Et an ad iſtam teneatur mulier agens pro reſtitutione dotis.

DISC. XCVIII.

Romana locorum Montium.

An in concurſu creditorum Baronis ſuper pretio caſtrorum venditorum de ordine Congregationis in vim Bullæ Baronum, attendatur anterioritas juxta ordinem juris in bonis liberis, vel potius debeant eſſe potiores creditores, quibus ex licentia Principis quæſitum eſt jus ſuper eiſdem bonis, antequam Congregatio manus apponeret, quamvis eſſent in tempore poſteriores. Et aliqua de Conſtitutionibus Apoſtolicis ſuper prohibita alienatione bonorum juriſdictionalium, an capiant impoſitiones cenſuum, & hypothecas.

DISC. XCIX.

Romana dotis de Ceſarinis.

De eadem materia diſcurſus præcedentis, An, & quando creditor teneatur recipere creditum ex pretio vinculato, Et quatenus cogi poſſit, an habeat actionem contra debitorem ad id quod intereſt pecuniam eſſe liberam.

DISC. C.

Romana fidejuſſionis.

Bulla Baronum, an procedat, ubi Baro eſt fidejuſſor, obligatus tamen tanquam principalis, principaliter, & in ſolidum ab initio.

Eadem Bulla, an deroget fideicommiſſis conſiſtentibus in juribus, & actionibus. Et an ſucceſſori Baronis poſſidenti caſtra, & bona per Baronem poſſeſſa, detur retentio pro creditis propriis ad impediendam executionem.

Congregatio Baronum, an ſe ingerat contra bona libera Baronum, in quibus nullum adeſt fideicommiſſum, vel aliud vinculum, cui derogandum ſit.

DISC. CI.

Romana, ſeu Peruſina cenſus.

An Bulla Baronum locum habeat pro debitis, in quibus Baro eſt ſolùm fidejuſſor, ita ut privatus non Baro ſit debitor principalis.

DISC. CII.

Romana ſolutionis.

Solutiones factæ de ordine Congregationis Baronum ex pretio caſtrorum alienatorum debitoris, creditori ex diverſis cauſis, in quæ debita cedere debeant, Et an poſſint referri ad credita poſteriora in præjudicium eorum, qui ſunt creditores intermedii.

Digitized by Google

DISC. CIII.

Romana damnorum.

Creditor patrimonii decocti exiſtentis ſub adminiſtratione Congregationis Baronum, qui ex pretio bonorum diſtractorum exegit ſcienter indebitum, An pro tempore quo indebitam pecuniam in manibus habuit, teneatur ad intereſſe damni emergentis, ob uſuras, quibus idem patrimonium ſubjectum fuit, cum creditoribus alias ex dictis pecuniis dimittendis.

ARGUMENTA
APPENDICIS.

DISC. CIV.

Placentina ſucceſſionis, ſeu Caſtri.

De eadem materia de qua ſupra *diſc.* 43. An ſcilicet & quando agnatus feudorum ſucceſſor ſit nec ne legitimus contradictor hæredi extraneo feudatarii morientis, in poſſeſſorio per ipſum intentato ad bona poſſeſſa per defunctum.

Et aliqua circa ultimam inveſtituram diverſam à prima, An attendenda ſit nec ne, vel potius prima attendi debeat.

DISC. CV.

Camerinen. juriſdictionis.

De eadem materia de qua ſupra in hac eadem cauſa *diſc.* 67. ſuper nullitate alienationis feudi cum aſſenſu Domini, ſi hic non accedat etiam ſuper aliquo pacto accidentali, ob cujus defectum actus corruat in totum; An id procedat ſolum in feudis, vel etiam in bonis juriſdictionalibus allodialibus Status Eccleſiaſtici, quæ per Apoſtolicas Conſtitutiones alienari prohibita ſunt.

DISC. CVI.

Neapolitana concurſus creditorum.

De aſſenſu ſuper obligatione feudorum dignitatis, An & quando præſtari poſſit in Regno Neapolitano per illius Proregem, vel præſtari debeat per Regem.

Et aliqua de feudo empto de aliena pecunia in perſonâ alterius, cujus fiat, an domini pecuniæ, vel ejus ſub cujus nomine emptum eſt, ita ut intret nec ne regula, *plus valere quod agitur. &c.*

Et an in feudis intret ſeparatio bonorum in concurſu inter creditores hæredis cum aſſenſu, & creditores defuncti ſine aſſenſu.

DISC. CVII.

Taurinen. ſeu Aſten. feudi.

An & quando feudum ſit alienabile in præjudicium agnatorum, Et præſertim an alienari poſſit in agnatos comprehenſos in inveſtitura remotiores in præjudicium proximiorum, Et quatenus non, infra quantum tempus jus petendi revocationem alienationis præſcribatur, Et de probatione proximitatis ſeu agnatitiæ qualitatis.

Et incidenter aliqua de differentiis in hoc propoſito inter feuda regulanda ad terminos juris communis feudorum, & feuda Regnorum utriuſque Siciliæ.

DISC. CVIII.

Vritana ſeu Ianuen. legati.

Si pro vita militia debita ſecundogenitis in feudis antiquis relinquatur eis poſt certam ætatem aliqua ſumma, An ætas ſeu tempus faciat conditionem, vel potius dilationem, ad effectum caducationis, vel reſpectivè tranſmiſſionis, legatario ante præfinitum tempus decedente.

Et an prox li legato, ſeu alias pro vita militia debeatur intereſſe, quomodo, & quando.

Paragium debitum fœminis ex feudo an tranſmittatur per eas morientes innuptas.

Legitima primogeniti in feudo antiquo Regni Neapolitani, An ſit tertia totius feudi, nulla facta detractione vitæ militiæ, & paragii, vel potius tertia ejus, quod ſupereſt facta dicta detractione.

Et quomodo feuda æſtimentur, eorumque valor probetur.

DISC. CIX.

Neapolitana ſeu Beneventana aſſiſtentiæ.

De invaliditate Regii aſſenſus ſuper obligatione feudorum impetrati poſt mortem contrahentis abſque novo conſenſu hæredis, Et quid ubi impetratus eſt eo vivente, ſed impeditus poſt mortem.

DISC. CX.

Nullius juris prothomiſeos.

An jus prothomiſeos competens agnatis adverſus extraneum feudi emptorem locum habeat, ubi non alienatur ipſum feudum, ſed ſolum ejus commoditas; Et quatenus de ſtricto jure non intret ipſum jus prothomiſeos, An ad inſtar concedenda ſit prælatio, ubi agnati ſunt conſortes in poſſeſſione ejuſdem feudi; Et quale remedium eis competat, ubi res eſt in fieri, atque ad alienationem adhuc non eſt deventum.

Ex Svpple. DISC. CXI.

Romana, ſeu nullius Feudi, &c.

De mutatione naturæ, vel ſtatus rei, quod de allodiali efficiatur feudalis, recognoſcendo alterum in dominum, an importet reſtrictionem, cui ſubjacet feudum ab alio acceptum, juxta leges feudales; Vel potius retineat in reliquis antiquam naturam; Et præſertim an ſub nomine hæredum veniant ſolum illi ſanguinis, vel etiam extranei, ad eandem materiam, de qua ſupra *diſc. 55. & 63.*

DISC. CXII.

Tholoſana Feudorum de Luxemburgo, ſeu de Ligny.

De ordine ſucceſſionis feudorum inter plures lineas, earumque maſculos, & fœminas reſpectivè, Et an idem ordo alterari poſſit per feudatarium in præjudicium ſucceſſorum.

DISC. CXIII.

Ianuen. Feudorum.

Conceſſio feudi Patri, & filiis, an cenſeatur ordine ſimultaneo, & ſucceſſivo, & quid de conceſſione facta viro, & uxori, An feudatarius alterare poſſit ordinem ſucceſſionis in præjudicium vocatorum.

Et de renovatione petenda per novum ſucceſſorem feudi, an peti valeat ante factum caſum ſucceſſionis, ſine conſenſu poſſeſſoris.

DISC. CXIV.

Ianuen. Feudi A.qu.ti

An habente facultatem pervertendi ordinem primogenituræ, gratificante ſecundogenitum, deindeque revocante hunc actum, & faciente novam diſpoſitionem inutilem ob diviſionem feudi, reviviſcat prima diſpoſitio favore ſecundogeniti, vel potius primogenitus ſuccedat in vim inveſtituræ tanquam ab inteſtato.

DISC. CXV.

Signina.

De feudi dividuitate, vel individuitate, & an dividuum effici potuerit individuum ex concordia vel alia conventione in præjudicium ſucceſſorum.

Et de aliquibus ad materiam immiſſionis, vel poſſeſſionis adipiſcendæ in vim inveſtituræ.

DISC. CXVI.

Neapolitana, ſeu Theatina refutationis.

De validitate, ſeu invaliditate refutationis factæ in proximè ſucceſſurum, ratione reſervationum, vel non ſequutæ regiſtrationis.

Et an filiusfamilias feudatarius liberetur à patria poteſtate, & habeat facultatem teſtandi, vel alias diſponendi, & de quibus.

DISC. CXVII.

Romana Concurſus Creditorum.

An prohibitio alienandi, vel obligandi Caſtra, aliaque bona juriſdictionalia, quæ reſultat ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, capiat tenutas, & prædia quæ per Baronem, vel Domicellum ex titulis particularibus

quæſita

Google

quæſita ſint, & poſſideantur intra fines ejuſdem Caſtri, ſeu loci juriſdictionalis.

DISC. CXVIII.

Romana Palatii.

An bulla Baronum comprehendat legata, quæ per Cardinales, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas facta ſunt ad favorem Cardinalium, & Prælatorum familiæ pro tempore, adeòut bona hujuſmodi legatis obnoxia, & poſſeſſa per Barones cadant ſub bulla.

Et incidenter an ille, qui rem ſuam allodialem, & liberam ab alio recipit in feudum æſtimatum pro certo pretio dicatur primus acquirens, ut propterea ſucceſſores ad ejus debita teneantur.

DISC. CXIX.

Romana Cenſus.

De eadem materia, de qua ſupra *diſc.* 84. an ſcilicet Bulla Baronum locum habeat pro debitis contractis poſt venditum Caſtrum, ſi venditio facta ſit cum reſervatione dominii pendente ſolutione pretii, ac etiam cum retentione tituli, ſeu Dignitatis.

DISC. CXX.

Nullius, ſive &c. Venonis feudorum.

An valeat conventio inter fratres, vel alios ſuccedentes in pluribus feudis dividuis ad formam juris Longobardorum de non dividendo, ſed permanendo in communione ad vitam ſub adminiſtratione natu majoris.

DISC. CXXI.

Neapolitana adohæ, ſeu taxæ.

An devoluto feudo, affecto debitis cum regio aſſenſu contractis per feudatarium, pro quorum ſatisfactione ipſum feudum vendendum ſit, continuari debeat in eadem taxa antiqua adohæ, ſeu donativi, vel po ius fieri poſſit taxa nova, juxta præſentem ſtatum ipſis creditoribus præjudicialis.

DISC. CXXII.

Nullius fructuum.

An ſub reſtitutiune fructuum feudi per illius poſſeſſorem facienda, veniant pœnæ & mulctæ, vel confiſcationes, aliaque emolumenta, obventa ab exercitio juriſdictionis; Et quatenus poſſeſſor bona ex confiſcationibus, & pœnis obventa diſtraxerit, an teneatur de proprio reficere æſtimationem, Vel potius feudi domino, ſeu legitimo poſſeſſori tribuenda ſit actio ad ipſorum bonorum vendicationem.

DISC. CXXIII.

Clusina Territorii.

De eodem puncto, de quo ſupra *diſc.* 56. an ſcilicet accipiens in feudum aliquod Caſtrum, vel locum cum univerſo territorio, efficiat feudalia illa bona, quæ ipſemet jure allodii, in eodem loco poſſidebat.

DISC. CXXIV.

Cajacen. ſeu Florentina vitæ militiæ.

An primogenitus poſſeſſor feudi antiqui individui juris Franchorum, teneatur præſtare vitam militiam fratri ſecundogenito Clerico, vel diviti, & aliunde proviſo.

DISC. CXXV.

Mutinen. ſeu &c. feudorum.

An facultas per Dominum directum conceſſa feudatario alienandi vel diſponendi, etiam in extraneos, vel agnatos, qui acquirere nollent, aliquod jus neceſſariæ ſucceſſionis dictis agnatis tribuat, ſive ad quem effectum, eorum mentio facta cenſeatur; Et aliqua de prælatione, ſeu jure prothomiſeos.

DISC. CXXVI.

Romana pecuniaria.

An creditores debitoris decocti, cujus patrimonium poſitum fuit ſub concurſu in Congregatione Baronum, volentes venire in concurſu generali, ſed ſeparantes bona pecuniaria, ex quorum cauſa eorum creditum proveniat, poſſint prætendere curſum fructuum, vel ſuppletionem ex reliquo patrimonio univerſali adverſus poſteriores.

DISC. CXXVII.

Ianuen. Feudorum.

De eadem materia, de qua ſupra *diſc.* 11. concurſus ſcilicet fœminæ proximioris, & agnati remotioris, ratione impropriationis feudi, quod prætendatur hæreditarium, & tranſmiſſibile etiam ad extraneos.

Et quid in judicio poſſeſſorio, pendente quæſtione petitorii in negotio principali, cui decerni debeat.

Et an ſecunda, vel alia poſterior inveſtitura continens aliquam alterationem, immutet naturam feudi, vel potius ad limites reintegrari debeat.

DISC. CXXVIII.

Parmen. ſeu Per mutationis.

De Bulla Pii V. de non infeudando, quando intret necne, præſertim in Statu mediato, & an in Caſtris confiſcatis pro delictis privatis; Et de æſtimatione bonorum juriſdictionalium quomodo facienda ſit pro regulanda utilitate contractus; Et de aliquibus ad materiam, de qua ſuprà *diſc.* 60. Et an vaſſalli, vel ſubditi ſint legitimi contradictores ad impediendam alienationem loci, ac mutationem Domini.

DISC. CXXIX.

Vulturarien. Iuriſdictionis.

De dominiis & juriſdictionibus jure feudi vel allodii poſſeſſis per Eccleſias, & incidenter de materia alienationis bonorum Eccleſiæ; Et an emptor invita Eccleſia venditrice, impetrare poſſit beneplacitum Apoſtolicum; Et an pendente diſcuſſione ſuper alienationis validitate vel invaliditate, debeat idem emptor manuteneri in poſſeſſione rei alienatæ, ſi eam non ex titulo venditionis, ſed ex diverſo locationis, & conductionis obtinuerit, cum aliis ad materiam.

DISC. CXXX.

Nullius &c. aſſignationis feudi.

De aſſignatione, vel datione in ſolutum feudi, quam Pater faciat filio pro ſatisfactione debiti, vel cum alio onere, an valeat, & qualis effectus exindè reſultet.

DISC. CXXXI.

Nullius devolutionis vel confiſcationis feudi.

An, & quando feudum cadat ſub confiſcatione, & devolutione, ob delictum feudatarii, & quando delictum dicatur feudale ad hunc effectum in præjudicium ſucceſſorum, Et de natura, ſeu qualitate feudi, an ſit novum & alienabile ad hunc effectum, vel potius paternum, & antiquum cum aliis ad materiam.

DISC. CXXXII.

Romana alienationis Tenutæ.

De eadem Bulla Piana de non infeudando, de qua pluries ſuprà; quam ſpeciem bonorum capiat.

DISC. CXXXIII.

Eadem Romana Caſtri Orciani.

De eadem materia, de qua *d. diſc.* 70. An ſcilicet, & quando dominium probetur per inveſtituram; Et quando dominium jam probatum præſcribatur, vel præſumatur amiſſum. Et probato dominio Caſtri, an exindè inferatur ad dominium prædiorum, & bonorum in eo exiſtentium.

DISC.

DISC. CXXXIV.

Vercellen. Feudi.

An, & quando feudum dici valeat, per clauſulas inveſtituræ alienabile, vel tranſitorium ad fœminas.

DISC. CXXXV.

Eadem Camerinen. Iuriſdictionis.

De eadem materia, de qua *diſc.* 49. præſertim in eo, an & quæ leges feudales attendi debeant, atque vim legum habeant in Statu Eccleſiaſtico, ſive in Principatu temporali Eccleſiæ, aliiſque feudis Eccleſiaſticis, & præſertim circa Conſtitutiones *Lotharii & Friderici* Primi, ſuper prohibita feudorum alienatione.

SVMMA SEV COMPENDIVM *eorum quæ in foro magis practicabilia continentur in Titulo de* FEVDIS, BONIS IVRISDICTIONALIBVS *&* BVLLA BARONVM.

INDEX CAUSARUM,

Tituli de Feudis, *&* Bulla Baronum, *ordine Alphabetico per Diœceſes diſpoſitus.*

A

Albanen. ſeu Pedemontana bonorum, diſc. 48.
Amalphitana, diſc. 18.
Anconitana feudi, diſc. 15.
Ariminen. Caſtrorum, diſc. 45.
Evictionis Caſtrorum, diſc. 44.
Aſten. ſeu Taurinen. *vid.* Taurinen.

B

Bojanen. feudi, diſc. 31.
Bononien. bonorum de Fontanis, diſc. 46.
Boſcoli controverſia feudalis,

C

Cajacen. ſeu Florentina vitæ militiæ, diſc. 124.
Camerinen. Caſtrorum, diſc. 49.
Juriſdictionis, diſc. 67.
Eadem, diſc. 105. append.
Eadem, diſc. 135.
Campanien. relevii, diſc. 28.
Civitatis Caſtelli contributionis, diſc. 65.
Juriſdictionis, diſc. 66.
Clomacen. *vid.* Comaclen.
Cluſina Territorii, diſc. 123.
Comaclen. alias Clomacen. vallium, diſc. 2.
Coſentina præenſi juris paſcendi, diſc. 34.

E

Eugubina ſeu Civitatis Caſtelli Caſtri, diſc. 6.
Collectarum, diſc. 64.

F

Farfen. bonorum, diſc. 52.
Feretrana ſervitiorum, diſc. 51.
Ferrarien. bonorum, diſc. 39.
Juris piſcandi, diſc. 40.
Firmana feudorum, diſc. 4.

H

Hydruntina bonorum, diſc. 35.

I

Januen. diſc. 25.
Feudorum, diſc. 113.
Feudorum, diſc. 127.
Feudi Arquati, diſc. 114.
Juris prothomiſeos, diſc. 37.
Venæ, diſc. 58.

L

Lucana Juriſdictionis, diſc. 60.

M

Mantuana feudi ſeu bonorum, diſc. 7.
Feudi, diſc. 10.
Eadem, diſc. 11.
Succeſſionis, diſc. 53.
Maſſanen. Caſtrorum, diſc. 54.
Eadem, diſc. 55.
Eadem, diſc. 56.
Renovationis, diſc. 59.
Minerbin. cenſus, diſc. 29.
Montiſpeluſii prælationis, diſc. 96.
Mutinen. Feudi, diſc. 9.
Feudorum, diſc. 8.
Feudorum, diſc. 125.

N

Neapolitana Adhoæ ſeu Taxæ, diſc. 121.
Neapolitana ſeu Beneventana aſſiſtentiæ, diſc. 109. append.
Seu Caputaquen. diſc. 32.
Concurſus creditorum, diſc. 106. append.
Feudi, diſc. 24.
Seu & c. ſucceſſionis feudorum, diſc. 14.
Seu Theatina Refutationis, diſc. 116.
Nullius Aſſignationis feudi, diſc. 130.
Devolutionis, vel confiſcationis feudi, diſc. 131.
Fructuum, diſc. 122.
Nullius juris prothomiſeos, diſc. 110. append.
Provinciæ Baren. melioramentorum, diſc. 27.
Nullius ſeu &c. vendicationis feudi, diſc. 50.
Seu & unionis feudorum, diſc. 120.

P

Panormitana ſucceſſionis feudorum, diſc. 13.
Parmen. feudi, diſc. 12.
Permutationis, diſc. 128.
Piſauren. molendinorum, diſc. 5.
Placentina ſucceſſionis, diſc. 43.
Eadem, diſc. 104. append.

R

Reatina Caſtrorum, diſc. 41.
Romana, ſeu Peruſina bonorum, diſc. 47.
Alienationis Tenutæ, diſc. 132.
Annuæ præſtationis, diſc. 57.
Annui redditus, diſc. 42.
Bullæ archivii, diſc. 87.
Bullæ Baronum, diſc. 73.
Caſtri Otciani, diſc. 70.
Eadem, diſc. 133.
Seu Peruſina Cenſus, diſc. 101.
Cenſus, diſc. 30.
Cenſus, diſc. 119.
Concurſus Creditorum, diſc. 117.
Contributionis de Cæſiis, diſc. 89.
Contributionis de Columna, diſc. 11.
Crediti dotalis, diſc. 26.
Damnorum, diſc. 103.
Donationis de Andoſillis, diſc. 85.
Donationis de Cæſiis, diſc. 94.
Donationis ſcut. 30. m. diſc. 23.
Dotis de Anguillaria, diſc. 97.
Dotis de Ceſarinis, diſc. 99.
Dotium, diſc. 81.
Fideicommiſſi, diſc. 84.
Fidejuſſionis, diſc. 100.
Seu Roſſanen. fructuum, diſc. 20.
Eadem ſeu &c. diſc. 21.
Seu Status Eccleſiaſtici infeudationum, diſc. 65.
Legati, diſc. 33.
Legitimæ, diſc. 19.
Locorum montium, diſc. 98.
Palatii, diſc. 118.
Pecuniaria de Guelphis, diſc. 69.
Pecuniaria de Mareiis, diſc. 91.
Pecuniaria de Maximis, diſc. 90.
Alia pecuniaria de Maximis, diſc. 93.
Pecuniaria de Pallavicinis, diſc. 74.
Eadem, diſc. 75.
Eadem, diſc. 76.

Pecunia-

Digitized by Google

Reatina Pecuniaria de Soderinis, diſc. 86.
Pecuniaria, diſc. 126.
Seu nullius feudi, diſc. 111.
Seu Sabinen. prælationis, diſc. 38.
Prælationis, diſc. 96.
Seu &c. refutationis, diſc. 71.
Reſtitutionis pecuniarum, diſc. 77.
Eadem, diſc. 78.
Eadem, diſc. 79.
Eadem, diſc. 80.
Reviviſcentiæ cenſuum, diſc. 81.
Solutionis, diſc. 102.
De Theodolis, diſc. 88.

S.

Sabinen. Status montis Libretti, diſc. 64.
Senogallien. bonorum, diſc. 93.
Caſtrorum, diſc. 1.
Siciliæ deciſio de Feudis,
Signina, diſc. 115.

T.

Taurinen. ſeu Aſten. feudi, diſc. 107. Append.
Tholoſana feudorum de Luxemburgo ſeu de Ligny diſc. 112.
Tyburtina alienationis Caſtrorum, diſc. 68.
Caſtrorum, diſc. 62.
Tuſculana bonorum vacantium, diſc. 72.

V.

Venafren. ſeu Romana ſucceſſionis feudorum, diſc. 171.
Venuſina ſeu &c. ſucceſſionis feudorum, diſc. 16.
Vercellen. feudi, diſc. 134.
Urbevetana cenſus, diſc. 95.
Feudi, diſc. 5.
Urbinaten. prædii, diſc. 83.
Uritana ſeu Januen. Legati, diſc. 108. Append.
Vulturien. Juriſdictionis, diſc. 129.

D. IO. BAPT,

Digitized by Google

D. JOAN. BAPTISTÆ
DE LUCA
S.R.E. CARDINALIS
DE FEUDIS,
BONIS JURISDICTIONALIBUS ET BULLA BARONUM.

SENOGALLIEN. CASTRORUM
Pro CAMERA APOSTOLICA
Cum MARCHIONE DE RUVERE

Caſus deciſus per Tribunal cameræ contra marchionem.

De facultate ſubinfeudandi competente de jure, vel ex lege Inveſtituræ, & an expreſſa facultas aliquid plus operetur; Quando devoluto feudo devolvatur ſubfeudum; Et quando ſubinfeudatio dicatur facta in fraudem, & quæ requirantur ad ſubinfeudationis validitatem. Et aliqua de Bulla Pij V. de non ſubinfeudando.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Feudatarius poteſt ſubinfeudare, & hic actus non venit ſub prohibita feudi alienatione.*
3 *Concurrentibus tamen tribus requiſitis.*
4 *An devoluto feudo, duret ſubfeudum conceſſum ex ſola facultate reſultan. à Iure.*
5 *Quid ubi accidit facultas hominis in Inveſtitura præſertim, ubi ſubinfeudatus eſt de ſanguine, vel familia feudatarij.*
6 *Et ubi dicta hominis conceſſio concepta eſt cum clauſula, ſine præjudicio.*
7 *Conceſſa licentia feudatario hypothecandi vel obligandi feudum cum clauſula ſine præjudicio, an hypotheca duret poſt devolutionem.*
8 *Clauſula ſine præjudicio præſervat alia quàm expreſſa, & adjici ſolet ad conſervandam feudi naturam.*
9 *De requiſito ſubinfeudationis, ut ſiat perſona paris conditionis, quomodo intelligatur.*
10 *An facultati ſubinfeudandi obſtet hodie Bulla Pij V. de non infeudandis.*
11 *Devoluto feudo ſubinfeudatus dicitur ex nova Domini permiſſione, & voluntate.*
12 *Prohibita infeudatione expreſſa, dicitur etiam prohibita tacita, & ficta.*
13 *ſubinfeudatio an importet feudi ſciſſuram, & diviſionem in proprietate vel potius ſit ſpecies fructus feudi.*
14 *Conſulentium auctoritas periculoſa.*
15 *Subinfeudatio fieri non poteſt per feudatarium ſucceſſore deſperatum, & devolutione imminente.*
16 *An Conſtitutiones Extravagantes feudorum habeant vim legis.*
17 *Leges revocatæ, antiquæ, vel non authenticæ attendendæ, tanquam auctoritates Doctorales.*
18 *Fraus ex ſucceſſoris carentia reſultans, an ſit præſumpta præſumptione Iuris tantùm contrariis præſumptionibus eiidibilis.*
19 *Enumerantur plures caſus vel effectus, ad quos dicta fraus conſideratur.*
20 *De differentia inter fraudem conſilii, & mali animi cum fraude præjudicii, & reipſa, & quando hæc ſive illa ſufficiat.*
21 *An prohibitio ſubinfeudandi in ſtatu deſperatæ ſucceſſoris ceſſet, ubi accedit expreſſa Domini facultas.*
22 *Qualibet conceſſio legis vel hominis intelligenda eſt juxta Iuris diſpoſitionem, dummodo abſit fraus, & rebus in eodem ſtatu permanentibus.*
23 *Aſſenſus conceſſus ſuper alienatione feudi, quando feudatarius habebat ſucceſſorem, an proſit, ubi ſucceſſor defecit.*
24 *Facultas ſubinfeudandi de jure competens ceſſat accedente prohibitione alienationis, vel diviſionis.*
25 *In utriuſq; Siciliæ Regnis prohibita eſt ſubinfeudatio.*

† 1 *De ſtatu cauſæ.*
2 *Quod etiam ſenex poſſit generare.*
3 *De diſtinctione inter fraudem conſilii & fraudem præjudicii.*
4 *De alia diſtinctione inter conditionem ſuſpenſivam & reſolutivam ſive modalem.*
5 *Actus factus cum uno præſuppoſito, corruit eo præſuppoſito ceſſante.*
6 *Qualis impotentia habendi ſucceſſorem attendatur.*
7 *Quod in hac materia ſubinfeudationis procedi debeat cum diſtinctione caſuum.*
8 *Qualis ſit ſubinfeudatio propria, de qua agunt utrique feudiſtæ.*
9 *Quod non ſit in uſu iſta ſpecies ſubinfeudationis.*
10 *De alia ſpecie ſubfeudi, ut ſubinfeudans aliquid retineat.*
11 *Et præterea iſta ſpecies non eſt in uſu ſine aſſenſu.*
12 *De ſubfeudis impropriis, quæ ſapiant potiùs allodialitatem in excadentiis.*

13 *Quod iſtu ſubfeuda dicantur eſſe in fructu.*
14 *Et quod in hoc ſpecie non attendatur fraus præſumpta, de qua num. 3.*
15 *Et non intrat Bulla Pii V. de non infeudando.*
16 *Qualis ſit proprie caſus ſubinfeudationis, in quo intret ratio fraudis in eo qui deſperatus eſt ſucceſſo r.*
17 *Et quod in eo intret Bulla Pii V.*
18 *De errore modernorum circa collectiones doctrinarum.*
19 *De quæſtione an devoluto feudo, devolvantur ſubfeuda.*
20 *De clauſula* ſine præjudicio, *vel alia* ſalvo jure, *appoſita in aſſenſu quid operetur.*
21 *An leges feudales attendi debeant, & quomodo in ſtatu Eccleſiaſtico, in illius feudis.*
22 *De fraude præſumpta in inveſtituris abuſivis de feudo adhuc pleno.*
23 *De infeudatione locorum habentium privilegium, ut non poſſint infeudari.*

DISCURSUS I.

1 POSTQUAM, partim ex Monteſeltriorum ſucceſſione, partim verò ex variis, Sixti IV. Alexandri VI. Julii II. Adriani VI. Clementis VII. & Pauli III. conceſſionibus, diverſas formulas habentibus, devenerunt in Guidobaldum de Ruvere, Ducatus Urbini, Principatus Piſauri, Eugubii, Callii, & Senogalliæ, Vicariatus Montis avii, Sancti Laurentij, & Montis follii, aliaque oppida, caſtra & loca; Idem Paulus III. de anno 1548. Civitates, oppida, caſtra, & loca prædicta inſimul uniendo, in eis Ducatum erexit, de quo dictum Guidobaldum ejusque filios & deſcendentes maſculos legitimos, & naturales in perpetuum, cum ordine primogenituræ inveſtivit, ita tamen, quod Ducatus ita erectus, nullo unquàm tempore, dividi aut alienari poſſet, *verùm liceat Duci pro tempore exiſtenti* (ſunt verba præciſa) *aliquid ex caſtris, oppidis, terris, & locis, non tamen Civitatibus, fortalitiis in perſonam non potentiorem abſque Sedis Apoſtolicæ, & Romanæ Eccleſiæ præjudicio infeudare, ita quod in caſu cujuslibet devolutionis ad ipſum Ducem infeudantem, & non ad Sedem fiat, & fieri debeat.*

Ex prædicti Guidobaldi linea, fuit ultimus ſuperſtes, nunquam ſatis laudatus Dux Franciſcus Maria, qui in decrepita ætate de filiis maſculis ſe deſperatum agnoſcens, de anno 1623. per ejus litteras Urbano Octavo directas, declaravit omnia feuda, & bona juriſdictionalia, per ejus mortem ad ſedem Apoſtolicam reverti debere, neque poſſe, vel debere aliquo modo de eis diſponere; Et de anno 1624. inter eundem, & Cameram Apoſtolicam devenrum eſt ad concordiam, per quam idem, quod in dictis litteris continetur, approbatum fuit, declarando poſt varias conventiones, & declarationes circa bona allodialia, feudalium fructus, & meliora menta (ſunt etiam verba præciſa) *ſubinfeudationes factas remanere debere in diſpoſitione juris, & inveſtiturarum.*

His peractis, Anno 1626. idem Dux Franciſcus Maria, cupiens quod in dicto Statu eaque regione, aliqua ſuæ familiæ de Ruvere memoria permaneret, utendo facultate in dicta Pauli III. inveſtitura contenta, Julium de Ruvere, ejusque filios, & deſcendentes maſculos legitimos, & naturales in perpetuum cum ordine primogenituræ ſubinfeudavit, de caſtris Tumbæ, Cuparum & Montis [illegible], ad Vicariatum Montis avii ſpectantibus, dictusque Julius inveſtituram acceptando fidelitatis juramentum præſtitit.

Sequuto autem prædicti Ducis obitu de anno [illegible] Camera prædicti Status poſſeſſionem adepta fuit, incluſis etiam dictis caſtris, quæ poſſedit uſque ad annum 1655 quando per Joannem Baptiſtam de Ruvere præfati Julii filium introducta fuit in Tribunali ejuſdem Cameræ, ſeu veriùs excitata antiqua ejus patris prætenſio, ſuper dictorum Caſtrorum poſſeſſione, unde dato dubio, *an ſub infeudati prædicta ſuſtineatur, & duret* poſt binam vel trinam propoſitionem prodiit reſolutio Cameræ favorabilis.

2 In dictis autem diſputationibus pro parte actoris dicebatur, ſe habere fundatam intentionem in valida ſubinfeudatione, cum de jure feudorum expreſſè ſtatutum ſit, poſſe feudatarium concedere, aliquas res in ſubfeudum *cap. 5. §. ſed etiam res, per quos fiat inveſtitura cap. 1. §. Si verò qualis olim poterat feud. alien. cap. 1. §. Si vaſſallus &. ſi de feud. defuncti.* Et quamvis fuerit aliquando dubitatum, an iſta jura (præſertim primo loco allegatum, quod eſt magis expreſſum) fuerint antiquata per text. *in c. Imperialem de prohib. feud. alien. per Frider.* hæc tamen opinio paucos habet ſequaces relatos per Altograd. in iſta cauſa pro eodem actore ſcribentem *conſ. 5. volum. 2. num. 6.* eſt magis communiter rejecta, *ut ex Bald. Iſernia, Alvaroto, Afflict. & aliis* plenè oſtendunt *Schrader. par. 8. c. 6. n. 10. Roſenthal. c. 9. membr. 2. concluſ. 43. n. 2. & in gloſ. lit. A. Altog. d. conſ. 5. n. 2.* ubi *n. 2. ex Roſenthal. Bammacar. & aliis* probat id procedere, etiam in feudis ab Eccleſia, & Papa conceſſis, quod etiam dixit Rota *apud Rojas dec. 143. n. 1. & 2.* Et de jure communi feudorum receptum teſtatur *Giurb. de ſuc. feud. § 2. gloſſ. 5. n. 20. & 27.*

3 Tria verò requiſita ad ſubinfeudationis validitatem copulativè neceſſaria, primò ſcilicet, ut fiat ſincerè, & ſine fraude, ſecundò, ut ſubinfeudetur perſonæ ſimilis conditionis, & tertiò, ut ſit cum eiſdem legibus, & pactis, in præſenti caſu concurrere, conabantur probare *Altograd. d. conſ. 5. num. 22. & ſequen* aliique pro d. actore ſcribentes.

4 Poſita verò legitima ſubinfeudatione, inferebant iidem ſcribentes, ad ejus durationem, etiam poſt feudi devolutionem, quia licet *Harmun. Piſtor. q. 44. n. 8. & ſeqq.* ductus ex regula *text in l. lex vectigali 31. ff. de pignor. hyp.* ut reſoluto jure datoris, reſolvatur Jus acceptoris, conſtanter teneat ſubinfeudati Jus non durare ultrà illud ſubinfeudantis, quam regulam probant leges feudales *in cap. 1. §. rurſus quib. mod. feud. amitt. il. 1. cap. 1. §. fin. de alienat. feud. & c. 1. § ſi aliquis apud quem vel quos, dictumque opinionem teneant Afflict. in d. c. 1. §. ſi verò num. 7. 8. qualiter olim feud. pot. alien.* ubi dicit dictum text. qui contrarium probat, eſſe antiquatum, *Camerar. in l. Imperialem car. 7. in magnis litteris G. & H. in parv. car. 35. & alii in gloſ. ad Roſenthal.*

Contraria tamen apud Feudiſtas eſt magis recepta, ut ſcilicet ſubfeudatarium ſe offerentem ſervire, Dominus recipere teneatur per *text. in d. §. ſi verò* quem negatur eſſe antiquatum, *ut plenè probant Roſenthal. c. 9. conclu. 49. n. 6. per tot. Altograd. d. conſil. 5. n. 3.* qui cumulant multos, quibus addi poſſunt *Apont. de poteſt. Proreg. tit. 3. §. 3. n. 8. & ſeqq. Monton. in l. Imperial. §. firmiter num. 56. Mareſcott. lib. 1. var. cap. 95. num. 17. & 18. de Marin. in add. ad deciſ. Reverter. 522. n. 2.*

5 Et ſi quæ difficultas adeſſe poſſet, quoties agitur de facultate ex ſola juris diſpoſitione reſultante, eam tamen omninò ceſſare dicebant, ubi licentiæ legis accedit illa hominis, quæ latiorem effectum habere debet, quia lex permittit de alieno, Homo verò permittit de ſuo, ac etiam, quia lex unum facit, nempe permittere, homo verò facit duo, nempe permittere, & approbare pro ſucceſſoribus, *Camerar. in d. l. Imperial. d. car. 7. in magnis litt. T. & V. alias car. 40. ad fin. in parvis Apont. de pot. Proreg. d. tit. 3. §. 3. num. 19. Monton. d. § firmiter num. 56. Lanar. in repet. §. ſi quis per triginta n. 66. & 67. Si de feudo defuncti militis, & cæteri per Altograd. d. conſ. 5. num. 4.*

Accedente

Accedente præſertim obſervantia individua in eodem feudo, quia plures ejus ſubfeudatarii continuarunt, & continuant in ſubfeudorum poſſeſſione poſt devolutionem, quod etiam priùs ſub Clem. VIII. practicatum fuit in Ducatu Ferrariæ, ideòque dicebant, deterioris conditionis eſſe non debere illum, qui eſt de familia adeò benemerita feudatarii, in quo proindè faciliùs, ac rationabiliùs intrat æquitas ſeu ratio *text. in l. 1. §. permittitur ff. de aqua quotid. & æſtiva.* ex qua plerique fundant ſubfeudatarii continuationem de jure debitam eſſe, *præſertim Bald in c. cæterum n. 13. in fin. extr. de judiciis, Alvaroc. in c. 1. §. ſi verò n. 4. qualiter olim feud. poter. alien.* Eſt etiam ſenſus Iſerniæ *in c. quib. mod. feud. amitt. il. num. 25. in fine, & melius n. 29.*

E converſo Camerales non negabant dictarum concluſionum veritatem in abſtracto, quia concurrentibus tribus requiſitis, de quibus ſupra, verius eſt, ſubinfeudandi facultatem de jure competere, & multò magis accedente expreſſa facultate per Inveſtituram conceſſa; Aliqui tamen firmiter inſiſtebant ſuper Clauſula (*ſine præjudicio*) prædictæ faculta-
6 ti adjecta, quaſi quod Papæ concedentis ſenſus fuerit, reddere quidem actum ſubinfeudationis licitum, & impunitum, non tamen durabilem poſt finitum feudum, quia negari non poteſt, ex hujuſmodi prorogatione reſultare Domini præjudicium, ut latè deducit *Piſtor. d. qu. 44. num. 10. & ſequen.* quod præjudicium Papa ſic præſervare voluit, *Rot. dec. 300. num. 8. & 9. p. rec.* præſertim, quia non videtur alius ſubeſſe caſus, in quo remaneat operativa dicta clauſula aliàs inanis, & fatua, cum in eadem Inveſtitura diſponatur, ſubinfeudationem fieri non poſſe de Civitatibus, & fortalitiis, ſive in potentiorem perſonam, in quibus circumſtantiis conſiderari poſſent majora Domini præjudicia.

Unde dicebant iidem Camarales, quod ſtant benè ſimul, tribui licentiam faciendi actum, pro nullitate, & pœnis evitandis, & tamen Jus Domini licentiam tribuentis remanere præſervatum in caſu de-
7 volutionis per dictam Clauſulam, ut in terminis licentiæ hypothecandi, vel obligandi feudum, ut quoties adjectam habet dictam Clauſulam, ita intelligi debeat, ut in caſu devolutionis, hypothecæ non durent, ſed evaneſcant *Affl. in cap. 1. §. quid ergo num. 6. de Inveſtit. de re alien. & cæteri apud Roſenthal. cap. 9. concluſ. 18. num. 4. & ſequen. Burſatt. conſ. 171. ex num. 15. Surd. dec. 286. per tot. ubi add. ad deciſ. 260. n. 5. Cirioc. controv. 446. n. 3. & ſequen.*

Verùm iſtud motivum ita ſumptum, mihi, & aliquibus ex aliis aſſumptis ad ſcribendum pro Camera,
8 prout etiam in diſcuſſione cauſæ judicibus, minus tutum videbatur, quia hujus clauſulæ virtus & natura operari in aliis quàm in expreſſis *de Ponte conſ. 15. num. 6. & conſ. 55. num. 56. lib. 1. Mart. clauſ. 158. num. 3. & 9. p. p. Rot. dec. 549. num. 10. par. 5. to. 2. & dec. 222. n. 26 27. par. 7. rec.* cum verè dicta clauſula potius adjici ſoleat ad excludendam allodialitatem *Roſenthal. c. 10. concluſ. 48. ſub n. 31.* ſalvandamque feudi naturam, ut non recipiat alterationem, *Marta clauſ. 67. num. 3. p. 2.* accedentibus aliis in reſpectu hujus clauſulæ deductis per *Altograd. d. conſ. 5. numer. 31. & ſequen.* Et quod dicta Clauſula non operetur, quin ſubinfeudatio facta de licentia Domini duret poſt extinctam lineam ſubinfeudantis firmat *Schrader p. 8. c. 4. num. 34. verſ. & hac ſequiem.*

Ponderabant iidem Camerales, ceſſare ſecundum requiſitum, ut ſubinfeudatio fieret perſonæ ſimilis
9 conditionis, ob longe diſparem conditionem perſonarum ſubinfeudantis, & ſubinfeudati, cum unus eſſet Princeps, alter verò privatus; ſed pariter hoc motivum non placuit, tanquam laborans æquivoco claro, diſparis enim conditionis objectum procedit ab omnimoda totius feudi ſuinfeudatione, per quam feudatarius alterum loco ſui ponat, & in his terminis verè loquuntur *Schrader p. 8. c. 2. numer. 13 in fin.* aliique in hoc requiſito inſiſtentes, quia militant præjudicia conſiderata per *Clar §. feudum qu. 32. numer. 5.* & alios, non autem in iſtis minoribus ſubfeudis, quæ de modica parte feudi, ſeu de ipſius excadentiis fiunt, quia hæc non congruunt æqualibus, ſed inferioribus, & ſubvaſalli fieri ſolent, *Roſenthal. c. 9. concluſ. 44. num. 5. relat. ab Altograd. d. conſ. 5. num. 42. Rot. deciſ. 143. n. 8. 9. coram Royas.*

Præſertim cum agatur de feudo Dignitatis, & Superioris ordinis cum jure Principatus, cujus majeſtati congruit habere milites, & Vaſallos, idcircò de natura peculiari feudi ineſſe videtur facultas ſubinfeudandi, ac milites, & domicellos creandi *Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 1. gl. 5. numer. 40.* unde terminorum clarus error videbatur, regulare velle facultatem feudorum inferiorum ſonantium in ſimplicem Baroniam, cum facultate feudorum dignitatis ſonantium in Principatum, proindeque Doctores in prima ſpecie loquentes non benè alteri applicantur.

Aliqui ex Cameræ defenſoribus, admittentes concluſiones pro actore deductas, tanquam magis communes, & receptas, concurrentes etiam in ſupradictorum motivorum per Camerales deductorum reje- 10
ctionem, credebant ſubinfeudationi obſtare Conſtitutionẽ 35. Pii V. per quam omnes infeudationes ſtrictè prohibentur; prohibita etiam dicitur ſubinfeudatio *Giurb. d. §. 1. gl. 5. num. 35. in fin. & 29.* Ex qua ratione, & ex ampliori alienationis prohibitione contenta in Conſtit. Regni incipiente *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, prodiit in utriuſque Siciliæ Regnis concluſio, feudatariis prohibitam eſſe ſubinfeudationem, ut latè probat *Giurb. de ſucceſſ. feud. d. §. 1. gloſ. 5. numer. 35. & 37.* qui alios cumulat, & eſt concluſio receptiſſima.

Abſonum enim videtur, ut quod non eſt licitum Domino, & Superiori, licitum eſſe debeat Vaſallo, & Inferiori, præſertim ubi agitur de ſubinfeudatione facta à 40. annis citra, cum eadem Conſtitutio §. 2. in fine, expreſſe ſtatuat, bona devolvenda, ſequuta devolutione, ita Cameræ, & Sedi Apoſtolicæ incorporata per cenſeri indè, ac ſi per 40. annos eſſent jam per Cameram poſſeſſa, unde ſi per dictum tempus hujuſmodi Caſtra finguntur Cameræ incorporata, utique obſtat Bulla, quia eſt concedere jura per Dominum poſſeſſa.

Augebatur motivum, ex regula *text. in d. l. lex*
vectigali ut reſoluto jure datoris, reſolutum ſit Jus 11
acceptoris, unde feudum per finem generationis totum liberè reverſum dicitur ad Dominum, qui tamen ex æquitate recipere tenetur ſubfeudatarium, qui ei ſervire ſe offerat, ita ut fingatur tanquam novus feudatarius, quaſi ex nova receptione, & tacita inveſtitura admiſſus, ut videtur eſſe ſenſus, *Bald.* & aliorum, de quibus ſupra, & *in ſpecie Roſenthal c. 9. concluſ. 49. num. 9. in fin. ubi jus ſubinfeudati, vel maneat, vel id ita ad Dominum primum redeat, ut feudum ab eo habere queat, & in gloſ. litt. B. refert verba Feder. Schenk*, quæ idem important.

Si igitur eſt tacita, & ficta Inveſtitura, quæ nunc
fit de novo, utique venit ſub prohibitione, quia pro- 12
hibita infeudatione expreſſa, dicitur etiam prohibita tacita, vel ficta *Camerar. in d. l. Imper. cor. 8. in magnis litt. G. & I. & in parv. cor 44.* & ſequuntur communi calculo feudiſtæ utriuſque Siciliæ, de quibus apud *Giurb. ubi ſupra*, & ex hoc reſultat, materiam ſubinfeudationis parùm apud illos Doctores tractatam eſſe, ac etiam, quia eſſet ita prorogare primas inveſtituras ultra lineam in ea vocatam, quod eſt prohibitum per eandem Pianam conſtitutionem, ita paſſim intellectam, & receptam, juxta declarationem deſuper factam ab Innocentio IX. *de qua apud Fugnan. in c. ex parte de feud. n. 34.*

Sed neque iſtud motivum arriſit Judicibus; quinimò

mò neque pluribus ex ejuſdem Cameræ defenſoribus,
tum ex regula generali, quod Piana Conſtitutio tan-
quam lex nova reſpiciat futura, non autem præterita,
ideoque non tollat facultatem, jam à Paulo III.
conceſſam; tùm quia cum agatur de nova lege exor-
bitanti, proindeque ſtrictè intelligenda, capienda eſt
in caſu vero, ubi ſcilicet verè, & propriè feuda Ca-
meræ Apoſtolicæ incorporata, ab illa diſmembrantur,
& aliis conceduntur, non autem ubi agitur de infeu-
datione ficta, quoniam ſi hanc etiam prohibitio per-
cuteret, ſequeretur, quod neque licentias de venden-
do, vel alias transferendo Feuda & Caſtra de uno in
alterum Papa concedere poſſet, cum in hujuſmodi
differentibus bonis alienari prohibitis, & in libero
commercio non exiſtentibus, translatio de uno in
alium, ſequi non dicatur ex facto Principis, licen-
tiam, & aſſenſum concedentis, quem novus acqui-
rens in directum autorem agnoſcere dicitur, quia fin-
gitur, feudatarium refutare feudum in manu Do-
mini, & ab iſto per aſſenſum novæ Inveſtituræ vim
habentem denuò concedi, ut latiùs habetur *in Man-
suaun feudi hoc tit.* & ſæpius in altero *de Regularibus
ad materiam officiorum & locorum Montium.* Verùm
hæc reſponſio videbatur periculoſa, & non enervans
objectum, cum ut ſupra, dictæ conſtitutiones non
ſolùm contineant prohibitionem omninò novæ infeu-
dationis, ſed etiam prorogationis inveſtituræ ultra
lineam vocatam, qua ſolum durante alienationes du-
rant, niſi feudum eſſet aliàs ex lege inveſtituræ alie-
nabile, cum ea quæ implicitè continentur, non pro-
hibeantur deduci ad actum explicitum, juxta *dec.
1321. Seraphin. num. fin.*

Melior videbatur altera reſponſio, quod in his
feudis majoribus, & Dignitatis, quibus congrua &
13 connaturalis eſt ſubinfeudatio de Caſtris, Oppidis, &
locis non conſpicuis, ad hoc ut feudatarius ſibi mili-
tes, & domicellos pro feudi dignitate conſtituat,
verè hujuſmodi ſubinfeudationes non dicuntur im-
portare feudi ſciſſuram, diviſionem, vel alienatio-
nem, cum ſtante omnimoda ſubvaſſallorum ſubjecti-
one, feudum retineat ſuam naturam, & integritatem,
ſed potius aſſimilandæ ſunt Conceſſionibus excaden-
tiarum, de quibus *Camerar. in d. l. Imperial. car.
7. in magnis litt. L. & R. in parv. car 37. 39. Gurb.
de ſucceſſ. feud §. 1. gl. 5. num. 40. & ſeqq.* & cæteri
præſertim Regnicolæ; Excadentiæ autem inter fruc-
tus feudi eorumque perceptionem potius, quàm in-
ter ejuſdem alienationem, vel ſciſſuram computan-
dæ ſunt, *Roſenthal. cap. 9. concluſ. 44. n. 11. & con-
cluſ. 48. num. 8. & 9.* ideoque tanquam fructus jam
percepti tempore habili durant etiam de tempore in-
habili, ad inſtar præſentati in vim juriſpatronatus
annexi feudo, quia ſubſequuta devolutio non facit
ceſſare jus preſentati, cum ſimilibus, & ſic diffi-
cultas intraret, quando ageretur de ſubinfeudatione
ipſius, ejuſque univerſitatis.

Satis etiam in hoc propoſito conſiderata fuit ob-
ſervantia generalis ferè totius illius Orbis partis, ubi
feudorum, ac ſubfeudorum materia eſt in uſu, indi-
vidualis verò ejuſdem Sedis Apoſtolicæ, tam occa-
ſione devolutionis Ducatus Ferrariæ, quam iſtius
Urbinatis, dum ſubfeudatarii, & Domicelli, quos
Duces ſibi tempore habili conſtituerunt, recepto ab
eis novo fidelitatis juramento, continuarunt, & con-
tinuant, & meritò, nam aliàs ex caſu hujuſmodi de-
volutionum, magnæ revolutiones, maximaque reſul-
tarent inconvenientia, atque eſſet aliàs redarguere
de delicto duos Zelantiſſimos, ac doctos Pontifices,
Clem. & Urb. VIII. ſubfeudatariorum perſeveran-
tiam in dictis Ferrariæ, & Urbini Ducatibus expreſ-
sè canonizantes.

Quare licet omnia ſupradicta motiva per me aliiſ-
que pro Camera ſcribentes acriter deducta fuerint,
14 (unde liquet quàm periculoſa ſit auctoritas ſcriben-
tium in conſiliis, & allegationibus, utpotè cauſæ
inſervientium,) præcipuus tamen ac ſolidus punc-
tus, ſuper quo ex mea & aliorum ſententia, dic-
rum fuit eſſe principaliter inſiſtendum, ad quem poſt
primam cauſæ propoſitionem, reſtricta fuit diſputa
tio, verſabatur in deficientia primi requiſiti, quod
ſcilicet ſubinfeudatio fieret ſine fraude, quæ ineſſe 15
dicitur, quoties actus explicatur per feudatarium
caſtè natum, vel in decrepita ætate conſtitutum, le-
gitimo ſucceſſore carentem, ita ut imminere dica-
tur devolutio, ut erat in caſu, quia Dux decrepitæ
ætatis, ac filiis deſperatus, imminentem devolutio-
nem biennio antea jam agnoverat, juxta auctorita-
tem *gloſ. Magiſtralis in cap. 1. §. Sed etiam res, per
quos fiat inveſtitura*, quam communiter ſequuntur
feudiſtæ præſertim *Iſernio ibid. n. 5. Bal. n. 2. Alvo-
ras. n. 7. Capyc. Inveſt. feud. verbo feudum dant.
concluſ. 24. declar. 5. ampl. 3. limit. 2. fol. 153. Piſtor.
d. q. 44. n. 5. Roſenthal. c. 9. concluſ. 45. n. 1. Aponi, de
poteſt. Prorog. tit. 7. de aſſenſibus reg. §. 3. n. 3. Jo.
Andreas de Georg. ad l. Imperialem cap. 6. num. 5.* &
cæteri communiter abſque forſan contradicente, &
quam reſpectu agnatorum indubitatam dicit. *de Ma-
rin. ad Reverter. d. deciſ. 512. num. 3.*

Idemque ad litteram comprobat *in cap. unico de
aliss. feud. in extraordinar. tit. 37.* ibi. *Et ſi in deſ-
peratione filiorum fuerit, nullo ratione, nec quolibet
modo dare poteſt. quæ omnia ſi facta fuerint, nullius
momenti erunt, & eo defuncto omnia ad priorem
Dominum revertuntur.*

Et licet fuerit ſatis dubitatum; An iſtæ extrava-
gantes ſint apocryphæ, legis autoritatem non haben- 16
tes, reſpondebatur tamen, magis communem feu-
diſtarum eſſe, quod ſint authenticæ, ut conſtar ex
deductis hinc inde *per Surd. conſ. 522. num. 18. Me-
noch conſ. 65. num. 19.* præſertim illæ, quæ ſunt
practicatæ, cum difficultas verſetur in non practica-
tis, *ut per Iacobum de Franch. in cap. 1. §. hoc autem
num. 9. de his, qui feud dar. poſſ.* quodque ſaltem ne-
gari non poſſit, hunc textum ſatis attendendum eſ-
ſe, tanquam auctoritatem doctoralem, & magiſtra-
lem, interpretativam dubiæ quæſtionis *Maſcard de* 17
*Statut. concl. 11. num. 12. & ſeqq. Salgad in labyrint.
cred. p. 2. cap. 29. num. 23. & 26. & 34.* *ubi alii*
multo magis, dum non agitur de quæſtione, ſed de
receptiſſima concluſione, quæ cum dicto textu
conformat.

Non negabant ſcribentes pro actore dictam regu-
lam, verè incontrovertibilem, ſed duas conabantur
deducere limitationes, unam nempè, quod fraus per
gloſſam iſto caſu ponderata, ut potè præſumpta ex
ſola præſumptione Juris reſultans, contrariis ſinceri-
tatis, & bonæ fidei probationibus ſeu præſumptioni-
bus elidibilis eſſet; Alteram, ut concluſio procedat
in ſubinfeudandi facultate ex ſola juris diſpoſitione
competente, non autem ubi expreſsè per Dominum
conceſſa fuit.

Quod enim eſſet ſolùm fraus præſumpta, ponde- 18
rabant dictum *Bald. in d. 9. ſed & res ſub num. 2.*
ibi *Et nota verbum gloſſe, quod ratione ſterilitatis
præſumitur animi fraus*, & *Iſernio ſub num. 5.* ibi,
dicit gloſſa quod præſumitur in fraudem facere, cum
quibus plerique alii pertranſeunt. Quodque contrariæ
probationes, vel fortiores præſumptiones ex integri-
tate facientis, aliiſque circumſtantiis reſultantes, ceſ-
ſare faciant hanc præſumptam fraudem, allegaban-
tur *Ardizon. de feud. p. 1. cap. 6. verſ. item præſumi-
tur Frecc. de ſubfeud. lib. 3. differ. 25. paulo ante fi-
nem. Aponi. de pot. Marg. ti. 8. de refut. feud. 4 §.
num. 6. 13. & 15. Parif. conſil. 13. num. 74. & ſeqq. &
conſ. 14. num. 19. lib. 2. Ruin. conſil. 213. num. 3.
& 10. l. 1. Capic. Latr. dec. 134. n. 17. Giovegnon. conſ.
44. n. 67. [illegible] Molpheſ. ad conſuet. in addit. p. 3. qu. 1.
num. 23. & ſeq. tom. 2. Capec. dec. 85. num. 2.*

Præſ

Præſumptiones autem ſinceritatis, & bonæ fidei deducebantur ex optima vita, & timorata conſcientia Ducis, quod ponderatur per *Apont. ubi ſupra num.* 15. ex publicitate actus, ex parvitate materiæ, & ex rationabili motivo conſervandi in illis regionibus memoriam familiæ, unde propterеà inferebatur ceſſare illam fraudem conſilii dolum redolentem, quam ſcribentes pro actore omninò requiri inculcabant.

Irrelevans tamen, parumque fundata judicata fuit hæc limitatio, per neminem feudiſtarum in hac ſpecie cie adhuc tradita, & meritò; fraus enim in hac materia ad plures caſus ſive effectus conſiderari ſolet, unus eſt circa ſubſtantiam ipſius actus, an ſcilicet ſi verè talis, 19 qualem feudatarius facere aſſerit, vel diverſus ſub diverſo ſimulato nomine in fraudem confectus, quia nempè feudatarius volens, pretio mediante, feudum, vel ejus partem contra legis prohibitionem vendere, ſeu aliàs alienare, id ſub velato nomine ſubinfeudationis agat, & tunc quia dicitur fraus criminoſa importans delictum poſitivum, ex quo reſultat, nedum infectio actus ab initio, ſeu feudatarii punitio, ideò illa in dubio non præſumitur, & de facili, ſi quæ adeſt mala ſuſpicio, contrariis bonis præſumptionibus tollitur, & in his terminis loquitur *Roſenthal cap. 9. concluſ. 44. num. 3. in quo ſe fundat Altograd. d. conſ. 5. numero* 38.

Alter caſus eſt circa præjudicium ex ſubinfeudatione, vel refutatione reſultans creditoribus, ad effectum, ut intret vel ne titulus *ex his quæ in fraud. cred.* & ſic ubi actus contineret commentum, ideòque redoleret etiam delictum, atque iſto etiam caſu, fraudis excluſio admittitur, & in his terminis loquitur *Freccia de ſubfeud. lib. 3. differ.* 25.

Tertius eſt caſus circa leve præjudicium reſultans Domino ex refutatione facta per feudatarium morti proximum quoad relevium, & in his terminis loquitur *Aponte de pot. Proreg. tit. de refut. feud. §. 4. ubi num.* 15. *&* 16. reſpondendo ad gloſſam, dicit eam procedere ob gravitatem præjudicii, ideòque non applicari ad ſuum caſum, in quo leve judicium modicæ partis fructuum non de facili dictam præſumptionem admittit; Unde potius hæc autoritas retorqueretur, quia fundatur in levitate materiæ.

Quartus eſt demum caſus noſter individuus, ubi ſcilicet agitur de ſubinfeudatione, per quam feudi integra devolutio Domino impediatur, & nullus ex allegatis percutit iſtos terminos, neque firmare audet hoc aſſumptum, ut ſola bona præſumptio facientis, apta ſit facere hujuſmodi actum validum, & duratu-20 rum; Cum enim non agatur de fraude ad effectum nullitatis expreſſæ, ſed tota vis conſiſtat in præjudicio, non dicitur hæc fraus conſilij, & mali animi, ſed fraus re ipſa, in qua non attenditur animus, vel qualitas facientis, ſed ipſum factum præjudiciale, ut litteram probant *text. in l. ſi quis cum alter. 36. ff. de verb. oblig. & l. omnes 17 §. Lucius Titius ff. quæ in fraud. Cred. & utrobique gloſ. ubi concordantes*; nil enim intereſt tertii patientis præjudicium, an faciens in bono, vel malo animo fuerit, & an rectam, vel malam conſcientiam habuerit, ſi actus utcunque geſtus, ei cauſat damnum, & præjudicium, ut obſervat *Bargal. de dolo lib. 6. reg. 28. num. 1. ſeqq. ubi cæteri.*

Suſpicata enim fraus, cauſa fuit, ut induceretur legis diſpoſitio, quæ propterеà, ceſſante ſuſpicione non ceſſat *Tiraquell. ceſ. cauſ. p. 1. num. 177. & limit. 19. num. 1.* ut habemus in materia teſtamentorum, in quibus ob fraudum, & falſitatum ſuſpicionem, lex induxit tantas ſolemnitates, quarum neceſſitas non ceſſat ob integritatem, & bonos mores eorum, ad quorum commodum cedunt, cum ſimilibus; & ſic qualitas deſperatæ ſucceſſionis, tanquam regulariter, & à communiter accidentibus de fraude ſuſpecta, cauſa eſt, ut privetur quis ea facultate, quæ aliàs competeret; Ut exemplificari poteſt in Clerico, qui vivens liberam habet diſpoſitionem de bonis ex fructibus beneficiorum Eccleſiaſticorum quæſitis, & infirmus hujuſmodi facultate privatur, quamvis eſſet vir integerrimus, à quo fraudis ſuſpicio omninò abſit; Ita pariter reſignationes factæ de tempore infirmitatis, vel ſenectutis, ita ut non ſuperſint 20. dies, dicuntur infectæ ex regula de viginti inducta ex fraudis ſuſpicione, qua ceſſante non per hoc ceſſat regula locum habens, etiam in Epiſcopis, & Cardinalibus cum ſimilibus.

Et in ſpecialibus terminis feudorum, non ſolet nec debet, quinimò nec poteſt Rex in Regno Neapolitano, ubi feuda ſunt emptitia & hæreditaria, denegare aſſenſum feudatariis ſuper venditione feudorum, quæ propterea quodammodo dicuntur eſſe in commercio, ſed ſi feudatarius careat ſucceſſore, licitè aſſenſus denegatur, vel conceſſus, dum habebat ſucceſſorem, ob iſtum poſtea deficientem non relevat, niſi certis caſibus, ut infra, quia tunc cenſetur alienatio fieri in fraudem imminentis devolutionis, & tamen, ſi fraudem ceſſare conſtet, non per hoc aſſenſus conceditur.

Mirificè idem comprobat *eadem gloſ. Magiſtralis in d. §. ſed etiam res*, dum exemplificando fraudem, tria ponit exempla, primum de caſtè nato, ſecundum de ſene filiis deſperato, & tertium de illo qui eo animo facit ut fraudet, ergo fraus animi, & conſilii eſt diverſa à duobus caſibus præcedentibus, in quibus, ut dictum eſt, non attenditur animus, ſed ſpectatur effectus inde reſultans, qui eſſe videtur, ut feudatarius morti proximus diſponat de re, quæ non eſt ſua, ſed Domini, ac diſpoſitionis effectum verè conferat in tempus inhabile.

Et conferunt, quæ in jure habentur de uſufructuario non percipiente immaturos fructus in præjudicium proprietarii, de conductore non erodente fructus probabiliter ſpectare debentes ad locatorem, cum ſimilibus, in quibus non animus, ſed effectus & præjudicium attenduntur, ideoque non fraus conſilii, ſed fraus reipſa ſpectatur, aliàs fatua eſſet principalis concluſio, quia ſemper iſta feuda dignitatum retinentur per Principes, & Magnates, qui probi & integerrimi præſumuntur, & eſſe ſolent, ac etiam, quia ubi intercedit fraus conſilii, fruſtratorium eſt attendere qualitatem ætatis, & carentiæ ſucceſſoris, cum ſubinfeudatio fraudulenta ſemper ſit invalida, & pœnalis ab initio, etiamſi per juvenem, & filios habentem facta ſit.

Quo verò ad aliam limitationem pro actore traditam, ut ſcilicet concluſio non procedat accedente facul- 21 tate ſpeciali tradita per hominem, quæ largiùs & benigniùs interpretanda eſt quàm illa legis, quia ille dat de ſuo, iſta verò de alieno, allegabatur ad ejus comprobationem auctoritas *Iſernia in cap. 1. Qui ſucceſſores teneantur il. pr. ex n. 6.* ubi ponendo caſum de feudatario non habente filios concedente ex facultate domini feudum alteri filios habenti, dicit feudum non aperiri per mortem concedentis, ſed durare penes ſecundum recipientem, atque ad idem adducebantur *Frecc. de ſubfeud. lib. p. origin. Baron. n. 52. Liparul. ad Iſern. in cap. Imperialem n. 4 verbo hæredi, Apont. conſil. 2. num. 17. & ſeqq. lib. p. Maurus jun. in addit ad Maur. ſeu alleg. 18. Rovit. pragm. 4. de feud. num.* 29. addito etiam vulgari axiomate; conceſſionem hominis debere aliquid plus operari ultra juris diſpoſitionem, ne inanis, & vacua remaneat.

Facilis autem viſa fuit hujus objecti ſolutio, tum ex regula, Principis conceſſionem intelligendam eſſe, 22 prout Jus diſponit & dictat, ut in terminis, *ex Iſernia, & aliis Freccia lib. 1. de origin. Baron. num. 46. & 47. Aponte de pot. Proreg. tit. de refut. 4. 5. num. 16.* Unde ſicut habens licentiam expreſſam ſubinfeudandi, non poteſt concedere inimico vel inæquali, ſub diverſis conditionibus *Frecc. ibidem num. 49 Camerar. in c. Imperialem car. 5. in magnis lit. G. ubi car. 19.*

Digitized by Google

in parvis, ita neque in tempore,& ſtatu inhabili;Tum ex alia regula, quod à qualibet conceſſione ſemper excepta cenſetur fraus ad *text. in l. ſi pater* 12. *ff. qua in fraud. creditorum.*

Ac demùm ex altera regula, quamlibet conceſſionem intelligendam eſſe rebus in eodem ſtatu permanentibus, quibus ceſſantibus, dicitur deficere animus, ut ultra generalia plenè congeſta per *Adden. ad deciſ.* 523. *p.* 4. *recent. tom.* 3. *num.* 5. in ſpecie facultatis diſponentis de feudo *Apont de reſut. feud.* § 5. *n.* 15. & 24. ubi *num.* 19. ita declarat dicta per eum *conſil.* 2. *num.* 7. *lib. p.* ex ea optima, & viva ratione, quod Dominus cenſetur dediſſe facultatem feudatario diſponendi de ſuo, non de alieno, unde diſponendo,dum eſt morti proximus, vel aliàs devolutio imminet, diſponeret de alieno, non de ſuo, atque tali caſu ceſſat illa ratio incertitudinis, quæ unicè tollit Domini præjudicium, quia ſcilicet incertum eſt, an ſubinfeudatus, potius quàm ſubinfeudans debeat priùs deficere, ideoque conferunt omnia ſimilia, quæ ſupra de Clerico diſponente de bonis, vel reſignante beneficium, ſeu de uſufructuario & conductore dicta ſunt.

Ad auctoritates autem *Iſernia, Freccia, Liparuli, Reviti* & aliorum, reſpondebam, illas procedere in licentia, ſeu facultate ſpeciali, nominatim conceſſa individuali perſonæ, cujus qualitas nota erat Domino concedenti, qui ſciens & volens, videtur ſuper impedimento diſpenſare, ut in puncto, Iſerniæ doctrinam ita explicant. *Apont. d.* § 5. *num.* 15. & *Fab. de Ann. conſ.* 129. *n.* 85. & 86. ſive ubi in facultate habetur mentio ejus, cui eſt concedendum, quia tunc concedens videtur non minùs contemplaſſe perſonam ſubinfeudantis, quàm ſubinfeudati, qui propterea ſic
23 directè à Domino recipere videtur *Montan. ad l. Imperialem* §. *firmiter num.* 55. & 56.

Ultra quod, opinionem *Liparuli, Camerar.* & *Reviti* firmantium, aſſenſum conceſſum feudatario ſucceſſorem habenti, adhuc ſuffragari iſto ceſſante, quoties in perſonam expreſſam fit alienatio, neque tutam videri inſinuabam, cum adoleſcens magna Neapolitana Tribunalia practicando, ſæpiùs a verſatis feudiſtis audierim, contrariam *Freccia* opinionem eſſe receptam.

Et ad axioma, quod conceſſio hominis debet aliquid operari ultra legis conceſſionem, dicebam, facultatem in Inveſtitura contentam ſatis eſſe operativam, tùm quia attento eo tempore, non erat ita certum inter feudiſtas, an jura concedentia facultatem ſubinfeudandi, eſſent, vel ne antiquata per novam legem *Federici in c. Imperialem*, ideoque hanc dubitationem ſuſtulit, unde ceſſat argumentum ſuperfluitatis, quod tanquam leve per quamcumque modicam operationem, etiam majoris declarationis tollitur *Ottobon. dec.* 244. *num.* 21. *cum ſeqq.*

Tum clarius, quia ſtante præcedenti expreſſa prohibitione alienationis, vel diviſionis in eadem inveſti-
24 tura contenta, niſi aliud fuiſſe expreſſum, ſublata etiam fuiſſet facultas ſubinfeudandi aliàs de jure competens, *Bal. in cap.* 1. §. *Præterea n.* 3. *Lapis. Corradi*, quem ſequuntur communiter feudiſtæ cumulati per *Schrader. p.* 8. *cap.* 2. *n.* 30. & 21. *Ginrb. de ſucceſſ. feud.* §. 1. *gloſ.* 5. *num.* 31.

Unde ob magis amplam alienandi prohibitionem
25 contentam in Conſtitutionem incipien. *Conſtitutionem Divæ memoriæ*; prodiit in utrinſque Siciliæ Regnis receptiſſima concluſio prohibitiæ facultatis ſubinfeudandi ut ſupra, igitur ſatis dicta conceſſio operatur, removendo obſtaculum ideoque verba inveſtituræ non ſunt inductiva novæ facultatis, neque ampliativa legalis diſpoſitionis, ſed tantùm modificativa præcedentis generalis prohibitionis, ſeu per remotionem obſtaculi reductiva ad Juris diſpoſitionem quod benè in concordia inita cum Sede Apoſtolica de anno 1624. declaratum fuit, dum circa ſubinfeudationes, conventum eſt; *ſervari debere Iuris diſpoſitionem.*

Dicebatur etiam pro actore, principalem concluſionem deductam ex *gloſ in* §. *ſed & res*, procedere reſpectu agnati, non autem Domini, ex auctoritate *Iacobini A varesi* & aliorum, quos poſt hæc diſputata congeſſit *de Marin.* (tunc ferè autor motivi) *in addit. ad Reverter. d. deciſ.* 522. *num.* 3. ſed omninò irrelevans motivum judicatum fuit, quia *text. in c. unico de alien. feud.* in extraordinariis loquitur expreſsè de Domino, tùm quia feudiſtæ indefinitè ſtatuunt concluſionem; Et clarius, quia in omnibus eadem ratio militat, quinimò fortior in Domino ex ſupra ponderatis, de Clerico, Uſufructuario, conductore, & ſimilibus; neque videtur, quomodo reſpectu agnatorum ſit practicabilis caſus gloſſæ, dum ſuppoſitis agnatis, ſupponitur ſucceſſor, qui ex regulari natura feudorum, ut ſint pacti, & providentiæ, veniunt ſemper jure ſuo, ita ut nihil referat, an ſit deſcendens, vel tranſverſalis, ergo non eſt caſus gloſæ, in quo ſupponitur carentia ſucceſſoris.

Dicebant etiam Camerales, quod ubi ſenex de filiis deſperatus ſubinfeudat juvenem filios habentem, vel ad eorum procreationem aptum, non dicitur ſubinfeudare perſonam æqualis conditionis,ideoque deficit ultimum requiſitum, ob cujus defectum nullitas actus remanet inevitabilis, cum eſſet illa incertitudo, quæ unicè ſalvat Domini præjudicium, unde ſemper firmum remanet, quod ita feudatarius non dat de ſuo, ſed de eo, quod Domini, conferendo in effectu ſuam largitionem in tempus inhabile, quo ipſe non eſt amplius Dominus, & poſſeſſor, & in Domini ſupplantationem.

Quod tamen ego, ad veritatem reflectendo, dicebam in congreſſibus Advocatorum deſuper habitis, eſſe intelligendum cum diſtinctione; Aut enim agitur de Caſtris, membris, vel bonis, quæ de ſui natura non ſolent ſemper ſubinfeudari, ſed per ipſum Feudatarium cum feudi corpore retineri, prout ſunt Caſtra, de quibus agitur; & benè procedunt ſupradicta, quia reverà eſſet ſupplantare Dominum, ac facere fraudem imminenti devolutioni; At verò agitur de illis Caſtris, vel bonis, quæ de ſui natura ſolent ſemper remanere penes ſubvaſallos ita ut, quando per unius mortem vacant, alteri concedi ſoleant, & tunc verè, propriè ſunt excadentiæ, quæ non dicuntur tangere corpus feudi, ſed dicuntur tangere fructus maturantes, quos feudatarius ſenex, & de ſucceſſione deſperatus non debet eſſe prohibitus percipere, eo modo quo ſi vacaret Beneficium de jure patronatus feudi, non prohiberetur Feudatarius ſenex, & ſucceſſore carens facere præſentationem, cum ſimilibus, quia eſt fructus maturans ejus tempore, prohibitio autem procedit in perceptione illis fructus, qui ſuo tempore non maturat, vel in corroſione, & diminutione rei in ſubſtantia, prout eſt in primo caſu, in quo permittitur de tempore habili ſubinfeudatio ob incertitudinem, quæ ceſſare facit præjudicium certum.

Ponderabatur demùm ingenioſè pro parte actoris illa pars Inveſtituræ, in qua etiam Cardinales, & Epiſcopi ad Ducatus ſucceſſionem habilitantur, quaſi quod Papa conſideraverit caſum Feudatarii de ſucceſſore deſperati, qualis eſt Epiſcopus in ſacris Ordinibus præſupponendus, & tamen ſubinfeudandi facultatem iſtis conceſſit; ſed omninò levis, ac irrelevans ponderatio credita fuit, quia non concludit de neceſſitate Epiſcopum vel, Cardinalem eſſe ſucceſſore carentem, cum filios, & deſcendentes ante Epiſcopatum, vel Clericatum ex prædefuncta Uxore legitimè ſuſceptos habere potuerit, ut viſum fuit de Cardinali Sfondrato, qui fuit pater Gregorii XIV. ac noſtris temporibus de Cardi-

Digitized by Google

nalibus, Trivultio, de Albizis, Balnco, & alios agnatos tranſverſales, & de lineis non admiſſis haberet legitimos ſucceſſores, unde propterea caſus iſte, conſideratus videtur ſuis terminis retentis, ac juxta juris diſpoſitionem.

Et ex his per Cameram, cauſa non ſemel propoſita, & maturè diſcuſſa, contrà ſubinfeudationem judicatum fuit, meo judicio ſatis juſte, & fundatè.

† REmanet iſta cauſa in eodem ſtatu, neque ulteriorem proſequutionem habuit; Quamvis enim
1 initio Pontificatus Clementis Noni, ſucceſſoris Alexandri Septimi, ſub quo illa diſputata fuit, Actor, vel ipſo defuncto ejus filij obtinuiſſent iterum audiri, novamque diſputationem præparaſſent, communicandum juxta ſtylum, anticipatè miniſtris Cameralibus, informationes facti, & juris, ut pro eorumdem Cameralium commoditate, reſponſiones parari poſſent, cum in hoc præſertim privilegium fiſci in litibus, quas habet cum privatis; Attamen (incertum eſt ex quo motivo) ab ulteriori proſequutione deſtiterunt.

In his itaque novis informationibus, in ſubſtantia continebantur eadem fundamenta, quæ in prioribus diſputationibus deducta fuerunt; atque Scribentes ſe reſtringendo ad ſolum punctum (in quo verè nodus cauſæ conſiſtebat) invalidæ ſubinfeudationis, ob fraudem à lege præſumptam ex imminentia devolutionis, in duobus potiſſimè inſiſtebant; Primò nempè in excluſione præſumptionis fraudis, tam ratione notoriæ integritatis, ac religionis ſubinfeudantis, quàm etiam ratione juſtæ cauſæ, quæ illum impulit ad id agendum, ut adeò grata memoria hujus familiæ apud illos ſubditos conſervaretur.

Et ſecundò aliqui ingenioſè ponderabant, quod neque dici poterat, ut verificaretur præſuppoſitum certæ, ac imminentis devolutionis, ob deſperatum ſucceſſorem, dum reaſſumendo collecta per *Narbon. in tract. de ætat. ann. ſexageſim. quæſt. 4. & Rot. apud Merlin. deciſ. 229. in fin. repetit. deciſ. 20. par. 5.*
2 *rec.* probare conabantur, quod etiam ſenes ſeptuagenarii, & ultrà, filios procreare poſſent, cum in hoc differant viri à mulieribus, deducendo non ſolum exempla antiqua à Scriptoribus relata, ſed etiam aliqua moderna, & de præſenti in ipſamet Urbe, quod ſeptuagenarii habentes uxorem etiam ſenem, iſta defuncta, aliam juvenem duxerunt, & filios procrearunt, ut præſertim ſequutum eſt in eodem Duce Jovi Hieronymo Matthæo qui hodiernum Ducem procreavit.

Occaſione autem congreſſus habiti per Camerales pro hujus novæ diſputationis præparatione, de præmiſſis diſcurrendo, quatenus pertinet ad primum fundamentum bonæ fidei pro excluſione præſumptæ fraudis; denuò reflectendo ad jam deducta in diſcurſu, in ſenſu ſolius veritatis credebam, quod eam ſubſi
3 ſterent, quod ſcilicet, iſta non ſit fraus conſilii, ſeu criminoſa deſideranda in ſingulis caſibus, & in perſonis individuis facientibus actum, ſed ſit illa fraus quæ dicitur præjudicii, ſeu reipſa generaliter per legem inducta, ex ſola ratione ſtatus, in quo reperiatur ille, qui actu gerit, juxta jam adducta exempla, quodque verè & propriè actus irritatio non proveniat directè à fraude, juxta ea, quæ habemus in materia ligitinſi, vel in materia edicti *de his, quæ in fraudem creditorum, &c.* cum ſimilibus, in quibus rectè procedit; ut ſola juris præſumptio tolli poſſit per contrariam probationem, etiam præſumptam & elicitam ex fortioribus præſumptionibus, ſed quod potiùs proveniat à defectu poteſtatis, quam lex iſto caſu neget vel auferat; Quaſi quod illa ſubinfeudandi licentia, quam lex, vel homo feudatario concedit, iſtam ſub ſe habeat implicitam conditionem à lege ſubintellectam, dummodo ſcilicet actus fiat tempore habili, non autem quando ſit veriſimiliter de prole deſperans, ac propterea immineat devolutio, adeò ut dicatur potius defectus conditionis ſuſpenſivæ, impedientis ne actus fiat, & ne jus ſubinfeudato quæratur, non autem, ut ſit conditio reſolutiva, quæ irritet actum jam perfectum, tanquam per ſpeciem privationis juris quæſiti, juxta diſtinctionem inter conditio- 4
nem, per quem tollatur jus quæſitum, qua plenè *ſub tit. de fidei commiſſ. diſc. 154. & diſc. 73. de teſtamen. atque diſc. 70. de benef.*

In primo enim caſu conditionis, non requiritur fraus vel malitia, ſed ſufficit ipſum factum ex deductis locis proximè citatis, ideòque in hoc propoſito iſtud vocabulum fraudis adhibetur per quemquam improprium modum loquendi ad explicandam rationem, quæ generaliter impulit legem, ad adjiciendam, vel ad ſubintelligendam iſtam conditionem, per quam auferatur poteſtas, ſive quod illa habeatur pro non attributa.

Quo verò ad aliud fundamentum metaphyſicæ poſſibilitatis procreandi filios, ponderabam reſponderi poſſe, quod motivum forſan aliquam haberet ſubſiſtentiam, quando imminentia devolutionis, atque deſperatio ſucceſſoris deducerentur ex ſola præſumptione juris, ratione gravis ætatis; Secùs autem in hac facti ſpecie, quod idem feudatarius, juxta facti ſeriem in diſcurſu recenſitam, jam agnoverat imminentem devolutionem, atque per concordiam ſe exauctoraverat, ac propterea verſabamur in terminis fortioribus ex circumſtantiis facti.

Verum, reflectendo ad veritatem, reſponſio non ſatisfaciebat, quoniam dicta declaratio facta fuit ob præſuppoſitum, quod tunc feudatarius habebat, 5
rebus in eo ſtatu permanentibus, & quatenus caſus aliàs non præberet, ac propterea ſi de facto poſtmodum aliam juvenem fœcundam uxorem ducendo, prolem legitimam ſuſcepiſſet, juxta ſuperiùs recenſitum caſum, quem noſtra ætate in Urbe praxis docuit, utique devolutioni locus non eſſet, dictaque concordia, ſeu declaratio evanuiſſet, tanquam ex ceſſante, ſeu ex falſo præſuppoſito; ad inſtar eorum, quæ in fortioribus terminis habentur *ſub tit. de donation. diſc. nr. 20* ad materiam *text. in l. ſi unquam C. de revocand. donation.* ut ſcilicet quamvis dicti textus diſpoſitio ſuper reſolutione donationis ob ſupervenientiam filiorum ceſſet, quando diſpoſitioni dictæ legis fuerit renunciatum, ejuſque mentio habita ſit, adhuc tamen locum habeat, ob immutatum rerum ſtatum, ac ceſſatum præſuppoſitum, quod donator tunc in animo habebat, quia nempè haberet uxorem ſterilem, ac propterea juſtum haberet motivum ſe opinandi deſperatum de filiorum procreatione, renunciando diſpoſitioni dicti textus, tanquam cum eo effectum non ſortituri, adeò ut dici valeat, quod fuerit renunciatio eorum quæ haberi non poſſunt; Et per conſequens non obſtat, ſi caſus præbeat, ut mutata uxore, inſperatorum filiorum procreatio ſequeretur, ex ibi deductis.

Solidior autem videbatur reſponſio, quod ad hunc effectum per leges feudales, vel per feudiſtarum tra- 6
ditiones, de quibus in diſcurſu non deſideratur phyſica negatio potentiæ, adeò ut excludat contrariam poſſibilitatem, ſed ſufficiat deſperatio veriſimilis, ſive impotentia moralis, dum tam in iſta materia feudali ad hunc effectum, quam etiam in materia fideicommiſſaria, & in aliis ex communi, ac recepto omnium ſenſu, de legitima & naturali prole deſperati reputantur religioſi ſolemniter profeſſi, ac etiam clerici ſæculares conſtituti in ſacris, quamvis aliàs ad id eſſent naturaliter habiles, & tamen etiam in iſtis verificatur phyſica poſſibilitas, ob diſpenſationem Apoſtolicam cum ſimilibus; potiſſimè ubi jam veriſimile per eventum comprobatum fuit eſſe verum.

Præterea ad clarius elucidanda æquivoca in hac materia ſubinfeudationis, tam de jure communi feu-

dorum, quam in hoc Principatu ex Bulla B. Pij V. de
non infeudando, cum quibus, tam in primis diſputa-
7 tionibus, quam etiam in his præparationibus procedi
videbatur per Scribentes hinc indè ex conſueto errore
(qui eſt æquivocorum fæcunda mater) procedendi
cum generalitatibus, atque majorum traditiones ac-
cipiendo in ſola littera in quibuſcumque caſibus, non
reflectendo ad illorum diſtinctionem; Advertebam,
quod in hac materia ſubinfeudationis reflectendum
eſt ad plures illarum ſpecies, inſinuatas ſupra *diſc. 7.*
ita plures caſus conſtituendo.

Primus enim caſus eſt, in illa pura & omnimoda
8 ſubinfeudatione, quæ ad inſtar ſubemphyteuticationis
vel ſublocationis noſtrorum temporum, antiquis tem-
poribus fiebat, de toto feudo, per quandam ceſſio-
nem ſui juris alteri illum ſubrogando vel ponendo in
locum ſuum nihilo pro ſe reſervato, adeò ut ſubin-
feudans exiret omninò de ſcena; Et nunc propriè in-
trat quæſtio de qua in diſcurſu, an ſcilicet leges feu-
dales quæ id permittunt, ſint authenticæ nec ne, ac
etiam alia quæſtio, an eædem leges feudales, admit-
tendo illas eſſe authenticas, ſint antiquatæ vel cor-
rectæ per legem Federici *in cap. Imperialem, &c.*
Iſtoque caſu opinio, quæ concedit feudatario iſtam
facultatem ſubinfeudandi, deſiderat concurſum
trium requiſitorum, illius præſertim, ut fiat perſonæ
æqualis conditionis, & cum eiſdem legibus & con-
ditionibus ad illum effectum, ne fiat potentiori, ob
difficultatem obtinendi ſervitium & fidelitatem, &
ob alias difficultates in caſu devolutionis; Et è con-
verſo, ne fiat pauperiori ob eandem difficultatem
obtinendi ſervitium reale vel perſonale, ſive etiam
ob deteriorationem, quæ in feudo contingere ſolet;
Et ſic deſideratur æqualitas, ut præſervetur omne
Domini præjudicium, adeò ut nil ſua interſit mutari
perſonam Feudatarii; Ut etiam deſideratur, ut fiat de
toto feudo, nihilo ſubinfeudanti reſervato, ne indè
ſequatur feudi diviſio; Ac etiam deſideratur, ut
gratis fiat, ne aliàs, ita ſequatur prohibita venditio,
vel alia prohibita alienatio, ſub hoc ſubinfeudationis
pallio occulta.

Verùm evidens videtur aliquorum æquivocum,
applicandi modernis ſub feudorum ſpeciebus, juxta
præſentis controverſiæ caſum, ea quæ per antiqua
9 jura feudalia, vel per antiquos feudiſtas, in hac
ſpecie ſubfeudi dicuntur, cùm ſint termini diverſiſ-
ſimi, Siquidem in propriis & rectis feudis, Civita-
tum, Oppidorum & Caſtrorum cum juriſdictione &
imperio, & quæ propriè conſtituunt Barones, iſte
uſus omnimodæ ſubinfeudationis ampliùs non datur
atque fabuloſum eſſet aſſumptum, ut ſine conſenſu
Domini infeudantis, qui juxta hodiernum rerum
ſtatum, frequentius eſt præſupponendus Princeps ſu-
premus, licitum ſit id gerere, quodque Dominus
ignarus, vel invitus, teneatur alium feudatarium,
ſeu vaſſallum recipere; Et per conſequens ideales
remanent quæſtiones prædictæ à noſtris majoribus
diſputatæ.

Alter caſus eſt, illius ſubinfeudationis, quæ fiat
quidem de integro feudo, omnibuſque juribus,
10 ponendo alterum in ſuum locum, aliquo tamen jure
ſibi reſervato, ac propterea ille qui facit ſubinfeu-
dationem, adhuc remaneat Domini directi vaſſallus
& feudatarius, ipſeque efficiatur Dominus ſubalter-
nus ſubinfeudati, qui ipſum immediatum, non au-
tem mediatum agnoſcit Dominum, juxta diſtin-
ctionem, de qua *d. diſc. 7. & diſc. 59.*

Sed pariter in feudis rectis & propriis, ut ſupra,
fabulæ ſpeciem redolet dari in praxi iſtum caſum, ut
ſine conſenſu Domini id agere liceat, dum in hoc ſæ-
culo currenti, ac etiam in proximè decurſo, in no-
ſtra Italia aliqua deſuper vidimus exempla in feudis
Senarum & Plumbini, de quibus *d. diſc. 59. & in
aliis ibi proximis, & diſc. 54.* non ſolùm cum ex-
preſſo aſſenſu, ſed etiam (ſaltem reſpectu Plumbi-
ni) cum obligatione feudatarii ſubinfeudandi perſo-
nam ab ipſo infeudante nominandam; atque in hu-
juſmodi ſubinfeudationibus praxis docuit, nullum
ex tribus requiſitis prædictis ſervatum fuiſſe, Siqui-
dem (exemplificando in eodem recentiori feudo
Plumbini) non fuit quidem ſervatum primum re-
quiſitum ſubinfeudandi integrum feudum, nihil pro
ſe retinendo, dum Rex feudatarius, qui ſubinfeuda-
tionem fecit, pro ſe retinuit altum dominium ſubal-
ternum, ſive illam majorem ſupremitatem, quæ
vulgò dicitur *Souranità*, nec non jus devolutionis,
atque jus muniendi arces, ſive ut vulgò dicitur, *jus
Præſidiorum.* Minuſque alterum, ut gratis fieret, cùm
potius proceſſum fuerit per viam conceſſionis feudi
emptitii, ſolvendo Imperatori pro nominatione duo-
decim centena millia florenorum Rheni ſub nomine
laudemii, & Regi pro ſubinfeudatione ſcuta circiter
centum mille.

Et demum neque tertium, ut fieret perſonæ æ-
qualis conditionis, cùm feudatarius eſſet potentiſſi-
mus Rex & Monarcha, ſubinfeudatus autem ſim-
plex Baro, Quinimò potius abhorretur ſubinfeuda-
tio perſonæ æqualis potentiæ, vel etiam minoris,
quæ ſit de ſphera Principum, cum ſimilibus exem-
plis, quæ dari poſſent, ergo palpatur manibus ſim- 11
plicitas modernorum, quos elaboratè colligere pro-
feſſus eſt in iſta cauſa *Altograd. conſ. 5. lib. 2.* adhi-
bendo noſtris temporibus in feudis rectis, & propriis
Civitatum, Oppidorum, & Caſtrorum cum imperio,
juriſdictione & vaſſallis, ea quæ per antiquos feudi-
ſtas in hac materia ſubinfeudationis traduntur.

Tertius eſt caſus, illorum ſubfeudorum, quæ con- 12
cedi ſolet, etiam per feudatarios ſubditos, & merè
ſubordinatos, de aliquibus prædiis vel pretiis terræ
ſubinfeudari, & concedi ſolitis, & quæ veniunt ſub
nomine excadentiarum, atque in Regno Neapolita-
no nuncupantur feuda plana & de tabula, juxta di-
verſas ſpecies diſtinctas *d. diſc. 7.* Et pariter fabulo-
ſum videtur hodie hujuſmodi ſubfeudis applicare
antiquas leges, vel conſuetudines feudales,
vel antiquorum feudiſtarum traditiones, cum
iſtis adaptetur terminus ſubfeudi, per que
ndam improprium uſum loquendi, ſed re-
era nihil habent feudalitatis, niſi aliquam ima-
ginem remotam; Neque in eis verificantur di-
cta tria requiſita, dum non eſt ſubinfeudatio de to-
to feudo, neque fit perſonæ æqualis conditionis,
quoniam frequentius fieri ſolet perſonis privatis, &
propriis ſubditis, ac etiam pretio mediante ſub no-
mine laudemii vel intraturæ, in quo conſiſtere vide-
tur totum vel majus Domini emolumentum, juxta
ea, quæ habentur in materia emphyteutica *ſub tit.
de emphyt.* in Abbatiis Farfenn. & Nonantulan. &
in Eccleſiis Status Urbini, ac aliis comprehenſis ſub
Bonifaciana, cum ſimilibus ibi enunciatis.

Iſto autem caſu, hujuſmodi jus ſ binfeudandi, di- 13
citur eſſe in fructu tanquam per ſpeciem juris præ-
ſentandi, vel nominandi ad beneficia de jure patro-
natus, quando caſus vacationis contingat; Et per
conſequens in hac ſpecie ſ. bfeudi, intrare non vi-
dentur ea, quæ habentur circa dictam fraudis præ-
ſumptionem, reſultantem ab imminentia devolutio-
nis, quoties jure feudatarii adhuc durante, circa 14
fraudem & affectationem ſupplantandi Dominum, ſe-
quatur caſus devolutionis hujuſmodi excadentia-
rum, quoniam ſicuti feudatarius ſenex, vel alias de
ſucceſſione deſperatus, non prohibetur percipere
omnes fructus, etiam inſolitos, quos ſuo jure duran-
te, natura vel fortuna perducat, ac etiam non prohi-
betur facere præſentationes, vel nominationes in be-
neficiis de jure patronatus, quod ſit annexum feudo,
ita non prohibetur facere conceſſiones hujuſmodi
ſubf[illegible]rum & excadentiarum, quando ca[illegible] va[illegible]

tionis

Digitized by Google

tionis ſequatur, dum punctus eſt in fraude, vel in affectatione ſupplantandi Dominum, atque ad huuc effectum advertebam, quod in hac materia intrarent ea quæ dicebantur per Scribentes in contrarium ſuper qualitate fraudis conſilii.

Ad inſtar eorum, quæ habentur ſub titulo *de Regalibus diſc.* 78. *cum ſeqq.* in Appaltatoribus gabellarum & Dohanarum ſuper iis, quæ gerantur circa finem Appaltus, & *ſub tit. de locat. & conduct. diſc.* 24. ſuper locationibus, quæ fiunt per hæredem gravatum & fideicommiſſarium, imminente reſtitutione fideicommiſſi, cum ſimilibus, ſed pariter omnia ea, quæ hanc ſubfeudi ſpeciem percutiunt, peni-
15 tùs extranea ſunt à caſu præſentis quæſtionis; Iſtoque caſu neque intrat prohibitio Pianæ Conſtitutionis, quia reverà non eſt infeudare juxta ponderationes, de quibus *hoc eod. tit. diſc.* 61. cum reverà non tangatur ſubſtantia feudi, ut etiam infrà *diſc.* 118. *& in aliis.*

Quartus demum eſt proprius, ac præciſus noſtræ quæſtionis caſus, ubi ſcilicet agitur de feudo regali
16 veræ dignitatis redolente ſupremum principatum, cum regalibus etiam majoribus, ut exemplificando in noſtra Italia ſunt, Regnum Neapolitanum, & Ducatus Mediolani, Mutinæ, & Regii, Parmæ & Placentiæ, ac Senarum, & erant etiam iſte Ducatus Urbini, & alter Ferrariæ, ac propterea pro feudi vel principatus dignitate congruat, ut ipſe feudatarius poſſit cum conceſſionibus Oppidorum & Caſtrorum, ſibi conſtituere Barones & milites, vel nobiles primi Ordinis magnatitii in ſuo principatu; Et iſta eſt licita ſubinfeudatio etiam ſine conceſſione expreſſa, tanquam connaturalis feudo, quod proinde ſciſſuram vel diviſionem pati non dicitur ob omnimodam ſubjectionem & dependentiam; Sed pariter in hac ſpecie non verificantur dicta tria requiſita; Non quidem primum de toto feudo cum eiſdem legibus, cum fiat de parte, vel membro non notabili, ideòque fieri non poſſit de Civitatibus vel fortalitiis, ac etiam fiat ſub diverſa natura; Minuſque ſecundum, ut fiat gratis, dum communis praxis docet contrarium, cùm ſint conceſſiones venales; Neque tertium, dum non fiunt æqualibus, ſed ſubditis & inferioribus; Et per conſequens omninò extranea ſunt ea, quæ per antiquos feudiſtas dicuntur, totumque reſtringitur ad prædictam rationem ſupplantationis Domini, devolutione imminente, ita ſibi conſtituendo Barones, & feudatarios in tempore inhabili, & pro quando non erit amplius Dominus, nec feudatarius, juxta rationes, de quibus *d. diſc.* 78. *& ſeqq. de Regal.*

Atque hinc ſequitur, ut rectè congruant ea, quæ in diſcurſu habentur circa obſtantiam Pianæ Conſti-
17 tutionis, dum in effectu eſſet conſtituere feudatarios de novo in Statu Eccleſiaſtico immediato, atque dare, ut ſubditus, qui nullum jus pro tempore futuro eſt habiturus, faciat id, quod facere non poteſt, vel non ſolet ipſe Pontifex Dominus directus.

Hinc proindè ad evidentiam edocemur, quam ma-
18 gna ſit, toties inculcata modernorum pragmaticorum, vel collectorum ineptia, procedendi in ſola littera doctrinarum, ſeu in eis conſtituendo vim, aut eruditionem oſtentandi cum earum numero & collectionibus, non diſtinguendo caſus & tempora, neque reflectendo ad congruam applicationem, ex facti qualitate, & circumſtantiis regulandam; Qui etenim in ſola ſuperficie videbunt *d. Conſil.* 5. *Alleg. lib.* 2. editum ad hujus cauſæ opportunitatem favore actoris, opinabuntur illud eſſe doctum, maturum & elaboratum reſponſum, tractando de materia ex profeſſo, & tamen qui benè & intùs examinabunt materiam, comperient, quod eſt ſaccus plenus palea, ita confectus ad cauſæ opportunitatem, ad quam alioquin doctus, ſummèque conſiderandus Author ſcripſit, ideòque eſt quidem conſiderabilis artifex, ſed non eſt conſiderabile opus ex defectu materiæ; Iſteque eſt error quotidianus tot æquivocorum productivus, deferendi auctoritatibus Collectorum vel Conſulentium, ad diſtinctiones caſuum, eorumque circunſtantias non reflectendo.

Stante autem diſtinctione prædicta, ſequitur erro-
neum pariter eſſe diſputare generaliter, & in abſtra- 19
cto quæſtionem, de qua *in hoc diſcurſu. ac etiam diſc.* 40. an ſcilicet devoluto feudo, devolvantur ſubfeuda, atque doctrinas præſertim antiquorum, ad hanc rem applicare, cùm revera dicta quæſtio percutiat primum vel ſecundum caſum, de quibus hodie inanis labor eſt agere, ut ſupra; In aliis autem poſterioribus caſibus intrat dilemma, quod aut actus ſubinfeudationis eſt validus, aut non; Si non eſt validus ab initio, & in ſubſtantia, tunc fruſtra de hoc diſputatur, cùm nullum, & nihil parificentur, Et ſi eſt validus, tunc extranea pariter eſt quæſtio, dum iſtæ ſpecies ſubfeudi conſiderantur potius tanquam fructus, ad inſtar præſentationis factæ per poſſeſſorem, cujus effectus tanquam conſumatus non ceſſat, ceſſante cauſa poſtmodum productiva.

Ad ea verò, quæ habentur *num.* 7. *&* 8. ſuper
clauſula *ſine præjudicio*, vel ſuper alia *ſalvo jure*, 20
quæ adjici ſolent in aſſenſu Domini, videnda ſunt ea, quæ habentur infrà *in Neapolitana Concurſus creditorum diſc.* 106.

Et quoniam in diſcurſu circa præſumptam frau-
dem præjudicii, principale fundamentum conſti- 21
tuitur in legibus & auctoritatibus feudalibus, de quibus *num.* 15. inferiùs autem *diſc.* 135. dubitatur an iſtæ leges locum habeant in hoc Principatu temporali Eccleſiæ; Hinc advertendum venit, quod ubi etiam tenenda eſſet opinio, quod iſtæ leges feudales in hoc principatu non habeant vim legum, quamvis probabilis videatur ibidem tradita diſtinctio inter antiquas conſuetudines collectas per *Gerardum & Obertum*, & Conſtitutiones Imperiales *Lotharii & Federici*; Adhuc tamen iſtæ leges attendendæ venirent tanquam doctrinæ magiſtrales corroborantes rationem generalem, cui iſta fraus eſt innixa, juxta ea, quæ *diſc.* 35. *de judic.* & alibi pluries habentur de legibus aliorum principatuum attendendis, ubi non habeatur lex propria & particularis; Atque hoc eſt quod in effectu dicere volunt *Fagnan.* & alii Eccleſiaſtici per eum relati, de quibus ſupra *diſc.* 54. & alibi diſtinguentes, ut conſuetudines feudales attendendæ veniant etiam in hoc principatu in aliis, non autem in iis, quæ lædant Eccleſiaſticam immunitatem, vel ſacris Canonibus adverſentur, quoniam non poteſt eadem lex in parte acceptari, & in parte reprobari, ſed capienda eſt prout jacet cum ſua cauſa & qualitate; Sed quod in iis, quæ habeant fundamentum rationis & probabilitatis, & non averſentur ſacris Canonibus, attendi debeant magis ex vi rationis, quæ ubique eſt eadem, omnibuſque eſt communis, quàm ex vi poteſtatis & juriſdictionis legiſlatoris, ut *eod. diſ.* 135. advertitur.

Ad hanc autem materiam præſumptæ fraudis ra- 22
tione præjudicii tertii, conferunt ea quæ habentur *diſc.* 3. *de Regalib. & diſc.* 1. *de Emphit. & diſc.* 1. *de Penſ.* circa inveſtituras, vel conceſſiones abuſivas, & expectativas de re plena, & ante factum caſum devolutionis vel vacationis, dum in eiſdem materiis allegantur feudiſtæ, qui de hoc agunt in propoſito abuſivæ inveſtituræ feudalis.

Item his terminis feudalibus congruunt ea, quæ *diſc.* 148. *de Regal.* habentur ſuper poteſtate Principis tollendi jus tertii, dum ibi agitur de infeudationibus illorum locorum, quæ ex cauſa oneroſa habent privilegium, ut poſſint infeudari.

COMACLEN. ALIAS CLOMACEN. VALLIUM,

Pro CAMERA APOSTOLICA,

Cum DUCE MUTINÆ.

Caſus diſputatus in Congregatione deputata, & ſopitus per concordiam.

Bona ſita intra fines feudi, an præſumantur feudalia, vel allodialia, ad effectum videndi, cuinam incumbat onus in caſu devolutionis, unam, vel alteram qualitatem probandi, an Domino vel hæredi Feudatarij; Qua occaſione agitur de eadem materia reſpectu controverſiarum inter Feudatarium & Vaſallos.

Piſcheriæ, ſeu Piſcheriarum emolumenta, An & quando ſint de regalibus, & quando aquæ dicantur maris, & publicæ vel potiùs ſtagnantes, & privatæ.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Piſcheria, an ſint Iuris publici ex diſpoſitione Iuris communis, & de intellectu text. in l. inter publica ff. de verb. ſignif.*
3 *Quid de Iure Feudorum, an piſcationum emolumenta ſint de regalibus, & quando.*
4 *De legum Romanorum, Iuriſque communis compilatione & uſu.*
5 *Iura feudorum, & regalium declarationes, quando prodierunt.*
6 *Ius piſcandi in aliquo loco privativè, ſive jus prohibendi piſcationem, quomodo detur de Iure communi remiſſivè.*
7 *Lacuum, fluminum, vel maris partes, in quibus magna piſcium affluentia, vel conſpicua quæſtus habetur, dicitur de regalibus, & Principi reſervata, neque licet cuilibet piſcari*
8 *Montes, nemora, forſta, & paſcua communalia ſunt hodie Principis, vel Civitatis.*
9 *Enumerantur aliqua piſcationum loca, quæ ſunt Principis, vel cui Princeps dedit cum Iure privativo.*
10 *In quibus ſtagnis, lacubus vel locis aptis ad piſcationem detur dominium privatum cum jure prohibendi.*
11 *Bona ſita intra fines feudi, & per feudatarium poſſeſſa, dicuntur feudalia, ſi pro hac qualitate concurrant adminicula.*
12 *Dari poteſt feudum ſine Iuriſdictione, quæ ad aliumſpectet Iure allodii, cujus jure ab eodem Feudatario acquiritur,*
13 *Dux Ferrariæ habebat Iuraregalia.*
14 *Diſtinguuntur caſus pro notitia quæſtionis, An bona ſita intra fines feudi præſumantur feudalia vel allodialia.*
15 *Vbi Caſtrum, vel aliud corpus ab aliquo poſſidetur, An præſumatur jure allodii, vel feudi,*
16 *Bona, quæ intra fines feudi poſſidentur per Vaſallos, & privatos habitatores, an præſumantur feudalia, ſeu feudo obnoxia.*
17 *Quid de bonis ab ipſomet Feudatario poſſeſſis & cui in caſu devolutionis incumbat onus probandi feudalitatem, vel allodialitatem.*
18 *Quæ dicantur bona artificialia id eſt ex hominis induſtria ad eum ſtatum redacta, & quæ naturalia, adhuc in ſuo primævo naturali ſtatu continuantia.*
19 *Enumerantur aliqua adminicula feudalitatis bonorum.*
20 *Econtra adminicula allodialitatis.*
21 *Bona ad feudum ſpectantia & alienata ſi recuperantur, revertuntur ad ſuam primævam naturam, & dicantur feudalia, ita ut recuperatio dicatur importare acceſſionem intrinſecam.*
22 *Camera Principis, ſeu Principatus dicitur diverſa à Camera patrimoniali, & privatu ejuſdem.*

† 1 *De punctis principalibus contentis in hoc diſcurſu.*
2 *Quare ſub hac materia feudali cadat illa regalium.*
3 *De erroribus non diſtinguentium, & numer. 7.*
4 *De natura, & effectibus feudi Regalis, & vera dignitatis, quod habeant regalia, & quæ remaneant Domino.*
5 *Quid in Baronibus, & Domicellis inferioris ordinis non regalibus.*
6 *De eodem, & de diverſitatibus eorum.*
7 *De eodem errore, de quo ſupra num. 3.*
8 *De quæſtione an Caſtra, & loca ſint potius feudalia, vel allodialia quomodo debeat intelligi.*
9 *De feudo, & reſpectivè allodio improprio Caſtrorum, & locorum Status Eccleſiaſtici.*
10 *De locis habitatis, quæ poſſideantur per Eccleſias & cujus qualitatis ſit illud allodium.*
11 *An bona poſſeſſa per privatos intra fines feudi ſint feudalia, & feudo reddititia.*
12 *De eodem errore, de quo num. 3. & 7.*
13 *Diſtinguuntur caſus, vel effectus quæſtionis, an quod poſſidet feudatarius intra fines feudi, cenſeatur feudale, vel allodiale.*
14 *De eodem, & quomodo iſta quæſtio decidi debeat.*
15 *An dari poſſit, quis ſit feudatarius, vel Dominus totius territorii, & ſit Dominus privatus aliquorum locorum.*
16 *An, & quando feudatarius acquirendo bona privato cenſeatur incorporare cum feudo.*
17 *De aliis diſtinctionibus in materia.*
18 *De Piſcheriis, vel piſcariis.*

DISC. II.

DEvoluto ad Sedem Apoſtolicam ſub Clemente VIII. Ducatu Ferrariæ, per mortem Ducis 1
Alphonſi ſequutam de anno 1593. ortiſque propterea nonnullis controverſiis inter Cameram Apoſtolicam, & Ducem Mutinæ, & Regii, præfati ultimi Feudatarii hæredem, prodiit de anno 1594. concordia inita in Civitate Faventiæ (Faventina proinde nuncupata) per quam, inter cætera Capitula conventum extitit, dicto hæredi remanere debere *Terras Prata, Valles, Poſſeſſiones, domos, & omnia allodialia per dictum Ducem Alphonſum poſſeſſa, & in vim ejus Teſtamenti in ipſum obventa.*

Iſta generalis conventio, cauſam dedit multis controverſiis, circa domos, Terras, poſſeſſiones, livellos, & alia bona, ſuper quibus tamen nullum ſcribendi munus mihi demandatum fuit, ſed illud reſtrictum ad bonum Jus Cameræ in petitorio ſuper pertinentia Vallium piſcheriarum Comacli, aliàs juxta fori uſum Clomaci, cum præſuppoſito, dictam Civitatem, totumque Territorium, in quo Valles includuntur, contineri ſub dicto Ferrariæ Ducatu devoluto.

Prima ac principalis quæſtio inter partes ſuper his Vallibus agitata fuit ſuper aquarum qualitate, an ſcilicet eſſent ſalientes, & maritimæ, communicationem cum Oceano habentes, ita ut dici debeant Juris publici, vel potius dulces, & ſtagnantes, ita ut privati Juris cenſeri deberent, ſuper quo puncto multa pro duce ſcripſerunt plures Inſignes I. C. præſertim *Altograd. conſ. 92 n.* 100. *lib.* 2. ſed longè majora, & fortè meliora plerique inſignes I.C. ſcripſerunt pro Camera, ita ut habeantur deſuper volumina; Ego verò iſtam Provinciam, jamdiu benè tractatam, ac totam in ſolo facto conſiſtentem non aſſumpſi.

Secunda fuit quæſtio, præſuppoſito, ſine veri præjudicio, quod non ageretur de Mari, vel ejus membro, ſed de paludibus, & ſtagnis aquarum dulcium à Padi inundationibus, vel pluviis provenientium, ſeu ibidem

ibidem ſcaturientium : An dum continent Piſcherias magni redditus , dici deberent de regal.bus , & Juris publ.ci , Principis magis , quam privatorum dominio congruis.

Quod eſſent Juris publici , attenta etiam diſpoſitione Juris communis, adducebatur pro parte Cameræ *textus in l. inter publica 17. ff de verb. ſignif. in fine* , ubi enumerando ea , quæ Juris publici ſint, ponit *piſcarias*. Verùm hoc ſatis leve fundamentum credebam , quia licet in vulgata editione dicatur *piſcariarum* , communis tamen, ac vera eruditorum opinio eſt , eam eſſe mendoſam , ac dicere debere *piſcatoriarum* , prout legitur in pandectis Florentinis, ut advertunt *Cujaccius in feud. d. tit. quæ ſint regalia litt. D. Fornerius d. l. inter publ. Borell. de Magiſtrat. Edict. lib 4. cap. 4. num. 8. & de Reg. Cath. præſt. cap. 24. num. 15. & c. 28. num. 38. idemque Rebuff. in d. l. inter publica*; Et licet idem in Commentariis , ad hæc non advertens credat id non procedere in jure piſcandi, ſed in vectigali , quod Principi pro piſcibus penditur juxta plurium feudiſtarum ſenſum , de quo infra, & cum *Rebuffo* & aliis quos allegat , pertranſeat , *A.. ograd. d. conſ. 4. n. 8.* attamen in adnotatione marginali adjecta in illis Lugdunenſis impreſſionis 1586. idem obſervat , ac fatetur eſſe meliorem lectionem , & meritò , quia verbum *piſcaria* ut conſtat ex *Calepino* , & aliis Grammaticis , ſignificat locum in quo piſces venduntur ; & tamen neque in jure , nec apud hiſtoricos habemus, in Urbe , ejuſque Imperio, certos locos diſtinatos eſſe, ubi piſces vendi deberent qui publici Juris effecti eſſent , ex quibus Vectigal Fiſcus caperet.

Ac ulterius I. C. enumerat hoc verbum inter Salinarum, & Metallorum Vectigalia , cum quibus nullam habent connexionem loca piſcium venditioni deſtinata, ut advertit *Borell. ubi ſup. num.* 8. ideòque omninò dicendum eſt , intelligi de *picariis* nempe locis , in quibus , ad inſtar ſalis , & metallorum conficitur pix. Quas fodinas fuiſſe in reditu Populi Romani advertunt *Rebuff. in dicta poſtrema marginali adnotatione* & cæteri apud *Maſtril. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 10. num.* 306.

Dicebatur etiam pro Camera , cenſendas eſſe has
3 piſcatorias Valles de Regalibus per *text. in cap. 1. Quæ ſint regalia* , ubi piſcationum redditus inter regalia conſtituuntur , eoſque propterea enumerant ibidem feudiſtæ, preſertim *Iſernia, Avarot. Afflict. & Calzarannus, Capic. Inveſt. feud. c. feudorum clauſula , verbo piſcheriæ fol.* 107. *in meis , de regalibus in fine verbo piſcationum redditus fol.* 286. *Petr. Gregor. Tholoſ. de regalibus c. 19. Reſtaur. Caſtal. de Imper. qu. 11. nu. 23. & 30. Roſenthal. de feud. cap. 5 concluſ. 24. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 18. num. 9. Maſtrill. de Magiſt. lib. 3. cap. 10. num. 305. & ſeqq. Borell. de præſtantia Regis Catholici cap. 24. Decius conſil. 270. num. 3. Burſat. conſil. 235. num.* 31. qui in ſpecie loquitur de jure piſcandi in quibuſdam Vallibus, ſeu foveis manu factis.

Replicabatur pro Duce hanc regaliam non conſiſtere in ipſa piſcatione , , ac piſcium venditione, in
4 quibus magnum iſtarum Vallium emolumentum conſiſtit , ſed in eo Vectigali , quod per Piſcatores, vel piſcium venditores Principi tali caſu penditur, juxta exemplum poſitum per *Afflictum* ibidem de Vectigali , quod Regia Camera exigit de ſexageſima piſcium advenientium ad portum Neapolis , ut advertunt *Borell. de præſtantia Regis Catholici cap. 24. num. 4. & de Magiſtr. lib. 4. cap. 4. num. 3. & ſeqq. Maſtr. ubi ſupra n. 309. & 319. Stuſin. & cæteri* prudentes cum regulis ex communi Romanorum Jure depromptis , piſcationis ſcilicet uſum , ſive in mari, ſive in fluminibus , & lacubus , omnibus eſſe communem, exceptis locis , in quibus aliquis legitima præſcriptione jus privativum piſcandi quæſierit *ad text. in l. ſi. quiſquam cum ibi notatis ff. de diverſ. & temporal præſcript.*

Verùm in hoc æquivocari advertebam, quoniam licet jus commune Romanorum ſub Juſtiniano Imperatore circa annum noſtræ ſalutis 530. ad iſtam quam habemus formam redactum eſſet, attamen in his partibus, præſertim Occidentalibus ex notis Romani Imperii calamitatibus ac tot Barbarorum incurſionibus, per plura ſæcula abſcunditum & ignotum fuit, uſque ad annum 1130. juxta unam opinionem , ſive ad annum 1148. juxta aliam , de quo tempore , Piſanorum Claſſis in Amaphitanæ Urbis excidio pandectas reperit , quæ deinde eodem belli , ac excidii ea ſu è Piſis Florentiam tranſlatæ ſunt , Florentinæ proinde appellatæ , à quibus iſtarum legum uſus in Italia primum , deinde in aliis Europæ regionibus præſertim Occidentalibus invaluit , ut benè eruditus *Borell. de præſtantia Regis Catholici cap. 78. num. 26. ad fin.* ac latius deductum habetur *in Neapolitana ad fuii, ſeu altius non tollendi ſub tit. de ſervitutibus.*

Hoc autem medio tempore , quo Italia , litteris 5
omnibus que ferè nobilibus artificiis denudata , ſub diverſorum barbarorum jugo omninò barbara , & inculta vixit , quamplures irrepſerunt uſurpationes , ſeu variæ dominantium conceſſiones , ex quibus ſub Longobardorum dominio prodierunt feuda, quorum conſuetudines , *Obertus de Orto* , *& Gerardus* reduxerunt ad earum legum feudalium formam, quam habemus , pleræque autem Civitates , præſertim Lombardiæ libertatem ſibi vindicare curarunt multaque jura , hodie *regalia* nuncupata, ſibi præcipua pro publica burſa, & bellis ſuſtinendis cum longæva poſſeſſione uſurparunt , quæ deinde Federicus Imperator in concordia cum dictis Lombardiæ Civitatibus habita , declaravit regalia dictis Civitatibus ex antiqua legitima præſcriptione competentia *in d. cap. 1. Quæ ſint regalia* , ut advertunt *Iſernia Alvarot. Capic. & cæteri.*

Et ſic eo tempore nulla fuit habita ratio de regalibus Juris communis, tunc adhuc non benè cogniti , neque recepti , vel propagari , ſed de antiqua præſcriptione , quam Civitates , vel principes, & Domini acquiſiiſſe prætendebant , antequam legum in- 6
ventio , vel uſus ſequerentur , cum etiam attenta ipſius Juris Romanorum diſpoſitione , Jus piſcandi privativè ad alios in certis locis , præſcriptione , vel conſuetudine , ſeu ob publicam utilitatem acquiri, & induci valeat , ut deducit *Capic. Inveſt. feudali dicto verbo piſcheriis*, Et ex eo reaſſumunt *Borell. de Magiſtr. d. lib. 4. cap. 4. à num. 12. ad 23. Montan. de regal. verbo piſcationum redditus num. 1.*

Et licet piſcandi , ſeu venandi facultas à jure gentium omnibus competat , ita ut circumſcripto dicto 7
jure poſito Romanorum , adhuc tolli non potuerit, attamen quemadmodum ex proximè Inſinuatis, reſpectu errorum locorum , temporum , vel circumſtantiarum , tolli ſeu limitari potuit , ita dicta uſurpatio, ſeu præſcriptio ſuſtulit, non in univerſum, ſed in illis Maris , Fluminum , Lacuum , Stagnorum, Silvarum, & Montium , ſeu Vallium locis , in quibus ob inſolitum ac nimis affluentem piſcium , avium , vel quadrupedum frequentiam , ſeu qualitatem , piſcatio , ſeu venatio non habet eam incertitudinis aleam , & laborem , quibus generaliter de ſui natura ſubjacent, potiùs eſt certum , ac ſatis notabile emolumentum , quod Principes , vel Civitates , ad minus populos gravandos cum talleis, & collectis, rationabiliter ſibi, ad bella, vel publicas impenſas ſuſtinendas applicarunt, ut in propoſito advertunt *Covar. in reg. peccatum par. 2. §. 8. n. 1. Maſtrill. de Magiſtr. c. 10. n. 312. Carobl. de Baron. tom. 2. cap. 87. n. 1. & ſeqq.*

Hinc paſcuorum, & lignorum uſus in nemoribus, montibus, & foreſtis, de jure eſt omnibus communis & tamen Principes & Civitates ſibi applicarunt , vel

præſcripſerunt

Digitized by Google

præſcripſerunt ea paſcua, nemora, vel foreſtas, ex
8 quibus ultra neceſſarium incolarum uſum, notabilis redditus percipitur, ita ut hodie de conſuetudine, campalia quæ priùs erant communia, ſint Dominorum, vel Civitatum, inter quos eſt contentio, in qua verior, ac magis recepta ſententia videtur illa *Caſtr. & Soccin. in l. 1. ff. de acquir. poſſ.* quam reprobata contraria *Aretini* magis communiter Doctores ſequuntur, ex deductis per *Curt. jun. conſ.* 184. *n.* 8. *Natt. conſ.* 460. *n.* 10. *&* 506. *n.* 30. *Roſenthal de feud. cap. 12. concluſ. 15. n. 48. & in gloſ. litt. P. Rovit. ſuper pragm. in rubr. de paſcuis Capobl. de Baron. pragm.* 11. *n.* 9 *& ſeqq. Baratt. deciſ.* 312. *n.* 4. *&* 427. *num.* 6. *Menoch. lib. 3. de præſumpt.* 100. apud quod diſputatur, an in dubio præſumantur Baronis, & Domini, vel potiùs Civitatis, cum certo præſuppoſito, quod ſint unius, vel alterius, quod de jure non eſt cautum, ſed totum provenit à dicta applicatione, ſeu conſuetudine, quam plerique dicunt uſurpationem tranſactam in præſcriptionem, ſeu legitimum titulum, ac ita paſſim ubique docet uſus, & praxis.

Et in ſpecie juris piſcandi, videmus præſertim in noſtra Italia, quod omnes Lacus vel Stagna etiam
9 aquarum dulcium, in quibus copioſa piſcium multitudo, vel conſpicua qualitas adſit, magnum tribuens emolumentum, poſſideantur per Principes, vel Civitates, ſeu privatos ex Principum conceſſionibus, ut in Umbria eſt Lacus Traſimenus, ſeu Peruſij poſſeſſus per Cameram Apoſtolicam, de quo *Bar. in tract. Tiberiad. verbo Flumen num.* 8. In Lombardia Lacus Gardæ, & Comi in Regno Neapolitano Lacus Leſinæ, & Varani, ac plerique alii.

Quinimò & in ipſo mari, ubi aliqua ejus pars iſtam habet particularem circumſtantiam ab aliis diverſam, eodem jure regulatur, ut videmus in Civitate Tarentina & frequentiùs in Provincia Calabriæ, atque in Inſulis Siciliæ & Sardiniæ in locis, tynnorum ſatis frequenti piſcationi congruis, quia ſunt Regis, vel eorum, quibus Rex conceſſit; quod etiam in Principatu Plumbini practicavi, in ſpecie de conceſſione facta per Principem juris piſcandi tynnos agit *D. cias conſ. 270. n 3. verſ. ulterius*, & de tynnis *Covarr. d.* § 8. *n.* 10.

Et licet hujuſmodi Vallium, & Stagnorum abſque
10 Principis conceſſione detur privatum dominium, juxta traditionem *Bart. in l. vicinus* §. *Lacus ff. de aqua pluvia a cen.* quam cæteri ſequuntur in his terminis latè congeſti *per Veggium conſil.* 1. *& præcipue num.* 33 *& Beroum conſ.* 140. *vol.* 3. *& cum aliis per C n. cer. p. 3. var. cap. 4. deſervit n.* 232. *&* 235. *Capobl. d. tom. 2. cap. 46. num.* 23. in qua propoſitione magnum pro actore contra Cameram fundamentum conſtituebatur, ut conſtat ex *Altograd. d. conſ. num. num.* 118. *& ſeq.* & aliis pro eo ſcribentibus; dicebam tamen id quidem eſſe verum in vivariis manufactis, quæ quiſque ad privatam induſtriam, vel delectationem in proprio fundo conſtruit, vel in illis ſtagnis, & foveis, quæ in privatorum prædiorum depreſſiori ſitu ex pluviarum, vel fluminum adjacentium inundationibus conſtituuntur, ſive in illis lacubus, & fluminibus, quæ in privato fundo naſcuntur, ita ut undique locus piſcationis à privato ſit circundatus, atque antiqui privati dominii veſtigia oſtendat & de his, quæ ob ſitus depreſſionem frequenter ſunt in Lombardia, & Æmilia, propriè agunt *Bart. ubi ſupra, & cæteri apud Veggium, & Beroum locis citatis*, ſed manifeſtum æquivocum eſt hoc applicare his Vallibus, quæ forte ab ipſa Mundi creatione, & antequam Clomaci Civitas habitatores haberet, in hoc eodem ſtatu fuerunt.

Omnemque penitus difficultatem in hac facti ſpecie ceſſare, dicebamus Ego & cæteri pro Camera ſcribentes, ponderando, aliud eſſe, ubi contra privatos hujuſmodi piſcationes poſſidentes Fiſcus agit, eas vendicando, niſi doceant de legitimo titulo, ſine quo jura regalia poſſideri non poſſunt, ita ut qualitas regaliæ deducatur agendo, tanquam fundamentum intentionis, cum tunc concludens, ac exacta probatio in actore requiratur, atque ſola contraria poſſibilitas excludat; Aliud verò ubi tractatur de metienda natura, & qualitate bonorum & jurium, quæ per ipſum feudatarium una cum feudo longo tempore poſſeſſa ſunt, ad effectum inſpiciendi, an facto caſu devolutionis, magis feudalem, quàm allodialem habeant qualitatem, & cuinam aſſiſtat præſumptio.

In ea etenim quæſtione, an bona per Feudatarium intra feudi fines poſſeſſa, præſumantur feudalia vel 11
allodialia, quamvis nimium Doctores varient, ut infra, quoties de ſimplici juris præſumptione inducenda tractatur; Omnes tamen concordant, quod ſi circumſcripta iſta generica legali præſumptione, aliæ concurrant præſumptiones, circumſtantiæ & adminicula, quæ unam magis, quam alteram qualitatem ſuadeant, iſta præſumptiva probatio prævaleat, quamvis contraria vera probatione ſit elidibilis, ut optimè ac magiſtraliter ita diverſas opiniones conciliando diſtinguit *Rota deciſ. 164. num. 32. & ſeq. p. 6. recen.* quæ diſtinctio eſt veriſſima, & de mente omnium de materia tractantium, & admittitur per *Menoch. conſ.* 395. *Surd. conſil.* 135. 151. *&* 311. *ac Bellon. jun. conſ.* 44. ſatis effuſo ſermone de hoc articulo tractantes.

Dari poteſt exemplum practicum in materia quotidianum; Juriſdictio in Vaſallos, ſive jus habendi privative ad alios, Furnos, Macellos, Tabernas, ſive Cancellariam, Portulaniam & alia hujuſmodi, non implicat, quod ſint allodialia, atque per feudatarium, quæſita & poſſeſſa privatis titulis à feudo diverſis, quia dari poteſt feudum ſine Juriſdictione, vel aliquo ex dictis officiis, quæ ad alium jure allo-
dij ex Principis conceſſione pertineant, quodque 12
unus habeat feudum, alter Juriſdictionem, ut obſervant *Roſenthal. cap. 5. concluſ. 6.* & cæteri apud eum, & plenè *in Lucana Juriſdictionis hoc tit. ubi ex Aponte dec 2* & aliis habetur, Juriſdictionem haberi poſſe in allodium.

Seu ſi illa reperiantur penes Feudatarium, utique devoluto feudo, irrideri meretur ille feudatarii hæres, qui juriſdictionem, cæteraque officia hujuſmodi, ex ſola juris præſumptione retinere vellet, tanquam allodialia, vel alio titulo ſpectantia ex ſola poſſibili acquiſitione in allodium, niſi id concludenter probet quia ipſorum Juriſdictionis natura, & ordinaria qualitas eſt, ut in feudatario eſſe cenſeatur cum feudo, ejuſque ratione, ſic à pari de illis bonis, & juribus, quæ de ſui natura, & ordinaria qualitate ſunt de regalibus, regulariter à privatis, ac jure privato non poſſidendis, ſed potius jure feudi, quamvis poſſibilitas allodialitatis adeſſet, ad quod plura deducunt ad rem *Adden. ad Rovit. ſuper pragm. in rubr. de feud. in princip. verſ. inprimo caſu.*

Maximè ubi agitur de illis feudis majoribus, & Dignitatis veræ non abuſivæ, in quibus etiam Jus re-
gaſiarum reſidet, ut de Duce Ferrariæ in ſpecie *Sil-* 13
vaticus conſ. 2. num. 3. ex Felino in cap. cum à nobis num. 3. de teſtibus, & in hoc ſtare dicebam punctum inevitabilem, per quem ita diſtinguendo, omnia quæ pro Duce actore ponderabantur, diluebantur, niſi vere de legitimis titulis acquiſitionum jure privato doceretur, cum ipſe Dux jure feudi, & inveſtituræ etiam regalia obtineret, ita ut propterea ſuperiùs inſinuatæ quæſtionis examen aſſumere non opportet.

Sed quando eam examinari contingeret, ut eis
ſatisfieret, qui in hujuſmodi generalibus, & extrin- 14
ſecis concluſionibus totam vim conſtituere ſolebant. Dicebam pro hujuſmodi quæſtionis vera notitia, & deciſione, plures eſſe diſtinguendos caſus, vel terminos inter ſe diverſos, in quorum aliquibus multæ

procedunt

Digitized by Google

procedunt auctoritates, quæ in aliis cum conſuetis legislatorum æquivocis malè deducuntur.

Primus igitur caſus eſt, ubi controverſia vertitur inter Supremum Principem, & inferiorem Dominum 15
... idum
... illud
... x iſto
... illius
... eſſita-
... ionis,
... unam
... ropria
... Prin-
... illius
... uſmodi
... *Spada*
... *in Lu-*
... que in
... 1. *lib.*
... *l. ver-*
... *feud.*
... *ſſ.* 2.
... terea,
... ementes
... s erat
...
... it in-
... ia in-
... ra,&
... t pro
... adja-
... ialem
... itatis
... icen-
... liali,
... *Abb.*
... *& in*
... *ſeqq.*
... qui-
... ar-
... ter
... æ-
... juſ-
... ſive
... alles
... ites,
... itur,

Tertius demum eſt caſus noſter, ubi ſcilicet devoluto feudo, eſt quæſtio inter Dominum, & Feudatarij
17 hæredes ſuper prædiis, & bonis intra feudi fines à Feudatario poſſeſſis, & in his terminis pro allodialitatis præſumptione tenent. *Alex conſ.* 55. *num.* 19. *vel* 4. *Bellon. conſil.* 10. *num.* 11. *&* 12. *Alber. Brun. conſ.* 1. *num.* 3. *Menoch. conſ.* 395. *n.* 23. *& Surd. conſ.* 135. *n.* 25. *& per tot. conſil.* 151. *&* 31t. (qui tamen nempe *Menoch. & Surd.* loquuntur in controverſia cum agnatis, quod eſt idem) *Clar. § feudum q.* 18. *num.* 2. *Boſſ. de Principe num.* 242. *late Roſenthal cap.* 10. *concl.* 15. *num* 32. *& ſeqq.* & hanc ſequitur Rota, *ut in Aſten. feudi* 27. *Aprilis, &* 18. *Iunii* 1584. *coram Bubalo dec.* 72. *poſt Cenc. de Cenſ. apud Burat. dec.* 276. *&* 426. *apud Duran. dec.* 28 *& in aliis.*

Contrariam ſententiam pro feudalitate præſumenda, tenent *Iſernia in c.* 1. *de contr. inter maſcul. num.* 3. *Bald. in c.* 1. *num.* 10. *de Capitan. qui cur. vend. Dec. conſ.* 517. *num* 9. *Gruvet. conſ.* 34. *num.* 9. *bene Viſſel. ad Afflict. dec.* 267. *Theſaur. lib.* 3. *qq. foren* 105. *num.* 26. *Menoch. lib* 3. *præſumpt.* 101. *num.* 2 *& ſeqq. Mantica de tacit. lib.* 23. *tit.* 6. *num.* 29. *Iurisgetial. de feud. d. q.* 43. *num.* 88. *& ſeqq. Azone conſ.* 12. *num.* 5. *lib.* 1. *Iacob. Gal. conſ.* 32. *num.* 19. *& ſeq. Bellon. jun. conſ.* 44. *num.* 29. *& ſeq.* plenè ex profeſſo *Rovit. conſ.* 101. *num* 1. *& ſ qq. vol.* 2. *Maſtrill. dec.* 105. *num.* 7. *Bilott. concl. feud.* 51. *num.* 5

Penſatis benè auctoritatibus, & rationibus, omninò verior, & probabilior videtur hæc ſecunda, cum inter tenentes primam, pauci feudiſtæ numerentur, atque omnes laborare videantur æquivoco, ut pote ſe fundantes in auctoritate *Hoſtienſ. & aliorum in c. ninc de jure jur. & in tradutis per Afflict. locis proximè ſuprà citatis*, quæ auctoritates percutiunt primum, vel ſecundum caſum, non autem tertium, in quo dari quidem poteſt aliorum titulorum poſſibilitas, ſed niſi de hoc doceatur, præſumptio ſtare videtur pro titulo præambulo feudi, de quo conſtat.

Ac etiam, quia nimis dura eſſet conditio Dominorum, & Principum infeudantium, ſi poſt remotiſſima tempora, ac ſæcula, quibus feuda in una linea, vel domo durare ſolent, cogendi eſſent ipſi probare primævum ſtatum ob temporis antiquitatem improbabilem, potiſſimè quia Dominus à feudo abſens, & feudatarii negotiorum ignarus, perquirere non poteſt, quando, & quomodo Feudatarius acquirat bona jure privato; Econverso autem facillimum eſt ipſi feudatario id probare; unde omnis ratio legalis, ac naturalis poſtulare videtur, ut iſtius, & non illius debeat eſſe probationis onus, quod accedente temporis antiquitate admittere videtur *Rot. deciſ.* 164. *num.* 38 *recent.*

Item quia feuda à communiter contingentibus, non in ſola Vaſſallorum ſuperioritate, & Juriſdictione, ac nudi Caſtri dominio conſiſtunt, ſed etiam ſuam dotem congruoſque redditus habere ſolent, ex quibus ſtatum feudatarii honorificè ſuſtentare valeant, ideoque ſatis eſt probabile, ut domus, poſſeſſiones, prædia, & alia bona feudo annexa ſint, ut per *Schrader p.* 3. *c.* 4.

Dari etiam ſolet in iſta quæſtione diſtinctio, ut ſpectetur perſona actoris, cui ſemper incumbat onus probandi eam qualitatem, quam agendo allegat pro fundamento intentionis; ſed eam minus veram credebam *in Piſauren. Molendinorum, de qua infra hoc eodem titulo*, quia cum Feudatarii hæres poſſidere dicatur, eſſet in Domino cum hac diſtinctione deſtruere concluſionem; iſtumq; ſemper ad onus probationis gravare, ſive è converſo, cum frequentius in caſu devolutionis hujuſmodi feudorum ad ſupremos Principes, ſoleat iſtorum Fiſcus ſtatim de facto capere omnium poſſeſſionem, ex Fiſcalium propoſitione, quod Fiſcus non litigat manibus vacuis, de qua plenè *Peregr. conſil.* 1. *&* 2. *lib.* 1. eſſet deſtruere in ſuis caſibus concluſionem in hærede Feudatarii, ac ſemper eum gravare, ita ut Fiſcus ex poſſeſſione de facto apprehenſa, & forſan ſpoliativa, emolumentum caperet in præjudicium ſpoliati, ideò hoc fundamentum, quod etiam in iſta cauſa acriter per Camerales deducebant, non placebat.

Cæterùm quidquid ſit de unius, vel alterius opinione in abſtracto, abſolutum eſt ex ſupra deductis, quod ſi adminicula, vel præſumptiones pro una, vel altera qualitate concurrant, illa debeant prævalere, atque pro vehementiſſimo adminiculo attendenda videtur bonorum qualitas, & ſtatus, vel quia ſint de illis, quæ regulariter, & à communiter accidentibus ſint juris privati, vel è converſo ſint de regalibus, & Juribus dominicalibus ex ſuperiùs traditis: Vel ipſe bonorum ſtatus ita ſuadeat, quia nempe agatur de montibus, nemoribus, paſcuis, pratis, foreſtis, & campis.

Ideoque iſta videtur genuina diſtinctio, quod, aut agitur de domibus, vineis, olivetis, ac prædiis cultis, quæ non à natura, ſed ab hominis induſtria, & artificio, ad eam formam redacta ſunt, & tunc, quia de neceſſitate ſupponunt privatum dominium illius, qui eam adhibuit induſtriam, & artificium, idcircò aliqua præſumptio fortè ſtare videtur pro allodialitate, quod ſcilicet à privatis perſonis, & privatis titulis, non autem à Principe jure generali Principatus acquiſita ſint, & in his terminis verè loquuntur tenentes has partes exem-

Digitized by Google

mò neque pluribus ex ejuſdem Cameræ defenſoribus, tum ex regula generali, quod Piana Conſtitutio tanquam lex nova reſpiciat futura, non autem præterita, ideoque non tollat facultatem, jam à Paulo III. conceſſam; tùm quia cum agatur de nova lege exorbitanti, proindeque ſtrictè intelligenda, capienda eſt in caſu vero, ubi ſcilicet verè, & propriè feuda Cameræ Apoſtolicæ incorporata, ab illa diſmembrantur, & aliis conceduntur, non autem ubi agitur de infeudatione ficta, quoniam ſi hanc etiam prohibitio percuteret, ſequeretur, quod neque licentias de vendendo, vel alias transferendo Feuda & Caſtra de uno in alterum Papa concedere poſſet, cum in hujuſmodi differentibus bonis alienari prohibitis, & in libero commercio non exiſtentibus, translatio de uno in alium, ſequi non dicatur ex facto Principis, licentiam, & aſſenſum concedentis, quem novus acquirens in directum autorem agnoſcere dicitur, quia fingitur, feudatarium refutare feudum in manu Domini, & ab iſto per aſſenſum novæ Inveſtituræ vim habentem denuò concedi, ut latiùs habetur *in Mantuana feudi hoc tit.* & ſæpius in altero *de Regularibus ad materiam officiorum & locorum Montium.* Verùm hæc reſponſio videbatur periculoſa, & non enervans objectum, cum ut ſupra, dictæ conſtitutiones non ſolùm contineant prohibitionem omninò novæ infeudationis, ſed etiam prorogationis inveſtituræ ultra lineam vocatam, qua ſolum durante alienationes durant, niſi feudum eſſet aliàs ex lege inveſtituræ alienabile, cum ea quæ implicitè continentur, non prohibeantur deduci ad actum explicitum, juxta *dec. 1321. Seraſin. num. fin.*

Melior videbatur altera reſponſio, quod in his feudis majoribus, & Dignitatis, quibus congrua &
13 connaturalis eſt ſubinfeudatio de Caſtris, Oppidis, & locis non conſpicuis, ad hoc ut feudatarius ſibi milites, & domicellos pro feudi dignitate conſtituat, verè hujuſmodi ſubinfeudationes non dicuntur importare feudi ſciſſuram, diviſionem, vel alienationem, cum ſtante omnimoda ſubvaſallorum ſubjectione, feudum retineat ſuam naturam, & integritatem, ſed potius aſſimilandæ ſint Conceſſionibus excadentiarum, de quibus *Camerar. in d. l. Imperial. car. 7. in magnis litt. L. & R. in parv. car 37. 39. Giurb. de ſucceſſ. feud §. 1. gl. 5. num. 40. & ſeqq.* & cæteri præſertim Regnicolæ; Excadentiæ autem inter fructus feudi eorumque perceptionem potius, quàm inter ejuſdem alienationem, vel ſciſſuram computandæ ſunt, *Roſenthal. cap. 9. concluſ. 44. n. 11. & concluſ. 48. num. 8. & 9.* ideoque tanquam fructus jam percepti tempore habili durant etiam de tempore inhabili, ad inſtar præſentati in vim juriſpatronatus annexi feudo, quia ſubſequuta devolutio non facit ceſſare jus preſentati, cum ſimilibus, & ſic difficultas intraret, quando ageretur de ſubinfeudatione ipſius, ejuſque univerſitatis.

Satis etiam in hoc propoſito conſiderata fuit obſervantia generalis ferè totius illius Orbis partis, ubi feudorum, ac ſubfeudorum materia eſt in uſu, individualis verò ejuſdem Sedis Apoſtolicæ, tam occaſione devolutionis Ducatus Ferrariæ, quam iſtius Urbinatis, dum ſubfeudatarii, & Domicelli, quos Duces ſibi tempore habili conſtituerunt, recepto ab eis novo fidelitatis juramento, continuarunt, & continuant, & meritò, nam aliàs ex caſu hujuſmodi devolutionum, magnæ revolutiones, maximaque reſultarent inconvenientia, atque eſſet aliàs redarguere de delicto duos Zelantiſſimos, ac doctos Pontifices, Clem. & Urb. VIII. ſubfeudatariorum perſeverantiam in dictis Ferrariæ, & Urbini Ducatibus expreſsè canonizantes.

Quare licet omnia ſupradicta motiva per me aliiſque pro Camera ſcribentes acriter deducta fuerint,
14 (unde liquet quàm periculoſa ſit auctoritas ſcribentium in conſiliis, & allegationibus, utpotè cauſæ inſervientium,) præcipuus tamen ac ſolidus punctus, ſuper quo ex mea & aliorum ſententia, dictum fuit eſſe principaliter inſiſtendum, ad quem poſt primam cauſæ propoſitionem, reſtricta fuit diſputatio, verſabatur in deficientia primi requiſiti, quod ſcilicet ſubinfeudatio fieret ſine fraude, quæ ineſſe 15
dicitur, quoties actus explicatur per feudatarium caſtè natum, vel in decrepita ætate conſtitutum, legitimo ſucceſſore carentem, ita ut imminere dicatur devolutio, ut erat in caſu, quia Dux decrepitæ ætatis, ac filiis deſperatus, imminentem devolutionem biennio antea jam agnoverat, juxta auctoritatem *gloſ. Magiſtralis in cap. 1. §. Sed etiam res, per quos fiat inveſtitura*, quam communiter ſequuntur feudiſtæ præſertim *Iſernio ibid. n. 5. Bal. n. 2. Alvorat. n. 7. Capyc. Inveſt. feud. verbo feudum daut. concluſ. 24. declar. 5. ampl. 5. limit. 1. fol. 153. Piſter. d. q. 44. n. 5. Roſenthal. c. 9. concluſ. 45. n. 1. Apont. de poteſt. Proreg. tit. 7. de aſſenſibus reg. §. 3. n. 3. Jo. Andreas de Georg. ad l. Imperialem cap. 6. num. 3.* & cæteri communiter, abſque forſan contradicente, & quam reſpectu agnatorum indubitatam dicit. *de Marin. ad Reverter. d. deciſ. 512. num. 3.*

Idemque ad litteram comprobat *in cap. unico de alien. feud. in extraordinar. tit. 37.* ibi. *Et ſi in deſperatione filiorum fuerit, nullo ratione, nec quolibet modo dare poteſt, quæ omnia ſi facta fuerint, nullius momenti erunt, & eo defuncto omnia ad priorem Dominum revertuntur.*

Et licet fuerit ſatis dubitatum; An iſtæ extravagantes ſint apocryphæ, legis autoritatem non haben- 16
tes, reſpondebatur tamen, magis communem feudiſtarum eſſe, quod ſint authenticæ, ut conſtat ex deductis hinc inde *per Surd. conſ. 522. num. 18. Menoch conſ. 65. num. 19.* præſertim illæ, quæ ſont practicatæ, cum difficultas verſetur in non practicatis, *ut per Iacobum de Franch. in cap. 1. §. hoc autem num. 9. de his, qui feud dar. poſſ.* quodque ſaltem negari non poſſit, hunc textum ſatis attendendum eſſe, tanquam auctoritatem doctoralem, & magiſtralem, interpretativam dubiæ quæſtionis *Maſcard de* 17
Statut. concl. 11. num. 12. & ſeqq. Salgad in labyrint. cred. p. 2. cap. 29. num. 23. & 26. & 34. ubi alii multo magis, dum non agitur de quæſtione, ſed de receptiſſima concluſione, quæ cum dicto textu conformat.

Non negabant ſcribentes pro actore dictam regulam, verè incontrovertibilem, ſed duas conabantur deducere limitationes, unam nempè, quod fraus per gloſſam iſto caſu ponderata, ut potè præſumpta ex ſola præſumptione Juris reſultans, contrariis ſinceritatis, & bonæ fidei probationibus ſeu præſumptionibus elidibilis eſſet; Alteram, ut concluſio procedat in ſubinfeudandi facultate ex ſola juris diſpoſitione competente, non autem ubi expreſsè per Dominum conceſſa fuit.

Quod enim eſſet ſolùm fraus præſumpta, ponde- 18
rabant dictum *Bald. in d. 9. ſed & res ſub num. 2.* ibi *Et nota verbam gloſſæ, quod ratione ſterilitatis præſumitur animus fraus*, & *Iſernia ſub num. 5.* ibi, *dicit gloſſa quod præſumitur in fraudem facere*, cum quibus plerique alii pertranſeunt. Quodque contrariæ probationes, vel fortiores præſumptiones ex integritate facientis, aliiſque circumſtantiis reſultantes, ceſſare faciant hanc præſumptam fraudem, allegabantur *Ardizon de feud. p. 1. cap. 6. verſ. item præſumitur Frecc. de ſubfeud. lib. 3. differ. 25. paulo ante finem. Apont. de pot. Proreg. tit. 8. de refut. feud. 4 §. num. 6. 14. & 15. Rariſ. conſil. 13. num. 74. & ſeqq. & conſ. 14. num. 19. lib. 1. Rimin. conſil. 213. num. 3. & 10. l. 1. Capic. Latr. dec. 134. n. 17. Giovaguon. conſ. 44. n. 67. la. Molphes. ad conſuet. in addit. p. 3. qu. 1. num. 23. & ſeq. tom. 2. Capic. dec. 85. num. 2.*

Praſ

Digitized by Google

Præſumptiones autem ſinceritatis, & bonæ fidei deducebantur ex optima vita, & timorata conſcientia Ducis, quod ponderatur per *Apont. ubi ſupra num.* 15. ex publicitate actus, ex parvitate materiæ, & ex rationabili motivo conſervandi in illis regionibus memoriam familiæ, unde propterea inferebatur ceſſare illam fraudem conſilii dolum redolentem, quam ſcribentes pro actore omninò requiri inculcabant.

Irrelevans tamen, parumque fundata judicata fuit hæc limitatio, per neminem feudiſtarum in hac ſpecie adhuc tradita, & meritò; fraus enim in hac materia ad plures caſus ſive effectus conſiderari ſolet, unus eſt circa ſubſtantiam ipſius actus, an ſcilicet ſi verè talis, qualem feudatarius facere aſſerit, vel diverſus ſub di-
19 verſo ſimulato nomine in fraudem confectus, quia nempè feudatarius volens, pretio mediante, feudum, vel ejus partem contra legis prohibitionem vendere, ſeu aliàs alienare, id ſub velato nomine ſubinfeudationis agat, & tunc quia dicitur fraus criminoſa importans delictum poſitivum, ex quo reſultat, nedum infectio actus ab initio, ſeu feudatarii punitio, ideò illa in dubio non præſumitur, & de facili, ſi quæ adeſt mala ſuſpicio, contrariis bonis præſumptionibus tollitur, & in his terminis loquitur *Roſenthal cap. 9. concluſ.* 44. *num 3. in quo ſe fundat Altograd. d. conſ. 5. numero* 38.

Alter caſus eſt circa præjudicium ex ſubinfeudatione, vel refutatione reſultans creditoribus, ad effectum, ut intret vel ne titulus *ex his quæ in fraud. cred.* & ſic ubi actus contineret commentum, ideòque redoleret etiam delictum, atque iſto etiam caſu, fraudis excluſio admittitur, & in his terminis loquitur *Freccia de ſubfeud. lib. 3. differ.* 25.

Tertius eſt caſus circa leve præjudicium reſultans Domino ex refutatione facta per feudatarium morti proximum quoad relevium, & in his terminis loquitur *Aponte de pot. Proreg. tit. de refut. feud.* §. 4. *ubi num.* 15. *&* 16. reſpondendo ad gloſſam, dicit eam procedere ob gravitatem præjudicii, ideòque non applicari ad ſuum caſum, in quo leve judicium modicæ partis fructuum non de facili dictam præſumptionem admittit; Unde potius hæc autoritas retorqueretur, quia fundatur in levitate materiæ.

Quartus eſt demum caſus noſter individuus, ubi ſcilicet agitur de ſubinfeudatione, per quam feudi integra devolutio Domino impediatur, & nullus ex allegatis percutit iſtos terminos, neque firmare audet hoc aſſumptum, ut ſola bona præſumptio facientis, apta ſit facere hujuſmodi actum validum, & duratu-
20 rum; Cum enim non agatur de fraude ad effectum nullitatis expreſſæ, ſed tota vis conſiſtat in præjudicio, non dicitur hæc fraus conſilij, & mali animi, ſed fraus re ipſa, in qua non attenditur animus, vel qualitas facientis, ſed ipſum factum præjudiciale, ut litteram probant *text. in l. ſi quis cum alter. 36. ff. de verb. oblig. & l. omnes* 17 §. *Lucius Titius ff. quæ in fraud. Cred. & utrobique gloſ. ubi concordantes*; nil enim intereſt tertii patientis præjudicium, an faciens in bono, vel malo animo fuerit, & an rectam, vel malam conſcientiam habuerit, ſi actus utcunque geſtus, ei cauſat damnum, & præjudicium, ut obſervat *Burgal. de dolo lib. 6. reg. 28. num. 1. ſeqq. ubi cæteri.*

Suſpicata enim fraus, cauſa fuit, ut induceretur legis diſpoſitio, quæ propterea, ceſſante ſuſpicione non ceſſat *Tiraquell. ceſ. cauſ. p. 1. num.* 177. *& limit.* 19. *num.* 1. ut habemus in materia teſtamentorum, in quibus ob fraudum, & falſitatum ſuſpicionem, lex induxit tantas ſolemnitates, quarum neceſſitas non ceſſat ob integritatem, & bonos mores eorum, ad quorum commodum cedunt, cum ſimilibus; & ſic qualitas deſperatæ ſucceſſionis, tanquam regulariter, & à communiter accidentibus de fraude ſuſpecta, cauſa eſt, ut privetur quis ea facultate, quæ aliàs competeret; Ut exemplificari poteſt in Clerico, qui vivens liberam habet diſpoſitionem de bonis ex fructibus beneficiorum Eccleſiaſticorum quæſitis, & infirmus hujuſmodi facultate privatur, quamvis eſſet vir integerrimus, à quo fraudis ſuſpicio omninò abſit; Ita pariter reſignationes factæ de tempore infirmitatis, vel ſenectutis, ita ut non ſuperſint 20. dies, dicuntur infectæ ex regula de viginti inducta ex fraudis ſuſpicione, qua ceſſante non per hoc ceſſat regula locum habens, etiam in Epiſcopis, & Cardinalibus cum ſimilibus.

Et in ſpecialibus terminis feudorum, non ſolet nec debet, quinimò nec poteſt Rex in Regno Neapolitano, ubi feuda ſunt emptitia & hæreditaria, denegare aſſenſum feudatariis ſuper venditione feudorum, quæ propterea quodammodo dicuntur eſſe in commercio, ſed ſi feudatarius careat ſucceſſore, licitè aſſenſus denegatur, vel conceſſus, dum habebat ſucceſſorem, ob iſtum poſtea deficientem non relevat, niſi certis caſibus, ut infra, quia tunc cenſetur alienatio fieri in fraudem imminentis devolutionis, & tamen, ſi fraudem ceſſare conſtet, non per hoc aſſenſus conceditur.

Mirificè idem comprobat *eadem gloſ. Magiſtralis in d. §. ſed etiam res*, dum exemplificando fraudem, tria ponit exempla, primum de caſtè nato, ſecundum de ſene filiis deſperato, & tertium de illo qui eo animo facit ut fraudet, ergo fraus animi, & conſilii eſt diverſa à duobus caſibus præcedentibus, in quibus, ut dictum eſt, non attenditur animus, ſed ſpectatur effectus inde reſultans, qui eſſe videtur, ut feudatarius morti proximus diſponat de re, quæ non eſt ſua, ſed Domini, ac diſpoſitionis effectum verè conferat in tempus inhabile.

Et conferunt, quæ in jure habentur de uſufructuario non percipiente immaturos fructus in præjudicium proprietarii, de conductore non erodente fructus probabiliter ſpectare debentes ad locatorem, cum ſimilibus, in quibus non animus, ſed effectus & præjudicium attenduntur, ideoque non fraus conſilii, ſed fraus reipſa ſpectatur, aliàs fatua eſſet principalis concluſio, quia ſemper iſta feuda dignitatum retinentur per Principes, & Magnates, qui probi & integerrimi præſumuntur, & eſſe ſolent, ac etiam, quia ubi intercedit fraus conſilii, fruſtratorium eſt attendere qualitatem ætatis, & carentiæ ſucceſſoris, cum ſubinfeudatio fraudulenta ſemper ſit invalida, & pœnalis ab initio, etiamſi per juvenem, & filios habentem facta ſit.

Quo verò ad aliam limitationem pro actore traditam, ut ſcilicet concluſio non procedat accedente facul- 21
tate ſpeciali tradita per hominem, quæ largiùs & benigniùs interpretanda eſt quàm illa legis, quia ille dat de ſuo, iſta verò de alieno, allegabatur ad ejus comprobationem auctoritas *Iſernia in cap. 1. Qui ſucceſſores teneantur in pr. ex n. 6.* ubi ponendo caſum de feudatario non habente filios concedente ex facultate domini feudum alteri filios habenti, dicit feudum non aperiri per mortem concedentis, ſed durare penes ſecundum recipientem, atque ad idem adducebantur *Frecc. de ſubfeud. lib. 1. de origin. Baron. n.* 52. *Liparul. ad Iſern. in cap. Imperialem n.* 4 *verbo heredi. Apont. conſil. 2. num.* 17. *& ſeqq. lib. 1. Maurus jun. in addit. ad Maur. fen... leg.* 18. *Rovit. pragm.* 4. *de feud. num.* 29. addito etiam vulgari axiomate, conceſſionem hominis debere aliquid plus operari ultra juris diſpoſitionem, ne inanis, & vacua remaneat.

Facilis autem viſa fuit hujus objecti ſolutio, tum ex regula, Principis conceſſionem intelligendam eſſe, 22
prout Jus diſponit & dictat, ut in terminis, *ex Iſernia, & aliis Freccia lib. 1. de origin. Baron. num.* 46. *&* 47. *Aponte de pot. Proreg. tit. de refut.* 4. 5. *num.* 16. Unde ſicut habens licentiam expreſſam ſubinfeudandi, non poteſt concedere inimico vel inæquali, ſub diverſis conditionibus *Frecc. ibidem num.* 49 *Camerar. in c. Imperialem car. 5. in magnis lit. G. aliàs car.* 19.

in parvis, ita neque in tempore, & ſtatu inhabili; Tum ex alia regula, quod à qualibet conceſſione ſemper excepta cenſetur fraus ad *text. in l. ſi pater 12. ff. quæ in fraud. creditorum.*

Ac demùm ex altera regula, quamlibet conceſſionem intelligendam eſſe rebus in eodem ſtatu permanentibus, quibus ceſſantibus, dicitur deficere animus, ut ultra generalia plenè congeſta per *Adden. ad deciſ. 523. p. 4. recent. tom. 3. num. 5.* in ſpecie facultatis diſponentis de feudo *Apont de reſut. feud. § 5. n. 15. & 24.* ubi *num. 19.* ita declarat dicta per eum *conſil. 2. num. 7. lib. 1.* ex ea optima, & viva ratione, quod Dominus cenſetur dediſſe facultatem feudatario diſponendi de ſuo, non de alieno, unde diſponendo, dum eſt morti proximus, vel aliàs devolutio imminet, diſponeret de alieno, non de ſuo, atque tali caſu ceſſat illa ratio incertitudinis, quæ unicè tollit Domini præjudicium, quia ſcilicet incertum eſt, an ſubinfeudatus, potius quàm ſubinfeudans debeat priùs deficere, ideoque conferunt omnia ſimilia, quæ ſupra de Clerico diſponente de bonis, vel reſignante beneficium, ſeu de uſufructuario & conductore dicta ſunt.

Ad auctoritates autem *Iſernia, Freccia, Liparuli, Roviti* & aliorum, reſpondebam, illas procedere in licentia, ſeu facultate ſpeciali, nominatim conceſſa individuali perſonæ, cujus qualitas nota erat Domino concedenti, qui ſciens & volens, videtur ſuper impedimento diſpenſare, ut in puncto, Iſerniæ doctrinam ita explicant. *Apont. d. §. 5. num. 15. & Fab. de Ann. conſ. 129. n. 85. & 86.* ſive ubi in facultate habetur mentio ejus, cui eſt concedendum, quia tunc concedens videtur non minùs contemplaſſe perſonam
23 ſubinfeudantis, quàm ſubinfeudari, qui propterea ſic directè à Domino recipere videtur *Montan. ad l. Imperialem §. firmiter num. 55. & 56.*

Ultra quod, opinionem *Liparuli, Camerar. & Roviti* firmantium, aſſenſum conceſſum feudatario ſucceſſorem habenti, adhuc ſuffragari iſto ceſſante, quoties in perſonam expreſſam fit alienatio, neque tutam videri inſinuabam, cum adoleſcens magna Neapolitana Tribunalia practicando, ſæpiùs à verſatis feudiſtis audierim, contrariam *Freccia* opinionem eſſe receptam.

Et ad axioma, quod conceſſio hominis debet aliquid operari ultra legis conceſſionem, dicebam, facultatem in Inveſtitura contentam ſatis eſſe operativam, tùm quia attento eo tempore, non erat ita certum inter feudiſtas, an jura concedentia facultatem ſubinfeudandi, eſſent, vel ne antiquata per novam legem *Federici in c. Imperialem*, ideoque hanc dubitationem ſuſtulit, unde ceſſat argumentum ſuperfluitatis, quod tanquam leve per quamcumque modicam operationem, etiam majoris declarationis tollitur *Ottobon. dec. 244. num. 21. cum ſeqq.*

Tum clarius, quia ſtante præcedenti expreſſa prohibitione alienationis, vel diviſionis in eadem inveſti-
24 tura contenta, niſi aliud fuiſſe expreſſum, ſublata etiam fuiſſet facultas ſubinfeudandi aliàs de jure competens, *Bal. in cap. 1. §. Præterea n. 3. Lapit. Corradi*, quem ſequuntur communiter feudiſtæ cumulati per *Schrader. p. 8. cap. 2. n. 30. & 31. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 1. gloſ. 5. num. 41.*

Unde ob magis amplam alienandi prohibitionem
25 contentam in Conſtitutione in incipien. *Conſtitutionum Divæ memoriæ*; prodiit in utriuſque Siciliæ Regnis receptiſſima concluſio probibitiæ facultatis ſubinfeudandi ut ſupra, igitur ſatis dicta conceſſio operatur, removendo obſtaculum ideoque verba inveſtituræ non ſunt inductiva novæ facultatis, neque ampliativa legalis diſpoſitionis, ſed tantùm modificativa præcedentis generalis prohibitionis, ſeu per remotionem obſtaculi reductiva ad Juris diſpoſitionem quod benè in concordia inita cum Sede Apoſtolica de anno 1624. declaratum fuit, dum circa ſubinfeudationes, conventum eſt; *ſervari debere Iuris diſpoſitionem.*

Dicebatur etiam pro actore, principalem concluſionem deductam ex *gloſ in §. ſed & res*, procedere reſpectu agnati, non autem Domini, ex auctoritate *Iacobini A varesi* & aliorum, quos poſt hæc diſputata congeſſit *de Marin.* (tunc ferè autor motivi) *in addit. ad Reverter. d. deciſ. 522. num. 3.* ſed omninò irrelevans motivum judicatum fuit, quia *text. in c. unico de alien. feud.* in extraordinariis loquitur expreſsè de Domino, tùm quia feudiſtæ indefinitè ſtatuunt concluſionem; Et clarius, quia in omnibus eadem ratio militat, quinimò fortior in Domino ex ſupra ponderatis, de Clerico, Uſufructuario, conductore, & ſimilibus; neque videtur, quomodo reſpectu agnatorum ſit practicabilis caſus gloſſæ, dum ſuppoſitis agnatis, ſupponitur ſucceſſor, qui ex regulari natura feudorum, ut ſint pacti, & providentiæ, veniunt ſemper jure ſuo, ita ut nihil referat, an ſit deſcendens, vel tranſverſalis, ergo non eſt caſus gloſæ, in quo ſupponitur carentia ſucceſſoris.

Dicebant etiam Camerales, quod ubi ſenex de filiis deſperatus ſubinfeudat juvenem filios habentem, vel ad eorum procreationem aptum, non dicitur ſubinfeudare perſonam æqualis conditionis, ideoque deficit ultimum requiſitum, ob cujus defectum nullitas actus remanet inevitabilis, cum eſſet illa incertitudo, quæ unicè ſalvat Domini præjudicium, unde ſemper firmum remanet, quod ita feudatarius non dat de ſuo, ſed de eo, quod Domini, conferendo in effectu ſuam largitionem in tempus inhabile, quo ipſe non eſt amplius Dominus, & poſſeſſor, & in Domini ſupplantationem.

Quod tamen ego, ad veritatem reflectendo, dicebam in congreſſibus Advocatorum deſuper habitis, eſſe intelligendum cum diſtinctione; Aut enim agitur de Caſtris, membris, vel bonis, quæ de ſui natura non ſolent ſemper ſubinfeudari, ſed per ipſum Feudatarium cum feudi corpore retineri, prout ſunt Caſtra, de quibus agitur; & benè procedunt ſupradicta, quia reverà eſſet ſupplantare Dominum, ac facere fraudem imminenti devolutioni; At verò agitur de illis Caſtris, vel bonis, quæ de ſui natura ſolent ſemper remanere penes ſubvaſallos ita ut, quando per unius mortem vacant, alteri concedi ſoleant, & tunc verè, propriè ſunt excadentiæ, quæ non dicuntur tangere corpus feudi, ſed dicuntur tangere fructus maturantes, quos feudatarius ſenex, & de ſucceſſione deſperatus non debet eſſe prohibitus percipere, eo modo quo ſi vacaret Beneficium de jure patronatus feudi, non prohiberetur Feudatarius ſenex, & ſucceſſore carens facere præſentationem, cum ſimilibus, quia eſt fructus maturans ejus tempore, prohibitio autem procedit in perceptione illis fructus, qui ſuo tempore non maturat, vel in corroſione, & diminutione rei in ſubſtantia, prout eſt in primo caſu, in quo permittitur de tempore habili ſubinfeudatio ob incertitudinem, quæ ceſſare facit præjudicium certum.

Ponderabatur demùm ingenioſè pro parte actoris illa pars Inveſtituræ, in qua etiam Cardinales, & Epiſcopi ad Ducatus ſucceſſionem habilitantur, quaſi quod Papa conſideraverit caſum Feudatarii de ſucceſſore deſperati, qualis eſt Epiſcopus in ſacris Ordinibus præſupponendus, & tamen ſubinfeudandi facultatem illis conceſſit; ſed omninò levis, ac irrelevans ponderatio credita fuit, quia non concludit de neceſſitate Epiſcopum vel Cardinalem eſſe ſucceſſore carentem, cum filios, & deſcendentes ante Epiſcopatum, vel Clericatum ex prædefuncta Uxore legitimè ſuſceptos habere potuerit, ut viſum fuit de Cardinali Sfondrato, qui fuit pater Gregorii XIV. ac noſtris temporibus de Cardi-

nalibus, Trivultio, de Albizis, Baluzo, & alios agnatos tranſverſales, & de lineis non admiſſis haberet legitimos ſucceſſores, unde propterea caſus iſte, conſideratus videtur ſuis terminis retentis, ac juxta juris diſpoſitionem.

Et ex his per Cameram, cauſa non ſemel propoſita, & maturè diſcuſſa, contrà ſubinfeudationem judicatum fuit, meo judicio ſatis juſtè, & fundatè.

† Remanet iſta cauſa in eodem ſtatu, neque ulteriorem proſequutionem habuit; Quamvis enim
1 inino Pontificatus Clementis Noni, ſucceſſoris Alexandri Septimi, ſub quo illa diſputata fuit, Actor, vel ipſo defuncto ejus filij obtinuiſſent iterum audiri, novamque diſputationem præparaſſent, communicandum juxta ſtylum, anticipatè miniſtris Cameralibus, informationes facti, & juris, ut pro eorundem Cameralium commoditate, reſponſiones parari poſſent, cum in hoc præſertim privilegium fiſci in litibus, quas habet cum privatis; Attamen (incertum eſt ex quo motivo) ab ulterioris proſequutione deſtiterunt.

In his itaque novis informationibus, in ſubſtantia continebantur eadem fundamenta, quæ in prioribus diſputationibus deducta fuerunt; atque Scribentes ſe reſtringendo ad ſolum punctum (in quo verè nodus cauſæ conſiſtebat) invalidæ ſubinfeudationis, ob fraudem à lege præſumptam ex imminentia devolutionis, in duobus potiſſimè inſiſtebant; Primò nempè in excluſione præſumptionis fraudis, tam ratione notoriæ integritatis, ac religionis ſubinfeudantis, quàm etiam ratione juſtæ cauſæ, quæ illum impulit ad id agendum, ut adeò grata memoria hujus familiæ apud illos ſubditos conſervaretur.

Et ſecundò aliqui ingenioſè ponderabant, quod neque dici poterat, ut verificaretur præſuppoſitum certæ, ac imminentis devolutionis, ob deſperatum ſucceſſorem, dum reaſſumendo collecta per *Narbon. in tract. de ætat. ann. ſexageſim. quæſt. 4. & Rot. apud Merlin. deciſ. 219. in fin. repetit. deciſ. 20. par. 5.*
2 *ret.* probare conabantur, quod etiam ſenes ſeptuagenarii, & ultrà, filios procreare poſſent, cum in hoc differant viri à mulieribus, deducendo non ſolum exempla antiqua à Scriptoribus relata, ſed etiam aliqua moderna, & de præſenti in ipſamet Urbe, quod ſeptuagenarii habentes uxorem etiam ſenem, iſta defuncta, aliam juvenem duxerunt, & filios procrearunt, ut præſertim ſequutum eſt in eodem Duce Jovi Hieronymo Matthæo qui hodiernum Ducem procreavit.

Occaſione autem congreſſus habiti per Camerales pro hujus novæ diſputationis præparatione, de præmiſſis diſcurrendo, quatenus pertinet ad primum fundamentum bonæ fidei pro excluſione præſumptæ fraudis; denuò reflectendo ad jam deducta in diſcurſu, in ſenſu ſolius veritatis credebam, quod eam ſubſi-
3 ſterent, quod ſcilicet, iſta non ſit fraus conſilii, ſeu criminoſa deſideranda in ſingulis caſibus, & in perſonis individuis facientibus actum, ſed ſit illa fraus quæ dicitur præjudicii, ſeu reipſa generaliter per legem inducta, ex ſola ratione ſtatus, in quo reperiatur ille, qui actu gerit, juxta jam adducta exempla, quodque verè & propriè actus irritatio non proveniat directè à fraude, juxta ea, quæ habemus in materia ligitioſi, vel in materia edicti *de his, quæ in fraudem creditorum, &c.* cum ſimilibus, in quibus rectè procedit; ut ſola juris præſumptio tolli poſſit per contrariam probationem, etiam præſumptam & elicitam ex fortioribus præſumptionibus, ſed quod potiùs proveniat à defectu poteſtatis, quam lex iſto caſu neget vel auferat; Quaſi quod illa ſubinfeudandi licentia, quam lex, vel homo feudatario concedit, iſtam ſub ſe habeat implicitam conditionem à lege ſubintellectam, dummodò ſcilicet actus fiat tempore habili, non autem quando ſit veriſimiliter deproſeſperatus, ac propterea immineat devolutio, adeò ut dicatur potius defectus conditionis ſuſpenſivæ, impedientis ne actus fiat, & ne jus ſubinfeudato quæratur, non autem, ut ſit conditio reſolutiva, quæ irritet actum jam perfectum, tanquam per ſpeciem privationis juris quæſiti, juxta diſtinctionem inter conditio- 4
nem, per quem tollatur jus quæſitum, qua plenè *ſub tit. de fidei commiſſ. diſc. 154. & diſc. 73. de teſtamen. atque diſc. 70. de benef.*

In primo enim caſu conditionis, non requiritur fraus vel malitia, ſed ſufficit ipſum factum ex deductis locis proximè citatis, ideòque in hoc propoſito iſtud vocabulum fraudis adhibetur per quemquam impropriuin modum loquendi ad explicandam rationem, quæ generaliter impulit legem, ad adjiciendam, vel ad ſubintelligendam iſtam conditionem, per quam auferatur poteſtas, ſive quod illa habeatur pro non attributa.

Quo verò ad aliud fundamentum metaphyſicæ poſſibilitatis procreandi filios, ponderabam reſponderi poſſe, quod motivum forſan aliquam haberet ſubſiſtentiam, quando imminentia devolutionis, atque deſperatio ſucceſſoris deducerentur ex ſola præſumptione juris, ratione gravis ætatis; Secùs autem in hac facti ſpecie, quod idem feudatarius, juxta facti ſeriem in diſcurſu recenſitam, jam agnoverat imminentem devolutionem, atque per concordiam ſe exauctoraverat, ac propterea verſabamur in terminis fortioribus ex circumſtantiis facti.

Verum, reflectendo ad veritatem, reſponſio non ſatisfaciebat, quoniam dicta declaratio facta fuit ob præſuppoſitum, quod tunc feudatarius habebat, 5
rebus in eo ſtatu permanentibus, & quatenus caſus aliàs non præberet, ac propterea ſi de facto poſtmodum aliam juvenem fœcundam uxorem ducendo, prolem legitimam ſuſcepiſſet, juxta ſuperiùs recenſitum caſum, quem noſtra ætate in Urbe praxis docuit, utique devolutioni locus non eſſet, dictaque concordia, ſeu declaratio evanuiſſet, tanquam ex ceſſante, ſeu ex falſo præſuppoſito; ad inſtar eorum, quæ in fortioribus terminis habentur *ſub tit. de donation. diſcur. 20.* ad materiam *text. in l. ſi unquam C. de revocand. donation.* ut ſcilicet quamvis dicti textus diſpoſitio ſuper reſolutione donationis ob ſupervenientiam filiorum ceſſet, quando diſpoſitioni dictæ legis fuerit renunciatum, ejuſque mentio habita ſit, adhuc tamen locum habeat, ob immutatum rerum ſtatum, ac ceſſatum præſuppoſitum, quod donator tunc in animo habebat, quia nempè haberet uxorem ſterilem, ac propterea juſtum haberet motivum ſe opinandi deſperatum de filiorum procreatione, renunciando diſpoſitioni dicti textus, tanquam cum eo effectum non ſortituri, adeò ut dici valeat, quod fuerit renunciatio eorum quæ haberi non poſſunt; Et per conſequens non obſtat, ſi caſus præbeat, ut mutata uxore, inſperatorum filiorum procreatio ſequeretur, ex ibi deductis.

Solidior autem videbatur reſponſio, quod ad hunc effectum per leges feudales, vel per feudiſtarum tra- 6
ditiones, de quibus in diſcurſu non deſideratur phyſica negatio potentiæ, adeò ut excludat contrariam poſſibilitatem, ſed ſufficiat deſperatio veriſimilis, ſive impotentia moralis, dum tam in iſta materia feudali ad hunc effectum, quam etiam in materia fideicommiſſaria, & in aliis ex communi, ac recepto omnium ſenſu, de legitima & naturali prole deſperati reputantur religioſi ſolemniter profeſſi, ac etiam clerici ſæculares conſtituti in ſacris, quamvis aliàs ad id eſſent naturaliter habiles, & tamen etiam in iſtis verificatur phyſica poſſibilitas, ob diſpenſationem Apoſtolicam cum ſimilibus; potiſſimè ubi jam veriſimile per eventum comprobatum fuit eſſe verum.

Præterea ad clarius elucidanda æquivoca in hac materia ſubinfeudationis, tam de jure communi feu-

dorum, quam in hoc Principatu ex Bulla B. Pij V. de non infeudando, cum quibus, tam in primis diſputa-
7 tionibus, quam etiam in his præparationibus procedi videbatur per Scribentes hinc indè ex conſueto errore (qui eſt æquivocorum fœcunda mater) procedendi cum generalitatibus, atque majorum traditiones accipiendo in ſola littera in quibuſcumque caſibus, non reflectendo ad illorum diſtinctionem; Advertebam, quod in hac materia ſubinfeudationis reflectendum eſt ad plures illarum ſpecies, inſinuatas ſupra *diſc. 7.* ita plures caſos conſtituendo.

Primus enim caſus eſt, in illa pura & omnimoda
8 ſubinfeudatione, quæ ad inſtar ſubemphyteuticationis vel ſublocationis noſtrorum temporum, antiquis temporibus fiebat, de toto feudo, per quandam ceſſionem ſui juris alteri illum ſubrogando vel ponendo in locum ſuum nihilo pro ſe reſervato, adeò ut ſubinfeudans exiret omninò de ſcena; Et tunc propriè intrat quæſtio de qua in diſcurſu, an ſcilicet leges feudales quæ id permittunt, ſint authenticæ nec ne, ac etiam alia quæſtio, an eædem leges feudales; admittendo illas eſſe authenticas, ſint antiquatæ vel correctæ per legem Federici *in cap. Imperialem, &c.* Iſtoque caſu opinio, quæ concedit feudatario iſtam facultatem ſubinfeudandi, deſiderat concurſum trium requiſitorum, illius præſertim, ut fiat perſonæ æqualis conditionis, & cum eiſdem legibus & conditionibus ad illum effectum, ne fiat potentiori, ob difficultatem obtinendi ſervitium & fidelitatem, & ob alias difficultates in caſu devolutionis; Et è converſo, ne fiat pauperiori ob eandem difficultatem obtinendi ſervitium reale vel perſonale, ſive etiam ob deteriorationem, quæ in feudo contingere ſolet; Et ſic deſideratur æqualitas, ut præſervetur omne Domini præjudicium, adeò ut nil ſua interſit mutari perſonam Feudatarii; Ut etiam deſideratur, ut fiat de toto feudo, nihilo ſubinfeudanti reſervato, ne indè ſequatur feudi diviſio; Ac etiam deſideratur, ut gratis fiat, ne aliàs, ita ſequatur prohibita venditio, vel alia prohibita alienatio, ſub hoc ſubinfeudationis pallio occulta.

Verum evidens videtur aliquorum æquivocum, applicandi modernis ſub feodorum ſpeciebus, juxta præſentis controverſiæ caſum, ea quæ per antiqua
9 jura feudalia, vel per antiquos feudiſtas, in hac ſpecie ſubfeudi dicuntur, cùm ſint termini diverſiſſimi, Siquidem in propriis & rectis feudis, Civitatum, Oppidorum & Caſtrorum cum juriſdictione & imperio, & quæ propriè conſtituunt Barones, iſte uſus omnimodæ ſubinfeudationis ampliùs non datur atque fabuloſum eſſet aſſumptum, ut ſine conſenſu Domini infeudantis, qui juxta hodiernum rerum ſtatum, frequentius eſt præſupponendus Princeps ſupremus, licitum ſit id gerere, quodque Dominus ignarus, vel invitus, teneatur alium feudatarium, ſeu vaſſallum recipere; Et per conſequens ideales remanent quæſtiones prædictæ à noſtris majoribus diſputatæ.

Alter caſus eſt, illius ſubinfeudationis, quæ fiat quidem de integro feudo, omnibuſque juribus,
10 ponendo alterum in ſuum locum, aliquo tamen jure ſibi reſervato, ac propterea ille qui facit ſubinfeudationem, adhuc remaneat Domini directi vaſſallus & feudatarius, ipſeque efficiatur Dominus ſubalternus ſubinfeudati, qui ipſum immediatum, non autem mediatum agnoſcit Dominum, juxta diſtinctionem, de qua *d. diſc. 7. & diſc. 59.*

Sed pariter in feudis rectis & propriis, ut ſupra, fabulæ ſpeciem redolet dari in praxi iſtum caſum, ut ſine conſenſu Domini id agere liceat, dum in hoc ſæculo currenti, ac etiam in proximè decurſu, in noſtra Italia aliqua deſuper vidimus exempla in feudis Senarum & Plumbini, de quibus *d. diſc. 59. & in aliis ibi proximis, & diſc. 54.* non ſolum cum expreſſo aſſenſu, ſed etiam (ſaltem reſpectu Plumbini) cum obligatione feudatarii ſubinfeudandi perſonam ab ipſo infeudante nominandam; atque in hujuſmodi ſubinfeudationibus praxis docuit, nullum ex tribus requiſitis prædictis ſervatum fuiſſe, Siquidem (exemplificando in eodem recentiori feudo Plumbini) non fuit quidem ſervatum primum requiſitum ſubinfeudandi integrum feudum, nihil pro ſe retinendo, dum Rex feudatarius, qui ſubinfeudationem fecit, pro ſe retinuit altum, dominium ſubalternum, ſive illam majorem ſupremitatem, quæ vulgò dicitur ***Sovranità***, nec non jus devolutionis, atque jus muniendi arces, ſive ut vulgò dicitur, ***jus Præſidiorum***. Minuſque alterum, ut gratis fieret, cùm potius proceſſum fuerit per viam conceſſionis feudi emptitii, ſolvendo Imperatori pro nominatione duodecim centena millia florenorum Rheni ſub nomine laudemii, & Regi pro ſubinfeudatione ſcuta circiter centum mille.

Et demum neque tertium, ut fieret perſonæ æqualis conditionis, cùm feudatarius eſſet potentiſſimus Rex & Monarcha, ſubinfeudatus autem ſimplex Baro, Quinimò potius abhorretur ſubinfeudatio perſonæ æqualis potentiæ, vel etiam minoris, quæ ſit de ſphera Principum, cum ſimilibus exem-
plis, quæ dari poſſent, ergo palpatur manibus ſim- 11
plicitas modernorum, quos elaboratè colligere profeſſus eſt in iſta cauſa *Altograd. conſ. 5. lib. 2.* adhibendo noſtris temporibus in feudis rectis, & propriis Civitatum, Oppidorum, & Caſtrorum cum imperio, juriſdictione & vaſſallis, ea quæ per antiquos feudiſtas in hac materia ſubinfeudationis traduntur.

Tertius eſt caſus, illorum ſubfeudorum, quæ con- 12
cedi ſolet, etiam per feudatarios ſubditos, & merè ſubordinatos, de aliquibus prædiis vel pretiis terræ ſubinfeudari, & concedi ſolitis, & quæ veniunt ſub nomine excadentiarum, atque in Regno Neapolitano nuncupantur feoda plana & de tabula, juxta diverſas ſpecies diſtinctas *d. diſc. 7.* Et pariter fabuloſum videtur hodie hujuſmodi ſubfeudis applicare antiquas leges, vel conſuetudines feudales, vel antiquorum feudiſtarum traditiones, cum iſtis adaptetur terminus ſubfeudi, per quendam improprium uſum loquendi, ſed revera nihil habent feudalitatis, niſi aliquam imaginem remotam; Neque in eis verificantur dicta tria requiſita, dum non eſt ſubinfeudatio de toto feudo, neque fit perſonæ æqualis conditionis, quoniam frequentius fieri ſolet perſonis privatis, & propriis ſubditis, ac etiam pretio mediante ſub nomine laudemii vel intraturæ, in quo conſiſtere videtur totum vel majus Domini emolumentum, juxta ea, quæ habentur in materia emphyteutica *ſub tit. de emphyt. in* Abbatiis Farfenn. & Nonantulan. & in Eccleſiis Status Urbini, ac aliis comprehenſis ſub Bonifaciana, cum ſimilibus ibi enonciatis.

Iſto autem caſu, hujuſmodi jus ſubinfeudandi, di- 13
citur eſſe in fructu tanquam per ſpeciem juris præſentandi, vel nominandi ad beneficia de jure patronatus, quando caſus vacationis contingat; Et per conſequens in hac ſpecie ſubfeudi, intrare non videntur ea, quæ habentur circa dictam fraudis præſumptionem, reſultantem ab imminentia devolutio-
nis, quoties jure feudatarii adhuc durante, circa 14
fraudem & affectationem ſupplantandi Dominum, ſequatur caſus devolutionis hujuſmodi excadentiarum, quoniam ſicut feudatarius ſenex, vel alias de ſucceſſione deſperatus, non prohibetur percipere omnes fructus, etiam anticipatos, quos ſuo jure durante, natura vel fortuna perducat, ac etiam non prohibetur facere præſentationes, vel nominationes in beneficiis de jure patronatus, quod ſit annexum feudo, ita ne[illegible] prohibetur facere conceſſiones hujuſmodi ſubf[illegible]rum & excadentiarum, quando caſus vacationis

Digitized by Google

tionis ſequatur, dum punctus eſt in fraude, vel in affectatione ſupplantandi Dominum, atque ad hunc effectum advertebam, quod in hac materia intrarent ea quæ dicebantur per Scribentes in contrarium ſuper qualitate fraudis conſilii.

Ad inſtar eorum, quæ habentur ſub titulo *de Regalibus diſc.* 78. *cum ſeqq.* in Appaltatoribus gabellarum & Dohanarum ſuper iis, quæ gerantur circa finem Appaltus, & *ſub tit. de locat. & conduct. diſc.* 24. ſuper locationibus, quæ fiunt per hæredem gravatum & fideicommiſſarium, imminente reſtitutione fideicommiſſi, cum ſimilibus, ſed pariter omnia ea, quæ hanc ſubfeudi ſpeciem percutiunt, peni-
15 tùs extranea ſunt à caſu præſentis quæſtionis; Iſtoque caſu neque intrat prohibitio Pianæ Conſtitutionis, quia reverà non eſt infeudare juxta ponderationes, de quibus *hoc eod. tit. diſc.* 61. cum reverà non tangatur ſubſtantia feudi, ut etiam infrà *diſc.* 128. *& in aliis.*

Quartus demum eſt proprius, ac præciſus noſtræ quæſtionis caſus, ubi ſcilicet agitur de feudo regali
16 veræ dignitatis redolente ſupremum principatum, cum regalibus etiam majoribus, ut exemplificando in noſtra Italia ſunt, Regnum Neapolitanum, & Ducatus Mediolani, Mutinæ, & Regii, Parmæ & Placentiæ, ac Senarum, & erant etiam iſte Ducatus Urbini, & alter Ferrariæ, ac propterea pro feudi vel principatus dignitate congruat, ut ipſe feudatarius poſſit cum conceſſionibus Oppidorum & Caſtrorum, ſibi conſtituere Barones & milites, vel nobiles primi Ordinis magnatitii in ſuo principatu; Et iſta eſt licita ſubinfeudatio etiam ſine conceſſione expreſſa, tanquam connaturalis feudo, quod proindè ſciſſuram vel diviſionem pati non dicitur ob omnimodam ſubjectionem & dependentiam; Sed pariter in hac ſpecie non verificantur dicta tria requiſita; Non quidem primum de toto feudo cum eiſdem legibus, cum fiat de parte, vel membro non notabili, ideòque fieri non poſſit de Civitatibus vel fortalitiis, ac etiam fiat ſub diverſa natura; Minuſque ſecundum, ut fiat gratis, dum communis praxis docet contrarium, cùm ſint conceſſiones venales; Neque tertium, dum non fiunt æqualibus, ſed ſubditis & inferioribus; Et per conſequens omninò extranea ſunt ea, quæ per antiquos feudiſtas dicuntur, totumque reſtringitur ad prædictam rationem ſupplantationis Domini, devolutione imminente, ita ſibi conſtituendo Barones, & feudatarios in tempore inhabili, & pro quando non erit amplius Dominus, nec feudatarius, juxta rationes, de quibus *d. diſc.* 78. *& ſeqq. de Regal.*

Atque hinc ſequitur, ut rectè congruant ea, quæ in diſcurſu habentur circa obſtantiam Pianæ Conſti-
17 tutionis, dum in effectu eſſet conſtituere feudatarios de novo in Statu Eccleſiaſtico immediato, atque dare, ut ſubditus, qui nullum jus pro tempore futuro eſt habiturus, faciat id, quod facere non poteſt, vel non ſolet ipſe Pontifex Dominus directus.

Hinc proindè ad evidentiam edocemur, quàm ma-
18 gna ſit, toties inculcata modernorum pragmaticorum, vel collectorum ineptia, procedendi in ſola littera doctrinarum, ſeu in eis conſtituendo vim, aut eruditionem oſtentandi cum earum numero & collectionibus, non diſtinguendo caſus & tempora, neque reflectendo ad congruam applicationem, ex facti qualitate, & circumſtantiis regulandam; Qui etenim in ſola ſuperficie videbunt *d. Conſil.* 5. *Altog. lib.* 2. editum ad hujus cauſæ opportunitatem favore actoris, opinabuntur illud eſſe doctum, maturum & elaboratum reſponſum, tractando de materia ex profeſſo, & tamen qui benè & intus examinabunt materiam, comperient, quod eſt ſaccus plenus palea, ita confectus ad cauſæ opportunitatem, adeò quòd alioquin doctus, ſummèque conſiderandus Author ſcripſit, ideòque eſt quidem conſiderabilis artifex, ſed non eſt conſiderabile opus ex defectu materiæ; Iſteque eſt error quotidianus tot æquivocorum productivus, deferendi auctoritatibus Collectorum vel Conſulentium, ad diſtinctiones caſuum, eorumque circumſtantias non reflectendo.

Stante autem diſtinctione prædicta, ſequitur erro-
neum pariter eſſe diſputare generaliter, & in abſtra- 19
cto quæſtionem, de qua *in hoc diſcurſu ac etiam diſc.* 40. an ſcilicet devoluto feudo, devolvantur ſubfeuda, atque doctrinas præſertim antiquorum, ad hanc rem applicare, cùm reverà dicta quæſtio percutiat primum vel ſecundum caſum, de quibus hodie inanis labor eſt agere, ut ſupra; In aliis autem poſterioribus caſibus intrat dilemma, quod aut actus ſubinfeudationis eſt validus, aut non; Si non eſt validus ab initio, & in ſubſtantia, tunc fruſtra de hoc diſputatur, cùm nullum, & nihil pariſiceatur, Et ſi eſt validus, tunc extranea pariter eſt quæſtio, dum iſtæ ſpecies ſubfeudi conſiderantur potius tanquam fructus, ad inſtar præſentationis factæ per poſſeſſorem, cujus effectus tanquam conſumatus non ceſſat, ceſſante cauſa poſtmodum productiva.

Ad ea verò, quæ habentur *num.* 7. *&* 8. ſuper
clauſula *ſine præjudicio*, vel ſuper alia *ſalvo jure*, 20
quæ adjici ſolent in aſſenſu Domini, videnda ſunt ea, quæ habentur infrà *in Neapolitana Concurſus creditorum diſc.* 106.

Et quoniam in diſcurſu circa præſumptam frau-
dem præjudicii, principale fundamentum conſti- 21
tuitur in legibus & auctoritatibus feudalibus, de quibus *num.* 15. inferiùs autem *diſc.* 135. dubitatur an iſtæ leges locum habeant in hoc Principatu temporali Eccleſiæ; Hinc advertendum venit, quod ubi etiam tenenda eſſet opinio, quod iſtæ leges feudales in hoc principatu non habeant vim legum, quamvis probabilis videatur ibidem tradita diſtinctio inter antiquas conſuetudines collectas per *Gerardum & Obertum*, & Conſtitutiones Imperiales *Lotharii & Federici*; Adhuc tamen iſtæ leges attendendæ venirent tanquam doctrinæ magiſtrales corroborantes rationem generalem, cui iſta fraus eſt innixa, juxta ea, quæ *diſc.* 35. *de judic.* & alibi pluries habentur de legibus aliorum principatuum attendendis, ubi non habeatur lex propria & particularis; Atque hoc eſt quod in effectu dicere volunt *Fagnan.* & alii Eccleſiaſtici per eum relati, de quibus ſupra *diſc.* 54. & alibi diſtinguentes, ut conſuetudines feudales attendendæ veniant etiam in hoc principatu in aliis, non autem in iis, quæ lædant Eccleſiaſticam immunitatem, vel ſacris Canonibus adverſentur, quoniam non poteſt eadem lex in parte acceptari, & in parte reprobari, ſed capienda eſt prout jacet cum ſua cauſa & qualitate; Sed quod in iis, quæ habeant fundamentum rationis & probabilitatis, & non averſentur ſacris Canonibus, attendi debeant magis ex vi rationis, quæ ubique eſt eadem, omnibuſque eſt communis, quàm ex vi poteſtatis & juriſdictionis legiſlatoris, ut *eod. diſc.* 135. advertitur.

Ad hanc autem materiam præſumptæ fraudis ra- 22
tione præjudicii tertii, conferunt ea quæ habentur *diſc.* 3. *de Regalib.* & *diſc.* 1. *de Emphit.* & *diſc.* 1. *de Penſ.* circa inveſtituras, vel conceſſiones abuſivas, & expectativas de re plena, & ante factum caſum devolutionis vel vacationis, dum in eiſdem materiis allegantur feudiſtæ, qui de hoc agunt in propoſito abuſivæ inveſtituræ feudalis.

Item his terminis feudalibus congruunt ea, quæ *diſc.* 148. *de Regal.* habentur ſuper poteſtate Principis tollendi jus tertii, dum ibi agitur de infeudationibus illorum locorum, quæ ex cauſa oneroſa habent privilegium, ut poſſint infeudari.

COMA

Digitized by Google

COMACLEN. ALIAS CLOMACEN. VALLIUM,

Pro CAMERA APOSTOLICA, Cum DUCE MUTINÆ.

Caſus diſputatus in Congregatione deputata, & ſopitus per concordiam.

Bona ſita intra fines feudi, an præſumantur feudalia, vel allodialia, ad effectum videndi, cuinam incumbat onus in caſu devolutionis, unam, vel alteram qualitatem probandi, an Domino vel hæredi Feudatarij; Qua occaſione agitur de eadem materia reſpectu controverſiarum inter Feudatarium & Vaſallos.

Piſcheriæ, ſeu Piſcheriarum emolumenta, An & quando ſint de regalibus, & quando aquæ dicantur maris, & publicæ vel potiùs ſtagnantes, & privatæ.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Piſcheria, an ſint Iuris publici ex diſpoſitione Iuris communis, & de intellectu text. in l. inter publica ff. de verb. ſignif.*

3 *Quid de Iure Feudorum, an piſcationum emolumenta ſint de regalibus, & quando.*

4 *De legum Romanorum, Iuriſque communis compilatione & uſu.*

5 *Iura feudorum, & regalium declarationes, quando prodierunt.*

6 *Ius piſcandi in aliquo loco privativè, ſive jus prohibendi piſcationem, quomodo detur de Iure communi remiſſivè.*

7 *Lacuum, fluminum, vel maris partes, in quibus magna piſcium affluentia, vel conſpicua qualitas habetur, dicitur de regalibus, & Principi reſervata, neque licet civibus piſcari*

8 *Montes, nemora, forſta, & paſcua communia lia ſunt hodie Principis, vel Civitatis.*

9 *Enumerantur aliqua piſcationum loca, qua ſunt Principis, vel sui Princeps dedit cum Iure privativo.*

10 *In quibus ſtagnis, lacubus vel locis aptis ad piſcationem detur dominium privatum cum jure prohibendi.*

11 *Bona ſita intra fines feudi, & per feudatarium poſſeſſa, dicuntur feudalia, ſi probat qualitate concurrant adminicula.*

12 *Dari poteſt feudum ſine Iuriſdictione, qua ad alium ſpectet Iure allodii, cujus jure ab eodem Feudatario acquiritur,*

13 *Dux Ferraria habebat Iura regalia.*

14 *Diſtinguuntur caſus pro notitia quaſtionis, An bona ſita intra fines feudi praſumantur feudalia vel allodialia.*

15 *Ubi Caſtrum, vel aliud corpus ab aliquo poſſidetur, An praſumatur jure allodii, vel feudi.*

16 *Bona, qua intra fines feudi poſſidentur per Vaſallos, & privatos habitatores, an praſumantur feudalia, ſeu feudo obnoxia.*

17 *Quid de bonis ab ipſomet Feudatario poſſeſſis & cui in caſu devolutionis incumbat onus probandi feudalitatem, vel allodialitatem.*

18 *Qua dicantur bona artificialia id eſt ex hominis induſtria ad eum ſtatum redacta, & qua naturalia, adhuc in ſuo primævo naturali ſtatu continuantia.*

19 *Enumerantur aliqua adminicula feudalitatis bonorum.*

20 *Econtra adminicula allodialitatis.*

21 *Bona ad feudum ſpectantia & alienata ſi recuperantur, revertuntur ad ſuam primævam naturam, & dicuntur feudalia, ita ut recuperatio dicatur importare accenſionem intrinſecam.*

22 *Camera Principis, ſeu Principatus dicitur diverſa à Camera patrimoniali, & privata ejuſdem.*

† 1 *De punctis principalibus contentis in hoc diſcurſu.*

2 *Quare ſub hac materia feudali cadat illa regalium.*

3 *De erroribus non diſtinguentium, & numer. 7.*

4 *De natura, & effectibus feudi Regalis, & vera dignitatis, quod habeant regalia, & qua remaneant Domino.*

5 *Quid in Baronibus, & Domicellis inferioris ordinis non regalibus.*

6 *De eodem, & de diverſitatibus eorum.*

7 *De eodem errore, de quo ſupra num. 3.*

8 *De quaſtione an Caſtra, & loca ſint potiùs feudalia, vel allodialia quomodo debeat intelligi.*

9 *De feudo, & reſpectivè allodio improprio Caſtrorum, & locorum Status Eccleſiaſtici.*

10 *De locis habitatis, qua poſſideantur per Eccleſiae & cujus qualitatis ſit illud allodium.*

11 *An bona poſſeſſa per privatos intra fines feudi ſint feudalia, & feudo redditia.*

12 *De eodem errore, de quo num. 3. & 7.*

13 *Diſtinguuntur caſus, vel effectus quaſtionis, an quod poſſidet feudatarius intra fines feudi, cenſeatur feudale, vel allodiale.*

14 *De eodem, & quomodo iſta quaſtio decidi debeat.*

15 *An dari poſſit, quis ſit feudatarius, vel Dominus totius territorii, & ſit Dominus privatus aliquorum locorum.*

16 *An, & quando feudatarius acquirendo bona privata cenſeatur incorporare cum feudo.*

17 *De aliis diſtinctionibus in materia.*

18 *De Piſcheriis, vel piſcariis.*

DISC. II.

DEvoluto ad Sedem Apoſtolicam ſub Clemente VIII. Ducatu Ferrariæ, per mortem Ducis 1 Alphonſi ſequutam de anno 1593. ortiſque propterea nonnullis controverſiis inter Cameram Apoſtolicam, & Ducem Mutinæ, & Regii, præfati ultimi Feudatarii hæredem, prodiit de anno 1594. concordia inita in Civitate Faventiæ (Faventina proinde nuncupata) per quam, inter cætera Capitula conventum extitit, dicto hæredi remanere debere *Terras Prata, Valles, Poſſeſſiones, domos, & omnia allodialia per dictum Ducem Alphonſum poſſeſſa, & in vim ejus Teſtamenti in ipſum obventa.*

Iſta generalis conventio, cauſam dedit multis controverſiis, circa domos, Terras, poſſeſſiones, livellos, & alia bona, ſuper quibus tamen nullum ſcribendi munus mihi demandatum fuit, ſed illud reſtrictum ad bonum Jus Cameræ in petitorio ſuper pertinentia Vallium piſcheriarum Comacli, aliàs juxta fori uſum Clomaci, cum præſuppoſito, dictam Civitatem, totumque Territorium, in quo Valles includuntur, contineri ſub dicto Ferrariæ Ducatu devoluto.

Prima ac principalis quæſtio inter partes ſuper his Vallibus agitata fuit ſuper aquarum qualitate, an ſcilicet eſſent ſalientes, & maritimæ, communicationem cum Oceano habentes, ita ut dici debeant Juris publici, vel potius dulces, & ſtagnantes, ita ut privati Juris cenſeri deberent, ſuper quo puncto multa pro duce ſcripſerunt plures Inſignes I. C. præſertim *Altograd. conſ. 100. lib. 2.* ſed longè majora, & fortè meliora plerique inſignes I.C. ſcripſerunt pro Camera, ita ut habeantur deſuper volumina; Ego verò iſtam Provinciam [illegible] benè tractatam, ac tantum in ſolo facto [illegible] non aſſumpſi.

Secunda fuit quæſtio, præſuppoſito, ſine veri præjudicio, quod non ageretur de Mari, vel ejus membro, ſed de paludibus, & ſtagnis aquarum dulcium à Padi inundationibus, vel pluviis provenientium, ſeu ibidem

Digitized by Google

ibidem ſcaturientium : An dum continent Piſcherias magni redditus , dici deberent de regalibus , & Juris publici , Principis magis , quam privatorum dominio congruis.

Quod eſſent Juris publici , attenta etiam diſpoſitione Juris communis, adducebatur pro parte Cameræ *textus in l. inter publica 17. ff de verb. ſignif. in fine* , ubi enumerando ea , quæ Juris publici ſint, ponit *piſcarias*. Verùm hoc ſatis leve fundamentum credebam , quia licet in vulgata editione dicatur *piſcariarum* , communis tamen, ac vera eruditorum opinio eſt , eam eſſe mendoſam , ac dicere debere *picariarum* , prout legitur in pandectis Florentinis, ut advertunt *Cujaccius in feud. d. tit. quæ ſint regalia litt. D. Forner. in d. l. inter publ. Borell. de Magiſtrat. Edict. lib. 4. cap. 4. num. 8. & de Reg. Cath. præſt. cap. 24. num. 15. & c. 28. num. 38. idemque Rebuff. in d. l. inter publica*; Et licet idem in Commentariis , ad hæc non advertens credat id non procedere in jure piſcandi, ſed in vectigali , quod Principi pro piſcibus penditur juxta plurium ſeudiſtarum ſenſum , de quo infra, & cum *Rebuff.* & aliis quos allegat , pertranſeat , *Antegrad. d. conſ. 4. 0. 8.* attamen in adnotatione marginali adjecta in illis Lugdunenſis impreſſionis 1586. idem obſervat , ac fatetur eſſe meliorem lectionem , & meritò , quia verbum *piſcaria* ut conſtat ex *Calepino* , & aliis Grammaticis , ſignificat locum in quo piſces venduntur ; & tamen neque in jure , nec apud hiſtoricos habemus, in Urbe , ejuſque Imperio, certos locos diſtinatos eſſe, ubi piſces vendi deberent qui publici Juris effecti eſſent , ex quibus Vectigal Fiſcus caperet.

Ac ulterius I. C. enumerat hoc verbum inter Salinarum, & Metallorum Vectigalia , cum quibus nullam habent connexionem loca piſcium venditioni deſtinata, ut advertit *Borell. ubi ſup. num. 8.* ideòque omninò dicendum eſt , intelligi de *picariis* nempe locis , in quibus , ad inſtar ſalis , & metallorum conficitur pix. Quas fodinas fuiſſe in reditu Populi Romani advertunt *Rebuff. in dicta poſtrema marginali adnotatione* & cæteri apud *Maſtril. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 10. num. 306.*

Dicebatur etiam pro Camera , cenſendas eſſe has
3 piſcatorias Valles de Regalibus per *text. in cap. 1. Quæ ſint regalia* , ubi piſcationum redditus inter regalia conſtituuntur , eoſque propterea enumerant ibidem feudiſtæ, preſertim *Iſernus, Avarot. Afflict. & Calzaranus, Capic. Inveſt. feud. c. feudorum clauſula , verbo piſcheriis fol. 107. in motu , di regularibus in fine verbo piſcationum redditus fol. 286. Petr. Gregor. Tholoſ. de regalibus c. 19. Reſtaur. Gaſtal. de Imper. qu. 11. nu. 23. & 30. Roſenthal. de feud. cap. 5 concluſ. 24. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 18. num. 9. Maſtrill. de Magiſt. lib. 3. cap. 10. num. 305. & ſeqq. Borell. de præſtantia Regis Catholici cap. 24* *Decius conſil. 170. num. 3. Burſatt. conſil. 235. num. 31.* qui in ſpecie loquitur de jure piſcandi in quibuſdam Vallibus, ſeu foveis manu factis.

Replicabatur pro Duce hanc regaliam non con-
4 ſiſtere in ipſa piſcatione , , ac piſcium venditione, in quibus magnum iſtarum Vallium emolumentum conſiſtit , ſed in eo Vectigali , quod per Piſcatores, vel piſcium venditores Principi tali caſu penditur, juxta exemplum poſitum per *Afflictum* ibidem de Vectigali , quod Regia Camera exigit de ſexageſima piſcium advenientium ad portum Neapolis , ut advertunt *Borell. de præſtantia Regis Catholici cap. 24. num. 4. & de Magiſtr. lib. 4. cap. 4. num. 3. & ſeqq. Maſtr. ubi ſupra n. [illegible] 319. Sladin. & cæteri* procedentes cum regulis ex communi Romanorum Jure depromptis , piſcationis ſcilicet uſum , ſive in mari, ſive in fluminibus , & lacubus , omnibus eſſe communem, exceptis locis , in quibus aliquis legitima præſcriptione jus privativum piſcandi quæſierit *ad text. in l. ſi. quiſquam cum ibi notatis ff. de diverſ. & temporal præſcript.*

Verùm in hoc æquivocari advertebam, quoniam licet jus commune Romanorum ſub Juſtiniano Imperatore circa annum noſtræ ſalutis 530. ad iſtam quam habemus formam redactum eſſet, attamen in his partibus, præſertim Occidentalibus ex notis Romani Imperii calamitatibus ac tot Barbarorum incurſionibus, per plura ſæcula abſcunditum & ignotum fuit, uſque ad annum 1130. juxta unam opinionem , ſive ad annum 1148. juxta aliam , de quo tempore , Piſannorum Claſſis in Almaphitanæ Urbis excidlo pandectas reperit , quæ deinde eodem belli , ac excidii ea ſuè Piſis Florentiam translatæ ſunt , Florentinæ proinde appellatæ , à quibus iſtarum legum uſus in Italia primum , deinde in aliis Europæ regionibus præſertim Occidentalibus invaluit , ut benè eruditus *Borell. de præſtantia Regis Catholici cap. 78. num. 26. ad fin.* ac latius deductum habetur *in Neapolitana ad ficii, ſeu alicui non tollendi ſub tit. de ſervitutibus.*

Hoc autem medio tempore , quo Italia , litteris 5 omnibus que ferè nobilibus artificiis denudata , ſub diverſorum barbarorum jugo omninò barbara , & inculta vixit , quamplures irrepſerunt uſurpationes , ſeu variæ dominantium conceſſiones , ex quibus ſub Longobardorum dominio prodierunt feuda, quorum conſuetudines , *Obertus de Orto , & Gerardus* reduxerunt ad earum legum feudalium formam, quam habemus , pleræque autem Civitates , præſertim Lombardiæ libertatem ſibi vindicare curarunt multaque jura , hodie *regalia* nuncupata, ſibi præcipua pro publica burſa, & bellis ſuſtinendis cum longæva poſſeſſione uſurparunt , quæ deinde Federicus Imperator in concordia cum dictis Lombardiæ Civitatibus habita , declaravit regalia dictis Civitatibus ex antiqua legitima præſcriptione competentia *in d. cap. 1. Quæ ſint regalia* , ut advertunt *Iſernia Alvarot. Capic. & cæteri.*

Et ſic eo tempore nulla fuit habita ratio de regalibus Juris communis, tunc adhuc non benè cogniti , neque recepti , vel propagati , ſed de antiqua præſcriptione , quam Civitates , vel principes, & Domini acquiſiiſſe prætendebant , antequam legum in- 6 ventio , vel uſus ſequerentur , cum etiam attenta ipſius Juris Romanorum diſpoſitione , Jus piſcandi privativè ad alios in certis locis , præſcriptione , vel conſuetudine , ſeu ob publicam utilitatem acquiri, & induci valeat , ut deducit *Capic. Inveſt. feudali dicto verbo piſcheriis*, Et ex eo reaſſumunt *Borell. de Magiſtr. d. lib. 4. cap. 4. à num. 12. ad 23. Montan. de regal. verbo piſcationum reddunt num. 1.*

Et licet piſcandi , ſeu venandi facultas à jure gentium omnibus competat , ita ut circumſcripto dicto 7 jure poſito Romanorum , adhuc tolli non potuerit, attamen quemadmodum ex proximè Inſinuatis, reſpectu errorum locorum , temporum , vel circumſtantiarum , tolli ſeu limitari potuit , ita dicta uſurpatio, ſeu præſcriptio ſuſtulit, non in univerſum, ſed in illis Maris , Fluminum , Lacuum , Stagnorum, Silvarum, & Montium , ſeu Vallium locis , in quibus ob inſolitum ac nimis affluentem piſcium , avium , vel quadrupedum frequentiam , ſeu qualitatem , piſcatio , ſeu venatio non habet eam incertitudinis aleam , & laborem , quibus generaliter de ſui natura ſubjacent, potiùs eſt certum , ac ſatis notabile emolumentum , quod Principes , vel Civitates , ad minus populos gravendos cum talleis , & collectis, rationabiliter ſibi, ad bella, vel publicas impenſas ſuſtinendas applicarunt, ut in propoſito advertunt *Covar. in reg. peccatum par. 2. §. 8. n. 1. Maſtrill. de Magiſtr. c. 10. n. 312. Carobl. de Baron. tom. 2. cap. 87. n. 1. & ſeqq.*

Hinc paſcuorum, & lignorum uſus in nemoribus, montibus, & foreſtis, de jure eſt omnibus communis & tamen Principes & Civitates ſibi applicarunt , vel præſcripſerunt

præſcripſerunt ea paſcua, nemora, vel foreſtas, ex
8 quibus ultra neceſſarium incolarum uſum, notabilis redditus percipitur, ita ut hodie de conſuetudine, campalia quæ prius erant communia, ſint Dominorum, vel Civitatum, inter quos eſt contentio, in qua verior, ac magis recepta ſententia videtur illa *Caſtr. & Soccin. in l. 1. ff. de acquir. poſſ.* quam reprobata contraria *Aretini* magis communiter Doctores ſequuntur, ex deductis per *Curt. jun. conſ.* 184. *n.* 8. *Natt. conſ.* 460. *n.* 10. & 506. *n.* 30. *Roſenthal de feud. cap.* 12. *concluſ.* 15. *n.* 48. & *in gloſ. litt. P. Rovit. ſuper pragm. in rubr. de paſcuis Capobl. de Baron. pragm.* 11. *n* 9 & *ſeqq. Burats. deciſ.* 312. *n.* 4. & 427. *num.* 6. *Menoch. lib.* 3. *de præſumpt.* 100. apud quod diſputatur, an in dubio præſumantur Baronis, & Domini, vel potiùs Civitatis, cum certo præſuppoſito, quod ſint unius, vel alterius, quod de jure non eſt cautum, ſed totum provenit à dicta applicatione, ſeu conſuetudine, quam plerique dicunt uſurpationem tranſactam in præſcriptionem, ſeu legitimum titulum, ac ita paſſim ubique docet uſus, & praxis.

Et in ſpecie juris piſcandi, videmus præſertim in noſtra Italia, quod omnes Lacus vel Stagna etiam
9 aquarum dulcium, in quibus copioſa piſcium multitudo, vel conſpicua qualitas adſit, magnum tribuens emolumentum, poſſideantur per Principes, vel Civitates, ſeu privatos ex Principum conceſſionibus, ut in Umbria eſt Lacus Traſimenus, ſeu Peruſij poſſeſſus per Cameram Apoſtolicam, de quo *Bar. in tract. Tiberiad. verbo Flumen num.* 8. In Lombardia Lacus Gardæ, & Comi in Regno Neapolitano Lacus Leſinæ, & Varani, ac plerique alii.

Quinimò & in ipſo mari, ubi aliqua ejus pars iſtam habet particularem circumſtantiam ab aliis diverſam, eodem jure regulatur, ut videmus in Civitate Tarentina & frequentiùs in Provincia Calabriæ, atque in Inſulis Siciliæ & Sardiniæ in locis, tynnorum ſatis frequenti piſcationi congruis, quia ſunt Regis, vel eorum, quibus Rex conceſſit; quod etiam in Principatu Plumbini practicavi, in ſpecie de conceſſione facta per Principem juris piſcandi tynnos agit *D. cius conſ.* 270. *n.* 3. *verſ. ulterius*, & de tynnis *Covarr. d.* § 8. *n.* 10.

Et licet hujuſmodi Vallium, & Stagnorum abſque
10 Principis conceſſione detur privatum dominium, juxta traditionem *Bart. in l. vicinus* §. *Lacus ff. de aqua pluvia arcen.* quam cæteri ſequuntur in his terminis late congeſti *per Veggium conſil.* 1. & *præcipue num.* 23 & *Bironum conſ.* 140. *vol.* 3. & *cum aliis per C n. cer. p.* 3. *var. c ap.* 4. *deſervit n.* 232. & 235. *Capobl. d. tom.* 2. *cap.* 46. *num.* 23. in qua propoſitione magnum pro actore contra Cameram fundamentum conſtituebatur, ut conſtat ex *Acrograd. d. conſ. num. num.* 118. & *ſeq.* & aliis pro eo ſcribentibus; dicebam tamen id quidem eſſe verum in vivariis manufactis, quæ quiſque ad privatam induſtriam, vel delectationem in proprio fundo conſtruit, vel in illis ſtagnis, & foveis, quæ in privatorum prædiorum depreſſiori ſitu ex pluviarum, vel fluminum adjacentium inundationibus conſtituuntur, ſive in illis lacubus, & fluminibus, quæ in privato fundo naſcuntur, ita ut undique locus piſcationis à privato ſit circundatus, atque antiqui privati dominii veſtigia oſtendat & de his, quæ ob illius depreſſionem frequenter ſunt in Lombardia, & Æmilia, propriè agunt *Bart. ubi ſupra, & cæteri apud Veggium, & Bironum locis citatis*. ſed manifeſtum æquivocum eſt hoc applicare his Vallibus, quæ fortè ab ipſa Mundi creatione, & antequam Clomaci Civitas habitatores haberet, in hoc eodem ſtatu fuerunt.

Omnemque penitus difficultatem in hac facti ſpecie ceſſare, dicebamus Ego & cæteri pro Caméra ſcribentes, ponderando, aliud eſſe, ubi contra privatos hujuſmodi piſcationes poſſidentes Fiſcus agit, eas vendicando, niſi doceant de legitimo titulo, ſine quo jura regalia poſſideri non poſſunt, ita ut qualitas regaliæ deducatur agendo, tanquam fundamentum intentionis, cum nunc concludens, ac exacta probatio in actore requiratur, atque ſola contraria poſſibilitas excludat; Aliud verò ubi tractatur de metienda natura, & qualitate, bonorum & jurium, quæ per ipſum feudatarium una cum feudo longo tempore poſſeſſa ſunt, ad effectum inſpiciendi, an facto caſu devolutionis, magis feudalem, quàm allodialem habeant qualitatem, & cuinam aſſiſtat præſumptio.

In ea etenim quæſtione, an bona per Feudatarium intra feudi fines poſſeſſa, præſumantur feudalia vel 11
allodialia, quamvis nimium Doctores varient, ut infra, quoties de ſimplici juris præſumptione inducenda tractatur; Omnes tamen concordant, quod ſi circumſcripta iſta generica legali præſumptione, aliæ concurrant præſumptiones, circumſtantiæ & adminicula, quæ unam magis, quam alteram qualitatem ſuadeant, iſta præſumptiva probatio prævaleat, quamvis contraria vera probatione ſit elidibilis, ut optimè ac magiſtraliter ita diverſas opiniones conciliando diſtinguit *Rota deciſ.* 164. *num.* 32. & *ſeq. p.* 6. *recen.* quæ diſtinctio eſt veriſſima, & de mente omnium de materia tractantium, & admittitur per *Menoch. conſ.* 395. *Surd. conſil.* 135. 151. & 311. *ac Bellon. jun. conſ.* 44. ſatis eſt illo ſermone de hoc articulo tractantes.

Dari poteſt exemplum practicum in materia quotidianum; Juriſdictio in Vaſallos, ſive jus habendi privative ad alios, Furnos, Macellos, Tabernas, ſive Cancellariam, Portulaniam & alia hujuſmodi, non implicat, quod ſint allodialia, atque per feudatarium, quæſita & poſſeſſa privatis titulis à feudo diverſis, quia dari poteſt feudum ſine Juriſdictione, vel aliquo ex dictis officiis, quæ ad alium jure allodij ex Principis conceſſione pertineant, quodque 12
unus habeat feudum, alter Juriſdictionem, ut obſervant *Roſenthal. cap.* 5. *concluſ.* 6. & cæteri apud eum, & plenè *in Lucana Juriſdictionis hoc tit. ubi ex Aponte dec* 2 & aliis habetur, Juriſdictionem haberi poſſe in allodium.

Seu ſi illa reperiantur penes Feudatarium, utique devoluto feudo, irrideri meretur ille feudatarii hæres, qui juriſdictionem, cæteraque officia hujuſmodi, ex ſola juris præſumptione retinere vellet, tanquam allodialia, vel alio titulo ſpectantia ex ſola poſſibili acquiſitione in allodium, niſi id concludenter probet quia ipſorum Juriſdictionis natura, & ordinaria qualitas eſt, ut in feudatario eſſe cenſeatur cum feudo, ejuſque ratione, ſic à pari de illis bonis, & juribus, quæ de ſui natura, & ordinaria qualitate ſunt de regalibus, regulariter à privatis, ac jure privato non poſſidendis, ſed potius jure feudi, quamvis poſſibilitas allodialitatis adeſſet, ad quod plura deducunt ad rem *Adden. ad Rovit. ſuper pragm. in rubr. de feud. in princip. verſ. inprimo caſu.*

Maximè ubi agitur de illis feudis majoribus, & Dignitatis veræ non abuſivæ, in quibus etiam Jus regaliarum reſidet, ut de Duce Ferrariæ in ſpecie *Sil-* 13
vaticus conſ. 2. *num.* 3. *ex Felino in cap. cum à nobis num.* 3. *de teſtibus*, & in hoc ſtare dicebam punctum inevitabilem, per quem ita diſtinguendo, omnia quæ pro Duce actore ponderabantur, diluebantur, niſi verè de legitimis titulis acquiſitionum jure privato doceretur, cum ipſe Dux jure feudi, & inveſtituræ etiam regalia obtineret, ita ut propterea ſuperiùs inſinuatæ quæſtionis examen aſſumere non oportet.

Sed quando eam examinari contingeret, ut eis
ſatisfieret, qui in hujuſmodi generalibus, & extrin- 14
ſecis concluſionibus totam vim conſtituere ſolebant. Dicebam pro hujuſmodi quæſtionis vera notitia, & deciſione, plures eſſe diſtinguendos caſus, vel terminos inter ſe diverſos, in quorum aliquibus multæ

procedunt

procedunt auctoritates, quæ in aliis cum conſuetis legiſlatorum æquivocis malè deducuntur.

15 Primus igitur caſus eſt, ubi controverſia vertitur inter Supremum Principem, & inferiorem Dominum intra Principatus limites aliquod Caſtrum, Oppidum vel Corpus univerſale poſſidentem, an ſcilicet illud præſumatur jure feudi, vel allodii poſſideri, & iſto caſu, regula eſt pro allodialitate in excluſionem illius propriæ & directæ feudalitatis, quæ ſervitii neceſſitatem, alienationis prohibitionem, caſum devolutionis, aliaque onera continet, atque ſolum juxta unam opinionem, ineſſe dicitur illa remota & impropria feudalitas, quæ altum Dominium, ac Supremam Principis Juriſdictionem importat, in excluſionem illius allodialitatis, ob quam non niſi Deus in hujuſmodi bonorum ſpecie agnoſci dicitur, *ut late deducit Spada conſil. 1. vol. 1.* ac particulariter diſcutitur infra *in Anconana Iuriſdictionis ſeu Imperii hoc titulo*, atque in his terminis loquuntur *Caſtrenſ. conſil. 179. num. 1. lib. 1. Alex. conſ. 129. num. 1. lib. 1. Capic. Inveſt. feud. verbo feuda allodialia fol. mihi 42. Intrigliol. de feud. centur. 1. qu. 43. num. 23. & ſeqq. Azonte deciſ. 2. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 1. gl. 3. num. 10.* qui propterea, & alii de eodem caſu tractantes, malè ad ſequentes caſus, uti ſatis diverſos applicantur, ſed iſte caſus erat extra noſtram facti ſpeciem.

16 Secundus caſus eſt, ubi controverti contingit inter Feudatarium, ac Vaſſallos, ſeu privatos bona intra fines feudi poſſidentes, an illa ſcilicet ſint libera, & allodialia, vel potiùs feudalia, & in hoc regula eſt pro allodialitate limitari ſolita, ubi omnia alia bona adjacentia, ſive juxta unam opinionem, major pars feudalem habet qualitatem, ſicuti econtra fortius allodialitatis præſumptio cadit, ubi major pars bonorum adjacentium, atque in eo Territorio exiſtentium eſt allodiali, & in his terminis loquuntur *Hoſtienſ. Io. Anar. Abb. Im. & cæteri in c. nimis de jur. Afflict. deciſ. 267. & in cap. 1. de controv. inter maſculum num. 19. & ſeqq.* Ubi omnium latius quæſtionem diſcutit, & cum quibus cæteri moderniores pertranſeunt, & de quo particulariter *in Hydruntina hoc eod. tit.* Sed iſta pariter non erant termini noſtri, undè manifeſto laborabant æquivoco aliqui in contrarium ſcribentes, qui in hujuſmodi auctoritatibus fundamentum conſtituebant, ſive vim faciebant in ea circumſtantia, quod multæ valles hujuſmodi in eodem Territorio Clomacenſi exiſtentes, ab aliis jure privato tanquam allodiales poſſideantur, quia hic non eſt caſus.

17 Tertius demum eſt caſus noſter, ubi ſcilicet devoluto feudo, eſt quæſtio inter Dominum, & Feudatarij hæredes ſuper prædiis, & bonis intra feudi fines à Feudatario poſſeſſis, & in his terminis pro allodialitatis præſumptione tenent. *Alex conſ. 55. num. 19. vol. 4. Bellon. conſil. 10. num. 11. & 12. Alber. Brun. conſ. 1. num. 3. Menoch. conſ. 395. n. 23. & Surd. conſ. 135. n. 25. & per tot. conſil. 151. & 311.* (qui tamen nempe *Menoch. & Surd.* loquuntur in controverſia cum agnatis, quod eſt idem) *Clar. § feudum q. 18. num. 2. Boſſ. de Principe num. 242. late Roſenthal cap. 10. concl. 15. num 32. & ſeqq.* & hanc ſequitur Rota, *ut in Aſten. feudi 27. Aprilis, & 19. Iuni 1584. coram Bubalo dec. 72. poſt Cenc. de Cenſ apud Burat. dec. 276. & 426. apud Duran. dec. 28 & in aliis.*

Contrariam ſententiam pro feudalitate præſumenda, tenent *Iſernia in c. 1. de contr. inter maſcul. num. 3. Bald. in c. 1. num. 10. de Capitan. qui cur. vend. Dec. conſ. 517. num 9. Gravet. conſ. 44. num. 9. bene Viſſil. ad Afflict. dec. 267. Theſaur. lib. 3. qq. foren 105. num. 26. Menoch. lib 3. præſumpt. 103. num. 2 & ſeqq. Mantica de tacit lib. 23. tit. 6. num. 29. Intrigliol. de feud. d. q. 43. num. 88. & ſeqq. Azonte conſ. 11. num. 5. lib. 1. Iacob. Gal. conſ. 32. num. 19. & ſeq. Bellon. jun. conſ. 44. num. 29. & ſeq.* plenè ex profeſſo *Rovit. conſ. 101. nu 1. & ſ qq. vol. 2. Maſtrill. dec. 105. num. 7. Bilott. concl. feud. 51. num. 5*

Penſatis benè auctoritatibus, & rationibus, omninò verior, & probabilior videtur hæc ſecunda, cum inter tenentes primam, pauci feudiſtæ numerentur, atque omnes laborare videantur æquivoco, ut pote ſe fundantes in auctoritate *Hoſtienſ. & aliorum in c. nimis de jure jur. & in traditis per Afflict. locis proximè ſuprà citatis*, quæ auctoritates percutiunt primum, vel ſecundum caſum, non autem tertium, in quo dari quidem poteſt aliorum titulorum poſſibilitas, ſed niſi de hoc doceatur, præſumptio ſtare videtur pro titulo præambulo feudi, de quo conſtat.

Ac etiam, quia nimis dura eſſet conditio Dominorum, & Principum infeudantium, ſi poſt remotiſſima tempora, ac ſæcula, quibus feuda in una linea, vel domo durare ſolent, cogendi eſſent ipſi probare primævum ſtatum ob temporis antiquitatem improbabilem, potiſſimè quia Dominus à feudo abſens, & feudatarii negotiorum ignarus, perquirere non poteſt, quando, & quomodo Feudatarius acquirat bona jure privato; Econverso autem facillimum eſt ipſi feudatario id probare; unde omnis ratio legalis, ac naturalis poſtulare videtur, ut iſtius, & non illius debeat eſſe probationis onus, quod accedente temporis antiquitate admittere videtur *Rot. deciſ. 164. num. 38 recent.*

Item quia feuda à communiter contingentibus, non in ſola Vaſſallorum ſuperioritate, & Juriſdictione, ac nudi Caſtri dominio conſiſtunt, ſed etiam ſuam dotem congruoſque reddints habere ſolent, ex quibus ſtatum feudatarii honorificè ſuſtentare valeant, ideoque ſatis eſt probabile, ut domus, poſſeſſiones, prædia, & alia bona feudo annexa ſint, ut per *Schrader. p. 3. c. 4.*

Dari etiam ſolet in iſta quæſtione diſtinctio, ut ſpectetur perſona actoris, cui ſemper incumbat onus probandi eam qualitatem, quam agendo allegat pro fundamento intentionis; ſed eam minus veram credebam *in Piſauren. Molendinorum, de qua infra hoc eodem titulo*, quia cum Feudatarii hæres poſſidere dicatur, eſſet in Domino cum hac diſtinctione deſtruere concluſionem; iſtumq; ſemper ad onus probationis gravare; ſive è converſo, cum frequentius in caſu devolutionis hujuſmodi feudorum ad ſupremos Principes, ſoleat iſtorum Fiſcus ſtatim de facto capere omnium poſſeſſionem, ex Fiſcalium propoſitione, quod Fiſcus non litigat manibus vacuis, de qua plenè *Peregr. conſil. 1. & 2. lib. 1.* eſſet deſtruere in ſuis caſibus concluſionem in hærede Feudatarii, ac ſemper eum gravare, ita ut Fiſcus ex poſſeſſione de facto apprehenſa, & forſan ſpoliativa, emolumentum caperet in præjudicium ſpoliati, ideò hoc fundamentum, quod etiam in iſta cauſa acritèr per Camerales deducebatur, non placebat.

Cæterùm quidquid ſit de unius, vel alterius opinione in abſtracto, abſolutum eſt ex ſupra deductis, quod ſi adminicula, vel præſumptiones pro una, vel altera qualitate concurrant, illa debeant prævalere, atque pro vehementiſſimo adminiculo attendenda videtur bonorum qualitas, & ſtatus, vel quia ſint de illis, quæ regulariter, & à communiter accidentibus ſint juris privati, vel è converſo ſint de regalibus, & Juribus dominicalibus ex ſuperiùs traditis: Vel ipſe bonorum ſtatus ita ſuadeat, quia nempe agatur de montibus, nemoribus, paſcuis, pratis, foreſtis, & campis.

Ideoque iſta videtur genuina diſtinctio, quod, aut agitur de domibus, vineis, olivetis, ac prædiis cultis, quæ non à natura, ſed ab hominis induſtria, & artificio, ad eam formam redacta ſunt, & tunc, quia de neceſſitate ſupponunt privatum dominium illius, qui eam adhibuit induſtriam, & artificium, idcircò aliqua præſumptio fortè ſtare videtur pro allodialitate, quod ſcilicet a privatis perſonis, & privatis titulis, non autem à Principe jure generali Principatus acquiſita ſint, & in his terminis verè loquuntur tenentes has partes exem-

emplificantes in vineis, domibus, prædiis, &c.

Aut agitur de illis bonis remanentibus in eodem ſtatu, quo natura procreavit, & ſecus, quia hæc ex communi conſuetudine ſunt vel Civitatis, vel Principis, à quo in feudatarium perveniſſe præſumuntur, ut benè advertunt *Ruth.conſil* 22. *num.* 7. *lib.* 1. *Curt.jun. conſ.* 184. *num.* 8. *Natt.conſ.* 460. *num.* 12. *& conſil.* 506. *num.* 29. *& ſeqq.* & benè iſta diſtinctio inter culta, quæ initium privati dominii oſtendunt, & inculta, quæ tanquam bona jacentia præſumuntur principis, comprobatur ab eodem *Menoch.d. conſil.* 95. *num.* 24.

18 Et in his terminis nos verſari dicebam, quia Valles ſunt eædem, quas ipſa natura produxit, atque jus piſcandi in hujuſmodi adeò affluentibus locis, regaliam de ſui regulari natura importare ſolet; nil obſtante, quod aliqua opera manufacta (doſſia nuncupata) in eis cernantur, quia hæc reſpiciunt potius, vel commodiorem piſcationis uſum, vel terminorum diſtinctiones, vel piſcium à fluminibus maris meliorem conſervationem, prout in montibus, & foreſtis, ſunt ſæpes, limites, foſſata, & alia artificia, quæ ſtatum naturalem non immutant *Sixtin. de regal. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 8. *Roſenthal. c.* 10. *concl.* 44. *num.* 21.

Tunc enim opus manufactum alterat rei ſtatum, quando illam omninò diverſificat, atque ad novam formam reducit, ut puta in ſolo conſtruitur domus, vel Molendinum, utique hoc eſt opus manufactum, à quo tota rei ſubſtantia provenit, ita ſi in nuda ſolo plantetur vinea, vel olivetum, quia hominis artificium eſt cauſa, ut acquiſierit iſtam qualitatem, quam natura non dederat. Et fortius in præſenti, dum duplex concurrebat circumſtantia, una ſtatus naturalis, altera inſolitæ, & extraordinariæ affluentiæ piſcium, ob quam fortis eſt præſumptio, à communiter accidentibus; iſta loca effecta eſſe de juribus Principis, ut ſupra.

Ultra prædicta urgentia adminicula, ex bonorum
19 naturali qualitate reſultantia, accedebant alia particularia, primum nempè ab expreſſione Vallium, & Piſcheriarum in Inveſtituris contenta, quod vehemens adminiculum reputat *Rot. dec.* 120. *&* 164. *p.* 6. *rec.* Sed hoc ſatis debile adminiculum credebam, quia ſunt formulæ generales Inveſtiturarum.

Alterum ſatis efficax credebam, quod hujuſmodi Valles ſemper poſſeſſæ fuerint ab eodem primogenito feudi poſſeſſore, abſque eo quod ſecundo geniti, æquales allodialium hæredes, de illis participaverint, ſignum quod eſſent bona Feudo, & Dignitati Ducali annexa, ut ponderat. *Natt. conſ.* 506. *n.* 31. *& ſeqq.* quod etiam proſequitur *Belion. jun. d. conſ.* 44. Tertium, quod eædem Valles non eſſent allibratæ in æſtimo, ut idem *Natt. conſ.* 460. *n.* 15. *& ſeqq.* ſed hoc ſatis leve videbatur, quia hujuſmodi feudatarii majores, Supremi Principis partes gerentes, etiam pro patrimonialibus, & allodialibus, æſtimo & libræ non ſubjacent, & huic adminiculo latè etiam ſatisfaciunt, *Menoch. d. conſ.* 395. *& Surd.conſ.* 151. *in eodem caſu ſcribente*; Quartum credebatur vehemens ex jure vectigalis, & piſcandi prohibitione contra formam à loci Domino præſcribendam, de quo in ſpecie *Aretin. conſ.* 23. *per tot.* Et quintum ex qualitate aquarum ſalientium, ita ut dici poſſent Mare, quod eſt de ſui natura Juris publici, vel ſaltem ex illarum mixtura.

Econversò autem pro allodialitate, duo adduce-
20 bantur adminicula, unum quod plurium Vallium hujuſmodi penes privatos dominium eſſet, ex quo privato, & allodiali dominio in parte inferebatur illas eſſe ſpecies prædiorum, vinearum, & poſſeſſionum, quas illius Civitatis incolæ pro eorum ſuſtentatione poſſidere dicuntur, cum alia prædiorum ſpecies non adſit; Alterum quod de plurium Vallium acquiſitionibus cum privatis titulis emptionis per Duces factis docebatur, unde ab unis ad alios inferri dicebatur, Neutrum tamen relevans videbatur, quod ſupradictis in contrarium urgentibus præponderaret, poſſeſſio etenim aliorum de ejuſdem qualitatis bonis tanquam de liberis; prodeſt quidem in ſecundo caſu exemplificato, ubi ſcilicet controverſia eſt inter Feudatarium, & Vaſſallos juxta deciſionem *Affl.* & in hoc æquivocare videntur *Menoch. conſil.* 395. *n.* 10. *& ſeqq. & Surd. d. conſ.* 151. *n.* 26. *&* 311. *n.* 8. Sed non inde cautum videtur, ut id operetur reſpectu ipſius Feudatarij, dum alia feudalitatis adminicula concurrunt, quia cum Incolæ abſque prædiis, & bonis vivere non valeant, ſtant benè ſimul, quod in eorum introductione aliqua Territorii pars illis aſſignata ſit, colenda, & fruenda, alia verò jure naturali remanſerit penes Principem; Ac ulterius, ut ex hoc aliquod adminiculum deduci valeat, opus eſſet oſtendere, hujuſmodi privatum dominium, & commercium ante infeudationem, non poſtea, quia potuerunt privati ex Ducum ſubinfeudationibus hujuſmodi Vallium uſum, fruitionem acquirere, ut ponderat *Ruin. conſil.* 26. *num.* 7. *& ſeqq. lib.* 1. maximè quia in facto per Cameram de pluribus conceſſionibus docebatur, Et de ſolito Ducum Ferrariæ faciendi has conceſſiones habetur apud *Alex. conſil.* 57. *lib.* 7. *& in Ferrarien Iuris piſcandi hoc titulo.*

Et ex hoc reddebatur etiam æquivocum alterum
adminiculum reſultans ex æqualibus acquiſitioni- 21
bus per Duces factis à privatis, quia eſſe potuerunt per viam reintegrationis ad antiquum ſtatum ac remotionis illius obſtaculi, quod prædeceſſorum conceſſiones præſtabant, ideoque bona antiqua recuperata, quæ ad ſuam antiquam cauſam, tanquam per obſtaculi remotionem revertuntur, dicuntur augmentum intrinſecum ſeu liberatio à ſervitute, per quos actus non impeditur devolutio ex deductis per *Roſenthal. c.* 10. *concluſ.* 44. *Belott. concluſ. feud.* 62. *&* 63. *Rovit. d. conſil.* 101. *lib.* 2. *ubi cæteri.*

Ponderabatur etiam, per Camerales, dictas aquiſi-
tiones factas eſſe ſub nomine Cameræ Ducalis, quæ 22
diverſa dicitur à Camera privati Patrimonii, *gl. in rubr. de jure Fiſci lib.* 10. *ubi Bald. num.* 13. *Franc. Marc. dec.* 338. *num.* 7. *&* ... *Peregrin. de jure Fiſci lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 6. *&* 7. Sed iſta ponderatio levis credebatur, cum hujuſmodi vocabula confundi ſoleant, ac promiſcuè unum pro alio ſumi.

Quamvis autem ex præmiſſis, ac aliis longè melius deductis per doctiſſimos Camerales, quando cauſa per juris tramites decidi debuiſſet pro Camera probabilius reſpondendum eſſet, attamen quia vulgus non informatus variè loquebatur, aliaque prudentialia motiva ... exigebant, laudabiliter poſt hæc ſcripta per honeſtam concordiam controverſia finem habuit.

† CUM de tempore editionis hujus diſcurſus jam ſequuta eſſet concordia, quæ controverſiæ finem dedit, idcireò defuit occaſio ulterioris diſputationis; De contentis autem in eo, pluries in aliis cauſis agere occaſio dedit, circa ejus duos punctos prin-
cipales; Primò nempè, circa originem, & naturam 1
Regalium, & quænam pertineant ad feudatarium, atque veniant ſub inveſtitura feudali; Et ſecundò ſuper natura, ſeu qualitate bonorum exiſtentium intra fines feudi, an præſumantur feudalia, vel allodialia.

Quatenus pertinet ad primum; licet regalium tractatio ſuam particularem ac diverſam habeat ſedem in libro ſequenti; non tamen incongruit ad effectum
præſentis, vel aliarum ſimilium controverſiarum, de 2
eis actum quoque eſſe ſub hac materia feudali, ſub qua eorum inſpectio cadit ad prædictum effectum comprehenſionis ſub feudo, & an, & quando Barones habeant regalia, & quomodo.

In hoc autem puncto verificari pariter videtur illud idem æquivocum, inſinuatum *diſcur. præcedenti*, quod oritur ex modo procedendi cum generalitati-
bus, vel cum littera doctrinarum, non diſtinguendo 3
caſus, vel loca, ſeu Regiones, aliaſque circumſtantias facti; Siquidem reflectendum eſt in primis ad naturam

Digitized by Google

naturam, ſeu qualitatem feudi, an ſit regale, ac veræ dignitaris, in recta & propria ejus natura, quod importat omnimodum imperium, & Principatum abſolutum, vel potius è converſo ſit inferioris claſſis magiſque improprium, & ſubordinatum in figura Baronis, vel Domicelli cum dignitate impropria & abu-

4 ſiva; Primo etenim caſu, feudum importare dicitur principatum abſolutum, juxta noſtræ Italiæ exempla inſinuata in annotatione præcedenti, & per conſequens ſecum trahi omnia regalia, etiam majora, & primi ordinis, illis exceptis, quæ conſiſtunt in alto dominio, quod ad differentiam ut infrà ab aliquibus dici ſolet altiſſimum, & in illa majori ſuperioritate, quæ vulgo dicitur *Souranita prima*, cùm hæc ſint inſeparabilia à Corona, & ab Imperio infeudantis, ex regula quod nemo facere poteſt ſibi æqualem, ipſumque feudum pernecesse, atque de ſui natura importat ſubjectionem & vaſſallagium, dictumque dominium ab aliquibus, ut ſupra, dici ſolet altiſſimum per quendam modum loquendi, & ad effectum contra diſtinguendi aliud altum dominium ſubalternum, quod conſideratur in ipſomet feudatario, reſpectu ejus Baronum & feudatariorum, qui ab ipſo ſubinfeudati fuerint de aliquibus partibus ſeu membris feudi, & cum juriſdictione cognoſcendi de ſucceſſione vel devolutione feudi juxta caſum, de quo *diſc. 59. cum ſimilibus*, & in hoc ſupplemento *diſc.* 128. ubi de his diſtinctionibus duplicis alti dominii, & ſuperioritatis.

5 Omnia verò alia tranſeunt in feudatarium, quoties lex inveſtituræ vel conſuetudo aliam non redoleat exceptuationem.

In altero autem caſu, in quo agatur de illis feudatariis veris & propriis cum expreſſa inveſtitura ac præſtatione ſervitii, ut ex. gr. ſunt feudatarii Regnorum utriuſque Siciliæ, ac etiam Status Eccleſiaſtici, qui dicitur immediatus ad differentiam Status mediati, conſiſtentis in dictis feudis regalibus, & majoribus reſpectu illorum feudorum, quæ ita obtineantur; Ac etiam ſunt feudatarii improprii & remoti quod ſcilicet in figura Baronum, & Domicellorum ſub alto dominio ac ſuperioritate Principis poſſideant loca ſine inveſtitura & ſine ſervitio in natura allodii, ut ſunt plerique Barones dicti Status Eccleſiaſtici immediati; Et tunc regula eſt in oppoſitum, quod ſcilicet regalia non cenſentur eis conceſſa ſed remanſiſſe penes Principem, tanquam gemmæ coronæ Principatus, à quo ſine ſciſſura vel deturpatione Coronæ avelli non debent, ideoque in dubio non cenſentur avulſa, quoties expreſſa conceſſio vel implicita; quæ reſultat à conſuetudine immemorabili, ſeu centenaria, cujus vigore allegari poſſit privilegium vel quicumque alius titulus de mundo melior, aliud non ſuadeat, ſive aliqua accedat particularis circumſtantia juxta caſum de quo *diſc.* 62. 63.64. & 72. *hoc tit.* cum ſimilibus.

Et nihil ominus adhuc reflectendum eſt ad diverſos
6 mores & ſtylos principatuum quoniam (ex.gr.) in Statu Eccleſiaſtico in hujuſmodi Baronibus ſubditis, & merè ſubordinatis, datur frequentius poſſeſſio aliquorum regalium juxta inſinuata in ſupra allegatis *diſc.* 62. 63.64. & 72. & *in tit. de Reg. diſc.* 145. & 146. & *in tit. de Serv. diſc. ac etiam in Miſc. Eccl. diſ.* 41. occaſione agendi de jure prohibendi venationem; ut etiam praxis docet in pleriſque baronibus & Domicellis Liguriæ & Lombardiæ magis verò in illis Germaniæ; E converſo autem talis praxis nullatenus adeſt, vel nimium rara & reſtricta ad aliqua regalia inferiora in præfatis Regnis utriuſque Siciliæ, in quibus & præſertim in hoc citeriori, de ſtricto jure potius ſubfeudatarii, quàm feudatarii cenſendi ſunt; Prout etiam magis reſtricta eſt Juriſdictio, & poteſtas Baronum & Magnatum in Hiſpania & in Gallia quam in Germania, in qua latiùs patet; Quinimò in ipſamet Germania tàm ſuperiori, quàm inferiori, longè diverſi ſunt mores vel leges juxta tot Principatuum diverſitatem.

Atque hinc oritur eadem ineptia manifeſta, quæ 7
annotatione præcedenti inſinuata eſt, noſtrorum pragmaticorum ſeu collectorum, qui abſque alio ratiocinio vel reflexione ad hujuſmodi diſtinctiones, totam vim conſtituunt in numero arithmerico Auctorum, quos cum improbo humerorum labore colligere ſtudent, in ſola littera procedendo, & non diſtinguendo Ultramontanos à Citramontanis; Ac etiam in quolibet genere non diſtinguunt Regiones vel diverſas qualitates feudorum & feudatariorum, de quibus ipſi loquuntur, confundendo Regnicolas utriuſque Regni ut ſupra cum Lombardis vel cum Germanis ſive in iſtis non diſtinguendo Provincias vel principatus; Revera etenim iſta dicenda venit potius quæſtio facti, quàm juris decidenda pro ſingulorum caſuum particularibus ac individuis circumſtantiis nimiumque clarus error eſt cum generalitatibus procedere.

Quo verò ad alterum punctum, de quo principaliter in hoc diſcurſu actum fuit, ſuper natura ſcilicet allodialitatis vel feudalitatis; Pariter idem dignoſcitur clarum æquivocum confundendi auctoritates, illaſque generaliter applicandi quibuſcumque caſibus, non reflectendo ad eorum diverſas circumſtantias, aliaſque diſtinctiones ut ſuprà; Siquidem inhærendo dictinctioni plurium caſuum, de qua in hoc diſcurſu; Quatenus pertinet ad primum caſum ſuper qualitate loci in genere, ſeu in univerſum an ſcilicet ipſe locus cenſeri debeat potius feudum, quàm allodium, vel è converſo; Quamvis regula aſſiſtat allodialitati ex relatis *in eod. diſc. ac etiam diſc.* 6. 34. 60. & 135. & in aliis pluries; Attamen adhuc intelligenda venit juxta diverſitatem Regionum, quoniam (ex.gr.) in Regno Neapolitano
8 regula eſt potiùs in contrarium ut omnia loca habitata cum Vaſallis & juriſdictione cenſeantur potiùs feudalia, quàm allodialia, adeout regula generalis aſſiſtat feudalitati, transfundendo onus probandi allodialitatem tanquam limitationem regulæ; Exceptis locis, quæ ab antiquo poſſideantur per Eccleſias, quoniam non conſtito de contrario, præſumuntur potiùs allodialia ex iis, quæ tam ſuper regula, quàm ſuper limitatione habentur relata *hoc eod. tit. diſc.* 60. & *alibi pluries*

E converſo in Statu Eccleſiaſtico, quamvis procedatur cum regula oppoſita, ut Caſtra & loca etiam habitata cum juriſdictione & imperio non docto de qualitate feudali, præſumantur potiùs allodialia, quàm feudalia adhuc tamen ut advertitur *in hoc diſc.* ac etiam *diſc.* 6. & *dd. diſcur.* 60 & 135. & *in aliis.* Id rectè procedit ad effectum evitandi illam propriam ac ſtrictam feudalitatem, quæ importat formalem ſervitutem; ac ſubjectionem legum feudalium, tam circa obligationem ſervitii, quàm circa prohibitionem alienandi, vel circa reſtrictam ſucceſſionem ad certum genus perſonarum, ſeu circa obligationem novi ſucceſſoris accipiendi renovationem cum ſimilibus obligationibus & reſtri-
9 ctionibus, quæ ex feudali ſervitute reſultant; Non per hoc tamen inferri poteſt ad verum & proprium allodium, quod negat alterius dominium & ſuperioritatem; cum in eo non recognoſcatur alius ſuperior niſi Deus, dum ratione alti dominii & ſuperioritatis, ac etiam multorum regalium, quæ etiam in locis poſſeſſis per Barones, & domicellos poſſidentur per Papam, & Sedem Apoſtolicam dicitur adeſſe feudalitas remota, & impropria ratione cujuſdam implicitæ & præſumptæ inveſtituræ ſine oneribus feudalibus, quaſi quod hujuſmodi Barones & domicelli obtineant iſta loca ex inveſtituris, & conceſſionibus Pontificiis, *juxta celebre conſ.* 8. *Abbat.* cum aliis plenè & elaborate collectis *per Spadam conſ.* 1 *lib.* 1. ut advertitur *d. diſc.* 63. & *alibi pluries*; Adeo ut ineſſe dicatur onus ſervitii feudalis extraordinarii, quod ineſt etiam feudis franchis, vel iis, quæ habent onus ſervitii realis in quod perſonale & commutatum ut eſt illud adohæ in Regno Neapolitano quando neceſſitas Domini ita exigat, dum & iſti ſunt Barones, id eſt milites primi ordinis.

Prout etiam in Eccleſia, in qua generaliter potius præſumitur allodialitas quàm feudalitas in Caſtris & locis habitatis, quæ ſint intra viſcera principatuum laicalium, atque per Eccleſias poſſideantur ex Principum conceſſionibus, magna quæſtio eſt, an iſtud ſit allodium verum & omnimodum etiam reſpectu ſuperioritatis & alti dominii, & de hoc agitur *hoc tit. diſc. 34. & 60*. Ex quo patet, quod difformis eſt obſervantia, cum qua procedendum videtur.

Igitur ſemper manifeſtus remanet error procedendi in his materiis cum generalitatibus & cum auctoritatum conſarcinationibus abſque diſtinctione locorum, temporum, & morum, aliarumque circumſtantiarum, cum quarum præſuppoſito ſinguli loquuntur.

Quo verò ad ſecundum iſtius quæſtionis caſum in hoc eodem diſcurſu diſtinctum quod ſcilicet poſita qualitate feudali in ipſo Caſtro, vel Oppido in univerſum quæſtio ſit inter ejuſdem Caſtri, ſeu loci Domi-
11 num & Cives, & Incolas alioſque, privatos, qui in ejuſdem loci finibus, & Territorio poſſident prædia ruſtica vel urbana, undè Dominus prætendat, quod totum Territorium ſit de ejus Dominio directo, adeout omnes privati poſſeſſores haberi debeant tanquam Coloni perpetui, ſed Livellarii vel cenſiti, & reddititii, tam ad effectum ſolvendi aliquam partem fructuum loco portionis dominicalis, vel aliquam præſtationem, quam etiam ad effectum prohibitionis alienandi ſine aſſenſu Domini, & cum obligatione ſolvendi aliquod laudemium, vel aliam recognitionem; Et ſic quod bona dicantur feudalia impropriè id eſt paſſivè, tanquam affecta, ſeu reddititia feudo, ejuſque Domino vel poſſeſſori, quamvis in reliquis ipſa bona ſint allodialia juxta caſum de quibus *hoc eodem tit. diſc. 35. 47. & 72.*

Illoque caſu; licet regula aſſiſtat allodialitati in excluſionem feudalitatis vel ſervitutis ex deductis in hoc diſcurſu; Attamen revera dicenda venit quæſtio facti potius quam juris, decidenda ex ſingulorum caſuum circumſtantiis, ideoque intrat idem conſuetus error procedendi cum generalitatibus vel cum doctrinis in abſtracto, cum reflectendum ſit ad concretum, ad mores ſcilicet Regionum, & ad qualitatem Caſtri, ſeu loci in univerſum ſive ad qualitatem aliorum prædiorum vel bonorum exiſtentium in aliqua parte, ſeu contrata; Siquidem ſi (ex.gr.) de conſuetudine univerſali Provinciæ vel Principatus totum Territorium cenſeatur de directo dominio Principis vel Domini ut Galli ſupponunt eſſe aliquas Galliarum partes, & præſertim illam, quæ Provincia appellatur, juxta deducta infra *in annot. ad dictum diſc.* 47. Et tunc præſumptio potius aſſiſtit feudalitati ratione cauſæ univerſalis, de qua *ſub tit. de juriſdict. diſc. primo & ſeqq. & tit. de decimis* pluries & alibi & per conſequens prædicta regula generalis, quæ aſſiſtit libertati atque transfundit onus probationis in eum, qui allegat ſervitutem non intrat cum potiùs res ſe habeat in oppoſitum, ut qui prætendit quod ejus prædia & bona ſint libera & non reddititia feudo, debeat probare hanc limitationem, dum habet reſiſtentiam cauſæ univerſalis.

Ita pariter ſi eadem cauſa univerſalis non ſit adeò lata in tota Provincia, vel Principatu, ſed verificetur in ipſo Caſtro ſeu loco, totoque ejus Territorio intra quod ſita ſint prædia ſeu bona de quibus eſt quæſtio juxta caſum, de quo *diſc.* 72. quoniam intrat eadem ratio, juxta illam aſſiſtentiam in juriſdictionalibus, quam habet Epiſcopus in Eccleſiis, & locis exiſtentibus intra Diœceſim, Intelligendo tamen de illo dominio univerſali totius Territorii, quod non ſit in ſola ratione juriſdictionali & baronali, tanquam quid intellectuale ſive ut noſtri dicunt, tanquam nebula ſupra paludem, capiendo jus territoriale à ſolo jure terrendi; ſed ſit in jure territoriali vero & effectivo pro dominio territorii, eo modo quo frequens praxis doceat in Statu Eccleſiaſtico, ex deductis *hoc eodem tit. diſc. 7. & 72. & de Reg. diſc. 50. diſc. 145. & 146. & tit. de ſervitut. diſc* 36. & alibi pluries. Atque praxis docet in aliquibus locis Regni Neapolitani, ex inſinuatis *Rot. eodem tit. diſc. 35. & tit. de juriſdictione diſc. 66. & alibi.*

Idemque ad proportionem procedit in altera univerſitate ſubalterna, quia nempè agatur de feudo ſeu loco, in quo Feudatarius vel Baro habeat ſolum jus territoriale intellectuale pro juriſdictione ac jure terrendi, non autem pro dominio privato & effectivo totius territorii juxta magis genericam locorum naturam, ſed tamen poſſideat in dominio, tanquam de pertinentiis feudi, ejuſque dote pro ſuſtentatione feudatarii, aliquam tenutam, ſeu aliquam montaneam, vel aliam territorii partem in univerſum, quam Vaſſallis, & Incolis conceſſerit ad culturam eo modo, quo in dies videmus in Urbe, & locis adjacentibus concedi Tenutas, vel Caſalia ad conſtructionem vinearum, juxta caſum de quo *hoc eodem titulo diſc.* 35. Et tunc proportionabiliter intrat eadem regula, ſeu ratio cauſæ univerſalis in hac univerſitate ſubalterna ſed non jure feudi & baroniæ, cum id perveniat ex natura ſeu virtute cauſæ univerſalis, etiam in privato Domino illius tenutæ, ſeu feudi ruſtici, juxta caſum de quo *dicto diſc.* 35. dum (ut præmiſſum eſt) qualitas feudalis in hujuſmodi bonis conſideratur potius impropriè, & in ratione paſſiva quia bona ſint reddititia feudo, quam quod ipſa prædia ſint feudalia eorum per poſſeſſores dici debeant Feudatarii.

Igitur fabuloſæ videntur illæ quæſtiones, quæ deſuper diſputari ſolent per noſtros in abſtracto faciendo deſuper magnos allegationum cumulos, atque 12 ad id conſarcinando omnes doctrinas, vel auctoritates, quas revolvendo repertoria, cum improbo labore inveniunt non diſtinguendo loca, & tempora, aliaſque circumſtantias, cum quarum propoſito ſinguli reſpectivè loquuntur; Et propterea firmum remanet, quod deciſiones pendent à facto, non autem à jure.

Deinum quoad tertium caſum in hoc eodem diſcurſu diſtinctum, reſpectu ſcilicet illorum prædiorum & bonorum vel jurium incorporalium, quæ ab ipſomet Feudatario poſſideantur, intra fines vel territorium ipſius feudi juxta caſus, de quibus *in hoc diſcurſu, &* 13 *diſc. ſequenti, & diſc. 47. & 56. & 133. & in aliis.* Atque de hoc ſolet diſputari ad plures effectus. Primò nempè ad illum devolutionis, de quo in locis proxime citatis diſputabatur, an ſcilicet devoluto feudo devolvantur prædia ruſtica, & urbana, aliaque bona vel jura poſſeſſa per feudatarium intra fines feudi vel potiùs tanquam allodialia remaneant penes ipſum ejuſque hæredem allodialem; Quod etiam adhuc non facto caſu devolutionis, diſputari contingit inter hæredes extraneos feudatarii defuncti, & agnatum ſucceſſorem feudi pacti, & providentiæ independenter.

Secundò ad effectum prohibitionis alienandi vel obligandi juxta caſum, de quo infrà *in Romana concurſus creditorum diſc.* 117. Et tertiò ad effectus favorabiles ipſimet feudatario, & Domino, pro exemptione ſcilicet à collectis, aliiſque oneribus, quibus ſubjaceret, ſi bona eſſent allodialia per ipſum poſſeſſa jure cujuſlibet privati, ſive juxta ſtylum Regni Neapolitani, Communitas vel Univerſitas loci teneatur dare idoneum adminiſtratorem, qui ibi hæreditarius dicitur, cum hæc obligatio percutiat ſolùm bona feudalia, non autem allodialia; Aut pro jure prohibendi paſcua, vel ligna &c. cum ſimilibus, Ideoque contingit, quod quandoque in prædiis, & bonis per Baronem poſſeſſis, qualitas feudalis ſuſtinetur, & quandoque negatur.

Pariter autem iſta quæſtio dicenda eſt potiùs facti, quàm juris, decidenda ex ſingulorum caſuum circum- 14 ſtantiis, ad quas eſt principaliter reflectendum; Ideoque intrat idem error procedendi cum generalitatibus, vel cum doctrinarum cumulo in abſtracto; Siquidem

dem in primis reflectendum eſt ad ſuperiùs inſinuatam diſtinctionem, inter illos feudatarios, & Dominos, qui juxta regularem naturam, habeant ſolum dominium territoriale, juriſdictionale & illos, qui habeant dominium privatum & utiliarium totius territorii, adeout Vaſſalli, aliique privati poſſeſſores prædiorum habeantur potius tanquam coloni, ſeu livellarii &c. In hoc etenim ſecundo caſu, regula aſſiſtit feudalitati, quod ſcilicet aliquam territorii partem dominus conceſſerit colendam Vaſſallis, & aliam pro ſe retinuerit, in qua prædia conſtruxerit; Sive quod prædia per ipſum poſſeſſa, quæ habeant opus manufactum, ad ipſum redierint jure devolutionis, vel caducitatis.

Difficultas autem intrat in caſu inſinuato *hoc eodem diſc.* & infrà *in dicta Romana concurſus creditorum diſc.* 117. quando ſcilicet conſtet de explicitis titulis acquiſitionum, jure privato, emptionis vel donationis aut ſucceſſionis aliquorum prædiorum, quæ poſſidebantur per privatos; Et tunc duplex intrat inſpectio; Una ſcilicet poteſtatis, ut neque volens poſſit Dominus illa retinere in natura dominii allodialis privati; Et altera voluntatis, quo ſcilicet animo vel intentione hujuſmodi acquiſitiones fecerit.

Circa primam quæſtionem poteſtatis pro ejus incluſione urgere videtur ratio incompatibilitatis, quæ reſultat à concurſu actionis & paſſionis in eodem ſub-
15 jecto, ſive ab alia incompatibilitate habendi ſervitutem in re propria, undè propterea *ut hoc eodem titulo* & alibi pluries advertitur, habemus quod non poteſt quis eſſe Rex, & Baro, in eodem loco, ſed eo ipſo quod fit, reverſivum dominium, feudum confunditur cum ſua priori cauſa univerſali, ad quam redit, adinſtar fluminis intrantis in mare, ex ponderatis *hoc eod. tit. diſc.* 83. ac habemus in ceſſatione uſufructus, vel in alterius ſervitutis, vel cenſus per acquiſitionem dominii, & proprietatis ipſius rei ſervientis cum ſimilibus.

E converſo, pro iſto compatibili concurſu intrat illa diverſitas perſonarum formalium, quæ in eadem perſona materiali pro diverſitate reſpectuum conſiderantur *hoc eodem tit. diſc.* 23. & 61. ac etiam infrà *dicto diſc.* 117. & *diſc.* 115. & frequenter *ſub tit. de cambiis* & ſub illo *de herede*, ac ſub altero *de cred tr*, & ſub altero *de decimis*, ac pluries, Et conſequenter quod non implicet, ut feudatarius tanquam Dominus loci ratione dominii publici & univerſalis acquirat & poſſideat ſub ſe ipſo prædia & bona privata, tanquam unus ex colonis; Iſtaque poſterior pars videtur probabilior magiſque uſu recepta.

Quo verò ad alteram quæſtionem voluntatis; Aut habetur illius expreſſa probatio, & tunc poſita poteſtate, non eſt de alio quærendum ad regulam vulgaris
16 Textus *in l. ille, aut ille ff. de legatis tertio*, quod in claris & expreſſis non intrant quæſtiones & argumenta; Aut verò iſta voluntas eſt ambigua, & tunc in primis recurrendum videtur ad neceſſitatem ex qua voluntas deſumi poteſt, an ſcilicet ipſe feudatarius vel Dominus teneretur facere illam acquiſitionem pro reintegratione feudi, ejuſque reſtitutione ejus primævæ unitati, ità medicando malum, quod ipſe vel ejus prædeceſſores fecerunt in concedendo vel alienando illa bona vel membra quæ concedi vel alienari non poterunt, & tunc voluntas aſſiſtit reintegrationi adinſtar illorum melioramentorum, quæ fiant pro ſuppletione deteriorationum ex deductis *ſub tit. de detractionibus. diſc.* 35. & *alibi*.

Ceſſante verò hac circumſtantia, præſumptio in dubio eſſe videtur pro excluſione incorporationis, cùm id redoleat donationem, quæ in dubio non eſt præſumenda ex ponderatis *dicto diſc.* 56. & 117. & *alibi*, niſi ejus præſumptiones & conjecturæ vel adminicula concurrant, & per conſequens punctus eſt incapax regulæ certæ & generalis, dum reverà totum pendet à facti qualitate & ſingulorum cauſæ circumſtantiis.

In altero autem caſu, in quo dominium univerſale feudatarii ſit ſolùm territoriale vel juriſdictionale; alia verò bona intra feudi fines exiſtentia poſſideantur per privatos jure pleni dominii; Et tunc licet noſtri procedant cum regula generali, quod bona etiam per 17
ipſum feudatarium poſſeſſa intra fines feudi præſumantur potius allodialia, quam feudalia; Nihilominus omninò verior videtur diſtinctio tradita *in hoc eodem diſcurſu & diſc.* 3. inter bona & jura, quæ ſunt de ſui natura privata, nullamque annexam habeant juriſdictionem vel prærogativam dominicalem; Et illa, quæ dictam prærogativam habeant ut (ex. gr.) ſunt molendina, furni, macelli, tabernæ ſeu vulgò piccicariæ & ſimilia, cum jure prohibendi & agendi quod eſt de regalibus; Iſto enim ſecundo caſu intrat præſumptio feudalitatis, donec iſta præſumptio elidatur contraria probatione competentiæ iſtius juris, ratione privatæ ſervitutis *ut d. diſc.* 3. ſecus autem in illis rebus, quæ hanc juriſdictionem, vel prærogativam annexam non habeant; Et nihilominùs etiam iſto caſu omninò probabilis & vera videtur diſtinctio, de qua *in hoc. diſc.* inter bona culta & inculta ſive habentia vel non habentia miniſterium hominis, Et quatenus ſint culta & de ſui natura potiùs juris privati, quàm publici, adhuc intrat inſpectio voluntatis vel deſtinationis ſuper incorporatione vel ad deſertionem juxta deducta per *Rovit. conſ.* 101. *lib.* 2. *cum aliis hoc eod. diſc.*, & per conſequens firmum remanet, ut totum pendeat ex facto, quodque ſemper erroneum ſit procedere cum generalitatibus.

De iſta verò regalia piſcheriæ agitur *ſub tit. de regalibus diſc.* 134. ubi videndum. 18

PISAUREN. MOLENDINORUM

Pro CAMERA APOSTOLICA, ET CIVITATE PISAUREN.

Cum M. DUCISSA ETRURIÆ.

Caſus diſputatus in Camera, ſopitus per concordiam.

Bona per Civitatem Infeudatam poſſeſſa, & per eam tradita Feudatario, an cenſeantur data tanquam Principi, & Feudatario, vel tanquam privatæ perſonæ, Et an devoluto feudo illa remaneant hæredum recipientis, vel redeant ad Civitatem dantem vel potiùs tanquam feudo incorporata cum ipſo feudo ad Dominum devolvantur.

Præſcripto, an proſit Feudatario contra Dominum directum.

Et aliqua remiſſivè de articulo, an quod poſſidetur à Feudatario intra fines feudi dicatur feudale, vel allodiale, & præſertim Molendina, & bona, quibus aliqua Juriſdictio annexa eſt, & quando dicantur bona habere annexam Juriſdictionem.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Facta ſervanda ſunt, ubi ſunt licita, & ex eis lex ceſſat etiam in feudis.*
3 *In pactis intrat argumentum à contrario ſenſu.*
4 *Angariæ, & perangariæ ſunt de regalibus, & juriſdictionalibus.*
5 *An dicantur de regalibus, ubi ſunt penes Feudatarios, & Barones, vel alios privatos.*
6 *Duces Urbini habebant regalia.*
7 *Quando Ius cogendi Vaſſallos ad ſervitium molendinorum dicatur importare angariam, vel Iuriſdictionem incumbentem ipſis molendinis.*
8 *Ex prohibitione non accedendi ad aliena molendina reſultat jus cogendi accedendi ad propria.*
9 *An jus cogendi acceſſum ad molendina probet iſta eſſe feudalia.*

10 *Quando prohibitio acceſſus ad aliena molendina non dicatur importare ſervitutem, vel coactionem acceſſus ad illa prohibentis.*

11 *Poſſeſſio referenda eſt ad titulum licitum, de quo appares.*

12 *Civitas ſi aſſignat, vel dat ejus bona Principi, & Domino cenſetur dare Iure Dominicali adinſtar mulieris dantis ejus bona marito in dotem.*

13 *Princeps dicitur maritus Civitatis ſeu Reipublicæ.*

14 *Bona allodialia poſſeſſa per Feudatarium ſi devolvuntur ad Principem, & ab iſto denuò conceduntur cum feudo, afficiuntur feudalia.*

15 *Bona ſemel per Civitatem vel Rempublicam aſſignata Principi tranſeunt cum Principatu ad ſucceſſores, & non redeunt ad aſſignantem.*

16 *Ex quibus arguatur, molendina, & bona eſſe poſſeſſa per feudatarium tanquam allodialia.*

17 *Ex quibus cauſis Civitates, & Populi ſolent eorum bona ſuo Principi ſolvere, & aſſignare.*

Et ſi Civitas ſe dat alicui Principi, an ad illum tranſeant molendina, & bona Civitatis.

18 *Ex centenaria, vel immemorabili poſſeſſione Feudatarius dicere poteſt bona à ſe poſſeſſa, eſſe allodialia privatis titulis quæſita.*

19 *Declaratur, ubi conſtat poſſeſſionem fuiſſe tanquam de allodialibus, ſecus ſi poſſeſſio ſit æquivoca.*

20 *Feudatarius, etiam per mille annos non præſcribit contra Dominum.*

† 1 *Quando molendina dicantur ſpectare ad feudum.*

2 *De jure prohibendi, ſeu privativo redolente regalium.*

3 *Declaratur concluſio quod jura regalia penes privatos habeant naturam locorum privatorum.*

4 *Quod concluſiones debeant attendi juxta circumſtantias facti, quandoque totus punctus eſt in applicatione.*

5 *De alia concluſione, quod habens immemorabilem, vel centenariam, allegare poteſt præjudicium tit. de mundo meliorem.*

6 *Dantur exempla circa poſſeſſionem æquivocam.*

DISC. III.

1 CUm ob rerum Italiæ motus, omnes ferè Civitates, ab Urbe verſùs Montes, quamdam libertatem ſibi uſurpaſſent, atque ſe ipſas Rerumpublicarum more aliquo tempore rexiſſent; Quamvis in eorumdem potentium Civium, vel vicinorum Tyrannidem poſtrà cecidiſſent, adhuc tamen earum aliquæ poſſeſſionem, ac adminiſtrationem Vectigalium, Datiorum, Collectarum, aliorumque publicorum redditum continuarunt, cum onere ſub niniſtrandi earum Principi, ſeu Tyranno congruas ſubventiones, aliaque publica munia ferendi, inter quas fuit Civitas Piſauri, quæ per Malateſtam, qu. Pandulphi de Ballennibus ſub titulo Vicarii Sedis Apoſtolicæ occupata, eidem dedit omnes redditus, ac bona, & utendo verbis, quibus tunc uſa fuit, *totum ejus havere*, cum onere ſolvendi cenſum Sedi Apoſtolicæ, faciendique publicas impenſas ipſi Civitati priùs incumbentes; A Malateſta verò cum eodem titulo Vicariatus, ſeu Principatus, devenit in Alexandrum Sfortiam, ab iſto in Conſtantium Alexandri filium, & ab hoc in Joannem filium Conſtantii, ſub quorum dominio fama eſt, multaque adminicula oſtendunt, Civitatem ſuos redditus, & bona, reaſſumpto priori ſtatu, adminiſtraſſe, ſupportando etiam onera, donec ſub Alexandro VI. occupata per Ducem Valentinum, huic dicta bona denuò aſſignavit, eodem modo, quo Malateſtæ fecerat, ſed per Valentini expulſionem reverſo Joanne, huic de anno 1503. eamdem aſſignationem acceptatam, ac effectum ſortitam fecit.

Defuncto Joanne, ac ſucceſſivè in pupillari ætate Conſtantio filio, devolutaque proinde Civitate ad Sedem Apoſtolicam ſub Julio II. ab iſto de anno 1512. fuit de ipſa inveſtitus Franciſcus Maria de Ruvere Dux Urbini, qui deinde à Galeatio Sfortia Joannis fratre naturali, & Iſabella filia, ceſſionem pro certo pretio reportavit, de palatiis, domibus, Villis, aliiſque bonis allodialibus, quibus tamen omnibus unà cum feudo Dux tanquam contumax, & rebellis privatus fuit de anno 1514. per Leonem X. qui Datia, gabellas, & publicos redditus, aliaque bona antiquitùs per Civitatem poſſeſſa eidem Civitati ad beneplacitum poſſidenda, & adminiſtranda cum onerum ſupportatione conceſſit, & inter bona enunciantur Molendina, de quibus agitur, ſed de anno 1523. Dux præfatus ad omnia per Adrianum VI. reintegratus fuit.

De anno autem 1613. Franciſcus Maria jun. ultimus Dux, conventionem quamdam habuit cum Civitate ſuper refectione damnorum Cluſæ Molendinorum, quæ magna aquarum inundatio cauſaverat, ad formam dictæ conventionis initæ de anno 1503. inter dictum Joannem Sfortiam, & Civitatem, cujus conventionis vigore, Dux præfatus vectigalia, gabellas, & publicos redditus, aliaque bona Civitatis poſſidere profeſſus eſt; Ac demum de anno 1624. imminente feudi devolutione ob dicti Ducis decrepitam ætatem, ac futuræ prolis maſculinæ deſperationem, deventum eſt cum Camera Apoſtolica ad Concordiam, per quam inter cætera, conventum extitit, ad ipſius Ducis hæredem (qualis eſt Victoria M. Duciſſa Etruriæ ejus ex filio prædefuncto neptis) *ſpectare debere omnia bona, quæ probabuntur allodialia aliquam Iuriſdictionem annexam non habentia, coram deputandis per Sedem Apoſtolicam liquidanda. Exceptis tamen Molendinis factis cum licentia Ducum, cum obligatione reſpondendi certam portionem, nec non Molendinis habentibus jus cogendi Vaſſallos ad acceſſum, quæ cum feudo devoluta cenſeantur.*

Facto demùm caſu devolutionis feudi per obitum Ducis de anno 1631. Camera accepit poſſeſſionem Civitatum, oppidorum, Caſtrorum, & bonorum ad illud pertinentium, & M. Duciſſa eam accepit bonorum allodialium in quadam liſta deſcriptorum, in qua aderant Molendina hujus Civitatis, quæ prætendente illorum dominium, Camera ea ſequeſtravit, atque ſub hoc ſequeſtri titulo fructus ſpatio ferè annorum 25. percepit; Reaſſumpta verò in Tribunali Cameræ de anno 1657. diſputatione ſuper hujuſmodi Molendinorum qualitate, an ſcilicet eſſent de feudi pertinentiis, vel potiùs allodialia, & ſucceſſivè ſuper pertinentia, num ſcilicet poſita allodialitate, ſpectarent ad M. Duciſſam Feudatarii hæredem, vel potius ad Civitatem, quæ ſe aſſerebat illorum antiquam Dominam, In tres inſpectiones cauſa diviſa fuit, quarum prima erat ſuper verbis Concordiæ declarantis cum feudo devoluta illa Molendina, quæ aliquam Juriſdictionem haberent, vel jus cogendi ad acceſſum, an ſcilicet iſta Molendina eſſe dicerentur in uno iſtorum caſuum; Altera verò, quatenus Concordiæ verba Cameræ non ſuffragarentur, an eadem molendina cenſeri debeant feudalia, vel allodialia, & cuinam onus, unam, vel alteram qualitatem probandi incumberet; & tertia quatenus conſtaret de allodialitate, an ad feudatarii hæredem, vel ad Civitatem pertinerent.

Nihil enim referre, Ego & alii pro Camera Apoſtolica ſcribentes dicebamus, An hujuſmodi molendina eſſent de pertinentiis feudi, vel ne, quia cujuſcumque eſſent naturæ, ſufficere debebat eſſe in caſu pacti, & conventionis, cum pacta licita ſervanda 2
ſint, ac legibus derogent *l. 1. & l. Iuriſgentium §. Prætor ait ff. de pactis* quod axioma, ſi verum eſt in omni materia, verius eſt in feudis *Natta conſil. 49. Afflict. deciſ. 265. num. 102.* & ideò cum dicatur

dicatur illa ſolùm bona hæredibus remanere,quæ ali-
3 quam non habeant annexam Jurisdictionem, atque in ſpecie de Molendinis dicatur,devolvi ea, quæ habeant ſervitutem juris cogendi, ſufficeret unum ex his verificari, cum etiam in pactis intret argumentum contrario ſenſu *l. inter Socerum §. cum inter ff de pactis dotal. Bald. conſ. 390. in fin lib. 4. Barboſ. axiomes cumulans loco communi 27. à contrario ſenſu.*

Utramque qualitatem concurrere dicebatur ex par-
4 te Cameræ, primò enim Jus angariæ, & perangariæ cogendi Vaſſallos ad expurgationem, & manutentionem Cluſæ, & Vallati eorumdem Molendinorum; Angariæ ſiquidem, & perangariæ, non ſolùm ſunt de fructibus Jurisdictionis, ſed aliquid plus important, quia computantur inter regalia non niſi cum Principis conceſſione, vel immemorabili præſcriptione competentia, *c. unic. quæ ſint regalia, ubi Iſernia, & cæteri feudiſtæ, de quibus Roſenthal, c. 5. concluſ. 70. & 71. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 10. num. 329 & ſeqq. Bal. conſul. 409. num. 4. & 7. lib. 5.* ubi quod cogere ſubditos, ut accedant ad ſua Molendina eſt actus jurisdictionis innominatæ, & quod jus angariæ importet jurisdictionem *Lorato theatr. feud. par. 11. dilucid. 74. num. 1. & plenius infrà in Sabinen. Status Montis Libretti hoc eodem titulo*, quidquid enim ſit, An ſint regalia de majoribus, vel minoribus circa majorem, vel minorem difficultatem in illis obtinendis, hoc unum certum dicebatur, in eis aliquam Jurisdictionem annexam eſſe.

Adverſùs hæc reſpondebatur per M. Ducïſſæ Advocatos, Jus cogendi Vaſſallos ad ſerviendum, diei
5 angariam, & peranganiam de regalibus, ubi eſt pænes Regem, vel Principem, non autem ubi ex privilegio, vel præſcriptione competit Baroni, qui ſit Principe inferior ex traditione *Iſern. in c. unic. quæ ſint regalia verbo Angaria num. 52. in fin. Ann. in Conſt. Conſtitutionem Divæ memoriæ n. 13. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. auctor. 13. num. 8. poſt med. Franch. dec. 56. num. 16. Rovit. dec. 72. num. 33. Hodie n. contr. 45. n. 26. & 28. Maſtrill. d. c. 10. n. 335. Larata d. dilucid. 71. n. 2. Capic. Latr. conſ. 41. num. 15. cum aliis in Romana appaltus lignorum ſub titulo de reg. ad materiam Vectigalium.*

Replicabam eſſe nimis debilem reſponſionem, tùm quia Dux Urbini non erat ſimplex Baro Principe inferior regalium regulariter incapax, prout ſunt Barones Regnorum utriusque Siciliæ, de quibus loquuntur Iſernia, & ſequaces, ſed erat Feudatarius Dignitatis cum Jure Principatus, & omnium regalium, ita ut haberet omnia, quæ ſupremo Principi competunt, ut in ſpecie Ducis Urbini, latè firmant *Jacobus de Leo-
6 nardis inter conſilia Alberti Bruni conſil. 117. Menoch. conſ. 92. n. 31. Borell. de præſtantia Regis Catholici cap. 31. num. 30. & c. 48. num. 11. & generaliter Tuſch. lit. B. concl. 28. n. 4. & ſeq.*

Tùm clarius, quia non diſputabatur, an hæc petangaria exiſtens pænes Feudatarium, eſſet, vel nè de regalibus, & an regalia conceſſa inferiori retineant eorum naturam de qua in dicta *Romana appaltus lignorum*, ſed diſputatio erat, an aliquam Jurisdictionalem prærogativam annexam habere dicantur, quod eſt indubitatum, præſertim pænes Feudatarium, cui Jurisdictio in univerſum conceſſa eſt, quia actus coactionis per ſe ipſum, ejusque Officiales non autem per alios faciendus indubitanter importat Jurisdictionem *Bald. d. conſ. 409. lib. 5.* quod ſufficit, ut verificentur verba concordiæ, unde revera dicta reſponſio erat parum congrua.

Aliam tamen ponderabam dari poſſe ſolidam reſponſionem, quæ per ſcribentes in facto potius, quàm
7 per Juriſtas pro M. Ducïſſa inſinuabatur, quod ſcilicet Jus cogendi Vaſſallos ad Cluſæ, & Vallati expurgationem, non proveniret ab aliquo jure vel Jurisdictione ipſis Molendinis annexa, ita ut in quemcumque illa tranſirent, tranſiret etiam dictum Jus, ſed proveniebat à conventionibus habitis inter Principem, & Civitatem ſuper dictorum Cluſæ, & Vallati expurgatione, tanquam expenſa publica, concernente publicam utilitatem, ne ſcilicet ob Cluſi, & Vallati repletionem ſequantur inundationes Portui, & Civitati præjudiciales, ac etiam ne hyberno tempore ob eaſdem inundationes Molendinorum uſus impediatur, undè populus famis incommoda ſentire poſſet, ideoque Princeps in hac parte dictum ſervitium præcipere ſolitus fuit, potius tanquam Princeps pro bono publico, quàm tanquam privatus Dominus Molendinorum, quibus ſi annexa eſſet hæc Juriſdictio, ſequeretur, quod etiamſi ad privatas manus tranſirent; ab iſto tale jus eſſet exercibile quod de jure, & de facto non remanebat juſtificatum, cum aliàs de Jure Dominus, quamvis habens jurisdictionem cum mero, & mixto imperio non poſſit ceſſante ratione publicæ utilitatis, vel legitima conſuetudine, cogere ſubditos ne accedant ad alia Molendina quàm ſua *Theſ. dec. 16. Gratian. diſcept. 564. num. 45. & 47. & habetur actum in Cornetana Molendini, & in aliis ſub tit. de ſervitutibus.*

Concurrere dicebant etiam Camerales alteram qualitatem in Concordia expreſſam, Juris cogendi ad ac-
ceſſum ſtatutibus ſtatutis, ac bannimentis prohibenti- 8
bus ſubditis, nè pro molendo frumento accedant ad aliena molendina extra territorium, quod idem importare videtur, ac præceptum, ut accedant ad iſta, cum enim molitura ſit actus ad humanæ vitæ uſum præcisè neceſſarius, eo ipſo quod prohibetur ſubditis, nè ad aliena Molendina accedant, virtualiter & implicitè continetur præceptum affirmativum ſeu coactio, ut ad iſta accedant, quia excluſo uno, de neceſſitate ſequitur alterum, ut communis eſt ſenſus Doctorum de iſtis Juribus prohibendi, & cogendi tractantium, habent enim ea pro ſinonimis, idem in effectu importantibus, ut conſtat ex deductis per *Theſaur. dec. 16. Roſenth. de feud. c. 5. concluſ. 26. & 27. de Marin. reſol. 118. vol. 2. Capobl. & Rovit. ſuper pragm. 14. de Baron. cum aliis in materia deductis ſub tit. de ſervitutibus præſertim in Cornet. molendini & in Farſen. Molendini.*

Replicabatur ex hoc jure cogendi non inferri ne- 9
ceſſariò ad feudalitatem, cum importare poſſit ſervitutem à privato etiam in allodialibus præſcriptibilem. Multo magis à Domino *ut per Balb. de præſcrip. p. 4. part 5 principalis q. 5. Capobl. de Baron pragm. 1. n. 205. & ſeqq. & tom. 2. c. 5. n. 1.* ſed hæc reſponſio pariter nullius ponderis credebatur, tum quia in ea quæſtione, an Molendina intra fines feudi per feudatarium poſſeſſa præſumantur feudalia, vel allodialia, reſolutio ex communi ſententia reſultat ex iſta qualitate, num ſcilicet ſint bannerata, vel nè, ſub quo bannerationis termino feudiſtæ ſignificant dictum Jus cogendi, ſeu prohibendi ex bannimentis reſultans, quia cum hoc Jus importet Juriſdictionem non niſi ex Principis conceſſione reſultantem, niſi doceatur de alio acquiſitionis titulo, præſumptio eſt, feudatarium Molendina cum hoc jure habuiſſe ab eodem Principe, à quo habuit jurisdictionem & feudum, *ut ex Bald. conſ. 409. lib. 5. per tot. & ſignanter n. 6. & 7. firmant Henriquez de Molendin. q. 8. n. 76. q. 11. n. 110. 113. & 119. cum ſeqq. Natt. conſ. 506. n. 23. & 31. cum ſeqq. Intrigliol. de feud. q. 43. n. 82. Seraph. dec. 894. n. 3. & cæteri.* Tum etiam quia hæc inſpectio intraret quoties ceſſante concordia, videndum eſſet in ſolo puncto Juris, an Molendina haberent, vel ne feudalem qualitatem, quod in præſenti non erat opus, ſtante conventione clara ad juridicas quæſtiones dirimendas habita, ut ea Molendina, quibus hoc jus competeret, cenſeretur cum feudo devoluta, igitur ſufficiebat convenientem qualitatem juſtificari de facto, non curando, an de jure eſſet apta ad imprimendam, vel ne feudalitatem.

Solidior

Google

Solidior tamen reſponſio credebatur altera, ex qua
pro veritate credebam non verificari caſum conventio-
10 nis conceptæ in caſu juris cogendi ad acceſſum, quia
ſtatuta, & bannimenta id non diſponunt, ſed ſolùm
prohibent egreſſum à territorio, qui non continet de
neceſſitate acceſſum, cum pleraque alia ſupponerentur
in territorio Molendina privatorum, ſive magna ſive
parva, ideoque hujuſmodi prohibitio potiùs referenda
erat ad Juridicam Principis proviſionem ex lege Ju-
ſtitiæ pro publico bono; Vel quia exiſtentibus in
Territorio Molendinis ſufficientibus, ſpecies iniqui-
tatis eſſet illis derelictis ad extra, remotiora, & in-
commodiora accedere, ideoque per Dominum, &
Superiorem juxta unam opinionem quamvis non ubi-
que admiſſam, prohiberi poteſt, ut latius habetur
*in dictis Cornetana & Farfen. Molendini ſub tit. de
ſervitutibus*, vel quia juſtè id Princeps, vel Supe-
rior mandet, ad fraudibus conſulendum, ne ſcilicet
ſub hoc prætextu extrahantur victualia à Territorio,
ac etiam ut pro bono annonæ regimine, ita com-
modius ſciat, atque experimentum faciat, quid pro
Civitatis, & populi ſubſtentatione ſit neceſſarium, &
hæc potuerunt eſſe motiva, ex quibus principaliter ſta-
tuta, & bannimenta emanaverint, licèt in conſequen-
tiam Domini Molendinorum exindè major utilitas
reſultet, quia non hoc, ſed illud eſt attendendum ex
notis axiomatibus, unde in concordia, modicum, vel
nullum fundamentum conſtitui poſſe in Advocatorum
congreſſibus pro cauſæ directione ex parte Cameræ
habitis dicebam,

Probabiliora verò eſſe credebam Jura Cameræ
quàm M. Ducißæ, vel Civitatis ex aliis circum-
ſtantiis, quod ſcilicet ex Statutis, aliiſque urgentibus
adminiculis, ſatis clarè conſtaret, hæc Molendina,
illud præſertim nuncupatum (*delli Canonici*) fuiſſe
antiquitus Civitatis, unde cum per feudatarii hæredem
non doceretur de titulo privatæ acquiſitionis à Civi-
tate, & econverſo conſtaret Civitatem cum univerſa-
li diſpoſitione *totum ſuum habere*, omniaque bona,
jura, & redditus aſſignaſſe, priùs Malateſtæ, deinde
11 Duci Valentino, ac demum Duci Ruvereo, præſump-
tio eſt, poſſeſſionem referendam eſſe ad titulum le-
gitimum, de quo apparet, non ad alium, de quo non
conſtat, de illicita potiùs uſurpatione ſuſpectum, cum
abſque certis ſolemnitatibus Civitatum bona ſint in-
alienabilia *ad tex. in l. 2. C. de acquiren. poſſ. ubi Bald.
num. 1. & Bart. num. 2. Mantic. dec. 6. num. 6.
Sard. conſ. 221. num. 46. & ſeqq. Burat. & Add. eo. dec.
614 num. 8. & 12.*

Et huic præſumptioni accedebant alia plura admi-
nicula, primo nempè, quod Molendina ſemper poſt
Civitatem poſſeſſa fuerunt per Principes, vel illos,
quibus eſſe conceſſit, *ut ponderatur apud Seraph. d.
dec. 894. n. 3.* Secundo quia in Conventionibus initis in
Concordia an. 1503. habetur, quod inter publicas im-
penſas computantur illæ expurgationis Cluſæ, &
Vallati iſtorum Molendinorum, quod arguit illa eſſe
Juris publici. Tertiò quia poſtquam Leo X. Ducem
Franciſcum Mariam à Ducatus poſſeſſione ejecit, Ci-
vitas ſupplicavit, & obtinuit ad antiquam poſſeſſio-
nem, & adminiſtrationem ſuorum bonorum ac reddi-
tuum reſtitui & inter hæc bona connumerata fue-
runt Molendina.

Neque obſtare videbatur replicatio; quod his
etiam admiſſis, non indè inferri poterat ad feudalita-
12 tem, quodque Molendina eſſent de pertinentiis feu-
di, cui nunquam annexa fuerant, dum erant de do-
minio Civitatis habentis dominium allodiale à feu-
do diſtinctum, quia ex tenore conventionis, at-
que ex ipſa ſubjecta materia tam ratione vectiga-
lium, mulctarum, & publicorum redditum, quàm
ratione publicorum onerum, ſatis liquidò con-
ſtabat hujuſmodi aſſignationem, priùs Malateſtæ,
deinde Jo. Sfortiæ, factam eſſe tanquam Domino,
& Principi, adinſtar mulieris tradentis ejus bona viro
in dotem, ut hic matrimonii onera ferat, quia Princeps
dicitur Reipublicæ maritus, ideoque rectè iſta compa-
ratio intrat Peregr. *de jure fiſci lib. 1. tit. 1. n. 8. in fin.
& alibi Galeot. reſponſo Fiſcali 29. n. 68. Larata thea-
tro Feud. par. 2. diluc. n. 4. Et habetur actum in
Spoletana gabella ſub tit. de Regalibus ad materiam
Vectigalium*, atque ita noſtri dicunt omnia Impera- 13
toris, & Regum, vel Principum bona, & jura à Re-
bus publicis, & Civitatibus ac populis in eos trans-
lata eſſe.

Comprobabant hoc evidenter, tum obſervantia fa-
cti, quæ declarat quid in inveſtitura comprehendatur
*Intrigliol. de feud. q. 43. n. 111. Bellon. jun. conſil. 9.
n. 18. Gratian. diſcept. 377. n. 19. Ciarlin. contr. 106.
n. 85.* tum etiam expreſſa confeſſio ultimi Ducis in
Concordia inita cum Civitate de anno 1613. ubi expli-
cite fatetur, ſe tanquam dictæ Civitatis Principem ac
Jo. Sfortiæ Succeſſorem poſſidere vectigalia, Jura, &
bona Civitatis vigore dictæ aſſignationis factæ de an.
1503. confeſſio enim in his materiis attendenda eſt ex
collectis per *Roſenthal. c. 6. concl. 68. n. 15. & in g oſ.
lit. Q.* ac etiam quia ipſamet hæres agnovit vectigalia,
Collectas, mulctas, compoſitiones, & alia Jura per Ci-
vitatem ceſſa, devoluta eſſe cum feudo, quia verè
erat res incontrovertibilis.

Quo poſito inferri dicebam ad feudalem qualita-
tem, reſultantem ab Inveſtitura per Julium Secun-
dum conceſſa Franciſco Mariæ, quia conceduntur
in feudum non ſolum Civitas, ejuſque membra, & per- 14
tinentiæ, ſed omnia bona, & jura, quæ prædeceſſores,
ac præſertim Sfortiades Jure Dominicali, & ratione
Principatus poſſederunt, ut in puncto bonorum, & Ju-
rium allodialium, quæ penes prædeceſſorem Feudata-
rium exiſtentia, in ſecunda Inveſtitura conceſſa ſunt
in feudum, *Rovit. conſ. 101. n. 24. & ſeqq. vol 2. Bellon.
jun. conſil. 44. n. 42. Et per totum conſilii contextum,*
maximè quia etiam de jure prætendi poterat, acquiſi-
tiones factas per Feudatarium, tanquam talem, & oc-
caſione feudi, & Principatus, dici poſſe feudi acceſſio-
nes, ejus naturam aſſumentes ex deductis *in Maſſanen.
Caſtrorum hoc tit.*

Atque ex iſta ratione ſequebatur excluſio etiam
Civitatis, quia bona per eam Principi, tanquam Prin-
cipi & Jure Principatus aſſignata, dicuntur irrevoca- 15
biliter Principatui incorporata, & ad ſucceſſores in do-
minio ſpectantia, eodem modo quo bona, & jura per
Rempublicam; & Populum Romanum in Imperato-
rem ſemel tranſlata, perpetuò tranſierunt cum Impe-
rio, quod etiam comprobat obſervantia, quia Datia,
Vectigalia, mulctæ, Compoſitiones, moliturae, &
alia remanſerunt, & remanent penes Cameram indu-
bitanter, neque Civitas unquam contrariam habuit
prætenſionem.

In contrarium pro allodialitate Molendinorum pe-
nes Sfortiades, & ſucceſſivè pro privata acquiſitio-
ne per Ducem Franciſcum Mariam à Sfortiadum
hæredibus ſub generali ceſſione domorum, prædio-
rum, & bonorum allodialium, ex parte M. Ducißæ
ponderabantur plures actus, ex quibus liquet, Jo.
Sfortiam iſta Molendina obligaſſe, ſeu alias de eis
diſpoſuiſſe, & præſertim ſuper uno iſtorum aſſig-
naſſe Galeatio quemdam redditum, nec non Joan-
nis Uxorem, & filiam, ſuper eiſdem pro dotibus
immiſſionem, ac aſſignationem reſpectivè habuiſſe;
ſed omnes iſti actus, tanquam æquivoci æquipol-
lere non poſſe videbantur urgentibus adminiculis
in contrarium facientibus; Si enim Joan. Sfortia
omnium bonorum Civitatis aſſignationem habue-
rat cum libera facultate ſuo libito diſponendi, dum-
modo ferret onera, utique nulla ſuberat ratio, cur
durante ſuo jure, quod longo tempore in Suc-
ceſſoribus durare debere ſperabat, hujuſmodi aſ-
ſignationes facere non potuerit, idque evidenter

comprobabat

comprobabat obſervantia ejuſdem Ducis Franciſci Mariæ, qui de anno 1525. reintegratus per Adrianum ſextum quamdam iniit concordiam cum Iſabella Joan. Sfortiæ filia, cui pro ſatisfactione, & cautela aſſignavit, & obligavit Datium gratiæ, quod abſque dubio erat Jurispublici, & per Civitatem aſſignatum inter publica bona, tanquam Principi, & Jure Principatus; igitur actus prædicti ſunt æquivoci, nihil concludendes.

Alicujus non levis ponderis adminiculum, per quod ego & cæteri ſcribentes pro Camera torquebamur, reſultare dignoſcebatur ex eodem Concordiæ ſeu aſſignationis Inſtrumento inito inter Civitatem & Joan. Sfortiam de anno. 1503. non quidem ex quadam enunciativa, quod ſcilicet ad alium effectum incidenter enunciarentur *Molendina ipſius Domini* quaſi quod illud verbum (*ipſius*) in Genitivo prolatum importet dominium *Partell. expedit. 47. n. 57.* & in quo motivo maximum conſtituebatur fundamentum) leviſſimum argumentum credebatur, dum enunciativa non refertur ad perſonam Joannis, uti Joannis jure privato, ſed uti Domini, & ſic ad qualitatem dominicalem, & Principatus) ſed quia in eodem Inſtrumento fit peræquatio, ſeu bilancium omnium redditum, & onerum diſtinctè enumeratorum, atque comperto onera excedere redditus in certa quantitate, convenitur, pro ſupplemento, & peræquatione imponi debere collectam, & tamen nulla habetur ratio Molendinorum notabilis redditus, de quibus jam partes in eodem Inſtrumento cum dicta enunciativa mentionem habuerunt, ſignum clarum, quod alio jure, & titulo per Joannem poſſiderentur, & hoc erat validius argumentum, quod pro allodialitate, ac feudatarii hærede urgeret.

Reſpondebam tamen pro parte Cameræ, Rempublicam ac Civitates & populos, ex duplici cauſa eorum bona & Jura in Principes tranſtuliſſe, una ſcilicet merè correſpectiva ad accollationem onerum eidem Reipublicæ incumbentium per viam Juſtitiæ commutativæ, & contractus merè correſpectivi, ſeu jure adminiſtrationis, altera verò protectionis, ſive gratitudinis, & convenientiæ, ut Principi ultra onerum ſupportationem, aliquid remaneat, cum quo Principatus decorem ſubſtentare poſſet, ac Subditis benemerentibus benefacere, actum enim aliàs eſſet de Principibus, eorumque infelix eſſet conditio, ſi aliud non haberent, niſi illud quod præciſè in publicorum onerum neceſſariam ſupportationem ſunt erogat iri, periculoſa enim res eſt in imperante tenuitas *Roland. conſ. 1. n. 66. lib. 2. ubi n. 64. & ſeq. refert cauſas hujuſmodi aſſignationis bonorum Principis, Barboſ. in l. competit n. 22. de præſcript.* ideoque dictus contractus initus de anno 1503. juxta primam ſpeciem non excludit præcedentem eorumdem Molendinorum conceſſionem, ſibi à Civitate factam, ſed tanquam Principi & Domino in alteram cauſam, ſive ob alia onera, de quibus tanquam jam accollatis non fuit opus aliam habere mentionem, ita ut argumentum non concluderet, præſertim tot aliis in contrarium urgentibus; Ac etiam quia ex non facto, vel non dicto, non poteſt deduci concludens præſumptio, ut benè ex Imola & aliis *Menoch. conſ. 395. n. 80. & ſeqq.*

Sive adaptari poſſe dicebam Magiſtralem diſtinctionem *Bald. in cap. 1. de Capitaneo qui Cur. vendidit. num. 4. verſ. Ego idem in Molendinis, &c.* quod ſcilicet, aut Molendina pertinent ad Civitatem jure publico, & Juriſdictionali, & tunc ſi Civitas ſe dedit Principi, in eum tranſeunt Molendina, aut pertinent ad eamdem jure privato, & ſ[illegible] eam, quam diſtinctionem refert, & ſequitur *Surd. conſ. 3[illegible]. n. 48.* ideoque dici poſſe videbatur ex forma Statutorum, iſta Molendina ſpectantia ad Civitatem jure publico, tranſlata Civitate ad Principem, tranſiiſſe ante dictam aliorum bonorum aſſignationem, ſed tanquam ad Dominum, & Principem.

Magnum demùm, ac fortè totum pro parte hæredis Feudatarii conſtituebatur fundamentum, cui aliqui ex Dominis ſatis inhærebant, deductum ex centenaria poſſeſſione, cujus vigore quemcumque titulum 18 de mundo meliorem allegari poſſe inſiſtebatur, ad quod probandum in ſpecie deducebantur *Menoch. conſ. 1023. num. 3. & 4. Merlin. dec. 582. num. 4.* Sed mihi hoc motivum videbatur leve, ac potius aliud proximè ſupra inſinuatum aliquam faciebat impreſſionem, tum quia Ruverei non poterant confugere ad præſcriptionem dùm deduxerant titulum acquiſitionis à Sfortiis *adnot. per Innoc. & alios in c. dudum de Decimis*, & Sfortia dum poſſeſſio non excedebat annos 70. dum eorum initium deducitur de anno 1547. Tum etiam quia tunc per immemorabilem, vel centenariam poſſeſſionem, allegari poteſt allodialitas, atque ſi quæ aderat feudalitas præſcribi, quando conſtat Feudatarium bona poſſediſſe, tanquam libera, & allo- 19 dialia jure privato excluſivè ad qualitatem feudalem, ſeu titulum feudi, & in his terminis loquuntur allegati, ac cæteri, apud *Bellon. jun. conſ. 44. num. 67. & ſeqq. Intrigliol. de feud. quæſt. 39. num. 49. & ſeq. Cravett. de antiqu. temp. p. 4. verbo abſolutis differentiis num. 19. ubi plures caſus diſtinguit.* ſecus verò ubi ſola poſſeſſio ſimpliciter accedit, nullo expreſſo titulo vel jure, ex quo illa ſequuta ſit quia cum referri valeat ad cauſam feudi, atque ad titulum dominii, & Principatus, remanet æquivoca *Gizzarda dec. 50. num. 7. Lanata tractat. feud. par. 8. dilucid. 25. num. 9. & ſeq.* ideoque nihil relevat *Ruin. conſ. 104. num. 15. circa fin. & 16. vol. 5. Merlin. d. 288. n. 1. & 5. Rot. in Beneventana Iuriſdictionis 13. Maii 1652. & 27. Ianuarii 1653. Zanata, quarum ſecunda eſt dec. 304. par. 11. recent.*

Ac aliàs ſequerentur, quod maritus, qui longiſſimo tempore poſſidet bona, quæ conſtat ante matrimonium fuiſſe uxoris, poſſet ex temporis beneficio allegare præſcriptionem, quod utique abſurdum, niſi certitudinaliter conſtet poſſediſſe jure proprio, & tanquam bona ſua privativè ad uxorem; eſſet enim dare præſumptionem præſumptionis, præſumendo nempè titulum, ac poſſeſſionem in allodium; Ideoque cum feuda ad univerſam lineam, & deſcendentiam concedi ſolita, durare ſoleant penès unum Feudatarium per plura ſæcula, poſſet ſub hoc clypeo Feudatarius in caſu devolutionis, excepto ipſo Caſtro continente hominum habitationem, ac Juriſdictionem, omnes alios feudi redditus ita dicere ſuos, quod eſt omninò vanum.

Quia poſſeſſio mille annorum in Feudatario nil operatur, dum ſuperveniente contraria ratione, uſus ille extinguitur, ut benè *Bald. in §. Si quis, Domino de controv. inveſt. num. 12. fol. 17. & c. 1. de Inveſt. de re alien. Roſental. c. 6. concl. 82. ubi cæteri, Bellon. jun. conſ. 44. num. 67. & 68.* quodque conſtare debeat ea poſſediſſe tanquam allodialia per actus univocos allodio, & non feudo convenientes, conſtat ex deductis per *Surd. conſ. 311. num. 11. & 12. ubi de allodialitate præſumptione reſultante ex pluribus alienationibus factis in liberum allodium.*

Propoſita cauſa non fuit reſoluta, quia reputata dubia, & Judices ſatis inclinabant ad favorem Civitatis, ſed parum benè ſentiebant de Juribus Cameræ, & 20 poſtmodum abſque alia diſputatione ſopita per concordiam; qua mediante relaxati fuerunt ad Cameræ beneficium fructus decurſi ſatis notabilem quantitatem importantes, molendina verò relaxata ad beneficium M. Ducis cum onere ſolvendi annua ſcuta mille circiter Civitati, quæ libenter majoribus ejus Juribus ceſſit ob ſatis benevolam memoriam, quam conſervat erga Sanguinem Ducum, undè non omninò maturum, ac determinatum judicium ſuper veritate efformari potuit.

Pariter

Digitized by Google

8 præſcripſerunt ea paſcua, nemora, vel foreſtas, ex quibus ultra neceſſarium incolarum uſum, notabilis redditus percipitur, ita ut hodie de conſuetudine, campalia quæ priùs erant communia, ſint Dominorum, vel Civitatum, inter quos eſt contentio, in qua verior, ac magis recepta ſententia videtur illa *Caſtr. & Seccin. in l. 1. ff. de acquir. poſſ.* quam reprobata contraria *Aretini* magis communiter Doctores ſequuntur, ex deductis per *Curt. jun. conſ. 184. n. 8. Natt. conſ. 460. n. 10. & 506. n. 30. Roſenthal de feud. cap. 12. concluſ. 15. n. 48. & in gloſ. litt. P. Rovit. ſuper pragm. in rubr. de paſcuis Capobl. de Baron. pragm. 11. n. 9 & ſeqq. Buratt. decif. 312. n. 4. & 427. num. 6. Menoch. lib. 3. de præſumpt. 100.* apud quod diſputatur, an in dubio præſumantur Baronis, & Domini, vel potiùs Civitatis, eum certo præſuppoſito, quod ſint unius, vel alterius, quod de jure non eſt cautum, ſed totum provenit à dicta applicatione, ſeu conſuetudine, quam plerique dicunt uſurpationem tranſactam in præſcriptionem, ſeu legitimum titulum, ac ita paſſim ubique docet uſus, & praxis.

Et in ſpecie juris piſcandi, videmus præſertim in noſtra Italia, quod omnes Lacus vel Stagna etiam
9 aquarum dulcium, in quibus copioſa piſcium multitudo, vel conſpicua qualitas adſit, magnum tribuens emolumentum, poſſideantur per Principes, vel Civitates, ſeu privatos ex Principum conceſſionibus, ut in Umbria eſt Lacus Traſimenus, ſeu Peruſij poſſeſſus per Cameram Apoſtolicam, de quo *Bar. in tract. Tiberiad. verbo Flumen num. 8.* In Lombardia Lacus Gardæ, & Comi in Regno Neapolitano Lacus Leſinæ, & Varani, ac plerique alii.

Quinimò & in ipſo mari, ubi aliqua ejus pars iſtam habet particularem circunſtantiam ab aliis diverſam, eodem jure regulatur, ut videmus in Civitate Tarentina & frequentiùs in Provincia Calabriæ, atque in Inſulis Siciliæ & Sardiniæ in locis, tynnorum ſatis frequenti piſcationi congruis, quia ſunt Regis, vel eorum, quibus Rex conceſſit; quod etiam in Principatu Plumbini practicavi, in ſpecie de conceſſione facta per Principem juris piſcandi tynnos agit *D. cius conſ. 270. n. 3. verſ. ulterius,* & de tynnis *Covarr. d. § 8. n. 10.*

Et licet hujuſmodi Vallium, & Stagnorum abſque
10 Principis conceſſione dentur privatum dominium, juxta traditionem *Bart. in l. vicinus §. Lacus ff. de aqua pluvia arcen.* quam cæteri ſequuntur in his terminis latè congeſti *per Veggium conſil. 1. & præcipue num. 23. & Bercum conſ. 140. vol. 3. & cum aliis per C n. cer. p. 3. tr. c. cap. 4. leſe vit n. 232. & 235. Capobl. d. tom. 2. cap. 46. num. 23.* in qua propoſitione magnum pro actore contra Cameram fundamentum conſtituebatur, ut conſtat ex *Attograd. d. conſ. num. num. 118. & ſeq.* & aliis pro eo ſcribentibus; dicebam tamen id quidem eſſe verum in vivariis manufactis, quæ quiſque ad privatam induſtriam, vel delectationem in proprio fundo conſtruit, vel in illis ſtagnis, & foveis, quæ in privatorum prædiorum depreſſiori ſitu ex pluviarum, vel fluminum adjacentium inundationibus conſtituuntur, ſive in illis lacubus, & fluminibus, quæ in privato fundo naſcuntur, ita ut undique locus piſcationis à privato ſit circundatus, atque antiqui privati dominii veſtigia oſtendat & de his, quæ ob ſitus depreſſionem frequenter ſunt in Lombardia, & Æmilia, propriè agunt *Bart. ubi ſupra, & cæteri apud Veggium, & Bercum locis citatis*, ſed manifeſtum æquivocum eſt hoc applicare his Vallibus, quæ fortè ab ipſa Mundi creatione, & antequam Clomaci Civitas habitatores haberet, in hoc eodem ſtatu fuerunt.

Omnemque penitus difficultatem in hac facti ſpecie ceſſare, dicebamus Ego & cæteri pro Caméra ſcribentes, ponderando, aliud eſſe, ubi contra privatos hujuſmodi piſcationes poſſidentes Fiſcus agit, eas vendicando, niſi doceant de legitimo titulo, ſine quo jura regalia poſſideri non poſſunt, ita ut qualitas regaliæ deducatur agendo, tanquam fundamentum intentionis, cum tunc concludens, ac exacta probatio in actore requiratur, atque ſola contraria poſſibilitas excludat; Aliud verò ubi tractatur de metienda natura, & qualitate bonorum & jurium, quæ per ipſum feudatarium una cum feudo longo tempore poſſeſſa ſunt, ad effectum inſpiciendi, an facto caſu devolutionis, magis feudalem, quàm allodialem habeant qualitatem, & cuinam aſſiſtat præſumptio.

In ea etenim quæſtione, an bona per Feudatarium intra feudi fines poſſeſſa, præſumantur feudalia vel 11
allodialia, quamvis nimium Doctores varient, ut infra, quoties de ſimplici juris præſumptione inducenda tractatur; Omnes tamen concordant, quod ſi circumſcripta iſta generica legali præſumptione, aliæ concurrant præſumptiones, circumſtantiæ & adminicula, quæ unam magis, quam alteram qualitatem ſuadeant, iſta præſumptiva probatio prævaleat, quamvis contraria vera probatione ſit elidibilis, ut optimè ac magiſtraliter ita diverſas opiniones conciliando diſtinguit *Rota decif. 164. num. 32. & ſeq. p. 6. recen.* quæ diſtinctio eſt veriſſima, & de mente omnium de materia tractantium, & admittitur per *Menoch. conſ. 395. Sard. conſil. 135. 151. & 311. ac Bellon. jun. conſ. 44.* ſatis eſſuſo ſermone de hoc articulo tractantes.

Dari poteſt exemplum practicum in materia quotidianum; Juriſdictio in Vaſallos, ſive jus habendi privative ad alios, Furnos, Macellos, Tabernas, ſive Cancellariam, Portulaniam & alia hujuſmodi, non implicat, quod ſint allodialia, atque per feudatarium, quæſita & poſſeſſa privatis titulis à feudo diverſis, quia dari poteſt feudum ſine Juriſdictione, vel aliquo ex dictis officiis, quæ ad alium jure allodij ex Principis conceſſione pertineant, quodque 12
unus habeat feudum, alter Juriſdictionem, ut obſervant *Roſenthal. cap. 5. concluſ. 6.* & cæteri apud eum, & plenè *in Lucana Juriſdictionis hoc tit. ubi ex Aponte dec 2* & aliis habetur, Juriſdictionem haberi poſſe in allodium.

Seu ſi illa reperiantur penes Feudatarium, utique devoluto feudo, irrideri meretur ille feudatarii hæres, qui juriſdictionem, cæteraque officia hujuſmodi, ex ſola juris præſumptione retinere vellet, tanquam allodialia, vel alio titulo ſpectantia ex ſola poſſibili acquiſitione in allodium, niſi id concludenter probet quia ipſorum Juriſdictionis natura, & ordinaria qualitas eſt, ut in feudatario eſſe cenſeantur cum feudo, ejuſque ratione, ſic à pari de illis bonis, & juribus, quæ de ſui natura, & ordinaria qualitate ſunt de regalibus, regulariter à privatis, ac jure privato non poſſidendis, ſed potius jure feudi, quamvis poſſibilitas allodialitatis adeſſet, ad quodplura deducunt ad rem *Adden. ad Rovit. ſuper pragm. in rubr. de feud. in princip. verſ. inprimo caſu.*

Maximè ubi agitur de illis feudis majoribus, & Dignitatis veræ non abuſivæ, in quibus etiam jus re-
galiarum reſidet, ut de Duce Ferrariæ in ſpecie *Silvaticus conſ. 2. num. 3. ex Felino in cap. cum à nobis num. 3. de teſtibus*, & in hoc ſtare dicebam punctum inevitabilem, per quem ita diſtinguendo, omnia quæ pro Duce actore ponderabantur, diluebantur, niſi verè de legitimis titulis acquiſitionum jure privato doceretur, cum ipſe Dux jure feudi, & inveſtituræ etiam regalia obtineret, ita ut propterea ſuperiùs inſinuatæ quæſtionis examen aſſumere non opportet. 13

Sed quando eam examinari contingeret, ut eis ſatisfieret, qui in hujuſmodi generalibus, & extrin- 14
ſecis concluſionibus totam vim conſtituere ſolebant. Dicebam pro hujuſmodi quæſtionis vera notitia, & deciſione, plures eſſe diſtinguendos caſus, vel terminos inter ſe diverſos, in quorum aliquibus multæ

procedunt

Digitized by Google

procedunt auctoritates, quæ in aliis cum conſuetis legiſlatorum æquivocis malè deducuntur.

Primus igitur caſus eſt, ubi controverſia vertitur inter Supremum Principem, & inferiorem Dominum
15 intra Principatus limites aliquod Caſtrum, Oppidum vel Corpus univerſale poſſidentem, an ſcilicet illud præſumatur jure feudi, vel allodii poſſideri, & iſto caſu, regula eſt pro allodialitate in excluſionem illius propriæ & directæ feudalitatis, quæ ſervitii neceſſitatem, alienationis prohibitionem, caſum devolutionis, aliaque onera continet, atque ſolum juxta unam opinionem, ineſſe dicitur illa remora & impropria feudalitas, quæ altum Dominium, ac Supremam Principis Juriſdictionem importat, in excluſionem illius allodialitatis, ob quam non niſi Deus in hujuſmodi bonorum ſpecie agnoſci dicitur, *ut late deducit Spad. conſil. 1. vol. 1.* ac particulariter diſcutitur infra *in Ancona Juriſdictionis ſeu Imperii hoc titulo*, atque in his terminis loquuntur *Caſtrenſ. conſil. 179. num. 1. lib. 1. Alex. conſ. 129. num. 1. lib. 1. Capec. Inveſt. feud. verbo feuda allodialia fol. mihi 42. Intriglıol. de feud. centur. 1. qu. 43. num. 23. & ſeqq. Aponte deciſ. 2. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 1. gl. 3. num. 10.* qui propterea, & alii de eodem caſu tractantes, malè ad ſequentes caſus, uti ſatis diverſos applicantur, ſed iſte caſus erat extra noſtram facti ſpeciem.

Secundus caſus eſt, ubi controverti contingit inter Feudatarium, ac Vaſſallos, ſeu privatos bona in-
16 tra fines feudi poſſidentes, an illa ſcilicet ſint libera, & allodialia, vel potiùs feudalia, & in hoc regula eſt pro allodialitate limitari ſolita, ubi omnia alia bona adjacentia, ſive juxta unam opinionem, major pars feudalem habet qualitatem, ſicuti econtra fortius allodialitatis præſumptio cadit, ubi major pars bonorum adjacentium, atque in eo Territorio exiſtentium eſt allodiali, & in his terminis loquuntur *Hoſtienſ. Io. Anar. Abb. Im. & cæteri in c. nimis de jur. Afflict. deciſ. 267. & in cap. 1. de controv. inter maſculum num. 19. & ſeqq.* Ubi omnium latius quæſtionem diſcutit, & cum quibus cæteri moderniores pertranſeunt, & de quo particulariter *in Hydruntina hoc eod. tit.* Sed iſta pariter non erant termini noſtri, undè manifeſto laborabant æquivoco aliqui in contrarium ſcribentes, qui in hujuſmodi auctoritatibus fundamentum conſtituebant, ſive vim faciebant in ea circumſtantia, quod multæ valles hujuſmodi in eodem Territorio Clomacenſi exiſtentes, ab aliis jure privato tanquam allodiales poſſideantur, quia hic non eſt caſus.

Tertius demum eſt caſus noſter, ubi ſcilicet devoluto feudo, eſt quæſtio inter Dominum, & Feudatarij
17 hæredes ſuper prædiis, & bonis intra feudi fines à Feudatario poſſeſſis, & in his terminis pro allodialitatis præſumptione tenent. *Alex conſ. 55. num. 19. vol. 4. Bellon. conſil. 10. num. 11. & 32. Alber. Brun. conſ. 1. num. 3. Menoch. conſ. 395. n. 23. & Surd. conſ. 135. n. 25. & per tot. conſil. 151. & 311.* (qui tamen nempe *Menoch. & Surd.* loquuntur in controverſia cum agnatis, quod eſt idem) *Clar. § feudum q. 18. num. 2. Boſſ. de Principe num. 242. late Roſenthal cap. 12. concl. 15. num 32. & ſeqq.* & hanc ſequitur Rota, *ut in Aſten. feudi 27. Aprilis, & 19. Iuni 1584. coram Bubalo dec. 72. poſt Cenc. de Cenſ. apud Buræt. dec. 276. & 426. apud Duran. dec. 28 & in aliis.*

Contrariam ſententiam pro feudalitate præſumenda, tenent *Iſernia in c. 1. de contr. inter maſcul. num. 3. Bald. in c. 1. num. 10. de Capitan. qui cur. vend. Dec. conſ. 517. num 9. Gravet. conſ. 34. num. 9. bene Viſſel. ad Afflict. dec. 267. Theſaur. lib. 3. qq. foren 105. num. 26. Menoch. lib 3. præſumpt. 105. num. 2. & ſeqq. Manıica de tacit lib. 23. tit. 6. num. 39. Intrigliol. de feud. d. q. 43. num. 88. & ſeqq. Aponte conſ. 11. num. 5. lib. 1. Iacob. Gal. conſ. 32. num. 19. & ſeq. Bellon. jun. conſ. 44. num. 29. & ſeq.* plenè ex profeſſo *Rovit. conſ. 101. nu 1. & ſeqq. vol. 2. Maſtrill. dec. 105. num. 7. Bilott. concl. feud. 51. num. 5*

Penſatis benè auctoritatibus, & rationibus, omninò verior, & probabilior videtur hæc ſecunda, cum inter tenentes primam, pauci feudiſtæ numerentur, atque omnes laborare videantur æquivoco, ut pote ſe fundantes in auctoritate *Hoſtienſ. & aliorum in c. nimis de jure jur. & in traditis per Afflict. locis proximè ſuprà citatis*, quæ auctoritates percutiunt primum, vel ſecundum caſum, non autem tertium, in quo dari quidem poteſt aliorum titulorum poſſibilitas, ſed niſi de hoc doceatur, præſumptio ſtare videtur pro titulo præambulo feudi, de quo conſtat.

Ac etiam, quia nimis dura eſſet conditio Dominorum, & Principum infeudantium, ſi poſt remotiſſima tempora, ac ſæcula, quibus feuda in una linea, vel domo durare ſolent, cogendi eſſent ipſi probare primævum ſtatum ob temporis antiquitatem improbabilem, potiſſimè quia Dominus à feudo abſens, & feudatarii negotiorum ignarus, perquirere non poteſt, quando, & quomodo Feudatarius acquirat bona jure privato; Econverso autem facillimum eſt ipſi feudatario id probare; unde omnis ratio legalis, ac naturalis poſtulare videtur, ut iſtius, & non illius debeat eſſe probationis onus, quod accedente temporis antiquitate admittere videtur *Rot. deciſ. 164. num. 38 recent.*

Item quia feuda à communiter contingentibus, non in ſola Vaſſallorum ſuperioritate, & Juriſdictione, ac nudi Caſtri dominio conſiſtunt, ſed etiam ſuam dotem congruoſque redditus habere ſolent, ex quibus ſtatum feudatarii honorificè ſuſtentare valeant, ideoque ſatis eſt probabile, ut domus, poſſeſſiones, prædia, & alia bona feudo annexa ſint, ut per *Schrad. 1. p. 3. c. 4.*

Dari etiam ſolet in iſta quæſtione diſtinctio, ut ſpectetur perſona actoris, cui ſemper incumbat onus probandi eam qualitatem, quam agendo allegat pro fundamento intentionis; ſed eam minus veram credebam *in Piſauren. Molendinorum, de qua infra hoc eodem titulo*, quia cum Feudatarii hæres poſſidere dicatur, eſſet in Domino cum hac diſtinctione deſtruere concluſionem; iſtumq; ſemper ad onus probationis gravare; ſive è converſo, cum frequentius in caſu devolutionis hujuſmodi feudorum ad ſupremos Principes, ſoleat iſtorum Fiſcus ſtatim de facto capere omnium poſſeſſionem, ex Fiſcalium propoſitione, quod Fiſcus non litigat manibus vacuis, de qua plenè *Peregr. conſil. 1. & 2. lib. 1.* eſſet deſtruere in ſuis caſibus concluſionem in hærede Feudatarii, ac ſemper eum gravare, ita ut Fiſcus ex poſſeſſione de facto apprehenſa, & forſan ſpoliativa, emolumentum caperet in præjudicium ſpoliati, ideò hoc fundamentum, quod etiam in iſta cauſa acriter per Camerales deducebatur, non placebat.

Cæterùm quidquid ſit de unius, vel alterius opinione in abſtracto, abſolutum eſt ex ſupra deductis, quod ſi adminicula, vel præſumptiones pro una, vel altera qualitate concurrant, illa debeant prævalere, atque pro vehementiſſimo adminiculo attendenda videtur bonorum qualitas, & ſtatus, vel quia ſint de illis, quæ regulariter, & à communiter accidentibus ſint juris privati, vel è converſu ſint de regalibus, & juribus dominicalibus ex ſuperiùs traditis: Vel ipſe bonorum ſtatus ita ſuadeat, quia nempe agatur de montibus, nemoribus, paſcuis, pratis, foreſtis, & campis.

Ideoque iſta videtur genuina diſtinctio, quod, aut agitur de domibus, vineis, olivetis, ac prædiis cultis, quæ non à natura, ſed ab hominis induſtria, & artificio, ad eam formam redacta ſunt, & tunc, quia de neceſſitate ſupponunt privatum dominium illius, qui eam adhibuit induſtriam, & artificium, idcircò aliqua præſumptio fortè ſtare videtur pro allodialitate, quod ſcilicet à privatis perſonis, & privatis titulis, non autem à Principe jure generali Principatus acquiſita ſint, & in his terminis verè loquuntur tenentes has partes exem-

emplificantes in vineis, domibus, prædiis, &c.

Aut agitur de illis bonis remanentibus in eodem ſtatu, quo natura procreavit, & ſecus, quia hæc ex communi conſuetudine ſunt vel Civitatis, vel Principis, à quo in feudatarium perveniſſe præſumuntur, ut benè advertunt *Ruth. conſil. 22. num. 7. lib. 1. Curt. jun. conſ. 184. num. 8. Natt. conſ. 460. num. 32. & conſil. 506. num. 29. & ſeqq.* & benè iſta diſtinctio inter culta, quæ initium privati dominii oſtendunt, & inculta, quæ tanquam bona jacentia præſumuntur principis, comprobatur ab eodem *Menoch. d. conſil. 95. num. 24.*

18 Et in his terminis nos verſari dicebam, quia Valles
ſunt eædem, quas ipſa natura produxit, atque jus piſcandi in hujuſmodi adeò affluentibus locis, regaliam de ſui regulari natura importare ſolet; nil obſtante, quod aliqua opera manufacta (doſſia nuncupata) in eis cernantur, quia hæc reſpiciunt potius, vel commodiorem piſcationis uſum, vel terminorum diſtinctiones, vel piſcium à fluminibus maris meliorem conſervationem, prout in montibus, & foreſtis, ſunt ſæpes, limites, foſſata, & alia artificia, quæ ſtatum naturalem non immutant *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 3. num. 8. Roſenthal. c. 10. concl. 44. num. 21.*

Tunc enim opus manufactum alterat rei ſtatum, quando illam omninò diverſificat, atque ad novam formam reducit, ut puta in ſolo conſtruitur domus, vel Molendinum, utique hoc eſt opus manufactum, à quo tota rei ſubſtantia provenit, ita ſi in nuda ſolo plantętur vinea, vel olivetum, quia hominis artificium eſt cauſa, ut acquiſierit iſtam qualitatem, quam natura non dederat. Et fortius in præſenti, dum duplex concurrebat circumſtantia, una ſtatus naturalis, altera inſolitæ, & extraordinariæ affluentiæ piſcium, ob quam fortis eſt præſumptio, à communiter accidentibus; iſta loca effecta eſſe de juribus Principis, ut ſupra.

Ultra prædicta urgentia adminicula, ex bonorum
19 naturali qualitate reſultantia, accedebant alia particularia, primum nempè ab expreſſione Vallium, & Piſcheriarum in Inveſtituris contenta, quod vehemens adminiculum reputat *Rot. dec. 120. & 164. p. 6. rec.* Sed hoc ſatis debile adminiculum credebam, quia ſunt formulæ generales Inveſtiturarum.

Alterum ſatis efficax credebam, quod hujuſmodi Valles ſemper poſſeſſæ fuerunt ab eodem primogenito feudi poſſeſſore, abſque eo quod ſecundo geniti, æquales allodialium hæredes, de illis participaverint, ſignum quod eſſent bona Feudi, & Dignitati Ducali annexa, ut ponderat. *Natt. conſ. 506. n. 31. & ſeqq.* quod etiam proſequitur *Bellon. jun. d. conſ. 44.* Tertium, quod eædem Valles non eſſent allibratæ in æſtimo, ut idem *Natt. conſ. 460. n. 15. & ſeqq.* ſed hoc ſatis leve videbatur, quia hujuſmodi feudatarii majores, Supremi Principis partes gerentes, etiam pro patrimonialibus, & allodialibus, æſtimo & libræ non ſubjacent, & huic adminiculo latè etiam ſatisfaciunt, *Menoch. d. conſ. 395. & Surd. conſ. 151. in eodem caſu ſcribente*; Quartum credebatur vehemens ex jure vectigalis, & piſcandi prohibitione contra formam à loci Domino præſcribendam, de quo in ſpecie *Areſin. conſ. 23. per tot.* Et quintum ex qualitate aquarum ſalientium, ita ut dici poſſent Mare, quod eſt de ſui natura Juris publici, vel ſaltem ex illarum mixtura.

Econversò autem pro allodialitate, duo adduce-
20 bantur adminicula, unum quod plurium Vallium hujuſmodi penes privatos dominium eſſet, ex quo privato, & allodiali dominio in parte referebatur illas eſſe ſpecies prædiorum, vinearum, & poſſeſſionum, quas illius Civitatis incolæ pro eorum ſuſtentatione poſſidere dicuntur, cum alia prædiorum ſpecies non adſit; Alterum quod de plurium Vallium acquiſitionibus cum privatis titulis emptionis per Duces factis docebatur, unde ab unis ad alios inferri dicebatur, Neutrum tamen relevans videbatur, quod ſupradictis in contrarium urgentibus præponderaret, poſſeſſio etenim aliorum de ejuſdem qualitatis bonis tanquam de liberis; prodeſt quidem in ſecundo caſu exemplificato, ubi ſcilicet controverſia eſt inter Feudatarium, & Vaſſallos juxta deciſionem *Aſſl.* & in hoc æquivocare videntur *Menoch. conſil. 395. n. 10. & ſeqq. & Su d. d. conſ. 151. n. 26. & 311. n. 8.* Sed non inde cautum videtur, ut id operetur reſpectu ipſius Feudatarij, dum alia feudalitatis adminicula concurrunt, quia cum Incolæ abſque prædiis, & bonis vivere non valeant, ſtant bene ſimul, quod in eorum introductione aliqua Territorii pars illis aſſignata ſit, colenda, & fruenda, alia verò jure naturali remanſerit penes Principem; Ac ulterius, ut ex hoc aliquod adminiculum deduci valeat, opus eſſet oſtendere, hujuſmodi privatum dominium, & commercium ante infeudationem, non poſtea, quia potuerunt privati ex Ducum ſubinfeudationibus hujuſmodi Vallium uſum, fruitionem acquirere, ut ponderat *Rum. conſil. 26. num. 7. & ſeqq. lib. 1.* maximè quia in facto per Cameram de pluribus conceſſionibus docebatur, Et de ſolito Ducum Ferrariæ faciendi has conceſſiones habetur apud *Alex. conſil. 57. lib. 7. & in Ferrarien Iuris piſcandi hoc titulo.*

Et ex hoc reddebatur etiam æquivocum alterum
adminiculum reſultans ex æqualibus acquiſitioni- 21
bus per Duces factis à privatis, quia eſſe potuerunt per viam reintegrationis ad antiquum ſtatum ac remotionis illius obſtaculi, quod prædeceſſorum conceſſiones præſtabant, ideoque bona antiqua recuperata, quæ ad ſuam antiquam cauſam, tanquam per obſtaculi remotionem revertuntur, dicuntur augmentum intrinſecum ſeu liberatio à ſervitute, per quos actus non impeditur devolutio ex deductis per *Roſenthal. c. 10. concluſ. 44. Bilott. concluſ. feud. 62. & 63. Rovit. d. conſil. 101. lib. 2. ubi cæteri.*

Ponderabatur etiam, per Camerales, dictas aquiſi-
tiones factas eſſe ſub nomine Cameræ Ducalis, quæ 22
diverſa dicitur à Camera privati Patrimonii, *gl. in rubr. de jure Fiſci lib. 10. ubi Bald. num. 13. Franc. Marc. dec. 338. num. 7. & o. Pergrin. de jure Fiſci lib. 1. tit. 1. num. 6. & 7.* Sed iſta ponderatio levis credebatur, cum hujuſmodi vocabula confundi ſoleant, ac promiſcuè unum pro alio ſumi.

Quamvis autem ex præmiſſis, ac aliis longè melius deductis per doctiſſimos Camerales, quando cauſa per juris tramites decidi debuiſſet pro Camera probabilius reſpondendum eſſet, attamen quia vulgus non informatus variè loquebatur, aliaque prudentialia motiva [illegible] exigebant, laudabiliter poſt hæc ſcripta per honeſtam concordiam controverſia finem habuit.

† CUM de tempore editionis hujus diſcurſus jam ſequuta eſſet concordia, quæ controverſiæ finem dedit, idcircò defuit occaſio ulterioris diſputationis; De contentis autem in eo, pluries in aliis cau-
ſis agere occaſio dedit, circa ejus duos punctos prin-
cipales; Primò nempè, circa originem, & naturam 1
Regalium, & quæ nam pertineant ad feudatarium, atque veniant ſub inveſtitura feudali; Et ſecundò ſuper natura, ſeu qualitate bonorum exiſtentium intra fines feudi, an præſumantur feudalia, vel allodialia.

Quatenus pertinet ad primum; licet regalium tractatio ſuam particularem ac diverſam habeat ſedem
in libro ſequenti; non tamen incongruit ad effectum
præſentis, vel aliarum ſimilium controverſiarum, de 2
eis actum quoque eſſe ſub hac materia feudali, ſub qua eorum inſpectio cadit ad prædictum effectum comprehenſionis ſub feudo, & an, & quando Barones habeant regalia, & quomodo.

In hoc autem puncto verificari pariter videmur illud
idem æquivocum, inſinuatum diſcur. præcedenti,
quod oritur ex modo procedendi cum generalitati-
bus, vel cum litteras doctrinarum, non diſtinguendo 3
caſus, vel loca, ſeu Regiones, aliaſque circumſtan-
tias facti; Siquidem reflectendum eſt in primis ad

Digitized by Google

naturam, ſeu qualitatem feudi, an ſit regale, ac veræ dignitatis, in recta & propria ejus natura, quod importat omnimodum imperium, & Principatum abſolutum, vel potius è converſo ſit inferioris claſſis magiſque improprium, & ſubordinatum in figura Baronis, vel Domicelli cum dignitate impropria & abu-
4 ſiva, Primo etenim caſu, feudum importare dicitur principatum abſolutum, juxta noſtræ Italiæ exempla inſinuata in annotatione præcedenti, & per conſequens ſecum trahi omnia regalia, etiam majora, & primi ordinis, illis exceptis, quæ conſiſtunt in alto dominio, quod ad differentiam ut infrà ab aliquibus dici ſolet altiſſimum, & in illa majori ſuperioritate, quæ vulgo dicitur *Sovranità prima*, cùm hæc ſint inſeparabilia à Corona, & ab Imperio infeudantis, ex regula quod nemo facere poteſt ſibi æqualem, ipſumque feudum perneceſse, atque de ſui natura importat ſubjectionem & vaſſallagium, dictumque dominium ab aliquibus, ut ſupra, dici ſolet altiſſimum per quendam modum loquendi, & ad effectum contra diſtinguendi aliud altum dominium ſubalternum, quod conſideratur in ipſomet feudatario, reſpectu ejus Baronum & feudatariorum, qui ab ipſo ſubinfeudati fuerint de aliquibus partibus ſeu membris feudi, & cum juriſdictione cognoſcendi de ſucceſſione vel devolutione feudi juxta caſum, de quo *diſc. 59. cum ſimilibus*, & in hoc ſupplemento *diſc.* 128. ubi de his diſtinctionibus duplicis alti dominii, & ſuperioritatis.
5 Omnia verò alia tranſeunt in feudatarium, quoties lex inveſtituræ vel conſuetudo aliam non redoleat exceptuationem.

In altero autem caſu, in quo agatur de illis feudatariis veris & propriis cum expreſſa inveſtitura ac præſtatione ſervitii, ut ex. gr. ſunt feudatarii Regnorum utriuſque Siciliæ, ac etiam Status Eccleſiaſtici, qui dicitur immediatus ad differentiam Status mediati, conſiſtentis in dictis feudis regalibus, & majoribus reſpectu illorum feudorum, quæ ita obtineantur; Ac etiam ſunt feudatarii improprii & remoti quod ſcilicet in figura Baronum, & Domicellorum ſub alto dominio ac ſuperioritate Principis poſſideant loca ſine inveſtitura & ſine ſervitio in natura allodii, ut ſunt pleriqne Barones dicti Status Eccleſiaſtici immediati; Et tunc regula eſt in oppoſitum, quod ſcilicet regalia non cenſentur eis conceſſa ſed remanſiſſe penes Principem, tanquam gemmæ coronæ Principatus, à quo ſine ſciſſura vel dehonpatione Coronæ avelli non debent, ideoque in dubio non cenſentur avulſa, quoties expreſſa conceſſio vel implicita, quæ reſultat à conſuetudine immemorabili, ſeu centenaria, cujus vigore allegari poſſit privilegium vel quicunque alius titulus de mundo melior, aliud non ſuadeat, ſive aliqua accedat particularis circumſtantia juxta caſum de quo *diſc. 62. 63. 64. & 72. hoc tit.* cum ſimilibus.

Et nihilominus adhuc reflectendum eſt ad diverſos
6 mores & ſtylos principatuum quoniam (ex. gr.) in Statu Eccleſiaſtico in hujuſmodi Baronibus ſubditis, & merè ſubordinatis, datur frequentius poſſeſſio aliquorum regalium juxta inſinuata in ſupra allegatis *diſc. 62. 63. 64. & 71. & in tit. de Reg. diſc. 145. & 146. & in tit. de Serv. diſc. ac etiam in Miſc. Eccl. diſ.* 41. occaſione agendi de jure prohibendi venationem; ut etiam praxis docet in pleriſque baronibus & Domicellis Liguriæ & Lombardiæ magis verò in illis Germaniæ; E converſo autem talis praxis nullatenus adeſt, vel nimium rara & reſtricta ad aliqua regalia inferiora in præfatis Regnis utriuſque Siciliæ, in quibus & præſertim in hoc citeriori, de ſtricto jure potius ſubfeudatarii, quàm feudatarii cenſendi ſunt; Prout etiam magis reſtricta eſt juriſdictio, & poteſtas Baronum & Magnatum in Hiſpania & in Gallia quam in Germania, in qua latiùs paret; Quinimò in ipſamet Germania tam ſuperiori, quàm inferiori, longè diverſi ſunt mores vel leges juxta tot Principatuum diverſitatem.

Atque hinc oritur eadem ineptia manifeſta, quæ 7
annotatione præcedenti inſinuata eſt, noſtrorum pragmaticorum ſeu collectorum, qui abſque alio ratiocinio vel reflexione ad hujuſmodi diſtinctiones, totam vim conſtituunt in numero arithmetico Auctorum, quos cum improbo humerorum labore colligere ſtudent, in ſola littera procedendo, & non diſtinguendo Ultramontanos à Citramontanis; Ac etiam in quolibet genere non diſtinguunt Regiones vel diverſas qualitates feudorum & feudatariorum, de quibus ipſi loquuntur, confundendo Regnicolas utriuſque Regni ut ſupra cum Lombardis vel cum Germanis ſive in iſtis non diſtinguendo Provincias vel principatus; Revera etenim iſta dicenda venit potius quæſtio facti, quàm juris decidenda pro ſingulorum caſuum particularibus ac individuis circumſtantiis nimiumque clarus error eſt cum generalitatibus procedere.

Quo verò ad alterum punctum, de quo principaliter in hoc diſcurſo actum fuit, ſuper natura ſcilicet allodialitatis vel feudalitatis; Pariter idem dignoſcitur clarum æquivocum confundendi auctoritates, illaſque generaliter applicandi quibuſcumque caſibus, non reflectendo ad eorum diverſas circumſtantias, aliaſque diſtinctiones ut ſuprà; Siquidem inhærendo diſtinctioni plurium caſuum, de qua in hoc diſcurſu; Quatenus pertinet ad primum caſum ſuper qualitate loci in genere, ſeu in univerſum an ſcilicet ipſe locus cenſeri debeat potios feudum, quàm allodium, vel è converſo; Quamvis regula aſſiſtat allodialitati ex relatis *in eod. diſc. ac etiam diſc. 6. 34. 60. & 135.* & in aliis pluries; Attamen adhuc intelligenda venit juxta diverſitatem
Regionum, quoniam (ex. gr.) in Regno Neapolitano 8
regula eſt potiùs in contrarium ut omnia loca habitata cum Vaſallis & juriſdictione cenſeantur potiùs feudalia, quàm allodialia, adeout regula generalis aſſiſtat feudalitati, transfundendo onus probandi allodialitatem tanquam limitationem regulæ; Exceptis locis, quæ ab antiquo poſſideantur per Eccleſias, quoniam non conſtito de contrario, præſumuntur potiùs allodialia ex iis, quæ tam ſuper regula, quàm ſuper limitatione habentur relata *hoc eod. tit. diſc. 60. & alibi pluries*

E converſo in Statu Eccleſiaſtico, quamvis procedatur cum regula oppoſita, ut Caſtra & loca etiam habitata cum juriſdictione & imperio non docto de qualitate feudali, præſumantur potiùs allodialia, quàm feudalia adhuc tamen ut advertitur *in hoc diſc.* ac etiam *diſc. 6. & dd. diſcur. 60. & 135. & in aliis.* Id rectè procedit ad effectum evitandi illam propriam ac ſtrictam feudalitatem, quæ importat formalem ſervitutem, ac ſubjectionem legum feudalium, tam circa obligationem ſervitii, quàm circa prohibitionem alienandi, vel circa reſtrictam ſucceſſionem ad certum genus perſonarum, ſeu circa obligationem novi ſucceſſoris accipiendi renovationem cum ſimilibus obligationibus & reſtri-
ctionibus, quæ ex feudali ſervitute reſultant; Non per 9
hoc tamen inferri poteſt ad verum & proprium allodium, quod negat alterius dominium & ſuperioritatem; cum in eo non recognoſcatur alius ſuperior niſi Deus, duo ratione alti dominii & ſuperioritatis, ac etiam multorum regalium, quæ etiam in locis poſſeſſis per Barones, & domicellos poſſidentur per Papam, & Sedem Apoſtolicam dicitur adeſſe feudalitas remota, & impropria ratione cujuſdam implicitæ & præſumptæ inveſtituræ ſine oneribus feudalibus, quaſi quod hujuſmodi Barones & domicelli obtineant iſta loca ex inveſtituris, & conceſſionibus Pontificiis, *juxta celebre conſ. 8. Abbat.* cum aliis plenè & elaboratè collectis *per Spadam conſ. 1. lib. 1.* ut advertitur *d. diſc. 63. & alibi pluries*; Adeo ut ineſſe dicatur onus ſervitii feudalis extraordinarii, quod ineſt etiam feudis franchis, vel iis, quæ habent onus ſervitii realis in quod perſonale & commutatum ut eſt illud adohæ in Regno Neapolitano quando neceſſitas Domini ita exigat, dum & iſti ſunt Barones, id eſt milites primi ordinis.

Prout etiam in Eccleſia, in qua generaliter potius præſumitur allodialitas quàm feudalitas in Caſtris & locis hàbitatis, quæ ſint intra viſcera principatuum laicalium, atque per Eccleſias poſſideantur ex Principum conceſſionibus, magna quæſtio eſt, an iſtud ſit allodium verum & omnimodum etiam reſpectu ſuperioritatis & alti dominii, & de hoc agitur *hoc tit. diſc.* 34. & 60. Ex quo patet, quod difformis eſt obſervantia, cum qua procedendum videtur.

Igitur ſemper manifeſtus remanet error procedendi in his materiis cum generalitatibus & cum auctoritatum conſarcinationibus abſque diſtinctione locorum, temporum, & morum aliarumque circumſtantiarum, cum quarum præſuppoſito ſinguli loquuntur.

Quo verò ad ſecundum iſtius quæſtionis caſum in hoc eodem diſcurſu diſtinctum quod ſcilicet poſita qualitate feudali in ipſo Caſtro, vel Oppido in univerſum quæſtio ſit inter ejuſdem Caſtri, ſeu loci Domi-
11 num & Cives, & Incolas alioſque, privatos, qui in ejuſdem loci finibus, & Territorio poſſident prædia ruſtica vel urbana, undè Dominus prætendat, quod totum Territorium ſit de ejus Dominio directo, adeout omnes privati poſſeſſores haberi debeant tanquam Coloni perpetui, ſed Livellarii vel cenſiti, & redditit ii, tam ad effectum ſolvendi aliquam partem fructuum loco portionis dominicalis, vel aliquam præſtationem, quam etiam ad effectum prohibitionis alienandi ſine aſſenſu Domini, & cum obligatione ſolvendi aliquod laudemium, vel aliam recognitionem; Et ſic quod bona dicantur feudalia impropriè id eſt paſſivè, tanquam aſſtricta, ſeu redditit'a feudo, ejuſque Domino vel poſſeſſori, quamvis in reliquis ipſa bona ſint allodialia juxta caſum de quibus *hoc eodem tit. diſc.* 35. 47. & 72.

Iſtoque caſu; licet regula aſſiſtat allodialitati in excluſionem feudalitatis vel ſervitutis ex deductis in hoc diſcurſu; Attamen revera dicenda venit quæſtio facti potius quam juris, decidenda ex ſingulorum caſuum circumſtantiis, ideoque intrat idem conſuetus error procedendi cum generalitatibus vel cum doctrinis in abſtracto, cum reflectendum ſit ad concretum, ad mores ſcilicet Regionum, & ad qualitatem Caſtri, ſeu loci in univerſum ſive ad qualitatem aliorum prædiorum vel bonorum exiſtentium in aliqua parte, ſeu contrata; Siquidem ſi (ex. gr.) de conſuetudine univerſali Provinciæ vel Principatus totum Territorium cenſeatur de directo dominio Principis vel Domini ut Galli ſupponunt eſſe aliquas Galliarum partes, & præſertim illam, quæ Provincia appellatur, juxta deducta infra *in annot. ad dictum diſc.* 47. Et tunc præſumptio potius aſſiſtit feudalitati ratione cauſæ univerſalis, de qua *ſub tit. de juriſdict. diſc. primo & ſeqq. & tit. de decimis* pluries & alibi & per conſequens prædicta regula neralis, quæ aſſiſtit libertati atque transfundit onus probationis in eum, qui allegat ſervitutem non intrat cum potiùs res ſe habeat in oppoſitum, ut qui prætendit quod ejus prædia & bona ſint libera & non redditiria feudo, debeat probare hanc limitationem, dum habet reſiſtentiam cauſæ univerſalis.

Ita pariter ſi eadem cauſa univerſalis non ſit adeò lata in tota Provincia, vel Principatu, ſed verificetur in ipſo Caſtro ſeu loco, totoque ejus Territorio intra quod ſita ſint prædia ſeu bona de quibus eſt quæſtio juxta caſum, de quo *diſc.* 71. quoniam intrat eadem ratio, juxta illam aſſiſtentiam in juriſdictionalibus, quam habet Epiſcopus in Eccleſiis, & locis exiſtentibus intra Diæceſim, Intelligendo tamen de illo dominio univerſali totius Territorii, quod non ſit in ſola ratione juriſdictionali & baronali, tanquam quid intellectuale ſive ut noſtri dicunt, tanquam nebula ſupra paludem, capiendo jus territoriale à ſolo jure terrendi; ſed ſit in jure territoriali vero & effectivo pro dominio territorii, eo modo quo frequens praxis doceat in Statu Eccleſiaſtico, ex deductis *hoc eodem tit. diſc.* 7. & 72. & *de Reg. diſc.* 50. *diſc.* 145. & 146. & *tit. de ſervitut. diſc.* 36. & alibi pluries. Atque praxis docet in aliquibus locis Regni Neapolitani, ex inſinuatis *Roc. eodem tit. diſc.* 35. & *tit. de juriſdictione diſc.* 66. & *alibi*.

Idemque ad proportionem procedit in altera univerſitate ſubalterna, quia nempè agatur de feudo ſeu loco, in quo Feudatarius vel Baro habeat ſolum jus territoriale intellectuale pro juriſdictione ac jure terrendi, non autem pro dominio privato & effectivo totius territorii juxta magis genericam locorum naturam, ſed tamen poſſideat in dominio, tanquam de pertinentiis feudi, ejuſque dote pro ſuſtentatione feudatarii, aliquam tenutam, ſeu aliquam montaneam, vel aliam territorii partem in univerſum, quam Vaſſallis, & Incolis conceſſerit ad culturam eo modo, quo in dies videmus in Urbe, & locis adjacentibus concedi Tenutas, vel Caſalia ad conſtructionem vinearum, juxta caſum de quo *hoc eodem titulo diſc.* 35. Et tunc proportionabiliter intrat eadem regula, ſeu ratio cauſæ univerſalis in hac univerſitate ſubalterna ſed non jure feudi & baroniæ, cum id perveniat ex natura ſeu virtute cauſæ univerſalis, etiam in privato Domino illius tenutæ, ſeu feudi ruſtici, juxta caſum de quo *dicto diſc.* 35. dum (ut præmiſſum eſt) qualitas feudalis in hujuſmodi bonis conſideratur potius impropriè, & in ratione paſſiva quia bona ſint redditītia feudo, quam quod ipſa prædia ſint feudalia eorum per poſſeſſores dici debeant Feudatarii.

Igitur fabuloſæ videntur illæ quæſtiones, quæ deſuper diſputari ſolent per noſtros in abſtracto facien-
du deſuper magnos allegationum cumulos, atque 12
ad id conſarcinando omnes doctrinas, vel auctoritates, quas revolvendo repertoria, cum improbo labore inveniunt non diſtinguendo loca, & tempora, aliaſque circumſtantias, cum quarùm propoſito ſinguli reſpectivè loquuntur; Et propterea firmum remanet, quod deciſiones pendent à facto, non autem à jure.

Demùm quoad tertium caſum in hoc eodem diſcurſu diſtinctum, reſpectu ſcilicet illorum prædiorum & bonorum vel jurium incorporalium, quæ ab ipſomet Feudatario poſſideantur, intra fines vel territorium ip-
ſius feudi juxta caſus, de quibus *in hoc diſcurſu*, & 13
diſc. ſequenti, & *diſc.* 47. & 56. & 133. & *in aliis*. Atque de hoc ſolet diſputari ad plures effectus. Primò nempè ad illum devolutionis, de quo in locis proxime citatis diſputabatur, an ſcilicet devoluto feudo devolvantur prædia ruſtica, & urbana, aliaque bona vel jura poſſeſſa per feudatarium intra fines feudi vel potiùs tanquam allodialia remaneant penes ipſum ejuſque hæredem allodialem; Quod etiam adhuc non facto caſu devolutionis, diſputari contingit inter hæredes extraneos feudatarii defuncti, & agnatum ſucceſſorem feudi pacti, & providentiæ independenter.

Secundò ad effectum prohibitionis alienandi vel obligandi juxta caſum, de quo infrà *in Romana concurſus creditorum diſc.* 117. Et tertiò ad effectus favorabiles ipſimet feudatario, & Domino, pro exemptione ſcilicet à collectis, aliiſque oneribus, quibus ſubjaceret, ſi bona eſſent allodialia per ipſum poſſeſſa jure cujuſlibet privati, ſive juxta ſtylum Regni Neapolitani, Communitas vel Univerſitas loci teneatur dare idoneum adminiſtratorem, qui ibi hæreditarius dicitur, cum hæc obligatio percutiat ſolùm bona feudalia, non autem allodialia; Aut pro jure prohibendi paſcua, vel ligna &c. cum ſimilibus; Ideoque contingit, quod quandoque in prædiis, & bonis per Baronem poſſeſſis, qualitas feudalis, ſuſtinetur, & quandoque negatur.

Pariter autem iſta quæſtio dicenda eſt potiùs facti,
quàm juris, decidenda ex ſingulorum caſuum circum- 14
ſtantiis, ad quas eſt principaliter reflectendum; Ideòque intrat idem error procedendi cum generalitatibus, vel cum doctrinarum cumulo in abſtracto; Siquidem

dem in primis reflectendum eſt ad ſuperiùs inſinuatam diſtinctionem, inter illos feudatarios, & Dominos, qui juxta regularem naturam, habeant ſolum dominium territoriale, juriſdictionale & illos, qui habeant dominium privatum & utilitarium totius territorii, adeout Vaſſalli, aliique privati poſſeſſores prædiorum habeantur potius tanquam coloni, ſeu livellarii &c. In hoc etenim ſecundo caſu, regula aſſiſtit feudalitati, quod ſcilicet aliquam territorii partem dominus conceſſerit colendam Vaſſallis, & aliam pro ſe retinuerit, in qua prædia conſtruxerit; Sive quod prædia per ipſum poſſeſſa, quæ habeant opus manufactum, ad ipſum redierint jure devolutionis, vel caducitatis.

Difficultas autem intrat in caſu inſinuato *hoc eodem diſc.* & infrà *in dicta Romana concurſus creditorum diſc.* 117. quando ſcilicet conſtet de explicitis titulis acquiſitionum, jure privato, emptionis vel donationis aut ſucceſſionis aliquorum prædiorum, quæ poſſidebantur per privatos; Et tunc duplex intrat inſpectio; Una ſcilicet poteſtatis, ut neque volens poſſit Dominus illa retinere in natura dominii allodialis privati; Et altera voluntatis, quo ſcilicet animo vel intentione hujuſmodi acquiſitiones fecerit.

Circa primam quæſtionem poteſtatis pro ejus incluſione urgere videtur ratio incompatibilitatis, quæ reſultat à concurſu actionis & paſſionis in eodem ſub-
15 jecto, ſive ab alia incompatibilitate habendi ſervitutem in re propria, undè propterea *ut hoc eodem titulo* & alibi pluries advertitur, habemus quod non poteſt quis eſſe Rex, & Baro, in eodem loco, ſed eo ipſo quod ſit, reverſivum dominium, feudum confunditur cum ſua priori cauſa univerſali, ad quam redit, adinſtar fluminis intrantis in mare, ex ponderatis *hoc eod. tit. diſc.* 83. ac habemus in ceſſatione uſufructus, vel in alterius ſervitutis, vel cenſus per acquiſitionem dominii, & proprietatis ipſius rei ſervientis cum ſimilibus.

E converſo, pro iſto compatibili concurſu intrat illa diverſitas perſonarum formalium, quæ in eadem perſona materiali pro diverſitate reſpectuum conſideratur *hoc eodem tit. diſc.* 23. *&* 61. ac etiam infrà *dicto diſc.* 117. *& diſc.* 115. & frequenter *ſub tit. de cambiis* & ſub illo *de hærede*, ac ſub altero *de credito*, & ſub altero *de decimis*, ac pluries, Et conſequenter quod non implicet, ut feudatarius tanquam Dominus loci ratione dominii publici & univerſalis acquirat & poſſideat ſub ſe ipſo prædia & bona privata, tanquam unus ex colonis; Iſtaque poſterior pars videtur probabilior magiſque uſu recepta.

Quo verò ad alteram quæſtionem voluntatis; Aut habetur illius expreſſa probatio, & tunc poſita poteſtate, non eſt de alio quærendum ad regulam vulgatis
16 Textus *in l. ille, aut ille ff. de legatis tertio*, quod in claris & expreſſis non intrant quæſtiones & argumenta; Aut verò iſta voluntas eſt ambigua, & tunc in primis recurrendum videtur ad neceſſitatem ex qua voluntas deſumi poteſt, an ſcilicet ipſe feudatarius vel Dominus teneretur facere illam acquiſitionem pro reintegratione feudi, ejuſque reſtitutione ejus primævæ unitati, ità medicando malum, quod ipſe vel ejus prædeceſſores fecerunt in concedendo vel alienando illa bona vel membra quæ concedi vel alienari non poterunt, & tunc voluntas aſſiſtit reintegrationi adinſtar illorum melioramentorum, quæ fiant pro ſuppletione deteriorationum ex deductis *ſub tit. de detractionibus, diſc.* 35. *& alibi.*

Ceſſante verò hac circumſtantia, præſumptio in dubio eſſe videtur pro excluſione incorporationis, cùm id redoleat donationem, quæ in dubio non eſt præſumenda ex ponderatis *dicto diſc.* 56. *&* 117. *& alibi*, niſi ejus præſumptiones & conjecturæ vel adminicula concurrant; & per conſequens punctus eſt incapax regulæ certæ & generalis, dum reverà totum pendet à facti qualitate & ſingulorum cauſæ circumſtantiis.

In altero autem caſu, in quo dominium univerſale feudatarii ſit ſolùm territoriale vel juriſdictionale; alia verò bona intra feudi fines exiſtentia poſſideantur per privatos jure pleni dominii; Et tunc licet noſtri procedant cum regula generali, quod bona etiam per 17
ipſum feudatarium poſſeſſa intra fines feudi præſumantur potius allodialia, quàm feudalia; Nihilominus omninò verior videtur diſtinctio tradita *in hoc eodem diſcurſu & diſc.* 3. inter bona & jura, quæ ſint de ſui natura privata, nullamque annexam habeant juriſdictionem vel prærogativam dominicalem; Et illa, quæ dictam prærogativam habeant ut (ex. gr.) ſunt molendina, furni, macelli, tabernæ ſeu vulgò piccicariæ & ſimilia, cum jure prohibendi & agendi quod eſt de regalibus; Iſto enim ſecundo caſu intrat præſumptio feudalitatis, donec iſta præſumptio elidatur contraria probatione competentiæ iſtius juris, ratione privatæ ſervitutis *ut d. diſc.* 3. ſecus autem in illis rebus, quæ hanc juriſdictionem, vel prærogativam annexam non habeant; Et nihilominùs etiam iſto caſu omninò probabilis & vera videtur diſtinctio, de qua *in hoc. diſc.* inter bona culta & inculta ſive habentia vel non habentia miniſterium hominis, Et quatenus ſint culta & de ſui natura potiùs juris privati, quàm publici, adhuc intrat inſpectio voluntatis vel deſtinationis ſuper incorporatione vel ad deſertionem juxta deducta per *Rovit. conſ.* 101. *lib.* 2. *cum aliis hoc eod. diſc*, & per conſequens firmum remanet, ut totum pendeat ex facto, quodque ſemper erroneum ſit procedere cum generalitatibus.

De iſta verò regalia piſcheriæ agitur *ſub tit. de regalibus diſc.* 134. ubi videndum. 18

PISAUREN. MOLENDINORUM

Pro CAMERA APOSTOLICA, ET CIVITATE PISAUREN.

Cum M. DUCISSA ETRURIÆ.

Caſus diſputatus in Camera, ſopitus per concordiam.

Bona per Civitatem infeudatam poſſeſſa, & per eam tradita Feudatario, an cenſeantur data tanquam Principi, & Feudatario, vel tanquam privatæ perſonæ, Et an devoluto feudo illa remaneant hæredum recipientis, vel redeant ad Civitatem dantem vel potiùs tanquam feudo incorporata cum ipſo feudo ad Dominum devolvantur.

Præſcripto, an proſit Feudatario contra Dominum directum.

Et aliqua remiſſivè de articulo, an quod poſſidetur à Feudatario intra fines feudi dicatur feudale, vel allodiale, & præſertim Molendina, & bona, quibus aliqua Juriſdictio annexa eſt, & quando dicantur bona habere annexam Juriſdictionem.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Facta ſervanda ſunt, ubi ſunt licita, & ex eis lex ceſſat etiam in feudis.*
3 *In pactis intrat argumentum à contrario ſenſu.*
4 *Angaria, & perangaria ſunt de regalibus, & juriſdictionalibus.*
5 *An dicantur de regalibus, ubi ſunt penes Feudatarios, & Barones, vel alios privatos.*
6 *Duces Vrbini habebant regalia.*
7 *Quando Ius cogendi Vaſſallos ad ſervitium molendinorum dicatur importare angariam, vel Juriſdictionem incumbentem ipſis molendinis.*
8 *Ex prohibitione non accedendi ad aliena molendina reſultat jus cogendi accedendi ad propria.*
9 *An jus cogendi acceſſum ad molendina probet iſta eſſe feudalia.*

Digitized by Google

10 *Quando prohibitio acceſſus ad aliena molendina non dicatur importare ſervitutem, vel coactionem acceſſus ad illa prohibentis.*
11 *Poſſeſſio referenda eſt ad titulum licitum, de quo appares.*
12 *Civitas ſi aſſignat, vel dat ejus bona Principi, & Domino cenſetur dare Iure Dominicali adinſtar mulieris dantis ejus bona marito in dotem.*
13 *Princeps dicitur maritus Civitatis ſeu Reipublicæ.*
14 *Bona allodialia poſſeſſa per Feudatarium ſi devolvuntur ad Principem, & ab iſto dennò conceduntur cum feudo, efficiuntur feudalia.*
15 *Bona ſemel per Civitatem vel Rempublicam aſſignata Principi tranſeunt cum Principatu ad ſucceſſores, & non redeunt ad aſſignantem.*
16 *Ex quibus arguatur, molendina, & bona eſſe poſſeſſa per feudatarium tanquam allodialia.*
17 *Ex quibus cauſis Civitates, & Populi ſolent eorum bona ſuo Principi ſolvere, & aſſignare.*
Et ſi Civitas ſe dat alicui Principi, an ad illum tranſeant molendina, & bona Civitatis.
18 *Ex centenaria, vel immemorabili poſſeſſione Feudatarius dicere poteſt bona à ſe poſſeſſa, eſſe allodialia privatis titulis quæſita.*
19 *Declaratur, ubi conſtat poſſeſſionem fuiſſe tanquam de allodialibus, ſecus ſi poſſeſſio ſit æquivoca.*
20 *Feudatarius, etiam per mille annos non præſcribit contra Dominum.*
† 1 *Quando molendina dicantur ſpectare ad feudum.*
2 *De jure prohibendi, ſeu privativo redolente regalium.*
3 *Declaratur concluſio quod jura regalia penes privatos habeant naturam locorum privatorum.*
4 *Quod concluſiones debeant attendi juxta circumſtantias facti, quandoque totus punctus eſt in applicatione.*
5 *De alia concluſione, quod habens immemorabilem, vel centenariam, allegare poteſt præjudicium tertio de mundo meliorem.*
6 *Dantur exempla circa poſſeſſionem æquivocam.*

DISC. III.

1 CUm ob rerum Italiæ motus, omnes ferè Civitates, ab Urbe verſùs Montes, quamdam libertatem ſibi uſurpaſſent, atque ſe ipſas Rerumpublicarum more aliquo tempore rexiſſent; Quamvis in eorumdem potentium Civium, vel vicinorum Tyrannidem poſteà cecidiſſent, adhuc tamen earum aliquæ poſſeſſionem, ac adminiſtrationem Vectigalium, Datiorum, Collectarum, aliorumque publicorum redditum continuarunt, cum onere ſubminiſtrandi earum Principi, ſeu Tyranno congruas ſubventiones, aliaque publica munia ferendi, inter quas fuit Civitas Piſauri, quæ per Malateſtam, qu. Pandulphi de Balleonibus ſub titulo Vicarii Sedis Apoſtolicæ occupata, eidem dedit omnes redditus, ac bona, & utendo verbis, quibus tunc uſa fuit, *totum ejus havere*, cum onere ſolvendi cenſum Sedi Apoſtolicæ, faciendique publicas impenſas ipſi Civitati priùs incumbentes; A Malateſta verò cum eodem titulo Vicariatus, ſeu Principatus, devenit in Alexandrum Sfortiam, ab iſto in Conſtantium Alexandri filium, & ab hoc in Joannem filium Conſtantii, ſub quorum dominio fama eſt, multaque adminicula oſtendunt, Civitatem ſuos redditus, & bona, reaſſumpto priori ſtatu, adminiſtraſſe, ſupportando etiam onera, donec ſub Alexandro VI. occupata per Ducem Valentinum, huic dicta bona dennò aſſignavit, eodem modo, quo Malateſtæ fecerat, ſed per Valentini expulſionem reverſo Joanne, huic de anno 1503. camdem aſſignationem acceptatam, ac effectum ſortitam fecit.

Defuncto Joanne, ac ſucceſſivè in pupillari ætate Conſtantio filio, devolutaque proinde Civitate ad Sedem Apoſtolicam ſub Julio II. ab iſto de anno 1512. fuit de ipſa inveſtitus Franciſcus Maria de Ruvere Dux Urbini, qui deinde à Galeatio Sforria Joannis fratre naturali, & Iſabella filia, ceſſionem pro certo pretio reportavit, de palatiis, domibus, Villis, aliiſque bonis allodialibus, quibus tamen omnibus unà cum feudo Dux tanquam contumax, & rebellis privatus fuit de anno 1514. per Leonem X. qui Datia, gabellas, & publicos redditus, aliaque bona antiquitùs per Civitatem poſſeſſa eidem Civitati ad beneplacitum poſſidenda, & adminiſtranda cum onerum ſupportatione conceſſit, & inter bona enunciantur Molendina, de quibus agitur, ſed de anno 1523. Dux præfatus ad omnia per Adrianum VI. reintegratus fuit.

De anno autem 1613. Franciſcus Maria jun. ultimus Dux, conventionem quamdam habuit cum Civitate ſuper refectione damnorum Cluſæ Molendinorum, quæ magna aquarum inundatio cauſaverat, ad formam dictæ conventionis initæ de anno 1503. inter dictum Joannem Sfortiam, & Civitatem, cujus conventionis vigore, Dux præfatus vectigalia, gabellas, & publicos redditus, aliaque bona Civitatis poſſidere profeſſus eſt; Ac demum de anno 1624. imminente feudi devolutione ob dicti Ducis decrepitam ætatem, ac futuræ prolis maſculinæ deſperationem, deventum eſt cum Camera Apoſtolica ad Concordiam, per quam inter cætera, conventum extitit, ad ipſius Ducis hæredem (qualis eſt Victoria M. Duciſſa Etruriæ ejus ex filio prædefuncto neptis) *ſpectare debere omnia bona, quæ probabuntur allodialia aliquam Iuriſdictionem annexam non habentia, coram deputandis per Sedem Apoſtolicam liquidanda. Exceptis tamen Molendinis factis cum licentia Dnorum, cum obligatione reſpondendi certam portionem, nec non Molendinis habentibus jus cogendi Vaſſallos ad acceſſum, quæ cum feudo devoluta cenſeantur.*

Facto demùm caſu devolutionis feudi per obitum Ducis de anno 1631. Camera accepit poſſeſſionem Civitatum, oppidorum, Caſtrorum, & bonorum ad illud pertinentium, & M. Duciſſa eam accepit bonorum allodialium in quadam liſta deſcriptorum, in qua aderant Molendina hujus Civitatis, qua prætendente illorum dominium, Camera ea ſequeſtravit, atque ſub hoc ſequeſtri titulo fructus ſpatio ferè annorum 24. percepit; Reaſſumpta verò in Tribunali Cameræ de anno 1657. diſputatione ſuper hujuſmodi Molendinorum qualitate, an ſcilicet eſſent de feudi pertinentiis, vel potiùs allodialia, & ſucceſſivè ſuper pertinentia, num ſcilicet poſita allodialitate, ſpectarent ad M. Duciſſam Feudatarii hæredem, vel potius ad Civitatem, quæ ſe aſſerebat illorum antiquam Dominam, In tres inſpectiones cauſa diviſa fuit, quarum prima erat ſuper verbis Concordiæ declarantis cum feudo devoluta illa Molendina, quæ aliquam Juriſdictionem haberent, vel jus cogendi ad acceſſum, an ſcilicet iſta Molendina eſſe dicerentur in uno iſtorum caſuum; Altera verò, quatenus Concordiæ verba Cameræ non ſuffragarentur, an eadem molendina cenſeri debeant feudalia, vel allodialia, & cuinam onus, unam, vel alteram qualitatem probandi incumberet; & tertia quatenus conſtaret de allodialitate, an ad feudatarii hæredem, vel ad Civitatem pertinerent.

Nihil enim referre, Ego & alii pro Camera Apoſtolica ſcribentes dicebamus, An hujuſmodi molendina eſſent de pertinentiis feudi, vel ne, quia cujuſcumque eſſent naturæ, ſuſſiciens debebat eſſe in caſu pacti, & conventionis, cum pacta licita ſervanda ſint, ac legibus derogent *lib. 1. & l. Iuriſgentium §. Prætor ait ff. de pactis* quod axioma, ſi verum eſt in omni materia, verius eſt in feudis *Natta conſil. 49. Afflict. deciſ. 265. num. 102.* & ideò cum dicatur 2

dicatur illa ſolùm bona hæredibus remanere, quæ ali-
3 quam non habeant annexam Juriſdictionem, atque in
ſpecie de Molendinis dicatur, devolvi ea, quæ habeant
ſervitutem juris cogendi, ſufficeret unum ex his veri-
ficari, cum etiam in pactis intret argumentum contra-
rio ſenſu *l. inter Socerum §. cum inter ff. de pactis dotal.*
Bald. conſ. 390. in fin. lib. 4. Barboſ. Axiomata cumulans loco
communi 27. à contrario ſenſu.

Utramque qualitatem concurrere dicebatur ex par-
4 te Cameræ, primò enim Jus angariæ, & perangariæ
cogendi Vaſſallos ad expurgationem, & manutentio-
nem Cluſæ, & Vallati eorumdem Molendinorum;
Angariæ ſiquidem, & perangariæ, non ſolùm ſunt de
fructibus Juriſdictionis, ſed aliquid plus important,
quia computantur inter regalia non niſi cum Princi-
pis conceſſione, vel immemorabili præſcriptione
competentia, *c. unic. quæ ſint regalia, ubi Iſernia, &*
cæteri feudiſtæ, de quibus Roſenthal, c. 5. concluſ. 70.
& 71. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 10 num. 329
& ſeqq. Bal. conſul. 409. num. 4. & 7. lib. 5. ubi
quod cogere ſubditos, ut accedant ad ſua Molendi-
na eſt actus juriſdictionis innominatæ, & quod jus
angariæ importet juriſdictionem *Larata theatr. feud.*
par. 12. delucid. 74. num. 1. & plenius infrà in Sa-
binen. Status Montis Libretti hoc eodem titulo, quid-
quid enim ſit, An ſint regalia de majoribus, vel mino-
ribus circa majorem, vel minorem difficultatem in
illis obtinendis, hoc unum certum dicebatur, in eis
aliquam Juriſdictionem annexam eſſe.

Adverſus hæc reſpondebatur per M. Duciſſæ Ad-
vocatos, Jus cogendi Vaſſallos ad ſerviendum, dici
5 angariam, & perangariam de regalibus, ubi eſt pæ-
nes Regem, vel Principem, non autem ubi ex pri-
vilegio, vel præſcriptione competit Baroni, qui ſit
Principe inferior ex traditione *Iſern. in c. unic. quæ ſint*
regalia verbo Angaria num. 52. in fin. Ann. in Conſt.
Conſtitutionem Divæ memoriæ n. 13. Frecc. de ſubfeud.
lib. 2. auctor. 13. num. 8. poſt med. Franch. dec. 56. num.
16. Rovit. dec. 72. num. 33. Hodie n. contr. 45. n. 26. & 28.
Maſtrill. d. c. 10. n. 355. Larata d. di ucid. 71. n. 2. Capic.
latr. conſ. 41. num 15. cum aliis in Romana. appaltus li-
gnorum ſub titulo de reg. ad materiam Vectigalium.

Replicabam eſſe nimis debilem reſponſionem, tum
quia Dux Urbini non erat ſimplex Baro Principe infe-
rior regalium regulariter incapax, prout ſunt Barones
Regnorum utriuſque Siciliæ, de quibus loquuntur
Iſernia, & ſequaces, ſed erat Feudatarius Dignitatis
cum Jure Principatus, & omnium regalium, ita ut ha-
beret omnia, quæ ſupremo Principi competunt, ut
in ſpecie Ducis Urbini, latè firmant *Iacobus de Leo-*
6 *nardis inter conſilia Alberti Bruni conſil. 117. Me-*
noch. conſ. 92. n. 32. Borell. de præſtantia Regis Catholicè
cap. 31. num. 30. & c. 48. num. 11. & generaliter Tuſch. lit.
B. concl. 28. n. 4. & ſeq.

Tùm clarius, quia non diſputabatur, an hæc pe-
rangaria exiſtens pænes Feudatarium, eſſet, vel nè de
regalibus, & an regalia conceſſa inferiori retineant
eorum naturam de qua in dicta *Romana appaltus lig-*
norum, ſed diſputatio erat, an aliquam Juriſdictio-
nalem prærogativam annexam habere dicantur, quod
eſt indubitatum, præſertim pænes Feudatarium, cui Ju-
riſdictio in univerſum conceſſa eſt, quia actus coactio-
nis per ſe ipſum, ejuſque Officiales non autem per
alios faciendus indubitanter importat Juriſdictionem
Bald. d. conſ. 409. lib. 5. quod ſufficit, ut verificen-
tur verba concordiæ, unde revera dicta reſponſio erat
parum congrua.

Aliam tamen ponderabam dari poſſe ſolidam reſ-
ponſionem, quæ per ſcribentes in facto potius, quàm
7 per Juriſtas pro M. Duciſſa inſinuabatur, quod ſcili-
cet Jus cogendi Vaſſallos ad Cluſæ, & Vallati ex-
purgationem, non proveniret ab aliquo jure vel
Juriſdictione ipſis Molendinis annexa, ita ut in
quemcumque illa tranſirent, tranſiret etiam dictum
Jus, ſed proveniebat à conventionibus habitis inter
Principem, & Civitatem ſuper dictorum Cluſæ, &
Vallati expurgatione, tanquam expenſa publica, con-
cernente publicam utilitatem, ne ſcilicet ob Cluſi, &
Vallati repletionem ſequantur inundationes Portui, &
Civitati præjudiciales, ac etiam ne hyberno tempore
ob eaſdem inundationes Molendinorum uſus impe-
diatur, undè populus famis incommoda ſentire poſ-
ſet, ideoque Princeps in hac parte dictum ſervitium
præcipere ſolitus fuit, potius tanquam Princeps pro
bono publico, quàm tanquam privatus Dominus Mo-
lendinorum, quibus ſi annexa eſſet hæc Juriſdictio, ſe-
queretur, quod etiamſi ad privatas manus tranſirent; ab
iſto tale jus eſſet exercibile quod de jure, & de facto
non remanebat juſtificatum, cum aliàs de Jure Domi-
nus, quamvis habens juriſdictionem cum mero, & mix-
to imperio non poſſit ceſſante ratione publicæ utili-
tatis, vel legitima conſuetudine, cogere ſubditos ne
accedant ad alia Molendina quàm ſua *Theſ. dec. 16.*
Grattan. diſcept. 564. num. 45. & 47. & habetur
actum in Cornetana Molendini, & in aliis ſub tit. de
ſervitutibus.

Concurrere dicebant etiam Camerales alteram qua-
litatem in Concordia expreſſam, Juris cogendi ad ac- 8
ceſſum ſtantibus ſtatutis, ac bannimentis prohibenti-
bus ſubditis, nè pro molendo frumento accedant ad
aliena molendina extra territorium, quod idem impor-
tare videtur, ac præceptum, ut accedant ad iſta, cum
enim molitura ſit actus ad humanæ vitæ uſum præcisè
neceſſarius, eo ipſo quod prohibetur ſubditis, nè ad
aliena Molendina accedant, virtualiter & implicitè
continetur præceptum affirmativum ſeu coactio, ut
ad iſta accedant, quia excluſo uno, de neceſſitate ſe-
quitur alterum, ut communis eſt ſenſus Doctorum de
iſtis Juribus prohibendi, & cogendi tractantium, ha-
bent enim ea pro ſinonimis, idem in effectu importan-
tibus, ut conſtat ex deductis per *Theſaur. dec. 16. Roſenth.*
de feud. c. 5. concluſ. 26. & 27. de Marin. reſol. 118. vol.
2. Capobl. & Rovit. ſuper pragm. 14. de Baron. cum
aliis in materia deductis ſub tit. de ſervitutibus
præſertim in Cornet. molendini & in Farfen. Mo-
lendini.

Replicabatur ex hoc jure cogendi non inferri ne-
ceſſariò ad feudalitatem, cum importare poſſit ſervitu- 9
tem à privato etiam in allodialibus præſcriptibilem.
Multo magis à Domino *ut per Balb. de præſcrip. p. 4.*
part 5 principalis q. 5. Capobl. de Baron pragm. 1. n. 205.
& ſeqq & tom. 2. c. 5. n. 1. ſed hæc reſponſio pariter
nullius ponderis credebatur, tum quia in ea quæſ-
tione, an Molendina intra fines feudi per feudatarium
poſſeſſa præſumantur feudalia, vel allodialia, reſolu-
tio ex communi ſententia reſultat ex iſta qualitate,
num ſcilicet ſint bannerata, vel nè, ſub quo bannera-
tionis termino feudiſtæ ſignificant dictum Jus co-
gendi, ſeu prohibendi ex bannimentis reſultans, quia
cum hoc Jus importet Juriſdictionem non niſi ex
Principis conceſſione reſultantem, niſi doceatur de
alio acquiſitionis titulo, præſumptio eſt, feudatarium
Molendina cum hoc jure habuiſſe ab eodem Principe,
à quo habuit juriſdictionem & feudum, *ut ex Bald.*
conſ. 409. lib. 5. per tot. & ſignanter n. 6. & 7. firmant
Henrigius de Molendin. q. 8. n. 76. q. 12. n. 110. 113. &
119. cum ſeqq. Natt. conſ. 506. n. 23. & 31. cum ſeqq.
Intrigliol. de feud. q. 43. n. 82. Seraph. dec. 874. n.
3. & cæteri. Tum etiam quia hæc inſpectio intra-
ret quoties ceſſante concordia, videndum eſſet in ſo-
lo puncto Juris, an Molendina haberent, vel ne feuda-
lem qualitatem, quod in præſenti non erat opus, ſtante
conventione clara ad juridicas quæſtiones dirimendas
habita, ut ea Molendina, quibus hoc jus competeret,
cenſeretur cum feudo devoluta, igitur ſufficiebat con-
ventam qualitatem juſtificari de facto, non curando,
an de jure eſſet apta ad imprimendam, vel ne feuda-
litatem.

Solidior

Solidior tamen reſponſio credebatur altera, ex qua pro veritate credebam non verificari caſum conventio-
10 nis conceptæ in caſu juris cogendi ad acceſſum, quia ſtatuta, & bannimenta id non diſponunt, ſed ſolùm prohibent egreſſum à territorio, qui non continet de neceſſitate acceſſum, cum pleraque alia ſupponerentur in territorio Molendina privatorum, ſive magna ſive parva, ideoque hujuſmodi prohibitio potiùs referenda erat ad Juridicam Principis proviſionem ex lege Juſtitiæ pro publico bono; Vel quia exiſtentibus in Territorio Molendinis ſufficientibus, ſpecies iniquitatis eſſet illis derelictis ad extra, remotiora, & incommodiora accedere, ideoque per Dominum, & Superiorem juxta unam opinionem quamvis non ubique admiſſam, prohiberi poteſt, ut latius habetur *in dictis Cornetana & Farfen. Molendini ſub tit. de ſervitutibus*, vel quia juſtè id Princeps, vel Superior mandet, ad fraudibus conſulendum, ne ſcilicet ſub hoc prætextu extrahantur victualia à Territorio, ac etiam ut pro bono annonæ regimine, ita commodius ſciat, atque experimentum faciat, quid pro Civitatis, & populi ſubſtentatione ſit neceſſarium, & hæc potuerunt eſſe motiva, ex quibus principaliter ſtatuta, & bannimenta emanaverint, licèt in conſequentiam Domini Molendinorum exindè major utilitas reſultet, quia non hoc, ſed illud eſt attendendum ex notis axiomatibus, unde in concordia, modicum, vel nullum fundamentum conſtitui poſſe in Advocatorum congreſſibus pro cauſæ directione ex parte Cameræ habitis dicebam,

Probabiliora verò eſſe credebam Jura Cameræ quàm M. Duciſſæ, vel Civitatis ex aliis circumſtantiis, quod ſcilicet ex Statutis, aliiſque urgentibus adminiculis, ſatis clarè conſtaret, hæc Molendina, illud præſertim nuncupatum (*delli Canonici*) fuiſſe antiquitus Civitatis, unde cum per feudatarii hæredem non doceretur de titulo privatæ acquiſitionis à Civitate, & econverſo conſtaret Civitatem cum univerſali diſpoſitione *totum ſuum habere*, omniaque bona, jura, & redditus aſſignaſſe, priùs Malateſtæ, deinde
11 Duci Valentinn, ac demum Duci Ruvereo, præſumptio eſt, poſſeſſionem referendam eſſe ad titulum legitimum, de quo apparet, non ad alium, de quo non conſtat, de illicita potiùs uſurpatione ſuſpectum, cum abſque certis ſolemnitatibus Civitatum bona ſint inalienabilia *ad tex. in l. 2. C. de acquiren. poſſ. ubi Bald. num. 1. & Bart. num. 2. Mantic. dec. 6. num. 6. Surd. conſ. 221. num. 46. & ſeqq. Buratt. & Adden. dec. 614 num. 8. & 12.*

Et huic præſumptioni accedebant alia plura adminicula, primo nempè, quod Molendina ſemper poſt Civitatem poſſeſſa fuerunt per Principes, vel illos, quibus eſſe conceſſit, *ut ponderatur apud Seraph. d. dec. 894. n. 3.* Secundo quia in Conventionibus initis in Concordia an. 1503. habetur, quod inter publicas impenſas computantur illæ expurgationis Cluſæ, & Vallari iſtorum Molendinorum, quod arguit illa eſſe Juris publici. Tertiò quia poſtquam Leo X. Ducem Franciſcum Mariam à Ducatus poſſeſſione ejecit, Civitas ſupplicavit, & obtinuit ad antiquam poſſeſſionem, & adminiſtrationem ſuorum bonorum ac redditium reſtitui & inter hæc bona connumerata fuerunt Molendina.

Neque obſtare videbatur replicatio; quod his etiam admiſſis, non indè inferri poterat ad feudalita-
12 tem, quodque Molendina eſſent de pertinentiis feudi, cui nunquam annexa fuerant, dum erant de dominio Civitatis habentis dominium allodiale à feudo diſtinctum, quia ex tenore conventionis, atque ex ipſa ſubjecta materia tam ratione vectigalium, mulctarum, & publicorum redditium, quam ratione publicorum onerum, ſatis liquidò conſtabat hujuſmodi aſſignationem, priùs Malateſtæ, deinde Jo. Sfortiæ, factam eſſe tanquam Domino, & Principi, adinſtar mulieris tradentis ejus bona viro in dotem, ut hic matrimonii onera ferat, quia Princeps dicitur Reipublicæ maritus, ideoque rectè iſta comparatio intrat Peregr. *de jure fiſci lib. 1. tit. 1. n. 8. in fin. & alibi Galeot. reſponſo Fiſcali 29. n. 68. Larata theatro Feud. par. 2. dilucid. n. 4. Et habetur actum in Spoletana gabella ſib tit. de Regalibus ad materiam Vectigalium*, atque ita noſtri dicunt omnia Impera- 13
toris, & Regum, vel Principum bona, & jura à Rebus publicis, & Civitatibus ac populis in eos tranſlata eſſe.

Comprobabant hoc evidenter, tum obſervantia facti, quæ declarat quid in inveſtitura comprehendatur *Intrigliol. de feud. q. 43. n. 111. Bellon. jun. conſil. 9. n. 18. Gratian. diſcept. 377. n. 19. Ciarlin. contr. 106. n. 85.* tùm etiam expreſſa confeſſio ultimi Ducis in Concordia inita cum Civitate de anno 1613. ubi explicitè fatetur, ſe tanquam dictæ Civitatis Principem ac Jo. Sfortiæ Succeſſorem poſſidere vectigalia, Jura, & bona Civitatis vigore dictæ aſſignationis factæ de an. 1503. confeſſio enim in his materiis attendenda eſt ex collectis per *Roſenthal. c. 6. concl. 68. n. 15. & in gloſ. lit. Q.* ac etiam quia ipſamet hæres agnovit vectigalia, Collectas, mulctas, compoſitiones, & alia Jura per Civitatem ceſſa, devoluta eſſe cum feudo, quia verè erat res incontrovertibilis.

Quo poſito inferri dicebam ad feudalem qualitatem, reſultantem ab Inveſtitura per Julium Secundum conceſſa Franciſco Mariæ, quia conceduntur
in feudum non ſolum Civitas, ejuſque membra, & per- 14
tinentiæ, ſed omnia bona, & jura, quæ prædeceſſores, ac præſertim Sfortiades Jure Dominicali, & ratione Principatus poſſederunt, ut in puncto bonorum, & Jurium allodialium, quæ penes prædeceſſorem Feudatarium exiſtentia, in ſecunda Inveſtitura conceſſa ſunt in feudum, *Rovit. conſ. 101. n. 24. & ſeqq. vol 2. Bellon. jun. conſil. 44. n. 42. Et per totum conſilii contextum*, maximè quia etiam de jure prætendi poterat, acquiſitiones factas per Feudatarium, tanquam talem, & occaſione feudi, & Principatus, dici poſſe feudi acceſſiones, ejus naturam aſſumentes ex deductis *in Meſſanen. Caſtrorum hoc tit.*

Atque ex iſta ratione ſequebatur excluſio etiam Civitatis, quia bona per eam Principi, tanquam Prin
cipi & Jure Principatus aſſignata, dicuntur irrevoca- 15
biliter Principatui incorporata, & ad ſucceſſores in dominio ſpectantia, eodem modo quo bona, & jura per Rempublicam; & Populum Romanum in Imperatorem ſemel tranſlata, perpetuò tranſierunt cum Imperio, quod etiam comprobat obſervantia, quia Datia, Vectigalia, mulctæ, Compoſitiones, molituræ, & alia remanſerunt, & remanent penes Cameram indubitanter, neque Civitas unquam contrariam habuit prætenſionem.

In contrarium pro allodialitate Molendinorum penes Sfortiades, & ſucceſſivè pro privata acquiſitione per Ducem Franciſcum Mariam à Sfortiadum hæredibus ſub generali ceſſione domorum, prædiorum, & bonorum allodialium, ex parte M. Duciſſæ ponderabantur plures actus, ex quibus liquet, Jo. Sfortiam iſta Molendina obligaſſe, ſeu aliàs de eis diſpoſuiſſe, & præſertim ſuper uno iſtorum aſſignaſſe Galeatio quemdam redditum, nec non Joannis Uxorem, & filiam, ſuper eiſdem pro dotibus immiſſionem, ac aſſignationem reſpectivè habuiſſe; ſed omnes iſti actus, tanquam æquivoci æquipollere non poſſe videbantur urgentibus adminiculis in contrarium facientibus; Si enim Joan. Sfortia omnium bonorum Civitatis aſſignationem habuerat cum libera facultate ſuo libito diſponendi, dummodo ferret onera, utique nulla ſuberat ratio, cur durante ſuo jure, quod longo tempore in Succeſſoribus durare debere ſperabat, hujuſmodi aſſignationes facere non potuerit, idque evidenter

Digitized by Google

comprobabat obſervantia ejuſdem Ducis Franciſci Mariæ, qui de anno 1525. reintegratus per Adrianum ſextum quamdam iniit concordiam cum Iſabella Joan. Sfortiæ filia, cui pro ſatisfactione, & cautela aſſignavit, & obligavit Datium gratiæ, quod abſque dubio erat Jurisſpublici, & per Civitatem aſſignatum iurer publica bona, tanquam Principi, & Jure Principatus; igitur actus prædicti ſunt æquivoci, nihil concludendes.

Alicujus non levis ponderis adminiculum, per quod ego & cæteri ſcribentes pro Camera torquebamur, reſultare dignoſcebatur ex eodem Concordiæ ſeu aſſignationis Inſtrumento inito inter Civitatem & Joan. Sfortiam de anno. 1503. non quidem ex quadam enunciativa, quod ſcilicet ad alium effectum incidenter enunciarentur *Molendina ipſius Domini* quaſi quod illud verbum (*ipſius*) in Genitivo prolatum importet dominium *Pastell. expedit. 47. n. 57.* & in quo motivo maximum conſtituebatur fundamentum) leviſſimum argumentum credebatur, dum enunciativa non refertur ad perſonam Joannis, uti Joannis jure privato, ſed uti Domini, & ſic ad qualitatem dominicalem, & Principatus) ſed quia in eodem Inſtrumento fit peræquatio, ſeu bilancium omnium redditum, & onerum diſtinctè enumeratorum, atque comperto onera excedere redditus in certa quantitate, convenitur, pro ſupplemento, & peræquatione imponi debere collectam, & tamen nulla habetur ratio Molendinorum notabilis redditus, de quibus jam partes in eodem Inſtrumento cum dicta enunciativa mentionem habuerunt, ſignum clarum, quod alio jure, & titulo per Joannem poſſiderentur, & hoc erat validius argumentum, quod pro allodialitate, ac Feudatarii hærede urgeret.

Reſpondebam tamen pro parte Cameræ, Rempublicam ac Civitates & populos, ex duplici cauſa eorum bona & Jura in Principes tranſtuliſſe, una ſcilicet merè correſpectiva ad accollationem onerum eidem Reipublicæ incumbentium per viam Juſtitiæ commutativæ, & contractus merè correſpectivi, ſeu jure adminiſtrationis, altera verò protectionis, ſive gratitudinis, & convenientiæ, ut Principi ultra onerum ſupportationem, aliquid remaneat, cum quo Principatus decorem ſubſtentare poſſet, ac Subditis benemerentibus benefacere, actum enim aliàs eſſet de Principibus, eorumque infelix eſſet conditio, ſi aliud non haberent, niſi illud quod præciſè in publicorum onerum neceſſariam ſupportationem ſunt erogaturi, periculoſa enim res eſt in imperante tenuitas *Roland. conſ. 1. n. 66. lib. 2. ubi n. 64. & ſeq. refert cauſas hujuſmodi aſſignationis bonorum Principis, Buboſ. in l. competit n. 22. de præſcript.* ideoque dictus contractus initus de anno 1503. juxta primam ſpeciem non excludit præcedentem eorumdem Molendinorum conceſſionem, ſibi à Civitate factam, ſed tanquam Principi & Domino in alteram cauſam, ſive ob alia onera, de quibus tanquam jam accollatis non fuit opus aliam habere mentionem, ita ut argumentum non concluderet, præſertim tot aliis in contrarium urgentibus; Ac etiam quia ex non facto, vel non dicto, non poteſt deduci concludens præſumptio, ut benè ex Imola & aliis *Menoch. conſ. 395. n. 80. & ſeqq.*

Sive adaptari poſſe dicebam Magiſtralem diſtinctionem *Bald. in cap. 1. de Capitaneo qui Cur. vendidit. num. 4. verſ. Ego idem in Molendinis, &c.* quod ſcilicet, aut Molendina pertinent ad Civitatem jure publico, & Jurisdictionali, & tunc ſi Civitas ſe dedit Principi, in eum tranſeunt Molendina, aut pertinent ad eandem jure privato, & [illegible] eam, quam diſtinctionem refert, & ſequitur *Surd. conſ. [illegible] n. 48.* ideoque dici poſſe videbatur ex forma Statutorum, iſta Molendina ſpectantia ad Civitatem jure publico, tranſlata Civitate ad Principem, tranſiiſſe ante dictam aliorum bonorum aſſignationem, ſed tanquam ad Dominum, & Principem.

Magnum denùm, ac fortè totum pro parte hæredis Feudatarii conſtituebatur fundamentum, cui aliqui ex Dominis ſatis inhærebant, deductum ex centenaria poſſeſſione, cujus vigore quemcumque titulum 18
de mundo meliorem allegari poſſe inſiſtebatur, ad quod probandum in ſpecie deducebantur *Menoch. conſ. 1023. num. 3. & 4. Merlin. dec. 582. num. 4.* Sed mihi hoc motivum videbatur leve, ac potius aliud proximè ſupra inſinuatum aliquam faciebat impreſſionem, tum quia Ruverei non poterant confugere ad præſcriptionem dùm deduxerant titulum acquiſitionis à Sfortiis *adnot. per Innoc. & alios in c. dudum de Decimis*, & Sfortia dum poſſeſſio non excedebat annos 70. dum eorum initium deducitur de anno 1547. Tum etiam quia tunc per immemorabilem, vel centenariam poſſeſſionem, allegari poteſt allodialitas, atque ſi quæ aderat feudalitas præſcribi, quando conſtat Feudatarium bona poſſediſſe, tanquam libera, & allo- 19
dialia jure privato excluſivè ad qualitatem feudalem, ſeu titulum feudi, & in his terminis loquuntur allegati, ac cæteri, apud *Bellon. jun. conſ. 44. num. 67. & ſeqq. Intrigliol. de feud. quæſt. 39. num. 49. & ſeq. Craveit. de antiqu. temp. p. 4. verbo abſolutis differentiis n. m. 19. ubi plures caſus diſtinguit.* ſecus verò ubi ſola poſſeſſio ſimpliciter accedit, nullo expreſſo titulo vel jure, ex quo illa ſequuta ſit quia cum referri valeat ad cauſam feudi, atque ad titulum dominii, & Principatus, remanet æquivoca *Gambard. dec. 50. num. 7. Lacata in matr. feud. par. 8. dilucid. 25. num. 9. & ſeq.* ideoque nihil relevat *Ruin. conſ. 104. num. 15. circa fin. & 16. vol. 5. Merlin. d. 288. n. 1. & 5. Rot. in Beneventana Iuriſdictionis 13. Maij 1652. & 27. Ianuarii 1653. Zacata, quarum ſecunda eſt dec. 304. par. 11. recent.*

Ac aliàs ſequerentur, quod maritus, qui longiſſimo tempore poſſidet bona, quæ conſtat ante matrimonium fuiſſe uxoris, poſſet ex temporis beneficio allegare præſcriptionem, quod utique abſurdum, niſi certitudinaliter conſtet poſſediſſe jure proprio, & tanquam bona ſua privativè ad uxorem; eſſet enim dare præſumptionem præſumptionis, præſumendo nempè titulum, ac poſſeſſionem in allodium; Ideoque cum feuda ad univerſam lineam, & deſcendentiam concedi ſolita, durare ſoleant penès unum Feudatarium per plura ſæcula, poſſet ſub hoc clypeo Feudatarius in caſu devolutionis, excepto ipſo Caſtro continente hominum habitationem, ac Juriſdictionem, omnes alios feudi redditus ita dicere ſuos, quod eſt omninò vanum.

Quia poſſeſſio mille annorum in Feudatario nil operatur, dum ſuperveniente contraria ratione, uſus ille extinguitur, ut benè *Bald. in §. Si quis, Deminzo de controv. inveſt. num. 12. fol. 17. & c. 1. de Inveſt. de re aliena. Roſe. tabal. c. 6. concl. 82. ubi cæteri, Bellon. jun. conſ. 44. num. 67. & 68.* quodque conſtare debeat ex poſſediſſe tanquam allodialia per actus univocos allodio, & non feudo convenientes, conſtat ex deductis per *Surd. conſ. 311. num. 11. & 12. ubi de allodialitatis præſumptione reſultante ex pluribus alienationibus factis in liberum allodium.*

Propoſita cauſa non fuit reſoluta, quia reputata dubia, & Judices ſatis inclinabant ad favorem Civitatis, ſed parum benè ſentiebant de Juribus Cameræ, & 20
poſtmodum abſque alia diſputatione ſopita per concordiam; qua mediante relaxati fuerunt ad Cameræ beneficium fructus decurſi ſatis notabilem quantitatem importantes, molendina verò relaxata ad beneficium M. Ducis cum onere ſolvendi annua ſcuta mille circiter Civitati, quæ libenter majoribus ejus Juribus ceſſit ob ſatis benevolam memoriam, quam conſervat erga Sanguinem Ducum, undè non omninò maturum, ac determinatum judicium ſuper veritate efformari potuit.

Pariter

Digitized by Google

† PAriter iſta cauſa, alium non habuit diſputationis progreſſum, ob eamdem rationem inſinuatam in annotatione præcedenti, quod per concordiam ſopita fuit; Cumque in eadem præcedenti annotatione actum ſit de articulo, ſuper quo, circa ea quæ juris ſunt, diſputatio circumſcrebatur, an ſcilicet hæc molendina præſumerentur poſſeſſa jure feudi, vel jure privato; Idcircò ſuperfluum eſt repetere; Alter enim punctus ſuper dominio Communitatis, quæ jure adminiſtrationis dicebat, iſta molendina propria commendaſſe feudatario tanquam illius Reipublicæ marito & majori adminiſtratori, conſiſtebat potius in facto, quàm in jure.

Cumque circa prædictum juris articulum inſpecta bonorum materialitate, regula aſſiſteret hæredi feudatarij, ex eo quod ageretur de opere manufacto, habente hominis induſtriam, ſeu miniſterium; E converſo autem formale adjectum juris prohibendi vaſallis, ne accederent ad aliena molendina extra territorium, & de conſequenti cogendi, ut accederent ad iſta, regula aſſiſteret Domino, ut ratione hujus circumſtan-
1 tiæ dicenda eſſent de membris feudi, juxta diſtinctionem, quam in ſpecie molendinorum inter bannerata, & non bannerata communiter tradunt feudiſtæ relati *in diſcurſu* & alii collecti *per modernum juvenem Agetam in compend feuda'i rubr. 4. dict. 4. verb. molendina fol.* 190. Potiſſimè verò dum iſta circumſtantia non ſolùm præ ſe fert ſimplicem juriſdictionem baronalem, quæ congruit cuilibet Baroni, vel Domicello, ſive alieni communitati ſubditæ, ſed importat jus regale ex iis, quæ in ſpecie molendinorum habentur *ſub tit. de regal diſc.* 144. *&* 145. Et per con-
2 ſequens clariùs reſultaret excluſio juris privati, quoties cum immemorabili, vel centenaria benè probata, & abſque initio vitioſo probata non eſſet ſervitus etiam in privato verificabilis.

Hinc ut in eodem diſcurſu inſinuatur, ſcribentes pro hærede allodiali feudatarii defuncti, in duobus potiſſimum inſiſtebant; Primò nempè in concluſione, quod jura regalia eorum retinent naturam penes Principem, non autem penes privatos, penes quos immutata natura fiunt juris privati; Et ſecundò in poſſeſſione centenaria, cujus vigore allegari poteſt privilegium, & quicumque alius titulus de mundo melior, & per conſequens ita jura regalia remanent compatibilia cum privato dominio.

Non improbando autem ex aliis facti circumſtantiis, ac etiam ex aliquibus prudentialibus motivis concordiam, adeout cauſa digna videatur illa quiete, quam ita recipit; Quatenus pertinet ad ea, quæ juris ſunt, ſuper dictis duobus articulis, denuò ad illa reflectendo, perſiſtendum mihi videtur in eodem ſenſu tunc habito, quod ſcilicet neutrum ad rem faceret.

Non quidem primum, quoniam dicta concluſio, quod jura regalia poſſeſſa per privatum deſinunt eſſe re-
3 galia, atque amittunt ſuam priorem naturam ſeu prærogativam, procedit, quando à perſona merè privata poſſideantur ex merè privatis titulis, de quibus conſtent, ad effectum ne ipſe privatus in eis habeat, ac exercere poſſit illas juriſdictiones & præeminentias, quæ competunt Principi obtinenti regalia jure ſuo, & in ratione principatus; Ut (ex. gr.) juxta modernam frequentem praxim, verificatur in illis privatis, qui eo titulo emptionis, vel alterius conceſſionis, poſſident loca montium, & officia venialia, etiam tranſmiſſibilia, ſive redditus, & proventus gabellarum, aliorumque vectigalium, & arrendamentorum, ſeu jurium Principis, quoniam iſta dicuntur de regalibus quoad habitum, ſive quoad jus illa indicendi, & percipiendi jure ſuo; In privatis autem transferri dicitur potius eorum commoditas ſive effectus, quamvis habituale juxta diſtinctiones deductas *ſub. tit. de reg. diſc.* 81. ubi de iſta concluſione magis ex profeſſo agitur, non autem ubi poſſeſſio referri poſſit ad titulum publicum Principatus; ſive ubi privatus contra Principem, vel Rempublicam, prætenderet hujuſmodi jurium regalium acquiſitionem, reſultantem à diuturna poſſeſſione, quoniam ita eſſet petere principium, atque facere quod regalia aſſumerent naturam bonorum privatorum directè contra Principem vel Rempublicam, cujus favore hanc ſpecialem naturam, ſeu prærogativam habent, quo nil abſurdiùs.

Hæc autem omnia verificabantur in iſta facti ſpecie; tum quia erat allegare contra Principem jus privatum pro acquiſitione, & competentia regaliæ, tum clarius dum non agebatur de merè privato poſſeſſore, ſed de illo, qui durante feudo regale dignitatis, ſecum ferente jura regalia etiam majora ratione ſupremi principatus, qui ita magis congruè iſtud jus poſſedit, ac exercuit.

Unde propterea in omnibus fori controverſiis, ſemper edocemur idem, quod in præcecedentibus anno-
tationibus, & alibi frequenter inſinuatum eſt, quod 4
ſcilicet in hac legali forenſi, ſeu practica facultate, hodie vis non conſiſtit in concluſionibus juris, earumque comprobatione; cum pene omnes videantur jam ſopitæ, ſed totum conſiſtit in earum regulatione vel applicatione pro circumſtantiis facti.

Ex hac verò ultima conſideratione, de plano reſultare dicebam fallaciam alterius aſſumpti ſuper virtute
vel operatione immemorabilis vel centenariæ ex iis, 5
quæ generaliter de una vel altera ſuper hac facultate allegandi privilegium, vel quemcumque alium titulum de mundo meliorem, quoties non conſtet de initio vitioſo ita exhibito per poſſeſſorem, ut ad illum reſtricta dicatur ejus poſſeſſio, cum excluſione alterius tituli, habentur ſub *tit. de regal. diſc.* 47. *& ſub tit. de alienat. & contract. prohibit. diſc.* 3. *& ſub tit. de judic. diſc.* 21. *& infra hoc eod. tit. diſc.* 133. *& alibi plures* ubi ſcilicet jura regalia, ſeu aliàs impræſcriptibilia poſſideantur à perſona merè privata, quæ materialiter & formaliter verè diſtincta ſit ab altera perſona publica, cui eadem jura regalia competunt, cùm tunc intrent duo extrema, præſcribentur, & alterius contra quem præſcribatur; Ac etiam intrat altera ratio inveriſimilis patientiæ vel tolerantiæ Principis, ejuſque officialium, quod privatus tamdiu jura regalia, & publica poſſideret, & exerceret, juxta plures caſus, de quibus in ſua materia *ſub d. tit. de reg.* ſecùs autem, ubi in eadem perſona materiali poſſeſſoris uniantur duæ perſonæ formales compatibiles; Una ſcilicet Principis vel feudatarii, & altera propria ſeu privata, quoniam licet iſtæ perſonæ pro diverſitate reſpectuum ſint formaliter diſtinctæ, atque in eis rectè dari poſſint actus incompatibiles; Attamen ad hunc effectum præſcriptionis, vel facultatis allegandi quemcumque titulum meliorem, iſte concurſus diverſarum perſonarum formalium, in eadem perſona materiali, impedit verificationem extremi, ſeu requiſiti neceſſarii poſſeſſionis, quæ ita remanet æquivoca, atque referibilis potius ad titulum proprium, & connaturalem principatus ſub juris aſſiſtentia, quàm ad alterum privatum accidentalem, & improprium, cum juris reſiſtentia.

Aliàs etenim ultra exemplum in diſcurſu deductum,
viri per longiſſimum tempus poſſidentis bona dotalia, 6
& extra dotalia mulieris, adduci poſſent exempla plurium Epiſcoporum, qui ex reſignatione, de eadem domo, ſeu de eodem genere continuaſſent per centum annos, & ultra in poſſeſſione alicujus Eccleſiæ Cathedralis vel Metropolitanæ, quod ita eorum hæredes contra Epiſcopum ſucceſſorem diverſi generis allegare poſſent præſcriptionem, vel alium titulum in jure decimandi, aliiſque juribus ſpiritualibus; ſive quod omnes Barones & feudatarij, qui de patre in filium, vel de uno in alium ejuſdem generis & agnationis, per plura ſæcula feudum poſſederunt, allegare poſſent præſcriptionem, vel titulum meliorem in omnibus juribus bonis, vel juriſdictionibus feudi,

quo

quo nil ab ſurdius; In idem conferentibus iis, quæ habentur infrà *diſc.* 3. ſuper æqnivoca poſſeſſione agnatorum unius lineæ contra agnatos alterius lineæ, cum ſimilibus.

FIRMANA FEUDORUM
Pro DUCE CESARINO,
Cum CAMERA APOSTOLICA.

Caſus diſputatus in Congregatione Camerali cum adjunctis, & tacite pro Duce deciſus cum ſilentio.

De Conſtitutione Pii IV. revocatoria infeudationum, ac de Conſtititutione Gregorij IX. prohibente infeudationes ſine aſſenſu Cardinalium, quomodo procedant.

Infeudatio quando dicatur gratuita, & ex gratia, & quando ex cauſa oneroſa, & correſpectiva.

De Bulla Pij V. de non infeudandis, An capiat conceſſiones præcedentes, effectum ſortituras poſtquam dicta Bulla emanavit.

Prorogatio antiquæ Inveſtituræ, An ſit nova conceſſio, & diverſa, & an faciat feudum novum.

Conceſſio facta habenti feudum, vel officium ad certum tempus, an duret pro tempore protogato.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De Conſtitutione Sexta Greger. IX. prohibente fieri infeudationes abſque aſſenſu Cardinalium.*
3 *Papa, vel Princeps poteſt fingere, ut habeatur pro facto, id quod erat faciendum.*
4 *In electivis, an ſucceſſor teneatur ſtare facto prædeceſſoris, & an Princeps, vel Prælatus poſſit ſupplantare ſucceſſorem concedendo bona poſt ejus mortem recaſura.*
5 *De Conſtitutione* 104. *Pij IV. revocatoria infeudationum, & conceſſionum, an fuerit uſquam executa.*
6 *Conſtitutiones Pontificiæ non indigent ad validitatem populi acceptatione vel uſu, & in hoc differunt à legibus aliorum Principum, atque adverſùs eas datur de non uſu.*
7 *Quod declaratur.*
8 *Revocatio conceſſionum, & privilegiorum intelligitur de conceſſis ex cauſa lucrativa, non autem oneroſa.*
9 *Princeps non poteſt revocare conceſſiones ex cauſa oneroſa.*
10 *Ad inſpiciendum, an conceſſio ſit oneroſa, & correſpectiva vel gratioſa, non attenduntur verba, ſed attenditur rei veritas & ſubſtantia.*
11 *Ut dicatur conceſſio oneroſa, ſufficit, quod onus excedat medietatem valoris rei conceſſæ.*
12 *Caſtra, & bona Iuriſdictionalia in Statu Eccleſiaſtico æſtimantur ad duo cum dimidio pro centenario, ita ut valeant duplo plus quàm allodialia, & privata.*
13 *Merita probantur ex Principis aſſertione.*
14 *In Conceſſione remuneratoria per Principem facta, an valor meritorum debeat correſpondere rei conceſſæ, ut dicatur oneroſa, & de differentia inter Principem, & privatos.*
15 *An inter Principem, & Subditum dentur merita de condigno præmium poſtulantia.*
16 *Declaratur quando, & quomodo intelligatur, quod Caſtra, & Iuriſdictionalia æſtimantur duplo plus, quàm allodialia, & num. 18.*
17 *Rerum pretia variantur à ſtatu rerum, & caſu belli, vel pacis.*
19 *Conceſſio futuræ ſpei remota, & eventualis quomodo æſtimanda.*
20 *Dignitates, ſeu tituli conceduntur gratis, & non veniunt in æſtimatione.*
21 *Nova conceſſio alterans primam, dicitur illam corrumpere, ita ut iſta habeatur, tanquam ſi ex integro, & quando id procedat.*
21 *Reſolutio Cauſæ.*
23 *Conceſſio facta per Communitatem Domino, ſeu Feudatario, an ſubſiſtat pro tempore dominii poſteà prorogati, vel alterati.*
24 *Prorogatio facta durante primo tempore non importat actum novum, ſed dicitur idem, ſecus ſi finito primo tempore.*
25 *Sicut ceſſante cauſa, ceſſat effectus, ita durante cauſa durat effectus.*
26 *Dignitatis, vel dominii alteratio non immutat ſubſtantiam, & competentia Priori, competunt etiam ſi Prior fiat Epiſcopus, prout competentia Vicario competunt, ſi fiat Comes.*

† 1 *De Conſtitutione Simmachi, & de poteſtate Papæ.*
2 *De Bulla Pij V. de non infeudando.*
3 *De inveſtitura abuſiva, ſeu præventiva de feudo pleno.*
4 *De prorogatione conceſſionis.*
5 *De poteſtate Principis tollendi jus tertij, & revocandi conceſſiones, & de voluntate.*
6 *Merita an probentur per aſſertionem.*
7 *De æſtimatione feudi, & bonorum iuriſdictionalium.*

DISC. IV.

JUlius III. de anno 1551. intuitu meritorum Juliani Ceſarini, Suorumque Majorum erga Sedem Apoſtolicam, ei conceſſit Oppidum Civitæ Novæ in gubernium independens à Legatione, ſeu Gubernio Provinciæ Marchiæ ad beneplacitum, & poſt aliquos menſes ejuſdem anni, ſtantibus imminentibus Sedis Apoſtolicæ neceſſitatibus, præfato Juliano idem oppidum conceſſit ad tertiam generationem, ſeu nominationem, ejus perſona non computata, ſub Cenſu unius libræ ceræ albæ in feſto Divi Petri ſtante ſolutione ſcut. 14. m. Verùm quia compertum poſteà fuit, fructus, redditus, & emolumenta quæcumque non excedere annua ſcut. 300. incongrua dictæ ſummæ ſcut. 14. m. idcircò idem Pontifex, ſub eadem conceſſione comprehendi etiam voluit Caſtrum Montis Cauſarii, cujus fructus annua ſcut. 200. non excedebant. 1

Cum autem idem Julianus ſub Pontificatu Pij IV. eſſet creditor Cameræ Apoſtolicæ in ſcutis 13523. quos tunc ob urgentes neceſſitates Camera ſolvere non poterat, & Julianus ſe obtuliſſet, nedum dilationem concedere, ſed etiam Sedis Apoſtolicæ indigentiis conſulere cum aliarum pecuniarum ingentis quantitatis mutatione; Volens proinde Pontifex adeo benemerenti, & grato ſubdito gratificari, de anno 1560. ſupraſcriptam Julii conceſſionem ad tertiam generationem, effecit perpetuam ad favorem omnium Juliani deſcendentium maſculorum, & fæminarum, etiam illegitimorum, cum titulo Marchionatus, moderata tamen in parte facultate nominandi, atque pro potiori cautela dictum Oppidum, & Caſtrum Juliano, & deſcendentibus denuò conceſſit, ſtante locutione ſcut. 4667. prædictæ extenſionis intuitu.

Defuncto autem Petro Ceſarino ultimo de dicta tertia generatione, prætendere cœpit Camera terminationem primæ conceſſionis Julii, non obſtante ſecunda conceſſione Pii, cujus vigore Dux Ceſarinus hodiernus Juliani deſcendens in quarta generatione conſtitutus dicta loca obtinet, unde introducta cauſa in Congregatione Camerali.

Pro parte Cameræ eique adhærentium dicebatur, dictam Pii conceſſionem, vel eſſe nullam ob non ſervatam formam præſcriptam à Conſtitutione ſexta Gregorii IX. & à Concilio Conſtantienſi ſub fine Carolinæ 5. Cæterum, de quo latiùs *Urbevetana feudi diſcurſu ſequenti*, per quam diſponitur cum Decreto irritanti, hujuſmodi conceſſiones abſque Cardinalium conſilio, & aſſen- 2

Digitized by Google

ſu fieri non poſſe; Vel cenſeri Invalidam, tanquam collatam in tempus terminantium generationum, quando erat impoſſibile, ipſum Pontificem vivere, unde erat futura conceſſio in ſupplantationem ſucceſſoris; Vel eſſe revocatam per ejuſdem Pii IV. revocatoriam generalem omnium conceſſionum editam de anno 1565. in ejus Conſtitutione 104. vel demum cadere ſub Conſtitutione 35. Pii V. de non infeudandis.

Pro parte verò Ducis, Ego, & alii pro eo ſcribentes, dicebamus nullum ex his objectis habere ſubſiſtentiam; Quatenus enim pertinet ad primum, quamvis Gregorius IX. dicta ejus Conſtitutione ſexta innovando Conſtitutionem Simmachi *in c. non liceat Papa 12. q. 2* ità ſtatuerit, dictoque decreto adhæſerit Concilium Conſtantienſe, attamen hæc omnia, non uſu, vel contrario abolita videntur, ſaltem de facto, ſtantibus ampliſſimis derogationibus per Pontifices in hujuſmodi Conceſſionibus opponi ſolitis, præſertim in iſta, quam Pius obtinere voluit vim validi, & efficacis Contractus, & ſuffragari, ac ſi conſiſtorialiter, & de ipſorum Cardinalium conſenſu in pleno ſecreto Conſiſtorio emanaſſet, non obſtantibus Simmachi, Pauli II. & quibuſcumque aliis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & Conciliis generalibus ſimiles conceſſiones prohibentibus.

Poteſt enim Papa, cum ſit lex animata, ad actus validitatem fingere factum fuiſſe id quod erat facien-
3 dum, *adnot. in c. 1. de transact. Butr. conſ. 2. n. 4. Pariſ. conſ. 14 n. 8 & 93. n. 17. & 18. vol. 4.* unde in pluribus conſimilibus controverſiis meo tempore agitatis, quamvis doctiſſimus Cameræ, & Fiſci Advocatus perpetuò hoc motivum Conſtitutionis Greg. IX. inculcaverit, ſemper tamen ſcio in Camera de illo non fuiſſe habitam rationem.

Quo verò ad ſecundum de conceſſione collata in
4 tempus ſucceſſionis non ſupplantandi in electivis, *adnot. per feudiſtas in cap. 1. Qui ſucceſſores feudum dare tenentur*; ſatis facilis judicata fuit reſponſio, tùm quia conceſſio non erat de futuro, ſed de præſenti, ut infra ad quartum objectum Conſtitutionis Pii V. tùm etiam quia licèt aliqui voluerint, ut ea quæ de Prælatis, & aliis per electionem ſuccedentibus diſponuntur, procedant etiam in Papa, ut præſertim volunt collecti per *Roſenthal. de feud. c. 6 concl. 6 & concl. 17 n. 1. & aliis*, hæc tamen opinio ex profeſſo reprobata fuit per *Rotam dec 664. n 13 p. 2. recentiorum* ubi habentur auctoritates & rationes, ſæpius canonizata, *licet Fagnan. in c. ex parte n. 36. de feud. contradicat*, Unde licèt quidam Cameræ adhærentes, propriæ Patriæ libertatem affectantes, valdè in hoc inſiſterent, Doctiſſimi tamen Camerales hoc motivum frigidè deducebant.

Ad tertium verò objectum, deductum ex Conſtitutione 104. ejuſdem Pii IV. omnium infeudationum, & con-
5 ceſſionum revocatoria, dicebatur, primo dictam Conſtitutionem alioquin claram, non reperiri unquam executioni demandatam, quia ſpatio ferè annorum centum, non datur caſus, in quo practicata ſit, quod ſcilicet ex hac ſola cauſa, feuda jam conceſſa ad Cameram reverſa fuerint, unde pariter in pluribus conſimilibus controverſiis meo tempore habitis, licèt ſciam hujuſmodi Conſtitutionem perpetuò per Camerales deductam eſſe, nunquam tamen vidi admiſſam.

Licèt enim Apoſtolicæ Conſtitutiones in hoc ab aliorum Principum legibus differant, quod illæ ro-
6 bur accipiunt à ſubditorum uſu, & acceptatione, illæ autem ſecus, ex ea differentiæ ratione, quod alii Principes poteſtatem habent à populo, Pontifex autem habet immediatè à Deo, ut occaſione Bullæ Pii de Cenſibus habetur *in tit. de Cenſibus & ſæpius ſub aliis materiis*, atquè contrarius uſus in Apoſtolicis Conſtitutionibus non attendatur, ob decretum irritans in eis contentum, quod quemcumque contrarium actum inficit. *Cavaler decis. 85. 91. & 423. dec. 20. n 24. p. 9. rec. dec. 35. n. 10. p. 11.* & in aliis frequenter, attamen, id procedit, ubi legis inefficacia allegaretur ex non acceptatione, vel non uſu, ſeu contrario uſu ſubditorum ſecus ubi idem Papa ejuſque Officiales longiſſimo tempore non curarunt legis uſum, & praxim atque videntes contrarium ſervari, tolerarunt, ſeu non providerunt, quia tunc videntur ab ea lege, tacitè, & de facto receſſiſſe, ſeu eam abrogaſſe, ut optime ita diſtin- 7
guendo firmat *Rot. dec. 194. n. 15. & ſeqq. p. 4. recent. tom. 2. & dec. 361 poſt. 2. vol. conſil. Farin. n. 4. & 5. licet Fagnan. in c. ſi quis n. 70. de foro compet. velit quod non ſufficiat tacitus, ſed omnino requiratur expreſſus conſenſus Papæ, cujus tamen contrarium docet praxis*, quia multas habemus Conſtitutiones, & proviſiones Apoſtolicas, quæ Papa ſciente, & tacitè approbante non ſervantur, ac receſſerunt ab Aula.

Sed ubi etiam prædicta Conſtitutio eſſet in viridi obſervantia, dicebam adhuc præſenti conceſſioni non obſtare, quia expreſsè loquitur *de Conceſſionibus ex cauſa gratioſa, & lucrativa, ſine aliqua, vel ſal- 8
tem minimè correſpectiva, & non competenti recompenſa, ſive neceſſitate, aut utilitate non exigente*, ut in his præciſis verbis, ibi diſponitur, ac etiam in dubio ità de jure diſpoſitum intelligitur, ex regula, quod in generali Privilegiorum & Conceſſionum revocatione, non veniunt illæ ex cauſa onerosa *Decian. conſ. 35. n. 61. vol. 2. Rolan. conſ. 13. n. 28. lib. 3. Gabr. conſ. 195. n. 2. lib. 1. Seraphin. dec. 499. in fin. Ottobon. dec. 229. n. fin.* atque frequentiſſimum habemus in generali revocatione conceſſionum Juriſpatr. contenta in *Sac. Conc. Trid. Seſſ. 25. de Reform. c. 9.* ut non complectatur conceſſiones ex cauſa oneroſa, de quo latè, ac diſtinctè agitur in *Lucana Prioratus, & in aliis in ſua materia ſub. tit. de jure patr.*

Princeps enim, nec volens poteſt de ratione Juſtitiæ 9
revocare conceſſiones, & privilegia conceſſa ex cauſa verè oneroſa, puta propter acceptam pecuniam, vel ſervitia præſtita, cum tunc privilegium tranſeat in contractum, cujus obſervantia, cum ſit de jure gentium, non minus Principem, quàm privatos obligat, quia non indè injuriarum naſci debet occaſio, undè jura naſcuntur, *ad text. in l meminerint C. unde vi. c. 1. ubi Bal. & cæteri de natura feud. idem Bald. in l. qui ſe patris n. 34. Cod. Unde lib. ubi quod non poteſt privare feudo inveſtitum per contractum oneroſum Gramat. conſil. civ. 169. n. 21. Cravett. de antiqu. temp. p. 1. n. 16. & 17.* quodque conceſſio remuneratoria tranſiens in contractum à Principe revocari non poſſit, *Felin. in cap. novit. de judic. ubi cæteri, benè aliis allegatis Roland. conſ. 13. n. 32. & per tot. lib. 3. Surd. conſ. 419. n. 51. & ſeqq. Afflict. d. 128. n. 10. ubi Adden. Capic. latr. conſult. 38. n. 2. & 3. & dec. 199. per tot. Capic. dec. 121. n. 16. Rovit. ſuper pragm. in rubr. de revocatione gratiarum n. 6. & ſeqq. & cæteri collecti per Eſcobar. de purit. ſanguin. par. 1. q. 7. n. 125. & admittere videtur idem Fiſcalis Galeot. reſponſo Fiſcali 23.* quoties cauſa publicæ utilitatis aliud non poſtulat; Et hæc ſi procedunt in quolibet Principe laico, multò magis indubitatè admittenda ſunt in Papa, qui eſt Chriſti Vicarius, æquitatis, juſtitiæ ſummus director, aliorumque Principum exemplar, & qui per ejus regulam de jure tertio quæſito non tollendo, quam latè exornat Gomes, profitetur non tollere jus tertii, niſi dicat cum dictæ regulæ derogatione.

Quod autem conceſſio eſſet ex cauſa oneroſa, liquere videbatur, ſtante ſolutione ſcutorum 18667. 10
nempe 14. m. pro prima conceſſione Julij, & 4667. pro ſecunda conceſſione Pij, & pecuniis accedunt Juliani merita per Papam deducta etiam ad ſpeciem, unde probatorio remanebat clara *ex traditione Bald. in d. l. qui ſe patris*, quem cæteri ſequuntur allegati, multò magis accedente expreſſa declaratione ejuſdem Papæ, ut hujuſmodi conceſſio vim habeat validi, & efficacis contractus, ac mutuæ obligationis.

Quibus

Quibus ſtantibus, nil referre dicebam, eumdem Papam uſum eſſe verbis gratioſis, *concedimus, gratiam facimus*, in quibus magnum pro Camera fundamentum conſtituebatur, quia vis non eſt in cortice & figura verborum, quæ vel de ſtylo Supremi Principis, vel ad ſuperabundantiam adjici ſolent, ſed in ſubſtantia veritatis, *ut idem Bald. d. l. qui ſe patris num. 14. Decian. conſ. 23. num. 14. vol. 4. Gramat. conſ. Civil. 100. n. 91. Surd. d. conſ. 419. num. 61 Urſill. ad Afflict. dec. 282. num. 4.* licet enim *Speda conſ. 5. num. 33. lib. 3.* dicat quod importent ſimplicem donationem cum ibi allegatis, attamen ea eſſe æquivoca, & importare etiam dationem in feudum *dec. 280. num. 17. part. 11. rec.*

Prout econverſo clauſulæ, & verba prædicta ut conceſſio vim habere debeat validi contractus, ac efficacis obligationis, non alterarent rei ſubſtantiam, neque efficerent conceſſionem oneroſam, ſi verè eſſet gratioſa, ut in terminis Juriſpatronatus conceſſi ex privilegio, ut tale cenſeatur, quamvis dicatur cenſeri ex cauſa veræ fundationis, & dotationis, quia hoc etiam eſt privilegium, *firmatur dec. 58. & 88. p. rec.* quæ ſunt in materia magiſtrales *benè in Bonon. Archipresbiteratus 23. Martii 1648. Corrado dec. 168. par. 10. rec.* ubi explicatur quod aliud eſt, ubi Papa loquitur per fictionem, aliud verò ubi per veritatem, quæ ſemper, ac rei ſubſtantia attendenda eſt, non verborum figura; Ideoque totus punctus eſſe dicebatur in eo, an dicta pecunia ex juſtitia cum meritis ſufficiat ad inducendam eam correſpectivam, & competentem recompenſam, quam Piana Conſtitutio revocatoria poſtulat.

Prætendebant agentes pro Camera, ad hujuſmodi
11 correſpectivitatem inducendam, requiri omnimodam
æquivalentiam, quaſi quod tanta pecunia ſolvi debuerit, quanti dicta loca valerent, indeque inferebant, pro conceſſione Pii, ſuper qua erat diſputatio; ſummam ſolutam ſcut. 4667. eſſe valdè exiguam; Si enim pro conceſſione temporali ad tertiam generationem ſoluta erant ſcut. 14. m. longè majorem ſummam pro perpetua ſolvendam fore contendebant.

Verùm pro Duce, & melius dicebatur, ad inducendam conceſſionem verè oneroſam, neceſſariam non eſſe omnimodam æquivalentiam, ſed ſufficere exceſſum in medietate, quia cum gratia ſit individua, vel tota cenſenda eſt gratia, vel tota juſtitia, ideoque ad actus naturam regulandam, attendenda eſt qualitas præponderans, quæ attrahit, ac ſuffocat inferiorem, ita ut actus reguletur eo jure, quo eſt pars præponderans, ſeu major, quia indiviſibile mixtum aſſumit naturam ſimplicis præponderantis, ut in terminis conceſſionis Juriſpatronatus, quod eſt individuum, ut ità cognoſcatur, an ſit oneroſa, & ex juſtitia, vel ex gratia *d. deciſ. 58. & 88. p. 1. rec. 568. num. 3. part 4. rec. 218. p 6. & in aliis frequenter, in ſua materia præſertim in dict. Lucana Prioratus ſub tit. de jure patr.* & in ſpecie donationis remuneratoriæ, ad dignoſcendum, an merita præponderent, quod ſufficiat non eſſe infra dimidiam rei donatæ, quoties agitur de materia individua, *ex Bald. Romano, Corneo, & aliis Tiraquell. in l. ſi unquam. verbo donatione largitus num. 81.* & in terminis feudalibus, ut attendatur præponderantia *Roſenthal. cap. 1. concl. 2. num. 7. & 8. & cæteri collecti per Giurbam de ſucceſſ. feud. prælud. 3. num. 8.* licet ipſe videatur exigere præponderantiam valori totius feudi, ſed parùm fundatè: Ac propterea non obſtare dicebantur auctoritates elaboratè pro parte Cameræ adductæ ad probandum, quod alicujus pecuniæ ſolutio non ſufficit ad faciendam conceſſionem verè oneroſam, & correſpectivam, quia omnes loquuntur, ubi pecunia eſt longè infra medietatem valoris, *ut per Curt. ſen. conſ. 49. num. 5. & 6. Alber. Brun. conſ. 18. num. 9. lib. 1. Rolan. conſ. 53. num. 26. & ſeqq. lib. 2. Mandell. Alba conſ. 382 num. 39. Paul. de Monte Pico conſ. 100. n. 16. Peregr. conſ. 56. n. 12. lib. 6. qui allegabantur.*

Non ſolùm autem ſumma ſoluta præponderabat excedendo medietatem, ſed rigoroſè adæquabat totum valorem, ſi enim dicimus per actum occultum refutationis, ſeu extinctionis primæ conceſſionis Julii, ſecundam conceſſionem Pii eſſe ex integro, & ut nunc (ut verius eſſe probatur infra ſuper tertio puncto Bullæ Pii V.) & tunc certum eſt, combinando omnes pecunias ſolutas, aſcendentes ad ſummam ſcut. 18667. adæquare, quia eo tempore attento, redditus utrinſque loci im-
portabant annua ſcuta 500. quæ valutando juxta mo- 12
dum originatum à deciſione Seraphini 1030. ad rationem ſcilicet duorum cum dimidio, plus vel minus, & ſic duplo pluſquam allodialia ex iis, quæ habentur *in Romana legitima & aliis hoc eod. tit.* important, id, quod eſt ſolutum, & ſi quid deficit, ſupplent Juliani merita, quæ abſque alia probatione per Principem nar-
rata, & ad ſpeciem redacta dicuntur probata *latè Surd.* 13
d. conſ. 419. n. 66. Capic. latr. d. conſult. 38. n. 6. cum ſeqq. Rovit. pragm. 25. de feud. num. 45. latè Rot. in Sarſinaten. feudi 22. Iunii, & 18. Septembris 1645. Dunozetto poſt controv. Contrii deciſ. 18. num. 56. & 19. num. 4. & in aliis, quia eſt propoſitio plana in Curia.

Neque opus eſt probari, meritorum valorem ad amuſſim æquivalere rei conceſſæ, ut pro Camera moti-
vabatur; quia in regulandis præmiis, quæ propter me- 14
rita dantur, attendenda eſt qualitas dantis, ſi enim eſt privatus, quem ſolum obligat ratio juſtitiæ commutativæ regulandæ ab aritmetica proportione dati, & accepti, tunc intrare forſan poteſt objectum, ſecus autem ſi eſt Princeps, quem obligat ratio juſtitiæ diſtributivæ ad remunerandum, prout decet Principis munificentiam, ex qua ſæpè pro modico opportuno ſervitio magnum præmium de condigno datur, *ut eruditè Tiraquell. d. l. ſi unquam verbo donat. largitus num. 84. & bene Rovit. dicta pragm. 25.* ubi quod totum feudum præſumitur à Principe judicatur præmium æquivalens merito, & ratiocinatur *Caſtill. l. 5. contr. 89. num. 89. Venturin. conſ. 32. n. 64 & 65. & bene conferunt quæ habentur per Rot. dec. 354. n. 136. & ſeqq. par. 11. rec.* ubi quod ex qualitate concedentis id regulandum eſt, atque aliàs nemo tot bellorum periculis pro Principum ſervitio ſe exponeret, ſi ſpes præmiorum regulata eſſe deberet juxta aritmeticam proportionem juſtitiæ commutativæ; multò magis in caſu noſtro, in quo ingentia Juliani, ejuſque domus merita erga Sedem Apoſtolicam conſiderantur pro ſimplici ſupplemento pecuniæ ſolutæ.

Hinc prorsùs vanum, ac futile reputatum fuit moti- 15
vum, non quidem per doctos Camerales, ſed per adhærentes deductum, quod inter Principem, & Subditum non dantur merita obligantia ex lege Juſtitiæ ad remunerationem, cum ſubditus teneatur ſervire Domino juxta aliquorum opinionem omninò reprobatam, quia ſufficit eſſe ſervitia, quæ communem uſum aliorum ſubditorum excedant ex lege gratitudinis, & convenientiæ obligent naturaliter ad antidota, ut in ſpecie conceſſionis remuneratoriæ factæ per Dominum ſubdito, *Tappia dec. 6. n. 35. & ſeqq. Capic. latr. dicta conſult. 38. n. 24. & ſeqq. latè Venturin. d. conſil. 32. n. 73. & ſeq.* ubi concordantes ac habemus paſſim receptas donationes meritorias inter patrem, & filium, Dominum & famulum &c. de quo *in Romana donationis pro Caſtellano, hoc tit. ad materiam Bullæ Baronum.*

Ultrà quod manifeſtum æquivocum eſſe dicebam pro- 16
cedere cum deciſione Seraphini in valutando ipſa feuda ad rationem duorum cum dimidiò, Tùm quia iſte valor invaluit poſt editam dictam Bullam 35. Pii V. de non infeudandis, ob quam, ſublata ſpe acquirendi Caſtra, & bona Juriſdictionalia à manibus Papæ, ſatis notabile incrementum acceperunt hujuſmodi bona exiſtentia penes Barones, & Domicellos, ut eſt notorium; quia multa Caſtra, quæ hodiè valent ſcut. 160. m. nec quidem pro 10. m. acquiſita fuerunt, tùm etiam quia à temporibus Pii IV. citra, ob auri excreſcentiam, ac ſtatum pacificum iſtius præ-

ſertim Italiæ partis, omnium bonorum, etiam allodialium valor notabiliſſimè excrevit, ideoque iſtud tempus regulandum non eſt cum illo hujus conceſſionis, quando ob non valdè remotum Urbis excidium, ac etiam propter proxima bella habita ſub Paulo IV. inter Sedem Apoſtolicam, & Regem Catholicum, rerum ſtatus erat deplorabilis, ac pretia præſertim Caſtrorum, & feudorum erant in infimo,
17 rerum enim pretia non habent certam, & determinatam metam, ſed hominum opinione veritatem recipiunt ex tempore pacis, vel belli, abundantiæ, vel penuriæ *adnot. per Bald. & alios in l. 2. C. de reſcind. vend. præcipue Cagnol. n. 25. Corn. conſ. 181. n. 56. lib. 2. Iaſ. conſ. 54. n. 22. vol. 1. Maſc. de probat. concl. 650. n. 7. Ciriac. alios congerens contr. ov. 453. n. 51. & ſeqq.*

18 Ac demùm quia etiam hodie valutantur in Statu Eccleſiaſtico Caſtra, & bona Juriſdictionalia ad rationem ſcutorum duorum cum dimidio, ac etiam duorum, & minùs, quando excepta illa remota feudalitate, quam pro Papæ ſuperioritate latè probare conatur *Spada conſ. pr. l. 1,* ſunt allodialia ad quoſcumque extraneos hæredes tranſitoria, nullumque habent ſervitii onus, vel devolutionis periculum; ſecus autem feuda ad certas generationes, ſive pro ſolis hæredibus Sanguinis conceſſa, quia hæc longè minùs æſtimantur, ut ego pluries practicavi, præſertim in æſtimatione Caſtri Graffignani exiſtentis in hæreditate illorum de Baglionis, de ordine Congregationis Baronum æſtimati ad inſtantiam Domitillæ Ceſiæ, quia cum Camera prætenderet eſſe feudum certo perſonarum generi conceſſum, devolutioni ſubjectum, econtrà verò Creditores prætenderent eſſe Caſtrum allodiale ad quoſcumque tranſitorium; Periti juxta ſecundam qualitatem æſtimarunt pro ſcut. 40. m. & ultrà, & juxta primam pro ſcut. 26. m. ex recepto juris principio, quod onera minuunt valorem *dec. 278. num. 3. p. 4. rec. to. 2. & paſſim,* ideoque feuda minùs allodialibus æſtimari firmat aliorum auctoritate *Roſenthal. c. 9. concl. 63. n. 8. de quo latiùs agitur ſub hoc eodem titulo in Romana legitima.*

Nec obſtare viſa fuit replicatio, in regulanda ſecunda conceſſione Pii, de qua eſt quæſtio; attendendas non eſſe pecunias pro prima Julii conceſſione ſolutas, & ſic habendam eſſe ſolùm rationem ſcutorum 4667. tum quia hoc aſſumptum verè non ſubſiſtit, quia una conceſſio confuſa eſt cum altera, ut infrà, tum etiam quia diſtinguendo primam conceſſionem ad tertiam generationem; à ſecunda importante ſolam futuram prorogationem ad alias generationes, iſta non eſt aliud, ni-
19 ſi conceſſio futuræ ſpei incertæ, quæ poterat effectum non ſortiri, vel illum obtinere poſt 200. annos, quibus tres generationes durare poterant, undè commodum repræſentationis ſcutorum 4667. ſpatio tanti temporis longè ſuperat integrum valorem, maximè attenta incertitudine, ita ut ſi Pius hanc futuram ſpem exponere voluiſſet vænalem, utique nec emptorem pro mille inveniſſet *ad communiter not. in l. de fideicommiſſo C. de tranſactionibus,* & quod ſpes incerta, vel nullam, vel modicam recipiat æſtimationem *dec. 320. n. 24. & par. 6. rec.*

Et licèt ad augendum conceſſionis valorem, Camerales inculcarent adauctam eſſe Dignitatem, ſeu titulum Marchionatus, attamen reſpondebam, dignitates de jure non eſſe vænales, ſed à Principe concedi
20 gratis benemerentibus: *Aponte de poteſt. Proregis tit. de Electione officialium §. 8. num. 32. & tit. de diverſis proviſionibus circa finem operis ſub tit. de limitatione expenſarum num. 4.* ubi exclamat in Regno Neapolitano eſſe abuſum, qualis exulat huc uſque à Papæ temporali ditione, *& habetur in Parmen & aliis hoc eodem titulo* propter onera, quæ ſecum fert dignitas, maximè quia, cum ex prædictis, pecunia ſoluta adæquet valorem idcirco ingentia merita Juliani, aliud præmium, niſi iſtud habuiſſe videntur.

Demùm quoad tertium objectum deductum ex Conſtitutione 35. Pii V. de non infeudan. confirmata, ac in parte ampliata per Innocent. IX. Clem. VIII. & alios Succeſſores Pontifices, facilis videbatur reſpon-
ſio, quia Pius IV. non direxit conceſſionem ſolis ſuc- 21
ceſſoribus poſt dictam generationem extituris, ſed ipſi Juliano, ejuſque deſcendentibus, alterando in multis primam conceſſionem, tam ex prorogatione à tribus generationibus ad omnes, quam ex limitata poteſtate nominandi, atque ex pretii augmento, & ex Dignitate, ſeu titulo Marchionatus ſuperaddito, ideoque inducta fuit novatio, per quam, destructa prima conceſſione per actum occultum refutationis in manu Domini, facta dicitur nova Inveſtitura, novum feudum ex integro conſtituens, *juxta gloſ. inſignem in c. hi qui de præben. in 6. quam litteris aureis ſcribendam dicit Felin. in c. de cauſis poſt n. 2. de off. deleg. Bald. conſ. 436. n. 2. lib. 1. Alexan. conſ. 151. n. 1. & 2. lib. 6. Seraphin. dec. 1362. n. 3. Greg. d. 522. n. fin. Rot. dec. 165. n. 10. par. 10. rec. & dec. 321. n. 4. par. 11. & conferunt deducta per Afflict. dec. 212. n. 5.* cujus opinio per Urſill. impugnatur, quoties ex innovatione reſultet præjudicium agnatorum Jus habentium ex antiqua Inveſtitura, & quorum interſit illam non tolli vel alterari, ſecùs ubi ſola contentio eſt inter ipſum Dominum concedentem, & conceſſionarium, ut latiùs diſtinguendo habetur *in Urbevetana feudi diſcurſu ſequenti,* ideoque cum Piana Conſtitutio loquatur de futuris, non autem de præteritis, iſtam non comprehendit, atque ſuperfluum viſum fuit aſſumere inſpectionem ſuper declaratione concluſionis, an, & quando lex nova, quæ regulariter reſpicit futura, complectatur etiam præterita, perfectionem de futuro expectantia, quia conceſſio eſt perfecta ab initio, ut obſervantia docuit, dum ex tunc idem Julianus, ejuſque primæ, ſecundæ, & tertiæ generationis deſcendentes, titulo Marchionatus ſe decorarunt, ergo ad eos directa fuit conceſſio, atque ex tunc effectum ſortita fuit.

Undè Congregatio Cameralis ex Fiſcalibus in no- 22
tabili parte conſtituta, non expectato judicio Tribunalis Cameræ, videns ſolidiſſima eſſe Ducis fundamenta, prætenſionem deſeruit, atque Dux pacificè potitur feudis.

Ex eiſdem verò rationibus proximè ſuprà deductis,
adverſùs objectum reſultans ex Bulla Pii V. de non in- 23
feudandis, evanuit, ac irrelevans judicata fuit prætenſio excitata per Civitæ novæ Communitatem, quæ antequam Conceſſio Pii ſequeretur, omnes ejus redditus dederat Juliano, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, quouſque dicta Terra eſſet ſub eorum dominio, cum obligatione ſupportandi onera publica ex dictis redditibus ſufferri ſolita, quaſi quod attento tempore aſſignationis, intentio fuerit dandi ad ſolas tres generationes; ſiquidem cauſa dandi fuit dominium, quod adhuc durat, cum hujuſmodi aſſignationes per Communitates fieri ſoleant Dominis tanquam earum maritis, adinſtar mulieris dantis Viro ejus bona in dotem, ut habetur in Piſauren. Molendinorum diſcurſu præcedenti.

Dominium autem à Pio prorogatum durante adhuc 24
prima conceſſione, non eſt novum, ſed idem, aſſumens omnes qualitates primo competentes, *ad text. in l. ſed etſi maneme ff. de precar. ubi Bar. Caſtr. Angel. & alii, & in l. dies cautioni ff. de damno infecto, idem Caſtr. conſ. 389. lib. 1. Decian. conſ. 15. num. 29. lib. 1. & cæteri, de quibus in Romana prorogationis officii ſub tit. de regularibus,* dantes exemplum in homine, qui licet naſcatur parvulus, & poſteà creſcat, adhuc tamen eſt idem non diverſus homo.

Hæc enim eſt differentia inter prorogationem conceſſam adhuc durante prima, & aliam poſt illam expiratam, quod iſta ſapit novam conceſſionem, illa verò eſt eadem, perinde ac ſi ab initio ita pro tempore etiam prorogato conceſſa eſſet, ut probant ſuperius allegati, & *Rota in Toletana Archipreſbiteratus 3. Iunii 1658. Artergato,* undè officium prorogatum eo durante eſt idem, non diverſum *Bar. Roman. Caſtr. & cæteri ubi ſupra, Aponte de poteſt. Proreg. de diverſ. proviſ. ſub*

alr.

Digitized by Google

rubr. de poteſt. ſubſtituen. in off. num. 7. Larrea alleg. 50. num 108. in fin. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. cap. 28. n. 68. Rovit. conſ. 104. num. 12. lib. 2. Salgad. in labyr. par. 2. cap. 27. num. 62. & dicta Romana prorogationis offic. ſub tit. de Regular. & per Rot. deciſ. 338. num. 22. par. 11. rec. Et in ſpecie feudi, vel emphitheuſis prorogatæ *Caldaſ. de renovat. emphit. quæſt 3. num. 1.* Maximè 25 quia ut dictum eſt eadem cauſa durat, ergo idem durare debet effectus, ut idem operetur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito *Tiraquell. ceſſ. cauſa in præfat. num. 17.*

Dignitatis autem, vel dominii alteratio non immutat rei ſubſtantiam *Oldrad. conſ. 239. & 267.* ubi firmat quod ſi Prior fiat Epiſcopus, retinet ea, quæ Priori conceſſa 26 erant, & magis proximè *dict. conſil. 267. num. 4.* ubi quod ſi incerto loco quis fuerit deputatus Vicarius, & deinde ſit creatus Comes, retinebit eadem Jura Vicario competentia, & ita fuit etiam tacitè ſopita præſens controverſia, quæ tamen deciſio in hac ultima parte nullam affert utilitatem Duci, inſiſtenti, potius ad reprimendam aliquorum Subditorum audaciam contra patriæ bonum contendentium, dum onera potius exuberant.

† NEque iſta cauſa ulteriorem habuit diſputationis progreſſum, ideoque deficit occaſio adnotationis, cum reverà improbabilis fuerit ratio dubitandi, 1 excitata per aliquos vaſſallos, qui nacta occaſione pontificiæ familiaritatis, quærebant jugum baronale excutere; Minuſque hoc medio tempore occaſio dedit agere de hîc inſinuato defectu poteſtatis ob Conſtitutionem Simmachi, quæ vel in deſuetudinem abiit, vel conſilium potiùs redolet, cum ex deductis *in relatione Curia diſc. 2.* poteſtas Papæ, quæ provenit immediatè à Deo, in iis, quæ juri divino clarè & directè non adverſentur, hujuſmodi reſtrictiones non patiatur: ut in ſpecie facultatis infeudandi ſine conſenſu Cardinalium, aliis relatis plenè comprobat *Fagnan. in cap. ex parte de feud. à num. 18. ad* 30. Illa ſolùm hodie cadente 2 difficultate ab eodem *Fagnano inſinuata num* 31. quæ reſultat à Bulla Pii V. de non infeudando inſinuata *ſupra diſc. 1.* de cujus diſpoſitione particulariter agitur infrà *diſc. 61. & diſc. 118.*

De materia verò inveſtituræ abuſivæ, ſeu præventivæ de feudo, in ſupplantationem ſucceſſionis, & an id procedat in Papa, tam in ſpiritualibus quam in hujuſ- 3 modi infeudationibus, vel ſimilibus actibus, prophanis concernentibus principatum temporalem agitur *ſub tit. de penſion. diſc. 1. & ſub tit. de emphyt. diſcurſu* 1. & inſinuatur etiam *ſub tit. de regal. diſc. 3. & d. diſc. 2. in relat. Curiæ.*

Et de prorogatione officii, vel feudi, ſeu alterius 4 conceſſionis, quæ adhuc duret, ut non redoleat conceſſionem novam, ſed importet continuationem antiquam, perindè, ac ſi ab initio, ita pro majori tempore conceſſio facta fuiſſet occurrendo futuræ expirationi, ne illa ſequatur, plura deducuntur *ſub tit. de regalibus diſc. 6.* Et conferunt, quæ habentur *d. diſc. 1. de penſion. & alibi*; Undè propterea prodierunt aliæ pontificiæ conſtitutiones, illa præſertim Innocentii Noni, ſuper interpretatione, vel ampliatione dictæ Bullæ Pii V. de non infeudando, per quas hujuſmodi prorogationes quoque prohibentur, adeò ut inveſtituræ ulteriorem non habeant durationem ex inſinuatis infrà *in ann. add. diſc. 61.*

Super poteſtate autem revocandi conceſſiones, imò etiam contractus, habetur actum particulariter *tit. de* 5 *regal. diſc. 148. & 177. & alibi.* Quodque in dubio pro regulatione voluntatis potius quàm pro coarctatione poteſtatis, attendi debeat diſtinctio inter conceſſionem ex cauſa onerosa & lucrativa, cùm primo caſu difficiliùs hæc voluntas præſumatur, habetur *eod. diſc. 148. de regal. ac etiam diſc. 47. & 93. eod. tit. & tit. de jure patr. diſc. 10. & 65.* ubi habetur, quod ad dignoſcendum, an conceſſio ſit ex cauſa onerosa vel lucrativa, non deferatur verbis vel clauſulis, ſed attenditur ipſa rei veritas vel ſubſtantia, quoniam ut Beneficialiſtæ dicunt, occaſione agendi de beneficiis Juriſpatronatus ex privilegio, quò magis verba ſunt ampla, eo magis eſt privilegium.

Et quoad merita, an probentur ex ſola aſſertione, cum diſtinctione inter perſonas prohibitas, & non prohibitas 6
habetur *hoc eod. tit. diſc. 94. & per Rot. deciſ. 358. & 373. par. 6. recent. & in Sarſinaten. feudi coram Dunoz. deciſ. 748. & 760. & coram Otthob. deciſ. 265.*

Et demùm, ſuper æſtimatione Caſtrorum cum differentia inter illa, quæ habeant onus ſervitutis feudalis, & illa, quæ ad differentiam dicuntur allodialia cum diſtinctione etiam in ipſiſmet feudalibus inter magis largam, 7
vel ſtrictam inveſtituram, ſeu majora, vel minora onera habetur infrà *diſc. 19. & 24.* & advertitur *tit. de judic. diſc. 33.*

URBEVETANA FEUDI

Pro CIVITATE URBIS VETERIS, ET CAMERA APOSTOLICA ILLI ADHÆREN.

Cum COMITIBUS DE CORBARIA.

Caſus deciſus in Camera pro Civitate pendet, reviſio.

Feudum, quod prætenditur ex aliqua cauſa devolutum, ſi eidem concedatur, an dicatur novum, vel antiquum, & an nova conceſſio dicatur potiùs remiſſio pœnæ, & caducitatis, quàm verè conceſſio nova.

An ob Canones non ſolutos feudum devolvatur ipſo jure, vel requiratur ſententia declaratoria.

De Conceſſionibus, & actibus factis per Bonifacium IX. & alios Pontifices durante Schiſmate, an ſint revocati per Concilium Conſtantienſe.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Nova conceſſio an faciat feudum novum, vel ne, pendet à puncto, an antiqua inveſtitura duret, vel ſit reſoluta.*

3 *Princeps non poteſt abſque conſenſu omnium intereſſe habentium alterare Inveſtituram antiquam, ac immutare naturam feudi faciendo de antiquo novum.*

4 *Poſſunt ſimul ſtare, quod feudum ſit eodem tempore novum, & antiquum reſpectu diverſarum perſonarum.*

5 *Bonifacius IX. fuit Pontifex durante Schiſmate.*

6 *Per Concilium Conſtantienſe revocata fuerunt omnes conceſſiones, & infeudationes facta durante Schiſmate.*

7 *Idem Bonifacius IX. revocavit omnes conceſſiones, & uniones à ſe factas.*

8 *Doctori atteſtanti de Conſtitutione Apoſtolica an credatur, ſi de illa aliter non conſtet.*

9 *Confirmatio actus invalidi dicitur nova conceſſio.*

10 *Concilium Conſtantienſe an fuerit approbatum per Papam Martinum in omnibus, vel ſolùm in concernentibus fidem.*

11 *Referuntur Doctores dicentes Concilium Conſtantienſe eſſe confirmatum à Papa, & obſervandum.*

12 *Concilium Generale, An Sede Papali vacante poſſit ſtatuere contra jus, & facere ea, quæ poteſt Papa.*

13 *De Conſtitutione ſexta Greg. IX. prohibente alienationem bonorum Patrimonii B. Petri ſine aſſenſu Cardinalium.*

14 *Infeudatio facta per Principem de loco, quod non ab ipſo immediatè poſſidetur, ſed ab aliqua Civitate dicitur ſubreptitia.*

15 *Ob non ſolutionem Cenſus feudum devolvitur, unde ſi denuo concedatur, dicitur feudum novum.*

16 *Culpa Feudatarii in non ſolvendo Canones an præ-*

judicet in feudo ex pacto, & providentia Succeſſoribus jure proprio venientibus.

17 *Confeſſio Feudatarii ſuper non ſolutione Canonis illum non probat ad commodum confitentis vel habentium cauſam ab eo.*

18 *Secus ad commodum Domini, non ſufficit negare ſolutionem ab allegante probandam, nec Dominus tenetur probare negativum.*

19 *Aſſertio Papæ, vel alterius Principis probat veritatem.*

20 *Confeſſio ceſſante fraude probat, ſicuti econtrà non probat, ubi adeſt fraudis ſuſpicio.*

21 *Feuda Eccleſiaſtica, & Eccleſia Romana devolvuntur ipſo jure ob non ſolutum Cenſum ex Conſtitutionibus Apoſtolicis.*

22 *Quid autem de jure communi, an feuda ex iſta cauſa devolvantur, diſtinguuntur plures caſus, & conſtituitur regula negativa, quæ declaratur.*

23 *Ubi devoluto feudo ob non ſolutum Cenſum ſit eidem feudatario nova conceſſio, an hæc faciat feudum novum, vel remaneat antiquum, diſtinguuntur caſus.*

24 *Quid ubi nova conceſſio ſit ob lineam finitam.*

25 *Quando nova conceſſio dicatur facta per viam remiſſionis caducitatis, vel per viam novæ conceſſionis.*

26 *Sententia antiqua dicitur juſtificata etiam ſine actis, ſi eſt obſervata.*

27 *Præſcriptio centenaria, an præjudicet omnibus etiam jure proprio venientibus.*

28 *Agnati ſcientes fieri novam Inveſtituram antiquæ innovativam, & non contradicendo, an ſibi præjudicent.*

29 *Diviſio, vel renunciatio feudi, an præjudicet renunciantis in ſucceſſione mortuo renunciatario, ita ut fiat locus devolutioni ad favorem Domini.*

30 *Deciſio Caſus.*

† 1 *Quare expediat tenere vivas aliquas prætenſiones.*

2 *De poteſtate, & voluntate tollendi jus tertii.*

3 *De Concilio Conſtantienſi, & ſchiſmate.*

4 *Doctorum atteſtationi non eſt deferendum.*

5 *De diſtinctione in quæſtione, an nova conceſſio eidem importet feudum novum.*

6 *De eodem, & an clauſula, & verba id operentur.*

7 *Quod debeat potius attendi ſubſtantia verbi, & voluntatis.*

8 *De præſcriptione an obſtet ſucceſſori.*

9 *De caducitate ob non ſolutum canonem.*

10 *De aliquibus differentiis inter ſtatum Eccleſiaſticum, & alios principatus circa rigorem caducitatis.*

11 *De devolutione, vel confiſcatione in præjudicium ſucceſſoris independentis, & quando dicatur ad hunc effectum delictum feudale.*

DISC. V.

Franciſcus de Corbaria

Rainutius — Ugolinus

Et poſt longam ſeriem — Nicolaus

Rainutius junior. — Manfilia

1 BOnifacius IX. de anno 1398. conceſſit Franciſco Comiti de Corbaria in feudum nobile, pro ſe ſuiſque hæredibus in perpetuum, ſub annua præſtatione unius accipitris, Caſtra Montis Leonis, & Campi Urſeoli, quorum primum fama eſt uſque ab anno 1506. per Civitatem Urbevetanam conſtructum eſſe; Defuncto autem Franciſco, ſuperſtitibus Rainutio, & Ugolino, atque ad hunc ſecundum dictis Caſtris in diviſione obventis, cum ipſe ac etiam Franciſcus pater à ſolutione dicti Cenſus defeciſſent, Nicolaus V. anno 1449. eadem Caſtra, quæ ad Cameram devoluta cenſeri dixit, una cum tribus aliis Caſtris, Fabri, Salicis, & Montis Gabionis, per novam Inveſtituram ſub Cenſu unius crateris argentei unciarum ſex; aliiſque pactis, & conditionibus à dicta Bonifacii Inveſtitura diverſis, in feudum conceſſit Ugolino præfato, à quo tranſierunt in Nicolaum nuncupatum Fracaſſa, & ab iſto ad Manphiliam ejus filiam, & unicam ex iſto Colonnello ſuperſtitem, à cujus manibus dicta Caſtra tanquam devoluta vindicavit Sedes Apoſtolica ſub Sixto IV. qui de anno 1478. ea conceſſit ſub annuo cenſu Florenorum quinque Bartolomeo de Ruvere, quem deinde legitimum inveſtitum, & poſſeſſorem, non obſtantibus dictæ Mamphiliæ, & aliorum quorumcumque jactationibus, & vociferationibus, idem Sixtus de anno 1484. motu proprio, & ex certa ſcientia declaravit, ut de his conſtat apud *Corneum conſ. 239. vol. 1. & Crotum conſ. 399.* Ruverus autem Caſtra prædicta, excepto illo Campi Urſeoli, de anno 1495. vendidit Civitati Urbis veteris, cui idem Papa alienationem confirmando, eadem ſub eodem Cenſu ad formam novæ Inveſtituræ conceſſit, eaque pacifice poſſedit ſpatio annorum 140. circiter, poſt quorum lapſum, Rainutius Comes de Corbaria præfati Franciſci primi acquirentis deſcendens, prætendens de dicti Caſtri Montis Leonis Inveſtituram à Bonifacio conceſſam adhuc durare, litem excitavit in Tribunali Cameræ Apoſtolicæ, in quo diſputato dubio de anno 1636. reſtricta fuit difficultas, ut videretur, An Inveſtitura per Nicolaum facta Ugolino ſit nova conceſſio, & an in feudis Eccleſiæ devolutio intret ipſo jure ob non ſolutionem Canonis, vel Cenſus, licet hæc ſecunda pars ordinata ſit ad primam cujus reſolutio magnam habet dependentiam ex hoc puncto.

Reaſſumpta igitur juxta dictam reſtrictivam Cauſæ diſputatione de anno 1660. dicebatur per actorem (& in hac parte benè,) hujuſmodi quæſtionis deciſionem 2
pendere ab eo, an antiqua Inveſtitura eſſet, vel ne terminata, quia ſi adhuc durat, non potuit nova conceſſio alterare feudi naturam, ac tollere Jus ex prima Inveſtitura agnatis competens, & quæſitum tollere, eſſet enim tollere Jus tertii, quod Princeps facere non ſoleat, neque juxta unam opinionem abſque gravi cauſa publicam utilitatem reſpiciente poteſt, unde in dubio præſumitur noluiſſe, ſed potius circumventum eſſe, neque verborum formulæ ali- 3
quid operantur, vel attenduntur, ut omiſſis generalibus, in ſpecialibus terminis feudorum, illorumque mutationis de antiquo in novum. *Bald. in cap. 1. §. his verum de ſucceſſ. fratrum cap. 1. de eo qui ſibi & hæred. ſuis &c. 1. §. fin. de feud. Guard. Schrader de feud p. 5. c. 2. num 39. & 40. Apont. dec. 40. num. 20. Giurb. de ſucceſſ. feud. prælud. 5. num. 63. Roſenthal. c. 2. concluſ. 17. n. 1. & in gloſ. Gizzarell. dec. 28. num. 49. & 50. & generaliter Roſenthal. c. 10. concluſ. 11. num 1. & per tot. Peregr. conſ. 7. n. 15. & 24. lib. 3. Giurb. d. prælud. 5. num. 5. & ſeqq. ubi innumeros de more colligit. Capic. Latr. dec. 70. n. 44.* ubi ex Afflicto, & aliis, quod potiùs præſumitur error.

Idque etiam ſi expreſſa accedant verba novam con- 4
ceſſionem importantia, quia ſtant benè ſimul idem feudum eſſe novum, & antiquum, diverſis reſpectibus, novum ſcilicet reſpectu recipientis, & habentium cauſam ab eo, quia ſic voluit, ideoque ejus factum à ſeipſo vel ſuis dependentibus impugnari non poteſt, antiquum vero reſpectu agnatorum ex antiqua Inveſtitura vocatorum, proprioque jure independenter venientium, *ut probant Iſernia in c. 1. de eo qui fecit finem agnato verſ. ſecundus eſt caſus. Ramatt. jun. conſ. 18. n. 170. Giovagn. conſ. 60. num. 10. & 21. lib. 1. & conſ 25.*

num. 11

n. 11. lib. 2. Surd. conſ. 5. n. 31. conſ. 308. num. 34. & conſ. 427. num. 50. Urſin. de feud. p. 2. q. 1. artic. 1. n. 11. circa medium Eſſet enim aliàs in poteſtate Domini, & poſſeſſoris feudi, invicem colludendo, privare agnatos illo jure, quod ex prima Inveſtitura irrevocabiliter acquiſierunt.

Pro parte verò Civitatis, Ego & alii pro ea ſcribentes, non negabamus dictas propoſitiones de jure veras,
5 poſita validitate vel duratione primæ Inveſtituræ, quarum tamen utramque deficere dicebamus, quia cum Bonifacius IX. fuiſſet Pontifex durante Schiſmate, initium habente ab obitu Gregorii XI. terminato per Concilium Conſtantienſe, ubi declaratis inſubſiſtentibus Juribus trium eodem tempore pro Summis Pontificibus ſe gerentium, nempè *Greg. XXII. Benedicti XIII. & Io. XXII. alias XXIII.* ſive per viam renuntiationis, ſive per viam depoſitionis, vel declarationis nullitatis; Electus fuit Martinus V. ſub quo Eccleſia Catholica tranquillè quievit, Idem Concilium irritas ac invalidas declaravit omnes conceſſiones durante Schiſmate factas,
6 *ut conſtat in §. item dicta Sancta Synodus poſt Conſtitutiones Carolinas inter Concilia collecta à Binio tom. 7. p. 2. pag. 1129. 1131. & alias 1159.*

Idque comprobari dicebam ex Bulla *Martini V. ſub datum Romæ apud SS. Apoſtolos 15. Septembris anno* 8. ubi claris verbis, non enunciativè ſed poſitivè aſſeritur, in dicto Concilio abolitas eſſe omnes Conceſſiones, & infeudationes factas durante Schiſmate, & merito, quia cum tunc quilibet pro Papa ſe gerens, ſubditorum benevolentiam, ac obedientiam affectaret, tanquam ſui Papatus fundamentum, idcircò opus erat gratias, & conceſſiones, etiam inordinatè profundere, Unde mos fuit Martini V. ſæpius reſpondere, quod *obſerventur Privilegia & conſtitutiones Pontificum, qui fuerunt ante Schiſma, ut præſertim habetur in Sipontina Cathed. 13. Ianuarii 1659. Cerro, de qua ſub tit. de præminentiis.*

Et de revocatione exemptionum aliorumque Privilegiorum durante Schiſmate facta per idem Concilium, *habetur apud Geminian. conſ. 35. Buratt. dec. 452. n. 1. Gregor. dec. 509. n. 1. & per tot. & in dicta Sipontina Cathed. Cerro §. Tertio à Martino &c.*

Eo magis quia idem Bonifacius, qui anno IX. ſui
7 Pontificatus hujuſmodi Inveſtituram dederat, rectè ſciens quanta facilitate, præter forſan intentionem, & ob temporum neceſſitatem indebitas feciſſet conceſſiones, & gratias, per Conſtitutionem ſub datum 11. Kal. Januarii anno 14. quam ego vidi autenticam extractam à regiſtro Apoſtolico *lib.* 153. Bullarum *fol.* 174. productam in judicio in dicta Sipontina, revocavit & annullavit omnes, & ſingulas uniones, & conceſſiones factas quibuſcumque laicalibus perſonis de quibuſlibet Eccleſiarum bonis, etiamſi eſſent Terræ, Caſtra, aut Villæ, prædictaque omnia corroborata manent ex præcedenti decreto Concilii Lateranenſis celebrati ſub Alex. III. *c.* 2. ubi ſtatuitur alienationes factas de rebus Eccleſiaſticis durante Schiſmate omni firmitate carere, ideoque data prædictæ Inveſtituræ nullitate ſeu abolitione, non poteſt per Franciſci Succeſſores dici aliquod Jus quæſitum, ſed Nicolai conceſſio facta Ugolino remanet nova.

Adversùs præmiſſa, pro actoris parte duo dicebantur, unum nempè quod Martinus V. per ejus litteras relatas *per Crotum conſ. 399. num.* 43. mandat Bonifacii conceſſionem robur, & efficaciam obtinere, Alterum verò quod geſta per Concilium Conſtantienſe viribus carerent, tanquam Apoſtolica Confirmatione deſtituta, dum Martinus V. præfatum Concilium quoad fidem concernentia ſolum confirmavit, *ut teſtatur Binius in notis ad Seſſ. 45. fol.* 1179. Neutram autem reſponſionem ſubſiſtere dicebam; Quatenus enim pertinet ad primam, quidquid ſit de veritate dictarum litterarum Martini, de quibus aliter non conſtat,
8 quam ex aſſertione ſcribentis apud *Grot. d. conſ.* 399. culpa in iis, quæ facti ſunt, non creditur, ut in puncto Doctorum atteſtantium de Conſtitutionibus Apoſtolicis, illis in forma autentica non exhibitis, vel in Bullario non exiſtentibus, firmavit *Rota in Sulmonen. Diſtributionum* 20. *Iunii* 1653. *Bichio §. nec relevat* ubi nulla ratio habita fuit, quod Barboſa teſtaretur de quadam conſtitutione Apoſtolica Sixti V. quæ non exhibebatur, & de qua cauſa habetur ſub tit. de beneficiis.

Admiſſa etiam dd. Litterarum veritate, illæ potiùs retorquentur, quia reſtrictæ ſunt ad Ugolinum, ejuſque filios, & deſcendentes, igitur non poſſunt ulterius operari, ideoque reſpectus Ugolini feudum novum dicendum
eſt, tanquam ab ipſo obtentum vigore dictarum Litte- 9
rarum, quæ tanquam concedentes executionem actus jam invalidi, vel aboliti, ſpeciem habent novæ conceſſionis cum confirmans actum invalidum, dicatur dare de novo. *cap. 1. ubi omnes de tranſact. Bal. in l. 3. num. 12. C. de rerum permutatione, Gratian. diſcept. 992. num. 11. Larrea alleg. 73. n. 1. Rot. dec. 257. num. 9. & 10. p. 6. recen. Surd. dec. 245. num. 6. de qua concluſione habetur etiam in firmana feudi diſcurſu præcedenti;* maxime quia per diviſionem iſta Caſtra in ſolum Ugolinum obvenerant, ipſeque ſolus tanquam intereſſatus curavit obtinere dictas Litteras Martini, qui ei non autem aliis ignotis, & non volitis gratificari dignatus eſt.

Quo verò ad ſecundam reſponſionem, conſtan- 10
ter dicebam, Binium politioris litteraturæ profeſſorem, in ſcientia tamen Canonica parum verſatum, ſolemniter æquivocaſſe, ſiquidem Papa Martinus in loco per eum indicato *ſeſſ. 45. fol.* 1561. reſpondendo Lituanis & Polonis, dixit quod omnia, & ſingula per præſens Concilium conciliariter determinata, concluſa, & decreta in materiis fidei, tenere & inviolabiliter obſervare volebat, ipſaque ita conciliariter facta approbabat & ratificabat, & non aliàs.

Ex quibus verbis plura reſultant, primò, quod dicta verba important ipſius Papæ obligationem ad inviolabilem obſervantiam, quæ proinde reſtrictivam habet ad materias fidei, ſed non propterea excluditur, quod alia decreta improbaverit, vel confirmare noluerit; ſecundò, quod ita prudentiſſime Papa voluit approbare geſta conciliariter, non autem approbare primas Seſſiones, in quibus non conciliariter aliquid de Papæ poteſtate dictum fuerat, ideoque Cardinalis *Bellarminus tom. 2. lib. 2. d. Concil. c. 7. fol. mihi* 13. dicit, Concilium iſtud quoad primas Seſſiones eſſe reprobatum, ſed quoad alias eſſe à Martino approbatum, atque ab omnibus Catholicis recipi.

Et quod Martinus omnia geſta in Concilio appro- 11
baverit, *firmant ultra Bellarmin. loco cit. Caſtrenſ. conſ. 66. num. 2. circa finem. lib. 1. Azor. Inſtit. moral. p. 1. lib. 5. c. 17. verſ. 17. Generale Concilium Conſtantienſe Coriolan. in Breviar. Chronologico ſub anno 1417. fol. 266.* atque ſæpius firmavit Rota præſertim *apud Coccin. dec. 265. num. 11. apud Royas dec. 335. num. 4. in Dertuſen. augmenti 24. Maij 1647. Veroſp. dec. 59. p. 10. rec.* quod ſcilicet ſubſtineantur acta Benedicti XIII. & Jo. XXII. ob approbationem Concilii, & omnium, clarius comprobatum remanet ex ſupra inſinuata Bulla ejuſdem Martini *ſub datum Romæ apud SS. Apoſtolos 15. Septembris anno* 8. ubi poſitivè aſſerit dictam conciliarem diſpoſitionem circa annullationem conceſſionum Schiſmate durante, ideoque miratur, quod quidam Petrus Garezelli inſiſteret conceſſioni Caſtri de Pilis ſibi d. Schiſmate durante factæ in Comitatu Venaiſino, dictæque Bullæ præciſa verba ſunt ibi; *Non ſine admiratione accepimus, quod licet in Sacro Generali Conſtantienſi Concilio, & eo approbante omnes, & ſingula conceſſiones, & infeudationes de quibuſcumque Caſtris, Villis, locis & Terris Romana Eccleſia, &c. à tempore abolitis Schiſmatis, & eo durante*

citra facta revocata extiterint, & Caſtra &c. ad jus & proprietatem ejuſdem Eccleſiæ redacta fuerint, nihilominus quidam Petrus Grancell'us &c. Fatua ſiquidem fuiſſet ejus admiratio cum dicta poſitiva aſſertione, ejuſque effectuatione, ſi hujuſmodi acta apud ipſum pro validis, & confirmatis non haberentur; Cum enim tunc nullus adeſſet certus Pontifex, idcirco Pontificia poteſtas devoluta videbatur ad Concilium *ut ex Turrecrem, & aliis Fagnan. in c. ſignificanti n.24. de elect.* ideò ejus acta ſervanda ſunt.

Dicebatur etiam ingenioſè per Cameræ Advocatum, ætate, ingenio, profunda doctrina, & ſumma in om-
12 nibus eruditione, inter primos Europæ viros venerandum, revocationem hujuſmodi conceſſionum ſchiſmate durante factarum, emanaſſe in Concilio ſede vacante poſt Joannis XXII. depoſitionem, ac Gregorii XII. admiſſam renunciationem, & Benedicti XII. privationem, ſeu intruſionis declarationem, quo caſu Concilium Generale dicitur habere eamdem diſponendi, & revocandi poteſtatem, quam habet Papa, *ut dicunt Geminian.con.65.n.7. & Caſtr.conſ.66.n.2.p.1. ubi in ſpecie loquitur de hoc Conſtantienſe, neque negat Iacobat. de Concil. lib. 5. art. 17. num.3. & ſeqq.* ubi ſolùm *n. 6.* limitat, dummodò tacitè, vel expreſsè poſtmodum approbetur per Papam, de cujus tacita, ac expreſſa approbatione conſtat ex præmiſſis, ſed non fuit judicatum opus aſſumere has altiores inſpectiones, dum ex aliis punctis remanere videbatur clarus.

Idem ex officii debito Jurium Cameræ acerrimus propugnator, fortiter inſiſtebat ſuper alia præfatæ
13 Bonifacii Inveſtituræ nullitate reſultante *ex Conſtitutione Greg. IX.* per quam diſponitur, ut de patrimonialibus ſine communi fratrum conſilio, & aſſenſu alienatio nulla fiat, cum hujuſmodi Caſtra ſita ſint in patrimonio B. Petri, ſed motivum, nec Judicibus, nec aliis ſcribentibus arridebat, tùm quia iſta Conſtitutio contrario uſu abolita videtur ob amplas derogatorias in Conceſſionibus apponi ſolitas, ut habetur *in dicta Forma feudorum diſcurſu præcedenti* tùm etiam quia tam Inveſtitura Nicolai facta Ugolino, quàm alia Sixti facta Ruvereo & Civitati eodem defectu laborabant, undè liquet hanc inveſtiendi formam non eſſe in uſu.

Alter ex hujus partis Advocatis doctiſſimus, inſiſtebat ſuper dictæ Bonifacianæ conceſſionis ſubreptio-
14 ne, eò quia Papa ſuppoſuit hujuſmodi Caſtra immediatè ſpectare ad Cameram, & Sedem Apoſtolicam, & tamen ſpectabant ad Civitatem Urbevetanam, quæ ædificaverat à fundamentis, ideoque dicebat eſſe ſubreptitiam infeudationem à Principe factam de Caſtris ad Civitatem ſpectantibus, non facta ſpeciali mentione, ad quod allegabat *Alber. Brun.conſ. 12. n. 17. & ſeqq. Cravett. conſ. 592. n. 23. & 24. Menoch. conſ. 264. num. 31. & ſeqq. præſertim num. 51. & 53 & Giurb. conſ. 89. num. 8. poſt.med. & ſeq.* ſed pariter iſtud motivum non habuit plauſum, quia de Civitatis dominio, dabantur quidem adminicula cum communi apud illos Cives traditione, ſed non concludens probatio, quam ſubſequens obſervantia tollebat, dum devolutis Caſtris ad Cameram per mortem Nicolai Fracaſſæ, in acerrima famoſaque lite agitata per Manſiliam, Civitas ſe non oppoſuit, neque ſui dominii curavit facere probationes, quas eo recenti tempore poterat commodè facere, neque demùm eadem Civitas à Ruvereo tanquam aliena emiſſet, ideoque non videbatur in hoc motivo ſolitum fundamentum conſtitui poſſe, ſicuti conſtitui credebatur in primo reſultante à Concilio Conſtantienſe, ut ſupra.

Omnes verò ſcribentes, tam pro Camera, quàm pro Civitate, concorditer inſiſtebant ſuper reſolutione di-
15 ctæ Bonifacianæ Inveſtituræ quantumvis validæ, ob non ſolutum Cenſum, tam per Franciſcum primum acquirentem, quàm per Ugolinum Succeſſorem, ob quam cauſam feudi devolutio ipſo jure ſequi dicitur, ideoque prima conceſſione reſoluta, altera quæ poſtmodum fieret, omninò nova cenſenda eſſet, de qua conqueri non poſſunt agnati vocati per primam jam ceſſatam, ſeu reſolutam, ut conſtat ex infrà allegandis.

Verum quia ſuper hoc, magnâ indigeſtaque mole, fuerunt hinc inde multa deducta, idcircò pro clariori, 16
tam iſtius cauſæ, quam etiam ipſius articuli frequenter contingibilis reſolutione, plures inſpectiones diſtinctè habendas eſſe dicebam; Prima eſt, an ceſſatio à ſolutione probata dicatur per Domini, ac Feudatarii confeſſionem, ita ut iſta præjudicare valeat ſucceſſoribus proprio jure venientibus, vel aliundè ſit juſtificanda; Secunda poſito defectu ſolutionis, an incurratur feudi devolutio, vel privatio in genere, & an illa ſequatur ipſo jure, vel potiùs requiratur ſententia declaratoria. Tertia poſito, quod incurri dicatur ipſo jure, an & quando conceſſio facta eidem Feudatario, qui caducitatem incurrit, vel ejus Succeſſori, dicatur nova vel antiqua, & quando utramque habeat qualitatem.

Super prima, præſuppoſita concluſione hodiè in foro recepta, ut per culpam poſſeſſoris non ſolvendo Ca- 17
nones, vel alia gerendo, incurratur caducitas, etiam in præjudicium Succeſſorum ex pacto, & providentia vocatorum, niſi conſtet colluſivè, ac in fraudem geſtum eſſe *ex deduct.per Clar. §. emphit. qu. 8. Fulgen. tit. de ſolut. Canon. q. 1. num. 48. Coccin. deciſ.343. n. 1. Cavaler. deciſ. 398. in princ. & alios paſſim*; dubitatio ſolùm remanet, an hujuſmodi defectus per ſolam ipſius poſſeſſoris confeſſionem probetur, & negativam tenent *Burdellon.conſ. 55. num. 14. verſ. nec viſum fuit Facchin. conſ.79.num. 28. lib. 1. Hector Felic. alleg.35.num. 8. Fulgin.prox.ſup. num. 62. Montica dec. 373. num 4. Coccin. deciſ. 343. num. 2.* quia prohibitus alienare, dicitur etiam prohibitus confiteri, & hanc puto veriſſimam ſententiam, quatenus controverſia percutiat ſolum commodum ipſius confitentis, vel habentium cauſam ab eo, ita ut Dominus non ſit in cauſa, neque de ipſius principali intereſſe agatur, quia ſcilicet feudi, vel emphyteuſis poſſeſſor de novo inveſtitus, tanquam primus acquirens diſpoſuerit ad favorem incapacium attenta Inveſtitura antiqua, & iſti contendant de nova qualitate ex dicta confeſſione reſultante, quia eſſet admittere probationem ex propria confeſſione ad proprium commodum in alterius præjudicium emanata contra Juris principia; multò magis ſi aliqua fraudis indicia, vel ſuſpiciones urgeant, de quibus *Fulgin. d. tit. de ſolut. Canon. q. 1. num. 52. & ſeq.* niſi econverſo dicta confeſſio ſit aliundè adminiculata, pluraque concurrant adminicula illius veritatem comprobantia, fraudem & colluſionem excludentia, in quibus terminis rectè procedit magiſtralis deciſio *Cavalerii 398.* ac ita de plano omnia iſto caſu conciliantur.

Ubi verò controverſia eſt cum Domino, cujus prin-
cipaliter interſit conceſſionem eſſe novam, quia ſci- 18
licet ità ſequuta ſit devolutio, quæ aliàs attenta antiqua Inveſtitura non ſequeretur, & tunc omninò probabilius videtur, confeſſionem poſſidentis ab ipſo Domino acceptatam eidem ſuffragari, quia Dominus qui eſt certus creditor non tenetur probare negativam ſolutionis, ſed illa probata dicitur eo ipſo, quod non probatur affirmativa *ut generaliter Affl. dec. 91. num. 2. Greg. d. 139. Neapolitana pecuniaria 27. Ianuarii 1653. Meltio, & in ſpecie gloſ. Bart. Bal. & cæteri abſque diſcrepante in l. 2. C. de jure emphit. Fulgin. aliorum cumulator tit. de ſolut. Canon. q.4 n.1.* Multò magis, ubi cum negativa de jure præſumpta, concurrit partis confeſſio ab ipſo Domino acceptata; quoniam aliàs eſſet præſumere duplex mendacium, & delictum, in poſſeſſore ſcilicet confitente, & in Domino approbante, niſi urgentia colluſionis, & fraudis indicia concurrant, ex eiſdem ſupra in præcedenti caſu allegatis.

Fortiùs ubi Domini directi qualitas talis eſt, quod
in eo non de facili cadat præſumptio colluſionis, & 19
fraudis

Digitized by Google

fraudis ut eſt præſertim Papa, vel alter magnus Princeps, cujus ſola aſſertio probationem facere dicitur *Peregr. conſ. 24. num. 7. & 8. lib. 1. Seraph. dec. 330. num. 2. Gregor. & adden. deciſ. 239. num. 6.* ac etiam ex parte poſſeſſoris confitentis nulla dignoſcitur cauſa fraudandi, *ut ponderatur in d. deciſ. 398. Cavaler.* quod abſque dubio procedere dicebatur in præſenti, tunc etenim fraudis ſuſpicio intrat, quando Feudatarius, vel emphyteutica id affectaſſet, quia nempè tamquam primus acquirens alienare voluerit, quod attenta prima Inveſtitura facere non poterat, ſivè quod vigore novæ Inveſtituræ habilitare voluerit ejus filios, vel alios à ſe prædilectos ab antiqua excluſos, cum ſimilibus, quæ omnia in præſenti ceſſare dicebatur, quia Ugolinus omneſque ejus Deſcendentes maſculi jam habebant Jus ſucceſſionis privativè ad deſcendentes fratris ſtante diviſione, undè improbabile eſt, quod abſque aliqua propria utilitate voluerit cum aperta malignitate poſt extinctam ejus deſcendentiam excludere illam fratris, ut potiùs Caſtra ad Cameram devolverentur; Prout improbabile eſt, quod Nicolaus V. abſque aliquo præſentaneo commodo hujuſmodi mendacium canonizare voluerit, undè hic primus punctus videbatur, prout in effectu eſt, ſatis planus.

Secunda inſpectio eſt ſuper Juris quæſtione in ab-
21 ſtracto, an ob non ſolutionem Cenſus, feuda devolvantur; Iſta quæſtio in feudis Sedis Apoſtolicæ hodiè nullam habet controverſiam, tanquàm expreſsè deciſa per *Conſtitutionem 63. Greg. XIII.* qui declarat, ſive ex antiquis Pontificiis Conſtitutionibus relatis à *Cohellio ad Bullam boni regiminis cap. 14. num. 21.* ſive de conſuetudine invaluiſſe, ut feuda ipſo jure ex hujuſmodi cauſa devoluta cenſeantur, quod etiam determinatum fuit in Concilio Conſtantienſi *poſt Carolinam apud Biminum fol. 1131. litt. C. & in fin. &*
22 *litt. D.* ac ita non ſemel judicavit Tribunal Cameræ Apoſtolicæ præſertim *prima Decembris 1578. in una Maceraten. Devolutionis feudi Matelica contra illos de Othonibus.*

In terminis verò Juris communis, *Facchineus lib. 7. controv. cap. 87.* quinque refert opiniones, quarum prima eſt ſimpliciter affirmativa, quam in feudis præſertim Eccleſiaſticis deducunt *gl. Innoc. Monach. & ceteri in cap. ad Apoſtolica 27. de re judic. in 6. verbo reprehendi, & tenent Bala. in c. quæ in Eccleſiarum, num. 25. de Conſtit. Curt. de feud. par. 4. num. 79. & ſeqq. & cæter. congeſti per Roſenthal. cap. 10. concl. 34. in gloſ. litt. F. Vulteius de Feud. cap. 11. num. 101. Andr. Kol. de ſervitiis feudal. par. ult. num. 16. & ſeqq. ubi reſpondet in ſpecie Facchineo, & cæteris contrarium tenentibus, Linckolism. diſp. feud. cap. 10 concl. 17. qui alios cumulant.*

Altera eſt opinio de directo contraria ſimpliciter negativa, quam poſt *Specul. de emphyt. § nunc verò num. 108.* & alios antiquiores veriorem dicunt *Facchin. ubi ſupra, Schrader. p. 9. cap. 6. num. 75. & ſeqq. Roſenthal. cap. 10. concl. 34. per tot. Clar. §. feudum qu. 51. in fin. ibique late alios cumulans Harpreck. in addit. Berchentor. de feud. cap. 3. num. 26. Carolus Kincherchin. diſcurſu de feud. ex pacto n. 135. & ſeqq.*

Tertia eſt diſtinguentium, an pro feudo ſolvatur ſolùm Cenſus abſque aliquo fidelitatis juramento, vel cum illo, ut primo caſu non incurratur caducitas, ſecundo autem ſic, ſed iſtam meritò irridet *Roſenthal. d. concluſ. 34 num. 59.* quia ſi deficit fidelitas, non eſt feudum, niſi in ſolo vocabulo, ſed res allodialis data ſub Cenſu, ideo extra noſtram materiam.

Quarta, & quinta ſunt diſtinguentium inter Cenſum modicum ſolùm in ſignum ſubjectionis, & dominii, ac magnum correſpectivum ad fructus, ſive an Cenſus ſit cauſa principalis, & finalis conceſſionis, vel potius impulſiva, & conſecutiva ex deductis per *Schrader. p. 9. c. 6. num. 76. & ſeqq.*

Mihi placebat, ac omninò verior videbatur, prout videtur ſecunda opinio negativa, ex ea viva ratione deducta per *Facchin. Roſenthal. & alios*, non eſſe inducendas pœnas, ubi leges feudorum non induxerunt, neque in feudis, præſertim ad effectum odioſum & pœnalem, licitum eſſe argumentum à ſimilibus, atque ita paſſim, excepto Statu Eccleſiaſtico, ſervari videmus, præſertim in Regnis utriuſque Siciliæ, ubi frequens eſt feudorum uſus ſub ſervitio pecuniario, quod adoha vocatur, quia per ceſſationem à ſolutione non datur locus devolutionibus, ſed agitur ad implementum.

Hæc tamen negativa opinio pro regula conſtituta, limitanda eſt, ubi Feudatarius dolosè, & affectatè, ex quadam temeritate, quaſi in ſpretum Domini, ſeu dominii, & Superioritatis denegationem, non ſolvit Cenſum, ſive ubi ob hujuſmodi Cenſus non ſolutionem, gravia damna reſultent Domino in gravi neceſſitate conſtituto, quia tunc dicitur ineſſe crimen feloniæ, ſeu læſæ Majeſtatis, *ut advertit Roſenthal. d. concluſ. 34. num. 63.* ſive intrant termini *text. in l. ſi quis major C. de tranſact.* & ſecundùm primam limitationem benè loquitur *Innoc. IV. in d. c. ad Apoſtolica* Federicum ob novennalem defectum à ſolutione Cenſus mereri reprehenſionem, quam *gl. Innoc. & cæter.* explicant pro privatione, quia non ſolutio proveniebat ex temeritate, & ſpretu; iniquum enim aliàs eſſet, ut ob ſimplicem negligentiam non ſolventis accipitrem, vel aliquam modicam recognitionem, debeat caducitatem pati in præjudicium ſuum, ac univerſæ deſcendentiæ, & hæc mihi videtur genuina veritas, huic tamen Civitati non præjudicans, quia ex Concilio Conſtantienſi tunc jam edito, & ex aliis de quibus infrà, caſus erat extra dictam quæſtionem.

Advertendum tamen Conſtitutiones Apoſtolicas inducentes devolutionem in feudis Eccleſiaſticis ob non ſolutum Cenſum, eſſe quidem operativas ad tollendam dictam Juris communis dubietatem, ac ſucceſſivè ad effectus de quibus hîc, & alias, non autem ad illum exorbitantem, quem Fiſcales prætendunt, ut lapſo biennio deſperata ſit ſpes Feudatarii ad deducendum juſtas excuſationis cauſas, ſive ad illam moræ purgationem, quam ipſa æquitas Canonica induxit, & de qua non ſemel *ſub tit. de emphyteuſi*; Irrationabile enim videretur, ut Eccleſia Romana, & Sedes Apoſtolica, quæ fuit prædictæ æquitatis mater, & auctrix; eamque aliis ſervandam proponit, & diſponit, debeat illam denegare ſeu non ſervare.

Poſito autem in caſu de quo agitur, ex dicta Con- 23
ciliari diſpoſitione, ſive ex antiqua feudorum Eccleſiaſticorum conſuetudine, quam annuere videntur *Canoniſtæ in d. c. ad Apoſtolica*, atque enuntiat *Greg. XIII. dicta ejus Conſtitutione 63.* Intrare devolutionem ipſo jure; Quatenus ad tertiam pertinet inſpectionem, diſcurrendo pro veritate dicebam cum eadem diſtinctione ſuperius in prima inſpectione tradita, ſpectandum ſcilicet fore effectum, ad quem de hoc puncto diſputari contingat; Si enim controverſia eſt inter agnatos ex prima Inveſtitura venientes, & illos eorum Jus à novo inveſtito deſumentes, ita ut Dominus non ſit in cauſa, neque de ejus intereſſe principaliter agatur, & tunc niſi conſtet de omnimoda ſinceritate, ac veritate novæ Inveſtituræ, quia ſcilicet verè, & realiter abſque fraudis, vel colluſionis ſuſpicione feudum Domino ſit devolutum, atque ab iſto ex aliqua nova cauſa, & tanquam feudum verè novum, omninò independenter à prima conceſſione & à meritis majorum, quibus prima conceſſio facta fuit, ſive cum novis additionibus ac legibus omnino diverſis, & tunc verius dicebam Inveſtituram non cenſeri alteratam, ſed durare antiquam, ita ut nova conceſſio in effectu aliud ſapere non dicatur, niſi caducitatis, & pœnæ remiſſionem, quamvis utatur verbis novam conceſſionem importantibus, & in his terminis procedunt deciſiones *coram Mantic. & Coccino*,

&

& in Bonon. bonorum emphyt. coram Pamphilio, & multa alia, quæ circumferri ſolent, latè Bardellon. conſ. 55. & cæteri; vix enim dari poteſt caſus hujuſmodi ſinceritatis ac veritatis, proindeque ad hunc effectum conſiderabiles videbantur ponderationes ſcribentium pro actore circa incorporationem effectivam, & alia veræ caducitatis jam ſequutæ & effectuatæ indicia deſiderata.

Aut verò controverſia eſt cum Domino, de cujus intereſſe principaliter agatur, & tunc ſecùs, quia dum propter jam incurſam caducitatem, reſolutum eſt jus omnium Jus habentium ex antiqua Inveſtitura, ita ut eſſet in ejus arbitrio & facultate denuò concedere eidem, vel alteri, idcircò quoad ſe nova dicitur gratia, per quam præjudicium pati non debet, dum non per viam ſimplicis remiſſionis, ſed per viam novæ, & integræ conceſſionis proceſſum eſt, & in his feudis atque ad hunc effectum loquuntur (ac veriſſima videtur eorum opinio) *Iſern. in c. 1. ſub num. 1. de Vaſſall. decrep. ætat. ibidem Præpoſ. num. 3. Alvarot. num. 2. prope fin. Bal. in cap. Imperialem §. Inſuper ſub num. 8. de prohib. feud. alien. per Feder. & cæteri remiſſive adducti per Tiraquell. de retr. lign. §. 32. gl. unica num. 29. Schrader. p. 2. cap. 3. n. 43. Roſenthal. c. 2. concl. 18. num. 2. late Cannet. ad c. vo enies §. ſed occurrit a num. 9. ad 28. pag. 119. & ſeqq. & hanc veritatem canonizavit Rota in Portuen. Stogni 10. Iunii 1641. §. fin. coram Panzirolo, quæ eſt deciſio 89. num. 43. & ſeqq. part. 9. rec. & ſatis bene in Romana devolutionis domus 4. Decembris 1651. & 21. Iunii 1652. coram Bichio quarum ſecunda eſt dec. 277. par. 11. recent or. & dec. 340. num. 18. & ſeqq. eadem par. 11.* Vis enim eſt in reſolutione primæ Inveſtituræ, atque in facultate, quam Dominus habebat non concedendi eidem feudatario, ſed alteri penitus extraneo, vel nemini, abſque eo quod agnati in prima Inveſtitura vocati conqueri poſſent, Nam ita nulla eis inferri dicitur injuria.

24 Hinc ceſſante dicta libertate concedendi cuilibet extraneo, per novam conceſſionem non efficitur feudum novum, ſed remanet antiquum, quamvis prima Inveſtitura ſit finita, ubi nempè non ex feudatarii culpa vel delicto, ſed ex temporis, vel generationum fine ſequitur devolutio, quia adhuc agnatorum Jus durare dicitur ob renovationem eis debitam, ut benè diſtinguendo firmatur *apud Beroum conſ. 112. num. 3. & 4. lib. 1. & in allegatis Romana devolutionis domus 4. Dec. 1651. & 21. Iunii 1642. Bichio.*

25 Ideoque iſto caſu quæſtiones eſſe ſolent potius facti quam juris circa Domini voluntatem; & quid ipſe gerere voluit, an ſcilicet procedere per viam ſimplicis remiſſionis caducitatis, ſeu per viam novæ conceſſionis ex integro, quod in caſu controverſo erat ſatis ſuperque clarùm, non ſolum quia Papa Nicolaus expreſſè utitur verbis novam ex integro conceſſionem importantibus, ſed etiam quia admixta erant alia tria Caſtra, quæ tanquam unum corpus cum iſtis duobus conſtituentia, ſub diverſo Cenſu unius Crateris argentei, ac ſub omnino diverſis pactis, & legibus conceſſa ſunt, quo caſu voluntas eſt indubitata, ut diſtinguendo benè advertit *Iſern. in diſc. cap. 1. de Vaſſal. decrep. ætat. Roſenthal. cap. 2. concl. 18. ubi fideliter multos regiſtrat, & bene comprobat Rota in proximè allegatis deciſ. coram Panzirolo & Bichio. Seraph. dec. 1379. num. 1. & 2.*

Omnemque penitus difficultatem in propoſita facti ſpecie ceſſare dicebam ex ſubſequentis, quia defuncto Nicolao nuncupato Fracaſſa Ugolini filio, ac ultimo maſculo de hac linea, ſuperſtite Manſilia ejus filia, inter iſtam, & Cameram acerrima exorta eſt controverſia, tam in Urbe, quam in ipſa Civitate Urbis Veteris famoſa, Ita ut omninò pro certo dicendum ſit devenisse ad notitiam deſcendentium Rainutii, qui tunc in ſatis proximo parentelæ gradu cum Manſilia conſtituti erant, & tamen viſa dictæ Manſiliæ ſuccumbentia ratione ſexus non comparuerunt, nec aliquid deduxerunt, ut veriſimillimum eſt deduxiſſe eorum Jus vigore primæ Inveſtituræ, Atque deinde ſacta per Sixtum IV. Inveſtitura Ruvereo, idem Sixtus motu proprio, & ex certa ſcientia declaravit legitimam devolutionem, quæ ſententia tranſacta in judicatum, ſubſequutam habuit pacificam obſervantiam ſpatio annorum 140. & ultrà, per quam præſumitur tunc omnia juſtificata eſſe ac ſolenniter acta; cum ſententia excedens metam 30. annorum, & obſervata dicatur antiqua non indigens actorum juſtificatione, ſecum trahens præſumptionem juſtificationis *Caſſador. dec. 3. num. 1. de procur. Mantic. dec. 296. num. 6. & 7. Burats. dec. 376. num. 6.* multo magis accedente centenaria, & ultrà per quam omnis melior titulus allegari poteſt *ex deduct. ſup. in Piſauren. Molendinorum hoc tit.* 26

Et quod præſcriptio centenaria præjudicet omnibus agnatis, tam præſentibus, quam futuris *bene ac latè Ciriac. controv. 3. num. 63. & ſeq.* ubi cæteri cumulantur, multo magis ſumendo iſtius temporis longiſſimum intervallum, non pro pura & formali præſcriptione (quo caſu intrant difficultates, de quibus *Roſenthal. cap. 9. concl. 84. & 85.*) Sed pro obſervantia corroborativa dictæ Sententiæ Sixti IV. coram quo dici poteſt omnia eſſe tunc juſtificata, quæ nunc injuria temporis non habentur. 27

Si enim Domino faciente novam Inveſtituram tanquam de feudo novo, agnati habendo ſcientiam & non contradicendo per annum ſibi præjudicant *Roman. conſ. 70. num. 3. & aliis deduct. per Cephal. conſ. 30. num. 31. & ſeq.* cujus tamen aſſumpti veritas non firmabatur, ſed ſolum deducebatur in argumentum *quia Menoch. conſ. 467. num. 2. & ſeq.* benè advertit, quod eſt rigor odioſus à Principe non ſervandus; multo magis accedente ſcientia probabili cum acquieſcentia annorum ferè 200. à prima ſcilicet conceſſione facta per Nicolaum uſque ad tempus motæ litis. 28

Addita etiam probabili ratione ſilentii, quia nempè per diviſionem inter Ugolinum & Rainutium ſubſequutam, per quam conventum eſt, ut cuilibet Caſtra, & bona aſſignata ſint, ita ut ulterior regreſſus ad bona dimiſſa, & renunciata numquam remaneat, licet enim regulariter diviſio in feudo, vel emphyteuſi non præjudicet, quia unus inveſtitus alteri renuncians ſuam portionem renunciare cenſetur durante Jure renunciatarii, non autem ut Domino in contractu non contemplato locum faciat *ex theor. Bert. conſ. 58. & in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig. num. 24. quam communiter cæteri ſequuntur congeſti per Rot. dec. 186. par. 3. rec. & 176. n. 12. & ſeq. par. 5. & plures ſuo tit. de renunciationibus* attamen id procedit in dubio in quo renunciatio cenſetur perſonalis, ſed non excludit potentiam contrariæ veritatis, quodque renunciatio fuerit realis omnium excluſiva, quæ ſola poſſibilitas ſufficit, ſtantibus tot Pontificum Sententiis, & declarationibus cum ſubſequuta pacifica obſervantia annorum fere 200. Ideoque juſtè, ac fundatè Tribunal Cameræ judicavit contra actorem, declarando Inveſtituram Nicolai eſſe novam, quamvis actori conceſſa fuerit nova audientia. 29 30

† QUamvis iſta cauſa dici non valeat ſopita, dum apud Actores adhuc vireſcunt prætenſiones, quas laudabile eſt conſervari pro nobilitate, & decore familiæ, ut docet praxis plurium magnatitiarum familiarum Hiſpaniæ, quæ adhuc conſervant prætenſiones ſuper aliquibus Regnis; Nihilominus huc uſque ſiluit, ideoque pariter, ut in præcedentibus defuit occaſio alterius adnotationis particularis; verùm recenſendo aliquid ex deductis in diſcurſu. 1

Quoad ea, quæ initiò dicuntur de poteſtate tollendi jus tertii, ſive de modo regulandi voluntatem Principis ſuper uſu iſtius poteſtatis, eſt inſinuatum *in annotatione præcedenti*, & latè *ibi allegato diſc. 148. & 177. de regal.* ac etiam habetur infra *diſc. 9. & 10* occaſione agendi de quæſtione an in feudo pacti, & providentia 2

conceſſio

conceſſo ſimpliciter pro omnibus hæredibus ſanguinis juxta formam dividuam juris Longobardorum erigi poſſit primogenitura , illudque redigi ad formam individuam juris Francorum , de quo etiam in hoc *Supplemento diſc. 112.cum plur.ſeqq.*

3 Super iis autem , quæ concernunt Concilium Conſtantienſe ,& revocationem eorum , quæ geſta fuerunt, illo ſchiſmate durante , habetur *in tit. de praemin.diſc. 2. deciſ. 5. par.13.rec.* edita in eodem caſu , & aliquid advertitur *diſc. 2. in relat. Curiæ.*

4 Et ſuper ea propoſitione, quod deferendum non eſt Doctoribus atteſtantibus de aliquibus Conſtitutionibus Apoſtolicis , vel decretis Sacræ Congregationis , habetur apud *Bich. deciſ. 567. & 626. & tit. de Canonic. diſc. 12.* ac etiam *diſc.1 proœmiali in annot.ad Concil. Trident. & diſc. 35.de judic.*

5 Præcipuus autem hujus controverſiæ punctus eſt, an devoluto feudo ex facto culpoſo poſſeſſoris , illoque denuò conceſſo eidem poſſeſſori ; illud dicendum ſit vere feudum novum,in præjudicium agnatorum,qui per antiquam inveſtituram vocati ſunt ; Vera videtur diſtinctio deducta in diſcurſu , inter caſum in quo Dominus ſit in cauſa , ſuaque interſit inveſtituram eſſe novam Et alterum caſum , in quo iſtam qualitatem allegent ſucceſſores illius , qui novam inveſtituram obtinuit contra agnatos venientes ex inveſtitura antiqua abſque eo , quod Dominus habeat intereſſe , & ſit in cauſa.

Primo etenim caſu, diſtinguendum venit , inter illos dominos , qui ſunt prælati inferiores , ſeu aliàs recognoſcant ſuperiorem, adeout non habeant poteſtatem derogandi legibus , & revocandi conceſſiones factas, ac tollendi jus tertii ; & illum dominum , qui ſit princeps ſupremus , dictamque poteſtatem habeat latè expenſam *d. diſc. 148. & 177. de regal.* In hoc etenim ſecundo caſu , intrat ſolùm quæſtio voluntatis , an ſcilicet voluerit Princeps tollere jus tertij , atque deſtruere antiquam inveſtituram,quoniam de poteſtate ſaltem in foro externo non dubitatur,& de quo etiam infra *d.diſc.112. cum plur. ſeqq.*

In altero autem , in quo iſta poteſtas non concurrat quæſtio videtur potius facti , quàm juris , an ſcilicet revera contraventio ſit talis , ut ex parte Domini, ejuſque favore factus fuerit locus caducitati etiam in præjudicium ſucceſſorum venientium independenter à delinquente , ſeu contraveniente abſque ſpe , vel remedio illam impediendi ; Vel è converſo, affectatè , & colluſivè id geſtum ſit , juxta ea , quæ deducuntur per *Fulgin.in diſc.alleg. de ſolut. canon.quæſt.1. à n. 48. ad 63.* ubi multæ conjecturæ colluſionis & fraudis deducuntur ; & habetur etiam *ſub tit. de emphyt. diſc.47.* & alibi ; Si enim actus eſt colluſivus , & fraudulentus, tunc ſine dubio non attenditur , ex defectu poteſtatis , ſed ſi ſit ſincerus , adeout Dominus volens , licitè potuiſſet feudum ad ſe devolutum, pro ſe retinere, ſive extraneis concedere,& tunc ſi novam conceſſionem ex integro faciat ipſimet , qui caducitatem paſſus eſt, non poterunt agnati venientes ex antiqua inveſtitura impedire devotionem , vel aliud jus, quod favore Domini reſultat ex inveſtitura nova , etiamſi id provenerit ex culpa poſſeſſoris , citra tamen fraudem , & colluſionem ipſius Domini,dum iſta ſolùm eſſe poterit apta ad eis tribuendum actionem contra ipſum culpoſum ad damna,& intereſſe.

Ubi verò iſta quæſtio eſſe ſolum inter ipſos comprehenſos in utraque inveſtitura , vel habentes cauſam ab eis, abſque eo , quod Dominus ſit in cauſa , vel quod ſua interſit; Et tunc, etiam ubi juxta frequentiorem hodiernam praxim in feudis, agatur de illo domino,qui ſit Princeps ſupremus, cum dicta poteſtate tollendi jus tertii , undè propterea non cadat quæſtio poteſtatis,ſed ſolùm voluntatis ; Adhuc iſta voluntas præſumenda non eſt ; Et quatenus nova conceſſio concepta eſſet , cum tali prægnantia, ſeu amplitudine verborum,& clauſularum,ut denotarent, quod proceſſum non eſſet per viam ſimplicis remiſſionis incurſæ caducitatis, ut remoto obſtaculo antiqua inveſtitura jure ſuo continuaret,ſed quod proceſſum eſſet per viam novæ conceſſionis, tanquam ex integro , juxta ea , quæ deſuper cumulantur in his terminis ultra allegatos *in diſcurſu , per Martin. ad Reverter.deciſ.562. Apet.in compend.feud.rubr.16.viſion.14.fol.87.& ſeqq.* Nihilominus omninò verius videtur , ut , Vel intret concluſio ſuper qua multa colligunt *addent.ad dec ſ 2. par. 3.recen.& deciſ. 676. par. 4. rec.tom. 3.cum aliis d.d ſc 148.& 177. de regal.* & alibi frequenter , ut potius Princeps præſumatur circum ventus, Vel quod id proveniat ex ſtylis,& formulariis, citra voluntatem id agendi;Siquidem, ſecluſo jure , vel intereſſe ipſius Domini,cui magis expediat per novam inveſtituram reſtringere feudum ad unam lineam , excludendo alias lineas in antiqua inveſtitura contentas,pro faciliori devolutione, ſive ut ita excludantur lineæ vel perſonæ magis potentes vel parum gratæ , parumque benevolæ , Vel ut augeatur ſervitium reale vel perſonale ; ſive quod reſtringantur facultates & præeminentiæ; tunc ſpeciem iniquitatis manifeſtæ redoleret iſta voluntas, per quam licitum eſſet poſſeſſori feudi cum mora,aliove delicto,ſeu facto culpoſo ſupplantare ſucceſſores,atque ex proprio delicto reportare commodum cum jactura innocentium.

Hinc proindè pro meo ſenſu , contemptibiles viden-
tur ponderationes , quæ deſuper cum conſueta legulei- 7
ca ſimplicitate vel ineptia fieri ſolent , per noſtros ſuper gramaticale ſeu legali ſignificatione vel operatione verborum & clauſularum,quoniam verius videtur,ut etiam in iſta materia procedi debeat , cum toties inculcata propoſitione præſertim in ultimis voluntatibus,ac etiam in contractibus ſeu legibus , & ſtatutis & quæ à Judicibus principaliter ac perpetuò præ oculis habenda eſt, ut ſcilicet tanquam in quæſtione , voluntatis & facti , potius quàm juris immorandum non ſit in hac formalitate verborum,vel in regulis generalibus, vel in immorandum veniat in ſubſtantia veritatis, ac veriſimilis voluntatis , quæ deſumenda eſt ex qualitate & circumſtantiis facti , non autem ex hujuſmodi verbis & clauſulis, quæ frequenter adjiciuntur pro formulario.

Cum eodem ſenſu quoque procedendum videtur in 8
alio puncto , de quo in diſcurſu ſuper diuturna obſervantia , ut ſcilicet ea rectè operativa ſit , nimiumque attendenda ; quando juxta præmiſſas conſiderationes reducatur nova conceſſio ad probabilem dubietatem , ratione certæ voluntatis Domini , in quo poteſtas ut ſuprà concurrat , vel ratione bonæ fidei in eo,qui novam inveſtituram obtinuit, tanquam ex integro , eo quia ſine ejus delicto , prima inveſtitura rigoroſè eſſet reſoluta , adeout obſervantia dici meretur interpretativa ; ſecus autem ubi his ceſſantibus , atque in re clara , deduceretur tanquam præſcriptiva , dum tali caſu rectè intrant ea , quæ in materia juris patronatus gentilitii , vel in altera fideicommiſſorum cæteris relatis habentur *apud Peregr. de fideic. c. 41.num. 17. Grat. diſcept.577. num. 44. Ciarlin. contr. 107. num. 61. Rota deciſ. 220. par 11. rec. & habetur ſub tit. de jure patron.diſc. 351. & diſc. 21. de judiciis & interdictis feudalibus. Roſenthal. in diſcurſ. alleg. cap. 9. conſil. 84. & 85. Giurb. de feud. §. 2. gl. 12. num. 87. Spad. conſ. 53. lib. 3.* quod ſcilicet vel ex regula , quod non valenti agere non currit præſcriptio ; vel ex altera,quod qui non poteſt expreſsè alienare , ſeu alias ſucceſſoribus præjudicare , moltò minùs poteſt tacite negligando, ne quod eſt directè prohibitum, indirectè ſequatur , ſive ex utraque ſimul juncta, verius eſt , ut ſucceſſori venienti independenter à prædeceſſoribus ad feudum antiquum pacti, & providentiæ non obſtat præſcriptio deducta ex negligentia prædeceſſorum.

Niſi obſervantia eſſet ſupra centum annos , atque non adeſſet obſtantia tituli vitioſi , adeout intrare poſſet facultas , de qua ſupra in annotatione *ad diſ. 2.* & frequenter allegandi ſcilicet quemcunque alium titulum meliorem abſque neceſſitate juſtificandi.

Denium

Digitized by Google

Demum quoad rigorem, cum quo poſt Conſtitutionem Gregorii XIII. de qua *in diſcurſu* in hoc principatu proceditur ob non ſolutum in tempore tributum vel aliam recognitionem, ſubrogatam loco ſervitii feudalis; Quamvis in diſcurſu inſinuetur, quod iſte ſit magnus rigor fortè ſingularis; Attamèn ob ejuſdem principatus, etiam ſingularem qualitatem pro ejuſdem rigoris probabilitate vel excuſatione rectè adaptari videntur ea, quæ ſuper excluſione æquitatis canonicè circa purgationem moræ habentur *ſub titulo de Emphyt. diſcurſu. 46.*

Duæ ſiquidem in iſto principatu Status Eccleſiaſtici concurrere videntur rationes, quæ in aliis principatibus non militant; Primò nempè quod eſt principatus electivus, pro frequentiori praxi brevis durationis, dum
10 electio in ſenſibus cadere ſolet; Undè propterea cum quandoque pro humana fragilitate homines q[illegible]re ſoleant, quæ ſua ſint, & quæ ad proprios ſucceſſores transmittere poſſunt, non autem ea, in quibus adminiſtratores & tanquam per ſpeciem uſufructuarij perſona geratur; Idcircò dari poſſet quandoque negligentia præjudicialis; Et ſecundò quoniam feudatarij hujus principatus non ſunt ſolùm proprij ſubditi intra ejuſdem principatus viſcera vivant ſub omnimoda ſuperioritate ipſius Domini, ut (ex. gr. agendo de noſtra Italia) ſunt feudatarij Regnorum utriuſque Siciliæ, ac illi aliorum Italiæ Principum ſed adſunt feudatarii potentes, in figura Principum ſupremorum, cum feudis regalibus unæ dignitatis redolentibus ſupremum principatum, undè propterea juxta ponderationes, de quibus *d. diſc. 46.* quilibet ſibi licitum redderet negligere ſolutiones hujuſmodi tributorum, vel recognitionum, ut ita inſenſibiliter cum longo temporis decurſu libertatem vindicaret, aſſecuratus de præjudiciis, quæ ab hac mora reſultant, ab iſto clypeo canonicæ æquitatis & purgationis moræ Et per conſequens iſte rigor aliquam probabilem rationem habere videtur.

Mendosè autem ex errore in præmiſſis, ut pluries *n. 21. allegatur Gobel. c. 25.* dum eſt *c. 29. eod. num. 21.*

Et de feudi devolutione vel confiſcatione ob delictum feudatarii; etiam in præjudicium ſucceſſorum in-
11 dependentium & quando dicatur delictum feudale, quod iſtum effectum producat. habetur in præſenti *hoc Supplemento diſcur. 131.* & aliqua *diſcur. 161. de Regalibus.*

EUGUBINA,

Seu CIVITATIS CASTELLI CASTRI Pro COMITISSA DE CANTALMAIIS CUM CAMERA.

Caſus diſputatus in Congregatione Camerali, & ſopitus cum concordi temperamento.

Caſtrum an præſumatur feudale, vel allodiale, Et cui incumbat unam vel alteram qualitatem probare, an ſcilicet Domino Agenti ad devolutionem, eſſe feudale, ut hæredi Feudatarii defuncti eſſe allodiale, Et quatenus aliquæ feudalitatis probationes, vel indicia concurrant, an exindè reſultet excluſio feminarum. Et aliqua de ſubfeudo regulando à natura feudi; Et an omnia Caſtra poſſeſſa, vel conceſſa per Duces Urbini dicantur ſpectare ad illum Statum ſeu Ducatum.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *In feudo, quod non conſtet eſſe rectum & proprium etiam fœminæ ſuccedunt remiſſive.*
3 *Cui incumbat onus probandi qualitatem feudalem, vel reſpective allodialem.*
4 *Subfeudum regulatur à feudo, & dicitur ejuſdem naturæ.*
5 *Caſtrum præſumitur potius allodiale, quàm feudale*
6 *Ubi etiam conſtaret de feudalitate, adhuc doceri debet de tali, quod ſit locus devolutioni.*
7 *Feudum Regni Neapolitani eſt fœmininum.*
8 *Poſſeſſio, quam Fiſcus in caſu prætenſæ devolutionis de facto apprehendit, quid operetur.*
9 *De concluſione, ut id quod eſt intra fines feudi non præſumatur feudale quomodo intelligenda.*
10 *Subfeudum an poſſit eſſe diverſæ naturæ, quam feudum, & quando.*
11 *Subfeudum debet concedi gratis.*
12 *De familia Vbaldina allecta in illam Feltriorum.*
13 *Recenſentur plura adminicula, quod Caſtrum alio titulo, quam feudi poſſideretur.*
14 *De Conſilio Abbatis, ut in Statu Eccleſiaſtico omnia Caſtra præſumantur feudalia.*
† 1 *An Caſtrum præſumatur feudale, vel allodiale remiſſive.*
2 *An fœminæ ſuccedant in feudis.*
3 *Declaratur concluſio, quod ſubfeudum eſt ejuſdem naturæ, cujus eſt feudum.*

DISCURSUS VI.

GUidobaldus Urbini Dux, Eugubinæ Civitatis 1
Vicarius, de anno 1499. Caſtrum Carpenarum cum Juriſdictione, & aliquibus bonis, vendidit pretio florenorum 12. m. Hieronymo de Bentivolis, ſtipulanti pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, cum clauſula ad habendum latiſſimè extenſa, nullo onere adjecto, vel juramento fidelitatis ſuſcepto, nec aliqua prohibitione accedente, niſi circa alienationem Palatii, ſeu Fortalitii, abſque ipſius venditoris, vel ejus hæredum, & ſucceſſorum licentia; Beativolus autem de anno 1579. dictum Caſtrum, & bona, etiam Fortalitium, de licentia Ducis ſucceſſoris, vendidit Joanni Baptiſtæ de Cantalmaiis, pariter acquirenti pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, defunctoque Vincentio ultimo maſculo ex dicti Joannis Baptiſtæ primi acquirentis deſcendentibus, ſuperſtite Comitiſſa filia, Camera Apoſtolica de anno 1657. prætendens dicti Caſtri devolutionem ob terminationem lineæ maſculinæ, de facto poſſeſſionem accepit, Cumque dicta Comitiſſa recurſum habuiſſet ad Papam, atque ab iſto negotium remiſſum eſſet Congregationi Camerali, plures acres diſputationes deſuper habitæ fuerunt.

Demum verò cauſa ſopita fuit cum concordi temperamento, ut dicta Comitiſſa, quæ prætendebat Caſtrum eſſe allodiale, ac tranſmiſſibile ad quoſcumque, illud obtineret, ac recognoſceret in feudum pro deſcendentibus utriuſque ſexus, atque ita præſens controverſia finem habuit.

Duo autem fuerunt hujus diſputationis puncti, ſeu inſpectiones, primò nempè, an iſtud Caſtrum eſſet feudale, vel allodiale, & cuinam incumberet onus, unam vel alteram qualitatem probandi, & ſecundò, poſito, quod conſtaret de feudalitate, an dicta Comitiſſa ejuſque deſcendentes etiam per lineam femininam eſſent illius ſucceſſionis capaces.

Super hoc ſecundo puncto modica verſari videbatur difficultas, tum quia probabilius pro allodiali qualitate reſpondendum videbatur ut infrà, undè propterea ceſſabat occaſio quæſtionis in radice, dum etiam extranei quicumque erant hujus ſucceſſionis capaces, Tùm quia, ubi etiam talia urgerent feudalitatis indicia, quod libero allodio excluſo, feudum dici poſſet, adhuc tamen cum non doceretur de Inveſtitura, neque concurreret obligatio ſervitii perſonalis cum præſtatione formalis juramenti fidelitatis, abſque dubio dicendum erat non conſtare, quod eſſet feudum rectum, & proprium, cujus ſucceſſio ad ſolam lineam maſculinam reſtricta eſt ita ut remanetet feudum impropriatum, cujus etiam fœminæ, ac alii de linea fœminina eſſent capaces, quinimo cum

Google

cum prælatione adverſus maſculos remotiores, juxta ea quæ ſuper hoc puncto formiter habentur diſputata *in Mantuana feudi hoc eod. tit.* ubi de auctoritatibus, & deciſionibus, quæ ſuper hoc puncto in præſenti etiam controverſia allegabantur.

Major autem diſputatio fuit ſuper primo puncto feudalitatis rectæ, & propriæ fœminarum excluſivæ, circa quem duo erant Cameralium fundamenta, primò, quod cum Fiſcus eſſet reus, & poſſeſſor, dicta verò Comitiſſa eſſet actrix, huic incumbebat plenè, 3 & concludenter probare allodialitatem quam allegabat pro fundamento intentionis juxta regulam *text. in l. actor. de probat. cum aliis, quæ in propoſito habentur in Piſauren. Molendinorum hoc eod. tit.*

Et ſecundò quod cum iſtud Caſtrum eſſet intra fines, & pertinentias Vicariatus Eugubini, qui per dictum Ducem Urbini poſſidebatur jure feudi recti, & proprii excluſivi ſexus fœminini, idcirco iſtud ſubfeudum cenſendum erat ejuſdem naturæ, cujus erat ipſum feodum 4 principale, tanquam membrum regulandum à ſuo capite, ac reliquo corpore, *Loffredus conſ. 39. num. 35. Menoch. conſ. 148. num. 14.* & eſt communis traditio feudiſtarum exinde inferentium, ideò in Regno Siciliæ citra fœminas ſuccedere in illis feudis, quæ comparativè ad ipſum Regnum ſubfeuda dicenda veniunt, quia ipſum regnum, & ſic feudum principale eſt etiam fœmininum.

Alia etiam aſſignata ratione deficientis poteſtatis, quia inter requiſita deſiderata ad validam ſubinfeudationem, illud eſt præcipuum, ut fiat ſub eiſdem legibus, ac perſonis ſimilis qualitatis, ſeu conditionis, ex iis, quæ in ſpecialibus terminis ſubfeudorum hujus Status Urbini *habentur in Senogallien. Caſtrorum hoc eod. tit.*

His tamen non obſtantibus (reflectendo etiam ad veritatem) credebam dictæ Comitiſſæ pro qua ſcribebam, Juſtitiam aſſiſtere, quamvis egomet dictum concordiæ temperamentum laudaverim, & conſuluerim, quia durum eſt cum Fiſco poſſeſſore, & manibus vacuis litigare.

Ad id probandum conſtituebam in primis regulam, ex magis communi & vera feudiſtarum opinione receptam, quod non conſtituto de Inveſtitura aliiſque concludentibus feudalitatis indiciis, Caſtrum cenſendum eſt potiùs allodiale quàm feudale, *ut per Caſtr. conſ. 179. num. 2. lib. 1. Alex. conſ. 129. num. 1. lib. 6. Hartman. Piſtor. tom. 3. q. 39. num. 2. Aponte dec. 2. Giurb de ſucceſſ. feud. §. 1. gloſſ. 3. num. 10. dec. 93. n. 31. & ſeq. par. 5. rec. dec. 69. num. 11. & ſeq. par. 8. & plenius in Clomacen. Vallium, & in aliis frequenter hoc eodem tit.* Qua regula ſeu præſumptione generali ſic ſtante, reſultabat de conſequenti, onus eſſe Cameræ prætendentis devolutionem ratione feudalitatis, iſtam probare tanquam fundamentum intentionis, tum quia allegans regulam dicitur habere fundatam intentionem, donec conſtet de limitatione probanda per eum, qui allegat immutationem in dubio non præſumendam *Mantic. dec. 251. num. 4. Franch. dec. 197. num. 9. Barboſ. axiomate 198.* Tum etiam quia ut advertitur in terminis emphyteuticis *per Rot. dec. 73. par. 10. rec. & in aliis frequenter*, primum ac præcipuum requiſitum devolutionis eſt, ut certitudinaliter conſtet de illa qualitate, cujus ratione devolutio prætenditur.

Idque adeò verum, quod licèt ad alios effectus, qualitas feudalis vel emphyteutica ſupponens alterius directum dominium, poſſit per alias probationis ſpecies, quinimò etiam per conjecturas & adminicula juſtificari *Bellon. jun. conſ. 44. n. 42. Menoch. conſil. 395. num. 67. & in aliis hoc tit. ſæpius*, ad effectum tamen devolutionis 6 neceſſaria eſt ſcriptura conceſſionis, ut ex ejus tenore conjici valeat illius natura, & num ſit factus ejus caſus, ex ea clara ratione, quod poſſunt ſimul ſtare eſſe feudum ſeu emphyteuſim, ſed ita improprium & alteratum, quod etiam fœminarum & cognatorum, vel etiam extraneorum ſucceſſio intret, *ut dec. 93. num. 36. & ſeqq. par. 5. rec. 117. num. 1. par. 7. 162. n. 6. cum ſequen. par. 9. Buratt. & adden. dec. 602. Capic. Latr. conſult. 75. n. 280. & ſeq. Medionalen. devolutionis 4. Junii 1655. Meltio & ſæpius ſub tit. de emphyteuſi.*

Non implicat enim eſſe feudum verum, immò Dignitatis, & primi ordinis, cum regalibus & Jure Principatus, & tamen eſſe femininum, ut de Regno Siciliæ ci- 7 tra alias Neapolis *Mandoſ. 367. lit. C. Corneus conſ. 16. num. 5. in fine & num. 7. lib. 1. Soccin. conſ. 257. num. 2. lib. 1. Menoch. conſ. 65. num. 68. & ſeq. Capic. Latr. dicta conſult. 75. n. 87. & ſeq.* ac docet frequentiſſima praxis de feudis Plumbini, & aliis, de quibus agitur *hoc eodem tit.* Ideoque ſemper verum videbatur, Fiſci prætendentis devolutionem onus eſſe, nedum probare feudalitatem in dubio non præſumendum, ſed eam talis naturæ, quod reſtricta ſit ad certum genus, cujus finis pariter ſit probatus, ut *ſæpius ſub tit. de emphyteuſi.*

Fundamentum verò poſſeſſionis deductum per Camerales, nullius videbatur momenti, quoniam quid- 8 quid ſit de puncto, an poſſeſſio Fiſci dici valeat vitioſa, & merè ſpoliativa ad alios effectus, qui in privato ita ſe de facto intrudente in poſſeſſionem de jure reſultarent, ex privilegio quod ſaltem ex uſu communi Fiſcus introduxit non litigandi manibus vacuis, & de quo privilegio vel uſu habetur præſertim actum *in Maſſanen. Caſtrorum hoc eodem tit.* Attamen ut ponderatur *in dicta Clomacen. Vallium, ac etiam in Piſauren. molendinorum, & in aliis*, iſtud quomodocumque introductum privilegium, tolerabile quidem eſt ad effectum excuſandi à ſpolio, aliiſque effectibus vitioſæ, & intruſivæ poſſeſſionis, nec non à neceſſitate præciſæ ſeparationis poſſeſſorii à petitorio, & ne Fiſcus quamvis fovens bonum Jus in petitorio, ſuccumbere tamen cogatur in poſſeſſorio, ut in privatis contingit, non autem ut cauſare valeat dictum alium effectum inducendi probationem limitationis odioſæ, & non præſumendæ, ac transfundendi onus in eum, qui habens pro ſe regulam ac præſumptionem, gravamen, & ſpolium de facto paſſus eſt, quia eſſet multiplicare exorbitantias, & Juris correctiones, ut præſertim advertitur *in allegata Piſauren*, unde reflectendo etiam ad ſolam veritatem, iſtud motivum, omni poſitivi & naturalis Juris ratione, ac fundamento deſtitutum videbatur.

Majoris conſiderationis erat alterum, quod iſtud Caſtrum utpotè ſubfeudum ſeu membrum dicti Vicariatus Eugubini, regulandum erat à natura ſui capitis vel 9 corporis *Decius conſ. 389. n. 7. Rubeus Alexand in. conſ. 133. num. 11. Rimin. jun. conſ. 6. num. 132. & conſ. 18. num. 2.* atque ubi infraſcriptæ facti circumſtantiæ non tollerent difficultatem, iſta mihi videbatur gravis, licèt enim ego ſcribens tanquam Advocatus deducerem adeo frequenter decantatam propoſitionem, ut non omne, quod eſt intra fines feudi præſumatur feudale, juxta præſertim opinionem, in qua reſidet Rota & Curia *ex deductis in allegatis Clomacen. & Maſſanen.* Attamen hæc propoſitio cum declarationibus, de quibus locis allegatis, recipienda videtur in prædiis, villis, domibus, & aliis rebus jure privato intra fines alicujus Caſtri, vel feudi poſſideri ſolitis, non autem in Caſtris & locis Juriſdictionalibus conſtituentibus Univerſitatem & corpus ſtans de perſe, cum in his terminis non de facili ſit practicabile; ut Oppida, & Caſtra exiſtentia intra fines feudi majoris, jure privatorum prædiorum cenſenda ſint.

Dicebam quoque, quod ubi etiam admittendum eſſet iſtud eſſe ſubfeudum, adhuc tamen non implicat 10 eſſe diverſæ naturæ ab ipſo feudo principali, cum habeamus ſubfeuda, quæ ſub alio vocabulo feuda plana, & de tabula nuncupari ſolent, regulari jure allodialium, ac non ſubjacere rigoroſis legibus feudalibus earumque reſtrictionibus *deductis per Rovitum deciſ.*

42. &

42. & plenè in Mantuana honorum hoc eodem tit.

Verùm iſtud erat ſatis periculoſum fundamentum, quoniam ea, quæ habentur de ſubfeudis aliàs feudis planis & de tabula nuncupatis, jure allodii regulandis, procedunt in illis prædiis & bonis, quæ ita concedi, vel alienari ſolita, feudi excadentiæ potiùs dicuntur, ac veniunt ſub nomine fructuum feudi, non tangunt ejus partem in ſubſtantia & proprietate, *ut habetur in Senogallien. Caſtrorum*, quod abſque dubio applicari non poterat huic Caſtro, quatenùs eſſet membrum, & de pertinentiis hujus Vicariatus, quia non conſtabat eſſe de excadentiis concedi ſolitis, unde remanebat verum ſubfeudum, quod feudatario majori conceditur ex quadam honeſtate, ut milites & Barones ſibi conſtituere valeat, *juxa deducta in dicta Senogallien.* ſed cum iiſdem legibus & conditionibus.

11 Eò magis quia inter ſubfeudi requiſita, illud cenſetur præcipuum, quod gratuitò, & abſque pretio vel alia recompenſa fiat, ex collectis *per Altograd. conſ. 5. lib. 2. num. 22. cum aliis in dicta Senogallien.* quod in præſenti ceſſabat, dum conceſſio facta erat, non jure ſubfeudi & beneficii per viam gratuitæ conceſſionis, ut militem & benevolum Vaſſallum ſibi conſtitueret, ſed jure contractus merè correſpectivi pretio mediante, atque ad formam privati allodii pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque, unde ſtante devolutione feudi, locus erat reverſioni hujus membri ad ſuum corpus, & unitatem ex regula *text. in l. lex vectigali, &c.* ſtante ſubinfeudationis invaliditate juxta punctualiter in hoc feudo Urbini firmata in *dicta Senogallien. Caſtrorum.*

Solidum verò ac ſatis probabile motivum, per quod omnia præmiſſa ceſſabant, atque tollebatur neceſſitas aſſumendi tot inſpectiones, conſiſtebat in ceſſante, ac negato facti ſuppoſito, quod ſcilicet iſtud Caſtrum eſſet intra fines Vicariatus Eugubini, & de ejus pertinentiis, cum verius videretur, illud à præfato Guidobaldo poſſeſſum non eſſe jure Ducatus Urbini, ſeu Vicariatûs Eugubini, ſed jure proprio & allodiali omninò independenter à præfato Ducatu, aliiſque feudis per Inveſtituram Pauli III. unitis, juxta ſeriem, de qua *in dicta Senogallien Caſtrorum.*

Ad id probandum ponderabam, ex multorum gravium hiſtoricorum teſtimonio, aliiſque probationibus
12 & adminiculis, fortius verò ex illius regionis conſtanti fama & traditione, præfatum Guidobaldum, qui hujus Caſtri alienationem fecit, non eſſe de familia Feltriorum, ſed de illa Ubaldinorum ut potè filium Federici, qui filius Bernardini Ubaldini Domini della Carda adoptatus fuit per Comitem Guidum Antonium prole carentem, ac ultimum de familia Feltriorum, per quam adoptionem non amiſit ſed retinuit, vel actu, vel aptitudine, ac jure ſucceſſionis poſtmodum apertæ quamplura Caſtra, quæ ab iſta familia Ubaldina in illis partibus potenti ab antiquo poſſidebantur, undè propterèa ex hoc jure liberi allodii potius quàm ex alio Jure ſubfeudi controverſum Caſtrum à dicto Guidobaldo poſſidebatur.

Comprobabam hanc veritatem ex pluribus adminiculis, quæ inſimul juncta cum regula, ut ſingula, quæ
13 non proſunt &c. eam in claris ponere videbatur.

Primò, & fortiter ex controverſi Caſtri ſituatione extra Ducatum Urbini, vel vicariatum, & territorium Eugubii, cum ſupponeretur in facto illud undique circumdatum eſſe à territoriis Civitatis Caſtelli, Muntoni, & aliorum locorum Status Eccleſiaſtici immediati, qui ad differentiam Status Urbini devoluti, in illis partibus nuncupari ſolet *Stato vecchio*, Sicuti enim circumdatio, vel adjacentia probat exiſtentiam intra limites alicujus Territorii, ità èconverſo contrarium eam excludit, ex iis, quæ ſatis frequenter in hac materia ſtrnationis alicujus Diœceſis habetur *ſub tit. de Iuriſdictione, & præeminentiis.*

Secundò etiam fortiter ex recenti rerum mutatione, quia omninò defecta in eodem Guidobaldo, ſive vera, ſive allecta familia Feltriorum, undè Status Urbini, & Vicariatus Eugubii tranſierunt in familiam Ruveream, ob adoptionem Franciſci Mariæ de Ruvere ſub Alexandro VI. ſequutam, veriſimiliter hic novus Dominus hanc patenter invalidam ſubinfeudationem, & alienationem retractaſſet, ſi Caſtrum fuiſſet de dicti Vicariatus pertinentiis, dum tunc memoria erat ſatis recens.

Tertiò quia ſub Leone X. de anno 1518. ob delictum Ruvereì, Status prædictus declaratus fuit devolutus, illiuſque poſſeſſione apprehenſa, omnia fuerunt diligentiſſimè reviſa, ut liquet ex deductis *in Piſauren. Molendinorum*, & tamen neque tunc, neque in gratia reſtitutoria Hadriani VI. vel in nova Inveſtitura Pauli III. de iſto Caſtro aliqua mentio habita eſt.

Quartò ex modo quo illius alienatio ſequuta eſt tanquam ſcilicet de libero allodio pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, mediante pretio correſpectivo, nulloque reſervato ſervitio, cum ſubſequuta obſervantia plurium alienationum, nullo requiſito Beneplacito, niſi quoad Fortalitium, quæ omnia repugnant qualitati feudi, vel ſubfeudi, neque in dubio admittendus eſt adeò multiplex cumulus delictorum.

Et demum quintò fortiter, ab ipſa obſervantia, reique eventu de facto, quia devoluto per mortem ultimi Ducis Franciſci Mariæ univerſo ſtatu Urbini juxta unionem Pauli III. dicti Vicariatus Eugubini complexivo, ad M. Duciſſam Etruriæ ejus ex filio prædefuncto neptem, & hæredem allodialium, tranſierunt, nedùm bona allodialia, & privata ex deductis *in dicta Piſauren. Molendinorum*, ſed etiam aliqua Caſtra, utpotè à dicto Duce alio titulo, vel jure poſſeſſa, quàm ex illo Status Urbini, & Vicariatus Eugubini, ergo aderat poſſibilitas, ad actum etiam redacta alterius tituli independentis à feudo, quæ adminicula, ubi etiam ſingulariter, & de per ſe conſiderata pati poſſent difficultates reſultantes ex reſponſionibus Cameralium, attamen inſimul juncta cum generali regula, ſeu præſumptione Juris huic parti aſſiſtente, tullere videbantur omne dubium.

Et licèt penè miraculoſæ eruditionis de Rubeis Cameræ Advocatus multos adduceret hiſtoricos negantes dictam adoptionem, ac affirmantes dictum Federicum fuiſſe filium Guidi Antonii ex nobili muliere ſuſceptum, cum aliqua ſolum diſcrepantia, num in conſtantia matrimonii vel extra, Nihilominus dicebam, quod vel facta comparatione in numero, & qualitate Chroniſtarum, major & ſanior pars aſſiſtebat dictæ adoptioni, Vel quod iſta diverſitas ſufficeret ad offuſcandum, ac reddendum dubium, id quod aſſerebatur, ex parte Cameræ agentis ad devolutionem, ex recepta propoſitione, quod reo, ſeu habenti jam intentionem fundatam, ſufficit offuſcare, ac dubias reddere probationes actoris cum contraria poſſibilitate, quæ ſufficit ad operandum, ut probatio non dicatur concludens, &c. perfecta *Surd. conſ. 505. num. 6. Merlin. deciſ. 597. num. 34. aliàs 229. par. 6. rec. Roias deciſ. 456. num. 3 Barboſ. axiom. 191. num. 2. cum ſequen.* & eſt frequens axioma, potiſſimè tot aliis adminiculis concurrentibus inſimul, & unitim ut ſupra ponderandis.

Decantabant quoque Camerales ſolitas cantilenas de- 1
ductas *ex celebri conſil. Abbatis*, ac aliis congeſtis *per Spadam conſ. 1. lib. 1.* ſuper præſumenda qualitate feudali in Statu Eccleſiaſtico, ſed facilis erat reſponſio (adeo frequenter ita cauſarum neceſſitate, vel opportunitate exigente, repetita in aliis hoc eod. tit.) quod ceſſantibus inveſtitura aliiſque requiſitis feudi recti, & proprii, iſta præſumpta feudalitas, rectè procederet ad effectum alti dominii, & ſuperioritatis Papæ, tollendumque illud purum allodium, per quod nemo recognoſcitur, niſi Deus, non autem exindè inferri poteſt ad feudalitatem rectam, & propriam, quæ ſubjaceat conſuetudinibus feudorum, ut notoria praxis docet in caſu fortiori Caſtrorum exiſtentium in ipſo patrimonio B. Petri, quinimo & in Ipſius Urbis diſtrictu.

De

Google

† DE quæſtione, de qua etiam agitur in hoc diſcurſu ſuper qualitate Caſtri, ſeu loci, an in
1 dubio præſumatur potiùs feudale, quàm allodiale, vel è contra habetur ſupra *annotatione ad diſc. 2.*

Et de regula generali ſuper capacitate fœminarum ſuccedendi in feudis, habetur *hoc eodem tit. diſc.* 11. *&*
2 *infrà in ejus adnotatione & in hoc Supplemento diſc.* 122. *&* 127. *&* 134.

Quatenus verò pertinet aſſumptum principale hujus
3 diſcurſus, ut ſubfeudum reguletur à naturale feudi; Erroneum videtur indefinitè procedere cum hac generalitate in quocunque caſu ad aliud non reflectendo, quoniam verè & propriè id procedit in illo ſubfeudo, quod fiat de toto feudo per ſpeciem ſubrogationis unius Vaſſalli loco alterius juxta primam ſpeciem, de qua ſupra *in annotatione ad diſc. primum*; Ex ea ratione, quod inter alia ſubfeudi requiſita eſt illud, ut ſit cum eiſdem legibus & conditionibus & quæ ſpecies hodiè videntur receſſiſſe ab aula, ut in *d. adnot. ad diſc.* 1.

Quo verò ad alias ſpecies, quæ ſunt in uſu; Adhuc reflectendum eſt ad earum diverſitatem, de qua *in dicta adnotatione ad diſcurſum primum, ac etiam diſc. ſeqq.* quoniam ubi agatur de illo ſubfeudo, quod fiat de excadentiis quoque alicubi nuncupatur planum & de tabula differentia eſt plana, cùm iſta ſpecies ſubfeudi non reguletur jure feudi, ſed jure allodii, ideoque ſit longè diverſæ naturæ.

Et quoad aliam ſpeciem illorum ſubfeudorum, quæ de Oppidis & Caſtris concedantur per feudatarium dignitatis cum jure principatus, ad effectum ſibi conſtituendi milites nobiles; Quamvis in caſu omninò ambiguo cum iſta regula procedendum ſit, ex ea congrua ratione, quod membra cenſenda ſunt ejuſdem naturæ, cujus eſt corpus, ut in diſcurſu; Attamen non videtur requiſitum præcisè neceſſarium, dum hujuſmodi ſubfeuda, quæ fiunt cum longè minori juriſdictione & poteſtate, tanquam per ſpeciem diſtributionis guberniorum & adminiſtrationum, revera non important ſciſſuram vel diviſionem feudi, neque ejus unitati præjudicant, ideoque diverſitas naturæ nullam repugnantiam præ ſe ferre videtur, atque ità docet plurium principatuum praxis, ac propterea regula procedit in caſu ambiguo.

MANTUANA FEUDI, SEU BONORUM

Pro EPISCOPO,

Cum DUCE MANTUÆ.

Caſus per Rotam primo loco deciſus ad favorem Domini mediati, deinde ad favorem immediati, & cauſa pendet.

Subfeudi devolutio per lineam finitam, vel alium caſum, an fiat ad ſubinfeudantem, & Dominum immediatum, vel ad infeudantem, & Dominum directum mediatum.

Et quando ſubfeudum tranſeat in feudum directum, & in capite.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Devolutio ſubfeudi regulariter fit ad ſubinfeudantem, non autem ad D. Directum mediatum.*
3 *Intellige, ubi penes ſubinfeudantem remanet pars feudi, vel remaneret reliquia, ſecùs ſi nihil.*
4 *Ubi totum feudum ſubinfeudatur, nihilo retento, ſubfeudatarius dicitur habere immediatè à Domino directo.*
5 *Renunciato, vel ceſſo feudo ad favorem unius, an eo ceſſante, feudum revertatur ad renunciantem, vel potiùs acquiratur Domino, vel remotiori agnato.*
6 *Feuda Epiſcopatus Mantuæ ex conſuetudine ſunt alienabilia, & de eis Feudatarius poteſt diſponere.*
7 *Beneplacitum Domini, ubi ex pacto reſervatur, an ſit neceſſarium, etiamſi aliàs de jure non requireretur.*
8 *Non eſt immorandum in doctrinis, & regulis generalibus: vel ſimilibus, ubi habemus ſpeciales.*
9 *In materia feudali, non proceditur per ſimilem.*
10 *Si plura feuda uni perſona, & per unam Inveſtituram conceduntur, an efficiantur unicum feudum, vel adhuc remaneant plura, & diverſa.*
11 *Feuda Mantuana conſiſtere dicuntur etiam in modico pratio terra.*
12 *An, & quando ſubfeudum fiat feudum directum, & in capite, & numeris ſeqq.*
13 *Diſtinguuntur ſpecies feudorum, quæ ſcilicet ſint feuda, & quæ ſubfeuda, & quæ ſint feuda quaternata.*
14 *Subfeudum conceſſum à Feudatario cum aſſenſu Domini nulla reſervatione ſibi facta efficitur feudum directum, & immediatum.*
15 *Secùs ſi aliquid ſibi reſervat, quia tunc aſſenſus Domini tollit obſtaculum, ac operatur ſolum licentiam ſubinfeodandi.*
16 *Si Epiſcopus concedit Prælato inferiori de aſſenſu, & licentia Papæ Iuriſdictionem in Oppido, vel loco Diœceſis, an dictus locus remaneat de Diœceſi ſub Epiſcopi ſuperioritate.*
17 *Deciſio Cauſa pro ſubinfeudante.*
18 *Sed deciſio non placet, & de ratione.*
19 *In feudis non admittitur ſimulatio, neque intrat regula plus valere, quod agitur, ſed dicitur Feudatarius ille, quem Dominus inveſtivit, licèt iſte ſimulatè pro alio quæſierit.*
20 *Idem dicitur in officiis, & beneficiis.*
21 *Obſervantia, tanquam Interpreti eſt deferendum.*

† 1 *De hujus cauſa deciſionibus, ubi ſint impreſſa.*
2 *In quibus feudis procedendum ſit cum regulis feudalibus.*
3 *Feudum importat veram militiam ad plures effectus.*
4 *Qui poſſunt hodiè concedere feuda vera & propria.*
5 *De renunciatione feudi, cui ſuffragetur, & quando excludat renuntiantem.*
6 *De ſubfeudis, eorumque variis ſpeciebus.*

DISC. VII.

EPiſcopus Mantuanus de anno 1332. prævia narrativa, quod terræ poſitæ in Inſula Reveri (hodie 1
Podii nuncupata) à tempore immemorabili de conſenſu, & auctoritate Summi Pontificis, certis perſonis infeudatæ fuerint, & per aliquorum mortem abſque ſucceſſore, aliqua feuda fuerint aperta, ſed ob temporum calamitates deteriorata, Volens de conſilio Jo. Andreæ, & Richardi de Malumbra Inſignium Juriſconſultorum tunc viventium, Vaſſallos ſibi conſtituere, dictaque feuda aperta concedere, Ideò intuitu beneficiorum, quæ ſibi, & Prædeceſſoribus præſtitit Aloyſius Gonzaga Mantuæ Dominus, eumdem *pro ſe & filiis, ac liberis ſuis maſculis, & feminis in perpetuum, in feudum honorificum cum Sacramento fidelitatis inveſtivit, cum clauſula ad habendum, & quidquid ei, ſuiſque hæredibus placuerit ſine contradictione Epiſcopi faciendum, ſalvo jure directi feudi Epiſcopatus &c.* quæ Inveſtitura fuit deinde ſucceſſivis temporibus ad favorem præfati Aloyſii ſucceſſorum renovata, etiam cum jure ſubinfeudandi.

De annis autem 1535. & 1537. Maximilianus Gonzaga è dicto Aloyſio deſcendens, dictorumque feudorum poſſeſſor, de aliquibus ex dictis terris in loco nuncupato *dell' Angelo*, ſubinfeudavit Hieronymum Piperarium, & de annis 1548. & 1551. idem Maximilianus, reſervato aſſenſu Epiſcopi quatenus opus eſſet, liberavit dictas Terras ab omni jure feudali, ita ut de cætero dictus Piperarius ejuſque hæredes eas haberent, uti allodiales, & liberat ab omni jure feudali, cum verbis, & clauſulis ampliſſimis, & de anno 1555. ad inſtantiam ejuſdem Maximiliani, Cardinalis Gonzaga tunc Epiſcopus, receptis

à Piperario quibuſdam aliis Terris, prædictas ut ſuprà liberatas, à jure directi dominii Eccleſiæ,& Epiſcopatus etiam exemit, & liberavit, ſed impugnante Epiſcopo, ſucceſſori hujuſmodi liberationem, ac prætendente propterea devolutionem; Eodem Maximiliano procurante, anno 1589. obtinuerunt filii, & hæredes Piperarii denuo per Epiſcopum de dictis Terris inveſtiri, à quorum manibus devenerunt in quoſdam de Addua qui etiam novam Inveſtituram ab Epiſcopo receperunt, ab iſtis vero tranſitum fecerunt in quoſdam de Gonzagas & ſucceſſivè in quoſdam de Caſſinis, qui omnes ab Epiſcopo pro tempore renovationes, ſeu novas Inveſtitutas acceperunt.

Terminata demum linea prædictorum de Caſſinis per obitum Comitis Vincentii, qui de illa fuerat ultimus ſuperſtes, ortaque proinde lite ſuper devolutione inter Epiſcopum, & dicti Vincentii uxorem, ac hæredem, obtentiſque ab Epiſcopo in Rota favorabilibus reſolutionibus, obtinuit admitti ad cauſam Dux Mantuæ, prædictorum Aloyſii, & Maximiliani deſcendens & ſucceſſor, prætendens ſibi tanquam Domino immediato, & ſubinfeudanti, non autem Epiſcopo Domino mediato, devolutionem ſuffragari, ac ſubfeudum apertum eſſe, unde aſſumpta diſputatione in Rota coram Cerro Decano ſub dec.28. Ian.1658. pro Epiſcopo reſponſum fuit.

2 Licet enim Juris regula ſit ſubfeudorum devolutiones ad ſubinfeudantem, tanquam Dominum immediatum, non autem ad Dominum directum, & mediatum ſpectare, *per text. clarum in cap. Imperialem §. il ad quoque de prohib. feud. alien. per Feder. ubi Iſernia,& caterè* qui licet loquantur de devolutione ex cauſa delicti, unde aliqui dubitant de caſu alienationis, vel mortis, vel bene motivando habetur *apud Ciriac. contr. 82. num. 2. & 3 ubi allegantur Peſtor. Roſenthal & cæteri, & per eundem contr. 598. num. 12. & ſeqq.* in omnibus tamen caſibus ex rationis identitate ſtatuenda venit regula, juxta facti circumſtantias limitanda, prout eam admittunt *Ciriac.* pro Domino directo, & mediato ſcribens, *ac Rota in d. deciſ. coram Cerro* pro eodem Domino mediato reſpondens.

3 Ea tamen intelligenda venit, ubi pænes ſubinfeudantem aliquæ remanent feudi partes, vel reliquiæ dominii (quod directum ſubalternum, vel utile ſuperius, à feudiſtis dici ſolet,) ita ut remaneat in feudatario extremum habile reverſionis, ſeu conjunctionis ſubfeudi ad ſuam primævam integritatem, ſecus ubi infeudans nihil pro ſe retinuit, ſed omne Jus à ſe abdicando in ſubinveſtitum tranſtulit, juxta diſtinctionem *Iſernia in d. c. Imperialem ſub num. 63. quem cæteri ſequuntur congeſti per Roſenthal, cap. 11. concl. 18. in gloſ. litt. C. Ciriac. dicta controv. 82. num. 4.* qui ſcribens in individuo pro Epiſcopo Mantuano, pro eo dicit deciſum, & ex hoc ita ſenſit Rota in dec. deſuper edita prædicta *die 28. Ian.* 1658.

Et meritò, quia ubi feudatarius totum feudum, (homine concedente) ſubinfeudat, dicitur fieri à feudò extraneus, adinſtar emcotis pro perſona nominanda, qui facta nominatione fit à venditione alienus, illaque ſubſtantia remanet cum perſona nominata, perinde ac ſi directè emiſſet per organum, & inſtrumentum nominantis, quos terminos paſſim in ſubinfeudatione totius pariſicant feudiſtæ, apud quos data validitate ſubfeudi cum ſuis requiſitis de quibus *in Senogallien. Caſtrorum hoc tit.* remanet planum, & bene probatur *deciſ. 182. p. 6. recent.*

Obtenta verò pro parte Ducis adverſus hanc reſolutionem nova Audientia, ſcribentes pro eo, non con-
4 troververtebant dictæ diſtinctionis veritatem, ſed negabant applicationem, quaſi quod procederet, ubi totum feudum ſubinfeudatur, ſecus autem ubi ſolum aliqua pars, & quidem modica, cum tota Curia Podii, in qua conſiſtit feudum, ſupponeretur bubulcarum 1330. ſubfeudum vero ſupponeretur bubulcarum 230. ideoque remanet corpus feudi, cui hæc modica pars, tanquam membrum in caſu devolutionis uniri debeat.

Impugnabant etiam poteſtatem Maximiliani in faciendo dictam liberationem in præjudicium agnatorum venientium jure proprio, cum Inveſtitura contineat formam pacti, & providentiæ, ut propterea pro infecta haberi debeat, præſertim dum reſervatum fuit Domini beneplacitum, quod non interceſſit.

Ac demum actius inſiſtebant in eo, quod in omnem eventum, dicta liberatio cenſeri deberet facta ſolo favore ſubinfeudati, ejuſque jure durante, cujus perſonam, & lineam ſubinfeudans contemplatus fuit,& quos magis quam ſeipſum ſuoſque ſucceſſores diligere voluit, non autem, ut dicto favore ceſſante, bona in ſui ipſius excluſionem redeant ad Dominum, ad quem non reſ-
pexit neque contemplatus fuit juxta theoricam *Bart.* 5
in qui Romæ §. duo fratres num. 24. ff. de verb. oblig. ubi firmat, quod renuntians feudo, vel emphytheuſi ad favorem alterius capacis, iſto deficiente, non cenſetur ſuum Jus abdicaſſe;ut feudum Domino directo, vel remotiori agnato aperiatur,cum nec renunciantis,nec renunciatarii animus ad iſtos directus fuerit, idemque firmat *idem Bar. conſ. 58. in 3. dub. num. 5. lib. 1. & ſequuntur Peregr. de fideic. art. 52. num. 73. & ſeqq. Marſcott. lib. 2. var. cap. 59. num. 1. Schrader. de feud. p. 8. cap. 5. num. 27. Fulgin. de emphyteuſi tit. de renunt. quaſt. 1. Berous conſ. 97. lib. 1. Honded. conſ. 36. lib. 1. Surd. conſ. 446. num. 16. & conſ. 317. num. 14. & ſeqq. Ciriac. controv. 4. num. 20. & 21. Rota. dec. 186. par. 3. recent. & habetur in Romana ſeu Vrbevet. ſucceſſ. & in Romana fideic. de Stoccatis ſub tit. de fideic. vel altero de renunciat. & alibi preſertim ſub tit. de Emphyteuſi.*

Pro Epiſcopo autem ad ſecundum objectum ſuper
defectu poteſtatis facili negotio reſponderi poſſe crede- 6
batur, cum recepta conſuetudine feudorum hujus Epiſcopatus ſuper libera illorum diſpoſitione, & alienatione, accedente præſertim alienandi, ac diſponendi licentia in eadem prima Inveſtitura contenta, ut pluribus congeſtis de iſta conſuetudine loquentibus firmavit Rota *in hac eadem Cauſa coram eodem Cerro 18. Martii* 1654. *& 28. Ian. 1656. ac etiam in alia Mantuana feudi 27. Ian. & 30. Maji 1659 coram Veroſpio, de qua habetur in alia Mantuana hoc tit.* ubi latiùs de iſta conſuetudine, & alienandi facultate, qua ſtante, ac etiam attenta feudi impropriatione non requirebatur Epiſcopi licentia, generaliter etiam in prima Inveſtitura conceſſa, ut ponderatur *in dictis deciſionibus coram Veroſpio.*

Et licet ubi beneplacitum præciſè reſervatur per
viam conditionis cum clauſula *& non aliàs* illud omnino 7
nò ad actus validitatem requiratur, quamvis aliàs non eſſet de jure neceſſarium ſi non tanquam ſolemnitas, ſaltem tanquam conditio ſine qua partes contrahere noluerunt *Cephal. conſ. 118. num. 9. & ſeqq. Gregor. & adden. dec. 192. n. 1. Buratt. & adden. dec 374. dec. 561. n. 2. & 3. par. 5. rec. Ottobon. dec. 147. num. 7. & 8. Bonon. primogenitura 14. Febr. 1656. Bichio dec. 30. poſt Bondenum & in aliis frequenter*, attamen id procedit, ubi accedit clauſula *& non aliàs*, ſive conſtat, partium voluntatem fuiſſe, id adjiciendi pro conditione, ſine qua non, ſecus ubi ſimpliciter beneplacitum reſervatur, quia ſubintelligitur, quatenus de jure requiratur; & multò magis ubi id exprimitur, ut ita diſtinguendo habetur in ſupra allegatis auctoritatibus, & *dec. 404. num. 6. par. 2. rec. & bene in dicta Mantuana feudi 27. Ianuarii 1659. Veroſpio, & in dicta hujus Cauſæ deciſione coram Cerro.*

Et ultimum objectum deductum ex theorica *Bar. in d. l. qui Roma §. duo fratres* quæ in ſuis terminis eſt veriſſima quoties verba renunciationis non importent omnimodam realitatem, ut latiùs de ea habetur in *dicta Romana, ſeu Vrbevetana Succeſſionis ſub tit. de fideic. ac etiam ſub tit. de renunt.* credebatur evitabile

ex

Digitized by Google

ex defectu applicationis, quia *Bar.* & ſequaces loquuntur, ubi unus ex comprehenſis in Inveſtitura feudali ſeu emphyteutica, renuntiat ejus jura ad favorem alterius, ſed non percutit terminos ſubinfeudationis, in quibus cum habeamus auctoritates, & terminos ſpeciales ac individuos, non eſt in generalibus,
8 vel ſimilibus immorandum, *ut advertit Rot. dec. 543. num. 1. par. 1. diverſ. & dec. 721. num. 5. par. 2. recent.* maximè in materia feudali, in qua non proceditur
9 per ſimilia, niſi ubi vere res eſt ſimilis, ut magiſtraliter advertit *Iſernia in cap. 1. §. ſed etiam res, per quos fiat Inveſtitura num.31. & Bal. in rubr. de feud. cognit. num.8.*

Credebatur proinde Cauſæ difficultatem reſtringi ad primum motivum, quod ſcilicet ageretur de ſubinfeudatione partis feudi alia majori parte pænes ſubinfeudantem remanente, quo caſu ceſſare videntur omnia fundamenta deducta per *Ciriac. dicta contr.* 82. & alios, de quibus in hujus Cauſæ deciſione.

Super hoc igitur puncto, Ego qui ſolus aſſumpſi munus ſcribendi ſuper eo, negabam in primis facti aſſumptum, quod ageretur de parte feudi, alia parte pænes infeudantem remanente, quia tempore conceſſionis hoc non erat unicum feudum individuum, ſed erant plura feuda diverſis perſonis concedi ſolita, ac per plurium deficientiam devoluta, ut conſtat ex tenore Inveſtituræ in facti ſerie ſuppoſito, & non tanquam unicum, ſed tanquam plura feuda Aloyſio Ducis auctori conceduntur; Unde retinent ſuam dividuitatem, ac priorem naturam, neque ex conceſſione de illis facta uni perſonæ, & per unicam Inveſtituram, aliqua reſultat unio, niſi expreſſè dicatur, ut optime
10 probat *Rovit. ſuper pragm. prima de titulorum abuſu num. 89. & ſeqq. uſque ad num. 102.* ubi cæteri, quod habemus quotidianum in Beneficiis Eccleſiaſticis quæ eodem tempore, ſub eadem diſpoſitione plura inſimul uni perſonæ conceduntur, ſed non per hoc reſultat eorum unio, *ut idem Rovit. ratiocinantur & Apont. conſ. 12. num. 42. & ſeq. lib. 2.* quinimo unum feudum validè diviſum, ſi devolvatur, non remanet unum ſed plura *Bellon. jun. de jure accreſ. cap. 6. q. 37. num. 248.* unde non bene ex parte Ducis ſupponebatur has Terras *dell' Angolo* eſſe membrum, vel partem alterius feudi, quia potius dicendum eſt eſſe feudum ſtans de per ſe, cum in ea regione tot dicantur feuda, quot ſunt poderia, ſeu petia terræ, etiamſi ſint
11 modica, & quantum importent tres ranæ ſaltus, ut per hæc verba teſtatur *Melius* Doctor Mantuanus, & Ducis miniſter, ac defenſor in ejus allegationibus impreſſis *alleg. 8. num. 58. & alleg. 18. n. 110. lib. 1.*

Sicuti enim ſi poſſeſſor plurium beneficiorum, unum reſignet, alia vero retineat, nullas partes vel reliquias dimiſſi Beneficii retinere dicitur per retentionem aliorum, ſic à pari, cum quodlibet feudum, dicatur Univerſitas, & Corpusſtans de per ſe ab aliis diſtinctum *ut ex Frecc. de ſubfeud. & aliis Gal.* cot. contr. 22. num. 6. & 19. & contr. 54. num. 30. & 31. lib. 2.* unde ceſſat omnis difficultas, quæ unicè conſiſtit in feudi individuitate per quam portio deficiens aliis portionibus accreſcat, ſive membrum ad ſui corporis unitatem revertatur.

Præterea ubi etiam admitteretur totam iſtam Curiam Podii conſtituere unum feudum, adhuc tamen dicebam non implicare, partem ſubinfeudatam, totaliter diſmembrari à ſuo corpore, ac effici corpus, ſtans de per ſe, ſic de ſubfeudo fieri feudum in capite à ſuo antiquo corpore ſeparatum.

Diſputant enim in puncto Regnicolæ (quos ſolos
12 reperieram ad hoc præciſos terminos deſcendentes,) an & quando ſubfeudum de parte, vel membro feudi, fiat feudum in capite, ita ut ſubfeudatarius fiat Baro, & recognoſcat ſolum Dominum directum, tanquam immediatum, non autem ſubinfeudantem; Verum quia utuntur quibuſdam terminis, qui ſunt in ea regione peculiares, apud alios tamen ignoti, ut advertunt in iſta quæſtione *Capic. Latr. conſult. 74. num. 23. & Rovit. ſuper pragm. in rubr. de feudis in principio*; idcirco ad faciliorem motivi notitiam diſtinguendo terminos.

Dicebam, ad effectum de quo agitur, dari feuda, & ſubfeuda; feuda ſunt ea, quæ directè, & in capite habentur à Rege, & hæc in Regno vocantur quaternata, 13
ſibi ex originali dicto Iſerniæ nuncupata, quia in quinternionibus Regiæ Curiæ deſcribuntur. Subfeuda verò ſunt ea, quæ non à Rege directè, & in capite conceduntur, ſed à Baronibus, & Feudatariis aliis eorum ſubvaſſallis, & hæc triplicem habent ſpeciem.

Una eſt eorum, quæ dicuntur mixta, ſeu quaternata ſecundum quid, & ſunt illa, quæ conceduntur à Barone cum aſſenſu Regis, qui regiſtratur etiam in quinternionibus, ideo hoc nomen quaternati ſecundùm quid eis tribuitur, ad differentiam illorum quaternorum ſimpliciter, quæ directè à Rege obtinentur.

Altera eſt eorum, quæ ſine Regis aſſenſu conceduntur per feudatarium cum jure adohæ, & ſervitio feudali, & hæc nullam habent quaternati nuncupationem, ſed vocantur feuda plana, & de tabula, feudalem tamen naturam adhuc retinentia, feudalibusque legibus juxta veriorem opinionem regulanda ob adoham, & ſervitium feudale.

Tertia demùm eſt eorum, quæ dantur per feudatarium, abſque Regis aſſenſu, & abſque feudali ſervitio vel adoha, ſed ſub annua præſtatione pecuniæ, vini, vel carnis, &c. & hæc dicuntur plana, & de tabula ſimpliciter, nullam feudalem naturam habentia, ſed jure meri allodii regulanda, & iſtæ duæ ultimæ ſpecies, verè non dantur in aliqua parte, vel membro feudi, ſed ſolum in exeadentiis, quæ magis inter fructus computantur, quia in Regno Sine Regis aſſenſu non poſſunt feudatarii ſubinfeudare, ut benè poſt antiquiores ab eis deductos de dicta diſtinctione agunt *Rovit. dec. 42. & ſuper pragm. in rubr. de feud. & Capic. latr. dicta conſult. 74.*

In prima igitur ſpecie ſubfeudi conceſſa cum Regis aſſenſu, intrat quæſtio, an dictus aſſenſus quaternat feudum, ita ut reddat feudum verè quaternatum, quod idem eſt, ac directum, & in capite, tam ad effectum ſervitii, quàm devolutionis &c. & *Iſernia in Conſtit. Regni, quæ incipit, ſi quis Baro ſub tit. de dotario. & in c. 1. §. ſimiliter de Capitan. qui Curiam vendidit num. 11. dicit* (ſunt verba præciſa) *quod ſi Baro concedit feudum alteri cum aſſenſu Regis, ut ab eo & ſub eo teneatur, ille qui recipit, fit Baro, nam Regis aſſenſu quaternat feudum, cum Rex confirmans videatur dare.*

Super iſtorum verborum intelligentia, ſatis certant inter ſe Regnicolæ, ut poſt alios ab eis allegatos *Aponte in repet. feudat. impreſſ. poteſt ejus deciſiones lectione prima à num. 75. ad Rovit. in rubr. de feud. à num. 49. ad fin. Capic. Latr. dicta conſult.* 74. ex quorum dictis liquet, eſſe diſtinguendum, quod aut Baro cum Regis aſſenſu ſubinfeudat partem, vel membrum feudi nihil pro ſe reſervando, quia ſcilicet non dicat, *quod recipiens ab eo, & ſub eo tenere debeat*, & tunc omnes concordant, illud ſubfeudum effici feudum quaternatum, & in capite, tanquam immediatè conceſſum à Rege per actum occultum refutationis, & novæ conceſſionis, quia fingitur feudatarium illam feudi partem ſeu membrum, diſmembraſſe à ſuo corpore, ac refutaſſe Domino, qui per aſſenſum habentem vim Inveſtituræ ſubinfeudato conceſſerit, *ut benè Rovit. num. 56. & 83. Capic. Latr. d. conſult. 74. num. 69. & in fine, qui n. 112.* ex Camerario in individuo exemplificat, ubi datur certa quota, vel res, quæ ſubſit Curti alienjus feudi; Et quod ſubfeudum poſſit effici feudum in capite à ſuo priori feudo ſeparatum *Cumia de ſucceſſ. feud. verbo ſubfeudatar. num. 11.* 14

Aut Baro cum Regis aſſenſu concedit ſubfeudum, reſervato ſibi ſervitio, & cum clauſula, *quod recipiens ab ipſo, & ſub ipſo, ſive ſub Rege, & ſub ipſo teneat*, & tunc intrat inter eos diſcrepantia, ſuper qua pro- 15

teſtabar meum non eſſe proferre judicium, quia extra caſum quæſtionis, ſuper quo ſtrictè ſtylus eſt Curiæ diſputandi, ſed verior videbatur opinio volentium, ſubfeudum remanere in ſua ſpecie, & non effici feudum, quia reſiſtit voluntas concedentis, aſſenſum verò Regis non inducere veram, & propriam quaternationem, ſed ſecundùm quid, quia ſcilicet non habeat vim Inveſtituræ, ſed ſolùm removeat obſtaculum prohibitionis, quam in Regno habent Feudatarii, de ſubinfeudando, *ut per Rovit. & alios ubi ſupra*, ac ità reducendo materiam ad compendium *de Marin. reſol. quotid. 126. n. 84. & duobus ſeq. l. 1.*

Dabam in hoc exemplum practicum in ſimilibus ter-
16 minis Epiſcopatuum, & Diœceſum ſpiritualium, quamdam ſimilitudinem cum feudis habentium. Si enim Epiſcopus (quem Baroni, & Feudatario aſſimilamus) de conſenſu Papæ (quem aſſimilamus Regi,) concedat alicui Prælato inferiori Juriſdictionem, & regimen alicujus Oppidi ejus Diœceſis, reſervata ſibi lege Diœceſana, & ſuperioritate, ita ut ab ipſo, & ſub ipſo teneat, utique iſte inferior Prælatus, quem ſubinfeudato aſſimilamus, dicitur derivans ab Epiſcopo, quem in auctorem, & Dominum immediatum agnoſcit, non autem Papam, cujus aſſenſus non cauſat dicti Oppidi diſmembrationem à Diœceſi, neque erectionem loci nullius ſtantis de per ſe, ſed ſolùm facit ſuam operationem removendi obſtaculum, reſultans à Sacris Canonibus, & extravag. ambitioſæ, hujuſmodi conceſſiones Epiſcopis interdicentibus; Sed ſi Epiſcopus aliquem locum Diœceſis concedit inferiori Prælato, cum omnimoda Juriſdictione, ac liberatione à quocumque ſuo jure, & lege Diœceſana, & Papa deſuper præſtat aſſenſum, quinimò novum ex integro conceſſionis privilegium tribuit, tunc iſte inferior Prælatus, dicitur effici ordinarius in capite, independens ab Epiſcopo, & immediatè Papam agnoſcens juxta caſum *deciſ. 54. Martini Andrea cum aliis, qua in materia habentur in Toletana Iuriſdictionis ſub tit. de Iuriſdictione, & in pleriſque aliis eodem tit.*

Applicando igitur ad caſum, Maximilianus cum verbis, & clauſulis ampliſſimis, ceſſit cuicumque ſuo Juri ſuper his terris competenti, eaſque penitus ab onere, ſervitio feudali liberavit, nihil prorſus ſibi reſervando, & quod magis eſt, Dominus directus non proceſſit per viam ſimplicis aſſenſus habentis vim tacitæ & implicitæ Inveſtituræ, ſed per viam Inveſtituræ novæ tanquam ex integro, ipſomet Maximiliano ſciente, procurante, & approbante, Undè nimis clarum videbatur verſari in prima parte diſtinctionis, quinimò in terminis fortioribus, atque hoc ſubfeudum effectum eſſe feudum directum, & immediatum.

Hæc autem reputata fortè fuerunt Advocatorum ſubtilitates, undè, ut liquet ex deciſione deſuper edita,
17 non fuit ad ea reflexum, ſed procedendo cum ſupradicto tertio motivo deficientis voluntatis deducto *ex dicta theor. Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres* (ſuper qua ſolùm his peculiaribus terminis feudalibus non deductis in præcedentibus diſpoſitionibus reſtricta erat difficultas (recedendo à dicta prima deciſione, *ſub die 10. Martii 1662. coram eodem Cerro* reſponſum fuit pro Duce, ut ei tanquam ſubinfeudanti, & Domino immediato hoc ſubfeudum apertum eſſet, quaſi quod eatenùs Maximilianus juri ſuo ceſſerit, ac bona liberaverit, quatenùs etiam Dominus directus liberaret, ita ut penitùs allodialia remanerent, undè ceſſante hoc ſecundo præſuppoſito, viſum fuit ceſſare voluntatem, atque ita evitari neceſſitatem diſcutiendi altiorem materiam, de qua ſuprà.

Ego tamen, non ad cauſæ affectionem, ſed ad ſolam veritatem reflectendo, adhuc ſubſiſto, parùm con-
18 gruam credendo applicationem ſupradictæ *theor. Bart.* quam aliàs cenſeo veriſſimam, *ut in dicta Romana, ſeu Urbevetana ſucceſſionis ſub tit. de fideicommiſſis, ac etiam ſub altero de renunciationibus, ubi de illa frequenter, & ſub tit. de emphyteuſi*; Bartolus enim loquitur de illa ceſſione, in qua perſona Domini non eſt admixta, ideoque ſola ipſius Feudatarii, ſeu utriuſque contrahentis, nempe dantis, & recipientis veriſimilis voluntas ſpectatur, ſecus autem ubi accedit factum poſitivum Domini de directo contrarium dictæ veriſimili, ſed tacitæ & implicitæ Vaſſalli intentioni, quia in his materiis feudalibus, non ſpectatur partium voluntas implicita, ſeu etiam explicita Domino ignota, ſed ſolùm attenditur nudum factum, prout Domino innoteſcit, & prout ipſe approbavit, cum tres ſint contrahentes, nempè dans, recipiens, & Dominus.

Undè propterea in feudis non intrat titulus *plus va- 19
lere quod agitur, quàm quod ſimulate concipitur*, ſed attenditur nudum factum, prout eſt in ſui facie extrinſecus, ita ut ſi Titius de ſua pecunia velit ſibi verè feudum acquirere, ſimulate tamen ſupponat perſonam Sempronii, cui Dominus Inveſtituram concedat, Sempronius non autem Titius erit Feudatarius, non curata diverſa voluntate partium, ut benè probant *Aponte conſ. 45. ex num. 14. lib. 2. Galeot. lib. 1. controv. 18. ex num. 17. de Marin. lib. 1. reſol. quotid. 38. per tot. Merlin. lib. 2. controv. 67. num. 17. Capic. Latr. dec. 168. num. 45. & ſeq.* Et agnovit etiam Rota in *una Roſſanen. Decimarum 18. Iunii 1642. coram Bichio*, quamvis in præcedentibus illius Cauſæ diſputationibus iſta propoſitio nova, & dura videretur, quæ deciſio regiſtratur per *Marin. d. reſol. 38. & decıſ. 100. par. 9 rec.*

Idque habemus quotidianum in Curia in materia of- 20
ficiorum, quia licet ille, qui dat pecuniam pro officio emendo in perſonam alterius cum ampla reſervatione Decreti, vere ſibi illud acquirere velit, atque ipſe maneat pretii Dominus, habeatque etiam facultatem vendendi, *ut frequenter ſub tit. de Regalibus ad materiam officiorum*, ita ut perſona, ſub cujus nomine officium emitur, ſit in effectu ſimulata, attamen officium reſidere dicitur in iſta perſona, & hic dicitur Officialis, per cujus obitum, vel delictum illud vacat.

Ita pariter in Beneficiis, ſi poſſidens plura beneficia, unum eorum, ſeu unius membrum, vel granciam alteri reſignat, & Papa tanquam per viam novæ collationis dictum beneficium, ſeu granciam reſignatario confert, utique non ſpectatur qualis fuerit reſignantis, vel reſignatarii voluntas Papæ ignota, & per eum non approbata, cum ſimilibus,

Omniſque difficultas ceſſare videbatur ex ſubſequuta longæva, & reiterata obſervantia, quia ſpatio fere unius
ſæculi, in tot ſequutis iſtorum bonorum tranſmutatio- 21
nibus de una manu ad alteram, ſemper Epiſcopi tanquam Domini directi aſſenſus requiſitus, ac præſtitus fuit, & ab eodem conceſſæ fuerunt renovationes, ſeu novæ Inveſtituræ, nunquam verò Dux tanquam Dominus mediatus fuit recognitus, quæ obſervantia tanquam legitima interpres ſatis eſt ſpectanda, ut ultra generalia ſatis nota, in his præciſis terminis ſubfeudi tranſeuntis in feudum *Bilotta concl. feudal. 44. num. 9. Capic. Latr. dicta conſult. 74. in fine.*

Et quamvis replicaretur, Dominum non poſſe alterare antiquam feudi naturam, ac tollere Jus ex prima Inveſtitura agnatis quæſitum, replicabam tamen, id rectè procedere juxta juris regulas, non autem attenta particulari limitatione, ex conſuetudine inducta in his feudis, ut ſint de Domini aſſenſu in præjudicium agnatorum alienabilia.

Si enim de aſſenſu Domini potuit feudum in toto, vel in parte omnino alienari, non videtur, cur ita non potuerit Domino refutari, ut iſte tanquam feudum in capite, à primo diſmembratum alteri ut ſupra concederet.

† Aliquæ ex prioribus deciſionibus editis pro hac parte, quæ in diſcurſu enunciantur fuerunt poſtmodum impreſſæ *in parte 13. recentior. deciſ. 115. & 429.* poſterior autem, quæ prodiit in contrarium favore ſubinfeudantis contra Dominum, habetur impreſſa *par. 13. recent. deciſ. 409.* & apud *Torr. de vocto fatur. ſucceſſ. deciſ. 89.* ubi ſtudioſus videre poterit, an illa

ſtta ſatisfaciat nec ne motivis & rationibus, de quibus in hoc diſcurſu.

Eſt benè verum, quod ut advertitur etiam infra *diſc.*
2 10. & 11. & 53. occaſione agendi de conſimilibus feudis iſtius Eccleſiæ Mantuanæ, non videtur, quod in eis ſtricte procedendum ſit cum illis legibus regulis feudalibus cum quibus hodie procedatur in feudis rectis & propriis primi ordinis & dignitatis, quæ redolent ſpeciem principatus, cum regalibus & cum ſupremo imperio ſive in aliis feudis inferiori ordini, etiam cum imperio, & juriſdictione, ſed magis limitatis ut ſunt ea feuda, quæ conſiſtunt in locis habitatis cum Vaſſallis, & cum juriſdictione & imperio, adeout eorum poſſeſſor efficiatur Baro & nobilis ordinis magnatitii illius principatus, quoniam licet juxta antiquas conſuetudines feudales, attentaque feudorum introductione, ſeu origine, forſan iſte feudorum uſus adinſtar legis agrariæ verificaretur etiam in hujuſmodi petiis terræ, aliiſque privatis prædiis, ſine Vaſſallis ac juriſdictione & imperio, adeout darentur etiam in aliqua parte Maris vel fluminis pro jure piſcandi *ut hoc tit. diſc.* 40. ſive darentur etiam in aliquo reddituu pecuniario vel ſimili jure juxta ea, quæ habentur infrà *eod. tit. diſc.* 42. Attamen hodie videtur, quod ex quodam recepto uſu vera & propria quæ regulari debeant, juxta leges feudorum ſint ſuperius dicta quæ conceduntur per ſupremos Principes habentes principatum jure pleni, ac liberi allodii, ſive etiam jure feudi regalis & dignitatis commque conceſſio ſit cum juriſdictione & imperio in Vaſſallos ut ſupra; adeout feudatarii efficiantur Barones ac Milites, & nobiles primi ordinis, non autem in hujuſmodi prædiis ruſticis, quæ conceduntur à viris privatis, vel etiam ab Eccleſiis inferioribus, earumque Prælatis, cum reverà potiùs redolere videantur quandam ſpeciem emphyteuſis, ſeu livelli, retinendo ſolum antiquam conſuetudinem ſuper nuncupatione juxta ea, quæ habentur etiam in feudis iſtius Eccleſiæ, *d. diſc.* 10. 11. & 53. ac etiam *diſc.* 35. & 39. & *in aliis.*

Idque ex ea congrua ratione ponderata in *in Farfen. diſc.* 52. quod ſcilicet feudatarii verè & propriè dicuntur milites & nobiles primi ordinis, dum feudum redolet veram militiam, etiam ad effectum vocationis beneficio-
3 rum vel amiſſionis penſionum Eccleſiaſticarum, ex iis, quæ habentur *ſub tit. de penſion. diſc.* 48. Et per conſequens iſte uſus non eſt verificabilis in illis feudis, que conceduntur per privatos vel per Eccleſias inferiores earumque Prælatos, dum immutato rerum ſtatu, atque ceſſatis illis Italiæ motibus, ob quos etiam privati ſive inferiores Prælati, cogebantur habere milites & vaſſallos fideles, & formare exercitum ſaltem ob defenſionem ab incurſionibus & uſurpationibus, quæ tunc erant in uſu hodie jus indicendi bellum publicum, atque ſibi conſti-
4 tuendi milites, eſt ſine dubio de regalibus majoribus, & de competentibus Principibus ſupremis, & potentibus ut advertitur *d. diſc.* 52. Et per conſequens clarum æquivocum videtur indefinitè in quæſtionibus hujuſmodi inferiorum feudorum habentium revera ſolam nuncupationem, & quæ in effectu non faciunt Barones, applicare rigoroſos terminos feudales, ſive auctoritates antiquorum, vel etiam modernorum feudiſtarum non reflectendo ad hanc diſtinctionem.

Circa concluſionem in hoc diſcurſu deductam ex theorica *Bartol. in l. qui Roma § duo fratres. ff. de verb.*
5 *oblig.* ut ſcilicet renuntiatio alicui facta de bonis differentibus, non tranſmiſſibilibus ad hæredes extraneos, cenſeatur facta limitatè ad favorem renunciatariis, capacis, ejuſque ſucceſſorum pariter capacium, non autem ut his defectis perſona renunciantis excludatur, per alios remotiores ſive quod ita fiat locus devolutioni ad favorem Domini habetur *actum tit. de Emphyt. diſc.* 53. & *tit. de renunciat. diſc.* 4. & 5.

Et de ſubfeudis, eorumque diverſis ſpeciebus actum eſt ſupra *in annot. ad diſcur.* 1. ubi videndum ne idem repetatur.

Card. de Luca Theatr. Tom. I.

MUTINEN. FEUDORUM

Pro MARCHIONE JOANNE MARIA RANGONO,
Cum MARCHIONE FORTUNATO ETIAM RANGONO.

Caſus diſputatus in Conſilio Mutinæ, & reſolutus pro Ioanne Maria.

De ſucceſſione ad defectam portionem feudi, quod per plures lineas poſſidebatur, an æqualiter debeatur per Jus accreſcendi, vel non decreſcendi omnibus lineis ſuperſtitibus, non curata graduum inæqualitate, vel potiùs in ea ſuccedatur juxta ordinem proximitatis, & quomodo iſta regulanda ſit, an à perſona ultimi morientis, vel ab illa primi acquirentis. Et de natura, qualitate, & diſtinctione feudorum Juris Francorum, vel Longobardorum, & quæ ſint dividua, vel individua.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De effectu reſultante à quæſtione proximitatis, an attendi debeat illa primi, vel ultimi.*
3 *Quod attendatur illa ultimi.*
4 *De repræſentatione in feudis.*
5 *An qua habeatur de repræſentatione, vel ſubingreſſione, procedant in contractibus.*
6 *De diviſione feudorum Iuris Francorum, & Iuris Longobardorum, eorumque reſpective natura.*
7 *In utriuſque Siciliæ Regnis omnia feuda quaternata ſunt Iuris Francorum.*
8 *De ſubdiſtinctione feudorum Iuris Longobardorum, & qualia ſint dividua, qualia verò individua.*
9 *Feuda titulata, ſeu Dignitatis etiam Iuris Longobardorum ſunt individua, ſed de conſuetudine dividua quoad exercitium, & fruitionem.*
10 *De modo ſuccedendi in feudis Iuris Francorum.*
11 *De modo ſuccedendi in feudis Iuris Longobardorum non titulatis, & dividuis.*
12 *In materia ſucceſſionis, Ius feudale nil ſtatuit ideò attenditur Ius commune tanquam in ſucceſſione fideicommiſſi.*
13 *In emphyteuſi non datur repræſentatio, quæ datur in feudis.*
14 *De ſubingreſſione in vim vulgari anomala, quæ datur etiam in caſu, quo ceſſet repræſentatio.*
15 *Ubi agitur de feudo individuo quoad ſubſtantiam, ſed dividuo quoad fruitionem, ac deficit ſolùm aliqua portio, non intrant termini ſucceſſionis, ſed illi juris accreſcendi.*
16 *De Iurepatronatus, vel jure conferendi individuo.*
18 *Etiam in materia feudali, adhibendi veniunt termini beneficiales, ſeu Iuriſpatronatus, vel ſimiles.*
† 1 *De aliis auctoritatibus quæ habentur in iſta controverſia.*
2 *De diviſione feudorum, eorumque ſpecierum.*
3 *De materia individuitatis feudi, ejuſque effectibus.*
4 *De præeminentiis inter plures ejuſdem feudi poſſeſſores.*
5 *Laudatur deciſio turnaria.*
6 *Turnarius dicitur habere totum jus.*
7 *Feudum eſt homo mutus & ſurdus, qui operatur per Organum feudatarii.*

Vinciſlaus Rangonus
|
Franciſcus.
|
Claudius
|
Fulvius

citra facta revocata extiterint, *& Caſtra &c. ad jus & proprietatem ejaſdem Eccleſia redacta fuerint*, *nihilominus quid. m Petrus Graaeel'ni &c.* Fatua ſiquidem fuiſſet ejus admiratio cum dicta poſitiva aſſertione, ejuſque effectuatione, ſi hujuſmodi acta apud ipſum pro validis, & confirmatis non haberentur; Cum enim tunc nullus adeſſet certus Pontifex, idcirco Pontificia poteſtas devoluta videbatur ad Concilium *ut ex Turrecrem*, *& aliis Faguan. in c. ſignificanti n.24. de elect.* ideò ejus acta ſervanda ſunt.

Dicebatur etiam ingenioſè per Cameræ Advocatum, ætate, ingenio, profunda doctrina, & ſumma in om-
12 nibus eruditione, inter primos Europæ viros venerandum, revocationem hujuſmodi conceſſionum ſchiſmate durante factarum, emanaſſe in Concilio ſede vacante poſt Joannis XXII. depoſitionem, ac Gregorii XII. admiſſam renunciationem, & Benedicti XII. privationem, ſeu intruſionis declarationem, quo caſu Concilium Generale dicitur habere eamdem diſponendi, & revocandi poteſtatem, quam habet Papa, *ut dicunt Geminian.con.65 a.7. & Caſtr.conſ.66.a.2.p.1. ubi in ſpecie loquitur de hoc Conſtantienſi*, *neque negat Iacobat. de Concil. lib. 5. art. 17. num.3. & ſeqq.* ubi ſolùm *n. 6.* limitat, dummodò tacitè, vel expreſsè poſtmodum approbetur per Papam, de cujus tacita, ac expreſſa approbatione conſtat ex præmiſſis, ſed non fuit judicatum opus aſſumere has altiores inſpectiones, dum ex aliis punctus remanere videbatur clarus.

Idem ex officii debito Jurium Cameræ acerrimus propugnator, fortiter inſiſtebat ſuper alia præfatæ
13 Bonifacii Inveſtituræ nullitate reſultante *ex Conſtitutione Greg. IX.* per quam diſponitur, ut de patrimonialibus ſine communi fratrum conſilio, & aſſenſu alienatio nulla fiat, cum hujuſmodi Caſtra ſita ſint in patrimonio B. Petri, ſed motivum, nec Judicibus, nec aliis ſcribentibus arridebat, tùm quia iſta Conſtitutio contrario uſu abolita videtur ob amplas derogatorias in Conceſſionibus apponi ſolitas, ut habetur *in dicta Formina feudorum diſ.arſa præcedenti* tùm etiam quia tam Inveſtitura Nicolai facta Ugolino, quàm alia Sixti facta Ruvereo & Civitati eodem defectu laborabant, undè liquet hanc inveſtiendi formam non eſſe in uſu.

Alter ex hujus partis Advocatis doctiſſimus, inſiſtebat ſuper dictæ Bonifacianæ conceſſionis ſubreptio-
14 ne, eò quia Papa ſuppoſuit hujuſmodi Caſtra immediatè ſpectare ad Cameram, & Sedem Apoſtolicam, & tamen ſpectabant ad Civitatem Urbevetanam, quæ ædificaverat à fundamentis, ideoque dicebat eſſe ſubreptitiam infeudationem à Principe factam de Caſtris ad Civitatem ſpectantibus, non facta ſpeciali mentione, ad quod allegabat *Alber. Brun.conſ. 12. n.17. & ſeqq. Cravett. conſ. 592. n. 23. & 24. Menoch. conſ. 264. num. 31. & ſeqq. præſertim num. 51. & 53 & Gratv. conſ. 89. num. 8. poſt. med. & ſeq.* ſed pariter iſtud motivum non habuit plauſum, quia de Civitatis dominio, dabantur quidem adminicula cum communi apud illos Cives traditione, ſed non concludens probatio, quam ſubſequens obſervantia tollebat, dum devolutis Caſtris ad Cameram per mortem Nicolai Fracaſſæ, in acerrima famoſaque lite agitata per Manſiliam, Civitas ſe non oppoſuit, neque ſui dominii curavit facere probationes, quas eo recenti tempore poterat commodè facere, neque demùm eadem Civitas à Ruvereo tanquam aliena emiſſet, ideoque non videbatur in hoc motivo ſolitum fundamentum conſtitui poſſe, ſicuti conſtitui credebatur in primo reſultante à Concilio Conſtantienſe, ut ſupra.

Omnes verò ſcribentes, tam pro Camera, quàm pro Civitate, concorditer inſiſtebant ſuper reſolutione di-
15 ctæ Bonifacianæ Inveſtituræ quantumvis validæ, ob non ſolutum Cenſum, tam per Franciſcum primum acquirentem, quàm per Ugolinum Succeſſorem, ob quam cauſam feudi devolutio ipſo jure ſequi dicitur, ideoque prima conceſſione reſoluta, altera quæ poſtmodum fieret, omninò nova cenſenda eſſet, de qua conqueri non poſſunt agnati vocati per primam jam ceſſatam, ſeu reſolutam, ut conſtat ex infrà allegandis.

Verum quia ſuper hoc, magnâ indigeſtaque mole,
fuerunt hinc inde multa deducta, idcircò pro clariori, 16
tam iſtius cauſæ, quam etiam ipſius articuli frequenter contingibilis reſolutione, plures inſpectiones diſtinctè habendas eſſe dicebam; Prima eſt, an ceſſario à ſolutione probata dicatur per Domini, ac Feudatarii confeſſionem, ita ut iſta præjudicare valeat ſucceſſoribus proprio jure venientibus, vel aliundè ſit juſtificanda; Secunda poſito defectu ſolutionis, an incurratur feudi devolutio, vel privatio in genere, & an illa ſequatur ipſo jure, vel potiùs requiratur ſententia declaratoria. Tertia poſito, quod incurri dicatur ipſo jure, an & quando conceſſio facta eidem Feudatario, qui caducitatem incurrit, vel ejus Succeſſori, dicatur nova vel antiqua, & quando utramque habeat qualitatem.

Super prima, præſuppoſita concluſione hodiè in foro recepta, ut per culpam poſſeſſoris non ſolvendo Ca-
nones, vel alia gerendo, incurratur caducitas, etiam 17
in præjudicium Succeſſorum ex pacto, & providentia vocatorum, niſi conſtet colluſivè, ac in fraudem geſtum eſſe *ex dedact.per Clar. §. emphit. qu. 8. Fulgen. tit. de ſolut. Canon. q. 1. num. 48. Coccin. deciſ.343. n. 1. Cavaler. deciſ. 398. in princ. & alios paſſim*; dubitatio ſolùm remanet, an hujuſmodi defectus per ſolam ipſius poſſeſſoris confeſſionem probetur, & negativam tenent *Bardellon.conſ. 55. num. 14. verſ. nec viſum fuit Facchin. conſ.79.num. 28. lib. 1. Hector Felic. alleg.35.num. 8. Fulgin.prox. ſup. num. 62. Mantica dec. 373. num 4. Coccin. deciſ. 343. num. 2.* quia prohibitus alienare, dicitur etiam prohibitus confiteri, & hanc puto veriſſimam ſententiam, quatenus controverſia percutiat ſolum commodum ipſius confitentis, vel habentium cauſam ab eo, ita ut Dominus non ſit in cauſa, neque de ipſius principali intereſſe agatur, quia ſcilicet feudi, vel emphyteuſis poſſeſſor de novo inveſtitus, tanquam primus acquirens diſpoſuerit ad favorem incapacium attenta Inveſtitura antiqua, & iſti contendant de nova qualitate ex dicta confeſſione reſultante, quia eſſet admittere probationem ex propria confeſſione ad proprium commodum in alterius præjudicium emanata contra Juris principia; multò magis ſi aliqua fraudis indicia, vel ſuſpiciones urgeant, de quibus *Fulgin. d. tit. de ſolut. Canon. q. 1. num. 52. & ſeq.* niſi econverſo dicta confeſſio ſit aliundè adminiculata, pluraque concurrant adminicula illius veritatem comprobantia, fraudem & colluſionem excludentia, in quibus terminis rectè procedit magiſtralis deciſio *Cavalerii 398.* ac ita de plano omnia iſto caſu conciliantur.

Ubi verò controverſia eſt cum Domino, cujus prin-
cipaliter intererſit conceſſionem eſſe novam, quia ſci- 18
licet ità ſequuta ſit devolutio, quæ aliàs attenta antiqua Inveſtitura non ſequeretur, & tunc omninò probabilius videtur, confeſſionem poſſidentis ab ipſo Domino acceptatam eidem ſuffragari, quia Dominus qui eſt certus creditor non tenetur probare negativam ſolutionis, ſed illa probata dicitur eo ipſo, quod non probatur affirmativa *ut generaliter Aff. dec. 91. num. 2. Greg. d. 139. Neapolitana pecuniaria 27. Ianuarii 1653. Meltio*, *& in ſpecie gloſ Bart.Bal. & cæteri abſque diſcrepante in l. 2. C. de jure emphit. Fulgin. aliorum cumulator tit. de ſolut. Canon.q.4 n.1.* Multò magis, ubi cum negativa de jure præſumpta, concurrit partis confeſſio ab ipſo Domino acceptata; quoniam aliàs eſſet præſumere duplex mendacium, & delictum, in poſſeſſore ſcilicet confitente, & in Domino approbante, niſi urgentia colluſionis, & fraudis indicia concurrant, ex eiſdem ſupra in præcedenti caſu allegatis.

Fortius ubi Domini directi qualitas talis eſt, quod 19
in eo non de facili cadat præſumptio colluſionis, &

fraudis

fraudis ut eſt præſertim Papa, vel alter magnus Princeps, cujus ſola aſſertio probationem facere dicitur *Peregr. conſ.* 24. *num.* 7. & 8. *lib.* 1. *Seraph. dec.* 330. *num.* 2. *Gregor. & adden. deciſ.* 239. *num.* 6. ac etiam ex parte poſſeſſoris confitentis nulla dignoſcitur cauſa fraudandi, *ut ponderatur in d. deciſ.* 398. *Cavaler.* quod abſque dubio procedere dicebatur in præſenti, tunc etenim fraudis ſuſpicio intrat, quando Feudatarius, vel emphyteutica id affectaſſet, quia nempè tanquam primus acquirens alienare voluerit, quod attenta prima Inveſtitura facere non poterat, ſivè quod vigore novæ Inveſtituræ habilitare voluerit ejus filios, vel alios à ſe prædilectos ab antiqua excluſos, cum ſimilibus, quæ omnia in præſenti ceſſare dicebatur, quia Ugolinus omneſque ejus Deſcendentes maſculi jam habebant Jus ſucceſſionis privativè ad deſcendentes fratris ſtante diviſione, undè improbabile eſt, quod abſque aliqua propria utilitate voluerit cum aperta malignitate poſt extinctam ejus deſcendentiam excludere illam fratris, ut potiùs Caſtra ad Cameram devolverentur; Prout improbabile eſt, quod Nicolaus V. abſque aliquo præſentaneo commodo hujuſmodi mendacium canonizare voluerit, undè hic primus punctus videbatur, prout in effectu eſt, ſatis planus.

Secunda inſpectio eſt ſuper Juris quæſtione in ab-
21 ſtracto, an ob non ſolutionem Cenſus, feuda devolvantur; Iſta quæſtio in feudis Sedis Apoſtolicæ hodiè nullam habet controverſiam, tanquàm expreſsè deciſa per *Conſtitutionem* 63. *Greg. XIII.* qui declarat, ſive ex antiquis Pontificiis Conſtitutionibus relatis à *Cobellio ad Bullam boni regiminis cap.* 24. *num.* 21. ſive de conſuetudine invaluiſſe, ut feuda ipſo jure ex hujuſmodi cauſa devoluta cenſeantur, quod etiam determinatum fuit in Concilio Conſtantienſi *poſt Carolinam apud Bimium fol.* 1131. *litt. C. & in fin. &*
22 *litt. D.* ac ita non ſemel judicavit Tribunal Cameræ Apoſtolicæ præſertim *prima Decembris* 1578. *in una Maceratin. Devolutionis feudi Matelicæ contra illos de Othonibus.*

In terminis verò Juris communis, *Facchineus lib.* 7. *controv. cap.* 87. quinque refert opiniones, quarum prima eſt ſimpliciter affirmativa, quam in feudis præſertim Eccleſiaſticis deducunt *gl. Innoc. Monach. & cæteri in cap. ad Apoſtolica* 27. *de re judic. in* 6. *verbo reprehendi, & ten ut Bald. in c. quæ in Eccleſiarum, num.* 25. *de Conſtit. Curt. de feud. par.* 4. *num.* 79. *& ſeqq. & cæter. congeſti per Roſenthal. cap.* 10. *concl.* 34. *in gloſ. litt. F. Vultejus de Feud. cap.* 11. *num.* 101. *Andr. Kol. de ſervitiis feudal. par. ult. num.* 16. *& ſeqq. ubi reſpondet in ſpecie Facchinæo, & cæteris contrarium tenentibus, Linckolien. diſſ. feud. cap.* 10 *concl.* 27. *qui alios cumulant.*

Altera eſt opinio de directo contraria ſimpliciter negativa, quam poſt *Specul. de emphyt. § nunc verò num.* 108. & alios antiquiores veriorem dicunt *Facchin. ubi ſupra, Schrader. p.* 9. *cap.* 6. *num.* 75. *& ſeqq. Roſenthal. cap.* 10. *concl.* 34. *per tot. Clar. §. feudum qu.* 51. *in fin. ibique latè alios cumulans Harpreſt. in addit. Berchentor. de feud. cap.* 3. *num.* 26. *Carolus Kincherchin. diſcurſu de feud. ex pacto n.* 135. *& ſeqq.*

Tertia eſt diſtinguentium, an pro feudo ſolvatur ſolùm Cenſus abſque aliquo fidelitatis juramento, vel cum illo, ut primo caſu non incurratur caducitas, ſecundo autem ſic, ſed iſtam meritò irridet *Roſenthal. d. concluſ.* 34 *num.* 59. quia ſi deficit fidelitas, non eſt feudum, niſi in ſolo vocabulo, ſed res allodialis data ſub Cenſu, ideo extra noſtram materiam.

Quarta, & quinta ſunt diſtinguentium inter Cenſum modicum ſolùm in ſignum ſubjectionis, & dominii, ac magnum correſpectivum ad fructus, ſive an Cenſus ſit cauſa principalis, & finalis conceſſionis, vel potius impulſiva, & conſecutiva ex deductis per *Schrader. p.* 9. *c.* 6. *num.* 76. *& ſeqq.*

Mihi placebat, ac omninò verior videbatur, prout videtur ſecunda opinio negativa, ex ea viva ratione deducta per *Facchin. Roſenthal. & alios*, non eſſe inducendas pœnas, ubi leges feudorum non induxerunt, neque in feudis, præſertim ad effectum odioſum & pœnalem, licitum eſſe argumentum à ſimilibus, atque ita paſſim, excepto Statu Eccleſiaſtico, ſervari videmus, præſertim in Regnis utriuſque Siciliæ, ubi frequens eſt feudorum uſus ſub ſervitio pecuniario, quod adoha vocatur, quia per ceſſationem à ſolutione non datur locus devolutionibus, ſed agitur ad implementum.

Hæc tamen negativa opinio pro regula conſtituta, limitanda eſt, ubi Feudatarius doloſè, & affectatè, ex quadam temeritate, quaſi in ſpretum Domini, ſeu dominii, & Superioritatis denegationem, non ſolvit Cenſum, ſive ubi ob hujuſmodi Cenſus non ſolutionem, gravia damna reſultent Domino in gravi neceſſitate conſtituto, quia tunc dicitur ineſſe crimen feloniæ, ſeu læſæ Majeſtatis, *ut advertit Roſenthal. d. concluſ.* 34. *num.* 63. ſive intrant termini *text. in l. ſi quis major C. de tranſact.* & ſecundùm primam limitationem benè loquitur *Innoc. IV. in d. c. ad Apoſtolicæ* Federicum ob novennalem defectum à ſolutione Cenſus mereri reprehenſionem, quam *gl. Innoc. & cæter.* explicant pro privatione, quia non ſolutio proveniebat ex temeritate, & ſpretu; iniquum enim aliàs eſſet, ut ob ſimplicem negligentiam non ſolventis accipitrem, vel aliquam modicam recognitionem, debeat caducitatem pati in præjudicium ſuum, ac univerſæ deſcendentiæ, & hæc mihi videtur genuina veritas, huic tamen Civitati non præjudicans, quia ex Concilio Conſtantienſi tunc jam edito, & ex aliis de quibus infrà, caſus erat extra dictam quæſtionem.

Advertendum tamen Conſtitutiones Apoſtolicas inducentes devolutionem in feudis Eccleſiaſticis ob non ſolutum Cenſum, eſſe quidem operativas ad tollendam dictam Juris communis dubietatem, ac ſucceſſivè ad effectus de quibus hîc, & alias, non autem ad illum exorbitantem, quem Fiſcales prætendunt, ut lapſo biennio deſperata ſit ſpes Feudatarii ad deducendum juſtas excuſationis cauſas, ſive ad illam moræ purgationem, quam ipſa æquitas Canonica induxit, & de qua non ſemel *ſub tit. de emphyteuſi*; Irrationabile enim videretur, ut Eccleſia Romana, & Sedes Apoſtolica, quæ fuit prædictæ æquitatis mater, & auctrix; eamque aliis ſervandam proponit, & diſponit, debeat illam denegare ſeu non ſervare.

Poſito autem in caſu de quo agitur, ex dicta Con- 23
ciliari diſpoſitione, ſive ex antiqua feudorum Eccleſiaſticorum conſuetudine, quam annuere videntur *Canoniſtæ in d. c. ad Apoſtolicæ*, atque enuntiat *Greg. XIII. dicta ejus Conſtitutione* 63. Intrare devolutionem ipſo jure; Quatenus ad tertiam pertinet inſpectionem, diſcurrendo pro veritate dicebam cum eadem diſtinctione ſuperius in prima inſpectione tradita, ſpectandum ſcilicet fore effectum, ad quem de hoc puncto diſputari contingat; Si enim controverſia eſt inter agnatos ex prima Inveſtitura venientes, & illos eorum Jus à novo inveſtito deſumentes, ita ut Dominus non ſit in cauſa, neque de ejus intereſſe principaliter agatur, & tunc niſi conſtet de omnimoda ſinceritate, ac veritate novæ Inveſtituræ, quia ſcilicet verè, & realiter abſque fraudis, vel colluſionis ſuſpicione feudum Domino ſit devolutum, atque ab iſto ex aliqua nova cauſa, & tanquam feudum verè novum, omninò independentes à prima conceſſione & à meritis majorum, quibus prima conceſſio facta fuit, ſive cum novis additionibus ac legibus omnino diverſis, & tunc verius dicebam Inveſtituram non cenſeri alteratam, ſed durare antiquam, ita ut nova conceſſio in effectu aliud ſapere non dicatur, niſi caducitatis, & pœnæ remiſſionem, quamvis utatur verbis novam conceſſionem importantibus, & in his terminis procedunt deciſiones *coram Mantic. & Coccino*,

&

& in Bonon. bonorum emphyt. coram Pamphilio, *& multa alia, quæ circumferri ſolent, latè Bardellon. conſ. 55. & cæteri*; vix enim dari poteſt caſus hujuſmodi ſinceritatis ac veritatis, proindeque ad hunc effectum conſiderabiles videbantur ponderationes ſcribentium pro actore circa incorporationem effectivam, & alia veræ caducitatis jam ſequutæ & effectuatæ indicia deſiderata.

Aut verò controverſia eſt cum Domino, de cujus intereſſe principaliter agatur, & tunc ſecùs, quia dum propter jam incurſam caducitatem, reſolutum eſt jus omnium Jus habentium ex antiqua Inveſtitura, ita ut eſſet in ejus arbitrio & facultate denuò concedere eidem, vel alteri, idcircò quoad ſe nova dicitur gratia, per quam præjudicium pati non debet, dum non per viam ſimplicis remiſſionis, ſed per viam novæ, & integræ conceſſionis proceſſum eſt, & in his feudis atque ad hunc effectum loquuntur (ac veriſſima videtur eorum opinio) *Iſern. in c. 1. ſub num. 1. de Vaſſall. decrep. ætat. ibidem Præpoſ. num. 3. Alvarot. num. 2. prope fin. Bal. in cap. Imperialem §. Inſuper ſub num 8. de prohib. feud. alien. per Feder. & cæteri remiſſive adducti per Tiraquell. de retr. lign. §. 32. gl. unica num. 29. Schrader. p. 2. cap. 3. n. 43. Roſenthal. c. 2. concl. 18. num. 2 late Canaet. ad c. vo enies §. ſed occurrit a num. 9. ad 28. pag. 119. & ſeqq. & hanc veritatem canonizavit Rota in Portuen. Stagni 10. Iunii 1641. §. fin. coram Panzirolo, quæ eſt deciſio 89. num. 43. & ſeqq. part. 9. rec. & ſatis bene in Romana devolutionis domus 4. Decembris 1651. & 21. Ianii 1652. coram Bichio quarum ſecunda eſt dec. 277. par. 11. recent. & dec. 340. num. 18. & ſeqq. ead. in par. 11.* Vis enim eſt in reſolutione primæ Inveſtituræ, atque in facultate, quam Dominus habebat non concedendi eidem feudatario, ſed alteri penitus extraneo, vel nemini, abſque eo quod agnati in prima Inveſtitura vocati conqueri poſſent, Nam ita nulla eis inferri dicitur injuria.

24 Hinc ceſſante dicta libertate concedendi cuilibet extraneo, per novam conceſſionem non efficitur feudum novum, ſed remanet antiquum, quamvis prima Inveſtitura ſit finita, ubi nempè non ex feudatarii culpa vel delicto, ſed ex temporis, vel generationum fine ſequitur devolutio, quia adhuc agnatorum Jus durare dicitur ob renovationem eis debitam, ut benè diſtinguendo firmatur *apud Beroam conſ. 111. num. 3. & 4. lib. 1. & in allegatis Romana devolutionis domus 4. Dec. 1651. & 21. Ianii 1642. Bichio.*

25 Ideoque iſto caſu quæſtiones eſſe ſolent potius facti quam juris circa Domini voluntatem; & quid ipſe gerere voluit, an ſcilicet procedere per viam ſimplicis remiſſionis caducitatis, ſeu per viam novæ conceſſionis ex integro, quod in caſu controverſo erat ſatis ſuperque clarum, non ſolum quia Papa Nicolaus expreſſè utitur verbis novam ex integro conceſſionem importantibus, ſed etiam quia admixta erant alia tria Caſtra, quæ tanquam unum corpus, cum iſtis duobus conſtituentia, ſub diverſo Cenſu unius Crateris argentei, ac ſub omninò diverſis pactis, & legibus conceſſa ſunt, quo caſu voluntas eſt indubitata, ut diſtinguendo benè advertit *Iſern. in dict. cap. 1. de Vaſſal. decrep. ætat. Roſenthal. cap. 2. concl. 18. ubi fideliter multos regiſtrat, & bene comprobat Rota in proximè allegatis deciſ. coram Panzirolo & Bichio. Seraph. dec. 1379. num. 1. & 2.*

Omnemque penitus difficultatem in propoſita facti ſpecie ceſſare dicebam ex ſubſequutis, quia defuncto Nicolao nuncupato Fracaſſa Ugolini filio, ac ultimo maſculo de hac linea, ſuperſtite Manſilia ejus filia, inter iſtam, & Cameram acerrima exorta eſt controverſia, tam in Urbe, quam in ipſa Civitate Urbis Veteris famoſa, ita ut omninò pro certo dicendum ſit devenisſe ad notitiam deſcendentium Rainutii, qui tunc in ſatis proximo parentelæ gradu cum Manſilia conſtituti erant, & tamen viſa dictæ Manſiliæ ſuccumbentia ratione ſexus non comparuerunt, nec aliquid deduxerunt, ut veriſimillimum eſt deduxiſſe eorum Jus vigore primæ Inveſtituræ, Atque deinde facta per Sixtum IV. Inveſtitura Ruvereo, idem Sixtus motu proprio, & ex certa ſcientia declaravit legitimam devolutionem, quæ ſententia tranſacta in judicatum, ſubſequutam habuit pacificam obſervantiam ſpatio annorum 140. & ultrà, per quam præſumitur tunc omnia juſtificata eſſe ac ſolemniter acta; cum ſententia excedens metam 30. annorum, & obſervata dicatur antiqua non indigens actorum juſtificatione, ſecum trahens præſumptionem juſtificationis *Caſſador. dec. 3. num. 1. de procur. Mantic. dec. 296. num. 6. & 7. Buratt. dec. 376. num. 6.* multo magis accedente centenaria, & ultrà per quam omnis melior titulus allegari poteſt *ex deduct. ſup. in Piſauren. Molendinorum hoc tit.* 26

Et quod præſcriptio centenaria præjudicet omnibus agnatis, tam præſentibus, quam futuris *bene ac late Ciriac. controv. 3. num. 63. & ſeq.* ubi cæteri cumulantur, 27 multo magis ſumendo iſtius temporis longiſſimum intervallum, non pro pura & formali præſcriptione (quo caſu intrant difficultates; de quibus *Roſenthal. cap. 9. conc. 84. & 85.*) Sed pro obſervantia corroborativa dictæ Sententiæ Sixti IV. coram quo dici poteſt omnia eſſe tunc juſtificata, quæ nunc injuria temporis non habentur.

Si enim Domino faciente novam Inveſtituram tanquam de feudo novo, agnati habendo ſcientiam & 28 non contradicendo per annum ſibi præjudicant *Roman. conſ. 70. num. 3. & aliis deduct. per Cephal. conſ. 30. num. 31. & ſeq.* cujus tamen aſſumpti veritas non firmabatur, ſed ſolum deducebatur in argumentum *quia Menoch. conſ. 467. num. 2. & ſeq.* benè advertit, quod eſt rigor odioſus à Principe non ſervandus; multo magis accedente ſcientia probabili cum acquieſcentia annorum fere 200. à prima ſcilicet conceſſione facta per Nicolaum uſque ad tempus moræ litis.

Addita etiam probabili ratione ſilentii, quia nempè per diviſionem inter Ugolinum & Rainutium ſubſequutam, per quam conventum eſt, ut cuilibet Caſtra, & bona aſſignata ſint, ita ut ulterior regreſſus ad bona dimiſſa, & renunciata numquam remaneat, licet enim regulariter diviſio in feudo, vel emphyteuſi non præjudicet, quia unus inveſtitus alteri renuncians ſuam por- 29 tionem renunciare cenſetur durante Jure renunciatarii, non autem ut Domino in contractu non contemplato locum faciat *ex theor. Bart. conſ. 58. & in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig. num. 24. quam communiter cæteri ſequuntur congeſti per Rot. dec. 186. par. 3. rec. & 176. n. 12. & ſeq. par. 5. & pluries ſub tit. de renunciationibus* attamen id procedit in dubio in quo renunciatio cenſetur perſonalis, ſed non excludit potentiam contrariæ veritatis, quodque renunciatio fuerit realis omnium excluſiva, quæ ſola poſſibilitas ſufficit, ſtantibus tot Pontificum Sententiis, & declarationibus cum ſubſe- 30 quuta pacifica obſervantia annorum fere 200. Ideoque juſtè, ac fundatè Tribunal Cameræ judicavit contra actorem, declarando Inveſtituram Nicolai eſſe novam, quamvis actori conceſſa fuerit nova audientia.

† QUamvis iſta cauſa dici non valeat ſopita, dum apud Actores adhuc vireſcunt prætenſiones, 1 quas laudabile eſt conſervari pro nobilitate, & decore familiæ, ut docet praxis plurium magnatitiarum familiarum Hiſpaniæ, quæ adhuc conſervant prætenſiones ſuper aliquibus Regnis; Nihilominus huc uſque ſiluit, ideoque pariter, ut in præcedentibus defuit occaſio alterius adnotationis particularis; verùm recenſendo aliquid ex deductis in diſcurſu.

Quoad ea, quæ initiò dicuntur de poteſtate tollendi 2 jus tertii, ſive de modo regulandi voluntatem Principis ſuper uſu iſtius poteſtatis, eſt inſinuatum *in annotatione præcedenti*, & latè *ibi allegato diſc. 148. & 177. de regal.* ac etiam habetur infra *diſc. 9. & 10.* occaſione agendi de quæſtione an in feudo pacti, & providentia

conceſſio

conceſſo ſimpliciter pro omnibus hæredibus ſanguinis juxta formam dividuam juris Longobardorum erigi poſſit primogenitura, illudque redigi ad formam individuam juris Francorum, de quo etiam in hoc *Supplemento diſc. 112. cum plur. ſeqq.*

3 Super iis autem, quæ concernunt Concilium Conſtantienſe, & revocationem eorum, quæ geſta fuerunt, illo ſchiſmate durante, habetur *in tit. de præmin. diſc. 2. deciſ. 5. par. 13. rec.* edita in eodem caſu, & aliquid advertitur *diſc. 2. in relat. Curiæ.*

4 Et ſuper ea propoſitione, quod deferendum non eſt Doctoribus atteſtantibus de aliquibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, vel decretis Sacræ Congregationis, habetur apud *Bich. deciſ. 567. & 616. & tit. de Canonic. diſc. 12.* ac etiam *diſc. 1 proœmiali in annot. ad Concil. Trident. & diſc. 35. de judic.*

5 Præcipuus autem hujus controverſiæ punctus eſt, an devoluto feudo ex facto culpoſo poſſeſſoris, illoque denuò conceſſo eidem poſſeſſori; illud dicendum ſit vere feudum novum, in præjudicium agnatorum, qui per antiquam inveſtituram vocati ſunt; Vera videtur diſtinctio deducta in diſcurſu, inter caſum in quo Dominus ſit in cauſa, ſuaque interſit inveſtituram eſſe novam Et alterum caſum, in quo iſtam qualitatem allegent ſucceſſores illius, qui novam inveſtituram obtinuit contra agnatos venientes ex inveſtitura antiqua abſque eo, quod Dominus habeat intereſſe, & ſit in cauſa.

Primo etenim caſu, diſtinguendum venit, inter illos dominos, qui ſint prælati inferiores, ſeu aliàs recognoſcant ſuperiorem, adeout non habeant poteſtatem derogandi legibus, & revocandi conceſſiones factas, ac tollendi jus tertii; & illum dominum, qui ſit princeps ſupremus, dictamque poteſtatem habeat latè expenſam *d. diſc. 148. & 177. de regal.* In hoc etenim ſecundo caſu, intrat ſolùm quæſtio voluntatis, an ſcilicet voluerit Princeps tollere jus tertij, atque deſtruere antiquam inveſtituram, quoniam de poteſtate ſaltem in foro externo non dubitatur, & de quo etiam infra *d. diſc. 112. cum plur. ſeqq.*

In altero autem, in quo iſta poteſtas non concurrat quæſtio videtur potius facti, quàm juris, an ſcilicet revera contraventio ſit talis, ut ex parte Domini, ejuſque favore factus fuerit locus caducitati etiam in præjudicium ſucceſſorum venientium independenter à delinquente, ſeu contraveniente abſque ſpe, vel remedio illam impediendi; Vel è converſo, affectatè, & colluſivè id geſtum ſit, juxta ea, quæ deducuntur per *Fulgin. in diſc. alleg. de ſolut. canon. quæſt. 1. à n. 48. ad 63.* ubi multæ conjecturæ colluſionis & fraudis deducuntur; & habetur etiam *ſub tit. de emphyt. diſc. 47.* & alibi; Si enim actus eſt colluſivus, & fraudulentus; tunc ſine dubio non attenditur, ex defectu poteſtatis, ſed ſi ſit ſincerus, adeout Dominus volens, licitè potuiſſet feudum ad ſe devolutum, pro ſe retinere, ſive extraneis concedere, & tunc ſi novam conceſſionem ex integro faciat ipſimet, qui caducitatem paſſus eſt, non poterunt agnati venientes ex antiqua inveſtitura impedire devotionem, vel aliud jus, quod favore Domini reſultat ex inveſtitura nova, etiamſi id provenerit ex culpa poſſeſſoris, citra tamen fraudem, & colluſionem ipſius Domini, dum iſta ſolùm eſſe poterit apta ad eis tribuendum actionem contra ipſum culpoſum ad damna, & intereſſe.

Ubi verò iſta quæſtio eſſe ſolum inter ipſos comprehenſos in utraque inveſtitura, vel habentes cauſam ab eis, abſque eo, quod Dominus ſit in cauſa, vel quod ſua interſit; Et tunc, etiam ubi juxta frequentiorem hodiernam praxim in feudis, agatur de illo domino, qui ſit Princeps ſupremus, cum dicta poteſtate tollendi jus tertii, undè propterea non cadat quæſtio poteſtatis, ſed ſolum voluntatis; Adhuc iſta voluntas præſumenda non eſt; Et quatenus nova conceſſio concepta eſſet, cum tali prægnantia, ſeu amplitudine verborum, & clauſularum, ut denotarent, quod proceſſum non eſſet per viam ſimplicis remiſſionis incurſæ caducitatis, ut remoto obſtaculo antiqua inveſtitura jure ſuo continuaret, ſed quod proceſſum eſſet per viam novæ conceſſionis, tanquam ex integro, juxta ea, quæ deſuper cumulantur in his terminis ultra allegatos *in diſcurſu, per Martin. ad Reverter. d. c. ſ. 562. Apet. in compend. feud. rubr. 16. viſion. c. 4. fol 87. & ſeqq.* Nihilominus omninò verius videtur, ut, Vel intret concluſio ſuper qua multa colligunt *addens. d. diſc. ſ 2. par. 3. recen. & deciſ. 676. par. 4. rec. tom. 3. cum aliis d. d. ſc 148. & 177. de regal.* & alibi frequenter, ut potius Princeps præſumatur circum ventus, Vel quod id proveniat ex ſtylis, & formulariis, citra voluntatem id agendi, Siquidem, ſecluſo jure, vel intereſſe ipſius Domini, cui magis expediat per novam inveſtituram reſtringere feudum ad unam lineam, excludendo alias lineas in antiqua inveſtitura contentas, pro faciliori devolutione, ſive ut ita excludantur lineæ vel perſonæ magis potentes vel parum gratæ, parumque benevolæ, Vel ut augeatur ſervitium reale vel perſonale; ſive quod reſtringantur facultates & præeminentiæ; tunc ſpeciem iniquitatis manifeſtæ redoleret iſta voluntas, per quam licitum eſſet poſſeſſori feudi cum mora, aliove delicto, ſeu facto culpoſo ſupplantare ſucceſſores, atque ex proprio delicto reportare commodum cum jactura innocentium.

Hinc proindè pro meo ſenſu, contemptibiles videntur ponderationes, quæ deſuper cum conſueta leguleica ſimplicitate vel ineptia fieri ſolent, per noſtros ſuper gramaticale ſeu legali ſignificatione vel operatione verborum & clauſularum, quoniam verius videtur, ut etiam in iſta materia procedi debeat, cum toties inculcata propoſitione præſertim in ultimis voluntatibus, ac etiam in contractibus ſeu legibus, & ſtatutis & quæ à Judicibus principaliter ac perpetuò præ oculis habenda eſt, ut ſcilicet tanquam in quæſtione, voluntatis & facti, potius quàm juris immorandum non ſit in hac formalitate verborum, vel in regulis generalibus, vel in immorandum veniat in ſubſtantia veritatis, ac veriſimilis voluntatis, quæ deſumenda eſt ex qualitate & circumſtantiis facti, non autem ex hujuſmodi verbis & clauſulis, quæ frequenter adjiciuntur pro formulario. 7

Cum eodem ſenſu quoque procedendum videtur in alio puncto, de quo in diſcurſu ſuper diuturna obſervantia, ut ſcilicet ea rectè operativa ſit, nimiumque attendenda, quando juxta præmiſſas conſiderationes reducatur nova conceſſio ad probabilem dubietatem, ratione certæ voluntatis Domini, in quo poteſtas ut ſuprà concurrat, vel ratione bonæ fidei in eo, qui novam inveſtituram obtinuit, tanquam ex integro, eo quia ſine ejus delicto, prima inveſtitura rigoroſè eſſet reſoluta, adeout obſervantia dici mereatur interpretativa; ſecus autem ubi his ceſſantibus, atque in re clara, deduceretur tanquam præſcriptiva, dum tali caſu rectè intrant ea, quæ in materia juris patronatus gentilitii, vel in altera fideicommiſſorum cæteris relatis habentur *apud Peregr. de fideic. c. 41. num. 17. Grat. diſcept. 577. num. 44. Ciarlin. contr. 107. num. 61. Rota deciſ. 229. par 11. rec. & habetur ſub tit. de jure patron. diſc. 351. & diſc. 21. de judiciis & interdictis feudalibus. Roſenthal. in diſcurſ. alleg. cap. 9. concl. 84. & 85. Giurb. de feud. §. 2. gl. 12. num. 87. Spad. conſ. 53. lib. 3.* quod ſcilicet vel ex regula, quod non valenti agere non currit præſcriptio; vel ex altera, quod qui non poteſt expreſsè alienare, ſeu alias ſucceſſoribus præjudicare, multò minùs poteſt tacite negligando, ne quod eſt directè prohibitum, indirectè ſequatur, ſive ex utraque ſimul juncta, verius eſt, ut ſucceſſori venienti independenter à prædeceſſoribus ad feudum antiquum pacti, & providentiæ non obſtat præſcriptio deducta ex negligentia prædeceſſorum. 8

Niſi obſervantia eſſet ſupra centum annos, atque non adeſſet obſtantia tituli vitioſi, adeout intrare poſſet facultas, de qua ſupra in annotatione *ad diſ. 2.* & frequenter allegandi ſcilicet quemcunque alium titulum meliorem abſque neceſſitate juſtificandi.

Deinum

Demum quoad rigorem, cum quo poſt Conſtitutionem Gregorii XIII. de qua *in diſcurſu* in hoc principatu proceditur ob non ſolutum in tempore tributum vel aliam recognitionem, ſubrogatam loco ſervitii feudalis; Quamvis in diſcurſu inſinuetur, quod iſte ſit magnus rigor fortè ſingularis; Attamen ob ejuſdem principatus, etiam ſingularem qualitatem pro ejuſdem rigoris probabilitate vel excuſatione rectè adaptari videntur ea, quæ ſuper excluſione æquitatis canonicè circa purgationem moræ habentur *ſub titulo de Emphyt. diſcurſu. 46.*

Duæ ſiquidem in iſto principatu Status Eccleſiaſtici concurrere videntur rationes, quæ in aliis principatibus non militant; Primò nempè quod eſt principatus electivus, pro frequentiori praxi brevis durationis, dum
10 electio in ſenſibus cadere ſolet; Undè propterea cum quandoque pro humana fragilitate homines quærere ſoleant, quæ ſua ſint, & quæ ad proprios ſucceſſores transmittere poſſunt, non autem ea, in quibus adminiſtratores & tanquam per ſpeciem uſufructuarij perſona geratur; Idcircò dati poſſet quandoque negligentia præjudicialis; Et ſecundò quoniam feudatarij hujus principatus non ſunt ſolùm proprij ſubditi intra ejuſdem principatus viſcera vivant ſub omnimoda ſuperioritate ipſius Domini, *ut* (ex. gr. agendo de noſtra Italia) ſunt feudatarij Regnorum utriuſque Siciliæ, ac illi aliorum Italiæ Principum ſed adſunt feudatarii potentes, in figura Principum ſupremorum, cum feudis regalibus unæ dignitatis redolentibus ſupremum principatum, undè propterea juxta ponderationes, de quibus *d. diſc. 46.* quilibet ſibi licitum redderet negligere ſolutiones hujuſmodi tributorum, vel recognitionum, ut ita inſenſibiliter cum longo temporis decurſu libertatem vindicaret, aſſecuratus de præjudiciis, quæ ab hac mora reſultant, ab iſto clypeo canonicæ æquitatis & purgationis moræ Et per conſequens iſte rigor aliquam probabilem rationem habere videtur.

Mendosè autem ex errore in præmiſſis, ut pluries *n. 21. allegatur Gobel. c.25.* dum eſt *c.29. cod. num.21.*

Et de feudi devolutione vel confiſcatione ob deli-
11 ctum feudatarii; etiam in præjudicium ſucceſſorum independentium & quando dicatur delictum feudale, quod iſtum effectum producat, habetur in præſenti *hoc Supplemento diſcur.* 131. & aliqua *diſcur. 161. de Regalibus.*

EUGUBINA,

Seu CIVITATIS CASTELLI CASTRI Pro COMITISSA DE CANTALMAIIS CUM CAMERA.

Caſus diſputatus in Congregatione Camerali, & ſopitus cum concordi temperamento.

Caſtrum an præſumatur feudale, vel allodiale, Et cui incumbat unam vel alteram qualitatem probare, an ſcilicet Domino Agenti ad devolutionem, eſſe feudale, ut hæredi Feudatarii defuncti eſſe allodiale, Et quatenus aliquæ feudalitatis probationes, vel indicia concurrant, an exindè reſultet excluſio femininarum. Et aliqua de ſubfeudo regulando à natura feudi; Et an omnia Caſtra poſſeſſa, vel conceſſa per Duces Urbini dicantur ſpectare ad illum Statum ſeu Ducatum.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *In feudo, quod non conſtet eſſe rectum & proprium etiam fœmina ſuccedunt remiſſive.*
3 *Cui incumbat onus probandi qualitatem feudalem, vel reſpectivè allodialem.*
4 *Subfeudum regulatur à feudo, & dicitur ejuſdem natura.*
5 *Caſtrum præſumitur potius allodiale, quàm feudale*
6 *Ubi etiam conſtaret de feudalitate, adhuc doceri debet de tali, quod ſit locus devolutioni.*
7 *Feudum Regni Neapolitani eſt fœmininum.*
8 *Poſſeſſio, quam Fiſcus in caſu prætenſæ devolutionis de facto apprehendit, quid operetur.*
9 *De concluſione, ut id quod eſt intra fines feudi non præſumitur feudale quomodo intelligenda.*
10 *Subfeudum an poſſit eſſe diverſæ naturæ, quam feudum, & quando.*
11 *Subfeudum debet concedi gratis.*
12 *De familia Vbaldina allecta in illam Feltriorum.*
13 *Recenſentur plura adminicula, quod Caſtrum alio titulo, quam feudi poſſideretur.*
14 *De Conſilio Abbatis, ut in Statu Eccleſiaſtico omnia Caſtra præſumantur feudalia.*
† 1 *An Caſtrum præſumatur feudale, vel allodiale remiſſive.*
2 *An fœmina ſuccedant in feudis.*
3 *Declaratur concluſio, quod ſubfeudum eſt ejuſdem naturæ, cujus eſt feudum.*

DISCURSUS VI.

GUidobaldus Urbini Dux, Eugubinæ Civitatis Vicarius, de anno 1499. Caſtrum Carpenarum cum Juriſdictione, & aliquibus bonis, vendidit pretio florenorum 12. m. Hieronymo de Bentivolis, ſtipulanti pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſuribus quibuſcumque, cum clauſula ad habendum latiſſimè extenſa, nullo onere adjecto, vel juramento fidelitatis ſuſcepto, nec aliqua prohibitione accedente, niſi circa alienationem Palatii, ſeu Fortalitii, abſque ipſius venditoris, vel ejus hæredum, & ſucceſſorum licentia; Bentivolus autem de anno 1579. dictum Caſtrum, & bona, etiam Fortalitium, de licentia Ducis ſucceſſoris, vendidit Joanni Baptiſtæ de Cantalmaiis, pariter acquirenti pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, defunctoque Vincentio ultimo maſculo ex dicti Joannis Baptiſtæ primi acquirentis deſcendentibus, ſuperſtite Comitiſſa filia, Camera Apoſtolica de anno 1657. prætendens dicti Caſtri devolutionem ob terminationem lineæ maſculinæ, de facto poſſeſſionem accepit, Cumque dicta Comitiſſa recurſum habuiſſet ad Papam, atque ab iſto negotium remiſſum eſſet Congregationi Camerali, plures acres diſputationes deſuper habitæ fuerunt. 1

Demum verò cauſa ſopita fuit cum concordi temperamento, ut dicta Comitiſſa, quæ prætendebat Caſtrum eſſe allodiale, ac tranſmiſſibile ad quoſcumque, illud obtineret, ac recognoſceret in feudum pro deſcendentibus utriuſque ſexus, atque ita præſens controverſia finem habuit.

Duo autem fuerunt hujus diſputationis puncti, ſeu inſpectiones, primò nempè, an iſtud Caſtrum eſſet feudale, vel allodiale, & cuinam incumberet onus, unam vel alteram qualitatem probandi, & ſecundò, poſito, quod conſtaret de feudalitate, an dicta Comitiſſa ejuſque deſcendentes etiam per lineam femininam eſſent illius ſucceſſionis capaces.

Super hoc ſecundo puncto modica verſari videbatur difficultas, tum quia probabilius pro allodiali qualitate reſpondendum videbatur ut infrà, undè propterea ceſſabat occaſio quæſtionis in radice, dum etiam extranei quicumque erant hujus ſucceſſionis capaces, Tùm quia, ubi etiam talia urgerent feudalitatis indicia, quod libero allodio excluſo, feudum dici poſſet, adhuc tamen cum non doceretur de Inveſtitura, neque concurreret obligatio ſervitii perſonalis cum præſtatione formalis juramenti fidelitatis, abſque dubio dicendum erat non conſtare, quod eſſet feudum rectum, & proprium, cujus ſucceſſio ad ſolam lineam maſculinam reſtricta eſt ita ut remaneret feudum impropriatum; cujus etiam fœminæ, ac alii de linea feminina eſſent capaces, quinimo

cum

cum prælatione adverſùs maſculos remotiores, juxta ea quæ ſuper hoc puncto formiter habentur diſputata *in Mantuana feudi hoc eod. tit.* ubi de auctoritatibus, & deciſionibus, quæ ſuper hoc puncto in præſenti etiam controverſia allegabantur.

Major autem diſputatio fuit ſuper primo puncto feudalitatis rectæ, & propriæ fœminarum excluſivæ, circa quem duo erant Cameralium fundamenta, primò, quod cum Fiſcus eſſet reus, & poſſeſſor, dicta verò Comitiſſa eſſet actrix, huic incumbebat plenè,
3 & concludenter probare allodialitatem quam allegabat pro fundamento intentionis juxta regulam *text. in l. actor. de probat. cum aliis, quæ in propoſito habentur in Piſauren. Molendinorum hoc eod. tit.*

Et ſecundò quod cum iſtud Caſtrum eſſet intra fines, & pertinentias Vicariatus Eugubini, qui per dictum Ducem Urbini poſſidebatur jure feudi recti, & proprii excluſivi ſexus fœminini, idcirco iſtud ſubfeudum cenſendum erat ejuſdem naturæ, cujus erat ipſum feudum
4 principale, tanquam membrum regulandum à ſuo capite, ac reliquo corpore, *Loffredus conſ. 39. num. 35. Menoch. conſ. 148. num. 14.* & eſt communis traditio feudiſtarum exinde inferentium, ideò in Regno Siciliæ citra fœminas ſuccedere in illis feudis, quæ comparativè ad ipſum Regnum ſubfeuda dicenda veniunt, quia ipſum regnum, & ſic feudum principale eſt etiam fœmininum.

Alia etiam aſſignata ratione deficientis poteſtatis, quia inter requiſita deſiderata ad validam ſubinfeudationem, illud eſt præcipuum, ut fiat ſub eiſdem legibus, ac perſonis ſimilis qualitatis, ſeu conditionis, ex iis, quæ in ſpecialibus terminis ſubfeudorum hujus Status Urbini, *habentur in Senogallien. Caſtrorum hoc eod. tit.*

His tamen non obſtantibus (reflectendo etiam ad veritatem) credebam dictæ Comitiſſæ pro qua ſcribebam, Juſtitiam aſſiſtere, quamvis egomet dictum concordiæ temperamentum laudaverim, & conſuluerim, quia durum eſt cum Fiſco poſſeſſore, & manibus vacuis litigare.

Ad id probandum conſtituebam in primis regulam, ex magis communi & vera feudiſtarum opinione receptam, quod non conſtituto de Inveſtitura aliiſque concludentibus feudalitatis indiciis, Caſtrum cenſendum eſt potiùs allodiale quàm feudale, *ut per Caſtr. conſ. 179. num. 1. lib. 1 Alex. conſ. 129. num. 1. lib. p. Hartman. Piſtor. tom. 3. q. 39. num. 2. Aponte dec. 2. Ginrb de ſucceſſ. feud. §. 1. gloſſ. 3. num. 10. dec. 93. n. 31. & ſeq. par. 9. rec. dec. 69. num. 11. & ſeq. par. 8. & plenius in Clomacen. Vallium, & in aliis frequenter hoc eodem tit.* Qua regula ſeu præſumptione generali ſic ſtante, reſultabat de conſequenti, onus eſſe Cameræ prætendentis devolutionem ratione feudalitatis, iſtam probare tanquam fundamentum intentionis, tum quia allegans regulam dicitur habere fundatam intentionem, donec conſtet de limitatione probanda per eum, qui allegat limitationem in dubio non præſumendam *Mantic. dec. 251. num. 4. Franch. dec. 197. num. 9. Barboſ. axiomate 198.* Tum etiam quia ut advertitur in terminis emphyteuticis *per Rot. dec. 73. par. 10. rec. & in aliis frequenter*, primum ac præcipuum requiſitum devolutionis eſt, ut certitudinaliter conſtet de illa qualitate, cujus ratione devolutio protenditur.

Idque àdeò verum, quod licèt ad alios effectus, qualitas feudalis vel emphyteutica ſupponens alterius directum dominium, poſſit per alias probationis ſpecies, quinimò etiam per conjecturas & adminicula juſtificari *Bellon. jun. conſ. 44. n. 42. Menoch. conſil. 395. num. 67. & in aliis hoc tit. ſæpius*, ad effectum tamen devolutionis
6 neceſſaria eſt ſcriptura conceſſionis, ut ex ejus tenore conjici valeat illius natura, & num ſit factus ejus caſus, ex ea clara ratione, quod poſſunt ſimul ſtare eſſe feudum ſeu emphyteuſim, ſed ita impropriam & alteratum, quod etiam fœminarum & cognatorum, vel etiam extraneorum ſucceſſio intret, *ut dec. 93. num. 36. & ſeqq. par. 5. rec. 117. num. 1. par. 7. 162. n. 6. cum ſequen. par. 9. Bmatt. & adden. dec. 602. Capic. Latr. conſult. 75. n. 280. & ſeq. Medonalen. devolutionis 4. Iunii 1655. Meltio & ſæpius ſub tit. de emphyteuſi.*

Non implicat enim eſſe feudum verum, immò Dignitatis, & primi ordinis, cum regalibus & Jure Principatus, & tamen eſſe fœmininum, ut de Regno Siciliæ ci- 7
tra alias Neapolis *Mandoſ. 367. lit. C. Cormeus conſ. 16. num. 5. in fine & num. 7. lib. 1. Soccin. conſ. 257. num. 2. lib. 2. Menoch. conſ. 65. num. 68. & ſeq. Capic. Latr. dicta conſult. 75. n. 87. & ſeq.* ac docet frequentiſſima praxis de feudis Plumbini, & aliis, de quibus agitur *hoc eodem tit.* Ideoque ſemper verum videbatur, Fiſci prætendentis devolutionem onus eſſe, nedum probare feudalitatem in dubio non præſumendum, ſed eam talis naturæ, quod reſtricta ſit ad certum genus, cujus finis pariter ſit probatus, ut *ſæpius ſub tit. de emphyteuſi.*

Fundamentum verò poſſeſſionis deductum per Camerales, nullius videbatur momenti, quoniam quid- 8
quid ſit de puncto, an poſſeſſio Fiſci dici valeat vitioſa, & mere ſpoliativa ad alios effectus, qui in privato ita ſe de facto intrudente in poſſeſſionem de jure reſultarent, ex privilegio quod ſaltem ex uſu communi Fiſcus introduxit non litigandi manibus vacuis, & de quo privilegio vel uſu habetur præſertim actum *in Maſſanen. Caſtrorum hoc eodem tit.* Attamen ut ponderatur *in dicta Clomacen. Vallium, ac etiam in Piſauren. molendinorum, & in aliis*, iſtud quomodocumque introductum privilegium, tolerabile quidem eſt ad effectum excuſandi à ſpolio, aliiſque effectibus vitioſæ, & intruſivæ poſſeſſionis, nec non à neceſſitate præciſæ ſeparationis poſſeſſorii à petitorio, & ne Fiſcus quamvis fovens bonum Jus in petitorio, ſuccumbere tamen cogatur in poſſeſſorio, ut in privatis contingit, non autem ut cauſare valeat dictum alium effectum inducendi probationem limitationis odioſæ, & non præſumendæ, ac transfundendi onus in eum, qui habens pro ſe regulam ac præſumptionem, gravamen, & ſpolium de facto paſſus eſt, quia eſſet multiplicare exorbitantias, & Juris correctiones, ut præſertim advertitur *in allegata Piſauren.* unde reflectendo etiam ad ſolam veritatem, iſtud motivum, omni poſitivi & naturalis Juris ratione, ac fundamento deſtitutum videbatur.

Majoris conſiderationis erat alterum, quod iſtud Caſtrum utpotè ſubfeudum ſeu membrum dicti Vicariatus Eugubini, regulandum erat à natura ſui capitis vel 9
corporis *Decius conſ. 389. n. 7. Rubeus Alexand. in conſ. 133. num. 11. Rimin. jun. conſ. 6. num. 132. & conſ. 18. num. 2.* atque ubi infraſcriptæ facti circumſtantiæ non tollerent difficultatem, iſta mihi videbatur gravis, licèt enim ego ſcribens tanquam Advocatus deducerem adeo frequenter decantatam propoſitionem, ut non omne, quod eſt intra fines feudi præſumatur feudale, juxta præſertim opinionem, in qua reſidet Rota & Curia *ex deductis in allegatis Clomacen. & Maſſanen.* Attamen hæc propoſitio cum declarationibus, de quibus locis allegatis, recipienda videtur in prædiis, villis, domibus, & aliis rebus jure privato intra fines alicujus Caſtri, vel feudi poſſideri ſolitis, non autem in Caſtris & locis Juriſdictionalibus conſtituentibus Univerſitatem & corpus ſtans de perſe, cum in his terminis non de facili ſit practicabile; ut Oppida, & Caſtra exiſtentia intra fines feudi majoris, jure privatorum prædiorum cenſenda ſint.

Dicebam quoque, quod ubi etiam admittendum eſſet iſtud eſſe ſubfeudum, adhuc tamen non implicat eſſe diverſæ naturæ ab ipſo feudo principali, cum ha- 10
beamus ſubfeuda, quæ ſub alio vocabulo feuda plana, & de tabula nuncupari ſolent, regulari jure allodialium, ac non ſubjacere rigoroſis legibus feudalibus earumque reſtrictionibus *deductis per Rovit. in deciſ.*

42. &

Digitized by Google

42. & plenè in Mantuana honorum hoc eodem tit.

Verùm iſtud erat ſatis periculoſum fundamentum, quoniam ea, quæ habentur de ſubfeudis aliàs feudis planis & de tabula nuncupatis, jure allodii regulandis, procedunt in illis prædiis & bonis, quæ ita concedi, vel alienari ſolita, feudi excadentiæ potiùs dicuntur, ac veniunt ſub nomine fructuum feudi, non tangunt ejus partem in ſubſtantia & proprietate, *ut habetur in Senogallien. Caſtrorum*, quod abſque dubio applicari non poterat huic Caſtro, quatenùs eſſet membrum, & de pertinentiis hujus Vicariatus, quia non conſtabat eſſe de excadentiis concedi ſolitis, unde remanebat verum ſubfeudum, quod feudatario majori conceditur ex quadam honeſtate, ut milites & Barones ſibi conſtituere valeat, *juxa deducta in dicta Senogallien.* sed cum iiſdem legibus & conditionibus.

11 Eò magis quia inter ſubfeudi requiſita, illud cenſetur præcipuum, quod gratuitò, & abſque pretio vel alia recompenſa fiat, ex collectis *per Altograd. conſ. 5. lib. 2. num. 22. cum aliis in dicta Senogallien.* quod in præſenti ceſſabat, dum conceſſio facta erat, non jure ſubfeudi & beneficii per viam gratuitæ conceſſionis, ut militem & benevolum Vaſſallum ſibi conſtitueret, ſed jure contractus merè correſpectivi pretio mediante, atque ad formam privati allodii pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque, unde ſtante devolutione feudi, locus erat reverſioni hujus membri ad ſuum corpus, & unitatem ex regula *text. in l. lex vectigali, &c.* ſtante ſubinfeudationis invaliditate juxta punctualiter in hoc feudo Urbini firmata in *dicta Senogallien. Caſtrorum.*

Solidum verò ac ſatis probabile motivum, per quod omnia præmiſſa ceſſabant, atque tollebatur neceſſitas aſſumendi tot inſpectiones, conſiſtebat in ceſſante, ac negato facti ſuppoſito, quod ſcilicet iſtud Caſtrum eſſet intra fines Vicariatus Eugubini, & de ejus pertinentiis, cum verius videretur, illud à præfato Guidobaldo poſſeſſum non eſſe jure Ducatus Urbini, ſeu Vicariatûs Eugubini, ſed jure proprio & allodiali omninò independenter à præfato Ducatu, aliisque feudis per Inveſtituram Pauli III. unitis, juxta ſeriem, de qua *in dicta Senogallien Caſtrorum.*

Ad id probandum ponderabam, ex multorum gravium hiſtoricorum teſtimonio, aliiſque probationibus
12 & adminiculis, fortius verò ex illius regionis conſtanti fama & traditione, præfatum Guidobaldum, qui hujus Caſtri alienationem fecit, non eſſe de familia Feltriorum, ſed de illa Ubaldinorum ut potè filium Federici, qui filius Bernardini Ubaldini Domini della Carda adoptatus fuit per Comitem Guidum Antonium prole carentem, ac ultimum de familia Feltriorum, per quam adoptionem non amiſit ſed retinuit, vel actu, vel aptitudine, ac jure ſucceſſionis poſtmodum apertæ quamplura Caſtra, quæ ab iſta familia Ubaldina in illis partibus potenti ab antiquo poſſidebantur, undè propterea ex hoc jure liberi allodii potius quàm ex alio Jure ſubfeudi controverſum Caſtrum à dicto Guidobaldo poſſidebatur.

Comprobabam hanc veritatem ex pluribus adminiculis, quæ inſimul juncta cum regulæ, ut ſingula, quæ
13 non proſunt &c. eam in claris ponere videbatur.

Primò, & fortiter ex controverſi Caſtri ſituatione extra Ducatum Urbini, vel vicariatum, & territorium Eugubii, cum ſupponeretur in facto illud undique circumdatum eſſe a territoriis Civitatis Caſtelli, Montoni, & aliorum locorum Status Eccleſiaſtici immediati, qui ad differentiam Status Urbini devoluti, in illis partibus nuncupari ſolet *Stato vecchio*; Sicuti enim circumdatio, vel adjacentia probat exiſtentiam intra limites alicujus Territorii, Ità econverſo contrarium eam excludit, ex iis, quæ ſatis frequenter in hac materia ſituationis alicujus Diœceſis habetur *ſub tit. de Juriſdictione, & præeminentiis.*

Secundò etiam fortiter ex recenti rerum mutatione, quia omninò defecta in eodem Guidobaldo, ſive vera, ſive allecta familia Feltriorum, undè Status Urbini, & Vicariatus Eugubii transferunt in familiam Ruveream, ob adoptionem Franciſci Mariæ de Ruvere ſub Alexandro VI. ſequutam, veriſimiliter hic novus Dominus hanc patenter invalidam ſubinfeudationem, & alienationem retractaſſet, ſi Caſtrum fuiſſet de dicti Vicariatus pertinentiis, dum tunc memoria erat ſatis recens.

Tertiò quia ſub Leone X. de anno 1518. ob delictum Ruverei, Status prædictus declaratus fuit devolutus, illiuſque poſſeſſione apprehenſa, omnia fuerunt diligentiſſimè reviſa, ut liquet ex deductis *in Piſauren. Molendinorum*, & tamen neque tunc, neque in gratia reſtitutoria Hadriani VI. vel in nova Inveſtitura Pauli III. de iſto Caſtro aliqua mentio habita eſt.

Quartò ex modo quo illius alienatio ſequuta eſt tanquam ſcilicet de libero allodio pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, mediante pretio correſpectivo, nulloque reſervato ſervitio, cum ſubſequuta obſervantia plurium alienationum, nullo requiſito Beneplacito, niſi quoad Fortalitium, quæ omnia repugnant qualitati feudi, vel ſubfeudi, neque in dubio admittendus eſt adeò multiplex cumulus delictorum.

Et demum quintò fortiter, ab ipſa obſervantia, reique eventu de facto, quia devoluto per mortem ultimi Ducis Franciſci Mariæ univerſo ſtatu Urbini juxta unionem Pauli III. dicti Vicariatus Eugubini complexivo, ad M. Duciſſam Etruriæ ejus ex filio prædefuncto neptem, & hæredem allodialium, transferunt, nedùm bona allodialia, & privata ex deductis *in dicta Piſauren. Molendinorum*, ſed etiam aliqua Caſtra, utpotè a dicto Duce alio titulo, vel jure poſſeſſa, quàm ex illo Status Urbini, & Vicariatus Eugubini, ergo aderat poſſibilitas, ad actum etiam redacta alterius tituli independentis à feudo, quæ adminicula, ubi etiam ſingulariter, & de per ſe conſiderata pati poſſent difficultates reſultantes ex reſponſionibus Cameralium, attamen inſimul juncta cum generali regula, ſeu præſumptione Juris huic parti aſſiſtente, tollere videbantur omne dubium.

Et licèt penè miraculoſæ eruditionis de Rubeis Cameræ Advocatus multos adduceret hiſtoricos negantes dictam adoptionem, ac affirmantes dictum Federicum fuiſſe filium Guidi Antonii ex nobili muliere ſuſceptum, cum aliqua ſolum diſcrepantia, num in conſtantia matrimonii vel extra, Nihilominus dicebam, quod vel facta comparatione in numero, & qualitate Chroniſtarum, major & ſanior pars aſſiſtebat dictæ adoptioni, Vel quod iſta diverſitas ſufficeret ad offuſcandum, ac reddendum dubium, id quod aſſerebatur, ex parte Cameræ agentis ad devolutionem, ex recepta propoſitione, quod reo, ſeu habenti jam intentionem fundatam, ſufficit offuſcare, ac dubias reddere probationes actoris cum contraria poſſibilitate; quæ ſufficit ad operandum, ut probatio non dicatur concludens, & perfecta *Surd. conſ. 505. num. 6. Merlin. deciſ. 597. num. 34. aliàs 229. par. 6. rec. Roias deciſ. 456. num. 3 Barboſ. axiom. 191. num. 2. cum ſequen.* & eſt frequens axioma, potiſſimè tot aliis adminiculis concurrentibus inſimul, & uniſtim ut ſupra ponderandis.

Decantabant quoque Camerales ſolitas cantilenas de- 1
ductas *ex celebri conſil. Abbatis*, ac aliis congeſtis *per Spadam conſ. 1. lib. 1.* ſuper præſumenda qualitate feudali in Statu Eccleſiaſtico, ſed facilis erat reſponſio (adeo frequenter ita cauſarum neceſſitate, vel opportunitate exigente, reperita in aliis hoc eod. tit.) quod ceſſantibus inveſtitura aliiſque requiſitis feudi recti, & proprii, iſta præſumpta feudalitas, rectè procederet ad effectum alti dominii, & ſuperioritatis Papæ, tollendumque illud purum allodium, per quod nemo recognoſcitur, niſi Deus, non autem exindè inferri poteſt ad feudalitatem rectam; & propriam, quæ ſubjaceat conſuetudinibus feudorum, ut notoria praxis docet in caſu fortiori Caſtrorum exiſtentium in ipſo patrimonio B. Petri, quinimo & in ipſius Urbis diſtrictu.

De

Digitized by Google

† DE quæſtione, de qua etiam agitur in hoc diſ-
1 curſu ſuper qualitate Caſtri, ſeu loci, an in dubio præſumatur potiùs feudale, quàm allodiale, vel è contra habetur ſupra *annotatione ad diſc.* 2.

Et de regula generali ſuper capacitate fœminarum
2 ſuccedendi in feudis, habetur *hoc eodem tit. diſc.* 11. *& infrà in ejus adnotatione & in hoc Supplemento diſc.* 121. *&* 127. *&* 134.

Quatenus verò pertinet aſſumptum principale hujus
3 diſcurſus, ut ſubfeudum reguletur à naturale feudi; Erroneum videtur indefinitè procedere cum hac generalitate in quocumque caſu ad aliud non reflectendo, quo-
4 niam verè & propriè id procedit in illo ſubfeudo, quod fiat de toto feudo per ſpeciem ſubrogationis unius Vaſſalli loco alterius juxta primam ſpeciem, de qua ſupra *in annotatione ad diſc. primum*; Ex ea ratione, quod inter alia ſubfeudi requiſita eſt illud, ut ſit cum eiſdem legibus & conditionibus & quæ ſpecies hodiè videntur receſſiſſe ab aula, ut in *d. adnot. ad diſc.* 1.

Quo verò ad alias ſpecies, quæ ſunt in uſu; Adhuc reflectendum eſt ad earum diverſitatem, de qua *in dicta adnotatione ad diſcurſum primum, ac etiam diſc. ſeqq.* quoniam ubi agatur de illo ſubſeudo, quod fiat de excadentiis quoque alicubi nuncupatur planum & de tabula differentia eſt plana, cùm iſta ſpecies ſubfeudi non reguletur jure feudi, ſed jure allodii, ideoque ſit longè diverſæ naturæ.

Et quoad aliam ſpeciem illorum ſubfeudorum, quæ de Oppidis & Caſtris concedantur per feudatarium dignitatis cum jure principatus, ad effectum ſibi conſtituendi milites nobiles; Quamvis in caſu omninò ambiguo cum iſta regula procedendum ſit, ex ea congrua ratione, quod membra cenſenda ſunt ejuſdem naturæ, cujus eſt corpus, ut in diſcurſu; Attamen non videtur requiſitum præciſè neceſſarium, dum hujuſmodi ſubfeuda, quæ fiunt cum longè minori juriſdictione & poteſtate, tanquam per ſpeciem diſtributionis guberniorum & adminiſtrationum, revera non important ſciſſuram vel diviſionem feudi, neque ejus unitati præjudicant, ideoque diverſitas naturæ nullam repugnantiam præ ſe ferre videtur, atque ità docet plurium principatuum praxis, ac propterea regula procedit in caſu ambiguo.

MANTUANA FEUDI, SEU BONORUM

Pro EPISCOPO,

Cum DUCE MANTUÆ.

Caſus per Rotam primo loco deciſus ad favorem Domini m, diati, deinde ad favorem immediati, & cauſa pendet.

Subfeudi devolutio per lineam finitam, vel alium caſum, an fiat ad ſubinfeudantem, & Dominum immediatum, vel ad infeudantem, & Dominum directum mediatum.

Et quando ſubfeudum tranſeat in feudum directum, & in capite.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Devolutio ſubfeudi regulariter fit ad ſubinfeudantem, non autem ad D. Directum mediatum.*
3 *Intellige, ubi penes ſubinfeudantem remanet pars feudi, vel remanent reliquie, ſecùs ſi nihil.*
4 *Ubi totum feudum ſubinfeodatur, nihilo retento, ſubfeudatarius dicitur habere immediatè à Domino directo.*
5 *Renunciato, vel ceſſo feudo ad favorem unius, an eo ceſſante, feudum revertatur ad renunciantem, vel potiùs aperiatur Domino, vel remotiori agnato.*
6 *Feuda Epiſcopatus Mantuæ ex conſuetudine ſunt alienabilia, & de eis Feudatarius poteſt diſponere.*
7 *Beneplacitum Domini, ubi ex pacto reſervatur, an ſit neceſſarium, etiamſi aliàs de jure non requireretur.*
8 *Non eſt immorandum in doctrinis, & regulis generalibus: vel ſimilibus, ubi habemus ſpeciales.*
9 *In materia feudali, an procedatur per ſimilia.*
10 *Si plura feuda uni perſona, & per unam Inveſtituram conceduntur, an efficiantur unitum feudum, vel adhuc remaneant plura, & diverſa.*
11 *Feuda Mantuana conſiſtere dicuntur etiam in modico pratio terra.*
12 *An, & quando ſubfeudum fiat feudum directum, & in capite, & numeris ſeqq.*
13 *Diſtinguuntur ſpecies feodorum, qua ſcilicet ſint feuda, & quo ſubfeuda, & qua ſint feuda quaternata.*
14 *Subfeudum conceſſum à Feudatario cum aſſenſu Domini nulla reſervatione ſibi facta efficitur feudum directum, & immediatum.*
15 *Secùs ſi aliquid ſibi reſervat, quia tunc aſſenſus Domini tollit obſtaculum, ac operatur ſolum licentiam ſubinfeodandi.*
16 *Si Epiſcopus concedit Prælato inferiori de aſſenſu, & licentia Papæ Iuriſdictionem in Oppido, vel loco Diœceſis, an dictus locus remaneat de Diœceſi ſub Epiſcopi ſuperioritate.*
17 *Deciſio Cauſa pro ſubinfeudante.*
18 *Sed deciſio non placet, & d. ratione.*
19 *In feudis non admittitur ſimulatio, neque intrat regula plus valere, quod agitur, ſed dicitur Feudatarius ille, quem Dominus inveſtivit, licèt iſte ſimulatè pro alio quæſierit.*
20 *Idem dicitur in officiis, & beneficiis.*
21 *Obſervantia, tanquam Interpreti eſt deferendum.*

† 1 *De hujus cauſa deciſionibus, ubi ſint impreſſa.*
2 *In quibus feudi procedendum ſit cum regulis feudalibus.*
3 *Feudum importat veram militiam ad plures effectus.*
4 *Qui poſſunt hodiè concedere feuda vera & propria.*
5 *De renunciatione feudi, cui ſuffragetur, & quando excludat renunciantem.*
6 *De ſubfeudis, eorumque variis ſpeciebus.*

DISC. VII.

EPiſcopus Mantuanus de anno 1332. prævia narra-
tiva, quod terræ poſitæ in Inſula Reveri (hodie 1
Podii nuncupata) à tempore immemorabili de conſenſu, & auctoritate Summi Pontificis, certis perſonis infeudatæ fuerint, & per aliquorum mortem abſque ſucceſſore, aliqua feuda fuerint aperta, ſed ob temporum calamitates deteriorata, Volens de conſilio Jo. Andreæ, & Richardi de Malumbra Inſignium Juriſconſultorum tunc viventium, Vaſſallos ſibi conſtituere, dictaque feuda aperta concedere, Ideò intuitu beneficiorum, quæ ſibi, & Prædeceſſoribus præſtitit Aloyſius Gonzaga Mantuæ Dominus, eumdem *pro ſe & filiis, ac liberis ſuis maſculis, & fœminis in perpetuum, in feudum honorificum cum Sacramento fidelitatis inveſtivit, cum clauſula ad habendum; & quidquid ei, ſuiſque hæredibus placuerit ſine contradictione Epiſcopi faciendum, ſalvo jure directi feudi Epiſcopatus &c.* quæ Inveſtitura fuit deinde ſucceſſivis temporibus ad favorem præfati Aloyſii ſucceſſorum renovata, etiam cum jure ſubinſeudandi.

De annis autem 1535. & 1537. Maximilianus Gonzaga è dicto Aloyſio deſcendens, dictorumque feudorum poſſeſſor, de aliquibus ex dictis terris in loco nuncupato *dell'Angelo*, ſubinfeudavit Hieronymum Piperarium, & de annis 1548. & 1551. idem Maximilianus, reſervato aſſenſu Epiſcopi quatenus opus eſſet, liberavit dictas Terras ab omni jure feudali, ita ut de cætero dictus Piperarius ejuſque hæredes eas haberent, uti allodiales, & liberat ab omni jure feudali, cum verbis, & clauſulis ampliſſimis, & de anno 1555. ad inſtantiam ejuſdem Maximiliani, Cardinalis Gonzaga tunc Epiſcopus, receptis

à Piperario quibuſdam aliis Terris, prædictas ut ſuprà liberatas, à jure directi dominii Eccleſiæ, & Epiſcopatus etiam exemit, & liberavit, ſed impugnante Epiſcopo, ſucceſſori hujuſmodi liberationem, ac prætendente propterea devolutionem; Eodem Maximiliano procurante, anno 1589. obtinuerunt filii, & hæredes Piperarii denuo per Epiſcopum de dictis Terris inveſtiri, à quorum manibus devenerunt in quoſdam de Addua qui etiam novam Inveſtituram ab Epiſcopo receperunt, ab iſtis vero tranſitum fecerunt in quoſdam de Gonzagas & ſucceſſive in quoſdam de Caſſinis, qui omnes ab Epiſcopo pro tempore renovationes, ſeu novas Inveſtituras acceperunt.

Terminata demum linea prædictorum de Caſſinis per obitum Comitis Vincentii, qui de illa fuerat ultimus ſuperſtes, ortaque proinde lite ſuper devolutione inter Epiſcopum, & dicti Vincentii uxorem, ac hæredem, obtentiſque ab Epiſcopo in Rota favorabilibus reſolutionibus, obtinuit admitti ad cauſam Dux Mantuæ, prædictorum Aloyſii, & Maximiliani deſcendens & ſucceſſor, prætendens ſibi tanquam Domino immediato, & ſubinfeudanti, non autem Epiſcopo Domino mediato, devolutionem ſuffragari, ac ſubfeudum apertum eſſe, unde aſſumpta diſputatione in Rota coram Cerro Decano *ſub die.* 28. *Iun.* 1658. pro Eſpicopo reſponſum fuit.

a Licet enim Juris regula ſit ſubfeudorum devolutiones ad ſubinfeudantem, tanquam Dominum immediatum, non autem ad Dominum directum, & mediatum ſpectare, *per text. clarum in cap. Imperealem* §. *cl.ud quoque de prohib. feud. alien. per Feder. ubi Iſerma, & cateri* qui licet loquantur de devolutione ex cauſa delicti, unde aliqui dubitant de caſu alienationis, vel mortis, vel bene motivando habetur *apud Ciriac. contr.* 82. *num.* 2. *&* 3 *ubi allegantur Piſtor. Roſenthal & cateri, & per juntem contr.* 598. *num.* 12. *& ſeqq.* in omnibus tamen caſibus ex rationis identitate ſtatuenda venit regula, juxta facti circumſtantias limitanda, prout eam admittunt *Ciriac.* pro Domino directo, & mediato ſcribens, *ac Rota in d. deciſ. coram Cerro* pro eodem Domino mediato reſpondens.

Ea tamen intelligenda venit, ubi pænes ſubinfeu-
3 dantem aliquæ remanent feudi partes, vel reliquiæ dominii (quod directum ſubalternum, vel utile ſuperius, à feudiſtis dici ſolet,) ita ut remaneat in feudatario extremum habile reverſionis, ſeu conjunctionis ſubfeudi ad ſuam primævam integritatem, ſecus ubi infeudans nihil pro ſe retinuit, ſed omne Jus à ſe abdicando in ſubinveſtitum tranſtulit, juxta diſtinctionem *Iſernia in d. c. Imperialem ſub num.* 63. *quem cateri ſequuntur congeſti per Roſenthal, cap.* 11. *concl.* 18. *in gloſ. litt.C. Ciriac. dicta controv.* 82. *num.* 4. qui ſcribens in individuo pro Epiſcopo Mantuano, pro eo dicit deciſum, & ex hoc ita ſenſit Rota in dec. deſuper edita prædicta *die* 28. *Ian.* 1658.

Et meritò, quia ubi feudatarius totum feudum, (homine concedente) ſubinfeudat, dicitur fieri à feudò extraneus, adinſtar ementis pro perſona nominanda, qui facta nominatione fit à venditione alienus, illaque ſubſtantia remanet cum perſona nominata, perinde ac ſi directe emiſſet per organum, & inſtrumentum nominantis, quos terminos paſſim in ſubinfeudatione totius parificant feudiſtæ, apud quos data validitate ſubfeudi cum ſuis requiſitis de quibus *in Senogallien. Caſtrorum hoc tit.* remanet planum, & bene probatur *deciſ.* 182. *p.* 6. *recent.*

Obtenta verò pro parte Ducis adverſus hanc reſolutionem nova Audientia, ſcribentes pro eo, non con-
4 trovertebant dictæ diſtinctionis veritatem, ſed negabant applicationem, quaſi quod procederet, ubi totum feudum ſubinfeudatur, ſecus autem ubi ſolum aliqua pars, & quidem modica, cum tota Curia Podii, in qua conſiſtit feudum, ſupponeretur bubulcarum 1330. ſubfeudum vero ſupponeretur bubulcarum 230, ideoque remanet corpus feudi, cui hæc modica pars, tanquam membrum in caſu devolutionis uniri debeat.

Impugnabant etiam poteſtatem Maximiliani in faciendo dictam liberationem in præjudicium agnatorum venientium jure proprio, cum Inveſtitura contineat formam pacti, & providentiæ, ut propterea pro infecta haberi debeat, præſertim dum reſervatum fuit Domini beneplacitum, quod non interceſſit.

Ac demum acrius inſiſtebant in eo, quod in omnem eventum, dicta liberatio cenſeri deberet facta ſolo favore ſubinfeudari, ejuſque jure durante, cujus perſonam, & lineam ſubinfeudans contemplatus fuit, & quos magis quam ſeipſum ſuoſque ſucceſſores diligere voluit, non autem, ut dicto favore ceſſante, bona in ſui ipſius excluſionem redeant ad Dominum, ad quem non reſpexit neque contemplatus fuit juxta theoricam *Bart.*
en qui Roma §. *duo fratres num.* 24. *ff. de verb.* 5
oblig. ubi firmat, quod renuntians feudo, vel emphyteuſi ad favorem alterius capacis, iſto deficiente, non cenſetur ſuum Jus abdicaſſe; ut feudum Domino directo, vel remotiori agnato aperiatur, cum nec renunciantis, nec renunciatarii animus ad iſtos directus fuerit, idemque firmat *idem Bar. conſ.* 58. *in* 3. *dub. num.* 5. *lib.* 1. *& ſequuntur Peregr. de fideic. art.* 52. *num.* 73. *& ſeqq. Mareſcott. lib.* 2. *var. cap.* 59. *num.* 2. *Schrader. de feud. p.* 8. *cap.* 5. *num.* 27. *Fulgin. de emphyteuſi tit. de renunt. quaſt.* 1. *Bereus conſ.* 97. *lib.* 1. *Honded. conſ.* 36. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 446. *num.* 16. *& conſ.* 517. *num.* 14. *& ſeqq. Ciriac. controv.* 4. *num.* 20. *&* 21. *Rota dec.* 186. *par.* 3. *recent. & habetur in Romana ſeu Vrbevet. ſucceſſ. & in Romana fideic. de Steccatis ſub tit. de fideic. vel altero de renunciat. & alibi præſertim ſub tit. de Emphyteuſi.*

Pro Epiſcopo autem ad ſecundum objectum ſuper defectu poteſtatis facili negotio reſponderi poſſe crede-
batur, cum recepta conſuetudine feudorum hujus Epiſ- 6
copatus ſuper libera illorum diſpoſitione, & alienatione, accedente præſertim alienandi, ac diſponendi licentia in eadem prima Inveſtitura contenta, ut pluribus congeſtis de iſta conſuetudine loquentibus firmavit Rota *in hac eadem Cauſa coram eodem Cerro* 18. *Martii* 1654. *&* 28. *Ian.* 1656. *ac etiam in alia Mantuana feudi* 27. *Ian. &* 30. *Maji* 1659 *coram Veroſpio, de qua habetur in alia Mantuana hoc tit.* ubi latiùs de iſta conſuetudine, & alienandi facultate, qua ſtante, ac etiam attenta feudi impropriatione non requirebatur Epiſcopi licentia, generaliter etiam in prima Inveſtitura conceſſa, ut ponderatur *in dictis deciſionibus coram Veroſpio.*

Et licet ubi beneplacitum præcisè reſervatur per
viam conditionis cum clauſula *& non aliùs* illud omni- 7
nò ad actus validitatem requiratur, quamvis aliàs non eſſet de jure neceſſarium ſi non tanquam ſolemnitas, ſaltem tanquam conditio ſine qua partes contrahere noluerunt *Cephal. conſ.* 118. *num.* 9. *& ſeqq. Gregor. & adden. dec.* 192. *n.* 1. *Burats. & adden. dec.* 374. *dec.* 561. *n.* 2. *&* 3. *par.* 5. *rec. Ottobon. dec.* 147. *num.* 7. *&* 8. *Bonon. primogenitura* 14. *Febr.* 1656. *Bichio dec.* 30. *poſt Bondenum & in aliis frequenter*, attamen id procedit, ubi accedit clauſula *& non aliùs*, ſive conſtat, partium voluntatem fuiſſe, id adjiciendi pro conditione, ſine qua non, ſecus ubi ſimpliciter beneplacitum reſervatur, quia ſubintelligitur, quatenus de jure requiratur; & multò magis ubi id exprimitur, ut ita diſtinguendo habetur in ſupra allegatis auctoritatibus, & *dec.* 404. *num.* 6. *par.* 2. *rec. & bene in dicta Mantuana feudi* 27. *Ianuarii* 1659. *Veroſpio, & in dicta hujus Cauſæ deciſione coram Cerro.*

Et ultimum objectum deducitur ex theorica *Bar. in d. l. qui Romæ* §. *duo fratres* quæ in ſuis terminis eſt veriſſima quoties verba renunciationis non importent omnimodam realitatem, ut latiùs de ea habetur in *dicta Romana, ſeu Vrbevetana Succeſſionis ſub tit. de fideic. ac etiam ſub tit. de renunt.* credebatur evitabile

cx

Google

ex defectu applicationis, quia *Bar.* & ſequaces lo-
quuntur, ubi unus ex comprehenſis in Inveſtitura
feudali ſeu emphytheutica, renuntiat ejus jura ad fa-
vorem alterius, ſed non percutit terminos ſubinfeuda-
tionis, in quibus cum habeamus auctoritates, & ter-
minos ſpeciales ac individuos, non eſt in generalibus,
8 vel ſimilibus immorandum, *ut advertit Rut. dec* 543.
num. 8. *par.* 1. *diverſ. & dec.* 721. *num.* 5. *par.* 2. *re-
cent.* maximè in materia feudali, in qua non proceditur
9 per ſimilia, niſi ubi vere res eſt ſimilis, ut magiſtrali-
ter advertit *Iſernia in cap.* 1. §. *ſed etiam res, per quos
fiat Inveſtitura num.*11. *& Bal. in rubr. de feud. cognit.
num.*8.

Credebatur proindè Cauſæ difficultatem reſtringi ad
primum motivum, quod ſcilicet ageretur de ſubin-
feudatione partis feudi alia majori parte pænes ſubin-
feudantem remanente, quo caſu ceſſare videntur omnia
fundamenta deducta per *Ciriac. dicta contr.* 82. & alios,
de quibus in hujus Cauſæ deciſione.

Super hoc igitur puncto, Ego qui ſolus aſſumpſi
munus ſcribendi ſuper eo, negabam in primis facti
aſſumptum, quod ageretur de parte feudi, alia parte
pænes infeudantem remanente, quia tempore conceſſio-
nis hoc non erat unicum feudum individuum, ſed
erant plura feuda diverſis perſonis concedi ſolita, ac
per plurium deficientiam devoluta, ut conſtat ex te-
nore Inveſtituræ in facti ſerie ſuppoſito, & non tan-
quam unicum, ſed tanquam plura feuda Aloyſio Du-
cis auctori conceduntur; Unde retinent ſuam dividui-
tatem, ac priorem naturam, neque ex conceſſione
de illis facta uni perſonæ, & per unicam Inveſtituram,
aliqua reſultat unio, niſi expreſsè dicatur, ut optime
10 probat *Rovit. ſuper pragm. prima de iterum abuſu
num.* 89. *& ſeqq. uſque ad num.* 102. *ubi cæteri*, quod
habemus quotidianum in Beneficiis Eccleſiaſticis quæ
eodem tempore, ſub eadem diſpoſitione plura inſimul
uni perſonæ conceduntur, ſed non per hoc reſultat
eorum unio, *ut idem Rovit. ratiocinantur & Apont.
conſ.* 12. *num.* 42. *& ſeq. lib.* 1. quinimo unum feu-
dum validè diviſum, ſi devolvatur, non remanet
unum ſed plura *Bellon. jun. de jure accreſ. cap.* 6. *q.*
37. *num.*148. unde non bene ex parte Ducis ſuppone-
batur has Terras *dell' Angelu* eſſe membrum, vel par-
tem alterius feudi, quia potius dicendum eſt eſſe feu-
dum ſtans de per ſe, cum in ea regione tot dicantur
feuda, quot ſunt poderia, ſeu petia terræ, etiamſi ſint
11 modica, & quantum importent tres ranæ ſaltus, ut
per hæc verba teſtatur *Melius* Doctor Mantuanus, &
Ducis miniſter, ac defenſor in ejus allegationibus im-
preſſis *alleg.* 8. *num.* 58. *& alleg.*18. *n.* 110. *lib.* 1.

Sicuti enim ſi poſſeſſor plurium beneficiorum, unum
reſignet, alia vero retineat, nullas partes vel reliquias
dimiſſi Beneficii retinere dicitur per retentionem alio-
rum, ſic à pari, cum quodlibet feudum, dicatur Uni-
verſitas, & Corpus ſtans de per ſe ab aliis diſtinctum
ut ex Freec. de ſubfeud. & aliis Galeot. contr. 22. *num.*
6. *&* 19. *& contr.* 54. *num.*30. *&* 31. *lib.* 2. unde ceſſat
omnis difficultas, quæ unicè conſiſtit in feudi individui-
tate per quam portio deficiens aliis portionibus accreſ-
cat, ſive membrum ad ſui corporis unitatem revertatur.

Præterea ubi etiam admitteretur totam iſtam Curiam
Podii conſtituere unum feudum, adhuc tamen dicebam
non implicare, partem ſubinfeudatam, totaliter diſ-
membrari à ſuo corpore, ac effici corpus, ſtans de per
ſe, ſic de ſubfeudo fieri feudum in capite à ſuo anti-
quo corpore ſeparatum.

Diſputant enim in puncto Regnicolæ (quos ſolos
12 reperieram ad hoc præciſos terminos deſcendentes,) an
& quando ſubfeudum de parte, vel membro feudi, fiat
feudum in capite, ita ut ſubfeudatarius fiat Baro, & re-
cognoſcat ſolum Dominum directum, tanquam imme-
diatum, non autem ſubinfeudantem; Verùm quia u-
tuntur quibuſdam terminis, qui ſunt in ea regione pe-
culiares, apud alios tamen ignoti, ut advertunt in iſta

quæſtione *Capic. Latr. conſult.* 74. *num.* 23. *& Rovit.
ſuper pragm. in rubr. de feudis in principio*; idcirco
ad faciliorem motivi notitiam diſtinguendo terminos.

Dicebam, ad effectum de quo agitur, dari feuda,
& ſubfeuda; feuda ſunt ea, quæ directè, & in capite ha- 13
bentur à Rege, & hæc in Regno vocantur quaternata,
ibi ex originali dicto Iſerniæ nuncupata, quia in quin-
ternionibus Regiæ Curiæ deſcribuntur. Subfeuda
verò ſunt ea, quæ non à Rege directe, & in capite
conceduntur, ſed à Baronibus, & Feudatariis aliis eo-
rum ſubvaſſallis, & hæc triplicem habent ſpeciem.

Una eſt eorum, quæ dicuntur mixta, ſeu quaterna-
ta ſecundum quid, & ſunt illa, quæ conceduntur à
Barone cum aſſenſu Regis, qui regiſtratur etiam in
quinternionibus, ideo hoc nomen quaternati ſecun-
dùm quid eis tribuitur, ad differentiam illorum qua-
ternorum ſimpliciter, quæ directè à Rege obtinentur.

Altera eſt eorum, quæ ſine Regis aſſenſu conce-
duntur per feudatarium cum jure adohæ, & ſervitio feu-
dali, & hæc nullam habent quaternati nuncupationem,
ſed vocantur feuda plana, & de tabula, feudalem ta-
men naturam adhuc retinentia, feudalibusque legi-
bus juxta veriorem opinionem regulanda ob adoham,
& ſervitium feudale.

Tertia demùm eſt eorum, quæ dantur per feudata-
rium, abſque Regis aſſenſu, & abſque feudali ſervitio
vel adoha, ſed ſub annua præſtatione pecuniæ, vini, vel
carnis, &c. & hæc dicuntur plana, & de tabula ſimpli-
citer, nullam feudalem naturam habentia, ſed jure meri
allodii regulanda, & iſtæ duæ ultimæ ſpecies, verè non
dantur in aliqua parte, vel membro feudi, ſed ſolum
in excadentiis, quæ magis inter fructus computantur,
quia in Regno Sine Regis aſſenſu non poſſunt feu-
datarii ſubinfeudare, ut benè poſt antiquiores ab
eis deductos de dicta diſtinctione agunt *Rovit. dec*
42. *& ſuper pragm. in rubr. de feud. & Capic. latr.
dicta conſult.* 74.

In prima igitur ſpecie ſubfeudi conceſſa cum Re-
gis aſſenſu, intrat quæſtio, an dictus aſſenſus quaternat
feudum, ita ut reddat feudum verè quaternatum, quod
idem eſt, ac directum, & in capite, tam ad effectum ſer-
vitii, quàm devolutionis &c. *& Iſernia in Conſtit. Regni,
qua incipit, ſi quis Baro ſub tit. de dotario. & in c.* 1. §.
*ſimiliter de Capitan. qui Curiam vendidit num.*21. *dicit*
(ſunt verba præciſa) *quod ſi Baro concedit feudum alte-
ri cum aſſenſu Regis, ut ab eo & ſub eo teneatur, iſte
qui recipit, fiet Baro, nam Regis aſſenſu quaternat feu-
dum, cum Rex confirmans videatur dare.*

Super iſtorum verborum intelligentia, ſatis certant 14
inter ſe Regnicolæ, ut poſt alios ab eis allegatos *Aponte
in repet. feudat. impreſſ. poteſt ejus deciſiones lectione
prima à num.* 75. *ad Rovit. in rubr. de feud. à num.* 49.
ad fin. Capic. Latr. dicta conſult. 74. ex quorum dictis
liquet, eſſe diſtinguendum, quod aut Baro cum Re-
gis aſſenſu ſubinfeudat partem, vel membrum feudi
nihil pro ſe reſervando, quia ſcilicet non dicat, *quod
recipiens ab eo, & ſub eo tenere debeat*, & tunc omnes
concordant, illud ſubfeudum effici feudum quaterna-
tum, & in capite, tanquam immediatè conceſſum à Re-
ge per actum occultum refutationis, & novæ conceſſio-
nis, quia fingitur feudatarium illam feudi partem ſeu
membrum, diſmembraſſe à ſuo corpore, ac refutaſſe
Domino, qui per aſſenſum habentem vim Inveſtituræ
ſubinfeudato conceſſerit, *ut benè Rovit. num.*56. *&* 83.
Capic. Latr. d. conſult. 74. *num.*69. *& in fine, qui n.*112.
ex Camerario in individuo exemplificat, ubi datur
certa quota, vel res, quæ ſubſit Curti alicujus feudi;
Et quod ſubfeudum poſſit effici feudum in capite à
ſuo priori feudo ſeparatum *Camea de ſucceſſ. feud. verbo
ſubfeudatar. num* 11.

Aut Baro cum Regis aſſenſu concedit ſubfeudum,
reſervato ſibi ſervitio, & cum clauſula, *quod reci-* 15
*piens ab ipſo, & ſub ipſo, ſive ſub Rege, & ſub ipſo te-
neat*, & tunc intrat inter eos diſcrepantia, ſuper qua pro-

 teſtabat

iſta ſatisfaciat nec ne motivis & rationibus, de quibus in hoc diſcurſu.

Eſt benè verum, quod ut advertitur etiam infra *d. ſc.*
2 10. *&* 11. *&* 53. occaſione agendi de conſimilibus feudis iſtius Eccleſiæ Mantuanæ, non videtur, quod in eis ſtricte procedendum ſit cum illis legibus regulis feudalibus cum quibus hodie procedatur in feudis rectis & propriis primi ordinis & dignitatis, quæ redolent ſpeciem principatus, cum regalibus & cum ſupremo imperio ſive in aliis feudis inferiori ordini, etiam cum imperio, & juriſdictione, ſed magis limitatis ut ſunt ea feuda, quæ conſiſtunt in locis habitatis cum Vaſſallis, & cum juriſdictione & imperio, adeout eorum poſſeſſor efficiatur Baro & nobilis ordinis magnatitii illius principatus, quoniam licet juxta antiquas conſuetudines feudales, attentaque feudorum introductione, ſeu origine, forſan iſte feudorum uſus adinſtar legis agrariæ verificaretur etiam in hujuſmodi petiis terræ, aliiſque privatis prædiis, ſine Vaſſallis ac juriſdictione & imperio, adeout darentur etiam in aliqua parte Maris vel fluminis pro jure piſcandi *at hoc tit. diſc.* 40. ſive darentur etiam in aliquo reddito pecuniario vel ſimili jure juxta ea, quæ habentur inſrà *eod. tit. diſc.* 42. Attamen hodie videtur, quod ex quodam recepto uſu vera & propria quæ regulari debeant, juxta leges feudorum ſint ſuperius dicta quæ conceduntur per ſupremos Principes habentes principatum jure pleni, ac liberi allodii, ſive etiam jure feudi regalis & dignitatis eorumque conceſſio ſit cum juriſdictione & imperio in Vaſſallos ut ſuprà; adeout feudatarii efficiantur Barones ac Milites, & nobiles primi ordinis, non autem in hujuſmodi prædiis ruſticis, quæ conceduntur à viris privatis, vel etiam ab Eccleſiis inferioribus, earumque Prælatis, cum reverà potiùs redolere videantur quandam ſpeciem emphyteuſis, ſeu livelli, retinendo ſolum antiquam conſuetudinem ſuper nuncupatione juxta ea, quæ habentur etiam in feudis iſtius Eccleſiæ, *d. diſc.* 10. 11. *&* 53. ac etiam *diſc.* 35. *&* 39. *& in aliis.*

Idque ex ea congrua ratione ponderata in *in Farſen. diſc.* 52. quod ſcilicet feudatarii verè & propriè dicuntur milites & nobiles primi ordinis, dum feudum redolet veram militiam, etiam ad effectum vocationis beneficio-
3 rum vel amiſſionis penſionum Eccleſiaſticarum, ex iis, quæ habentur *ſub tit. de penſion. diſc.* 48. Et per conſequens iſte uſus non eſt verificabilis in illis feudis, que conceduntur per privatos vel per Eccleſias inferiores earumque Prælatos, dum immutato rerum ſtatu, atque ceſſatis illis Italiæ motibus, ob quos etiam privati ſive inferiores Prælati, cogebantur habere milites & vaſſallos fideles, & formare exercitum ſaltem ob defenſionem ab incurſionibus & uſurpationibus, quæ tunc erant in uſu hodie jus indicendi bellum publicum, atque ſibi conſti-
4 tuendi milites, eſt ſine dubio de regalibus majoribus, & de competentibus Principibus ſupremis, & potentibus ut advertitur *d. diſc.* 52. Et per conſequens clarum æquivocum videtur indefinitè in quæſtionibus hujuſmodi inferiorum feudorum habentium revera ſolam nuncupationem, & quæ in effectu non faciunt Barones, applicare rigoroſos terminos feudales, ſive auctoritates antiquorum, vel etiam modernorum feudiſtarum non reflectendo ad hanc diſtinctionem.

Circa concluſionem in hoc diſcurſu deductam ex theorica *Bartol. in l. qui Roma §. duo fratres. ff. de verb.*
5 *oblig.* ut ſcilicet renuntiatio alicui facta de bonis differentibus, non tranſmiſſibilibus ad hæredes extraneos, cenſeatur facta limitatè ad favorem renunciatariis, capacis, ejuſque ſucceſſorum pariter capacium, non autem ut his defectis perſona renunciantis excludatur, per alios remotiores ſive quod ita fiat locus devolutioni ad favorem Domini habetur *actum tit. de Emphyt. diſc.* 53. *& tit. de renunciat. diſc.* 4. *&* 5.

Et de ſubfeudis, eorumque diverſis ſpeciebus actum eſt ſupra *in annot. ad diſcur.* 1. ubi videndum ne idem repetatur.

Card. de Luca Theatr. Tom. I.

MUTINEN. FEUDORUM

Pro MARCHIONE JOANNE MARIA RANGONO,

Cum MARCHIONE FORTUNATO ETIAM RANGONO.

Caſus diſputatus in Conſilio Mutinæ, & reſolutus pro Ioanne Maria.

De ſucceſſione ad defectam portionem feudi, quod per plures lineas poſſidebatur, an æqualiter debeatur per Jus accreſcendi, vel non decreſcendi omnibus lineis ſuperſtitibus, non curata graduum inæqualitate, vel potiùs in ea ſuccedatur juxta ordinem proximitatis, & quomodo iſta regulanda ſit, an à perſona ultimi morientis, vel ab illa primi acquirentis. Et de natura, qualitate, & diſtinctioctione feudorum Juris Francorum, vel Longobardorum, & quæ ſint dividua, vel individua.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De effectu reſultante à quæſtione proximitatis, an attendi debeat illa primi, vel ultimi.*
3 *Quod attendatur illa ultimi.*
4 *De repræſentatione in feudis.*
5 *An quæ habentur de repræſentatione, vel ſubingreſſione, procedant in contractibus.*
6 *De diviſione feudorum Iuris Francorum, & Iuris Longobardorum, eorumque reſpective natura.*
7 *In utrinſque Siciliæ Regnis omnia feuda quaternata ſunt Iuris Francorum.*
8 *De ſubdiſtinctione feudorum Iuris Longobardorum, & qualia ſint dividua, qualia verè individua.*
9 *Feuda titulata, ſeu Dignitatis etiam Iuris Longobardorum ſunt individua, ſed & conſuetudine dividua quoad exercitium, & fruitionem.*
10 *De modo ſuccedendi in feudis Iuris Francorum.*
11 *De modo ſuccedendi in feudis Iuris Longobardorum non titulatis, & dividuis.*
12 *In materia ſucceſſionis, Ius feudale nil ſtatuit ideò attenditur Ius commune tanquam in ſucceſſione fideicommiſſi.*
13 *In emphyteuſi non detur repræſentatio, quæ datur in feudis.*
14 *De ſubingreſſione in vim vulgari anomala, quæ datur etiam in caſu, quo ceſſet repræſentatio.*
15 *Ubi agitur de feudo individuo quoad ſubſtantiam, ſed dividuo quoad fruitionem, ac deficit ſolùm aliqua portio, non intrant terminis ſucceſſionis, ſed illi juris accreſcendi.*
16 *De Iurepatronatus, vel jure conferendi individuo.*
18 *Etiam in materia feudali, adhibendi veniunt termini beneficiales, ſeu Iuriſpatronatus, vel ſimiles.*
† 1 *De aliis auctoritatibus quæ habeatur in iſta controverſia.*
2 *De diviſione feudorum, eorumque ſpecierum.*
3 *De materia individuitatis feudi, ejuſque effectibus.*
4 *De præminentiis inter plures ejuſdem feudi poſſeſſores.*
5 *Laudatur deciſio turnaria.*
6 *Turnarius dicitur habere totum jus.*
7 *Feudum eſt homo mutus & ſurdus, qui operatur per Organum feudatarii.*

Vinciſlaus Rangonus
|
Franciſcus.
|
Claudius
|
Fulvius

Thadeus	Joannes	Jacobinus
Fortunatus	Fulvius	Alphonſus
	Claudius	
	Jo. Maria.	

DISC. VIII.

1 Conſolidatis feudis aliàs cuidam Jacobino de Rangonis conceſſis, in Vinciſlao in præinſerta arbore pro ſtipire deſignato, & quorum conceſſio ſacta fuit in feudum antiquum, cum titulo, & dignitate Comitatus, atque diviſa tractu temporis præſati Vinciſlai unica linea in tres Colonellos, Thadei, Joannis, & Jacobini junioris ejus adneptum, per quos eorumque filios dicta feuda æqualiter, & pro indiviſo poſſeſſa fuerunt, defecta linea dicti Jacobini junioris in perſona Alphonſi abſque prole defecti, ſuperſtitibus ex linea Thadei, Fortunato quarto gradu civili diſtante à dicto Alphonſo ultimo defuncto, & ex linea Joannis, Joanne Maria in ſeptimo, juxta præinſertam arborem, orta eſt inter iſtos controverſia in Conſilio Mutinæ ſuper ſucceſſione ad dictam defectam portionem, Et requiſitus ex parte Joannis Mariæ remotioris ad ſcribendum in cauſa tanquam Advocatus, cum ſenſu etiam veritatis, cum trino reſponſo dixi æqualem eſſe debere ſucceſſionem, non curata graduum inæqualitate, atque ita per dictum Conſilium cum juſtitiæ fundamento judicatum fuit, cum ſubſequuto effectu, undè reflectendo, etiam ad veritatem juſta, & probabilis viſa eſt reſolutio.

2 In hujuſmodi autem diſputationibus, in quibus ferè omnes noti nominis Italiæ Juris conſulti ſcripſerunt, plerique cum copioſiſſimis allegationibus & apparatibus, punctum reſtringebant ad quæſtionem proximitatis, an ſcilicet attendenda eſſet perſona ultimi morientis, vel illa primi acquirentis, primo enim caſu quatenus ea proximitas attendenda eſſet, reſultabat de plano ſucceſſionem deberi ſoli Fortunato gradu proximiori, abſque eo quod Joanni Mariæ ſuffragari poſſet beneficium repræſentationis, cum ageretur de ſucceſſione tranſverſalis extra fratrum filios concurrentes cum patruis, ultra quos repræſentatio de jure non datur, ſecùs autem in ſecundo, cum tunc agi diceretur de ſucceſſione aſcendentis, cujus reſpectu datur repræſentatio in infinitum, ut admittunt omnes hinc indè dictam quæſtionem tractantes, ac unam vel alteram opinionem tenentes, de quibus infrà.

Attendi verò debere proximitatem ſeu ſucceſſionis ordinem, inſpecta perſona ultimi morientis, non

3 autem primi acquirentis, nimium fuſo calamo probare conabantur ſcribentes pro Fortunato, multa deducentes ex iis, quæ in conſimili controverſia feudali plenè ſcripſit *Parma conſ.* 1. atque cum magna allegationum congerie omnium calculo conſtantiſſimum dicunt *Amal. reſol.* 1. *& latiùs Giurba de ſucceſſ. feud.* §. 2. *gloſ.* 13. *n.* 37. *recenſendo etiam n. præcedenti tenentes contrarium*, & in materia fideicommiſſaria habentur ſuper eadem concluſione collecta *per Fuſar. quæſt.* 484. *& apud Ottbob. dec.* 21. ex quibus hinc inde ſcribentes omnia deſumebant, ita ut aliqui pro Fortunato ſcribentes, penè volumen ſuper hac ſola quæſtione ediderint, & ſucceſſivè non minores voluminoſæ allegationes editæ fuerint per ſcribentes pro hac parte pro reſponſione.

Prout ſatis copiosè ac elaborate hinc indè ſcriptum

4 fuit ſuper puncto repræſentationis, tranſcribendo ea, quæ in hac materia habentur collecta *per Marcian. junior. diſput.* 1 *cum pluribus ſequen. Galeot. lib.* 2. *contr.* 1. *& ſequen. Giurb. d. tract. de ſucceſſ.* §. 1. *gloſ. cum ſequen.* Nimium præſertim inſiſtentes aliqui ſcribentes pro Fortunato proximiore, ut ea, quæ habentur de repræſentatione, ſeu verius ſubingreſſione remotioris in proximiorem gradum corruptum proprii parentis prædefuncti ex vulgari anomala *juxta theor. Bart. in l. quemlib n.* 10. *ff. de acquiren. hered.* procedant in ultimis voluntatibus, non autem in Contractibus *ex Bald.*

in l. cum ita § *in fideic. ff. de leg.* 2. *allegando in id Natt.* 5
conſ. 117. *num.* 4. *Menoch. conſ.* 498. *num.* 19. *&* 20. *Valenzuol. conſ.* 23. *n.* 108. *Rot. dec.* 219. *par.* 4. *diverſ.*

Mea ſententia fuit, à pleriſque etiam ex noſtris, fortius verò à contrariis reputata ſingularis (cujus tamen contrarium cauſæ eventus docuit,) quod omnes labores deſuper habiti, eſſent inanes, atque à ſubjecta materia extranei, utpote intrantes in caſu, quo procedendum eſſet cum ſucceſſorio Edicto, ac per viam & ordinem ſucceſſionis, qui termini in hac facti ſpecie non cadebant, ſed potius alii Juris accreſcendi, ſeu verius non decreſcendi, quibus attentis, pro æquali ſucceſſione Joannis Mariæ, quamvis remotioris, omnino reſpondendum veniebat, cujus contrarium probabilius dici debuiſſet, quando cum dictis aliis terminis ſucceſſorii Edicti procedendum eſſet.

Ad id autem oſtendendum, & pro veritatis elucidatione cauſæque ſervitio, non autem ad oſtentationem cognitionis terminorum feudalium (ut aliqui pungendo in reſponſionibus dicebant) cenſui reaſſumere, quo brevius & compendiosè fieri poſſet, feudorum ſpecies ſeu qualitates, ut cognito, in qua ſpecie verſarentur, de facili tollerentur æquivoca, in quæ ex doctrinarum indigeſta conſarcinatione, conſtabat incidiſſe illos qui majorem eruditionis ac doctrinæ oſtentationem affectaverant.

Omiſſis igitur aliis feudorum generibus ſeu diviſio- 6
nibus, quatenus ad rem pertinet, duo dicebam eſſe feudorum genera, unum quod dicitur Juris Francorum, alterum verò, quod dicitur Juris Longobardorum, primi generis ſunt illa, quæ tam in ſubſtantia, quàm in exercitio & fruitione, ſive annexam habeant dignitatem, ſive non, ſunt individua, non niſi in uno capite reſidentia, jureque primogenituræ adinſtar Regni vel Principatus deferenda, qualia poſt Conſtitutionem incipien. *Conſtitutionem divæ memoriæ*, ſunt omnia feuda vera, quæ ibi quaternata dicuntur, in Regno Neapolitano, exceptis aliquibus modicæ conſiderationis in Aprutio, & in provintia Principatus citra in quadam parte, quæ dicitur Cilentium, juxta caſum relatum *per Donadeum de renunciatione tom.* 2. *c.* 26. *num* 102. *cum ſeqq.* ut de

dicta diſtinctione feudorum juris Francorum & juris 7
Longobardorum late poſt alios *Minadous conſil.* 1. *Galeot. d. lib.* 2. *contr.* 1. *cum ſeq. Marcian. junior. diſ.* 2. *Urſin. de feud. par.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 1.

Alterius verò generis feuda ſunt dividua, pluribus perſonis eodem tempore convenientia, ut frequentius ſunt feuda Lombardiæ, ac etiam Etruriæ, aliarumque Italiæ partium verſùs montes, & cujus generis, circumſcripta circumſtantia dignitatis, erant abſque dubio feuda, de quibus agebatur.

In hoc autem ſecundo genere, ſubdiſtinctio eſt, quod 8
aut ſunt feuda ſimplicia & regularia, nullam habentia dignitatem annexam, & ſunt dividua, ita ut omnes ſucceſſores ſanguinis ſeudatarii, ad illa æqualiter veniant, nulla data diſcretione ætatis, & primogenituræ, ut in dictis Lombardiæ aliiſque partibus prope Montes, de facto in dies practicari videmus, & qualia etiam antiquitus fuiſſe in utriuſque Siciliæ Regnis advertunt *Minadous dicto conſ.* 1. *Galeot. dicta controv.* 1. *&* 2. *Marcian. dicta diſp.* 2. *& cæteri*, ac habetur etiam in Panormitana hoc eod. titulo & in deciſ. deſuper edita, quæ habetur in calce.

Aut agitur de feudis, titulum ſeu dignitatem annexam habentibus, & tunc quoad ſubſtantiam ſunt abſ-

que dubio de jure individua, ſed ex conſuetudine Lom- 9
bardiæ, ac aliarum Italiæ partium, ſunt dividua quoad ſolam fruitionem ſeu commoditatem, ac etiam nuncupationem, ut communis iſtarum regionum praxis

Digitized by Google

praxis docet, ac generaliter firmant de iſta conſuetudine loquentes *Io. Andr. in addit. ad Specul. rubr. de feud. verſ. non omittam, Iſernia, Bald. Belvis, Avarot. & cæteri communiter in l. Imperialem §. præterea Ducatus de prohib. feud. alien. per federic. Minad. d. conſ. 1. Bellon. jun. de jur. accreſc. cap. 6. q. 37.* Et in individuo iſtorum feudorum, de qoibus erat controverſia, firmant *Alex. conſ. 6. lib. 5. Soccin. conſ. 68. num. 29. & 49. & conſ. 272. lib. 2. Menoch. conſ. 298. n. 1. & ſequen. Giovagnon. conſ. 27. num. 11. lib. 1.* & conſtabat etiam ex quadam antiqua ſententia in judicatum tranſacta inter contendentium majores, lata de anno 1468.

10 Quibus ita præcognitis, quando agitur de feudis primi generis, in quibus ob omnimodum individuum, tam io ſubſtantia, quam in exercitio, & fruitione, dari non poſſunt termini Juris accreſcendi, vel non decreſcendi ad favorem portionum, tunc intrant termini ſucceſſionis, cum agatur de aſſequendo per unum non poſſeſſorem, totum id, quod à defuncto poſſidebatur, & tunc adinſtar ſucceſſionis primogenitorum, intrat aliàs nodoſa quæſtio, moderno tamen tempore magis elucidata, circa concurſum lineæ, ſexus, gradus, & ætatis, *de qua ſæpius ſub tit. de fideic. præſertim in alia Mutinen. Majoratus Corrigiarii, & poſt Vrſinum, & alios, Marcian. diſput. 1. & ſequen. ac etiam habetur hoc eodem. titulo in Panormitana Principatus Butera & in aliis.*

Extranei vero ſunt iſti termini à caſu controverſiæ, proindeque inani labore torqueri, atque de claro æquivoco convinci dicebam ſcribentes hinc indè, allegando in id, *Giurbam, Vrſinum, Amatum, Marcianum, & Galeotam ubi ſupra* & alios apud eos collectos in materia ſucceſſionis vel repræſentationis, aut ſubingreſſionis, quoniam totum extra cauſæ opportunitatem, & in caſu diverſo, atque exinde advertebam reſultare, quod apud utriuſque Siciliæ verſatiſſimos feudiſtas, non de facili caſus præſentis controverſiæ tractatus reperiatur, cum omnia illa feuda, vel per dictam Conſtitutionem incipien. *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, utrique Regno communem, vel ex conſuetudine effecta ſint omnioo individua, & Juris Francorum, quamvis antiquitùs, etiam titulata eſſent dividua & ad normam Longobardorum, cum illa, quæ adhuc dictam antiquam naturam, ut ſupra retineant, ſint rara, & modicæ conſiderationis.

Quando verò agitur de feudis ſecundi generis Juris Longobardorum, regulariter, & de ſui natura ut ſupra dividuis, & tunc ceſſante Feudatario ſine prole, duplex quæſtio exoriri ſolet, una inter agnatos legitimos ſuc-
11 ceſſores, & Dominum directum, ſive ad effectum devolutionis in parte defecta, ſive ad effectum in neceſſitatis petendi novam Inveſtituram, ad quem præſertim effectum diſtingui ſolet inter feudum novum, & antiquum, ac etiam inſpici, an agnati veniant jure ſucceſſorio, vel per Jus accreſcendi, de quibus benè cæteris allegatis agit *Bellon. jun. d. tract. de jur. accreſc cap 6. qu. 37*, ſed de iſta pariter ſuperfluum erat agere ut pote extra caſum.

Altera vero inter ipſos agnatos, contendentes de ſucceſſione, à qua unus alterum excludere prætendat, & tunc pariter duo caſus ſubdiſtinguendi ſunt, ubi feudum, cujus ſucceſſio aperta eſt, poſſidebatur totum per defunctum, ita ut illud per nullum contendentium in aliqua quota poſſideretur, ſed omnes veniant agendo ad rem novam, ſive ubi agitur de feudo verè dividuo tam quoad exercitium, & commoditatem, quam etiam quoad ſubſtantiam, ita ut portio defecta omnino ſeparata eſſet, & conſiderabilis tanquam ſtans de per ſe; Alter vero, ubi agitur de feudo dignitatis individuo quoad ſubſtantiam, quamvis dividuo quoad exercitium, & quod poſſideatur per plures lineas, ſeu colonellos ab eodem ſtipite provenientes, quarum una defecta, agatur inter ſuperſtites alias portiones poſſidentes, ad dictam portionem defectam con-

Primo caſu vere & proprie intrant termini ſucceſſionis; circa quam receptum eſt, Jus feudale nil deſuper ſtatuiſſe, ideoque materiam regulandam eſſe cum terminis Juris communis, tam io ordine ad repræſen- 12
tationem, quam ſubingreſſionem, ac alia, quæ præſertim habentur in materia fideicommiſſaria, cum qua hujuſmodi ſucceſſio regulanda eſt, ut poſt antiquiores, advertunt. *Roſenthal. de feud. cap. 7. concl. 57. Galeot. d. contr. 1. cum ſequen. Vrſin. de feud. par. 2. qu. 4. & 6. Giurb. de §. 2. gl. 1. & 3. cum ſequen. Marcian. d. diſput. 1. cum ſeq.* & qualis ordo ſuccedendi ſublatus non videtur *per tex. in cap. 1. de natura ſucceſſionis feudi*, ut ex Iſernia, & aliis verius probant *Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 28. num. 41. Giovagn. conſ. 24. n. 34. & ſeq. lib. 2. & cæteri, de quibus ſupr.*

Nil obſtantibus ſupra motivatis *ex Bald. in l. cum ita §. in fideicom. ff. de legat. 2. Natt. conſ. 127.* & aliis 13
allegatis ſuper repræſentatione non danda, niſi per ultimam voluntatem, quoniam id procedit in contractu emphyteutico, in quo non datur repræſentatio *ex plene deduct. per Capic. Latr. deciſ. 126. & ſæpe in ſua materia ſub tit. de emphyt.* & in quibus terminis loquitur *dict. deciſ. 219. par. 4. diverſ.* ſed in feudis veritas eſt in contrarium *Vrſin. de ſucceſſ. feud. p. 1. q. 5. artic. 1. num. 11. & 12. Rot. deciſ. 516. num. 2. par. 4. rec. tom. 3. cum aliis ſupra* unde in hoc æquivocarunt *Natta, Menoch. & cæteri.*

Atque iſtis terminis retentis, qui reverà neque erant noſtri, non potuiſſet Jo. Maria remotior prætendere æqualem concurſum cum Fortunato proximiore jure repræſentationis, quoniam agebatur ultra fratrum filios, dum juxta magis communem, & receptam, proximitas metienda eſt ex perſona morientis.

Dicebam tamen ſcribens ad cauſam, adhuc venire poſſe jure ſubingreſſionis in locum Fulvii ejus patris, 14
jure vulgaris anomalæ juxta firmata *per Rot. deciſ. 96. poſt. Merlin. de legit. & deciſ. 198. par. 4. rec. tom. 2. Peregr. conſ. 20. lib. 2. & conſ. 58. lib. 4. cum aliis in alia Mutinen. fideic. de Rangonis inter eaſdem partes ſub tit. de fideicommiſſis*, quaſi quod ſufficiat eſſe proximior in propria linea, ut ita omnium linearum æquè vocatarum ſucceſſio detur; Verùm de motivi relevantia dubitabam, dum juxta præinſertam arborem, non agebatur de pluribus lineis ab initio conſtitutis, juxta dictam aliam controverſiam fideicommiſſariam, quo caſu dicta concluſio intrat, ſed de unica, juxta diſcurſa *in Reatina fideicommiſſi de Vecchiaredis, In Ravennaten. fideicommiſſi de Raſponis, & in aliis ſub tit. de fideicommiſſis*, parùm vero referebat deſuper innovari, dum neque eramus in caſu.

In ſecundo autem caſu ſupra diſtincto (qualis erat proprius, & præciſus noſtræ quæſtionis,) quod ſcilicet ageretur de feudo antiquo, & dignitatis, quoad ſubſtantiam individuo, per plures ejuſdem lineæ Colonellos in exercitio, ſeu fruitione, juxta dictam Lombardiæ conſuetudinem, pro communi poſſeſſo per quotas ſeu portiones, quarum una defecerat; Et in iſto abſolutè dicebam omnia præmiſſa extranea eſſe; ac potius verè & propriè intrare illos terminos Juris accreſcendi, ſeu verius non decreſcendi, quos habemus in Jurepatronatus, vel Jure conferendi, aliiſque ſimilibus Juribus habitu individuis, & quæ reſident penès omnes in ſo- 16
lidum, diviſo ſolùm exercitio, ex deductis *per Bellon. d. tract. cap. 6. q. 48. ac eadem q. 37. & frequenter in ſua materia ſub tit. de Iurepatronat. & benè ad rem in Imolen. Decanatus coram Veroſpio deciſ. 47. poſt Tond. de penſion. aliis dec. 254. par. 11. rec.*

Si ergo feudum tanquam individuum reſidet penes omnes poſſeſſores in ſolidum, diviſo ſolum exercitio, ſeu commodo, ſequitur, quod uno ex eis deficiente, ſuperſtites defectam portionem non habebunt jure ſucceſſionis, ac novæ acquiſitionis, ſed per Jus non decreſcendi, per quod uno remoto, exercitium, ſeu commodum, aliàs in plures diviſum, ita pinguius remanet penes

pauciores

Digitized by Google

pauciores, adinſtar fructuum, ſeu diſtributionum maſſæ alicujus Collegii, dividendæ inter decem Canonicos quia ſi duo, vel tres Canonicatus vacaut, cæteri obtinent per iſtorum remotionem pinguiores partes, ſive, adinſtar trium accumbentium in unica menſa habente cibos inalterabiles omnibus communes, quia ſi unus deficit, illi cibi, quia ſerviebant tribus, deſervient duobus cùm lautiori uſu; Dando etiam exemplum tutelæ, vel Juriſdictionis pluribus demandatæ, quia uno ceſſante totum Jus remanet, non jure novæ delegationis, imò neque jure veræ accretionis, ſed per remotionem unius penes ſuperſtites, & hic videbatur caſus præciſus.

Cum enim utraque linea, ſeu uterque Colonellus pariſormiter ſuas commodi portiones poſſideret cum defuncto, idcirco accretio peruecefse æqualiter facienda erat aliis portionibus, non autem perſonis, cum Jus accreſcendi detur inter portiones, non autem inter perſonas, atque portio portioni accedit, non perſonæ, neque econverſo dabat ut legalis ratio, vel auctoritas, quæ probaret, cur ex tribus æqualibus portionibus rei individuæ, & pro communi poſſeſſæ, portiu deficiens, uni & non alteri portioni accreſcere deberet.

Mirabantur aliqui de partibus in contrarium ſcri-
17 bentes, quod ego ad cauſam applicarem terminos prorſùs extraneos Juriſpatronatus, vel Juris conferendi, ac diſtributionum cum ſimilibus, ſed inſipida videbatur admiratio, tum quia magis proximi termini non videntur ad rem deducibiles, tùm etiam quia feudiſtæ quoque eiſdem terminis utuntur ad explicandam materiam feudalem, ubi agitur de feudo individuo, cujus exercitium, ſeu commodum pluribus convenire valeat, *ut liquet ex eodem Bellon. jun. d.q.57. cap. 16. num.68 & ſeq. præſertim num. 76. & Roſenthal. cap. 6 concl. 76. num. 4.* atque doctus feudiſta *Rovit. pragm. prima de titulorum abuſu num.* 80. *& ſeq.* in ea quæſtione, an plurium feudorum conceſſio per unicam Inveſtituram importet feudorum unionem, utitur terminis beneficialibus, & *Salgad. in labirint. cred.* agendo de majoratibus, & primogeniis Hiſpaniæ, paſſim utitur terminis beneficiorum, quibus frequenter utimur in materia Officiorum, & locorum Montium *ut in ſua materia ſub tit. de regalibus*; Et econverso in materia penſionis Eccleſiaſticæ, rectè licet uti terminis feudalibus, *ut in ſua materia ſub tit. de penſionibus, præſertim in Albanen. & in Melphitten.* quinimò in hoc modo arguendi, ſeu inferendi à ſimilibus (ut dicere ſolebat Inſignis I. C. & in Advocatione Magiſter meus Andoſilla) verè, & propriè conſiſtunt legalis eruditio, & ingenium, quam in faſtidioſa indigeſta conſarcinatione allegationum, quæ potiùs improbum tranſcriptoris laborem continere videntur, cum frequenter ex centum auctoritatibus, vix decem, vel quinque, bene inſpectis diverſis caſuum circumſtantiis faciant ad rem, & quandoque nullæ.

† Ulteriorem diſputationem iſta quæſtio non habuit, atque deciſio in diſcurſu enunciata, ſavore remotioris, qui admiſſus fuit ad concurſum æqualem cum proximiori ratione habituali individuitatis, ſuum effectum ſortita eſt.

Ea verò quæ in iſta diſputatione fuerunt hinc ndè de-
1 ducta habentur regiſtrata inter *Conſultationes Mauſii poſtmodum editas conſult. 84. cum pluribus ſeqq. lib. 1.* ex quibus illis, qui rectè calleant materiam feudalem, patebit quam nimis per ſcribentes hinc inde devagatum fuerit in ſuperfluitatibus, pro conſueto moderno damnabili uſu, cum cauſa ad duos punctos nimis breves reſtringeretur, illum ſcilicet individuitatis feudi & alterum concurſus linearum, reliqua vero continent paleam & ſuperfluitates abſque tum culpa dicti ſcriptoris, qui coactus fuit reſpondere iis, quæ in contrarium deducebantur; Opus vero fuit præter ſtylum ac genium ſcribendo in iſta cauſa reaſſumere cum aliqua evagatione terminos ſeu diverſas ſpecies feudorum dividuorum & indivi-
2 duorum ſeu juris Francorum & Longobardorum & ſuper quo etiam nimium ſe diffundit amicus meus *Boſcolus controverſ. feudali, edita occaſione caſus, de quo infra diſc. 12. regiſtrata in hoc tit. eodem titulo* ut ita ſcilicet tollerentur æquivoca, cum quibus aliqui ſcribentes procedebant, confundendo unam ſpeciem cum altera.

Et de hac individuitate ejuſque effectibus agitur apud *Marin. in addit. ad Reverter. 536. ac etiam in annot. ſe-* 3
quenti. Illud advertendo, quod omninò verior videtur opinio, ut hæc individuitas in Regnis utriuſque Siciliæ provenerit à conſuetudine potius, quàm à Conſtitutione *Conſtitut. divæ memoriæ*, ut alia opinio credit, dum in alia Conſtitutione ejuſdem Federici II. incipiente, *Comitibus*, quæ fortè eſt anterior iſta natura jam ſupponitur introducta

Poſt ſopitam vero iſtam controverſiam, alia exorta 4
fuit inter Jo. Mariam juniorem, pro quo ſcripſi & Boniſacium filium Fortunati, in materia præeminentiæ ſeu præcedentiæ in modo ſubſcribendi litteras vel proviſiones concernentes regimen & adminiſtrationem hujuſmodi feudorum pro commodiori magiſque pacifica eorum fruitione & exercitio juriſdictionis, dum commodam non recipiebant diviſionem, unde propterea remanentibus indiviſis pro meliori adminiſtratione, tollendiſque inconvenientibus, quæ alias ex promiſcuo exercitio oriri poterant in executionem cujuſdam laudi, deventum eſt ad conventionem, ut gubernium ſive adminiſtratio per quandam ſpeciem turni, alternaris annis vel temporibus, per unum tantum fieret, ita tamen ut aliqua graviora negotia non explicarentur, niſi cum conſenſu & participatione conſortium; Hiſque ſic ſtantibus, quando gubernium & adminiſtratio erat penes Marchionem Jo. Mariam, juniorem, prætendebat Marchio Boniſacius, filius Fortunati etiam natu major, quod in illis actibus, in quibus ipſe conſenſum præſtare debebat, ſubſcribere prius deberet pro ea præeminentia, quam ſibi præbebat major ætas; Quare deſuper ex parte Jo. Mariæ conſultus; Reſpondi contrarium veriùs videri quod ſcilicet iſta prærogativa ſubſcribendi prius ſpectaret ad Jo. Mariam, penes quem nunc erant gubernium & adminiſtratio feudi & juriſdictionis.

Admittendo ſiquidem prærogativam, reſultantem ab ætate dicebam illam procedere, quando ageretur de jure coæquali, quod per omnes fratres vel conſortes æquè principaliter exercerent, cum tunc dicta prærogativa attendi deberet, ut praxis univerſalis docet in actibus capitularibus vel collegiativis, qui admittant concurſum omnium de capitulo vel de Collegio; Et quando ſunt actus individui, non explicabiles niſi per unam perſonam, tunc illi explicari debent per natu majorem, ut in propoſito retentionis clavium vel ſcripturarum & ſimilium actum habetur per *Petr. de Vbald. de fratr. par. 11. n. 22. Michalor. eod. tract. par. 3. cap. 57. Caval. deciſ. 25. de contr. par. 2. n. 17. Amendol. ad Franch. deciſ.* 386. ubi etiam *Modernus elaboratus de Luca in addit.* aliqua ad rem adducit; Ac etiam conferunt, quæ habentur *ſub tit. de praemin. diſc. 19. cum ſeqq.* circa functiones capitulares individuas explicandas à prima dignitate ſive à Decano, cum ſimilibus.

Secus autem, ubi actus in re communi, ex conventione vel conſuetudine pro meliori exercitio ut occur- 5
ratur diſcordiis & inconvenientibus explicatur per unum ex pluribus alternatim, ſeu ordine turnario, qui ordo in jure potius eſt commendabilis juxta ea, quæ circa hujuſmodi turnariam diviſionem juris conferendi beneficia vel officia inter Canonicos ejuſdem Capituli habentur *deciſ. 14. par. 12. recent.* & in aliis pluries & de eadem turnaria diviſione inter compatronos in exercitio juris præſentandi habetur *ſub tit. de Jurepatronat. diſc.* 41. ubi concordantes.

Tunc etenim ille, qui ex hoc turnario jure vel ordine actum explicat, habetur tanquam ſolus & Dominus penes quem exercitium illius juris integre fuerit conſolidatum, illo habitualiter reſidente penes omnes, quorum

rum vice & nomine actus explicari dicitur, & conſequenter pro illo tempore ille dicitur ſolus Dominus & feudatarius, qui perficit & informat actum, ſubſcriptio
6 autem conſortium in aliquibus negotiis gravioribus, ex conventione adhibenda pro eorum ſcientia & conſenſu ad effectum occurrendi præjudiciis, redolere videtur quandam ſpeciem conſilii & illius ſubſcriptionis, quam faciat in ſententiis, vel decretis Aſſeſſor vel Conſultor, & ſic acceſſoriè vel famulativè.

Atque ad idem conſiderabam pluries inſinuatum aſſumptum feudiſtarum, deſumptum ex celebri dicto
7 *Gloſſæ feudalis Mariai de Coraman c.* quod feudum dicitur homo mutus & ſurdus aliaque membra habens impedita, unde propterea indiget adjutore qualis eſt feudatarius, per cujus organum explicat illos actus, quos per ſe ipſum explicare non poteſt, tanquam per ejus Tutorem & Curatorem, eo modo quo habemus in amentibus, vel in pupillis; Et per conſequens ſtante iſta turnaria diviſione, ille ad quem pro ſuo tempore pertinet hæc adminiſtratio, dicitur Tutor, vel Adjutor feudi, ejuſque organum vel inſtrumentum immediatum, interventus autem aliorum eſt per accidens & mediatus pro conſervatione præjudiciorum, atque ut dictum eſt in figura Aſſeſſorum, ſeu Conſiliariorum; Incertus eſt autem hujus controverſiæ exitus; debeo tamen credere quod fuerit præmiſſa; Atque ſuper his edidi quoque diſcurſum parviorem in ſua ſede *ſub tit. de præemin. diſc.* 47.

MUTINEN. FEUDI

Pro FELICE, ET SEBASTIANO DE MONTECUCOLIS SECUNDOGENITIS,

Cum JO. BAPTISTA FRATRE PRIMOGENITO.

Reſponſum pro veritate extra Curiam.

An & quomodo feudum dividuum, quod dici ſolet Juris Longobardorum, poſſit per Feudatarium de Principis conſenſu erigi in primogenituram, ac effici feudum individuum in præjudicium agnatorum.

Erecta ſuper feudo dividuo, Dignitate Ducis, Comitis, vel Marchionis de ſui natura individua, num alteret naturam feudi, ac illud faciat individuum, vel ſolum ipſa Dignitas prærogativam habeat primogenituræ, feudo remanente in ſua natura antiqua.

Feudum novum permutatum cum feudo antiquo, ſeu in illius locum ſubrogatum, an dicatur novum, vel antiquum, & quid ſi hujus novi valor longè excedat illum antiqui, an in hac parte excedente dicatur feudum novum.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Feudum novum pacti, & providentiæ poteſt per primum acquirentem titulo oneroſo, erigi in primogenituram.*
3 *Quod declaratur, quatenus ſit pater habens in poteſtate, & non accedat donatio ab initio valida.*
4 *Sicut, ubi primus acquirens eſt titulo lucrativo, quod etiam declaratur.*
5 *Feudum antiquum hæreditarium poteſt erigi in primogenituram, quod etiam declaratur.*
6 *Quid in feudo mixto, diſtinguitur.*
7 *Antiquum pacti, & providentiæ erigi non poteſt in primogenitura per eum, qui non ſit primus acquirens titulo oneroſo.*
8 *Quid accedente Principis aſſenſu.*
9 *Feuda Dignitatis an erigi poſſint per Principes feudatarios.*
10 *An feuda Dignitatis in Lombardia ſint individua.*
11 *An & quando dicatur conſtare de voluntate Principis erigendo Dignitatem in feudo, illud facere individuum, & jure primogenituræ, vel quod potius id procedat in Dignitate, non immutata natura feudi.*
12 *Ubi feudum antiquum per erectionem novæ Dignitatis immutat naturam; dicendum venit in hac nova ſpecie tanquam feudum novum.*
13 *Titulus, ſeu Dignitas, an & quando ſit realis, vel potius perſonalis.*
14 *Nova qualitas addita feudo antiquo, an faciat aliud novum in omnibus, vel potius in parte qualificata.*
15 *Feudum loco alterius antiqui ſubrogatum, an & quomodo ejus naturam aſſumat.*
16 *Addimenta, vel melioramenta facta feudo antiquo, etiamſi ſint inſeparabilia, ita ut efficiantur feudalia, attamen illorum pretium dicitur eſſe in hæreditate allodiali meliorantis.*
17 *Impenſum à patre pro emendo titulo, vel Dignitate an à primogenito veniat communicandum filiis ſecundo genitis, ita ut dicatur eſſe in hæreditate allodiare.*

† 1 *De pacto, de quo in hoc diſcurſu, & in aliis ſimilibus.*
2 *De Auctoribus agentibus de eodem puncto & caſu.*
3 *Unde proveniat involutio quæſtionum, quæ revera non ſint tales.*
4 *De feudis Regnorum utriuſque Siciliæ & de eorum peculiari natura, & de pluribus ad eorum materiam.*
5 *De errore adhibendi auctoritates loquentes de his feudis.*
6 *De feudis mere hæreditariis.*
7 *De feudis improprijs, & alienabilibus per conſuetudinem.*
8 *De concluſione, quod in feudis antiquis pacti, & providentiæ, vel etiam novis lucrativis ejuſdem formæ non poſſit alterari ordo ſuccedendi.*
9 *An id fieri poſſit cum aſſenſu Domini, diſtinguitur.*
10 *De poteſtate Principis tollendi jus tertij, & de voluntate.*
11 *Quando hæc voluntas adeſſe dicatur.*
12 *Quod ſit quæſtio facti & voluntatis & quomodo decidatur.*
13 *De concluſione quod primus acquirens poteſt præjudicare; cum diſtinctione inter patrem habentem in poteſtate & alios plene expenditur.*
14 *Quod donatio quæ ineſt in acquiſitione feudi ſit potius cauſa mortis.*
15 *Declarantur deciſiones in Forolivien. Caſtrorum.*
16 *De materia individuitatis, quæ reſultat à dignitate vel titulo.*
17 *An dignitas de novo adjecta feudo antique alteret ejus naturam.*

DISC. VIII.

POſſidens Comes Franciſcus de Montecucolis Comitatum Semeſii, hujus domus feudum antiquum pacti, & providentiæ, cum titulo Comitatus, de anno 1626. obtinuit à Duce Mutinæ Principe erectionem hujus Comitatus in Marchionatum pro ſe, ejuſque filiis, & deſcendentibus maſculis in infinitum, cum ordine tamen primogenituræ, & pro ſolis primogenitis; Et de anno 1630. permutavit dictum feudum Semeſii cum magis pretioſo feudo Guigliæ tunc vacante, ad Cameram Ducalem devoluto, refuſus ſcut. 44. m. cum declaratione, ut iſtud loco illius ſubrogatum cenſeri debeat, unde mortuo dicto Franciſco, ſuperſtitibus Marchione Joanne Baptiſta primogenito, ac Felice, & Sebaſtiano ſecundogenitis, pluribuſque controverſiis inter ipſos exortis, ſuper duobus præſertim ad iſtorum inſtantiam pro veritate conſultus fui. 1

Primo nempè, an eorum pater potuerit dictum antiquum feudum Semeſii pacti, & providentiæ, in eorum præjudiciū erigere in primogenituram, & an voluerit, Et

Secundo

Digitized by Google

Secundò, an dictum feudum Guigliæ per eorum Patrem, ut ſupra acquiſitum, & loco ſeudi antiqui Semeſii ſubrogatum, dicendum eſſet antiquum, vel novum, etiam in ea parte, qua iſtius valor illius valorem excedit.

Quoad primum, quicquid dixerint aliqui Conſulentes, qui affectioni, vel pecuniæ inſerviendo, veritatem inquirere non curarunt, dicebam reſolutionem
2 pendere ex vera, & recepta diſtinctione, quod aut agitur de ſeudo novo, aut de antiquo; In novo ſubdiſtinguendum eſt, an quæſitum ſit titulo oneroſo, vel lucrativo; Si enim eſt titulo oneroſo, quamvis formam pacti, & providentiæ habeat, verius eſt primum diſponentem in ejus filiorum, aliorumque deſcendentium præjudicium poſſe primogenituram conſtituere, quia poſſet (remoto obſtaculo reſultante ex prohibitione Domini) diſponere in totum, cum tunc filii, ac deſcendentes, potius ex providentia, & donatione Patris acquirentis, quàm ex munificentia, & liberalitate concedentis acquirere dicantur, unde quoad eos eſt ſpecies peculii profectitii, ſive donationis inter patrem, & filios; quandocumque revocabilis, *ut plene firmant Surd conſ. 351. num. 24. & ſeq. Panzirol. conſ. 1. Rovit. pragm. prima de titulorum abuſu num. 126. & ſeq. Ginrb. de ſucceſſ. feud. §. 1. gloſ. 8. n. 45. & ſeq. Roſenthal. de feud cap. 7 concl. 7. per tot. Rota deciſ. 50. n. 2. par. 6. recent. & receptam admittit Capic. Latr. conſult. 23. num. 6. cum ſequent.* (licet contrariam aliquibus cumulatis dicat in puncto Juris veriorem,) quod etiam in terminis emphyteuticis, à quibus ſæpe argumentum procedere ſolet, late firmatur per *Rotam apud Merlin. deciſ. 699 alias 741. par. 4. rec. tom. 3. dec. 111. & 166. par. 11. & frequenter in aliis*, cum ſit concluſio quotidiana, de qua etiam *in Pa meu feudi hoc eod. tit.*

Quatenus tamen primus acquirens ſit pater, filios
3 alioſque ab eis deſcendentes habens in poteſtate, ita ut intret dicta ratio peculii profectitii & prohibitæ donationis, ubi enim eſt extraneus, pro aliis puta collateralibus acquirens, vel mater aliique ex latere materno aſcendentes, in quibus dicta ratio prohibitæ donationis ceſſet, ſive etiam ſi Inveſtitura taliter concepta ſit, quod filiorum ac deſcendentium vocatio ex parte acquirentis juramento promiſſorio, aut aliàs ita munita ſit, quod donatio inter Patrem & Filium reddatur de Jure valida, bonaque donata tranſire faciat in peculium adventitium, cum tunc urgente motivo irrevocabilitatis, videatur poſſe dubitari, ex iis, quæ de primo acquirente pro collateralibus habentur *apud Roſenthal. de feud. cap. 6. concluſ. 69. num. 29. & ſequ. & in gloſ. litt. bb.* Et de acquiſitione per patrem cum juramento habetur *in Bonon. fideic. 13. Iunii 1652. Dunozetu, quod declaratur in dicta Parmen.* quod tamen in præſenti opus non fuit examinare, ut pote extra caſum, Curiæ Romanæ ſtylo prohibente de ſuperfluis agere.

Aut feudum novum quæſitum eſt titulo lucrativo, &
4 tunc quia Filij & deſcendentes, non à Patre ejuſque providentia acquirere dicantur, ſed à munificentia & largitate concedentis, receptum eſt, Patrem non poſſe illis præjudicare, ideoque primogenituræ erectionem eſſe prohibitam, firmant generaliter *DD. & deciſiones de quibus ſupra*, & in his terminis feudi novi loquuntur *Cephal. conſil. 3. & 12. ac alii apud Ginrb. im loco citato, & per Ciriacum contr. 312. num. 7.* ſed iſto etiam caſu remanent difficultates, quoties ejuſdem concedentis aſſenſus intercedit, quatenus ſit talis, quod factam conceſſionem revocare valeat, ac Jus tertio quæſitum tollere, *Becc. conſ. 56. num. 35. Menoch. conſ. 701. num. 110.*

Sive etiam ubi filii, & deſcendentes, non vocantur directè ex providentia concedentis, ſed potius veniunt ex pacto, & providentia Patris acquirentis, & ſtipulantis pro ſe, ejuſque filiis, & deſcendentibus, eorum nominibus non expreſſis, minuſque eorum meritis enunciatis, & fortius ſi eſſent meritorum, & propriæ dilectionis incapaces, cum tunc à Patre potius quàm à concedente habere dicantur, ac intret eadem ratio peculii profectitii, cum Pater cenſeatur ſtipulari pro ejus filiis tanquàm hæredibus *juxta receptam theo icam gloſ. & Bart. in l. ſi unus ex argentariis §. pactus ne peteret ff. de pact. de qua ita diſtinguendo Surd. dec. 324.* cujus diſtinctio videtur communiter recepta, ut occaſione donationum, quæ fiunt contemplatione matrimonii, plene habetur *Romana donationis de Iordanis pro Creditoribus, & in Vrbinaten. pecunaria pro Veterano ſub tit. de donationibus, & in his terminis Galeot. lib. 2. controv. 48. num. 42. & ſequ.* (quod tamen in præſenti opus non fuit radicitùs examinare, cum non eſſemus in caſu.)

In feudo autem antiquo, alia intrat diſtinctio, an ſcilicet agatur de feudo merè hæreditario, an de mixto, vel demum de illo pacti, & providentiæ, In prima 5
ſpecie nulla cadit difficultas, quia ſi poſſeſſor poteſt feudum diſtrahere in quoſcunque extraneos, multò magis inter filios, & deſcendentes ſeu alios conjunctos primogenituræ ordinem ſtatuere, idque magis expedit Domino, & ſubditis, ad excludendam poſſeſſorum pluralitatem, ac ſeudi ſciſſuram, ut in ſimili habemus de Jurepatronatus hæreditario, quod facilius admittitur effici gentilitium, & in his terminis ſeudi hæreditarii cum hoc fundamento loquuntur *Menoch. conſ. 401. num. 11. & plenius conſ. 504. num. 5. Ciriac. controv. 312. num. 10. Cephal. d. conſ. 3. num. 14.* qui ita expreſſe ſe declarat *conſ. 617. num. 164. Roſenthal. d. cap. 7. concl. 3. num. 6. & concluſ. 26. in princ. Frecc. de ſubfeud. par. 3. q. 1. & 2. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 2. q. 10. num. 45. & par. 3. q. 6. num. 12. & 13. Intregliol. de feud. centur. 1. q. 51. num. 271. & ſeqq. Maſtrell. dec. 56. num. 25. lib. 1. & in dec. Senatus Panormitani in d. Cauſa Principatus Butera num. 8. qua dec. habetur regiſtrata in Calce.*

Solum difficultas iſto caſu ſubeſſe poſſet, an requiratur aſſenſus Domini ſuper erectione primogenituræ, tanquam in adjectione vinculi, & ſervitutis ſuper corpore feudi, quia dici poſſet ſpecies alienationis prohibitæ *in cap. Imperial. de probib. feud. alien. per Federic.* quatenus tamen feudum merè hæreditarium ſit tale, quod in hac parte alteratum, in reliquis feudi ſubſtantia non ſit corrupta, ſed ejus naturam retineat, ita ut cadat ſub diſpoſitione *dicta leg. Imperialem de quu in Mantuana feudi hoc eod. tit.*

In ſecunda verò ſpecie ſeudi mixti, aut attendenda eſt opinio, in qua reſidet Rota, & Curia Romana, ut hæres Sanguinis non teneatur eſſe hæres rei familiaris feudatarii morientis, ſed ei ſufficiat hæreditaria qualitas primi acquirentis, *ut habetur in Romana ſeu Roſſanen. hoc eod. tit.* & tunc dicendum venit idem, quod in feudo antiquo pacti & providentiæ dicitur, ſecus autem attenta alia opinione in feudis Regni Neapolitani recepta ut ſucceſſor teneatur etiam eſſe hæres ultimi morientis, tunc enim quia ob hæreditariam qualitatem non poteſt ſucceſſor ſui auctoris factum impugnare, idcirco probabilius videtur hujuſmodi primogenituræ erectionem fieri poſſe, remoto tamen obſtaculo reſultan. ex dicta *l. Imperialem* quatenus ſcilicet Domini aſſenſus accedat, & in his terminis, atque cum iſta circumſtantia loquuntur *Ciriac. controv. 312. num. 11. & per tot. Menoch. conſ. 161. num. 5. Maſtrill. dec. 56. num. 26. & ſeqq. & dicta dec. Parormitana num. 9.*

In tertia demum ſpecie feudi antiqui ſimpliciter pacti
& providentiæ, quicquid aliqui ſenſerint *deducti per* 7
Roſenthal. d. cap. 7. concl. 3. num. 4. litt. F. verior ac recepta eſt ſententia negativa, quia cum feudatarius nullam habeat hujus feudi diſpoſitionem, niſi pro ſolo jure fructuum ad ejus vitam, atque deſcendentes vel cæteri agnati veniant ex perſona propria, independenterque à moriente jus ſuum metiantur ex providentia concedentis, & pacto acquirentis, non poteſt eis præjudicari *Alex. conſ. 30. num. 11. lib. 1. Pancirol. conſ.*

1. num.

1. *num.* 12. *Menoch. d. conſ.* 401. *num.* 3. *&* 4. *& metius conſ.* 504. *num.* 30. *Roſenthal. d. cap.* 7. *concl.* 3. *num.* 4. *& in gloſſ. dicta lit. F. & concluſ.* 26. *in princip. Giurb. de feud. d.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 65. *& cæteri paſſim* inter quos tamen, utriuſque Siciliæ Doctores non facili cumulari poſſunt, cum hujuſmodi quæſtio non frequenter contingat in illis Regnis, in quibus omnia feuda ſunt individua, & jure Francorum regulata, ſolis primogenitis convenientia.

Neque Principis aſſenſum hujuſmodi poteſtatis de-
8 fectum ſupplere poſſe dicebam, nam quicquid ſit de poteſtate tollendi jus tertii, illa etiam admiſſa, non poſſe de ejus conſenſu alienari, vel immutari feuda antiqua in agnatorum præjudicium *firmant Cephal. d. conſ.* 617. *num.* 101. *& ſeqq. Panciro!. d conſ.* 1. *latè alios cumulans Roſenthal. d. cap.* 7. *concluſ.* 4. *num.* 1. *lit. A. Urſi num. de feud. ſucceſſ. par.* 1. *p.* 3. *art.* 2. *num.* 27. ubi agit de puncto, an Princeps poſſit legitimare baſtardum de conſenſu feudatarii ad effectum ſuccedendi in feudo antiquo pacti, & providentiæ in præjudicium agnatorum, de quo etiam *d. Martin. reſol.* 46. *lib.* 2. ubi de habilitatione Clerici vel profeſſi, neque contrarium attentare audet *Ciriac. dicta controv.* 312. *num.* 8. *cum ſeqq.* licet primogenituræ erectionem ibi acriter ſubſtineat ex particularibus, illius facti circumſtantiis, de quibus habetur *in dicta Mantuana feudi.*

Atque in hoc advertendum eſt ad aliquos Doctores, qui contrarium admittere videntur propter Domini aſſenſum, quia iſtum conſideraut, non in ordine ad effectum, de quo agitur, ſed ad tollendum obſtaculum prohibitionis reſultantis *ex cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic.* etiam in feudis novis, vel hæreditariis propter vinculum, & ſervitutem ex primogenituræ erectione in feudi corpore reſultantem, & hunc effectum operatur Domini aſſenſus, non verò alium, niſi Dominus ſit Princeps Supremus, qui poteſtatem habeat tollendi Jus tertii, ac expreſſè ſe declaret velle illi derogare, quo caſu periculoſum eſt ſub eodem, & in ejus ditione de poteſtate dubitare, & quam inſpectionem in præſenti aſſumere non fuit opus, dum de hujuſmodi voluntate ex aſſenſus tenore non conſtabat.

Et licet in caſu, quo ſcripſerunt *Ciriacus dicta controv.* 312. *Peregrin. conſ.* 160. *vol.* 5. *&* (ejus pace ſatis leviter) *Bardellon. conſ.* 105. ageretur de feudo antiquo pacti, & providentiæ, advertendum tamen, id in eo caſu procedere ex particulari conſuetudine feudorum Mantuæ, & Montisferrati, per quam ob illorum frequentiam, ratione commercii receptum eſt, ut de ſolo conſenſu Domini alienari valeant, *ut habetur in dicta Mantuana feudi* & hoc eſt potiſſimum fundamentum *Ciriaci dicta controv.* 312. *num.* 21. ideo iſtæ auctoritates tanquam in particulari facti circumſtantia fundatæ non poſſunt ad generalem concluſionem trahi.

Aliquod obſtaculum in præſenti facere videbatur electio Dignitatis in titulum, nempe Marchionatus, cum feuda Dignitatum ſint de ſui natura individua, jureque primogenituræ in uno capite reſidere debeant, *ut in alia Mutinen. de Rangonis hoc eod. tit.* Verum omiſ-
9 ſa inſpectione, num feudum, de quo agitur verè dici poſſit Dignitatis, vel potius abuſive, & per ſolam nuncupationem, ut dubitari poſſe videtur, quia conceſſio Dignitatis, & feudi non eſt per imperatorem, ſed per Ducem, qui proprie eſt feudatarius Dignitatis, qui ſibi æqualem conſtituere non poteſt, ſed potiùs concedit hæc ſubfeuda tanquam excadentias, ſibi conſtituendo milites, & Domicellos, unde propterea dici poſſet non benè ad hoc deduci, *Soccin. Menoch. & alios* loquentes de feudis Mirandulæ, & ſimilibus, quæ habentur in capite ac directè ab Imperatore, idcirco prætermiſſa hac inſpectione uti parum grata, & quam in ejuſdem Principis Senatu, ſeu Conſilio vanum eſſet ſubſtinere, potiſſimè ſtante contraria obſervantia, unde propterea *in dicta alia Mutinen. de Rangonis* ſuppoſui feudum Dignitatis, atque deſuper integrum locum veritati relinquendo,

Dicebam objectum non intrare, quia licet ipſa Dignitas ſit individua, non per hoc tamen alteratur in reliquis natura feudi, dum deficit poteſtas, ut ſupra, & neque conſtat explicitè de voluntate, Atque in omnem caſum individuitas aliàs de jure communi in hujuſmodi feudis Dignitatum cadens, ceſſat in Lombardia ex conſuetudine, ut latiùs deductum eſt *in dicta alia Mutinen.* ubi licet firmatum ſit iſtam conſuetudinem procedere, quoad exercitium, & fruitionem, non autem quoad ſubſtantiam feudi, attamen id non adverſatur terminis, de
quibus agitur, quia ceſſantibus exercitio, & fruitione, in- 10
dividuitas ſubſtantiæ feudi remanet in effectu quoddam ens rationis, conſiderabile ſolùm ad affectum *in dicta alia Mutinen.* deductum, non autem ad iſtum, in quo diſputatio non erat niſi de fruitione, & exercitio.

Poſito defectu poteſtatis, reſultat etiam ille voluntatis, ex regula, quod hæc ab ea regulari ſolet. *Bern. conſ.* 76 *num.* 30. *vol.* 1. *Surd. conſ.* 127. *num.* 57. *Buratt. dec.* 24. *num.* 12. *Rot. dec.* 182. *num.* 9. *par.* 7. *recent.* præſertim quia nullibi conſtat Ducem concedentem, vel Marchionem acquirentem, diverſam voluntatem habuiſſe, ſed totum ex parte primogeniti deducebatur per præſumptiones, & conjecturas, ad quas elidendas faciliùs aliæ præſumptiones, & conjecturæ admittuntur, quam ſi verba expreſſa obſtarent, dictæque legali præſumptioni plures aliæ accedebant, prima nempè quod non conſtabat, Principem concedentem fuiſſe informatum de natura huius feudi, ac de præjudicio, quod ex hujuſmodi erectione reſultabat, nedum aliis filiis, & deſcendentibus recipientis, ſed omnibus Agnatis à primo acquirente derivantibus, Animus enim non trahitur ad ignotata, atque certa Juris propoſitio eſt, in dubio Principem non cenſeri velle præjudicare tertio, ac alteri jus quæſitum tollere.

Secunda clarior, quia in defectum lineæ Franciſci, 11
non dicitur feudum devolvi debere, prout ſequeretur ſi illud naturam novæ Dignitatis aſſumeret, ſed ſolum dicitur, quod dicta linea extincta, extinguatur dignitas, igitur de neceſſitate dicendum eſt verè, & realiter dictam erectionem primogenituræ ordinatam fuiſſe ad ſimplicem majorem honorificentiam feudi, ejus tamen natura non immutata, juxta caſum, de quo infra *in utraque Ariminen. Caſtrorum hoc eodem. titulo.* Quod evidentius comprobari obſervabam ex ſubſequuta permutatione hujus feudi Semeſii cum feudo Guigliæ, dum in ea ſupponitur, ut extincta linea Marchionis, illud tanquam ſubrogatum loco hujus antiqui feudi, tranſire deberet in omnes de familia, ad formam antiquarum Inveſtiturarum, excepto tamen titulo Marchionatus, Ergo ad oculum conſtare dicebam per hujuſmodi erectionem nullatenus immutatam, vel alteratam eſſe naturam, ſive ſubſtantiam feudi.

Ubi enim per erectionem novæ Dignitatis, feudum
juxta ejus naturam regulandum eſſet, ſequeretur, quod 12
omnino novum eſſet, cenſendum, perinde ac ſi Feudatarius in manu Domini refutaſſet, & ab iſto per viam novæ conceſſionis denuo recepiſſet ſub nova, & diverſa natura, ut bene in his terminis ponderat *Surd. d. conceſſ.* 351. *num.* 19. *cum ſeqq. Cacher. dec.* 23. *num.* 24. quod certe in caſu noſtro, neque Dux concedens, neque Marchio acquirens Dignitatem cogitarunt.

Quæ autem in contrarium dicebantur, quod erectio importet verum Marchionatum, qualis non eſſet, ſi totum feudum non percuteret, videbantur levia argu-
menta, dum pro retentione antiquæ naturæ tot evi- 13
dentes demonſtrationes concurrebant, neque implicat dari titulum perſonalem, vel ad certas perſonas reſtrictum ſuper feudo ulterius duraturo, dupliciter enim tituli, ſeu Dignitates conceduntur ſuper feudis, nempè principaliter rei, & in conſequentiam perſonæ, & econtra principaliter perſonæ, & in conſequentiam rei, *Apont. in lectur. feud l. lection.* 6 *num.* 46. *&* 47.

Rovit.

Digitized by Google

Rovit. ſuper pragm. prima de titulo abuſ. num. 73. *&* 74. *adden. ad eum in rubr d. tit. n.* 3. *&* 4. Et habetur
in utraque *Arimmea. Caſtrorum hoc eod. tit.* ubi de Di-
gnitate reſtricta ad certam lineam, qua defecta, ipſa
dignitas expirat, ſed non per hoc devolvuntur, aut mu-
tant naturam Caſtra ſuper quibus ipſa dignitas erecta eſt

Et licet forma hujus erectionis, attento cortice ver-
borum, videretur potiùs realis, quàm perſonalis, attenta
tamen ſubſtantia voluntatis partium, potius perſonalis
cenſenda erat, reſtricta nempe ad ſolas perſonas de linea
Franciſci, ideoque nulla videbatur adeſſe implicantia, ut
nova Dignitas competat ſolum jure primogenituræ, feu-
dum verò quamvis Dignitate decoratum, præſertim quoad
Juriſdictionis exercitium, & utilitatem, juxta Lombar-
diæ conſuetudinem, ſuam antiquam, & dividuam na-
turam retineret; Ad quod confert concluſio, *de qua Ca-
theran. dec.* 52. *alias* 53. *num.* 17. *& Franch. dec.* 7.
14 *num.* 4 quod nova qualitas addita feudo antiquo, non
facit illud novum, neque alterat ejus qualitatem in
omnibus, ſed tantum in ipſa qualitate addita de qua
concluſione latius *in Mantuana feudo hoc eod. tit.*

Quo verò ad ſecundum punctum, non dubitabatur,
feudum novum Guigliæ ad limites antiqui feudi Seme-
ſii, tanquam cum eo permutatum, ejuſque loco ſubro-
gatum dici antiquum, ut ultra generale axioma, quod ſu-
brogatum ſapit in omnibus naturam ejus, in cujus locum
ſubrogatur, in puncto unius feudi loco alterius ſubro-
15 gati *Afflict. in cap.* 1 *de gradibus ſucceſſ. in feud. num.*
22. *Schrader. de feud. tom.* 1. *par.* 2 *cap.* 3 *num.* 55. *Apont.
de poteſt. Proreg. tit.* 1. *de proviſ. fieri ſolitis* §. 2. *num.*
10. *fol.* 12. Unde ſola difficultas erat in exceſſu, qui de
propria Feudatarii pecunia refuſus fuit, & pro hac etiam
parte dicebam non videri eſſe poſſe feudum novum,
quia unum & idem corpus, ſeu ſubſtantia ſeudi non vi-
detur, quod poſſit eodem tempore habere diver-
ſam naturam, licet hoc benè dari poſſit circa qualita-
tes extrinſecas de novo additas, ut ſupra; Eſt benè ve-
rum, quod iſtud additamentum factum de pecunia
Marchionis Franciſci communis Patris contendentium,
dicendum venit allodiale, omnibus filiis, tanquam
pecunia, ſeu res allodialis communicandum. Undè ef-
fectus erat idem.

Melioramenta enim, & additamenta facta per Feu-
16 datarium ſeudo antiquo, quoties ſunt inſeparabilia, ef-
ficiuntur quidem feudalia, & tanquam feudo incorpo-
porata aſſumunt illius naturam, ita ut in feudis Juris
Francorum ſpectent ad ſolum primogenitum, ſed pre-
tium melioramentorum, & additamentorum dicitur eſſe
in hæreditate allodiali, cui primogenitus, tanquam hæ-
res feudalium refundere tenetur tanquam æs alienum
dictum pretium communicandum ſecundo genitis, vel
etiam aliis hæredibus, *ut per Apont. conſ.* 58. *num.* 2.
vol. 2. *Rovit. pragm.* 25. *de feudis num.* 55. *de Marin.
reſol.* 133. *num.* 1. *& per tot. & plenius reſol.* 21. *num.*
25. *lib.* 2. *ubi cæteri* quo poſito effectus eſt idem, *ut pen-
deratur etiam in dicta Parmen.*

Solùm dubitari poſſe dicebam, an primogenitus te-
neretur cum ſecundo genitis conferre pretium impen-
17 ſum per Marchionem Patrem in emptione dicti tituli
Marchionatus, cum eadem ratio militare videretur,
& in hoc ſingulariter negativè reſpondet *Rovit. dicta
pragm.* 15. *de feudis num.* 48. *& firmat etiam Mangil.
de imputat. quæſt.* 33. *num* 10. eo quia hujuſmodi Di-
gnitates dant plus oneris, quàm utilitatis, unde veri-
tatem amando in hac ſolum parte pro primogenito
reſpondendum cenſui, ſed reſpectu dicti augmenti vi-
debatur caſus indubitatus. Poſt hæc ſcripta in lucem pro-
dierunt controverſiæ Altogradi junioris digni filii tan-
ti patris, in quarum prima continetur reſponſum edi-
tum in hac eadem cauſa ad favorem primogeniti; ſed
his non obſtantibus mihi juxta præmiſſa adhuc probabi-
lius reſpondendum eſſe videbatur, atque ita pro certo
mihi ſupponitur ab excelſo Mantinæ Conſilio ad favo-
rem ſecundo genitorum judicatum fuiſſe.

† AGitur in hoc diſcurſu de puncto, de quo etiam
agitur *diſc. ſequenti, & diſc.* 12. *&* 45. *hoc tit.* 1
& tit. de emphyt. diſc. 10. 18. *&* 42. & in aliis pluries,
An ſcilicet & quando feudatarius præjudicare poſſit
ſucceſſoribus vocatis per legem inveſtituræ, perverten-
do ordinem ſucceſſionis atque erigendo in feudo alias
dividuo & ad formam juris Longobardorum natura in-
dividua ad formam juris Francorum, cum ordine pri-
mogenituræ ut eſt præſens caſus; Sive èconverſo feu-
dum individuum reducendo ad naturam dividuam, ut
omnes ejuſdem generis ſimultaneè ſuccedant *ut diſc.
ſeqq.* Vel non immutata individuitate pervertere ordi-
nem primogenituræ, ut ſcilicet excluſo primogenito
ſuccedat ſecundo vel tertiogenitus, qualis eſt caſus, de
quo *diſc.* 12. Aut præjudicando in totum cuicumque
ſucceſſori per ipſius feudi alienationem ſive per grava-
men & ſervitutem, adeout ſucceſſor teneatur habere
ratum ejus factum & de qua materia agitur etiam infra
in hoc *Supplemento diſcur.* 111. *cum pluribus ſeqq.* 120.
& 134. & in aliis.

In hoc autem ut patet ex iis, quæ habentur deducta
tam in hoc diſcurſu, quàm in aliis ſupra allegatis 10.
12. *&* 45. & in dictis *aliis diſcurſibus ſub tit. de emphyt.*
latius vero per ſcribentes hinc inde cum extero proli-
xiori ſtylo in eiſdem caſibus. Nempe in illo præſentis
diſcurſus apud *Manſium conſultat.* 45. *cum pluribus
ſeqq.* quarum prima eſt repetita *apud Attolin. reſolut.*
51. & apud *Altograd. jun. controv.* 1. & plene nimium-
que elaboratè ſuper caſu, de quo *diſc.* 12. *Boſculus
in controverſia regiſtrata in calce hujus lib i.* Iſta ma-
teria videtur involuta & tamen revera illa talis dicenda
non eſt.

Id autem pro generali conditione, ſeu miſeria hujus
facultatis provenit à toties inculcato abuſu, conſarci- 3
nandi auctoritates vel majorum noſtrorum traditiones
indigeſtè, ſive in confuſo totam vim conſtituendo in
earum numero arithmetico, magnaque copia, non di-
ſtinguendo loca & tempora, aliaſque diverſas circum-
ſtantias minuſque eorundem Scriptorum qualitates &
occaſiones, ob quas ſcripſerint; iſtaque eſt cauſa ſeu
origo omnium æquivocorum ſeu inconvenientium, quæ
ſemper in dies fient majora, quoties peſtis hujus ſtyli à
mundo non aboleatur, ſed profeſſores in hac ineptia
ſeu cæcitate perſeverent, neſcitur ex quo fine, vel ra-
tione, ut etiam advertitur *diſc.* 35. *de judic. diſc.* 46. *in
relatione Curiæ. & in opuſc. ſtyli.*

Quare diſtinguendo ut decet plures caſus; pro ea
quæ fieri poteſt æquivocorum elucidatione; Primus
caſus eſt in feudis Regnorum utriuſque Siciliæ, in qui-
bus ultra generalem prohibitionem, reſultantem à le- 4
gibus feudalibus & præſertim ab illa *in cap. Imperiale
de prohib. feud. alienation. per Federic.* quæ ſaltem de
conſuetudine recepta eſt pro lege communi, viget alia
prohibitio longe ſtrictior ex illorum Regnorum Con-
ſtitutione particulari, edita ab Imperatore Federico II.
tanquam illorum Regnorum Rege, quæ incipit *Con-
ſtitutionem Divæ Memoriæ*, Atque in iſta ſpecie feu-
dorum, non cadit quæſtio, de qua in præſenti diſcurſu, an
ſcilicet feudum dividuum reduci poſſit ad naturam in-
dividuam, atque in eo erigi primogenitura, quoniam ſi-
ve juxta unam opinionem id proveniat à prædicta Con-
ſtitutione, ſive juxta alteram veriorem à quadam con-
ſuetudine, *ut in adnot. ad diſcur. prædictum*; Omnia
feuda, quæ ibi dicuntur quaternata & in capite, ex
inveſtitura Regis (exceptis quibuſdam obſcuris & exi-
guis exiſtentibus in Cilento & in Aprutio) ſunt indi-
vidua ad formam juris Francorum, atque in eis eſt in-
fixus & connaturalis ordo primogenituræ, ut habetur
diſcur. 13. neglecta diſtinctione inter feuda nova & an-
tiqua, ſive inter illa quæ conceſſa fuerint ex cauſa lu-
crativa vel oneroſa, quoniam quoad ea, quæ concer-
nunt corpus vel ſubſtantiam feudi, nihil refert, an il-
lud ſit antiquum, vel novum etiam ex cauſa lucrativa,
vel ex cauſa oneroſa, quoniam etiam in iſto ſecundo caſu
nulla

Digitized by Google

nulla datur diſpoſitio vel alteratio ſine aſſenſu, ſolùmque modernis tempore in ipſa acquiſitione adjici ſolet facultas gratificandi inter filios juxta caſum, de quo *diſc.* 12. quod eſt per accidens atque deviat à regulis.

Eſſe autem novum ex cauſa onerosâ, ex qua ſemper illa feuda obtineri ſolent (cum conceſſiones ex cauſa merè gratuita, ſaltem ſine recompenſa ſervitiorum & meritorum, quæ longè majus pretium habeant, videantur ab aula receſſiſſe) conſiderabile eſt in ordine ad pretium deſuper erogatum, quod dicitur eſſe in hæreditate allodiali, ac propterea per primogenitum ſucceſſorem feudi, communicari debet ſecundogenitis ut *diſc.* 19. *& ſeqq. &* 108. & in aliis frequenter; Et quando etiam eſt antiquum, in hoc præſertim Regno Siciliæ citerioris, quod Neapolitanum dicitur, ob adeptam qualitatem hæreditariam etiam ultimo morienti, ſucceſſoribus, præjudicatur in ipſo corpore feudi cum aſſenſu, & ſine illo præjudicatur in integro valore etiam ubi ſucceſſor veniat contra judiciũ defuncti, eoque invito obtineat ſucceſſionem feudi ex lege inveſtituræ, quod exorbitat ab opinionibus alibi magis communiter receptis in materia feudi mixti, ut frequenter advertitur *diſc.* 21. *& ſeqq & in aliis.*

Igitur manifeſtus error eſt, ſuper iſta materia adhibere auctoritates Regnicolarum, illaſque commiſcere ſeu 5 confundere cum illis Lombardorum, vel etiam Germanorum & aliorum locorum, in quibus feuda diverſam habeant naturam, atque in hoc verſatur adeò frequens & manifeſtum æquivocum.

Alter caſus eſt in feudis merè hæreditariis; Atque in iſtis quando non urgeat lex particularis, quæ prohibeat 6 alienationem vel aliam diſpoſitionem, ut (ex. gr. vel à ſimili) ſunt illa feuda impropria & remota, quæ ad differentiam feudorum, allodialia dicimus in Statu Eccleſiaſtico, ob prohibitiones reſultantes à Conſtitutionibus Apoſtolicis Sixti V. Clementis Octavi, aliorumque Pontificum ſucceſſorum; Et tunc ſecluſa illa nullitate, allegabili etiam per ipſummet principalem, quæ reſultat ex defectu licentiæ, vel ſolemnitatis, eodem modo, quo in dicto Regno, nulla dignoſcitur differentia inter feudum novum & antiquum, ſive inter gratuitum & oneroſum & per conſequens idem intrat error adhibendi in iſta quæſtione illas auctoritates, quæ hanc ſpeciem percutiant.

Tertius eſt caſus, in quo feuda juxta legem inveſtituræ 7 habeant formam pacti & providentiæ, ſed non obſtante quod ſint antiqua vel nova ex cauſa lucrativa adhuc tamen de conſuetudine ſint in commercio cum licentia Domini, quæ requiſita videtur principaliter pro ejuſdem Domini intereſſe, ad effectum obtinendi laudemia vel alias recognitiones ut (ex. gratia) ſunt feuda magis impropria, quàm propria Epiſcopatus Mantuæ, de quibus ſupra *diſc.* 7. *& infrà diſc.* 10. *&* 11. Et ſunt illa Abbatiæ Farfenſis, de quibus infrà *diſc.* 52. & frequenter *ſub tit. de emphyt. præſertim diſc.* 8. Et pariter intrat idem error adhibendi in feudis aliorum locorum, quæ regulanda ſunt cum legibus feudalibus ſeu cum regulis & propoſitionibus feudiſtarum, illas auctoritates quæ percutiant hanc ſpeciem, dum conſuetudo alteravit naturam feudalem, ſaltem in hac parte & per conſequens auctoritates, quæ percutiunt hanc ſpeciem recenſitæ *diſc. ſequen.* ſunt etiam extraneæ.

Quartus demum eſt caſus, in quo ſecluſis circumſtantiis alterativis particularibus, de quibus in tribus caſibus præcedentibus agatur de feudis veris & impropriatis niſi in aliqua parte accidentali; & tunc rectè intrat diſtinctio, de qua *in hoc diſcurſu* ac etiam *diſc. ſequenti &* 12. 8 inter feuda pacti & providentiæ, antiqua & nova; Ut ſcilicet in antiquis facultas deſit alterandi ordinem ſucceſſionis & præjudicandi ſucceſſoribus venientibus independenter ex perſona propria; Idemque in novis ex cauſa merè lucrativa.

Id autem non provenit ex peculiari natura feudorum ſive ex legibus, & regulis feudalibus, ſed etiam ex regulis juris communis, tam in emphyteuſi, ſeu livello, aut perpetua locatione, quam etiam in fideicommiſſo & in Jurepatronatus gentilitio, ſeu familiari, ut poſſeſſor non poſſit alterare ordinem ſuccedendi præſcriptum à Teſtatore, vel à donatore, ſeu à fundatore, dum ſucceſſores veniunt ab ipſo independenter, ſuumque Jus metiuntur ab ipſo primo diſponente vel acquirente, ut etiam in prædictis *diſc.* 55. *&* 57. *&* 134. *cum pluribus ſeqq.* & habetur etiam *in hoc Supplemento d. diſc.* 112. *cum pluribus ſeqq.* ubi de alienabilitate vel tranſitu ad fœminas, & in aliis.

Procedunt hæc cum præſuppoſito, quod alterativa diſpoſitio fiat ſine aſſenſu Domini, cum tunc iſta diſtinctio procedat de plano; Difficultas verò cadit, quando eadem alteratio fiat, cum licentia, & conſenſu Domini, ut erat in caſu præſenti, ac etiam in aliis, de 9 quibus *diſc. ſequenti &* 21. Et tunc, licet Scribentes in hac eadem cauſa ſuperiùs recenſiti, cum enuntiato collectorio abuſu indefinite magnos faciant allegationum cumulos hinc indè ſuper competentia & reſpectivè incompetentia poteſtatis Domini, præjudicandi ſucceſſoribus; Nihilominus idem dignoſcitur æquivocum quoniam multi Auctores percutiunt caſum illius Domini, qui ſit inferior, ideoque non habeat jura Supremi Principis, ac poteſtatem derogandi ultimis voluntatibus & tollendi jus tertii, ut ex caſu de quo *diſc. ſequenti* quod Dominus ſit Epiſcopus vel Prælatus inferior, utique non habens hanc poteſtatem; ideoque hujuſmodi auctoritates pariter extraneæ remanent à caſu præſenti vel ſimili in quo agatur de Supremo Principe habente hanc poteſtatem.

In iſto itaque ultimo caſu; Quamvis non deſint plerique eandem negantes poteſtatem, quoties non accedat juſta cauſa publicæ utilitatis ex plenè inſinuatis plu- 10 ries allegato *diſc.* 148. 177. *de Regalibus*; Attamen ex ex iis, quæ habentur eiſdem mox citatis locis, ac etiam *hoc eodem tit. ad materiam Bullæ Baronum diſc.* 73. *cum ſeqq. & ſub tit. de teſtam. diſc.* 72. ac etiam ſub altero *de fideic. diſc.* 141. *&* 161. *& ſeqq.* hodie in foro externo fabulæ ſpeciem redolet dubitare de hac poteſtate, cum facultas diſponendi de bonis ſuis poſt mortem, atque in eis adjiciendi ordinem ſucceſſionis inalterabilem proveniat ex benignitate legis poſitivæ, cui derogare poteſt altera lex poſitiva animata, qualis eſt Princeps; Et per conſequens quæſtiones reducuntur ad voluntatem, pro cujus regulatione, tam ad effectum non exercendi hanc poteſtatem, quàm ad alterum moderandi vel revocandi id, quod ejus vigore geſtum ſit intrat inſpectio juſtæ cauſæ, quæ adeſſe dicitur in caſu præſentis controverſiæ & in altero, de quo *diſc. ſeq* quod ſcilicet agatur de inducendo ordinem primogenituræ, quia ſic magis expediat ex rationibus *dicto diſc. ſeqq.* & alibi inſinuatis.

Dummodo tamen certa ſit voluntas Principis utendi 11 hac poteſtate adeout ſciens & volens illa uti voluerit, ſecus autem ubi ejus licentia, alium habeat finem, ſeu percutiat effectum, quia nempè agatur de licentia diſpenſativa prohibitionum, quas feudatarius habeat alienandi, vel alterandi abſque tamen hac voluntate tollendi jus tertii; iſtaque voluntas in præſenti deerat, ideoque juſtè contra primogenitum deciſum fuit, atque circa hanc voluntatem ultra deducta *dicto diſc.* 148. *de Regal conferendis* *dicto diſc.* 43. *de donat.*

Hinc patet, quod iſtæ dicuntur quæſtiones potius fa- 12 cti, quàm juris, decidendæ pro ſingulorum caſuum qualitate & circumſtantiis, quodque propterea clarus ac perpetuus remanet error, procedere cum generalitatibus, atque confundere auctoritates non diſtinguendo loca & tempora, aliaſque circumſtantias.

Ubi vero agitur de primo acquirente ex cauſa oneroſa; Quamvis concordare videantur DD. in concluſione, 13 ut ei licitum ſit, ceſſante lege vel conſuetudine particulari, attentiſq; terminis generalibus juris communis diſponere in præjudicium ſucceſſorum ex adverſo allegatis; Attamen ex originali doctrina *Bald. in Auth. ſi quas ruinas C. de Sacr. San. Ecc. & in l.* 1. *Cod. per quas perſon. nob. acquir.* quam ſequuntur alii plenè collecti

per Cialin. contr. *158. & ſequuta eſt *Rota in Forolivien. Caſtrorum deciſ.213.par.12.rec.confirmata 4. Maij 1668. coram Albergato*, adhiberi ſolet diſtinctio, an primus acquirens ſit pater, qui acquirat pro filiis, aliiſque deſcendentibus, vel ſit extraneus aut etiam Mater, ſive alter aſcendens per latus maternum; Ut ſcilicet primo caſu concluſio procedat, ſecùs autem in altero, Ex ea differentiæ ratione quod in primo caſu adſit obſtaculum prohibitionis legalis ſuper donatione inter patrem & filium & per conſequens id quod obtinent filii ex bonis & induſtria patris, remaneat in terminis peculii profectitii, quod dicitur eſſe in dominio patris, non autem filiorum, quibus propterea præjudicare poteſt; ſecus autem ubi agitur de aliis acquirentibus, in quibus hæc ratio non intret.

Atque hinc inferunt, idem dicendum eſſe in ipſomet patre, quoties non haberet filios in poteſtate, ſive quod actus eſſet juratus dum ex veriori, magiſque recepta ſententia juramentum tollit obſtaculum juris civilis atque validat donationem inter patrem & filium, ut præſertim ad rem *apud Dunozettum deciſ.915*.

Verùm id continere videtur unam ex conſuetis noſtris leguleieis ſimplicitatibus, quoniam iſtud aſſumptum, ut primus acquirens titulo oneroſo præjudicare valeat ſucceſſoribus, pro quibus inveſtituram ex pacto & providentia propria, non autem ex illa Domini acquiſivit, originaliter provenire videtur potiùs à legibus, ſeu conſuetudinibus feudalibus earumque interpretatione, quam à legibus civilibus Romanorum; Et per conſequens clarum videtur æquivocum; id regulare cum ſubtilitatibus juris civilis, atque referre prohibitioni donationis inter patrem & filium, quoniam ut advertitur in *hoc tit. diſc. 2. & diſc. 36.* de tempore quo prodierunt iſtæ conſuetudines non habebatur notitia, nec memoria legum civilium, juxta earum hiſtoriam, latius enarratam *in diſc. 1. de ſervitut.* ad quod forte non advertit *Bald.* de tempore, quo in lecturis id aſſeruit, tanquam Civiliſta, non autem feudiſta; Quamvis etenim hic doctiſſimus & ingenioſiſſimus Juriſconſultus, magnaque juris lucerna, de quo noſtri dicere ſolent, quod omnia ſciverit, doctè ſcripſerit etiam in materia feudali; Nihilominus ut conſtans traditio eſt, id contingit in ætate provecta, poſtquam per Reginam Joannam primam evocatus & conſultus ſe agnovit in materia feudali parum verſatum, unde coactus fuit ſe facere quodammodo diſcipulum magni feudiſtæ *Andrea de Iſernia*, ac propterea hujus ſtudio ſe dedit & ſuper eis ſcripſit probabiliter poſt dictas lecturas editas.

Præterea juramentum, quod in hujuſmodi actibus interponi ſolet percutit obſervantiam conventionis inter Dominum & Vaſſallum ſuper fidelitate & ſervitio aliiſque in conventione deductis, non autem ſtipulationem pro filiis & deſcendentibus, ſive pro tranſverſalibus, quorum favore acquirere voluit, dum iſtorum reſpectu actus continet ſimplicem vocationem cum ordine ſucceſſivo poſt ejus mortem tanquam per ſpeciem impliciti fideicommiſſi, quod ità in bonis per ipſum quæſitis ordinare, ſeu imprimere voluit juxta diſtinctionem de qua infrà *diſc. 75.* Illaque donatio, quæ favore filiorum & deſcendentium vel aliorum, de quibus inveſtitura loquitur, dicitur potius præſumpta, ſeu à lege ſubintellecta.

Et per conſequens utpote collata poſt ejus mortem
14 ſapit potius donationem cauſa mortis, juxta illam implicitam donationem, quæ ineſſe dicitur in acquiſitione officiorum, ſeu locorum Montium ad favorem alicujus, ut apud *Dunozettum deciſ. 560. & 579.* & habetur *diſc. 24. de Regalib.* ac propterea eſſe debet ad libitum revocabilis, etiam tacitè per contrariam diſpoſitionem ſive donatarius ſit in poteſtate ſive non.

Cumque hujuſmodi feuda empticia frequentiùs magnum habeant pretium, quod penè integrum acquirentis aſſem abſorbere ſolet, & quandoque excedere. Utique prorſus improbabile eſt, ut acquirens ita implicitè voluerit ſe privare bonis ſuis, & libertate de eis diſponendi cum quadam occulta vel ſubintellecta donatione, quam ipſe numquam forte in animo habuit, ut etiam in materia emphyteutica advertitur. Multò verò magis ultra alia accedant argumenta iſtam donandi voluntatem excludenda, ut advertebam *in una Mutinen.* pro Comite, Cæſare Rangono, de qua agitur *tit. de dote in hoc Supplemento*.

Deciſiones autem ſuperiùs allegatæ *in Forolivien. Caſtrorum coram Albergato*, quarum prima eſt impreſſa *deciſ. 213. par. 12. recent.* Sunt veræ in caſu ſuo ſed non bene ex eis deducitur concluſio generalis, cuicumque caſui applicabilis; Ibi etenim, ultra difficultates, quæ habebantur an ille dici poſſet, nec ne primus acquirens titulo oneroſo, nulla aderat ipſius acquirentis expreſſa diſpoſitio in contrarium, ſed quæſtio erat cum fiſco odibili & pœnali tanquam hærede anomalo, ratione confiſcationis ob delictum ſive cum Domino directo prætendente devolutionem ex eadem cauſa *ut advertitur infrà diſc.131.* Ideoque tantum abeſt, quod adeſſet contraria diſpoſitio, quod potius ipſius acquirentis jam defuncti voluntas aſſiſteret ipſis ab inveſtitura vocatis in excluſionem fiſci, ex iis, quæ habentur *ſub tit. de Regal. diſc. 160. & ſub tit. de legitim. diſc. 14* & alibi; Et ſic poſita etiam implicita donatione cauſa mortis dum illa revocata non erat, rectè operativa remanebat; Unde propterea in dies edocemur, quàm erroneum ſit capere deciſiones & doctrinas generaliter & in ſola littera non reflectendo ad præciſas caſuum circumſtantias, ex quibus jus adeò variatur. 15

Nimium quoque inſiſtebant Scribentes pro primogenito, in motivo individuitatis feudi ratione dignitatis, quam contendentium pater adjici curaverat à proprio Principe, mutando forte motivum ab iis, quæ jam à me motivata fuerant in alia *Mutinen.* de qua ſuprà *diſc. 8.* undè propterea, ut patet ex eorum laboribus regiſtratis apud *Marzium* ubi ſupra, magnus fiebat cumulus auctoritatum ad probationem hujus individuitatis. 16

Verum pariter in hoc puncto dignoſcebatur idem vitioſum æquivocum, conſarcinandi, ſeu confundendi authoritates inter ſe diverſas, dum illæ Scriptorum utriuſque Regni Siciliæ omninò extraneæ remanent, ob ſupra inſinuatam illorum feudorum naturam generalem; Aliæ verò auctoritates Germanorum & Lombardorum percutiunt diverſam ſpeciem feudorum, illorum ſcilicet regalium, & veræ dignitatis, quorum ſucceſſio regulatur ad inſtar Regnorum, & ſupremorum principatuum, quibus individuitas eſt magis connaturalis ob inconvenientiam, quæ reſultare poſſunt, ideóque exindè inferri non poteſt ad ſpeciem hujuſmodi feudorum inferioris ordinis, quæ potiùs dici poſſunt ſubfeuda, quam feuda, dum ipſe concedens eſt feudatarius Imperatorius, atque dignitas eſt potiùs abuſiva, ideoque in eis viget conſuetudò, ut ſint dividua in fruitione & exercitio, conſiderando ſolum quandam fictam, ſeu intellectualem individuitatem habitualem, conſiderabilem ad diverſum effectum æqualis concurſus omnium linearum ad portionem defectam, juxta caſum de quo *d. diſc. 8.* & ſic ad effectum favorabilem potius quàm præjudicialem; Et per conſequens repetere, & inculcare oportet eundem errorem confundendi auctoritates, non diſtinguendo earum diverſas circumſtantias.

Et ulterius ad excludendam voluntatem Principis præjudicandi tertio tollendo jus quæſitum, rectè intrabant ea, quæ habentur *hoc tit. diſc. 44. & 45.* quod ſcilicet abjectio tituli vel dignitatis, etiam cum expreſſo ordine primogenituræ non tollat jus ſecundogenitorum, quamvis iſtud motivum ſolum & de per ſe videretur periculoſum. 17

MANTUANA FEUDI,

Pro MARCHIONE JULIO CÆSARE GONZAGA,
Cum MARCHIONISSA FRANCISCA GONZAGA, SEU MARCHIONE OCTAVIO GONZAGA EJUS FILIO.

Caſus deciſus per Rotam pro Marchione Julio Cæſare deinde ſopitus per concordiam.

Aloyſius primus
Joannes Petrus
Ludovicus
Silvius — Curtius — Claudius
Ludovicus — Claudius
Ludovicus Poſthumus — Franciſca — Julius Cæſar
Octavius.

De eadem materia diſcurſus præcedentis, ſcilicet, An feudum ex pacto, & providentia antiquum poſſit erigi in primogenituram, & an ab ea ſemel erecta poſſit recedi.
Et de qualitate feudorum Epiſcopatus Mantuæ.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Feudum impropriatum. & redactum ad naturam allodialem poteſt erigi in primogenituram.*
3 *Quod declaratur.*
4 *Feuda Mantuæ ſunt alienabilia, & in commercio de conſuetudine.*
5 *Accedente tamen aſſenſu Domini.*
6 *An hic aſſenſus requiratur pro forma, vel pro ſolo intereſſe Domini.*
7 *Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione reſervatum, an ſit neceſſarium, etiam ubi aliàs non requiritur.*
8 *Nullitas actus geſti à minore, an poſſit allegari à tertio.*
9 *Venia ætatis à quo concedi poſſit.*
10 *Donatio facta pro filiis, & deſcendentibus non poteſt revocari de conſenſu primi donatoris.*
11 *Tranſactio, an obſtet ſucceſſoribus venientibus jure proprio.*
12 *Quæ ſufficiunt ad removendum unum impedimentum, non ſuffragantur ad removendum duo, & ideò conſuetudo Mantuana diſponendò de feudis, non capit aliud vinculum particulare.*
13 *Tranſactio tunc nocet ſucceſſoribus venientibus jure proprio. quando ex bona fide ſuper re ſatis dubia.*
14 *Princeps an poſſit derogare fideicommiſſis, & primogenituris, vel alias tollere conventiones.*
15 *Quid ubi agitur de Bonis Eccleſiaſticis.*
16 *Hæres non poteſt impugnare factum ſui auctoris etiam ex jure proprio, quatenus vires hæreditariæ ſuppetant.*
17 *Per diviſionem, an cenſeatur renunciatum fideicommiſſo. ſeu alterata Inveſtitura, vel erectio primogenituræ.*

DISC. X.

1 FEudum, quod juxta ſeriem, ſupra latius in alia Mantuana feudi, ſeu Bononium narratam, Aloyſius primus Gonzaga de anno 1233. acquiſivit ab Eccleſia Mantuana, in plures hujus inſignis adeò prærogatæ familiæ ramos, ſeu colonellos diviſum, pro quibuſdam portionibus obvenit in Curtium, Claudium ſeniorem fratres, ac Ludovicum & Claudium juniorem, ex Silvio fratre natu majore prædefuncto Nepotes in minori ætate conſtitutos, per quos, accedente auctoritate Tutoris, ſeu Curatoris dictorum Ludovici, & Claudii, ac etiam diſpenſatione, ſeu ætatis venia concesſa per Mantuæ Ducem ſuper dictorum minorum habilitatione ad contrahendum, erecta fuit in his portionibus primogenitura, effectum primo ſortitura in linea maſculina dicti Ludovici tanquam filii Silvii primogeniti, & deinde in aliis lineis, ſemper tamen in maſculis juxta eundem primogenituræ ordinem, prout effectum ſortita eſt in dicto Ludovico, & ſucceſſivè in altero Ludovico ejuſdem filio poſthumo in præinſerta arbore deſcripto; Et quamvis de ejuſdem Ducis Mantuæ auctoritate poſt aliquos annos inter dictas partes ſeu aliquorum eorum deſcendentes, deventum eſſet ad quandam diviſionem prædictæ primæ conventioni in aliquibus contrariam, attamen ſemper dictæ feudorum portiones per dictos primogenitos poſſeſſæ fuerunt.

Sequuta verò morte dicti Ludovici junioris, ortaque controverſia ſuper ejus ſucceſſione in dictis bonis feudalibus, inter Marchioniſſam Franciſcam morientis germanam Sororem, & Marchionem Julium Cæſarem Claudii junioris filium, in partibus judicatum fuit ad favorem Julii Cæſaris maſculi, tam ex diſpoſitione Juris communis feudorum, quam Statuti Mantuani, quorum utrumque defert feudalem ſucceſſionem maſculis in fœminarum excluſionem, Devoluta vero cauſa ad Rotam, iſta quoad punctum ſucceſſionis in contrariam fuit ſententiam, ſucceſſionem nempè debitam eſſe Franciſcæ Sorori, uti proximiori, excluſo Julio Cæſare patruele, ex rationibus de quibus *diſcurſu ſequenti.*

Quare per eundem Julium Cæſarem aſſumpta fuit diſputatio ſuper ejus ſucceſſione in vim dictæ primogenituræ, quam non eſſe attendendam prætendebat Marchio Octavius Franciſcæ interim defunctæ filius, ex ejus invaliditate, vel revocatione, dictam invaliditatem ex pluribus deducendo. Primo nempè, quod feudum antiquum de ſui natura dividuum ex pacto, & providentia, non poterat in præjudicium ſucceſſorum ex propria perſona venientium erigi in primogenituram; Secundo, quod cum erectio facta eſſet ſub reſervatione Beneplaciti Apoſtolici, eo non obtento, corruit; Tertiò, quod uti facta per Ludovicum, & Claudium juniorem minores non ſervatis debitis ſolemnitatibus, non ſuſtineretur, non obſtante venia ætatis conceſſa per Ducem, quia hæc non niſi per Imperatorem concedi poteſt; & Quartò, quod in omnem caſum à dicta erectione ex nova conventione cum ejuſdem Ducis auctoritate inita, receſſum fuerit. Quibus omnibus non obſtantibus *Rota ſub die 27. Januarii* 1659. *coram Verospio* reſpondit pro primogenituræ validitate, & obſervantia, & in eadem deciſione, parte iterum audita perſtitit *ſub die 30. Maii ejuſdem anni coram eodem* & probabiles reflectendo etiam ad veritatem viſæ ſunt reſolutiones.

Quatenus igitur pertinet ad primum objectum, Ego, & cæteri pro maſculo ſcribentes dicebamus, ex jam firmatis per Rotam in duabus præcedentibus deciſio- 2
nibus ad favorem fœminæ, *de quibus in ſequenti*, iſtud non eſſe feudum rectum, & proprium, feudorum jure regulandum, ſed omninò impropriatum, ac ſola feudi nuncupatione retenta, tanquam allodium potiùs reputandum, ideoque ab eo licitè erigi potuiſſe primogenituram, allegando ad hoc auctoritates. *Roland. conſ. 42. num. 16. vol. 1. & conſ. 1. num. 47. lib. 3. Roſenthal. de feud. cap. 7. concluſ. 11. num. 20. Cephal. conſ. 3. num. 11. & conſ. 608. num. 44. Mandell. conſ. 382. num. 64. Card. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 7. tit. 9. num. 4. Peregr. de fideic. art. 6. num. 18. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 631. num. 1 Giurb. dec. 108. num. 17. & ſeqq. Milanen. dec. 8. num. 17.*

Digitized by Google

8. *num.* 17. *&* 18. *par* 1. Unde inferebamus non poſſe fœminam contradictoria allegare, atque feudorum legibus vivere, & non vivere, prout ſibi magis expediret, ſed adſtrictam remanere ab inevitabili dilemmate, quod aut volebat eſſe feudum rectum, & proprium, feudorum jure regulandum, aut corruptum, & improprium jure allodialium cenſendum; Si primo caſu, ergo non ſubſiſtebant deciſiones emanatæ ſuper ſucceſſione quæ maſculo ex claris Juribus feudalibus debetur, *ut in ſequenti*; Si autem in ſecundo, ergo controvertere non poterat primogenituræ erectionem, & hoc motivum amplexum fuit per Rotam in utraque deciſione.

Verum illud ita generaliter, & abſtractè ſumptum, mihi videbatur parùm tutum, quoniam impedimentum erectionis in primogenituram, non ſolum provenit ex jure feudorum, ſeu feudali qualitate, ſed mili-
3 tat etiam in bonis allodialibus, quæ ex concedentis, vel primi acquirentis providentia, quodam jure fideicommiſſi donata fuerunt ab initio omnibus deſcendentibus, ſeu ſanguinis hæredibus, in quorum præjudicium, ſicuti poſſeſſores alienationes facere non poſſunt, ità neque hujuſmodi reſtrictiones ſeu præelectiones, quæ in ſolis fideicommiſſis conſervatoriis permiſſa ſunt, non autem in ſucceſſivis, & reſtitutoriis, juxta diſtinctionem *text. cum ibi notatis in l. unum ex familia ff. de legat.* 2. *de qua plene, & magiſtraliter Bellon. jun. conſ.* 1. *ac habetur ſæpius ſub titulo de fideic. præſertim in Romana fideic. de Boncompagnit. in Romana hæreditatis de Spatis & in aliis.* ideoque parum refert, an bona ſint feudalia, vel allodialia, quia utroque caſu idem militat impedimentum.

Et licet ex peculiari qualitate alienabilitatis reſultan. & conſuetudine de qua infrà, juſta ſit dicta reſolutio, attamen id non provenit ratione improprietatis feudi, quia ſive illud ſit proprium ſive improprium, ſi eſt hæreditarium, vel alienabile, recipere poteſt hujuſmodi primogenituræ qualitatem, de qua cæteri deſcendentes vel ſanguinis hæredes conqueri non poſſunt, dum poſſeſſor poterat in totum alienare, & ſic facere illud, quod eſt plus, ut habetur *in proxime præcedenti Mutinen. feud.*

Hinc propterea diſtinctio, an ſit feudum proprium, vel improprium, nullius remanet operationis, niſi circa validitatem, vel invaliditatem actus, ob deficientem conſenſum Domini directi, qui neceſſarius eſt in quacumque alienatione vel diſpoſitione, quæ tangat ſubſtantiam feudi recti, & proprii ex diſpoſitione *text. in cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per feder.* ſed non in alienatione feudi impropriati jure allodii reputandi, quæ ſub dicta prohibitione non venit, & hæc eſt ratio, cum qua procedunt pleræque ex auctoritatibus allegatis, ſed de hoc aſſenſus defectu quærendum non erat in præſenti dum jam aderat licentia Epiſcopi, & Domini directi, circa quam ſolùm remanebat difficultas qualificationis Beneplaciti Apoſtolici in ea reſervati, de qua infra in tertio objecto.

Solidum igitur, ac tutum motivum videbatur illud alienabilitatis hujuſmodi feudorum, ſeu bonorum, reſultantis à particulari conſuetudine feudorum Epiſcopatus Mantuæ, quinimo totius Mantuanæ, & Montisferrati Ditionis, licet enim Inveſtitura contineat formulam pacti, & providentiæ, quia tamen major pars bonorum in hujuſmodi Eccleſiaſticis, vel temporalibus feudis conſiſtere ſolet, id circo ratione commercii, quod aliàs quodammodo in ea Regione prohibitum eſſet, conſuetudo induxit hujuſmodi feuda de ſo-
4 lo conſenſu Domini eſſe liberæ diſpoſitionis, ac per poſſeſſorem alienabilia in præjudicium agnatorum, & ſucceſſorum, quamvis ex propria perſona Jure Inveſtituræ venientium, ut in ſpecie de hac conſuetudine Mantuana teſtatur *Dec. conſ.* 586. *n.* 5. *Soccin. jun. conſ.* 72. *n.* 75. *lib.* 1. *& conſ.* 92. *n.* 14. *vol.* 4. *Curt. jun. conſ.* 171. *n.* 1. *Pariſ. conſ.* 13. *n.* 27. *lib.* 1. *Gozzad. conſ.* 90. *n.* 13. *& ſeqq. Marta conſ.* 192. *n.* 14. *Giovagnor. conſ.* 45. *n.* 10. *vol.* 2. *Mandell. conſ.* 61. *Burſatt. conſ.* 3. *n.* 47. 29. *n.* 2. 40. *n.* 1. 49. *n.* 21. 127. *n.* 60. 171. *num.* 54. *Ciriac. controv.* 324. *num.* 1. *ac alii communiter, & admiſit Rota in Mantuana bonorum* 16. *Maii* 1654. *coram Cerro § qui omiſſis atque in dictis hujus Cauſæ deciſionibus*, quia eſt conſuetudo vera, & recepta, ex ſatis probabili jam dicto motivo commercii conſervanda, ex quo in aliis etiam locis eadem irrepſit conſuetudo, ut præſertim habemus in emphyteuticis conceſſionibus Abbatiæ Farſen. cujus Inveſtituræ formula eſt abſque dubio pacti, & providentiæ, & tamen ea bona ſunt alienabilia in præjudicium Agnatorum, ut habetur *ſub titulo de emphyteuſi in Farſen. Bonorum, & in aliis*, in quibus conſimiles conſuetudines, in Lombardia præſertim, & Æmilia recenſentur, & hoc videbatur ſolidum hujus Cauſæ motivum, non autem præcedens impropriationis feudi, quæ vel neceſſaria non eſt, vel non ſufficit.

Cum autem dicta conſuetudo poſtulet Domini con-
ſenſum, ut omnes allegati affirmant, & præſtitus per 5
Epiſcopum Dominum directum in hujuſmodi primogenituræ erectione, qualificatus eſſet à clauſula reſervationis Beneplaciti Apoſtolici nunquam obtenti, idcircò ex hoc defectu non levis reſultabat difficultas, quam tollere non videbatur reſponſio, quod ſcilicet ſtante feudi impropriatione, neceſſarius non eſſet Domini conſenſus, præſertim ex clauſula *ad habendum* in Inveſtitura contenta, & bene extenſa, cum verbis liberam diſponendi facultatem continentibus, cui motivo ſatis inhærent deciſiones.

Hanc namque reſponſionem ſuffragari dicebam ad evitandam nullitatem, quæ ab ipſo Domino, ſive ab alio ob ejus non adhibitum conſenſum allegaretur, atque tunc intrat inſpectio, an ille de jure requiratur, vel ne, ſecùs autem ubi agitur ad effectum præjudicii Agnatorum habentium intentionem fundatam in lege Inveſtituræ, eatenus excludendorum, quatenus obſtet dicta conſuetudo, quæ eſt qualificata, *quatenus nempe accedat Domini conſenſus*, qui proindè licèt aliàs de jure non neceſſarius, videtur ita requiſitus pro forma per conſuetudinem aliàs non intrantem, potiſſimè quia non deſunt volentes iſtum conſenſum Domini, etiam attenta dicta conſuetudine requiri pro forma *ut per Roſenth. c.* 9. *concl.* 58. *n.* 44. *&* 45. licet *Ciriac. contr.* 598 *n.* 15 *& ſeq.* dicat ſufficere quod ille ſuperveniat poſt 15. dies.

Sed difficultas ceſſare viſa eſt ex duabus ſolidis reſ- 6
ponſionibus, una nempè quod Domini conſenſus non videtur per dictam conſuetudinem deſideratus pro forma ſubſtantiali, & annullativa, ſed ſolùm pro intereſſe ejuſdem Domini, cujus utilitas in hujuſmodi feudis conſiſtere ſolet in laudemiis, & recognitionibus pro alienationum aſſenſibus, vel renovationibus ſolvi conſuetis, ut eſt in dicta Abbatia Farſen. de qua ſuprà, & in aliis præſertim clarius, quia iſta ſpecialis Inveſtitura continet clauſulam *ad habendum* clare extenſam cum facultate diſponendi, vel alienandi, etiam Epiſcopo contradicente.

Et altera, quia reſervatio Beneplaciti Apoſtolici facta erat cum clauſula *quatenus opus*, ideoque neceſſaria non erat ejus impetratio, ubi jure cautum non ſit
omninò requiri, quod procedit etiamſi dicta clauſula 7
non eſſet adjecta, cum de jure ita reſervandum intelligatur *Gabr. conſ.* 92. *num.* 7. *lib.* 1. *Seraph. dec.* 1027. *num.* 7. *&* 1319. *num.* 1. *Buratt. dec.* 110. *num.* 23. *Adden. ad Gregor. dec.* 192. *litt. A. in fine, & paſſim in aliis* quia eſt receptiſſima, & quotidiana propoſitio.

Eatenùs enim Beneplaciti neceſſitas, etiam in caſibus, quibus de jure non requireretur reſultat, quatenùs illis reſervatio præcisè à contrahentibus cum Clauſula, *& non aliàs*, facta eſſet, cum tunc illud requiri dicatur, non ex Juris diſpoſitione, ſed ex partium conventione, tanquam implementum conditionis, ſine qua partes noluerunt aliàs contrahere, ut ità diſtin-
guendo

guendo firmatur in hujus Cauſæ deciſionibus, *& apud Gregor. dicta dec.192. Ottubon. dec.147. num. 7. & 8. plenè in Bononien. primogenituræ 14. Februarii 1656. coram Bichio impreſſ. poſt Bonden. dec. 30. de quo ſub titulo de fideicommiſſis, & frequenter in aliis*; Incongruum enim eſſet ut in omnimoda alienatione in extraneos, ſolus Epiſcopi aſſenſus ſufficeret, & ſufficere non deberet in adeò rationabili actu, feudorum naturæ magis congruo, qui fit inter eaſdem perſonas à lege Inveſtituræ vocatas, & ſub ea comprehenſas.

Tertium objectum ſatis levis ponderis viſum fuit, reſpectu enim Ludovici, omninò fatuum videbatur deduci poſſe nullitatem illius actus, qui ejus omnimodam ac præcipuam utilitatem in aliorum præjudicium con-
8 tinebat, dum in eo, tanquam primogenito nedùm propria ſed etiam omnium aliorum portiones conſolidatæ fuerunt, Reſpectu verò Claudii, quatenus etiam aliqua nullitas conſiderari poſſet, illa tanquam ejus favore inducta, ab ipſo tantùm ejuſque hæredibus eſſet allegabilis, non autem à tertio, juxta doctrinam *Bart. in l. eleganter num.3. verſ. dicit gloſſ. ff. de dol. mal. Surd. conſ. 284. n.7. cum ſeqq. Rot dec. 133. num.12. par. 2. diverſ. & deciſ.179. n.5. par.5. recent. & in Fanen. dotis 13. Martii 1642. §. Et ceſſat omnis difficultas coram Cerro*, & in his præciſis terminis minimorum advertit *Surd. dec. 108. n.1. in fine, & n.2 ac firmatur in eadem ultima deciſione hujus puncti §. Sol mutatam.*

Maximè quia pars adverſa non allegabat hujuſmodi nullitatem excipiendo, quo caſu intrare forſan poſſet diſtinctio, an invaliditas actus reſultet à jure communi, per quod non inducitur nullitas ipſo jure ſed ope exceptionis, unde propterea neceſſaria eſt minoris declaratio, qua pendente actus dicitur habere implicitum ſtatum validitatis, quia poteſt minor non declarare, ac ratum habere; Vel nullitas ipſo jure inducta ſit à ſtatuto, quod propter bonum publicum actui omnino reſiſtat, ita ut abſque alia declaratione, deſperata ratificatione nullus dicatur, ideoque nullitas tanquam clare excluſiva juris agentis per tertium, qui ſit reus, & poſſeſſor, allegari valeat, *ex deductis per Burſatt. conſ.82. Gratian. diſcept.691. Surd. dec.108. num.11. & cæter.*

Sed allegabatur agendo, quo caſu, nulla Juris auctoritas, vel ratio ſuadere videtur, ut id licitum eſſe poſſit, ut benè probat *Scaccia de Iudiciis lib. 2. cap.7. n. 40. & ſeqq.* præſertim in præjudicium ejuſdem minoris, ſeu ejus hæredis, cujus ex eventu intererat actum eſſe validum, & ſubſtineri, dum Marchio Julius Cæſar erat filius & hæres Claudii, tunc enim videtur caſus indubitatus, *ut per Ciriac. controv. 321. num. 70.*

Sed & hanc nullitatem omninò ceſſare dicebam pro-
9 pter ætatis veniam à Duce conceſſam, quam concedi poſſe per hujuſmodi Duces, & Principes quamvis feudatarios, & Imperatorem, vel Papam in Superiorem recognoſcentes, videtur hodie ex communi praxi abſolutum, ac habetur fortè actum *in Vrbinaten. pecuniaria ſub tit. de donat.*

Maximè ubi non agitur de venia generali habilitante minorem ad omnes, & quoſcumque actus, ſed de ſpeciali ad unum actum tantùm, quo caſu nec de poteſtate dubitatur, nec aliud Judicis Decretum requiritur, ut ita diſtinguendo habetur *per Surd. dec. 268. num.1. & 11.* ubi concordantes, & per alios, de quibus in dicta ultima hujus Cauſæ deciſione *§. & licet.*

Major igitur, ac tota difficultas reſidebat in quarto objecto receſſus quamvis enim ex parte noſtra diceretur, quod tot ſint donationes, quot ſunt perſonæ ſucceſſivis temporibus vocatæ, ita ut omnibus ab initio
10 Jus principaliter quaſitum dicatur, ideoque non poterant erectores, qui ad actum per viam irrevocabilis donationis proceſſerant, illam revocare in præjudicium ſucceſſorum, quibus jam fuerat Jus quæſitum, quamvis etiam adhuc non natis propter proprii parentis ac Notarii ſtipulationem, juxta veriorem ſententiam quicquid aliqui in contrarium attentent, *ex deductis per Menoch. conſ.211. n. 15. Molin. de primogenitura lib.1. c. 6. n. 45. plenè Rota in Romana donationum 28. Ian. 1656. & 25. Maij ſequentis anni coram eodem Veroſpio, in alia Romana Donationis 3. Iunii 1658. & 21. Ian.1659. coram Cerro & in aliis*, quia eſt receptiſſima concluſio, quam in utraque hujus Cauſæ deciſione Rota recipit, & habetur ſæpiùs in ſua materia *ſub tit. de donat.*

Nihilominus ex adverſo ſcribentes, dictam concluſionem ſimpliciter non impugnantes, eam evitari replicabant ex pluribus, primò nempè ex jam dicta conſuetudine Mantuana, per quam hujuſmodi feuda quamvis agnatis, & Sanguinis hæredibus jure proprio debita, ſiunt per poſſeſſores alienabilia cum Domini conſenſu in hoc receſſu jam accedente *ex deduct. per Ciriac. contr. 581. num. 12. & ſeq.* Secundò quia receſſus non fuit ſimpliciter voluntarius, & ſine cauſa, ſed per viam concordiæ, ad lites inter eos exortas ſedandas, undè inferebatur etiam ſucceſſoribus jure proprio venientibus, illam præjudicare, cum hæc ſit concordiæ pecu- 11
liaris natura *ex deductis per Ciriac. contr. 3. & ſeq. Peregr. de fideic. art.40. num.166. & alios benè congeſtos in Romana. Succeſſionis de Comitibus 26. Iunii 1647. & 26. Iunii 1648. coram Ghiſlerio impreſſ. dec.43. & 48. poſt. Conſil. ad Peregr.* cum quibus ſæpiſſime in aliis proceſſum fuit ut habetur *in dicto Orbinaten. ſub tit. de donationibus, & frequenter ſub tit. de fideic. & in terminis feudalibus Gratian. diſcep. 476.* & tertiò demum hujuſmodi conventionem auctorizatam eſſe per Ducem tanquam Principem, cum omnium, & quorumcumque derogatione, ex quo ultimo actu omnem difficultatem ceſſare dicebant.

Ad primum autem motivum dictum fuit, conſuetu- 12
dinem operari ſolùm remotionem reſultantem à diſpoſitione Juris, ſeu à lege Inveſtituræ, ſed non tollere aliud impedimentum reſultans à partium conventione, cum hoc nullibi cautum reperiatur, regula vero Juris eſt, ut ea, quæ ſufficiunt ad unum tantum impedimentum removendum, non ſuffragentur, quoties ſunt duo, ut bene probatur in puncto per *Ciriac. contr. 23. num. 26. cum ſeqq & controv. 324. num.3. Manent. deciſ.1. n. 47. & dec. 2. num. 4. & 14.* ubi quod dicta conſuetudo operatur circa feuda conceſſa in forma ſolita, & communi, & firmatur in ultima deciſione 30. *Maji* 1659. ac videtur veritas irrefragabilis, quia conſuetudo aliud non operatur, niſi quod reducit hæc feuda aliàs de ſui natura inalienabilia, & extra commercium, ad alienabilitatem, & commercium liberum, adinſtar quorumcumque aliorum bonorum allodialium, & liberæ diſpoſitionis, undè quemadmodum in ipſis bonis verè allodialibus, ſi primogenitura per contractum erecta eſſet non poſſent erectores ex intervallo ab ea recedere in præjudicium eorum, quibus jus quæſitum fuerat, ideo multo minus in præſenti, cum non poſſit plus operari fictio quàm veritas, neque amplioris qualitatis poſſint eſſe bona aſſimilata, ſeu adinſtar, quàm ſunt ea, quibus aſſimilata ſunt.

Ad ſecundum motivum tranſactionis, dicebatur con-
clusionem ſupra deductam eſſe quidem veram, quoties 13
tranſactio per feudi, vel fideicommiſſi poſſeſſores inita eſt bona fide, ſecùs autem ſi mala, quia tunc tanquam actus merè voluntariæ alienationis, ſub tranſactionis palliato nomine initus; non eſt aptus præjudicare ſucceſſoribus, ut ita diſtinguendo firmatur *in eiſdem deciſionibus Romana de Comitibus coram Ghiſlerio, in Romana manutentionis 27. Martii 1658. coram Albergato, Romana fideicommiſſi de Maximis 1. Ian. 1649. Cerro dec. 172. n. 21. par. 10. rec. & apud Rotas in Bonon. fideicommiſſi de Blanchis 14. Decembris 1646. & 20. Iunii 1647. inter eius impreſſ. deciſ. 312. & deciſ. 343.*

Bonæ verò, vel malæ fidei inſpectio pendet ab eventus litis dubietate, quæ nulla in præſenti aderat ſuper primogenituræ validitate, ſed ſuper aliis ipſarum partium controverſiis, ad quas dirimendas, licitum non erat,

Digitized by Google

ſuper re à lite diverſa tranſigere. Tunc enim tranſactio bona fide inita, per feudi, vel fideicommiſſi poſſeſſorem, obligat Succeſſores jure proprio venientes, quando dici poteſt utile negotium pro eis geſtum eſſe, quia nempè ita ſit evitatus dubius litis eventus, ex quo poterat totum amitti, ideò melius fuit partem ità in tuto ponere, ſecùs autem, ubi ob controverſiam ratione pertinentiæ inter plures aſpirantes ad fideicommiſſum, vel ubi jus ſucceſſorum in totum deſtruitur, quia tunc nulla ſubeſt ratio, quæ actum ſalvare poſſit, *ut pluries in dicta ſua materia de fideicommiſſis.*

14 Undè dicta duo motiva ſatis levis ponderis viſa ſunt, Urgere tamen videbatur tertium reſultans ex auctoritate Principis, cujus poteſtatem circa deſtruendas, vel alterandas primogenituras licèt aliqui impugnent, ex deductis *per Palzaz. de Majoratu, part.1. quæſt.2. n.8. & 10. Giurb. de ſucceſſ. feudorum prælud 5. num.9. cum aliis deductis in Mutinen. feudi proximè præceden.* nihilominùs quicquid ſit quoad feuda, quoad fideicommiſſa tamen, illa poſſe per Principem tolli, docet quotidiana obſervantia, & pleniùs deductum habetur infrà ſuper materia Bullæ Baronum hoc titulo *In Romana pecuniaria pro Creditoribus Marchionis Paluvicini & aliis.*

15 Et quamvis ex parte noſtra replicaretur, poteſtatem Ducis utpotè Principis ſæcularis attendendam non eſſe in hujuſmodi feudis Eccleſiaſticis, ex iiſdem, quæ pro excluſione Statutorum Mantuæ firmaverat Rota in hac eadem Cauſa ſuper puncto Succeſſionis, *ut in ſequenti*; Verebar tamen hoc eſſe debile refugium, quia Princeps, ita non ſtatuit ſuper bonis Eccleſiaſticis, ſed ſuper contractu Laïcorum, & ſubditorum, eorum perſonas habilitando ad gerendum id, quod aliàs de jure gerere non poſſent, ac tollendo perſonis ſucceſſorum pariter ejus ſubditis illud Jus, quod ob contractum quæſitum eſſe poſſet ex diſpoſitione Juris, cui Princeps derogare poteſt, undè nullatenus ejus factum, nec directè, nec indirectè percutiebat ipſa bona, in quibus Eccleſiæ non præjudicatur, quia res reducitur ad formam Inveſtituræ, & magis Eccleſiæ intereſt habere plures Vaſſallos, cùm aliàs non niſi unum haberet, ac etiam quia dubitari poteſt de hoc aſſumpto, quod hæc feuda ſint Eccleſiaſtica *ex motivatis per Ciriac. contr.552.* ſuper quo tamen relinquitur locus veritati.

16 De alio etiam ſolidiori objecto, poſt dictas deciſiones excitato, ex hac parte timeri poterat, quod nempè Marchio Julius Cæſar eſſet hæres Claudii Patris, qui contractum diviſionis, ex quo receſſus inducebatur, inierat, & ad ejus obſervantiam ſe obligaverat, undè Julius Cæſar hæres non poterat proprii auctoris factum impugnare, ſed quatenus vires hæreditariæ ſuppeterent, tenebatur illud præcisè ratum habere, etiam in Juribus ex propria perſona competentibus *ad text. in l. cum à matre, C. de rei vendic. & l. vendicantem ff. de eviction.* juxta veriorem ſententiam, quam reprobata *deciſ. 93. Grammatici firmant Franch. deciſ. 83. num 3. Fuſar. de ſubſtit. q 557. num.1. & ſeqq. Buratt. deciſ.275. num 12. add. ad eam deciſ.326. num.3. plenè Rota in Romana reſidui dotis 11. Dec.1658. & 7. Iunii 1660. coram Cerro, ubi concordantes*, cum ſit hodie concluſio receptiſſima, quamvis dici poſſet id procedere data validitate actus, ſecus ſi eſſet invalidus, *ut deciſ. 176. num.47. & ſeq. p.5. rec.* & in aliis frequenter.

17 Pro iſto autem, & alio proximè præcedenti objecto evitandis, tutius conſilium credebam confugere ad defectum voluntatis potiùs, quàm poteſtatis, quod ſcilicet contractus concordiæ, & diviſionis inter fratres initus, non importaret omnimodum receſſum à primogenitura, ejuſque deſtructionem in præjudicium ſucceſſorum, ſed immutationem, ſeu receſſum, quoad eorum perſonas tantùm, ut in puncto feudi, vel emphyteuſis diviſi inter fratres, ut non per hoc alteretur ejus natura in præjudicium ſucceſſorum. *Rot. deciſ 176. part.5. rec. num.11. & ſeq.* & in terminis fideicommiſſi *Peregrin. art.52. Fuſar. quæſt.593. Gregor. deciſ.73. Buratt. deciſ.89. d. deciſ.272. p.10. rec. num.1. & 308. part.11. & ſæpè in ſua materia, ſub tit. de fideicommiſſis.* Sed tenor contractus, & cautela adhibita in obtinendo Principis auctoritatem, & derogationem aliàs non neceſſariam, ſi pro ſolo jure dividentium partes intellexiſſent, de hoc timere faciebant, undè conſulta fuit concordia, per quam ſubſequutam, præſens ac ſequens controverſia finem obtinuit.

† INtrant eædem adnotationes, de quibus in diſcurſu præcedenti: Atque deciſiones in hoc diſcurſu 2
enunciatæ ſuper ejus caſu ſunt impreſſæ *deciſ.12. 82. part.3. recent.*

IN EADEM

INTER EASDEM PARTES.

Caſus deciſus per Rotam contra Iulium Cæſarem.

In ſucceſſione feudorum, quæ pro maſculis, & fæminis conceſſa ſunt, an maſculus remotior excludat fæminam proximiorem.

Feudum, quando dicatur rectum, & proprium, & quando impropriatum, & an qualitas alterativa corrumpat in totum ſubſtantiam feudi, illudque omninò impropriet, vel potiùs inducat impropriationem in ipſa parte, ſeu qualitate alterata, firma in reliquis remanente ejus natura.

Et an Statuta Laicorum attendenda ſint ad regulandam inter Laicos ſucceſſionem ſuper Feudis, & Bonis Eccleſiaſticis, quæ originariè proveniunt à Principe Laico.

SUMMARIUM.

1 *In ſucceſſione feudorum maſculi excludunt fæminas, quamvis proximiores.*
2 *Contrarium judicavit Rota, & de rationibus, num.5.*
3 *Sed reſolutio Rotæ impugnatur.*
4 *In Regnis utriuſque Siciliæ linea, & gradus vincunt ſexum, qui ſolum præfertur, data in prædictis æqualitate.*
5 *Fundamenta, ex quibus Rota credidit hæc feuda Mantuana eſſe impropriata.*
6 *An feudum conceſſum pro maſculis, & fæminis dicatur impropriatum.*
7 *Feudum alienabile, an dicatur impropriatum.*
8 *De conſuetudine alienandi feuda Epiſcopatus Mantuæ, ut procedat per contractus inter vivos, non per ultimam voluntatem.*
9 *Neque alteravit ſucceſſionem maſculis prius debitum.*
10 *Iuriſdictio, vel Vaſſallagium, an ſint de ſubſtantia feudi, & an feuda ruſtica ſine Iuriſdictione ſint feudi propria, vel impropria.*
11 *Feudum francum, & abſque ſervitio perſonali, an dicatur verum, & improprium.*
12 *Qualitas alterativa non corrumpit totam ſubſtantiam feudi, ſed ſolùm in parte alterata.*
13 *De quibuſdam textibus feudalibus, an ſint authentici.*
14 *Confeſſio ex cauſa meritorum, an impropriet.*
15 *Quid de feudis emptitiis.*
16 *Diſtinctio, ad quem effectum feuda conceſſa propter merita, vel pecuniam dicantur impropria.*
17 *Quid de clauſula ad habendum.*
18 *De conjecturis, & circumſtantiis, ex quibus reſultet, conceſſionem eſſe in feudum.*
19 *Contractus cenſetur talis, qualis denominatur.*
20 *In feudis Mantuæ, ac totius Lombardiæ, ſive ſint propria, ſive impropria Doctores teſtantur de conſuetudine maſculis favorabili.*

21 *Statutum*

21 *Statutum Laïcale, quamvis non operativum in bonis Eccleſiæ ratione auctoritativa, & Iuriſdictionali attendendum pro interpretanda voluntate acquirentis.*

22 *De obſervantia particulari circa ſucceſſionem iſtius feudi.*

† 1 *Quod ſtatuta laicalia capiant bona de directo dominio Eccleſiæ inter laicos.*

2 *De ſucceſſione fœminarum in feudis remiſſivè.*

DISC. XI.

1 REtenta facti ſerie in præcedenti enarrata, ſequuta
morte Marchionis Ludovici Gonzaghæ, Franciſca germana Sorore hærede inſtituta, orta eſt quæſtio ſuper feudorum ſucceſſione, inter ipſam, & Marchionem Julium Cæſarem defuncti patruelem, qui ſe prætendebat in dicta ſucceſſione potiorem, non obſtante majori remotione ex privilegio ſexus maſculini per diſpoſitionem *textus in cap.1. §.1. ſub tit. Epiſcopum, vel Abbatem, cum concordan. per Alex.conſ.9. lib.4. per tot. Rolan. conſ.84. num.14. vol.4. Peregr. conſ.25. num.14. lib.1. Menoch.391. num.13. & ſeqq. & conſ.986. num.30. Clar. §. feudum, quæſt.73. num.3. Giurb. de ſucceſſ. feud. §.1. gloſ.8. num.16.* in puncto feudorum Mantuæ *pleniſſimè Surd. conſ.502. num.8. & per tot.* quem ſolum allegare ſufficit in præſenti cauſa, *Burſatt. conſ.63. num 9.* qui teſtatur hanc opinionem ſemper in domo Mantuæ ſervatam *Ciriac. controv.112. num.13.* & ità juxta maſculi prætenſionem bis judicavit Senatus Mantuanus, qui duas deſuper edidit deciſiones, tàm de jure, quàm de particulari illorum feudorum conſuetudine, probantes maſculo quamvis remotiori debitam eſſe ſucceſſionem in excluſionem fœminæ, non admittendæ, niſi in ſubſidium omnibus
2 maſculis defectis; ſed devoluta cauſa ad Rotam, iſta
ſub diebus 29. *Novembris* 1655. & 25. *Maii* 1657. *coram Veroſpio*, bis contrarium judicavit, ei fundamento principaliter innixa, quod ageretur de feudo improprio adinſtar allodialium regulando, inhærendo quibuſdam antiquis reſolutionibus *in una Brixien. feudi prima Iulii* 1582. *coram Pamphilio, & coram Seraphino deciſ.*1105. nulla ratione habita Statutorum Mantuæ favore maſculorum idem ſtatuentium, ſeu conſuetudinis illius Regionis, utpotè ex defectu poteſtatis non attendendorum in bonis Eccleſiaſticis, in quibus etiam in controverſiis Laicorum, ſolùm eorum, nullum verò Eccleſiæ intereſſe concernentibus, Rota, & Curia Romana credit Leges, & Statuta Laicorum non debere attendi.

3 Reſolutiones mihi pro Julio Cæſare Maſculo ſcribenti, reflectendo etiam ad veritatem non omninò placuerunt, atque iſtius cauſæ occaſione edocui, quàm fallacia ſint litium judicia, & quam variæ juriſtarum opiniones; Omnes enim Advocati, & cum nobis plerique Prælati, ac Sapientes, in pluribus Congreſſibus in concordem ivimus ſententiam, hoc ſucceſſionis motivum, tam ex jure feudorum, quàm ex Statutis, conſuetudinibus, & obſervantia, eſſe pro maſculo magis tutum, & ſolidum, Illud verò primogenituræ, de quo in præcedenti, eſſe magis dubium, & periculoſum, undè primum elegimus, alterum neglexiınus, & tamen Judices ſecundum canonizarunt, primum verò rejecerunt. Præſuppoſita enim feudali qualitate, regula certa eſt pro maſculo ex claris Juribus, & auctoritatibus ſuprà deductis, & quam neque Rotales deciſiones negant.

4 Et quamvis in utriuſque Siciliæ Regnis, ubi major, ac frequentior eſt feudorum Sedes, contrarium ſit receptum, quia nempè ſexus prioritatem obtinet, dato æquali concurſu lineæ, & gradus, & non aliàs, ita ut ſexus cedat lineæ, & gradui, in præſenti pro fœmina concurrentibus, *ut habetur in Panormitana feudorum, ſeu Principatus Butera hoc tit.* attamen id provenit ex eorumdem Regnorum Conſtitutionibus, & Capitulis ita diſponentibus, ſeu per illos ſapientes ità intellectis, *ut in dicta Panormitana* firmatur, cum illa feuda, parum vel nihil hodiè regulari videantur à jure communi feudorum, ſed in omnibus ferè, eorum ſucceſſio immutata ſit per leges particulares, etiam inter unum, & alterum Regnum diverſimodè interpretatas, & ſervatas, unde propterea non mirum, ſi in iſta, & aliis feudorum Lombardiæ controverſiis, nulla vel modica Regnicolarum auctoritas adaptatur.

Poſita igitur regula, obſtare non videtur limitatio,
in qua Rota ſe fundavit, impropriationis deductæ, vel 5
quia Inveſtitura concepta ſit pro maſculis, & fœminis contra naturam feudi recti, & proprii, undè propterea aliqui impropriationem deſumunt, vel quia ex conſuetudine, de qua in præcedenti hujuſmodi feuda ſint alienabilia, & in libero commercio, vel quia eadem alienabilitas deducatur ex clauſula *ad habendum* contenta in Inveſtitura, vel quia ſint feuda conceſſa propter benemerita, & ſic quodammodo emptitia, vel quia nullum perſonale ſervitium ſit requiſitum ac præſcriptum, vel demùm, quod ſint feuda ruſtica nullum vaſſallagium, vel Juriſdictionem habentia, ita ut excepta nuncupatione, allodialia quoad ſubſtantiam cenſenda ſint.

Examinando etenim ſingulas prædictæ impropriatio- 6
nis ſpecies, quatenus pertinet ad primam vocationis etiam fœminarum illam ad effectum de quo agitur incongruam dicebam, quia textus feudales ſuperiùs allegati, omneſque Doctores firmantes primam ſucceſſionis cauſam eſſe maſculorum, & deindè in eorum defectum fœminarum, ſupponunt fœminarum etiam capacitatem, nam aliàs neque in defectum ſuccedere deberent, unde licet quoad alios effectus, feudum fœmininum dici valeat in hac parte impropriatum, tanquàm devians à recta & propria feudi natura, non per hoc tamen inferri poteſt ad omnimodam impropriationem, ita ut corrupta penitus feudi ſubſtantia, illud Jure allodii, etiam in ſucceſſione cenſendum ſit, hoc enim videtur de directo contra Jura expreſſa contrarium determinata, nam aliàs tot feuda Dignitatum etiam de majoribus, & primi ordinis, quæ habemus in Italia, Germania, & alibi, ad quæ habilitatæ ſunt etiam fœminæ, non ampliùs feudalia cenſenda eſſent, ſed allodialia, jure allodii non autem feudorum regulanda, quod utique vanum videtur, quia dicitur adeſſe ſolùm impropriationem in hac parte *Menoch. conſ.845. n.50. Ciriac. contr.112. num.24. & ſeqq.* Unde meritò Rota hujuſmodi impropriationis ſpeciem in prima deciſione neglexit, eam ſub ſilentio involvendo, & in ſecunda *§. non enim*, proteſtatur non ex hac ſpecie duntaxat, ſed ex aliis impropriationem deduci.

Aliam impropriationis ſpeciem deductam ex aliena- 7
bilitate, quam induxit conſuetudo, pariter Rota, nec approbavit, nec rejecit, & quidem nullum habet Juris fundamentum, quinimò potiùs feudalitatem comprobat evidenter, dum agnoſcens bonorum inalienabilitatem de jure, Voluit tacitus populi conſenſus ratione commercii dictæ prohibitioni derogare in ea parte, in qua Jus commune agnatorum conſenſum poſtulat, firma remanente altera parte conſenſus Domini, etiam attenta conſuetudine neceſſarii, ut firmant Doctores de illa loquentes *in præcedenti* cumulati *& advertitur per Roſenthal. cap.9. concl.58. num.43. & cap.12. concl.3. num.46.* Qui omnes de ea teſtantur quoad alienationem, hypothecam, alioſque contractus inter vivos, in quibus ratio vel neceſſitas commercii viget, non autem in ultimis voluntatibus vel inteſtatis ſucceſſioni-
bus, in quibus nunquam hujuſmodi conſuetudinem 8
fuiſſe ad praxim redactam, teſtatur *Ciriac. controv 324. num 35 & contr.594 num.26. Roſenthal.d. cap.9. concl.58. num.43.* atque neceſſitas conſenſus Domini clarè comprobat feudalem, quoniam aliàs in allodio non eſſet requiſitus, ut benè obſervat Rota *d.ciſ.310. n.32. & ſeqq. part.6. recent.*

9 Et hujuſmodi conſuetudinem eſſe ſtrictiſſimè intelligendam in alienationibus, hypothecis, vel contractibus inter vivos, & ubi militat ratio, ob quam illa eſt inducta, non autem in ſucceſſionibus; Atque præſertim in individuo concurſus maſculorum cum fœminis, contrariam obſervantiam & conſuetudinem ſtare pro maſculis teſtantur *Burſat. conſ.63. num.9. & ſeqq. Surd. d. conſ.502. num 8. & per tot. Ciriac. controv. 112. num.13.* ac pro abſoluto, tanquam inconcuſſum dicitur in duabus Senatus Mantuani deciſionibus in iſta Cauſa editis, neque pro parte fœminæ dabatur auctoritas, quæ loquens de his feudis, diceret contrarium.

Ultima ſpecies impropriationis deducta ex defectu
10 Juriſdictionis, quodque eſſent feuda ruſtica, fuit etiam per Rotam neglecta, tùm quia ſuppoſitum ceſſantis Juriſdictionis ceſſabat in facto, in quo oſtendebatur contrarium, unde deſumatur feudalitatis argumentum *Rovit. deciſ.72. num.5.* tùm etiam quia Juriſdictio non eſt de ſubſtantia feudi, quod ſtare poteſt ſine Juriſdictione, quæ ſit penes alium. *Roſenthal. de feud. cap.5. concl.6. num.7. Galeot. reſponſ. fiſcal.28. n.49. & habetur in Romana ſeu Status Eccleſiaſtici Infeudationum, & in Tiburtina Caſtrorum hoc eodem tit.* Civilitas autem vel ruſticitas non ſunt de jure conſiderabilia ad conſtituendam feudalem qualitatem, ut in ſpecie *Rota dicta dec.310. num.15. part.6. recentiorum*, ac paſſim habemus feuda ruſtica & inhabitata, quæ ſunt propria & recta, in Regno Neapolitano nuncupata quaternata.

In tribus aliis ſpeciebus, nempè tertia, quarta, &
11 quinta ſe fundavit Rota, ſed potiſſimè in hac ultima conſiſtente in eo, quod ageretur de feudo franco, & libero ab omni ſervitio perſonali, & ſic redacto ad allodium, juxta caſum dictæ Cauſæ Brixien. quæ fuit reſolutionum baſis, & huic corollariè ſeu coadjuvativè annectuntur duæ aliæ reſultantes ex eo quod conceſſio eſſet correſpectiva ex cauſa meritorum, & cum clauſula *ad habendum.*

Verùm iſtæ parum ſolidæ videbantur; tunc etenim dictæ Franchitiæ qualitas eſſet conſiderabilis, ubi expreſſa concurreret cujuſcumque ſervitii, vel oneris remiſſio, ſecus ſi tacitè deducatur, ex eo quod ſervitium expreſsè injunctum non ſit, atque ſub ſilentio involutum, quia ut ponderatum fuit, *in Maſſanen. Caſtrorum hoc eod. tit.* in Inveſtituris feudalibus exprimi non ſolent onera, & ſervitia per feudatarium præſtanda, cum ſatis expreſſa dicantur per juramentum fidelitatis à Domino directo requiſitum, ſub quo ſervitiorum obligatio includitur *Alex. conſ.30. num.18. lib.1. Aretin. conſ.164. num.3. & alii allegati in dicta Maſſanen.* ac etiam quia dicitur feudum in hac parte ſolùm impropriatum *Menoch. conſ.845. num 50.*

Tenentes verò contrarium, *præſertim Corn. conſ.16. lib.1. Pariſ. conſ.4. num.19. & ſeqq. & conſ.12. num.27. lib.1. Menoch. conſ.65.* & alii, quos Rotales deciſiones allegant, procedunt, ubi certum ac limitatum ſervitium præſertim reale in Inveſtitura fuit expreſſum, per cujus expreſſionem, omnia alia tanquam per exceptionem inducentem regulam in contrarium, cenſentur remiſſa, quod frequenter practicatur in Lombardia, ubi dantur feuda ſub ſolo ſervitio reali unius ſpatulæ porci, vel duorum pullorum, quia tunc juramentum fidelitatis cenſetur ad hujus tantum ſervitii præſtationem reſtrictum, tanquam deductum ad ſpeciem, & in hoc ſtat æquivocum, *ut in dicta Maſſanen.* obſervavi, præſertim accedentibus tot conjecturis ac demonſtrationibus feudali qualitati aſſiſtentibus; omnia enim utriuſque Siciliæ feuda nullum habent expreſſum ſervitium perſonale, quinimò nec illud præſtant, ſed reale, quod *adoha* nuncupatur, præterquam in quibuſdam urgentibus Domini neceſſitatibus, ſed ſervitii onus adeſt ſolum virtuale in juramento fidelitatis, atque in eo fœminæ etiam ſuccedunt, & tamen irridendus eſſet, qui diceret illorum feudorum ſubſtantiam omninò corruptam eſſe ac redactam ad allodium.

Quoniam veriſſima eſt juris feudalis propoſitio,
quod qualitas alterativa, ſeu impropriativa, alterat 12
quidem, & impropriat feudum in ea parte, non autem in reliquis, in quibus ſuam retinet naturam & ſubſtantiam incorruptam, ut benè *Surd. conſ.502. num.14. Ruin. conſ.15. num.12. circa finem. & ſeqq. lib.1. Corneus conſ.16. lib.1. Menoch. conſ.693. num.16. Mantic. de tacit. lib.13. tit.8. num.11. Roſenthal. cap.12. concl.1. num.40.* apud quos allegantur Iſernia, & cæteri feudiſtæ, quia videtur propoſitio certiſſima. Ideoque *text. in c. ſi cui militi de feud. & benef. in extravag. regiſtratus per Menoch. d. conſ.65. num.16.* ita eſt intelligendus, ubi etiam admitteretur illum eſſe authenticum, quod tamen negant *Aretin. conſ.164. num.3. in fine Alex. conſ.30. num.18. lib.1. & conſ.9. num.8. lib.5.*
Iaſ. conſ.114. num.4. & ſeqq. lib.1. Curt. jun. de feud. 13
part.3. in princ. num.5. Capic. Latr. conſult.75. n.73. ſuper quo puncto, an ſcilicet iſtæ extravagantes ſint vel ne authenticæ, aliqua habentur *in Senogallien. Caſtrorum.*

Atque in his terminis loquuntur deciſiones *Brixien. coram Pamphilio, & Seraphino*, quia ibi ad certam pecuniarum præſtationem onus feudatarii reſtrictum erat, & quod magis eſt, ut melius conſtat *ex deciſione Seraphin. 1105.* erat conceſſio merè correſpectiva cum æquivalenti, ac utili recompenſa approbata per beneplacitum Apoſtolicum cum clauſula *Si in evidentem*, unde nec quidem feudi umbra aderat, ſed erat mera correſpectiva conventio allodialis, ut lectura deciſionum oſtendit.

Meritorum aſſertio in Inveſtitura contenta feudali- 14
bus conceſſionibus eſt connaturalis, quia feuda in ſui origine inventa ſunt in præmium benemerentium, quibus autem non hoſtibus, vel ignavis, & demerentibus feuda per Principes conceduntur, ut ex feudi definiti apud *Clar. §. feudum, quæſt.4.* atque ubi meritorum remuneratio importare poteſt emptitiam qualitatem & actum merè correſpectivum, quando ſunt talia, quæ Judicis officium, vel actionem parerent exigendi etiam ab invito recompenſam, quæ ſaltem ultra dimidium feudi valorem excederet, ut obſervat
in ſpecie *Surd. d. conſ 502. num.16.* Secùs autem ubi 15
ſunt talia, quæ ſolùm ad antidora obligent ex lege convenientiæ, & honeſtatis, quia tunc dicuntur quidem conceſſiones oneroſæ, ad differentiam earum, quæ ſunt merè gratuitæ, & ſine cauſa, & ad effectum, ne revocationibus ſubjaceant, ut habetur de hac materia *in Firmana feudorum hoc pariter tit.* ſed non indè inferri poteſt ad effectum de quo agitur, & tamen etiam ubi ſunt emptitia, ſi ex aliis circumſtantiis conſtat non jure allodii, ſed feudi, conceſſionem factam eſſe, veritas ſpectanda eſt; feudum enim Plumbini conceſſum fuit hodierno Principi mediante ſolutione duodecies centenorum millium florenorum, ultra ingentia merita ipſius Principis, ac Gregorii XV. Patrui, & Cardinalis Ludoviſii germani fratris erga Domum Auſtriacam, cum habilitatione etiam fœminarum, & tamen vanum eſſet aſſerere, feudum ex hoc fuiſſe impropriatum, prout in Regnis utriuſque Siciliæ, feuda ſunt emptitia, & fœminina, & tamen remanent feuda ſolùm in his partibus impropriata *Menoch. conſ.845. num.49. Merlin. dec.670. num.12.*

Obſervandum enim dicebam, aliud eſſe, ubi feu- 16
dum ſimpliciter conceditur abſque fœminarum incluſione vel excluſione, ad effectum controverſiæ inter dominum, & fœminam, ſuper iſtius capacitate vel omnimoda incapacitate, aliud verò, ubi data fœminarum habilitate, ſola quæſtio eſt inter ipſam & maſculum ſuper prælatione, primo enim caſu ad temperandum rigorem juris, procedentem in feudis rectis, & omninò propriis, ad quorum ſucceſſionem fœminæ ſunt inhabilitatæ, intrant conſiderationes, an feudum ſit gratuitum,

Digitized by Google

gratuitum, & proprium, vel oneroſum, emptitium & improprium, atque ad hunc effectum loquuntur illi, in quibus ſe fundant deciſiones, quia non implicat adhuc remanere feudum, ſed in aliqua parte impropriatum, ut ſupra; ſecùs autem ad ſecundum effectum, ad quem requiritur impropriationem eſſe talem, quod omninò feudi ſubſtantia corrupta, & immutata ſit, ac redacta ad merum allodium.

17 Clauſula *ad habendum*, tunc in propoſito eſt conſiderabilis, quando conceſſio facta eſt pro hæredibus & ſucceſſibus quibuſcunque, ſeu aliàs nullam habet reſtrictionem, & in his terminis loquitur *d. deciſio Brixien. feudi coram Pamphilio, ac etiam Gratian. diſcept. 736. num.75.* & cæteri per Rotam deducti, ſecus ubi Inveſtitura eſt reſtricta ad hæredes ſanguinis, atque expreſſam habet formulam pacti, & providentiæ, quia tunc ad evitandam incompatibilitatem, ſeu contradictionem, & immediatam correctionem, dicta clauſula non corrumpit ſubſtantiam conceſſionis, neque ejus naturam alterat, ſed ſolùm intelligitur durante Inveſtitura inter ipſos in ea vocatos, juxta diſtinctionem, quam perpetuò tradidit, ac tenuit eadem Rota, ſæpiſſimè *præſertim in Cajetana Bonorum coram Cerro dec.427. part.9. & 209. part.10. rec.* Et habetur in ſua materia *ſub tit. de emphyteuſi.* Maximè quia dicta clauſula qualificata eſt ab alia clauſula, immediatè adjecta *ſalvo jure feudi.*

18 Econverſo autem, conceſſionem eſſe verè feudalem, ac jure feudi factam, quam plures ſuadebant conjecturæ & circumſtantiæ, quas ad hujuſmodi qualitatem demetiendam eſſe attendendas latè firmatur *deciſ. 310. part.6. recent. apud Merlin. deciſ.670. apud Rojas deciſ.452.* quæ eſt Melevitana feudi, in qua aliæ adſunt *deciſ.280. & deciſ.354 num.113. & ſeqq. part.11.*

19 Prima enim reſultat ex vocabulo, ſeu nuncupatione, talis enim dicendus eſt contractus, qualem illius verba pronunciant *cap.1. tit. quid ſit inveſtitura, & communiter DD. de quibus Rot. dicta deciſ.310. part.6. rec. num 12. & 42. Merlin. deciſ.670. num. 4. & in allegatis Melevitan. feudi*; Secunda, quia Inveſtitura aſſeritur hujuſmodi feuda aperta eſſe per defectum linearum nonnullorum Vaſſallorum, facta enim, & verba hæc evidenter oſtendunt feudalitatem, verba ſcilicet *Vaſſallorum* & *apertura*, allodiis non convenientia, ac ipſum factum devolutionis per lineæ defectum incongruum allodialibus tranſitoriis ad quemcunque hæredem, ut de verbo *Vaſſalli, d. deciſ.310. num 35.* & de dicto facto caſu devolutionis *eadem deciſ.310. num.43.* Tertia, ex eo quod conceſſio reſtricta eſt ad ſolos deſcendentes, ac hæredes Sanguinis directos, quod pariter feudis propriis, & veris, non autem omninò impropriatis, & allodii naturam habentibus convenit, *ut d. deciſ.310. num.26. & ſeqq. & in allegatis Melevitan.* Quarta ex juramento fidelitatis, quod magnum feudalis qualitatis eſt indicium, *ut d. deciſ.310. num 36. & allegat. Melevitan.* Quinta ex continuata neceſſitate renovandi Inveſtituras tanquam de feudo, quod uti tale deſcriptum eſt in libris feudorum, ejuſque cauſæ cognitæ ſunt per particularem judicem feudorum ab Eccleſia Mantuana deputari ſolitum. Sexta ex facultate ſubinfeudandi cum formula ſubinfeudationum, aliquibus juribus per ſubinfeudantem retentis juxta feudorum formam, & naturam; Et ſeptima demùm aliis omiſſis, quia tot Doctores, de quibus ſupra, & infra de his feudis in ſpecie tractantes, vel occaſione ſucceſſionis inter ipſos à lege Inveſtituræ vocatos, vel occaſione devolutionum feudorum in capite ad Eccleſiam, ſive occaſione devolutionum ſubfeudorum ad ſubinfeudantes, ſemper materiam tractarunt cum terminis feudalibus, quæ omnia inſimul conſiderata, una cum obſervantia de qua infra, rem nimis in claris ponere videntur.

20 Sed omnem penitùs difficultatem removeri dicebam, quod ſive hujuſmodi feuda eſſent propria, ſive impropria, DD Mantuani, ac ferè omnes Lombard. communiter concludunt in his feudis inconcuſſam eſſe conſuetudinem, ut fœminæ non niſi in totalem defectum maſculorum, ad eorum ſucceſſionem admittantur, ut in ſpecie *Burſ. conſ. Surd. d. conſ.502. Cyriac. d. controv.112.* & ſatis conſtanter Senatus Mantuanus in dictis duabus deciſionibus in iſta cauſa editis, abſque eo quod aliquis Doctor adduceretur in Regione verſatus, qui contrarium aſſereret. Abſonum ſiquidem dicebam, ut omnibus in Regione verſatis de recepta conſuetudine tanquam notoria, & inconcuſſa loquentibus; Nos exteri, & non informati contrarium decidere deberemus. Nos etenim non deferremus exteris, qui contra receptas opiniones in Rota & Curia Romana ſuper Urbis Statutorum, vel Conſuetudinum obſervantia judicarent, eo magis, quia dicta conſuetudo, verè & propriè cenſenda non eſt præſcriptiva, ſeu juris communis correctiva, & novi juris inductiva, quo caſu ſtrictius, cum ea proceditur tanquam juris reſiſtentiam, ſeu non aſſiſtentiam habente, ſed potiùs interpretativa veritatis, quod nempè hæc eſſent feuda, quæ licet in parte impropriata, jure tamen feudali regulanda ſint, & ſic conſuetudo habet juris communis aſſiſtentiam, illudque ſolùm interpretatur, & declarat.

Multò magis, dum eidem aſſiſtit Statutum generale 21
Mantuanus ſuper ſucceſſionibus ab inteſtato idem diſponens, etiam in bonis allodialibus, quod omiſſa inſpectione, an tanquam auctoritativum inter Laicos ſuper ſucceſſione Bonorum ab Eccleſia habitorum attendendum ſit, de quo habetur in ſua materia *ſub tit. de ſucceſſ.* adhuc tamen capiendum venit tanquam interpretativum voluntatis primi acquirentis, quod ſcilicet cum eo ſe conformem reddere voluerit, juxta deciſionem *Merlin. 447. num.17.* vel ſaltem tanquam adminiculum dictæ conſuetudinis, non autem in eo ſenſu, cum quo procedit *Cyriac. controv. 551. num. penult. & fin.* Poſt hæc diſputata, & ſcripta impreſſ. cum in Curia illa ratio nunquam admitteretur.

Quæ conſuetudo clariùs procedit attenta individua 22
iſtius feudi, ac ipſarummet partium obſervantia, tum ex eo quod ſpatio annorum 300. & ultra non datur caſus ſucceſſionis fœminæ in excluſionem maſculi, cum tamen in familia adeò numeroſa, & dilatata, omninò improbabile ſit illum pluries non contigiſſe, quia circa caſum cujuſdam Giliolæ, de quo Rotæ deciſiones loquuntur, oſtendebatur æquivocari, dum in eo agebatur de ſucceſſione in quodam ſubfeudo, quod fortè tanquam planum, & de tabula diverſo jure regulatur, ut dictum fuit *in alia Mantuana feudi, ſeu bonorum*, & in concurſu Domini prætendentis devolutionem, in quibus terminis, & ad quem effectum circa fœminarum ſucceſſionem, agunt hinc indè de his feudis in ſpecie loquentes *Bertazol. conſil. civili 39. Burſatt. conſ.150. & latè Beccius conſ.101.*

Tum clariùs, quia auctores fœminæ prædictæ, præſertim Felicita Uxor Ludovici Senioris, & Tutrix Cæſaris nati, ac ejuſdem Franciſcæ, & ventris prægnantis, renovationem Inveſtituræ de anno 1595. accepit pro Cæſare jam nato, & pro ventre prægnante, quatenùs naſceretur capax (qualis fuit Ludovicus junior) per cujus obitum præſens quæſtio exorta eſt, undè duæ reſultant claræ demonſtrationes, una quod dicta Franciſca jam nata, & omnibus ætate major, fuit ſpreta tanquam fœmina, altera quia pro ventre prægnante obtenta fuit renovatio ſub conditione quatenùs capax naſceretur, ergo dubium erat, an capax naſci deberet, quod aliam ſenſum habere non poteſt, niſi præſuppoſitum incapacitatis fœminæ.

Et clariùs eadem obſervantia reſultabat ex renovatione obtenta per eundem Ludovicum juniorem ultimò defunctum de anno 1612. dum hic illam obtinere curavit inſimul cum Marchione Julio Cæſare, & Ludovico, & Franciſco patruelibus, ſpreta Franciſca Sorore

rore

Digitized by Google

rore germana, quàm ita clarè conſtat præſuppoſuiſſe incapacem; idemque præfatus Ludovicus moriens declaravit in ejus teſtamento dum utendo verbo declarativo, Franciſcam germanam Sororem in bonis allodialibus hæredem univerſalem inſtituit, feudalia verò præſuppoſuit ad patrueles ſpectare.

† DEciſiones, quæ in hoc puncto fœminarum prodierunt, habentur impreſſæ *deciſ.49. & 237. part.12. rec.* atque pro eodem maſculo, pro quo ego ſcripſi, latè quoque ſcripſit *Andreol. conſ.252. & 253.* de quibus habetur mentio infrà *diſc.127.*

Perſiſtendum autem videtur in eodem ſenſu, non quidem ob leges feudales deferentes ſucceſſionem maſculis in excluſione fœminarum, cum verius videatur deciſionum aſſumptum (ex aliis tamen fundamentis, non autem ex illis, quæ in eis ponderantur) quod iſtud eſſet feudum improprium, regulandum potiùs jure allodii.

Sed ob ſtatutum comprobatum ab eadem diurna
1 praxi vel obſervantia; Neglecto prorſus earundem deciſionum aſſumpto, quod ſtatutum tanquam laicale, non comprehenderet hæc bona & dominia Eccleſiæ, quoniam ipſius Eccleſiæ nihil intereſt, an magis maſculi, quàm fœminæ ſuccedant; Quinimò magis intereſt, quod ſervetur ordo ſucceſſionis Statutariæ; Tum quia in recta linea deſcenſiva maſculina, facilior eſt probatio dominii & identitatis, quàm ubi per fœminas & per cognatos, bona plures patiantur ſciſſuras, atque in plures ac diverſas tranſeant familias; Tum etiam quia ubi feudalitatis & ſervitii feudalis aliquæ remanerent reliquiæ, magis à maſculis, quàm à fœminis id obtineri poteſt; Ac propterea non videtur quid commune habeat exemptio Eccleſiæ, ejuſque bonorum à ſtatutis laicalibus, ubi agitur de quæſtione ſucceſſionis inter laicos, & ſuper dominio utili, vel ſubalterno, abſque aliquo Eccleſiæ præjudicio vel intereſſe, ut etiam advertitur *ſub tit. de ſucceſſoribus diſc. 6.*

Urgente quoque viva ratione, quod cùm hujuſmodi acquiſitiones in forma pacti, & providentiæ redoleant quandam ſpeciem fideicommiſſi, ſeu ordinis ſuccedendi in ejus deſcendentia vel poſteritate, adjectæ potiùs ab ipſo acquirente, quàm ab Eccleſia concedente, cujus, ut præmiſſum eſt, nihil intereſt; Hinc proindè ſtatutum, quod eſt lex propria ipſius acquirentis, attendendum venit, in ratione probationis voluntatis ipſius acquirentis, quod cum eo ſe conformare voluerit, quàm in ratione poteſtatis ſtatuentis, juxta ponderationes, de quibus apud *Merlin. deciſ.447. repetit. deciſ.355. part.5. recent.* & advertitur pluries *d. tit. de ſucceſſ. & in altero de fideico m. & alibi.*

Et de materia ſucceſſionis fœminarum in feudis in-
2 frà *in adnot. ad diſc.13.*

PARMEN. FEUDI

Pro COMITE OCTAVIO TARASCONO,

Cum NEPOTIBUS EX FRATRE PRIMOGENITO DEFUNCTO.

Reſponſum extra Curiam ad cauſam cum ſenſu veritatis, juxta quod fuit deciſum.

An primus acquirens feudum emptitium cum titulo oneroſo, & cum clauſula feudi antiqui, de illo diſponere poſſit ſine aſſenſu ad favorem unius ex filiis, illum gratificando, alios verò eorumque deſcendentes excludendo, ſeu poſtponendo cum erectione primogenituræ, ſeu fideicommiſſi particularis, vel cum alia diſpoſitione; Et quatenus id facere non poſſit in ipſo corpore feudi, an eandem diſpoſitionem gratificativam facere valeat de integro ejus pretio, ſeu valore, ad ejus reſtitutionem gravando feudi ſucceſſores neceſſarios, & à lege Inveſtituræ vocatos.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Pretium feudi novi dicitur allodiale, & eſſe in hereditate allodiali ad plures effectus, ut poſſit ſucceſſor gravari ſeu quod teneatur communicare.*
3 *Idem eſt, eſſe feudum antiquum merè hereditarium, ac eſſe pacti & providentia novum ex titulo oneroſo.*
4 *Quid, ubi agitur de feudo antiquo mixto an ſucceſſor poſſit gravari in pretio, & teneatur ad onera.*
5 *De quæſtione, an relicto feudo incapaci, debeatur æſtimatio.*
6 *De feudis dividuis Iuris Longobardorum, & individuis Iuris Francorum, & de conſuetudine Lombardia remiſſivè.*
7 *De quæſtione, an primus acquirens diſponere poſſit de feudo in præjudicium ſucceſſorum; recenſentur plures effectus.*
8 *De caſu, in quo primus acquirens ſit ex cauſa lucrativa.*
9 *Ubi feudum eſt titulo oneroſo, tunc acquirens diſponit inter comprehenſos.*
10 *Quod inter ex ratione.*
11 *Quando adeſt aſſenſus Domini ab initio in ipſa acquiſitione feudi, tunc ceſſat omnes difficultas.*
12 *Expenduntur auctoritates negantes etiam in feudis novis in primo acquirente facultatem diſponendi.*
13 *De caſu, in quo in primo acquirente etiam ex cauſa oneroſa ceſſat poteſtas.*
14 *De clauſula, ut cenſeatur jure feudi antiqui, & aviti, an avitè, an ferè faciat feudum antiquum, & ad quos effectus.*
15 *Donatio non præſumitur, & exiguntur verba, & univoca.*
16 *De obſervantia circa inefficaciam dicta clauſula.*
† 1 *De gratificatione inter filios, negligendo primogenitum, & præeligendo ſecundo genitum.*

DISC. XII.

CAmillus Taraſconus Parmenſis, quatuor habens 1
filios maſculos, emptionis titulo acquiſivit ab illis de Fliſco feudum Caleſtani cum annexis, obtento deſuper aſſenſu Ducis Parmæ Domini directi, ſeu ſubalterni, in quo tanquam per ſpeciem novæ Inveſtituræ, juxta conſuetum formularium, idem feudum conceditur tanquam antiquum, nobile, & avitum, pro eodem Camillo, ejuſque filiis, & deſcendentibus maſculis in infinitum, cum facultate ſe intitulandi, ac denominandi Comites, attributa etiam facultate dicto Camillo erigendi in eo primogenituram cum formis eidem benè viſis & quatenus ipſe ad hujuſmodi diſpoſitionem non procederet, eadem facultate attributa ſucceſſori, quatenus eſſet unus, ſi verò eſſent plures, omnibus in id concordantibus, cum reciproca, ſeu jure accreſcendi inter omnes deſcendentes, quouſque duraret linea.

Cum autem turbato ordine naturæ, ejuſdem Camilli filius primogenitus Uxoratus prædeceſſiſſet ſuperſtitibus tribus filiis maſculis, pater autem ſuperſtes, neglecta dicti primogeniti prole, intenderet, tam in dicto feudo, & annexis, quàm etiam in pleriſque aliis bonis primogenituram erigere ad favorem Octavii tertio geniti ſibi magis grati, & dilecti, ejuſque deſcendentium, conſilium à me pro veritate petiit, an id ſibi liceret, affirmativè datum, cum ea tamen cautela in hujuſmodi diſpoſitione adjicienda, quod in eventum in quem illa eſſet impugnabilis, ac effectum ſortiri

non

non poſſet in ipſo corpore feudi, facta conſeretur in ejuſdem feudi integro pretio, ſeu valore, in quo ejuſdem neceſſarii ſucceſſores à lege Inveſtituræ vocati ad favorem dicti Octavii, & aliorum gravari cenſerentur ita ut in ipſo pretio hujuſmodi primogenitura erecta diceretur eo meliori modo, quo de jure ſibi liceret.

Ad cujus conſilii formam erecta in teſtamento dicta primogenitura, necnon revocata ſeu declarata reſoluta per obitum dicti primogeniti promiſſione per eundem Camillum in Inſtrumento dotali facta, de ei relinquendo tot bona annui redditus ſcut. bis mille; Sequuta morte dicti teſtatoris, præfati filii ex primogenito ſuperſtites, quibus avus ſolam legitimam jure naturæ debitam reliquerat, duplex judicium contra dictum Octavianum ſucceſſorem univerſalem inſtituerunt, unum ſuper ſucceſſione in dicto feudo jure inveſtituræ, alterum pro aſſequutione dd. bonorum conſtituentium annuum redditum ſcut. bis mille jure donationis contemplatione matrimonii. Cumque idem Dux ad tollenda jurgia inter adeò conjunctos in ordinariis Tribunalibus, hujuſmodi cauſas advocaſſet, per ſe ipſum de ſuorum ſapientum conſilio terminandas, hinc ex parte dicti Octavii requiſitus fui ad ſuſtinendam hujuſmodi diſpoſitionem ad normam mei conſilii ſequutam, necnon ſuſtinendam revocationem ſeu reſolutionem donationis, de qua habetur in ſua materia *ſub tit. de donationibus.*

In hoc igitur puncto diſpoſitionis cum ordine primogenituræ factæ ſuper feudum ad favorem tertio geniti, idealem potiùs ac ſine effectu hujuſmodi litem dicebam, cum omnes difficultates quæ in materia cadere poſſunt circa defectum poteſtatis diſponendi, percutiant ſolùm ipſum corpus ſeu ſubſtantiam feudi, non autem ejus pretium ſeu valorem, de quo, etiam in feu-
2 dis juris Francorum ſoli primogenito pernéceſſe deferendis, quamvis eſſent cum ſtrictiſſima prohibitione alienandi vel diſponendi, prout ſunt feuda Regnorum utriuſque Siciliæ, in quibus urget non ſolùm generalis prohibitio contenta in *Cap. Imperialem de prohibita feudi alienatione per Feder.* ſed magis ſtricta reſultans ex Conſtitutione incipien. *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, etiam ubi ſunt nova, certum tamen eſt ac receptiſſimum, primum acquirentem diſponere poſſe de integro, ac in eo gravare feudi ſucceſſorem quamvis neceſſarium, etiam ad favorem cujuſlibet extranei, ex ea clara ratione, quod illud non eſt feudale, ſed allodiale, remanens in patrimonio allodiali ſeu paganico.

Quinimò etiamſi primus acquirens non diſponat, adhuc feudi ſucceſſor quamvis neceſſarius, & à lege Inveſtituræ vocatus, ipſum corpus feudi habens jure proprio, tenetur ad omnia onera & debita hæreditaria, etiam illa legatorum pro integro pretio, quod utpotè merè diſtinctum ab ipſo feudo, reputatur merum allodium remanens in hæreditate allodiali ſeu paganica, & ſucceſſivè etiamſi non adſint debita vel onera, & acquirens decedat ab inteſtato, relictis, vel in toto vel in parte hæredibus ſucceſſionis feudorum incapacibus, puta Clericis & Religioſis, &c. ſucceſſor tenetur eis dictum pretium ſolvere, ſi nullam habet participationem in hæreditate allodiali, & ſi habet, tenetur cohæredibus communicare, ut frequenter contingit in filio primogenito ſuccedente in feudis juris Francorum de ſui natura individuis, ac jure primogenituræ deferendis, quod tenetur communicare Fratribus ſecundo genitis integrum pretium tanquam exiſtens in hæreditate allodiali, ideóque feudiſtarum commune ac receptum axioma eſt, ſaltem quoad dictum effectum pretii ſeu valoris, idem eſſe feudum novum in forma pacti, & providentiæ emptitium, ac feudum antiquum merè
3 hæreditarium *Iſern. in cap. 1. §. præterea Ducatus in ſecunda addit. num. 36. de prohibita feudi alienatione per Feder. ubi Afflict. num 27. & ſequent. & cæteri collecti per Linar. conſ. 81. num. 49. & 50. plenè Larata in theatr. feudali. pag. 9. à lucidat. 69. cum ſequent.* ubi di*lucidat. 73.* quod ſi Filius acquirentis eſt incapax ſucceſſionis feudalis, & alter remotior ſuccedit, ab iſto refundendum eſt totum pretium d. Filio incapaci aliorum bonorum ſucceſſori *Capic. Latr. conſult. 23. & 25. Rovit. ſuper pragm. 25. de feudis ex num. 16. cum ſequent. Giurb. de ſucceſſ. feudorum, §. 1. gloſ. 8. num. 46 cum tribus ſequent.* & paſſim, quoniam in ordine ad feudum novum eſt caſus indubitatus.

Sola enim quæſtio eſt circa facultatem gravandi in
pretio ſeu valore, quando agitur de feudo antiquo in 4
forma pacti & providentiæ mixta, quod ſcilicet habeat etiam qualitatem hæreditariam, quo caſu in puris terminis juris communis, & extra Regnum Siciliæ citra, ſeu Neapolis, verior magiſque recepta eſt opinio, ſucceſſorem teneri eſſe hæredem cum omnibus ſupradictis præjudicialibus primi acquirentis tantùm, non autem ultimi feudatarii defuncti, qui non ſit acquirens, & quatenus juxta aliquorum ſenſum, iſtius quoque hæreditariam qualitatem habere teneatur, ſuffragetur tamen beneficium Inventarii, ex quo ſeparare poſſit ipſum feudum jure proprio abſque aliqua obligatione, nec in corpore, nec in pretio, ſecus autem in dicto Regno, in quo receptum eſt, ſucceſſorem feudi quamvis neceſſarium, quinimò etiam contra expreſſum ultimi feudatarii defuncti judicium venientem, teneri habere qualitatem hæreditariam, atque pro integro feudi valore gravatum remanere ex deductis in magiſtrali *deciſ. 1. Franchi*, & per alios ſuprà allegatos Regnicolas, ac habetur pluries deductum in aliis hoc eodem tit. unde propterea quatenus pertinet ad rem, cum verſaretur in feudo novo emptitio minoris qualitatis, utpotè juxta uſum Lombardiæ dividuo, atque, ut feudiſtæ dicunt, juris Longobardorum, & primus acquirens in eventum in quem ipſum corpus feudi dictæ primogenituræ ſubjici non poſſet, expreſſè diſpoſuerit de illius integro pretio, quæſtio quoad effectum ut ſupra remanebat merè idealis, & de ſolo fumo, cum idem videatur excludi à ſucceſſione feudi, & includi cum obligatione refundendi integrum valorem.

Aliqui ſcribentes pro actoribus, ad evitandum hoc 5
objectum ſe involvebant in altera quæſtione, an ſcilicet legato ſeu alio diſpoſitionis titulo relicto feudo inutiliter perſonæ incapaci ſeu non vocatæ ab Inveſtitura, debeatur æſtimatio, de poſt antiquiores ab eis allegatos *Roſenthal. cap. 7. concluſ. 1. num. 10. cum ſequent. Franch. dicta deciſ. 1. Anton. conſ. 13. 52. & 88. lib. 1. Fab. de Ann. conſ. 87. & 131. de Marin. reſol. 45. lib. 2. num. 50. & in addit. ad Reverter. deciſ. 359. Rovit. pragm. 1. de titulorum abuſu, num. 136.* & cæteri magis communiter, diſtinguentes inter legatum ſeu aliam diſpoſitionem particularem, & Inſtitutionem univerſalem, & ſuper hoc longiſſimas retexebant allegationes, ſed erat labor merè inanis ac extra propoſitum, iſta ſiquidem, in qua ſatis certant feudiſtæ, eſt ſolùm quæſtio ambiguæ voluntatis, an ſcilicet teſtatore diſponente de re, quæ non eſt in commercio, nugari voluerit, ſeu diſponere quatenus poſſet, & non aliàs, non autem gravare ejus hæreditatem ad æſtimationem vel econtra, juxta terminos *textus in §. non ſolùm Inſtit. de legatis cum concord.* ſed ubi voluntas eſt expreſſa, ut in præſenti, tunc nemo dubitat, quoniam in claris non intrant conjecturæ & argumenta ad vulgarem textum *in l. ille aut ille, ff. de legat. tertio*, quamvis etenim, cum ſenſu etiam veritatis, crediderim hujuſmodi diſpoſitionem rectè ſuſtineri in ipſo corpore feudi ut infrà, nihilominus ordine inverſo opportunum cenſui agere prius de pretio ut ſuprà, tanquam de re minùs dubitabili, ut ita clariùs dignoſceretur quæſtionem remanere inanem.

Reaſſumendo autem punctum validitatis diſpoſitio- 6
nis ſuper ipſo corpore feudi, illud in primis cenſui prænotandum, quod non verſabamur in feudo individuo Juris Francorum jure primogenituræ uni perſonæ debito, ita ut in actoribus vel eorum primogenito ali-

quod

quod adeſſet Jus peculiare ratione lineæ, ſeu primogenituræ per eorum patrem tranſmiſſæ, cum ageretur juxta conſuetam naturam feudorum Lombardiæ, ac etiam ex tenore ipſiuſmet aſſenſus, ſeu Inveſtituræ, de feudo, quod noſtri vocant Juris Longobardorum, in quo omnes ſuccedunt, ita & taliter quod etiamſi efficeretur feudum dignitatis, ob quam aſſumeret naturam individuam, adhuc ex recepta Lombardiæ conſuetudine, individuitas remanet intellectualis, & in abſtracto pro Jure habituali, adinſtar Juriſpatronatus reſidentis penes omnes ſucceſſores, & eorum quemlibet in ſolidum, diverſis tamen exercitio & fruitione, ex iis, quæ in propoſito, ac diſtinguendo hujuſmodi feudorum ſpecies habentur deducta *in Mutinen. feudorum de Rangonibus hoc eodem tit.* quæ in præſenti etiam reſponſo deducebantur, & ſic actorum prætenſio ad ſummum reſtringebatur ad quartam partem, in qua in ſtirpes ipſi ſuccederent, cum obligatione refundendi pretium ut ſupra, unde quoad effectum quæſtio videbatur, vel nullius, vel modicæ operationis.

7 Verùm neque & in hac parte dicebam actoribus Jus competere ſucceſſionis contra dicti primi acquirentis voluntatem; In hac etenim quæſtione, an primus acquirens hujuſmodi poteſtatem habeat, quamvis *Menoch. conſ.161.* quod eſt in materia ſatis elaboratum, & ad quod recurrendum eſſe admonet *Roſenthal. cap.9. concluſ.66. num.9.* plures caſus diſtinguat, attamen ad tres effectus de illa quæri ſolet, primus eſt circa facultatem refutandi feudum ipſi Domino, qui in præjudicium, & excluſionem filiorum, & deſcendentium à lege Inveſtituræ vocatorum pro ſe retinere vel alteri ſibi benè viſo concedere valeat. Alter eſt ad effectum diſponendi in extraneos cum præjudicio, tam filiorum, & deſcendentium à lege Inveſtituræ vocatorum, quam etiam ipſiuſmet Domini, & tertius demum eſt circa facultatem præeligendi, ſeu gratificandi intra perſonarum genus à lege Inveſtituræ vocatum, unum vel plures filios vocando, alios excludendo, &c.

8 Quidquid autem ſit de primo, & ſecundo caſu, ſeu effectu; de quibus utpotè ad rem non facientibus, laudabilis Curiæ ſtylus aliæque occupationes ex profeſſo agere prohibebant, quatenùs pertinet ad tertium, qui erat præciſus controverſiæ, difficultas cadit, ubi agitur de feudo gratuito, ad quod filii, & ſucceſſores ſanguinis dicere poſſint independenter venire ex gratia, & munificentia concedentis, prout & cadit altera quæſtio facti, quando ſcilicet dicatur conceſſio talis naturæ, ita ut Filii, & ſucceſſores principaliter, & directè contemplati cenſeantur ab ipſo concedente independenter ab eorum patre, ſeu altero majore primo acquirente, vel potiùs iſto ejuſque providentia recognoſcant de quibus habetur actum per *Menoch. d. conſ. 161. Roſenthal. cap.9. membr.2. concluſ.66. cum ſequent.* & aliqualiter infrà in *Romana pecuniaria de Pallavicinis ad materiam Bullæ Baronum.*

9 Ubi tamen certum eſt acquiſitionem eſſe ex cauſa merè oneroſa, & correſpectiva, tanquam de feudo purè emptitio, abſque aliqua gratiæ, vel munificentiæ, concedentis mixtura, ita ut ejus factum percutiat ſolum aſſenſum, de jure neceſſarius eſt pro mutatione perſonæ, & tranſlatione feudi de uno in alterum, & tunc neminem dubitare de facultate gratificandi inter perſonas de genere comprehenſo in Inveſtitura, advertunt *Loffred. conſ.42. num.1. Clar. §. feudum, quæſt.41. num.2. Franch. dicta d. c.1. num.30. & cæteri per Menoch. d. conſ.161. in tertio caſu à num.6. ad 10. & plenè conſ.401.* ubi latè, & nervosè ſuſtinet facultatem patris erigendi in feudo primogenituram, ac unum, cæteris excluſis, gratificandi *Peregr. conſ.8. num.82. & admittit Bellon. jun. conſ.55. in reſpondendo ad objecta poſt num.37. ac firmavit Rota in Arimmen. Caſtrorum 14. Februarii 1642. & 15. Junii 1643. coram Dunozetto, & 23. Februarii 1668. coram Cerro*, de qua habetur actum infrà *hoc eod. tit.*

10 Difficultas enim in propoſito cadere ſolet, ubi agitur de ſecundo caſu, ſeu effectu ſupradicto, diſponendi ſcilicet in extraneos, de quo *Capyc. Latr. dicta conſult.23. num.6. Gamb. dicto §.1. gloſ.8. num.45. Rota d. c.50. num.2. part.6. rec.* & in propoſito emphyteuſis pluries in ſua materia *ſub tit. de emphyteuſi*, & in quo invaliditas reſultare poteſt ex defectu aſſenſus Domini, quæ proindè difficultas non cadit inter comprehenſos in Inveſtitura, quoties, ut dictum eſt, non agitur de feudo Juris Francorum individuo, & per neceſſe deſcendendo cum primogenituræ ordine, quæ in ipſo feudi corpore feudatarius pervertere non poteſt, quamvis facultatem habeat diſponendi de pretio.

11 Clariùs verò præmiſſa procedere dicebam ob Domini aſſenſum deſuper accedentem, dum juxta præmiſſam facti ſeriem, in ipſo aſſenſu præſtito per Ducem ſuper hujuſmodi feudi acquiſitione, vim novæ Inveſtituræ ex illius Principatus ſtylo habente, expreſſa conceditur facultas erigendi deſuper Primogenituram, per neceſſe ſupponentem gratificationem unius, & excluſionem aliorum, reducendo feudum aliàs de ſui natura dividuum, & Juris Longobardorum ad diverſam naturam individuam, & Juris Francorum, unde quando factum primi acquirentis ex cauſa oneroſa comprobatum remanet ab aſſenſu, & facto Domini directi, & in ipſo præſertim limine acquiſitionis, & antequam dici valeat aliquod jus quæſitum filiis, & deſcendentibus ſeu agnatis in Inveſtitura vocatis, tunc ceſſat quælibet difficultas cadens in materia, vel ratione præjudicii Domini, vel ob prohibitionem legis exigentis ad validitatem immutationis naturæ ejuſdem Domini aſſenſum, vel ob jus agnatis ſeu hæredibus ſanguinis quæſitum, ut patet apud omnes de hac materia agentes, & in propoſito erectionis primogenituræ in feudis habetur etiam *in Mantuana, in Mutinen. hoc eod. tit.*

12 Hinc proindè extraneas, ac non obſtantes dicebam pleraſque auctoritates, quæ per ſcribentes in contrarium cumulabantur in his ſpecialibus terminis deficientis poteſtatis erigendi primogenituram, ſeu unum ex pluribus in Inveſtitura vocatis, aliis neglectis gratificandi, quamvis ageretur de feudo novo, quoniam præſertim *Oldrad. conſ.237.* cujus auctoritas nimium magnificabatur, agit de feudo dignitatis individuo & gratuito, ex mera Principis munificentia, cujus naturam admittebam per feudatarium quamvis primum alterari non poſſe, ſed hic non erat caſus, extra quem pariter dicebam eſſe omnes auctoritates Regnicolarum utpotè agentium de illis feudis duplicem ab iſto habentibus diverſam circumſtantiam, quamvis eſſent emptitia, unam ſcilicet, quia juris Francorum, & cum immutabili natura primogenituræ, alteram verò ob particularem Conſtitutionem incipien. *Conſtitutionem Divæ memoriæ* ſtrictius adimentem facultatem diſponendi de ipſo corpore feudi ut ſupra, aliæ verò auctoritates generales, præſertim *Mareſcot. lib.2. var. cap. 120. & Fachin. lib.6. controv. cap.62.* ubi etiam in ſpecie feudi novi dictam facultatem negat, utpotè generaliter loquentes, intelligendæ veniunt diſcretive cum dicta diſtinctione, ad quam non deſcendunt, ubi ſcilicet agitur de feudo novo gratuito, ut eſt regularis natura feudi, quod propriè dicitur Beneficium ex Principis vel Domini munificentia.

13 Magnum fundamentum per ſcribentes in contrarium circa deficientem poteſtatem primi acquirentis alterandi naturam feudi, quamvis novi, conſtituebatur infirmitatis per *Bellon. juniorem conſ.55. per totum*, verum quicquid in eo caſu, de quo ipſe agit, cujus inſpectionem ſuperfluum cenſui aſſumere, ceſſabat penitus difficultas ex defectu applicationis ob diverſas circumſtantias, ibi enim ſupponitur, quod poſtquam pater feudum pretio quæſierat, curaverat cum Principis auctoritate in eo imprimere, tam qualitatem dignitatis, quàm alteram primogenituræ, per quos actus in-

fertur

Digitized by Google

fertur ad quandam implicitam donationem irretractabilem utpotè Principis auctoritate munitam, ab ipſo patre factam filiis, & deſcendentibus, quibus ita jus quæſitum dici poterat,& ſic extra terminos hujus quæſtionis, quibus id applicari non poterat ob facultatem ad ſuperabundantiam in ipſo limine acquirendi à Principe obtentam, ut ſupra.

14 Major demùm difficultas eſſe videbatur in ea clauſula, quod iſtud cenſendum eſſet feudum avitum, & antiquum, tunc enim illud ſortiri dicitur quoad omnes effectus, jus, & naturam feudi antiqui, perindè ac ſi revera eſſet tale, quoniam Princeps diſponendo circa ea, quæ ſunt juris poſitivi, potiùs veritatem, quàm fictionem inducere dicitur, cum in iis quæ juris ſunt non autem naturæ, Principis poteſtas poſſit facere verum id quod eſt fictum, ut ex *Bald. Afflict. & aliis in cap.1. de alienatione feudi paterni*, firmant cæteri ad ſatietatem congeſti per *Bellon.jun.conſ.9.num.11.cum ſequent.Ciriac.contr 4.num.36.& ſequent.& num.44.Roſenthal. cap.2.conclus.13.*

Sed iſtud fundamentum, inſpecta etiam veritate, aliis levius mihi videbatur, ita ut apud verſatos in materia feudali fabulæ ſpeciem hoc aſſumptum habere videatur, quod ſcilicet ob hujuſmodi clauſulas poteſtas primi acquirentis titulo oneroſo coarctata remaneret, tam quoad corpus feudi, quàm quoad pretium, dum clauſulæ prædictæ potiùs ex quodam formulario, quàm ex præciſa, & reciproca voluntate concedentis, & acquirentis, adjiciuntur in ipſius acquirentis gratiam & favorem, vel ſcilicet ob ampliorem ſucceſſionem etiam collateralium in feudis novis non cadentem, in quibus terminis, & ad quem effectum loquuntur ferè omnes congeſti per *Bellon. jun. & Ciriac. ubi ſupra*, vel ad effectum prærogativarum & honorificentiarum, eo quia feudum antiquum nobilitat, feudum verò novum, non, cum ſimilibus, non autem ad iſtum effectum, per quem duo darentur inconvenientia, unum quod inducta ad favorem retorquerentur in odium contra juris regulam, & alterum quod ex clauſulis, ut dictum eſt ex formulario, potius adjici ſolitis, eſſet inducere donationem, in dubio non præſumendam, neque inducendam, niſi per verba univoca certam, & explicitam vo-

15 luntatem præſe ferentia, omnémque alium intellectum excludentia, ex deductis per *Cavaler. dec.603.dec.54. part.5.rec.dec.41. part.9.* & frequenter, ut in propoſito hujuſmodi clauſulæ attendendæ ad effectus ipſi acquirenti proficuos non autem damnoſos, benè *Riminald. ſenior.conſ.96.num 31. & ſequent. Clar. §. feudum quæſt.8. num.4.* & admittunt cæteri collecti per *Ciriac. & Bellon. jun. ubi ſuprà.*

Id etiam clariſſimè comprobante communi praxi & obſervantia, quoniam ubique, præſertim in feudis dictorum utriuſque Siciliæ Regnorum, quamvis de novo quæſitorum, adjici ſolet iſta clauſula, non tamen tollens qualitatem feudi novi contradiſtincti à feudo verè, & naturaliter antiquo circa communicationem pretii fratribus ſecundogenitis, quibus in antiquo debetur ſolùm vita militia, cum aliis effectibus, de quibus ſupra; Et in ſpecie id comprobari obſervabam ex praxi feudi Plumbini, de quo adeò frequenter *hoc tit.* quoniam quando Jacobus IV. iſtum ſtatum aliàs ſuum liberum, & allodialem, propter protectionem voluntariè recepit in feudum ab Imperatore cum hujuſmodi clauſulis, adhuc tamen illud regulatum eſt quoad eum jure feudi novi ob ſucceſſionem ejus deſcendentium tantùm, excluſis aliis Appianis Collateralibus quamvis veris agnatis, & deſcendentibus à Jacobo I. acquirente, cum ſimilibus, atque ita per dictum Ducem tanquam compromiſſarium de voto, ut fertur, excelſi Conſilii Placentiæ prodiit ſententia arbitramentalis ad favorem Comitis Octavii juxta paternam diſpoſitionem, eo tamen juſtè declarato, quod in metienda legitima pretium in feudi emptionem erogatum, ponendum eſſet in calculo, atque reflectendo ad veritatem juſta benéque fundata viſa eſt reſolutio, cujus ſententiæ verba præciſa hæc ſunt. *Quo verò ad feudum Caleſtani, & pertinentiarum, dicimus illud deberi Comiti Octavio juxta diſpoſitionem paternam, cujus tamen feudi pretium ſolutum per dictum Com. Camillum ponendum eſſe in cumulo bonorum ad effectum augendi, & calculandi legitimam, ex aliis tamen bonis non feudalibus extrahendam*; Cum autem plenè, ac elaboratè pro eodem Comite Octavio ſcripſerit doctus, & ingenioſus Boſcolus Canonicus Parmenſis, ita in ejus reſponſo contineatur, quidquid ad materiam deſiderari poteſt, ideò ad publicam utilitatem illud habetur impreſſum in fine hujus voluminis.

† SUper hoc diſcurſu conferunt etiam ea, quæ habentur ſuprà *ad diſc.9.* dum idem eſt articulus, quamvis caſus ſit diverſus, quod ſcilicet ibi agitur, an feudum antiquum dividuum in omnibus ad formam juris Longobardorum, immutata natura reduci poſſit ad naturam individuam ad formam juris Francorum cum ordine primogenituræ in præjudicium aliorum vocatorum. In præſenti autem agitur de alio puncto, an firma remanente individua natura feudi, & ſucceſſionis cum ordine primogenituræ, poſſit primus acquirens titulo oneroſo gratificationem exercere inter filios, atque pervertendo ordinem naturæ, negligere primogenitum, & præligere ſibi magis gratum ſecundo, vel tertiogenitum, quod videtur rationabile, juxta ponderationes, de quibus *diſc.55. de fideicomm. & alibi*; ac propterea introduci cœpit uſus etiam in locis, in quibus iſta gratificatio ſine regio aſſenſu in feudis quamvis novis, & oneroſis denegatur in ipſo corpore feudi, ut contingit in feudis Regni Neapolitani, obtinere hanc facultatem in ipſo actu acquiſitionis; Et de hac immutatione ordinis, & gratificatione infrà *in hoc Supplemento diſc.13.* latéque de multis agitur *in controverſia Boſiois*, edita in iſto caſu præciſo. †

PANORMITANA

SUCCESSIONIS FEUDORUM.

Pro JOSEPHO BRANCIFORTE COMITE MAZERENI HODIE PRINCIPE BUTERÆ,

Cum MARGARITA BRANCIFORTE PRINCIPISSA BUTERÆ, ET JOSEPHO ETIAM BRANCIFORTE COMITE RACCUIÆ

Conſilium pro veritate ſuper caſu partim non diſputato, partim deciſo per M.Reg.Cur. Siciliæ pro Comite Mazereni poſteà conſcripto dato.

De capacitate fœminarum in ſucceſſione feudorum in utriuſque Siciliæ Regnis, earúmque concurſu cum maſculis ejuſdem vel diverſæ lineæ vel gradus.

Et an neptis ex primogenito excludat patruum, & ſic filium maſculum ſecundogenitum, vel ejuſdem ſecundogeniti filium maſculum ex beneficio repræſentationis ſeu lineæ, tam in linea deſcendenti, quàm in Collaterali, præſertim attentis Capitulis Regni Siciliæ ultra pharum; Et aliqua de iſtorum Capitulorum diſpoſitione, & interpretatione in concurſu maſculi minoris ætate ex maſculo ſecundogenito, & maſculi æqualis gradus, ſed ætate majoris ex fœmina, vel etiam ex maſculo tertiogenito.

De refutatione feudi cum aliqua reſervatione, an & quando valeat, ita ut abdicet Jus à refutante. Et quatenus valeat, an cenſeatur perſonalis; Si refutatarius ſupervivat, refutatario præmoriente, an refutans redeat ad feudum jure ſucceſſionis, vel potiùs jure reſolutionis.

An ad effectum ſucceſſionis attendendum ſit tempus refutationis, vel potiùs tempus mortis refutantis.

Et aliqua de renunciatione ſucceſſionis feudorum per

F unum

unum alteri agnato facta, an ſit perſonalis, ita ut defecto renunciatario, ſalvum remaneat Jus renunciantis, vel potius eo excluſo Jus aperiatur aliis, quamvis remotioribus, potiſſimè ubi renunciatio eſt per viam tranſactionis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *In Curia non multum frequens materia feudalis, & de ratione.*
3 *In utriuſque Sicilia Regnis frequentes cauſæ feudales.*
4 *In dictis Regnis jus commune feudorum parùm practicatur, ſed materia feudalis tota pendet ex legibus municipalibus.*
5 *Feuda in utriuſque Sicilia Regnis ſunt generaliter individua jure Francorum ad ſolum primogenitum.*
6 *Fœminæ ſunt excluſæ à ſucceſſione feudorum, & quatenus ſint etiam vocatæ, intelligitur in ſubſidium maſculorum, qui etiam tranſverſales excludunt fœminas deſcendentes.*
7 *Fœminæ quomodo ſunt habilitatæ in ſucceſſione feudorum in Regnis utriuſque Siciliæ.*
8 *Neptis ex primogenito excludit patruum, vel nepotem ex fratre in Regno Siciliæ citra.*
9 *Secus in altero Siciliæ ultra.*
10 *Cap. dicti Regni loquens de ſucceſſione tranſverſalium procedit etiam in deſcendentibus.*
11 *Quomodo procedat tranſmiſſio Iuris primogenituræ.*
12 *An refutatio pactionata in proximè ſucceſſurum ſub reſervatione uſusfructus, vel alia valeat, vel potius vitietur in totum.*
13 *Donatio contemplatione matrimonii, an reſolvatur, & ceſſet diſſoluto matrimonio vivente donatore.*
14 *Gravatus reſtituere fideicommiſſum poſt ejus mortem, an poſſit reſtitutionem facere in vita.*
15 *An ad effectum ſucceſſionis in feudo refutato attendatur tempus refutationis, vel tempus mortis refutantis.*
16 *Quod in Regno Siciliæ ultra ſit attendendum tempus mortis, & de peculiari ratione.*
17 *Ubi refutatia ſit contemplatione certi matrimonii eſt fortius valida, & de ratione.*
18 *Conſilium datum.*
19 *De concluſione, quod refutans ſuperſtite refutatario omnes vincit in ſucceſſione feudi.*
20 *De materia renunciationis, quando ſit realis, vel perſonalis remiſſivè.*
21 *Ubi agitur de bonis diſſerentibus non tranſitoriis ad extraneos, cenſetur ſemper perſonalis.*
22 *Tranſactio reſtringitur ad ea, quæ erant in lite.*
23 *In feudis proximitas regulatur ex perſona ultimò morientis.*
24 *De concurſu patruelium, ut major ætate ex fratre tertiogenito vincat illum ex ſecundogenito minorem.*
25 *Nepos ex fratre ſecundogenito vincit ipſum fratrem tertiogenitum.*
26 *Agnati vincunt cognatos.*
27 *Quid ubi conjunctus per cognationem eſt etiam de familia, & agnatione.*
28 *Prærogativa lineæ vincit ſexum, gradum & ætatem, & de illius tranſmiſſione.*
29 *Quare in Regno Neapolis patruus vincat Conſobrinum de linea primogenita.*
30 *Refertur deciſio cauſæ.*
† 1 *De deciſione edita in cauſa.*
2 *De modo ſcribendi, & edendi deciſiones, remiſſivè.*
3 *De punctis cauſæ.*
4 *Quando valeat refutatio feudi in proximè ſucceſſurum, & de ejus requiſitis.*
5 *Quæſtio intrat, ubi deſinit aſſenſus validus, ſecuto accedente.*
6 *De æquivocis in iſta quæſtione vel materia, & de ſpecialitatibus in Regnis utriuſque Siciliæ.*
7 *Qualis reſervatio permittatur in refutatione.*
8 *De jure communi, prohibitio alienandi non capit locum inter ipſos comprehenſos.*
9 *Quid erroneum ſit adhibere doctrinas Regnicolarum.*
10 *Quod poſſit fieri refutatio pactionata de jure communi.*
11 *De fraude quæ fiat per refutationem ſuper relevio.*
12 *De fraude, quæ per refutationem reſultat creditoribus refutatis.*
13 *An ſucceſſio regulari debeat attendi tempore mortis naturalis refutantis, & ex iſtius perſona.*
14 *De errore in extenſione deciſionum.*
15 *An præmoriente refutatario, feudum redeat ad refutantem.*
16 *Impugnatur opinio, ut fœmina neptis ex filio primogenito excludat patruum.*
17 *De gratiis, ut feudatarius poſſit excludere fœminam per mortem, & vocare maſculum.*
18 *De ordine ſuccedendi in primogenituris.*

DISCURSUS XIII.

Fabritius

Franciſcus primogenitus,	Jo. ſecundogenitus,		Catharina tertiogenita
Margarita	Gabriel primogenitus mutus, & ſurdus	Joſeph ſecundogenitus Co. Mazareni	Joſeph Comes Raccuiæ

FAbricius Branciforte ex variis titulis, ac majorum utriuſque lineæ paternæ, & maternæ ſucceſſione poſſeſſor Principatus Buteræ, cum dignitate Primatus Hiſpaniarum, ac etiam Principatus Petraperſiæ, Comitatus Mazareni, aliorumque feudorum etiam titulatorum, ex Catharina Barreſi Marchioniſſa Militelli tres habuit filios, Franciſcum ſcilicet primo, & Joannem ſecundogenitum maſculos, & Catharinam tertiogenitam fœminam. 1

Nupſit eo vivente cum D. Joan. de Auſtria Franciſcus primogenitus, cui pater iſtius matrimonii contemplatione, reſervatis uſufructu, & adminiſtratione, refutavit omnia dicta feuda cum eorum Dignitatibus, ſed turbato ordine naturæ patri prædeceſſerunt, tam dictus Franciſcus ſuperſtite Margarita unica filia, quam Joan. ſecundogenitus, ſuperſtitibus Gabriele primogenito muto, & ſurdo, & Joſepho ſecundogenito, quibus adhuc in pupillari exiſtentibus, obiit dictus Fabritius avus, unde orta eſt controverſia inter dictam Margaritam filiam Franciſci primogeniti & Joſephum filium ſecundogenitum Joannis ſecundogeniti, (ſtante incapacitate Gabrielis ejus fratris majoris, qui erat mutus, & ſurdus,) quæ controverſia ſopita fuit per concordiam initam per dicti Joſephi pupilli tutores, qua mediante hic obtinuit Comitatum Mazareni cum aliquibus annexis, præfatæ verò Margaritæ dimiſſa fuerunt reliqua omnia feuda cum eorum dignitatibus ut ſuprà; Factus verò major dictus Joſeph, occaſione accedendi ad Urbem ex motivo inviſendi præfatam Margaritam ejus conſobrinam, quæ viduata ex Comeſtabili Columna abſque prole, in hac Civitate elegerat domicilium uſque ad mortem continuatum, ſuper duobus meum pro veritate conſilium petiit, primò ſuper ſibi delata dictorum feudorum ſucceſſione per obitum dicti Fabritii avi in excluſionem ejuſdem

ejuſdem Margaritæ, ita ut propterea præfatam tranſactionem impugnando, etiam contra eam viventem reintegrationem ad dicta feuda intentare poſſet, & ſecundo, quatenus id non competeret, ita ut eorumdem feudorum ſucceſſio regulanda eſſet ex perſona dictæ Margaritæ de prole deſperatæ, cujus proximiores ab eodem Fabritio æquè deſcendentes in eodem, ac æquali gradu erant, ipſe Joſeph ut ſupra maſculus ex maſculo ætate minor, & alter Joſeph Cortes Raccuiæ ætate major filius Catarinæ tertiogenitæ nuptæ in eadem familia de Branciforte, cui ſcilicet dicta ſucceſſio probabilius debita eſſet, an ſibi ex prærogativa agnationis, & lineæ, vel æmulo ex prærogativa ætatis, cum in ſexu, & gradu eſſent æquales.

Reſpondi incongruè videri deſuper conſilium peti ab Advocatis Romanæ Curiæ, tum quia in iſta, non
2 multum frequenter pertracta eſt materia feudalis, cum Caſtra, & loca Juriſdictionalia per Barones Romanos poſſeſſa, pro majori parte habeant ſolùm illam impropriam, & remotam feudalitatem, per quam excluſo puro, & ſimplici allodio, intrent altum dominium, & ſuperioritas Papæ, ex iis quæ plenè, & ex profeſſo probat *Spada conſ.1. lib.1.* in reliquis autem omnibus, præ-
3 ſertim circa ſucceſſiones, potius bonorum allodialium jure cenſeantur; Tum etiam quia licet in utriuſque Siciliæ Regnis frequentiſſimæ ſint quæſtiones feudales, tam occaſione ſucceſſionis, quàm frequentiùs occaſione concurſus creditorum habentium, vel reſpectivè non habentium aſſenſum, ſeu occaſione revocationis alienationum, aliorùmque contractuum, qui ſuper ipſis feudis, vel actionibus feudalibus ſine aſſenſu fiant, nihilominùs totum conſiſtere magis videtur in utriuſque Regni particularibus legibus, nempè Conſtitutionibus, Capitulis, pragmaticis, & gratiis, earumque intelligentia, & praxi, quam in Jure communi feudorum, quod ab
4 iſtis feudis quodammodo exulaſſe videtur, utpotè per dictas leges particulares nimis alteratum, ita ut non deſint volentes, jus commune feudorum in dictis Regnis nunquam receptum eſſe, præſertim in dicto Regno Siciliæ ultra, *Vt per Corſett. jun. in add. ad patrem conſ. 7. num.6. & ſeqq.* licet hæc opinio ſit magis communiter rejecta; unde propterea non omninò adæquatum, & tutum conſilium deſuper per non practicantes illa Tribunalia dari poteſt, adeò ut in hoc citeriori Siciliæ Regno plures agnoverim in jure communi doctiſſimos, nullatenus callentes materiam feudalem, ſolùm cognitam iis, qui in Sac. conſilio, & Regia Camera ſummariè verſantur, cum in iſtis tantùm Tribunalibus hujuſmodi controverſiæ pertractentur, & nihilominus illa qualis qualis notitia, quam adoleſcens dicta Tribunalia practicando obtinueram, neque proderat quoad feuda alterius Regni Siciliæ ulterioris, ob multas diverſas leges, ſatiſque diverſam praxim, poſtquam ſub Carolo Primo; unum Regnum ab altero diviſum eſt.

Ut autem requirenti, his non obſtantibus, adhuc inſiſtenti morem gererem, cum ea notitia, quæ ex DD. Regni lectura obtineri poterat, quatenùs pertinet ad primum quæſitum ſucceſſionis in concurſu ejuſ-
5 dem Margaritæ per mortem Fabritii communis avi, procedendo ſeu diſcurrendo cum certo præſuppoſito, quod ageretur de feudis individuis Juris Francorum jure primogenituræ deferendis, vel quia in prædictis utriuſque Siciliæ Regnis generaliter per Conſtitutionem incipien. *Conſtitutionem divæ memoriæ* effecta ſint hujuſmodi naturæ, quamvis prius eſſent dividua & Juris Longobardorum, juxta unam opinionem, vel quia juxta alteram id provenerit ex locali, & particulari conſuetudine; quæ deinde paulatim creſcendo tranſierit in generalem, ex iis, quæ in propoſito deducunt *Minadous, Galeot. Vrſin. Marcian. & cæteri, de quibus in Mutinen. feudorum de Rangonis* ſuper quo puncto tanquam hodie certo, neglecta diſputatione, ut dictum eſt proceſſi præſuppoſitivè.

Dixi, quoad punctum ſucceſſionis, illius reſolutionem pendere à validitate ac efficacia ſeu effectu, & tempore refutationis, an ſcilicet refutatio eſſet valida, vel invalida, nunc utpotè nullo Jure abdicato à refutante, tempus mortis iſtius attendendum eſſet, ſi verò eſſet valida, & tunc quale tempus ad regulandam ſucceſſionem attendendum eſſet, an ſcilicet illud refutationis, vel potius tempus mortis refutantis, ſive, ſtante prædeceſſu refutatarii, cum ageretur de refutatione cauſativa, & facta contemplatione matrimonii, an ob iſtius diſſolutionem, tanquam ex ceſſante cauſa illa eſſet reſoluta vel ne, & ſic in ſumma concludebam deciſionem præcipuè pendere ab eo, an hujuſmodi ſucceſſio regulanda eſſet a perſona Franciſci refutatarii, vel potius ab illa Fabritii refutantis.

Quatenus enim, poſita validitate, ſeu perfectione, & duratione dictæ refutationis, attendenda eſſet perſona refutatarii, perinde ac ſi illa refutantis de tempore refutationis mortua eſſet, tunc dicebam planum eſſe bonum Jus Margaritæ Filiæ unigenitæ, abſque dubio ſuccedentis patri in excluſionem, vel dicti Joſephi tranſverſalis, & ex fratre nepotis, vel in excluſionem Fabritii patris, non obſtante diverſitate ſexus; licet enim attento Jure communi feudorum, quoties non agitur de feudis omninò improprietatis jure allo- 6
dii regulandis, de quibus in *Mantuana feudi hoc eodem tit.* fœminæ ſint inhabilitatæ ad hujuſmodi ſucceſſionem, quinimò etiamſi eſſent habilitatæ, quia nempè diceretur pro hæredibus utriuſque ſexus, ſeu expreſsè pro maſculis & fœminis, adhuc tamen intelligeretur in ſubſidium, ac defectis maſculis, quamvis tranſverſalibus, & remotioribus habentibus qualitatem deſcenſivam à primo acquirente feudi antiqui, excludentibus proindè Feudatarii defuncti filiam *ad text. in cap.1. de eo, qui ſibi, & hæredibus, & in cap.1. de feudo fœminino utrobique communiter Repetentes plenè collecti per Roſenthal.cap.7.concluſ.40 Schrader.part.7. cap 4.num.60.cum ſequent.latè Andreol.controv.252.& ſequent.cum aliis in eadem Mantuana.*

Nihilominùs in prædictis utriuſque Siciliæ Regnis fœminæ ſunt ſimpliciter habilitatæ, atque ita capaces 7
effectæ per Conſtitutionem *In aliquibus*, & meliùs per Conſtitutionem, *ut de ſucceſſionibus* utrique Regno communes, ac etiam per Capitulum particulare hujus Regni Siciliæ ultra incipien. *Si aliquem*, quod quidquid malè motivaverit Canetius *in d. c. ſi aliquem*, ut hæc habilitatio intelligatur etiam ad dictos limites juris communis, & in ſubſidium, iſta opinione rejecta, communiter apud utriuſque Regni Doctores receptum eſt, prælationem maſculi intelligendam eſſe in concurſu æquali lineæ vel gradus, ita ut prærogativam ætatis, non autem illam lineæ vel gradus, ut antiquioribus allegatis plenè probant *Petrus de Greg. de conceſſione feudi q.4. part.4. Corſett.conſ.24. num.1. Milanen. deciſ 8. lib.1.num. 129. Giurb. de ſucceſſ.feudorum prælud.6. num.19.* qui omnes ſunt Siculi ultra pharum, alios ejuſdem Regni Doctores referentes, magiſque conſtanter, & de plano firmant Regnicolæ citra, de quibus *Rovit. ſuper pragmat.1. de feudis, num.16. cum ſequent. Vrſin. de feudis part.1. q.5. art.2. & alibi*, cum concluſio non habeat amplius difficultatem, & ſic ſpectata perſona dicti Franciſci refutatarii, ut dictum eſt, caſus eſſet planus non admittens diſputationem, ut Margarita unica filia excludat alios.

Quatenus verò ob refutationis nullitatem ſive reſolutionem, vel quod tenenda eſſet opinio attendendi tempus mortis refutantis, non autem refutationis ut infra, ſucceſſio ex perſona dicti Fabritii avi ultimò defuncti regulanda eſſet, adhuc, procedendo magis cum illis majoribus notitiis, quas habebam de feudis hujus Regni Siciliæ citrà, primo aſpectu dicebam, caſum habere etiam difficultatem contra ipſum Joſephum, 8
quodque non obſtante diſparitate ſexus, potiores eſſent partes fœminæ ob prærogativam lineæ, quæ

vincit

vincit ſexum, quinimò etiam gradum, ita ut fœmina ſuperſtes ex primogenito prædefuncto excludat etiam ſuum patruum, & ſic filium primi gradus quamvis maſculum, multò magis nepotem *ut ex Napoden. in conſuet. ſi quis vel ſi qua, verbo ex maſcalis num. 118. firmant Minard. in Conſtit. In aliquibus, tertio notab. 118. & ſequent. Loffred. conſ. 39. num. 28. Apont. de poteſt. Proreg. tit. de ſucceſſ. mul. num. 29. & 30. & 44 Urſin. de feud. dicta part. 1. q. 5. art. 2. num. 7. cum ſequent. ad fin. & par. 2. q. 4. art. 2. num. 15. & ſequent.* qui duo ultimi alios cumulant, ac dicunt hodie indubitatum, ac tuetur *Marcian. jun. diſpat. 4. num. 9. & ſequent.* licet enim id nimis aſperum, quinimò barbarum videretur, originem probabiliter trahens ab aliquo iniquo principio, ut illorum temporum conditio dabat, nihilominus ut patet ex allegatis, id eſt receptum, unde propterea intrat propoſitio, quod lex quamvis dura, ſervanda eſt.

In hoc autem Regno Siciliæ ultra, quamvis ibidem recepta quoque opinio ſit, ubique hodie admiſſa, ne-
9 potem ex primogenito, non obſtante inæqualitate gradus & ætatis, ob repræſentationis beneficium vincere patruum, & ſic filium ſecundogenitum, ex copioſè collectis per *Marcian. jun. diſpat. 1. & per Giurb. de ſucceſſ. feudorum, §. 2. gloſ. 10. per tot.* quod magis de plano procedit in dicto Regno Siciliæ ultra per Capitulum Caroli V. 204. *ſeu* 118. ab eodem Giurba commentatum, attamen inhærendo magis tam juri communi feudorum, quàm illi Romanorum, ipſique juri naturæ, rationabilius receptum eſt, id procedere datis terminis habilibus & æqualibus, quod ſcilicet in filio repræſentante concurrat eadem qualitas maſculina, quæ concurrebat in perſona repræſentata, ut benè probant *Blaſcus Lancea in cap. ſi aliquem part. 1. principali, q. 3. verſ. iſta quæſtio, ſcribentes apud Milanen. dicta dec. 8. n. 107. & ſequent. & idem Milanen. num. 269 & 327. Bolognet. conſ. 8. num. 9. & conſ. 9. num. 57. & videtur de monte Cannetii, Camia & aliorum* ex diſpoſitione dicti Capituli. *ſi aliquem*, ubi ante omnia conſideratur ſexus, & clarius per Capitulum 204. *Caroli V.* ac etiam per Capitulum Regis Philippi regiſtratum *apud Bolognetum d. conſ. 9. num.* 10. ubi claris verbis deciditur, eatenùs nepotem ex primogenito excludere patruum, quatenùs ſi ſit fœmina, vincens ex beneficio repræſentationis ſolum gradum non autem ſexum, & ſic amittam, non autem patruum.

Et quamvis dictum Capitulum 204. *Caroli V.* loquatur ad favorem ipſius filii ſecundo geniti, & in concurſu neptis cum patruo, & aliud Capitulum Regis Philippi loquatur de ſucceſſione Collateralium, omninò ta-
10 men verius credidi convenire quoque huic caſui, vel ex vi comprehenſiva magis, quàm extenſiva ob identitatem ac majoritatem rationis, vel clariùs in ratione interpretativa, tanquam in caſu minùs dubitabili, dum præſertim exprimit rationem pariformiter adaptabilem, conſervationis ſcilicet feudorum in agnationibus, & familiis, & quia ſe conformat dicto alteri *Cap. ſi aliquem*, per quod ante omnia reſpicitur ad ſexum, ut eſt ſenſus *Perni conſ. 4. col. 3. verſ. Veruntamen Intriglìol. deciſ. 43. num. 21. & ſequent. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. part. 4. q. 10. in princ. & num 21. ubi Maſtrill. in addit. Corſett. jun. ad conſ. 10. ejus patris num. 27.*

Licet autem Giurba *de ſucceſſ. feudorum dicto § 2. gloſ. 10. ex num. 28. & gl. 2. num. 70.* latè probare conetur primogenitum quamvis non poſſeſſorem, tranſmittere
11 in ejus Filios jus primogenituræ in ſui perſona radicatum, examinando cum ejus docto, ſed prolixo ſtylo quæſtionem, an id ſequi dicatur jure repræſentationis ex perſona proprii parentis, vel ex perſona propria jure ſubingreſſionis, ſive ob virtutem, & prærogativam lineæ, de quæſtionibus habetur actum in ſua materia *ſub tit. de fideicommiſſis, & primogenituris*, ac latè in terminis feudalibus agit *Marcian. jun. diſp. 1. cum plur. ſeqq.* nihilominus negligendo, juxta laudabilem Curiæ ſtylum hujuſmodi evagationes dicebam, quod quidquid ſit de hoc, ſive una, ſive altera opinione retenta, ſemper id intelligendum eſt, quatenus perſona, quæ jure, ſive repræſentationis, ſive tranſmiſſionis, aut ſubingreſſionis, gradum corruptum occupare vult, eſt habilis, obtinens eandem qualitatem, quæ in parente erat cauſa excluſionis Fratris ſecundò geniti, quia licet fœmina ſit de linea primogeniti, non tamen habet illam qualitatem, ob quam dictus primogenitus vincebat ſecundo genitum, & ſic poſito quod ſucceſſio, refutatione non obſtante, regulanda ex perſona Fabritii avi ultimò defuncti, probabilius mihi videbatur bonum jus dicti Joſephi, unde propterea reſultabat de plano nullitas dictæ tranſactionis per ejus tutores cum evidenti læſione initæ.

Quare difficultas reſtringi videtur ad refutationis validitatem, vel operationem, unde propterea duas diſtinguebam inſpectiones, unam circa ejus validitatem, vel invaliditatem, ſtante quod eſſet pactionata, cum reſervatione ſcilicet uſusfructus, & adminiſtrationis, & alteram circa ejus operationem quoad hunc effectum ſucceſſionis, data etiam validitate.

Super prima, cum facti notula mihi exhibita non exprimeret, an dicta refutatio munita eſſet vel ne Regio aſſenſu, determinatum judicium dare non potui, cum ab hac circumſtantia penderet reſolutio, unde diſcurrendo conditionaliter ſeu præſuppoſitivè, dicebam quod niſi adeſſet aſſenſus, probabilius pro invaliditate reſpondendum veniret, quoniam, ut de hoc 12
habetur magis particulariter actum *in Romana de Palavicinis hoc eod. tit. ad materiam Bulla Baronum*, licet in jure Feudali receptiſſimum ſit, non obſtante prohibitione contenta *in Cap. Imperialem de prohib. feudi alienat. per Feder.* quinimò, & altera ſtrictiori contenta in Conſtitutione *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, refutationem fieri poſſe in proximè ſucceſſurum abſque aſſenſu, quia non eſt alienatio ſed præventiva ſucceſſio, tamen debet eſſe pura non autem pactionata, & cum uſufructus vel alterius juris reſervatione, qua concurrente, quamvis feudiſtæ ſatis certent, an illa vitietur, aliquibus volentibus eam tanquam accidens vitiari, firma remanente ſubſtantia refutationis, aliis verò volentibus pro validitate actus eam reſolvi in reſervationem fructuum ſeu commoditatis, & ut quid nudi facti, nihilominus magis communis, & recepta eſt, propter individuum voluntatis vitiare, totùmque actum invalidum, remanere *juxta conſ. 3. Loffredi, Apont. de poteſtate Proreg. tit. de refut. feudorum, §. 1. & 3. Rovit. pragmat. 4. de feudis, n. 8. & ſequent. Giurb. de ſucceſſ. feudorum, §. 1. gloſ. 12. n. 10. & 44. cum aliis apud eoſdem, & infra in dicta Romana de Palavicinis*, ſatis tamen probabile videbatur, ut idemmet Comes quaſi pro certo ſupponebat, ſtante occaſione hujuſmodi refutationis, adeſſe aſſenſum, quo caſu omnia hæc corruebant.

Circa verò alteram inſpectionem, eam ſubdiſtinguebam in duas alias, in effectu quaſi ſonantes in idem, ſed diverſos terminos habentes, unam ſcilicet, an ſtante diſſolutione matrimonii per prædeceſſum filii refutatarii, hujuſmodi refutatio, tanquam ex ceſſante cauſa reſoluta remaneret, juxta ea quæ *ex Oldrad. conſ. 135. &* 13
a iis habentur apud Rovit. conſ. 15. & 16. lib. 2. ac magis ex profeſſo habetur actum in ſua materia *in una Parmen. pro Comite Taraſcono, ac etiam in una Piſtorien. ſub tit. de Donation.* quaſi quod hujuſmodi actus eam implicitam conditionem habere videatur ſi donatarius donatori ſupervivat, ſive duret cauſa finalis, qua ceſſante actus reſolvatur tanquam ex ceſſante conditione; Verùm de hoc motivo ſatis dubitabam, cum probabilius dicta reſolutio ſit ſuſtentabilis in caſu, proceſſum fuerit per viam promiſſionis de relinquendo, ſeu quod aliàs dici poſſit ſubſtantiam actus quamvis irrevocabilis collatam eſſe in tempus mortis, juxta caſum, de quo *in dicta Parmen. ac etiam hoc tit. ad materiam Bulla Baronū, in Romana donationis de Andoſiilis*, Secus

autem.

Digitized by Google

antem, ubi donatio eſt initio perfecta, & tranſlativa dominii, dilata ſolùm executione poſt tempus mortis, ob reſervationem uſusfructus, quæ perneceſſe importat tranſlationem dominii, & poſſeſſionis proprietatis in donatarium, ne detur ſervitus in re propria, ut in his terminis refutationis advertitur *per Amicangel. quæſt. feudal. 11. num. 1. de Marin. ad Reverter. deciſ. 56. n. 3.* ubi quod actus explicatus per viam perfectæ donationis remanet irrevocabilis; & egomet admittu *in dicta Parmen. & in dicta Romana de Andoſillis.*

Unde remanebat pro unico refugio, altera inſpectio efficaciæ refutationis ad effectum ſucceſſionis, an ſcilicet iſta regulanda ſit de tempore ipſius refutationis, vel potiùs de tempore mortis, dubitandi rationem præbente diſpoſitione *textus in l. cum pater, § à filia, ff. de legatis ſecundo, l. filiusfam. §. divi, il primo l. Uxorem, §. Virum, ff. de legat. 3.* ut ſcilicet gravatus reſtituere poſt mortem, non poſſet ante illam præventivè reſtitutionem, facere in præjudicium ejus, qui de tempore mortis proximior reperiretur, & in terminis fideicommiſſariis *ex Bart. Alberic. & aliis in dicto, §. à filia* firmant *Roman. conſ. 452. & cæteri antiquiores, de quibus Rota deciſ. 468. & 469. part. 4. diverſ. & plenius deciſ. 263. n. 1. & ſeqq. part. 1. rec. late Fontanell. deciſ. 39. & 40.* ubi reſpondendo *ad text. in l. poſt mortem, Cod. de fideicommiſſis*, dicit procedere in præjudicium ipſius reſtituentis, ſecus autem in præjudicium tertii, qui de tempore mortis extiturus eſt proximior.

Quidquid autem ſit de his in terminis fideicommiſſorum, ac primogenitorum & majoratuum, de quibus habetur actum pluries in materia ſub tit. de fideicommiſſis, præſertim verò *in Romana primogenituræ*; in terminis tamen ſpecialibus refutationis feudorum, habebam difficultatem contra requirentem, quod ſcili-
15 cet magis communis, & vera eſſet, ut attendendum ſit tempus refutationis, quoties fraudis, & colluſionis præſumptiones, & non adminicula urgerent, *ut poſt Blaſch. Lanceam, Scaruffam, & alios Siculos, Cumia in cap. ſi aliquem, verbo antiquis, num. 361. & 376. Milanen. dicta deciſ. 8. num. 278 cum ſequent.* ubi plenè omnibus contrariis reſpondetur, ac firmatur hanc eſſe opinionem receptam, *Cutell. de donat. tom. 2. ſpecial. 12. in fine*, & quæ opinio magis communiter etiam recepta eſt in hoc altero Regno Siciliæ citra, ut plenè cæteris *Apont. dec. 4. Amicangel.* qui diſputat quæſtionem ad partes *quæſt. feudal. 12.* ubi hanc firmat veriorem, reprobato *Artman. Piſtor. quæſt. feudal. 6. num. 34. & ſequen. lib. 2. Roſenthal. cap. 5. memb. 2. concluſ. 67. Corſet. conſ. 19. num. 34. & ſequent. & latius Corſet. jun. in addit. ad patrem conſ. 22. apud quos cæteri, Intriglol. dec. 43. qui tenent contrarium.*

Præterea ubi etiam, quando cauſa eſſet integra, hæc diverſa opinio *Piſtor. Roſenthal. Corſett.* & aliorum eſſe magis ſuſtentabilis, ut in hoc regno Siciliæ ultra, non improbabiliter dici poſſe videtur ob contemplatam agnationem, tam per Capitulum, *ſi aliquem*, quàm clariùs per Capitulum Regis Philippi, quia tunc ceſſat præcipua ratio conſiderata per *Blaſc. & alios*, quod ſcilicet ſecundogenito ſuperſtiti nullum ſit præjudicium, dum nepos ex primogenito præ defuncto, ſecluſa etiam refutatione, fuiſſet ſucceſſurus, adhuc tamen mihi non levis remanebat difficultas ex duplici conſideratione, una quia non agebatur de cauſa integra, ſed jam ſopita per tranſactionem, pro qua ſuſtinenda, iſta tam magna opinionum diverſitas ſufficere videtur, ſecundo fortius ubi actus eſſet munitus regio aſ-
16 ſenſu ſanante hujuſmodi defectum, ſeu dirimente quæſtionem cadentem, ubi actus fieret ex ſolo facto refutantis, & cum ea licentia, quam lex ei tribuit, quaſi quod nunc, cum talis facultas unicè fundetur in ratione legitimæ ſucceſſionis, ita ſolùm præventæ, eam conditionem habere videatur, ſi fiat caſus hujuſmodi ſucceſſionis unde fictio conjungatur cum veritate. Potiſſimè verò ſtante cauſa, ob quam refutatio facta

eſt, adeò ſcilicet qualificati matrimonii cum ſanguine regio, & ex qua circumſtantia, ponderabam duos reſultare effectus, unum ſcilicet omnimodæ ceſſantis ſuſpicionis fraudis, & colluſionis, & alterum, quia ut habetur *apud Franch. deciſ. 205. Venturin. conſ. 14. Merlin. dec. 515. part. 6. & rec.* & ſatis frequenter in ſua 17
materia *ſub tit. de donationibus*, hujuſmodi donationes contemplatione matrimonii dicuntur pars contractus matrimonialis, ac proveniunt, magis ex providentia Sponſæ cjuſque parentum, & conjunctorum ut ita provideretur ſibi, ac filiis ex eo matrimonio ſuſcipiendis, quàm ex puro facto, & liberalitate donatoris, unde remanet ſpecies contractus correſpectivi, & conſequenter non ita de facili intrant, quæ in terminis merè voluntariæ, & gratuitæ refutationis in propoſito dici poſſent.

Et ex his, ac etiam ex pluribus motivis prudentialibus non irritandi amittam prole carentem, à qua juxta ordinem naturæ magna ſucceſſio ſperari potuiſ- 18
ſet, conſului ab hujuſmodi opere abſtinendum eſſe, reſervando dicta motiva, quæ adversùs præfatam Margaritam viventem deduci poſſent deducenda in excluſionem præfati Comitis Raccuiæ, ob prærogativam ætatis cum gradus æqualitate ad hujuſmodi feudorum ſucceſſionem aſpirantis poſt ejuſdem Margaritæ mortem.

In eadem facti notula, ſeu diſcurſu mihi exhibito, ut ſuper eo reſponſum darem, excitabatur etiam motivum reverſionis hujuſmodi feudorum ad Fabritium refutante, quaſi quod in ſucceſſione refutatarii 19
ipſe omnibus præferatur, excluſis cæteris quamvis proximioribus, potius jure reverſionis quàm ſucceſſionis *ex text. in cap. 1. de eo qui finem fecit agnato, & Cap. 1. §. ult. ſi de feudo fuerit controverſia cum concord. per Roſenthal. cap. 2. concluſ. 20. & 21. Montan. controv. 9. per tot. Marcian. jun. diſp. 8. de Marin. reſol. 189. num. 36. & ſequent. lib. 2.* Verùm in hoc putabam procedi cum æquivoco, quoniam id reſpicit habilitatem reſultantis ad ſuccedendum, ne ſcilicet prætendi poſſet excluſus, vel quia per refutationem fecerit ſe mortuum & inhabilem, vel quia parentes de jure extranei ſunt, à ſucceſſione feudorum, & ſic ad effectum, ne remotiores agnati eos excludant, eiſque non tollatur illa naturalis ſuccedendi habilitas, quàm aliàs haberent, non autem ut proprios filios refutatarii morientis, ipſe refutans excludere poſſet, unde quoad hoc primum quæſitum impugnandi tranſactionem, eram in voto negativo, potiſſimè quia Margarita ſuper hujuſmodi feudis jura dotalia matris, aliaſque prætenſiones habebat, & ſic ex pluribus remanebat durum opus, ea vivente non de facili terminabile.

Quo verò ad alterum punctum prætenſionis dicti alterius Joſephi Comitis Raccuiæ ſuper ſucceſſione per obitum ejuſdem Margaritæ, in eadem notula inſinuabatur, duo eſſe præfati Joſephi fundamenta, ex quibus prætendebat in hujuſmodi ſucceſſione potiora eſſe ejus Jura, primo quod in dicta tranſactione inita inter Comitem Mazzareni & Margaritam per verba ampla, & effrænata dictum eſſet, à dicto Comite, quatenus opus eſſet, hujuſmodi feuda eidem refutari & renunciari, unde propterea inferebatur ad renunciationem realem, per quam renuncians tollere dicitur ſe de medio, ex regula, quod renunciantibus non datur amplius ad jura renunciata regreſſus, & ſecundo, quod ipſe eſſet tam in gradu, quam etiam agnatitia qualitate æqualis, dum ejus mater nupſerat viro de eadem familia, ideóque data hac omnimoda qualitate in gradu, agnatione, & ſexu, vincere debebat ratione prærogativæ ætatis.

Primum fundamentum renunciationis ſeu refutationis, pro meo judicio diſcurſu indignum, ac verè 20
fabuloſum reputatum fuit, quoniam ubi etiam ageretur de voluntaria, & mera renunciatione, hujuſmodi

Digitized by Google

quæſtio omnimodæ realitatis extinctivæ cadere ſolet in iis renunciationibus, quæ fiunt per ingredientes Religiones,& Monaſteria, quaſi quod, ut expeditius Deo inſerviri poſſit, ita voluerit renuncians omninò à ſe abdicare, tam actu, quàm habitu, & ſpe, bona temporalia, ac facere ſe mortuum, quod tamen neque eſt de facili practicabile, ex iis quæ pluries habentur in ſua materia ſub tit. de renunciationibus præſertim *in Romana fideicommiſſi de Steccatis, & in Romana hereditatis de Lanuvio, ac in deciſionibus in utroque cauſa editis coram Bourlemont, & Taia*, Ubi verò ceſſat iſta circumſtantia ingreſſus in Religionem, tunc, vel nulli, vel nimium rari ſunt caſus, in quibus verificetur hujuſmodi renunciationis ſpecies, & ſi quis caſus contingit, verificabilis eſt in renunciationibus, quæ fiunt per mulieres nuptas, utpotè in alienas familias transeuntes, ex motivo conſervandi bona in agnatione, ut diſputatum fuit *in Marſicana ſucceſſionis, & in aliis eodem tit. de renunciationibus*, ac in celebri quæſtione, quam vidi diſputatam in Tribunalibus Neapolis, dum eram Scholaris, ſuper renunciatione Principiſſæ Perettæ de qua plenè, & doctè agit *de Marin.reſol.189.lib.2. cum ſimilibus.*

Sive altera quæſtio diverſæ ſpecie realitatis, & perſonalitatis cadere ſolet in bonis indifferentibus ad hæredes etiam extraneos tranſmiſſibilibus, in quibus cadat controverſia inter ipſum renunciantem, & hæredes renunciatarii, an ſcilicet præciſè contemplata ſit perſona renunciatarii limitatè abſque tranſmiſſione ad hæredes, ita ut renunciatio reſolvatur, juxta id, quod diſputatum fuit *in Romano fideicommiſſi de Vrſinis* inter Iſabellam Urſinam, & creditores Franciotti, & Franciſci Urſini Fratrum, de qua habetur actum *ſub tit. de fideicommiſſis, ſeu ſub altero de renunciationibus*, plureſque adſunt deciſiones coram *Veroſpiu, Taja, & Bevilaqua* cum ſimilibus.

Ubi autem hujuſmodi circumſtantiæ ceſſant, atque agitur de bonis differentibus, non ceſſibilibus, ſive ad extraneos hæredes renunciatarii non tranſmiſſibilibus, tunc ex veriſimili voluntate tàm renunciantis quàm re-
21 nunciatarii remanet renunciatio merè perſonalis, & reſtricta ad perſonas, quas renunciatarii intererat potiùs ſuccedere quàm renunciantem, ſecùs autem favore Domini vel remotiorum agnatorum, aut aliorum vocatorum à renunciatario veriſimiliter non contemplatorum, juxta veram,& receptam theoricam Bart.*conſ.58.& in l. qui Roma, § duo Fratres, num.24.ff. de verb. oblig. de qua poſt antiquiores plenè Peregr. de fideicommiſſis art. 52.num 73.cum ſeqq. Schrad.r.de feud.p.8. c.5. num.27. Fulgin.de emphit.tit.de renunc.q.2.num.1. & ſeqq. Ciriac.controv.4.num.20.& 25.Rota dec.186. part.3. rec. & habetur deductum in dicta Romana fideicommiſſi de Steccatis ſub tit.de renunciationibus,in Romana, ſeu Vrbevetana ſucceſſionis pro Ardicciona ſub eodem tit.& in aliis frequenter*, cum nullatenus probabile ſit, tam Margaritam renunciatariam, ceſſato proprio, ſuorumque filiorum, & deſcendentium intereſſe, quàm Comitem renunciantem, ità hujuſmodi actum gerere voluiſſe, ut habito dicto Comite pro non extante in rerum natura, tranſirent feuda ad remotiores, vel cognatos, ſive his non exiſtentibus devolveretur ad Fiſcum.

Clariùs verò, ac extra omne principium dubitandi, quoniam hæc non erat vera, & voluntaria renunciatio, cujus termini additi fuerant, juxta conſueta Notariorum formularia, pro potiori, & exuberanti cautela, cum proceſſum eſſet per viam tranſactionis, cujus natura eſt ut reſtringatur ad ea, quæ in litem deducta ſunt, quam-
22 vis ampla,& effrænata verba contineret, quæ ſemper acceſſoriè, & famulativè ſtare dicuntur, neque diſpoſitionem extendunt, niſi ubi ratio affectionis, vel alia circumſtantia implicet quoque in aliis, quæ non erant in lite, donationem, vel pactum de non petendo, juxta ea, quæ *hoc eodem tit.* habentur in propoſito deducta *in Romana ſeu Peruſina pro Epiſcopo Acornea, & in aliis*, & fortiùs dum tractabatur de tranſactione facta per pupillum, ejuſque tutores, unde quando etiam in verbis hujuſmodi prætenſam realitatem contineret, adhuc eſſet invalida, utpotè manifeſtè læſiva, & irrationabilis.

Unica igitur dubitandi ratio cadebat ſuper prælatione ſucceſſionis, quoniam cum contendentes eſſent ultimo defuncto patrueles, & ſic æquali quarto gradu, ceſſabant termini repræſentationis, quæ non datur poſt fratres fratrumque Filios, dum etiam in feudis hodie magis communiter receptum habemus idem quod in fi- 23
deicommiſſis, ut ſcilicet proximitas regulanda ſit ex perſona gravati non autem gravantis, ſeu ex perſona ultimo morientis, non autem primi acquirentis, ex iis, quæ habentur deducta *in Mutinen. feudorum de Rangonis hoc eodem tit.* ideóque in ſpecie duorum patruelium in gradu, & ſexu æqualium, quorum unus ætate minor, erat Filius ſecundo geniti, alter verò ætate major, erat Filius tertio geniti, ut in hujuſmodi concurſu, ceſ-
ſante beneficio repræſentationis attendatur prærogativa 24
ætatis, habetur *apud Petr.de Greg.de feudis part.4.q.10. n.23.Cumia in cap.ſi aliquem verbo major natu, de Marin.reſol.126.n.64.lib.1.Be ons in ſubſcript.ad allegationes impreſſ.poſt ſecundum tom.de citat.*

Licet enim etiam in gradus inæqualitate, nepos ex 25
fratre ſecundo genito vincat fratrem tertio genitum *ut aſſlict. in Conſtit. de ſucceſſionibus 8. nutab. num.22 & 23. Fab. de Ann. conſ. 125. num.43. & ſequent. Rovit. pragm.11. de feud. num.52. & ſequent. Amat. reſol.1. Marcian. dicta diſput. ſecunda, Giurb. de ſucceſſ. feud §.2.gloſ.10.Vrſin.de ſucceſſ.feud.part 2.q 4.artic.1. Marin.dicta reſol.126. num.52. lib 1.* attamen id provenit ex beneficio repræſentationis intrantis in filio fratris, qui repræſentando proprium parentem ſecundo genitum, ita excluditur tertio genitum quem ejus pater excluderet, ſecùs dicto beneficio ceſſante, ut *apud Maria.dicta reſol.126.num 64.*

In eadem notula inſinuabatur ex parte dicti Comitis 26
Raccuiæ prætendi, ſibi non obſtare cognatitiam qualitatem in eo Regno conſiderabilem ob dicta Capitula contemplantia agnationem *juxta conſ. Perm. 19. cum aliis per Mut. ad Cap.ſi aliquem, num.141. & Cumiam in eodem Cap.ſi aliquem, verbo maſculus num 109. cum ſequent. Intrigliol.de feud.centur.2.art.51.* quoniam cum ejus mater nupta eſſet in eadem familia de Branciforte, ipſe quoque agnatus erat, ut in ſpecie ponderat *Fuſar. de fideicommiſſis, q.357. in fine.*

His tamen non obſtantibus, contrarium abſque difficultate cenſui verius pro dicto Comite Mazzereni, ita ut pro meo judicio prorſus improbabilem crederem dicti alterius Comitis Raccuiæ prætenſionem, ob duplicem prærogativam ſexus, & lineæ, quarum ſingulæ diſtinctè, & de per ſe vincunt indubitanter ætatem, mul-
tò magis utraque inſimul concurrente, nil obſtante 27
agnatitia qualitate prætenſa per dictum Comitem Raccuiæ, quoniam ille attinet feudatario per extremum inhabile fœmininum, quod extraneum eſt, maſculis æqualis gradus extantibus, tam de jure communi feudorum, quàm de dicto jure Capitulorum hujus Regni, undè propterea intrat regula, quod infecta primitiva, remanet etiam infecta derivativa, ſive quod non poteſt dari major prærogativa in cauſato quàm in cauſa, medium verò paternum eſt omninò extraneum, idcóque illud accidens, quod reperiatur de eodem cognomine ſeu eadem familia nihil facit ad rem, ut reprobato *Fuſar. queſt.404. habetur per Rot.dec.53.p.7 recentior. per totum*, ubi in ſpecie de maſculo nato ex fœmina nupta in familia, & habetur particulariter actum *in Vrbevetana fideicommiſſi ſeu majoratus de Marſcionis ſub tit. de fideicommiſſis, & in aliis*, cum ſit principium veriſſimum, ac receptum.

Et ulterius fortiter ſuffragabatur prærogativa lineæ, quæ juxta ordinem poſitum per Molinam communiter
receptum, ſemper occupat primum locum, ſecundum 28
verò gradus, tertium ſexus, & quartum ætas, quæ ultimo

Digitized by Google

ultimo loco ſituatur, ut plenè habetur deductum in his
terminis *Apud Amat.reſol.1.& in dictis allegationibus
impreſſis apud Baron. ut ſupra*, & non negant, ſed ad-
mittunt *de Marin.dicta reſol.126.Vrſin de feud. part.2.
q.9.artic.1.Marcian.diſput.2. cum duobus ſequent.* ubi
doctè, & plenè tractat materiam repræſentationis, quo-
niam aliud eſt agere de repræſentatione perſonali,aliud
verò de tranſmiſſione prærogativæ lineæ, cujus quali-
tas tranſmittitur in omnem poſteritatem *ut per Amat.
dict. reſol.1. & habetur actum in Bonon. primogenitura
de Podiis, ſub tit.de fideicommiſſis, ac in docta decis. in
forma diſcurſus deſuper in ea cauſa edita 1. Iulii 1654.
coram Bichio dec.27.poſt Bonden. & repetita deciſ.346.
part.11. rec.* ubi de puncto longè remotioris in gradu
venientis ex prærogativa lineæ.

Eatenus enim in Regno Siciliæ citra cadit hæc diffi-
29 cultas, unde deciditur pro proximiore de linea infe-
riori contra remotiorem de linea primogenita, & ſic
pro patruo contra conſobrinum de linea primogenita,
quatenus urgeat ratio excluſionis iſtius à ſucceſſione
feudali, quæ in eo Regno per Conſtitutionem *ut de
ſucceſſionibus* non egreditur tertium gradum civilem;Et
quamvis per modernas gratias adſit ampliatio ad quar-
tum, attamen hujuſmodi gratia intelligenda eſt in ſo-
lum præjudicium Fiſci, non autem ejus,cui alias ſucceſ-
ſio debita eſſet, *ut apud Marin.Vrſin.& Marcian. pro-
ximè ſupra.* Unde ceſſante dicta ratione,& altera agna-
tionis, neque curatur ſexus per cognationem, quia vin-
citur à linea, ideóque in Regno etiam Siciliæ receptum
eſt, neptem ex ſorore primogenita vincere nepotem ex
ſorore tertio genita, quia ſi earum matrès viverent, pri-
mogenita excluderet ſecundogenitam, *Vrſin. d. part.2.
quæſt.6.art.unic. num.26. de Marin. d. reſol.126. n.65.
& ſeqq.*

Acquievit dictus Comes Mazzareni conſilio, nil
excitando contra Margaritam viventem, quod tamen
nihil profuit, quoniam ad breve tempus decedens, in
ejus opulento eſſe allodiali, ac liberæ diſpoſitionis alios
ſcripſit hæredes, in feudis autem, in quibus nullam
habebat diſponendi facultatem, utpotè pacti, & pro-
videntiæ, & juxta eam antiquam formam, quam Siculi
dicunt ſtrictam, omnimodam æqualitatem, ſeu neu-
tralitatem profitendo, diſpoſuit de meridiano Sole, dum
eſt ſub Leone, illa ſcilicet relinquendo, quibus de jure,
&c. unde propterea inter dictos Comites Mazzareni,
& Raccuiæ introducta fuit lis in magna Reg. Cur.Si-
ciliæ, per quam poſt acerrimas diſputationes in poſſeſ-
ſorio, pro Comite de anno 1660. prodiit reſolutio, re-
ſervatis juribus partium in petitorio & poſſeſſorio ple-
nario. Cúmque per Regem Catholicum ob cauſæ gra-
30 vitatem demandatum eſſet eidem M. Reg. Cur. quod
ſibi fieret relatio iſta occaſione, deſuper edita fuit ſatis
elaborata, & plena deciſio, quamvis ab aliquo ſuper-
fluitatis defectu non omninò immunis, in qua etiam
pleraque tractantur mihi ignota, utpotè non contenta
in dicta facti notula ſuper qua conſilium expetitum
fuit, præſertim circa exiſtentiam Gabrielis muti,& ſur-
di, qui erat ætate major, an ſcilicet ille de linea ſe-
cundogenita tolleret unicam prorægativam ætatis, quæ
erat fundamentum prætenſionis dicti Comitis Rac-
cuiæ; demùm verò cauſa per concordiam finem habuit,
per quam remanentibus penes Comitem Mazzareni
Principatu Boteræ cum dignitate primatus Hiſpania-
rum, & aliis feudis, dimiſſus fuit, dicto alteri Comiti
Principatus Petræ perſiæ, quia verò in dicta deciſione
multa ad hanc materiam, & pro interpretatione Capi-
tulorum illius Regni continentur,ideó oportunum cen-
ſui eam regiſtrare in fine voluminis, cum etiam ibi ha-
beatur latè actum de natura feudorum, in quibus ego
proceſſi præſuppoſitivè,quod eſſent juris Francorum,ac
etiam in fine agatur de ſucceſſione Marchionatus Mili-
telli, ſuper qua conſultus non fui.

Reſolutio mihi, reflectendo etiam ad ſolam verita-
tem, viſa eſt juſta, & probabilis, etiamſi fuiſſet in peti-
torio ex dictis fundamentis prærogativæ lineæ,ac etiam
ſexus, ſeu agnationis, quamvis ſucceſſio regulanda
eſſet ex perſona Margaritæ, ut mihi probabilius videba-
tur, licet dicta deciſio oſtendat apud judicantes fuiſſe
habitum pro vero, quod ſucceſſio ab initio per mor-
tem Fabricii avi radicata eſſet in Joſepho Comite Maz-
zareni, quem dicendum eſſet per tranſactionem refu-
taſſe feuda Margaritæ,quodque propterea ipſe tanquam
refutans vincere deberet omnes in ſucceſſione refutata-
rii, quod fundamentum mihi non omninò ſatisfaceret,
ſi in contrarium urgeret prærogativa lineæ, vel ſexus,
ſeu gradus, &c.

† Quamvis in deciſione, quæ ſuper iſta celebri, 1
adeóque gravi cauſa prodiit impreſſa in hoc
primo libro, doctè quidem, nimiúmque elaboratè, per
quandam ſpeciem tractationis, multæ quæſtiones feu-
dales reaſſumantur, cum eo ſuperfluo evagatario ſtylo,
quem Regionum mores induxerunt, etiam in Advoca-
torum aliorumque Juris Conſultorum reſponſis, ut ar-
guendo ex ungue leonem, patet ex iis, quæ in eadem
cauſa pro ſuccumbente ſcripſit *Cammarata reſponſ.2.
lib.2.* non tamen quo ad ſtylum multùm commendabili-
ter ex ponderationibus, de quibus in relatione Curiæ 2
lib.15.diſc.46. ubi de modo ſcribendi, ac etiam *diſc.31.*
ubi de modo edendi deciſiones.

Attamen quoad juris articulos, qui ſtrictè percute-
tent caſum controverſiæ, quinque erant puncta. Primò
nempè ſuper validitate refutationis. Secundò, an poſita
validitate, quoad refutantem, adhuc tamen non præ-
judicaret tertio ad varios effectus; Et præſertim illum, 3
ut ſucceſſio regulanda eſſet ex perſona refutantis, atten-
to tempore mortis; Tertiò, an per prædeceſſum refuta-
tarii, feudum revertatur ad refutantem,tanquam ex ceſ-
ſante cauſa ad eundem effectum regulandi ſucceſſorem
à perſona refutantis. Quartò quatenùs etiam regulanda
eſſet ſucceſſio ex perſona refutantis, attento tempore
mortis, cui ſucceſſio, iſto caſu eſſet debita; & quintò,
quatenus ſucceſſio regulanda eſſet ex perſona refutata-
rii, vel ejus filiæ defunctæ ſine proprio ſucceſſore ſan-
guinis,cuinam iſta contendentium ſucceſſio debita eſſet,
an ſcilicet conſobrino ex patruo, ſed minori natu, vel
alteri conſobrino ex amitta natu majori.

Quatenus pertinet ad primum punctum validitatis
refutationis factæ filio primogenito; In hoc diſcurſu,
latiùs verò, magiſque ex profeſſo infrà *diſc.76.* firmatur
concluſio ſuper validitate refutationis in proximè ſuc-
ceſſurum,dummodo habeat nonnulla requiſita; Primò, 4
nempè,ut ita fiat,ut habeat cohærentiam contractus do-
nationis; Secundò,ut citra fraudem; & tertiò, quod ſit
pura & ſimplex,non autem pactionata cum aliqua reſer-
vatione; undè propterea feudiſtæ cum ſciſſura trium
opinionum diſputant quæſtionem inter eos celebrem,
an pacta vitient vel vitientur; Et ſuper qua materia,
commendabiliter quidem ſuper doctrina & eloquutione,
ſed pariter non multùm commendabiliter ob ſuperflui-
tates multa deducit *Roſa poſtmodum impreſſ. conſult.59.*

Verùm in hac facti ſpecie, iſta quæſtio extranea vi-
debatur, quoniam procedit cum præſuppoſito, quod fa-
cta ſit ſine aſſenſu Domini, atque in hoc conſiſtit ejus 5
ſpecialitas, ut ſine dicto aſſenſu valeat, ex ea ratione,
quòd non ſit alienatio,ſed potiùs præventiva ſucceſſio;
ſed quando munita eſt aſſenſu,qui non valeat de ſubre-
ptione,vel defectu intentionis, aliaque nullitate redar-
gui,tunc nil refert,an ſit pactionata,necne,quoniam ubi
etiam pactum eſſet prohibitum, atque redoleret diviſio-
nem,vel ſervitutem feudi,adhuc tamen de ejus validita-
te dubitandum non eſſet in præjudicium refutantis, &
ſuo jure durante,quidquid ſit in præjudicium tertii,jux-
tà proximè ſequentem punctum, dum aſſenſus Domini
tollit hoc impedimentum; Ad inſtar eorum,quæ habe-
mus in materia beneficiali,ſuper reſignatione,vel dimiſ-
ſione beneficii ad favorem alterius,quæ purè fieri poſſit
ſine beneplacito Apoſtolico,non autem cum reſervatio-
ne fructuum vel penſionis; Vel magis proximè in praxi

habetur in indulto transferendi penſionem, quod fieri poteſt purè & ſimpliciter, non autem cum aliqua reſervatione ad favorem transferentis ex deductis *ſub tit. de penſion diſc 64.* Attamen ſi in indulto id concederetur, ſive ipſa tranſlatio jam facta ſpecialiter approbaretur à Papa, tunc non intraret hæc dubitatio, quæ tota pendet à carentia aſſenſus, ita in præſenti,

Præterea ad declarationem præſertim eorum, quæ habentur infra *d. diſc. 76.* In iſta quoque materia refutationis, dignoſci videtur idem æquivocum, quod ſuprà in
6 adnotationibus *ad diſc. 1. & 2.* & in aliis pluries obſervatum eſt, confundendi ſcilicet auctoritates feudiſtarum, eorumque indigeſtam faciendo conſarcinationem, ſine diſtinctione regionum & legum, cum quarum præſuppoſito ipſi loquuntur; Et ſic confundendo feudiſtas Regnorum utriuſque Siciliæ, loquentes in terminis illarum legum particularium, & alios, qui loquuntur juxta conſuetudines vel leges communes feudales.

In prædictis etenim Regnis, viget pluries inſinuata longè ſtrictior prohibitio cujuſcumque actus, qui quomodocumque importet diviſionem, vel ſervitutem; aut quale quale onus feudi; Undè propter ob hanc ampliorem prohibitionem, multa ibi fieri non poſſunt ſine aſſenſu, quæ alias ex jure communi feudorum fieri poſſunt; Puta, quia de jure communi, fieri poteſt tranſactio bona fide, quod ad limites illarum legum denegatur, ut infrà *hoc tit. diſc. 49.* Item de jure communi, concurrentibus quibuſdam requiſitis, fieri poſſunt ſubinfeudationes, ibi ob dictam infeudationem interdictæ; *ut ſupra diſc. 1.* Ac etiam in terminis juris communis feudalis, prohibita non eſt ſine aſſenſu Domini ceſſio, vel alter contractus ſuper commoditate feudi ex deductis *d. diſc. 76.* & magis ad rem, *diſc. 61. & 110. & alibi*; Ac etiam in Curia docet praxis in materia penſionum Eccleſiaſticarum; Et tamen ibi id non permittitur ad favorem extraneorum, dum etiam illa ſimplex tenuta, quæ priùs concedebatur creditoribus ſine aſſenſu, hodie ſublata eſt, atque ampliùs non practicatur, ſolúmque conceditur coactio in actione perſonali ad vendendum feudum.

In his verò terminis refutationis, quod factæ ſint in proximè ſucceſſurum, permittitur ſolùm reſervatio commoditatis, vel fructum tanquam nudi facti, ſive reſer-
7 vatio alicujus annuæ præſtationis, per viam tamen obligationis perſonalis refutatarii, & cum obligatione ejus bonorum allodialium, non autem cum aliquo jure reali in ipſo corpore feudi ex deductis per *Marin. in ad in. ad Reverter. deciſ. 550. de Luca ad Franch. deciſ. 501. n. 4. & non negat Roſa d. conſult. 59. & d. diſc. 76.* Ideóque limitatè permittitur dictus actus purus præventivæ ſucceſſionis in proximè ſucceſſurum, adeò ut alias actus remaneret invalidus & revocabilis, etiam ab ipſomet faciente, & ſine aliqua obligatione perſonali, vel obligatione ad damna, & intereſſe.

Hæc autem omnia ceſſant in terminis juris communis feudalis, vel etiam alterius Romanorum, quoniam
8 tam in hac materia feudali, quàm etiam in emphyteutica, prohibitio alienandi intelligitur quoad extraneos, non autem quoad comprehenſos in inveſtitura, in quos licet remotiores, alienatio licitè fieri poteſt, illaque valida eſt, & ſubſtinetur, durante jure ipſius alienantis, & in ejus præjudicium, quidquid ſit quoad præjudicium proximioris, cui ſucceſſio aperta ſit, ut feudum à remotiori, in quem alienatio facta eſt, vindicare valeat ex deductis infrà *hoc tit. diſc 107.* ac etiam *tit. de emphyt. diſc. 19 & tit de fideicomm. diſc. 55. & alibi.*

Et per conſequens erroneum eſt procedere in hac materia, cum Regnicolis, qui, ſive ob ſtrictiſſimam & ampliorem prohibitionem, reſultantem ab illam parti-
9 culari Conſtitutione, quæ incipit *Conſtitutionem Divæ memoria*, ſive ab illa nimium ſtricta, & rigoroſa individuitate, negant etiam inter comprehenſos quemcunque actum, qui diviſionem vel ſervitutem, ſeu quale quale onus redolere poteſt, ac propterea termini ſunt longè diverſi.

Hinc ſequitur, ut in puris terminis juris communis feudalis, nulla videatur ſubeſſe prohibitio refutandi feudum proximè ſucceſſuro, cum reſervatione vel retentione, tam juriſdictionis quàm uſus fructus, aliarúm- 10
que præeminentiarum, quodque actus ſit validus quoad facientes, dum omnes ſunt comprehenſi in inveſtitura, ideóque non intrat alienatio prohibita; Idemque in refutationibus primogeniorum & majoratuum, dum ambo ſunt de genere vocato, intra quod, etiam ſine ordine proximitatis, prohibitio non intrat; Ac propterea repetere oportet idem pluries inculcatum monitum, ut omninò reflecti debeat in omnibus ad hujuſmodi diſtinctiones, atque abſtinendum ſit ab indigeſtis cumulis, vel conſarcinationibus diverſarum auctoritatum ob longam differentiam inter unam ſpeciem, & alteram.

Difficultas itaque, etiam in terminis juris communis; magis verò in illis præfati juris particularis dictorum Regnorum, percurrit ſecundum ſupra diſtinctum caſum, quod ſcilicet refutatio valida eſſet quoad ipſum refutantem, & habentes cauſam ab eo, qui illam impugnare non poſſet; prætenderetur autem invalida, vel impugnabilis per tertium, ratione fraudis vel præjudicii.

Plures autem ac diverſæ ſunt iſtius fraudis, vel præjudicii ſpecies; Una ſiquidem eſt illa, quæ conſideratur per dictos Regnicolas, potiùs quàm per alios circa ſolu- 11
tionem relevii, quæ facienda eſt per novum ſucceſſorem feudi in medietate fructuum illius anni, & de quo ſpecialiter agitur infrà *diſc. 28.* & ſuper hac ſpecie fraudis aliquid inſinuatur ſuprà *diſc. 1.*

Altera eſt illa fraus, quæ fiat creditoribus refutantis, in ſola actione perſonali, reſpectu feudi refutati in agnatum ſucceſſurum, contra quem nullam habeant actionem realem, vel perſequutoriam ad ipſum corpus 12
feudi, ob carentiam aſſenſus, undè propterea ejus fraus fiat in fructibus, qui durante vita vel jure refutantis eorum debitoris, ab eis obtineri potuiſſent; Et tunc intrat illa diſtinctio, quæ hodie videtur vulgaris, tam in iſta materia feudali, quàm in fidei commiſſis & majoratibus, ac etiam in hæreditatibus, ac aliis juribus delatis ex diſpoſitione legis, vel alterius hominis, ſeu aliàs quam per proprium contractum, quod ſcilicet; Aut agitur de reſinatione impropria, quam noſtri ad differentiam renunciationem dicunt, per viam abſtentivam, ita tollendo ſe de medio, & negligendo acquirere jus delatum, ut alteri proximiori locum faciat, & tunc fraus non attendatur, juxta terminos textus *in l. qui autem, ff. quæ in fraudem creditorum*, cum concordantibus *ſub tit. de credito diſc. 137. & 138.* Aut verò agitur de vera, & propria refutatione feudi, jam agniti, & poſſeſſi juxta præſentem caſum, & tunc ubi agatur de refutatione in ejus propria & regulari natura, gratuita ſcilicet ſub prægnanti nomine contractus donationis, & tali caſu, quamvis eiſdem creditoribus nullum jus directum, ac reale competat ad ipſum corpus feudi; Attamen ob fraudis præſumptionem à lege ſubintellectam ratione cauſæ lucrativæ, eſt locus ſubſidiario remedio edicti *de his, quæ in fraudem creditorum, &c.* cum coactione perſonæ, ut tradat fructus, ſive juxta locorum, & Tribunalium praxim, cum tenuta ad effectum percipiendi fructus, ut facti potiùs quàm ut juris, juxta diſtinctionem, de qua *hoc tit. d. diſc. 61. & 110.* & in aliis ibi enunciatis, & habetur etiam ad rem *ſub tit. de fideicomm. diſc. 195.*

Ubi verò actus validè ſequutus eſſet ex cauſa oneroſa & correſpectiva, & tunc intrare videntur diſtinctiones de quibus *diſc. 156. de dote*, inter tertium conſcium, ſeu participem fraudis, & tertium non participem, dum intrare videntur ea, quæ ſuprà *diſc. 1.* habentur inter fraudem conſilii, & fraudem præjudicii; Ut ſcilicet requiratur, etiam prima, & non ſufficiat ſecunda, niſi cum fovente cauſam lucrativam.

Et quamvis in emphyteuſi habente expreſſam prohibitionem alienationis, etiam latiſſimè ſumpto vocabulo, adeò ut veniat etiam prohibitio hypothecæ, unde propterea procedunt eadem, quæ habentur in feudo, Rota

alias

Digitized by Google

aliàs opinata fuerit, ut creditoribus ſine aſſenſu hypothecariis, detur etiam contra tertium, foventem cauſam oneroſam; exercitium hypothecæ cum Salviano, vel cum alio remedio, non ad ipſum corpus, vel ſubſtantiam bonorum, ſed ad commoditatem, quæ etiam in prohibitis cadit ſub hypotheca, ut *decis.167.part.9. recent. & apud Zarat.decis.59. & in aliis.* Attamen ut advertitur *diſc.44.de emphyt.& alibi*, iſte videtur clarus error, quoties dicta ratio fraudis conſilii non accedat ex ibi ponderatis; Ad quæ conferunt ea, quæ circa ſecuritatem tertii acquirentis ex cauſa oneroſa loca montium habentur *diſc.26.& ſeqq.de regalibus*, & alibi pluries.

Tertia demum eſt ſpecies fraudis præjudicii, de qua propriè in hac materia feudali, vel ſimili primogenio-
3 rum vel majoratuum, diſputari ſolet ad terminos textus *in l.poſt mortem. C. de fideic.* ubi ſcilicet refutatio fieret in eum, quo tunc eſſet proximè ſucceſſurus, ſed non eſſet talis de tempore mortis naturalis refutantis, ob ſupervenientiam naturalem, vel civilem alterius proximioris, vel habentis aliquam majorem prærogativam, unde propterea ſi refutatio facta non fuiſſet, illi debita eſſet ſucceſſio; Et tunc ut patet, ex relatis *in hoc diſcurſu* latiùs verò in dicta deciſione in iſto caſu edita *ex num.39.cum aliis relatis per Thor.in add.ad dec.ſ.14. Salernitan.* eſt magna quæſtio cum ſciſſura opinionum præſertim inter Hiſpanos agentes de illis majoratibus qualificatis, qui in ſubſtantia faciunt eandem figuram, quam apud nos faciunt feuda individua ad formam juris Franconum, cum illis differentiis, quæ reſultant ex ſtylis, & legibus particularibus.

Iſta verò quæſtio pro meo ſenſu, videtur potiùs facti, quàm juris, decidenda ex ſingulorum caſuum qualitate, & particularibus circumſtantiis, quódque propterea erroneum ſit procedere cum ſolis generalitatibus, in quocumque caſu, vel cum ſolo numero arithmetico DD. pro conſueto ineptiſſimo modernorum pragmaticorum conſarcinatorio ſtylo; Ut ſcilicet totum pendeat à bona, vel mala fide, juxta eamdem diſtinctionem, quam *hoc titulo diſc.49.& de emphyt.diſc.52.& de fidei.diſc.173. & ſeqq.* habemus in materia tranſactionis cum ſimilibus.

Ubi etenim refutatio facta eſſet bona fide, & ex juſto ac rationabili motivo, rebus in eodem ſtatu permanentibus, adeò ut abſit omnis ſuſpicio præordinatæ fraudis, ac ſupplantationis tertii; Et tunc illa rectè operativa remaneat, atque intret diſpoſitio *dicti Textus in l. poſt mortem*, non curato accidentali rerum eventu, cùm ſufficiat, quod tunc benè actus geſtus eſſet, ad inſtar eorum, quæ *diſc.1. de alienat. & contract. prohib.* habentur in materia alienationis bonorum Eccleſiæ cum ſimilibus, & particulariter advertitur in his terminis in *Romana Primogenitura de Caſarinis ſub tit.de fideicom. in hoc Supplemento*, ſecus autem è converſo.

Quare applicando ad rem, in caſu præſentis controverſiæ, reſolutio quidem placuit, eaque juſta viſa eſt ex iis, quæ concernunt quintum punctum, regulando etiam ſucceſſionem ex perſona Principiſſæ ultimò defunctæ filiæ refutatariæ, non tamen placuit in hac parte, ut etiam in hoc diſcurſu advertitur, dum refutatio facta fuit nimirum rationabiliter, & ex juſto motivo comprobato ab uſu communi, occaſione ſcilicet, vel contemplatione qualificati matrimonii, quod aliàs non fuiſſet contractum.

Atque hinc edocemur id, quod pluries advertitur, &
4 & præſertim *in relatione Curiæ d.diſc.32.* quàm erroneum ſit in extenſione deciſionum, multa cumulare motiva, atque canonizare omnia, quæ præter cauſæ neceſſitatem per defenſores partis victricis deductæ fuerunt, quoniam ita illa reſolutio, quæ ex aliis motivis juſta ſit, injuſtitiæ ſuſpicionem concipit, ob canonizationem eorum, quæ canonizati non merentur.

Circa tertium punctum reſolutæ refutationis ex ceſ-
5 ſante cauſa ob prædeceſsū refutatarii; Quamvis pro meo ſenſu de reſolutione, vel ceſſatione ad alios effectus, reſponderi debere videatur ex iis, quæ habentur infrà *hoc eod.tit. diſc 85. & tit. de donat.diſc.8 cum ſeqq.& 17.* Nihilominus in hac facti ſpecie, poſita capacitate fœminarum deſcendentium, in excluſionem maſculorum tranſverſalium, verius videbatur contrarium, undè propterea, quatenus deciſionis extenſor oſtendat inclinationem pro reſolutione refutationis, & reverſionis feudi ad refutantem, neque id placet, idémque error dignoſcitur, de quo ſuprà, quamvis ut ſuprà placeat reſolutio in genere ex aliis motivis.

Regula enim de ceſſante cauſa rectè procedit, quando non ſit conſumatus effectus, qui adhuc duret, ut in præſenti, quod ex matrimonio, cujus contemplatione refutatio facta fuit, fuerunt ſuperſtites filii, qui ſaltem pro jure ſecundario contemplati dicuntur in hujuſmodi donationibus, ex deductis *d.tit.de donat.diſc.1.cum pluribus ſeqq.* Undè propterea licet caſus debeat aſperitatem contrariam rationi, juxta noſtros mores, ob exiſtentiam filiæ fœminæ, adeò ut vivente refutante, atque ex eo ſuperſtitibus filiis maſculis, feuda tranſitum facere valeant ad alienam familiam viri, qui illam fœminam duceret; Attamen iſta exorbitantia conſiderabilis eſt, ad effectum ordinandi legem inhabilitativam fœminarum per maſculos, etiam tranſverſales, qui in feudo antiquo habeant qualitatem deſcenſivam, in ordine ad acquirentem, vel ad poſſeſſorem, communem ſtipitem; Non autem, ut exinde inferri poſſet ad reſolutionem refutationis, jam validæ & perfectæ, ex hoc motivo ceſſantis cauſæ, quodque tranſverſalis excludere deberet filios refutatarii morientis.

Benè tamen aſpera viſa fuit reſolutio in caſu, de quo *ſub tit. de donation diſc.8. & diſc.29. de legitim. & de tranſact.* deferendo filio donatarii, vel refutatarii bona donata ex iſta cauſa; Et ulteriùs ſucceſſionem inteſtatam vel neceſſariam, ratione legitimæ, in aliis bonis avi donatoris.

Diviſio quarti puncti, ex præmiſſis remanet ſuperflua,
quoniam ſi ſucceſſio regulanda erat ex perſona refuta- 6
tarii, clarum eſt, quod filia excluderet fratres, dum bona dicuntur poſſeſſoris morientis; ſed quatenùs attendenda eſſet perſona refutantis, juſta dicenda eſt reſolutio, adeò ut opinio, quæ tenetur in hoc Regno citeriori, ut fœmina ex primogenito defuncto excludat filios maſculos ſecundogenitos morientis videatur nimium aſpera & irrationabilis, ut *in diſcurſu* advertitur.

Id autem advertentes iidem Regnicolæ, huic incon- 7
venienti occurrere curarunt cum gratiis de quibus *pragm.13 & 34. de feud.* per quas feudatario conceditur licentia excludendi fœminam proximè ſucceſſuram ob illum maſculum agnatum, qui eſſet proximè ſucceſſurus, ſi fœmina non adeſſet, undè propterea moderno tempore, orta eſt quæſtio in feudis Andriæ, Ruborum, & Corati, an illa diſpoſitio, quam facere poteſt ipſe feudatarius moriens, facere etiam poſſit per viam ſubſtitutionis pupillaris, quamvis relinquat filium pupillum, cui ſubſtituat proximiorem agnatum, atque juſtè prodiit affirmativa reſolutio ab illo Sacro Concilio.

Demùm quoad quintum punctum denuò reflectendo 8
ad deducta in diſcurſu, & in deciſione placent, atque reſolutio viſa eſt juſta; & circa iſtorum ordinem gradualem, ultra deducta in diſcurſu, videri poterant deducta in annot. *ad diſc.15. de fideicomm ſſ.* occaſione ſucceſſionis in primogenitura.

NEAPOLITANA,

Seu, &c. SUCCESSIONIS FEUDORUM,

Reſponſum ad interrogationem Magnatis Urbis pro Conſilio.

An, & quando fœmina ſecundogenita innupta, & ut dicitur in capillo, excludat fœminam primogenitam maritam & dotatam, ad Conſtitutionem Regnorum

Digitized by Google

Regnorum utriuſque Siciliæ incipien. Ut de ſucceſſionibus.

SVMMARIVM.

1 *In utriuſque Sicilia Regnis filia ſecundogenita innupta excludit à ſucceſſione paterna feudorum primogenitam nuptam.*

2 *A ſucceſſione fratris, vel collateralium fœmina nupta excluditur per remotiores collaterales, vel per Fiſcum.*

3 *An ſola dotis deſtinatio, ſine maritatione ad hanc excluſionem ſufficiat.*

4 *An ſufficiat dos conſtituta, & promiſſa, ſed non ſoluta.*

5 *Quid in dote data mulieri proteſtanti nolle ſibi præjudicare in ſucceſſione.*

6 *An ſufficiat ſolutio partis dotis.*

7 *Statuta diſponentia de dote an procedant in dote promiſſa.*

8 *Quando hujuſmodi lex juſta, & rationabilis cenſenda ſit.*

9. *Dos ſoluta ſoli viro, muliere inſcia, vel ſciente, & tacente an præjudicet.*

10 *Solutio ad hunc effectum ſequuta dicitur ex compenſatione.*

11 *De materia remiſſivè.*

12 *Si eidem primogenita pro dote datur idem feudum, non intrat hæc lex.*

† 1 *Quod hæc materia ſit rara in praxi.*

2 *An iſta lex exorbitet à jure communi civili.*

3 *An à jure communi feudali.*

4 *De ratione, cui eadem lex eſt innixa.*

5 *De caſu, in quo primogenita mutat ſtatum ante factum caſum ſucceſſionis feudi, ſed re non integra reſpectu ſecundogenitæ.*

DISCURSUS XIV.

1 QUidam ex primi Ordinis Magnatibus Urbis multa feuda, & bona Juriſdictionalia Regno Neapolitano, aliiſque Ditionibus, & Provinciis poſſidens, filias fœminas habens, maſculorum verò carentiam timens, me conſuluit, ut ſibi explicarem, an & quando fœmina primogenita maritata, & dotata excludatur per ſecundogenitam innuptam.

Reſpondi in dicto Regno extare Conſtitutionem incipien. *ut de ſucceſſionibus*, per quam in verſic. *ſi ta nuptam*, diſponitur, filiam fœminam primogenitam nuptam & dotatam, excludi à paterna ſucceſſione in feudalibus per filiam ſecundogenitam innuptam in capillo exiſtentem. A ſucceſſione autem fratris excludi ſororem de ejuſdem bonis dotatam per ulteriores conjunctos, vel his deficientibus per Fiſcum, affirmant *Iſernia,*
2 *& Afflict. ibidem & in cap. 1. de natura ſucceſſ. feud.. Camill. de Medic. conſ. 61. Apont. conſ 10. vol. 1. Fab. de An. conſ 8. Theodor. alleg. 80. Rovit. conſ. 23. lib. 1. Biott. concluſ. feudal. 4. Bottiglier. de ſucceſſ. ab inteſt. theorem. 108. ex num. 16. Vrſin. de ſucceſſ. feudorum, p. 3. q. 1. & plur. ſeqq. de Marin. reſol. 126. vol. 1. ex num. 33. Marcian. junior diſput. 6.* qui alios referunt, & ex forenſibus *Surd. conſ. 457. in principio.*

Verùm ſuper dictæ Conſtitutionis intelligentia, & praxi multa contingunt diſputanda, quibus cognitis poterit deveniri ad eam notitiam, quæ deſideratur, juxta facti circumſtantias mihi ignotas.

3 Primò igitur, ſuppoſita maritatione, dubitari ſolet, an ſola dotis deſtinatio, facta per Patrem filiæ primogenitæ in teſtamento, vel alia diſpoſitione, alio effectu non ſequuto ſufficiat; & abſoluta videtur negativa, quia Conſtitutio loquitur de maritata & dotata, quæ cum ſola deſtinatione dotis non acceptatæ dici non poteſt, ſecus autem ſi acceptaverit Legatum, & cum eo nupſerit, ut in ſpecie *Petr. de Gregor. de ſucceſſ. feud. part. 4. quæſt. 5. num. 7. Cumia in c. ſi aliquem, num. 286. & ſeqq. Bottiglier. dicto theorem. 108. num. 26. Vrſin. d. part. 3. q. 1. artic. 8. Marcian. d. diſp. 6. num. 5.*

Poteſt enim pater volens ſecundogenitæ gratificari, gravare primogenitam ad ei ſolvendam aliquam ſummam feudi valorem adæquantem, ſed ſicuti directè eam privare non poſſet ſucceſſione ipſius feudi ſibi debiti jure primogenituræ, ita nec indirectè, Dixi autem ſuppoſita maritatione, quia dum Conſtitutio loquitur de maritata, & dotata, duplicem qualitatem copulativè poſtulare videtur, ideóque una non ſufficit.

Secundò ſolet dubitari, an ſufficiat dos jam promiſſa, & conſtituta, quamvis adhuc non ſoluta, & iſta quæſtio eſt magis apud Regnicolas involuta pro meliori tamen dilucidatione diſtinguendum eſt, an promiſſio facta ſit ſoli viro, abſente muliere, vel ipſa præſente, & tacente, vel demùm tàm Viro, quam ipſi mulieri præſenti, & acceptanti; primo & ſecundo caſu ex mente *Iſerniæ* infrà citan. & aliorum, abſolutum videtur mulieri nullum cauſari præjudicium, ac dotis promiſſionem non operari hunc effectum excluſionis, quia ſi etiam in caſu ſolutionis, verius eſſe videtur, illam ſoli Viro, muliere ignara, vel non conſentiente, non præjudicare, quia poterat diſſentire; multò minùs ex ſola promiſſione, ut probat *Vrſin. de feud. part. 3. quæſt 1. artic. 3. ubi cæteri*; Et ſic quæſtio verè cadit in tertio caſu mulieris præſentis, & conſentientis, in qua ex *Iſernia c. 1. de natura ſucceſſionis feudi in addit. verſ. ſed quid ſuit promiſſa*, negativam tenet *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. part. 4. quæſt. 5. num. 34.*

Blaſcus Lancea *in c. ſi aliquem*, diſcurrit articulum hinc inde, idémque facit *Cumia ibidem verbo maritatu, num 311. & ſeqq.* ubi *num. 316.* refert *Blaſcum* huic poſteriori adhærere, quod & ipſe facere videtur, dum hanc ſecundo refert, & pro ejus comprobatione congerit plures Doctores firmantes, ad effectum Statutorum ſolam promiſſam dici veram dotem, allegando pro hac opinione *Iſerniam in conſtit. ut de conceſſionibus §. Conjugata, verſ. item hinc inde*, & hanc affirmativam tenent *Biloit. concl. feudal. 4. num. 10. in fine de Marin. reſol* 126. *num. 37. lib. 1.* ubi ſupponere videtur tanquam certum, *Bottiglier. de ſucceſſ. ab inteſt. theorem.* 109. *n.* 16. qui allegat *Iſerniam eodem loco allegato per Cumiam, & Affl. in cap 1. de natur. ſucceſſ. feud. num. 79.* eandemque tenet, *Vrſin. de feud part. 4. quæſt. 1. art. 2. num. 16. & ſeqq.* quoties per mulierem ſtetit, quominùs promiſſam dotem exigeret, ac fuerit in mora recipiendi, ſecus ſi ſtetit per patrem promittentem quin ſolveretur.

Caſus rarò contingit diſputandus, quia vel primogenita ſibi præcavet à præjudicio, quoties illud per dotantem non eſt volitum, vel iſte curat renunciationem, neque audeo tutè proferre, quæ ſententia ſit in illis Tribunalibus recepta, cum hæc ſcribens ab eis abſim ſpatio annorum 20. & ultrà, & quando adoleſcens illa practicavi, nunquam contigit hujuſmodi quæſtionem diſputari, viſo tamen *Iſerniæ* apud omnes feudiſtas maximæ auctoritatis, præſertim in Regno, ubi dicitur Evangeliſta, magis arridet, ac verior videtur prima opinio negativa, quam benè examinato articulo, ac deductis hinc inde rationibus per bona fundamenta, ac etiam de æquitate tenet *dictus auctor in cap. 1. num. 22.* neque dicit contrarium in *Conſtitutione, ut de ſucceſſionibus*, dicunt *Cumia, Vrſin. Bottiglier. & cæteri*, quia in hoc loco excitata quæſtione nihil firmat, ſed ſe remittit ad dicta in allegato *cap. 1.*

Prout non benè à prædictis pro hac parte allegatur *Afflict. in eodem c. 1. n. 79.* quia ſe remittit ad *Iſerniam*, dicendo eum optimè loqui, nec habere quid addere, ſolùm deinde pro ratione dubitandi ſubjungit aliqua argumenta facientia pro contraria opinione, ſed non per hoc recedit ab opinione *Iſerniæ*, quam poſitivè dicit veram, unde modernorum auctoritas non videtur magni facienda, tanquam fundata in falſo præſuppoſito ſeniorum qui dicunt oppoſitum.

Attentis autem rationibus, probabilior quoque cenſenda

Digitized by Google

ſenda eſt eadem prima *Iſernio* opinio negativa, quia verſamur in lege exorbitantiſſima, & in materia odibili, quo magis fieri poteſt ſtrictè intelligenda, cujus tota ratio pendet à tacita voluntate dotatæ, quæ nubendo, & recipiendo dotem, videtur ſe voluntarie fa-
5 cere à ſucceſſione extraneam, adeò ut ſi proteſtetur nolle per hoc excludi, etiam dos data non præjudicat, (præterquam juxta aliquorum opinionem, quoad præjudicium Fiſci in ſucceſſione fratris) ut conſtat ex deductis per *Camill. de Medic. conſil.61. Apont. conſil.10. Fab. de An. conſil.8. de Marin. dicta reſol.126. num 40. & 41.* ubi dictum conſilium Medicès reaſſumit; igitur non videtur, cur primogenita non poſſit iſtam contrariam voluntatem tacitè, ac factis declarare, negligendo effectuationem illius actus, ex quo agnoſcit ſuum oriri præjudicium, ideóque negligenda mihi videtur diſtinctio *Vrſini*, an mulier ſit, vel ne in mora recipiendi, quia quò magis mulier eſt in mora recipiendi, eò magis ita ſuam voluntatem aperire videtur non curandi dotem, ut ita præſervata remaneat ab iſta gravi præjudicio.

Et ſi aliqua pars dotis data ſit non apta ad dotem
6 congruam, adhuc ex *Iſernia*, ubi ſupra admittunt *Camill. de Medic. Apont. & cæteri allegati*, ac etiam ipſe *Vrſin. eod. part.3. quæſt.1. artic.9.* illam non ſufficere, quod etiam habetur *apud Marcian. d. diſput.6. num.10.* igitur non videtur cur debeat ſufficere ſolùm promiſſa.

Neque auctoritates magis communiter firmantes, ad effectum Statutorum de dote vel dotata diſponentium,
7 ſufficere dotem promiſſam, applicabiles videntur terminis noſtris, quia, vel alloquuntur in terminis lucri, quod eſt matrimonio connaturale, vel frequentius in terminis ſtatutorum excludentium propter dotem fœminas à ſucceſſione in concurſu maſculorum, quo caſu longè benignius eſt procedendum, quia hujuſmodi Statuta habent rationabile motivum agnationis, ideóque non exorbitantia, & odioſa, ſed potiùs favorabilia, noſtriſque moribus adaptata cenſenda ſunt, ut habetur *in Tudert n ſucceſſionis, & in Iannen. ac aliis ſub tit. de ſucceſſionibus*; hæc autem lex videtur nedum exorbitans, ſed iniqua, & irrationabilis, ut ſcilicèt matrimonium cum dote, debeat privare beneficio primogenituræ, dum ita videtur avertere à matrimonio, & conſtituere filiam primogenitam in neceſſitate expectandi ſine nuptiis obitum patris, vel fratris, & viduitatem à jure damnatam pati.

Præterquam in uno caſu, quo rationabilem, & æquam
8 judicarem, ubi ſcilicet de tempore quo filia primogenita maritata, & dotata fuit, ſupereſſet ſucceſſor maſculus poſtmodum defectus, quia pater illam collocavit in ſtatu quodammodo privato, & ſoli doti conſtitutæ congruo, in quo ſtatu utique non collocaſſet, ſed in longè qualificato, & majori, ſi tanquam feudorum hæredem maritare debuiſſet, cum hujuſmodi contingentiæ diverſificare faciant toto cœlo virorum qualitatem, unde æquum ac rationabile videtur, ut liberum remaneat patris arbitrium, filiam ſecundo genitam in capillo exiſtentem, ita congruentius in familia, vel cum viro magis qualificato, ob rerum ſtatus mutationem collocare.

Tertia dubitatio eſt, an dos ſoluta ſoli viro abſque
9 mulieris poſitivo conſenſu ſufficiat ad hujuſmodi excluſionem, & tunc aut conſtat de diſſenſu, & contraria mulieris voluntate, & ſumus in claris pro excluſione præjudicii, ut per *Iſerniam in dicto cap.1 num.23.* cum quo omnes concurrunt, ut conſtat ex *Vrſino dict. part.4. q 1. art.4.* Aut mulier abſens, & ignara, ita ut incertus ſit conſenſus, vel diſſenſus, & pariter verior videtur negativa, quia tunc dicitur mulier dotata quantum ad virum, ſed non quantum ad ſeipſam. *Iſern. dicto cap.1. n.24* quem cæteri ſequuntur congeſti *per Vrſin. ubi ſupra art.3. Apont. dicto conſ.10. num.2. de Marin. dicto cap.126 n 37. Bottiglier. dicto theorem.108. n.19.* & ex forenſibus *Surd. conſ.457. num.45. & ſeqq.* Aut ſcivit, & tacuit, ita ut incertus remaneat ejus conſenſus, & pariter *Iſernia dicto num.24.* ſuſtinet partes primogenitæ pro excluſione præjudicii, & hanc ſequuntur *Surd. Apont. & Marin. loco cit.* & hæc verior videtur, quidquid ex *Baſilio, & Cumina* teneant *Bottiglier. ubi ſupra n 43 & Vrſin. eadem, q.1. art.5. num.20.* quia tractatur de materia ſatis odioſa, & præjudiciali, in qua Juris regulæ ex ſolo ſilentio præjudicium non inferunt.

Soluta verò dici poteſt dos ad hunc effectum, quamvis de ſolutione effectiva non conſtet, in pulchro caſu 10
poſito per *Iſerniam in Conſtit. ut de ſucceſſionibus, verbo conjugato* quem ſequuntur *Bottiglier. de theor. m.108. num.25. & de Marin. dicta reſol.126. num.39.* qui alios referunt, ubi ſcilicet ceſſat neceſſitas ſolutionis ex beneficio compenſationis, quia fiat inter viros quædam mulierum compenſatio, accipiendo quilibet in uxorem Sororem alterius cum eadem dote conſtituta, dummodo tamen huic actui accedat filiæ primogenitæ conſenſus, qui ſi requiritur in actu ſolutionis veræ, multò magis in hac ficta.

Excluditur item dotata à ſucceſſione dotantis non aliorum, etiamſi in iſtos bona obvenerint ab eis, qui dotarunt, quia licet alias paterna, attamen poſtmodum effecta ſunt fraterna ex deduct. *per Marcian. d. diſp.6. num.12 & 13* ubi quod per pragmaticam *primam feud.* vulgo nuncupatam *Extinguendæ* ſublatæ fuerunt antiquæ quæſtiones.

De iſtis tantùm ex facti circumſtantiis opus fuit agere & videre, ut requirenti ſatisfieret, de aliis ad mate- 11
riam ſpectantibus agunt allegati, præſertim *de Marin. d. reſol.126. Camill. de Medic. conſil.61. Fab. de Ann. conſ.8. & Vrſin. part.4. q 1. per plures articulos.*

Cadere poſſet etiam opportuna quæſtio, an primogenitæ nuptæ, & dotatæ competere valeat reſtitutio in integrum adversùs hujuſmodi actum adeo præjudicialem, ſed ſuper hoc (de quo in præſenti inſpicere non oportebat) videri poſſunt deducta *in tit. de Matrimonio in una Avenionen.* & aliqua ad materiam apud
Surd. conſ.457. ubi quod non intrat *Conſtitutio*, ſi filiæ 12
datum ſit idem feudum in dotem, licet actus eſſet nullus, quia ex hoc excluditur voluntas, & aliàs fieri poſſet fraus nolenti, &c.

† MAteria hujus diſcurſus, ſuper lege particulari regnorum utriuſque Siciliæ, quæ de tempore
ejus editionis, unum & idem regnum conſtituebant, vi- 1
detur hodie in praxi quodammodo idealis, quoniam quando filiæ primogenitæ Baronum, vel Magnatum maritantur, ad hanc legem tanquam notoriam reflecti ſolet, atque ſuper ejus diſpoſitione expreſsè provideri, adeò ut tot quæſtiones, vel caſuum ponderationes, quæ fiunt per Doctores relatos *in diſcurſu*, & per alios relatos per elaboratum *modernum de Luca in addit. ad Francis. deciſ. 328* continere videantur potiùs ornatum materiæ in abſtracto, cum nullum vel nimium rarum ſit concretum.

In eo autem aſſumpto, cum quo communiter proce-
ditur, circa hujus legis exorbitantiam à jure communi, 2
undè propterea plerique adhibent terminos generales, quos habemus in materia ſtatutorum, & legum particularium exorbitantium à jure communi ſuper earum ſtricta interpretatione, & non comprehenſione caſuum mixtorum, dignoſci videntur conſueta æquivoca, vel ſimplicitates, quoniam juxta ſæpiùs enunciatam hiſtoriam legalem, præſertim *diſc.1 de ſervis*, de tempore, quo iſta lex prodiit, jus civile Romanorum, quod commune dicimus, utpotè de recenti cauſaliter inventum, atque vix in Hetruria luci proditum, & uſu recipi cœptum, prorſus ignotum erat his regionibus, in quibus à duobus ſæculis citra, vel parùm plus, haberi cœpit pro jure communi; Ac ulteriùs iſtud jus civile non cognovit feuda, neque de iis agit, ideóque ſine fundamento dicitur, quod à jure communi exorbitet.

Minúſque iſta exorbitantia adeſſe dicitur; reſpectu
juris communis feudorum; quoniam attento tempore, 3
quo

Digitized by Google

quo iſta lex prodiit, incertum eſt, an conſuetudines feudales, quæ in Lombardia initium habuerunt, atque privata auctoritate per Gerardum, & Ubertum in Scripturam redactæ fuerant, eſſent in his regionibus receptæ, vel jure communi; Nimiumque probabilis eſt negativa, quoniam licet Regnicolæ paſſim illas adhibeant, ut etiam adhibent leges Romanorum; Attamen omnes agnoſcunt anteſignanum, quinimò Evangeliſtam feudorum *Andream de Iſ rnia*, qui ſcripſit poſt longa tempora, dum iſta lex edita fuit per Imperatorem Federicum, ipſe verò ſcripſit ſub Regina Joanna prima.

Ac etiam quia, ut advertitur ſuprà *diſc.8.& 13 & alibi pluries*, juxta dd. leges, & conſuetudines feudales, omnia feuda erant dividua ad formam, quæ dicitur Longobardorum, undè propterea eædem leges non cognoverunt formam individuam Francorum, neque prærogativam primogenituræ; raraque, & exorbitans eſt etiam apud eos ſucceſſio fœminarum, undè propterea iſte concurſus inter primogenitam, & ſecundogenitam ob ſingularem, & individuam ſucceſſionem, derivare videtur potiùs à quadam iſtorum Regnorum conſuetudine particulari, quàm eorumdem Regnorum lex particularis ita interpretari, vel moderari voluit, ideóque non videtur, ubinam hæc odibilitas & exorbitantia à jure communi, pedes figat.

Quinimò, ut in hoc eodem diſcurſu advertitur rationabilitatem potiùs, quàm irrationabilitatem, iſta lex redolere videtur, quoniam filia nupta jam exivit à paterna
4 domo, & uſque tranſivit in illam viri, atque ita quodammodo ex quodam uſu, extranea effecta eſt. E converſo autem innupta, ſive in capillo remanet in domo patris tanquam ſua.

Illa etiam probabili ratione accedente; Potiſſimum verò & fortiùs, quando rerum ſtatus immutatus eſſet, quòd ſcilicet feudatarius haberet filios maſculos, vel probabiliter ſperaret, quando primogenitam nuptui tradidit; Quòd ſcilicet quando caſus præbeat feudatarii mortem ſine maſculis, magna differentia dignoſcitur inter illud matrimonium, quod contrahere poteſt filia innupta ſucceditrix feudorum, & illud, quod contraxit illa filia, quæ ab hac ſucceſſione extranea, vel nimium remota de tempore nuptiarum credebatur, dum iſta tradi ſolet viro inferioris ordinis; Et per conſequens rationabilius eſt, ut innupta more baronali, vel magnatitio pro decore patris & familiæ, nubat alteri æquè Baroni vel Magnati, quàm quod inferioris fortunæ vir, primogenitæ ſtatus mutationem faciat; Ideóque ſola exorbitantia conſiſtere videtur in omnimoda excluſione, ſeu inhabilitatione filiæ maritatæ propter fiſcum.

In propoſito autem hujus legis, in contingentia caſus, de quo *in Romana Primogenitura de Cæſarinis ſub*
5 *tit. de fideic. in hoc Suppl.* conſiderabam caſum, quod ſi primogenita ita eſſet nupta, quod matrimonium non eſſet omnino firmum, adeo ut revera eſſet putativum, ſive quod aſſumpſiſſet ſtatum biguinæ vel tertiariæ, in qua licet retractabili, velle perpetuò vivere declaraſſet; Undè propterea ſecundogenita innupta, tanquam futura feudorum ſucceditrix in hoc ſtatu, & cum hoc probabili præſuppoſito, ab eodē feudatario patre, vel alio majori, altis & magnatitiis nuptiis collocata ſit, deindéque ipſo feudatario adhuc vivente, & priuſquam fiat caſus ſucceſſionis feudorum, matrimonium primogenitæ diſſolutum, ſeu minùs legitimum detegatur; Aut quòd ipſa mutando propoſitum in illo ſtatu religioſo, vel ibi ampliùs vivere nollet; Ut hæc ſtatus immutatio, utpotè obveniens re non integra, & poſtquam ille magnates, magiſque qualificatus vir, in eo ſtatu, & in eo præſuppoſito matrimonium contraxit, aliàs inæquale, & incongruum, quod utique ſequutum non eſſet, attendi non debeat, quodque primogenita, quæ mutat ſtatum, regulari debeat ex tempore hujus mutationis, quaſi quod nunc nata eſſet, quodque propterea civiliter, ſecundogenita potiùs cenſenda eſſet, ex ibi deductis, ubi advertitur, quod *deciſ.115. Capic.* eſt magis communiter rejecta.

ANCONITANA FEUDI.

Pro COMITE LAURENTIO FERRETO

Cum ALIIS ETIAM DE FERRETIS.

Reſponſum pro veritate.

An filii legitimati per ſubſequens Matrimonium ſuccedant in feudis.

SUMMARIUM.

1 *Naturales non ſuccedunt in feudis.*
2 *Quid in legitimatis per reſcriptum.*
3 *Quid de Legitimatis per ſubſequens matrimonium. Diſtinguuntur plures caſus.*
† 1 *De materia legitimationis per reſcriptum.*
2 *Quod eadem materia ſit nimium rara in praxi, quoad feuda vera, & propria.*
3 *De legitimatione per ſubſequens matrimonium.*

DISC. XV.

POſſidentibus Ferrettis Caſtrum Ferretti nuncupatum jure feudi dividui ad formam juris Longobardorum, cum Fabritius unus ex condominis antequam duxiſſet in Uxorem Lauram Almantiam, ex ea alias honeſta ſub promiſſione futuri matrimonii procreaſſet Laurentium, per jam ſubſequutum matrimonium legitimatum, patre mortuo, orta eſt quæſtio ſucceſſionis in dicto feudo, ad quam alii agnati dictum Laurentium admittere recuſabant; Unde deſuper ex illius parte conſultus, præſuppoſitis ſufficientibus matrimonii & filiationis probationibus, utpotè benè concludentibus, quatenus pertinet ad punctum ſucceſſionis feudi, an ſcilicet filius legitimatus per ſubſequens matrimonium in eo ſuccedat, reſpondi planam eſſe affirmativam.

Non dubitatur enim naturales tantùm eſſe incapaces ſucceſſionis feudorum, ut latè uſque ad nauſeam col- 1
ligit *Giurba de ſucceſſione feudorum, §.1. Gloſ.9.num.1. & ſeq* ubi multipliciter ampliat, *& num.21. & 22.* in duobus caſibus limitat; Prout etiam in legitimatis per 2
reſcriptum eadem regula procedit, quoties agitur de concurſu cum Agnatis deſcendentibus, vel tranſverſalibus ex legitimo matrimonio procreatis, ac per lineam legitimam, & naturalem abſque mixtura ſpurietatis deſcendentibus à primo acquiſitore feudi, quod ſit pacti, & providentiæ, vel mixtum, ſecus autem ſi merè hæreditarium; Vel ubi ceſſantibus agnatis, ſolus concurſus eſt cum Domino, quibus duobus ultimis caſibus legitimati admittuntur, præſertim ubi non de ſimplici diſpenſatione, ſed de vera legitimatione tractatur etiam ad feuda ex plenè in materia deductis per *Urſinum in tractatu de ſucceſſione feudorum, part.1. quæſt.3. artic.1. & ſeqq.* ubi plures in propoſito excitat quæſtiones, & *Rota dec. 100.part.5.recent.* ubi naturales legitimati admittuntur ad hanc ſucceſſionem.

Quod etiam firmatur in *Romana fideicommiſſi 21. Junii 1652. & 24. Martii 1653. coram Veroſpio, quarum prima eſt 283. part.11. rec. &* de qua cauſa habetur *ſub tit. de fideicommiſſis* pro creditoribus Fratrum de Urſinis Montis Rotundi, cum ſola quæſtio cadere ſoleat, ubi ceſſantibus omnibus Agnatis legitimis maſculini ſexus, concurſus eſſet inter maſculum legitimatum, & fœminam legitimam, de quo idem *Urſinus dicta parte 1. quæſtione tertia.*

Sed ubi agitur de legitimatis per ſubſequens matrimonium, ita ut concurrat omnia ad id de jure requiſi-
ta, tunc nodoſa quæſtio eſſe ſolet, quoties formula In- 3
veſtituræ cantat pro filiis, & deſcendentibus legitimè natis, ſive legitimè procreatis, an ſcilicet legiti-
matio

matio per ſubſeqnens matrimonium retrotrahatur, ut hujuſmodi legitimatum cenſeri faciat ex eodem matrimonio legitimè natum, ſive procreatum, ad effectum ſucceſſionis, tam feudorum, quàm majoratuum, & fideicommiſſorum, ad quæ vocatio cum hujuſmodi formula concepta ſit.

In quo articulo, affirmativam in ſpecialibus terminis feudorum tenent plures diligenter congeſti *Giovagnon. conſ. 59 numer. 45. & ſeqq. lib. 1.* ubi ferè omnes cumulat, & tam reſpectu feudorum, quàm fideicommiſſorum, & majoratuum, latè hinc inde opiniones, & fundamenta deducit *Vrſin. dicta par. 1. q. 4. artic. 2.* ubi affirmativam *ex Iſernia* dicit veriorem, niſi verba ſint ſatis ſtricta, legitimam conceptionem vel nativitatem poſtulantia, quo caſu veritas ac voluntas diſponentis eſt attendenda, ut etiam in terminis fideicommiſſorum firmatur per *Rotam dec. 105. par 9. recent.* & admittitur apud *Ottobon. dec. 251.*

Ceſſante verò hujuſmodi reſtrictione, quia nempe Inveſtitura concepta ſit de filiis, & deſcendentibus ſimpliciter, etiam ſi addatur verbum, *legitimis*, abſque tamen dicto adjecto legitimæ nativitatis, vel procreationis, tunc abſolutum eſt, legitimationem ſuffragari ex plenè deductis *per eundem Vrſinum dicta par. 1. q. 4. art. 1.* ubi ferè omnium Nationum auctoritates, & judicaturas cumular fruſtra tranſcribendas, ſolùmque in articulis ſequentibus excitat quæſtiones, ubi matrimonium contractum eſſet in articulo mortis cum ſuſpicione fraudis, vel ubi ageretur de feudo individuo juris Francorum, jure primogenituræ uni tantùm deferendo & agatur de concurſu inter primogenitum ita legitimatum, & ſecundogenitum de eodem vel altero matrimonio in ejus conſtantia verè procreatum, de quibus in præſenti non opus, quia tractabatur de feudo dividuo juris Longobardorum, ad omnes capaces abſque diſcretione ætatis admittendo, & matrimonium de tempore ſanitatis, ac multò ante patris mortem contractum ſupponebatur.

Et de ſucceſſione hujuſmodi ſic legitimatorum in feudis *Rota in Reatina Caſtrorum 3. Iulii 1651 coram Danozetto*, unde propterea dicebam hunc punctum nullam habere difficultatem, firmo tamen remanente dicto præſuppoſito benè probatæ filiationis, & matrimonij, quorum utrumque ſupponebatur per Agnatos controverti, & in his probationibus reſpondi eſſe principaliter inſiſtendum; Cumque illæ ſequutæ eſſent, audivi dictum Laurentium ad hujuſmodi ſucceſſionem fuiſſe admiſſum.

† AD materiam habilitationis naturalium in ſucceſſione feudorum cum legitimatione per reſcriptum, re non integra, vel alias in præjudicium legitimi agnati, cui alias ſucceſſio debita eſſet, conferunt, quæ
1 habentur *diſc. 148. de Regal. & diſc. 68 & 69. de fideicomm.* & pleraque ad hanc materiam advertunt *Revert. & Marin. deciſ. 118. & 405. Caſtil. lib. 4. controv. 31. & lib 5. contr. 75. Amayden. de ſtil. Datar. c. 15. n. 14. Royas. de incompat. par. 1. c. 6. §. 6.* Nimium tamen rari in praxi videntur caſus hujuſmodi controverſiæ ſucceſſionis naturalium in feudis veris & rectis, cum juriſdictione, & imperio in vaſſallos, quæ baronalem vel magnatitiam qualitatem redoleant, & ad quam feudorum ſpeciem iſta particularis materia hodie redacta videtur, adeout feudatarii dici valeant milites primi ordinis Principis ſupremi, conſtituentes nobilitatem, ſeu baronagium illius principatus, dum alia feuda ruſtica & ignobilia, quæ juxta mores Lombardiæ, & aliquarum Provinciarum Status Eccleſiaſtici, conſiſtunt in prædiis & bonis de ſua natura privatis, nuncupationem feudalem potius, quàm naturam de facto redolere videntur, ut ſupra *diſc. 11. & in aliis.*

In iſto autem caſu præciſo legitimatus per ſubſequens matrimonium obtinuit jam inſinuatam ſucceſſionem, non quidem concorditer, ſed ex judicio *Camer. 16. Iunii 1659. coram Salviato*; Et de iſta legitimatione naturalium per ſubſequens matrimonium, an & quando attendenda veniat ac valeat, nec ne, agitur in Tropienn. de fideicommiſſis *diſc. 161.* cum ibi dicta conferant ad rem.

VENUSIANA,

Seu SUCCESSIONIS FEUDORUM,

Pro PRINCIPE JOANNE BAPTISTA LUDOVISIO.

Diſcurſus in congreſſu pro directione.

An & quando milites Sancti Joannis Hieroſolymitani, vel aliarum militiarum hujuſmodi, ſint capaces ſucceſſionis, & retentionis feudorum; & an hæc ſint incompatibilia cum Prioratibus, ſeu Commendis militaribus; & quid de Clericis Sæcularibus, vel Novitiis Regularibus præſertim in Regno Neapolitano; Et quatenus feudum deferatur Novitio, vel Clerico in minoribus exiſtenti in ſtatu retractibili, ſed adhuc indeterminato; an unum vel alterum ſtatum eligere velit, qualis prodita ſit cautela præjudiciorum præſervativa.

SUMMARIUM.

1 *Caſus quæſtionis.*
2 *An milites Sancti Ioannis Hieroſolymitani, vel aliarum militiarum Eccleſiaſticarum profeſſores ſint capaces ſucceſſionis feudorum.*
3 *Quæſtio procedit in militibus profeſſis, non autem in novitiis.*
4 *Quid in Regno Neapolitano, an Novitii, vel Clerici in Minoribus ſint illorum feudorum capaces, & diſtinguuntur plures caſus.*
5 *De cautela adhibenda per Novitios, vel Clericos in minoribus indeterminatos circa ſtatus mutationem.*
6 *An miles Hieroſolymitanus per Regem diſpenſatus ad acquiſitionem, & retentionem feudorum retineat Commendas, & Prioratus Religionis.*
† 1 *Milites Hieroſolymitani ſunt veri Religioſi.*
2 *Quodque ſint incapaces feudorum in particulari.*
3 *Vnde prodeant æquivoca Doctorum, & de feudis poſſeſſis per Prioratus, & Commendas.*
4 *Diſtinguuntur ſpecies feudorum, quorum iſti milites ſint capaces, vel non.*
5 *Cum eis facultas diſpenſatur, & quare.*
6 *Quid ſit deferendum conſuetudini, ideoque non intret certa Regula.*

DISC. XVI.

CUm per obitum Principis Nicolai Ludoviſii in Inſula Sardiniæ, ubi Proregis, Capitanei 1
Generalis, ac etiam Summi Moderatoris Claſſis maritimæ officia exercebat, aperta eſſet ſucceſſio, tam feudi Imperialis Principatus Plumbini, quam etiam plurium feudorum in Regno Neapolitano, cadentium ſub Statu, & Principatu Venuſino, ad favorem Joannis Baptiſtæ Unigeniti maſculi, qui ex indulto Apoſtolico Innocentii X. Principiſſæ Pamphiliæ, ejus matris patrui, uſque ab Infantia creatus fuerat miles Sancti Joannis Hieroſolimitani, ac etiam proviſus de Prioratu Capuæ ejuſdem Ordinis; Hinc antequam dictorum Feudorum, & Principatuum poſſeſſionem adipiſceretur, excitata fuit difficultas, an dicta militaris qualitas, ſibi obſtaret in eorum aſſecutione cum retentione dicti Prioratus Eccleſiaſtici, unde habito deſuper Congreſſu, Ego, cui incumbebat primo loqui, tanquam inter congregatos juniori, ac etiam tanquam principaliter ſuſtinenti pondus negotiorum iſtius domus, dicebam diſtinguendum eſſe diſcurſum in duas inſpectiones, quarum prima erat ſuper capacitate ſuccedendi, retenta militia, & quatenus Princeps prædictus continuare vellet in dicto ſtatu militari, an eſſet capax ſucceſſionis, & retentionis feudorum, altera

ſuper incompatibilitate, vel compatibilitate dictorum feudorum cum Prioratu Capuano, tanquam Beneficio Eccleſiaſtico, ad effectum inſpiciendi, an per aſſecutionem incompatibilium, ille vacaret, vel ne.

Primam inſpectionem ſubdiſtinguebam inter feudum Imperiale Plumbini, & feuda Principatus Venuſini in Regno Neapolitano; Quoad primum, me a ſententia erat, nullam verſari difficultatem, proindeque illico agnoſcendam eſſe ſucceſſionem, atque adipiſcendam poſſeſſionem, prout cæteris approbantibus effectuatum fuit, diſputant enim feudiſtæ, an hujuſmodi milites Hieroſolimitani, vel aliarum ſimilium Eccleſiaſticarum militiarum profeſſores ſint capaces ſucceſſionis, & retentionis feudorum, atque ex *Baldo*, quem utraque ſecta in auctorem allegare ſolet, in diverſas tranſeunt ſententias, ut præ cæteris liquet *ex Roſenthal. cap. 7. concluſ. 30. n. 3. & ſequen.* ubi relata utraque opinione, ſubdubius remanere videtur, & plenius *Bamm. car.* qui utrinſque ſententiæ auctores, ac rationes, & fundamenta ex profeſſo refert, & expendit *in Cap. Qui Clericus q. 2.* atque ex eo (à quo ſatis mutuavit) *V. ſin. de ſucceſſ. feud. par. 1. q. 9. artic. 4.* Sed quidquid ſit, & qualis earum eſſet magis communis, & recepta, qualis forte videtur negativa, ex potiſſima ratione ſtabilimentorum hujus Religionis prohibentium ejus profeſſoribus militare, ſervitium præſtare Principibus laicis in bello cum fidelibus, quod repugnare videtur feudu obliganti ad ſervitium, & fidelitatem, licet nervosè affirmativam tueatur *Spada conſil. 59. lib. 1.* ubi reſpondet *Menoch. Rimnald. junior, & aliis* contrarium ſentientibus *Gratian. diſcept. 880. num. 6.* ſed verius deferendum videtur obſervantiæ.

Iſtius tamen quæſtionis veram deciſionem indagandi,
nullam dicebam ſubeſſe neceſſitatem, quoniam illa pro-
3 cedit in militibus profeſſis, qui jam perpetuò, & irre-
vocabiliter addicti ſunt Religioni, ejuſque Statutorum
obſervantiam promiſerunt, ac vota ediderunt, ut clarè
præſupponitur *per Apont. de poteſtate Proreg. tit. de
aſſenſ. Regio §. 4. n. 9. Bammacar. loco cit. n. 34. & 41.
Vrſin. & Spad.* ubi ſupra, & omnes, ſecus autem in
non Profeſſis, quamvis habitum ſuſceperint, ita ut no-
vitii dici valeant; Quicquid enim ſit, an iſti dicantur
Eccleſiaſtici, vel Sæculares, ad effectum Immunitatis
fori, vel onerum laicalium, in quo Doctores variant,
certum tamen eſt, eos non eſſe Religioſos, neque con-
traxiſſe illam incapacitatem, quæ per profeſſionem in
Religione contrahitur, ut quotidianam habemus in
materia factionis teſtamenti cum ſimilibus.

Et in ſpecialibus terminis capacitatis feudi in novitio, *ex Iſern. in cap. 1. ubi etiam Afflict. de milite Vaſſallo, & aliis Vrſin. dicta par. 1. q. 9. art. 2. ex num. 12. Bammacar. in dicto cap. qui Clericus ex num. 52. De Marin. reſol. 120. par. 1. Petra ſuper ritu ſeptimo Vicariæ nu. 18.* qui omnes loquuntur in terminis clarioribus feudorum Regni Neapolitani, ubi reſpectu militum Profeſſorum hodie dici poteſt caſus indubitatus, non admittens amplius quæſtionem circa incapacitatem, niſi accedat Regis diſpenſatio, quandoque concedi ſolita ut infrà.

His ſtantibus, idem dicendum eſſe in feudis Regni
Neapolitani ſubjungebant alii, tum ex identitate ra-
4 tionis, tum etiam quia ex allegatis, idem Regnicolæ id
firmant ferè ſine contradictione, verùm ego difficulta-
tem habebam, meaque ſententia erat, abſtinendum fore
ab agnitione hujuſmodi ſucceſſionis, quæ ut pote cum
qualitate hæreditaria illis feudis annexa, fieri dicitur
mediante additione hæreditatis coram Judice, quæ ibi-
dicitur præambulum, dum ob non oppoſitionem alte-
rius proximi Succeſſoris potiri poteramus beneficio
temporis ob terminum conceſſum à jure per annum, &
diem tam ad determinandum, quid expediret, quam
fortius ad effectum obtinendi Regiam diſpenſationem
militibus, ut infra concedi ſolitam.

Tres etenim caſus in propoſito diſtinctè conſiderandos eſſe diſcurrebam, primus eſt, an milites ſint capaces ſucceſſionis feudorum, quæ de novo aperiuntur, ita ut facto illius caſu habeantur pro non extantibus, atque alio non expectato, fiat locus ſucceſſioni ad favorem remotioris, vel devolutioni ad Dominum dictum, & ad hunc effectum benè intrabat dicta diſtinctio inter profeſſos, & non profeſſos; Alter, ubi quis poſſidet feudum jam alias in ſtatu capaci agnitum, deinde vero ingrediatur iſtam militiam vel aliam Religionem, unde intret quæſtio, an illud amittat, ita ut Domino proximiori agnato capaci aperiatur, & tunc pariter intrat eadem diſtinctio, quod ſcilicet per ſolam profeſſionem hujuſmodi effectus reſultet, niſi Regia diſpenſatio accedat, quæ etiam in præcedenti ſuffragatur ex deductis *per Marin. reſol. 46. lib. 2.* ubi diſputat de poteſtate Principis ſuper derogatione juris tertij, cui per hujuſmodi diſpenſationes præjudicari dicitur, ſecus autem per ſimplicem ingreſſum, ſeu ſuſceptionem habitus, & durante novitiatu, cum ad effectum privationis requiratur ſtatus omninò contrarius, qualis non niſi per profeſſionem cum votorum emiſſione contrahitur.

Tertius demum eſt, quando feudum de novo aperitur ad favorem primogeniti, vel alterius proximioris agnati, qui tunc reperiatur, vel clericus ſæcularis in minoribus, vel novitius alicujus Religionis, & tunc licet iſte ſtatus tanquam retractabilis non omninò inhabilitet ad ſucceſſionem, attamen ob incapacitatem Clericorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum exercendi. Juriſdictionem in Regno Neapolitano, ex deductis *per Marin. dicta reſol. 46. lib. 2.* & *Vrſin. dicta par. 1. q. 9. art. 1.* non ſolum iſte proximus ſucceſſor admitti ad præambulum, quo mediante, & non alias feudorum poſſeſſio obtinetur, niſi dimittat Clericatum, vel habitum Regularem, atque ſe purum laicum declaret, & ſic hujuſmodi diverſus ſtatus, quamvis retractabilis, cauſat impedimentum in ipſo ingreſſu ſeu aſſecutione, quod oportet removere; atque ad hunc effectum ſubdiſtinguebam ut ſupra iſtam inſpectionem inter feudum Imperiale Plumbini, & iſta Regni Neapolitani, habentia iſtas peculiares rationes, in altero non obſtantes.

Quando autem ille, cui delata eſt feudalis ſucceſſio, reperitur in dicto ſtatu retractabili, adhuc tamen indeterminatus, qualem ex duobus eligere velit, tunc aut adeſt proximior ſucceſſor, qui ſe opponat, & ad ſucceſſionem aſpiret, aut non adeſt, vel ſi adeſt non curat, neque ſe opponit, ita ut ſit ſolum intereſſe Domini directi: Iſto ſecundo caſu gaudere poteſt termino legali per annum, & diem ad deliberandum, quo tempore durante quamvis feudum vacet, Dominus prætendere non poteſt devolutionem, quæ raro vel unquam ex hujuſmodi cauſa in feudis Regni prædicti practicata habetur, vel quia de facili adverſus hujuſmodi moram excuſationes admittuntur ex plenè deductis per *Apont. deciſ. 2. & alios*, vel quia in Regno prædicto iſtius moræ pœna ſit ſolutio relevii duplicati rigorosè exigi ſolita, ad quam evitandam hujuſmodi moræ caſus dari non ſolet.

Ubi autem contentio eſt cum alio proxime ſucceſ-
ſuro, tunc recurri ſolet ad Proregem; qui cum ſuo Col-
laterali Conſilio concedit proximo Succeſſori, in di-
cto diverſo ſtatu exiſtenti, ac indeterminato, compe-
tentem terminum, intra quem oppoſitor non admit- 5
tatur, ſed integrum eſt determinare & ſuccedere juxta
cautelam relatam per *Ann. alleg. 98. Bammacar. loc.
citat. num. 76. de Marin. d. reſol. 120. in fine*, qui ter-
minus juxta obſervantiam eſſe ſolet ſex menſium, niſi
major prorogatio ab ipſo Rege obtineatur, quod etiam
habetur deductum in *Venafr. voc eod tit.* occaſione apertæ
ſucceſſionis illorum ad favorem Paoli, tunc Abbatis nunc
Cardinalis Sabelli Primogeniti; Et hæc quoad impedi-
menta, reſpectu Principatus Venuſini militabant ex par-
te Regis, ſeu Regiorum Officialium, in aſſequutione,
ſeu admiſſione ad ſuccedendum, ad quem effe-
ctum, nil ſuffragari poterat diſpenſatio Apoſtolica
per aliquos ex congregatis, alioquin doctos has

materias

materias non multum practicantes, motivata.

Quatenus verò, obtenta Regia diſpenſatione, dictum impedimentum ſuperari contingeret, ita ut Princeps prædictus admitteretur ad hujuſmodi ſucceſſionem, non obſtante, quod dictum habitum militarem ejuſque Prioratus, & Commendas retineret; an ſcilicet per aſſecu-
6 tionem hujuſmodi feudorum, tanquam incompatibilium, Prioratus prædictus vacaret; Et tunc de hoc probabiliter timendum non eſſe credebam, quoniam, licet feudiſtæ in feudis veris, & rectis dubitent, attamen apud Canoniſtas, & Eccleſiaſticos, magis communis, & recepta opinio eſt, Clericos alioſque Eccleſiaſticos eſſe capaces ſucceſſionis feudorum ex plene diſcurſis per *Fagnan. in cap. qua Eccleſiarum n. 58. cu ſequen. de Conſtit. Spad. d. Conſ. 59. lib.* 1 apud quos habentur concordantes, de quibus etiam in *Maſſanen. c. aſtrorum hoc eod. m tit.* Neque dicebam probabiliter dari debere caſum, quod ex parte Religionis hujuſmodi objectio fieret; quia ejus favor & privilegium potius eſt, ſuos milites, & Commendatarios feuda cum juriſdictione in alienis Principatibus poſſidere, ita etiam docente obſervantia, tum generali, quia plures Prioratus, & Commendæ poſſident feuda cum Juriſdictione Baronali, ut ſunt præſertim Prioratus Sancti Stephani poſſidens Terras Putiniani, & Faſani, & Prioratus Baroli poſſidens Terram Alverouæ, in Apulia, ille Sanctæ Euphemiæ in Calabria, & in Hiſpania Prioratus Caſtellæ, de quo *in Toletana juriſdictionis ſub tit. de Iuriſdictione,* & quam plures alii frequenter, tum quia ubi milites profeſſi Regiam diſpenſationem obtinuerunt ſuccedendi in feudis, ſive illa acquirendi, nunquam Religio id ægrè tulit, neque ſe oppoſuit, vel id reputavit impedimento poſſeſſoribus, ne prioratus, Bajulatus, & Commendas obirent.

Licet enim hujuſmodi feudorum agnitiô importare dicatur qualitatem militarem erga Dominum, quod repugnat ejuſdem Religionis ſtabilimentis prohibentibus, ne ejus milites aliorum Principum Servitio ſe addicant, & ex qua potiſſimum ratione Militum Profeſſorum incapacitas ut ſupra reſultat; Nihilo minus quia hoc eſt ſervitium in pecunia, cum ſolutione adohæ præſtari ſolitum, unde propterea etiam fœminæ aliique ad ſervitium perſonale inhabiles admittuntur, idcirco ex parte Religionis non deputatur ſervitium ſuis ſtabilimentis contrarium, ut plene *Spada d. conſ. 59.* ſed hoc eſt impedimentum, quod potius per Doctores receptum eſt provenire ex parte Domini, & in gratiam aliorum proximè ſucceſſorum Sæcularorum; Clarius autem in hac facti ſpecie, in qua dictus Princeps hunc Prioratum potius in quandam adminiſtrationem, quàm jure veræ collationis ex Apoſtolica diſpenſatione obtinebat, ſed ceſſavit quæſtio ex facto, quia Princeps ex aliis motivis Prioratum dimiſit, & feudorum poſſeſſionem nactus eſt.

1 † DE hujuſmodi militibus, qui profitentur pia, vel Eccleſiaſtica inſtituta, cum diſtinctione illorum, qui ſunt veri Religioſi profeſſi, cum votis formalibus, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, & aliorum, qui impropriè reputantur tales, revera tamen non ſunt, habetur actum *ſub tit. de juriſd. diſc. 92. & in ejus Suppl.*

Cum itaque milites Hieroſolymitani, de quibus in præſenti diſcurſu agitur, emiſſa valida, & ſolemni profeſſione, prævio anno probationis, ad præſcriptum Sacrorum Canonum, & Sacri Concilii Tridentini, ac ſtabilimentorum Religionis, ſint veri Religioſi, in alio non differentes ab aliis de Clero regulari, niſi quod non vivunt intra Clauſtra, & ſub clauſura, unde proptereà ſunt inteſtabiles, ac etiam incapaces dominii, & poſſeſſionis in particulari, cum aliqua tamen majori permiſſione adminiſtrationis, ob modum vivendi, more ſæcularium, ex iis quæ habentur *d. diſc. 92. de Iuriſ. diſc. 9. & 35. de Teſt. & diſc. 45. de Regular.* Hinc proinde, poſita incapacitate Clericorum ſæcularium obtinendi vel
2 retinendi feuda, & de qua incapacitate Clericorum ſæcularium habetur *in duobus diſcurſibus proxime ſequentibus, & infra diſc. 54.* clara remanet iſtorum militum incapacitas in particulari per argumentum à majoritate rationis, atque propterea clara dignoſci videtur ſimplicitas illorum, qui in hac materia adeo ſe involverunt quoniam, ubi non vigeat conſuetudo habilitativa Clericorum, nulla ſubeſt ratio, ob quam iſti milites poſſint eſſe capaces.

Ex tribus autem fontibus iſta ſimplicitas æquivocorum productiva, reſultare videtur, non reflectendo ad debitas diſtinctiones caſuum, qua neglecta ſemper in hac facultate cum æquivocis proceditur. Primò ſcilicet, quia reflectunt ad illa feuda, quæ de facto obtineantur per Priores & Bajulivos, & Commendatarios iſtius Religio- 3
nis; Verum iſtud eſt æquivocum clarum, quoniam iſta feuda obtineri non dicuntur ab ipſis militibus, qui ſunt ſimplices adminiſtratores manuales, & obedientiarii; cum potius obtineantur ab ipſis Eccleſiis, Prioratibus, & Commendis, eodem modo, quo feuda obtinentur etiam à Cathedralibus, & Metropolitanis Eccleſiis, quarum vice illa obtinentur, & adminiſtrantur per Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque Prælatos.

Secundò, æquivocum reſultat à pluries inſinuato errore confundendi auctoritates, non diſtinguendo loca, & tempora, aliaſque caſuum circumſtantias, cum quarum præſuppoſito, plerique Doctores diverſimodè lo-
quuntur; Siquidem aliud eſt agere de illis feudis impro- 4
priis, quæ ſolam nuncupationem, & aliqua pacta feudalia habent, ſed revera conſiſtunt in bonis allodialibus, & indifferentibus ſine imperio, & juriſdictione in Vaſſallos cum ſolo onere alicujus recognitionis realis, tanquam per ſpeciem emphyteuſis, vel erga illum Dominum, qui ſit privatus vel ſubditus, adeo ut non habeat jura ſupremi Principatus, cum regalia majori indicendi publicum bellum, Et alia ſunt illa feuda, quæ juxta hodiernam praxim, ſunt vera, & propria cum juriſdictione, & imperio in vaſſallos, obtenta à Principe ſupremo habente jus belli publici, adeò ut verè & propriè feudum importet baroniam, & militiam ſæcularem primi ordinis, quæ impedit etiam retentionem beneficiorum, vel penſionum Eccleſiaſticarum ex inſinuatis *lib. 13. tit. de penſ. diſc. 46 & 48.* Iſto etenim ſecundo caſu, non videtur quomodo verus Religioſus profeſſus, qui eſt adſtrictus voto obedientiæ erga proprios ſuperiores Regulares, ita poſſit eſſe miles omnino addictus ſervitio Principis ſæcularis; Undè propterea, ea, quæ involvendo materiam & terminos, dicuntur per Doctores relatos in hoc diſcurſu, ac etiam per alios quos colligit *Roſas de incompatibilitate par. 7. c. 5. num.* 102. ſuper habituali dominio exiſtente penes Religionem capacem in communi, percutiunt primam ſpeciem feudorum impropriorum, quæ veram militiam non redolent, ſed ſpectato effectu revera important allodium ad ſolam utilitatem burſalem, ut pote conſiſtentia in prædiis, & petiis terræ, ſeu vineis, juxta illam ſpeciem, de qua ſupra *diſc. 7. 10. & 11. & infra diſc. 39. & 40.*

Et tertia cauſa hujuſmodi æquivocorum conſiſtit in
illa majori facilitate diſpenſationis, quæ conceditur per 5
aliquos Principes ſæculares, juxta varios principatuum ſtylos, ſuper tenuta & fruitione feudorum potius, quàm ſuper titulo juxta inſinuata *diſc. seq.* quoniam cum iſti milites de facto faciant figuram ſæcularium eorumque more vivant, atque armati incedant, ipſorumque inſtitutum ſit circa militiam, ac etiam quod Superiores de facili eis concedunt licentiam militandi pro Principibus ſæ-
cularibus; Hinc proindè minus incongruit, ut cum eis 6
diſpenſetur, quam cum Clericis ſæcularibus togatis, & qui divino ſervitio ſunt addicti; Et in ſumma, iſta non eſt materia capax regulæ certæ, & generalis, nimiumque clarum æquivocum eſt, procedere cum generalitatibus, ſive cum auctoritatum cumulo, & conſarcinatione, non diſtinguendo loca & tempora, ſeu diverſas Principatuum conſuetudines, à quibus revera deciſio quæſtionis pendere videtur.

Digitized by Google

VENAFREN.

Seu ROMANA SUCCESSIONIS FEUDORUM,

INTER TUNC ABBATEM, POSTEA CARDINALEM, ET PRINCIPEM FRATRES DE SABELLIS

Benevolè, & concorditer petentes.

Reſponſum pro veritate.

An Clerici ſint capaces ſucceſſionis feudorum exiſtentium in Regno Neapolitano, quomodo & quando. Et de tenuta, quæ datur Clericis in feudis.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Clerici etiam de jure communi feudorum in eis non ſuccidunt.*
3 *Clericè ſunt incapaces ſucceſſionis in Regno Neapolitano.*
4 *Si tempore ſucceſſionis primogenitus, vel alius proximior reperiatur Clericus in minoribus, an ei competat aliquis terminus ad deliberandum ſuper dimiſſione Clericatus*
† 1 *De incapacitate Clericorum, & Religioſorum.*
2 *Quomodo debeat diſtingui.*
3 *Commutatio ſervitij de perſonali in reale non tollit naturam feudi.*
4 *Quando Clerici ſint capaces feudi.*
5 *Quomodo alia quaſtio decidi debeat.*
6 *An qualitas localis reputetur praciſè de tempore facti caſus.*
7 *An, & quando ſuperveniens dimiſſio Clericatus tollat jus tertij.*
8 *De poteſtate Principis inhabitandi inhabilem in prajudicium tertij.*
9 *An penſio cum reſervatione regreſſus, ad beneficium induear incapacitatem.*
10 *Quomodo fieri debeat dimiſſio Clericatus, & beneficij.*

DISC. XVII.

MOrtua Felice Maria Germana Sorore Cardinalis
1 Peretti nuncupati de Monte alto, nupta Berardino Sabello Albani Principi, ſuperſtitibus Paulo filio primogenito, tunc Abbate poſtea Cardinali, & Principe Julio ſecundogenito, dubitari contingit, an in feudis Venafri, Celani, & aliis per dictam Mariam Felicem uti hæredem Principis Peretti ejus patris in Regno Neapolitano poſſeſſis, ſucceſſio ſpectare deberet ad Paulum primogenitum Clericum Beneficiatum in minoribus conſtitutum, vel potius ad Julium ſecundogenitum laicum, & quatenus Paulo primogenito obſtaret Clericatus, an frui deberet beneficio ſex menſium ad deliberandum, & interim obtinere dictorum feudorum poſſeſſionem; & concorditer, ac benevolè per dictos fratres pro veritate interrogatus.

Ad primum reſpondi, quod quamvis in feudis Regni prædicti, ubi vivitur jure Francorum, ſucceſſio
2 abſque dubio debita ſit filio primogenito, intelligitur tamen, quatenus ſit capax, ſecus autem ſi ſit incapax, qualis eſt Clericus, tam de jure communi, quia feudum importat militiam ſæcularem, quæ de directo repugnat Clericatui, Clericus namque dicitur miles Chriſti, ideoque non poteſt eſſe miles ſæculi, ut plenè aliis allegatis firmant *Hartmin. Piſtor. part 3. q. 33. Menoch. conſ. 181. num. 64. & ſeqq. & conſ. 202. num. 121. & ſeqq. Anna alleg 98. Apont. dec. 4. Vrſin. de Succeſſ. feud. par. 1. q 9. art. 1.* ad nauſeam *Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 2. gl. 4. n. 42.* & eſt latius deductum in *Muſſaun. Caſtrorum hoc eodem tit.* ubi habetur explicata hæc materia incapacitatis Clericorum in feudis.

Quam etiam quia in Regno ex particularibus ejus 3
legibus, id expreſsè cautum habetur, ut in *Conſtitutione Errores eorum* paſſim recepta, ut teſtantur *Aponte, & Vrſin. ubi ſupra*, & ita in individuo iſtorummet feudorum practicatum fuit moderno tempore, quia defuncto Principe Peretto, ſuperſtitibus Cardinali tunc Abbate Peretto unico filio maſculo, & dicta Maria Felice filia fœmina, huic ſucceſſio delata fuit, exluſo dicto Abbate tanquam incapaci ratione Clericatus, ſolumque ex gratia ſpeciali per Regem Catholicum, de conſenſu tamen dictæ Mariæ Felicis feudatariæ habilitatus fuit ad illorum gubernium, tenutam & adminiſtrationem, ut de his omnibus teſtatur idem *Vrſin.* loco citato, unde dixi eſſe caſum extra omnem quæſtionem.

Ad ſecundum reſpondi, non reperiri jure communi
feudorum, vel jure Regni cautum, primogenito exiſtenti 4
de tempore aperti feudi in Statu Clericali, competere aliquem terminum ad deliberandum, quinimò apud feudiſtas haberi oppoſitum, ut ſcilicet primogenitus debeat de tempore delatæ ſucceſſionis reperiri habilis, vel ſaltem re integra, & antequam à proximè ſequenti ſucceſſore feudi ſucceſſio agnoſcatur, debeat ſe habilem efficere, deponendo Clericatum, *u per Piſtor. dicta q. 33. n. 18. Apont. dicta dec. 4. n. 4. Vrſin. loco cit. n. 7. & ſeqq.* quia nec momento temporis poteſt quis eſſe Clericus, & feudi capax, ideoque nullatenus poteſt poſſeſſionem obtinere, ac interim in ea ſe confovere, ut in ſpecie de hoc *interim* loquitur *Piſtor. dicta q. 33. num. 18. verſ. quinimò.*

Et benè verum eſt, quod *Anna dicta alleg. 98. in fin.* refert in eo caſu per Proregem fuiſſe Clerico primogenito conceſſum terminum ſex menſium ad deliberandum, & ex iſto exemplo ſolent Proreges conſimiles gratias concedere, ſed hæc eſt mera gratia pendens ab arbitrio Principis, qui uni ſolet concedere, alteri denegare, unde pro cautela conſulunt hunc recurſum *Bammacar. in cap. 1. §. qui clericus q. 5. num. 83. Vrſin. dicta par. 1. q. 9. artic. 1. num. 19. de Marin. reſol. 120. in fin. lib. 1.* ideoque ſi Abbas eſſet indeterminatus, dixi aliud non ſubeſſe remedium niſi prædictum, ſed verè iſta indeterminatio non aderat, & prudenter, quia ob inſignes Abbatias ab eo poſſeſſas, aliàs amittendas, ei non expediebat mutatio ſtatus, maximè quia feuda non faciebant tranſitum ad alienos, ſed in eadem domo remanebant penes fratrem germanum dilectiſſimum.

Verùm quia eidem Abbati tanquam hæredi præfati Cardinalis hæredis in allodialibus Principis patris nonnulla competebant credita ſuper dictis feudis conſequenda, pro quibus ſolvendis poterat dictum Julium fratrem urgere, illum cogendo ad feuda vendenda, ut de pretio ſibi ſatisfaceret, idcirco ad benevolam concordiam inter eos, continuato fraterno amore, deventum fuit, quod Princeps retento pro ſe Principatu Venafri, Comitatum Celani ejuſque redditus, & emolumenta dimitteret Abbati, quatenus per iſtum obtineretur à Rege Catholico de ipſius Ducis conſenſu illa facultas, quàm ut ſupra obtinuit Cardinalis eorum avunculus, prout ſequutum fuit, quia Rex benignè erga iſtam adeo de ſua Majeſtate benemeritam domum eandem gratiam Abbati conceſſit.

† DE incapacitate Clericorum obtinendi vel reti-
nendi feuda, de qua in præſenti diſcurſu agitur 1
plenius habetur infrà *diſc. 54.* ubi rejiciuntur volentes irrita cenſeri jura feudalia inhabilitantia Clericos, tanquam contraria Eccleſiaſticæ libertati, quoniam ſicuti non prohibetur privatus Teſtator, à fideicommiſſis & majoratibus excludere Clericos, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas, quoties non conſtet, quod ex irrationabili odio hujus ſtatus id egerit, ſed ex alio honeſto fine, ex deductis *ſub eod. de fideicom. diſc. 61. & ſeqq.* & generaliter *ſub tit. de teſt. diſc. 73.* Ita non videtur quid prohibeat Domino concedenti feuda, adjicere hanc legem, quam etiam lex adjectam ſubintelligat, non in ratione odibili excluſionis Clericorum, ſed in ratione qualitatis laicalis, deſiderat...

Digitized by Google

deſiderandæ in iis, qui extituri ſint proprii milites & Vaſſalli.

2 In hoc autem articulo eodem modo, quo habetur *diſc. præcedenti*, de militibus Hieroſolymitanis, nimium ſe involvunt DD. relati in *hoc diſcurſu, & dicto diſc. 54.* ac etiam *diſc. 47.* ubi de Religioſo profeſſo, qui ex cauſa Epiſcopalis dignitatis, vel ex alia ſimili occaſione, juxta caſus recenſitos *diſc. 17. de renunciat.* ad ſæculum redierit, atque reaſſumpſerit capacitatem poſſidendi.

Verum iſta involutio pendet etiam ex eiſdem cauſis, de quibus dicta adnotatione præcedenti, quod ſcilicet non diſtinguuntur caſus, vel ſpecies feudorum, quoniam ut ibi advertitur; Aliud eſt agere de capacitate obtinendi iſta feuda, quæ ſint annexa prælaturæ vel Eccleſiæ, & in his non cadit quæſtio, dum idem Princeps id voluit ab initio, atque per neceſſe in omnibus poſſeſſoribus iſtam qualitatem præſuppoſuit.

Quæſtio itaque cadit in feudis jure ſingulari, in illis perſonis, quæ per accidens in ſtatu clericali reperiuntur adeout feudum ſit de ſui natura laicale, & tunc intrat eadem diſtinctio, inter feuda recta & propria, quæ obtineantur à Principe ſupremo, habente jus publici belli, adeo ut vere importent veram militiam primi ordinis, & illa feuda omninò impropria, quæ in effectu idem important, ac emphyteuſim ſeu livellum, ut ſcilicet in iſto ſecundo caſu non intret in capacitas, intret vero in primo, ratione militaris ſervitii, quod per neceſſe hujuſmodi feudis eſt annexum.

Et quamvis in hac ſpecie feudorum, practicari ſoleat commutatio ſervitii perſonalis in reale, ut (ex. gr.) contingit in Regno Neapolitano, quod loco ſervitii per-
3 ſonalis præſtatur ſingulis annis reale in pecunia ſub nomine *ad hoc*; Idemque pleriſque aliis partibus magis communiter ſervari videatur, ut præſertim praxis docet in Curia, quod pro feudis per Eccleſiam Romanam conceſſis, ſolvuntur cenſus, vel tributa in die SS. Petri & Pauli, ſub rigore enunciato ſupra *diſc. 5.* etiam pro feudis regalibus & majoribus, dicti Regni Neapolitani, pro quo ſingulis annis, præfata die, cum notoria pompa & ſolemnitate, per Oratorem Regis Catholici præſtatur recognitio in uno equo, & in ſcutis ſeptem mille auri, & pro Ducatibus Parmæ, & Placentiæ ſolvitur recognitio in ſcutis ſex mille auri; Non tamen exindè ceſſat qualitas feudalis, & obligatio ſervitii perſonalis, pro extraordinariis occurrentiis Domini, ut advertitur ſupra *diſc. 11. & alibi.*

Et per conſequens recepta eſt iſta incapacitas, quoties
4 contrarium non diſponat conſuetudo particularis, quam vigere ſupponitur in aliquibus Provinciis Germaniæ, ſive quod ita non ſuadeat qualitas principatus, ut contingit in hoc principatus Pontificio, in quo merito Clerici etiam in ſacris, & in Epiſcopali, vel Cardinalitia dignitate conſtituti, ſunt capaces feudorum, eo quia non incongruit, ut Clerici ſint milites Summi Pontificis, juxta magiſtrale *conſ. 217. Iaſon. lib. 4.* ubi agitur de Cardinale de Farneſio, qui poſtmodum fuit Summus Pontifex Paulus III. ut advertitur, *dicto diſc. 54.* Ac etiam *diſc. 46. & 48. de penſionibus & alibi.*

Hinc proinde intrat idem, quod advertitur *adnotat.*
5 *præcedenti*, quod ſcilicet iſta, dicenda potius eſt quæſtio facti, decidenda ex natura, ſeu qualitate feudi, juxta prædictam diſtinctionem, ſive juxta mores Regionis, & per conſequens intrat conſuetus error, æquivocorum productivus, procedenti cum generalitatibus, vel confundendi auctoritates, cum conſarcinatorio ſtylo, non reflectendo (ut decet) ad has diſtinctiones.

Præſuppoſita vero incapacitate Clericorum; quatenus pertinet ad quæſtionem, in qua pariter ſcribentes ſe involvere ſolent, an ſcilicet qualitas laicalis adeſſe debeat præcisè de tempore apertæ ſucceſſionis feudi,
6 & an obſtet Clericatus in minoribus, quem ille, cui ſucceſſio aperta eſt ſit promptus dimittere; pariter decisio pendere videtur à circumſtantiis particularibus ſingulorum caſuum; Primo ſcilicet & principaliter à conſuetudine vel ſtylo principatus, ut contingit in feudis hujus Regni, de quibus in præſenti diſcurſu, quoniam oportet facere præambulum, id eſt actum additionis hæreditatis defuncti ob qualitatem hæreditariam, quæ illis feudis annexa eſt & quo ſequuto expediuntur proviſiones pro obtinenda poſſeſſione & ut à Vaſſallis recognoſcatur, idque non conceditur niſi illi, qui ſit conſtitutus in ſtatu ſæculari undè propterea quando ſucceſſor reperiatur in ſtatu clericali retractabili inolevit enunciata praxis concedendi terminum ad deliberandum cum ſimilibus pro locorum ſtylis & conſuetudinibus, adeout forte non dentur caſus, in quibus opporteat diſputare dictam quæſtionem in abſtracto.

Quatenus verò iſte caſus detur, tunc habemus quandam Rotæ reſolutionem *in Piſauren. Primogenituræ 16. Ianuarii 1651. coram Cerro*, per quam firmatur, ut præcisè requiratur qualitas laicalis de tempore apertæ ſucceſſionis, adeout obſtet etiam clericatus in minoribus retractabilis, quamvis ſucceſſor ſit promptus illum dimittere, eo quia qualitas laicalis adeſſe debeat de tempore apertæ ſucceſſionis ex auctoritatibus in eadem deciſione deductis.

Parum vero probabilis atque communi uſui, humanæque rationi contraria videtur hæc reſolutio adeout judaiſmi ſpeciem ſapere videatur, dum vis non eſt in tempore præciſo, ſed in effectu ſeu in fine, ut ſcilicet feudum non obtineatur niſi à laico, qui ſit ſubditus ipſi Principi ſæculari Domino directo & ſic ſpectato effectu cum tractu ſucceſſivo pro quo qualitas laicalis deſideratur, & per conſequens non videtur cui rationi iſtud aſſumptum innitatur, dum incertum eſt tempus, in quo caſus ſucceſſionis eventurus eſt, quinimo incertus eſt quoque ipſe caſus in ſubſtantia, dum Clericatus ſuſcipi potuit per ſecundo vel tertiogenitum, qui poſtea ob naturalem vel civilem mortem primogeniti evaſerit talis; Atque alias eſſet prohibere ſtatum clericalem in genere ad evitandum hoc præjudicium, dum caſus inopinate contingere poteſt; ſive dari poſſet illa fraus, quam ponderat *Bich. q. 33. n. 19. tom. 3.* cujus verba regiſtrat *Camer. in reſp. 6. n. 14. lib. 1.* quod ſcilicet ita adoleſcens primogeniti per vim & metum vel dolo & fraude ſeu blanditiis cum deceptiſſet ad ſuſcipiendum clericatum, ut ita eveniente caſu inhabilis reperiatur, etiam fiat locus ſecundogenito.

Et quoniam in hoc conſiderari ſolet, an dimiſſio Clericatus poſt factum caſum ſucceſſionis fiat re integra nec 7
ne quaſi quod ſuffragetur, quatenus alter ſucceſſor capax ſucceſſionem non agnoverit, ſecus autem è converſo re non integra & poſt agnitionem ab altero factam, cui jus quæſitum eſſet; Hinc reflectendum quoque videtur, ut id ita ſimpliciter ac indefinite intelligendum non veniat, ſed diſcrete pro facti qualitate quatenus ſcilicet ipſe primogenitus vel proximior recte ſciens factum eſſe caſum ſucceſſionis feudi negligat clericatum dimittere, atque ſucceſſionem agnoſcere, unde propterea alter proximior capax juſte credens, quod ille non eſſet dimiſſurus clericatum ſub bona fide ſucceſſionem agnoſcat, atque feudum obtineat, unde propterea ſi intervallo & re non integra Clericus mutando propoſitum, velit ejicere poſſeſſorem non videtur exaudiendus.

Multo vero magis ſi ſciverit & aliquo tempore toleraverit, ut admittitur apud *Camerat. dicto reſponſ. lib. 1.* qui ſcribit pro perſona incapaci, quæ poſtea re non integra capax redecta ſit. Secus autem ſi primogeniti vel proximioris culpæ imputari non poteſt, quia nempè caſum ignoverit vel ſi ſciverit cum majori affectata diligentia ab alio præventus fuerit adinſtar eorum, quæ habemus ad materiam *Tex. in cap. conſultat. de Iurepatr.* Aut quod ob vim & metum vel fraudem invitus ſteterit in eo ſtatu juxta caſum, de quo apud *Camer. d. reſp. 6.* quod ſcilicet primogenita vel primogenita vel prima ſucceditrix per vim & metum & dolum emiſiſſet profeſſionem, quam prius annullare non potuiſſet, dum tunc intrat propoſitio, ut ex juſte impedito non currat tempus, ut etiam advertitur *diſc. 17. de renun. num. 4.*

Ac propterea rem eſſe integram vel non integram, intelligendum eſt ſano modo & quatenus culpæ vel negligentiæ ipſius primogeniti vel proximioris exiſtentis in ſtatu inhabili imputari valeat nec ne cur in ſtatu habili ſe non conſtitueret, adeout alter capax bona fide feudum obtinuerit adeout dignoſceretur repugnantia æquitatis, ut expulſionis injuriam pati deberet, ſecus autem è contra.

Clarius autem judicandum eſt contra eum, qui non ſolum re non integra clericatum vel alium ſtatum incompatibile dimittit, ſed etiam quod recte ſciens ſe eſſe in ſtatu retractabili, attamen expreſſam feciſſet ſui animi declarationem velle perpetuo in eo ſtatu permanere, atque ſciens paſſus eſſet, ut ſecundo genitus vel alter renovatum feudum obtineret, cum tunc magis confirmetur bona fides alterius proximioris capacis qui propterea re non integra expelli non valeat.

Quinimo etiamſi caſus ſucceſſionis adhuc factus non eſſet, ſed prævidendo ejus certam imminentiam, alter proximior circa fraudis & affectationis ſuſpicionem deſtinatus eſſet ſucceſſor ita & taliter quod res dici non poſſet integra ob mixturam præſertim juris tertii juxta caſum inſinuatum ſupra *in A. not. ad diſc.* 13. & de quo *lib. 10. de fideicomm. in Supplem. in d. Rom Primogen. de Ceſarinis.* Cum tunc non videatur ſubeſſe ratio, cur ſubſequens voluntaria mutatio ſtatus debeat tertio præjudicare, eique tollere jus quæſitum bona fide; Et per conſequens error eſt procedere cum generalitatibus cum revera totum pendeat à ſingulorum caſuum circumſtantiis & an jus tertii cum bona vel mala fide quæſitum ſit, adeout juſte dici valeat, quod res non eſſet amplius integra.

8 De poteſtate verò Principis habilitandi inhabilem ſeu cum eo diſpenſandi in præjudicium alterius capacis cum eadem diſtinctione, an res ſit integra nec ne, habetur plenè actum *d. ſc.* 148 *de Regal.*

Diſputatum item aliquando fuit, an dimiſſo Clericatu
9 ac etiam Beneficio quod poſſidebatur cum reſervatione tamen penſionis & cum alia reſervatione regreſſus ad ipſum beneficium inducat incapacitatem obtinendi feudum; Merito autem negative reſponſum fuit apud *Cam mill. de medic. conſ.* 2. *n.* 58. *cum ſeqq.* quoniam reſervatio regreſſus non importat aliquod jus de præſenti, ſed ſolum nudam facultatem, quæ pendet ab animo, & quæ poteſt non exerceri; Ideoque non importat actum; Siquidem etiam ipſe Clericatus dimiſſus poteſt quandocumque reaſſumi, ſed non per hoc interim ob hanc facultatem, ille dicendus eſt Clericus; Cum præſuppoſito tamen, quod Penſionarius habeat indultum Apoſtolicum retinendi etiam in ſtatu laicali & militari, quoniam ſi illud non habeat, non per hoc id præſtabit impedimentum aſſequutioni feudi, ſed per hunc actum ipſa penſio ceſſabit, ex iis, quæ habentur *d. diſc.* 46. *&* 48. *de penſion.*

Cadere autem poteſt dubium, an ſuffragetur dimiſ-
10 ſio Clericatus de facto, cum dimiſſione habitus, vel cum declaratione animi, coram Notario, & teſtibus, potius neceſſarium ſit, ut hæc dimiſſio acceptetur ab ejus Ordinario; Atque dubitandi rationem præbent firmata *diſc.* 55. *de Juriſdict.* quod ſcilicet Clericus quamvis non incedat in habitu, & tonſura, imo quamvis expreſſam dimiſſionem feciſſet Clericatus, adeout efficeretur ſubjectus foro laicali, adhuc tamen remaneat ſubjectus Epiſcopo, vel alteri Superiori fori Eccleſiaſtici, ex ea ratione, quod contractus, initus cum Eccleſia diſſolvendus eſt cum eodem reciproco conſenſu; Multo vero magis ubi poſſideret beneficium, cujus dimiſſio non cauſat vacationem, niſi ſequatur acceptio Superioris, ad quem pertinet; ut pluries in ſua materia *ſub tit. de benef.* Verum ad hunc effectum contrarium dicendum videtur, quoniam ita ſufficit animi declaratio; quodque ipſe Succeſſor ſe conſtituere voluerit in diverſo ſtatu laicali; adinſtar deſertoris militiæ, quod licet puniri poſſit a Duce militum, attamen quoad eum habendus venit pro non Milite, ita etiam quodam communi uſu docente.

AMALPHITANA,

Pro ASCANIO PICCOLOMINEO ARCHIEPISCOPO SENEN.

Reſponſum pro directione.

An Clericus ſit capax feudi, vel legati uſufructus feudi in Regno.

An poſſit, vel admitti ſoleat ad tutelam, ſeu Baliatum Feudatarii, & quando Clericus poſſit eſſe tutor.

Legato feudo, ſeu ejus uſufructu, an hæres teneatur Legatario ad æſtimationem.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Clerici non poſſunt eſſe Tutores.*
3 *Solet cum eis diſpenſari.*
4 *Quando de jure poſſint exercere tutelam vel curam.*
5 *Cotones cont nti in dec e o Gratiani, an ſint authentici.*
6 *Clerici in Regno Neapolitano ſunt incapaces Juriſdictionis.*
7 *Clericus ſicut eſt incapax feudi ita etiam uſus fructus feudi.*
8 *Uſusfructus tanquam ſervitus conſtitui non poteſt in feudo ſine aſſenſu.*
9 *Legato feudo perſonæ incapaci, an per ſucceſſorem debeatur æſtimatio.*
† 1 *De incapacitate Clericorum, & Epiſcoporum infeudatariis baliato, vel tutela.*
2 *De differentia inter tutelam, & baliatum.*
3 *De materia detinendi tutelam, vel baliatum, ut ſit arbitraria, & de differentia inter Principem & Judicem.*
4 *An legato feudo, debeatur æſtimatio.*

DISC. XVIII.

CUm eximius Imperialis Exercitus ſupremus Dux Octavius Piccolomineus, reſtituendo ſuæ familiæ 1
antiquam Dignitatem, à Rege Catholico ob ejus ingentia merita Ducatum Amalphitanum obtinuiſſet, moriens in Teſtamento hæredem eorum Italicarum in proprietate, præſertim dicti Ducatus Amalphitani, inſtituit ex fratre prædefuncto nepotem in pupillari ætate conſtitutum, Uſufructuarium verò univerſalem reliquit Archiepiſcopum Senen. ejus germanum fratrem, quem etiam dicti nepotis tutorem, ſeu Balium reliquit, unde Archiepiſcopus putans, juxta ſtylum ſervari ſolitum in Allodialibus indifferentibus, ſive etiam in Caſtris, & bonis Juriſdictionalibus Status Eccleſiaſtici, ad formam voluntatis Teſtatoris poſſeſſionem dicti Ducatus utriusque nomine apprehendere, Pupilli ſcilicet in proprietate, tanquam ejus Tutor, ſeu Balius, ac etiam privato nomine in uſufructu, juxta hanc formam de ſuorum Sapientum conſilio mandata dedetat, ego tamen conſultus dixi æquivocari, neque talem formam deduci poſſe ad praxim.

Quatenus enim pertinet ad pupilli tutelam, ſeu Baliatum reſpectu feudalium regni ultra obſtaculum, quod 2
habent Clerici de jure Canonico in tutela, & cura exercenda ad *text. in* §. *Deo amabiles auth. de Epiſcopis, & Cleric. c. Cyprianus* 21. *quæſt.* 3. *cap. ult.* 86. *diſtinctione, ubi gloſ. Bart. in auth. preſbyteros C. de Epiſcopis, & Cler.* & cæteri congeſti per *Guttier. de tutel. par.* 1. *cap.* 1. *n.* 26. *Surd. deciſ.* 107. *num.* 7. *Bertrand. conſ.* 116. *vol.* 2. *par.* 2. *Rot. dec.* 116. *n.* 16. *par.* 4. *rec. tom.* 2. cum hoc de facili ſit ſuperabile cum Brevi Apoſtolico concedi ſolito, eodem modo, quo conceſſum fuit Cardinali Aldobrandino ſuper tutela, Baliam Principiſſæ Roſſani ejus Neptis, & pluribus aliis Cardinalibus, Epiſcopis, Prælatis, & Sacerdotibus, ut practicatum legitur *dicta deciſ.* 3
116. *num.* 16. *par.* 4. *rec. tom* 2. ubi hoc ſtante omnis

alia

alia inſpectio neglecta fuit juxta laudabilem Rotæ, &
Curiæ ſtylum non immorandi in ſuperfluis.

Et nihilominùs, ubi etiam ſine Indulto de hoc puncto
agendum eſſet, adhuc dici poſſet difficultatem ceſſare,
4 cum Archiepiſcopus eſſet tutor legitimus, quam tutelam
Clericis volentibus eſſe permiſſam ex eodem *text. in §.
Deo nobis* firmant *DD apud Surd. dicta deciſ. 197. num.
fin. Gutier. loco cit. num. 27. Galganett. de tutel. lib.
1. tit. 4. num. 46. Graſſ. effectu Cler. 16.* aſſerentes
contrarium procedere in teſtamentaria, quam nec vo-
lentes Clerici exercere poſſunt, niſi agatur de perſonis
miſerabilibus; Quod tamen ita abſolutè ſumptam mihi
non ſatisfacit, quia cum tutela ſit munus publicum ne-
ceſſarium à lege civili introductum, benè procedit exem-
ptio Clericorum, ne inviti cogantur ad eam ſuſci-
piendam, quod indiſtinctè tàm in teſtamentaria, quàm
in legitima, & dativa procedit, ſed ubi Clericus eſt vo-
lens, non video probabilem differentiæ rationem, cur
legitimam exercere poſſit, non autem teſtamentariam,
vel dativam, eſſet enim aliàs ex legum civilium diſpo-
ſitione coarctare Clericorum libertatem, atque Clerica-
tus cauſaret præjudicium, & inhabilitatem, quod Ec-
cleſiæ libertati repugnat,

Et licet ſupra allegati Canones id diſponant, adver-
tendum tamen eſt, non eſſe Decreta, vel Conſtitutiones
Pontificum, neque Conciliorum, vel Sanctorum Pa-
trum Sententias, ſed compilationem privati auctoris,
ſeu tranſcriptionem legum civilium, Ideoque receptum
habemus Canones Decreti non eſſe omnes Canones,
neque legis vim habere, niſi ubi Conciliaria vel Pon-
tificia decreta continent, ut firmavit *Rota apud Veniam
5 deciſ. 377. num. 36. & ſeqq. juxta Venetam impreſſio-
nem anni 480. juxta Lugdunenſem num. 16. & ſeq.*
Unde ſolum Clericorum volentium inhabilitatem re-
ſtringendam indefinitè crederem, ubi tutelæ ſeu ſuſpi-
cionis mali animi uſurpandi bona pupilli, ſive ubi onus
eſſet tale, quod à ſervitio Eccleſiæ, vel beneficii diſtra-
heret.

Sed difficultatem eſſe dixi reſpectu Regiorum Officia-
lium non permittentium Clericis, & perſonis Eccle-
ſiaſticis hujuſmodi Baliatum, cui annexa eſt Juriſdictio
in feudo, & pupilli Vaſſallis ſaltem in dominio, prout
habent Barones & Feudatarii quamvis non in exercitio;
6 Juriſdictionis etenim Sæcularis quocumque modo Cle-
rici, & perſonæ Eccleſiaſticæ in Regno ſunt incapaces,
ut pluries *habetur in aliis hoc eodem titulo* atque eſt
propoſitio abſoluta, unde dixi curandum eſſe, quod vel
per magnam Curiam Vicariæ ſeu Regiam Cameram
ſummariæ, ubi faciendum eſt præambulum (ſub cujus
vocabulo in illis Tribunalibus appellatur additio hære-
ditatis,) & ſine quo poſſeſſio illorum feudorum, quæ
ibi ſunt hæreditaria, non obtinetur, decernatur Balia-
tus alicui laico confidenti, vel procurandam eſſe diſ-
penſationem ab illo Rege, & Collaterali Conſilio ad-
verſus duplex impedimentum, quod Archiepiſcopo
obſtare dixi, unum nempe Clericatus ut ſupra, alte-
rum forenſitatis, cum pariter forenſes abſque Regia diſ-
penſatione non poſſint in Regno Juriſdictionem, tam
in dominio quàm in exercitio habere; prout conceſ-
ſum fuit dicto Cardinali Aldobrandino Clerico, Fo-
renſi ſuper dicto Baliatu Principiſſæ Roſſani, & D. In-
nico Caraciolo tunc Cameræ Apoſtolicæ Clerico
Decano, poſtea ejuſdem Cameræ Auditori, ac de-
mum Cardinali, & Archiepiſcopo Neapolitano ſuper
Baliatu Ducis Airolæ ex fratre pronepotis, quamvis
huic obſtaret ſolum Clericatus tunc in minoribus; &
hæc quoad Baliatum reſpectu pupilli.

Quo verò ad perſonam, & jura propria in dicto
7 feudo, reſpectu uſus eidem Archiepiſcopo relicti,
dixi nihil obtineri poſſe ſine diſpenſatione, ab ipſo
Rege immediatè obtinenda adverſus incapacitatem
Clericorum, & forenſium habendi feuda, ſeu jus
formale in eis, ad inſtar illius gratiæ, quæ conceſſa fuit
Cardinali Peretto de Monte Alto nuncupato, ut habetur
hoc eodem tit. in Romana, ſeu Venafren. Uſusfructus enim
conſideratus tanquam jus, quia importat ſervitutem feudi
ejuſque onus reale, in alium, qui non ſit feudi legitimus
ſucceſſor, nec per contractum, nec ultimam voluntatem
ſine regio aſſenſu tranſferri poteſt, quia eſt ſpecies alie-
nationis; quod adeo verum, ut quamvis permiſſa ſit feu- 8
di refutatio in proximè ſucceſſurum; quia eſt præventiva
ſucceſſio potiùs quàm alienatio, nihilominùs fieri non
poteſt cum reſervatione uſusfructus ad favorem ipſiuſ-
met refutantis, qui jam erat, nedum feudi capax, ſed
Dominus & poſſeſſor, ut latè de his habetur *hoc tit.
in Romana Pallavicini ad materiam Bulla Baronum*,
Ubi etiam habetur, reſervationem, ſeu conceſſionem
uſusfructus tanquam juris, non reſolvi in commodita-
tem, & perceptionem fructuum de facto in feudis non
prohibitam, prout voluerunt *Bolognettus, & alii*, quo-
rum opinio apud Feudiſtas eſt magis communiter reje-
cta, ut ibi.

Atque ad ſummum, per Archiepiſcopum, aliud præ-
tendi non poſſet à pupillo in vim dicti legati niſi dicti
uſusfructus æſtimatio, juxta opinionem *Franchi deciſ. 1.* 9
Apont conſ. 88. lib. 1. & conſ. 75. & 77. lib. 2 & alio-
rum volentium, legato feudo perſonæ extraneæ, vel
incapaci, deberi per hæredem legatario æſtimationem,
ad inſtar legati rei alienæ, quod tamen non levem pati-
tur difficultatem, cum contrarium ſentiant præſertim
in diſpoſitione univerſali *Anna ſenior allegat. 126. &
127. Anna junior. in Addit. ibidem, & conſ. 87. Ro-
vit. ſuper pragm. 1. de tit. abuſus num. 136. & idem
Aponte de poteſtate Proreg. ti. de aſſenſibus Regiis ſu-
per Dote §. 2. num. 9. Merlin. lib. 2. controv. 81. in fine
de Marin. reſolut. quotid. 45. num. 50. lib. 1. & alii*,
ita ut hæc opinio videatur magis communis & recepta,
ſed vanum opus eſſe dixi hujuſmodi inſpectionem aſ-
ſumere, dum inter Patruum, & Nepotem reſpectu bo-
norum patrimonialium aderat communio, unaque erat
vita, & burſa; inſinuanda tamen hæc duxi ad Ar-
chiepiſcopi notitiam ejuſque Sapientum (quibus om-
nia fuerunt nova) pro eorum regula, & norma, cogi-
tando caſum, quo pupillus factus major ad diviſio-
nem procedere vellet, & quod ſuum eſt agnoſce-
re &c.

† AD materiam hujus diſcurſus, ſuper incapacitate
Clericorum & Epiſcoporum, tam circa Baliatum 1
feudatarium, quam circa tutelam ingerere, ultra hic
deducta, agitur *apud Coccin. deciſ. 523. Reverter. &
add. d. deciſ. 335. Fagnan. in cap. magnus de obligat. ad
Ratiocin. & Gabr. lib. 7. de Tutor. diſc. 3.* Et de diſ-
penſatione Clerici pro exercitio tutelæ *Conrad. in prax.
Diſpenſ. lib. 5. cap. 4. num. 10. cum ſeqq.*

Notabilis autem differentia dignoſcitur in tutelam &
Baliatum, quoniam reſpectu tutelæ, ſufficit licentia Su- 2
perioris, vel diſpenſatio Apoſtolica, Reſpectu autem Ba-
liatus, ubi agatur de feudis veris, cum juriſdictione &
Imperio in Vaſſallos, præſertim in Regno, de quo agi-
tur, requiritur diſpenſatio Regis, ut in diſcurſu,

Super hujus autem diſpenſationis conceſſione vel de-
negatione, dari non poteſt certa Regula cuicumque ca-
ſui applicabilis, dum id non pendet à Judice Ordinario,
qui tenetur procedere juxta regulas juris, ſed ab ipſo 3
Supremo Principe, qui repræſentatur in præfato Reg-
no, à Concilio Collaterali; coràm quo diſputatus fuit
caſus relatus per *Reverter ubi ſupra*, ſuper Baliatu hu-
juſmet Ducatus Amalphiæ, ideoque intrat idem conſue-
tus error, procedendi cum generalitatibus, vel attenden-
di deciſiones, & auctoritates in ſola littera, illas cui-
cunque caſui applicando, & non reflectendo ad caſuum
circumſtantias, atque adeo magnam diverſitatem inter
ſimplicem Judicem & Principem Supremum; Quam-
vis etenim hæc materia ſuſpicionis tutoris præſertim ubi
res eſt adhuc integra, quodque agatur de tutela defe-
renda, non autem de remotione jam delatæ, ſit nimium
arbitraria, etiam in Judice, eo modo, quo eſt altera
materia educationis pupilli, *ex deductis d. tit. de Tu-*

tor. diſc. 1. cum ſeqq. Attamen differunt arbitrium Judicis, & arbitrium Principis.

Et de quæſtione, an legato feudo debeatur æſtimatio, ultra deducta in diſcurſu; plura habentur *ſub tit. de legat. diſc. 1 & 2.*

ROMANA LEGITIMÆ

Pro MAURITO DE ASTE BARONE ACERNI.

Cum EQUITE FRANCISCO DE ASTE ET

Cum SEIPSO DIVERSAM PERSONAM REPRÆSENTANTE.

Caſus ſopitus per Concordiam.

Feudum primogenito debitum, an & quando imputetur in legitimam, & quatenus debeat imputari, an poſſit primogetenitus recuſare feudum, ac petere legitimam in aliis bonis magis utilibus.

De aſſumpto, quod feudum eſt legitima primogenit', quomodo intelligatur, & quanta ſit legitima primogeniti in feudo novo, vel antiquo hæreditario, & de differentia inter utrumque ad effectum gravaminis.

Aliqua de collatione pretii feudi, quam primogenitus tenetur erga ſecundo genitos.

Acceptatio feudi ejuſque poſſeſſio, an & quando in propoſito præjudicet.

Feuda an cenſeantur de bonis melioribus, vel de pejoribus, & quomodo æſtimentur in concurſu allodialium &c.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *In legitimam filii imputantur debita, quæ pater pro eo ſolvit.*

3 *Feudum in dubio præſumitur ex pacto, & providentia.*

4 *Inveſtitur pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus importat formam pacti, & providentiæ.*

5 *Feudum pacti, & providentiæ antiquum non imputatur in legitimam.*

6 *In Regno Neapolitano formula conceſſionis pro hæredibus ex corpore importat feudum mixtum, in quo neceſſaria eſt qualitas hæreditaria ultimi morientis.*

7 *Primogenitus feudi novi ſucceſſor tenetur integrum pretium conferri cum ſecundogenitis.*

8 *An in hoc pretio habenda ſit ratio augmenti intrinſeci, ac ejus, quod impenſum eſt pro obtinendo titulo.*

9 *In feudo autem antiquo primogenitus teneatur ſolùm ad vitam militiam.*

10 *Et quando ad hunc effectum dicatur novum vel antiquum.*

11 *Primogenitus non poteſt cogi accipere feudum imputabile, ſed poteſt dicere illud nolle.*

12 *Legitima nec de melioribus, nec de pejoribus, ſed de mediocribus debetur.*

13 *Neque in hoc parentis arbitrio, vel diſpoſitioni eſt deferendum.*

14 *Feudum, an dicatur de bonis melioribus vel de pejoribus, quæ remanent in hæreditate.*

15 *Qualitas feudalis propter onera minuit in tertia parte pretij, ſeu plus & minus juxta onerum qualitatem.*

16 *Additio hæreditatis, ſeu alter acceptationis actus utpotè pendens ab animo, & voluntate, ſine iſtis dari non poteſt.*

17 *Additio non inducitur ex acceptatione feudi, quod filius ſibi prætendebat debitum jure Inveſtituræ.*

18 *In actu æquivoco ſtandum eſt declarationi facientis, quo animo illum fecerit.*

19 *An primogenitus poſſit retinere feudum, & recuſare imputationem pretii in legitimam, quia nempe velit iſtam aſſequi in bonis, & pretium ſolvere.*

20 *Quanta ſit legitima primogeniti in feudo in quo non poſſit gravari, etiamſi debeat eſſe hæres.*

† 1 *De legitima feudatarij, & imputationes feudi in legitimam.*

2 *De valore ſeu æſtimatione feudorum.*

DISC. XIX.

JOannes Baptiſta de Aſte nobilis Albinenſis, qui feudum Acerni pro Ducatis 30. m. à Duce Fabio de 1
Cornea titulo emptionis acquiſierat, moriens in Urbe de anno 1634. Superſtitibus duobus filiis maſculis, Carolo ſcilicet primogenito, & Franciſco Bonaventura ſecundogenito, in ejus teſtamento, poſtquam utrique filio legitimam reliquit, mandavit in illam Caroli imputari dictum feudum pro eodem pretio, quo quæſitum fuit, necnon debita pro eo ſoluta, & in reliquis hæredes inſtituit cum ſtrictiſſimo, perpetuo, ſucceſſivo, & reciproco fideicommiſſo in univerſa deſcendentia, dictum Franciſcum Bonaventuram, & Mauritium ex dicto Carolo nepotum, cumque portio cujuſlibet in legitima importaret ſcut. 63. m. prætendere cœpit Franciſcus, tam nomine proprio, quam pro intereſſe Mauritii infantis (cujus portionis adminiſtrationem teſtator eidem Franciſco commiſerat,) totam ferè legitimam Caroli eſſe jam ſatisfactam, ſeu abſorptam à debitis, quæ Joannes Baptiſta vivens pro eo, de mandato etiam Cardinalis Barberini Urbani Octavi tunc Regnantis Nepotis ſolverat ejus Creditoribus, & in dicto feudo, cujus poſſeſſionem Carolus prævio præambulo in M. C. V. in forma conſueta tanquam hæres ab inteſtato fuerat jam adeptus, cum declaratione, quod intendebat illud habere præcipuum jure primogenituræ ultra legitimam, alias illud potius relaxare intendebat.

Undè Carolus, me tunc de acceſſu ad Romanam Curiam neque cogitante, introduxit Cauſam in Rota 2
ſuper puncto imputationis non faciendæ de dictis debitis, quæ malè per patrem ſoluta dicebat ſine ejus conſenſu, ſtante eorum nullitate reſultan. à Statuto Urbis 152. dum per filiumfamilias abſque patris conſenſu contracta erant, quodque dicto Cardinali, quamvis dominanti replicandum erat, quia tanquam juſtiſſimus, & integerrimus à præcepto abſtinuiſſet; Sed propoſito dubio in Rota *ſub die 21. Junii 1540. coram Danezetto*, emanavit deciſio pro imputatione hæreditati favorabili, confirmata in nova propoſitione *ſub die* 10. *Februarii* 1642. *coram eodem*, ut conſtat ex dictis deciſionibus, quarum prima eſt inter *rec. dec. 242. part.* 8 & ſuper quo puncto, alias ad veritatem edidi diſcurſum in congreſſu Advocatorum deſuper habito, ad effectum inſpiciendi, an expediret impugnare deciſiones, & cauſam ſuſcitare, *ut ſub tit. de legitima ſeu detractionibus.*

Poſthæc, ſuſcepit Carolus diſputandum alterum punctum coram A C. ſuper imputatione dicti feudi ſeu ejus pretii, ſed morte præventus exitum cauſæ videre non potuit. Unde Mauritius ejus filius, & hæres, ita duplicem perſonam repræſentans, tandem litem proſequendo, me in hoc ſtatu ad cauſæ defenſionem evocavit, per alios autem doctos defenſores, Carolo vivente, aſſumpta fuerat alta inſpectio, an ſcilicet feudum eſſet vel ne pacto, & providentia, ut in dubio dicebant præſumi 3
ex *Caraver. dec. 633. num. 3. Gregor. & add. n. dec.* 418. *num. 13. 285. par. 7. recent.* potiſſimè quin ita ſuadet 4
Inveſtituræ formula concepta *pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, quæ iſtam qualitatem importat. *Affl. in c. 1. ex quibus cauſ. feud. amitt. & alibi, ac per Ann. ſingul.* 207. *Camerar. in c. 1. An. agnatus num.* 37. *impreſſ. poſt opera Minadoi fol.* 461. *Lanar. Aponte, & cæteri per Ann. jun. in Addit. poſtremis ad. ſingul. Annæ patris* 656.

Quo poſito, tranſitum faciebant ad feudi antiquitatem; quia Joannes Baptiſta pater illud non acquiſivit à Rege per viam novæ Inveſtituræ, ſed titulo emptionis habuit ab illis de Cornea antiquis illius poſſeſſoribus, cum clauſula in Regio aſſenſu *feudi natura non immutata*, & ex his inferebant illud non eſſe in legitimam imputandum, ut de feudo pacti, & providentiæ anti- 5
quo,

quo, pro abſoluto admittunt *Franch. & Adden. dec.*
368 & 387. Surd. dec 235. Rovit. pragm.4.de feud. Ro-
ſenthal.de feud.c.7.concl.13.num. 10.ſeqq. Merlin.de
legit.lib.2.tit.1.q.5. de materia tractantes.

In primo igitur congreſſu, novus in cauſa, dixi hæc
eſſe quidem doctè & ingeniosè excitata, ſed nil confer-
re ad cauſam, atque parum probabilem videri prætenſio-
nem effugiendi, retento feudo, ejus vel pretii imputa-
tionem, quia licet formula Inveſtituræ importet magis
conceſſionem ex pacto, & providentia, quam hæredita-
riam, prout eam Siculi ultra pharum interpretati ſunt,
& receperunt, *ex deductis in Panormitana Status Butera*
hoc tit. Et in Regno citrà, apud antiquiores fuerit ſub
quæſtione, attamen hodie receptiſſimum eſt importare
6 qualitatem hæreditariam mixtam, quia nempè ſucceſ-
ſio debita non eſt, niſi hæredibus Sanguinis vocatis à
lege Inveſtituræ, ſed cum qualitate hæreditaria rei fa-
miliaris, quæ nedum neceſſaria eſt reſpectu primi acqui-
rentis, ut omnes feudiſtæ intra, & extra Regnum in feu-
dis mixtis concordant, ſed etiam ultimi morientis, quid
in Curia Romana, & alibi non admititur, *ut habetur*
in aliis hoc eod.tit. ideoque feudum imputandum *Fran-*
ch.dec.368.ubi Adden. qui alios cumulant, *Ann.ſingul.*
202. *Rovit.dicta pragm. 4.de feud.num. 53. & ſeq.*

Ideoque nil teferre dicebam, an feudum eſſet no-
7 vum vel antiquum ad hunc effectum, niſi in eo quod in
novo primogenitus in eo ſuccedens conferre tenetur in
hæreditate allodiali integrum feudi pretium cum aliis
fratribus communicandum. et *ex deduct. per Rovit*
pragm. 25.de feud.& dec 78. Capic. Latr. conſult.15. qui
alios cumulant, ſolum diſputantes, an id tantum proce-
dat in ſecundogenitis lineæ deſcendentis vel etiam in
illis lineæ collateralis, in quibus eſt dubitatio, ideoque
cum eis æqualem ſortem in legitimæ detractione ha-
bendo, ita primogenituræ prærogativa ſolùm conſiſteret
in habendo corpus feudi, nec non in habendo juxta
unam opinionem præcipuam dignitatem ſeu titulum
8 quamvis pecunia emptum, qui non æſtimatur, nec ve-
nit in collationem, ut *Rovit dicta pragm. 25. num. 58.*
Capic.Latr.conſult.23. num. 75. ſive illud augmentum
intrinſecum cauſatum poſt emptionem uſque ad mor-
tem patris, quod eſt in quæſtione *ex deductis per Ro-*
vit. ubi ſupra num. 53.ſeqq. (quas quæſtiones ta nen in
præſenti ſuperfluum eſſe dixi aſſumere, quia nec aderat
titulus, nec augmentum, cum feudum neque valeret pro
medietate illius pretii, quo acquiſitum fuit.)

In feudo autem antiquo, niſi feudadarius moriens
9 in ejus pretio primogenium gravet, totum feudum
eſt præcipuum primogeniti, cujus legitima in feudo
conſidere dicitur, obligati dare ex fructibus vitam mi-
litiam ſecundogenitis, ſuper qua multæ intrant quæ-
ſtiones ad rem non facientes, cum certum eſſet verſa-
ri in caſu feudi novi; & ſic pretii communicandi, quia
10 ex patrimonio allodiali exierat pecunia, cum qua
emptum fuit, unde licet prætendi poſſet non eſſe feu-
dum novum reſpectu Regis, indubitanter tamen erat
tale reſpectu acquirentis ejuſque deſcendentium vel
ſucceſſorum, nam ad effectum de quo agitur, ſpecta-
tur pretium exiiſſe à patrimonio allodiali patris *Rovit*
in dicta pram. 25. num. 2. & habetur in Parmen.
feudi, & in aliis hoc tit pluries.

Omnia igitur ſupradicta, penitus negligenda dixi
tanquam extranea, & abſque dubio inſubſiſtentia, ſed
cauſæ defenſionem conſiſtere in eo, quod Mauritius
ſe promptum offerebat dimittere feudum, & petere pro
iſta rata ſcutorum 14. m. ſuam legitimam in bonis
fructiferis in Urbe exiſtentibus, cum ea proportione,
& qualitate, prout ſecundogenitus (qui nihil vivente
patre conſumpſerat, ſed potius aliquod peculium quæ-
ſierat) obtinuerat.

Licet enim feuda exiſtentia in Regno, in quo
11 vivitur jure Francorum, deferantur ſoli primoge-
nito, attamen hoc eſt privilegium, & favor primo-
geniti, in ejus odium, & præjudicium non retor-
quendum, & cui favori, & privilegio renunciare
poteſt *Iſernia in cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud.*
in principio, & omnes abſque diſcrepantia, quia ſunt
juris axiomata plana.

Neque in hoc obſtare dicebam patris præceptum
de imputando, quia ſi cum filio primogenito liberali-
tatem exercuit, eum inſtituendo in aliis bonis ultra le-
gitimam ſub iſta lege, tunc dici poſſet filium non
poſſe factum patris impugnare, juxta cautelam quam
nuncupamus *Soccini*, de qua *Ottobon. dec.* 100. *&*
ſub. tit. de legitima ſeu detractionibus frequenter præ-
ſertim *in Lucana*, ubi magis accuratè de hoc agi-
tur; ſed cum nihil aliud reliquerit, & legitimam fi-
lius à patre invito obtineat tanquam debitum legale,
idcirco nullatenus patris arbitrio, & voluntati defe-
rendum venit in aſſignanda legitima in pecunia vel 12
bonis minus fructiferis, vel magis oneroſis, ſed de
univerſo eſſe ac ſingulis corporibus prudentis judicis
arbitrio, ſumendo mediocritatem de melioribus, &
pejoribus conſtitutam, detrahi debet, *ad communiter*
not. per DD. in l. filium ff famil. erciſ. Craſſus §. le-
gitima, q. 16. num. 1. Gabr. de legit. concl. 4. num.
fin. Ciriac. controv. 6. num. 11. & ſeqq. Rot.poſt Mer-
lin. de legit. dec. 55. num. 8. & ſeqq. & dec. 113. num
2. & dec. 198. num. 16.cum ſeqq. par. 7. rec. Peruſina.
ſucceſſionis 23. Ianuarii 1654. Veroſpio; Et quod in hoc
pater habeat arbitrium à lege refrænatum *Peregr. de* 13
fideic. artic. 26. num. 71. Gabr. conſ. 138. lib. 2. Ci-
riac.controv. 288. num. 2. Rota dec. 59. num. 12. poſt
Merlin. de legit. & in aliis.

Nec dubitandum dicebam feudum eſſe de bonis de- 14
terioribus, quidquid in contrarium dixerit in his ter-
minis *Rota in Romana legitimæ de Altemps poſt Merlin.*
de legitima deciſ. 55. num. 14. & 15. alia enim bona
conſiſtentia in locis montium, Cenſibus, & domibus
in Urbe fructuabant, eo tempore attento, ad rationem
5. pro centenario, dictum verò feudum oſtendebatur,
attento etiam eo pretio, pro quo tunc vendi potuiſſet,
neque fructare tria, attento etiam pretio emptionis, ne-
que fructare ad rationem unius cum dimidio, & in hac
materia legitimæ, redditus videtur ſuper omnia atten-
dendus, quia legitima datur filio, non ad pompam, &
honorificentiam, ſed propter alimenta, ex fructibus
majoribus vel minoribus, lautiora vel pauciora con-
ſequenda.

Item feuda præſertim in Regno, non ſunt liberæ
diſpoſitionis, quoniam illud nec vendere nec obligare
poteſt Feudatarius abſque Regio aſſenſu, qui negatur
non habentibus ſucceſſorem, èconverſo autem iſta ſunt
bona allodialia liberæ diſpoſitionis, & quod magis eſt,
eorum ſucceſſio reſtricta eſt intra arctiſſimos Cancellos
conjunctionis in tertio gradu de jure civili, ex gratiis
extenſa ad quartum æqualem vel inferiorem, cum tamen
alia bona in quemcunque extraneum, & bene viſum
ſucceſſorem transferri poſſint; Et ulterius allodialia
nullum habent ſervitii, ſeu fidelitatis nexum, feudum
vero obligat ad Vaſſallagium, ſervitium, & fidelita-
tem erga Regem illius Regni, quod in homine nato,
& vivente in Civitate libera neutrali eſt maximum 15
onus, undè etiam in ſubditis, in quibus hæc ulti-
ma circumſtantia non eſt tantæ conſiderationis, feuda
æſtimari tertia parte, vel plus, & minus juxta onerum
qualitatem, ac majus vel minus periculum devolutio-
nis firmatur per *Roſenthal. de feud. c.9. concl. 63. n. 8.*
& ſeqq ac eſt dictum *in Neapolitana feudi hoc eod. tit.*
licet ibi ob diverſas facti circumſtantias aliud ſit moti-
vatum; Aſperum etenim ac omnino irrationabile dice-
bam, primogenitum à natura, & à lege privilegiatum,
cui aliud non remanebat niſi hoc legitimæ ſupplemen-
tum, dum alia pars ex nimio rigore à juvenilibus errori-
bus abſorpta remanebat, cogendum fore ad dictum reſi-
duum obtinendum in hac bonorum ſpecie adeò oneroſa.

Major difficultas oriebatur ex acceptatione, quia
Carolus, patre mortuo, ſe hæredem in feudalibus de-
clarari

declarari obtinuerat, ac poſſeſſionem feudi, cum fructuum etiam perceptione per longum tempus ceperat, ſed objectum facili negotio ceſſare videbatur, quia non conſtabat Carolum habuiſſe ſcientiam teſtamenti, ità ut ad illius approbationem inferri valeat, nam hæreditatem adivit ab inteſtato, cum quo titulo in opulentiſſima hæreditate ſuccedens iſta curare non debebat, ſed detecto teſtamento, expreſſè proteſtatus eſt velle feudum retinere, tanquam præcipuum jure primogenituræ ultra legitimam, prout ei deberi, multi ex primariis Urbis Advocatis, etiam pro veritate reſpondentes, ei conſuluerant, quodque, quatenus id ſibi non competeret, intendebat illud dimittere, volens conſequi legitimam in bonis liberis Urbis.

16 Præjudicia enim ex additione vel poſſeſſione reſultantia, non poſſunt ſequi abſque animo, & voluntate facientis, qui animus debet eſſe certus, & deliberatus, non ſuſpenſus ab aliqua prætenſione *Maſcar. de probat concl. 41. num. 16. benè Ciriac. controv. 244. num. 33. 35. & 63.* atque additio reſultans ex actibus facti *juxta theor. Bar. in l. geſta num. 21. ff. de acquir. hæred.* procedit, faciens, alium titulum vel cauſam faciendi non habebat *Menoch. lib. 4. præſumpt. 101. num. 34. & ſeqq. Buratt. dec. 107. num. 4. & 589. num. 12 & omnes*, Et in ſpecie, quod ex apprehenſione poſſeſſionis

17 feudi, quod filius prætendebat ſibi competere jure proprio, non reſultet actus additionis, vel acceptationis, Concivis meus *Robertus Maranta in l. 1. potest. 59. ff. de acquir. hæred. Menoch. lib. 4. præſumpt. 101. num. 38. ubi cæteri*, maximè ad effectum inducendi præjudicium in legitima, quod ex actibus tacitis, & præſumptis non reſultat, ſed requiritur mentio ſpecialis *Gregor. & adden. dec. 489. numer. 21. & ſ 97. cum aliis ſub t tulo de legitima, ſ u de detractionibus.*

Cum enim Carolus plura haberet Sapientium conſilia, quod feudum ſibi debitum eſſe præcipuum jure primogenituræ ultra legitimam, utique juſtam habuit cauſam ita credendi, neque proinde inferri poteſt ad actum acceptationis, quæ nullatenus dari poteſt ſine animo, & voluntate, quæ potius erat in contrarium declarata, nil obſtante, quod dicta expreſſa declaratio facta eſſet ex intervallo, tum quia ſatis animum non acceptandi teſtamento declaraſſe dicitur, adeundo patris hæreditatem ab inteſtato, & ſub hoc titulo feudum capien-

18 do; Tùm etiam in iis, quæ pendent ab animo, & ad diverſas cauſas referri poſſunt, ita ut actus non ſit de neceſſitate invocus, ſtatur dicto facientis, *Bert. in l. pro hærede ff. de acquir. poſſ. num. 3. Alex. conſ. 126. num. 2. vol. 7. Ciriac. d. controv. 244. numer. 30. Gregor. deciſ. 460. num. 13. Buratt. deciſ. 279. numer. 12. ubi adden. num. 21. ex lex. loco cit. & aliis*, id extendunt etiam ad facientis hæredem.

Juxta præmiſſa per A. C. judicatum fuit, condemnando hæreditatem ad aſſignandum in aliis bonis, & effectibus liberis Urbis dictum legitimæ ſupplementum, remanente feudo ad commodum hæreditatis, à qua ſententia interpoſita appellatione ad Rotam, ibique propoſita cauſa, ex prudentialibus reſpectibus me non impugnante, dilata fuit reſolutio, ne ſeparando à fideicommiſſo hæc bona, pro dicta rata conſumptioni ſubjacerent, quod verè redundavit in ejuſdem actoris utilitatem, qui ſuperventa cum ætate majori prudentia, habet in bonis hoc plus, quod non haberet, ac temporis proceſſu, communium amicorum opera, principaliter verò ex mea, deventum eſt ad concordiam, per quam actori volenti, remanſit feudum pro ſolo pretio ſcut. 12. m. & reliquum in bonis liberis obtinuit.

19 Quamvis autem, tam Carolus, quàm Mauritius, lite pendente non curarent feudum, ſed ſemper illius dimiſſionem offerrent, curioſa tamen inſpectio in mentem venit, an ſcilicet unus, vel alter dicere poſſet, velle retinere feudum jure Inveſtituræ, & ſolvere hæreditati pretium in pecunia, atque conſequi legitimam in corporibus hæreditariis, in quibus non autem in pecunia ſibi de jure debeatur; Et videbatur poſſe affirmativam ſuſtineri, quia catenus feudum ſimpliciter hæreditarium abſque dubio in legitimam imputatur, quia illud filius obtinet ex judicio, & voluntate patris, qui poteſt ei tollere, & alteri relinquere *Rip. in lib. in quartam ff. ad l. Falcid. Clar. §. feudum quaſt. 46. Frecc. de ſubfeud. lib. 3. de different. quaſt. 14. Franch. & Adden. dec. 368. & 387. Surd. dec. 235. & cæteri paſſim.*

Iſta verò ratio non cadit in feudis Regni Neapolitani, quamvis novis, quia pater non poteſt illa tollere filio primogenito, & dare alteri extraneo, quinimò nec alteri filio, niſi de aſſenſu Regis ex deductis *per Capic. Latr. conſult. 23. Rovit. pragm. prima de titulorum abuſu num. 126.* igitur filius non habet feudum ex judicio, & libera voluntate patris, ſed ex beneficio Inveſtituræ, etiam patre invito; Et quamvis illud obtinere non poſſit, niſi cum qualitate hæreditaria, ob quam gravari poteſt in toto valore feudi, quamvis in eo contra patris judicium ſuccedat *juxta deciſionem primam Franchi ex ſæpius hoc tit. deductis*, non tamen percutit valorem, ſeu pretium feudi, non autem ejus corpus, quod patre invito, jure proprio, & primogenituræ obtinet, igitur dici poteſt nolle illud recipere pro legitima, quia non habet ex patris judicio, neque velle pretium, quia non tenetur accipere legitimam in pecunia, quæ tamen diſcurrebam per modum excitandi, nihil firmando, quia rari ſunt iſti caſus, neque deſuper maturum judicium efformatum fuit.

In propoſito autem legitimæ competentis filio primogenito in feudis Regni Neapolitani ſibi debitis, cum 20
qualitate tamen hæreditaria, ob quam in integro valore gravari poteſt, in congreſſibus in iſta cauſa habitis, ad ſatisfaciendum aliis Advocatis, me deſuper utpote Regnicolam requirentibus, dicebam, quod aut agitur de ære alieno Feudatarii defuncti, & tunc nulla ratio habetur de legitima, quæ dicitur quota bonorum detracto ære alieno, ad quod primogenitus ſucceſſor, ob qualitatem hæreditariam tenetur uſque ad integrum valorem feudi, abſque eo, quod inventarium ſuffragetur, etiamſi dictum æs alienum contractum eſſet abſque Regio aſſenſu, quoniam iſte ſuffragatur ad effectum prælationis adverſus alios abſque aſſenſu quamvis anteriores, ſive ad effectum habendi actionem realem, ſeu rei perſecutoriam ad ipſum feudum, ac etiam adversùs Fiſcum in caſu devolutionis, quæ omnia denegantur creditoribus ſine aſſenſu, non autem quoad ipſum ſucceſſorem, qui cogitur in actione perſonali ad vendendum feudum, ut de pretio diſſolvat debita etiam ſine aſſenſu.

Aut agitur de aliis gravaminibus voluntariè impoſitis ab ipſo teſtatore legitimæ non præjudicantibus, ut ſunt legata, & fideicommiſſa, & tunc aut agitur de feudo novo ex cauſa oneroſa, & nil ſpeciale concurrere videtur favore primogeniti, niſi circa pretium tituli, ac circa augmentum medii temporis ſuper quibus aliqua eſt controverſia inter Doctores, cum aliàs ipſe teneatur integrum feudi pretium ponere in collationem in hæreditate allodiali communicandum ſecundogenitis, vel aliis, in quos teſtator diſpoſuerit, unde intrant ſolùm termini juris communis circa quotam, & privilegium legitimæ adinſtar cujuſcunque alterius filii, nulla ratione habita, qualitatis, ſeu prærogativæ primogenituræ, niſi circa neceſſariam ſucceſſionem in ipſo corpore feudi, qua non poteſt Feudatarius privare primogenitum, etiamſi agatur de feudo novo, ſed vis eſt in pretio, quod jure bonorum allodialium eſt regulandum, & in hoc mihi videtur differre novum ab antiquo.

Aut agitur de feudis antiquis, in quibus intrat vulgare feudiſtarum dicterium, ſeu aſſumptum, quod feudum eſt legitima primogeniti, cum onere tamen ut ſupra vitæ militiæ ad favorem ſecundo genitorum, & tunc Camerarius *in cap. Imperialem §. præterea Ducatus tit.*

tit. R. dicit legitimam, quam filius deducere poteſt ab oneribus exemptam, eſſe tertiam partem totius feudi, ex ea ratione, quia legitima dicitur tertia pars ejus, quod quis eſſet habiturus ab inteſtato, unde cum ab inteſtato ſuccederet in toto feudo, ideo dictam quotam obtinere debet, dictamque Camerarii opinionem refe-runt, ac ſequuntur *Rovit. ſuper pragmat. 4. de feud. n. 62. & n. 115. Capic. Latr. conſult. 121. num. 4.* ubi diſ-putat, an idem procedere debeat in feudo novo, ac etiam habetur pe *Branciam in allegationibus impreſſ. apud eundem Capic. Latr. conſult. 122. de Marin. reſol. 150. lib. 1. Marcian. jun. diſput. 76. num. 1. cum ſeqq.* qui alios refert; ſolumque poſt hunc diſcurſum in quadam cau-ſa *Iannen. ſeu Uritana inter illos de Imperialibus*, co-ram me pendente tanquam arbitrio, occaſione detrac-tionis, quàm primogenitus, & hæres prætendebat face-re de tertia parte feudorum antiquorum, ad effectum evitandi ſolutionem legatorum, quæ pater fecerat ſe-cundo genitis, conſiderabam, an dicta tertia eſſet tota, & præcipua primogeniti, abſque alio onere, vel potiùs admixtum haberet onus vitæ militiæ, quod ad favorem ſecundogenitorum incumbit primogenito ſucceſſori in feudis antiquis, ita ut iſtud etiam dicendum, ſtante quod legata facta erant ſecundo genitis etiam pro vita militia, & in hoc congruere videntur pro deductione, ſeu ratione dicti oneris, ea quæ habentur *apud Mar-cian. jun. diſput. 76.* circa paragium debitum fœmi-nis, cum iſtud dicatur vita militia fœminæ, undè ter-mini ſimbolizant, eodemque jure regulandi ſunt, ſed quia iſta materia eſt parum frequens in Curia, ideoque non habetur ita prompta, & præ manibus, idcircò diſ-fero judicium ad ea, quæ occaſione dictæ aliæ cauſæ determinanda videbuntur per maturum ſtudium, & diſ-cuſſionem.

† DE legitima debita feudatario in feudo novo, vel
1 antiquo reſpectivè, ultra deducta *in diſcurſu*, ubi mendosè *num. 5.* allegatur *Merlin. de Legitima*, qui de hoc agit *lib. 2. tit. 2. quæſt. 19.* agitur infià *diſc. 108.* pluraque deſuper deducunt *Modernus de Luca ad Franc. diſc. 387. Mucc. diſcept. for. 28.* & alia, quæ deducuntur in ſua materia *ſub tit. de Legitima diſc. 18. cum plur. ſeq. & 24.* & agitur *Boſcol. in ſua controv. hic impreſſ. art. 2. ex num. 38. & num. 117. cum ſequentibus, & art. 6. ex num. 38.*

Et de valutatione, ſeu æſtimatione feudorum, & an
2 cenſenda ſit de melioribus, vel de deterioribus bonis *infra diſc. 24.*

ROMANA,

Seu ROSSANEN. FRUCTUUM,

Pro PRINCIPE BURGHESIO,

Cum PRINCIPISSA ALDOBRANDINA.

Caſus deciſus in Camera pro Burgheſio.

An feudum dari poſſit in dotem, atque fœmina ſimpli-citer nubente, omniaque cenſeantur comprehenſa bona feudalia; Et quatenus non, an vir feudi fructus percipiens faciat ſuos, vel teneatur ad eorum reſtitu-tionem.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Feudatarius de jure communi, an poſſit dare feu-dum in dotem filia, ſorori, vel alteri, negative.*
3 *Et an hac prohibitio impediat libertatem matrimo-nii.*
4 *Refertur, ſed rejicitur limitatio tradita per aliquos, ut feudum dari poſſit in dotem, in ſubſidium.*
5 *Fallit ubi mulier, cui teſtatur, eſt proximè ſucceſſura in feudo.*
6 *Poteſt tamen dari commoditas feudi.*
7 *Mulier feudataria poteſt pro ſe ipſa dotanda dare feudum in dotem de jure communi, dummodò det inaſtimatum.]*
8 *Fallit in Regno Neapolitano, ubi neque mulier id facere poteſt ſine aſſenſu.*
9 *Aſſenſus generalis ex gratia conceſſa Neapolitanis ſuper inſtrumentis dotalibus, intelligitur quoad obligationem feudi, non quoad ipſius corporis translationem.*
10 *Si de facto detur feudum in dotem, quamvis malè, adhuc dicitur dos conſtituta in valore feudi, ideoque maritus facit fructus ſuos loco uſurarum doctalium, qua ex dicto valore deberentur.*
11 *Qua leges, & Conſtitutiones Regni habeantur ſuper prohibitione Feudatariis dandi feuda in dotem, vel nubendi.*
12 *De Capitulis Regni editis in planitie S. Martini.*
13 *De Capitulis Papa Honorii.*
† 1 *An & quando feuda poſſint dari in dotem.*

DISC. XX.

CONtracto matrimonio inter Paulum Burgheſium
filium Marci Antonii Sulmonæ Principis; & 1
Olympiam Aldobrandinam Roſſani Principiſſam, con-ſtituta dote in omnibus bonis ad ipſam ex hæreditate Cardinalis Aldobrandini patrui, & Olympiæ aviæ ſpectantibus, dicto matrimonio ſoluto per Pauli mor-tem, ortæ fuerunt plures controverſiæ, illa præſertim ſuper fructibus per virum perceptis ex feudo Roſſani, quod ſub generali dotis conſtitutione non venire di-cebatur, quia feuda dari non poſſunt in dotem; E con-verſo ad illos, tanquam à Viro benè perceptos non com-petere repetitionis actionem, ego, & cæteri pro Prin-cipe Burgheſio ſcribentes dicebamus.

Verùm quia pendere videbatur articulus à particu-laribus legibus Regni, magis quàm à jure communi, an ſcilicet, & quando feudum dari poſſit in dotem, & ſi de facto datum eſſet, an vir faciat ſuos fructus inde perceptos, congruum proindè viſum fuit, materiam ex alto aſſumendo, examinat an ſcilicet feuda ſine Regis, vel Domini directi aſſenſu dari valeant in dotem, atque conſtituendo duas inſpectiones, unam de jure communi, & alteram de jure Regni Neapolitani, in quo ſitum eſt feudum prædictum.

De jure communi, duo caſus diſtinguuntur, unus in Feudatario, filiam, ſororem, vel aliam mulierem do-tante, cui feudum pro dote aſſignet, alter in ipſa mu-liere Feudataria ſe ipſam dotanten, qualis erat caſus controverſiæ.

In primo caſu, regula eſt negativa, ut ſcilicet non 2
poſſit Feudatarius, pro filia, ſorore, vel alia muliere ma-ritanda, feudum in dotem tradere, quia in materia feu-dali dos non reperitur privilegiata, neque à genera-li prohibitione alienationis feudorum excepta, quoties Domini aſſenſus non accedit ad *text. in c. §. donare qualiter olim feudum alienar. poter. ubi gloſſ. Bald. Belviſ. Alvar. aliique feudiſta communiter plena manu congeſti per Camerarium in cap. Imperialem p. 81. in magnis litt. T. & V. Capic. inveſtit. feudal. verbo feuda pro dote in principio Borell. in Summa deciſionum par. 3. tit. 4. de jure dotium num. 245. Mantica de tacit. lib. 12. tit 21. num. 9. & ſeqq. Roſenthal. de feud. cap. 9. concl. 8. in princ. Merlin. lib. 2. controv. num. 18. Apont. de poteſtate Proreg. tit. de aſſenſibus reg. Super dote in princip. numer. 1. 1. & admittitur apud Surd. conſ. 457.* ubi latè de feu-do per patrem dato in dotem filiæ.

Et licet *Iſernia* ibidem motivando videatur ſentire 3
contrarium, eo quia hujuſmodi prohibitio videtur impeditiva libertatis matrimonii ac Reipublicæ præju-dicialis, quodque propterea leges feudorum, cum ve-rè non ſint leges, ſed conſuetudines videantur in hac parte ſapere potius corruptelam, attamen à concluſione non eſt recedendum, quia dictæ conſuetudines in Scripturam redactæ, ex communi uſu pro lege receptæ ſunt, ejuſque vim habent, ut latius habetur *in Maſſanen.*

Caſtrorum

Digitized by Google

Caſtrorum hoc tit. maxime quia in hac parte à juris ratione non aberrant, ideoque corruptelæ nomen merentur, quia prohibitio non percutit matrimonium directè vel indirectè ſub irrationabili fine illud prohibendi, vel ejus libertatem impediendi, ſed continet legem, quam Dominus rei ſuæ adjicit, cum honeſta ratione, ut ſcilicet illa non tranſeat ipſo invito in perſonas ſibi ignotas, parumque gratas, ut bene objecta ſolvendo diſcurrit *Camerarius ubi ſupra*, & habentur aliquæ ſub titulo *de Matrimonio & ſub altero de dote*, ubi quando conditiones adjectæ hæreditatibus, & legatis ſuper nuptiis de alterius conſenſu, vel ſub certa lege contrahendis, impedire dicantur libertatem.

Quod hodiè, etiam apud Canoniſtas, & Morales elucidatum remanet ex *Conſtitutione 151. Vrbani VIII.* per quam Caſtra, & bona Juriſdictionalia prohibentur dari in dotem ſine aſſenſu, ampliando Conſtitutionem Sixti V. circa feudalium prohibitam alienationem emanatam de qua *in Romana pecuniaria pro Gnilpho hoc pariter tit.* ubi dicta ratio aſſignatur, ne ſcilicet Princeps ignarus, vel invitus ita habeat Barones, & feudatarios ſibi ignotos, inviſos, vel ſuſpectos, licet enim Papa in hac parte diſponat tanquam Princeps, & non tanquam Pontifex, attamen tanquam Eccleſiæ militantis caput, & libertatis matrimonii protector, ac propugnator, hujuſmodi legem non edidiſſet, ſi libertatis matrimonii præjudicium contineret.

4 Voluerunt etiam *Iſernia, Ardizzon. & alii relati per Apontem, & Roſenthal. ubi ſupra* dictam regulam limitari in ſubſidium, ceſſantibus nempe bonis allodialibus, quam opinionem retinendam dicit *Menoch. lib. 4. præſumpt. 189. n. 173.* ſed quia nec rationem habet, nec auctoritatem, meritò ex magis communi feudiſtarum voto rejicitur, ut benè *Aponte, & Roſenth. l. locis allegatis*, cum quibus concurrere videtur *Barboſ. in l. uſufructu n. 25. ff. ſolut. matr. ſequitur Merlin. dicta controv. 59. lib. 2. n. 18. & ſeqq.* Quare alias limitationes dicta regula recipere non videtur, niſi eas ab iiſdem Doctoribus, ubi ſupra traditas, unam nempe, ubi Domini aſſenſus accedit, alteram, ubi particularis lex, vel conſuetudo id concederet, cum his leges vel conſuetudines generales cedant, duas verò alias deducit *Marin. reſol. 139. n. 29. l. 2.*

5 Dari etiam poteſt altera limitatio, ubi mulier pro cujus dote feudum datur, eſſet dotanti proxime in feudo ſucceſſura, quia tunc ſpeciem refutationis potiùs continere diceretur, quæ non eſt prohibita alienatio, cum ſit præventiva ſucceſſio quoties tamen eſſet pura, & non pactionata, quia dos continere diceretur illud elegans contractus nomen requiſitum in refutatione, de cujus materia, habetur *in Panormitana feudorum, & in Romana pecuniaria Creditorum de Pulluviemis hoc eod. tit.* & in ſpecie latè *Surd. dicto conſ. 457. num. 43. & ſeqq.*

6 Addunt alii limitationem, ubi non ipſum feudum in dotem daretur, ſed ejus commoditas *juxt. deciſ. 1. de feud. in novis, et quo ex Bal. & aliis Roſenthal. c. 9. concl. 9. num. 1. Borell. ubi ſupra num. 247.* Sed hæc verè non meretur limitationis nomen, quia id in omni caſu pro quacunque cauſa, & ad cujuſlibet favorem non feudatarium fieri poteſt, ut habetur in *Romana ſeu Status Eccleſiaſtici Infeudationum hoc tit. & in titulo de Emphyteuſi in Inſulana Salviani, & in aliis*, unde dotis qualitas nullum præbet peculiare privilegium, quod etiam in caſu præcedentis limitationis mulieris proxime ſucceſſuræ dici poſſe videtur, quia effectus provenit à ratione præventivæ ſucceſſionis magis quam à dotatione.

7 Alter caſus eſt in muliere feudataria ſe ipſam dotante, quam receptum eſt poſſe ſibi ipſi conſtituere dotem in feudo, dummodo detur inæſtimatum, ſecus autem ſi æſtimatum ea vera æſtimatione, quæ faciat emptionem, cum tunc eſſet formalis alienatio per viam contractus emptionis, & venditionis, qui occultari dicitur, ut iſta diſtinguendo firmant *Iſernia, & Bald. in dicto cap. 1. §. donare qual.* *olim feud. pot. alien. Capic. inveſt. feud. verbo pro dote verſ. aut ſumus in muliere. Aponte de poteſtate Proreg. de aſſenſ. Reg. ſuper dot. in princ. num. 3. Lurata tract. feud. par. 10. dilucid. 60. num 6. Borell. in ſumma deciſ. par. 3. tit. 4. de jure dotium num. 268. Roſenthal. dicto c. 9. concl. 9. n. 9.* quidquid in contrarium teneat Camerar. *in cap. Imperialem pag. 83. litt. A.*

Non tamen hoc procedit de jure Regnorum utriuſque Siciliæ, præſertim iſtius citra pharum, ubi recepta eſt opinio negativa, ſive ex conſtitutione incipien. *Conſtitutionem Divæ memoriæ* nimis generaliter alienationum prohibente, ſub cujus generalitate, dotis caſum Regni Sapientes conſtituerunt, ſive ex Capitulis Caroli Secundi editis in planitie Sancti Martini, ut aliqui voluerunt; & eſſe inconcuſſam opinionem uſu receptam; teſtatur peritiſſimus feudiſta *Aponte ubi ſuprà num. 11. & 12. in fin. & num. 42.* unde propterea actrix fundatam dicebat habere intentionem.

Crediderunt aliqui pro hac parte ſcribentes doctiſſi- 9
mi, in his tamen materiis non multum verſati, objectum evitari poſſe ex gratia conceſſa Neapolitanis, qualis ex aſſerta civilitate actrix ſupponebatur, per quam gratiam Regius aſſenſus generaliter in dotalibus inſtrumentis præſtitus dicitur, de qua gratia *Aponte loco cit. Rovit. pragm. 2. 3. & 8. de feud. de Marin. reſol. quotid. c. 8. lib. 1. Merlin. contr. 58. & 60. lib. 2. Capic. Latr. conſult. 29. & cæteri* ſed replicavi hoc eſſe æquivocum, quia gratia ſuffragatur quoad obligationem feudi pro dote in quantitate ſolvenda, vel reſtituenda; ſecus autem quoad dationem corporis feudi, ut per *Apont. loc. cit. num. 39.* quem non habere contradictorem dicit *Merlin. dicta controv. 59. num. 22.* Excuſandus tamen in hoc intimabam dictos motivantes exteros, dum etiam ex Regnicolis in æquivocum incidit *Io. Anton. de Nigris Compagna nuncupatus, ad cap. 11. quod incipit ſtatuimus num. 13.*

Verùm ad effectum de quo agitur, evitari poſſe ob- 10
jectum dixi, quia licet feudum ſine Regio aſſenſu in dotem dari non poſſit, & ſi detur, nullus remaneat actus ob decretum irritans ſatis latum contentum in dicta Conſtitutione *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, attamen ſuſtinetur dotis Conſtitutio in quantitate æquivalente valori feudi, quod proinde per maritum tanquam creditorem loco tenutæ licitè retineri potuit, atque ex eo percipi fructus loco illorum fructuum recompenſativorum, qui ex diſpoſitione *text. in c. ſalubriter de uſur.* viro debentur, etiam ex dote conſtituta in quantitate in compenſationem onerum matrimonii, ut egregiè *Iſernio in dicto cap. 1. §. donare, qualiter olim feudum poterat alienari, ubi addit. & in Conſtit. Regni, fratribus in princ.* quem cæteri ſequuntur deducti *per Aponte de poteſtate Proreg. dicto tit. de aſſenſibus regiis ſuper dote in princ. num. 1. verſ. alii tertiam, & num. 4. & §. 2. num 24. verſ. ſed magis Merlin. dicta controv. 60. lib. 2. num 12.* ex quo motivo omnis ceſſavit difficultas, ac ita proinde in cauſa reſolutum fuit per Cameram, ubi cauſa pendebat.

Ut autem aliquorum ex Dominis judicantibus deſiderio, & curioſitati ſatisfieret, diſtinctè deduxi quidnam in iſta materia per leges Regni prædicti ſtatutum ſit, & unde hujuſmodi prohibitio dandi feuda in dotem proveniat.

Erecto ſiquidem, vel juxta unam opinionem ſub uno Rugerio Normanno, ſub Anacleto Antipapa circa annum 1130. vel prius, ut aliorum eſt opinio ſub altero
Rugerio ex deductis *per Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de* 11
antiquo ſtatu Regni num. 24. & 26. ex variis Provinciis & Principatibus utriuſque Siciliæ Regni, Guglielmus ſecundus cognomento bonus legem tulit inter Conſtitutiones Regni regiſtratam incipien. *fratribus*, per quam ſtatuitur, ut fratribus alia bona non habentibus liceat pro dote ſororum partem feudi obligare, vel ſi plura habeat feuda, unum ex eis dare, dummodo quando feudum datur, vel obligatur, contrahatur matrimonium

monium de ſpeciali licentia Regis; Extincta verò linea unius vel alterius Rugerii, Regnoque prædicto per ultimam lineæ prædictæ fœminam obvento in Federicum ſecundum Imperatorem S. Rom. Eccleſ. atque Eccleſiaſticæ libertati infenſiſſimum, hic plures edidit leges, quas cum aliis Regum prædeceſſorum in unum volumen redigi, eaſque Regni Conſtitutiones vocari mandavit, inter quas tres habemus ad propoſitum facientes, una eſt incipiens *Honorem noſtri diadematis*, in qua prohibuit omnibus feudatariis, ne abſque Regis licentia uxores ducant, neque filias, ſorores, aut quaſlibet alias maritent; Altera quæ incipit, *Cum hæreditarium*, per quam indiſtinctè omnibus Subditis præcipitur, ne matrimonium abſque Regis licentia contrahant, tertia incipiens *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, per quam quæcunque feudorum alienatio per verba nimis generalia, & effrænata ſine regio aſſenſu prohibetur.

Obvento deinde Regno in Carolum Primum, eoque ſub iſto Rege diviſo, quia Siculi ultra pharum, omnibus Gallis in eadem Veſperarum hora occiſis, Aragonenſium Regi ſe dederunt, hinc ſequutum eſt, quod firmis remanentibus Conſtitutionibus jam editis utrique Regno communibus, ex tunc quodlibet Regnum propriis legibus, & ritibus vivere, ac regi cœpit, unde propterea praxis docet, quod, quamvis feudorum utriuſque Regni Inveſtitura ſit eadem & per eadem verba concepta, ſatis tamen diverſam naturam habet, diverſoque jure regulatur, ut in *Panormitana*, *& aliis hoc tit.*

Poſt hanc igitur diviſionem, Carolus Secundus Salerni Princeps, & Patris in hoc Regno ſibi remanſo Vicarius, ſuſcipiendo tanquam Populis magis carus, Patre adhuc vivente ſub prædicto Vicariatus titulo Regni adminiſtrationem, timensque, ne populi immoderatis collectis, aliiſque gravaminibus oppreſſi, Inſulanorum exemplum ſequerentur, ad ſeditiones placandas, Summo Pontifici Martino IV. ſupplicavit, ut ad Regni tranquillitatem, ac levamen, aliquem à Latere Legatum deſtinaret nomine Sedis Apoſtolicæ, qui uſum ac modum exactionis collectarum juxta tempora Guglielmi Secundi cognomento Boni declararet, aliaque ad Regni rectam adminiſtrationem ſtatueret.

Quare deputato Cardinali Parmenſi, cum ejus aſſiſten-
12 tia, & conſilio, auditis Populorum querelis, idem Carolus nonnulla ordinavit Capitula, nuncupata *Capitula in planitie Sancti Martini*, a loco in quo id geſtum fuit, per Papam confirmanda, & inter quæ ad propoſitum adeſt Capitulum incipien. *Item ſtatuimus*, quod juxta compilationem Jo. Antonii de Nigris eſt 111. per quod ſtatuitur, licitum eſſe Feudatariis liberè matrimonia contrahere, abſque alia licentia inter fideles, dummodò feuda non dentur in dotem, abſque Regio aſſenſu; Quod Capitulum non eſt correctorium dictæ Conſtitutionis incipien. *fratribus*, ut alii putarunt, quia neque illa matrimonii libertatem impedit, corrigit tamen dictas duas primas Conſtitutiones Federici, atque ſi antiquata fuit altera Conſtitutio incipien. *Dotarium*, concernens licentiam conſtituendi dotarium ſuper feudis, ut per *Cap. Latr. conſ. 29. n. 31.*

Dicta Capitula confirmationis robur minime obtinuerunt, defunctiſque Martino, & Carolo Primo, Honorarius Quartus Martini ſucceſſor, ad petitionem ejuſdem Caroli Secundi, tunc Regis, aliqua ordinavit Capitula nuncupata *Papa Honorii*, dictorum præcedentium
13 Capitulorum in planitie Sancti Martini in parte confirmata, & in parte reformatoria, & præſertim reformatum fuit dictum Capitulum in ea parte, in qua prohibetur feuda dari in dotem ſine aſſenſu.

An dicta Capitula Papæ Honorii fuerint in Regno acceptata, & ad uſum redacta, ſive contrario uſu abolita,
14 variant ſcribentes, ut videri poteſt apud *Marcian. jun.* benè de materia tractantem *diſput. 3.* hoc unum tamen eſt certum, quod ſive ex dicto Capitulo, *Item ſtatuimus* edito in planitie Sancti Martini, ſive ex conſtitutione *Conſtitutionem Divæ memoriæ* à dicto Capitulo confirmata, nulla ratione habita Capitulorum Honorii, uſu receptum eſt, quod firma remanente matrimonii libertate, tam intra, quàm extra Regnum, feuda, ſive 15
æſtimata ſive inæſtimata, & ſive à Patre, vel alio ſive à ſe ipſa, in dotem abſque aſſenſu dari non poſſunt, ut per *Aponte loc. cit. n. 11. & 12. & 44.* atque hoc jure vivitur, quia ſic praxis docet.

Quid autem ſit de feudorum obligatione pro dote ſolvenda, ſeu reſtituenda, habetur in *Neapolitana, ſeu &c. hoc eod. tit.* ubi de materia dictæ gratiæ, ſeu aſſenſus generis ſuper dote.

† SUPER deductis in hoc diſcurſu, an ſcilicet, & quando feudum dari poſſit in dotem, pleniùs agitur *ſub tit. de Dote diſc. 146.* & pleraque ad eandem materiam deducuntur *per Cæſar. de Afflict. contr. 7. Montan. contr. 25. de Mar. ad Revert. deciſ. 45.* Et conferunt 1
etiam ea, quæ habentur *eod. tit. de Dote diſc. 143.* occaſione agendi de ſtatutis, & legibus Dotium moderatoriis, an ſcilicet præjudicent necne libertati matrimonii, & de qua materia, occaſione agendi de conditionibus, quæ adjiciantur per Teſtatores, ſive de pœnis, & privationibus habetur *ſub tit. de Teſtam. diſc. 73. tit. de fideic. diſc. 44 & tit. de matrim. diſc. 14.* Ac etiam *ſub tit. de ſucceſſ. diſc. 25.* ubi plura enunciantur, quæ conferunt ad materiam hujus diſcurſus.

E A D E M
INTER EASDEM PARTES.

Caſus non deciſus, ſed ſolùm examinatus pro directione, & veritate in congreſſu.

De contributione ad debita Feudatarii defuncti facienda per hæredem in feudalibus, & illum in allodialibus, & an poſſit aliter per Feudatarium morientem diſponi, gravando unum ſolum.

Hærede in feudalibus non agnoſcente, vel repudiante ſucceſſionem, ita ut ex lege Inveſtituræ feudum alteri proximiori aperiatur, an iſte teneatur ad dictam contributionem, eo modo, quo per morientem ordinata fuit.

SUMMARIUM.

1 *Feuda in Regno Neapolis ſunt mixta, & haberi non poſſunt ſine hæreditaria qualitate Feudatarii defuncti.*

2 *Iuxta Rotæ opinionem in feudis mixtis non requiritur iſta qualitas, ſed ſufficit eſſe hæres primi acquirentis, ſed hæc non ſervatur in Regno Neapolitano.*

3 *Opinio Regnicolarum procedit etiamſi hæres ſanguinis ſuccedat in feudo contra voluntatem morientis.*

4 *Tenetur proindè ad onera etiam ſine aſſenſu, & facto legato feudi, an teneatur ad æſtimationem.*

5 *Succeſſor pro debito, vel onere ſibi adjecto, abſque Regio aſſenſu, cogi poteſt actione perſonali ad vendendum feudum, ut ita impleat.*

6 *Quæ differentia ſit, inter debita contracta, vel onera impoſita cum aſſenſu, vel ſine.*

7 *In feudis, an habeat locum titulus de ſeparationibus & an Creditores defuncti præferantur Creditoribus hæredis.*

8 *De contributione pro rata bonorum facienda inter hæredem in feudalibus, & illum in allodialibus.*

9 *Hæres particularis vel legatarius unius feudi, an teneatur ad Contributionem.*

10 *Dicta Contributio poteſt per defunctum remitti, & diſponi, quod unus, & non alter ad debita teneatur.*

11 *Quando dicatur gravamen directum ad ipſum feudum, vel potius ad perſonam ſucceſſoris, ſeu feudi pretium.*

12 *Si proximior in feudo inſtitutus non curet ſucceſſionem, quæ alteri proximè venienti aperiatur, hic tenetur ad debita, & onera defuncti.*

DISC. XXI.

IN eadem cauſa, de qua *diſc. præcedenti*, & inter eaſdem partes, ex facti circumſtantiis veniebat
1 ſupradictus articulus diſputandus, ideoque in congreſſu per Burgheſii Advocatos examinatus, quia feudum Roſſani fuerat in ſpecie gravatum quibuſdam debitis in Burgheſio ſolutis, ad quæ Principiſſa ſe non teneri prætendebat, quia non ille, qui per morientem gravatus erat, ſed alter, eo non curante ſucceſſionem, in feudo ſucceſſerat.

Pro faciliori materiæ notitia inducenda in Collegiis alioquin doctiſſimis, ſed has particulares Regni materias excuſabiliter non multum callentes, cum etiam in ipſiſmet Regnicolis non verſantibus in Tribunalibus S.Conſilii, & Regiæ Cameræ ſummariæ id contingat, ut advertitur etiam *in Panormitana hoc eod. tit.* oportunum cenſui firmare illas propoſitiones, quæ apud Regnicolas, tanquam hodie notoriæ venirent præſupponendæ, quod nempè feuda Regni Neapolitani, quorum Inveſtitura eſt, *pro se & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, ſint mixta ſanguinis nempe, ac hæreditariam qualitatem poſtulantia, quia deferri non poſſunt, niſi ad vocatos à lege Inveſtituræ intra gradus à Regni Conſtitutionibus præſcriptos, & per gratias ampliatos, qui tamen ſuccedere non poſſunt, niſi cum qualitate hæreditaria, quia ipſius Regni feudum à quo iſta ſubfeuda regulanda ſunt, eſt etiam hæreditarium *Affl. deciſ.* 140. *Capic. inveſt. feudal. verbo feudorum genera verſ. hæreditaria Franch. dec* 387. *num.* 5. *Rovit. pragm.* 4. *de feud. num.* 95. *&* 124. *Aponte de poteſtate Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dot.* §. 3. *num.* 16. *Gizzarel. dec.* 28. & cæteri paſſim, quia eſt principium abſolutum.

Et licet Rota, ex magis communi DD. opinione, conſtanter teneat, in feudis mixtis, neceſſariam non
2 eſſe hæreditariam qualitatem reſpectu ultimi morientis, ſed ſufficere reſpectu primi acquirentis, atque per hæredem ſanguinis non ſtare, quin ſit hæres rei familiaris, ut habetur *deciſ.* 482. *numer. ultimo*, *&* 499. *num.* 5. *p.* 5. *recentiorum*, & ſæpe in aliis, quia eſt pariter concluſum in Rota, & Curia Romana receptiſſima ut pluries *ſub tit. de emphyteuſi*; in Regno tamen recepta eſt contraria, ut ſcilicet requiratur qualitas hæreditaria, reſpectu ultimi morientis, etiam ſi hæres
3 ſanguinis vocatus à lege Inveſtituræ veniat ad ſucceſſionem contra judicium defuncti, quia ſcilicet hic alteri feudum reliquerit, quod hæres ſanguinis vendicat ex lege Inveſtituræ, nam adhuc tenetur habere qualitatem hæreditariam, ac factum defuncti ratum habere, ut reprobata ſententia *Curtii, utriuſque Ann.*, *& aliorum*, veriorem ac receptam firmant *Franch. dec.* 1. *&* 704. *Minad. conſ* 10. *num.* 20. *Aponte de poteſtate Proreg. dicto tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dot.* § 3. *num.* 13. *& ſeqq. & conſ.* 13. *&* 32. *lib.* 1. *Rovit. ſuper pragm.* 4. *de feud. num.* 96. *& ſeqq.* ex profeſſo *Gizzarel. dec.* 28. & cæteri communiter.

Unde ſequitur, ſucceſſorem feudi teneri ſervare, ac
4 ratum habere factum defuncti, ejuſque debita ſolvere. eo modo quo quilibet hæres in allodialibus tenetur, juxta terminos *text. in locum à matre C. de rei vendic.* neque inventarium ſuffragatur, quia ipſum feudum, ejuſque integer valor dicitur eſſe in hæreditate, Idque verum, etiam in eo onere, quod indebitè, & contra formam Inveſtituræ, ſeu contra juris diſpoſitionem, feudatarius adjecerit, quia nempe per viam legati, ſeu alterius particularis diſpoſitionis per ultimam voluntatem ordinatæ, feudum extraneo, ſeu remotiori reliquerit, quia tenetur ad æſtimationem juxta unam opinionem; quamvis non leviter controverſiam, de qua *Franch. dicta deciſ.* 1. *Apont. conſ.* 88. *lib.* 1. *Merlin. controv.* 60. *&* 81. *lib.* 2. *Lanar. jun. in addit. ad Lanar. ſenior. in cap.* 1. *de ſucceſ. ex n.* 40. & alii apud eos deducti.

Secus concludentes in diſpoſitione concepta per viam inſtitutionis univerſalis, potius ex defectu voluntatis, ſuper qua vertitur quæſtio, quàm ex defectu poteſtatis, quia feudatarius, etiam ſine Regio aſſenſu gravare poteſt perſonam ſucceſſoris ad onera ſibi benè viſa uſque ad integrum valorem feudi, in quo ſi vult ſuc- 5
cedere, tenetur ſervare defuncti voluntatem, per quam cogi poteſt in actione perſonali ad vendendum feudum, ut ex ejus pretio teſtatoris voluntatem adimpleat *Franch. dicta deciſ* 1. *&* 704. *Gizzarel. dicta deciſ.* 28. *Aponte*, & cæteri ſupra allegati.

Eaque ſolum differentia dignoſcitur inter onera, quæ
per feudatarium adjiciuntur cum Regio aſſenſu, & 6
alia ſine, quod pro primis afficitur ipſum corpus feudi, ad quod ille, cujus favore diſpoſitum eſt, jus vel actionem realem habet cum privilegio anterioritatis, etiam in præjudicium Domini directi in caſu devolutionis, pro aliis vero ipſum corpus feudi nullatenus affectum remanet, tam quoad Domini præjudicium; quàm etiam ut ille in quem depoſitum eſt, nullum jus vel actionem realem ad feudum habeat, neque concurſum prætendere valeat cum creditoribus, vel aliis aſſenſum habentibus, quamvis poſterioribus, quinimò etiam cum Creditoribus ipſius hæredis & ſucceſſoris, quia in feudis locum non habet titulus de ſeparationibus, ut verius, ac
ita deciſum probant *Theodor. alleg.* 83 rejecta opinione 7
Annæ *allegat.* 30. *& Apont. de poteſtate Proreg. tit. de reſ. t. feud* §. 8. ut apud Theodor. in cujus individuo caſu ſcripſit in contrarium *Capic. Latr. conſult.* 99. ſuccubuit, atque dictam primam opinionem audio in illis Tribunalibus eſſe receptam, ſed reſpectu ipſius ſucceſſoris, ut ad onera implenda teneatur, certum eſt nihil referre, an adſit, vel ne regius aſſenſus, quotenus hæreditariæ vires ſuppetant, feudi valore in illis computato.

Sequitur exindè, quod quicquid ſit in terminis juris 8
communis, circa contributionem inter hæredem in feudalibus, ac illum in allodialibus ad debita defuncti, de quo plenè ac elaboratè *Fabius de Anna conſil.* 4. *num.* 5. *& ſeqq.* ubi plures refert opiniones, in Regno receptum eſt, inter iſtos hæredes contributionem æqualiter faciendam eſſe proportionabiliter pro rata valoris bonorum, ſive debita contracta ſint cum aſſenſu, vel ſine, ac etiam ſi pro eis ſola feudalia, vel econverſo ſola allodialia obligata ſint, *Freccia de ſubfeud. lib.* 3 *tit. de differ. inter feud. differen.* 13. *Capic. deciſ* 198. *Franch. deciſ.* 1. *num.* 24. *&* 41. *& deciſ.* 159. *Galeot. lib.* 2. *controv.* 21. *num.* 29. *cum. ſeqq. Aponte de poteſtate Proreg, tit. de aſſenſu reg. ſuper dote* § 3. *n.* 8 *de Marin. reſol.* 162. *lib.* 1. *Capic. Latr. conſult.* 9. *n.* 1. *& conſult.* 10. *n.* 19. *ac cæteri.*

Duplicem tamen iſta contributionis concluſio 9
limitationem recipit, una eſt reſpectu illius ſucceſſoris feudi, qui dici non poteſt hæres, & ſucceſſor univerſalis in feudalibus, ſed tantùm hæres particularis alicujus feudi, ex pluribus, quæ Feudatarius defunctus poſſidebat, quia tunc, adinſtar legatarii, ſeu hæredis particularis, non tenetur ad onera, *Mareſcot. lib.* 1. *var. cap.* 96. *num.* 6. *latè Capic. Latr. dicto conſult.* 9. *num.* 16. *& ſeqq. & plenius conſult.* 9. *num.* 16 *& ſeqq. & plenius conſult.* 10. *num.* 21. *& ſeqq. & per tot.*

Altera, ubi contraria accedit defuncti voluntas ex- 10
preſſa, vel conjecturalis, quia nempe ejus intentio ſit, ut unus hæredum, & non alter integrum onus ſuſtineat, quia tunc defuncti voluntas eſt ſervanda *Franch. dicta deciſ.* 1. *num. ult. Galeot. dicta controv.* 22. *num* 1. *per tot. Apont. d.* §. 3. *num.* 22. *Capic. Latr. d. conſult.* 9. *&* 10. *& habetur in Romana Contributionis de Columna diſc ſequenti.*

Et ideo cum in iſto caſu onus ſolutionis debiti, de quo
erat controverſia, in Teſtamento adjectum eſſet feudo 11
Roſſani, ex ipſo ſolùm dicebam adimplendum eſſe, nil obſtante, quod adjectio oneris facta eſſet ipſi feudo, & non perſonæ, quia cum non verſaremur in

onere,

onere reali, puta fideicommiſſi, Servitutis, vel ſimili, quod ipſum corpus feudi percutiat, ad quem effectum conſideratur per feudiſtas nullitas diſpoſitionis ſeu in debito pecuniario, ex valore potius quam ex ſubſtantia feudi ſolvendo, clarè conſtare dicebam, Teſtamenti Scripturam non bene explicatam, directam eſſe ad gravandam perſonam ſucceſſoris, ſeu pretium feudi, ideoque potius ſubſtantia veriſimilis voluntatis, quam cortex, & figura verborum attendenda eſt, ut in ſimili *Rovit. dicta pragm. 4. de feud. num. 79. & ſeqq. & num. 109. cum ſeqq.* maxime dum in Teſtamento continetur clauſula, *omni modo meliori*, per quam ſuſtinetur actus, qui geſtus dicitur, eo modo, quo geri, & ſuſtineri poteſt, ut in his terminis *Rovit. dicta pragm. 4. num. 79.* illud enim proprie dicitur onus feudi, quod tangit ipſum feudum, ejuſque onus intrinſecum, & connaturale dicitur ex bene deductis per *Fab. de Ann. conſ. 4. num. 17. cum pluribus ſeqq.*

Nihil proinde referre dicebam, quod hæres in dicto feudo inſtitutus non curaverit illius ſucceſſionem agnoſcere, unde ſucceſſio alteri proximiori dilata ſit,
12 quia cum hic venire non potuerit, niſi cum qualitate hæreditaria, evitare non poterat onerum ſupportationem, & implementum, eo modo quo teſtator mandavit juxta terminos *dicti textus in l. cum à matre, Roſinithal. cap. 7. concl. 20. num. 11. & ſeqq.* alias enim ſatis de facili præmiſſis fraus fieri poſſe per colluſionem inter proximiorem à defuncto inſtitutum, & ſequentem in gradu, & hæc (in congreſſu deſuper habito) veritas reputata fuit, licet controverſia ulteriorem diſputationis progreſſum non habuerit.

† SUper hac materia contributionis inter plures
1 hæredes, feudalem & allodialem, ſive inter plures ſucceſſores diverſorum patrimoniorum, aut diverſorum majoratuum, videri poterunt ea, quæ habentur infra *in Annot. ad diſc 89.* ne idem pluries repetatur Atque ad idem conferunt, quæ habentur *ſub tit. de Credit. diſc. 11. tit. de Hærede diſc. 31. tit. de Legat. diſc. 51 & tit. de ſucceſſ. diſc. 4. & 9.*

Et quod etiam in ipſomet genere feudorum adhuc detur diverſitas patrimoniorum pro diverſitate Principatuum conferunt, quæ habentur *tit. de Iur ſd. diſc. 90.*

ROMANA CONTRIBUTIONIS DE COLUMNA.

Reſponſum benovolum pro veritate datum ad petitionem M. Comeſtabilis Columna cum Cardinali Columna Fratre.

De eadem materia Contributionis inter hæredes Patrimonii feudalis, & allodialis.

Et an id procedat, ubi patrimonia ſunt poſita in diverſis Provinciis, vel Principatibus.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Debitum Feudatarii ſolvendum eſt tam ex patrimonio feudali, quàm ex allodiali, & per utriuſque patrimonii hæredes pro rata.*

3 *Duplicitas patrimonii feudalis, & allodialis quomodo in uno conſideretur in ordine ad Creditores, & de concurſu inter eos.*

4 *Et de duplicitate, ſeu diverſitate patrimoniorum ob diverſitatem Provinciarum, ſeu Principatuum.*

5 *Contributio hæredum diverſorum patrimoniorum ad ſolvenda debita defuncti ceſſat ex ejuſdem expreſſa vel etiam conjecturali voluntate.*

DISC. XXII.

PHilippus M. Comeſtabilis Columna, Vir in Urbe
1 magni nominis, multa poſſidens Caſtra, & bona juriſdictionalia in ſtatu Eccleſiaſtico, pluraque feuda in Regno Neapolitano, in omnibus dictis bonis Status Eccleſiaſtici inſtituit hæredem Cardinalem Hieronymum ejus filium ſecundogenitum, in feudis verò Regni inſtituit Principem Buteræ primogenitum, cui deinde abſque ſucceſſore decedenti, ſucceſſit Marcus Antonius tertio genitus laicus, & capax (cum Eccleſiaſtici ſint incapaces ſucceſſionis illorum feudorum,) *ut in Venafren. ſucceſſionis feudorum.* & in aliis *hoc eod. tit.* Unde cum per dicti Teſtatoris majores, quidam cenſus ducatorum 3150. pro ſorte ducatorum 70. m. ſuper dictis feudis in Regno exiſtentibus impoſitus eſſet, benevolè dictus M. Comeſtabilis Marcus Antonius petiit reſponſum pro veritate, an ad aliquam dicti debiti Contributionem teneretur Cardinalis aliorum bonorum hæres, hujus petitionis conſcius.

Ex firmatis *diſcurſu præcedenti*, plana videbatur af-
firmativa reſolutio, ut ſcilicet utriuſque hæredis æqua- 2
lis pro rata bonorum eſſe deberet Contributio, quamvis ſuper una tantùm bonorum ſpecie debitum eſſet impoſitum, maximè quia, non unius, vel alterius occaſione impoſitum erat, ſed ex cauſa indifferenti concernente obligationem perſonalem utriuſque patrimonii poſſeſſoris, & ſic omnia bona, pro dotanda ſcilicet filia, ac etiam quia licet Cenſus ſuper illis feudis, tanquam ſuper fundo certo impoſitus eſſet ad ſatisfaciendum Apoſtolicis Conſtitutionibus ſuper forma creandi Cenſus, erant tamen omnia bona pro ejus ſolutione obligata, quod non implicat, ut bene *Franch. dec. 159. num. 8. Cæc. de Cenſ. q. 41. n. 9. & per tot. Mantica dec. 302. n. 10.*

Et licet in Feudatario tanquam milite detur duplicitas patrimonii, ac duplicitas hæredis, paganici ſcili-
cet, & militaris, quorum diſtinctio datur, ita ut Credi- 3
tores, unius patrimonii intuitu, vel occaſione contrahentes non concurrant cum aliis alterius patrimonii, juxta terminos *textus in l. ſi certarum §. Iulianus ff. de militar. teſtam. ubi DD. de quibus Fab. de Anna conſil. 4. numer. 9. Rovit. dec. 45. num. 3. & 4. Salgad. in Laby int. par. 1. cap 9 num. 48. & ſeqq. & par. 2. cap 12. num. 68. & ſeqq.* attamen ceſſat ratio intuitus particularis, cum debitum ſit indifferens, ac etiam quia ubi bona paganica, & militaria ſunt in eodem Regno, receptiſſima eſt dicta æqualis Contributio, nulla facta diſtinctione occaſionis, niſi agatur de onere mere reali, & intrinſeco unius, & non alterius rei, ut latè *Fab. de Anna de conſil. 4. cæteri in præcedenti diſcurſu.*

Difficultatem tamen non levem in hoc reſultare conſiderabam ex patrimoniorum diverſitate in diverſis provinciis, vel principatibus exiſtentium, cum omnes auctoritates allegatæ *in præcedenti* ſupponant exiſtentiam
bonorum utriuſque qualitatis in eodem Principatu, 4
nec de facili deſcendant ad iſtos terminos, in quibus dici poſſe videtur, patrimonia conſideranda eſſe tanquam omnino diverſa, & ſeparata; licet enim ſituatio bonorum in diverſis locis, & provinciis non conſtituat patrimoniorum diverſitatem, *Iuriſperitos §. cum oriundus ff. de excuſat. tutor. Romana conſ. 81.* Quia hæreditas cujuſque hominis, tanquam perſona ficta ipſum defunctum repræſentans, ſemper in jure noſtro in ſingulari numero enunciatur *l. hæreditas, 61. ff. de acquiren. rerum dom. l. 3. §. Scævola ff. ſi is, qui teſtamento liber eſſe juſſus erit, cum concordan.* ac etiam, quia fictio non poteſt operari ultra veritatem, neque productum eſſe magis, quam producens; Unde ſicut perſona vera defuncti una erat, ita una eſſe debet perſona ficta, quæ illam ſub nomine hæreditatis repræſentat, maximè ad effectum æris alieni, cum debitoris perſona obligata non poſſit Creditoribus præjudicare, ac eis tollere Jus, quod habent quæſitum ad omnia ejus bona, ubi præſertim ceſſat ratio particularis contemplationis per Creditores habitæ in bonis unius, & non alterius patrimonii, ſeu unius, & non alterius negotiationis; ut in materia *Salgad. locis citatis & Rota dec. 228. num. 54. & 35. par. 8. rec.*

dec. 131. *num.* 24. *& ſequ. par.* 9. *& coram Rojas dec.* 268. *num.* 20. ſuper quo puncto nihil ſtatuendum duxi, cum de illo non ageretur.

Attamen id percutit commodum & favorem Creditorum, quatenus hæres unius patrimonii objiciat, quod contra eum non competat actio, ſecus quoad ipſos hæredes inter ſe, quia ubi non in omnibus bonis pariformiter eodem jure communi ſucceditur, ſed diverſa eſt cauſa ſucceſſionis unius, ac alterius patrimonii, tunc defectus dicitur conſtituere duas perſonas omnino diverſas, ideoque duos habere poteſt hæredes, ac duas habet diverſas hæreditates, ut latè deducitur apud *Bellon jun. de jur. accreſc. cap.* 10. *quæſt.* 24. *Merlin dec.* 353 *num.* 34. *& ſeqq. Royas dec.* 157. *num.* 8 *& bene dicta deciſ.* 228. *num* 24. *& ſeqq. p.* 8. & conferunt, quæ habentur *in Maſſanen. locationis pro Principe Ludoviſio ſub tit. de Iuriſdict. & foro competen.* & hic videbatur caſus, quia in feudis Regni diverſu jure ſucceditur quàm in bonis Statu Eccleſiaſtici, cum illa ex lege Inveſtituræ, ac legibus particularibus, non deferantur, niſi certo generi perſonarum, hæc autem ſint merè hæreditaria ad omnes tranſmiſſib.lia.

Verùm iſta conſideratio urgere non videbatur, quia dicta concluſio, per quam diſtinguuntur patrimonia, procedit, ubi diverſo jure ex potentia Statuti ſucceditur, etiam, contra defuncti voluntatem, ſecus ubi diverſitas pendet à voluntate morientis, ut in præſenti, quia niſi ipſe diſpoſuiſſet, etiam primogenitus ſucceſſiſſet æqualiter in iſtis bonis Status Eccleſiaſtici, & ratio diverſæ ſucceſſionis feudorum non tollit rationem contributionis, nam etiam, ubi feudalia, & allodialia ſunt in eadem provincia, adhuc diverſo jure ſucceditur, & tamen locus eſt contributioni, ad quod etiam conferunt, quæ habentur *in Romano contr butionis de Ceſiis hoc tit. tit. ad materiam Bulla Baronum.*

Ex alio autem potentiori mot.vo ponderabam poſſe
5 dubitari contra M. Comeſtabilem feudorum ſucceſſorem, quod nempe data etiam regula Contributionis illa limitatur ex contraria defuncti voluntate, ut in præcedenti etiam diſcurſu deductum habetur, dictamque voluntatem ſufficere etiam conjecturalem, & præſumptivam firmant in ſpecie *Capic. Latr. conſul.* 9 *&* 10. *& Galeot. lib.* 2. *controv.* 21. *&* 22. Satis autem defuncti voluntas colligebatur ex modo diſponendi, dum primogenito feudorum ſucceſſori, nihil de bonis Status Eccleſiaſtici relinquere voluit, ſed illud patrimonium in Regno exiſtens, quale quale ſit, & cum ſuis oneribus, fortè neque in eo illum inſtitutus, ſi potuiſſet non relinquere, ut plures facti circumſtantiæ ſuadebant, ita ut voluerit iſta patrimonia omnino ſeparare, ac pro diverſis habere, & ex hoc motivo potius quàm ex primo, quamvis non omnino determinatè, reſpondi aliquam habere difficultatem contra requirentem.

Aliqua vero ad materiam Contributionis inter plures Succeſſores in caſu peregrino habentur infra *ad materiam Bullæ Baronum in dicta Romana Contributionis de Ceſiis.*

ROMANA DONATIONIS

Scut. 30. m.

Pro CARDINALI SABELLO PERRETTO TUNC ABBATE

Cum PRINCIPE BERNARDINO SABELLO EJUS PATRE.

Caſus deciſus per A. C. pro Cardinali.

Cenſus vel creditum acquiſitum per Feudatarium ſuper feudo per ipſum poſſeſſo, an extinguatur, vel potiùs ſubſiſtat, eoque defuncto ſpectet ad ejus hæredem allodialem.

Vel ſaltem Hæreditati allodiali debeatur dicti cenſus, vel crediti extincti ſumma æquivalens tanquam meliorarnenti pretium.

Et de confuſione actionum ejus, qui eſt creditor Feudatarii defuncti, & ſuccedit in feudo &c.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Agens ad obſervantiam contractus correſpectivi docere debet de implemento ex parte ſua.*
3 *Renunciatio facta ſucceſſioni feudi, vel fideicommiſſi ad favorem alicujus non obſtat renuncianti, ubi renunciatarii, vel ejus hæredis amplius non intereſt, quia ſit incapax.*
4 *Renuncians feudis ad favorem incapacis, an teneatur pati, quod hic percipiat feudi commoditatem, & emolumentum.*
5 *Obſervantia eſt interpres contractuum, & voluntatis contrahentium.*
6 *Feuda Regni Neapolitani magis regulantur à legibus Regni, & illorum Sapientum interpretibus, quam a jure communi feudorum.*
7 *Cenſus ſuper feudo acquiſitus titulo allodiali per Feudatarium, an extinguatur ratione incompatibilitatis, vel adhuc ſubſiſtat.*
8 *Cenſus pertinens ad hæredem, vel poſſeſſorem rei debitoris, an reſtituta hæreditate, vel evicta re reviviſcat.*
9 *De duplici patrimonio feudali, & allodiali concurrente in Feudatario ad evitandam dictam incompatibilitatem.*
10 *Melioramenta facta in feudo, an & quomodo ſpectent ad ſucceſſorem in allodialibus.*
11 *De contributione utriuſque hæredis feudalis ad debita Feudatarii defuncti.*
† 1 *De compatibili concurſu plurium perſonarum diverſarum in una materiali.*
2 *Quo nomine, vel cum qua perſona Feudatarius facere voluerit acquiſitionem.*
3 *Quid referat acquiſitionem factam eſſe ex una vel ex altera perſona.*
4 *An cenſus extinguatur, ſi Creditor efficiatur Dominus fundi cenſiti.*

DISC. XXIII.

MARIÆ Felici filiæ Princeps Perettus, ultra 1
condignam dotem ei conſtitutam pro matrimonio contracto cum Albani Principe Bernardino Sabello, intuitu ampliſſimæ renunciationis, tam pro ſe quàm pro ejus filiis, factæ ad favorem Patris, & Abbatis Franciſci Fratris, qui poſtea fuit Cardinalis de Montealto nuncupatus, de bonis feudalibus, & allodialibus, & quibuſcunque juribus, & ſucceſſionibus, intra & extra Statum Eccleſiaſticum, ac ubique exiſtentibus, donationem fecit ſcut. 30. m. poſt ipſius donationis Principis donatoris, ac dicti Franciſci filii, & fratris reſpectivè mortem præſtandis, unde ſecuta morte patris, cujus fuit hæres univerſalis in allodialibus dictus Franciſcus Filius, cum hic moriens hæredem inſtituiſſet Abbatem Paulum Sabellum ex præfata Sorore nepotem poſtmodum ad Cardinalatus apicem quoque evectum, dictaque Maria Felix hæredem inſtituiſſet præfatum Principem Bernardinum Virum, iſte pulſare cœpit coram A. C. ejus filium, tanquam dicti Cardinalis de Montealto hæredem, ad ſolutionem dictorum ſcut. 30. m. quorum dies jam ceſſerat, & clarè fundatam dicebat ejus intentionem in publico, & liquido inſtrumento faciente probationem probatam.

Ex parte verò rei conventi, ego qui ejus jura tuebar, replicabam, donationem prædictam factam eſſe intuitu, & contemplatione renunciationis, & quatenus illam ſervaret, eique acquieſceret, ideoque ſibi obſtare defectum adimplementi, cujus exceptio in quocunque judicio quantumvis executivo, & privilegiato

giago admittitur, agens enim ex contractu correſpe-ctivo continente implementum hinc inde, docere prius debet ſe ex parte ſua impleviſſe *Galleſ. de Oblig. Camer. par. 4. q. 1. n. 7. & ſeqq. ubi Zacch. num. 85. & ſeqq.*
2 *Caval. dec. 307. & 338. Gregor. dec. 261. Rota dec. 7. par. 11. rec. cum concord. per add: n. ad d. c. 542. par 4. rec. tom. 3.*

Tantum autem abeſſe dicebam doceri de implemento, quod immo conſtabat de contraventione, dum dicta renuncians veniens contra renunciationem, obtinuerat paternam ſucceſſionem in Principatu Venafri, & Comitatu Gelani, aliiſque feudis in Regno exiſtentibus etiam vivente jam fratre renunciatario, & cum feudis quoque occupaverat multa bona allodialia intra eorum fines exiſtentia, prout ſunt quædam montaneæ, Molendina, domus, & alia prædia.

Econtra vero ex parte actoris dicebatur feudorum ſucceſſionem nullum cauſaſſe, vel cauſare præjudicium fratri vel ejus hæredibus renunciatariis, ſtante ipſorum incapacitate ratione ſtatus clericalis, quas incapacitate accedente, juris regula eſt, feuda vel bona hujuſmodi non cenſeri ſub renunciatione comprehen-
3 ſa, ex deficiente veriſimili voluntate, tam renunciantis quam renunciatarii, quem cenſetur renunciationem acquirere voluiſſe, ut ſibi, & ſuis proſit, non autem ut Domino vel remotioribus non contemplatis locus fiat, juxta magiſtralem theoricam *Bar. in l. qui Romæ §. duo Fratres num. 24. ff. de verb. oblig. & conſ. 58.* quam eſſe communiter receptam firmant *Peregrin. Bero. Ciriac. Fulgin. Rota Romana, & ceteri cumulati in Nanniana feudi ſeu Bonorum hoc tit. & in tit. de renunciationibus in Romana ſeu Vibevotana ſucceſſionis, & in Romana fideicommiſſi de Steccatis,* Eò magis quia hanc voluntatem à jure ſubintellecta, expreſſe idem frater vivens declaravit, dum in controverſia inter dictum ſororem, & remotiores conjunctos, Sorori potius ſuper dicta ſucceſſione, aſſenſum, aſſiſtentiam, & auxilium præſtitit.

Et quidem reſpectu dictorum feudorum, ex præmiſſis rationibus admittebam reſponſionem tanquam veram, ſed per modum motivandi dicebam, id quidem bene procedere reſpectu ſucceſſionis in ipſo corpore
4 feudi, cujus renunciatarius erat incapax, ſecus autem quoad ejus pretium ſeu fructuum, & emolumentorum commoditatem, quorum eſt capax ille, eſſet feudorum incapax, ex deductis *in Tiburtina Caſtrorum, & in Romana ſeu Status Eccleſiaſtici infeudationum hoc eod. tit.*

Quod clarius procedere dicebam ex ejuſdem Principiſſæ declarata voluntate, dum aſſenſum præſtitit, ut dictus ejus frater, quamvis incapax, tenutam, & adminiſtrationem haberet, ac omnimodam commoditatem feudorum donec vixit; Obſervantia enim dicitur optima interpres, non ſolum legum, ſed etiam contractuum, & vo-
5 luntatis contrahentium ex deductis *per Barboſ. in l. poſt dotem n. 47. & ſeqq ff. ſolut. matr.* & plene alii cumulatis in terminis interpretationis contractuum, & voluntatis contrahentium habetur *per Rod. dec. 199. n. 12. & 13. par. 10. & 323. n. 13. par. 11. rec.*

In hoc autem motivo non multum immoratum fuit, quia cum alia longè clariora ſuppeterent, incongruum
6 videbatur iſtas altiores inſpectiones aſſumere, præſertim ubi peculiaris materia hujuſmodi feudorum Regni non eſt adeo manualis, cum ut alias inſinuatum eſt, tota fere pendere videatur, potius ab illis legibus peculiaribus, vel illorum Sapientium interpretationibus, quam à jure communi feudorum. Idcircò ſuſpenſa exceptione non implementi reſpectu feudalium, dicebam illam obſtare reſpectu feudalium, dicebam illam obſtare reſpectu allodialium, quorum non dubitabatur Cardinalem renunciatarium, ejuſque hæredes eſſe capaces.

Inſiſtebant ſcribentes pro actore ſuper excludenda contraventione ex capite ignorantiæ, quod ſcilicet Principiſſa ejuſque miniſtri, in adeptione poſſeſſionis, & fructuum perceptione poſt mortem Cardinalis ignoraſſent, quænam eſſent allodialia, omniaque crediſſent feudalia, facili tamen negotio replicabam prorſus inanem fuiſſe laborem adhibitum ſuper hoc puncto in quo adeo inſudaverant ſcribentes cum aliquo laborioſo auctoritatum cumulo extra cauſæ neceſſitatem vel oportunitatem, quoniam poſſeſſio, ſeu non dimiſſio cum fructuum reſtitutione, non deducebatur tanquam contraventio pro incurrenda caducitate, ad quem effectum ignorantia prodeſt, ſed deducebatur tanquam defectus implementi, de quo prius actor oſtendere debet, dimittendo ſcilicet dicta bona, & fructus perceptos, ex quibus etiam creditum ab Actore prætenſum, erat illiquidum, unde cum hoc fundamentum congruam non haberet reſponſionem, & bona allodialia, quorum fructibus actor potiebatur, eſſet longe majoris importantiæ, ideo à cauſæ proſequutione abſtinuit, & Judex reo ſententiam abſolutoriam conceſſit.

Occaſione verò diſcutiendi, quænam eſſent bona allodialia ad dicti Principis Perretti feudatarii defuncti
allodialem hæreditatem ſpectantia, diſcuſſum fuit, an 7
Cenſus ſcut. 250. m. ſuper hujuſmodi feudis pro illis emendis impoſitus ad favorem Cardinalis ſenioris de Montealto, qui erat dicti Principis germanus frater, ac per Cardinalem eidem Principi donatus fuerat, ſubſiſteret, atque ad dictam hæreditatem allodialem ſpectaret; & pro affirmativa probanda, ne aliorum dicta tranſcriberentur, allegata fuit plena individualis *reſol. 21. l. de Marin.* benè probantis pignus, vel hypotecam ſuper bonis propriis, alicui reſolutioni ſubjectis poſſe conſiſtere, ſi non actu donec durat dominium propter incompatibilem, ut unus, & idem ſit debitor & creditor, quod quæ ſervitutem habeat in re propropria, quæ incompatibilitas adhuc evitabilis videtur propter duplicitatem perſonæ, quam unus, & idem repreſentare poteſt, ut poſt *Molin, Caſanatta, & alios* probat in conſimilibus terminis poſſeſſor, majoratus *Salgard. in labyrinth par. 2. cap. 7. num. 26 & 27.*

Saltem habitualiter, ita ut interim non moriatur, ſed
dormiat, ac ſequuta reſolutione dominii ipſorum bono- 8
rum, ex qua reſultabat incompatibilitas, reviviſcat tam à ſomno, non tanquam à morte, ut in Creditore, non tanquam à morte, ut in Creditore, cui revocabiliter delata fuit hæreditas debitoris, vel in Creditore cenſuario, qui etiam revocabiliter rem cenſitam acquiſivit, ut hæreditate reſtituta, vel re evicta, idem cenſus reviviſcat, probant auctoritates cumulatæ per *Marin. & Salgad. ubi ſupra,* & admittit *Rota dec. 278. par. 5. rec. repetita poſt Cenc. de Cenſ. deciſ. 530. dec. 297. par. 10. & dec. 6. par. 11. rec. cum a iis per adden. ad Buratt. dec. 645. n. 16. & 17.* niſi ad actum talem proceſſum eſſet, per quem formalis extinctio jam ſequuta dicatur, quia tunc de privatione ad habitum non datur regreſſus *ut in dictis deciſionibus 297. par. 10. & 6. par. 11.* & habetur *in Romana reviviſcentiæ cenſuum hoc tit. ad materiam Bullæ Baronum.*

Et licet non improbabilis videretur dubitandi ratio excitata apud *Marin dicta reſol. 21. num. 14.* quod ſcilicet præmiſſa procedant, ubi jus poſſeſſoris omninò reſolvitur, ita ut ſequuta ejus morte, dominium tranſeat ad diverſam perſonam jure proprio independenter ad eo, qui eſt creditor, ſecus autem in hujuſmodi feudis Regni habentibus qualitatem hæreditariam, per quam illorum ſucceſſor in omnibus defuncti creditoris perſonam repræſentare dicitur, perinde ac ſi ipſe viveret, cum hæres dicatur Dominus, & poſſeſſor nomine defuncti, unde propterea non tollitur objectum incompatibilitatis.

Attamen ultra reſponſionem datam per *Marin.* quod ſcilicet hæres habet corpus feudi jure proprio independenter, & contra defuncti voluntatem juxta *deciſionem Franchi,* quæ reſponſio parum tuta videbatur, quia ſi ſucceſſor poſſidet corpus feudi jure proprio independenter à defuncto, etiam contra ejus voluntatem, poſſidet tamen
pretium feudi dependenter à defuncto, & tanquam ipſum 9
vere repræſentans, unde propterea adhuc ſubſiſtit incompatibilitas;

patibilitas, quod idem ſit debitor & creditor.

Dicebam meliorem pro meo judicio reſponſionem reſultare ab omnimoda diſtinctione patrimoniorum, quæ datur in feudatario, tanquam milite habente duplex patrimonium, ac duplicem omnino diverſum hæredem, paganicum, ſcilicet, & militarem ſeu Caſtrenſem, & inter quæ patrimonia, tanquam diſtincta quamvis ab una perſona provenientia, rectè dari poteſt concurſus actionis & paſſionis, ut nempè unius hæres dici poſſit alterius creditor, & ſic Cenſus prædictus acquiſitus patrimonio paganico, rectè per hujus patrimonii hæredem poſſideri poteſt ſuper feudis ad omninò diverſum patrimonium ſpectantibus, ita ut jus poſſeſſoris conſiderati tanquam repræſentantis patrimonium feudale, dicatur omninò reſolutum, eo modo, quo defuncto poſſeſſore feudi pacti, & providentiæ, omninò ſeparata remanent jura, & credita ſpectantia ad patrimonium allodiale feudatarii morientis, ſeu defuncto poſſeſſore fideicommiſſi, vel majoratus remaneant illæſa, & præſervata jura propria, idemque poſſeſſore beneficii cum ſimilibus, Et hæc ratio duplicitatis, ac omnimodæ diverſitatis patrimoniorum ſolidior credebatur pro tollendo objecto.

Præterea, ubi etiam ſuper præmiſſis aliqua ſubeſſe poſſet difficultas, illam percutere dicebam vitam, & durationem ipſius Contractus cenſualis, propter curſum

10 fructuum, alioſque effectus inde reſultantes, unde quicquid eſſet de prædictis, adhuc tamen ad effectum de quo agitur, omnis difficultas ceſſabat, quia ſaltem æquivalens ſumma dicti Cenſus, ſeu ejus ſortis, debita erat per ſucceſſorem feudi patrimonio allodiali, tanquam pretium melioramentorum, quæ ubi ſunt extrinſeca, & ſeparabilia ſpectant in dominio ad hæredem allodialem illa retinentem, ubi verò ſunt intrinſeca, & inſeparabilia pertinent ad eundem hæredem allodialem jure crediti quantitatis pro ipſorum melioramentorum valore, niſi de animo donandi feudo, ejuſque ſucceſſori conſtaret, ut luculenter probat *de Marin. dicta reſol. 21. num. 24. & ſeqq.*

11 Motivant doctè aliqui mecum pro hac parte ſcribentes de confuſione actionum, quod ſcilicet cum Principiſſa creditrix ex cauſa dictæ donationis eſſet hæres in feudalibus Principis Patris, & debitoris, ita inducta eſſet actionum confuſio, verùm ego advertebam motivum non ſubſiſtere in totum, ſed ſolùm pro virili regulanda proportionabiliter ex quantitate bonorum utriuſque patrimonii, quoniam quicquid certent DD. circa debita contracta per feudatarium defunctum, an ſolvenda ſint per ſucceſſorem feudorum vel per illum allodialium, de quo plenè *Fab. de Ann. conſ.* ubi varias opiniones refert, in Regno receptum eſt, debita æqualiter juxta vires, & proportionem bonorum, ſpectare ad utrumque hæredem cum æquali concurſu, & contributione, nulla facta diſtinctione, an ſuper una, vel altera bonorum ſpecie impoſita, vel unius, vel alterius patrimonii occaſione contracta, ut per eundem *Fab. de Ann. dicto conſ. 4. Ant. conſ. 13. & 52. lib. 1. Franch. deciſ. 559. & 704. Capic. Latr. conſult. 9. & 10.* & habetur actum *in Romana contributionis de Columna, & in Romana, & in Roſſanen. ſeu Romana hoc tod. tit.* unde propterea, neque intrabant termini *text. in l. ſi cui militi. ff. de compenſat. cum concordan.*

1 † DE iſto compatibili concurſu plurium perſonarum formalium, in una eademque perſona materiali, pro reſpectuum diverſitate, quamvis ipſæ perſonæ inter ſe ſint incompatibiles, puta Creditoris, & Debitoris, Emptoris, & Venditoris; Mandantis, & Mandatarii; Superioris, & Subditi, cum ſimilibus habetur nimium frequenter actum in omni ferè materia, & præſertim *ſub tit. de Credito diſc. 8. 18. 20. 47. & 49. ſub tit. de hæredè, ſub tit. de canbys*, & alibi pluries. Ac etiam ad idem conferunt ea, quæ habentur ſupra *in adnot. ad diſ. 2.* ſuper compatibilitate, ut quis eſſe poſſit feudatarius, & Baro alicujus Caſtri vel loci, & tanquam ſubditus ſui ipſius, more aliorum privatorum eſſe poſſeſſor aliquorum bonorum jure privato, quoniam ut alibi dictum eſt, præſertim *diſc. 39. num.* 8. feudum reputatur corpus intellectuale, ſive, ut feudiſtæ dicunt, homo mutus & ſurdus, aliaque membra impedita habens, Ideoque habet dominium, & poſſeſſionem jurium; ſed non habet exercitium, quod explicatur per organum feudatarii tanquam ejus Curatoris, vel Adminiſtratoris; Et propterea non prohibetur habere patrimonium, & jura propria contradiſtincta; Quod etiam à paritate rationis congruit hæredi beneficiato, ſive poſſeſſori fideicommiſſi, vel majoratus, aut poſſeſſori beneficii Eccleſiaſtici, cujus ratione ipſe tanquam privatus, ſit ſubditus ſuiipſius, atque ſibi ipſi ſolvat decimas, ut advertitur *ſub tit. de decimis*, & habetur etiam *ſub tit. de penſion.* an quatenus poſſit eſſe titularis, & ceſſionarius commoditatis penſionis ſuper eodem beneficio à ſe poſſeſſo.

Quinimo dari poteſt etiam in eodem genere perſonarum formalium, ſive intellectualium, eadem pluralitas, idemque concurſus incompatibilis, inter eas, quia nempe unus, & idem ſit poſſeſſor plurium feudodorum, vel dominiorum juriſdictionalium, ſub diverſa natura, juxta ea, quæ habentur *ſub tit. de juriſdiction. diſc. 90.* vel poſſeſſor plurium fideicommiſſorum, & majoratuum, juxta ea, quæ habentur *infra diſ. 89.* cum ſimilibus; Eodem modo, quo poteſt quis eſſe poſſeſſor plurium Eccleſiarum Cathedralium, & Metropolitanarum, vel plurium Regnorum, & Principatuum, tanquam Tutor plurium pupillorum diverſa patrimonia habentium; abſque eo, quod unum cum altero connectat; ex deductis *ſub tit. de præemin. diſc. 1. cum pluribus ſeqq. & 29. cum ſimilibus.*

Quæſtiones igitur in hoc propoſito eſſe ſolent, voluntatis potius, quàm poteſtatis; quando feudatarius acquirit bona, vel jura exiſtentia intra fines feudi, vel 2
contra illud competentia, ut præſertim ſunt cenſus, vel alia onera, juxta caſum preſentis controverſiæ, an ſcilicet id agere voluerit in ratione melioramentorum præſertim intrinſecorum ſeu indiviſibilium, ut feudi conditionem meliorem efficeret, vel potiùs in ratione privata, ut remaneat creditor tanquam tertius, ad inſtar eorum, quæ habentur *ſub tit. de credit. diſc. 7. & de cenſibus diſc. 29* circa ceſſionem reportatam per fidejuſſorem, vel per Tutorem, ſeu alium Adminiſtratorem contra principalem debitorum, vel contra perſonam adminiſtratam, an ſit in ratione extinctiva, vel tranſlativa.

Id autem nimium refert quo caſu, in quo reſolvatur 3
jus feudatarii vel poſſeſſoris, ſive quod eo durante, adhuc pro jure creditorum, ſeu ad alium effectum teneatur reddere rationem de fructibus, tam ſcilicet, ut cenſus, vel aliud jus fructiferum, cui feudum ſubjacebat, adhuc vivat, & producat fructus, vel è converſo remaneat extinctus & reſolutus, cùm ſit ſimplex creditum, ſive in meliorationem intrinſecam, cujus detractio ſolùm conceditur ex æquitativa actione, vel exceptione de in rem verſo, ex deductis in materia melioramentorum *infrà diſcurſus 27. & ſub titulo de legitim. diſcurſus 35.* & ſic quoad detractionem ſortis, non autem quoad curſum fructuum tam durante jure feudi quàm eo reſoluto, dum ita remanet creditum pecuniarium.

Super hoc autem ſtatui non poteſt regula certa, & generalis, cùm ſit quæſtio facti potiùs, quam juris, utpotè voluntatis, decidendæ ex facti qualitate, & circumſtantiis, ideoque intrat idem, ſemper oportunè, pluries repetitus error, procedendi cum generalitatibus, ſive applicandi quibuſcumque caſibus, illas deciſiones vel doctrinas, quæ de aliis caſibus diverſis loquuntur.

Poſita item iſta diverſitate perſonarum, quæ finguntur omninò diſtinctæ, non intrant ea, quæ haben- 4
tur *ſub tit. de cenſib. diſc. 28.* ſuper extinctione cenſus, eo ipſo, quòd creditor efficitur Dominus fundi cenſiti,

Digitized by Google

cenſiti , vel è converſo debitor ſuccedit creditori, quoniam ita cenſus adhuc remanet vivus & fructifier , idque nimium referre poteſt etiam durante jure feudi pro jure , & intereſſe tertii , ad inſtar eorum , quæ habentur *eodem tit. de legitim. & detract.* ſuper non amiſſione legitimæ ob non confectum inventarium , quamvis hæres de proprio teneatur ad debita & legata , etiam ultra vires , cum ſimilibus.

De iis autem , quæ concernunt materiam renunciationis , ejuſque reſolutionis , habetur actum in ſua materia *ſub tit. de renunciat. diſc. 1. 4. & 5. & in aliis;* & de materia contributionis , jam actum eſt in præcedentibus.

NEAPOLITANA FEUDI
Pro MARCHIONE CORSIO.
Diſcurſus pro veritate extra Curiam.

In feudis non datur ſimulatio , neque intrat regula, plus valere quod agitur &c. ſed attenditur nudum factum , illeque dicitur Feudatarius , ſub cujus nomine quæſitum fuit feudum, quamvis de aliena pecunia , & animo acquirendi pecuniæ Domino.

Feuda , an ſint de melioribus , vel pejoribus bonis , quomodo æſtimentur , & an pupillo expediat vendere feudum , ut ex pretio acquirat annuos redditus majoris fructus.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*

2 *In feudis non habet locum ſimulatio, nec procedit regula plus valere &c. ſed ſpectatur nudum factum.*

3 *Vi de emens feudum de aliena pecunia , & animo illud acquirendi Domino pecuniæ, niſi Domini dicti aſſenſus accedat , ipſe dicitur Feudatarius.*

4 *De requiſitis ad validam alienationem bonorum pupilli.*

5 *Feudalia æſtimantur minus allodialibus, quia ſervitus feudi, aliaque ejus onera minuunt de valore.*

6 *Contrarium, quod declaratur, & quomodo æſtimatur in ſtatu Eccleſiaſtico, & quomodo in Regno Neapolitano.*

7 *Ad metiendam utilitatem pupilli in alienatione bonorum non ſolum ſpectanda ſunt ipſa bona alienanda, ſed alia, quæ ex diviſione patiantur detrimentum.*

8 *Ratificatio alienationis, an , & quando inducatur per minorem factum majorem.*

9 *Pendente impugnatione actus, poteſt quis citra ratificationem percipere emolumenta actus impugnati.*

† 1 *De concluſione, quod in feudis non detur ſimulatio, & in quibus aliqs ea procedat.*

2 *An feuda ſint de bonis melioribus , vel pejoribus & quomodo æſtimentur.*

3 *De contractibus pupillorum , & Communitatum.*

4 *An pendente impugnatione tranſactionis , vel alterius contractus , peti poſſit eius obſervantia.*

DISC. XXIV.

1 PORtia Gambacurta emit feudum Milizzani , & poſt annos 19. declaravit illud emiſſe de pecunia Petri Gambacurtæ , qui tanquam ejus procurator in dicta emptione intervenerat, proindeque promiſit ille cedere dicti Petri hæredibus , vel perſonæ per ipſum nominandæ , prout deinde de Petri mandato ceſſit Camillo Severino , qui deinde illud ceſſit Petro juniori dicti Petri ſenioris pronepoti ab eodem hærede inſtituto , cum onere ſubſtitutionis ad favorem deſcendentium de familia.

Tutor dicti Petri adhuc pupilli , cum Regio aſſenſu , & decreto M. C. V. vendidit hoc feudum Curtis, à quibus devenit in Principem Gonchæ , à quo demum immediatè , vel mediatè titulo emptionis devenit in Marchionem Corſium Florentinum, à quo Franciſcus Gambacurta Petri junioris frater , & Petri ſenioris hæres fideicommiſſarius illud vendicare prætendebat , tanquam male alienatum ; Cumque Marchionis defenſor ejus allegationes ad eum tranſmiſiſſet in Urbe commorantem , iſte me conſulit , ut pro veritate ſignificarem , quid ſentirem.

Multa extra cauſæ punctum , ac neceſſitatem cum aliqua non commendabili ſuperfluitate deducebantur, ſed duo erant principaliora motiva , primum nempè, Petrum ſeniorem , ex cujus jure actor veniebat , numquam fuiſſe feudi Dominum, & legitimum poſſeſſorem, quia feudum , non ab ipſo , ſed à Portio emptum erat, nòn obſtante declaratione , quod emptio facta eſſet in ejus gratiam , & de ejus pecunia , quia in feudis non intrat regula plus valere , quod agitur &c. neque admittitur ſimulatio , ſed nudum factum attenditur , Unde licet idem Petrus eſſet ob dictam confeſſionem Portiæ creditor in pecunia , attamen cum non eſſet creditum Regio aſſenſu vallatum , non poterat pro eo aliquod jus , vel actio realis competere ad ipſum feudum contra tertium poſſeſſorem ementem cum Regio aſſenſu.

Alterum , quod emptio facta per illos de Curtis à Petri junioris tutore , eſſet valida , tanquam cum judicis decreto, & evidenti pupilli utilitate , unde idem actor , quatenus Petri junioris perſonam repræſentare vellet , non poterat adverſùs dictam alienationem venire , prout non poſſet Petrus ſi viveret ; alia enim conſiſtebant in facto , nec aliquem continebant articulum adnotatione dignum.

Quoad primum dixi juris propoſitionem eſſe veram quod nempe in feudis non datur ſimulatio , neque intrat titulus , plus valere quod agitur &c. ſed attenditur nudum factum , ita ut ille dicatur feudi Dominus , 2 ſub cujus nomine conceſſio cantat , quamvis ſimulate , & animo alteri acquirendi ille quæſierit , quia tres in hujuſmodi contractu intervenire dicuntur, nempe emptor , venditor , & Rex , qui præbet aſſenſum , & ideo quidquid emptor voluerit , non ſufficit ejus voluntas , niſi accedat illa Regis , qui illam perſonam (præſtando aſſenſum) acceptavit in novum Feudatarium , ex cujus facto , pati non debet habere alium ſibi ignotum , ut optimè *Aponte conſ. 45. n. 14. & ſeqq. lib. 2. Galeot. lib. 1. controv. 28. num. 15. Merlin. lib. 2. contr. 67. n. 17. Lat. deciſ. 168 n. 45. & ſeqq. de Marin. reſol. 38. lib. 2.* & juxta hanc opinionem reſolutum fuit per *Rotam in una Roſſanen. Decimarum coram Bichio , regiſtratu apud Marin dicta reſol. 38. & impreſſa dec. 100. par 9. recentiorum.*

Declaratio autem facta per emptorem ad favorem ejus , de cujus pecunia , & ad cujus utilitatem facta eſt acquiſitio , prodeſt ad declarandum eum pretii cre- 3 ditorem , nec non ad ſibi tribuendam tenutam , cujus vigore Juriſdictionis exercitium , feudi adminiſtrationem , ac fructuum , & emolumentorum perceptionem ad propriam utilitatem , in Fiſci , & ſucceſſorum præjudicium habeat ; facultas enim gubernandi , & adminiſtrandi feudum differt ab ejus dominio , & dicitur eſſe quid allodiale , cujus eſt capax etiam ille , qui ſit feudi incapax , ut per *Rot. d. deciſ. 100. par. 9. n. 15. & ſeqq.* ac dictum eſt in *Romana , ſeu Status Infeudationum , & in Tiburtina Caſtrorum hoc eod. tit.*

Sed diſſicultatem ſentiebam circa congruam applicationem , tunc enim dicta concluſio ſuffragari poſſet, quando actor alio jure venire non poſſet , niſi tanquam hæres fideicommiſſarius Petri ſenioris , qui numquam fuit feudi Dominus , vel poſſeſſor , ſecus dum erat etiam legitimus ſucceſſor, & hæres in feudalibus Petri junioris , cujus jura exercere poterat , unde non videbam effectum dicti aſſumpti , cujus diſputatio in abſtracto præter congruam applicationem facto controverſo Scholaſticorum , vel tyronum inſtitutum eſt, non autem forenſium ad hominem diſputantium, proindèque

totam vim conſiſtere ponderabam in ſuſtinenda alienatione, ita ut Petrus ſi viveret, contra eam venire non poſſet, ut ita tutè actor excludetur.

Pro validitate conſiderabatur, concurrere tria requi-
4 ſita ad pupillorum bona alienanda, nempè tutoris auctoritatum, Judicis Decretum, & neceſſitatem, vel evidentem utilitatem, de primis enim duobus conſtabat incontinenti ex ipſo inſtrumento, & tertium, ſi non juſtificabatur in neceſſitate, verificabat tamen in utilitate, quia cum feudum fructaret annuos ducatos 300. ex pretio inde retracto, empti fuerunt effectus ſuper gabellis Regiis, vel civitates fructantes ducatos 431. Verùm circa iſtud ultimum requiſitum aliquam ſentiebam difficultatem, cum ad hunc effectum procedendum non videatur cum ſimplici calculo arithmetico de quantitate ad quantitatem, ſed inſpiciendæ veniant aliæ circumſtantiæ, ex quibus utilitas, vel damnum reſultare dicatur, prout ſunt ſecuritas, perpetua conſervatio, ſeu duratio, prærogativæ, honorificentiæ &c. *Redoan. de reb. Eccl. non alien. quaſt. 20. num 54. & per tot. Paſtus de ſub ... inſpect. 60. num. 53. & ſ 99.*

His autem attentis punctus eſſe videbatur in feudalium æſtimatione, comparatione allodialium, quænam ſcilicet ſint pretioſiora, & quomodo æſtimanda.

Quod feudalia propter onera ſervitiorum, & fideli-
5 tatis, quibus ſubjacent, nec non prohibitam libertatem diſponendi, ac periculum devolutionis, deteriora ſint allodialibus, longèque minus æſtimanda pro tertia parte, & ſi reſtricta ad ſolos maſculos pro medietate, tradit *Roſenthal. de feud. cap. 9. concluſ. num.* 8. quæ conſiderationes fortius urgere videntur in feudis Regni Neapolitani, quorum natura ſtrictior eſt, quàm illorum de jure communi, quæ ad ſolos maſculos non ſint reſtricta, tam eſt ſtrictori prohibitione alienationis reſultan. à *Conſtitutione, Conſtitutionum Divæ memoriæ*, per quam multa prohibentur non prohibita per *l. Imperialem de probib. feud. alien. per. Feder.* tùm ex ſtrictori ſucceſſione, quia de jure communi extenditur ſucceſſiu uſque ad ſeptimum gradum reſpectu collateralium, & reſpectu deſcendentium à primo acquirente in feudis antiquis eſt perpetua, in Regno autem per *Conſtitutionem, ut de ſucceſſionibus*, reſtricta eſt ad ſolum tertium gradum civilem, per gratias ampliata ad quartum gradum lineæ collateralis inferioris, non autem ſuperioris, & cum quibuſdam aliis reſtrictionibus, & quod magis eſt, computata proximitate ultimi morientis, neque habetur ratio eorum, qui deſcendunt directè à primo acquirente etiam per maſculum, quod ſatis aſperum videtur.

E converſo quid ſint pretioſiora, & æſtimanda in duplo allodialium, ita ut eum iſta legalem habeant taxam ad 5. pro centenario, juxta receptam *gloſſam in auth. ver-*
6 *petua C. de Sacroſan. Eccleſiis* illa ſint ad duo cum dimidio, *Seraphin. deciſ. 1030. Merlin. deciſ. 702. n. 57. repet. ta dec. 94. par. 7. rec.* ubi de feudis Siciliæ ultra pharum, ſed has auctoritates dicebam incongruas, quia *Seraphinus* loquitur de Caſtris Status Eccleſiaſtici non ſubjectis ſervitiis, neque devolutioni, cum adinſtar allodialium ſint tranſitoria ad extraneos quoſcunque & *Merlin* loquitur de feudo Eccleſiæ, pariter dictæ devolutioni non ſubjecto, unde non ſemel practicavi in æſtimationibus Caſtrorum factis de ordine Congregationis Baronum, quod cum dubitaretur, an eſſent feudalia ſubjecta devolutioni poſt extinctos hæredes ſanguinis, vel allodialia, & tranſitoria ad quoſcunque æſtimatio facta eſt in ſatis diverſa ſumma, conſideraro uno, vel altero ſtatu.

Sed in ſpecie feudorum Regni, quod ad minus æſtimentur ad rationem quatuor pro centenario, teſtatur, etiam eo tempore alienationis attento, *Rovitus ſuper pragm. 1. de fid. & auctor. Memorial. poſt. n.* 50. ac ita vidi & nunc audio practicari; econverſo, attento eodem tempore annui redditus cum particularibus, vel cum Regia Curia, ſeu Communitatibus, currere ſolebant ad ſeptem, & octo pro centenario & quod ad minus æſtimarentur ad ſex idem *Rovit. loco cit.* Ideoque dicta differentia practicatur, & meritò, quia feuda ſi habent opera dicta, habent tamen magnas prærogativas Juriſdictionis, Vaſſallagii, nobilitatis, & honorificentiarum, & quod magis eſt, durantibus hæredibus ſanguinis directis (quorum beneficio in bonorum acquiſitione incumbere ſolent homines) ſunt bona perpetuitati, & conſervationi magis congrua; econverso autem allodialia, præſertim jura incorporalia, vere ſunt corpora ficta, & imaginaria, ſolent facillimè evaneſcere, ut experientia docuit, unde ſatis imprudens conſilium fuiſſe videtur alienare feudum, ut pro aliquo majori fructu acquirerentur hujuſmodi bonorum, ſeu redditunm ſpecies, & quod feudalia ſint meliora, & pretioſiora in terminis feudorum Regni *Rota deciſ. 55. num. 14. & 15. poſt Merlin. de legit.* licet id non ſit omnino, & generaliter tutum, ut in *Romana legitima loc eod. tit.*

Augeri conſiderabam difficultatem deficientis utili- 7
tatis pupilli, ex eo quod intra ejuſdem feudi limites vel in adjacentibus, pupillus poſſidebat quoddam conſpicuum prædium nuncupatum *del Campione*, quod utique magis eſt fructiferum penes habentem in loco Imperium, & Juriſdictionem, propter faciliorem Vaſſallorum concurſum ad culturam, ac majorem exiſtimationem, & reverentiam, ut frequentiſſima quotidiana experientia docet, bona enim ſeu prædia unita magis æſtimantur *l. ſi fundus ff. de legat.* 2. eo etiam addito, dicti feudi alienationem, ſubjunxit, quod in eventum, in quem illud pro majori utilitate alienari contingeret, non debat fieri alienatio niſi in ſimul cum dicto prædio, & prudenter, quia bona unita magis valent, & allodialia penes feudatarium ſolent feudalium æſtimationem habere; licet enim dictus teſtator in ſtricta Juris feudalis cenſura non eſſet Dominus ipſius corporis feudi (cum aliàs hoc caſu ſola ejus expreſſa prohibitio actum irritaret, etiamſi alienans fuiſſet major), erat tamen Dominus pretii, & utilitatis, ut ſupra, ac etiam, quia tanquam prudens conſilium avi, ſeu patrui magni pupilli non erat à tutore ſpernendum.

Hinc propterea dicebam, non ſuffragari decretum M. C. V. quia illud quidem operatur præſumptionem utilitatis, ac validitatis actus in dubio, ſed ubi docetur de damno, ſeu irrationabilitate actus, factum judicis detegitur injuſtum, ac Judex dicendus eſt potius malus homo, quam vir bonus, qualem lex ſupponit, ideoque nullius remanet operationis, quia præſumptio cedit veritati *Buratt. dec. 361. & 410. Rota in Romana domuncularum 26. Junii 1648. Dunozetto Romana domus 14. Januarii, & 22. Junii 1656. Veroſpio, & frequenter in aliis in ſua materia ſub tit. de contractibus, & obligationibus.*

Inſinuabatur per ſcribentem, deduci poſſe Petri fa- 8
cti majoris ratificationem ex acquieſcentia 40. annorum cum exactione redditunm ex feudi pretio quæſitorum, ſed plura mihi faciebant difficultatem, quæ proponebam bene ponderanda pro meliori Marchionis defenſione, primo quod Petrus factus major ſtatim impugnavit, ac litem movit, unde videndum eſt, an iſtius neglecta proſequutio apta ſit ad inducendam ratificationem, de quo dubitari poteſt, ſecundo quod ad inducendam ratificationem actus nulli deſiderari videtur, explicita ſcientia nullitatis, tam facti, quam juris, cum approbari non poſſit id, quod ignoratur juxta ſententiam *Baldi in l. mater C. de rei vindic.* quam alii ſequuntur collecti per *Surd. conſil. 49. à num. 32. Gabr. conſ. 62. num. 27. & ſeqq. lib 2. Rot. deciſ. 260. nu. 12. par. 6. rec. in Romana fructuum Cenſus 14. Junii 1647. & 12. Decembris 1650. Meltio, quarum prima eſt deciſ. 80. par. 10. rec. & in aliis*, quia eſt opinio receptiſſima in Rota, & Curia; & tertio, quod actus exactionis

dictorum

dictorum fructuum non importat de neceſſitate approbationem, ſtante præcedenti contrarii animi declaratione, quia lite pendente, poteſt quis loco fructuum, quos conſequi deberet ex re ſua male alienata, & per collitigantem detenta, percipere fructus pretii, ne detur inconveniens, ut utroque interim privatus remaneat juxta *tradit. Bal. in l. 2. num. 7. C. de uſur. Surd. conſ. 101. num. 23. Gabr. de empt. & vend. concl. 4. num.*
9 *9. Giurb. deciſ. 2. per tot. & dec. 55. num. 11. Rot. dec. 30. num. 7. poſt Merlin. de pignor. & confert Franch. deciſ. 373.*

Alia vero aderant bona motiva pro Marchione, ſed conſiſtebant in facto, tunc non benè dilucidato.

† SUper concluſione, de qua initio hujus diſcurſus
1 quod ſcilicet in hac materia feudali non intret regula juris communis; *plus valere quod agitur, quam quod ſimulate concipitur*, habetur pluries hoc eodem titulo, præſertim *diſc. 7. 30. &* 106. Ac etiam à ſimili habetur in materia officiorum, vel ſimilium jurium regalium, quæ obtinentur à Principe quoniam metiuntur cum eiſdem regulis *tit. de Regal. diſc. prim. 15. 17. 38. & 40.* & inſinuatur etiam *ſub tit. de Credito diſc. 13. n. 24. & diſc. 35. n. 44. & 45.* & alibi, cum ſit propoſitio vera, quoties caſus circumſtantiæ non ſuadeant limitationem, quia nempè ejuſdem Principis ſcientia, & approbatio accedat, juxta ea, quæ *ſub tit. de penſion.* habentur in materia penſionis fiduciariæ, quæ reſervetur in faciem unius, re vera tamen ad favorem, & commodum alterius.

De alio vero puncto, an feuda reputanda ſint de me-
2 lioribus, vel de pejoribus bonis, & quomodo æſtimari debeant tam in ſorte, quam in fructu; habetur actum ſupra etiam *diſc. 19.* & habetur quoque actum *ſub tit. de judic. diſc. 33. n. 48 cum ſeqq.* ubi videndum.

De iis, quæ concernunt alienationes alioſque contractus pupillorum, ſeu minorum, vel Communitatum,
3 agitur in ſua materia *ſub tit. de alienatione & contract. prohib.* ubi præſertim *diſc. 23.* agitur de iſta conſideratione adjacentiæ bonorum, ut cenſeri debeat pretio æſtimabilis.

Et ſuper quæſtione, de qua in fine, an ſcilicet pendente diſcuſſione validitatis, vel invaliditatis actus, vel alterius contractus iſlemet, qui illum impugnat, agere
4 poſſit ad adimplementum, plura colligit hinc indè *Modernus de Luca ad Franch. deciſ. 373.*

JANUEN.

Pro STEPHANO, ET FERDINANDO DE SPINOLIS, Cum ANTONIOTTO FRATRE PRIMOGENITO.

Reſponſum pro veritate extra Curiam.

Debita ſoluta per primogenitum ſucceſſorem feudi ex præcepto primi acquirentis, ſeu erectoris primogenituræ, an repetantur à ſucceſſoribus in ea, & tranſmittantur ad hæredes allodiales; Et aliqua de contributo inter ſucceſſores duplicis patrimonii feudalis, vel allodialis, quando ceſſet, ac debitum ſpectet ad unum patrimonium tantum.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Poſſeſſor feudi, vel primogenituræ reficiendum eſt æs alienum ſolutum de proprio.*
3 *Et non habetur ratio fructuum perceptorum, & de ratione.*
4 *De pluribus quæſtionibus cadentibus in materia debiti ſoluti de proprio per feudi, vel fideicommiſſi poſſeſſorem.*
5 *Si Feudatarius habet plures hæredes in feudalibus, & allodialibus, ad quem & quomodo ſpectet debitorum ſolutio.*
6 *Quid debitis contractis per poſſeſſores plurium majoratuum, ſeu fideicommiſſorum.*
7 *Caducatio non intrat in donatione inter vivos per prædeceſſum donatarii.*

DISC. XXV.

CUM ab antiquo & immemorabili tempore, Majores Joannes Georgii, ac Damiani de Spinolis, præſertim Antonius eorum pater, poſſediſſent in liberum allodium, & abſque recognitione Imperato- 1
ris vel alterius Principis Caſtrum Inſulæ Januen. Diœceſis, & Caſtrum Varianæ Tortonen. cum quibuſdam aliis annexis; præfati Joannes Georgius, & Damianus ab Imperatore Ferdinando primo, & ſucceſſivè ab Imperatoribus Rodulpho, & Ferdinando Secundo, & forſan aliis, vel jure Inveſtituræ, vel reſpectivè renovationis, dicta loca recognoverunt in feudum liberum francum, & alienabile pro ſe ipſis, eorumque legitimis, & naturalibus liberis, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, ita tamen quod dicta Caſtra, & bona ſapiant in omnibus naturam allodii, quodque de eiſdem, dictus Joannes Georgius, & Damianus, eorumque ſucceſſores libere diſponere poſſint, reſervata ſolum Imperatori ſuperioritate, & juramento Fidelitatis.

Cum autem Damianus, Liviam unicam Filiam haberet, deſtinatam (prævia diſpenſatione Apoſtolica) in Uxorem Marci Antonii Filii primogeniti Joannis Georgii, iſtius matrimonii contemplatione, & cauſa, ſuper dictis Caſtris, & bonis per eoſdem Joannem Georgium & Damianum, ex dotis, ac reſpectivè donationis propter nuptias, titulis, ordinatum fuit fideicommiſſum perpetuum cum ordine primogenituræ, hoc eſt Joannes Georgius ſponſi pater, per viam donationis propter nuptias donavit ſuam portionem dicto Marco Antonio ejuſque filiis, & deſcendentibus in perpetuum, primogenituræ ordine ſervato, donec ejus linea maſculina duraret, injuncto onere ſolvendi ſcuta 6. m. auri, hoc eſt bis mille Juliæ Uxori, & reſpectivè matri in cauſam reſtitutionis ſuarum dotium, alia bis mille Stephano, & reliqua bis mille Joanni Baptiſtæ ejuſdem Joannis Georgii Filiis ſecundo, & tertio genitis.

Et quatenus linea maſculina dicti Marci Antonii deficeret, ſeu non inciperet, cum eodem ordine primogenituræ in omnibus, & per omnia dicta Caſtra, & bona devenirent in Stephanum ſecundogenitum, ejuſque lineam maſculinam, qua pariter finita, vel non incepta, cum eodem ordine devenirent in Joannem Baptiſtam tertio genitum, ejuſque lineam maſculinam, & poſt illam ad lineas fœminarum, repetito in prædictis Stephano, & Joanne Baptiſta eorumque liberis, & deſcendentibus, ac aliis vocatis eodem onere ſolvendi dicta ſcut 6. m. quatenus ſoluta non eſſent vel eam ratam, quæ remaneret non ſoluta, ita ut per dicti fideicommiſſi ſeu primogenituræ ſucceſſores, conſervari debeant indemnes hæredes dicti Marci Antonii pro eo quod ſolutum non eſſet, cum aliis ad rem non facientibus, dictumque Inſtrumentum inſerto ejus tenore, de verbo ad verbum in omnibus approbatum fuit per Imperatorem Rodulphum ſecundum.

Georgio patri, & donatori prædeceſſit Marcus Antonius ſponſus, per cujus obitum diſſolutum fuit Matrimonium ſuperſtite Hieronymo, in quem tractu temporis devenit dictorum Caſtrorum utraque portio, ex ſucceſſione ſcilicet patris vel avi paterni, ac etiam matris, atque hic novas Inveſtituras obtinuit ab Imperatoribus, Matthia, Ferdinando Secundo, & Ferdinando Tertio; Cumque dicta ſcut. 6. m. per Marcum Antonium, præfatis Juliæ, Stephano, & Joanni Baptiſtæ ſoluta non eſſent, dictus Hyeronymus ea ſolvit ex pecunia dotali N. ſuæ Uxoris, reportata forſan ceſſione jurium, vel accedente conventione de ſubintrando in illa, cum ſcripturæ ſuper hujuſmodi ſolutione ſequutæ, communicatæ non fuerint.

Defuncto Hieronymo, ſuperſtitibus Antoniotto primogenito,

primogenito, ac Stephano, & Ferdinando ſecundogenitis; quos aliorum bonorum liberorum allodialium hæredes ſcripſit, cum iſti in ætate forſan pupillari vel minori conſtituti eſſent, dicta N. Uxor; ac mater reſpective de dicta ſumma dotali ſcut. 6. m. auri ut ſupra ſoluta, de præfatis bonis allodialibus ſibi ſatisfieri curavit, unde dubitari contingit, an dicti Filii, & hæredes, actionem habeant contra primogenitum dictorum Caſtrorum, & bonorum feudalium poſſeſſorem pro reintegratione, tanquam de debito ſpectante ad primogenituram de iſtius bonis ſolvendo.

Concluſivè loquendo, juxta laudabilem Curiæ Romanæ ſtylum ſuperflua ſeu levia reſecantem, pro dictis hæredibus allodialium contra primogenitum, & primogenituram, pro veritate reſpondendum cenſui, utraque legis, ac hominis diſpoſitione in idem tendente, cum hoc videretur onus annexum ipſi primogenituræ, ejuſque occaſione debitum, ideoque gravato illud ſolventi reficiendum, poſtquam caſus reſtitutionis evenit, ac jus ipſius gravati poſſeſſoris ceſſavit.

Ut de refectione per ſucceſſorem in fideicommiſſo,
2 vel primogenitura, facienda gravato vel fideicommiſſario prædeceſſori, ſeu ejus hæredi, de illo ære alieno, quod hic de ſuo extinxit, bene firmant *Molina de primog. lib. 1. cap. 16. n. 10. ibi add. n. Roter de annu. reddit. l. 2. q. 19. n. 43 Caſanat. conſ. 28. n. 1. & ſeq. late Salgad. in labyrint. par. 2. cap. 7. ex n. 11 ad fin m*, plene & docte *de Ma .l. 2. var. reſ. c. 21. ex n. 6. ad fi . ap d quos cove r.*

Et de gravato detrahente ex bonis fideicommiſſi æs alienum hæreditarium, quod de ſuo ſolvit, abſque eo quod aliqua ratio habeatur de fructibus ſuo jure duran-
3 te perceptis *Peregr. d. fideic. a 1. 35. n. 10. Fuſar. de ſubſt. q. 665. late Rota apud Buratt. dec. 509. n. 3. ubi adden.* & in aliis ſatis frequenter, quia eſt hodie in Rota, & Curia concluſio plana, non admittens amplius controverſiam.

Ex ea clara, & convincenti ratione plenè expenſa per *Marin. & Salgad locis citatis*, quod poſſeſſor primogenituræ, Majoratus, vel feudi, conſideratur duplex homo diverſus, quodque facto caſu reſtitutionis Majoratus vel feudi, dicitur extingui una perſona, & remaner ſolùm altera propria, cui tanquam per excitationem à ſomno potius quàm à morte competunt omnia, quæ vel ante adeptionem, vel durante poſſeſſione Majoratus, fideicommiſſi, vel feudi competebant, vel quæſita ſunt perinde, ac ſi cauſa prædicta eſſet ad non cauſam, cum tunc hujuſmodi detractio competat ſaltem tanquam melioramentum.

Et ſi hæc procederent, etiamſi dictus Hieronymus primogenituræ poſſeſſor vivens extinxiſſet hoc debitum de propria pecunia, & cum ejus bonis allodialibus, adhuc tranſmiſiſſet ad ejus hæredes allodiales hoc jus detrahendi ex bonis fideicommiſſariis, multo magis, dum id egit cum pecunia aliena, & ut Uxor in jura ſubintraret, atque reſtitutio dictæ mulieri facta eſt ex privilegio electionis creditori competentis in bonis ſui debitoris, non autem ex voluntate ipſius gravati, ſeu poſſeſſoris fideicommiſſi, vel feudi, unde propterea credebam eſſe in caſu indubitato.

Triplex enim quæſtio in ſubjecta materia cadere
4 poteſt, ac per noſtros ſcribentes tractari ſolet, quarum nulla videbatur ad hanc facti ſpeciem applicabilis; Una eſt ſuper præſumpta donatione, an ſcilicet feudi, primogenituræ, vel fideicommiſſi poſſeſſor, id egerit animo donandi, & ut hoc augmentum intrinſecum reſultans à liberatione ſervitutis, cedat ad beneficium ipſius feudi, vel primogenituræ; & iſta quæſtio ſine dubio non cadebat in præſenti, nulla concurrebant, nec quidem remota donationis indicia, ſtante quod extinctio non erat facta de ſuo, ſed potius de alieno, neque Hieronymus quando id egit, erat in hoc ſtatu.

Altera quæſtio eſt, an idem gravatus ſeu poſſeſſor ita in Jus dimiſſi creditoris ſuccedat, quod tranſlativè illud acquiſiiſſet, ad effectum, ut dicatur vivus ille idem Cenſus, ſeu alter contractus fructifer ad ejus favorem pro curſu fructuum, & ſuper hoc ſatis certant DD. ut præſertim liquet apud *Salgad. loco citat.* ubi quod circa repetibilitatem pecuniæ erogatæ in ſorte principali nemo dubitat, & neque iſta quæſtio intrabat in caſu.

Tertia demum quæſtio eſt in feudis, ubi agitur de habentibus admixtam qualitatem hæreditariam, ita ut eorum ſucceſſor teneatur ad onera, & debita per contributum cum hærede in allodialibus, atque defunctus duos habeat diverſos ſucceſſores, unum in feudalibus, & alterum in allodialibus, ut eſt in Regno Neapolis ex plenè deductis per *Marin dicta reſol. 1. Fab. de Ann. conſ. 4. Capic. Latr. conſul. 9. & 10.* & omnes Regnicolas paſſim, *ut in Romana contributionis de Columna & in aliis eod. tit.* & tunc adeſſe poteſt aliqua difficultas, benè etiam expenſa per *Marin. ubi ſupra*, de qua neque inſpicere oportuit, quia neque in caſu.

Ubi vero agitur, vel de fideicommiſſo, vel de feudo antiquo pacti, & providentiæ, in quo ſucceſſor veniat jure ſuo independenter ab ultimo poſſeſſore, cujus hæreditariam qualitatem habere non teneatur, tunc dicta difficultas non intrat, & ſupradicta regula remanet indubitata, ut in ſpecie *Marin. ubi ſupra ex num 7. ad 53.* ubi *num* 14. advertit, in ea cauſa graviſſima, tam ipſius quam graviorum Italiæ Juris Conſultorum labore, & ſummo ſtudio examinata, non inveniri Doctorem, qui dicat contrarium, vel quod obſtaculum recipiat in feudis antiquis ex pacto, qualis erat caſus hujus controverſiæ.

Atque in ea quæſtione nimium per feudiſtas agitata, cui ſcilicet incumbat onus ſolvendi debitum contra- 5
ctum per defunctum, qui plures diverſos habeat hæredes, unum in feudalibus, alterum in allodialibus, ſola difficultas cadit, ubi feuda habent qualitatem hæreditariam, ita ut etiam feudorum ſucceſſor ſit defuncti debitoris hæres, ex iis, quæ plenè habentur *per Fab. de Ann. dicto conſ. 4.* ubi omnes feudiſtarum opiniones doctè, & elaborate refert, & expendit, *& in aliis hoc eod. tit. ſupra.*

Sed ubi agitur de feudis pacti, & providentiæ, in quibus ſucceſſor veniat jure ſuo independenter ab ultimo defuncto, & poſſeſſore, tunc receptiſſimum eſt, ſpectandam eſſe cauſam, in quam debitum contractum fuit, ſi enim eſt cauſa allodialium, onus pertinet ad ſolum illorum hæredem, abſque eo quod feudorum ſucceſſor in aliquo teneatur, & econverſo ſi contractum eſt occaſione feudalium, ſolus illorum ſucceſſor tenetur, abſque aliqua obligatione hæreditatis allodialis, ut cæteris allegatis benè *Fab. de Ann. d. conſ. 4. num. 9. & num. 14. & 55.* ubi quod eſt concluſio veriſſima.

Et de hac eadem diſtinctione in poſſeſſore plurium
majoratuum, qui per iſtius mortem in plures diverſos 6
ſucceſſores tranſeant, cum hac diſtinctione, ut ſcilicet attendatur cauſa debiti productiva, ejuſque ſolutio pertineat ad ſucceſſorem iſtius majoratus, in cujus cauſam debitum contractum fuit, *plene idem Salgad. par. 2. cap. 9. n. 20. cum ſeq. & cap. 2. n. 24. cum ſeq.* ac etiam habitum fuit pro abſoluto in *Romana Contributionis de Ceſiis* 15. *junij* 1665. *coram Cerro, confirmata* 10. *Maij* 1666. *coram eodem*, de qua cauſa *hoc eod. tit. ad materiam Bulla Baronum* & id cum debitum contractum eſſet ex præcepto ordinatoris primogenituræ, & in ejus cauſam, videbamur eſſe extra omnem difficultatem.

Atque alias primogenituræ beneficium reſolveretur in evidens maleficium & damnum, ſi primogenitus teneretur de proprio hujuſmodi debitum ſolvere, abſque actione reintegrationis poſt primogenituram ſeu feudum dimiſſum, quoniam de facili, & frequentius dari poteſt caſus, quod primogenituræ vel feudi emolumentum ex ejus fruitione obventum, eſſet longè minus, ut clarè ad ſenſum.

Unde

Digitized by Google

Unde ſuccedente primogenito in feudo novo juris Francorum, cum ipſe teneatur ſecundo genitis refundere in ſorte principali partem pretii, quod dicitur in hæreditate allodiali, utique aperta iniquitas eſſet dicere, quod facto caſu ſucceſſionis feudi pactionati ad favorem alterius agnati per Inveſtituram vocati, deberet hic primogenitus remanere damnificatus de ſuo, quodque ejus hæreditas ſolvere teneretur debitum iſta occaſione contractum, cum ſimilibus.

Clarius verò, ac indubitanter præmiſſa procedunt, ubi dictæ diſpoſitioni legis, accedit etiam diſpoſitio hominis, quæ omnem penitus quæſtionem dirimere videtur, ut erat in præſenti, dum in Inſtrumento erectionis primogenituræ claris verbis ſæpius repetitis diſponitur, ut hoc debitum ſolvi debeat ab iis, qui ſucceſſivè ad primogenituram vocati ſunt, abſque eo quod hæredes primogeniti defuncti ex iſta cauſa moleſtari poſſint, ſed debeant per ſucceſſorem indemnes conſervari, undè propterea caſus videbatur omnino planus contra feudorum ſeu primogenituræ ſucceſſorem, ad favorem aliorum hæredum in allodialibus.

Edito iſto reſponſo, ſcribentes pro Antoniotto primogenito admittentes dictarum concluſionum veritatem, dicebant eas corruere ex defectu applicationis, ſtante quod onus ſolvendi dicta ſcuta octo mille injunctum eſſet ſoli Marco Antonio primo donatario, cujus vocatio caducata erat per ejus prædeceſſum Georgio donatori, unde Hieronymus, non ſubſtitutus, & ſuccedens jure fideicommiſſi, ſed potius primo vocatus dicendus erat abſque onere, quod utpote perſonaliter, & per nomen proprium Marco Antonio adjectum, cenſendum non erat repetitum ex deductis *per Mantic. de conject. l. 10. tit. 6. n. 9. & ſeq.*

7 Sed replicando dicebam clarum eſſe dictorum ſcribentium æquivocum, tum quia caducatio juxta terminos, *text. in l. unic. Cod. de caduc. tollen.* intrat in legatis vel aliis diſpoſitis per ultimam voluntatem, ſive per donationem cauſa mortis jure ultimæ voluntatis regulatis, non autem in donatione inter vivos ab initio perfecta, quamvis executio poſt mortem donatoris dilata eſſet, *juxta deciſ. 664. Merlin. a'ias dec. 59. par. 7. rec. cum ſimilibus.*

Tum quia, ubi admittenda eſſet opinio volentium donationes factas contemplatione certi matrimonii per iſtius diſſolutionem vivente donatore, tanquam ex ceſſante cauſa reſolvi, quod ceſſantibus conjecturis diverſæ voluntatis neque ſubſiſtit, ex iis, quæ in ſua materia habentur *ſub tit. de donationibus* præſertim *in Parmen. pro Comite Taroſcono*, tunc admittenda eſſet reſolutio in totum, unde propterea primogenitus prætendere non poſſet ſucceſſionem præcipuam in portione Caſtrorum ſpectante ad Georgium donatorem, ſed ſublata de medio donatione, æqualis eſſet omnium fratrum ſucceſſio tanquam in bonis liberis, ex avita ſucceſſione, ad Hieronymum communem patrem obventis.

Ac ulterius, quia ſive dictus Hieronymus eſſet primus, ſive ſecundus ad dictam donationem vocatus, adhuc ſine dubio, onus per Marcum Antonium primum donatarium non adimpletum, ab ipſo adimplendum erat, tum quia nulla concurrebat ratio, cur donator dicto oneri ſubjicere voluerit Marcum Antonium filium primi gradus cognitum ac magis dilectum, & ab illo eximere nepotem naſciturum, tunc ignotum, & erga quem nulla dilectio cadere poterat. Tum clarius, quia onus reſpicit principaliter favorem ſecundo genitorum, quibus dictam ſummam donator præſtari voluit, in recompenſam amiſſæ ſucceſſionis in dictis feudis, quæ aliàs eis æqualis eſſe deberet, ideoque hic effectus venit ſpectandus, non curata perſona, quæ onus implere debeat, cum nil referat, an à primo, vel ſecundo impleatur, ita ut videatur onus magis reale, & correſpectivum ad ipſam Caſtrorum ſucceſſionem, quàm perſonale.

Quemadmodum enim, patre ex cauſa oneroſa acquirente feudum individuum Juris Francorum ſolo primogenito conveniens, tenetur iſte communicare ſecundogenitis portionem integri pretii, ſive ſuccedat ipſe filius primogenitus, ſive eo prædefuncto, primum locum in ſuccedendo occupet nepos ex dicto filio prædefunctus, cum hoc non tollat dictæ communicationis obligationem, in qua ſpectatur magis perſona, cui pretii communicatio facienda eſt, quàm perſona ſolventis, ità in præſenti, cum dicti oneris adjectio aliud in effectu importare non videretur, niſi explicationem ita facta ab homine, illius obligationis, quæ aliàs à lege incumberet, ac adinſtar dictæ obligationis legalis. Et nihilominus, etiamſi primus donatarius, patre ſuperſtite ſucceſſiſſet, ſibique injunctum onus impleviſſet, adhuc facto caſu reſtitutionis rei donatæ, ſibi, ſuæque hæreditati, eadem actio competeret ex ſuprà deductis, unde propterea motivata remanebant prorſus extranea nullatenus ad eaſum controverſiæ influentia.

† SUper contentis hoc diſcurſu, circa acquiſitionem jurium, & ſuper detractionibus competentibus reſoluto feudo, habetur actum *diſc. proxime præcedenti.*

Et de materia contributi ad debita feudatarii defuncti, inter hæredem in feudalibus, & alterum in allodialibus, ſive etiam inter plures diverſos ſucceſſores diverſorum feudorum, vel fideicommiſſorum, & majoratuum, habetur actum ſupra *diſc. 21. & 22.* & in aliis, ac etiam agitur infra *diſc. 89.*

ROMANA CREDITI DOTALIS.

Diſcurſus inſtructivus ad petitionem cujuſdam Magnatis.

De aſſenſu generali competente ex gratia, favore dotium ſuper feudis in Regno Neapolitano, an & quando locum habeat, & quomodo intelligatur, & aliqua de paragio debito fœminis ſuper feudis.

SUMMARIUM.

1 *In matrimoniis contractis per Cives Neapolitanos intelligitur præſtitus aſſenſus pro dote conſtituenda ſuper feudis.*

2 *Etiam pro dotario, ſeu antefato.*

3 *Dummodo obligatio ſit expreſſa, ſecus ſit tacita, vel generalis, & num. 15.*

4 *Procedit in feudis omnium intervenientium in inſtrumento dotali, cui aſſenſus præſtitus cenſetur.*

5 *Habet etiam locum in donationibus contemplatione matrimonii, aliiſque conventionibus à matrimonio dependentibus.*

6 *Si feudi corpus inutiliter in dotem detur, quia ſuſtinetur actus in pretio, gratia ſuffragatur pro dicti obligatione.*

7 *An gratia ſuffragetur mulieri illegitimæ, vel ſpuriæ.*

8 *An ſuffragetur hæredibus extraneis Viri vel mulieris.*

9 *An comprehendat feuda quæſita per Virum ſoluto matrimonio.*

10 *Procedit etiam pro aſſecutione dotis.*

11 *Quid favore dotis confeſſatæ.*

12 *Suffragatur etiam Inſtrumento mutui, in quod debitum dotis eſt transfuſum.*

13 *An pro interuſuriis, ſeu uſuris dotalibus.*

14 *Aſſenſus prædictus cenſetur conceſſus ab ipſomet Rege.*

15 *Non procedit gratia pro mulieribus illegitimis certis caſibus, neque in obligatione tacita, ſed requiritur expreſſa.*

16 *Aſſenſus prædictus ex gratia procedit in ſubſidium, non extantibus bonis liberis, & quid in feudis Dignitatum.*

17 *Quid in feudis planis, & de tabula.*

18 *Aſſenſu*

Digitized by Google

18 *Aſſenſus favore dotis, an concedi poſſit poſt mortem Feudatarii, quod declaratur, ut procedat in ſola dote, & ſolo favore mulieris.*

19 *Quid ſi hæres medio tempore revocavit alienationem, ſeu obligationem.*

20 *Aſſenſus prædictus conceſſus poſt mortem an retrotrahatur, & operetur, ut tunc, vel ut nunc.*

21 *De Paragio competen. fœminis in feudo, & quo actio pro eo competat.*

22 *An competat hypotheca.*

23 *Quæ actio competat contra ſucceſſorem univerſalem, vel contra tertium.*

24 *Paragium debetur ex ſingulis feudis pro rata, ac etiam ex allodialibus per concurſum.*

25 *An attendatur valor feudi in proprietate, vel in fructibus.*

26 *Paragium debetur omnibus fœminis, quæ ſuccederent in feudo, ſi eſſet dividuum.*

27 *Nepti ex ſecundogenito prædefuncto, an debeatur Paragium, & quid in linea Collaterali.*

DISC XXVI.

IN Congreſſu plurium Advocatorum, & Sapientum
habito ſuper diſcuſſione Patrimonii cujuſdam Do-
micelli, habentis bona in Statu Eccleſiaſtico, & feu-
da in Regno Neapolitano, Cum quidam ex primi or-
dinis Magnatibus Urbis grave deſuper haberet inte-
reſſe, ſibique expediret dicti debitoris Uxorem pro
ejus dotibus poſſe ſe relevare ſuper feudis exiſtentibus
in Regno, ad excluſionem quorundam creditorum cum
aſſenſu qui licet in tempore poſteriores iſtis Urbis, eos
tamen vincebant ratione aſſenſus, atque aliqui ſatis ma-
teriam facilitarent, Ego verò ex improviſo vocatus
aliquas excitaſſem difficultates, idcirco ab eodem Mag-
nate requiſitus fui, ut pro negotii directione, diſcur-
ſum ſuper materia aſſenſus generalis competentis ex
gratia mulieribus, ederem, ut cognitis difficultatibus,
congrua, & oportuna ſumi poſſent remedia, prout
edidi, ut ſequitur.

Præſuppoſito pro abſoluto, quod in Regno Neapo-
litano per *Conſtitutionem* incipien. *Conſtitutionem Di-
væ memoriæ*, ampliantem juris communis feudorum
prohibitionem derivantem ex *cap. Imperialem de pro-
hib. feud. alien. per Fridericum*, non poſſint abſque Re-
gio aſſenſu feuda obligari pro dote conſtituenda, vel
reſtituenda, quodque illa non veniant ſub hypothe-
ca legali, quæ doti competit, ex iis, quæ habentur in
1 *Romana*, ſeu *Roſſanen. hoc eod. tit.* Rex Ferdinandus,
Catholicus nuncupatus, gratiam conceſſit, per Ca-
rolum V. & Philippum II. confirmatam, & ampliatam,
ut in Inſtrumentis dotalibus pro matrimoniis contra-
hendis per Cives Neapolitanos, ſive inter ſe ipſos, ſive
cum exteris, generaliter ſubintelligatur conceſſus Re-
gius aſſenſus ſuper obligatione feudalium pro dotium
2 conſtitutione, & reſtitutione, dummodo expreſſè feu-
dalia obligentur, tam pro dote, quàm pro dotario,
ſeu antephato, ad quod gratia fuit ampliata, ita ut
non ſufficiat obligatio generalis omnium bonorum,
ſub qua feudalia in propoſito non veniunt, ut *pragm.*
3 *2. 3. & 8. de feud.* ubi *Rovit. Aponte de poteſtate Proreg.
tit. de aſſenſu Reg. ſuper dot. in princip. ex n. 12. ad 47.* &
pàſſim *cæteri*, de quibus infra, quia eſt propoſitio in
praxi receptiſſima.

Multas verò ampliationes, & limitationes iſta pro-
poſitio recipit, juxta difficultates, quæ ſuper hujus gra-
tiæ praxi, & intelligentia, per illius Regni ſapientes,
& ingenioſos excitatæ fuerunt, quarum omnium veri-
tatem nimis longum eſſet examinare, quod neque oc-
cupationes concederent, ſi vellem, eas tamen, ut in-
juncto oneri ſatisfaciam, ſolum compendioſè recenſe-
bo, ut cognito, quænam ex illis præſentis negotii
propoſitum faciant, illarum examen ad veritatem,
maturius cum aliorum judicio haberi valeat.

4 Ultra igitur jam dictam ampliationem antephati,
ampliatur primò gratia prædicta, ut procedat nedum
in bonis Viri, & mulieris, Sed Soceri, & quorumcumque
aliorum in Inſtrumento dotali intervenientium, quo-
niam aſſenſus non eſt præſtitus perſonis, vel contra-
ctui ſimpliciter, ſed omnibus in Inſtrumento conten-
tis *Menadous conſ. 3. Apont. ubi ſupra Rovit. in di-
cta pragm. 8. de feud. n. 4. Merlin. controv. 58. n. 20.
lib. 1. de Marin. reſolut. quotid. 28. lib. 2. num. 15.*

Ampliatur ſecundò, ut complectatur etiam donatio-
nes contemplatione matrimonii, aliaſque conventiones
ab eadem cauſa dependentes, & in eodem Inſtrumento 5
contentas, quia ſi verum eſt, aſſenſum eſſe conceſſum
Inſtrumento, ergo omnes Inſtrumenti partes complecti-
tur, ut benè aliis allegatis *Merlin. controv. 60. lib. 2. n. 17.*
ſequitur *de Marin dicta reſol. 28. n* 18. (licet non figat
pedes) *Roccus reſponſ. 17. n. 12. & 13. tom. 1. Pranus
diſcept. 44. per tot. lib. 3.*

Ampliatur tertiò, ut ſi dotans dederit corpus feudi
in dotem, quia talis datio eſt nulla, ſed ſubſtinetur 6
contractus favore matrimonii in æſtimatione feudi, ut
in dicta *Roſſanen. hoc eod. tit.* ſi pro hac æſtimatione do-
tans hypothecavit omnia feudalia pro obſervantia con-
tractus, ſuffragatur etiam gratia, ut ſentire videtur *Mer-
lin. dicta contr. 60. num. 10. & ſeqq.* quod tamen in-
diget maturiori reflexione.

Ampliatur quartò, Etiamſi mulier ſit illegitima, dum-
modo ſit Neapolitana, ſeu Vir Neapolitanus *Rov. pragm.* 7
3. de feud. Marin. d. reſol. 28. n. 14. Secus ſi ſit ſpuria ex
Patre Neapolitano, & Matre extera *Franch. d. c. 452.
Rovit. dicta pragm. 8. n. 5.* Ampliatur quintò juxta ma- 8
gis receptam, ut hoc privilegium ſuffragetur etiam
hæredibus extraneis mulieris vel Viri, *Apont. ubi ſuprà
n. 45. & ſeqq. Theor. alleg. 67. num. 5. de Marin. dicta
reſol. 18. num. 1.* Ampliatur ſextò, ut comprehendat 9
etiam feuda quæſita per Virum ſoluto matrimonio, ut
adhuc hæredes mulieris ob amplitudinem verborum
Gratiæ ad illa poſſint agere, ut probat *Marin. dicta
reſol. 28. n. 2. & ſeqq.* Septimò ampliatur etiam pro
cauſa aſſecurationis dotium, *Capic. Latr. conſ. 29. num.* 10
24. Octavò ampliatur etiam ad dotem confeſſatam in
iis caſibus, in quibus confeſſio probat veram dotem 11
*Capic. Latr. d. conſ. 29. num. 25. de Marin. dicta reſol. 28.
num. 13.* Nonò ampliatur id procedere, nedum in ip-
ſo Inſtrumento dotali, ſed in Inſtrumento mutui vel 12
alterius contractus, in quem dos transfuſa ſit de *Ma-
rin. ubi ſupra num. 16.* & eſt de mente omnium per
pragm. 3 de feudis & probant allegati apud *Marin. reſol.
quotid. 166. num. 35.* ex ea ratione, de qua in ſua ma-
teria ſub tit. de dote, quod hujuſmodi inſtrumentum 13
mutui vere non ſit animo novandi, & transfundendi
unum debitum in alterum, ſed ſolum ad effectum faci-
lius liquidandi inſtrumentum ſervata forma ritus M.
C. V. unde eſt ſimulatio non damnata, & criminoſa,
ſed ſolum cautelativa. Ampliatur decimò etiam pro in-
tereſſe ſeu uſuris dotalibus *Rovit. dicta pragm. 8. num.
2. in fin. Marin. reſol. 166. num. 26. & 34. lib. 1.*
cujus contrarium ſubſtinet latè *Larrea dec. 37.* ubi agi-
tur de intereſſe non convento, ſed contrarium ad inſtar
eorum, quæ notantur in materia *auth. res quæ*, videtur
verius & admittitur per *Rotam in Romana concurſus
creditorum 24. Martii 1662. coram Cerro, ad quæ
conferunt deducta in dicta cauſa ſub tit. de Regal.* ad
materiam *Officiorum.* Ampliatur undecimò, ut hic 14
aſſenſus cenſeatur conceſſus ab ipſo Rege, quod ſatis
prodeſt ad plures effectus, præſertim illum, ut veniant
etiam feuda titulata, ſuper quorum alienatione Prorex
non poteſt aſſentiri *Rovit. dicta pragm. 2. de feud. num.
4.* & de cujus poteſtatis defectu habetur etiam *in Nea-
politana concurſus creditorum hoc tit.*

Limitatur econtra dicta gratia, ut non ſuffrage- 15
tur ſpuriis Civis Neapolitani ex matre extera, ut ſuprà
in quarta ampliatione; limitatur ſecundò, ut procedat
in hypotheca expreſſa, ſecus autem in tacita legali,
ne dentur duo ſpecialia circa idem, ut ex *Camerario*
notant

notant *Rovit. in dicta pragm.8. num. ultimo* plenè *Capic. Latr. d.conſult.29. per tot.* Contrarium ſubſtinent *Anellus Amatus conſ.35. Brancatius* apud *Marin. dicta reſol.28. num.25. & ſeqq.* ſed ſingulariter, & abſtractè verior videtur opinio *Camer.* prout ſentit *de Marin. ubi ſuprà, num.19.* & conſtat ex phraſi qua utitur *Brancatius* in eo autem caſu de quo *Amatus & Brancatius* ex una, & *Capic. Latr.* ex altera ſcribentes ex objecto in eadem Cauſa, aderat expreſſa promiſſio de hypôthecando in Capitulis matrimonialibus, quam promiſſionem deciſum fuit habendam eſſe pro hypotheca à principio, proindéque ſola Capitula ſufficere, licèt *Staiban.jun. reſol.114. num.10. & ſeqq.vol.2.* velit hoc privilegium competere Inſtrumento publico, non autem ſcripturæ privatæ, quod ſolidam non habet rationem.

Tertiò limitatur, ut hic aſſenſus ſuffragetur in ſubſidium, aliis nempè bonis allodialibus non exiſtentibus
16 *Camerar. in cap.1. An agnatus in fin. num.157. Anna alleg.115. num 3. & ſeqq. Rovit. dicta pragm.8. num.7.* & probari videtur per Conſtitutionem, *fratribus*, leges enim correctæ poſſunt etiam ad veritatis comprobationem, vel aliarum legum interpretationem deduci, & hanc ſententiam de jure poſt *Milanen. deciſ.7. num.53. Maenen. deciſ.28. num.15. & alios* tenuit *Rot. in Mantuana dotis 6. Iunii 1636. coram Coccino* (licèt minus tutè in ſuo caſu;) Contrarium verò ſtrenuè ſubſtinet *Apont. d. tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dot. in princ. num 15. & ſeqq.* & hanc opinionem eſſe recipiendam tenet *Marin. d. reſol.28. num.11.* qui limitat in feudis Dignitatum juxta *deciſ. Minad. 13.* & eum iſta potius tranſire videtur *Rovit.* dum opinionem *Apont.* ſecundo loco recenſet, & hanc in praxi magis receptam in Tribunalibus Neapolis audio, quamvis tutè id aſſerere non valeam, ob longam abſentiam ab illis Tribunalibus, quæ ſolùm adoleſcens practicavi.

Limitatur quartò, ut non procedat aſſenſus prædictus in feudis planis, & de tabula, ſed tantùm in qua-
17 ternatis, ut ex *Frecc. & Rovit. dicta pragm 8. num.6.* Sequitur *de Marin. dicta reſol. 28. num.12.* aſſerens id latè probari per *Taſſon. alleg.14.* Limitatur quintò in carente ſucceſſore, cui aſſenſus hic non cenſetur præſtitus *Rovit. in dicta pragm.2. num.5. de Marin. dicta reſol.28. num.17.*

In caſibus autem, in quibus ceſſante dicta Gratia,
18 expeditur aſſenſus expreſſus, dos in hoc ab aliis privilegiata reperitur, quod ejus favore aſſenſus expediri poteſt, etiam poſt mortem feudatarii, quando aliàs juxta regulas generales expediri non poteſt, ut ex notabili theorica *Bartholomei de Capua* fundata *in l. ſi ego §. ſi res, ff. de jur. dot.* firmant communiter Regnicolæ feudiſtæ, de quibus *Loffred. conſ.31. in principio num.11. Franch. deciſ.86. num.1. 126. num.6. & 610. num.10. Ann.alleg.66. Molpheſ.conſ.3. Montan. in Cap. Imperialem num.206.*

Et licèt *Apont. de poteſtate Proreg. tit. de aſſenſ.Reg. ſuper dot. §.1. per tot.* acriter hoc impugnet, eumque ſequatur *Salgad. in labyr. cred. part.1. cap.33. ex numer.12.* ubi latè diſcutit materiam *text. in d. l. ſi ego §. ſi res*, attamen in Regno recepta videtur dicta ſententia, quam benè tuetur *Montan. ubi ſuprà*, quia feuda ſunt hæreditaria mixta, in quibus ſucceſſor tenetur eſſe hæres ultimi defuncti, quamvis eo invito ad feudum veniat juxta *deciſ. Franch.1. num.16. & ſeq.* ob quam qualitatem in eandem ſententiam *ex Camillo de Curte* devenit idem *Salgad.ubi ſuprà num.24.* cujus rationes videntur admittendæ in majoratibus, vel feudis ex pacto.

Declaratur tamen hæc concluſio, ut procedat tantùm in dote, in qua mulier tractat de damno vitando, & ne indotata remaneat, ſecus autem in antephato ſeu alio lucro, *Franch.dicta deciſ.126. num.7. & 620.n.13.* ex qua ratione dicendum etiam veniret, hoc eſſe privilegium perſonale mulieris cum ipſa terminandum, quia ea defuncta ceſſat unica ratio concluſionis, ne ſcilicet mulier remaneat indotata; Prout eamdem concluſionem, *ex Afflict. & Capic.* limitat *Lunar. conſ.73. num.7.* quem refert & ſequitur *Galeot. lib.2. controv. 27. in fin.* ubi declarat *dec. Afflict.111.* quoties nempè 19
hæres revocavit obligationem, ſed non video quidnam hoc operetur, quia ſi hæres in feudo ſuccedens, cogi poteſt invitus ad petendum aſſenſum, inutilis eſt hæc revocatio, præterquam quoad Jus alteri medio tempore legitimè quæſitum, in cujus præjudicium aſſenſum non retrotrahi, ſed attendendum eſſe ut nunc, & non ut tunc, firmant *Apont. ubi ſuprà num.23.* & 20
benè *Franch. dicta deciſ.86. num 4.* cum aliis in ſimili materia retrotractionis plenè congeſtis per *Salgad. in labyr. cred. part.2.cap.21. ex num.34.* quoniam contractus ſuper ſeudo nullum habet ſtatum implicitum validitatis, proindéque revaliditatio attenditur ut nunc, non ut tunc.

Tertius enim, qui medio tempore cum aſſenſu quæſivit Jus ſuper feudo, non debet pati præjudicium, quia quando Jus ſuum, obvenit, jam feudum erat liberum nulli oneri, hypothecæ vel ſervituti affectum, ita ut ipſe fuerit primus in imprimenda in feudo ſervili qualitate.

Contraria verò procedunt in actu habente implicitum Statum validitatis, ita ut principium ſit confirmabile, & cum hac diſtinctione procedit etiam, *Rot. in Rom. reſid. dot. 8. Iunii 165.. coram Meltio. ex §. Quo verò ad novum motivum*, ubi admittitur retrotractio ad diem contractus in iis caſibus, in quibus res in contractum deducta, erat in commercio, ita ut non repugnante intrinſeca rei materia, ſolùm obſtaret licentia Superioris pro ſolemnitate, quæ fuit expreſsè reſervata, quæ deciſio emanavit in notabili caſu, de quo in ſua materia, *ſub tit. de dote* in cauſa prædicta, ubi de hac materia retrotractionis.

Et dum in hanc materiam incidit ſermo, ut aliquorum qui in Congreſſu intervenerunt curioſitati ſatisfiat eorúmque mandatis parendo, ſubjungo, quod licèt per leges Regni alteratum ſit Jus commune feudorum, ita ut iſto attento fœmina nullum Jus habeat in feudo pro dote ſeu paragio, attamen ex Conſtitutione incipien. *in aliquibus*, illud dicitur ei debitum, adeo ut fœmina petat paragium condictione ex lege,
Afflict. deciſ.162. Camer. in l. Imperialem car.105. Litt. 21
B. in magnis litteris Rovit.pragm.25.de feud. num.59. Marcianus diſput.76.num.8. latè *Amatus Panormitan. lib.1.var.cap.2. Giurb.obſ.28.num.1.& 5. Amat. Neapolitanus conſ.42. Staiban.jun.reſol.101. vol.2.* qui alios cumulant, quia textus Conſtitutionis loquens expreſsè de ſucceſſione feudalium, mandat fœminis per maſculos excluſis, dari dotem de Paragio, Undè propterea Paragium eſſe onus feudi plerique dicere ſolent relati per *Marcian.d.diſput.76. num.8. Amat dicta reſol.2. n.43. Staiban.dicta reſol.102.n 3.& 4.*

Sed in hoc ſiſtendum, quia verius videtur pro eo
non competere hypothecariam vel aliam actionem rea- 22
lem, ut per *Afflict. dicta dec.161. cum aliis per Rovit. dicta pragm.25. de feud. num.64. Roccum reſponſ.68. num.13. tom.2. Giurb.dicta obſerv.28. num.30. Capp.deciſ.48. num.4. Thor. 2.part. compend. dec. verbo Tertii poſſeſſores il 2.col.3. Marcian.dicta diſput.76. num.10. & 11.* quod etiam admittit *Staiban. ubi ſuprà.* Dicitur tamen onus feudi impropriè, quia nempè actio perſonalis pro hujuſmodi Paragio competens, eſt quandoque exercibilis contra tertium feudi poſſeſſorem, tanquam ad debitum occaſione feudi, & ſic cum feudum ſit occaſio debiti, propterea dicitur onus feudi, non quod illius corpus aliquo reali onere affectum ſit, ſed ex quadam perſonali ſeu rei perſecutoria actione ex deductis, *in Romana reſtitutionis pecuniarum pro Caſarellis hoc eodem tit. ad materiam Bullæ Baronum.*

Contra ſucceſſorem igitur univerſalem feudi, tan- 23
quam habentem qualitatem hæreditariam, datur actio

perſonalis ad factum, vel per tenutam in feudo juxta praxim antiquam, vel per coactionem ad illud vendendum juxta praxin hodiernam, ſed contra ſucceſſores particulares datur actio ad fructus tantùm feudi, & in ſubſidium, ut quidquid diſcrepet, *Rovit. dicta pragm.25. num.70.* (qui tamen *num.71.* quoad fructus non videtur negare) firmatur per *Tappiam, Thorum, Giurbam, Marcianum. & alios*, apud quos etiam habetur, tertios poſſeſſores plurium feudorum, non in ſolidum, ſed pro virili conveniri poſſe, atque ad ratam feudis convenientem.

Paragium enim fœminæ excluſæ à ſucceſſione, non debetur ex ſolis feudalibus, ſed ex integro Patrimonio
24 feudalium, & allodialium per æs, & libram, *Giurb. dicta obſervat.28. num.19. & 36.* eodem modo quo in ſolvendis feudatarii debitis fit concurſus inter hæredem paganicum & militarem, in qua diviſione facienda non attenditur valor feudorum in fructu, ſed in proprietate, attento tempore mortis feudatarii,
25 de cujus ſucceſſione agitur, Unde advertendum, quod aliud eſt taxare patrimonii quantitatem ad effectum regulandi dotis congruitatem Patre vivente, & tunc attendendus videtur potiùs redditus quàm valor, in ſorte. Aliud verò taxare ejuſdem patrimonii quantitatem, ad effectum taxandi Paragium ad terminos legitimæ, cujus loco in terminis dictæ Conſtitutionis *in aliquibus*, dos ſuccedit, ac faciendi dictum concurſum bonorum allodialium, & feudalium, ut hic, nam tunc attendenda eſt ſors, non redditus, *Giurb. d. obſerv.28. in fin.*

Dictumque Paragium debetur omnibus illis fœminis, quæ ſi feudum eſſet dividuum, de Jure communi
26 ni participarent in ejus ſucceſſione, quia dicitur ſubrogatum loco portionis hæreditariæ, in qua ceſſante excluſione fœminarum, & individuitate ſuccederent, adinſtar vitæ militiæ debitæ maſculo ſecundo genito excluſo, ut latè per *Amatum dicta reſol.2. lib.1. & reſol.75. lib.2.* ubi plura ad hanc materiam, præſertim ſi nepti ex ſecundo genito prædefuncto de-
27 beatur Paragium in feudo obvento ex ſucceſſione Avi, & ſi debeatur dos de Paragio in linea Collaterali; Et hæc ſunt quæ diſcurſive, & ad materiæ notitiam mihi occurrunt inſinuanda, ex quibus requirens deſumere poterit id quod ad rem ſuam faciat, maturiùs in congreſſu diſcurrendum, rogans admittere juſtam excuſationem, ſi fortè in aliquibus ex dictis propoſitionibus contingat deviari ab illis opinionibus, quæ in dictis Tribunalibus eſſent hodie magis receptæ ob ſupra inſinuatam cauſam longævæ abſentiæ ab eorum praxi.

† CUm iſta ſit materia localis, utpotè pendens ex gratia particulari non de facili verſanti in Cu-
28 ria Romana datur occaſio de illa agendi, ideóque ultra deducta in diſcurſu, videri poterunt deducta in materia apud *Reverter. & addin. deciſ.3. 120. 229. & 590. & modern. de Luca ad Franch. deciſ.613.*

NULLIUS PROVINCIÆ BAREN. MELIORAMENTORUM.

Pro PRINCIPE MONACHI.

Reſponſum pro veritate.

Feudatarius feudo privatus, & deindè ad illud reſtitutus, quæ melioramenta reficere teneatur ei, qui hoc medio tempore ex Domini directi Inveſtitura idem feudum poſſedit, & quomodo hæc melioramenta ſint æſtimanda.

Et de reſtitutione Feudatarii rebellis ex Capitulis, & Conventionibus pacis, an dicatur gratia importans novam conceſſionem, vel potiùs omnimodam reſtitutionem in priſtinum ſtatum jure poſtliminii, & reviviſcentiæ, ſeu excitationis antiqui dominii.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Melioramenta feudatario reficienda ſunt inſpecto tempore, quo refectio ſolvenda eſt.*
3 *De intelligentia* text. in c.1. §.ſi Vaſſallus hic finitur lex, *ſuper refectione melioramentorum.*
4 *Factum Principis ſupremam poteſtatem exercentis dicitur caſus fortuitus.*
5 *Reſtitutio feudi poſt incurſam caducitatem, an ſit gratia importans novam conceſſionem.*
6 *Gratia interpretanda ſunt, ut quominùs fieri poteſt tertio præjudicent, & alienum jus tollant.*
7 *Ubi habemus juris regulam, ab ea non eſt recedendum, donec doceatur de limitatione.*
8 *Reſtitutio rebellium, vel bannitorum vigore Capitulorum pacis non eſt gratia, & operatur veram reſtitutionem ad priſtinum ſtatum jure poſtliminii.*
9 *De differentia inter meliorantem jure Domini, & jure poſſeſſoris.*
10 *Ubi plùs importat melioratum quàm impenſum, quid reficiendum ſit.*
11 *An melioramentum latens reſultans ex ſuo gubernio, ſit reficiendum.*
12 *Melioramenta ſeparabilia non ſunt reficienda, ſed remanent in dominio meliorantis.*
13 *Declaratur concurrente æquitate.*

DISCURSUS XXVII.

CUm ob immutatam devotionem, credidiſſent Offi- 1
ciales Regiæ Cameræ Neapolis, Honoratum Grimaldum Monachi Principem in eo Regno plurium feudorum poſſeſſorem, in ipſorum caducitatem incurriſſe, illa utpotè ad Cameram devoluta diverſis perſonis vendiderunt.

Poſt curſum autem annorum circiter 25. in Capitulis Pacis inter Reges Catholicum & Chriſtianiſſimum *cap.104.* conventa fuit dicti Honorati reſtitutio, ac omnimoda reintegratio ad feuda aliaque in Regno poſſeſſa, in cujus conventionis executionem, præſtita per eundem Honoratum cautione de reficiendo intermediis poſſeſſoribus de melioramentis opponentibus, quidquid fuerit judicatum, dicta reintegratio effectum ſortita eſt; Unde introducta ſuper hujuſmodi melioramentis cauſa in Sac. Concilio, prætendebatur ex parte illorum, qui emerant Oppida Terlitii, & Canuſii, & Caſtrum Garagnonis, multa feciſſe melioramenta, cum notabili impenſa in reficiendis Palatiis, Baronis habitationi deſtinatis, ſive in ampliandis, vel reficiendis molendinis, nec non in arborum plantationibus, aliiſque feudalium membrorum meliorationibus, Ideóque dictam impenſam eſſe reficiendam.

E converſo autem Feudatarius reintegratus, non negabat reficere id, quod melioramentorum valor importaret, inſpecto tempore præſenti, quo refectio facienda erat, ſpectata ſolùm ejus utilitate, & in quo remaneret locupletior, ideóque controverſia reducebatur ad punctum, an melioramenta reficienda eſſent in eo, quod pro eis faciendis impenſum eſſet, vel quantum de præſenti importaret ipſorum melioramentorum valor, ſuper quo ex parte dicti Principis Monachi pro veritate interrogatus reſpondi, ut ſequitur.

Duplicem inſpectionem habet hic articulus, unam ubi melioratum eſt minus, quàm impenſum, alteram verò ubi eſt plus. In prima ſpecie, in qua in propoſita facti ſerie verſari ſupponitur, quod ſcilicet melioramentorum valor inſpecto præſenti tempore, ac utilitate exindè Feudatario reſtituto reſultante, ſit longè minor eo, quod impenſum prætenditur (quicquid aliqui variaverint) communis, & recepta feudiſtarum opinio

eſt,

Digitized by Google

melioranti per agnatum feudi ſucceſſorem,ſive per Do-
2 minum in caſu non culpoſæ devolutionis, reficiendum
eſſe id quod importat valor melioramentorum, inſpe-
cto tempore refectionis, & ſic id, quod minus, ut con-
ſtat ex *Schrader. de feud. 2. part. 9. part. principalis*
ſect.2. num.100. & 102. Roſenthal. eod. tract. cap.10. con-
cluſ.43. num.87. cum ſeqq. Aponte deciſ.12. num.6. de
Marin. reſol.134. num 9. vol.2. & in addit. ad Revertor.
deciſ.572. & generaliter tam in terminis ſeudalibus,
quàm emphyteuticis, fideicommiſſariis, & ſimilibus, ad
nauſeam colligit *Amat. part.1. var. cap.14. num.63. cum*
ſeqq. benè Franch. deciſ.109. ac eſſe regulam genera-
lem teſtatur *Galeot. lib.2. controv.46. num.20.* & ſæpè
ſequuta eſt *Rota* præſertim *apud Merlin. deciſ.546. re-*
petita part.6. recent. deciſ.116. n.3. & 4. & deciſ.318.
num.17. part.9. ac in aliis frequenter, cum ſit propoſi-
tio quotidiana.

Quinimò in feudis, contra meliorantem aliqua major
3 difficultas pro minori refectione cadere poteſt, quàm
in aliis ex diſpoſitione *text. in cap.1. §. ſi Vaſſallus fab*
sit. hic finitur lex, ex quo *textu* litteraliter, & judaicè
intellecto, plerique volunt, Feudatario melioranti aliud
reficiendum non eſſe, niſi quantum important meliora-
mentorum inſeparabilium rudera ſeu cementa, ſed hæc
opinio eſt communi calculo rejecta, ut conſtat *ex dicta*
deciſ.572. Revertersi cum ibi notat per Marin. in ad-
dit. & ex alia deciſione Regiæ Cameræ regiſtrata per
eumdem *Marin. dicta reſol.134. num.15. & ſeqq.* &
benè *Aponte dicta deciſ.12. num.6.* ubi magiſtraliter ob-
ſervat, dictum textum non exorbitare à diſpoſitione
juris communis, nec propterea recedendum eſſe à re-
gula *text. in l. in fundo, ff. de evict.* hoc autem inſinua-
tur pro argumento, ut plus prætendi non poſſit in feu-
dis quàm in aliis.

Pro ratione autem dubitandi contra Feudatarium
reintegratum, ut ſcilicet reficere teneatur totum id,
quod à meliorantibus bona fide impenſum eſt, urgere
videtur, ut præmiſſa omnia procedant in Feudatario pe-
tente refectionem melioramentorum poſt ſequutam ſui
Juris reſolutionem ex natura rei reſultantem, ob feudi
aperturam, vel ad Dominum, vel ad agnatum, quia li-
cèt melioraus de tempore quo melioravit, eſſet Domi-
nus, ac jure veri Domini, non autem ſimplicis poſſeſ-
ſoris id egerit, attamen rectè ſciebat ſui dominii vel
juris reſolubilitatem, ideóque nulla ſibi infertur in-
juria, quia caſum prævidere, & cogitare potuit, at-
que ſciens & volens meliorando ſe ſubjecit Juris diſ-
poſitioni.

Non ſic eſt in caſu controverſo, quia poſſeſſor feudi
meliorati, de tempore quo meliorationes fecit, erat
Dominus, legitimum dominii titulum habens ex regia
conceſſione, atque reſolutionis caſus non provenit ex
natura rei, neque melioranti imputari poteſt, cur non
4 providerit, cum totum provenerit à facto Supremi Prin-
cipis, quod inter caſus fortuitos numerandum eſt ad
text. in l. Lucias, ff. de evict. ubi Odofred. Bar. & cete-
ri Surd. dec.326. num.15. Barat. dec.401. num.1. & ſic
diverſus videtur præſens caſus ab eo, quem generaliter
in propoſito conſiderant feudiſtæ, cum in iſto imputari
non poſſit meliorantis obligatio, prævidendi caſum
futuræ reſolutionis ex natura rei reſultare debentis,
neque cogitare teneamur ea, quæ contra juris regu-
las ex facto Principis tanquam ex caſu fortuito con-
tingunt.

Augetur difficultas, quod ubi prævia legitima feudi
5 caducitate, Princeps Feudatarium reſtituit, iſta dicitur
mera gratia ſapiens ſpeciem novæ conceſſionis, ita ut
multi feudiſtæ velint, tali caſu feudum, reſpectu ſaltem
reſtituti, & habentium cauſam ab eo, cenſeri potiùs
novum quàm antiquum *ex deductis per Iſerniam, Alva-*
rot. & Præpoſit. in cap.1. de Vaſſall. decrep. ætat. & per
alios cumulatos per Tiraquell. de retract. lignag. § 32.
gloſ. unica num.29. Schrader. de feud. part.2. cap.3. n.43.
Roſenthal. eod. tract. cap.2. concl.18. num.2. & latiùs habe-
tur hoc tit. *in Ubevetana feudi.*

Si ergo eſt gratia, illa ſtrictè intelligenda eſt, ut quo-
minus fieri poteſt præjudicet tertio, ejuſque Jus tollat,
quia non ſunt faciendæ gratiæ cum offenſione juſtitiæ,
ac præſumptio eſt Principem non cenſeri velle tertio 6
præjudicare, niſi circa continentia omnimodam incom-
patibilitatem, & in iſtis cum ea majori reſtrictione, quæ
dari poteſt, ut quo minùs eſt poſſibile, Jus tertii læ-
datur *ad tot. per DD. in d. l. Lucias, ff. de evict. &*
l.1. C. de petit. bonorum ſubhaſt. lib.10. Gabr. de jur.
quaſ. non tollen. concl.1. & 2. add. ad deciſ.666. part.4.
rec. tom.3. num.70. cum ſeqq. Galeot. reſponſ. Fiſcal.23. Ca-
pic. latr. deciſ.199. de Marin. reſol.46. lib.2 apud quos
cæteri habentur agentes de poteſtate Principis in jure
tertii tollendo.

His tamen non obſtantibus, in contrarium cenſeo
eſſe veritatem, ut ſcilicet, exceptis melioramentis neceſ-
ſariis perpetuam feudi utilitatem concernentibus, quæ
ab ipſo primo Feudatario niſi privatus fuiſſet, omninò
fieri debuiſſent, & quæ non facta nunc fieri deberent, in
quibus omnimoda refectio facienda eſt, in reliquis ſpe-
ctandum ſit quod minùs, & quantum attento præſenti
tempore, ac utilitate importat melioramentorum valor
juxta concluſionem ex magis communi, & recepto feu-
diſtarum ſenſu ſupra deductam.

Moveor primò, quia ubi habemus regulam à jure
determinatam, niſi doceatur de limitatione, ab ea non
eſt recedendum *Mantica deciſ.251. num.4. Franch. de-* 7
ciſ.197. num 9. Barboſ. axiom.198. ubi concord. Unde
cùm tam in feudalibus, quàm in aliis habeamus ſupra-
dictam regulam de reficiendo quod minùs melioratum,
quod non magis impenſum, neque in his præciſis ter-
minis, quantum videre licuit, habeamus limitationem,
inhærendum eſt regulæ.

Secundò fortius, quia hæc reſtitutio non provenit 8
ex mera gratia omninò voluntaria, juſtæ cauſæ fomen-
tum non habente, in quibus terminis intrare poſſent
ea, quæ pro ratione dubitandi ſuperius dicta ſunt, ſed
agitur de reſtitutione per viam conventionis in Capi-
tulis Pacis, cum juſta, imò neceſſaria cauſa publicæ
quietis, & utilitatis, quo caſu reſtitutus obtinere non
dicitur per viam gratiæ, & indulgentiæ, ſed per viam
reintegrationis conventionalis importantis abolitio-
nem ſententiæ confiſcatoriæ, ac retrotractionem ad
ſuum initium per quandam ſpeciem poſtliminii, per-
indè ac ſi caſus non eveniſſet, non curato præjudicio
tertii, quia bonum pacis utpotè publicum, antepo-
nendum eſt cuicumque privato juri, & intereſſe, ut ex
Bal. in cap.1. de pace Conſtantiæ §. ſententia queque, &
§. poſſeſſiones rectè Boſſ. in praxi crim. tit. de reſtitutio-
ne, num.8. & 9. Peregrin. de jure Fiſci lib.5. tit.2.
num.67. Et in individuo reſtitutionis conventæ in Ca-
pitulis alterius pacis inter iſtos eoſdem Reges Catholi-
cum & Chriſtianiſſimum *Rolan. conſ.1. num.114. &*
ſeqq. lib.3. & Menoch. conſ.103. num.12. ubi quamvis
in eodem caſu *Rolandi* in contrarium ſcribat, non ta-
men negat concluſionem, ſed ejus applicationem ex
facto.

Data verò retrotractione per viam poſtliminii, per
quod fingitur intermedium poſſeſſorem nunquam do-
minium vel juris poſſeſſionem habuiſſe, ſed ſolam
nudam facti detentionem, ſequitur hujuſmodi me-
liorantes minus Jus habere, atque inferioris conditio-
nis eſſe, quàm ſit Feudatarius, cujus jus deindè reſol- 9
vatur, quia hic de tempore, quo melioravit, jure Do-
mini geſſiſſe dicitur, atque magna differentia eſt inter
meliorantem jure Domini, & jure ſimplicis poſſeſſoris, ut
benè in his terminis *de Marin. dicta reſol.134. vol.2* licèt
in caſibus ab eo ſingulariter poſitis, fortius urgeat con-
tra meliorantem motivum malæ fidei, ob prævidendum
caſum revocationis, quæ de juſtitia ob invalidam alie-
nationem, vel diſmembrationem ſequi poterat.

Reducta ſiquidem cauſa ad non cauſam, ac reintegrato priori feudatario ad ſuum primævum Jus, cum retrotractione jure poſtliminii, perindè ac ſi ſemper fuiſſet Dominus, & poſſeſſor, reſultat; nullam contra eum de jure proditam eſſe actionem, niſi illam ex æquitate de utili in rem verſo, & ne cum aliena jactura locupletari contingat, ideóque non poteſt ad aliud teneri, niſi ad id quod importat utilitas inſpecto præſenti tempore.

Super altera verò inſpectione, ubi ſcilicet plus eſtelioratum quàm impenſum, an ſpectandum ſit quod minùs non videtur in præſenti immorandum, cum in propoſita facti ſpecie ſupponatur hujuſmodi caſum non dari, ideò elaborandum non eſt in ſuperfluis,
10 reſponſurus tamen, quatenus neceſſitas poſtulet; Quamvis enim *de Marin reſol*.143. *num*.10. *& ſeqq. lib* 1. ſentire videatur ſpectandum eſſe valorem melioramentorum, & quantum importat melioratum, non quantum impenſum, attamen ex communi ſenſu feudiſtarum, & aliorum, de quibus ſuprà, ſatis de hujuſmodi opinione dubitari poteſt, atque in terminis melioramentorum reficiendorum hæredi gravato vel emphyteutæ, ſeu marito, in contrarium videtur opinio magis communis, & in foro recepta, ut conſtat ex ſupra allegatis auctoritatibus, reſervo tamen maturiorem diſcurſum, quoties facti circumſtantiæ exigant.

Quatenus verò pertinet ad quamdam melioramen-
11 torum ſpeciem deductam ex populi augmento, tanquam cauſato ab ipſorum hoc medio tempore poſſidentium diligentia, & bono gubernio, libenter audirem, in qua Juris diſpoſitione, vel ratione, ſive in qua auctoritate hujuſmodi prætenſio fundetur, quia ſi benè gubernarunt, ſuo debito muneri ſatisfeciſſe dicuntur, neque jure cautum videtur, ut Civitas, vel Caſtri Dominus, probo & diligenti Gubernatori reficere teneatur melioramenta provenientia ex populi augmento indè reſultanti, præſertim quia ubi hoc augmentum, conſtanter in facto negatum, ſubſiſteret, incertum tamen eſt, an diligentia, & recta adminiſtratio intermedii poſſeſſoris fuerit cauſa proxima, & immediata, vel potiùs mediata, & remota, quia nempè aliorum locorum adjacentium infortunia hujuſmodi majorem popularionem cauſaverint, atque in hoc dicere ſufficit, hujuſmodi prætenſionem jure non probari, aliàs enim alicujus Tabernæ, vel Hoſpitii conductor, ſeu ex alio titulo reſolubili poſſeſſor, ſi ob ejus diligentiam, & ſuaves mores, majorem hoſpitantium, vel confluentium concurſum captaverit, finita locatione prætendere poſſet à Domino refectionem hujuſmodi majoris augmenti, quod theoricè, & practicè novum videtur.

12 Procedunt hæc in melioramentis inſeparabilibus, in quorum terminis tantùm cadit quæſtio ſuper modo refectionis, ea enim quæ ſunt ſeparabilia, & apta poſſideri jure privato diſtinctè à feudo, reficienda non ſunt, ſed in ipſius meliorantis dominio, tanquam bona allodialia perſeverant, ut *in d. cap*.1. *§ ſi vaſſallus ſub tit. hic finitur lex*, ubi omnes, & ita diſtinguendo advertit *de Marin. d. reſol*. 134. *vol*. 2. *num*.16. Undè propterea, domus, & alia membra empta prope Molendina Terlitii, & in Caſtro Garagnonis tanquam apta ſtare de per ſe, & poſſideri jure privato diſtinctè à feudo, de ſtricta Juris cenſura meliorantibus remanere deberent, ac per feudatarium reſtitutum non refici.

13 Verùm ex motivo æquitatis, contra Feudatarium reſtitutum reſpondendum videtur, quia licèt hujuſmodi membra ſint à feudo ſeparabilia, & apta ſtare de per ſe, nihilominùs ex ementium deſtinatione acquiſita ſunt pro ſervitio feudi, & pro illius membris, & redditibus meliorandis, ita ut niſi acquirentes crediſiſſent ſe eſſe Feudatarios, ea non acquiſiviſſent, quia ceſſante feudorum poſſeſſione, quodammodo inutilia remanerent, dum major eſſet impenſa miniſtrorum ad illorum curam deputandorum, quàm importarent fructus: Econverſo autem Feudatario reintegrato, nihil deperit ea pro quanti nunc valent habere, utpotè ad feudorum majorem commoditatem, vel augmentum ordinata, ideóque intrare videtur propoſitio, ut quod uni non nocet, & alteri prodeſt faciendum ſit *ad not. in l. altius, C. de ſervit. & aqua.* & eſt vulgare Juriſtarum axioma, atque ex hoc æquitatis motivo crederem, juſtè intrare poſſe Judicis officium ad cogendum Feudatarium reſtitutum, ut à priori poſſeſſore vendere volente hujuſmodi bona pro juſto pretio nunc currenti emere cogatur, non obſtantibus iis, quæ in his terminis ponderantur per *Marin. dicta reſol*.134. tum quia in eo caſu prædium non erat ordinatum ad ſervitium feudi, tùm etiam quia ceſſabat ea bona fides, quæ hujuſmodi æquitatem poſtulat; Et ex qua ratione inolevit juſta, & laudabilis praxis S. Concilii, cogendi emptorem feudi ad emenda etiam bona allodialia in feudo exiſtentia, quæ eo devoluto remanent in dominio hæredis allodialis feudatarii defuncti.

† SUper materia melioramentorum, aliarumque detractionum competentium feudatario poſt factum caſum reſtitutionis, ultra hic deducta, videri poterunt, quæ ad hanc materiam habentur *ſub tit. de legitim. & detract. diſc*.35. *&* conferunt, quæ habentur *ſub tit. de credito diſc*.24. cùm defuerit occaſio poſt hæc ſcripta agendi in ſpecie de hac materia melioramentorum feudi.

CAMPANIEN. RELEVII

Pro EODEM PRINCIPE MONACHI.

Reſponſum.

De materia relevii, & tappeti ſolvendorum Regiæ Curiæ defuncto Feudatario per novum Feudi ſucceſſorem, quomodo, & de quibus bonis ſit ſolvendum.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Quid ſit relevium, quod ſit onus ſolvendum à ſucceſſore in feudo.*
3 *Et an ſucceſſor ad id teneatur, quatenus ſit in poſſeſſione feudi.*
4 *Dominus poteſt pro eo agere ſuper fructibus contra quemcumque poſſeſſorem.*
5 *Succeſſor non poſſidens, & non curans poſſeſſionem, de proprio ad tale onus non tenetur.*
6 *Relevium non ſolutum in tempore debetur duplicatum.*
7 *Quid ſi facta eſt minus fidelis denunciatio.*
8 *Quid ſit jus tappeti.*

DISCURSUS XXVIII.

REſtitutis, *ut in præcedenti*, feudis Principi Honorato Grimaldi, ſupponitur eumdem, dictorum feudorum omnimodam utilitatem, & diſpoſitionem, tam in ſorte, quàm in fructibus alteri ceſſiſſe, ita ut in effectu non niſi nudum nomen in eis haberet.

Cum autem ſequuta eſſet ejus mors de menſe Ja- 1
nuarii 1662. ſuperſtite filio in Principatu Monachi aliiſque bonis ſucceſſore, & ad quem de jure ſpectabat ſucceſſio dictorum feudorum, pro quibus ſolvendum erat Regiæ Curiæ Relevium; Dubitari contigit, ad quem iſtius oneris ſolutio ſpectaret, & an, quatenus dictorum feudorum ſucceſſionem, & poſſeſſionem non

Digitized by Google

non curaret, poſſet in aliis bonis allodialibus propriis, vel hæreditariis dicti Principis Honorati moleſtari, ac deſuper interrogatus per quendam Cauſidicum Romanæ Curiæ, à quo etiam de caſu præcedenti conſultus fueram.

Reſpondi negativè, quia relevium eſt quoddam onus ex conſuetudine in eo Regno ſolvendum, non
2 per morientem, vel ex ejus bonis, ſed per Feudatarium ſucceſſorem, cum hujuſmodi onus ſucceſſerit loco novæ Inveſtituræ, quam de jure communi feudorum novus Vaſſallus infra annum, & diem petere debet, de qua in *Maſſanen. renovationis, & in Farfen. loc. eod. tit.* atque præſtatur pro quadam recognitione dominii, taxatum in ea quantitate, quam importet medietas fructuum feudi illius anni *Iſern. in Conſtit. poſt mortem, & in cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat Inveſtit. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. auctor. 3. Capan. in hoc tractatu de relevio part. 1. quæſt. 3. & 4. cum ſeqq. Rovit. in pragm. 1. de off. procur. Caſ. Ganaverr. deciſ. 4. Pratus obſer. 8. & 9. ac cæteri paſſim.*

Atque catenùs ſucceſſor in feudo ad hujuſmodi ſo-
3 lutionem tenetur, quatenus ſit in poſſeſſione *Anna allegat. 95. Rovit. dicta pragm. 1. num. 11. Capan. ubi ſuprà part. 1. quæſt. 7. num. 8. & latiùs part. 4. quæſt. 32. per tot.* qui tamen ſubjungunt id non impedire Dominum directum agere pro relevii conſecutione contra
4 quoſcunque tertios poſſeſſores, vel detentores feudi, ſive ex ejus fructibus; Unde propterea nullatenus dici poſſe videtur, ſucceſſorem non curantem feudi ſucceſſionem, ejuſque poſſeſſionem, & utilitatem, poſſe ad hujuſmodi oneris ſolutionem de bonis propriis urgeri, cum ſit onus, vel juxta unam opinionem
5 reale, afficiens nempè ipſum feudum ejuſque fructus, vel juxta alteram perſonale, afficiens perſonam primogeniti, qui ſucceſſit in feudo, ejuſque poſſeſſionem, & emolumenta obtinet.

Ideóque cum Regius Fiſcus, uno vel altero modo
6 dicti oneris ſolutionem conſequi debeat, cum hac differentia, quod niſi fiat denunciatio, vel reſpectivè non ſolvatur infra annum, prætendere poteſt in pœnam, ſolutionem duplicatam, ut conſtat ex deductis per *Capan. eodem tractatu part. 5. q. 1. cum ſeqq.* & alios de quibus ſupra, idcircò cura eſſe debet ejus, ad quem hujuſmodi feudorum commodum, & utilitatis pertinet dictam ſolutionem ſequi, aliaque adimplenda fieri, nam aliàs ipſe reportabit damnum, & fructuum diminutionem, quæ reſultaret à duplicata ſolutione, ſive etiam ab illa auctoritate facienda per Regios perceptores, & Commiſſarios.

An autem facta denunciatione, ſed minus veridica fructuum, intret dicta pœna ſolvendi duplicatum, & ſic fructus integros diſtinguit *Curte de feud. pa. 1. 5. c. 3. num. 72. impreſſ. apud Marin. tom. 3.* quod ſi datur liſta defectiva in aliquo corpore, quod totum occultatur, de illo ſolvitur integer fructus, ſi verò non in corpore, ſed in quantitate, tunc non intrat pœna.

7 Prout ejuſdem ceſſionarii onus, & cura eſſe debebit, ut ſtante obitu dicti Honorati, qui hujuſmodi feudorum utilitatem, & omnimodam diſpoſitionem ceſſit, fiat per hodiernum Principem uti hæredem, & legitimum ſucceſſorem præambulum, & apprehenſa feudorum poſſeſſione, per iſtum cum Regio aſſenſu formiter illa cedantur ei, quem dictus ceſſionarius nominabit; Hoc unum tamen certum videtur, dictum onus non incumbere non poſſidenti feudum, neque illius fructus, & utilitatem percipienti, ſed ſolvendum eſſe ex effectibus ipſius feudi, & per eum, qui percipit utilitatem, ut conſtat ex deductis per *Ann. d. alleg. 95. & Capon. dicta part. 4. quæſt. 32.*

8 Et quod dicitur de relevio, procedit etiam in alio onere, quod nuncupatur *jus tapeti* ſolvendi pariter à novo feudi ſucceſſore propter homagium Domino faciendum pro nova Inveſtitura, pro quo aſportandum erat, & ponendum ante pedes Regis tappetum, cujus loco iſtud onus ſucceſſit, ut per *Capan. 6. tract. de relevio part. 1. quæſt. 1. num. 23. & 24.* & ſic non eſt onus defuncti, neque illius, qui feudum non obtinet, neque ſucceſſionem, & utilitatem curat.

† Circa iſtam materiam relevii conferunt ea, quæ habentur infrà *diſc. 59.* circa punctum, an pro renovatione, debitum ſit laudemium, vel altera recognitio; In reliquis autem intrat idem, quod dictum eſt ſuprà *diſc. 26.* quod ſcilicet eſt materia localis, ideóque verſanti in alia Curia, vel Principatu, non de facili tribuitur maturum judicium deſuper tradere, quando particularis occaſio non tribuat, nimiumque facilè eſt in æquivoca incidere, dum totum pendet à praxi, & ſtylis particularibus Tribunalium loci.

MINERBIN. CENSUS

Pro ALOISIO ZELONO,

Cum PRINCIPE MINERBINI,

Diſcurſus pro veritate.

An Inſtrumentum rogatum per Notarium Vaſſallum probet contra Baronem, vel pro eo in Regno Neapolitano, & an Contractus poſſit aliundè probari, ita ut ſuſtineatur.

SUMMARIUM.

1 *An Cap. Regni* Ladiſlaus *diſponens Inſtrumenta rogata per Notarium Vaſſallum non probare pro Barone, procedat contra ipſum Baronem.*
2 *Quamvis tollatur fides Inſtrumento, non tamen annullatur contractus, qui poteſt probari aliunde.*
3 *Via executiva competens pro liquidatione Inſtrumenti non intrat, ubi illius veritas probatur per teſtes.*
4 *Obligatio Cameralis probata per teſtes non eſt executiva, & quid ubi per Scripturam privatam.*
5 *Cenſus de neceſſitate non requirit ſcripturam, ſed poteſt aliunde ejus veritas probari.*
6 *Ex cenſu nulliter impoſito, non ex defectu formæ, ſed ex inhabilitate contrahentis fructus ſoliti non imputantur.*
7 *Fieri non poteſt ex pacto, ut credatur Notario Vaſſallo.*
8 *Quæ dicuntur de Barone, an procedant in Baroniſſa.*
† 1 *De materia diſcurſus.*
2 *Quod lex, quæ tollit fidem ſcripturæ, non impediat aliam probationem.*
3 *Pœna conventionalis, non exigitur ultra intereſſe.*
4 *Quod iſta lex laicalis debeat etiam ſervari in foro Eccleſiaſtico.*
5 *Quando ſit locus retentioni fructuum.*
6 *An iſta lex procedat in uxore Baronis.*
7 *Quod non ſit deferendum deciſionibus, una tantum parte informante.*

DISCURSUS XXIX.

Aloiſius Zelonus Utriuſque Signaturæ Referendarius, origine Piſtorien. nativitate autem Concivis, Condiſcipulus, & carus amicus, dedit Principi Minerbini ſcut. 3. m. ad Cenſum, de quo rogatus fuit quidam Notarius ejuſdem Principis

Vaſſallus, undè dubitans de dicti contractus validitate, ac Inſtrumenti efficacia ſtante Cap. Regni *Ladiſlaus*, me pro veritate requiſivit, eique reſpondi, quod,

Quamvis *Molpheſius* pariter Concivis, ortum habens in loco Ripæ candidæ prope Civitatem Venuſinam
1 communem patriam, *ac conſuetud. Neap. part.10. quæſt.12.num.6.* & cæteri cumulati per Rotam *in Neapolitana Penſionis 27. Maii 1641. coram Bichio* (quæ eandem tenuit ſententiam) velint Capitulum Regni *Ladislaus* non procedere in Inſtrumento contra Baronem; Contraria tamen opinio, ut procedat indiſtinctè, ſive pro, ſive contra Baronem agatur, eſt magis recepta ex *Afflict.in Conſtit. in locis Demanii, numer.15. Ann. ſingul.244. Franch. deciſ.118. in princ. Rovit. conſ.91. num.2. lib.1. de Marin. reſol. quotid. 280. in principio lib.1. latè Gait. de credit. part.3 tit.1. num.180. & ſeqq.* ubi confutat *Molpheſium*, & hanc firmavit *Rot. in dicta Neapolitana Penſionis 13. Iunii 1642. coram eodem Bichio impreſſa deciſ.92. part.9. recent.* in qua receditur ab alia præcedenti ſuperiùs allegata, confirmata 2. *Martii 1643. coram Rojas inter ejus impreſſas dec.198.* unde videtur concluſio firma.

Verùm ex hoc tollitur fides Inſtrumento, non autem annullatur contractus, qui aliundè probatus eſt validus, & firmus, ut *per Capob'. de Baron. pragm.1.*
2 *num 349. Gait. ubi ſuprà, num.833. & 835. cum ſeqq. Rot. in dicta Neapolitana penſionis 27. Maii 1641. coram Bichio*, & admittitur *in alia revocatoria 13. Iunii 1642.* aliud enim eſt inſtrumentum, aliud verò contractus in eo contentus, atque ſublata fide Inſtrumenti, non ceſſat contractus aliundè probatus, *Surd. alios colligens conſ.144. num 13. & ſeqq. & deciſ.71. num.7. & Rovit. ſuper pragm. in rubr. de fid. inſtr. num.1.*

Et ſic effectus dicti Capituli *Ladislaus* erit, vel in
3 caſu, quo creditor innitatur ſoli inſtrumento, aliam non habens probationem, vel ad effectum viæ executivæ; Si enim creditor probaret per teſtes vel alias ſpecies probationis veritatem contractus in inſtrumento contenti, non habebit eam viam executivam, quæ ex diſpoſitione ritus M. C. V. vel alio ſtatuto concedi-
4 tur inſtrumentis, ut obſervant in ſpecie *Capob'. ubi ſupra num.340. & Gait. num.840.* quod etiam habemus in obligatione Camerali, quæ probata per teſtes non habet ſuam conſuetam viam executivam, quia gravamen eſſe poteſt, non in ipſius obligationis executione, ſed in ejus admiſſa probatione, & hanc puto eſſe veram rationem, non alteram deductam *à Galeſ. de obl. quæſt.27. num.4. ubi Zacch. num.7. & ſeqq.* Quod etiam extendendum puto, ubi ageretur de obligatione contenta in ſcriptura privata, cujus veritas negaretur, ita ut opus eſſet eam formiter recognoſcere, quia ſubſtantia probationis adhuc pendere videtur à dicto teſtium recognoſcentium, & ſic in hujuſmodi probationis admiſſione poteſt eſſe gravamen, à quo intrat appellatio, non autem ab ipſa obligatione, Non ſic eſt, ubi concurrit publicum inſtrumentum, quia illud facit probationem probatam, licèt de facto in praxi, etiam hujuſmodi apocis dari ſoleat executio.

Cum igitur, dictum Capitulum Regni adimat fidem inſtrumento, ſed non annullet contractum, ſequitur, ut
5 non intret nullitas cenſus, neque timeri valeat de imputatione fructuum ſolutorum vel ſolvendorum in ſortem, quia ex veriori ſententia, cenſus non requirit probationem inſtrumentalem de neceſſitate, ut *per Buratt. dec.10. num.8. & ſeqq. & dec.46. num.1. & ſeqq. cum aliis plenè deductis per Cencium de cenſ. quæſt.43. ex n.13. cum plur. ſeq.*

Concluſio autem de imputandis fructibus in ſorte procedit, ubi nullitas conſiſtit in defectu formæ, ita ut ceſſante cenſu, contractus dicatur continere potiùs mutuum, vel ſimplex creditum pecuniarium fructuum non productivum, & in his terminis loquuntur auctoritates, quæ ad hoc poſſunt allegari; Adeò ut, etiam ſi contractus eſſet nullus ex inhabilitate contrahentis,
quia nempè Eccleſia, minor, mulier, &c. adhuc ta- 6
men donec ſequatur declaratio nullitatis, propter implicitum ſtatum validitatis fructus non imputantur in ſortem, *Rot. dec.29. apud Cenc. & deciſ.119. num.26. & ſeqq. part.7. rec. idem Cenc. quæſt.24. & 88. utrobique num.16.* quia verè imputatio non intrat, niſi ubi deficit ſubſtantia Cenſus, ſive ubi adeſt defectus formæ, ita ut fructus ſaperent uſuram, ſed in caſu noſtro, nullo modo cadere poteſt iſta dubitatio, nam eo ipſo, quod Baro dicit ſolviſſe fructus Cenſus, conſequenter fatetur veritatem contractus *Burat. dicta deciſ.10.n.14.* ſequitur, *Cenc. dicta quæſt.43. num.33. ubi alios allegat. dicta* autem, *deciſ.385. part.5. rec.* non dicit, quod fructus imputentur in ſortem, ſed quod ſolutio fructuum, & obſervantia non eſt apta tollere nullitatem contractus ad effectum, ut poſſit quandocumque impugnari, quod latiùs firmavit, *Rota dec.80. p.10. & dec.98. p.11. rec.* & ſæpè in aliis, ſed non indè infertur ad imputationem fructuum in ſortem; Et ſic ubi de veritate præexiſtentis crediti, ex quo cenſus eſt conſtitutus, conſtat aliundè, & habemus ſubſequutam obſervantiam cum ſolutione fructuum, ceſſat verè dubitatio, ſolùmque creditoris præjudicium verſatur in eo, quod non poterit uti inſtrumento ad effectum viæ executivæ, & liquidationis ſervata forma ritus M.C.V.

Et licèt *Rota in dicta Neapolitana penſionis Iunii 1642. coram Bichio, §. tandem non relevat*, videatur non admittere obſervantiam in comprobationem inſtrumenti, quaſi quod non ſit in poteſtate Baronis con-
tra venire, dicto Capitulo *Ladislaus*, edito ob publi- 7
cam utilitatem, attamen in hoc æquivocatur manifeſte, & *Afflictus* ad hoc allegatus, quid tale non probat, ac receptiſſimum eſt, veritatem poſſe aliundè probari, *Afflict.* enim dicit, quod fieri non poteſt ex pacto, ut credatur Notario Vaſſallo, ſed non excludit alios modos probandi veritatem contractus.

Habemus in ſimili de ſtatutis adimentibus fidem ſcripturis, & inſtrumentis, per quæ ita indirectè ſtatuta laicalia tollunt actus juratos, ſuper quibus diſpenſare non poſſunt, quia non per hoc tollitur modus probandi veritatem actus, & juramenti aliundè, *Lambertengh. de contract. gl.8. verbo mariti num.99. adden. ad Buratt. dec.422. num.18. ubi cæteri*; Major autem hujus creditoris difficultas conſiſtebat in defectu regii aſſenſus, undè propterea eſt poſterior habentibus aſſenſum etiam poſteriorem forte abſorbentibus totum aſſem, ut intret regula, quod inanis eſt actio, &c.

In quadam alia cauſa, *Gravnien. cenſus coram A. C.* ſuper hoc eodem cap. *Ladislaus*, diſputavi, an quæ dicuntur de Barone, procedant in ejus uxore, Et negativè reſpondendum eſſe dixi, quia verſamur in lege odioſa, & exorbitanti, non extendenda, ex punctuali auctoritate *Franch. dec.118. in fin.* Et ita judicatum fuit, &c.

† EST etiam iſta lex localis, ideóque ſuper ejus in-
terpretatione vel praxi deferendum venit Au- 1
ctoribus verſantibus in illis Tribunalibus, quatenus ab iſtis opiniones vel ſtyli mutentur; Inſpecto autem præſenti ſtatu adhuc probabilior videtur opinio *Afflicti* juxta firmata in hoc diſcurſu, atque ad ejus comprobationem plura colligit *modern. De Luca ad Franch. deciſ.118.*

Et quamvis idem deindè *in addit. ad deciſ.631.* ſubdubius remanere videatur, ob auctoritatem primæ deciſionis *Rota apud Bichium* in eodem diſcurſu inſinuatæ, quæ eſt *inter ejus poſtmodum impreſſas deciſ.55.* cum qua procedit alter Scribens, qui apud eundem addentem regiſtratur; Attamen ceſſat dubitandi ratio ſtante receſſu coram *eod. Bichio inter ſuas deciſ.91.* cujus notitia tam per dictos Scribentes, quàm per addentes

non

non habebatur ; Atque apud. eoſdem , alii referuntur, agentes de materia hujus legis.

Perſiſtendum quoque videtur in opinione firmata in 2 diſcurſu , quam etiam ſequitur *De Marin. ad Reverter. deciſ.*386. non obſtante quod eadem deciſio ſit in contrarium , ut iſta lex adimat quidem ſcripturæ illam fidem , quam ſibi præſtat publica auctoritas notariatus, ſed non annullet contractum , neque tollat facultatem probandi illius veritatem per teſtes , aliaſque ſpecies probationis , inter quas ipſamet ſcriptura tanquam privatam connumeranda videtur , idémque Notarius tanquam privatus teſtis ſupplendus ex aliis teſtibus , aliiſque probationis ſpeciebus & adminiculis adhiberi poteſt adinſtar eorum , quæ habentur *tit. de dote diſc.*143. de ſtatutis & legibus, quæ eandem fidem adimunt ſcripturæ , ſive inducant in aliquibus contractibus præſumptionem metus & doli cum decreto irritanti , juxta adeò frequentem praxim in Curia ſuper contractibus mulierum & minorum non ſervata forma ſtatutorum, quoniam operantur quidem , ut inſtrumentum de per ſe non faciens illam fidem , quam aliàs de ſui natura facere deberet , neque mereatur illam exequutionem, quam aliàs haberet , ſed non impedit quin rei veritas aliundè probari valeat , quodque ipſamet ſcriptura deſerviat pro una ex ſpeciebus probationis ab aliis tamen ſupplenda , dum etiam contractus non ſolemnes , qui non ſufficiunt ad obligationem attenduntur tamen ad probationem ex relatis apud *Arguell. deciſ.*63. *num.*37. *&* 38. & alibi pluries inſinuatur ; Et ſic quod lex tollit id , quod ipſa dedit circa fidem Notario præſtandam ſive quod inducit præſumptionem fraudis & doli vel metus , ſed hæc eſt præſumptio juris tantùm, quæ ſufficit, non data contraria probatione , quam non tollit, quoniam aliàs eſſet derogari veritati naturali , atque confovere peccatum , atque permittere locupletationem de alieno , quod fieri non poteſt, niſi in pœnam , quod in dubio non præſumitur.

Et quatenus etiam conſtaret , quod ita diſpoſitum eſſet in pœnam , adhuc tamen obſtaret canonica æqui- 3 tas , quæ ob dictam rationem peccati , quod reſultat à locupletatione de alieno , invito Domino , non permittit exactionem pœnæ conventionalis ultra id, quod intereſt ex deductis *ſub titulo de regal. diſc.*17. *& ſub tit. de locat. & conduct. diſc.*43. *& alibi.* Et licet ibidem firmetur validitas conventionum pœnalium , quoties uſuræ ſuſpicio adſit & juramentum accedat ; Attamen in illis vel ſimilibus caſibus id provenit ratione ſubjectæ materiæ , & de natura illorum negotiorum.

Probabile quoque videtur id , quod firmatur in diſcurſu , ut iſta lex , quamvis ſit laicalis locum habeat 4 etiam in foro Eccleſiaſtico & cum perſonis Eccleſiaſticis ab ejus auctoritate exemptis , quoties tamen agatur de inſtrumento Notarii Regii tantùm , ſecus autem ſi eſſet Apoſtolicus ex ea congrua ratione inſinuata *d. diſc.* 143. *de dote* ac etiam *diſc.*26. *ſub tit. de alienat. & contract. & tit. de judic. diſc.*27. quod ſcilicet lex non exercet ſuam auctoritatem cum perſona Eccleſiaſtica , ſed cum proprio ſubdito , quem publicum Notarium ex ejus auctoritate creavit , dum illi attributam poteſtatem denegat in certis caſibus, in quibus ille dicendus non eſt Notarius adinſtar Judicis delegati, qui in reſtrictionibus in delegatione contentis non dicitur Judex , ſed homo privatus ; Et ſic dici non poteſt ſcriptura publica ob auctoritatem notariatus à Principe ſibi collatam, dum iſta auctoritas non adeſt , quia Princeps eam illo caſu concedere noluit ; Ac propterea dicitur illa cum non ſubditis indirecta operatio , quam leges laicales faciunt in actibus juratis , quamvis laico non detur poteſtas diſpenſandi juramento ex relatis *d. diſc.*143. *de dote* & pluries in ſua propria ſede *ſub tit. de alienat. & contractibus prohibitis.*

Super iis autem , quæ in diſcurſu habentur ſuper 5 imputatione vel reſtrictione fructuum cum diſtinctione inter infectionem intrinſecam ratione uſuræ & extrinſecam ſeu accidentalem videri poſſunt ea , quæ habentur pluries *ſub tit. de uſur. præſertim diſc.*17. *& ſub tit. de camb. diſc.*31. *& eod. tit. in Supplemento in Romana ſeu Tudertina Cambiorum diſc.*31. ac etiam infrà *diſc.*31.

Super alio caſu *in Gravinen. Cenſus* , qui inſinuatur in fine hujus diſcurſus ; Quamvis in Tribunali A. 6 C. judicatum fuerit , ut iſta lex non extendatur ad uxorem Baronis , juxta *deciſ.*118. *Franch.* Nihilominus interpoſita appellatione per debitorem ſuccumbentem, & commiſſa cauſa *in Rota coram Dunozetto* informante ſolum ipſo Appellante , ob contumaciam ſeu negligentiam Procuratoris appellati juxta hujus Tribunalis ſtylum enunciatum *d. diſc.*32. *in relat. Curiæ* ad favorem ipſius informantis prodiit reſolutio , quæ habetur *inter expreſſas ejuſdem Dunozetti deciſ.*843. incertumque eſt qualem exitum cauſa habuerit.

Adhuc tamen dicta reſolutione non obſtante perſiſtendum venit in eadem ſententia , dum Rota proceſſit 7 cum ſolis auctoritatibus & rationibus deductis per unam Partem , eodem modo quo deducebantur coram A. C. ſed non potuit inſtrui de earum fallaciis per alteram partem ; Ideóque hujuſmodi deciſiones , una tantùm Parte informante editæ , ità cogente hujus Tribunalis ſtylo inſinuato *d. diſc.*32. *in relatione Curiæ*, habendæ non veniunt in nimia conſideratione , quando in aliis caſibus pro auctoritate allegentur , quoties in contrarium talia deducantur fundamenta , quæ ſi fuiſſent deducta in Rota , veriſimiliter illa reſolutio non prodiiſſet ; Atque ad id Judices reflectere debent, non autem cum cæca fide vel cum damnabili ineptia procedere in ſola littera ; Neque imputandum eſt Tribunali , cur non practicet rubricam , *ut ea , quæ deſunt Advocatis , Iudex ſuppleat* , quoniam id rectè procedit in iis, quæ conſiſtunt in puncto juris communis, undè propterea frequenter prodeunt reſolutiones contra informantem , non autem ubi fallaciæ conſiſtunt in facto vel in legibus localibus , quorum notitiam habere non tenemur.

ROMANA CENSUS

Pro MARCHIONE FERDINANDO TORRES

Cum FRANCISCO CINCIO.

Caſus Diſputatus in Signatura juſtitiæ.

De Conſtitutione Regni *Conſtitutione Divæ memoriæ* concedente facultatem veniendi adversùs factum proprium , & revocandi alienationem feudi ; Et an procedat quoad diſtractum , ac voluntarium receſſum ab alienatione jam facta , & Regio aſſenſu roborata.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*

2 *An creditor Cenſus cogi poſſit per executionem poſitivam ad actum facti ad retrovenditionem.*

3 *Ad validitatem alienationis feudi in Regno requiruntur aſſenſus regius , ac etiam juramentum , & litteræ aſſecurationis.*

4 *De Conſtitutione* , Conſtitutionem Divæ memoriæ, *ob quam etiam contra factum proprium veniri poteſt , & revocari alienatio.*

5 *Aſſenſus regius ſuper alienatione feudi, an ſuffragetur ſuper pacto reſolutivo vel de retrovendendo.*

6 *Si non eſt præſtitutus ſuper pacto contemporaneo, corruit in totum actus.*

7 *In feudis non datur ſimulatio , neque attenduntur privatæ conventiones à Domino non approbatæ.*

8 *Receſſus à contractu impugnabili capiendus pro recognitione veritatis, ideò non omninò voluntatis.*

† 1 *Ad materiam facultatis revocandi.*

2 *De eadem in Statu Eccleſiaſtico in bonis juriſdictionalibus.*

3 *Generales de eadem materia ſententia de jure communi.*

4 *De pacto retrovendendo non vallato aſſenſu.*

DISC. XXX.

1 EX illa parte pretii, quæ ex Pontificio Chirographo deſtinata fuerat multiplico pro reintegratione fideicommiſſi, à quo prævia illius derogatione, diſmembrata fuerat tenuta Turris in petra nuncupat, vendita Principi Peretto per illos de Conciis, creatus fuit Cenſus cum Marchione de Torres in ſorte ſcut. 4000. ad favorem vocatorum ad fideicommiſſum, ad effectum faciendi multiplicum, quod primariò affectum eſſet ad favorem emptoris pro caſu evictionis, & moleſtiarum, ſecundariò autem dicti fideicommiſſi, cum decreto irritanti, ut non poſſet in alios uſus converti neque extingui, niſi ad effectum reinveſtiendi pretium in alios effectus fructiferos de ſcientia, & conſenſu intereſſatorum, & ſub eiſdem vinculis, juxta formam in hujuſmodi multiplicis ſervari ſolitam; Quia verò Franciſcus, & Bernardus Fratres de Conciis dicti fideicommiſſi poſſeſſores, moleſtabant dictum Marchionem pro punctuali ſolutione fructuum dicti cenſus, ac inveſtimento, idcircò hic ad ſe ac hujuſmodi moleſtiis eximendum, de anno 1653. pro reſtitutione ſortis, dictique ſenſus extinctione, dedit in ſolutum Franciſco Cincio Caſtrum Cagnani in Aprutio, cujus redditus aſſerti fuerunt ducatorum ſaltem 270. ſubrogatum loco dicti Cenſus pro rata illi proportionata, cum eiſdem vinculis, & cum pacto reſciſſorio, ac regreſſu hinc indè ad primæva jura in caſu obſervantiæ eorum, quæ invicem reſpectivè promiſſa fuerant, atque deſuper impetratus fuit aſſenſus ab ipſo Rege legitimè executoriatus; Sed quia dictus contractus non erat practicabilis quoad multiplicum, neque Marchio ita obtinebat liberationem à debito cenſus ob non ſervatam formam in extinctione facienda præſcriptam, atque alii de Cinciis ad fideicommiſſum vocati opponebant non potuiſſe citra conſenſum ipſorum, ac emptoris renutæ, fieri dictam ſubrogationem, contra formam Chirographi Pontificii extra Statum Eccleſiaſticum, & in bonis feudalibus devolutioni ſubjecti, unde propterea plures exortæ ſunt lites coram A. C.

Idcircò de anno 1664. præfati Marchio, & Franciſcus, concorditer à dicto Inſtrumento dationis in ſolutum inito de anno 1655. receſſerunt, atque Franciſcus tanquam reverſus ad Cenſum, aliquos fructus exegit, & econverſo Marchio Caſtri poſſeſſionem obtinuit, ſed pœnitens Franciſcus hujus ſecundi contractus ſeu diſtractus Regio aſſenſu non vallati, prævia illius revocatione, de facto dicti Caſtri poſſeſſionem reaſſumpſit, undè propterea inter eos introducta eſt lis in Regia Camera ſeu Regio Sac. Conſilio Neapolitano; Quia verò interim dicto Marchioni non expediebat ſubjacere oneri dicti cenſus, ob ejus fructus graviores, quàm frequentiùs currerent, ac etiam ob onus præſtandi Cedulam bancariam, idcircò prævia diſdicta ad formam Bullæ Pianæ, obtinuit ab A.C. ſolitum decretum de deponendo ſortem in Monte Pietatis in contumaciam creditoris, nolentis pro certa die, & hora recipere, ac inſtrumentum retroventitionis fieri ex officio.

Appellavit autem ab hoc decreto Concius, atque 2 in Signatura Juſtitiæ diſputatum fuit, quomodo reſcribendum eſſet de appellatione, an ſcilicet ſimpliciter ad utrumque, vel ad ſolùm devolutivum, cum clauſula *ſine præjudicio executionis*, cumque propoſita cauſa, dilata eſſet reſolutio, atque in hac diſputatione habita eſſet difficultas cum votorum diſcrepantia, ſuper validitate dictis diſtractus ſequuti de anno 1664. idcircò in repropoſitione requiſitus fui, ſuper hoc potiſſimum puncto, ad ſcribendum pro Marchione Appellato.

Incongruum dixi diſputationem ex hac parte aſſumptam in Signatura, quæ proindè juſte in ſecunda propoſitione reſcripſit ſimpliciter de appellatione ad utrumque, quoniam nullibi jure cautum eſt, creditorem teneri, ac præcisè cogendum eſſe ad recipiendam ſibi oblatam ſortem cenſus extinguendi, ita ut præſervanda eſſet Juriſdictio Judicis à quo, ſuper execu- 2 tione facienda, cum clauſula *ſine præjudicio*, ac rejectione appellationis ſuſpenſivæ, dum executio jam perfecta; & conſummata dicebatur mediante depoſito, quod volens creditor poterat per annos, & perpetuò non accipere, ut expectaret totius cauſæ exitum, à quo litis effectus pendebat; ſi enim locus erat extinctioni, ita ut contumax eſſet creditor, qui prævia legitima diſdicta interpellatus fuerat ad recipiendum, benè depoſitum factum eſſet, atque ita debitor obtinebat intentum, & retrovenditio habebatur de jure pro jam exequuta, & perfecta, undè aliud executionis factum non requirebatur; Et econverſo &c. & ſic verè cum inani labore, & impenſa extra propoſitum hæc diſputatio aſſumpta fuit.

Quatenùs verò pertinet ad materiam feudalem, ac intelligentiam Conſtitutionis Regni incipien. *Conſtitutionem divæ memoriæ*, cujus vigore dicebant ſcribentes pro Cincio, dictam ſecundam conventionem potuiſſe revocari, dicebam inprimis videndum eſſe de validitate primæ dationis in ſolutum, ſeu primæ conventionis initæ de anno 1653. an ſcilicet vallata eſſet regio aſſenſu conceſſo per ipſummet Regem, ut requi- 3 ritur ad favorem exterorum acquirentium feuda in Regno, quos Prorex habilitare non poteſt, quidquid ſit quoad habilitationem ad acquirendum hypothecam ſeu Jura, & actiones, ex iis, quæ habentur *in Neapolitana pro Raggiis hoc eod. tit.* & an dictus aſſenſus ad formam Regiarum pragmaticarum eſſet infra annum legitimè executoriatus in Regio Collaterali Conſilio, & quatenus ſic, an etiam dictus emptor præſtitiſſet juramentum, ac expediiſſet litteras, quæ dicuntur aſſecurationis Vaſſallorum, ſine quibus aſſenſus non ſuffragatur, ac etiam locutus eſt revocationi, ex deductis per *Hodern. controv. 26. num. 4. & ſeq. & per tot.* ac habetur *in Bojanen. hoc eod. tit.*

Quando enim dicti defectus adeſſent, vel eorum aliquis, tunc ex eadem ratione, ob quam alter contrahens prætendebat potuiſſe revocare ſecundam conventionem, dicebam iſtum potuiſſe revocare primam, undè propterea res reducebatur ad priorem ſtatum, ac ſi neutra facta eſſet; non impugnando ſed expreſsè ad- 4 mittento propoſitionem apud Regnicolas paſſim receptam, & hodie indubitatam, ut in vim Conſtitutionis *Conſtitutionem divæ memoriæ* ſic intellectæ, & practicatæ revocari poſſet proprius contractus, atque adversùs factum proprium deveniri ex deductis per *Hodern. dicta controv. 26. Gizzarell dec. 2. Apont. de poteſtate Proreg. tit. aſſenſ. Reg. ſuper dot. §. 1. num. 31. & ſeq. & tit. de refut. feud. §. 11. Prat. obſerv. 2. num. 7. & per tot. & omnes.*

Ubi autem dicti defectus ceſſarent, ita ut dictus primus contractus eſſet validus, & perfectus, dicebam inſpiciendum eſſe Regium aſſenſum deſuper expeditum, in hac diſputatione non communicatum, an ſci- 5 licet ille conceſſus eſſet ſolùm ſuper alienatione feudi, ac iſtius tranſlatione de uno in alterum, nulla facta mentione pacti reſolutivi contenti in eodem Inſtrumento, vel potiùs conceſſus etiam eſſet ſuper dicto pacto totoque Inſtrumento, iſto enim ſecundo caſu, indubitatum erat validè reſolutionem fieri potuiſſe abſque alio novo aſſenſu, cum jam conceſſus iſtum quo-

que

Digitized by Google

que caſum complecteretur, ut in fortioribus terminis pacti de retrovendendo adjecti ab initio in ipſo Inſtrumento, ſuper quo, omnibuſque ejus pactis conceſſus eſt aſſenſus, habetur tanquam abſolutum apud *Gizzarell. dec.3. & alios, de quibus in Romana pro Guelfo, & in aliis hoc eodem tit.* in quibus ſpecialiter actum eſt de puncto, an aſſenſus ſuper alienatione feudi, ſuffragetur quoad pactum de retrovendendo.

Difficultas autem cadebat in primo caſu, quando ſcilicet in aſſenſu de hujuſmodi pacto facta non eſſet mentio, & tunc duo conſiderabam, primò quod cum dictum pactum eſſet in eodem contractu, & correſpectivum, ſine quo partes aliàs non contraxiſſent, aſſenſus ob individuum voluntatis corruebat etiam ſuper
6 ipſa venditione, ſeu datione in ſolutum, ut ex *Camerario in cap. Imperialem, & aliis habetur apud Gizzarell. dec.3. num.11. & ſeqq. & alios, de quibus in Camerinen. Iuriſdictionis hoc eod. tit.* Et ſecundò ut id procederet in ordine ad pactum de retrovendendo, quod importat novam venditionem, per quam dominium denuò de uno in alterum, tanquam ex integro transfertur, cum ſolo beneficio retrotractionis, reſultan. ex natura conditionis neceſſariæ, ſecùs autem ubi, non de pacto de retrovendendo, ſed de reſolutivo, ob conditiones, & pacta non ſervata, cum tunc non dicatur dominium de ono in alterum de novo transferri, ſed reſolvi ab initio, perinde ac ſi actus geſtus non eſſet, atque prius dominium à venditione non abdicatum, tanquam per omnimodam reverſionem ad ſuam priorem cauſam, fingendo per quandam ſpeciem poſtliminii, actum nunquam geſtum eſſe *ut notat. in l.1. & toto tit. ff. de leg. commiſſ. & l.1. ff de donat. & l.1. C. de donat. quæ ſub mod. Ottob. deciſ 159. num. final. ubi cæteri.*

Dubitabam verò de hoc ſecundo motivo, quoniam ex plenè deductis *in Roſſanen. decimarum coram Bichio*
7 *deciſ.*100. *part.9. rec.* aliàs poſt *Marin. reſol.*38. *lib.*2. *& per eamdem ibidem, ac ſæpiùs hoc tit.* in feudis non dantur ſimulatio, vel aliæ conventiones privatæ inter partes, Principi ignotæ, quia verus Feudatarius dicitur ille, quem Princeps agnoſcit, ac habet deſcriptum in ejus libris, ſeu quinternionibus; Unde cum in hac facti ſpecie, tacito dicto pacto, obtentus eſſet aſſenſus tanquam ſuper pura venditione, ſeu datione in ſolutum, ob quam emptor effectus erat Feudatarius, de reliquis nulla ratio habenda erat, unde propterea magis placebat primum motivum invaliditatis dicti aſſenſus per emptorem impetrati abſque mentione dicti pacti, ſine quo venditor non contraxiſſet.

Eoque magis hoc motivum placebat, quia partes in
8 recognitionem hujus veritatis à contractu receſſerant, illumque pro reſoluto habuerant, & ſic ponderabam, iſtum ſecundum actum conſiderandom non eſſe, tanquam voluntarium receſſum, ac novum diſtractum actus jam validi, & perfecti, habentem ſpeciem novæ alienationis, in quibus terminis, admittebam ex defectu novi aſſenſus rectè intrare facultatem revocandi, ed tanquam declinationem veritatis, ſeu individuæ ſvoluntatis partium, non faciendi unum actum ſine altero, unde propterea reſultabat nullitas aſſenſus; non tamen fuerunt hæc manurè diſputata, ſed ſolum ſic incidenter, ut dictum eſt, extra cauſæ opportunitatem.

1 † ASſumptum hujus diſcorſus ſuper libera facultate pœnitendi & revocandi contractum, donec in forma valida ſequatur aſſenſus, qui actum perficit, & informat, in eo Regno in hac materia feudali, eſt indubitatum, ideóque aliam non exigit comprobationem; multáque deſuper habentur apud *Roſ. in conſult.* 14. & 15. & 23. *Marin. ad Reverter. deciſ.*358. & 498. Et de aſſenſu non ſuffragante quoties obtineatur re non integra nempè poſt revocationem vel poſt mortem unius ex contrahentibus abſque novo conſenſu hæredis habetur infrà *diſc.*67. & 106. & in aliis.

Omnia verò, quæ per Regnicolas dicuntur ſuper 2
iſta facultate pœnitendi & revocandi in illis feudi æquè procedunt in ſtatu Eccleſiaſtico in bonis juriſdictionalibus, quamvis feudalem qualitatem non habeant, ſed ſint allodialia ob Conſtitutiones Apoſtolicas, quæ irritant contractum eandémque facultatem præbent & de quibus conſtitutionibus, earúmque operatione, habetur infrà *d. diſc.*66. *cum ſeqq.* Ac etiam *ſub tit. de credito diſc.*13. & 151.

Generaliter autem in puncto Juris communis, an & quando pendente conceſſione beneplaciti Domini vel 3
tertii, ſit locus pœnitentiæ habetur *in Romana ſeu Albanen. Vineæ ſub tit. de donation. in hoc Supplemento diſc.*61. ubi latè de materia.

Et de altera concluſione, de qua in hoc diſcurſu ſuper pacto de retrovendendo, adjecto ex intervallo, 4
vel etiam incontinenti, non tamen approbato per aſſenſum, an vitiet vel vitietur, habetur infrà *hoc eod. tit. diſc.*69.

BOIANEN. FEUDI

Pro DUCE JELSI CARAFA.

Reſponſum pro veritate extra Curiam.

Revocata emptione, ſeu venditione feudi in vim Conſtitutionis incipien. *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, An veniant per poſſeſſorem reſtituendi fructus, & per non poſſeſſorem ſolvendum intereſſe pretii accepti, Et quid ſi hoc intereſſe excedat fructus feudi.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Uſuræ, ſeu fructus per emptorem venditori debita pro pretio non ſoluto, an poſſint ex conventione excedere ipſius rei fructus.*
3 *Reſ. ipſo contractu alienationis feudi ob defectum aſſenſus, vel alterius ſolemnitatis, emptor tenetur reſtituere fructus feudi, & venditor tenetur ad uſu as pretii; ſed quid ſi uſuræ ſunt majores, & ſuperant fructus.*

† 1 *De facultate pœnitendi in feudi.*
2 *De punctis hujus diſcurſus.*
3 *De eadem facultate pœnitendi, etiam de jure communi, & de reſtitutione fructuum data reſolutione contractus.*
4 *Quod ad favorem emptoris intret etiam æquitas, l. curabit.*
5 *De differentia inter emptorem, & creditorem percipientem fructus ex pignore.*
6 *Quod non detur intereſſe pretii ſupra fructus ipſius rei, & num.9.*
7 *Potiſſimè favore ejus, qui diſcedit à contractu.*
8 *Laudantur Doctores Neapolitani in materia feudali.*
9 *De eodem, de quo num.6.*
10 *Quando intereſſe, etiam in caſu licito, non petatur ultra fructus bonorum.*
11 *De ratione habenda in valutatione feudorum, eorumque fructuum.*
12 *De differentia inter emptorem & venditorem in hac materia.*
13 *De modo tenendo per conſulentes & quare eis deferri non debeat.*

DISCURSUS XXXI.

FActa per Ducem Jelſi emptione Oppidi Campi- 1
baſſi, & expedito Regio aſſenſu, ejus tamen forma non ſervata circa juramenti præſtationem, ac litterarum

rum aſſecurationis expeditionem ; Idem Dux emptor dictam emptionem revocavit, quod in vim Conſtitutionis, *Conſtitutionem Divæ memoriæ* fieri poſſe receptum eſt, quamvis ex parte revocare volentis defectus implementi proveniat ; Quo ſtante, cum recepta ſit Regnicolarum propoſitio, tali caſu emptorem teneri reſtituere fructus ex feudo perceptos, venditorem verò uſuras pretii habiti, & penes eum retenti ; prætendebat Dux longè majores eſſe pretii uſuras, quàm feudi fructus, ideóque illud plus per ipſum peti poſſe, ac de prædictis interrogatus.

Reſpondi, incongruum eſſe ſuper hoc puncto reſponſum verſantis in Romana Curia, cujus opinione
2 attenta, controverſiæ caſus dari non poteſt, quia uſuræ pretii ſoluti excedere non poſſunt fructus rei, quorum loco hujuſmodi uſuræ, tanquam recompenſativæ admittuntur, ut habetur *in Lucana, & in aliis ſub tit. de uſuris, & intereſſe*, ubi oſtenditur hanc in puncto juris eſſe veriorem, ac omninò tenendam opinionem ; ſed præſuppoſita etiam aliquorum Regnicolarum opinione, de qua ibidem, & per *Merlin. lib.2. controv.50. num.18. & ſeqq.* ut iſtæ uſuræ poſſint excedere metam fructuum ex ipſo feudo perceptorum, adhuc dixi ma-
3 gnam ſentire difficultatem contra Ducem emptorem, ex cujus parte requiſitus eram, quia revocatio provenit, non ex omnimodo defectu aſſenſus jam obtenti, ſed ex defectu formæ per ipſum emptorem abſque alio venditoris facto implendæ, ita ut in dolo, vel culpa dicendus ſit, non faciendo id, ad quod de jure tenebatur ; Quo poſito iniquum, ac tam naturali, quàm poſitivo juri contrarium dicebam, ut culpoſus, ex propria culpa, & delicto commodum & utilitatem, in jacturam, & præjudicium innocentis reportare debeat ; Aliàs dari poſſet nimis lata occaſio fraudis, & doli, quod emptor ſoluto pretio, longo tempore negligeret hujus formæ implementum, negligendo etiam bonam feudi adminiſtrationem, ac majorem fructuum perceptionem, certus interim de curſu majorum uſurarum ad ejus favorem, cum quarum cumulo venditorem in bona fide verſatum ſupplantare poſſet, & ita punctualiter per has rationes dixi deciſum eſſe per Sac. Conſilium apud *Tappiam deciſ.* 8. quam referunt, & ſequuntur *Capobl. de Baron. tom.2. cap.21 in fine, Merlin. tom.2. controv.50. num.39. de Marin. reſol. quotid.83. lib.2. per tot. ſignanter ex num* 18. *& ſeqq.* Maximè quia controverſiæ caſus erat inter emptorem majorem, & culpoſum, & venditorem pupillum, vel minorem innocentem ; Atque optima mihi etiam viſa eſt ratio ponderata apud *Tappiam d. deciſ.8. in fine*, quod licèt fructus burſales feudi ſoleant eſſe minores uſuris, veniunt tamen compenſanda commoda, & honorificentiæ Juriſdictionis, & Baronalis prærogativæ, & hanc dixi videri veritatem.

1 † PRæſuppoſita in utroque contrahente coæquali pœnitendi, ſeu revocandi facultate, de qua *diſcurſu præcedenti*, non ſolùm in caſu non impetrati aſſenſus, ſed etiam in altero deficientis perfectionis ob non impleta ea, quæ juxta tenorem & clauſulas ejuſdem aſſenſus adimpleri debent cum paria ſint nullum & nihil ſive actum non eſſe geſtum vel geſtum ſub conditione ſuſpenſiva ſive impeditiva perfectionis ipſa conditione non purificata ex iis, quæ in hac materia latè expenduntur *per Roſ. in conſultat.14. & 23.* & in aliis *in annotat. præcedenti* inſinuatis.

Duo ſunt hujus diſcurſus puncti. Primò nempè ſuper reſtitutione fructuum facienda per emptorem ; &
2 è converſo ſuper obligatione venditoris ad intereſſe pretii percepti, quod interim in manibus habuit ; Et ſecundò ſuper exceſſu, an ſcilicet intereſſe debitum emptori, excedere poſſit metam fructuum venditori reſtituendorum ; vel è converſo, an venditor, qui intereſſe pretii non ſoluti exegit, ultra metam fructuum feudi venditi, teneatur illud plus reſtituere, vel reſpectivè imputare.

Primus punctus dici non meretur localis ac pendens ex ſtylis particularibus illorum Tribunalium, quoniam 3
ubique ex diſpoſitione vel ratione juris communis poſita imperfectione contractus emptionis & venditionis intrat eadem reſtitutio fructuum juxta ea, quæ habentur *ſub tit. de alienat. & contract. diſc.1.* in materia alienationis bonorum Eccleſiæ, & *ſub tit. de empt. & vendit. diſc.44.* in caſu læſionis enormiſſimæ redolentis dolum præſumptum & alibi pluries & præſertim infrà *eod. tit. de alienat. in Ferrarien. Tenutæ diſc. 69.*

Ex ea juridica ratione, quod fructus dicuntur ſequela dominii, atque pertinent ad eum, qui fuit Dominus qualis ſemper fuit venditor à quo ob infectionem contractus ipſo jure, non autem ope exceptionis, nunquam dominium abdicatum fuit, & per conſequens non tranſlatum in emptorem.

E converſo autem circa intereſſe pretii ſoluti, reficiendum emptori ; Quamvis de ſtricta juris cenſura & 4
juxta opiniones, quas ad mentem Sacrorum Canonum probabilius ſequitur Curia Romana, nullum intereſſe debeatur, quoties non verificentur requiſita lucri ceſſantis vel damni emergentis, dum pecunia eſt de ſui natura ſterilis & infructifera, ideóque non eſt apta producere fructus & acceſſiones citra labem uſurariam ex iis, quæ pluries habentur *ſub tit. de uſur. & ſub altero de Camb.* Attamen in iſto caſu probabilius eſt, atque in ipſamet Curia receptum, ut favore emptoris quoque pro rata pretii ſoluti intret eadem æquitas, *tex. in l. curabit, C. de act. empt.* ex deductis *eod. tit. de uſur. diſc.25.* Tum ex natura correlativorum quodque reſiſtit eadem æquitas, ut venditor eodem tempore habeat rem & pretium atque locupletetur de alieno. Tum etiam quia ita emptor animum declaravit non ſolùm verbis ſed etiam factis erogandi ejus pecuniam in bona ſtabilia fructifera ; Et per conſequens ita probata remanent requiſita lucri ceſſantis.

Hinc proindè retentis opinionibus, cum quibus Curia procedit, magna differentia eſt inter emptorem 5
qui pretium ſolvit & fructus ex re percepit ex titulo emptionis, quamvis intrinſecè invalidæ & imperfectæ ; adeò ut detecta nullitate vel imperfectione cauſa reducatur ad non cauſam & titulus ad non titulum ; Et inter alium caſum, in quo creditor ex cauſa mutui expliciti vel impliciti, pignus poſſedit, atque fructus ex eo percepit, quos de jure reſtituere vel imputare tenetur, abſque eo quod prætendere valeat deductionem intereſſe pecuniæ mutuatæ, dum in creditore ceſſant dictæ rationes ; Undè propterea in Curia non admittitur ille modus calculandi, de quo apud *Fontanell. deciſ.108. & ſeqq.* ac etiam apud *Maſtrill.106.* & advertitur *ſub tit. de uſur. diſc.4.* & in aliis.

Localis verò & qui exorbitat à regulis Juris Canonici, eſt alter punctus, in quo ſupponitur ut intereſſe 6
pretii ſoluti vel reſpectivè non ſoluti, excedere valeat metam fructuum ipſius rei ; Id etenim, juxta dictas opiniones, quas Curia ſequitur, omninò reprobatum eſt ex iis, quæ habentur pluries deducta *d. tit. de uſur.* præſertim *diſc.17. cum ſeqq.* Ideóque extra illa Tribunalia procedentia cum quodam ſtylo ibi recepto non datur hujus quæſtionis caſus ; Et per conſequens per Scriptorem exterum, ſaltem in ratione domicilii & qui in illis Tribunalibus benè verſatus non ſit, tutum judicium dari non poteſt, ſed deferendum venit ibi verſatis, dum ſive bonus ſive malus ſit ſtylus, de facto cum eo proceditur.

Adhuc tamen dicto ſtylo admiſſo perſiſtendum videtur in eodem ſenſu, de quo in diſcurſu, quod ſcili- 7
cet quoties revocatio contra jus proveniat ex facto voluntario, multò verò magis culpoſo emptoris juxta caſum præſentis diſcurſus ac alios de quibus apud *Tappiam deciſ.8.* & apud *Roſ. d. conſult.14. & 15.* nullo pacto emptor in hac prætenſione exaudiri debeat, ſed ſolùm ſit locus coæquali compenſationi, dum aliàs eſſet

d.te

dare maximum inconveniens ab utraque naturali & poſitiva lege damnatum, ut quis ex propria culpa, proprioque delicto commodum & lucrum reportare debeat cum damno & jactura alterius innocentis, cui injuria fieri dicitur, violando datam fidem; Ideóque contraria opinio continere videtur quemdam rigorem leguleium, omni ratione deſtitutum ac fundatum in quibúſdam legalibus propoſitionibus malè applicatis illas attendendo ad litteram judaico more.

Ita enim dari poſſet de facili caſus, ut callidus fenerator ſub hoc pallio alterum contrahentem excoriaret, ſuoque feudo vel alia re privaret, nullo ſoluto pretio vel cum facultate illud jam ſolutum repetendi, atque obtinendi illam rem cum ſolis uſuris & acceſſionibus dum obdormitando alterum contrahentem in continuatione & obſervantia contractus per multorum annorum decurſum fieri poſſet magis cumulus illius exceſſus intereſſe ſupra fructus, quo nil abſurdius.

Ac propterea venerando ut decet majeſtatem, magnamque doctrinam illorum Tribunalium & profeſſo-
8 rum, qui in omni materia potiſſimè verò in iſta feudali
rectè dici poſſunt de legali facultate optimè meriti & quibus aliarum Regionum profeſſores nimium debeant pro hujus feudalis materiæ notitia & elucidatione.

Attamen intellectus captivari non poteſt in obſe-
9 quium eorum auctoritatis ſuper hoc puncto dandi in-
tereſſe pretii ſupra fructus ipſius rei, ubi potiſſimùm non accedat formalis ac valida transfuſio pretii in alium contractum cenſus majorum fructuum productivi ex ponderatis *d. ſc. 18. cum plur ſeqq. de uſur.*

Ea etiam accedente ratione, quod ubi pecuniæ Dominus animum ſuum declaravit, in quam ſpeciem oc-
10 caſionum, eam erogare voluit, aliud prætendere non
poteſt niſi id, quod important fructus ipſius inveſtimenti, cùm fictio ſuperare non poſſet veritatem, quamvis aliàs pecunia eſſet de ſui natura fructifera & productiva majoris fructus ex iis, quæ habentur *ſub tit. de Dote diſc. 161. num. 45.* & in aliis, quod ſcilicet quamvis ex ſtatuto fructus, vel uſuræ dotales debeantur (ex gr.) ad ſeptem pro centenario, ſi tamen præcisè pecunia dotalis deſtinata eſt inveſtimento bonorum ſtabilium, & multò magis ſi illud ſit factum, ſed imperfectè ſeu reſolubiliter, tunc non poteſt prætendi intereſſe ſtatutarium, ſed solùm id, quod important fructus ipſius inveſtimenti facti vel deſtinati, dum intereſſe non poteſt excedere id, quod intereſt, ut etiam advertitur infrà *hoc eodem tit. diſc. 81.*

Nimium quoque in his terminis attendenda venit conſideratio, de qua *ſuprà diſc. 24.* ac etiam apud *Ro-*
11 *ſam conſult. 23. num. 101.* quod ſcilicet in calculo ſeu
valutatione fructuum feudi nobilis & juriſdictionalis non ſolùm habenda eſt ratio emolumenti burſalis quod etiam in parte negligi poteſt, & ſolet per illum emptorem, cujus animus ab eventu detegitur depravatus non ſervandi fidem, ſed etiam magna ratio haberi debet præeminentiarum & honorificæ ac Baronalis qualitatis cum juriſdictione & imperio in Vaſſallos. Undè meritò juxta deducta *d. diſc. 19. & 24.* bona juriſdictionalia & honorifica æſtimantur in fructu in medietate pluri; Atque eatenus iſte æſtimationis modus non procedit in illis feudis juxta ponderationes, de quibus in allegatis *diſcurſib. 19. & 24.* quatenus ita ſuadeat ratio onerum & periculorum, quibus ceſſantibus rectè intrat dictus diverſus valoris modus.

Probabiles quoque in hoc propoſito videntur rationes differentiæ inter emptorem & venditorem judicio-
12 sè ponderatæ apud *Roſam d. conſultat. 14.* undè propterea
diſplicuit videre, quod *idem in conſultatione 23. n. 100. & ſeqq.* ſubſtinere conetur, quod nulla dignoſcatur differentia inter Emptorem & Venditorem.

Atque hinc magis in dies edocemur, quàm fidendum ſit auctoritati Conſulentium; Excuſabiles etenim vi-
13 dentur Advocati, ſi modò unam & modò alteram tuentur
opinionem, quoniam in eorum optione poſitum non eſt unius vel alterius Partis clientelam aſſumere, ideóque eorum operam impendere coguntur illi, qui eam conducit, dummodo tamen fiat citra mendacium & calumniam & cum illis cautelis, quæ inſinuantur *in relatione Curiæ diſc. 46. & alibi*; Verùm excuſatione digni non ſunt, ſed potius cenſura illi, qui publicæ luci edunt eorum labores eo modo, quo compoſiti ſunt ad cauſarum oportunitatem, negligendo debitas conciliationes vel declarationes, ut ita poſteritas pro ſui ingenii viribus illuminetur, & quo magis fieri poteſt, agnoſcat veritatem ex cujus juſtitiæ zelo & ſervitio proprii labores perpetuitati dicari debent, non autem ad propriam inanem gloriam; quod alibi quoque advertitur.

NEAPOLITANA

Seu CAPUTAQUEN.

Pro MAGNO COMESTABILI COLUMNA, Cum DUCE DIANI.

Diſcurſus pro veritate.

Quomodo, & de quibus corporibus deficientibus præſtanda ſit evictio per venditorem feudi. Et quando intrent termini evictionis vel rei non traditæ.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Venditor feudi tenetur de evictione ipſius corporis in univerſum, non autem de ſingulis membris.*
3 *Fallit in iis, quæ ad ſpeciem reducuntur, & quando dicantur deducta ad ſpeciem.*
4 *Venditor qui dixit velle teneri de facto ſuo tantùm, ad aliud non tenetur.*
5 *De exceptione rei non traditæ competent. emptori adverſus venditorem.*
6 *De membris expreſſis cum clauſula* ſi qui, vel ſi quæ &c *an debeatur evictio.*
† 1 *De regula, quod in venditione Univerſitatis non præſtatur evictio rerum ſingularum.*
2 *De limitatione.*
3 *Quomodo intelligi debeat tam regula, quàm limitatio.*
4 *De eadem & de differentia inter unum caſum & alterum, ideóque ſit quæſtio facti decidenda ex caſuum circumſtantiis.*

DISCURSUS XXXII.

EXpoſita venali de ordine S. Conſilii Neapolitani
ad inſtantiam creditorum Marchionis Pollæ, Ter- 1
ra Diani cum ſuis annexis, ac pertinentiis tam feudalibus, quàm allodialibus, diſtinctè deſcriptis in æſtimatione de ordine ejuſdem Sacri Conſilii facta per Regium æſtimatorem, qui ibi Tabularius dicitur, illam emit M. Comeſtabilis Marcus Antonius Columna pro ducatis 50. m. ac poſt aliquos annos decennii ſpatium non excedentes, idem M. Comeſtabilis dictam Terram cum ſolita expreſſione generali bonorum, membrorum, & Jurium in feudorum venditionibus vel conceſſionibus, juxta formularium exprimi ſolitorum; Et cum alia particulari aliquorum bonorum, & Jurium expreſſione ſub dictione, *Signanter* relativè tamen ad dictam æſtimationem factam per regium Tabularium, vendidit Carolo Cala Regiæ Cameræ ſummariæ Præſidenti, pro eodem pretio ducatorum 50. m. & cum pacto pluries repetito, quod de prædicto feudo, ac bonis, & membris ſub verbo *Signanter* expreſſis, teneatur de evictione à ſe ipſo, & ab eo cauſam habentibus tantùm, & non aliàs, aliter, nec alio modo, ita ut in

caſu

caſu evictionis ab alio, quàm à ſeipſo, vel ex facto ſuo, non teneatur, nec ad evictionem, nec ad aliquam pretii reſtitutionem, vel diminutionem, ſed tali caſu emptor actionem habeat contra primum venditorem, ejuſque creditores, quibus pretium ab ipſo Comeſtabili ſolutum fuit cum obligatione reſtituendi &c. Cum reiteratis proteſtationibus cedendi jura talia qualia, & prout ſibi competunt, &c.

Cum autem emptor aliquam pretii partem deberet, & ad illius ſolutionem poſt plures annos urgeretur, prætendere cæpit evictionem, ſeu pretii defalcationem, ſub prætextu deficientiæ aliquorum corporum, & bonorum, & præſertim aliquorum arborum, quæ dicebantur areſfactæ, nec non ob certum augmentum adohæ per Regium Fiſcum prætenſum ultra ſummam de præterito conſuetam; Cumque ejuſdem Comeſtabilis Advocati in dicta Civitate exiſtentes de hujuſmodi prætenſionum ſubſiſtentia ſatis timere oſtendentes, ei conſuluiſſent quamdam præjudicialem concordiam, per quam dabatur totum id, quod rigoroſè prætendi poſſet, & ultra, principalis juxta ſuum naturale Judicium, vanum judicando hujuſmodi timorem, ſtante dicto pacto expreſſo non præſtandi evictionem, vel pretii diminutionem, niſi ex facto ſuo tantùm, voluit me, & bo.me. Ronconium inſignem Juriſconſultum ac magnum hujus Curiæ Advocatum conſulere, qui concorditer de hujuſmodi conſulentium timore mirati fuimus.

Regulam enim Juris eſſe dicebamus, in feudis, quæ
2 univerſitatem bonorum importare ſeu conſtituere dicuntur, evictionem ſolum præſtari de ipſo corpore feudi, non autem de ſingulis ejus membris, & bonis, adinſtar venditoris hæreditatis juxta *textum in l. 2. in princ. & §. fin. & l. venditor ex hæreditate, ff. de hæreditate, vel actione vendita, & l. 1. C. de eviction.* ubi diſponitur hæreditatis vel alterius Univerſitatis venditorem teneri de evictione totius corporis, non autem ſingulorum bonorum, quod in ſpecie feudorum firmant *Afflict. ſuper feud. in rubr. de Inveſtit. de re aliena facta num. 17. Vrſill. ad eumdem Afflict. dec. 81. num. 6. Mangil. de evict. q. 119. num. 23. Roſenthal. de feud. c. 8. concluſ. 29. in gloſ. lit. F.*

Et quamvis id ex communi Intelligentia, & praxi procedat in illis corporibus, & bonis, quæ ſub gene-
3 rica expreſſione enunciata ſunt, non autem in iis, quæ habent expreſſionem ſpecialem explicatam ſub dicto verbo ſeu dictione *Signanter*, ut advertit *Vrſill. ad Afflict. ubi ſuprà*, cujus traditio ibi in praxi eſt paſſim recepta, quod clarè in præſenti comprobatum remanebat ex tenore inſtrumenti, ubi dicitur venditorem pro facto ſuo teneri debere de evictione bonorum, ſub dicto verbo *Signanter* ſpecificatorum, nihilominùs id neque in præſenti procedere dicebatur, ſtante pacto expreſſo non præſtandi evictionem niſi in caſu, quo illa ex facto proprio ſequeretur, quæ exceptio conſtituit regulam negativam in contrarium, ut ultra ea, quæ generaliter in cujuſcumque rei evictione firmant *DD.*
4 *in l. ſi fundum ſciens, C. de eviction.* de quibus *decis. 453. num. 16. 457. & 469. num. 1. & per tot. part. 9. rec.* in ſpecialibus terminis feudorum optimè advertit *Afflict. in dicta rubr. de inveſtit. de re aliena num. 17.* Ubi firmat, quod dum venditor certum evictionis caſum expreſſit, in aliis teneri noluit, multò magis in præſenti, dum non ſolùm concurrit argumentum ex aliquorum caſuum ſpecificatione ab *Afflicto* deductum, ſed adſunt verba clara, & pluries repetita hujuſmodi voluntatem nimis expreſsè oſtendentia.

Fortiùs, quia ultra verba, concurrebant etiam facti circumſtantiæ, dum totius Inſtrumenti tenor, & præſertim eadem pretii quantitas, & ſæpiùs repetita relatio ad æſtimationem, ut ſuprà factam, & bonorum notulam in eo contentam, liquidò oſtendere videbantur, Comeſtabilem aliud gerere noluiſſe, niſi tollere ſe de medio à dicta emptione, atque in ejus locum in omnibus emptorem ponere, & ſubrogare, perindè ac ſi ad ejus commodum ejuſque nomine, tanquam procurator, vel nudum inſtrumentum ab initio emiſſet, nullum aliud incommodum, vel moleſtiam paſſurus, niſi ex facto proprio, unde juri, ac rationi nimis contrarium videbatur, ut teneri deberet ad id, ad quod non teneri vel expreſsè declaravit, & proteſtatus fuit, præſertim ad deficientiam corporum reſultan. à caſu fortuito, ſeu vitio naturæ, ut eſt arborum areſcentia, ſive à nova Fiſci prætenſione ſuper Adohæ augmento.

His difficultatibus communicatis præfatis Conſulentibus, iſti ſatis ægrè ferentes motiva, reſponderunt omnia prædicta benè procedere quoad punctum evictionis, ſecùs autem quoad alterum rei non traditæ, cui dicebant emptorem inniti, aliud ad id non allegantes, niſi regulam generalem deductam ex *text. in*
l. Iulianus, §. offerri, & l. qui pendentem, ff. de actionibus empti. 5
Sed parum ſolida reſponſio reputata fuit, tùm quia ſub nomine evictionis largo ſumpto vocabulo, venit etiam non traditio, quæ tacita evictio dicitur, ut ex *Bald. in l. ſi vendideris, ff. de evict. obſervat. Mangil. de evict. quæſt. 1. num. 6.* Unde dum per verba nimis generalia, & effrænata venditor declaravit ad nihil velle teneri, niſi ad id, quod ex ſuis hypothecis, & alienationibus, vel aliis actibus præjudicialibus reſultaret, vanum videbatur dicere, ut ſibi obſtare poſſit non traditio illius rei, quæ vitio naturæ, vel alio caſu deficit; Tum clariùs, quia dum agitur de venditione Univerſitatis, ſufficit tradidiſſe ipſam Univerſitatem, ſeu corpus feudi, non autem ſingula bona, & jura, quæ acceſſoriè, & conſecutivè ad ipſam Univerſitatem veniunt, eodem modo, quo ſuperiùs de venditore hæreditatis dictum eſt, nec videbatur quomodo per Viros in magna Civitate legalis facultatis profeſſores aſſereretur, quod augmentum oneris ex novis Fiſci prætentionibus poſt ſequutam venditionem reſultans, dici poſſet venire ſub exceptione rei non traditæ, dum id potiùs tribui poteſt inopinato caſui ſupervento; Nihilominùs ego, & Collega prudentialiter conſuluimus Comeſtabili, ut ſe concordaret omni quo poſſet modo.

In propoſito autem evictionis præſtandæ de feudorum membris, quamvis illorum venditio cum clauſula *ſi qui, vel ſi qua &c.* ſalvare ſoleat ab obligatione evictionis, quaſi quod venditor vendere voluerit jus, quod ipſe habebat, tale quale &c. Nihilominùs id procedere quoad membra non poſſeſſa, ſecus autem quoad poſſeſſa de tempore venditionis, ſubſtinet, ſed debili modo, & cum regulis generalibus *Ancl. Amat. conſ. 67.* qui ſic refert deciſum per *Regiam Cameram Summariæ.* & idem per *Rotam in Sabien. Status de qua hoc tit.* quod tamen minùs verum videtur, ſtante expreſſa contraria voluntate per dictam clauſulam explicata, niſi ex conjecturis, vel aliis facti circumſtantiis, & præſertim, ſuper omnia, ex pretii quantitate, conſtaret de hujuſmodi membris utpote certis, & pacificè poſſeſſis, fuiſſe in pretio habitam rationem, ita ut clauſula referri poſſit magis ad Notarii formularium, ut idem *Amatus* advertit.

† DE materia hujus diſcurſus quod ſcilicet ven-
dito feudo, quod importat Univerſitatem, de- 1
beatur evictio de ipſa Univerſitate, non autem de ſingulis membris vel effectibus, habetur etiam infrà *hoc tit. diſc. 65. & tit. de empt. & vendit. diſc. 26.* ubi de eadem concluſione, ſi ceſſa, ſeu vendita ſit hæreditas, & *tit. de dote diſc. 89.*

Quamvis autem vera ſit regula ac etiam vera ſit limitatio in hoc diſcurſu inſinuata reſpectu ſcilicet illorum
membrorum ſeu effectuum, quæ deducantur ad ſpe- 2
ciem cum verbo, *Signanter* vel cum alio æquipollenti; Attamen tam regula, quàm limitatio continent ſimplicem juris præſumptionem operativam in dubio, ſecùs autem accedente non ſolùm clara & expreſſa probatione

Digitized by Google

tione contraria, quo caſu nulla cadit quæſtio ad regulam Textus *in l. ille, aut ille, ff. de legat.3.* ſed etiam ob contrarias præſumptiones & argumenta illud præſertim, quod reſultat à quantitate pretii, quod magnum eſt argumentum voluntatis partium, & quid in contractum deducere voluerint, ut pluries advertitur *in tit. de empt.& vendit.* & alibi cum ſit principium certum.

4 Magna igitur diſcretio dignoſcitur inter iſtum caſum,& alterum,de quo *dicto diſc.56.* quoniam ibi venditio facta eſt ad æſtimationem in fructu ad 10t pro centenario juxta frequentiorem praxim venditionis Caſtrorum in Statu Eccleſiaſtico, ac etiam venditionis feudorum in hoc Regno Neapolitano, ubi per illos publicos æſtimatores, qui tabularii dicuntur fiunt æſtimationes habendo rationem de omnibus introitibus & effectibus & juxta qualitatem locorum & Regionum reſpectivè & per conſequens deficiente aliquo membro vel effectu non debet venditor obtinere pretium rei, quæ non erat ſua; Benè verum, quod verificatur regula non præſtandi evictionem, cum re vera potiùs intret refectio vel deductio ex actione quanti minoris; In præſenti autem Venditor qui novus Emptor quoque erat aliud non agit,niſi ponere alium in locum ſuum,ideóque ſemper edocemur,ut procedendum non ſit, cum generalitatibus ſed juxta ſingulorum caſuum circumſtantias cùm revera iſtæ ſint quæſtiones potiùs facti quàm juris.

ROMANA LEGATI.

Pro PRINCIPE SABELLO,

Cum CARLOTTA SABELLA PRINCIPISSA CARIATIS.

Reſponſum in cauſa vertente in Sac. Conſilio Neapolit.

An & quando Feudatarius citari, & conveniri poſſit in Feudo, ſeu in eo Foro, cui feudum ſubjacet, quamvis ipſe ratione tam originis, quàm domicilii ſit alterius Fori, & aliqua de judicio legis diffamari, an ſcilicet illius intentator ſit actor, vel reus.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Ibi terminandum eſt judicium, ubi captum eſt.*
3 *In judicio l. diffamari quis dicatur actor, & quis reus.*
4 *In Curia poteſt inchoari cum procuratore generali.*
5 *Feudatarius, an & quando conveniri poſſit in loco feudi.*
6 *Beneficiatus convenitur in loco Beneficii.*
7 *Pro legatis non competit hypotheca in feudis.*
8 *Quomodo intelligatur concluſio, de quo num.5.*
9 *De fori competentia juxta diverſos Principatus.*
10 *In quo foro Legatarii conveniant hæredem pro legatis.*
11 *In cauſa univerſali forus dignior trahit omnes.*
12 *Quomodo interpretanda ſit renunciatio facta intuitu donationis.*
† 1 *De citatione Feudatarii in feudo vel beneficiati in beneficio.*
2 & 3 *De duplici declaratione hujus aſſumpti.*
4 *Quando Feudatarius debeat conveniri in loco feudi & non poſſit conveniri in loco domicilii.*
5 *Quod pro legato non detur hypotheca ſuper feudo.*

DISCURSUS XXXIII.

1 PRincipiſſa Catharina Sabella tanquam Principis patris primogenita,& hæres,Domina, & poſſeditrix Civitatis Albani, Oppidi Ariciæ, Caſtri Cretonis, & aliorum bonorum in Statu Eccleſiaſtico, ac etiam plurium feudorum ſub nomine Baroniæ Peſchi Rochiani in Regno Neapolitano, inſtituto hærede Bernardino filio primogenito, Fabritio ſecundogenito tunc Archiepiſcopo Salernitano poſtmodum Cardinali, jure legati reliquit ſcut.100.m. & Carlottæ filiæ, quæ tunc ſecundas nuptias contraxerat cum Principe Cariati, pariter legavit ſcut.30.m. Cumque dicta Carlotta occaſione dotis habitæ à præfato Bernardino fratre, vel occaſione iſtarum nuptiarum, vel primarum cum Aldobrandino, amplam feciſſet renunciam de omnibus ſucceſſionibus, legatis, & Juribus, tam de præterito obventis, quàm in futurum, etiam ex teſtamento obveniendis, eaque non obſtante prætenderet dicti legati conſequutionem, hinc dictus Bernardinus uſque ab anno 1645. ex remedio *l. diffamari, ff. de ingenuis & manumiſſis,& l. ſi contendat, ff. de fidejuſſor.* Quod vulgò jactationis, ſeu diffamationis detur, cauſam introduxit in Rota citato ejuſdem Carlottæ abſentis Procuratore generali in Curia exiſtente, ad quam cauſam per aliam ſucceſſionem obtinuit quoque admitti dictus Fabritius alter filius, & legatarius, rebuſque plurium annorum ſpatio in hoc ſtatu ſub ſilentio exiſtentibus, ac mortuo dicto Principe Bernardino, eadem Carlotta jam vidua, judicium inſtituit pro dicti legati aſſequutione una cum intereſſe in Sac. Conſilio Neapolitano contra Principem Julium dicti Bernardini filium, tanquam Feudatarium, tam in ratione dictæ Baroniæ, quàm etiam Principatus Venafri, & Comitatus Celani ex ſucceſſione Mariæ Felicis Perettæ matris, juxta ea, quæ habentur *in Venafren. loc. eod. tit.* petendo dictum Julium cogi in actione perſonali ad vendenda dicta feuda Baroniæ utpotè hæreditaria præfatæ Catharinæ teſtatricis, ut de pretio ſatisfieri poſſet. Quare deſuper ex parte dicti Principis in Urbe exiſtentis conſultus, an ſcilicet juridicè in dicto Sac. Conſilio conveniri poſſet, vel de juſtitia remittenda eſſet cauſa ad ſuum forum,ut jam per ejus Agentes de remiſſione oppoſitum fuerat.

Reſpondi, etiam cum ſenſu veritatis, dictæ remiſſioni omninò locum eſſe debere, quamvis judicium in Curia præventum non eſſet, multò magis, ac indubitanter, ſtante præventione, unde propterea in reſponſo deſuper edito, duas conſtituebam inſpectiones,unam ſuper legitima præventione in Curia, quam ſupponebatur, ex parte actricis, utpotè ſemper abſentis apud ſecundum virum, omninò impugnari, & alteram, circumſcripta enim dicta præventione, quatenus adhuc res eſſet integra.

Quoad primum, poſita legitima introductione judicii,in Rota, reſultabat abſolutum Juris principium deductum ex vulgari textu *in l. ubi acceptum, ff. de judiciis cum concord. apud Carleval. de judiciis tom.1. diſput.2.num.899.& omnes*, quod ibi terminandum eſt judicium, ubi cæptum fuit. 2

Pro legitima verò dicti Judicii præventione, ac introductione, concurrebant duo ejus requiſita, primò 3 ſcilicet competentia fori,& ſecundò citatio partis legitimè exequuta, quorum utrumque verificabatur, cum enim Princeps Bernardinus eſſet Romanus, ibique domicilium haberet, ac etiam in Urbe obiiſſet teſtatrix, conditum eſſet teſtamentum, adita hæreditas, ac etiam ibi, & in Statu Eccleſiaſtico adeſſet penè totus aſſis hæreditarius, exceptis dictis feudis, fortè neque vigeſimam partem dicti aſſis conſtituentibus, Indubitata erat competentia fori Curiæ Romanæ, non obſtante, quod dicta actrix origine etiam Romana, ſe tranſtuliſſet ad domicilium Viri, ibique domiciliaria effecta eſſet, quoniam quicquid dubitatum fuerit apud *Afflict. deciſ.267. & ſequaces*, rejecta iſta opinione, magis communiter receptum eſt, intentantem dictum remedium, *l. diffamari*,quamvis in ordine videatur actor, attamen in ſubſtantia eſſe reum, proindéque trahere poſſe ad forum ſuum illum, qui ſe futurum actorem jactavit, etiam ſi

Digitized by Google

hic à dicto foro omninò exemptus eſſet, *ut ex Capicio, Urſill. Maranta, & aliès* latè habetur *apud Cacher. deciſ. 151. Muſcatell. in praxi civili, part. 1. gloſ. reus n. 13. ubique latè Prat. in addit. Tappia dec. 33. num. fin.* & hanc ſequitur etiam Rota, *ut dec. 500. n. 12. & ſeq. part. 5. rec. dec. 102. in fine part. 6* & ſæpius, potiſſimè verò ubi ille, qui tale judicium intentavit, eſt debitor, ſeu poſſeſſor bonorum, ſuper quibus futura eſt controverſia, cum tunc ſit concluſio non admittens diſputationem, cadentem in caſu, quo non poſſideat, juxta diſtinctionem, de qua plenius *in Sabinen. via ſeu tranſitus ſub tit. de Regalibus*, & pluries in ſua materia *ſub tit. de Iuriſdictione, & foro competenti.*

Alterum verò requiſitum citationis partis legitimè exequutæ, pariter concurrebat, cum citatus eſſet ejuſ-
4 dem actricis Procurator generalis in Curia exiſtens, cum quo receptum eſt, in eadem Curia judicium inſtitui ſeu inchoari poſſe, non citato principali, *ut apud Gregor. & Adden. deciſ. 127. num. fin.* ac etiam in ſpecie hujus judicii habetur *apud Capic. deciſ. 28. num. 9. & Capic. Latr. conſult. 114. num. 38. & 35.*

Verùm ubi præmiſſa omnia ceſſarent, ita ut res eſſet omninò integra juxta ſecundam inſpectionem, adhuc tamen dicebam, etiam pro veritate, dictum forum eſſe incompetentem, atque omnimodam competentiam eſſe in eadem Romana Curia, in qua judicium ut ſuprà præventum erat; Licet enim apud feudiſtas recepta ſit propoſitio, feudatarium citari poſſe quamvis abſentem in ipſo feudo, atque conveniri in ejuſdem feudi foro, ex deductis *per Ann. alleg. 74. num. 2. & 3 & ſingul. 153. Ro-*
5 *vit. pragm. 2. de citat. num. 20.* apud quos concordantes, nihilominus non procedit in cauſis ſpectantibus ad ipſum feudum, ejuſque cauſa, & occaſione pertractandis, *ut advertit Ann. ead. alleg. 74* ubi agit de alio Principe Romano Comeſtabili Columna Regni Feudatario, pariter in dicto Sac. Conſilio convento; Et probatur ad evidentiam, quoniam ut patet ex allegatis, & aliis, feudiſtæ hujuſmodi propoſitionem deduxerunt à Beneficialiſtis, & à concluſione, quæ in ea materia habetur, quod
6 beneficiatus, quamvis diverſi fori, conveniri poteſt in loco Beneficii, quod tamen intelligitur de cauſis ſpectantibus ad ipſum Beneficium, ejuſque occaſione, & ſic merè realibus, ſecus autem in actionibus perſonalibus, ſeu aliis cauſis indifferentibus, ut quotidiana praxis docet in Beneficiis, & Abbatiis, quæ in titulum ſeu Commendam poſſidentur per Cardinales, Prælatos, & Curiales.

Hæc autem actio erat ſine dubio perſonalis, quamvis feuda, pro quorum venditione inſtabatur, eſſent
7 hæreditaria, quoniam ob defectum Regii aſſenſus, ſine quo abſque dubio nulla hypotheca, nullumque Jus in ipſo feudo acquiri poteſt, legatarius ſuper feudis teſtatoris pro legato non habet illam legalem hypothecam, quæ ſuper aliis ejus bonis allodialibus, & indifferentibus ſibi competit, cum id non pendeat à facto, & voluntate teſtatoris, qui nec vivens per contractum correſpectivum, tacitam vel expreſſam hypothecam conſtituere poteſt, unde propterea magis communiter receptum eſt, ſaltem in hoc Regno ejuſque Tribunalibus, quod in feudis non intrat privilegium ſeparationis bonorum, ex cujus beneficio regulariter creditores defuncti, & legatarii, quales illi ſint, vincunt creditores hæredis quantumvis hypothecarios anteriores, & privilegiatos, cujus contrarium eſt in his feudis, in quibus creditores hæredis cum aſſenſu vincunt creditores defuncti ſine aſſenſu, ut non ſemel in aliis *hoc eod. tit.* ideóque reſpectu feudalium huic actrici non competebat niſi actio perſonalis, qualem ipſamet ſolùm intentavit, inſtando cogi Feudatarium ad vendendum feudum in dicta actione perſonali, ut de pretio ſibi ſatisfieret, & conſequenter intrare non poterat dicta concluſio de
8 Feudatario quamvis abſente, ac diverſæ originis, diverſique domicilii, conveniendo in foro feudi, quoniam intelligitur in judiciis realibus, ſeu rei perſecutoriis, aut aliàs ad ipſum feudum ejuſque ratione pertinentibus, unde propterea in conſimili judicio inſtituto in eodem Sac. Conſilio contra Comeſtabilem Marcum Antonium Columnam, quamvis longè majora feuda in Regno poſſideret, ejuſque Officialis eſſet, utpotè poſſidens dictum officium Comeſtabilis, adhuc tamen cauſa remiſſa fuit ad Curiam Romanam, ut deciſum teſtatur *Thor. in compend. deciſ. part. 1. verbo forum rei fol. 240. in meis*, ex eiſdem fundamentis, de quibus *Ann. dicta alleg. 74.* neglecto altero, verè contemptibili fundamento, allectionis in eam civilitatem ſeu nobilitatem, & Sedilia, cum verè indubitatum ſit hujuſmodi honorificas civilitates, abſque actuali habitatione, & domicilio, fori competentiam non inducere, niſi in iis, quæ ipſam civilitatem reſpicerent.

Atque ad hæc comprobanda ponderabam eadem, quæ deducta habentur *in Maſſanen. affictus, ſeu pecuniaria ſub tit. de Iuriſdictione & foro competenti*, ubi de judicio introducto in Curia Romana contra Principem Lu- 9
doviſium huic foro, tam ratione originis, quàm domicilii ſubjectum, pro negotiis pertinentibus ad Statum Plumbini, quoniam Signatura Juſtitiæ remiſit cauſam ad partes, ex eo quod in ejus negotiis repræſentatur omninò diverſus homo, adinſtar habentis in commendam vel adminiſtrationem plures Epiſcopatus exiſtentes ſub diverſis Provinciis, cum ſimilibus, ut ibi particulariter actum eſt.

Clarius verò, ac extra omnem difficultatem (ceſſante etiam præventione) dicebam hujuſmodi cauſam
ad iſtum forum remittendam eſſe, non ſolùm ratione 10
originis, & domicilii rei conventi, ſed etiam quia in hoc foro aderat hæreditas, ejuſque caput, ac ferè totum corpus, unde propterea extra controverſiam, in iſto loco hæres à legatariis pro legatis quantitatis conveniendus erat, cum quæſtiones intrent, quando defunctus erat unius fori, hæres verò eſt alterius, & corpus hæreditatis ſaltem prò majori parte bonorum in alio loco, ex deductis *per gloſ. & DD. in l. quod legatur, ff. de judiciis, de quibus Peregr. de fideic. art. 53. num. 1. Molina de primogenitura lib. 2. cap. 13. num. 73. Salgad. in labyrinth. creditorum part. 1. cap. 4. num. 27. Tappia deciſ. 33.* & habetur ex profeſſo particulariter actum *in Montis alti ſeu Maceraten. fideicommiſſi, & in Arelaten penſionis ſub dicto tit. de Iuriſdictione, & foro competenti*, ſed quando hæc omnia uniuntur, quia nempè ejuſdem fori ſunt, hæres, & defunctus, ac etiam bona hæreditaria pro majori parte, tunc videtur caſus extra omnem controverſiam.

Omniſque dubitandi occaſio in hac facti ſpecie ceſ-
ſare quoque videbatur, ratione cauſæ univerſalis, ob 11
quam forus magis competens omnes ad ſe trahit, ex plenè collectis *per Salgad. in labyrint. part. 1. cap. 4. & ſeq.* & omnes, quia videtur Juris principium theoricè, & practicè abſolutum; Cum enim teſtatrix quamplura feciſſet legata, ad quæ hæreditas minùs idonea ſupponebatur illud præſertim ſcutorum 100. m. filio ſecundogenito, cujus eſt hæres alter modernus Cardinalis Sabellus nepos, utique pro dignoſcendo, an vires hæreditariæ ſuppeterent, & an ſubſiſterent antiqua fideicommiſſa aſſem hæreditarium diminuentia, & quomodo in caſu inſufficientiæ locus eſſet inter legatarios diminutioni, ſeu contributo, adeundus eſt hic forus, qui eſt teſtatricis, hæredis, & bonorum pro majori parte, ac etiam legatariorum, dum ipſa quoque actrix erat eidem foro ſubjecta ratione originis.

Accedebat etiam altera circumſtantia particularis, reſultans ab interpretatione renunciationis, quam ea-
dem actrix occaſione dotationis fecit, ut ſuprà, Ber- 12
nardino fratri; Ubi enim caſus eſt aliqualiter dubius, & interpretatione dignus, renunciatio verò eſt ob cauſam correſpectivam, tunc pro magis benigna interpretatione, favore renunciantis, vel reſpectivè renunciatarii facienda, ſatis attenditur correſpectivitas, & an dos data ſit ultra obligationem dotanti incumbentem,

Ita

ita ut dici valeat eandem dotem, ſeu exceſſum eſſe
præventivum pretium futuræ ſpei renunciatæ, juxta ea,
quæ habentur *in Sabine.* & in aliis pluribus in ſua ma-
teria *ſub tit. de renunciatione*; hoc autem non niſi in
hoc foro dignoſci poteſt, tum ratione quantitatis patri-
monii, tum etiam ratione qualitatis perſonarum, & con-
ſuetudinis, tam generalis Civitatis, quàm particularis
familiæ, ex quibus dotis congruitas regulanda eſt, ex iis,
quæ frequenter habentur in ſua materia *ſub tit. de dote*,
præſertim *in Romana de Coffarellis*, & ſic multa con-
currebant urgentia motiva, etiam ſingulariter conſide-
rata, multò magis eis inſimul unitis.

† Ultra ea, quæ in hoc diſcurſu habentur de cita-
1 tione facienda feudatario* in ipſo feudo plura
colligunt. *Adden. ad Capic. Latr. deciſ.82. num.4. &
Baron. de citat. quæſt.12. num* 110. Atque ad inſtar ha-
bemus in beneficiato, qui benè citatur in loco benefi-
cii ex relatis per *Baron. d. quæſt. 12. num. 106. & ſeqq & in
addit. ad eandem quæſt. num.11. Vermiglior. conſ.406.
num.2.* & habetur de utroque *ſub tit de judic. diſc.9.
num.18. & ſeqq.* ac etiam *ſub tit. de benefic. diſc.77.* ſuper
citatione beneficiati occaſione procedendi ad privatio-
nem, aliaſque pœnas ob non reſidentiam.

Dupliciter autem temperanda videtur iſta propoſitio.
Primò nempè circa illas citationes, quæ percutiunt pœ-
2 nam vel grave præjudicium ipſius feudatarii vel reſpe-
ctivè beneficiati, qui citandus eſt, quamvis id ſit oc-
caſione feudi vel beneficii puta in beneficialibus ad ef-
fectum procedendi ad privationem ob non reſidentiam
vel ob aliud delictum; Et in feudalibus ad effectum
procedendi ad declarationem incurſus caducitatis ob
non præſtitum ſervitium perſonale vel reale vel ob fe-
loniam ſive ob aliam cauſam; Ut ſcilicet procedat, quan-
do incertum ſit, ubinam ille reperiatur vel ſi habeatur
notitia attamen ſit in loco, ad quem non patet facilis
& tutus acceſſus, cum tunc ſufficiat illum citare in feu-
do, vel in beneficio reſpectivè; Secus autem ubi ha-
beatur notitia loci, in quo ſit, ibique poſſit commodè
citari perſonaliter eo modo, quo regulariter de jure re-
quiritur pro contumaciali condemnatione ex deductis
in hac materia citationis *d. diſc.9. de judiciis*, atque in
terminis beneficialibus in ſpecie habetur *d. diſc.77. de
beneficiis.*

Et ſecundò ut id procedat in iis, quæ concernant
ipſum feudum ſeu beneficium, cum quo principaliter
3 ſit cauſa, adeo ut intret ſæpiùs inſinuata propoſitio, quod
feudum cenſeatur homo mutus, cæcus & ſurdus, qui
citari non poteſt, quia non videt, nec audit, neque lo-
qui poteſt; Unde propterea oportet citare ejus Cura-
torem vel Organum, qualis eſt feudatarius, Eademque
ratio ſeu proportio intrat in beneficio, quia nempè aga-
tur de oneribus vel citationibus, quæ fiant occaſione
onerum realium & ſervitutum vel occaſione juriſdi-
ctionum & præeminentiarum, &c. Secus autem (ſicut
in præſenti) ubi agatur de cauſa indifferenti, quæ prin-
cipaliter percutiat perſonam vel obligationem perſona-
lem ipſius feudatarii, ſive beneficiati.

Quinimò etiamſi id ſit ex cauſa & occaſione ipſius
feudi vel beneficii, ſed principale intereſſe ſit perſonæ,
quia nempè citatio fiat in cauſa, in qua agatur inter plu-
res invicem contendentes de pertinentia illius feudi vel
beneficii, quoniam tunc ipſum feudum vel beneficium
non dicitur eſſe in cauſa, neque habet intereſſe cum nil
ejus interſit, an ab uno magis quam ab altero admini-
ſtretur, & per conſequens citanda eſt perſona eo modo,
quo in aliis ejus cauſis indifferentibus citanda eſſet.

E converſo feudatarius, qui exiſtat in diverſo loco,
aliquando dicere poteſt ſe non poſſe, nec debere citari
& conveniri in loco, in quo reperiatur, ſed quod de-
4 beat citari & conveniri in feudo, ſive in eo principatu,
in quo feudum exiſtat, quoties non agatur de obliga-
tione merè ac principaliter perſonali, ſed de negotiis
concernentibus aliquod feudum, vel illud patrimonium
ob reduplicationem perſonarum, quodque non obſtante
identitate perſonæ materialis tot fingantur perſonæ di-
verſæ, quot ſunt feuda vel ſunt patrimonia ex iis, quæ
habentur *ſub tit. de juriſdictione diſc 90.* ac etiam *ſub
tit. de judic. diſc.3.*

Reliqua verò, quæ in hoc diſcurſu continentur,
percutiunt materiam competentiæ fori, de qua agitur
ſub tit. de juriſdict. & for. compet. ac etiam *d. diſc.3.
de judic.*

Et quod pro legatis non detur hypotheca ſuper feu-
do, ut in præſenti *diſcurſu Reverter. dec.366. num.3.*

CUSENTINA PRÆTENSI JURIS PASCENDI.

Pro ARCHIEPISCOPO.

Cum COMMUNITATE ET HOMINIBUS OPPIDI TERRÆ NOVÆ.

Caſus diſputatus in Sac. Congregatione Immunitatis, & reſolutus ut infrà.

An & quando Caſtra, vel alia bona conceſſa per Re-
gem Eccleſiæ, cenſeantur conceſſa in feudum, vel
in allodium ad effectum competentiæ fori in cau-
ſis, quæ occaſione ejuſdem rei conceſſæ tractan-
dæ ſint.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Clerici, & Eccleſia ſubjacent Principi laico ratione feudi.*
3 *An Epiſcopus procedat ad Cenſuras in cauſis propria mensæ, & contra Diœceſanos remiſſivè.*
4 *Caſtra, & loca Iuriſdictionalia in Regno præſumuntur feudalia.*
5 *Fallit in Eccleſia, penes quam præſumuntur allodialia.*
6 *De pluribus ſignis, & circumſtantiis excludentibus feudalitatem.*
7 *Non poteſt quis eſſe Dominus, & Feudatarius, & feuda reverſa ad Dominum deſinunt eſſe feuda, & immutare poſſunt naturam in nova conceſſione.*
8 *Deciſio controverſia.*

DISCURSUS XXXIV.

Cum Eccleſia Metropolitana Cuſentina, ex anti-
quis conceſſionibus Principum Normandorum, an- 1
tequam fortè Regium nomen in illis regionibus intro-
duceretur, ſivè primævorum Regum, quando adhuc
probabilius feudorum uſus non erat introductus, poſ-
ſideret Oppidum, ſeu Caſtrum S. Lucidi, intra ejus
Diœceſim ſitum in allodium; Rex autem Alphonſus
Secundus illud cuperet in pleno dominio, idcircò
de anno 1494. cum Beneplacito Apoſtolico in forma,
Si in evidentem, permutatum fuit cum quibuſdam te-
nutis ſitis in Diœceſi Roſſanen. ibi *Curſi* nuncupatis,
quarum una eſt in Territorio Oppidi Terræ novæ, in
Regem obventis ex publicatione bonorum Principis
Biſiniani, quæ tenutæ datæ fuerunt pleno jure, ac
franchæ, & liberæ ab omni onere, & ſervitute, &
quamvis Cives, & incolæ Oppidi prædicti prætenderent
in dicta tenuta habere Jus paſcendi, nihilominus Ar-
chiepiſcopi pro tempore ſe conſervarunt in pleno do-
minio, & libertate, compeſcendo dictorum Oppidano-
rum attentata, vel cum Regiis proviſionibus juxta re-
gulam *text. in cap. ſi Clericus Laicum de foro compet.*
vel cum proprio gladio ſpirituali cenſurarum, juxta ea,
quæ in caſu conſimilis controverſiæ habentur *in Cotro-
nen. cenſurarū ſub tit. de Iuriſdictione, & foro competen-
ti*, ubi etiam iſtius cauſæ mentio habetur; Cum autem

moderno tempore Oppidani prædicti alicujus potentioris brachii opem habentes, de facto, expulſis, vel turbatis colonis, & paſtoribus, animalia in dictam tenutam immiſiſſent, Hinc Archiepiſcopus ſervatis ſervandis eos declaravit per publicos cedulones incurſos in Cenſuras contentas in Sac. Canonibus, & Bulla Cœnæ contra occupatores, & perturbatores bonorum Eccleſiæ, atque poſt varios caſus re delata ad Sac. Congregationem Immunitatis, duo prætendebantur per dictos Oppidanos, primò declarari invalidas dictas Cenſuras ex duplici defectu Juriſdictionis, quia ſcilicet in cauſa propriæ menſæ, & quia cum non ſubditis, dum tam perſonæ, quàm bona erant extra Diœceſim, juxta firmata *in Cotronen. Cenſurarum 4. Martii 1667. coram Carpinea.* Et ſecundò, quia cum ageretur de feudis ab Eccleſia ex feudali conceſſione Regis poſſeſſis, cauſa remittenda erat ad ipſum Regem ejuſque Magiſtratus, & Tribunalia, in quibus eam quoque pendere ſupponebatur abſque aliqua Eccleſiaſticæ Juriſdictionis, vel immunitatis perturbatione, dum in cauſis feudi,
2 ipſumque feudum concernentibus, etiam Clerici, & Eccleſiæ ſubjacent foro Regis tanquam Domini directi juxta *textus claros in cap. ex transmiſſa, & in cap. ſequenti de foro competenti,* & eſt propoſitio apud feudiſtas, ac etiam Eccleſiaſticos theoricè, & practicè receptiſſima, de qua *hoc tit. frequenter.*

Super primo objecto ſcribens pro Archiepiſcopo deducebam eadem, quæ habentur deducta *in eadem Cotronen. ſub tit. de Juriſdictione & foro competenti*, ac
3 etiam quia in præſenti cauſa ceſſabant difficultates in prædicta alia cadentes, ex duplici circumſtantia, primò ſcilicet quia præventivè Archiepiſcopus timens caſum per litteras Apoſtolicas in forma Brevis obtinuerat ab Alexandro VII. facultatem procedendi ad Cenſuras aliaque Juris remedia contra hujuſmodi perturbatores, quamvis iſti, & bona eſſent extra propriam Diœceſim, & ſecundò quia, ut patet ex eadem prima deciſione Cotronen. & clariùs ex ſecunda, quæ diſcurſus potiùs nomen meretur, edita *ſub die 16. Novembris ejuſdem anni*, ille Baro, aliique ſæculares depoſuerant exactas pecunias, ac etiam ſe promptos offerebant cavere de parendo Eccleſiæ, & Rotæ mandatis, quod præſeferebat abſtentionem à futuris moleſtiis, & perturbationibus, donec cauſa decideretur, quorum utrumque in præſenti ceſſabat, ut de hac eadem cauſa habetur in *dicta Cotronen.*

Quo verò ad alterum punctum feudalitatis, ſuper quo præſertim in prima propoſitione, dilata reſolutione, mandatum fuit ſtrictè ſcribi, & informari debere; Dicebam, etiam cum ſenſu veritatis, nulli prorſus fun-
4 damento dictam prætenſam feudalitatem innixam eſſe, quoniam licèt in puncto juris juxta magis communem, & veram opinionem, Caſtra, & loca etiam Juriſdictionalia cum Vaſſallis penes quoque privatos ex Principis conceſſione exiſtentia, non conſtito de feudali qualitate, præſumantur allodialia potiùs quàm feudalia, eo quia feudum dicitur ſervitus, quæ in dubio non præſumitur, ex deductis in *Comlacen. aliàs Comactu. Vallium, in Lucana Juriſdictionis*, & in aliis frequenter *hoc eodem tit.* nihilominùs in Regno Neapolitano, regula eſt in contrarium, quod ſcilicet Oppida, & loca Juriſdictionalia cum Vaſſallis, non conſtito de allodialitate, præſumuntur potiùs feudalia, ut apud proximè allegandos, & pariter *hoc tit.* pluries.

Et tamen quando agitur de conceſſione facta Eccleſiæ, etiam in Regno prædicto, non obſtante dicta
5 contraria regula cum privatis, recepta eſt dicta regula Juris communis pro allodialitate, quicquid ſit de alto dominio, & regalibus, *Iſern. in Conſtit. Regni Juſtitiarii nomen ignorat, ubi etiam Affl. &. Anna ſingul. 71. Franc. de iſ 131 in principio, lat. Apont. dec. 2. num. 19. verſ. non ſic, & per totam. & in lectura feud. 2. in ratud. num. 72. Capic. Latr. conſ. 74. num. 106.* apud eos cæteri.

Clarius verò; ac extra omnem dubitationem in hac facti ſpecie ex pluribus ejus circumſtantiis, primò quia non agebatur de Caſtris, & bonis Juriſdictionalibus, 6
cum Vaſſallis, ſed de tenutis, & prædiis ruſticis ad culturam, & paſcua, licèt enim non implicet in hujuſmodi quoque bonis adeſſe qualitatem feudalem, quæ etiam in ſimplici præſtatione pecuniaria adeſſe poteſt, ex deductis *in Romana annuæ præſtationis hoc eod. tit.* nihilominùs in dubio id ſatis confert ad excluſionem feudi, & incluſionem allodii, ut habetur *in Mantuana feudat.* pariter *hoc titulo.*

Secundò quia hujuſmodi bona ſubrogata fuerunt in locum dicti Caſtri S. Lucidi, cum quo permutata fuit, quod Caſtrum in ipſa permutatione enunciatur ad Eccleſiam pleno Jure ſpectare, per quæ verba utique excluditur feudalis qualitas verè tunc unquam impreſſa, cum illud poſſideretur per Eccleſiam ex conceſſione Roberti Guiſcardi, antequam Regium nomen introduceretur, & de tempore quo feudorum uſus ibi ignotus erat, dum omnia dominia ita diviſa erant in plures Principatus liberi allodii, idcòque intrat regula ſubrogatorum, &c.

Tertiò, quia in eadem permutatione Rex expreſsè promittit hujuſmodi tenutas eſſe francas, & liberas ab omni onere, & ſervitute, quod pariter in verbis expreſſe excludit feudalitatem importantem onus, & ſervitutem; Quartò quia non reperiuntur deſcriptæ in quinternionibus Regiæ Curiæ, in qua deſcripta ſunt omnia feuda recta, & in capite, quaternata proindè nuncupata, unde propterea ea, quæ ibi non ſunt deſcripta, dicuntur potiùs feuda plana, & de tabula, allodialium jure cenſenda, ex deductis præſertim *in Mantuana bonorum hoc pariter tit.* Et quintò demum, quia pro feudis ſolvitur adoha, loco feudalis ſervitii ſubrogata, de cujus ſolutione nunquam conſtat, illud etiam ponderando, quod non agitur de gratuita conceſſione facta per Regem in forma Inveſtituræ, ſed de contractu merè correſpectivo in forma, *ſi in evidentem*, tanquam à privato, unde propterea ex dictis omnibus ſimul junctis, caſus videbatur omninò planus, pot iimè quia non agebatur de puncto Jur ſ ctionali circa cognitionem cauſarum cum ſubditis, & Vaſſallis, ac appellationes, & recurſus ab Epiſcopis vel Prælatis, Caſtra, & loca Juriſdictionalia poſſidentibus ex Regia conceſſione, juxta quæſtionem, de qua plenè *in Lucana Juriſdictionis hoc tit.* ſed de puncto, an adeſſet illa vera, & propria feudalitas, ob quam unicè, Eccleſiæ vel Clerici, in concernentibus ipſum feudum, ſubjacent foro Principis laici Domini directi, qua circumſtantia ceſſante, indubitata eſt exemptio.

Et quamvis replicaretur de antiqua hujuſmodi bonorum qualitate, & natura, quod ſcilicet poſſiderentur in feudum per Principem Biſiniani, ob cujus imputationem de crimine læſæ Majeſtatis publicata fuiſſent, ac per Regem poſſiderentur, nihilominus iſtud erat leve argumentum, quoniam ut aliàs *hoc eod. tit.* habe- 7
tur, non poteſt quis eſſe Rex, & Baro, ſeu Dominus, & Feudatarius, quoniam eſſet dare ſervitutem in re propria, ac effici ſervus ſui ipſius, idcòque facto caſu devolutionis feudorum, vel ob lineam finitam, vel ob Felloniam, aut aliam cauſam, feudum extingui dicitur, atque eo redeunte ad ſuam primævam unitatem, totum dicitur allodium, & ejuſdem naturæ, adinſtar aquarum, quæ exeuntes à mari, diverſas aſſumunt naturas, dum aliæ ſulphureæ, aliæ acidæ, aliæ primævam ſalitam qualitatem retinent, &c. ſed redeuntes ad mare, omnes pariformiter efficiuntur ſalitæ, ac antiquam, & primævam naturam aſſumunt, neque implicat, poſtquam ad Regem reverſa ſunt, immutare naturam, ac ea, quæ prius erant feudalia, concedi in allodium, vel econverſo, ea, quæ erant allodialia, concedi in feudum ſeu feudo addi & incorporari, ex deductis *per Rovit. conſ. 101. lib. 2.* cum ſimilibus, & ſic inſpecta etiam veritate, iſta prætenſa feudalitas nullum habebat probabile fundamentum,
atque

atque talis in bina propoſitione fuit ſenſus Sac. Congregationis abſque difficultate, quæ ſolùm habita fuit in primo puncto invaliditatis Cenſurarum ex defectu Juriſdictionis contra non diœceſanos, de quo in *dicta Cotronen. ſub tit. de Juriſdictione.*

HYDRUNTINA BONORUM.

Pro CAPITULO ECCLESIÆ CATHEDRALIS
Cum MONASTERIO MONIALIUM SANCTISSIMÆ TRINITATIS NEAPOLIS.

Cauſa pendet in Rota.

Bona poſſeſſa per particulares intra feudum, an, & quando cenſeantur feudalia ſeu feudo reddititia, Et quatenus ſint talia, quales effectus exindè reſultent, tam circa devolutionem in caſu lineæ finitæ, quam circa prohibitionem alienationis.

S V M M A R I V M.

1 *Facti ſeries.*
2 *An, & quando Dominus directus ob factum caſum devolutionis capiat poſſeſſionem, & quis obtinere debeat in poſſeſſorio.*
3 *De quo caſu propriè agant Hoſtien. & Canoniſtæ in cap. nimis de jurejur.*
4 *Bona per particulares poſſeſſa in feudo ſeu tenimento alicujus, an præſumantur feudalia ſeu reddititia.*
5 *Feudum eſt univerſitas, ſed diſputatur an ſit facti vel Iuris.*
6 *De qualitate bonorum in territorio incluſivè.*
7 *Participatio fructuum per quotam arguit dominium.*
8 *Ius Coloniæ ſeu utilis dominii an ſit tranſmiſſibile ad quoſcumque.*
9 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica in dubio cenſetur pro ſolis hæredibus ſanguinis.*
10 *Ad effectum devolutionis conſtare debet de Inveſtitura, ejuſque tenore.*
11 *Quando etiam non docto de Inveſtitura, conceſſio cenſeatur reſtricta ad ſolos hæredes ſanguinis.*
†.1 *De qualitate feudali vel allodiali.*
2 *Quando procedi poſſit ad cenſuras contra non ſubditum.*
3 *Feudatarius Eccleſiaſticus in cauſa feudi convenitur coram laico Domino feudi.*
4 *An quis poſſit eſſe Rex & Baro.*

DISC. XXXV.

AB antiquo ex conceſſionibus, vel primævorum
1 Regum, vel Principum ante Regii nominis introductionem in ea regione dominantium, Capitulum Eccleſiæ Metropolitanæ Hydruntinæ, poſſidet in illius Civitatis, vel Diœceſis territorio quoddam feudum ruſticum, ſeu tenimentum nuncupatum *Sancta Maria de Trullazzo*, intra cujus fines, juxta uſum regionis, plures particulares ex ejuſdem Capituli conceſſionibus poſſident prædia vulgò poſſeſſiones nuncupata, ſub obligatione reſpondendi eidem Capitulo quartam partem fructuum, ac etiam quamquam præſtationem pecuniariam, non omninò uniformem, ſed juxta diverſas conventiones, ex temporum ſeu terrarum qualitate, & ſit fortè irregulari ſolitas; Inter alios autem particulares bona ibi poſſidentes, erant Marchiones Coriliani de Montibus, quorum linea maſculina defecta, ſuperſtite ſolùm una fœmina Moniali in monaſterio Sanctiſſimæ Trinitatis Neapolis, donec iſta vixit, percepit dd. prædiorum fructus; ſequuta verò dictæ Monialis morte, per quam linea prædicta, omnimodam extinctionem paſſa eſt, Capitulum juxta retroactam obſervantiam in ſimilibus caſibus, dictorum bonorum poſſeſſionem accepit, & intentante Monaſterio Judicium Spolii coram Ordinario, prodiit ab iſto ſententia Capituli abſolutoria, à qua interpoſita appellatione, & commiſſa cauſa in Rota *coram Cerro*, ex parte ejuſdem Monaſterii obtentum fuit ſubſcribi dubium in eodem judicio ſpolii, an ſcilicet illud eſſet reintegrandum, in cujus diſputatione habita *ſub die 27 Martii 1668.* nulla deſuper capta reſolutione, mandatum fuit videri de bono jure, ſuper quo principaliter ego, & cæteri pro hac parte Capituli ſcribentes inſiſtebamus, & meritò.

Si quidem in hujuſmodi controverſiis in poſſeſſorio haberi ſolitis, inter Dominium directum, & hæredes Domini utilis, quoties Dominus directus non eſt Princeps habens Fiſcum, & ſupremam auctoritatem, ita ut practicare valeat illam Fiſcalium propoſitionem, de qua *in Firmana feudi, & in Meſſanen. Caſtrorum, ac in aliis hoc tit.* quod Fiſcus non litigat manibus vacuis, ſed eſt perſona privata, ut frequenter contingit in materia emphyteutica, recepta diſtinctio eſſe ſolet, quod aut clarum eſt Domini directi bonorum Jus, ſuper facto caſu devolutionis, & poſſeſſio propria auctoritate per eum capta utilis dominii cum directo reintegrati ſubſtinetur, neque ſpoliativa dicitur, aut prætenſa devolutio eſt æqualiter dubia; & tunc in poſſeſſorio ad favorem hæredis Feudatarii, vel emphyteutæ reſpondendum eſt, donec in petitorio caſus decidatur, ut habetur deductum *in dicta Meſſanen. Caſtrorum hoc tit.* in his terminis feudalibus, & in terminis emphyteuticis colligunt *Gregor. & Adden. deciſ. 105. Rota deciſ. 359. n. 1. & ſeqq. part. 5. rec. in Auximana prædii coram Dunozetto deciſ. 92. poſt Salgad. in labyrinth.* in quæ præſertim canonizata fuit poſſeſſio Domini directi, & *in Romana* a *domorum 15. Decembris 1649 & 18. Februarii 1650. coram Bichio*, quarum ſecunda eſt *deciſ 15. par. 11. rec.* ubi pariter canonizata poſſeſſio Domini ratione boni juris cum ſimilibus.

In hac autem diſputatione, quamvis non omninò maturum, ac determinatum judicium efformari potuerit, tum ob adhuc non auditum Rotæ judicium, tum etiam quia ex parte Monaſterii actoris principaliter inſiſtum fuit in dicto poſſeſſorio, ejuſque extremorum juſtificatione, duas efformabam Inſpectiones, unam ſcilicet circa directum dominium Capituli, & an juſtificaretur iſta bona eſſe feudalia, ſeu membris, & excadentiis feudi, & alteram circa factum caſum devolutionis ob finitam lineam, ſtante quod non conſtabat de Inveſtitura, ejuſque tenore per ſcripturam.

Quatenus pertinet ad primam, obſervabam traditionem *Hoſtienſis, & aliorum in cap. nimis de jurejur.* quam moderniores, confundendo unum caſum cum 3 altero, adhibent in omnibus quæſtionibus cadentibus ſuper rei feudalitate, vel allodialitate, de quibus frequenter *hoc tit.* præſertim magis diſtinctè *in Clomacen. Vallium* verè, & propriè percutere caſum præſentis controverſiæ, ubi ſcilicet quæſtio feudalitatis eſt inter Feudatarium, ſeu Dominum, & poſſeſſorem alicujus Univerſitatis bonorum feudo æquipollentis, & Vaſſallos, ſeu particulares in eodem feudo, ſeu tenimento, & corpore univerſali, prædia, & bona particularia poſſidentes, an ſcilicet illa præſumantur feudalia, ſeu feudo reddititia, ac de ejus excadentiis, & pertinentiis, vel potius libera, & allodialia, ſolam in Juriſdictione, & jure territoriali ſubjectionem habentia.

Et licet juxta dictam traditionem, regula aſſiſtat allodialitati ob præſumptionem in dubio aſſiſtentem libertati, & reſiſtentem ſervituti, nihilominus, ut benè 4 advertit *Afflict. in cap. 1. de controverſia inter maſculum, &c. num 9. & ſequent. & num. 19.* qui jure meritò in hoc individuali puncto magiſter nuncupari poteſt, utpotè omnium latius, & melius materiam tractans,

quæſtio potius facti, quàm Juris dicenda videtur, ex facti circumſtantiis decidenda, ſpectata ſcilicet natura omnium aliorum bonorum intra idem feudum, ſeu Univerſitatem exiſtentium, ſi enim reliqua omnia ſunt feudalia, ſeu feudo reddititia, ita ut non conſtet, vel in univerſum, vel ſaltem in ea regione, ſeu contrata alia adeſſe bona libera, vel adeſſe rara, & in modica quantitate, tunc probata dicitur eadem qualitas in bonis de quibus eſt controverſia, ut etiam repetit *idem Afflict. d. deciſ. 267. ubi Adden.* & ſequuntur cæteri apud *Menoch. conſ.* 181. *num.* 98. & conferunt deducta à ſimili in materia emphyteutica per *Fulgin. de emphyteuſi in præludiis quæſt.* 8. *num.* 17.

Cum enim feudum dicatur univerſitas continens Jus 5 univerſale complexivum plurium membrorum illud corpus conſtituentium, *Camerar. in cap. Imperialem, pag.* 39. *in magnis litt. A & B.* & cæteri feudiſtæ communiter, diſputantes ſolùm quæſtionem, an dicatur univerſitas facti, vel Juris, ex collectis per *Amicangel. quæſt. feudal.* 3. ubi quæſtionem diſputat ad partes, idcircò, ſi reliqua membra ſint unius naturæ, non videtur in dubio dicendum, quod unum membrum, de quo agitur, diverſam naturam habere debeat, niſi de hujuſmodi immutatione conſtet, facta ab eo, qui id faciendi habeat poteſtatem.

Ad quod ſatis conferre obſervabam firmata in Clu- 6 ſina *apud Mantic. deciſ.* 17. *&* 97. ſuper uniformi natura colonica omnium bonorum in eo territorio exiſtentium, donec de libertate alicujus rei, tanquam de limitatione regulæ generalis in dubio non præſumenda doceatur, ut in propoſito ejuſdem territorii, de quo agitur *apud Mantic.* habetur actum *in Romana, ſeu Peruſina bonorum hoc eodem tit.*

Et ideò cum in facto benè juſtificaretur, omnia alia prædia in hoc feudo exiſtentia, per alios particulares poſſeſſa, eſſe feudo reddititia, & obtineri ex Capituli Feudatarii conceſſione, abſque eo quod doceretur, in eadem bonorum univerſitate aliqua adeſſe libera, idcircò quoad hunc primum punctum, probati ſcilicet dominii directi, videbatur eſſe in caſu indubitabili, potiſſimè verò, ac extra omnem controverſiam ex obſervantia eorumdem bonorum uniformi, ac in reliquis, quod ſcilicet ex eis, ultra quamdam præſtationem pecuniariam, quæ ſolùm juxta temporum, vel 7 bonorum qualitatem, & ſinuu ſupponebatur difformis, aderat uniformis participatio fructuum per quotam, quod eſt clarum ſignum dominii, ac reſpectivè cujuſdam Coloniæ in particularibus, ut advertitur apud *Mantic. d. deciſ.* 17. *&* 97. quod etiam docet praxis aliquorum Caſtrorum, & locorum Urbi adjacentium, quod ſcilicet Dominus loci, nedum in Juriſdictione, & jure territoriali univerſum territorium, ſed etiam in privato dominio, unde propterea omnia bona, quæ per Incolas, & Vaſſallos, alioſque particulares in eo territorio poſſidentur, non conſtito de libertate, cenſentur de illius directo dominio, & reddititia in certa quota fructuum, ut eſt præſertim Caſtrum Montiſportii, de quo *in Tuſculana bonorum vacantium hoc eod. tit.* cum ſimilibus, & in propoſito hujus Provinciæ Hydruntinæ habetur *in Hydruntina onerum ſub tit. de Regalibus*, & ſic quoad hanc primam inſpectionem, cum ſenſu etiam veritatis, dicebam caſum videri planum.

Difficultas autem reſidebat in altero puncto, ſeu in ſecunda inſpectione, an ſcilicet hujuſmodi bona, jure cujuſdam Coloniæ ut ſuprà per particulares poſſeſſa, eſſent tranſitoria ad quoſcumque extraneos hæ- 8 redes, vel potiùs reſtricta ad illos ſanguinis, quibus defectis ad Dominum devolverentur; Et in hoc difficultatem facere videbantur firmata *in dicta Cluſina apud Mantic.* ſuper hujuſmodi Coloniarum natura, ſeu qualitate, quod ſcilicet eſſent ad quoſcumque tranſitoriæ, ut etiam habemus de conſimilibus bonis Abbatiæ Farfen. juxta deducta in *Farfen. ſub tit. de emphyteuſi*, atque, excepto caſu Fiſci ſucceſſoris in bonis vacantibus admittitur *in d. Tuſculana hoc tit.* ità frequentiori obſervantia docente.

Satiſque urgere videbatur concluſio in Rota, & Curia recepta, de qua *in Mediolan. & in Aquilona, ac in aliis ſub tit. de emphyteuſi*, quod ſcilicet quam- 9 vis emphyteuſis Eccleſiaſtica de ſui regulari natura cenſeatur reſtricta ad hæredes ſanguinis ex deductis *deciſ.* 427. *part.* 9. *&* 209. *part.* 10. *rec.* & in aliis, nihilominus ad effectum devolutionis conſtare debet de Inveſtitura, ex qua dignoſcatur de hujuſmodi reſtrictione, quoniam licèt talis ſoleat eſſe hujuſmodi bonorum natura, nihilominus dantur etiam bona emphyteutica Eccleſiaſtica, ſeu aliàs de dire- 10 cto dominio Eccleſiæ ad quoſcumque hæredes tranſitoria, quæ ſola contraria poſſibilitas, juxta receptum vulgare axioma, ſufficit ad excludendam illam concludentem, & perfectam probationem, quæ incumbit Domino agenti ad hujuſmodi devolutionem.

Verùm his non obſtantibus, quamvis in unica diſ- putatione ut ſuprà, non omninò maturum, & deter- 11 minatum judicium pro veritate efformari potuerit, attamen ſatis probabile mihi videbatur bonum Jus Capituli, ex eadem ratione cauſæ univerſalis, ſeu naturæ aliorum conſimilium bonorum, quæ pariformiter ſub eadem Univerſitate exiſtentia, reſponſiva ſunt, cum ex retroacta obſervantia in illis, quorum lineæ defecerunt, ac etiam ex agnitione aliorum actu poſſidentium, & contra proprium intereſſe loquentium, conſtaret talem eſſe bonorum naturam, ſatis in idem conferente dicta præſumptione, regulariter militante in bonis Eccleſiæ, ac etiam, quia agitur de feudo, cujus regularis natura eſt, ut non ſit ad extraneos hæredes tranſmiſſibile, ideóque hujuſmodi conceſſiones quamquam ſubfeudi ſpeciem continentes, eamdem regulam habere debeant, ex propoſitione, de qua ſatis frequenter in aliis *hoc tit.* quod ſubfeuda regulantur à feudo, diverſæque naturæ eſſe non debet, licèt iſta conſideratio ſola, & de per ſe non videretur multi momenti, cum non verſaremur in feudo recto, & proprio, ſubjecto devolutioni per lineam finitam, utpotè poſſeſſo per manum mortuam, ac etiam quia incertum erat, an deſcriptum eſſet in Regiis quinternionibus, & an ſolveret adoham, quibus circumſtantiis ceſſantibus, ceſſat qualitas feudalis, potiſſimè verò penes Eccleſiam, in qua præſumptio potius eſt pro allodio, ut habetur præſertim deductum *in Cuſentina hoc eodem tit.*

† DE principali puncto contento in his duobus diſcurſibus ſuper qualitate feudali vel allo- 1 diali habetur ſuprà in *annotatione ad diſc.* 2. ubi videndum.

Et de contentis in iſtorum primò circa facultatem proferendi cenſuras etiam contra non ſubditos pro de- 2 fenſione bonorum & jurium Eccleſiæ habetur pleniùs actum *tit. de juriſdict. diſc.* 47. *&* 48.

Et de competentia fori, quodque etiam Clericus vel Eccleſia in iis, quæ concernant feudum, ſubjaceat foro infeudantis, quamvis ſæcularis habetur infrà *diſc.* 55. *& in aliis.*

Atque ſuper puncto, an quis poſſit eſſe Rex & Baro, & quomodo id procedat, habetur infrà *diſc.* 61. 4 *& diſc.* 83. *& de Regal. diſc.* 80. ac etiam *tit. de præmin. diſc.* 29. & in aliis.

Digitized by Google

MONTIS PELUSII PRÆLATIONIS.

Pro THOMA DE GUEVARA.

Cum FRANCISCA MARIA GRIMALDA.

Reſponſum in cauſa vertente in S. Conſilio Neapolitano, etiam cum ſenſu veritatis.

De jure prothomiſeos competen. ratione Sanguinis in feudis, an locum habeat in Feudis Regni Neapolitani qualitatem hæreditariam admixtam habentibus, & quid ubi agitur de venditionibus judicialibus, & ſub haſta.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur Doctores exteri ultra Regnicolas agentes de jure prothomiſeos.*

2 *De Doctoribus Regnicolis utramque opinionem tenentibus, & quid judicatum ſit.*

3 *Regnum Neapolitanum antiquitus dicebatur Regnum Apuliæ.*

4 *Diſtinguuntur ſpecies feudi pacti, & providentiæ, hæreditarii, & mixti, & in qua ſpecie intrat jus prothomiſeos.*

5 *De feudo mixto hæreditariam qualitatem exigente, an requiratur reſpectu primi acquirentis, vel etiam ultimi morientis, & an ſuffragetur Inveſtitura, & de differentia feudi mixti de jure communi feudorum, & de jure Regni.*

6 *De alia differentia inter feuda Regni Neapolitani ab aliis circa facultatem hæredis impugnandi factum auctoris.*

7 *Quæ ſit vera ratio Iuris prothomiſeos in feudis.*

8 *Quo caſu recipienda ſit opinio volentium etiam in feudis hæreditariis intrare jus prothomiſeos.*

9 *De altera ratione, in qua fundatur jus prothomiſeos, quæ impugnatur.*

10 *An* text. in l. dudum C. de contrah. empt. *ſpecialiter limitetur de jure feudorum.*

11 *De hiſtoria Iuris Civilis, quando illud compilatum, repertum, & uſitatum fuerit.*

12 *Ius feudale derivat, ac deſumptum potius eſt à jure Longobardorum.*

13 *Ubi affirmativa opinio concedens Ius prothomiſeos in feudo hæreditario recipienda eſſet, procederet in alienatione voluntaria, & ex privata conventione, non autem ſub haſta, & auctoritate judiciali.*

14 *Quæ ſit ratio, cur in alienatione judiciali id non procedat.*

15 *Ius prothomiſeos, etiam in caſibus, in quibus aliàs competeret, admittendum non eſt, ubi fraudis ſuſpicio adeſt, ob impotentiam potentis ad ſolvendum pretium.*

16 *An dum jus feudale concedit hoc jus maſculis agnatis, competat fœminis, vel cognatis.*

DISCURSUS XXXVI.

SUb haſta ad inſtantiam Creditorum Nicolai Grimaldi Civitate Montiſpeluſii, quam ipſe Jure antiqui feudi poſſidebat, eaque deliberata Thomæ de Guevara majori oblatori, intentatóque contra iſtum, per Franciſcam Marianam dicti Nicolai germanam Sororem primogenitam, in ſacro Conſ. Neap. Jure prothomiſeos, ſeu prælationis, requiſitus ex parte dicti deliberarii, reſpondi ad cauſam, ut ſequitur.

Quidquid generaliter dicant exteri feudiſtæ in con-
1 troverſo articulo Juris prothomiſeos competentis ſucceſſoribus ſanguinis à lege Inveſtituræ vocatis, adversùs extraneum emptorem, de quo, ultra noſtros Regnicolas inferiùs allegandos, latè agunt alios colligentes *Hartman. piſtor. part. 2. quæſt. 11. & 12. Schrader. de feud. part. 8. cap. 7. Roſenthal. eod. tract. cap. 9. membr. 2. concluſ. 87. cum plur. ſeqq. Maſtrill. deciſ. 8. Bolieb. concluſ. 57. vol. 2. Georg. Obrect. de jur. feud. lib. 4. cap. 28.* & alii.

In ſpecialibus terminis feudorum antiquorum Regni Siciliæ citra (cum in novis receptiſſima ſit negativa, 2
ut in *Ianuen. feudi hoc eod. tit.*) eamdem negativam, & pro excluſione prælationis ob eorum hæreditariam qualitatem, doctè & nervosè tuentur *Capic. Latr. conſult. 27. 28. & 96. Petagna in allegationibus impreſſ. apud Rummum in addit. ad Afflict. de Iur. prothomiſ. fol. 64. de Marin. reſol. 116. vol. 1. & alleg. 127. tom. 3. & cæteri*; Affirmativam verò *Aponte deciſ. 11. Rovit. in ejus reſponſo edito in eadem cauſa impreſſ. poſt dictam deciſionem Apont. & inter Commentor. ſuper pragm. in rubr. de feudis, Sanfelic. deciſ. 100. & cæteri.*

Spectatis deciſionibus ſeu rebus judicatis, magis recepta videtur hæc affirmativa, juxta quam per Sac. Conſilium S. Claræ, vel per Collaterale poſt deciſionem relatam per *Apont. dicta deciſ. 11.* (quam omnes concordant fuiſſe primam,) ita ſæpiùs judicatum fuiſſe conſtat ex deciſionibus relatis per *Capic. Latr. deciſ. 57. & per Gipſium in add. ad eumdem ubique num. 2.*

Mihi ad veritatem potiùs, quàm cauſæ opportunitatem reflectenti, in puncto Juris, perpenſis utriuſque ſententiæ rationibus, & fundamentis, verior videtur prima negativa, ſed quia ſpecies temeritatis eſſet, id generaliter affirmare contra plures tantorum Tribunalium Judicaturas, idcircò in earum reverentiam, relinquendo quoad articulum in genere locum veritati, ſolùmque diſcurrendo rationes, & fundamenta, ex quibus trahor ad dicendum, veriorem potiùs videri negativam quàm affirmativam; Adhuc tamen in ſpecie caſus, de quo agitur, omninò probabilius cenſeo, ex particularibus facti circumſtantiis, pro excluſione prælationis eſſe reſponſum, prout ex eiſdem, (admiſſa etiam regula affirmativa) reſponſum fuiſſe in caſu tractatus per *Marin. dicta reſol. 116.* conſtat ex *Capic. latr. dicta deciſ. 57.*

Quatenus igitur pertinet ad examen articuli in abſtracto (me ſemper ſubjiciendo meliori judicio magis verſatorum in regione, illiſque Tribunalibus, quorum materia eſt peculiaris,) erroneum mihi ſemper viſum eſt, quod per Regnicolas pro utraque ſententia quæſtionem tractantes, fundamentum conſtitueretur in auctoritate Germanorum, ſeu Lombardorum, aliarumque Italiæ partium Doctorum, ob nimis diverſas circumſtantias militantes in prædictarum aliarum regionum feudis, ac iſtis noſtri Regni Siciliæ citra pharum, (quod poſt utriuſque Siciliæ diviſionem, per antiquos feudiſtas Regum Apuliæ dici conſuevit, *Bold. in l. ex hoc juren.* 3
16. ff. de juſt. & jur. Corſett. de regia poteſtate, quæſt. 12. n. 14. & q. 102. n. 76. Martin. Lauden. de Principe, q. 176. & cæteri, ac etiam patet ex pluribus Pontificiis inveſtituris, ſeu renovationibus, moderno autem tempore corrupto vocabulo, ex Regum conſueta reſidentia in deliitioſa Civitate Neapolis, Neapolitanum nuncupari ſolitum eſt.)

Pro iſta veritate oſtendenda, reduco ad memoriam notiſſimam antiquorum feudorum diſtinctionem in tres ſpecies, unam ſcilicet pacti, & providentiæ puri, alte- 4
ram puri ſeu meri hæreditarii, & tertiam mixti, non deferendi niſi hæredibus ſanguinis à lege Inveſtituræ vocatis, in quibus tamen requiratur etiam qualitas hæredis rei familiaris.

In prima ſpecie concordant omnes, Jus prothomiſeos ex Jure feudorum intrare, prout (exceptis quibuſdam modificationibus ad rem non facientibus) concordant illud non intrare in merè hæreditario, quod de ſui natura ex liberè alienabile, & in quoſcumque

Digitized by Google

extraneos tranſmiſſibile, undè quæſtio ſolùm reducitur ad tertiam ſpeciem feudi mixti, cujus naturæ ſunt abſque dubio feuda noſtri Regni, quorum non ſunt capaces, niſi hæredes ſanguinis intra certos gradus ab ejuſdem Regni Conſtitutionibus, correctivè ad Jus commune feudorum ſatis reſtrictos, licèt per gratias aliqualiter ampliatos, ſed in eiſdem neceſſaria quoque eſt qualitas hæreditaria.

Iſta verò feuda mixta Regni, in pleriſque differunt ab illis mixtis Germaniæ, & aliorum locorum, in quorum terminis Germani ac Lombardi loquuntur, & po-
5 tiſſimè quia in aliis, hæreditaria qualitas neceſſaria ſolùm eſt reſpectu primi acquirentis, non autem ultimi morientis, juxta magis communem opinionem, de qua *Clar. §. feudum, quaſt. 9. num 5. Rob eſ. de repraſentat. lib. 3. cap. 18. num. 112. Altograd.* multos colligens *conſ. 25. num. 19. cum ſeqq. lib. 1. Rota deciſ. 482. num. fin. & 499. num. 5. & ſeqq. p. 5. rec. tom. 2.* Vel ſi in ſenſu aliorum neceſſaria etiam eſt qualitas hæreditaria ultimi morientis, per quem primo acquirenti ſunt conjungendus, ſuffragatur tamen beneficium Inventarii, ex quo feudum jure proprio ſeparare, ac detrahere poteſt à reliquo eſſe allodiali, ita ut feudi ratione ad debita ultimi defuncti, vel alia onera hæreditaria non teneatur.

Secùs autem eſt in feudis Regni, quia licèt non niſi hæredes ſanguinis in eis ſuccedant, nihilo minùs tenentur eſſe hæredes rei familiaris ultimi morientis, in cujus aſſe hæreditario computatur integer valor feudi, ut Inventarii beneficium non ſuffragetur, atque ſucceſſor, non ſolùm teneatur ad ultimi morientis debita, legata, aliaque onera hæreditaria, ſed ad integrum valorem feudi gravari poſſit, quamvis ex lege Inveſtituræ, impugnando morientis judicium, contra ejus voluntatem ſuccedat *Franch.* in magiſtrali *deciſ. prima, & deciſ. 704. Rovit. ſuper pragm. 25. de feud.* & in *dictos reſponſo poſt deciſionem Apont. Capic. latr. conſult. 9. & 10.* & omnes paſſim, cum ſit propoſitio, quæ in Regno abſque auctoritatibus præſupponi poteſt tanquam notoria.

Altera item eſt notabilis differentia inter alia feuda, & iſta Regni, quod in prima ſpecie, quoties illa ſunt
6 merè hæreditaria, vel mixta, ita tamen quod ſucceſſor ſanguinis debeat etiam eſſe hæres rei familiaris ultimi morientis, abſque eo quod ſuffragetur beneficium Inventarii, unde valor feudi computetur in aſſe hæreditario morientis, ut ſuprà, tunc ſucceſſori, ex magis communi, & recepta ſententia obſtat *text. in l. cum à matre, C. de rei vendic.* ita ut non poſſit alienationem à ſuo auctore, quamvis abſque aſſenſu factam impugnare; Non ſic eſt in Regno, quia per Conſtitutionem incipientem *Conſtitutionem divæ memoriæ*, latius patentem, quam ſit diſpoſitio Juris communis in *l. Imperialem de prohib. feud. alien. per Feder.* ita communiter intellectam, adverſus feudi alienationem factam ſine aſſenſu venire poteſt hæres, vendicando ipſum corpus feudi, quinimò & ipſemet contrahens revocare poteſt actum à ſe geſtum, utpotè ipſo jure nullum, ut tanquam notorium incontrovertibile pariter venit præſupponendum.

Hinc proindè ex prima differentia ſequitur, malè applicari auctoritates externorum loquentium de aliis
7 feudis mixtis, ad noſtra feuda Regni, quia in aliis adhuc militat eadem potiſſima ratio, in qua Jus prothomiſeos fundatum eſt, facultatis ſcilicet competentis ſucceſſori impugnandi alienationem, ac vindicandi poſt mortem feudatarii alienantis feudum jure proprio (quæ verè, & propriè eſt genuina, & unica ratio hujus Juris prothomiſeos, ut ſcilicet de æquitate, & honeſtate concedatur ſucceſſori ſanguinis præventivè, in vita alienantis, refuſo pretio, jus recuperandi ab extraneo illud feudum, quod poſt mortem alienantis recuperare poſſet abſque pretii reſtitutione.)

Prout ex ſecunda differentia ſequitur *dictam deci-ſionem 11. Apont.* aliaſque deſuper emanatas, atque 8
opinionem Regnicolarum tenentium, etiam in hæreditariis affirmativam, intelligendam eſſe in caſu illicitæ alienationis ſine aſſenſu, quam ſine dubio ſucceſſor ſequuta morte alienantis jure ſuo, quamvis habens qualitatem merè hæreditariam, impugnare poſſet, quia ſic intrat etiam eadem ratio. Et in hoc ſenſu verè capienda videtur dicta ſententia affirmativa pro ea ſalvanda ab æquivoco manifeſto.

Et ex qua ratione, verſatiſſimus feudiſta *Roſenthal. cap. 9. membr. 2. concluſ. 88. num. fin. ex Afflicto*, credidit in hac ſpecie feudorum habentium adeò ſtrictam alienandi prohibitionem, intrare hoc Jus prothomiſeos, etiam in feudis novis, quamvis in contrarium ſit communis, & receptiſſima, etiam apud eoſdem. *Rovit. Apont. & alios*, de quibus *per Rot. reſponſ 6. num. 10. & 12. lib. 2.* quia ſic eadem impugnandi facultas æquè militat in feudis novis, ac antiquis.

Agnoſcit hanc difficultatem doctiſſimus *Rovit. in dicto Reſponſo*, ſed eam evitare ſtudet reſpondendo, hoc 9
Jus prothomiſeos non adeò fundari in ratione facultatis impugnandi alienationem, quam ſucceſſor mortuo Feudatario jure proprio haberet, ſed potiùs in altera ratione æquitatis, vel honeſtatis, deducta ex pluribus legibus Digeſtorum collectis à *Tiraquell. de retr. conſanguin. in præfat.* & per ipſum reaſſumptis *num. 58.* juxta impreſſionem apud *Apont.* & *ex num 26.* juxta alteram in commentar. ad pragmat. & cum quo pertranſit *Apont. in d. dec. 11.* ut ſcilicet in bonis, quæ fuerunt majorum conjuncti præferantur.

Sed hoc verè fallax eſt fundamentum ex novo Jure Codicis in *l. dudum, C. de contrahend. empt.* per quod omnia Jura prædicta remanent antiquata, cum hodiè in toto mundo ſit receptiſſimum, hoc Jus prælationis ratione ſanguinis amplius de jure non dari, *ut in Romana ſeu Sabinen. prælationis hoc eod. tit.* cum tamen eadem ratio, etiam in feudis merè hæreditariis, aliiſque omnibus bonis allodialibus antiquis cadat, quod eſt abſolutè falſum, ut optimè præ cæteris obſervat *de Marin. dicta reſol. 116. vol. 2. num. 7. & 8. & alleg. 127. num. 4. vol. 3.* ubi benè probat, quod melior ratio eſt altera jam dicta, quæ in vera medulla juris feudalis eſt unica, & germana.

Et quamvis ingenioſè *Rovit. dicto reſponſo num. 68. cum ſeqq.* juxta primam impreſſionem *Apont.* & *n. 31.* juxta ſecundam *ſuper pragm.* ad effugiendam diſpoſitionem *text. in d. l. dudum*, ponderet illam conditam 10
per Imperatores Romanos ſeu Orientis Valentin. Theodoſ. & Archad. præcedere leges feudales, quæ collectæ per Gherardum, & Obertum de Orto, confirmatæ fuerunt per Imperatores Federicum, Lotharium, & Conradum Imperatores Occidentis longè poſteriores, undè infert, quoad feuda, id eſſe ſpecialiter inductum in correctionem dicti Juris communis Romanorum.

Attamen (pace Viri doctiſſimi, quem in reliquis ex genio veneror tanquam Oraculum,) hoc eſt aſſumptum erroneum, tum quia ſi hoc verum eſſet, ſequeretur etiam in antiquis feudis merè hæreditariis in quoſcumque extraneos liberè alienabilibus, Jus prothomiſeos admitti debere, quod eſt abſolutè falſum, ut idem *Rovit.* admittit.

Tum quia in hac parte ſe oſtendit in legali hiſtoria parum eruditum, & ambulare cum erronea opinione vulgi ſimplicium leguleiorum, ita credentium in ea fide, quam dum ſumus tyrones, per magiſtros Inſtitutionum edocemur, & cum qua proceſſit *Sorbene.* ab ipſo allegatus.

Licèt enim Jus commune Romanorum, conſtitu- 11
tum ex reſponſis Vulpiani, Papiniani, Scævolæ, aliorumque Juriſconſultorum, nec non ex Conſtitutionibus Imperatorum, partim in Urbe Romana, partim in altera Conſtantinopolitana reſidentium, de mandato Juſtiniani, per Tribonianum, Theophilum, & Dorotheum,

Digitized by Google

theon, compilatum fuerit, atque in iſtam quam habemus formam redactum circa annum Domini 530. ad 536. ut benè Digeſtorum, Codicis, Inſtitutionum, & Authenticorum tempora diſtinguit *Harvpreſt. in præm. Inſtitutionum à num.4. ad* 30. nihilominùs, vel tunc ob noſtram Italiam, aliaſque partes Occidentales à Barbaris ferè occupatas, Imperialemque poteſtatem ferè ignotam, dictæ leges ad hanc formam redactæ, in his partibus publicatæ, & acceptatæ non fuerint, vel ſi tunc cognitæ, & acceptatæ, in deſuetudinem tamen, & oblivionem in futuris ſæculis abierunt, ita ut in abſcondito fuerint per plura ſæcula ſubſequentia, uſque ad annum circiter 1130. in quo illarum corpus caſualiter repertum fuit in noſtri Regni Civitatis Amalphitanæ excidio facto per Piſanos, à quibus ex eodem accidenti translatum in Florentinos, Irnerii, aliorumque illius ignariſſimi ſæculi aliqualiter eruditorum cura, & diligentia publicari, & recipi cœpit, tractuque temporis deindè per totam Italiam, ac alias provincias occidentales receptum, ut eſt ſatis notum apud omnes hiſtoricos, & habetur actum in *Neapolitana ædificii ſub tit. de ſervitutibus.* Unde de tempore quo conſuetudines feudales ut ſuprà collectæ, & confirmatæ ſunt, Jus commune, utpotè à brevi tempore repertum, ad-
12 huc fortè (præſertim in Lombardia, ubi hujuſmodi conſuetudinum feudalium collectio ſequuta eſt) ignotum vel non receptum erat, ſed vivebatur juxta Jus Longuhardorum, ad cujus limites, & regulas pro majori parte dictæ conſuetudines concordant, & quo jure Longobardo, etiam in noſtro Regno à tribus ſæculis citra vivebatur, illudque Jus commune reputabatur, licèt à dicto tempore citra receptum ſit, Jus commune eſſe illud Romanorum ut *in dicta Neapolitana ſub tit. de ſervit.* ac etiam *in Panormitana loc eodem tit.*

Undè apud noſtros Regnicolas diſtinguentes noſtra feuda regulanda jure primogenituræ, & more Francorum, diſtinguuntur alia feuda juxta dictas conſuetudines regulandas ſub nomine ſeu vocabulo juris Longobardorum, ut liquet ex deductis per *Capic. Galeot. lib.2. controv. 1. & 2.* ubi allegantur *Minad. & cæteri*, antiquiores has feudorum ſpecies benè diſtinguentes, ac habetur in *Mut.nen. feudorum hoc eod in tit.* & ſic vel ponderatio fundata eſt in falſo præſuppoſito, vel ea admiſſa, de neceſſitate fateri oporteret Jus prothomiſeos, etiam in merè hæreditariis locum habere, quod apud omnes eſt falſum, & reprobatum. Et hæc quoad articulum in genere.

Quo verò ad noſtrum caſum in ſpecie, ex duabus rationibus, quæ huic Juri prothomiſeos ſeu prælationi dari ſolent, certum eſt non eſſe applicabilem primam, ſequuta de ordine Sacri Conſilii vel alterius Judicis alienatione feudi ſub haſta, ſucceſſori non datur facultas impugnandi alienationem, & ſic ceſſat prima ratio, quæ in effectu eſt verior, ac germana, facultatis ſcilicet ſucceſſori competentis impugnandi alienationem poſt mortem alienatoris, unde de neceſſitate, admiſſa opinione Rovit. Apont. & ſequacium, amplecti oportet tanquam unicam alteram rationem æquitatis, in qua præfati, Rovitus, Aponte, & ſequaces ſe fundant.

Quo poſito ſequitur, quod ubi etiam captivare oporteret intellectum in obſequium tot deciſionum, & rerum judicatarum, ſequendo affirmativam in caſu me-
13 rè voluntariæ alienationis quamvis validæ, & cum Regio aſſenſu, factæ ex privata partium conventione; Omninò tamen ea rejicienda venit in caſu alienationis, quæ publica, & judiciali auctoritate ſub haſta facta eſſet, ut ex *Schrader.* agnoſcit idem *Apont. d. ct. deciſ.11. num.14. & 15.* & in *tract. de poteſtate Proreg. tit. de diverſ. proviſ. tit.10.§.1. num.21.* & magis communiter firmant cæteri, de quibus *Bilott. concluſ feudal. 19. num. 8. de Marin. dicta alleg.127. num.18. Ricc. dicto reſponſo 6. num. 9. lib.2.* ac deciſum in Conſilio Collaterali refert *Sanfelic. deciſ.104. num.8. 19. & in fin.*

Eſt benè verum, quod parum tuta videtur ratio à præ- 14
dictis ponderata, quod ſcilicet, non Feudatarius, ſed Judex vendat, quia receptum eſt, factum Judicis cenſeri factum partis, atque actum dici potiùs voluntarium quam neceſſarium, utpotè à facto voluntario debitoris originem trahentem, ex qua ratione in Curia receptum eſt, jus congrui locum etiam habere in venditione ſub haſta.

Sed vera ratio eſt, quod cum hæc prælatio fundetur in ſola ratione æquitatis, iſta tripliciter ceſſare dicitur in publica venditione, pro qua ſubſtituenda major intrat æquitas, quæ dictam aliam æqualitatem ſuffocare debet, primò nempè quia æquius eſt, ac publici commercii magis intereſt, emptores ſub haſta non remanere publica auctoritate deceptos, ſecundò quia ſic oblatores retraherentur, undè ſubhaſtationes nunquam ſaltem pro juſto, & convenienti pretio conſummari poſſent in præjudicium Creditorum, eorumdemque debitorum, & publici commercii, tertiò demùm, quia in caſu merè voluntariæ, & privatæ alienationis, quæ clam, & occulto fiat, ſucceſſor ſanguinis eſt excuſatione, ac æquitate dignus, quia ſcilicet rei geſtæ ignarus, diligentias adhibere non potuerit, ne feudum extra Sanguinem exiret, quæ ratio ceſſat in venditione ſub haſta, in qua utpotè publica, & notoria, illi de ſanguine cum cæteris oblatoribus concurrere poterant, & ita feudum obtinere, idcóque ſibi imputent, præſertim ubi ipſimet ſunt ex Creditoribus, ad quorum inſtantiam ſubhaſtatio facta ſit, ut *apud Capic. Latr. conſult.27. num.50. & conſult.28. num.84. & 85.*

Unde propterea magis receptum in Jure habemus, quod ubi etiam adversùs licitatorem competeret ſecundo creditori Jus offerendi, illud ceſſat, quoties ipſe ſecundus creditor certam notitiam habet ſubhaſtationis; Prout prælatio competens Domino directo in alienatione rei emphyteuticæ ceſſat, ubi fiat ſubhaſta, & judiciali auctoritate, ipſomet Domino conſcio, & inſtante, ut *in tit. de ſervitut. vel emphyteuſi*, cum ſimilibus, quia ſic ceſſare dicitur illa æquitas, quia eſt potiſſimum, ac unicum hujus prælationis fundamentum.

Obſervando potiſſimè, quod etiam in caſu Conſtitutionis *Sancimus*, & ubi certum eſt Jus Coogniti de mero rigore locum habere, illud ceſſat in venditione ſub haſta, & judiciali auctoritate facta, juxta opinionem *Afflict. & aliorum*, de quibus *Capic. Latr. dicta conſult 27. num.50. 28. num.83. & 96.num.34 de Marin. & Rocch.* locis citatis, quæ recepta videtur in Regno, licet Curia Romana contrariam ſequatur, igitur multò magis id recipiendum eſt, ubi talis retractus, in ſtricta, & vera Juris cenſura non competit, ſed ſolùm ex quadam æquitate Supremorum Tribunalium aliquando admitti conſuevit.

Fortius verò concurrente alia facti circumſtantia, quod ob veriſimilem impotentiam intentantium hujuſmodi prælationem, ſatis dubitari poteſt de fraude, & colluſione ex deductis per *Marin. dicta reſol. 116.* 15
num.47. & ex quo motivo *Capic. Latr. dicta deciſ 57. num.42. & ſeq.* aſſerit emanaſſe illam reſolutionem prælationis excluſivam; iſta enim circumſtantia, vel ſuſpicio, non eſt mordicus capienda tanquam limitatio regulæ claræ, ſeu excluſio Juris aliàs certitudinaliter competentis, ſed capienda eſt pro excludenda illa æquitate, quæ receſſum à Juris diſpoſitione quandoque Supremis Tribunalibus ſuadere conſuevit, atque ut facilius Juris regulæ, & rationes admitti debeant.

Et ex his, cum ſenſu etiam veritatis, pro Juris prothomiſeos excluſione in hac facti ſpecie omninò pro meo judicio reſpondendum cenſeo, non laudando tamen alia motiva deducta ex *Marin. d. reſol.116. n.17. & 18.*

& 18. ingenioſè excitante, quod Jus feudale hujuſmodi prælationem concedens, utpotè loquens de agnatis maſculis, convenire non debeat fœminis, vel cognatis; Jus enim feudale, ita præſuppoſitivè loquitur, quia ejus diſpoſitione attenta, non niſi agnati maſculi feudorum capaces erant, unde habilitatis etiam fœminis, vel cognatis, qui pariter inter hæredes ſanguinis veniant, eadem ratio in omnibus convenire videtur, meritóque hujuſmodi motiva in eo, caſu neglecta fuerunt, ut conſtat ex benè deductis apud *Capic. Latr. d. dec. 57. num. 38.*

† AGitur in hoc & duobus ſeqq. diſcurſibus de jure prothomiſeos ſeu de retractu prælativo, dum ſonat in idem, & de hoc etiam agitur infrà *diſc. 110.* ubi an hoc jus prothomiſeos procedat in venditione commoditatis.

Et de pluribus ad hanc materiam juris prothomiſeos in feudis habetur apud *Caſar. de Affl. controverſ. 20. & Roſam conſult. 21.* Et conferunt, quæ ad hanc materiam retractus prælativi habentur *ſub tit. de ſervitut. à diſcurſu 68. ad 88.* ac etiam *tit. de emphyt. diſc. 61.*

JANUEN. JURIS PROTHOMISEOS.

Pro PRINCIPE AB AURIA, Cum FELICE PALLAVICINO.

Diſcurſus pro veritate ad cauſa directionem extra Curiam.

De Jure Prothomiſeos, ſeu redimendi, an & quando competat filiis, vel agnatis adversùs emptorem feudi; Et de fideicommiſſo, an capiat feuda, & quæ.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Ius prothomiſeos non competit in feudo novo alienato per ipſum primum acquirentem titulo oneroſo.*
3 *Declaratur opinio* Roſenthal. *ut etiam in feudo novo locum habeat Ius prothomiſeos.*
4 *Expenduntur rationes, ob quas conceditur in feudis Ius prothomiſeos.*
5 *Quando primus acquirens non poſſit diſponere de feudo novo.*
6 *Clauſula jure feudi evicti, & antiqui, an faciat antiquum illud feudum, quod eſt novum.*
7 *An Ius prothomiſeos competat in feudo antiquo hæreditario, vel mixto.*
8 *Ius prothomiſeos competit vivente alienatore.*
9 *An dicatur primus acquirens ille, qui verè acquiſivit ſine aſſenſu, vel ille, cui Princeps aſſenſum dedit, & in Feudatarium agnovit, quamvis eſſet acquirentis ſucceſſor.*
10 *An fideicommiſſum, vel primogenitura in feudo conſtitui poſſit.*
11 *Aſſenſus Domini cenſetur conceſſus pro ejus jure, non tollendo jure tertii, de quo non fit facta mentio.*
12 *Declaratur concluſio, quod aſſenſus reſervatus ſub clauſula* non aliter *requiratur tanquam cond tio, etiam ubi de jure non neceſſarius.*
13 *An poſt mortem contrahentium, vel unius eorum obtineri poſſit aſſenſus.*

Joannes Andreas primus acquiſitor unius medietatis.
|
Andreas primus.
|
Joannes Andreas ſecundus, & acquiſitor alterius medietatis.
|
Andreas ſecundus.
|
Joannes Andreas tertius.

DISCURSUS XXXVII.

CAſtrum Cabellæ, olim jure allodii poſſeſſum per Fabritium, & Hieronymum patrueles de Spinolis, iidem de anno 1563. receperunt in feudum ab Imperatore Ferdinando primo cum alienandi libera facultate in eadem Inveſtitura contenta. 1

Anno 1583. Fabritius ejus medietatem vendidit Principi Joanni Andreæ ab Auria, reſervato aſſenſu Imperatoris cum clauſula, *nec aliter, nec alio modo*, & cum proteſtatione, quod eo aſſentiri renuente, omnia geſta haberentur pro infectis, emptorque revendere promiſit, quia in omnibus voluntati Imperatoris acquieſcere intendebat.

Hieronymus alterius medietatis poſſeſſor adversùs dictam alienationem Jus retractus, ſeu prothomiſeos intentavit, atque hujuſmodi lite coram Imperialibus Commiſſariis pendente, obiit de anno 1604. dictus Princeps Joannes Andreas condito Teſtamento, in quo ſcripto hærede Andrea filio, perpetuum ſucceſſivum fideicommiſſum in univerſo aſſe ad favorem ejus deſcendentiæ inſtituit, cum optimis cautelis legitimæ, & trebellianicæ, & cujuſcumque alterius juris detractionem impedientibus, dictoque Andreæ parum patri ſupervivente ſuccedente Joanne Andrea ſecundo ejus filio, hic de anno 1621. concordiam iniit cum Joanne Baptiſta dicti Hieronymi ſucceſſore, qui prædictæ liti cedendo, aliam etiam ejuſdem Caſtri medietatem ab ipſo poſſeſſam eidem vendidit, Unde totius feudi Dominus effectus, Inveſtituram cum dictarum primæ, & ſecundæ alienationum narrativa, & approbatione ab Imperatore Ferdinando II. de anno 1624. obtinuit.

Mox de anno 1634. idem Princeps Joannes Andreas Secundus prævia narrativa in precibus Ferdinando Secundo porrectis, ſe indigere ab aliquo mutuò accipere ſcuta 60. m. pro conſcribendo milite, eidem Imperatori in tunc urgentibus Germaniæ calamitatibus oblato, ſupplicavit pro aſſenſu hypothecandi ad tempus pro dicta ſumma ad favorem mutuantis, feudum prædictum Cabellæ ſui natura alienabile, cum ea conditione, ut ſi convento tempore elapſo pecunia non reſtitueretur, licitum eſſet creditori feudum alienare, ad effectum ſe reintegrandi de ſumma mutuata, & fructibus, reſiduum verò eidem Oratori reſtituendi, ſuper quibus precibus Imperator licentiam præbuit hypothecandi ad tempus pro dicta ſumma feudum prædictum, cum facultate illud omninò alienandi, ſi ſtatuto tempore mutui reſtitutio non ſequeretur.

Hujus Beneplaciti vigore, idem Princeps Ioannes Andreas, tam prædictum feudum Cabellæ, quàm alterum contiguum, quod *Cremont* nuncupatur, cum præſuppoſito quod eſſet dicti Caſtri pars ſeu membrum, vendidit Felici Pallavicino cum pacto redimendi ad decennium pro dicta ſumma ſcutorum 60. m. Et illinc ad tres annos receptis aliis ſcutis 9. m. dicto juri redimendi ad favorem emptoris renunciavit, & utraque conventio per eumdem Imperatorem approbata fuit.

Mortuo autem dicto Principe Ioanne Andrea Secundo, Princeps Andreas Secundus ejus filius, & ſucceſſor, adiit Curiam Imperatoris, à quo declarari petiit ſibi competere tempus 30. annorum (à die quo factus eſt major inchoandum) ad redimendum dictum feudum à parente alienatum, vel quatenus opus eſſet, ſibi concedi reſtitutionem in integrum adversùs lapſum temporis conventionalis decennii in ejus pupillari ætate defluxi, & cujuſcumque alterius termini, cui petitioni ſe opponente Pallavicino, acerrima inter eos in

in Cæſareo Aulico Conſilio introducta fuit lis, protracta uſque ad annum 1650. circiter, à quo tempore ob ſequutam mortem tam Acturis quàm Rei, ſiluit.

Cum autem modernus Princeps Joannes Andreas III. prædicti Andreæ II. filius, & ſucceſſor, ejuſque adhuc pupilli vel minoris nomine Principiſſa mater, & tutrix ſeu curatrix, dictam antiquam actionem reaſſumere, vel novam competentem jure fideicommiſſi ordinati per Joannem Andream primum, ſuper dicti feudi recuperatione intentare intenderet, petiit pro veritate reſponderi quid magis expediret, qualeve jus ex una vel alia actione dictus Princeps foveret.

Diſtinguendo autem portiones, quatenus pertinet ad ſecundam, de anno 1621. acquiſitam per Joannem Andream ſecundum à Joanne Baptiſta ſucceſſore Hieronymi, reſpondi non videri cum quo ſano conſilio Andreas ſecundus Jus prothomiſeos, vel redimendi intentaverit, quoniam quidquid ſit de articulo cadente in altera avita, & antiqua portione, ut infrà, in iſta verò tanquam in feudo novo acquiſito titulo oneroſo, atque per ipſummet primum acquirentem alienato, communis ac recepta videtur feudiſtarum ſententia, Jus prothomiſeos filiis vel agnatis alienantis non com-
2 petere, quamvis eſſet pacti, & providentiæ *Iſernia in cap.1. §. Titius ſi de feudis defunct. milit. num.1. verſ. quod ſi Titius circa fin. verſ. & loquitur*, & ſequuntur *Alvarot. Prapoſit. & Afflict. ibidem*, ac cæteri collecti *per Maſtrill. deciſ.8. num.21. cum ſeqq. Rovit.* qui dicit eſſe Juris indubitati, in ejus *allegationibus impreſſ. poſt deciſ.11. Aponte num.17. & 89.* quæ ſunt etiam repetitæ in ejuſdem. *Roviti commentar. ad pragm. in rubr. de feudis poſt, num.18. verſ. ſecundò conſiderans, & num.38. fab. de Auna obſer.10. bene Aponte dicta deciſ. 11. num.12. Capic. Latr. conſult.27. num.36. & conſult. 28. num.24. Schrader. de feud. part.8. cap.7. num. 42. verſ. Hac tamen ratione, & cæteri* per eos allegati.

Et quamvis *Roſenthal. cap.9. membr. 2. concluſ.88. num. fin.* verius dicat in feudo etiam novo id procede-
3 re, non benè tamen ejus opinionem probat, cum ſolùm ad id alleget *Afflict.* qui neque hanc ex profeſſo tenet, ſed potiùs ſequitur ſenſum *Andreæ & aliorum*, unde improbabile ſatis eſt in judicio juxta hanc ſecundam ſententiam obtinere, cum ſit contra communem ſenſum feudiſtarum.

Maximè quia primæ opinioni (ultra Doctorum auctoritatem) aſſiſtit ratio manifeſta; In duplici enim
4 ratione; juxta varias ſcribentium ſententias, fundatum eſt hoc jus prothomiſeos, prima eſt illa honeſtatis, ſive æquitatis, ne ſcilicet bona, quæ noſtrorum majorum fuerunt, ad alienas manus tranſeant, ut benè *Cujacc. in eodem §. Titius in dictis allegationibus Roviti poſt Aponte num. 58. & ſeqq. & in dicta rubrica, num.26. & ſeqq.* altera verò reſultans ex facultate revocandi alienationem poſt mortem alienantis, ita ut ſit potiùs præventiva recuperatio ejus quod poſt mortem recuperari poteſt, ex eadem honeſtatis lege oriens, quarum utraque ceſſat in feudo novo quæſito titulo oneroſo, quod eſſe per acquirentem alienabile, neque per filios vel agnatos poſſe revocari, eſt recepta propoſitio, quam latè ab impugnantibus tuetur *Berlich. part. 2. concl.57. & num.13.* procedendo etiam cum præſuppoſito, quod conceſſio eſſet in forma ſtricta pacti, & providentiæ.

Clarius, quia tractatur de feudo ſatis impropriato, utpotè de ſui natura liberè alienabile in vim aſſenſus generalis in prima Inveſtitura conceſſi, in quo proindè, filiis vel ſucceſſoribus non datur illud Jus revocationis, quod quandoque etiam in feudo novo conceditur, vel quia ſit pacti, & providentiæ gratuitum, de quo
5 neque primus acquirens diſponere poteſt, vel quia leges municipales, vel Inveſtituræ formula prohibeant abſque Domini aſſenſu diſpoſitionem de ipſo corpore feudi quamvis novi, & titulo oneroſo quæſiti, ut eſt in feudis utriuſque Siciliæ propter Conſtitutionem incipientem *Conſtiимtionem Diva memorie*, & de facta feudi novi ſpecie propriè ſentire videtur *Roſenthal. dicto cap 8. num. fin.* dum ponderat facultatem revocationis, ex qua hoc aliud præventivum remedium ex quadam æquitate proditum eſt, ac adaptari poteſt, cum omninò incongrua ſit, & inadaptabilis alia ratio honeſtatis avocandi ab extraneo bona majorum, quorum hæc portio nunquam fuit, multò magis, ſi non viſa Inveſtitura, non contineret ſurmam ſtrictam pacti, & providentiæ, ſed potiùs hæreditariam, ut ſpectatis facti circumſtantiis videbatur probabilius, ſtante libera facultate alienandi, faciente feudum hæreditarium, & alienabile.

Ideóque quoad hanc ſecundam partem novam ab ipſomet alienante quæſitam, fatebar me non agnoſcere probabile fundamentum, quo fretus, dictæ antiquæ litis proſequutionem, vel novæ ſuſceptionem conſulere poſſem, non quidem ex fundamento Juris prothomiſeos ex præmiſſis, & aliis difficultatibus inferiùs ſuper aliena portione ponderandis, neque ex altero ſurreptionis, & invaliditatis Imperialis aſſenſus, de quo pariter infrà, quia in hac portione ceſſabant omnes conſiderationes reſpectu alterius antiquæ portionis cadentes; Nec demùm ex altero fundamento fideicommiſſi, ſub quo hæc portio utpotè poſt obitum teſtatoris quæſita non cadit, ita ut, licèt ſubtilizando, ad ingenii oſtentationem multa deduci poſſent, nullum tamen ſubeſſe dicebam fundamentum ſolidum, cum quo ſalvis legibus conſcientiæ, & honeſtatis (quas utinam hujus facultatis profeſſores turpis lucri gratia ſæpè non ſpernerent) hæc adeò incommoda, & diſpendioſa lis conſuli potuerit, præſertim Tutrici, vel Curatrici minuris, vel Pupilli.

Neque in propoſito alicujus momenti videbatur In-
veſtituræ Clauſula, *ut jure antiqui feudi conceſſio facta* 6
cenſeatur, quia hæc eſt quidem cautela acquirenti favorabilis ad effectum, ut potiatur antiqui feudi prærogativis, & honorificentiis, nullatenus autem ſubſtentabile eſt, ut exindè reſultet ejuſdem acquirentis præjudicium, ne de feudo diſponere valeat, ſive quod illud, præter rei veritatem, dici poſſit Avitum, & majorum, ex deductis *in Parmen. feudi hoc eodem tit. & alibi*.

Quo verò ad aliam portionem, antiquiori tempore, per Joannem Andream I. ut ſuprà acquiſitum; In ordine ad Jus prothomiſeos ſeu redimendi jam intentatum, multas pariter ponderabam difficultates, primam nempe, quia ſi hæreditariam vel mixtam qualitatem
contineret, nimis controverſum eſt, an dictum Jus 7
competat; licèt enim affirmativam nervosè tueatur *Rovit. in dictis allegationibus inſertis poſt deciſ.11. Aponte & in commentar. ad pragm. rubr. de feud.* ubi diligenter hujus opinionis auctoritates, & rationes expenduntur, negativam tamen pleniori calamo tuetur, ac veriorem oſtendit *Capic. Latr. conſ.27. num.11. & ſeq. & conſ.96. num 3. & 4.* ubi oſtendit huic magis communem etiam Germanorum aſſiſtere, undè negari non poteſt articulum eſſe ſatis dubium, & conſequenter periculoſum, præſertim quia *Rovit. & ſequaces* propriè loquuntur de feudis mixtis, poſtulantibus quidem qualitatem hæreditariam etiam ultimi morientis, ſed talis naturæ, quòd eorum alienatio ſine aſſenſu, etiam ab ipſo alienante, vel hærede impugnari poteſt, quæ qualitas in hoc feudo alienabili ex ſui natura negari poteſt, quod etenim iſtud feudum ſit hæreditarium potiùs quàm pacti, & providentiæ, vel mixtum, quamvis non viderim Inveſtituram deſideratam, videbatur ſatis probabile, dum ſupponebatur alienabile, quod repugnat formulæ ſtricti pacti, & providentiæ, convenit autem feudo hæreditario mero.

Altera non levis difficultas oriebatur ex eo, quod Jus

8 Jus prothomiſeos eſt propriè illud competens filiis vel agnatis obtinendi pro eodem pretio prælationem adhuc vivente venditore, ut conſtat ex *omnibus allegatis*; Eo autem mortuo, & aperto jure ſucceſſionis filio vel agnato, hic potius venire dicitur jure revocationis, quatenus alienatio ſit malè facta, vel aliàs de ſui natura revocabilis, unde propterea poſt mortem alienantis, hujus remedii intentatio inepta videtur, quia ſi poteſt recuperari feudum nullo refuſo pretio, fatuum eſt recurrere ad hoc remedium, atque in hoc libenter vidiſſem allegationes ſcribentium in dicta lite jam agitata pro Principe Andrea II. ad effectum dignoſcendi, ubinam hanc prætenſionem cum probabilitate fundaverint.

Tertia difficultas oriri poterat ex eo, quod cum hujus portionis alienatio, non anteà quàm de anno 1624.
9 Imperatoris aſſenſu validata ſit in perſona Joannis Andreæ II. hic dici debeat primus Feudatarius, & conſequenter feudum novum, quia ſtante cujuſcumque alienationis feudi infectione reſultante à *l. Imperialem de prohib. feud. alien. per Fed ric.* aſſenſus revalidatorius eſt ille, qui animat, & informat actum, regulandum ut ex nunc, non ut ex tunc, undè prodierunt receptæ propoſitiones, quod ſecundus emptor cum aſſenſu, præferatur primo ſine aſſenſu, quodque creditores poſteriores aſſenſum habentes vincunt anteriores illo carentes, quia aſſenſus eſt qui animat, & informat, ut frequenter *hoc eod. tit.*

Verùm credebam hanc tertiam difficultatem eſſe de facili ſuperabilem, quia cum feudum penes illos de Spinolis eſſet ſui natura alienabile, idcircò validè potuit abſque alio aſſenſu alienari in Joannem Andream primum, vigore aſſenſus contenti in prima Inveſtitura, ita ut nova Inveſtitura, potiùs jure renovationis, & recognitionis in Dominum, quàm jure conceſſionis requiſita eſſet; Verùm, ſi hoc fundamentum ſubſiſteret, ita ut feudum avitum, & antiquum reſpectu Joannis Andreæ ſecundi alienantis cenſendum eſſet, magis congruum, & ſalubre dicebam eſſe remedium vendicationis jure fideicommiſſi, tum quia opus non eſt refundere pretium, quod in alio remedio Juris prothomiſeos vel redimendi omninò refundendum eſſet, tum etiam quia ita evitarentur præmiſſæ, & aliæ difficultates circa dictum remedium retractus cadentes.

Intrare ſiquidem videbatur dilemma clarum, aut feudum dici non poteſt legitimè quæſitum, niſi à tempore aſſenſus Imperialis, ita ut dicendum ſit novum in perſona Joannis Andreæ ſecundi alienantis, aut dicendum eſt legitimè quæſitum per Joannem Andream primum ab ipſo initio acquiſitionis, ita ut dicendum ſit antiquum.

Si ſubſiſtit prima pars, utique talis qualitas ita obſtat remedio fideicommiſſi, ac alteri retractus ut ſuprà; Si verò ſubſiſtit ſecunda, tunc pinguius, & facilius eſt remedium fideicommiſſi, quàm alterum retractus, ideóque mea ſententia erat, novum Judicium vindicationis jure fideicommiſſi ad primam portionem potiùs inſtitui debere, quia melius videbatur recuperare medietatem nullo ſoluto pretio, quam totum mediante integri pretii refuſione.

Credebam verò fideicommiſſum, ſeu primogenituram rectè fieri potuiſſe in hac portione feudi per Joannem Andream primum quæſita, ſive Jus Domini
10 directi, ſive illud filiorum, & agnatorum ſpectaretur, cum verſaremur in primo acquiſitore titulo oneroſo feudi, de ſui natura, ſeu ex lege Inveſtituræ liberè alienabilis, quia ſi illud poterat in extraneos omninò alienari, & ſic fieri id quod plus, multò magis ad favorem filiorum, & deſcendentium in eadem Inveſtitura comprehenſorum adjici potuit hoc vinculum, quod eſt minus, melioremque feudi conſervationem in deſcendentia, percutit, ut in ſpecie fideicommiſſi vel primogenituræ ordinatæ in feudo novo ſeu de ſui natura alienabili *Roland. conſ.42. num.16. vol.1. & conſ.1. numer.47. lib.3. Cephal. conſ.5. num.11. & 608. num.44. Mandell. conſ.382. num.64. Mantic. de conject. lib.9. tit.11. num.14. Peregr. de fideicommiſſis art.6. num.18. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.631. num.1. Intrigliol. de feud. centur.1. quæſt.51. num 271. Milanen. deciſ.8. num.49. & 50. part.1. Giurba* alios cumulans *deciſ.108. num.17. & ſeq.* & firmavit Rota *in Mantuana feudi 27. Januarii, & 30. Maii 1659. coram Veroſpio*, de qua habetur *hoc tit.* atque affirmat *Roſenthal. cap.7. concl.31.* ubi ſolùm id negat in feudo antiquo pacti, & providentiæ, ſive in eo mixto, in quo Inventarium ſuffragatur, ita ut non exiſtentibus aliis fideicommittentis bonis, ſucceſſor ſanguinis jure proprio feudum vindicare ſeu retinere valeat, quod in præſenti ceſſabat ex duplici qualitate, quarum una ſufficeret, quod ſcilicet agitur de primo acquirente, quodque feudum eſt de ſui natura alienabile à mero hæreditario in propoſito nihil differens, cum hujuſmodi qualitas reſultet etiam ex clauſula *quibus dederit*, & ex clauſula, *ad habendum*, implicitam alienabilitatem inducentibus, multò magis ubi accedit expreſſa facultas alienandi cum ſubſequuta ejuſdem Imperatoris declaratione, in duplici aſſenſu præſtito ad favorem ejuſdem emptoris, quod feudum eſſet de ſui natura alienabile.

Hinc propterea nullatenus obſtare videbatur, tam primam venditionem cum pacto de retrovendendo, quàm ſecundam ceſſionem ejuſdem pacti munitam eſſe 11
Imperatoris beneplacito, quia cum nulla facta ſit mentio fideicommiſſi, ſed potiùs proceſſum ſit cum præſuppoſito, quod feudum eſſet ſui natura alienabile, Dominus aſſentiri cenſetur pro jure ſuo tantùm, non autem ut abſque certa ſcientia Juris alieni, voluerit illi derogare, juxta ſatis receptas, & notas Juris propoſitiones. Ideóque opus non fuit aſſumere altiores inſpectiones, an ſcilicet facultas hypothecandi profit ad alienationem cum pacto de retrovendendo, & an ſequens approbatio ceſſionis dicti pacti, revalidet dictam venditionem præter licentiæ formam ſubſequutam, quia ubi habentur fundamenta magis plana, & tuta, difficiliora, & magis diſputabilia expetenda non ſunt.

Quare concludendo dicebam, hodiernum Principem, tanquam in dicta primogenitura ſeu fideicommiſſo ſucceſſorem, jure proprio ſatis probabilem fovere cauſam in vindicanda dicta medietate, ſeu prima portione jure fideicommiſſi, abſque aliqua pretii refuſione, & ſuper hoc motivo inſiſtendum eſſe, ſuper alia verò medietate ab eodem alienante acquiſita, parum tutam fovere cauſam.

Clauſula, *non aliter*, *nec alio modo*, contenta in Inſtrumento acquiſitionis factæ per fideicommittentem à Fabritio Spinola, videbatur, quod præmiſſis non ob- 12
ſtaret, neque tolleret dictæ portionis pertinentiam ad fideicommiſſum, licèt enim ubi reſervatio Beneplaciti ſit ſimpliciter, nullum præſtet impedimentum, quia reſervatum cenſetur, quatenus de jure ſit neceſſarium, ſecus autem ubi cum dicta clauſula, *non aliter*, *nec alio modo*, quia tunc, etſi de jure non requiratur, dicitur etiam neceſſarium, non tanquam Solemnitas, ſed tanquam conditio ex partium voluntate deſiderata, & ſine qua contrahere noluerunt, ex deductis per *Ludoviſ. & Adden. deciſ.192. Ottobon. deciſ.147. num. 7. & 8.* plenè in *Bononien. primogenitura 14. Febr. 1656. coram Bichio*, & in ſuprà alleg. *Mantuana feudi 27. Jan. & 30. Maii 1659. coram Veroſpio*, attamen id rectè procedit ad effectum, ut partes non ſequuto Beneplacito, tanquam ex defectu conditionis recedere poſſint à contractu, non inde tamen inferri poteſt, quod illis acquieſcentibus contractui jam effectuato, poſſint emptoris ſucceſſores, ſui auctoris dominium refricare, quia ut dictum eſt, effectus ex dicta clauſula reſultans, reſpicit voluntatem, ac favorem emptoris contra venditorem, vel econtrà, quatenus ipſi, vel

corum

eorum alter in contractu perſeverare nolint, & in his tenninis procedunt dictæ auctoritates, & aliæ, quæ in propoſito adduci poſſunt, præſertim quia conſtat de patrium voluntate transferendi, & reſpectivè acquirendi dominium, ita ut dicta conditio, potiùs tanquam reſolutiva, quàm ſuſpenſiva adjecta videretur, nedum ex ſubſequuto effectu traditionis, & longævæ poſſeſſionis, ſed ex ipſiuſmet Contractus tenore, dum in caſu, quo Imperator aſſentiri nollet, emptor revendere promiſit, ac habere actum pro infecto, & ſic eſt ſolùm conditio reſolutiva in caſu denegati aſſenſus, quæ conditio non evenit.

Hinc proindè extranea videbatur à caſo ea quæſtio, an aſſenſus poſt mortem cootrahentium obtineri valeat,
13 & ſuffragetur, de qua *Apont. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſibus Regiis §.2. fol.303. in meis Galeott. lib.1. controv.27.* per quos invicem pugnantes opiniones referuntur. Tum quia quæſtio cadit reluctantibus contrahentibus, quorum unus altero invito ex defectu beneplaciti alienationem revocare velit. Tum etiam quia procedit in feudis de ſui natura non alienabilibus, in quibus aſſenſus tanquam omninò neceſſarius animat, & informat actum aliàs ipſo jure nullum, in quibus terminis non verſabamur.

ROMANA,

Seu SABINEN. PRÆLATIONIS

Pro A.

Cum B.

Diſcurſus pro veritate in congreſſu.

De jure prothomiſeos, ſeu prælationis adversùs extraneum emptorem, an competat Conſorti, qui feudi, ſeu Caſtri, vel Juriſdictionis partem cum venditore poſſidebat, quomodo, & quando competat.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De Iure prothomiſeos in feudis, quando intret, & locum habeat, vel ne.*
3 *De natura Caſtrorum in Statu Eccleſiaſtico, ut non ſint vera feuda.*
4 *Ex dominio, vel poſſeſſione fructuum, & emolumentorum Caſtri non infertur ad dominium.*
5 *Quando dicatur adeſſe conſortium.*
6 *An de jure communi competat retractus, ſeu Ius prælationis ratione conſortii.*
7 *Ubi habemus legem ſcriptam, non curantur rationes convenientiæ.*
8 *Quando intret Iudicis officium pro prælatione conſortis in Iuriſdictione, & Caſtro Iuriſdictionali.*
9 *De inconvenientibus reſultantibus à communione Iuriſdictionis.*
10 *Subditorum, & Vaſſallorum intereſt non habere Dominorum multiplicitatem.*
11 *Baro, vel Domicellus cognoſcit alterum Baronem, vel Domicellum ſub ſua Iuriſdictione delinquentem.*

DISCURSUS XXXVIII.

PEr obitum unius ex duobus Dominis, & poſſeſſoribus quorundam Caſtrorum in Sabinis, Camera Apoſtolica prætendens factum eſſe locum devolutioni ad ejus favorem, de facto adepta eſt poſſeſſionem medietatis à defuncto poſſeſſæ, retentiſquè pro ſe Dominio, & Juriſdictione, fructus, redditus, & emolumenta pro rata ad defunctum pertinente, dedit in tenutam quibuſdam ejuſdem defuncti attinentibus, donec eis ſolveret quamdam conventam pecuniarum ſummam, undè propterea obſervantia dedit, quod Camera retinuit, & retinet medietatem Juriſdictionis cum ea diviſione inter alterum conſortem, ſeu condominum, quod quilibet reſpectivè pro ſex menſibus deputat Officiales, ac illam in ſolidum exercet, dicti verò ceſſionarii obtinuerunt, & obtinent pro quotis, ſeu ratis inter ſe diviſis medietatem fructuum, & emolumentorum, Cum autem unus ex his ceſſionariis fructuum, ſuam ratam vendidiſſent extraneo, Dominus verò, & poſſeſſor dictæ medietatis, tam in Dominio, & Juriſdictione, quàm in fructibus ut ſuprà, prætenderet habere Jus prothomiſeos, ſeu prælationis ratione conſortii ſeu communionis, hinc deſuper expetito meo ſenſu, difficultatem habebam ſuper hujuſmodi prælationis incompetentia, incertum tamen eſt, quid deſuper ſequutum ſit, vel quia agnitis difficultatibus opus tentatum non fuerit, vel quia inhærendo iis, qui auribus prurientes, non de facili largitare volentes retrahere ſolent, idem opus tentatum eſſet, ſed ſine effectu.

Examinando ſiquidem punctum, tres conſtituebam inſpectiones, ſive tres dicebam adeſſe vias, cum quibus procedi poſſet, unam de Jure feudorum, alteram in puris terminis Juris communis, & tertiam ex officio Judicis, ratione æquitatis non ſcriptæ, ſive ut alii dicunt congruentiæ, & epicheiæ.

Quatenus pertinet ad primam, quamvis in Juribus feudalibus *in cap.1. §.Titius, ſi de feudo defuncti cap.1. §. ſed & res, per quos fiat Inveſtitura, & cap.1. §. porrò, qualiter olim feudum alienare poterat,* expreſsè diſ- 2
ponatur hoc Jus prothomiſeos, ſeu prælationis competere, & de quo in his terminis feudalibus habetur particulariter actum *in Ianuen. feudi Gabellæ, & in Montis Peluſii prælationis hoc eodem tit.* ubi de materia; Nihilominus ex pluribus dicebam hoc Jus in præſenti non intrare, primò quia illud eſt Jus ſanguinis competens tantùm aguatis in Inveſtitura vocatis, ut litteraliter eadem Jura diſponunt, in quibus omiſſus eſt caſus communionis, & conſortii.

Secundò fortiùs, quia ex veriori ſententia, de qua apud *Cupic. Latr. conſult.27. 28. & 96. Sanfelic. deciſ.100. & ſeq. & alios de quibus in dicta Montis Peluſii.* Neque ſimpliciter, & indefinitè ratione ſanguinis hoc Jus competit, ſed ſolùm quatenus agatur de feudo antiquo ex pacto, & providentia, ita & taliter, quod ſequuta morte Feudatarii alienantis, poſſet agnatus, qui Jus prothomiſeos intentat, vendicare feudum ab emptore, etiam nullo reſtituto pretio, unde propterea eſt ſolùm quoddam Jus præventivum cum extranei emptoris favore, quod ita pretii refuſionem obtinet, ut latiùs *in dicta Montis Peluſii, & in altera Ianuen.* quod in præſenti dici non poteſt, quoniam ubi etiam hæc dicenda eſſent feuda, non tamen habent dictam qualitatem pacti, & providentiæ, ſed ſunt merè hæreditaria.

Tertiò fortiùs, quia excepta illa remota, & impropria feudali qualitate, quam latè ſubſtinere conatur *Spad. conſ.1. lib.1.* ad effectum ſcilicet excludendi purum allodium pro alto dominio, & ſuperioritate Papæ,
in reliquis hujuſmodi Caſtra, juxta ferè generalem 3
naturam locorum Juriſdictionalium Status Eccleſiaſtici, quæ poſſidentur per Barones, & Domicellos, nihil habere videntur de feudali qualitate, dum nulla adeſt Inveſtitura, nullum præſtatur ſervitium reale vel perſonale, minuſque juramentum fidelitatis, atque ſunt liberè transitoria ad quoſcumque, tam per ultimam voluntatem, quàm per actus inter vivos, illa prohibitione ſeu reſtrictione excepta, quæ reſultat à Conſtitutionibus Apoſtolicis Sixti V. Clementis VIII. & aliorum ſucceſſorum Pontificum ſuper bonis Juriſdictionalibus; Et quartò clarius, quia neque dicti participes dici poterant

conſortes ſeu condomini, cum haberent, non Jure do-
minii ſed ſimplicis tenutæ ſolùm fructus, redditus, &
emolumenta, ex quibus, etiam jure dominii poſſeſſis,
4 non infertur ad Baroniam, ſeu dominium, & poſſeſ-
ſionem ipſius feudi, vel Caſtri, cum hæc ſint inter ſe
ſeparabilia, imò ſeparata, ex iis, quæ in propoſito ha-
bentur particulariter deducta *in Tiburtina Caſtroram
hoc tit.* ac etiam *in Romana ſeu Statns Eccleſiaſtici in-
fendationum.*

Et ex hac circumſtantia, quod ſcilicet ageretur de
ſolis fructibus, quamvis jure dominii poſſeſſis, multò
minùs dum jure ſimplicis tenutæ, reſultare dicebam
ejuſdem Juris incompetentiam, attenta diſpoſitione
Juris communis, quamvis etiam verius eſſet, hunc re-
tractum ratione communionis, vel conſortii compe-
tere, cum reverà nullum adeſſet conſortium, ad cujus
effectum requiritur coæquale dominium in ſolidum,
5 ita ut uterque ſit dominus rei in toto pro ejus quota
ſeu rata, ex plene deductis *per Merlin. decif.411. n.18.
cum ſequent.*

Multò magis, quia de Jure verius eſt hujuſmodi re-
tractum, ſeu Jus prælationis ratione communionis, &
conſortii non competere, licèt enim aliqui ex origina-
li traditione *Ignei in l. dudum num.2. Cod. de contra-
6 hen. empt. & in l. p. ff. de privil. Creditor. quos refe-
runt Graſſan. diſcept.526. num.3. & 4. Donadens de re-
nunt. tom.2. cap.26. num.10. Capic. Latr. decif.168.
Rota in Peruſ. retractus 4. Maii 1637. coram Cocci-
no in principio*, velint de Jure, vel congruentia hu-
juſmodi prælationem adversùs extraneum emptorem
conſorti concedendam eſſe, nihilominus in contrarium
eſt magis communis, & vera, quoniam ex diſpoſitio-
ne *textus in d. l. dudum, & in l. prima, Cod. com-
mun. divid. & l. falsò, & l. portionem, Cod. de com-
mun. rerum alienat.* contrarium firmant *gloſ. Oddo-
fred. Bald. Angel. Salicet. & cæteri ad eaſdem mox al-
legatos leges*, ac ſequuntur conſulentes, tractantes, &
decidionantes collecti per *Tiraquell. de retract. lignag.
in præfat. num. 15. & ſeq. Portoll. de conſort. cap.9.
Theſ. jun. lib. p. q. forenſ.39. num.5. & ſeq. & alia plene
deducta dicta Peruſina retractus 4. Maii 1637. coram
Coccino*, ubi elaborantiſſimè cumulantur ferè omnes
de materia agentes, unde dici poteſt deciſio in materia
magiſtralis; Et in terminis alienationis partis Caſtro-
rum *Iacobus Vulner. de alienat. Caſtrorum diſcept.7.
num.28. & per totum*, & admittitur in puncto Juris
apud *Capic. Latr. dicta decif.168. Lanar. jun. & Donad.
de quibus infra.*

Ubi enim contrarium expreſsè ſtatutum eſt in ju-
7 re, tunc non curantur rationes honeſtatis, & con-
ventio, ut in his terminis retractus firmatur *decif 502.
& 547. part.2. rec. Romana prælationis 12. Februa-
rii 1618. coram Sacrato & in dicta Peruſina co-
ram Coccino*, atque in fortiori caſu habetur *in Ro-
mana prælationis pro Cardinali de Balneo ſub tit.
de Servit. ad materiam retractus*, ubi de denegata
prælatione Juris redimendi ei qui erat emptor, & poſ-
ſeſſor.

Quando autem conſortium ſeu communio inter pe-
tentem prælationem, & venditorem, ac reſpectivè ex-
traneum emptorem, fuiſſet etiam in dominio, & Juriſ-
dictione; tunc quamvis de Juris ſtricta cenſura dictum
8 Jus prothomiſeos ſeu prælationis non intraret, nihilo-
minus, (aggrediendo tertiam inſpectionem,) ex qua-
dam æquitate ſeu epicheia ad evitanda plura inconve-
nientia ex hujuſmodi communione reſultantia, intrare
debere probabilius credidiſſem Judicis officium, pro
tollendis pluribus inconvenientibus, de quibus apud
Donad. dicto cap.26. num.92. cum ſeqq. videtur etenim
materia arbitraria, præſertim ubi non agitur coram in-
feriore, & pedaneo Judice, ſed coram majoribus Magi-
ſtratibus, juxta caſum deciſum per Collaterale Conſi-
lium Neapolis de anno 1617. relatum *per Lanar. Junior.
in addit. ad repetit. Lanar. ſenior. in §. ſed etiam res per
quos fiat Inveſtitura, & Donad. dicto cap.26. num.106.*
ac alium caſum, de quo apud *Cap. Latr. dicta dec.168.*

Plura enim inconvenientia reſultant ex hujuſmodi
communione, ſeu promiſcuo exercitio Juriſdictionis,
quoniam ob ingeniorum varietatem, & ex regula quod 9
Imperium non capit duos, quod uni placet, alteri diſ-
plicet, & qui ſunt unius dominantis benevoli, ſunt
alteri parum affecti, & è contra, unde propterea juſti-
tia non benè adminiſtrari poteſt, quamvis etiam Juriſ-
dictionis exercitium divideretur in annos, vel menſes,
aliaque tempora, quoniam delinquentes ſub unô gu-
bernio certi eſſent de indulgentia coram altero, unde
propterea delinquentes nunquam condignè puniri poſ-
ſent. Concurrente etiam favore ipſorum ſubditorum,
quorum intereſt plures dominos non habere, adinſtar
eorum, quæ habemus in materia Juriſpatronatus, quod 10
Eccleſiæ intereſt ad unam, vel modicas perſonas re-
ſtringi, ac etiam hoc titulo pluries in materia feudi eri-
gendi in primogenituram præſertim *in Mutinen. in
Mantuana, & in aliis*, & ſic, reflectendo etiam ad veri-
tatem, credidiſſem juxta dicta exempla ſeu deciſiones
Regii Collateralis Conſilii, ita probabilius judicari de-
buiſſe, quando conſortium ſeu communio fuiſſet in Ju-
riſdictione, ac dominio Caſtri.

Verùm omnia hæc ceſſabant ex defectu applicatio-
nis ad factum, quoniam penès dictos poſſeſſores me-
dietatis redditum, proventuum, & emolumentorum,
non aderat Juriſdictio, nec in dominio, nec in exer-
citio, & conſequenter non intrabant rationes, ex qui-
bus laudabiliter dicta æquitas, ſeu epicheia ex Judicis
officio admittenda eſt, & quod magis, neque dici po-
terant condomini in Caſtris, tum quia ex dominio
fructuum, proventuum, & emolumentorum non in-
fertur ad dominium, vel poſſeſſionem ipſius Caſtri, ex
deductis *in Tiburtina Caſtrorum*, tum etiam, quia ne-
que fructus, redditus, & emolumenta per eos poſſide-
bantur in dominio, ſed in ſola tenuta proviſionaliter,
donec certa pecuniarum ſumma eis ſolveretur. Atque
eatenus conſiderabam dictum Judicis officium ſive ma-
gni Magiſtratus arbitrium ex dicta ratione æquitatis,
& congruentiæ intrare poſſe, quatenus ipſamet fru-
ctuum, proventuum, & emolumentorum communio,
inconvenientia, & ſcandala produceret cum præjudi-
cio juſtitiæ, atque incommodis, & damnis Vaſſallorum,
ex facti circumſtantiis, ex quibus totum regulandum
videtur.

Hinc de plano favore dicti Domini medietatis Ca-
ſtrorum reſultabat reſolutio ſuper competentia ſuæ Ju-
riſdictionis, & Imperii, cum dictis fructuum, & red-
dituum condominis, ſeu participibus, cum ita cenſen-
di ſint merè privati, eo modo quo reliqui Incolæ, vel
bonorum poſſeſſores, abſque eo quod ipſis convenire
poſſet qualitas Baronis, vel Domicelli, & nihilominus 11
etiamſi eſſent tales, adhuc verius eſt unum Baronem
cognoſcere alium in ſuo territorio delinquentem *Rot.
decif.3. de foro compet. in antiqu. Sanfelic. decif.65. ubi
coreo dantes.*

† DEciſio coram Coccino eſt impreſſa inter ſuas
*decif. 2229. & repetita decif. 417. part. 12.
recen.*

FERRARIEN. BONORUM

Pro MARCHIONE VILLA,

Cum CREDITORIBUS MONTIS GILIOLI.

Caſus deciſus per Cameram pro Creditoribus.

Conceſſio feudi ruſtici, an cenſeatur facta ad cor-
pus, vel ad menſuram, Et Feudatario confundente
fines, cui incumbat onus illos diſtinguendi, ac pro-
bandi identitatem feudi ejuſque fines, & quantita-
tem,

tem, Et an bona per Feudatarium quæſita, & cum feudo confuſa efficiantur feudalia.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Diſtinguuntur plures caſus, vel ſpecies quæſtionis, an præſumenda ſit qualitas feudalis, vel allodialis.*
3 *Feudatario confundente fines, ita ut diſtingui non valeat feudum ab acceſſionibus, quid agendum.*
4 *An in feudis intret quæſtio, ſi conceſſio cenſeatur ad corpus, vel ad menſuram.*
5 *Feudum dicitur beneficium, quod ex benevolentia datur, & ex lege juſtitia diſtributiva potiùs, quàm commutativa.*
6 *Feudum dicitur Vniverſitas, ſed an ſit facti, vel Iuris.*
7 *Dicitur quoque homo mutus, & ſurdus.*
8 *Dari poteſt feudum in certa parte rei.*
9 *Vaſſallus poteſt cogere Dominum, vel oſtendat fines partis conceſſa.*

DISC. XXXIX.

CONceſſit de anno 1594. Dux Ferrariæ in feudum
1 Camillo, & Scipioni de Gualenghis eorumque deſcendentibus maſculis quamdam petiam terræ ſitam in Villa Formignani, & vineatam quinque milliariorum vitum, vel circa juxta fines tunc expreſſos, de quibus infrà in diſcurſu. Cùm autem per extinctionem lineæ maſculinæ factus eſſet caſus devolutionis, atque Innocentius X. de anno 1747. idem feudum conceſſiſſet Marchioni Villæ, contra iſtum judicium inſtituerunt creditores Montis Gualenghi ſuper bonis liberis ad dictos debitores ſpectantibus, & apprehenſis ſub dicto titulo feudi, quod dicebant ſolùm conſiſtere in tanta terræ quantitate, quæ apta eſſet ad conſtituendam vineam quinque milliarium juxta Inveſtituræ tenorem, atque juxta dictam eorum prætenſionem obtinuerunt creditores favorabilem ſententiam à Theſaurario, & introducta per appellationem cauſa in Camera, hæc in prima propoſitione, nulla capta reſolutione, mandavit confici mappam, ſeu plantam partibus auditis, eaque confecta, prodiit reſolutio reformatoria ſententiæ in parte, decernendo ſcilicet quamdam partem Marchioni pro feudo, non quidem limitate, ac præcisè ad dictam ſolam menſuram à creditoribus prætenſam, ſed juxta id quod ex verbis, & finibus Inveſtituræ judicatum fuit, ſub ea cadere, reliquum verò adjudicando creditoribus; Et mihi quamvis ſcribenti pro Marchione, qui prætendebat totum venire ſub feudo, reſolutio non diſplicuit ex pluribus circumſtantiis facti, in quo potiùs, quàm in jure præſens cauſa conſiſtebat, præſertim quia in quadam parte hujus poſſeſſionis ſeu prædii ita confuſi aderant plura ædificia, de quibus Inveſtitura nullam faciebat mentionem, cum tamen doceretur de diſcretiva, quod ſcilicet ubi in petiis terræ vel poſſeſſionibus, quæ eiſdem Gualenghis ab eodem Duce conceſſæ fuerunt, aderant domus, & ædificia, id expreſſum fuit, ac etiam quia docebatur de acquiſitionibus, aliæque concurrebant circumſtantiæ, clarè probantes totam controverſam poſſeſſionem non poſſe cadere ſub dicta conceſſione.

In hac autem bona diſputatione habita in Camera, quoad ea, quæ juris ſunt, ſcribentes hinc indè ſatis prolixè, & cum magno allegationum cumulo duos diſputarunt articulos, unum, an totum ad quod eſt intra fines feudi præſumatur feudale, in quo ſcribentes pro actoribus conabantur probare negativam ex traditione *Hoſtien. aliorumque Canoniſtarum in cap. nimis de jurejur. quem ſequitur Rota in celebri Aſten. feudi coram Bubalo*, cum qua in aliis proceditur ex collectis *in Clomacen. Vallium, in Meſſanen. Caſtrorum, & in aliis hoc eod. tit.*

Alterum verò, in quo magis elaboratum fuit, ac penè tota fuit diſputatio, an ſcilicet conceſſio eſſet ad corpus, vel ad menſuram, ſuper quo deducebantur quæſtionem agentes *Oldrad. conſ. 197. Soccin. conſ. 32. lib. 4. Mantica de tacit. lib. 4. tit. 17. Surd. deciſ. 64. Greg. deciſ. 104. 128. & 168. deciſ. 201. poſt Zacch. de oblig. deciſ. 135. part. 9. rec.* ubi cæteri de materia emptionis, & venditionis, quando ſcilicet ad corpus, & quando ad menſuram.

Scribens pro inveſtito, & ſic pro feudali qualitate, credebam, vel extraneam à caſu videri utramque quæſtionem prædictam, ab aliis cum magno labore tractatam, vel in doctrinarum allegationibus procedi cum aliquo æquivoco, ac terminorum ſeu caſuum confuſione; Quatenus enim pertinet ad primam quæſtionem,
cuinam incumbat onus probandi feudalem, vel reſpe- 2
ctivè allodialem qualitatem, juxta ea quæ magis ex profeſſo habentur *in dictis Clomacen. & Meſſanen. ac in aliis*, plures ſunt hujus quæſtionis ſpecies vel caſus diverſas rationes habentes, undè propterea erroneum eſt eam ſic generaliter agere, atque omnes auctoritates agentes de materia in genere, in quocumque caſu allegare, ut in præſenti fiebat hinc indè.

Prima enim quæſtio, ſeu quæſtionis caſus eſt, ubi agitur de metienda natura totius corporis ſeu Univerſitatis, putà Caſtri, tenimenti, vel loci, an eſſet feudale vel allodiale, & tunc propriè intrat propoſitio *Hoſtien. aliorumque Canoniſtarum in dicto cap. nimis de jurejur.* Atque iſto caſu cadit propoſitio, in qua ſcribentes pro creditoribus nimium inſiſtebant, in ſuo caſu vera, quod ſcilicet ſufficiat influere hinc inde utriuſque qualitatis probationes vel indicia, & conjecturas, ut in poſſeſſorio obtinere debeant creditores, vel hæredes contra Dominum, ſeu habentem cauſam ab eo *ex deduct. per Angel. de legit. contrad. quaſt. 20. artic. 1. Mantica de tacit. lib. 23. tit. 4. num. 2. ut habetur in Placentina hoc eod. tit.* ex ea ratione, quod cum regula aſſiſtat allodialitati, pro iſta in dubio, præſertim in judicio privilegiato poſſeſſorii eſt judicandum, donec magis concludenter probetur ſervitus feudalis, quæ allegatur tanquam limitario, nam interim hæc dicitur exceptio dubia, & altioris indaginis, ſed iſta ſpecies non intrabat in caſu, cum non dubitaretur de feudalitate in parte.

Altera quæſtio eſt, frequentius diſputari ſolita inter Dominum directum, & Feudatarii defuncti hæredes, & de qua in allegatis *Clomacen. & Maſſanen. ac etiam in Romana ſeu Peruſina*, ubi ſcilicet non dubitaretur de feudalitate ipſius Caſtri, ſeu loci univerſalis quoad Juriſdictionem, & territorium in univerſum, ſed ſolùm quæſtio eſt de prædiis, domibus, villis, & aliis, quæ per ipſum Feudatarium poſſideantur intra illius Univerſitatis fines, ut locis allegatis, ſed pariter quæſtio extranea à caſu.

Tertia eſt inter Feudatarium ſeu Dominum Caſtri aut alterius loci, & Vaſſallos vel Incolas ejuſdem loci ſuper qualitate prædiorum, aliorumque bonorum, quæ per privatos intra ejuſdem loci fines poſſideantur, an ſcilicet ſint libera vel feudo reddititia, & de hoc propriè agunt *Afflict. & cæteri deducti in dicto Clomacen. & in Hydruntina hoc pariter tit.* ſed pariter extra rem.

Quarta demùm (omiſſis aliis) eſt quæſtio faciens ad rem, ubi ſcilicet non dubitatur de ſubſtantia feudi in parte, ſed ſola quæſtio eſt ſuper identitate, ſeu ſitu, & quantitate, qualis eſt caſus controverſiæ, & hæc dupliciter contingere ſolet, primò nempè, ubi Dominus poſſidens in loco plura bona, aliquam eorum partem concedit in feudum, aliam verò pro ſe retinet, vel deinde aliis concedit, Unde propterea dubitari contingat, quid, & quantum ſub feudali conceſſione cenſeatur ad corpus vel ad menſuram, ſed pariter id extraneum erat à caſu diſputationis, quia non conſtabat, Ducem tunc alia bona adjacentia ibi habere.

Secundò autem contingere ſolet, quia facto caſu devolutionis, Feudatarius, vel ejus hæres, non negando feudum in parte, dicat illam tenutam ſeu poſſeſſionem, cujus devolutio prætenditur, conſtare partim ex feudo, partim verò ex aliis acquiſitionibus ſeu acceſſionibus ita cum feudo confuſis, quod dignoſci non poſſit, qualis eſſet pars feudalis, & quales eſſent acceſſiones, & hic erat proprius, ac præciſus caſus controverſiæ.

Et tunc intrat imprimis quæſtio facti ſeu voluntatis,
3 an ſcilicet Feudatarius dictas acceſſiones, & incorporationes fecerit animo uniendi feudo, vel ne, ſi enim de hoc ex parte Domini non doceatur, cum in dubio non præſumatur, & tunc ex iis, quæ habentur apud *Rovit. conſ.101. lib.2. de Marin. reſol.21. 133. & 134. lib.2.* ac habetur in aliis *hoc tit. plures*, admittebam tanquam certum, Feudatario vel ejus hæredibus, ſeu eum repræſentantibus competere Jus ſeparandi dictas acceſſiones, tanquam meliorationes præſertim ſeparabiles, ita tamen quod Jus Domini non fiat deterius, ſed punctum difficultatis cadere dicebam in caſu confuſionis, ac incertitudinis, quia nempe non conſtet, quid importet feudum, & quid acceſſiones, tam circa ſituationem, quam circa quantitatem.

Quo caſu (nullo jure, quod ſciam, peculiari militante in feudis,) ex regulis generalibus, quas habemus in quocunque poſſidente jure dominii reſolubilis, ut ſunt etiam emphyteuta, Fideicommiſſarius, beneficiatus, maritus, & ſimiles, intentio Domini directi videtur fundata in toto, donec Dominus ſubalternus, cu-
4 jus Jus reſolutum eſt, & qui allegat acceſſionum ſeparationem, probet, quidnam dictæ acceſſiones importent tam quoad locum, quàm quoad quantitatem, cum hæc ſit pœna, confundentis rem ſuam cum aliena, ut generaliter *Merlin. deciſ.405. aliàs 279. part.5. rec. num.11. Ottbob. deciſ.102. num.16. Add. ad Gregor. deciſ.575. num.11.* & in terminis Feudalibus *Hoſtien. in ſumma de feud. §. quibus mod. Iacobin. Inveſtit. feud. verbo* dictique Vaſſalli, *Peregr. de jure Fiſci lib.7. tit.3. n.19. & de fideic. art.44. num.23.*

Ubi verò id non ſit omninò juſtificabile, conſtet autem in genere de mixtura ſeu confuſione, tunc intrat Judicis arbitrium regulandum à probabilibus argumentis, & indiciis, idemque arbitrium in dubio interponendum potiùs favore Domini, quàm confundentis, & ſic aſſignando, ſeu ſeparando aliquam partem in loco magis congruo, & veriſimili *juxta dictam deciſ.405. Merlin.* prout in præſenti cauſa per Cameram practicatum fuit, cum non ex eo quod Vaſſallus vel alter, cujus Jus reſolutum eſt, non benè diſtinguat fines, exindè reſultare debeat amiſſio rei propriæ, quodque Dominus vel alter, ad cujus favorem factus eſt caſus reſolutionis, debeat de alieno locupletari invito Domino, ſed pœna confundendi conſiſtit in onere ſibi incumbente diſtinguendi, vel in eo, quod arbitrium contra eum in dubio interponendum ſit, quodque interim Domini potiora ſint Jura in poſſeſſorio, ne aliàs culpoſus ſentiat culpæ, & delicti commodum, ut ſequeretur, ſi hæc illiquiditas ſeu confuſio impediret Dominum, & confoveret in poſſeſſione confundentem, vel habentem cauſam ab eo, quia eſſet punire innocentem, & præmiare delinquentem, cui proprium delictum commodum produceret.

Quo verò ad dictam alteram quæſtionem principalem, num ſcilicet conceſſio cenſeretur facta ad corpus vel ad menſuram, dicebam, quod quantum tunc
5 (in aliqua tamen temporis anguſtia) videre licuit, feudiſtæ iſtam quæſtionem non tractant in terminis gratuitæ conceſſionis feudi veri, & recti abſque pretio, & ſub ſola obligatione alicujus ſervitii, vel modicæ recognitionis, utpotè feudalibus terminis parum congruæ, quoniam hujuſmodi quæſtio frequentius cadere ſolet in contractibus merè correſpectivis, ad limites juſtitiæ commutativæ regulandis, ad effectum, ut comperta majori, vel minori quantitate, ſeu menſura quàm enunciata ſit, teneatur, vel ne alter contrahentium juxta dictæ juſtitiæ commutativæ naturam, & correſpectivitatis obligationem, ſupplere, vel minuere pretium, quod ubi venditio eſt ad corpus, dicitur unicum, ubi verò eſt ad menſuram, dicitur diſtributum in ſingulas menſuras, ſeu partes enunciatas, atque ad hunc, vel ſimiles effectus dicta quæſtio agitari ſolet.

Undè propterea in gratuitis, ac regularibus conceſſionibus feudalibus, quæ à Principe fiunt eorum benevolis, ſeu benemeritis, cum in eis non cadant termini juſtitiæ commutativæ, ſed potiùs illi juſtitiæ diſtributivæ, non de facili intrat dicta quæſtio percutiens principaliter dictum effectum reductionis rerum ad correſpectivitatem, ac juſtitiam commutativam.

Feudum enim dicitur Principis beneficium, quod ex benevolentia alicui datur, à publico patrimonio ori- 6
ginem habens, ut ita Princeps, milites & Vaſſallos devotos ſibi acquirat *cap. 1. §. beneficium ex quibus cauſ. feud. amittatur, & ex Iſernia, Baldo, & cæteris Mantic. de tacit. lib.23. tit.2. num.2. & 3. Roſenthal. de feud. cap.1. concluſ.1. & 2.* apud quos concordantes, ſi ergo eſt beneficium ex benevolentia, intrare non videtur inſpectio, an ad corpus, vel menſuram conceſſio facta ſit, cum ceſſent illi effectus, ad quos frequentiùs de hoc agi ſolet.

Item ad eamdem incongruentiam oſtendendam conſideram, quod feudum dicitur Univerſitas, utpotè
conſtitutum ex certo corpore in ſui eſſe perfecto, & 7
conſtituente Univerſitatem, de qua ſolùm diſputant feudiſtæ, an ſit Univerſitas facti, vel Univerſitas Juris, *de quo Iſernia, & Add. in cap. 1. quid ſit Inveſtitura ibique Afflict. & cæteri collecti per Roſenthal. cap.10. concluſ.44. num.43. Curte in diverſor. feud. cap. reliquum num.36. & ſeq. plenè Amichangel. quæſt. feudal.3.* ubi diſputato articulo ad partes, habetur magis communem eſſe, ut ſit Univerſitas facti, omnes tamen concordant eſſe univerſitatem conſtitutivam unius corporis, Igitur ſemper dicitur ad corpus.

Concurrente in idem feudiſtarum propoſitione, quod
feudum dicitur homo mutus, & ſurdus, qui cum non 8
poſſit loqui, nec operari per ſe ipſum, utitur opera poſſeſſoris tanquam miniſtri, ſeu organi, ut in eo mediante, membra, ſeu Jura ab ipſo conciſa recuperet, atque ejus corpori, ſeu unitati reſtituat *juxta gloſ. magiſtralem Marini ad Caramanico in Conſtit. Regni, Conſuetudinem pravam, quam in omnibus ibidem approbant Iſern. Afflict. & Lallus de Tuſcia, Frecc. de ſubfeud. lib.3. 1. formul. num.5. Aponte de poteſtate proreg. tit. de elect. Official. §.3. num.12. & conſ.8. num.29. lib.2. benè Rovit. deciſ.6. num.8. & 10.*

Si ergo eſt unum corpus, adinſtar corporis humani conſtitutivum Univerſitatis, non de facili adaptabiles videntur termini dictæ quæſtionis, quam idcircò, vel nullatenus, vel nimium de raro feudiſtæ tractant, vel diſputant.

Et quamvis non implicet concedi in feudum certam rei partem ad menſuram, nihilominus id eſt ſatis ra-
rum, ac verificabile, quando Dominus ex certo præ- 9
dio, vel re partem concedit Vaſſallo, & partem pro ſe retinet, quo caſu diſputant feudiſtæ, an Vaſſallus cogere poſſit Dominum, ut oſtendat fines, ſeu limites conceſſionis, ne tractu temporis modicum terræ oſtenderet, concludentes affirmativè, ac propterea monentes, cautius eſſe ab initio, & in ipſa Inveſtitura fines exprimi, *ut poſt gloſ. firmant Iſern. in cap. Imperialem de prohib. feud. alienat. per Feder. §. illud quoque num.64. Afflict. ibid. num.9. Alvarot. num.6. Zaſ. de feud. part.6. num.39. Schrader. part.5. q.6. num.25.*

Verùm hæc poſſibilitas non cadebat in præſenti, dum conceſſio non erat de parte ejuſdem rei, reliqua parte penes Dominum remanente, ſed erat de toto, quod hic ibi habebat, ideóque veri, & proprii termini iſtius controverſiæ erant jam dicti ſuper acceſſionibus, earum-

que

Google

que confuſione cum feudo, nnde onus eſt Feudatarii excipientis de acceſſionum, ſeu melioramentorum ſeparabilium detractione, illas oſtendere, vel diſtinguere, vel intrat Judicis arbitrium interponendum juxta modum, de quo ſupra, ideóque remanet quæſtio potius facti quàm juris, ex ſingulorum caſuum circumſtantiis decidenda.

† DE confundente fines agitur *tit. de emphyteuſi diſc.56.* ac etiam *tit. de fideicommiſſ. diſc.194. & in Bononien. fideicommiſſi de Ghilleriis eod. tit.*

FERRARIEN. JURIS PISCANDI,

Pro ABBATE GILIOLO,

Cum PP. CARTUSIANIS.

Caſus deciſus per Cameram pro PP.

Devoluto feudo, an expirent conceſſiones factæ per Feudatarium.

Conceſſio facta ad beneplacitum, an expiret per mortem concedentis, vel per Feudi, & Dignitatis expirationem.

An prima conceſſio cenſeatur revocata per ſecundam alteri factam; Et devoluto Feudo Dignitatis, an duret Dignitas.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Regalia non poſſunt haberi ſine titulo, ideò in eis non datur interdictum poſſeſſorium ex ſola poſſeſſione.*
3 *Devoluto feudo, an devolvantur ſubfeuda remiſſive.*
4 *Gratia, ſeu conceſſio ad beneplacitum expirat per mortem concedentis.*
5 *An ſit vera limitatio, qua dicta regula traditur, ut procedat in odioſis, non autem in favorabilibus, & gratioſis.*
6 *Et de altera limitatione, ubi gratia facta eſt, non ſub nomine perſonæ, ſed Dignitatis, & quando uno, vel altero modo facta cenſeatur.*
7 *Devoluto feudo, an ceſſet, & extinguatur Dignitas feudo inhærens.*
8 *Idem Princeps, an poſſit eſſe Dux, vel Baro, &c.*
9 *Devoluto feudo, eoque alteri ſimpliciter conceſſo, an cenſeatur conceſſum cum eadem Dignitate, ac eiſdem privilegiis, & prærogativis?*
10 *De differentia ſubfeudi ſimpliciter conceſſi, vel conceſſi ad beneplacitum, &c.*
11 *Per ſecundam gratiam, vel conceſſionem, an cenſeatur primæ derogatum.*
12 *Ubi gratiæ ſunt compatibiles, tunc prima, & ſecunda valent.*
13 *Eccleſiis, Monaſteriis, & aliis ſub aliorum adminiſtratione viventibus, competit reſtitutio in integrum ob non petitam feudi renovationem.*

DISC. XL.

CONceſſit de anno 1501. Dux Ferrariæ Patribus
1 Cartuſianis ejuſdem Civitatis pro eorum uſu, Jus piſcandi in certa Padi parte, cum jure aliis prohibendi; Et de anno 1504. in eodem loco, conſimilem conceſſionem ad eorum oblectamentum fecit illis de Giliolis; Devoluto autem de anno 1597. ad Sedem Apoſtolicam Ducatu Ferrariæ, Clem. VIII. volens cum ſubinfeudatis, ac Ducum conceſſiones habentibus benignè agere, continuationem indulſit novam Inveſtituram petentibus, & Cameram Apoſtolicam in Dominam recognoſcentibus, quod fecerunt reſpectu dictæ eorum conceſſionis Gilioli, ſed neglexerunt Patres Cartuſiani, quibus deindè obtinentibus ab Innocentio X. prædictæ Conceſſionis confirmationem, ſeu renovationem, orta eſt inter eos, ac Giliolos controverſia in Tribunali Cameræ Apoſtolicæ, tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio, ſed principaliter diſputatum fuit in ſecundo, tum quia primum conſiſtebat in nudo facto, idcóque nullum continebat juris articulum adnotatione dignum.

Tum etiam, quia cum ageretur de Jure piſcandi,
quod eſt de regalibus, ut habetur *in Comacen. Vallium hoc titulo*, neceſſarium credebatur guſtare de titulo, ſine quo in regalibus, præſertim, ubi eſt in Cauſa Fiſcus, qui Giliolis aſſiſtebat, non datur remedium poſſeſſorium retinendæ ex ſola poſſeſſione, cum agatur de rebus, quæ ſine Principis conceſſione poſſideri non poſſunt *Covar. pp. q. 4. C.17. num.6. Peregr. de Iure fiſci lib.7. tit.3. num.20. Grammat. conſ.9. civiles Buratt. deciſ.312. num.12. & 13. Rot. deciſ.605. num.8. & 615. num.5. p.5. recen. Rovit. in pragmat.1. de Iuriſd. invicem non turban. num.29. & ſeqq. Capic. deciſ.77. num.7.* 2

Quatenus ergo pertinet ad petitorium, ad duo reſtringebatur difficultas, ex quorum determinatione, unius, vel alterius partis bonum Jus reſultabat, quorum primum, & notabilius, an ob feudi devolutionem, conceſſio Cartuſianis facta expiraſſet, quia poſita expiratione, certum remanebat Jus illorum de Giliolis habentium amplam conceſſionem Apoſtolicam Clementis VIII. Alterum verò, an per ſecundam conceſſionem dictis Giliolis factam, revocata cenſeretur præcedens, facta Cartuſianis.

Quoad primum, omiſſa diſcuſſione articuli, & an
quando reſoluto jure datoris reſolvatur Jus acceptoris, ita ut devoluto feudo, devolvantur ſubfeuda, & 3
conceſſiones per feudatarium factæ, cum de illo ad ſufficientiam agatur *in Senogallien. Caſtrorum hoc eod. tit.* dicebatur per illos de Giliolis, ceſſare in præſenti difficultatem, quia conceſſio facta Cartuſianis non 4
erat indefinita, & perpetua, ſed ad beneplacitum ſuæ Celſitudinis, ideóque per mortem concedentis beneplacitum expiraverat, *ad text. in cap. ſi gratioſè de reſcript. in 6. ubi Geminian. & cæter. Canoniſtæ. Bartol. & Civiliſtæ in l. Centeſimis, §. fin ff. de verb. oblig. Felin. in c. ex litteris, num 9. & ſeqq. de Conſtitutionibus, Gonzal. ad reg. 8. gl. 12. num. 1. & ſeqq. Menoch. lib.1. de arbitrar. quæſt.69. num.2. & ſeqq. Capic. deciſ.136. per tot. Barboſ. clauſ.3. num.2. & ſeqq. Capoblan. de Baron. pragm.7. num.30. Fab. de Anna conſ.14. num. p. & ſeqq. Barboſ. in collectan. ad dictum cap. ſi gratioſè num.2. Rot. deciſ.489. num.4. part.1. rec.*

Non negabatur per alteram partem concluſio, ſed
duæ dabantur reſponſiones, una, ut procedat in gra- 5
tiis odioſis, & ambitioſis ad beneficia obtinenda, ſecus verò in favorabilibus ad piæ cauſæ favorem, ac Religioſorum in ſuo Inſtituto neceſſariam ſubſtentationem, ad quod allegabantur *Bart. in l. meminiſſe, num.4. ff. de off. Proconſ. Franch. in c. ſi delegatus, num.5. de off. deleg. in 6. Vant. de null. ex defectu Iuriſdictionis deleg. num.104. Menoch. de arbitr. d.q.69. num.8. & ſeqq. & Gonzal. pariter ſuprà alleg. gl.12. n.23. & ſeqq. Carrocc. deciſ.18. n.4.*

Altera, ut procedat, quoties facta eſt conceſſio ſub nomine perſonæ, cujus beneplacitum per mortem expirare dicitur, ſecus ubi ſub nomine officii, vel Dignitatis, quia dicitur etiam in ſucceſſoribus durare, donec ad revocationem procedatur, ut *probat idem text. in cap. ſi gratioſè de præſcript. num.6.* ibique & alibi Doctores ſuprà pro concluſione allegati.

Prima reſponſio reputabatur omninò irrelevans, licèt *enim Calderin. conſ.3. de reſcript.* qui potiùs in propoſito allegari debuiſſet, hanc tribuat diſtinctionem, eumque ſequatur Dominicus, attamen *Franch. in eod. in cap. ſi gratioſè num.10. in fin. verſ. quando verò,*

& num.11. verſic. ſed certè, expreſsè reprobat hanc diſtinctionem, *& Franchum* ſequitur *Capic. dicta d.c.136. num.5.* Traditiò autem Gonzal. Menochii, & aliorum, de qua ſuprà procedit in ea gratia, quæ concernit publicum favorem, ſecus autem in actu privato, & ità loquuntur. Bal. & cæteri per eos deducti, unde limitatio in ſuo caſu vera, ceſſabat ex defectu applicationis.

Altera limitatio, pariter in abſtracto dicebatur vera, 6 ſed negabatur applicatio, quia in dubio conceſſio, nomine perſonæ magis, quàm Dignitatis, præſertim ceſſante publico favore, facta cenſetur, & clarius ubi accedit pronomen *ſuum meum*, &c. ut benè ex mente Canoniſtarum *ibidem Capic. dicta decìſ* 136. *Gonzal.* qui latè contrariantes opiniones congerit, & conciliare videtur ex *num.9. ad* 22. ubi opinionem pro perſonalitate dicit veriorem; Et in caſu de quo agitur, accedebat pronomen *ſuum*, ibi *Ad beneplacitum ſua Celſitudinis*, ut ponderant *Felin. Capic. Fabin. de Ann. Capabl. & cæteri in principali concluſione ſuprà allegati.*

Verùm omnis difficultas ceſſare videbatur, quia dato 7 etiam, quod ſub nomine Dignitatis conceſſio facta eſſet, adhuc illa ceſſaverat per feudi devolutionem, qua ſequuta, illa Dignitas Ducis Ferrariæ evanuit, ideóque non intrant, quæ de Papali, Imperatoria vel Regia Dignitate dicuntur, quia iſtæ ſunt Dignitates fixæ, & perpetuæ, ex perſonarum, vel linearum deficientia alterationem non recipientes, nedum Papalis, & Imperatoria, quæ ſunt electivæ, ſed etiam Regia deſerri ſolita per ſucceſſionem, vel etiam per electionem; Licet enim Regnum, una linea extincta, vel ejecta, ad aliam tranſeat, idem tamen Regnum eſſe dicitur, quod dici non poteſt in his Dignitatibus feudorum, durantibus durante tantum feudo, quo devoluto expirant.

Papa enim non poteſt eſſe Dux, & feudatarius ſui 8 ipſius, neque Rex poteſt eſſe Comes, vel Marchio in ſuo Regno, neque in Domino datur qualitas feudalis *Iſernia in c.1. poſt num.12. & num.13. in addit. ex quib. cauſ. feud. amit. Afflict. in praelud. ad Conſtitutiones Regni, q.25. num.6. Frecc. de ſubfeud. lib 1. tit. de origine Baronum, num.45 Rovit. d. c.6 num.13. Maſtrill. de Magiſtr. lib 4. cap.13. num.96. & admittit Menoch conſ.905. num.23. & 24.* quoties tamen feudum conſolidatur cum Principatu, ac in eo remanet, & perſeverat, cum ſola quæſtio cadat, quoties idem feudum denuò alteri conceditur, an ſcilicet reaſſumat priorem Dignitatem, alia- 9 que privilegia quo caſu diſtingui ſolet, an antiqua Dignitas conceſſa eſſet perſonæ vel loco, *ut latè agunt Menoch. dicto conſ.905 num.15. & ſeqq. Rovit. dicta d.6. ubi cæteri,* cujus aſſumpti veritatem ſuperfluum erat in præſenti facti ſpecie aſſumere, dum Ducatus Ferrariæ conſolidatus eſt cum univerſo Statu Eccleſiaſtico, non tanquam Ducatus, ſed tanquam membrum alias à ſuo corpore ſeparatum, & cum ipſo denuò conſolidatum.

Illæ ſiquidem Dignitates in perſona Regem ac majorem Principatum habentium durant, ſuamque antiquam naturam retinent, quæ ſtant de per ſe, tanquam Principatus independens à Regno, & poſſeſſæ ſunt ab eodem duas perſonas repræſentante, adinſtar Præſidis duarum Provinciarum, vel Epiſcopi duorum Epiſcopatuum, *ut exemplificant gl. & Bart. in l.3. ff. de off. Præſida* in Rege Angliæ habente Ducatum Vaſcoviæ, & habemus in Rege Hiſpaniarum poſſidente Principatum Barchionen. *ut apud Rojas deciſ.279. 381. & 286. & deciſ.316. p.9. rec.* quod etiam in eodem Rege procedit quoad Comitatum Flandriæ, & Ducatum Mediolani &c. *ex deductis in Pampilonen. decimarum ſub tit. de praeminentiis*, & ſic indubitatum eſt, Dignitatem Ducum Ferrariæ penitus evanuiſſe, & annihilatam eſſe; Igitur ſive beneplacitum referatur ad perſonam, ſive ad Dignitatem, effectus eſt idem.

Alteram ponderabam differentiæ rationem, inter 10 ſubfeudum, ſeu conceſſionem perpetuam, & indefinitam, ab ea, quæ facta eſt ad beneplacitum, quod primo caſu, ſubinfeudatus aſſecuratus quodammodo dicitur à lege, vel à facultate ſubinfeudandi, quam Princeps feudatario conceſſit continuandi, ſaltem de recepta æquitate in ſubfeudo, ex deductis *in dicta Senogallien. Caſtrorum*, ita ut Dominus illum non recipiendo, videretur ei facere injuriam, eumque fraudare illa fide, quam in Juris diſpoſitione, vel in facultate contenta in Inveſtitura habuit, quod utique dici non poteſt, ubi conceſſio non eſt indefinita, ſed limitata ad beneplacitum, quia recipiens, rectè ab initio ſcivit, illud ultra perſonam, vel Dignitatem concedentis non durare.

Quo verò ad aliud principale motivum, an ſcilicet conceſſio facta Patribus de an. 1501. revocata cenſeretur per ſecundam factam Giliolis de anno 1505. conſi- 11 derabam, ſatis modicum, vel nullum fundamentum in eo conſtitui poſſe, licèt enim gratiæ ad beneplacitum ſint revocabiles, ac ſolùm ìoteet quæſtio, an in revocatione requiratur juſta cauſa, vel ne, de quo in præſenti opus non erat agere, ceſſabat difficultas ex defectu voluntatis, quia non conſtabat Ducem, memorem prioris gratiæ, voluiſſe illam revocare per ſecundam, quæ non facta mentione primæ, dicitur nulla ex defectu voluntatis quatenus primæ præjudicet *adnot. in cap.1. & c. cæterum de reſcript. Roman. conſ.298. num.1. & ſeqq. Abb. conſ.94. num 4. part.2. Grammat. conſ. civil.6. n.1. & ſeqq. Gaill. lib 2. obſerv.55. num.1. late Rot. dec.664. num.1. & 2. p.2. rec. & Ioan. Bolagnett. conſ.2.* ubi ad ſatietatem.

Dicebatur etiam, ſecundam conceſſionem factam Giliolis, eſſe compatibilem cum prima facta Patribus 12 cum prima ſit ad illorum uſum, ſecunda verò ad oblectamentum, ideoque ſunt compatibiles ob reſpectuum diverſitatem, unde data compatibilitate, per ſecundam non cenſetur prima revocata *Alex. conſ.193. n.3. lib.6. Dec. conſ.195. num. Surd. deciſ.51. num.9. deciſ.252. n 9. part.4. recen. tom.2.* & ſic iſtud ſecundum fundamentum credebatur minus tutum; benè tamen in puncto Juris tale judicabatur alterum, quo non obſtante Camera ju- 13 dicavit ad favorem Patrum, innixa principaliter, quantum deſumi potuit, Chirographo Clem. VIII. poſt Ferrariæ adeptam poſſeſſionem emanato ad favorem omnium, qui à Ducibus conceſſiones habuerant, etiamſi per devolutionem expiraſſent, prout eas expiratas in eodem Chirographo expreſsè declaratur; Et licèt illud conditionem haberet, *dummodo infra certum tempus novam Inveſtituram à Camera obtinerent*, excuſatione tamen dignum judicatum fuit Monaſterium, cujus Juribus præjudicare non potuit Prioris, ac Patrum illius temporis negligentia, quin ſaltem reſtitutio in integrum competeret adversùs dictam neglectam novam Inveſtituram, quam deindè ab Innoc. X. obtinuerunt, ex plenè congeſtis *per Peregr. conſ 94. num.53. & ſeqq. lib.2.* ubi de omnibus Univerſitatibus, quæ ab adminiſtrationibus reguntur *Fulgin. de emphyt. tit. de renovat. q.2. num.20.* Ego autem ſcribens pro Giliolis ſuccumbentibus, adhuc remanſi indeterminatus, non laudando, nec reprobando reſolutionem, quoniam dictum motivum compatibilitatis utriuſque conceſſionis urgebat, ſed econverſo tam longa acquieſcentia omninò inveriſimilem reddebat ignorantiam Superiorum, & Religionis, unde non videbatur de facili intrare æquitas cum qua proceſſum eſt, & fortius quia dicta longæva obſervantia rectè deſervare poterat pro interpretatione prædictorum, quæ aliàs de jure dubia erant, ideóque judicium ſuper veritate non efformavi.

† DE hac materia, an devoluto feudo, devolvantur ſubfeuda eſt actum ſuprà *in annotatione ad diſc.1.* ubi videndum; Et de aliis concernentibus mate- 14 riam conceſſionis ad arbitrium vel ad beneplacitum agitur *ſub tit. de beneficiis* & ſub altero *de penſion.* dum in iis cadunt frequentius iſtæ quæſtiones & apud *Reverter. & Addentes deciſ.511. Moles de jure devol. §.23. quæſt.6.* & de facultate revocandi *diſc.148. de Regal.*

REATINA CASTRORUM.

Pro TANCREDO MARERIO,

Cum THOMA ETIAM MARERIO.

Caſas variè deciſas per Rotam.

In inveſtituris feudalibus, aliiſque Contractibus ſuper Caſtris, & bonis Juriſdictionalibus, vel ſimilibus, an numerus pluralis reſolvatur in ſingularitates, ita ut pactum, devolutionis vel reverſivum, conceptum in perſona plurium verificetur in perſona aliquorum ex eis; Et aliqua de materia Juris accreſcendi in feudo vel emphyteuſi. Et de ſucceſſione legitimatorum in feudis ſeu Caſtris, & bonis Juriſdictionalibus.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *In ultimis voluntatibus numerus pluralis reſolvitur in ſingularitates, & conditio in perſona plurium verificatur in perſona ſingulorum.*
3 *An idem procedat in Contractibus, & n.6.*
4 *De jure accreſcendi, vel non decreſcendi in feudo vel emphyteuſi.*
5 *Caſtra in Statu Eccleſiaſtico allodialia.*
6 *Sub nomine legitimorum, & naturalium an veniant legitimati per ſubſequens matrimonium.*

DISCURSUS XLI.

POſſidentibus Franciſco, Attilio, Marco Antonio, & Hieronymo Fratribus de Mareriis Caſtra Aſcretæ, 1 Marciatelli, & Rigatti, defunctóque Franciſco primogenito, ſuperſtite Tancredo filio pupillo, cum hic factus adultus portionem paternam in dictis Caſtris aliiſque bonis recognoſcere vellet, dictique patrui ſe opponerent, poſt aliquas extrajudiciales non leves diſcordias, deventum eſt ad concordiam, per quam Tancredus ſub promiſſione à patruis facta de ſolven. ſcut. 4. m. ad effectum monacandi tres germanas Sorores, cuicumque Juri ſibi in dictis Caſtris, & aliis bonis competentibus renunciavit, ſub ea tamen conditione, & pacto, quod morientibus prædictis Marco Antonio, Attilio, & Hieronymo, & nullis poſt ſe relictis filiis maſculis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio antea contracto, dictus Tancredus redeat ad primæva Jura.

Obierunt Attilius, & Marcus Antonius abſque legitima prole, ac demum Hieronymus, ſuperſtite Thoma filio legitimato per ſubſequens Matrimonium, unde prætendere cæpit Tancredus factum eſſe locum pacto, & introducta cauſa in Rota, quamplures habitæ fuerunt diſputationes ſuper variis incidentibus; Quatenus tamen pertinet ad negotium principale, an ſcilicet dicto pacto, in toto vel in parte locus factus eſſet. Pro Tancredo ſcribens, in duas inſpectiones controverſiam diſtinguebam, unam nempe ſuper duabus portionibus ceſſis Attilio, & Marco Antonio abſque prole defectis, alteram verò ſuper portione Hieronymi, ex quo filius remanſerat ſuperſtes ut ſuprà.

Quoad primam inſpectionem ſuper dictis portionibus defunctorum abſque filiis, non negabant ſcribentes pro reo concluſionem magis communiter, præſertim 2 in Rota, & Curia receptam, ut numerus pluralis reſolvatur in ſingularitates, ideóque neceſſarium non ſit conditionem in perſona omnium purificari, ſed fieri locus ſubſtitutioni in illa portione, in qua conditio verificatur juxta ſententiam *Bart. in l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* de qua *deciſ. 804. part. 1. diverſ. Gregor. deciſ. 296. dec. 429. part. 4. rec. tom. 2.* & habetur *in Urbevetana fideic. in Avenionen.* & frequenter in aliis *ſub tit. de fideicommiſſ.* Dicebant tamen eam procedere in ultimis voluntatibus, non autem in contractibus ex doctrina *Specul. in tit. de locato, quæſt. 69. num. 89.* ubi concludit, quod conceſſa emphyteuſi duobus fratribus cum pacto, quod poſt mortem eorum ſine 3 filiis bona revertantur ad concedentem, moriente uno ſine filiis, & altero cum illis, prima portio non devolvitur, neque locus eſt pacto, & ſequuntur *Roman. conſ. 19.* ubi *Mandoſ. in addit. Gabr. conſ. 66. numer. 11. & ſeqq. lib. 2. Honded. conſ. 54. num. 16. lib. 1. Gratian. diſcept. 451. num. 4. & 707. num. 1. Bellon. jun. de jur. accreſc. c. 6. quæſt. 38. num. 131. & ſeqq.* Undè inferebant idem dicendum eſſe in his Caſtris, ſi ea conſiderentur tanquam feuda, cum ab emphyteuſi ad feudum valeat argumentum, vel ſi conſiderentur tanquam bona allodialia, cum etiam in eis, & in caſu donationis ita etiam obſervet *Ciriac. controverſ. 276. num. 10. & ſeqq.*

Pro actore autem dicebam, concluſionem prædictam non percutere quæſtionem de numero plurali reſolvendo vel ne in ſingularitates, & an potiùs in ultimis voluntatibus, quam in contractibus intret dicta reſolutio, cum nulla diſparitatis ratio urgere videatur, ſed 4 potiùs percutere materiam Juris accreſcendi vel non decreſcendi, dandi inter plures inveſtitos, quoties quæſtio eſt inter concedentem, & recipientes, quo caſu etiam in feudo vel emphyteuſi regula eſt, poſt quæſitum emolumentum non intrare Jus accreſcendi, limitanda, vel ubi clauſulæ accedunt denotantes conceſſionem cuilibet in ſolidum factam eſſe, vel ubi agitur de conceſſione ſupremi Principis, vel ubi rei conceſſæ individuitas ita exigat, vel ubi Domino interſit conceſſionem non dividi, ex copioſè deductis per *Bellon. dicto cap. 6. quæſt. 37. & 38.* & in materia Juris accreſcendi vel non decreſcendi in feudis, deductum habetur in *Maten. feudorum hoc tit.* & in aliis *ſub tit. de emphyt.*

Verùm hos terminos à præſenti quæſtione extraneos dicebam, tum quia iſta ſunt Caſtra, quæ abſque Inveſtitura, & ſervitio feudali poſſidentur ab hac domo 5 tanquam allodialia, ut frequentior eſt qualitas Caſtrorum Status Eccleſiaſtici, præſertim in hac Provincia, excepta illa remota, & impropria feudalitate, quam ſubintelligi volunt Camerales pro ſuperioritate Papæ, ac tollenda illa vera, & propria allodialitate, per quam dicitur non recognoſci niſi Deum, ut ſæpiùs *hoc tit.* proindéque extranei remanent termini feudales, vel emphyteutici; Tum etiam quia non verſabamur inter inveſtientes, & inveſtitos tanquam de beneficio, ſed de contractu privato inter privatos merè correſpectivo, quod ſcilicet Tancredus, illud Jus, quo pro ejus portione ſibi competebat, correſpectivè ad dictam ſummam ſcut. 4. m. patruis eorúmque filiis legitimis limitatè concedere voluit, non omnibus inſolidum, ſed cuilibet pro ſua portione, ideóque uno eorum ceſſante abſque filiis, nil obſtabat, quod impediret in portione defecta purificationem pacti reverſivi, ut veriùs firmant *Cacheran. deciſ. 110. Theſaur. deciſ. 189. Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 15. num. 255. Hier. Leo deciſ. 128. numer. 24. & 69.* ex quibus liquet, malè, & ſine fundamento loqui *Ciriac dicta controv. 276.* & ita judicatum fuit per *Rotam ſub die 27. Februar. 1651. coram Danozetto.*

Quo verò ad alteram portionem Hieronymi, reſolutio pendebat à puncto, an exiſtentia Thomæ filii legitimati per ſubſequens matrimonium faceret deficere conditionem, idque potiùs facti quàm Juris inſpectio- 6 nem continebat, licèt enim receptum ſit, ſub nomine filiorum legitimorum, & naturalium venire legitimatos per ſubſequens matrimonium, etiam ad effectum ſucceſſionis feudorum, ut *in Anconitana hoc eod. tit.* multò magis in bonis allodialibus indifferentibus, ut

hic, & ad faciendum deficere conditionem, ad quem effectum facilius proceditur, quàm ad alterum diſpoſitivæ vocationis; Attamen econverſo receptum etiam eſt, id non procedere, quando partes expreſsè, quinimò, & conjecturaliter ſentierunt de verè legitimis, id eſt natis, & procreatis in conſtantia matrimonii, ex congeſtis per *Faſar. de ſubſt. quæſt.*409. *Roſenthal. de feud. cap.7. concluſ.*18. *num.*12. *&* 13. ſed in hoc *Rota dicta die* contrarium cenſuit ex facto, quia in primo tranſactionis inſtrumento poſiti erant in conditione filii legitimi, & naturales ſimpliciter, hæc autem reſtrictio adjecta erat in ſecundo inſtrumento ratificationis, in quo ſoli Attilius, & Marcus Antonius intervenerant, non autem Hieronymus, cui fratres præjudicare non potuerunt, præſertim, quia ejus factum non promiſerant, & licèt ego replicarem, id adjectum eſſe per viam declarationis ejus, quod ab initio partes voluerant, nihilominùs quia de jure nimis clarum eſt, præſertim in allodialibus, & indifferentibus, ſub nomine legitimorum, & naturalium venire legitimos per ſubſequens matrimonium, ideo habita fuit pro nova diſpoſitione, non pro declaratione; Longum autem ius ulteriorem progreſſum habuit iſta cauſa inter dictos de Mareriis, ſed Ego amplius in ea non ſcripſi.

1 † DEfuit occaſio ulterioris diſputationis ſuper iſto puncto reſolutionis numeri pluralis in ſingularitates in actibus inter vivos in hac ſpeciali materia feudali, generaliter autem de hac materia agitur *ſub tit. de fideic. diſc.*96. *cum ſeqq.* ubi in annotationibus advertitur, an & quæ differentia vigeat inter actus inter vivos & ultimas voluntates atque diſputat hinc inde *Modern. Torres de pact. futur. ſucceſſ. lib.*2 *cap.*17. *ex num.*36.

Deciſio in diſcurſu enunciata habetur hodie impreſſa inter *Deciſiones Dunozetti deciſ.*879. & coram eodem ſunt aliæ editæ in eadem cauſa inter eaſdem partes *deciſ.*839. 860. *&* 896.

ROMANA ANNUI REDDITUS,

Pro MARIA FRANCISCA, ET CONSTANTIA FELICE DE URSINIS.

Monialibus in Monaſteriis Sanctæ Crucis, & Humiliratis Urbis,

Cum VINCENTINIS, ET BRANDANIS.

Caſus reſolutus per Auditorem Camerarii contra actrices.

Annuus redditus pecuniarius per Principem conceſſus Feudatario in locum, ſeu excambium feudi ablati, an dicatur feudalis, ac jure feudi in ſucceſſione regulandus.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*
2 *In feudis competit immiſſio in vim* l. fin.C. de edict. Div. Adr. *vigore Inveſtitura.*
3 *Bona data loco feudi tanquam ſubrogata, dicantur ejuſdem natura, ac jure feudi regulanda.*
4 *Pretium feudi quando dicatur feudale.*
5 *Feudum conſiſtere poteſt in annua præſtatione pecuniaria, & an hac in dubio cenſeatur conceſſa in feudum.*
6 *Conceſſiones Pontificum intelligenda ſunt, ut quominùs fieri poteſt, & Eccleſia præjudicent.*
7 *De Conjecturis, & adminiculis feudalitatis.*

DISCURSUS XLII.

CAſtra Galleſii, & Croechiani, quæ Joannes
XXIII. in feudum conceſſerat Franciſco Urſi-
no, *pro ſe, liberis, deſcendentibus, & poſteris in per-* 1
petuum ſub annua præſtatione unius Canis apti, ad au-
cupia cum rete, & cum juramento fidelitatis, Paulus II.
ad ſupplicationem Subditorum, aſperum Pauli Urſini
deſcendentis Imperium declinantium, ad immediatam
Sedis Apoſtolicæ ſubjectionem, & regimen de facto re-
vocavit. Unde Hadrianus VI. conceſſionem fecit, ſeu
prædeceſſorum conceſſionem confirmavit Jacobo An-
tonio Pauli filio, in dictorum Caſtrorum recompen-
ſam, de annua præſtatione ducatorum 300. ſuper red-
ditibus aluminariarum, quæ ſpatio annorum ferè 100.
poſſeſſa per deſcendentes dicti Pauli, devenit in Ma-
rium ultimum hujus lineæ maſculum, qui illam ex-
traneis perſonis, reſervato Beneplacito Apoſtolico, cum
clauſula, *& non aliàs* vendidit, dictoque maſculo de-
fecto, ſuperſtitibus ex dicta linea ſolùm duabus Mo-
nialibus ejuſdem Marii Sororibus, per iſtas, ſeu ex ea-
rum perſonis per Monaſteria contra poſſeſſores inten-
tatum fuit coram Cardinali Camerario interdictum adi-
piſcendæ, ſeu immiſſionis ex *remed. l. fin. C. de Edi-* 2
cto Divi. Hadr. toll. quod in vim Inveſtituræ feuda-
lis, ſeu conceſſionis per Principem factæ, competere
firmant cæteris antiquioribus allegatis *Menoch. de adi-
piſcen. remed* 4. *num.*375. *deciſ.*214. *num.*14. *part.*7. *rec.*
latè *Rota in Fanen. ſeu Senogallien. Bonorum ſuper im-
miſſione* 14. *Martii* 1646. *coram Meltio*, ubi concordan-
tes *impreſſ. poſt. Paitell. deciſ.*36.

Rei conventi, & poſſeſſores, poſt negatam, ſed benè probatam perſonarum legitimationem, negabant feudalem qualitatem, prætendendo iſtum redditum pecuniarium dicto Jacobo Antonio conceſſum pro ſe ejuſque legitimis hæredibus, eſſe allodialem, ac hæreditarium liberæ diſpoſitionis, ideóque licitè potuiſſe alienari, ex quo motivo Auditor Camerarii, poſſeſſoribus abſolutoriam conceſſit, & introducta cauſa appellationis in Tribunali Cameræ Apoſtolicæ, non fuit, quod ſciam, ulterius proſequuta.

Mihi pro Monialibus ſcribenti, judicatum non pla-
cuit, quia certum erat, Caſtra, quorum loco iſte redditus
traditus fuit, conceſſa eſſe in feudum ex pacto, & provi-
dentia pro omnibus filiis, & deſcendentibus, ideóque
ejuſdem naturæ cenſeri debebat iſte redditus, loco di-
ctorum Caſtrorum ſubrogatus ex regula, ut ſubroga-
tum ſapiat in omnibus naturam ejus, in cujus locum
ſubrogatur, ut ultra terminos generales, de quibus
*Barboſ. axiom.*213. *Rot. deciſ.*252. *num.*4. *part.*5. *recen.* 3
Cæſarauguſtana portionum 16. *Junii* 1659. *Albergoto,*
& in aliis.

In ſpecialibus terminis feudorum, ut bona per eundem Principem, à quo feuda derivant, ſubrogata loco feudi, atque in ejus excambium data, habeant eamdem naturam *Decian. conſ.*55. *num.*76. *& ſeqq. lib.*3. *& conſ.*55. *num.*26. *eod. lib.*3. *Lucas de Pen. in lib.*1. *n.*14. *& ſeqq. C. de imponen. lucrativa deſcript. lib.*10. *Affl. in cap.*1. *num* 11. *de Vaſſal. decrep. atat. Rot. deciſ.*310. *n.*44. *& ſeqq. part.*6. *recent.*

Hinc licèt pretium feudi non ſit feudale, neque jure
feudi reguletur, attamen ſi de Judicis mandato fiat 4
feudi alienatio, ejuſque loco pretium deſtinetur, dici-
tur feudale *Franch. deciſ.*64. *Giurb. de ſucceſſ. feud.* §. 1.
*gloſ.*7. *num.*44. *Rota in Aprutina Caſtri Montorii* 21.
Maii 1644. *coram Peutinger.* ubi aliàs firmatur regula
in contrarium; Et de pretio Caſtrorum venditorum de
mandato Congregationis Baronum in vim Bullæ Baro-
num, ut loco dictorum Caſtrorum in omnibus ſubro-
gatum dicatur, eorumque naturam, & qualitates aſſu-
mat *deciſ.*4. *&* 66. *part.*11. *rec. Rojas deciſ.*451. cum
ſimilibus.

Nec implicat agi de annua præſtatione pecuniaria,
Et eſſe feudum, quia etiam in redditu pecuniario ex re 5
immobili

immobili feudum conſiſtere poteſt. 1. §. *ſciendum de feud. cognit. Schrader. de feud. part.3. cap.3. num.1. & ſeqq. Roſenthal. eod. tract. cap.4. concl.5. num.1.* undè propterea *in Romana devolutionis, ſeu locorum Montium pro Collegio Anglicano ſub tit. de emphyteuſi* dixi non implicare emphyteuſim conſiſtere poſſe in locis Montium, loco ſtabilium habendorum, in quibus communis eſt feudiſtarum ſenſus, conſiſtere poſſe feudum, quod nuncupatur redditus de Camera, ſeu de Cavena, ut per *Schrad r. ubi ſuprà, & Roſenthal. eod. cap.4. concluſ.6.* atque conceſſionem annuæ penſionis, quæ fit ab Eccleſia præſumi feudalem, firmat *Bald. in cap. ad audientiam, num.5 de preſcript.* quem ſequuntur *Iaſ. in l. ſi prius 15. num.42. ff. de nov. oper. nunc. Mozz. de feud. tit. de natural. feud. num.7. Iutrigliol. de feud. queſtione 43. num.78. Maſcard. de probat. concluſ.209. num.14.*

Quam præſumptionem evidenter comprobat facti qualitas, cum enim Papa voluerit ita dare recompenſam, ac reſtaurare damnificatos ex amiſſione Caſtrorum, utique cenſetur id actum ad favorem omnium, qui ſenſerunt damnum, non autem aliquorum tantùm
6 *Caſtrenſ. conſil.423. in principio lib.1.* maximè quia Eccleſiæ ita minùs præjudicatur, cum conceſſionis pro ſolis deſcendentibus ſanguinis finis poſſit ſperari, non autem hæreditariæ, ideóque Pontificiæ conceſſiones interpretandæ ſunt, quominùs Eccleſiæ præjudicent *Abb. conſ 82.nuo1.6. & 7. & p.t. Rot. deciſ 185.num.6. & ſeqq. part.7. rec.* ubi in ſpecie de conceſſione præſumenda in feudum.

Idem ſuadet formula conceſſionis pro legitimis hæredibus, ac ſubſequuta obſervantia, quia ſemper hæc præſtatio poſſeſſa fuit per hæredes ſanguinis ordine ſucceſſivo de uno in alium, ac etiam quia ubi hæc alienatio facta fuit, expreſsè reſervatum eſt Beneplacitum, ſignum evidens, quod habebatur pro feudali non alienabili abſque Principis aſſenſu, nam aliàs in annua præſtatione allodiali hæreditaria, & liberæ diſpoſitionis, fatua fuiſſet hæc reſervatio, ut benè ponderant in ſpecie *Bellon. jun. conſ.44. num.44. & ſeqq. Rot. deciſ.310. num.31. part.6. recen.* & in libris Cameræ hic redditus reperitur, ac perſeverat deſcriptus ſub nomine deſcendentium Pauli, etiam longè poſt alienationem, undè deſumitur ipſius Cameræ obſervantia interpretativa, ex quo etiam reſultat voluntas Marii alienantis, quod ſcilicet Jus ſuum, & pro ejus vita alienare voluerit, cum voluntas regulet ur, à poteſtate; unde in proſequutione appellationis; probabiliter contrarium in plena Camera ſeparari debuiſſet.

† QUamvis non implicet, ut feudum conſiſtat etiam in annuo redditu pecuniario ſive in alia re indifferenti etiam mobili ex iis, quæ colligit elaboratus juvenis *Ageta in compend. ſeu viſione feudali rubric.4. ſeu viſio 4. fol.203. & ſeqq.* Attamen ut pluries ſuprà advertitur, hodie quodammodo antiquatæ videntur hujuſmodi feudorum ſpecies, quodque nuncupatione ſolùm retenta in reliquis bonorum allodialium indifferentium jure regulanda videantur aliqualiter pactionata ad excludendam libertatem liberè diſponendi eo modo, quo ſunt bona emphyteutica, ſeu livellaria aut conceſſa in perpetuam locationem, dum in pleriſque fraternizare videntur cum pactis ſeu vinculis feudalibus; Ex quodam verò recepto uſu verè & propriè feuda eſſe videntur illa, quæ conſtituunt Baronem ſeu Magnatem ac Militem primi Ordinis illius principatus, adeo ut ille annuus redditus, qui ut in præſenti ſubrogetur loco Caſtri vel alterius feudi ex regula ſubrogatorum, habeat eandem naturam atque ſubjaceat eiſdem pactis & ceſſationi per quandam ſpeciem devolutionis potius per ſimilitudinem, quàm per veritatem; Et in ſpecie de annuo redditu ſubrogato loco feudi apud *Reverter. & Addeu. ad deciſ.137.* Non indè tamen inferri poteſt ut poſſeſſor hujuſmodi annui reddituus dicendus veniat feudatarius & Baro; cum illa militia nobili & primi Ordinis, quæ feudis annexa eſt, adeo ut in Curia intrare poſſet Bulla Baronum.

Antiquiori enim tempore præſertim in ſuperioribus Italiæ partibus Lombardiæ & Æmiliæ, in quibus feudorum uſus initium habuit ob factionarias diviſiones cuilibet etiam privato diviti expediebat habere feudatarios, id eſt adhærentes & fideles, qui ſibi aſſiſterent ſuaſque partes ſequerentur, quod etiam practicare cœperunt Eccleſiarum Prælati pro ſuorum bonorum & jurium defenſione dum ita exigebat illorum temporum conditio, ut advertitur ſuprà *in annotatione ad diſc.1.* Ideóque non mirum ſi in petiis terræ & in vineis ſeu in annuo reddituo vel in jure piſcandi in aliqua parte fluminis vel Maris conſtituebantur feuda, ut præ cæteris erat obſervantia Ducum Ferrariæ ex relatis ſuprà *diſc.39. & 40.* illamque continuat Sedes Apoſtolica poſt devolutionem in dies concedendo illa feuda, quæ devolvuntur tanquam per ſpeciem beneficiorum & Commendarum ſub aliqua recognitione reali; ad ſolam fruitionem aliquorum petiorum terræ ſeu aliorum prædiorum, quibus propterea feudorum nobilium & qualificantium titulus eis attribuendus non videtur, niſi obſervantia aſſiſtat.

PLACENTINA SUCCESSIONIS

Pro CARDINALI BONCOMPAGNO,

Cum DUCE SFORTIA.

Diſcurſus in Congreſſu pro directione cauſæ vertent. in Conſilio Placentino.

Pendente controverſia poſſeſſionis Caſtrorum, & bonorum Juriſdictionalium inter hæredem paganicum prætendentem illa eſſe allodialia, & agnatum prætendentem eſſe feudalia, cujus eorum potior eſſe debeat conditio in poſſeſſorio adipiſcendæ, vel retinendæ, Et quando unus poſſidens dicatur alteri legitimus contradictor, Et aliqua ſuper Statuto de continuanda poſſeſſione bonorum defuncti in hæredem, an ſuffragetur Forenſibus, vel Civibus fictis ex privilegio.

Et de feudo redacto ex privilegio Principis ad allodium, an hujuſmodi privilegium præjudicet agnatis à lege Inveſtituræ vocatis.

Et quando ſententia lata cum agnato prædeceſſore ſuper ſucceſſione feudi, vel feudali qualitate, præjudicet agnato ſucceſſori venienti ex perſona propria.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Actor debet reſecare, ac effugere quæſtiones diſputationem exigentes, & econtra reo expedit eas multiplicare.*
3 *Poſſeſſorium adipiſcendæ, vel recuperandæ, an ſit incompatibile cum poſſeſſorio retinendæ, ita ut unum intentando, alteri præjudicetur, & quando.*
4 *Quare magis expediat, & practicetur poſſeſſorium retinendæ, quàm adipiſcendæ, vel recuperandæ.*
5 *An & quando agnatus in re, quæ prætenditur feudalis, ſit hæredis feudatarii legitimus contradictor.*
6 *De defectu poteſtatis Domini alterandi primam Inveſtituram in præjudicium agnatorum remiſſivè.*
7 *Sufficit reddi dubiam qualitatem feudalem, ut agnatus non ſit contradictor.*
8 *De ratione, ob quam in feudalibus hæres extraneus non habet jus petendi immiſſionem privilegiatam,*

giatam, & obtinendi, quod poſſidebat Feudatarius defunctus.

9 *Quando ſit certum, quod agnatus non eſt contradictor.*

10 *Sententia aliaque acta cum agnato, vel fideicommiſſario prædeceſſore, an obſtent ſucceſſori venienti independenter ex perſona propria.*

11 *Quid in tranſactione.*

12 *De concluſione, de qua num. 10. an & quando procedit in Curia Romana.*

13 *Vectigalia, & Datia ſunt de regalibus, & non poſſunt poſſideri ſine privilegio.*

14 *Princeps in Regalibus cogit poſſeſſores ad docendum de titulo.*

15 *Regalia penes privatos deſinunt eſſe regalia, & jure privatorum bonorum regulantur.*

16 *Poſſeſſio ficta, ſeu civiliſſima ex Statuto continuativo ſufficit ad manutentionem.*

17 *An Statutum continuativum habeat locum in bonis feudalibus, vel fideicommiſſariis.*

18 *Interverſio poſſeſſionis naturalis de facto, an tollat poſſeſſionem fictam, & civiliſſimam Statuti.*

19 *Poſſeſſio capta de mandato Iudicis cum clauſula ſine præjudicio non præjudicat poſſeſſori civili.*

20 *Statutum de continuanda poſſeſſione non ſuffragatur forenſibus.*

21 *An ad hunc effectum ſuffragetur civilitas ficta, & privilegiativa, & de differentia civilitatis fictæ ad effectum iſtius Statuti vel alterius inhabilitantis forenſes ad acquiſitionem bonorum.*

22 *Statutum de continuanda eſt exorbitant.*

Boſius Sfortia.

Sfortia Comes Sanctæ Floræ — Marius Dux Signi

Franciſcus Card. — Cunſtantia — Federicus

Sfortia Dux Fiani — Gregorius Boncompagnus Dux Soræ — Alexander

Hieronymus Cardinalis — Marius

Dux Ludovicus.

DISCURSUS XLIII.

1 FRanciſcus Cardinalis Sfortia, ultimus de linea legitima primogenita Comitum Sanctæ Floræ, de anno 1592. contemplatione matrimonii contracti per Alexandrum Sfortiam Ducem Signinum ejus agnatum, & Eleonoram Urſinam, dicto Alexandro, ejuſque deſcendentibus maſculis, cum ordine primogenituræ, donavit omnia bona feudalia, & allodialia, per ipſum poſſeſſa in Lombardia, ſibi reſervatis, Datio Longhæ in territorio Placentino, & ſcutis 50. m. in tot bonis per eum eligendis, quæ omnia ita reſervata, partim inter vivos, & partim per ultimam voluntatem tranſtulit in Sfortiam Ducem Fiani, eligendo pro dictis ſcut. 50. m. Caſtrum Arquati; Sequuta verò ejus morte de anno 1624. cum Camera Ducalis, tam Caſtri, quàm Datii prædicti vacuam poſſeſſionem adepta eſſet, comparuiſſent autem, tam Dux Alexander, quàm Dux Sfortia prædicti, prætendentes, unus in excluſionem alterius poſſeſſionem adipiſci, de anno 1629. ex ſententia arbitramentali, Dux Sfortia obtinuit, cum ſubſequuto effectu, immitti in prædictorum Caſtri, & Datii poſſeſſionem, continuatam uſque ad annum 1644. de quo tempore, ſequuta ejus morte ab inteſtato, Dux Marius prædicti Ducis Alexandri filius, tanquam agnatus in Inveſtitura vocatus ad dictum Caſtrum, quod prætendebat feudum antiquum pacti, & providentiæ, & tanquam vocatus ad fideicommiſſum ordinatum per prædictum Sfortiam Comitem Sanctæ Floræ, cui dictum Datium ſubjectum eſſe prætendebat utriuſque poſſeſſionem de facto adeptus eſt; Cumque dicti Ducis Sfortiæ inteſtata ſucceſſio delata Cardinali Boncompagno proximiori conjuncto, atque hic in Conſilio Placentino, poſſeſſorium, vel retinendæ in vim illius Statuti de continuanda poſſeſſione bonorum defuncti in hæredem, vel adipiſcendæ ex Interdicto quorum bonorum intentaſſet, in hujus judicii proſecutione, cum Duce Ludovico, præfati Ducis Marii interim defuncti filio, & ſucceſſore, ſtantibus exceptionibus ex iſtius parte deductis, Cardinalis prædictus tunc Prælatus, Sacri Palatii Apoſtolici Major Præfectus, quamvis in partibus doctos haberet defenſores, congreſſum tamen aliquorum Advocatorum Curiæ convocare voluit pro conſilio, & directione, potiſſimum in ordine ad qualitatem judicii poſſeſſorii, an ſcilicet magis inſiſtendum eſſet in illo retinendæ in vim dicti ſtatuti continuativi, vel in altero adipiſcendæ ex Interdicto quorum bonorum, & an in uno vel altero reſpectivè præfatus Dux Ludovicus poſſeſſor Caſtri jure feudi ſeu Inveſtituræ, & datii jure fideicommiſſi ordinati per dictum Sfortiam Comitem S. Floræ dicti Cardinalis patrem, dicendus eſſet legitimus contradictor.

In hoc igitur congreſſu, mea fuit ſententia, cui cæteri adhæſerunt, quoad ordinem ſeu competentiam unius magis quàm alterius Interdicti poſſeſſorii, ad 2 evitandas plures diſputationes cadentes ſuper dicto ſtatuto continuativo, quas ſicuti reo expedit multiplicare, ita expedit actori, quo magis fieri poteſt reſecare, & effugere, non magis in uno, quàm in altero inſiſtendum eſſe, ſed in utriuſque cumulatione, in propoſito compatibili, abſque eo quod unum dicatur alteri præjudiciale.

Quamvis enim regulariter hujuſmodi judicia ſint incompatibilia, atque unum alteri præjudiciale, undè 3 petens immitti, fateri dicatur ſe non poſſidere, & conſequenter, ſi quam habebat poſſeſſionem, eam utpotè animo derelictam amittat *Ann. alleg. 131. num. 4. Gregor. deciſ. 46. num. 3. & 4. Buratt. & Adden. deciſ. 160. num. 4. deciſ. 196. apud Poſt. de ſubhaſt. in addit. cum aliis per Poſt. de manut. obſerv. 19. num. 13. cum ſeq.* Nihilominus id fallit, quando utriuſque remedii cumulatio deducitur compatibiliter diverſis reſpectibus, quia nempè poſſeſſorium adipiſcendæ, vel recuperandæ intentetur pro ſola naturali conjungenda cum civili animo retenta, pro qua congruè putatur alterum remedium retinendæ, ut in dubio præſumitur, præſertim ſtantibus clauſulis ſalutaribus hodiè apponi ſolitis, ex deductis per *Buratt. & adden. dicta deciſ. 160. numer. 19. & 269. Duran. deciſ. 23. num. 12. cum ſeq. deciſ. 78. 139. 226. & 275. part. 6. recen.* & in aliis frequenter.

Potiſſimè autem, quoniam ideò Romana Curia, à 4 moderno tempore hujus ſæculi currentis, prudenter ſtuduit, & ſtudet inhærere poſſeſſorio retinendæ, illudque ad caſum omni modo poſſibili trahere, ac effugere dicta alia interdicta adipiſcendæ, & recuperandæ, iſtud præſertim, quod in Curia prius erat frequentiſſimum, ex eo quod juxta hodiè receptam opinionem, etiam de Jure Canonico in foro Eccleſiaſtico, poſſeſſorium retinendæ, quoties non decernitur per ſententiam diffinitivam, ſed per Decretum, non admittit appellationem ſuſpenſivam, quam ſine dubio ex Juris Canonici diſpoſitione admittunt dicta duo alia remedia, ut advertitur *deciſ. 139. num. 43. part. 6. rec. Ridolfin. in prax. part. 2. cap. 12. num. 270. & ſeqq.* quæ difficultas in hac facti ſpecie ceſſabat, dum pro certo ſupponebatur, in dicta Civitate Placentina, ejuſque Conſilio, in hac materia ſervari diſpoſitionem Juris civilis in *l. unic. Cod. ſi de moment. poſſeſſione*, per quam indefinitè in omnibus Interdictis denegatur appellatio ſuſpenſiva, unde propterea nihil refert, an unum, vel alterum

Google

alterum concedatur, quod etiam in Urbe, & Statu Eccleſiaſtico ſervatur ob Egidianam per Paulum III. ita extenſam, quæ tamen lex tanquam laicalis non attenditur in foro Eccleſiaſtico, vel in cauſis, in quibus adeſt mixtura, vel perſonarum, vel bonorum Eccleſiaſticorum.

Quare totus punctus erat, an dictus Dux Sfortia agnatus poſſidens Caſtrum, quod prætendebat feudale, eſſet legitimus contradictor dicto hæredi, qui poſita feudalitate ſupponendus eſt extraneus, & incapax, tum quia Clericus in ſacris, ex deductis *in Maſſanen. Caſtrorum, in Venafren. & in aliis*, tum etiam quia cognatus, & in Inveſtitura non comprehenſus, in concurſu præſertim agnatorum.

In hoc autem puncto, potius facti, & applicationis, quàm Juris quæſtio eſſe videtur; Quidquid enim anti-
5 quiores variaverint, hodie ex magis communi opinione, recepta videtur theorica, quod aut certa eſt qualitas feudalis, cum certa incapacitate hæredis extranei, onum ex dictis Interdictis adipiſcendæ, vel retinendæ intentantis adversùs agnatum, & hic dicendus ſit legitimus contradictor, aut è converſo res eſt dubia, vel ob qualitatem rei, quia nempè incertum ſit, an eſſet feudalis vel allodialis, ſive poſita feudalitate, dubium ſit circa hæredis capacitatem, vel incapacitatem, ſeu feudi qualitatem, an eſſet pacti, & providentiæ purum, vel è converſo purum hæreditarium, ſeu mixtum &c. & tunc non eſt legitimus contradictor, ſed hæres ponendus eſt in locum defuncti, ex plenè collectis per *Roſenthal. cap. 7. concluſ. 48. cum ſeq. Angel. de legitimo contradictore, q. 10. 18. & 29.* & eſt recepta, & quotidiana diſtinctio in materia fideicommiſſaria, & emphyteutica, ut habetur etiam in *Hydruntina in dicta Maſſanen. Caſtrorum*, & in aliis *hoc tit.*

Applicando igitur ad rem, dubietas erat circa qualitatem feudalem, non quidem, ut aliqui ex congregatis motivabant, ob Juris præſumptionem in dubio aſſiſtentem allodialitati, in feudalitatis excluſionem, ex deductis *in Clomacen. Vallium, & in aliis hoc tit.* frequenter, cum doceretur de antiquis Inveſtituris conceptis in forma pacti, & providentiæ; ſed ex nova Inveſtitura Pauli III. alterativa antiquarum, ac reductiva hujus Caſtri ad allodium, ſeu ad feudum merè hæreditarium, quod ſonat in idem.

Et quamvis ex parte Ducis poſſeſſoris objiceretur de dictæ novæ Inveſtituræ invaliditate ex defectu intentionis, ſeu falſi præſuppoſiti, quod feudum non eſſet pacti, & providentiæ, ſive ex defectu poteſtatis, quod ſcilicet Papa præjudicare non potuerit vocatis in prima Inveſtitura, ex deductis per *Roſenthal. de feud.*
6 *cap. 10. concluſ. 11. Peregr. conſ. 130. num 10. lib. 5.* attamen huic objecto multæ dabantur reſponſiones, quæ, vel illud enervabant, vel ſaltem dubiam reddebant præten-
7 ſam qualitatem feudi ex pacto, & providentia puri, quod ſufficit, ut pro hærede immittendo reſpondendum ſit, ut ſuprà.

Præterea, etiam cum ſenſu veritatis, ego obſervabam, in hac facti ſpecie verſari in caſu indubitato ad favorem hæredis, omnemque ceſſare quæſtionem, in pro-
8 poſito ſolùm cadentem, quando perſona hæredis eſt diverſa ab illa defuncti, quia nempè, iſte ſit feudi quamvis pactionati capax, & legitimus poſſeſſor, ille verò incapax, undè propterea ceſſet conjunctio extremorum, à quo, & ad quem, ob quam rationem in feudis pactionatis, aliiſque hujuſmodi bonis differentibus non tranſmiſſibilibus ad hæredem extraneum, huic denegatur repoſitio in locum, & ſtatum defuncti, cujus perſonam non repræſentat, & hæc eſt unica ratio hæredis extranei excluſiva *ex deduct. per Argel. de legit. contrad. q. 19. art. 1.*

Hæc autem difficultas in præſenti ceſſabat, quoniam
9 etiam defunctus, utpotè carens quibuſdam qualitatibus, quæ neceſſariæ ſunt ad ſucceſſionem feudorum pacti, & providentiæ, erat etiam incapax, eique poſita qualitate feudali, obſtabat eadem exceptio, & nihilominus ex ſententia arbitramentali uſque ab anno 1629. non obſtante oppoſitione agnati, ut ſuprà, immiſſus fuit in poſſeſſionem continuatam pacificè uſque ad obitum, unde propterea ſaltem in poſſeſſorio, ita res conſtituta erat in ſtatu allodialitatis, nullaque differentia verſabatur inter defunctum, & hæredem, & ſucceſſivè intrabat conjunctio extremorum à quo, & ad quem, ac etiam repræſentatio, dum enim defunctus adhuc incapax ſucceſſionis feudi, non habuit in legitimum contradictorem agnatum de tempore quo urgebat dicta ratio diſparitatis inter alterum defunctum, & ipſum tanquam hæredem, multò minus agnatus poterat eſſe contradictor in dicto caſu, in quo dicta diſparitas ceſſabat, & bona conſtituta erant in ſtatu allodialitatis ex argumento *auth. multomagis, &c.* quæ ratio procedebat etiam reſpectu dotii, non obſtante prætenſo fideicommiſſo, ex eiſdem fundamentis, clarius in iſta re de ſui natura allodiali intrantibus.

Ad evitandum hoc ſolidum, ac verè inevitabile fundamentum, dicebatur ex parte Ducis rei conventi, geſta de dicto anno 1629. ad favorem præfati Ducis Fiani ultimò defuncti cum Duce Alexandro ejus patre, præjudicare non poſſe ſibi independenter, & ex per-
ſona propria venienti, ſed facilis erat reſponſio, quo- 10
niam, quicquid aliqui dubitaverint collecti per *Fab. de Ann. conſ. 18. & Menoch. conſ. 1118.* quoties de mala fide, & colluſione non conſtet, in dubio non præſumenda, magis communiter recepta eſt ſententia *Bart. in l. in domo num. 1. ff. de aqua pluvia arcenda*, ut geſta cum agnato, vel fideicommiſſorio prædeceſſore, tanquam cum legitimo contradictore, faciant ſtatum, ac afficiant ſucceſſores, quamvis independenter, & jure proprio venientes, ex deductis per *Molin. de primog. lib. 4. cap. 8. num 3. cum ſeq. Peregr. ad ſinec. art. 53. num. 49. Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 622. num. .. & ſeq. Rovit. deciſ. 1. num 38. Gamb. deciſ. 1. num. 15. Fab. de Ann. conſ. 17. num 41. & ſeqq. Capic. Latr. conſ. uſ. 52. num. 2. cum ſeq. Roſenthal. de feud. cap. 9. concl. 27.*

Quod etiam frequens, & quotidianum habemus,
ex ſæpiùs deductis *ſub tit. de fideicommiſſis*, & ſub 11
altero *de emphyteuſi*, & alibi, in materia tranſactionis, quæ æquipollens ſententiæ ſeu rei judicatæ, afficit hujuſmodi ſucceſſores, quamvis independenter, & Jure proprio venientes, quoties inita in bona fide in dubio potiùs præſumenda, de quo etiam in terminis feudalibus habetur *in Camerinen. Caſtrorum hoc tit.*

Et quamvis Curia Romana, ſequendo *deciſ. Putei 91. lib. 3.* teneat ſententiam latam contra gravatum, non afficere Fideicommiſſarios ſucceſſores, niſi acce-
dat etiam citatio per proclama adversùs omnes inter- 12
eſſe habentes, vel habere prætendentes, ut apud *Gregor. & Add. deciſ. 205.* & hanc eſſe veriorem probet *Scacc. de ſent. & re jud. gl. 14. quaſt. 12. num. 81.* & in terminis feudalibus *num. 91. & ſeq.* attamen ubi iſtæ materiæ ſunt magis frequentes, contraria, ut ſuprà videtur magis recepta, atque in Curia videtur potiùs Stylus particularis, non attendendus extra eandem Curiam, ſive ad ſummum extendendus ad alias Curias inferiores, ab ea omninò, & immediatè dependentes, juxta certam conſuetudinum, & ſtylorum naturam, ut attendi debeant in individuo, neque extendi de caſu ad caſum, vel de loco ad locum, ut eſt hodiè recepta, & vulgaris concluſio.

De pleriſque aliis in hujuſmodi Congreſſu, ac diſcurſu inſtructivo, deſuper edito actum fuit, in facto magis quàm in Jure conſiſtentibus, ſuper motivis ex parte rei conventi excitatis, præſertim verò circa conſumptionem dictæ ſummæ reſervatæ in donatione, ac ſubjectione hujuſmodi bonorum in fideicommiſſo ordinato per Patrem Cardinalis donatoris; Et quoad concernentia ordinem Judicii, ſeu competentiam Interdicti

dicti

dicti poſſeſſorii, ſuper quo principaliter dictus congreſſus habitus eſt, in motivis tranſmiſſis, quoad Datium, nimium ex parte rei conventi inſiſtebatur, quod cum illud ſit de Regalibus Principis, non intrabant remedia poſſeſſoria privilegiata ſine cognitione petitorii, pro cujus cumulatione, ut conſueta eſt reorum conventorum cautela, inſiſtebatur ex eo, quod Jus imponendi Datia, & gabellas ſit de Regalibus Principi re-
13 ſervatis, & quæ non niſi ex ejus privilegio, vel conceſſione, vel Immemorabili (cujus vigore privilegium allegari poteſt) privatis competunt ad *text. in cap. 1. qua ſint regalia, tot. tit. Codicis Vectigalia nova, &c. Franch. decis. 56. Farinac.* quæ alios cumulat *quaſt. 173. nam. 68. cum ſeq. & num. 91. cum ſeq.* ſed facilis videbatur hujus objecti ſolutio, cum præmiſſa procedant in quæſtionibus, quæ deſuper moventur per ipſum
14 Principem ſeu Fiſcum, qui in hujuſmodi Regalibus cogere poteſt poſſeſſores ad docendum de titulo, ſine quo illa per privatos obtineri non poſſunt, unde ſola poſſeſſio non ſufficit, ex deductis *in Romano officii de Vant, & in aliis ſub tit. de regal. ad materiam officiorum*, ſecùs autem ubi quæſtio eſt inter privatos, inter quos regalia, ad hujuſmodi præſertim effectus deſinunt
15 eſſe talia, & Jure bonorum privatorum regulantur *Lucas de Penna in l. quicumque num. 2. in fine, & num. 3. Cod. de fund. limit. lib. 11. Contard. in l. unica Cod. ſi de moment. poſſ. limit. 2. §. 8. num. 18. Giovagnon. conſ. 1. num. 17. lib. 1. Puteus deciſ. 221. num 4. lib. 3. in correctis, & deciſ. 13. de cauſa poſſeſſionis & proprietatis Achill. deciſ. 5. num. 2. de reſtit. ſpol. & d. deciſ. 20. num. 5. de appell. d. deciſ. 27. part. 1. d. verſ.* ubi ſuppoſitive de regalia inter privatos, & habetur pluries *ſub tit. de Regalibus*, præſertim *in Romana appaltus lignorum*, ubi de iſta concluſione latius.

Quatenus verò pertinet ad Statutum continuativum poſſeſſionis in hæredem, habita fuit pro vera concluſio, quod hujuſmodi civiliſſima ſeu ficta poſſeſſio,
16 æquipollens veræ, ſufficiens eſſet ad manutentionem, ſeu interdictum retinendæ, ex plenè congeſtis per *Poſthium de manut. obſerv. 55. num. 54.* & in individuo hujus Statuti *Iaſ. conſ. 85. num. 3. & 4. lib. 3. Pariſ. conſil. 41. vol. 1. Redenaſc. conſ. 66.* Verùm plures ponderatæ fuerunt limitationes, quæ in contrarium deduci poſſent, licèt ſuas haberent reſponſiones, attamen cum non ſint extra quæſtionem, id erat multiplicare diſputationes, ac inducere id, quod ex parte rei conventi deſiderari ſolet in cauſarum protractionibus, ideóque in dicto congreſſu, prudens conſilium reputatum fuit, ut ſuprà hujuſmodi quæſtiones effugere.

Primò ſiquidem dubitari poterat, an hujuſmodi ſta-
17 tuta procedant in bonis feudalibus, ſeu Fideicommiſſariis, aut aliàs differentibus, quorum regulariter eſt incapax hæres extraneus, ob eamdem rationem, de qua ſuprà, deficientis ſcilicet conjunctionis extremorum, à quo, & ad quem, ex deductis per alios ab eis allegatos per *Amat. var. reſol. cap. 39. num. 39. & 89. Ottobon. deciſ. 1. num. 11. & ſeqq. & deciſ. 195. num. 7. & 8.* Et quamvis reſponderi poſſet hujuſmodi limitationem procedere, quando certa eſt feudalis vel fideicommiſſaria, ſeu altera differens qualitas inductiva incapacitatis hæredis, ſecus autem ubi eſt dubia, cum tunc hujuſmodi diſcuſſione pendente, non debeat hæres hujuſmodi Statuti beneficio privari, ex deductis per *Ottobon. d. deciſ. 1. & 195.* & conferunt quæ ſuprà habentur de agnato legitimo, vel non legitimo contradictore, attamen conſideratum fuit, quod iſte punctus, an hujuſmodi qualitas eſſet clara, vel dubia, magnas parere poſſet diſputationes, & moras.

Altera limitatio, ſeu difficultas reſultabat ab inter
18 verſione hujuſmodi fictæ ſeu civiliſſimæ poſſeſſionis, cum apprehenſione, & retentione poſſeſſionis naturalis de facto, quo caſu Statutum non ſuffragari, habetur apud *Amat. dicta reſol. 39. num. 30. deciſ. 57. part. 10. rec. num. 13. & 14. Interamnen. fideicommiſſi 28. Iunii 1651. Bichio*, & in aliis. Videbatur tamen hæc limitatio etiam ſuperabilis, cum dicta apprehenſio, & retentio poſſeſſionis de facto per Ducem Mariam, & ſucceſſivè Ducem Ludovicum agnatos, ſequuta eſſet propria auctoritate, ideóque vitioſa, & intruſiva, quæ ex veriori ſententia non tollit effectum Statuti, ut in individuo hujus Statuti Placentini *Iaſon. dicto conſ. 85. num. 6. & 7. lib. 3. Pariſ. dicto conſ. 41. num. 9. lib. 1. Redenaſc. dicto conſ. 66. num. 3. & 4.* & generaliter benè *Rota apud Martinum Andream deciſ. 36. num. 8. Adden. ad Gregor. deciſ. 307. num. final. Poſthius* alios cumulans *dicta obſervat. 55. num. 83. & in dicta deciſ. 57. part. 10. rec. num. 14. & 15.*

Clarius verò, quia ſequuta morte dicti Ducis Fiani
ultimo defuncti, præfatus Dux Marius, hujuſmodi 19
poſſeſſionem, in qua ſucceſſivè poſt ejus mortem continuavit Dux Ludovicus filius, apprehendit de mandato Judicis, conceſſo cum clauſula, *dummodo poſſeſſio ſit vacans, & ſine præjudicio habentium meliora, & potiora Iura*, quo caſu, verius, ac hodiè in praxi receptum eſt, ob hujuſmodi conditionem, vel ſuſpenſivam, vel reſpectivè reſolutivam, non præjudicari verò hæredi, ſeu alteri Jus habenti, tam in poſſeſſione ficta, & civili reſultante ab hujuſmodi ſtatuto, quàm in altera reſultante à clauſula Conſtituti vel ſimili, ex deductis per *Adden. ad Gregor. deciſ. 352. ſub num. 6 Poſt. obſerv. 50. num. 3. cum ſeq. benè Rota in Romana fideicommiſſi de Ceſis 14. Martii 1657. §. nec obſtat coram Dunozet, o. Romana hæreditatis 4. Iunii 1663. Cerro*, & habetur frequenter *ſub tit. de fideicommiſſis*, & ſub altero *de Iudiciis, &c.* adhuc tamen conſideratum fuit, quod id pabulum præbebat diſputationibus, ideóque non expediebat.

Tertia illa limitatio ſeu difficultas, quod hujuſmodi Statuta, utpotè in gratiam ſubditorum edita, ſuffra-
gari non debeant forenſibus, & non ſubditis, qualis 20
erat dictus Cardinalis actor ex antiqua origine Bononienſis, ex altera verò actuali Neapolitanus de ordine patritio, & Magnatum, *Penia deciſ. 771. num. 24. juxta Lugdunen. Ottbob. deciſ. 227. num. 5.* ubi concordantes.

Pro hujuſmodi objecto tollendo, ponderabatur civilitas ficta, ſeu privilegiativa, ob ampliſſimum privilegium civilitatis, quæ de anno 1566. per Ducem Octavium conceſſa fuit præfato Sfortiæ Comiti S. Floræ *pro ſe, ejuſque utriuſque ſexus deſcendentibus*, de
quorum numero erat præfatus Cardinalis actor, quam 21
civilitatem, quamvis fictam ſufficere, in iſtis ſpecialibus terminis Statuti continuativi, latè ſubſtinet *Redenaſc. d. conſ. 1. num. 107. & ſeqq.* Verùm ſuper hoc ego habebam difficultatem, quod illa ſine civilitate vera, & onerum ſupportatione non ſufficeret; ſiquidem diſcurrendo de hujuſmodi civilitate ficta, tam occaſione iſtius Statuti de continuanda, quàm alterius forenſium inhabilitativi ad acquiſitionem bonorum, quod pariter per reum conventum dicto actori objiciebatur, & cujus Statuti reſpectu magis communiter receptum eſt hujuſmodi civilitatem fictam, ſeu privilegiativam ſufficere, ut per *Alex. conſ. 157. num. 12. & 13. lib. 2. Soccin. jun. conſ. 7. num. 5. lib. 2. Riminald. jun. conſ. 56. num. 44. & ſeq. Malvaſ. conſ. 93. num 27. cum ſeq. Ceriac. controv. 205. num. 56. & ſeq. Rota in Ferrarien. de Peudoſis coram Roias inter ejus impreſſos deciſ. 332. num. 7. & deciſ. 355. num. 5. & 6.*

Dicebam magnam differentiam eſſe inter unum caſum, & alterum, ideoque auctoritates, & rationes percutientes iſtud Statutum inhabilitativum, non benè applicari ad alterum continuativum, ut morte conſulentis ad cauſæ oportunitatem applicare conatur *Redenaſc. d. conſ. 1.* Statutum enim inhabilitativum, quidquid ſit, an eſſet odioſum, vel favorabile, de quo habetur *ſub tit. de Præeminentiis*, ubi de materia civilitatis, & *ſub altero de ſucceſſionibus*, adimit eam naturalem ſuccedendi

Digitized by Google

dendi, vel acquirendi libertatem, quæ indefinitè competit, ideóque de facili admittenda eſt reverſio ad Jus commune, ac remotio hujuſmodi accidentalis obſtaculi pro obtinenda naturali libertate, non ſic eſt in caſu dicti alterius Statuti, quoniam illud eſſe à Jure
22 exorbitans habetur apud *Amat. dicta reſol.39. Leodien. dominii* 10. *Jan.* 1650. *Cerro deciſ.95. poſt Contrium*, & in aliis, ac etiam continet fictionem, ideóque multiplicandæ non ſunt fictiones, exorbitantiæ, & ſpecialitates, tum etiam quia hujuſmodi privilegia ſuis ſubditis per Principem conceſſa cenſentur in compenſationem onerum, ideóque non extendenda ad eos, quibus hæc ratio non congruit, & ſic magna eſt differentia inter unam, & alteram ſtatuti ſpeciem, licèt hoc deduceretur incidenter, & diſcurſivè pro ratione dubitandi, abſque eo quod deſuper maturum judicium pro veritate efformaretur, incertum autem eſt, quomodo cauſæ defenſores in loco, ad quos pertinet directio, eam dederint, hoc unum tamen reflectendo ad ſolam veritatem, mihi videbatur certum, quod ſive in poſſeſſorio retinendæ ex dicto Statuto, ſive in altero adipiſcendæ ex interdicto quorum bonorum, pro hac parte reſpondendum eſſet.

† ISte Diſcurſus eſt in eadem cauſa, cum 104. in qua aſſumendo etiam inſpectionem boni juris ſeu negotii principalis prodiit à conſilio Placentino quædam ſententia ex circunſtantiis facti potiùs quàm ex articulis juris favore Ducis rei conventi illum obligando ad favorem Actoris ad ſuppletionem cujuſdam quantitatis, quatenus ſatisfacta non eſſet, eaque aliquibus aliis hujus Partis defenſoribus meliorem facti notitiam habentibus viſa eſt probabilis. Undè propterea credo, quod iſta Pars acquieverit.

De materia verò legitimi contradictoris ultra ea, quæ deducuntur in hoc diſcurſu & in alio 104. agitur *tit. de fideic. diſc.*197. *cum ſeqq. tit. de Benef. diſc.*73. *& tit. de judic. diſc.*34.

Et de Statuto continuativo poſſeſſionis defuncti in hæredem *tit. de Teſtam. diſc.* 27. *& tit. de Hærede diſc.* 26. ac etiam aliquid inſinuatur *tit. de judic. diſc.* 44.

ARIMINEN. EVICTIONIS CASTRORUM,

Pro DUCISSIS MARIA, ET ISABELLA DE RUINIS,

Cum HÆREDIBUS CAROLI. FELICIS DE MALATESTIS.

Caſus deciſus per Cameram pro Ruinis, & pendet.

Venditis Caſtris, & ſequuta illorum devolutione ob lineam finitam, an & quando debeatur evictio, utpotè ſequuta de natura rei, & an Caſtra cenſeantur vendita tanquam feudalia, vel tanquam allodialia.

De facultate teſtandi conceſſa alicui Feudatario de feudis, & Caſtris, quomodo intelligenda ſit, & an ſit realis, ita ut ſit ceſſibilis, ac tranſmiſſibilis in extraneum Caſtrorum, & feudorum emptorem, vel potius perſonalis.

Ex erecta in Caſtris allodialibus, ſeu feudalibus ad quoſcumque tranſitoriis, Dignitate, ſeu titulo cum ordine primogenituræ ad certum genus, ſeu lineam reſtricta, an defecta linea devolvantur Caſtra, vel potiùs tranſeant ad hæredes, & ſucceſſores, ad quos aliàs abſque dicta erectione tranſirent.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Diſtinguuntur quæſtiones habitæ in controverſia.*
3 *Evictio, quæ ſequitur ex facto, & culpa emptoris non eſt præſtanda.*
4 *Erecto titulo, ſeu dignitate ſuper feudis, vel Caſtris, limitatè ad certum genus, vel lineam, ſi ceſſat dignitas, non per hoc devolvuntur Caſtra.*
5 *Titulus, vel dignitas eſt accidens, quod non alterat ſubſtantiam feudi.*
6 *Juſpatronatus hæreditarium, ſi fiat gentilitium, & reſtrictum ad certam lineam, iſta defecta non ceſſat, ſed tranſit ad hæredes extraneos.*
7 *Per erectionem primogenituræ ſuper feudo, iſtius natura non alteratur.*
8 *Nova qualitas addita feudo, an illud in totum alteret, ejuſque priorem naturam corrumpat, vel ne, ac de antiquo faciat novum.*
9 *Privilegia, & alia tranſeunt cum re in emptorem, non autem perſonalia.*
10 *Bulla Pii V. de non infeudan. capit. etiam prorogationem linea.*
11 *Privilegia perſonalia non ſunt ceſſibilia.*
12 *Evictio de natura rei non præſtatur.*
13 *Emens rem alienam ſcienter non agit de evictione.*
14 *Debetur evictio ex natura rei, ſi eſt promiſſa.*
15 *An hæc promiſſio debeat eſſe expreſſa, vel ſufficiat æquipollens, & cum amplitudine verborum.*
16 *Quomodo decidenda ſit quæſtio, an evictio de natura rei, quamvis expreſsè non promiſſa debeatur, vel ne.*
17 *Non cortex, & figura verborum, ſed ſubſtantia voluntatis attendi debet.*
18 *De adminiculis, ex quibus res cenſeatur empta tanquam libera.*
19 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
20 *Ex pretii quantitate deſumitur partium voluntas.*
21 *In quibus caſibus intret quæſtio in materia evictionis de natura rei.*
22 *Caſtra & bona Juriſdictionalia, an præſumantur feudalia in Statu Eccleſiaſtico.*

DISCURSUS XLIV.

CArolus de Malateſtis, aliàs de Sogliano nuncupatus, ſua tempeſtate miles clari nominis, poſſidens in Provincia Emiliæ, ſeu Romandiolæ quamplu- 1
ra Caſtra, quorum aliqua, juxta illorum temporum conditionem, ipſe, ſuique majores à nemine recognoſcebant, aliqua verò in feudum, ſeu Cenſum à Monaſterio S. Marii de Galeata, ſe dedit protectioni Sedis
3 Apoſtolicæ ſub *Pio II.* qui mediante ejus Legato in dicta Provincia exiſtente, illum ſuſcepit, cum promiſſione manutenendi in poſſeſſione, dominio, & ſuperioritate, prout reperiebatur, eidem quoque, ac filiis & deſcendentibus concedendo in Vicariatum Caſtrum S. Joannis in Galilea, deindéque *Sixtus IV.* & *Innoc. VIII.* dictam protectionem confirmando, eidem Carolo plura conceſſerunt privilegia, illud præſertim approbationis, & confirmationis cujuſdam antiquæ conſuetudinis liberè teſtandi, quæ in hac familia adeſſe ſupponebatur, concedendo etiam in Vicariatum, & cum titulo Comitatus Caſtrum Montis Cogorutil,

Ex ejuſdem Caroli ſucceſſione, nonnulla ex dictis Caſtris obvenerunt in Jacobum de Malateſtis, qui tanquam pater Leonidæ hæredis Cleopatræ de Alviano primæ Uxoris, poſſidebat etiam duo alia Caſtra, de quibus *in alia Ariminen. Caſtrorum* diſputata in Rota & de qua *diſc. ſeq.* cui Jacobo accedere volenti ad bellum navale contra Turcas, *Pius V.* multas conceſſit gratias & privilegia, præſertim auferendo dictæ Leonidæ, & ipſi concedendo præfata Caſtra materna juxta ſeriem, de qua *in dicta alia Ariminen.* eaque uniendo cum aliis paternis & antiquis ſuper omnibus titulum, ſeu dignitatem Marchionatus erexit, una cum omnibus Caſtris deferendam de primogenito in primogenitum maſculum, ita tamen quod ceſſata linea maſcu-

lina, hujuſmodi dignitas extincta remaneret, confirmando, & quatenus opus, de novo concedendo liberam facultatem teſtandi, & diſponendi de Caſtris in perſonas, etiam incapaces; undè tractu temporis, Jacobus, ſuperſtite Carolo Felice ex filio prædefuncto nepote, iſtu ejuſque linea maſculina priùs vocata, in ejus defectum diſpoſuit juxta ſeriem, de qua *in dicta alia Arimin. diſc. ſeq.*

De anno 1603. præfatus Carolus Felix, prævia ſpeciali licentia *Clementis octavi*, mediante Congregatione Baronum, vendidit Antonio Ruino, acquirenti *pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, duo ex dictis Caſtris, *Ciola* ſcilicet, & *Montis Cogorutii* pro pretio ſcut.28. m. erogandorum, in extinctionem ejus æris alieni, fideicommiſſis, & primogenituris non obſtantibus, juxta diſpoſitionem Bullæ Baronum, ſub expreſſa aſſertione, quod Caſtra prædicta ad eundem Carolum Felicem ſpectarent pleno jure dominii, vel quaſi, quodque eſſent libera ab omni gravamine,& ſervitute, cum ampliſſima promiſſione evictionis quomodocumque ſequeretur, quoties omnia & ſingula ſic aſſerta vera non eſſent.

Sequuta morte dicti Antonii emptoris ab inteſtato, ſuperſtitibus filiis, per iſtos narratum fuit Pontifici Paulo V. eorum patris voluntatem fuiſſe, erigendi in hujuſmodi Caſtris primogenituram maſculinam, quam morte præventus ordinare non potuit, undè obtinuerunt illam ab eodem Pontifice erigi, cum titulo etiam, ſeu dignitate Marchionatus, extinguendum per defectum lineæ maſculinæ; Quare defuncto de anno 1634. Carolo Maria d. Antonii ex filio nepote, in quo linea maſculina finem habuit, ſuperſtitibus duabus Sororibus ab inteſtato hæredibus, Camerales prætendentes factum eſſe caſum devolutionis dictorum Caſtrorum, illorum poſſeſſionem de facto acceperunt, in ea magis ſe confirmando, ex quo poſt biennium circiter, in præfato Carolo Felice de Malateſtis ſeu Leonido ejus filio, illa etiam linea maſculina defecit, quare præfatæ Sorores de Ruinis judicium inſtituerunt in Camera contra hæredes d. Malateſtæ venditoris pro evictione, ac reſtitutione pretii, favorabiles reſolutiones reportando de annis 1636.& 1646. ſed cauſa ob aliqua accidentalia impedimenta plurium annorum ſpatio quieſcente, illaque nuper reaſſumpta coram Caetano, datoque dubio, *an mandatum alias ut ſuprà relaxatum exequendum eſſet, ſub die* 16. *Maii* 1667. affirmativa prodiit reſolutio, confirmata in alia diſputatione habita occaſione novæ audientiæ *ſub die* 22. *Junii* 1668. atque mihi pro actricibus in his ultimis diſputationibus ſcribenti, reflectendo etiam ad veritatem, dictæ reſolutiones juſtæ ac probabiles viſæ ſunt.

In hujuſmodi autem diſputationibus, cum clara eſſet evictionis obligatio, unde propterea actricum in-
2 tentio fundata erat, totus punctus fuit in exceptionibus ex parte hæredum venditoris oppoſitis, quæ tres erant, prima nempè, quod hujuſmodi evictio ſequuta eſſet ex facto & culpa ipſius emptoris, qui obtinuerat ſuper dictis Caſtris erigi primogenituram cum titulo Marchionatus, limitatè ad lineam maſculinam, per cujus defectum factus erat caſus devolutionis, ideóque tanquam evictio ſequuta ex culpa emptoris præſtanda
3 non erat juxta textum expreſſum *in l. fundum meum* 20. *l. hoc jure utimur* 27. *l. ſi mancipium* 34. *ff. de evict. cum concord. de quibus in terminis* feudalibus ubi devolutio ſequitur culpam emptoris, *Theſaur. jun. lib.2. quaſt. forenſ.23. num.*10. *ubi cæteri.*

Secundò, quod cum in vim dd. litterarum, ac Indulti Pii V. competeret libera facultas teſtandi de hujuſmodi Caſtris, etiam in extraneos, atque ita devolutionem impediendi, idcirco eidem emptori, ſeu ejus ſucceſſori ultimo morienti imputari debebat, cur teſtatus non eſſet, undè pariter inferebatur ad dictam concluſionem non præſtandæ illius evictionis, quæ ipſius emptoris facto & culpa ſequuta ſit; Et tertiò demùm quod cum Antonius emptor certam haberet notitiam qualitatis hujuſmodi Caſtrorum, ob ſibi communicatas dictas litteras *Pii V.* iſta dicebatur evictio ſequuta ex natura rei, proindéque de jure non præſtanda.

Quibus tamen non obſtantibus, ut dictum eſt, juſtè pro evictionis præſtatione reſponſum fuit, cum revera nulla ex his exceptionibus ſubſiſtentiam haberet, Quatenùs enim pertinet ad primam; nulla deſuper in diſputationibus per Judices habita fuit difficultas, quoniam ex tenore litterarum Apoſtolicarum *Pauli V.* liquidò conſtabat, neque concedentis, neque partis ſupplicantis, & obtinentis intentionem fuiſſe, alterandi naturam & qualitatem Caſtrorum, eaque aliàs libera & allodialia, efficiendi feudalia ad certum genus perſonarum limitata, cum Papa aliud non gerit, niſi ſupplendo voluntatem primi acquirentis, ordinare eam primogenituram, quam ipſe in animo habens, morte præventus perficere non potuerat, reſtrictio autem ad ſolam lineam maſculinam cum ſuppreſſione vel extinctione, percutiebat ipſum titulum ſeu dignitatem Marchionatus, eodem ad amuſſim modo, quo diſpoſitum fuerat per *Pium V.* in eodem titulo, ſeu dignitate, ſuper his & aliis Caſtris erecta ad favorem lineæ maſculinæ de Malateſtis, quoniam non per hoc quod digni-
tas per extinctionem lineæ ceſſavit, ſequuta eſt Caſtro- 4
rum devolutio, neque eorum natura immutata fuit, ut habetur *in dicta alia Ariminen. Caſtrorum*, & in Rotæ deciſionibus in ea cauſa editis.

Et meritò, quoniam titulus ſeu dignitas eſt quoddam accidens, quod poteſt adeſſe & abeſſe, præter ſub-
jecti corruptionem, atque aliud eſt dignitas, aliud 5
eſt feudum ſeu Caſtrum, cui adjicitur, ut in propoſito collationis ſeu participationis pretii, cum ſimilibus, habetur apud *Rovit. ſuper pragm. prima de tit. abuſ. num.*72. ac habetur actum *in Carmen. feudi*, & pluries in aliis *hoc eodem tit.* ideóque non ex eo quod titulus, feudo, vel Caſtro adjectus aliquam habet limitationem, exinde ſequitur illam immutare ejuſdem feudi ſeu Caſtri naturam, quamvis iſtud durante titulo, debitum eſſet obtinenti, talem titulum, & dignitatem, & cum eodem ordine regulandum ſit, quoniam intelligitur accidentaliter,& donec titulus durat, quo expirato Caſtrum remanet in ejus primæva natura & ſtatu, ut *in dicta alia Ariminen.*

Ad quod ponderabam in ſimili ea quæ habemus in materia Juriſpatronatus de ſui natura hæreditarii, &
ad quoſcumque tranſmiſſibilis, quoniam ſi immu- 6
tata ejus natura fiat gentilitium, cum ordine etiam majoratus, vel primogenituræ intra certum genus deferendum; adhuc tamen defecta linea ſeu familia, non exindè ceſſat, neque Eccleſia acquirit libertatem, niſi accedant verba præciſa fundatoris diverſam voluntatem ſuadentia, ſed tranſit ad hæredes ultimi de familia, vel genere vocato, juxta opinionem *Ancharan. conſ.*81. paſſim receptam, reprobata contraria opinione *Geminiani conſ.*45. *ut deciſ.*385. *part. prima diverſ.* 505. & 509. *part.*5. *rec.* & in ſua materia *ſub tit. de jurepatr.*

Et magis proximè, in terminis feudalibus habetur *in Mantuana feudi hoc eodem tit.* ubi de feudo
improprio tranſitorio etiam ad fœminas, in quo feu- 7
datarii ſucceſſores primogenituram erexerant, qua tamen ceſſata, non exinde reſultavit feudi devolutio, ſed illud remanſit in ſua primæva natura ad formam Inveſtituræ.

Ex feudali regula ſeu propoſitione, quod nova qua-
litas addita feudo, illud non alterat in totum, neque 8
eis priorem naturam corrumpit, ſed ſolùm alteratum remanet in parte ſeu qualitate alterante, juxta doctrinam *Afflicti* in Conſtitutione Regni incipien. *cum circa juſtitiam, in* 8 *notab. Camerar. in cap. Imperialem, fol.*32. *in magnis littera* [illegible], *Franch. dec.* 7. *num. finali* Et quamvis nimis controverſum ſit inter feudiſtas, an, & quando nova Inveſtitura, ſive novus Contractus cum Regio

aſſenſu

Digitized by Google

aſſenſu habente vim Inveſtituræ cum qualitate altera-
tiva, alteret priorem feudi naturam, ac de antiquo fa-
ciat novum, cum ſimilibus effectibus ex deductis *per
Afflict. decis.*112. *num.* 5. *Caputaquen. deciſ.* 16. & 17.
*part.*1. & alios collectos per modernum *de Luca Mel-
fitenſem in addit. ad Franch. deciſ.*75. *poſt num.*18. ubi
plene de hoc puncto, an & quando feudum antiquum
ex nova ſuperaddita qualitate fiat novum, ejuſque
prior natura immutetur, nihilominus hujuſmodi quæ-
ſtio intrat, ubi alteratio eſt circa ipſam Inveſtituram,
ſeu ipſum corpus, & ſubſtantiam feudi, ſecus autem,
ubi eſt in accidenti, quod poteſt adeſſe, & abeſſe præ-
ter ſubjecti corruptionem, & non tangit ipſius feudi
ſubſtantiam, ut eſt titulus ſeu dignitas, quæ eſt quid
omninò diverſum ab ipſo feudo.

Major difficultas, cum aliqua etiam votorum ſciſ-
ſura, in dicta prima diſputatione 16. *Maii* 1667. fuit
ſuper ſecundo motivo culpoſæ evictionis, ob non
uſum facultatis teſtandi, quaſi quod ità ſequuta eſſet
devolutio, quæ diſponendo impedita remanſiſſet;
Verùm, reflectendo etiam ad veritatem, iſtud moti-
vum omninò inſubſiſtens, nulliuſque ponderis ab ini-
tio mihi viſum fuit, ut in ſecunda diſputatione agita-
tum fuit, quoniam ex dictarum *Pii V.* litterarum te-
nore, litteraliter conſtare videtur, dictam teſtandi fa-
cultatem non continere aliquid de novo, ſed ſolùm
confirmare ſeu innovare dictas antiquas conceſſiones
Sixti IV. & *Innocentii VIII.* pro approbatione con-
ſuetudinis particularis hujus familiæ, & ſic tanquam
privilegium perſonale, non autem reale, & annexum
Caſtris, cum quibus tranſitum faceret in quemcunque
poſſeſſorem, juxta receptam diſtinctionem inter privi-
legia realia, & perſonalia de qua poſt antiquiores *Me-
noch. lib.*4. *præſumpt.* 103. *plenè, & magiſtraliter in Ce-*
9 *ſenaten. ſeu Sarſenaten. laudemiorum* 19. *Junii* 1656.
*coram Albergato impreſſ. dec.*35. *poſt collectationes Bondeni,
& in eadem coram Ghislerio dec.*400. *p.* 9. *rec.* accedenti-
bus etiam verbis ſeu dictionibus, *ipſis vel dictis*, perſo-
nalitatem clarè ſuadentibus.

Et fortius, accedente nimia inveriſimilitudine, quod
ideo Pontifex Pius V. dictam facultatem ceſſibilem,
& unà cum ipſis Caſtris in extraneos tranſmiſſibilem
facere voluerit, quoniam ità eſſet prorogate lineas,
qui caſus juxta declarationem factam per *Innoc. IX.*
10 *Conſtit.* 1. comprehenſus eſt ſub ejuſdem Pii ſtricta &
rigoroſa Conſtitutione 35. de non infeudandis, ideó-
que cum de tempore hujuſmodi litterarum dicta ejuſ-
dem Pontificis Conſtit. jam prodiiſſet, omninò impro-
babile eſt, quod idem Pontifex, contra eam diſpone-
re voluerit.

Eademque reſponſione, magis de plano tollebatur
objectum reſultans ex licentia conceſſa per *Clemen-
tem VIII.* ſuper hujuſmodi alienatione, cum tranſ-
latione omnium Jurium, privilegiorum, & faculta-
tum competentium dictis de Malateſtis, etiam teſtan-
di, quoniam advertebam, quod regulando volunta-
tum à poteſtate, id intelligendum erat, quatenùs age-
retur de Juribus, & privilegiis realibus, cum ipſa re
tranſeuntibus, non autem de perſonalibus, tùm ob
dictum obſtaculum Conſtitutionis Pianæ de non infeu-
dandis, ita nunc, ut ſupra declaratum, tum ex Juris re-
11 gula, quod Jura, & privilegia perſonalia, & propter cer-
tam qualitatem conceſſa non tranſeunt cum re, neque
ſunt alteri ceſſibilia, ut ex communi traditione Canoni-
ſtarum *in c. privilegia de privil. in* 6. *plenè colligit Olea de
ceſſ. jur. tit.*3. *quæſt.*1. *num.*3. & 42.

Et ulterius pro ſolutione hujus objecti, dicebam
eadem, quæ infrà habentur de voluntate partium de-
ducendi in contractum hujuſmodi Caſtra tanquam li-
bera, & allodialia, non autem tanquam feudalia, &
devolutioni ſubjecta in caſu non factæ diſpoſitionis,
quaſi quod emptor noluerit huic periculo ſe expone-
re, ea etiam circumſtantia concurrente, quod ultimus
de hac linea maſculina, utpotè inteſtabilis in pupillari
ætate, redargui non poſſet, cur dicta facultate uſus
non eſſet, ideóque revera illud motivum nullius pon-
deris erat.

Quare major, ac tota cauſæ difficultas reſidebat in
tertia exceptione ſeu motivo evictionis ſequutæ de na-
tura rei, quam ex certa Juris regula dicebant ſcri- 12
bentes in contrarium præſtandam non eſſe, niſi ex-
preſsè promittatur, quia cenſetur in contractum de-
ductum eſſe illud, tale quale Jus, quod venditori
competebat juxta magiſtralem *gloſ. in l. familiæ, Cod.
famil. erciſc. ubi Cin. Oddofred. Bart. Bald. & cæteri, de
quibus generaliter Pereg. de fideic. art.* 52. *num.*58. *cum
ſeq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*599. *Mangil. de evict. quæſt.*
120. *Millin. dec.*3. *dec.*104. *num.*6. *part.*11. *rec. & ſa-
pius*, & in terminis feudalibus plenè *Theſaur. jun. lib.*2.
*q. Forenſ.*23. *num.*1. *cum ſeq.* ubi doctè, & elaboratè
hujuſmodi concluſionem expendit, plures caſus diſtin-
guendo.

Quoniam concluſionem iidem ſcribentes pro reis
conventis, ex eiſdem ſuprà allegatis, præſertim *The-
ſaur. ubi ſupra, quæſt.*23. *num.*11. *& ſeq.* magis de plano
procedere dicebant, ſtante emptoris ſcientia qualita-
tis feudalis, ſecum ferentis devolutionem ac jus Do-
mini, vel agnatorum, ità enim dicebant intrare quo-
que terminos textus in *l. ſi fundum ſciens Cod. de evict.
ubi gloſ. & ſcribentes, de quibus Gregor & Adden. de-
ciſ.*90. *num.*10. *Apont. conſ.*27. *num.*1. *plenè Rota dec.* 13
397. *num.*13. *cum ſeq. part.*9. *rec.* ubi cæteris deciſioni-
bus collectis plene firmatur, nedùm evictionem, ſed
etiam pretii reſtitutionem ex veriori ſententia, in qua
Rota reſidet, non intrare, quod etiam firmatur *in Roma-
na pecuniaria* 24. *Maii* 1656. & 16. *Aprilis* 1657. *coram
Bevilaqua, & in aliis.*

Scientiam verò ſatis juſtificari contendebant ex eo,
quod per plures teſtes probatum eſſet, Carolum feli-
cem venditorem antequam ad hujuſmodi contractum
deveniretur, tranſmiſiſſe dicto Antonio emptori præ-
fatas *Pii V.* litteras, ex quarum lectura ad notitiam qua-
litatis Caſtrorum devenire potuit.

In antiquis diſputationibus ut ſuprà habitis de an-
nis 1636. 1637. & 1648. tunc ſcribentis pro hac parte
primi nominis eo tempore profeſſores, in duobus prin-
cipaliter pro hujuſmodi objecto removendo inſiſte-
bant, primò in hujuſmodi ſcientia neganda, ob plures
exceptiones, quas teſtes deſuper inducti, in dicto, &
perſona patiebantur, unde propterea nullam fidem me-
rebantur, & in hoc utpotè facti magis, quàm Juris inter
Cauſæ patronos etiam in his ultimis diſputationibus
magna fuit altercatio.

Et ſecondò, quod dicta concluſio de evictione non
præſtanda ex natura rei, ex communi ſenſu limitatur, 14
ubi illius expreſſa promiſſio accedit, ut admittunt om-
nes collecti per *Pereg. & Fuſar. ubi ſuprà Theſ. dicta
quæſt.*23. *num.*13. *Surd. deciſ.*243. *Capic. Latr. conſult.*148.
num 45. *& ſeq. Millin. dicta deciſ.*3. & in terminis em-
phiteuticis pro abſoluto firmatur *in Romana bonorum
emphit.* 2. *Aprilis* 1666. *coram Albergato*, quæ eſt in cau-
ſa inter Campeggios, & Bentivolos, de qua in ſua ma-
teria *ſub tit. de emphyteuſi.*

Non negabant ſcribentes in contrarium veritatem
limitationis, quæ paſſim quoque recepta eſt in dicta
alia regula deducta ex textu in *l. ſi fundum ſciens, Cod.
de evict.* ſed negabant applicationem ad facium, dum
in Inſtrumento hujuſmodi promiſſio non legebatur,
undè major diſputatio fuit, an iſta promiſſio debeat
eſſe expreſſa, & litteralis, ut contendebant ſcribentes
in contrarium, vel potiùs ſufficeret per æquipollens
deducta ex clauſulis, & verbis generalibus denotanti-
bus promiſſum eſſe quemcumque caſum, ut in præſenti
verificabatur cum illis verbis, *quomodocumque ſequatur,* 15
&c. ut ultra generalia, quæ de hujuſmodi dictione *qui-
cumque* ſeu *quomodocumque* habentur collecta apud Bar-
boſ. *dict.*317. & 329. *cum ſeq.* in his ſpecialibus termi-
nis promiſſionis evictionis de natura rei, ità implicitè
reſultantis

reſultantis firmatur *deciſ. 152. num. finali part.2. diverſ. deciſ.176. num. finali part.6. rec. & deciſ.184.n.9. cum ſequent. part.9.*

Quamvis autem in his ultimis diſputationibus, ego ſcribens pro actricibus, tanquam Advocatus inhærerem eiſdem motivis, quibus dicti antiquiores inhæſerant, ac de præſenti cæteri defenſores inhærebant; Dicebam tamen, etiam cum ſenſu veritatis, iſtam
16 quæſtionem non eſſe Juris, ſed facti, & voluntatis, quid ſcilicet partes in contractum deducere voluerint, unde propterea attendendum eſt veriſimile, vel inveriſimile, ſeu, an exindè, unius vel alterius contrahentis inæqualitas ſeu læſio reſultet, ut ſatis benè advertit Alciat. *conſ.36. ſub num 4. verſ. fortius putaverim lib.8.* cum quo pertranſit Rota *apud Millin. dicta deciſ.3. num.4.* & generaliter alios colligens *Fuſar. dicta quæſt 599. num.13. & 20.* ubi de materia diviſionis, quæ inter fratres vel conjunctos de feudalibus, vel fideicommiſſariis fieri ſolet, ideóque, ut frequenter habetur, tàm in materia ultimarum voluntatum *ſub tit. de fideicommiſſis* quàm in actibus inter vivos *ſub tit. de credito, & ſub altero de contractibus ex Mantica de conjecturis lib.3. tit.3. num.9. & de Tacitis lib.2. tit.7. n.1. & ſeq. Burat. deciſ.113. num.7. In Romana fidejuſſionis*
17 *24. Maii 1660. coram Veroſpio & in aliis*, immorandum non eſt in cortice, & figura verborum, & clauſularum, cum hæc provenire ſoleant à Notariis, ut plurimùm illa tranſcribentibus ab eorum formulariis, ſed attendenda eſt ſubſtantia veriſimilis voluntatis, deſumendæ ex omnibus facti circumſtantiis, non ſingulariter, ſed unitim, cum conſueta regula, ut ſingula, quæ non proſunt, &c. an ſcilicet totam rem in perpetuum, ejuſque ſubſtantiam, vel ſolùm incertam aleam, ac jus temporale quis emere voluerit.

In propoſito autem, multa concurrebant apertè
18 ſuadentia, ipſam rei ſubſtantiam in perpetuum, & tanquam liberam deductam eſſe, primò ſcilicet amplitudo verborum cum promiſſione evictionis ex quocumque caſu ut ſuprà, quod ſatis conſiderabile dicebam, non pro unico, & principali fundamento, ſed pro uno ex adminiculis; Secundò ex ſtipulatione pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, omninò incongrua emptioni feudorum, quæ ubi ſunt vera, & propria ob defectum hæredum ſanguinis, ſubjacent devolutioni; Tertiò quia unà cum Caſtris vendita fuerunt quædam alia bona indubitatè privata, & allodialia, & tamen contractus ſub eadem formula verborum de omnibus pariformiter conceptus eſt; Quartò fortiter, quia cum inter hujuſmodi bona adeſſent quædam emphyteutica, & de directo dominio Eccleſiæ, reſervatum fuit beneplacitum, iſtaque bona expreſsè exceptuata fuerunt à generica aſſertione libertatis, unde iſta exceptio juxta receptum axioma, de quo *dec.24. part.6. rec. & paſſim*, quoad libertatem firmat regulam
19 generalem in contrarium; Et quintò demùm fortiſſimè, ac ad evidentiam, clarum reſultabat argumentum ex quantitate pretii, quod in facto docebatur reſpondere valori illorum Caſtrorum, & bonorum Juriſdictionalium, quæ juxta naturam allodialium, à devolutione aliiſque oneribus exempta ſunt, ac liberæ diſpoſitionis ad quoſcumque tranſitoria; Recepta enim propoſitio eſt, pretium eſſe maximum argumentum voluntatis contrahentium, atque exindè deſumi, quid in
20 conventionem deductum ſit *Alex. conſ.26. lib.4. Greg. & Adden. deciſ.126. & aliàs*, quotidiè, cum ſit principium planum.

Præterea advertebam, tunc hujuſmodi quæſtionem intrare, quando res emitur tanquam feudalis ſeu aliàs vinculata, ut patet ex ſuprà allegatis de hujuſmodi
21 quæſtione agentibus, præſertim *Theſ. dicta quæſt.23. Roſenthal. cap.9. concl.99. num.1. & ſeq. & concluſ.54. num.23.* quod in præſenti ceſſabat, quoniam emptor, ut ſibi meliùs præcaveret, atque hujuſmodi diſputationibus non ſubjaceret, expreſsè voluit narrari hujuſmodi Caſtra ſpectare ad venditorem pleno jure dominii, eſſeque libera, & exempta ab omni onere, & ſervitute, cum expreſſa promiſſione evictionis, in caſu quod iſta ſic narrata non eſſent vera, ideóque admittendo ſcientiam litterarum Pii, dicebam, quod cum iſtæ eſſent ambiguæ, & non exprimerent certitudinaliter, an bona eſſent feudalia, vel allodialia, noluit emptor his incertitudinibus ſubjacere, ſed voluit expreſſam narrativam libertatis, unde indubitata obligatio evictionis reſultabat à neceſſitate manutenendi bona in eo ſtatu, in quo narrata fuerant, & in hoc erat punctus, per quem ceſſabant omnes difficultates.

Aliqui ex ſcribentibus in contrarium, deducebant ſcientiam feudalis qualitatis eo ipſo, quod narrata fuerunt Caſtra Juriſdictionalia, quæ in ſtatu Eccleſiaſtico 22
præſumantur feudalia juxta *conſil. Abb. de quo apud Spad. conſ.1. & 3. lib.1.* ſed erat leve fundamentum, quoniam ut ſatis frequenter habetur *in aliis hoc tit.* iſta eſt ſolùm quædam feudalitas impropria, & remota pro incluſione alti dominii, & ſuperioritatis Papæ, ad excluſionem veri, & puri allodii, in quo nemo recognoſcitur niſi Deus, ſecùs autem quoad qualitatem feudi proprii, & recti, reſtricti ad ſolos hæredes ſanguinis juxta leges feudales, cum ad hunc effectum præſumptio ſtet potiùs pro allodialitate, *ut plenè dec.93. part.5. rec. & ſæpè in aliis hoc tit.*

Et ſi quæ difficultas circa evictionem cadere poſſet in puris terminis evictionis, illa ceſſabat ex dicta promiſſione manutenendi veram dictam aſſertionem, quod hujuſmodi Caſtra pleno jure dominii ſpectarent ad venditorem, quodque alicui oneri, vel ſervituti ſubjecta non eſſent, ut in propoſito, quoties promiſſa eſt defenſio de jure, & de facto, ponderatur per Rot. *deciſ.143. num.14. part.6. rec.* & magis ad rem, *dec.180. num.4. poſt Pariſ. de Salviano*, ità enim ſemper obſtat dicta obligatio manutenendi rem liberam nulli oneri ſubjectam.

† DE evictione præſtanda in feudis agitur ſuprà *diſc.32.* & an & quando præſtanda ſit evictio quæ ſequatur de natura rei ultra hic deducta agitur *tit. de Regal. diſc 31. de Emphyt. diſc.53. de fideic. diſc.275. & de Penſion. diſc.69.*

De aliis autem circa facultatem diſponendi vel præjudicandi ſucceſſoribus, ſeu aliàs alterandi naturam feudi, atque de dividuo facere dividuum vel è contra habetur ſupra *in Annot. ad diſc.9. & 12.* Ibique etiam de puncto, an Dignitas, quæ de novo adjecta ſit feudo illius naturam alteret, ſeu eandem patiatur reſtrictionem.

Et circa facultatem teſtandi in feudis habetur infrà *in Neapolitana ſeu Theatina diſc.116.* occaſione agendi an filiusfamilias feudatarius teſtari valeat.

ARIMINEN. CASTRORUM,

Pro CAROLO FERRETO

Cum LEONIDO MARIA DE SPADIS.

Caſus deciſus per Rotam pro Ferreto, & pendet.

An Dignitas, ſeu titulus adjectus feudis, vel Caſtris aliàs liberæ diſpoſitionis, cum ordine primogenituræ, ita qualificet eorumdem feudorum, ſeu Caſtrorum ſucceſſionem, quod iſta cum eodem ordine regulari debeat, etiam poſt ceſſatum titulum; Et an primus acquirens, qui cum auctoritate Principis primogenituram ordinavit, poſſit hoc non obſtante diſponere de dictis feudis, vel Caſtris, dictum ordinem ſucceſſionis immutando.

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Erectu primogenitura in feudo, etiam per primum acquirentem revocari, vel alterari non poteſt, & num.12.*
3 *Etiam fœminæ veniunt in primogeniturie.*
4 *A primogenituris ad feuda, vel econtra procedit argumentum.*
5 *Maſculi ex fœminis veniunt ſub fideicommiſſis, & diſpoſitionibus, in quibus ſoli maſculi vocati ſunt.*
6 *Ex duabus diſpoſitionibus ſi una ceſſat, ſeu ulteriorem progreſſum habere non poteſt, non per hoc ceſſat altera.*
7 *Sub nomine lineæ maſculinæ qui veniant.*
8 *Titulus ſeu dignitas eſt quid diverſum à feudo vel Caſtro, & lex adjecta titulo non alterat legem, ſeu naturam feudi.*
9 *De veriſimili voluntate dantis, & recipientis pro interpretanda conceſſione.*
10 *Quandoque melioranti datur ipſa res cum obligatione ſolvendi valorem ſtatus antiqui rei domino.*
11 *Primus acquirens titulo oneroſo diſponit de feudo novo.*
12 *Quando ſecùs, & declaratur concluſio, de qua num.2.*
13 *Facultas diſponendi conceſſa etiam ſucceſſoribus, multò magis competit primo acquirenti.*

DISCURSUS XLV.

JAcobus Malateſta poſſeſſor plurium Caſtrorum, juxta ſeriem, de qua *in alia Ariminen. evictionis Ca-*
1 *ſtrorum diſc. præced.* primam habuit Uxorem Cleopatram Zampeſcam, ad quam ex paterna ſucceſſione ſpectabant Caſtra *Roncofredi* & *Montis Jani* pro quorum, vel recuperatione, vel defenſione, plures lites ſubſtinere coactus fuit; Defuncta verò dicta Cleopatra, ſuperſtite Leonida unica filia, & hærede nupta Ferreto, ſecundam duxit Uxorem, ex qua ſuſcepit Carolum Felicem maſculum, & plures fœminas, cupienſque iſta Caſtra cum aliis unire in ejus prole, & deſcendentia maſculina, hinc inter plures gratias, quas obtinuit à Pio V. occaſione acceſſus ad bellum navale contra Turcas, fuit illa, quod intuitu magnarum impenſarum, quas ipſe pro dictis Caſtris recuperandis, vel defendendis paſſus erat, eadem (prævia illorum abdicatione à dicta Leonida congruè dotata, vel dotanda) ſibi conceſſa fuerunt, atque in eis inſimul unitis cum aliis ex ſuorum majorum ſucceſſione ab ipſo poſſeſſis, obtinuit erigi dignitatem, ſeu titulum Marchionatus, ad favorem ejus filiorum, & deſcendentium maſculorum tantùm, cum ordine primogenituræ, de primogenito in primogenitum maſculum, ità tamen, quod defecta linea maſculina, dictus titulus extinctus, ac ſuppreſſus remanere deberet, confirmata etiam, ſeu quatenus opus, de novo conceſſa facultate teſtandi, de qua particulariter in *dicta alia Ariminen.* Poſt cujus gratiæ conceſſionem, dictus Jacobus de anno 1559. omnia Caſtra prædicta donavit Carolo Felici filio, & ſucceſſivè Leonido ex dicto Carolo Felice nepoti, jam nato, eorumque deſcendentibus per lineam maſculinam, quibus defectis, vocavit Victoriam filiam, eaque non extante, ſuccedere voluit Leonidum filium præfatæ Leonidæ filiæ ex primo matrimonio, & ſic ſucceſſivè ejus deſcendentes cum eodem ordine primogenituræ, quibus defectis, ad alios ſubſtitutionum gradus proceſſit, ad rem non facientes.

Defecit dicta linea maſculina in ipſomet Leonido donatoris nepote, tribus ſuperſtitibus filiabus, quarum primogenitam Franciſcam Iſabellam, hæredem ſcripſit, undè inter iſtam, ac præfatos, Victoriam, & Leonidum Ferrettum, orta eſt controverſia, ſuper hujuſmodi Caſtrorum ſucceſſione, & introducta cauſa in Rota coram Pirovano, *ſub die 23. Jan.* 1641. reſponſum fuit, ſucceſſionem deberi juxta ordinem fideicommiſſi ordinati à dicto Jacobo, à qua tamen deciſione receſſum fuit ſub die 29. *Aprilis* ejuſdem anni coram eodem Pirovano, ſed repropoſita cauſa coram Merlino *ſub die* 14. *Februarii* 1642. recedendo ab ultimo, perſtitum fuit in primo loco deciſis, extenſa deciſione per Dunozettum in locum Merlini interim defuncti ſubrogatum, & coram quo hæc ultima reſolutio confirmata fuit *ſub die* 15. *Junii* 1643. à quo tempore, poſt alteram deciſionem coram eodem Dunozetto editam *ſub die* 15. *Junii* 1644. ſuper detractionibus, cauſa ſiluit uſque ad 29. *Maii* 1665. quando ad inſtantiam Leonidi Mariæ de Spadis Nepotis dicti Leonidi Malateſtæ ex Claudia Margarita altera filia dicti ultimi de linea maſculina, & hærede dictæ Franciſcæ Iſabellæ, reaſſumpta diſputatione coram Cerro ſubrogato ſuper dubio, *an ſibi dictorum Caſtrorum ſucceſſio competeret,* negativa prodiit reſolutio, dictis præcedentibus conformis, & repropoſita cauſa ſub die 23. *Februarii* 1668. perſtitum fuit in deciſis.

In his autem duabus ultimis diſputationibus coram Cerro, in quibus ego ſcripſi in cauſa, pro Ferretto obtinente, cum de tempore præcedentium, neque ad Curiam adhuc acceſſiſſem, reflectendo ad totius cauſæ ſtatum, omniumque dictarum reſolutionum veritatem & ſubſiſtentiam, mihi videbatur, juſte ac fundatè ita reſolutum eſſe; Punctus enim difficultatis, totus erat ſuper poteſtate dicti Jacobi, hujus fideicommiſſi ſeu ordinis ſuccedendi conditoris, an ſcilicet ſtantibus dictis litteris Pii V. per quas ordo primogenituræ præſcribitur, potuerit idem Jacobus, poſt defectam lineam maſculinam, dictum ordinem pervertere, atque ſpretis maſculis ex linea fœminina ultimi primogeniti de linea maſculina, tranſitum facere ad dictas alias lineas.

Dubitandi autem rationem præbebant deducta, cæteris allegatis, *per Bardellon. conſ.*105. *à num.*13. *ad*
*fin. lib.*2. *Peregr. conſ.*160. *num.*5. *lib.*3. *Cyriac. con-* 2
trov. 312. *à num.*83. *ad* 101. *& magis ex profeſſo Bellon. jun. conſ.*55. *à num.*21. *ad* 49. probantes, quod erecta in feudo, vel alia re, etiam per primum acquirentem primogenitura cum aſſenſu, & auctoritate Principis, illa non poteſt ex intervallo revocari, ſeu aliàs in præjudicium vocatorum alterari, non obſtante quod defecta linea maſculina, veniret fœmina primogenita,
vel deſcendentes ex ea, quoniam etiam in fideicom- 3
miſſis & primogenituris veniunt fœminæ, quoties ceſſat concurſus maſculorum. *Molin. lib.*3. *c.*4. *num.*4. & cæteri deducti in dictis deciſionibus, præſertim in tertia 14. *Febr.* 1642. *coram Dunozetto*, & habetur ſatis frequenter in materia fideicommiſſaria *ſub tit. de fideicommiſſis*; Atque à primogenituris ad feuda, vel econtra, quoties expreſſa lex feudorum non urget, licitum eſt arguere, cum hæc eodem jure ferè in omnibus regulentur. *Molin. de primog. lib.*1. *cap.*1. *num.*7. *Sard. conſ.*241. *num.*15. *Cyriac. d. controv.* 312. *num.*34. *apud quos cæteri.*

Et ad reſtrictivam in dictis litteris Apoſtolicis Pii V. contentam, ad lineam maſculinam, reſpondebant ſcri-
bentes pro dicto Carolo Leonido filio fœminæ de di- 4
cta linea primogenita, & admiſſa, quod diſpoſitio ſuper erectione tituli, diverſa eſſet ab altera diſpoſitione ſuper ſucceſſione, neque iſta eſſet ab illa conſecutiva, vel dependens, ſed ſtans de ſe, atque percutiens omnes primogenitos, ſub quorum nomine, deficientibus maſculis, etiam fœminæ veniunt.

Sive ubi etiam conſtaret de ſolo ſexu maſculino in-
tellectum eſſe, veniunt etiam maſculi ex fœminis, quo- 5
ties non conſtat vocationem reſtrictam eſſe ad ſolam lineam maſculinam, *juxta conſ. Fulgoſ.*85. *receptum ex deductis per Mart. conſ.*61. *Bellon. jun. conſ.*72. *&* 73. &

alios congeſtos per Rotam *in Bonon. de Barberiis coram Corrado & Bichio deciſ.95. & 218. part.11.rec. & habetur frequenter actum in ſua materia ſub tit. de fidei commiſſis, præſertim in Romana primogenitura de Bubalo.* Annectendo regulam in eadem fideicommiſſaria materia frequenter receptam, de non admittendo tranſitum bonorum, quæ in unam lineam ingreſſa ſunt ad alteram, niſi prima totaliter evacuata; Stant enim ſimul, duas ſuper eiſdem bonis & cum eiſdem perſonis fieri diſpoſitiones, quarum una ceſſante, non ceſſet altera, juxta caſum de quo *in Piſauren. majoratus coram Emerix. Taia & Bourlemont. & de qua ſub tit. de fideicommiſſis*, quod relictis majori natu Caſtro, & quibuſdam aliis bonis, ſi majoratus non poteſt ulteriorem progreſſum habere in Caſtro, non per hoc ceſſat in aliis.

His tamen non obſtantibus, etiam reflectendo ad ſolam veritatem, contrarium ad formam reſolutionum mihi videbatur probabilius, tam inſpectis verbis dictatum litterarum Apoſtolicarum Pii V. quàm etiam veriſimili voluntate utriuſque, Pontificis ſcilicet concedentis, & Jacobi recipientis, ac etiam attentis regulis, & propoſitionibus generalibus hodiè receptis.

In verbis etenim, attento toto contextu litterarum Apoſtolicarum, litteraliter patet, ordinem primogenituræ adjectum eſſe titulo Marchionatus, quem utpote tunc magis rarum & honorificum, Pontifex reſtrictum eſſe voluit ad ſolam lineam maſculinam, ſub cujus nomine, quidquid ſubtilizando dixerint præſertim Conſulentes, qui nihil pacificum in Jure relinquere voluerunt, omninò verius, ac receptum eſt,
7 non venire niſi maſculos ex maſculis, eodem filo continuante, quoniam *ut advertit Caſtrenſis in l. maritus, Cod. de procurator.* quilibet conſtituit duas lineas, unam maſculinam ex maſculis, alteram fœmininam ex fœminis, quæ proindè dicuntur finis lineæ maſculinæ, illamque rumpunt, ac tranſire faciunt ad fœmininam, ex plenè collectis *in dicta Bonon. de Barberiis dec.95. & 218. part.11. rec.* & habetur in eadem cauſa, & in aliis frequenter *ſub dicto titul. de fideicommiſſis*, præſertim *in dicta Romana primogenitura de Bubalo*, ac etiam *in Romana Caſalis Veteris ſub tit. de emphyteuſi*; ubi examinatum fuit verbum *generationis maſculina*, an convenire poſſit fœminis ex maſculo, vel maſculis ex fœmina. Et ſic aliud eſt agere de diſpoſitione ſimpliciter concepta ad favorem deſcendentium maſculorum, ſub quorum nomine, ceſſante contemplatione agnationis, ſeu aliàs conjecturata voluntate diſponentis, ſpectato ſolo ſexu, veniunt tam maſculi per maſculum, quàm illi per fœminam *jux. dictum conſil.85. Fulgoſ.* cum aliis *in dicta Romana primogenitura de Bubalo; & in dicta Bonon. de Barberiis ſub tit. de fideicommiſſis*, & in deciſionibus in eis editis, aliud verò, ubi diſpoſitio reſtringitur ad lineam cum dicto adjecto maſculinitatis, ut in proximè allegatis locis actum habetur.

Titulus autem, ſeu dignitas eſt accidens, quod poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubjecti corruptionem, ne-
8 que ex limitatione ipſius ad certum genus, inferri poteſt ad ipſa feuda vel Caſtra, quibus talis dignitas adjecta eſt, ſi aliàs ex ſui natura ſunt liberæ diſpoſitionis, & ad quoſcumque tranſmiſſibilia, ut habetur actum *in dicta alia Ariminen. evictionis Caſtrorum, diſc. præcedenti*, niſi occaſione adjiciendi titulum, vel dignitatem, Conceſſionarius, ita volente concedente, ab iſto recognoſcat in feudum ipſa Caſtra & loca in Dignitatem, erectam ad certum genus limitatum, & cum lege devolutionis, tam dignitatis, quàm ipſorum Caſtrorum, & locorum tanquam per ſpeciem novæ Inveſtituræ, ut fortè ſequutum fuit de pluribus feudis, & Vicariatibus, ſuper quibus Dignitas Ducatus Urbini erecta fuit, juxta ſeriem, de qua *in Senogallien. Caſtrorum hoc tit.* atque ſæpiùs habetur, titulum eſſe quid diverſum ab ipſo feudo, præſertim *in Parmen. feudi* & in aliis, occaſione collationis pretii feudi novi, quam primogenitus feudi ſucceſſor facere tenetur fratribus ſecundogenitis, quia non venit pretium erogatum pro acquiſitione tituli ſeu Dignitatis, cum ſimilibus.

Et quamvis in pleriſque earundem litterarum partibus in diſpoſitiva, frequentiùs verò in conditionali, enuncietur dictum verbum *linea* ſimpliciter, & ſine adjecto maſculinitatis, unde propterea ex hujuſmodi diſcretiva inferri ſolet ad diverſam voluntatem, ut in eadem *Romana primogenitura de Bubalo*, ac in deciſionibus in ea cauſa editis, præſertim prima 18. *Martii 1667. coram Cerro*, attamen orationis contextus in præſenti claré oſtendit, tale verbum proferri per eundem ſermonem, eodem themate retento.

Veriſimilis etiam utriuſque, concedentis ſcilicet,
& conceſſionarii voluntas, idem ad evidentiam pro- 9
bare videtur, quoniam Pontifex dictas literas conceſſit in ſolam gratiam ipſius Jacobi, propter ejus merita, & ut remunerarentur labores, & expenſæ, quibus pro fidei defenſione, & ſervitio, ille ſe exponebat; ideóque ipſum principaliter contemplatus fuit, & ſucceſſivè gratificari voluit ejus poſteritatem, & deſcendentiam, acceſſoriè & conſecutivè, ac in gratiam, non autem in odium, & reſtrictionem libertatis diſponendi, aliàs eiſdem conceſſionario competentis ex vulgari regula, quod favore &c. Eadémque veriſimilitudo magis concurrit in ipſo Conceſſionario, cum quo Papa, quoad ipſa feuda ſeu Caſtra, alias Jure allodii poſſeſſa, nullam exercuit munificentiam, & gratiam, reſtrictam ſolùm ad dictam dignitatem, & quædam alia Jura honorifica.

Licet, enim primo aſpectu, magna, quinimò ſatis exorbitans gratia videretur, quod iſta duo Caſtra exiſtentia in dominio Leonidæ filiæ ex ſucceſſione materna, Pontifex ab iſta abdicaverit, & tranſtulerit in Jacobum patrem binubum, ut transferret in filios ſecundi matrimonii; nihilominus, benè ponderatis facti circunſtantiis, in hac parte Pontifex viſus eſt potius adminiſtrare juſtitiam, ſine tamen proceſſu more ſupremi Magiſtratus, dando ſcilicet in ſolutum Jacobo dicta Caſtra pro ejus creditis reſultantibus à magnis impenſis erogatis pro eorum recuperatione, vel defenſione, aliiſque melioramentis, cum obligatione refundendi reſidualem valorem in pecunia pro dictæ
Leonidæ dote, quod non eſt in Jure novum, ubi etenim 10
aliqua res aliena in ſtatu bonæ fidei, ſeu alias legitimè notabiliter melioratur, ita ut rei Domino, vel impoſſibile, vel nimis difficile, & incommodum reddatur melioramenta reficere, tunc intrat Judicis arbitrium, per quod res tota remanet, & adjudicatur melioranti, reficere debenti Domino valorem rei melioratæ in ſtatu primævo, ut habetur præſertim practicatum *in Romana fideicommiſſi de Spiritibus deciſ.420. part.9.rec.* ubi concordantes.

Et hinc reſultat regola dicto diſponenti aſſiſtens, 11
quod ſcilicet ita eſſet primus acquirens titulo oneroſo, & conſequenter, etiamſi ageretur de vero & puro feudo acquiſito in forma pacti & providentiæ, adhuc de eo, vel ſaltem de ejus valore in præjudicium ſucceſſorum liberè diſponere potuiſſet, ex iis, quæ ſæpius habentur hoc eodem tit. præſertim *in Parmen. feudi*, ubi in ſpecie examinatur dicta concluſio in objectum deducta, de primo acquirente revocante, vel alterante primogenituram in hujuſmodi feudis propriis vel impropriis de Principis auctoritate erectam, quoniam defectus poteſtatis ſolùm procedit, quando ex hujuſmodi
erectione, explicitè, vel implicitè conſtat, erigentem 12
procedere voluiſſe per viam perfectæ, & irrevocabilis donationis inter vivos ad favorem filiorum, & deſcendentium, circa quam Principis auctoritas facit eam operationem, quam faceret etiam juramentum, tollendi ſcilicet illud Juris civilis obſtaculum, quod urget inter patrem & filios, vel alios deſcendentes in poteſtate.

Eoque

Eoque magis præmiſſis locum eſſe dicebam, atque dictam diſpoſitionem omninò ſubſtineri debere, cum contineret quandam recognitionem veritatis, ex juſtitia, vel convenientia, reſtituendo ſcilicet lineæ dictæ filiæ primi matrimonii originariæ Dominæ, id quod ab ea abſtulerat ex ſolo rationabili motivo conſervationis bonorum in agnatione,& linea maſculina,tanquam ex ceſſante cauſa poſt iſtam defectam.

Inſiſtebatur etiam per ſcribentes in contrarium, ſuper libera teſtandi facultate per eaſdem literas Pii conceſſa omnibus deſcendentibus, cujus facultatis vigo-
13 re dicebatur, ultimum maſculum diſponere potuiſſe ad favorem ejus filiæ primogenituræ, & de qua teſtandi facultate habetur actum *in dicta alia Ariminen. diſc. præced.* ſed erat nimis leve fundamentum, meritò rejectum, quoniam dicta facultas principaliter conceſſa fuit dicto Jacobo primo acquirenti, acceſſoriè verò, & conſecutivè ejus deſcendentibus, undè propterea multò magis, ac melius ipſe illam exercere potuit, uti in Cauſæ deciſionibus, meo judicio, reflectendo etiam ad ſolam veritatem, bene fundatis.

† CОntenta in hoc diſcurſu percutiunt potius materiam fideicommiſſorum ſeu majoratuum, ac etiam enuntiantur ſupra *in Annot. ad diſc.9. & 12.* Incertus verò eſt iſtius cauſæ ſtatus, quoniam me non laudante cauſa avocata fuit à Tribunali Rotæ & commiſſa uni vel pluribus Cardinalibus mutatis etiam defenſoribus.

BONON. BONORUM DE FONTANIS,

Pro MARCHIONE LUDOVICO FONTANA,

Cum CLAUDIO FRATRE EJUSQUE FILIIS.

Caſus deciſus per Rotam, ut infrà.

De feudo acquiſito per patrem pro ſe, & filiis, an pro iſtis quæſitum cenſeatur ordine ſimultaneo, & æquè principaliter ab initio, vel potiùs ordine ſucceſſivo.

Et an illud, vel ejus pretium eſſe dicatur in hæreditate primi acquirentis: Et quid de dignitate, ſeu titulo eidem feudo annexo.

SUMMARIUM.

1 *Caſus controverſia.*
2 *Primus acquirens feudum titulo oneroſo, quamvis in forma pacti, & providentia, poteſt ſucceſſoribus præjudicare, & dicitur de ejus hæreditate.*
3 *Quid in titulo, ſeu Dignitate feudo annexa.*
4 *Etiam in feudo novo acquiſito cum jure primogenitura, & in forma Juris Francorum, non poteſt primus acquirens alterare ordinem ſuccedendi ſine aſſenſu.*
5 *Sed pretium talis feudi remanet in hæreditate allodiali, atque de eo diſponere poteſt.*
6 *Referuntur reſolutiones Rotæ in cauſa.*
7 *Feudum conceſſum patri, & filiis, quod omnibus æqualiter, & pro virili acquiratur ordine ſimultaneo.*
8 *Declaratur quando id procedat, & quando potius ordine ſucceſſivo.*
9 *Feuda Lombardiæ dividua.*

DISCURSUS XLVI.

1 CUm juxta feriem, de qua in hac eadem cauſa *ſub tit. de fideicommiſſis*, Marchio Ludovicus, ut ſuccedere poſſet in primogenitura Fontana, renunciare deberet ad favorem Claudii fratris ſecundogeniti hæreditatem paternam, & maternam, atque in Rota diſputaretur, quænam bona ſub hujuſmodi hæreditatibus caderent, major controverſia fuit circa feudum cum Dignitate, ſeu titulo Marchionatus in Ducatu Sabaudiæ, titulo oneroſo acquiſitum per Joan. Mariam patrem, *pro ſe, ac prædictis Ludovico, & Claudio filiis, eorumque filiis, & deſcendentibus*, an ſcilicet iſtud veniret ſub bonis ad paternam hæreditatem ſpectantibus, ita ut eſſet dimittendum.

Et in hoc ſcribentes pro dimiſſione ad favorem ſecundogeniti, fundamentum conſtituebant in recepta feudiſtarum propoſitione, quod feudum quamvis pacti, & providentiæ, in primo acquirente titulo oneroſo, regulandum non eſt eo jure, quo in ſucceſſoribus regulatur,ſed ſpeciem habere videtur hæreditarii,ita ut primus acquirens poſſit ſucceſſoribus præjudicare, ac de feudo diſponere, allegando *Surd. conſ.305. num.32. & ſeq. & conſil.351. num 24. Schrader. de feud. part.8. cap.6. num.15. Rovit. conſ.35. num.7. lib.1. & conſ.39. num.37. lib.2. Capic. Latr. conſult. 79. num.70. Montan. in l. Imperialem, §. præterea Ducatus num.68. Apont. de poteſtate Proreg. tit. de diverſ. proviſ. §.1. num.15. Merlin. deciſ. 699. alias deciſ.741. part.4. rec. tom.3.* ideoque cum pater eſſet primus acquirens titulo oneroſo, dicebant feudum prædictum, cenſendum eſſe de ejus hæreditate, ac proinde dimittendum. 2

Econverſo ſcribens pro Ludovico primogenito, dicebam pro veritatis notitia, æquivociſque tollendis, tres inſpectiones in propoſito conſtituendas eſſe, unam ſcilicet de Dignitate, ſeu titulo Marchionatus, alteram de ipſo corpore feudi, quatenùs illud eſſet verum, & proprium feudum; & tertiam de ipſius feudi valore, ſeu pretio in ejus acquiſitione erogato.

Quoad titulum, receptum eſt ejus pretium non 3
cenſeri de hæreditate allodiali patris acquirentis, proindéque primogenitum feudi ſucceſſorem non teneri illud fratribus ſecundogenitis communicare, quia dignitas plus oneris, quàm emolumenti afferre dicitur, ob neceſſitatem obtinenti incumbentem magis ſplendidè vivendi, ideóque ceſſat ratio collationis, juxta bonum *text. in l.1. §. nec Caſtrenſ. ff. de collat. bonorum*, per quem ita in ſpecie firmat *Rovit. in pragm.25. de feud. num.58. & in pragm.1. de titulorum abuſu, num.72.* ac habetur ſæpius deductum *in aliis hoc eodem tit.* præſertim *in Parmen. feudi.*

Alia etiam accedente viva ratione, quod cum acquirens, aliàs eſſet in privatæ fortunæ ſtatu conſtitutus, ita ut eo inſpecto, abſque dubio, nec de feudo, nec de Marchionatu caderet remota cogitatio, totumque provenerit in dicta primogenitura, cui ſolùm, & non aliàs, poſſeſſio feudi cum Dignitate congrua dici poterat, clarum exindè reſultabat argumentum, dictam acquiſitionem factam eſſe ad favorem dictæ primogenituræ per viam acceſſionis, & additamenti, jure cujuſdam implicitæ donationis non cadentis ſub dicto præcepto, complectente ſolùm hæreditatem, & bona Jure Succeſſorio,ſeu hæreditario in primogenituræ ſucceſſorem obventura ex propria perſona, ut *in dicto tit. de fideicommiſſis in hac eadem cauſa* dictum eſt de quibuſdam bonis à Joan. Maria contendentium patre eidem primogenituræ annexis.

Quo verò ad ipſum corpus feudi, duplicem dicebam urgere rationem, ob quam illud cenſeri non poſſet de hæreditate patris acquirentis, & cadens ſub dimiſſione, unam ſcilicet jam dictam annexionis, quæ cenſetur facta cum ipſa primogenitura, cujus obventio cauſam dedit tali acquiſitiooi,aliàs omninò incongruæ, ut de titulo, ſeu Dignitate Marchionatus dictum eſt, & alteram,quod cum hoc eſſet feudum,ad formam Ju- 4
ris Francorum, & cum lege primogenituræ, ratione illi annexæ dignitatis quæſitum, non poteſt acquirens alterare legem, ſeu formam Inveſtituræ ſine conſenſu Domini, quamvis feudum annexam habeat qualitatem

bæreditatiam, obligantem quidem ſucceſſorem ad habendum ratum factum defuncti in pretio, ſeu valore feudi, quod dicitur hæreditarium, & allodiale, non autem in ipſo corpore feudi ex deduct. per *Franch. deciſ. 1.* & habetur ſæpiùs *hoc eod. tit.*

Undè difficultas cadere ſolùm poterat in ejuſdem
5 feudi pretio, quod in feudo novo dicitur eſſe allodiale, ac remanere in hæreditate acquirentis ex deductis in *Parmen. feudi* in *Acernen. legitimæ*, & in aliis *hoc eod. tit.* & in hoc admittebam, illud venire ſub hæreditate Joan. Mariæ patris acquirentis, in quo admittebam etiam poteſtatem diſponendi, etiam de ipſo feudo novo in præjudicium filiorum, potiſſimum inter ipſos utpotè comprehenſos in inveſtitura ex deductis *in dicta Parmen.* ſed punctus erat in voluntate, quàm in præſenti omninò deficere credebam, ob jam dictum motivum præſumptæ donationis, ſeu additamenti per actum inter vivos, facti ipſi primogenituræ, in cujus gratiam, & honorificentiam, totum hoc abſque dubio factum erat, aliàs non ſequendum.

Ròta his diſputatis *ſub die* 20. *Aprilis* 1663. dixit di-
6 ctum feudum oon eſſe dimittendum, deindè verò repoſita cauſa *ſub die* 28. *Januarii* 1664. *coram Albergato*, cenſuit ſub renunciatione, tanquam ſub bonis paternæ hæreditatis, cadere unam ex tribus partibus, alteram verò tertiam ſpectare ad Claudium jure proprio, & reliquam ad Ludovicum pariter jure proprio, mota ex eo, quod cum conceſſio facta eſſet Joanni Mariæ patri, ac Ludovico, & Claudio filiis propriis nominibus, videretur ità cuilibet eorum ab initio pro eorum virili quæſitum, & ſic Claudio ex propria perſona
7 pro tertia parte, & pro alia tertia Joan. Mariæ, in cujus hæreditate remanſiſſe dicitur, allegando ad id *Loffred. conſ. 52 num. 1. Bertazol. conſ. civil. 116 num. 7. & 8. Roſenthal. cap 9. concluſ. 66. num. 25. & ſeq. & num. 56. & in gloſ. litt. G. & H. Giurb. de ſucceſſ. feud. prælud. 5. num.* 44. & alios, nulla in reliquis facta mentione in deciſione deſuper edita de dictis aliis fundamentis, & diſtinctionibus, undè incertum remanet, quare neglecta ſint.

Dicta igitur reſolutio, reflectendo etiam ad verita-
8 tem, non placuit, quoniam, ut de hoc puncto latiùs actum habetur *in Romana pecuniaria pro creditoribus Marchionis Pallavicini hoc eod. tit. ad materiam Bullæ Baronum*, tunc conceſſio feudi facta patri, & filiis nominibus appellativis, operatur acquiſitionem cujuſlibet ab initio pro ſua virili, & ordine ſimultaneo, quando, vel conceſſio eſt gratuita, ob æqualem concedentis affectionem erga omnes, vel eſt ooeroſa, quæ ex omnium pecuniaria, ſervitiis, vel meritis, æqualiter per eos, tanquam negotii ſocios acquiſitio facta ſit; ſecùs autem, ubi de pecuniis, ſervitiis, vel meritis, aut benevolentia ſolius patris totum ſequutum eſt, ita ut filii in gratiam patris, ejuſque intuitu, & contemplatione vocati ſint, quiá tunc venire dicuntur ordioe ſucceſſivo, vel idem habere de bonis, & ſubſtantia patris tanquam peculium profectitium, ex qua deductis *in dicta Romana pecuniaria de Pallavicinis*, ubi auctoritates ità diſtinguentes, & juxta quas illæ, quæ in dicta ſecunda deciſione adductæ ſunt intelligendæ veniunt.

Undè cum filii nihil de ſuo ære, vel merito erogaſ-
9 ſent in hujuſmodi acquiſitione, ſequuta ex titulo merè correſpectivo emptionis, vel permutatioois, ſub Ducis aſſenſu habente vim novæ Inveſtituræ, cum pecunia, vel bonis ſolius patris, idcircò mihi probabilius, dicendum videbatur, vel totum pretium, vel nihil cadere ſub dicta dimiſſione, cujus excluſio mihi probabilior videbatur, ex jam dicto fundamento tacitæ donationis, & annexionis ipſi primogenituræ, non autem perſonæ Ludovici, quæ ſolum demonſtrata videbatur tanquam ejuſdem primogenituræ poſſeſſoris, cum in hac materia voluntas, ſeu deſtinatio patrisfamilias totum faciat, ex iis, quæ in terminis annexionis feudo habentur latè apud *Rovitum conſ. 121 lib. 2.* & hoc tit. ſæpiùs.

Actum etiam fuit de quodam alio feudo in Ducatu Mutinæ, ſed modica fuit controverſia, quia iſtud non cadebat ſub dicta quæſtione renunciationis, cum eſſet feudum antiquum, quod Rota credidit eſſe dividuum, ſaltem quoad exercitium ex conſuetudine Lombardiæ, de qua *Mutinen. feudorum, & alibi ſæpè hoc eod. tit.* proindeque ad utrumque fratrem ſpectare, tanquam æquè vocatos ad legem inveſtituræ, & in hac parte benè, quia dum erat feudum antiquum, filii veniebant ex jure, & perſona propria, non autem ex providentia patris, neque illud dici poterat de ejus ſubſtantia, & bonis, de quibus præceptum loquitur.

† PRima iſtius cauſæ deciſio 20. Aprilis 1663. eſt impreſſa *deciſ. 32. part. 14. recent.* repetita *deciſ. 3. poſt Torr. de Pact. futur. ſucceſſ.* atque de hac eadem cauſa agitur *diſc. 157. d fideicommiſſ.*

De articulo autem an feudum acquiſitum pro parte & filiis cenſeatur ordine ſimultaneo vel ſucceſſivo agitur infrà *diſc. 75.* ac etiam *in Januen. feudorum diſc. 113.* Et conferunt, quæ habentur *tit. de Donat. diſc. 47.*

Et de facultate diſponendi ſeu alterandi ordinem ſucceſſionis aut naturam feudi agitur pariter *in Annot. ad diſc. 9. & ſeqq.* & infrà *in Tholoſana ſeu Pariſien. diſc.* 112.

ROMANA,

Seu PERUSINA BONORUM,

Pro JOSEPHO ALIAS DIOMEDE A CORNEA,

Cum FEDERICO DE UBALDIS, ET CONSORTIBUS.

Caſus deciſus per Cameram pro Joſepho, & pendet.

Tranſactio inita inter Dominum directum prætendentem devolutionem feudi, & eum, qui prætendat ad ejus favorem Inveſtituræ durationem, an comprehendat bona allodialia, & jura, & intra, vel extra feudum exiſtentia, ad quæ ex diverſo Jure tranſigens agat.

Quando prædia, & bona exiſtentia intra fines feudi cenſeantur feudalia, vel allodialia.

Aliqua incidenter de capacitate Religioſi facti Epiſcopi in ſucceſſione feudi, Et aliqua ad materiam Bullæ Baronum, an ſcilicet ea cadat in illo emolumento, quod ſucceſſor Baronis debitoris habuit ex tranſactione à Domino directo in præmium ſuæ prætenſionis ſuper ſucceſſione feudi. Et de annua reſponſione correſpectiva ad renunciationem bonorum, quando ceſſare debeat.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Religioſus profeſſus factus Epiſcopus eſt capax ſucceſſionis feudi.*
3 *Cauſæ in quibus Camera habet intereſſe, cognoſcendæ ſunt in Tribunali Cameræ.*
4 *Enarrantur puncti, ſeu partes diſputationis, & controverſiæ.*
5 *Tranſactio regulariter capit ſolùm ea, quæ in litem deducta ſunt.*
6 *Fallit, quando verborum amplitudo aliter ſuadet.*
7 *Eſt quæſtio voluntatis, an dicta limitatio intret, vel nè, quomodò decidenda.*
8 *Quando tranſactio habeo certam cauſam expreſſam, tunc verba generalia non extendunt, ſed ſtant ſamulativè, & acceſſoriè.*
9 *Id quod tranſigens ex tranſactione obtinet, non dicitur obtinere jure novo ab altero contrahente, ſed jure ſuo primævo.*
10 *Pretium eſt magnum argumentum voluntatis, & quid in contractum deductum ſit.*
11 *Ubi amplitudo verborum operatur, ut tranſactio ex-*

tendatur

vendatur ultra ea, quæ ſunt in lite, quomodo id intelligendum ſit.

12 *Bona intra fines feudi exiſtentia per Feudatarium, vel alios poſſeſſa, an & quando præſumantur feudalia, vel allodialia.*

13 *Quæſtio cadit in caſu dubio, ſed ubi pro una qualitate concurrunt adminicula, & conjectura, tunc iſtis eſt deferendum.*

14 *Recenſentur adminicula feudalitatis.*

15 *Privata acquiſitiones facta à Feudatario an cenſeantur nomine feudi, & ut illi incorporarentur, & quando.*

16 *Obligatio cauſativa, ſeu correſpectiva ceſſat, ceſſata cauſa.*

17 *Quod obligatio non cenſeatur correſpectiva ad renunciationem feudi, ſed ad alia bona.*

18 *Vita militia debita ſecundogenitis ex feudo, an ſit in uſu in Statu Eccleſiaſtico.*

19 *Ceſſa Univerſitate bonorum cum certo onere correſpectivo, ſi deficiant aliqua membra, ſeu bona, non ceſſat onus.*

20 *Gravatus ad reſtituendum ad favorem alterius in certo caſu ſub certo onere interim ferendo, an cenſeatur liberatus ab onere poſt factum caſum, ſi reſtitutio ſequuta non eſt.*

21 *Commoditas feudi venit ſub renunciatione, & eſt alienabilis, quamvis ipſum feudum renunciari, vel alienari non poſſit.*

22 *Quamvis executio Bulla Baronum privativè pertineat ad Congregationem, attamen excipiendo poteſt illa deduci coram quocunque Judice.*

23 *Bulla Baronum, an habeat locum in Cenſibus, locis montium, ac Juribus, & actionibus.*

24 *In quibus bonis locum habeat Bulla, & quæ actio ejus vigore competat contra ſucceſſorem jure proprio.*

25 *De tranſactione an capiat ea, quæ deducta non ſunt in litem.*

26 *De capacitate Clericorum in feudis.*

27 *De bonis exiſtentibus intra fines feudi, an ſint feudalia ſeu feuda affecta.*

28 *De natura bonorum Status Avenionenſis & Comitatus Venaiſſini.*

29 *Quid referat, un regula aſſiſtat feudalitati, nec ne.*

DISCURSUS XLVII.

1 PEr Pium IV. anno 1563. conceſſa fuerunt in feudum Caſtra Caſtilionis, & Cluſii Diomedi à Cornea Domicello Peruſino, ejuſque filiis, & nepotibus maſculis legitimis, & naturalibus, ita ut conceſſio ſecundam generationem non egrederetur, cum ea lege, ut ex dictis filiis, ut reſpectivè nepotibus, unus tantùm ſuccedat natu major maſculus, & laicus, excluſis fœminis, & maſculis Eccleſiaſticis, qui matrimonium contrahere non valeant, omnibus verò laicis ceſſantibus, Clericus natu major ex dictis filiis, vel nepotibus ſuccedat; Ex Diomede autem primo acquirente fuit ſuperſtes Aſcanius, qui tres habuit filios, Fulvium ſcilicet primo, Diomedem juniorem ſecundo, & Fabium tertiogenitos, dictoque Fulvio primogenito, & laico in dictis feudis ſuccedente, Diomedes ſecundogenitus profiteri volens in Religione Sancti Dominici, in quam ingreſſus fuerat enunciatis duabus aliis donationibus, & renunciationibus ad favorem dicti Fulvii factis; Tertiam eidem fecit omnium ſuorum bonorum, & Jurium, tam paternorum, quàm maternorum, ſibi reſervatis ſcutis mille pro una vice, de quibus modis ſibi expreſſis diſpoſuit, & annua præſtatione ad ejus vitam ſcut. 600. ſub ea lege, quod dicto Fulvio hujuſmodi renunciationem infra certum terminum non ratificante, cum obligatiooe ſolvendi ſtatutis temporibus dictam præſtationem, cenſerentur ad dicta bona, & jura vocati, primò Fabius ejus frater tertiogenitus, ejuſque filii, & deſcendentes, & ſecundò Conventus ſuæ Religionis in Urbe ad S. Mariam ſupra Minervam, quos eodem ordine pariter vocavit in caſu obitus dicti Fulvii ſine filiis, vel iſtis etiam ceſſantibus, quibus omnibus ſubſtitutis idem onus dictæ annuæ præſtationis repetitum cenſeretur, reſervato ſibi jure ſuccedendi in dictis feudis, quatenus ob defectum fratrum, & excluſionem filiorum ex eis ſuperſtitum; nullus alius adeſſet ſucceſſor, ita ut fieret locus devolutioni.

Acceptavit Fulvius dictam renunciationem cum onere, quod donec vixit, adimplevit, eoque defuncto, ſuperſtite filio poſthumo in infantili ætate ad ſatis breve tempns etiam defecto, cum jam prædeceſſiſſet Fabius alter frater abſque prole, Camera Apoſtolica prætendens factum eſſe caſum devolutionis dictorum feudorum, non obſtante ſuperexiſtentia dicti Diomedis, alias Joſephi in Religione nuncupati, tunc Epiſcopi Squillacen. tanquam Religioſi profeſſi, dictorum feudorum poſſeſſionem accepit Cumque dictus Epiſcopus litem in Cameta intentaſſet ſuper Inveſtituræ duratione ad ejus favorem, atque Innoc. X. ſub cujus Pontificatu dictus caſus prætenſæ devolutionis evenit, plures Juriſperitos conſuluiſſet ſuper hujuſmodi prætenſionis ſubſiſtentia, præſertim verò *Fagnanum*, qui pro feudi duratione, & habilitate ſuccedendi reſpondit, ſtante quod profeſſus egreſſus è Religione mutaſſet ſtatum, ac effectus eſſet Epiſcopus, ut liquet ex voto regiſtrato inter ejus repetitiones in *Cap. qua in Eccleſiarum ex num. 57. ad fin. de Conſtit.* & de quo non ſemel habetur mentio *hoc eodem tit.* præſertim *in Maſſanen. Caſtrorum*, occaſione agendi de capacitate Clericorum ſucceſſionis feudalis, ac etiam in *Beneventana penſionis ſub tit. de penſion.* Idcircò de anno 1649. ſuper hujuſmodi controverſia inter Cameram, & dictum Epiſcopum, deventum eſt ad concordiam, per quam Camera dedit Epiſcopo pro dicta prætenſa ſucceſſione, omnique Jure, quod in dictis feudis haberet, ſcut. 20. m. pro una vice, atque ita lis terminavit.

Quia verò quamplura bona allodialia extra dictorum Caſtrorum fines, in territorio Peruſino, & alibi exiſtentia, ex utriuſque parentis ſucceſſione obventa, & remanſa in hæreditate dicti Fulvii, occupata fuerunt per diverſos creditores, quibus ille gravatus deceſſit, nulluſque Ducis ſucceſſor univerſalis aderat, à quo Epiſcopus dictam annuam reſponſionem ſcut. 600. renunciationis correſpectivam obtineret, cum deficiſſent aſſignamenta, quæ Fulvius vivens ei fecerat ſuper fructibus eorumdem Caſtrorum; Hinc proindè Epiſcopus judicium aſſociationis inſtituit coram A. C. & deindè in Rota ad quamdam tenutam, & bona nuncupata *Montis Aleria* per Federicum de Ubaldis, & Conſortes dicti Fulvii creditores poſſeſſa, unde rei conventi pro relevatione vocarunt ad cauſam Cameram, ob actionem contra eam competentem ſuper quibuſdam tenutis, & bonis exiſtentibus intra dictorum Caſtrorum fines, & ab eadem Camera poſſeſſis, quæ 3
prætendebantur eſſe allodialia, & debitis feudatarii defuncti affecta. Quapropter Camerales ob intereſſe Cameræ, curarunt cauſam reaſſumi in Tribunali Cameræ, ad quod tanquam ad Tribunal procuratoris Cæſaris, tam ex diſpoſitione Juris communis ex deductis per *Revit. ſuper pragm. in rubr. & pragm. 61. de off. procuratoris Cæſaris*, quàm clariùs, ex Conſtitutionibus Apoſtolicis præſertim *conſt 9. Pauli 3.* privatè ad omnes pertinet hujuſmodi Cauſarum cognitio, atque prætendentibus Cameralibus, dictiſque Cameræ adhærentibus, dictam tranſactionem Epiſcopo actori obſtare, idcircò datum fuit dubium coram Gaſtaldo, *an obſtet tranſactio, ſeu potius danda ſit aſſociatio*, quod poſt binam propoſitionem *ſub die 12. Dec. 1667.* ad favorem Epiſcopi reſolutum fuit, tranſactionem ſcilicet ad hunc effectum non obſtante, ideóque aſſociationem competere.

In

In his autem diſputationibus, quinque erant puncti
4 ſeu inſpectiones; primò ſcilicet, an dicta tranſactio
reſtricta eſſet ad ſola feuda, eorumque ſucceſſionem,
vel etiam complecteretur bona allodialia in eiſdem
feudis exiſtentia, ſecundò, quatenus hæc etiam com-
prehenderentur, an impediret Epiſcopum tranſigen-
tem, quin ad reliqua Fulvii fratris, & debitoris bona
extra dicta feuda exiſtentia agere poſſet, ſtante regreſ-
ſu, quem dictorum bonorum poſſeſſores habere poſ-
ſent ad illa exiſtentia in feudis, & per Cameram poſ-
ſeſſa, tertiò, an prædia & bona intra dictorum feu-
dorum fines exiſtentia cenſenda eſſent feudalia vel al-
lodialia; quartò an adhuc duraret poſt mortem Fulvii,
& devolutionem feudi obligatio dictæ annuæ præſta-
tionis; Et quintò demùm, an ejuſdem Fulvii credito-
ribus Jus aliquod agendi, vel excipiendi competeret
contra Epiſcopum actorem in vim Bullæ Baronum pro
ſcut. 20. m. quos hic occaſione dict. feud. per Fulvium
Baronem poſſeſſi à Camera habuerat, quare de ſingulis
diſtinctè agendo.

Quatenùs pertinet ad primum, ſcribentes pro Ca-
mera, & aliis reis conventis, non negabant regulam,
5 quam ego, & cæteri pro actore ſcribentes deducebà-
mus, ut tranſactio inita cenſeatur ſolùm ſuper rebus in
litem deductis, ad quas reſtringitur ad *text. in l. ſi de
certo, Cod. de tranſact. l. 1. ff. eodem, utrobique ſcriben-
tes*, de quibus *Gregor. & addent. deciſ. 158. num. 3. Ro-
man. conſ. 371. lat è dec. 129. num. 8. part. 10. rec.* ubi plu-
res auctoritates cum verbis præciſis referuntur. *dec.
217. num. 19. & ſeqq. part. 11. Peruſ. aſideic de Rodul-
phis 14. Febr. 1656. & 26. Maii 1657. Zarata*, & in
aliis frequenter.

Dicebant tamen eamdem regulam limitari, quando
verborum amplitudo accedit, cum tunc trahatur ad
omnia, etiam ea, quæ ſunt extra litem, non in vim
6 tranſactionis, ſed in vim pacti, ex collectis per eoſ-
dem *Addent. ad Gregor. dicta dec. 158. num. 7.* late *in Ro-
mana reſ iſſi nis con ordiæ 15 Junii 1648. Corrado*, & in
*eadem coram eodem & Bichio dec. 21. 219. & 281. part.
11. rec.* in quibus concordantes; unde cum in Inſtru-
mento diceretur, motam eſſe litem ſuper dictis Caſtris,
omnibuſque bonis in eis exiſtentibus, deindeque Epiſ-
copus contentus dicta ſumma ſcut. 20. m. per verba ni-
mis generalia, & effrænata, cedat omnibus ejus Juri-
bus, & prætenſionibus promittendo quoquo modo, nec
directè, nec indirectè Cameram moleſtare, inferebant
proindè, verſari in caſu limitationis potiùs, quàm
regulæ.

His tamen non obſtantibus, reflectendo etiam ad
veritatem, credebam, quod ubi etiam dicta verborum
amplitudo aliquam operationem facere poſſet, reſpe-
ctu tenutarum aliorumque bonorum intra eorumdem
feudorum limites exiſtentium, in quibus cadere poſſet
dubitatio, an eſſent feudalia vel allodialia, ut infra,
nullatenus tamen trahi poterant ad caſum, in quo Epiſ-
copus, non jure ſucceſſionis vel Inveſtituræ, ſed jure
crediti agebat ad bona ſine dubio libera, & allodialia
ſui debitoris extra dicta feuda exiſtentia; Eſt etenim
iſta quæſtio ambiguæ voluntatis, decidenda non prin-
cipaliter ex cortice, & figura verborum, & clauſula-
rum, quæ frequentius præter intentionem partium per
7 Notarios, juxta eorum formularia concipi ſolent, ſed
ſpectata ſubſtantia veriſimilis voluntatis, metiendæ ex
aliis facti circumſtantiis, inſimul, & unitim ponde-
randis, cum conſueta regula, ut ſingula quæ non pro-
ſunt &c. totaque facti maſſa inſpecta, potiſſimè verò ob
aſſiſtentiam, quam habet regula, & reſiſtentiam, quam
habet limitatio.

Non ſolum enim hujuſmodi reſtrictionem ſuadebat
Juris regula, de qua ſupra, ſed clarè convincebant
verba, & contextus, tam Chirographi Pontificii ma-
terna lingua, juxta ſtylum concepti, quàm etiam In-
ſtrumenti in ejus executionem ſtipulati, in quorum
utroque in proœmio, ac toto contextu clarè dicitur eam
fieri occaſione prætenſæ ſucceſſionis feudi. Quando
autem concordia habet certam cauſam expreſſam, ita
ut ultra præſumptionem Juris, accedat etiam factum
partium, tunc magis de plano intrat dicta reſtrictio, 8
ad quam tanquam acceſſoria, & famulativa referuntur
verba quantumvis ampla, & generalia, ut benè apud
*Merlin. dec. 17. alias 428. num. 7. & 8. part. 5. rec. Gre-
gor. dicta dec. 158. num. 2. dicta dec. 17. num 18. cum
ſeq. part. 11.* & admittitur *dicta dec. 282. num. 18. & 19.
ead. part. 11.* ubi firmando comprehenſionem alio-
rum, quæ in lite non erant, proceditur cum hac di-
ſtinctione.

Clarius attentis aliis circumſtantiis, illa præſertim,
quod in bonis liberis, & allodialibus feudatarii de-
functi, neuter tranſigentium Jus ſuccedendi habebat,
vel aliàs pertinentiam Jure proprio habere poterat,
non quidem Epiſcopus, qui tanquam frater nullum
Jus ſuccedendi habebat fratri relinquenti filium, cui
deindè in pupillari ætate defuncto, propria mater, non
autem patruus ſucceſſerat, minuſque Camera, aliam
non gerens perſonam, niſi illam Domini directi reaſ-
ſumentis feudum tanquam devolutum per lineam fi-
nitam, undè nullum Jus, nec quidem imaginabile
habebat in allodialibus feudatarii defuncti, quæ citra
injuſtitiam, non præſumendam, occupari & detineri
non poterant, unde propterea nullatenus cadebat ter-
minus tranſactionis, tum quia hæc non datur, niſi
data probabili dubietate, non autem in claris ad text.
in l. 1. ff. de tranſact. cum ibi communiter notatis dec. 534. 9
num. 5. part. 2. rec. tum etiam quia quilibet tranſigen-
tium, id quod ex tranſactione obtinet, non dicitur
obtinere ab altero, ſed jure ſuo primævo, ita per re-
motionem obſtaculi conſolidato in ea minori parte,
ob dubium, quod de toto, ex incerto litis eventu ha-
beri poterat *Molina de primogenitura lib. 4. c. 9. n. 22. in
fin. Novegrol. alleg. 37. num. 4. dec. 306. num. 6. p. 5. rec.
Romana Ceſſ. dic 18. Junii 1660. Cerro & in aliis ad
text. in l. ſi pro fundo, Cod. de tranſact. ubi Bar. Caſtr.
& cæteri*, & eſt propoſitio in foro recepta, & ſequens,
undè cum prius Camera in bonis allodialibus nullum
penitus Jus haberet, dici non poterat, quod tranſi-
gendo, dictam ſummam pecuniariam colliliganti dede-
rit, ut ita conſervaret ſuum primævuum Jus, quod
nullum habebat.

Quod clare comprobabatur, tùm ex narrativa ejuſ-
dem concordiæ, quod ſcilicet Epiſcopus actor agnoſ-
cendo bonum jus Cameræ, ſeque malam cauſam fo-
vere, libenter dicta modica recognitione contentus
liti cedebat, quod verificabile non erat niſi in ſuc-
ceſſione feudali, cum in allodialibus indubitatum eſſet
malum, quinimò nullum Jus Cameræ; Tum etiam
ex quantitate pretii, ex quo maximum, & efficax ar-
gumentum voluntatis contrahentium reſultat *Alex.* 10
*conſ. 26. num. 5. lib. 4. Greg. d. 126. num. 9. Burat. d. 471.
num. 4. Rojas d. 352. num. 8. & 9.* Cum enim feudum
importaret annuum redditum ſcutorum circiter 8. m.
atque actor eſſet in ætate annorum 48. undè juxta com-
putationem textus *in l. hæreditatum, ff. ad leg. falcid.*
Jus ejus vitæ æſtimandum erat pro annis 11. importan.
ſcut. circiter 90. m. modica etiam recompenſa fuit illa
ſcutorum 20. m. ad ſolam ſucceſſionem feudalem pro-
indè referibilis, nullatenus verò ad remiſſionem bo-
norum, quæ dicebantur allodialia, cum quadam ſpe-
cie obligationis evictionis, ita & taliter, quod pro-
hibitus eſſet exercere ejus Jura crediti contra reliqua
bona feudatarii defuncti adversùs creditores poſterio-
res, qui regreſſum habere poſſent ad dicta bona libera
intra fines feudi exiſtentia, cum iſtius remiſſionis pre-
tium, præſcindendo etiam à dicta prætenſione ſucceſ-
ſionis, adæquaret, ac excederet ſummam prædictam,
undè propterea ex præmiſſis omnibus inſimul junctis,
omninò improbabile dicebam, hujuſmodi tranſactio-
nem extendi debere ultra cauſam expreſſam ſucceſſio-
nis feudalis.

Verùm

Digitized by Google

Verùm ubi, etiam (aggrediendo ſecundum punctum,) amplitudo verborum hujuſmodi operationem facere poſſet, adhuc tamen dicebam, id percutere ſolum impedimentum actionum, quas directè, & immediatè ipſe tranſigens contra alterum tranſigentem ex
11 alio Jure exercere vellet ſuper bonis, ſuper quibus tranſactum eſt, quaſi quod occaſione unius litis, omninm aliarum, quæ tunc inter ipſas partes adeſſe poterant, ſi non per viam tranſactionis, ſaltem per viam pacti extinctionem inducere voluerint, & in his terminis, ſi rectè ponderentur, procedunt quotquot deciſiones, & auctoritates deſuper habemus, ex congeſtis per *Greg.& Adden dicta d.*158.*&* 286. *& in allegat. deciſ.* 21.*num.*4.219.*&* 282.*part.*11. ac in aliis, nullatenùs verò reſultat, quod tranſigens, ita remiſiſſe cenſeretur Jura ſibi competentia contra tertium omninò independentem ab altero tranſigente, ex eo quod alii tertii creditores poſſint aliquas moleſtias inferre alteri tranſigenti ex cauſa diverſa ab ea, ſuper qua tranſactum eſt, cum hoc nullum Juris, vel rationis fomentum habere videtur, potiſſimè ubi in remittente non concurrit aliqua particularis ratio agnationis vel affectionis, ob quam cenſeatur, jure pacti & implicitæ donationis, voluiſſe extra tranſactionem alia jura remittere, ut benè advertitur in dictis *deciſ.*21.219.*&* 282. *part.*11.

Dicebant ſcribentes pro Camera, & benè, quod cum incertum eſſet, an iſta controverſa prædia, & bona intra feudi fines exiſtentia, eſſent feudalia, ut ipſa Camera prætendebat, vel allodialia, ut ex parte hæredum, vel creditorum feudatarii defuncti prætendi potuiſſet, idcircò tanquam in caſu dubio, in quo litis materia cadebat, rectè intrabat tranſactio, qua mediante voluit Camera cum amplitudine verborum, complectentium tam feudum, quàm bona in eo exiſtentia, ita ſe reddere tutam, & bene dicerent in ordine ad tollendas moleſtias, quas ipſemet tranſigens in ipſis bonis, allegando allodialitatem, dare poſſet, vel ſcilicet tanquam ex ceſſata renunciatione, regrediendo ad propriam portionem paternæ hæreditatis allodialis, vel etiam jure crediti, excitando denuò quæſtionem allodialitatis, ac impugnando feudalitatem; ſed non erat iſte caſus, quoniam quoad hæc bona intra feudi fines exiſtentia, Epiſcopus actor habebat ſe merè negativè, nullumque Jus in eis habere contendebat, quinimò aſſiſtebat Cameræ ſuper ſubſtinenda illorum feudalitate, ſolumque ejus Jura, ex diverſo titulo, diverſaque perſona competentia exercebat ad bona alibi exiſtentia, & ſic ad patrimonium paganicum feudatarii defuncti, in quo ille repræſentatur homo omninò diverſus, & extraneus, undè ad ſummum dicta extenſio operabatur quoad ipſum tranſigentem, quamdam remiſſionem ſuorum Jurium, & hypothecarum ſuper his bonis, quatenùs eis ſubjacerent juxta terminos *textus in l. fin.ili, Cod. de remiſſ. pignorum cum ibi notatis*, quod non tollit creditum exercibile contra debitorem in aliis ejus bonis, nam aliud eſt remittere proprium Jus ſuper certis bonis, habendo ſe negativè, ſeu abſtentivè ab illis, aliud verò ſe obligare ad evictionem ad favorem tertii pro quibuſcumque moleſtiis recipiendis à creditoribus poſterioribus, ſeu poſſeſſoribus aliorum bonorum debitoris, ſuper quibus ipſe propria Jura, & hypothecas non remiſit, & hic videbatur punctus inevitabilis, quonjam concordia, nec in verbis, nec in ſenſu, data etiam ampliſſima verborum conceptione, & operatione, poterat id importare, utpotè à partibus neque cogitatum.

Hinc proindè ceſſabat neceſſitas aſſumendi tertium punctum ſuper qualitate hujuſmodi bonorum, an ſcilicet cenſenda eſſent feudalia vel allodialia, nihilominùs, ut ex parte actoris abundaretur in cautelis, atque ita reis conventis tolleretur fomentum reſultans ab aſſiſtentia Cameræ idcircò, Ego præſertim, ita de-
12 ſiderante dicto Epiſcopo actore, iſtius puncti defenſionem aſſumendo, cum ſenſu etiam veritatis, dicebam probabilius videri hujuſmodi bona, feudalia potiùs quàm allodialia cenſenda eſſe; Reaſſumendo ſiquidem compendiosè plurium caſuum diſtinctionem in hujuſmodi quæſtionem cadentem latiùs deductam in *Clomacen. alias Comaclen. Vallium hoc eod. tit.* ac reſtringendo quæſtionem ad caſum præciſum, de quo propriè agunt *Oſtienſis & cæteri Canoniſtæ in cap. nimis de jurejur.* omniumque latius, & melius *Afflict. in cap.*1. *de controv. inter maſculum, num.*19. *cum ſeq.* qui reputatur in materia magiſter, ac etiam *dec.*267. cum quo cæteri pertranſeunt.

Quando dubitatur, an omnia prædia, & bona intra fines, & territorium feudi exiſtentia, etiam per Incolas, aliosque privatos poſſeſſa, cenſeantur feudalia, quod frequentiùs diſputari ſolet inter ipſum Feudatarium, & Vaſſallos, ſeu privatos magis, quàm inter Feudatarium, & Dominum, ut habetur *in Hydruntina hoc eod. tit.* tunc communis reſolutio eſt, ut attendatur natura omnium aliorum prædiorum, & bonorum totius territorii, vel illius Contratæ ſeu regionis, in qua ſita ſunt bona controverſa, vel ſaltem majoris partis, à qua regula deſumenda eſt; Et proindè cum ex deductis per Rotam *apud Mantic. dec.*17.23.*&* 97. conſtaret iſtud territorium, præſertim Cluſinum eſſe unius naturæ, & conſtituere (ut feudiſtæ dicunt,) unum manſum, totúmque eſſe de dominio Principis, vel cui ipſe conceſſerit, ita ut privati bona, & prædia poſſidentes, illa habere dicerentur Jure perpetuæ Coloniæ, ac dominii ſubalterni, ut ex eiſdem deciſionibus patet, ita ut etiamſi agatur de prædiis, & bonis poſſeſſis per privatos, in quibus regulariter alius titulus non intrat, niſi ille allodialitatis, adhuc cenſerentur de pertinentiis feudi; multo magis ita dicendum erat in ipſomet Feudatario, in quo, ubi præſertim non agitur de bonis ex privata induſtria ad eum ſtatum redactis, ut ſunt, domus, vineæ, Molendina, oliveta, pomaria, & ſimilia, ſed agitur de bonis campeſtribus, adhuc perſeverantibus in primævo ſtatu naturæ, omninò probabilius videtur, cenſeri de pertinentiis feudi, quod ex frequentiùs contingentibus, non conſiſtit in ſolo Jure territoriali, & Juriſdictionali, ſed etiam in bonis, & prædiis, tanquam feudi dote, ex qua feudatarius congruam ſubſtentationem habere valeat, ac etiam in Domini directi occurrentis ſervitium, & auxilium præſtare, ex deductis *in dicta Clomacen.* quidquid generaliter, & indefinitè, non multum diſcuſſa materia, ſequendo ſimpliciter antiquas deciſiones *in Aſten. feudi coram Bubalo* firmare conſueverit *Rota apud Duran. dec.*28. ac in aliis deductis *in ead. Clomacen.*

Et nihilominùs, ut in eadem Clomacen. habetur,
13 ex auctoritate ejuſdem Rotæ *dec.*164. *num.*32. *cum ſequent. part.*6. *rec.* ac aliorum; de quibus *Bellon. jun. conſ.*44. *Menoch. Surd. Rovit. & cæteri*, de quibus ibi, hujuſmodi quæſtio, utpotè facti potiùs, quàm juris, intrat in caſu merè ambiguo, ſecus autem ubi, unius vel alterius qualitatis præſumptiones, & inditia concurrunt, & quæ plura in hac facti ſpecie urgebant, primò ſcilicet; dicta qualitas ſeu natura generalis omnium aliorum bonorum, ſecundò quod in Inveſtitura diceretur *cum agris, tenutis & bonis*, ut ponderatur *dec.*120. *&* 164. *part.*6. *rec.* licèt enim iſta ſit conjectura ſatis
14 vaga, & debilis, cum hujuſmodi verba provenire ſoleant à conſueta formula Inveſtiturarum, ut ponderatur *in dicta Clomac.* nihilominùs juncta cum aliis, ex regula, ut ſingula quæ non proſunt &c. adhuc videtur alicujus conſiderationis.

Tertiò, quia ſolus primogenitus in eis ſucceſſit abſque participatione Fabii tertiogeniti, in quo non urgebat conſideratio ingreſſus in Religionem, & renunciationis, quæ militabat in iſto actore ſecundogenito.

Quartò fortiter, quod in Inventario bonorum hæreditariorum Aſcanii communis parentis, diligenter deſcripta eſſent omnia prædia, aliaque bona in territorio Peruſino, aliiſque locis, utpotè pertinentia ad hæreditatem allodialem omnibus filiis communem; nihil verò

deſcriptum

deſcriptum eſſet de hojuſmodi tenutis,& bonis controverſis intra feudi fines exiſtentibus.

Quintò, quia neque mater & hæres pupilli ex feudatario ſuperſtitis, neque ejuſdem feudatarii creditores, qui diſcooperti remanſerant, aliquid tam longo temporis ſpatio motivaverant ſuper hujuſmodi bonis tanquam allodialibus.

Et ſextò demùm, ſtante prohibitione ex ſtatutis Peruſinis reſultante, ne Cives præſertim nobiles Peruſini, bona & prædia in hujuſmodi Caſtris acquirere poſſent, quia niſi conſtet de diſpenſatione poſſeſſio potius referenda eſt ad titulum feudi validum & legitimum, de quo conſtat *ad text. in l. 2. Cod. de acquir. poſſ. cum ibi notat. Baratt. & add. dec.614. & paſſim.*

Difficultatem faciebant plures privatæ acquiſitiones factæ per dictum Diomedem Seniorem primum
15 feudi acquirentem à diverſis privatis poſſeſſoribus; Licèt enim ego ſcribens in cauſa dicerem, quod dictæ acquiſitiones referendæ potiùs venirent ad feudi reintegrationem, ejuſque reductionem ad primævam unitatem, juxta ea, quæ in propoſito acquiſitionum ex titulis privatis à feudatario factarum habentur *in eadem Cloma en. Vallium* ex deduct. *per Roſenthal. cap.5. concl.64. num.4. & cap.10. & concl 44. Rovit. conſ.101. lib.2. num.32. & alios*; nihilominus, reflectendo ad veritatem, ſatis dubitatam de motivo, quoniam in hac facti ſpecie non urgebat ratio militans *in dicta Clomacen.* quod ſcilicet alienationes, vel conceſſiones privatis fieri potuerint antiquo tempore per eumdem feudatarium, vel ejus majores, ita ut novæ acquiſitiones, potiùs ſpeciem recuperationis, ac debitæ reſtitutionis ſuæ unitati importarent, cum ageretur de novo acquirente in ipſamet feudi acquiſitione, iſtas etiam faciente; Et fortiùs ob nimis reſtrictam, ac brevem Inveſtituram ad duas tantùm generationes, undè inveriſimile videbatur, quod bona aliàs libera, & ad quoſcumque tranſmiſſibilia, pro eorum æquivalenti pretio dictus Diomedes acquirere voluerit ſubjecta tam facili & brevi devolutioni; Nil obſtante dicta generali natura hujuſmodi bonorum jure perpetuæ Coloniæ, ſeu dominii ſubalterni, quoniam non implicat eumdem feudatarium duplicem diverſam perſonam repræſentantem, unam feudatarii, alteram privati, ex hac ſecunda perſona poſſidere poſſe bona intra feudum, eodem modo, quo alii privati poſſident, quorum ejus inferior conditio eſſe non debet, quoties non conſtat de animo acquirendi pro ſeudo, licèt hæc reſpicerent potiùs Cameram, quàm hanc partem, per quam præmiſſa circa feudalitatem, ut dictum eſt, deducebantur ad ſuperabundantiam, quia ſublata comprehenſione ſub tranſactione, ſaltem ad hunc effectum, nil actoris intererat agere de hujuſmodi bonorum qualitate.

Quoad quartum punctum, in quo Camera nil directè agere habebat, ſed etiam aſſiſtebat reis, ut ità ſe eximeret à moleſtiis, an ſcilicet pro dicta annua præſtatione Scut.600. reſervata, Jus actori competeret ad bona Ducis Fulvii poſt ejus mortem; Duplex erat du-
16 bitandi ratio, una quod hujuſmodi præſtatio correſpectiva eſſet ad renunciationem feudi, quo ceſſato, illa quoque tanquam promiſſio cauſativa ceſſare debuit, ut in ſpecie annuæ præſtationis correſpectivæ ad poſſeſſionem Caſtri ſeu feudi *Roman. conſ.417.* & generaliter *Decius conſ.421. Tiraq. ceſſante cauſa part prima n.224. Rota in Parmen. Datii coram Coccino dec.428. part. prima rec. Amat. reſol.21. num.1.* cum aliis, de quibus habetur frequenter *ſub tit. de Regalibus ad materiam officiorum* occaſione onerum & præſtationum, quæ Officialibus incumbunt, ac etiam *in Sutrina ſub tit. de emptione & venditione.*

Et ſecundò, quod cum dicta renunciatio facta eſſet Fulvio, ejuſque filiis, quibus defectis vocatis erat Fabius alter frater cum ejus deſcendentia, & in iſtius pariter defectum Conventus ſuæ Religionis Sanctæ Mariæ ſuper Minervam, ob factum caſum ceſſationis dictæ renunciationis, reſoluta quoque remaneret obligatio correſpectiva dictæ annuæ præſtationis.

Neutra verò difficultas, reflectendo etiam ad ve- 17
ritatem, videbatur aliquam ſubſiſtentiam habere, non quidem prima, licèt enim dicta concluſio ſuper ceſſatione obligationis cauſativæ ſeu correſpectivæ, de Jure ſit vera, ceſſabat tamen applicatio ad factum, quoniam cum vivente Fulvio, tanquam primogenito & ſæculari, renuncians ſecundogenitus & Eccleſiaſticus, nullum penitus Jus in feudo haberet, conſequenter quoad illud non remanebat in aliquo verificabilis renunciatio, undè intrare poſſet correſpectivitas, quæ ſolùm percutiebat portionem hæreditatis utriuſque parentis in bonis allodialibus & liberis, quorum valor pro ipſius renunciantis portione dictum onus excedebat.

Quod evidenter probari obſervabam ex eo, quod idem onus repetitum erat filiis, aliiſque deſcendentibus Fulvii & Fabii feudum non ſperantibus, utpotè in Inveſtitura non comprehenſis, nec ſperantibus, ſtante Bulla Pii V. de non infeudandis, in viridi & rigoroſa obſervantia exiſtente, ob quam renovatio ſeu prorogatio feudi ſperati non poterat, & clariùs quia idem onus repetitum fuerat dicto Conventui, in quo, abſque principio difficultatis, dari non poterat feudi ſucceſſio, ergo ad iſtud cogitatum non fuit.

Et quamvis per ſcribentes in contrarium inſiſteretur
in eo, quod renunciatio prædicta quoad feudum opera- 18
tiva eſſet ſaltem quoad vitam militiam ipſi renuncianti ſecundogenito debitam, atque huic motivo reſpondentibus ſcribentibus pro hac parte hanc vitam militiam non eſſe in uſo in feudis & Caſtris Status Eccleſiaſtici, ut advertit *Spad. conſ.345. num.1. & fin. lib.3.* cum illa vigeat in feudis Regnorum utriuſque Siciliæ, ex illorum particulari conſuetudine ex deductis *per Capan. hoc tract. de vita militia quaſt. prima & quaſt.7. & de Jure ad hac quaſt.3.* acriter replicarent in dictis Regnis eſſe ſpecialem hunc terminum vitæ militiæ, generalem verò eſſe onus primogeniti ſuppeditandi ſecundogenitis alimenta, quæ alicubi ſub iſto generali nomine, alicubi verò ſub nomine appanaggii vel ſimili nuncupari ſolent, allegando in id multos collectos ab eodem *Capano locis citatis* à quo totum deſumptum fuerat.

Attamen ego dicebam, hujuſmodi quæſtiones eſſe inanes, ex jam dicta conſideratione, quod etiam in caſu quo ſupponeretur factum eſſe caſum devolutionis feudi ad Cameram, & quando tale Jus quale quale ſit, abſque dubiò expiratum eſſet, adhuc ex ſola ratione bonorum allodialium deferendorum ad alios vocatos ut ſuprà, eadem præſtatio abſquè diminutione ſolvenda erat, igitur nulla aderat correſpectivitas ad feudum, vel vitam militiam, quocumque vocabulo appellatam, quoniam adinſtar eorum, quæ habemus in propoſito evictionis præſtandæ per venditorem feudi vel hæreditatis, aut alterius Juris univerſalis ex deductis *Capuaquen. feudi & in aliis hoc eodem tit.* non ex eo quod aliqua Jura vel bona cadant ſub Univerſitate vendita vel ceſſa, quæ deinde deficiant, reſultat evi-
ctioni vel defalcationi pretii locum eſſe, quoties potiſ- 19
ſimùm conſtat de diverſa voluntate, ex æquivalentia quoque comprobata, quod ſcilicet bona, quæ ſuperſunt adæquant onus, cum tamen etiamſi non adæquarent, id cedere deberet damno ceſſionarii ementis futuram aleam, & compenſare debentis damnum à caſu productum cum lucro & commodo reportato, antequam caſus contingeret.

Minus conſiderabilis erat altera difficultas de ceſſante obligatione ex ceſſante cauſa, quoniam ea rectè procederet, quoties ſubſtitutus agnoviſſet ſubſtitutionem, ejuſque vigore obtinuiſſet bona, quorum intui- 20
tu dictum onus ſuſceptum erat, quo caſu rectè intrabat

dicta

dicta concluſio de ceſſante obligatione cauſativa ſeu correſpectiva, ſecùs autem ipſo gravato adhuc continuante in poſſeſſione ac fruitione bonorum donatorum; Quidquid enim aliqui non benè dixerint aſſimilantes gravatum uſufructuario, omninò verius eſt, eum eſſe verum dominum, ac verum & plenum habere dominium, quamvis facto caſu oneris reſtituendi reſolubile, quatenus tamen ſequatur reſtitutio, quæ poteſt non ſequi, vel ob ſubſtituti prædeceſſum, vel quia ille ſupervivens agnoſcere non curet, ut frequenter in ſua materia *ſub tit. de fideicommiſſis*, ac etiam pluries *hoc eodem tit. ad materiam Bullæ Baronum*; Undè interim quod reſtitutio effectum ſortiatur, reſolutum non dicitur Jus gravati continuantis Jure proprio & primævo, ex quo ſicut durat dominium, & commodum, ita durare & continuare debet incommodum, ſeu onus correſpectivum, ne aliàs, quod inductum eſt ad gravamen, redundaret in lucrum à donatore nolitum, quodque licitum eſſet retinere rem & pretium, ſeu percipere commodum, & non ſufferre onus ejuſdem commodi ratione aſſumptum.

Inſiſtebatur etiam ſatis ex parte reorum in eo, quod ſub hujuſmodi ampla renunciatione veniret etiam commoditas futuræ ſucceſſionis feudi, quam receptum eſt
21 eſſe in commercio, firma remanente ſubſtantia feudi penes ipſum renunciantem, ut *in Tiburtina Caſtrorum, & in Romana, ſeu Status Eccleſiaſtici infeudationum*, & in aliis hoc tit. frequenter, ſed motivum tollebatur ex facto, cum in caſu, quo contingeret hujuſmodi ſucceſſionem ad favorem ipſius renunciantis aperiri, illa purè & ſimpliciter ſibi reſervata eſſet, undè planum remanebat, eſſe caſum ſub renunciatione non comprehenſum, utpotè expreſsè exceptuatum, ac etiam ſemper obſtabat dicta reſponſio, quod non poterat eodem tempore retineri res & pretium, ideóque dicebam, quod creditores dimitterent bona renunciata, quia renuncians abſtinuiſſet ab aſſequutione præſtationis in futurum, ut ipſemet actor volebat, & inſtabat, ſed hoc non tollebat debitum annualitatum decurſarum; eo modo quo expirato vel reſoluto jure feudatarii, emphyteutæ, fideicommiſſarii, mariti, beneficiati & ſimilium, ceſſat ejus obligatio cauſativa circa onera ſuper bonis exiſtentia in futurum, ſed non ceſſat pro annualitatibus decurſis, & pro tempore, quo fuit poſſeſſor ac percepit fructus & emolumenta, ex quibus eadem onera ſolvenda ſunt.

Demùm per aliquos ex Judicibus motivatum fuit, quod per creditores poſſet excipi de retentione Scut.
22 20. m. ut ſupra per Epiſcopum obtentorum à Camera intuitu ſucceſſionis feudi, quaſi quod tanquam ad emolumentum obveniens in Barone ſucceſſore ex bonis poſſeſſis per Baronem debitorem, Jus competeret creditoribus in vim Bullæ Baronum, de qua receptum eſt poſſe excipi coram quocumque Judice, & Tribunali, quamvis ubi agitur de exequutione, illa privativè ad omnes pertineat ad Congregationem Baronum, juxta firmata in *Urbevetana bonorum* 13. *Maii* 1652. *coram Dunozetto*, & habetur ſatis frequenter *hoc tit. ad dictam materiam Bullæ*; Revera tamen motivum nullam habebat ſubſiſtentiam, undè meritò per Judices omninò neglectum fuit, quamvis in reſolutione, ut ſuprà non deeſſent dubitantes ex dictis aliis motivis, tum quia, ut habetur in *Romana de Maximis & in aliis hoc tit. ad dictam materiam Bullæ*, adhuc firmatum non eſt, an
23 ea loquens de Civitatibus, Caſtris, Caſalibus, palatiis, & aliis bonis immobilibus, locum habeat in Cenſibus, locis montium, aliiſque Juribus, & actionibus, ex ibi deductis; tum etiam quia ubi in his quoque locum haberet, id intelligendum veniret de iis Juribus & actionibus, quæ per Baronem debitorem poſſeſſa fuerint, & nunc poſſiderentur, (quamvis Jure proprio
24 fideicommiſſi vel Inveſtituræ) per ſucceſſorem, ita ut videatur Jus reale ad ipſa bona, quæ ita per Bullam, remoto obſtaculo fideicommiſſi vel Inveſtituræ, penes prædeceſſorem fingantur libera, juxta deducta *in Romana Contributionis de Ceſiis*, & alibi ad hanc materiam Bullæ, quod in præſenti dici non poterat, cum Epiſcopus nihil poſſideret de iis, quæ poſſeſſa fuerunt per Baronem debitorem, ſed id quod per Cameram jure tranſactionis datum eſt, referendum venit ad præmium, ſeu recompenſam Juris proprii, quod ipſe habebat in ſuccedendo, ſeu commodi, quod ex dicta ſucceſſione ſperare poterat, ad effectum, ut à prætenſione abſtinendo, ſe haberet merè abſtentivè, ſeu negativè, tollendo ſe de medio, & conſequenter nunquam dici poterat penes ipſum extare bona, vel Jura poſſeſſa, per Baronem debitorem, ita ut verificaretur diſpoſitio Bullæ.

Potiſſimè quia dicta Scut. 20. m. ad Chirographi præſcriptum data fuerant, ad effectum ſolvendi ejuſdem Epiſcopi debita, in quorum diſſolutionem erogata fuerant, undè amplius non extabant, neque dici poterat pro eis ſubeſſe illam obligationem reintegrandi fideicommiſſum, quæ ad favorem ſucceſſoris in fideicommiſſo ex eadem Bulla ineſt Baroni, pro cujus debitis bona fideicommiſſaria in vim dictæ Bullæ diſtracta ſunt, cum hic eſſet caſus oppoſitus, adeò ut etiam ſi ſucceſſor, in cujus perſona fideicommiſſum expiravit, de facto vendidiſſet aliáque bona per Baronem prædeceſſorem poſſeſſa, priuſquam Congregatio manus apponeret, dicebam, non exindè creditoribus dicti Baronis prædeceſſoris aliquod Jus contra dictum ſucceſſorem alienantem competere, cum deſuper per Bullam nil diſponatur, maximè ubi non adeſt pretium, quod prætendi valeat loco rei ſubrogatum: Pendet reviſio ſtante conceſſione novæ audientiæ; Verùm niſi diverſæ facti circumſtantiæ in hac repropoſitione deducantur, quoad ea, quæ juris ſunt ſuper facto jam diſcuſſo, mihi, ad veritatem etiam reflectenti, videtur probabilius eſſe ſperandam perſiſtentiam in deciſis.

† DE pluribus contentis in hoc diſcurſu ſuper comprehenſione vel interpretatione tranſa-
ctionis, an reſtringatur ad ea quæ deducta fuerunt in 25
litem vel etiam comprehendat alia in litem non deducta ob amplitudinem verborum & clauſularum, utpotè non pertinentibus ad hanc peculiarem materiam feudalem atque cadentibus ſub regulis generalibus indifferentibus pluries alibi agitur & præſertim *ſub tit. de alien. & contract. prohib. diſc.* 50. ubi particularis agitur de hac materia tranſactionis atque re vera eſt potiùs quæſtio voluntatis quàm juris, an ſcilicet ex aliis motivis reminiſcere & condonari ſibi voluerint tranſigentes ea, quæ non erant in lite, quorum reſpectu verè & propriè non intrat terminus tranſactionis ſed alter donationis, cui tranſactio cauſam ſeu fomentum dederit.

De obiter autem enunciata capacitate Clericorum
obtinendi & retinendi feuda particulariter agitur *infra* 26
diſc. 54. ac pluries in aliis etiam incidenter.

Quo verò ad punctum principale hujus diſcurſus ſuper natura ſcilicet & qualitate tenutarum & prædiorum exiſtentium in territorio, ſive intra fines feudi, an ha-
beant naturam feudalem; Pro ſuppletione ſufficere vi- 27
dentur ea, quæ inſinuata ſunt ſuprà *in Annot. ad diſc.* 2. Præſertim verò notabilis eſt illa conſideratio ſeu diſtinctio inter feuda, in quibus Baro vel Domicellus habuit ſolum dominium juriſdictionale ſeu publicum in univerſum ex ſolo jure Baronali & illud feudum, in quo Baro, vel Domicellus habeat etiam directum dominium totius Territorii jure privato & utilitario, adeout Vaſſalli aliique privati poſſideant prædia & bona in ſolo dominio utili per quandam ſpeciem coloniæ perpetuæ ſeu Livelli juxta caſum, de quo infrà *diſc.* 72. *& tit. de Regal. diſc.* 146. *tit. de ſervitut. diſc.* 36. *& in Miſcell. Eccleſ. lib.* 14. *diſc.* 7. *& alibi.*

In pleriſque etenim locis & provinciis, ex quadam conſuetudine generali, dominium directum omnium terrarum eſt domini, ideóque omnia prædia, & bona privatorum, dicuntur feudalia, id eſt reddititia feudo, ut de

Provincia Hydruntina teſtantur plures Doctores relati locis citatis, ac etiam *d. tit. de regal. diſc. 50.*

De hoc autem frequenter in Curia diſputari ſolet in particulari Congregatione negotiorum Status Avenionenſis, & Comitatus Venaiſini, præſertim in locis
28 exiſtentibus in Diœceſi Carpenctoratenſi; Cum etenim ſupponatur, quod in ea parte Galliæ, quæ dicitur *Delfinatus*, & in altera, quæ *Provincia* appellatur, ex quadam antiqua conſuetudine directum dominium totius territorii ſit Regis, quodque dominium privatorum ſit utile, ac ſubalternum per ſpeciem perpetuæ locationis, ſeu livelli, juxta caſum præſentis diſcurſus ex relatis per *Lodov. Bell. conſ. 103. Cl. per. conſ. 1. quæſt. 2. cum aliis per Tondut. quæſt. civil. 25. tom. 1.* hinc proinde inter miniſtros illius Cameræ vel Barones, & domicellos ab eadem Camera cauſam habentes, & privatos poſſeſſores tenutarū & prædiorum, frequentes audiuntur quæſtiones, ſuper dictorum bonorum libertate, vel ſervitute, reſpectivè, quaſi quod eadem conſuetudo, quæ viget in dictis Provinciis, militet quoque in iſto Principatu, qui antiquiùs per majores Reginæ Joannæ II. illum vendidit, ſeu Apoſtolicæ, poſſidebatur tanquam pars earundem Provinciarum, undè propterea apud *Spad. conſ. 13. lib. 1.* agendo de conſuetudine, ut omnes terræ incultæ à nemine poſſeſſæ, ſpectant ad Principem, infertur, ut idem dicendum ſit in hoc Principatu ad favorem Cameræ Apoſtolicæ.

Quamvis autem in hujuſmodi quæſtionibus pluries ſcripſerim, modò pro libertate, favore privatorum, & modò pro ſervitute favore Cameræ, ſeu habentium cauſam ab ea, juxta conſuetudinem Advocatorum, qui pro requirentium opportunitate, coguntur modò album, & modò nigrum tueri; Nihilominùs, certa regula generalis, deſuper ſtatui non poteſt, quibuſcumque caſui applicabilis, cum revetà totum pendeat ex ſingulorum caſuum, ſeu locorum, & bonorum qualitate & circunſtantiis, dum aliqua loca, vel bona reſpectivè ex Apoſtolicis Conſtitutionibus, vel ex antiqua poſſeſſione libertatem vindicaſſe non improbabiliter prætendant.

Nimium autem refert inſpicere, an adſit, nec ne, dicta
29 conſuetudo generalis, & adeſſe probabilius, dici videatur, (abſque tamen veritatis præjudicio, dum defuit occaſio deſuper efformandi maturum judicium) ad illum ſcilicet effectum valdè proficuum, qui reſultat à regula transfundente onus probationis in alteram partem, quæ prætendat limitationem, & per conſequens quemadmodum de jure communi, ex pluries inſinuatis *hoc eod. tit.* & ſub altero *de ſervit.* feudalitas, vel altera ſervitus non præſumitur, ſed omnia bona præſumuntur libera, ideóque allegantl libertatem ſufficit intentare negatoriam, dum haber intentionem fundatam in regula, ita è converſo, quando vel ratione hujuſmodi conſuetudinis generalis, vel ratione ſituationis bonorum, & qualitatis omnium aliorum bonorum adjacentium, juxta caſum de quo ſuprà *diſc. 35.* & infra *diſc 52. & 72.* & in aliis ſupra allegatis locis *ſub tit. de regal. & tit. de ſervitut.* tunc fundata dicitur intentio ejus, qui allegat feudalitatem vel aliam ſimilem ſervitutem donec ille, qui prætendit libertatem tanquam per ſpeciem limitationis regulæ illam probet ot ex gr. habemus in Regno Neapolitano, quod Caſtra & loca habitata cum juriſdictione & vaſſallis exceptis Eccleſiis præſumuntur feudalia potiùs quàm allodialia & è converſo in Statu Eccleſiaſtico regula eſt in oppoſitum ex deductis ſuprà *diſc. 2.* & frequenter; Et per conſequens, qui contra regulam allegat diverſam naturam eam juſtificare tenetur, ac propterea firmum remanet, quod iſtæ ſunt quæſtiones potiùs facti, quàm juris incapaces regulæ generalis, undè clarus remanet conſuetus error deſuper procedere cum generalitatibus & cum cumulo auctoritatum non diſtinguendo loca & tempora, aliaſque facti circunſtantias particulares.

ALBANEN.

Seu PEDEMONTANA BONORUM.

Pro DOMO PROFESSA SOCIETATIS JESU,

Cum COMITE PETRINO DE PONTE.

Caſus diſputatus in Signatura Juſtitiæ, pendet in Rota.

Pretium feudi, an ſit feudale, & ſubrogatum loco feudi, ita ut pertinere debeat ad eos, qui ex lege Inveſtituræ ad ipſum feudum vocati ſunt, ſi idem feudum adhuc remanet in genere vocato per inveſtituram; Et quid de bonis ex eodem pretio quæſitis. Et de facultate diſponendi competen. primò acquirenti.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Clericus auctor laudatus, ſeu defenſor neceſſarius, an declinet forum, vel communicet privilegium remiſſivè.*
3 *Pretium feudi non eſt feudale.*
4 *Quando intret ſubrogatio pretii loco feudi.*
5 *Non datur eodem tempore qualitas feudalis in ipſa re, & in pretio.*
6 *Primus acquirens titulo oneroſo poteſt diſponere de feudo etiam pacto, & providentia in præjudicium ſucceſſorum.*
7 *Quomodo intelligendum ſit præceptum teſtatoris de inveſtiendo pretium redactum ex venditione feudi.*
† 8 *An pretium feudi ſuccedat loco ipſius feudi.*
9 *An defenſor neceſſarius, ſive auctor laudatus declinet forum.*
10 *Poſſeſſor & intereſſatus immediatus eſt ſolùm citandus.*

DISCURSUS XLVIII.

Celeber I. C. Amadeus de Ponte, numeroſam prolem maſculinam, ex prima & ſecunda Uxore habens, ac poſſidens aliquas portiones feudi Caſalis Graſſi, aliam octavam partem, à quibuſdam aliis poſ- 1
ſeſſam, titulo emptionis acquiſivit, pro ſe, & Carolo Amadeo filio ſecundi matrimonii, eoque deficiente, pro aliis ejuſdem ſecundi matrimonii filiis, & in iſtorum defectum pro illis primi, & ſucceſſivè pro omnibus agnatis, obtenta deſuper pro omnibus prædictis nova Inveſtitura à Duce Sabaudiæ Domino directo, Deindè verò in ejus teſtamento, inſtituto perpetuo fideicommiſſo particulari in dictis portionibus, aliiſque deſignatis bonis ad favorem univerſæ ejus deſcendentiæ maſculinæ, cum ordine tamen, & lege primogenituræ, mandavit per dicti Caroli Amadei pupilli tutores, vendi debere dictam primam partem feudi ut ſuprà pro eo quæſitam ſucceſſori in dicta primogenitura, pro pretio ſcut. 4000. inveſtien. ad ejuſdem pupilli favorem in tot bonis, prout ſequutum fuit, inveſtito pretio in quoſdam Cenſus, quorum retrovenditorum pretium deinde per eumdem Carolum Amadeum erogatum fuit in emptionem quorundam bonorum in Territorio Albanen. quæ moriens abſque prole reliquit Domui Profeſſæ Societatis JESU, & quibuſdam aliis Religioſis, à quibus vendita fuerunt Franciſco Blancario, contra quem Comes Petrinus dicti Caroli Amadei nepos ex Andrea ejuſdem matrimonii Germano fratre, tanquam vocatus per dictam Inveſtituram, judicium immiſſionis inſtituit ad dicta bona, utpotè loco dicti feudi ſubrogata, & ſententiam favorabilem ab A. C. reportavit; Cumque diſputandum eſſet in

Signatura

Signatura ſuper modo reſcribendi, prætendente victore in vim Egidianæ reſcribendum eſſe ad ſolum devolutivum cum clauſula, *ſine præjudicio*; In hoc ſtatu, ad dictæ domus profeſſæ, tanquam neceſſarii defenſoris ad cauſam admiſſæ defenſionem aſſumptus fui, & ultra punctum ordinis, an ſcilicet dicta domus profeſſa, quæ tanquam Eccleſiaſtica non ſubjacebat Conſtitutioni Egidianæ, poſſet vel ne hoc
2 ſuum privilegium communicare laico poſſeſſori, quem defendere tenebatur, de quo articulo in hac eadem cauſa, vel ſub alia habetur actum *ſub tit. de Juriſdictione, & foro competenti.*

Quatenùs pertinet ad merita negotii principalis, & an dicta inveſtitura feudalis ſuffragaretur actori in iſtis bonis, regula videbatur negativa, quoniam pre-
3 tium feudi non eſt feudale *Manente deciſ. 58. Surd. deciſ. 306. num. 3. Franch. dec. 64. num. 3. Galeot. lib. 2. controv. 63. num. 16. Fab. de Ann. conſ. 123. n. 8. Rota in Aprutina Caſtri Montorii 2. Maii 1644. Penting. Romana concurſus 15. Junii 1665. Emerix*; Et quamvis non implicet ex conventione, pretium, vel alia bona ex eo provenientia, jure ſubrogationis ſuccedere loco feudi, proindéque cadere ſub Inveſtitura, ac deberi iis, qui per ejuſdem Inveſtituræ legem vocati ſint, ut ſatis frequenter habetur *hoc tit. ad materiam Bullæ Baronum*, circa ſubrogationem aliorum bonorum Baronis in locum Caſtrorum, aliorúmque bonorum, fideicommiſſis, vel Inveſtituris ſubjectorum, quæ pro ejus debitis per Congregationem Baronum diſtrahuntur.

Attamen id eſt verificabile, quando feudum ad alienam lineam, ſive diverſam perſonam tranſitum faciat,
4 ita & taliter, quod in linea acquirentis, qui ſic ſucceſſoribus providere voluit, non remaneant, niſi bona ſubrogata, quæ ipſius feudi deficientis naturam in omnibus ſortiantur, ſecùs autem, ubi idem feudum remanet in eadem linea per Inveſtituram vocata, mutatis ſolùm perſonis, ſeu veriùs mutato ordine ſuccedendi inter eas, tunc enim implicat eamdem rem in ſolidum reſidere in duobus ſubjectis æqualibus æque totum conſtituentibus, ſeu dari eodem tempore ſubrogatum, & id, in cujus locum ſubrogatio facta eſt, quia eſſet dare eodem tempore exiſtentiam illius ſubjecti, ex cujus corruptione aliud coæquale eſt generatum, ſive dare in eadem Sede, ſeu Stallo, coadjutum & coadjutorem, teſtatorem, & hæredem, principalem, & ſubſtitutum,
5 cum ſimilibus; Et ſic ex Inveſtitura unius feudi dare duo feuda coæqualia, unum in ipſo corpore feudi, & alterum in ejus pretio, vel bonis ex dicto pretio obventis, quod non datur *Bald. in rubr. de feud. non haben. propriam naturam feudi in final. verbis Roſenthal. c. 9. concluſ. 39. litt. D. ubi concordantes.*

Clarius verò, quia id proveniebat ex ordinatione primi acquirentis titulo oneroſo, quem etiam in feudis facti, & providentiæ, receptum eſt poſſe diſpone-
6 re; ac ſucceſſoribus præjudicare, ex plenè congeſtis per *Merlin. deciſ. 699. & habetur hoc tit. ſatis frequenter*, præſertim *in Parmen. feudi*, ſaltem in integro valore, ſeu pretio, quod dicitur allodiale, & in hæreditate acquirentis, tam quoad æs alienum, quàm quoad participationem ſecundogeniturum, & quoad alios effectus; Potiſſimè quia, ut dictum eſt, hæc non fuit omnimoda alienatio, cum etiam ipſemet Carolus Amadeus, juxta ordinem primogenituræ vocatus eſſet, ſed fuit ſolùm quidam immutatus ordo ſuccedendi ſatis rationabilis, ita uniendo ejuſdem feudi, ſeu Caſtri omnes portiones in uno capite.

Magnum fundamentum conſtituebant ſcribentes
7 pro actore in eo, quod teſtator loco dictæ octavæ portionis feudi mandaſſet ſuccedere debere bona ex dicto pretio quærenda, & hoc movit Judicem primæ inſtantiæ, ſed erat leve fundamentum, quoniam teſtator, qui priùs cum hac portione hunc quarto, vel quintogenitum providere deſtinaverat, mutando conſilium in melius, proviſionem de re ad rem variavit, non autem dici poterat, quod voluerit facere etiam iſta bona feudalia, ſeu quod ſub feudali Inveſtitura venirent, dum ipſummet feudum remanebat in linea.

Eo etiam ſatis ponderato, quod hæc erat pretio relicta pro omni, & toto eo &c. & ſic ſuccedens loco legitimæ, quæ debet eſſe libera ab omni onere, & ſervitute, præceptum autem de inveſtiendo pretium, referendum erat ad prudens conſilium, dum agebatur de pupillo, & ſic directum potiùs videbatur ad tutores, injungendo iſtis id quod ipſa lex eis injungit. Et ex his cum juſtitiæ fundamento Signatura reſcripſit de appellatione, in cujus proſecutione, quatenus ſequatur, probabiliter credebam ſperandam eſſe dictæ ſententiæ infirmationem; & pro non comprehenſione iſtorum bonorum ſub inveſtitura feudali, quia dum adeſt ipſum feudum in eadem linea, dari non poteſt pretium, tanquam loco feudi ſubrogatum, quod ſub eadem inveſtitura cadat, ut ſupra.

† SUper principali quæſtione iſtius diſcurſus an
ſcilicet pretium feudi ſit feudale videri poterunt 8
ea, quæ habentur *tit. de emphyt. diſc. 58. & in ejus annot. & ſub tit. de credito diſc. 13. & 151.* ac etiam generaliter an & quando pretium ſuccedat loco rei vel res loco pretii habetur *eod. tit. de cred. diſc. 35.*

De articulo autem concernente competentiam fori,
& an defenſor neceſſarius, qui alicubi auctor laudatus 9
appellatur, declinet forum ex propria perſona vel privilegio ſeu aliàs illud communicet habetur in ſua materia *ſub tit. de juriſdict. diſc. 63. & ſub tit. de judic. diſc. 2. & 3 & 37.* Benè verum, quod in his materiis, quæ concernunt ordinem judicii vel competentiam fori non de facili regula certa & generalis ſtatui poteſt ob varios
ſtylos Principatuum & Tribunalium, quibus eſt defe- 10
rendum; Regulariter autem attenditur poſſeſſor & intereſſatus immediatus, non autem mediatus excepto fiſco etiam ad effectum citationis ex deductis *eod. tit. de judic. diſc. 9.* ubi de materia citationis.

CAMERINEN. CASTRORUM,

Pro COMMUNITATE FABRIANI,

Cum COMITIBUS DE GENGA.

Caſus diſputatus coram Camerario.

An in tranſactione orta inter duos contendentes de pertinentia feudi, requiratur aſſenſus Domini, & an inita ſine illo afficiat ſucceſſores, etiam jure proprio venientes; Et quid ubi feudum eſt merè hæreditarium; Et quando dicatur tale.

Et de aſſenſu, ſeu Beneplacito præſumpto ex lapſu temporis, ſive ex aliis præſumptionibus, & adminiculis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Quando venditio feudi, vel Caſtri non importet totum dominium, ſed ſolùm quandam ſuperioritatem.*
3 *De Juribus feudalibus concedentibus facultatem tranſigendi, & num. 10.*
4 *Quod his non obſtantibus non liceat tranſigere per Cap. Imperialem, &c.*
5 *Quod poſſeſſor primogenituræ, ſeu majoratus non poteſt tranſigere.*
6 *In Statu Eccleſiaſtico non intrat quæſtio ſuper poteſtate tranſigendi ob Conſtitutiones Apoſtolicas prohibentes omnem contractum.*
7 *In Regnis utriuſque Siciliæ certum eſt, neque tranſigi, neque compromitti poſſe ſuper feudis.*
8 *An & quando in fideicommiſſis, & ſimilibus tranſ-*

actio liget ſucceſſorem jure ſuo independenter venientem.

9 *Ad effectum præjudicii Domini ſatis attenditur defectus poteſtatis tranſigendi, & quando.*

10 *De eodem de quo num.3.*

11 *Ubi non habetur lex clara feudalis, procedendum eſt cum regulis generalibus Juris communis.*

12 *Ubi tranſactio inita eſt bona fide, ligat feudi ſucceſſores etiam jure proprio.*

13 *Valet concordia, ubi poſſeſſio dimittitur poſſeſſori, & feudatarius non privatur feudo.*

14 *Quæſtio poteſtatis tranſigendi procedit in feudo ex pacto, ſecus autem in hæreditario.*

15 *Feudum quando dicatur hæreditarium ex verbis.*

16 *In idem conſideranda qualitas rei conceſſæ, ejuſque antiqua natura.*

17 *Conſideratur, ubi tranſactio eſt à primo acquirente.*

18 *De ratione, ob quam in Regnis utriuſque Siciliæ qualitas hæreditaria non obſtat pro revocatione alienationis.*

19 *Valida eſt tranſactio accedente aſſenſu.*

20 *De aſſenſu præſumpto ex lapſu temporis.*

21 *Tranſactio diu obſervata fortius valet, & obligat.*

22 *Effectuatio in parte ſufficit.*

† 23 *Status cauſæ.*

24 *Pro beneplacito præſumpto non ſufficit tempus ſive obſervantia.*

25 *Declaratur quando obſervantia debeat eſſe in totum vel ſufficiat in parte.*

26 *De alia declaratione circa obſervantiam conjungendam cum lapſu temporis aliiſque adminiculis pro hac præſumptione.*

27 *Quomodo leges prohibentes alienationes feudorum debeant intelligi.*

28 *De Conſtitutione Federici Imperatoris in l. Imperialem non attendenda in ſtatu Eccleſiaſtico.*

29 *De eadem ob Conſtitutiones Apoſtolicas prohibitiva.*

30 *De materia ſeu qualitate feudorum Status Eccleſiaſtici, quod in pleriſque differant ab aliis feudis.*

31 *Quando tranſactio afficiat ſucceſſores.*

DISCURSUS XLIV.

1 DE anno 1216. Simeon Ugoccionus, incertum eſt quo titulo, Dominus, & poſſeſſor Caſtrorum Genghæ, & Galli, cum aliquibus villis annexis, pro pretio librarum Ravennaten. 150. illa vendidit Communitati Fabriani, quæ promiſit Caſtra, & Villas eorúmque homines defendere, ac etiam in bono ſtatu, & in eo loco, in quo erant, conſervare, quam venditionis ſpeciem, ità illorum temporum conditione exigente, conjicitur fuiſſe, non de Caſtrorum dominio, & redditibus, ac omnimoda Juriſdictione, ſed de quadam majori juriſdictione, & ſuperioritate, ad effectum defenſionis, & protectionis, eo modo, quo modernis temporibus uſus eſt inferiorum Dominorum, ſe dandi majorum, & potentiorum Principum protectioni, introducendo in Caſtra eorum milites
a præſidiarios, juxta ea, quæ habentur deducta *in Maſſaren. Caſtrorum hoc tit.* ubi de conſilio 121. *Oldradi*, cum concordan. ex quibus patet, circa ea tempora id eſſe in uſu, recipiendo ab alio proprium Caſtrum in feudum, ut in præſenti ſub hoc diverſo venditionis titulo ſequutum fuit, dum tam ipſe Simeon, quàm ſucceſſores in eorundem Caſtrorum, & annexorum poſſeſſione continuarunt, cum dicta tamen ſubjectione erga iſtam Communitatem; Id autem tractu temporis ægre ferens Octavius ex dictis Comitibus Genghæ, familiaris Clementis VII. de anno 1534. ad aliquos menſes ante dicti Pontificis obitum, obtinuit declarari Caſtrum Genghæ & Novem Villas, ab antiquiſſimo tempore per hujuſmodi Comites de Gengâ nuncupatos poſſeſſa, ad ipſos pertinere, & quatenus opus, denuò, tunc, & ex integro illa, eiſdem pro ſeipſis, eorumque hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque conceſſit in feudum francum & honorificum, ſub obligatione ſolvendi Sedi & Cameræ Apoſtolicæ ſingulis annis in Feſto S. Petri Florenos 15. cujus conceſſionis vigore dicti Comites, de facto ſpoliarunt Communitatem quacumque poſſeſſione, quam tunc habebat, expellendo ejus officiales, & miniſtros, undè propterea Communitas de anno 1535. à Paulo III. immediato ſucceſſore obtinuit litteras delegationis Marchiæ Gubernatori directis ſuper ejus reintegratione, ſuper qua ſer.ſer.ſententiam favorabilem reportavit, ſed pluribus exortis controverſiis, & difficultatibus ſuper dictæ ſententiæ executione ac modo practicandi, deventum eſt inter Partes ad Compromiſſum in perſonam Petri Aloiſii Farneſii, tunc Caſtri, poſtmodum etiam Parmæ, & Placentiæ Ducis, qui de an. 1544. laudum protulit utrique parti reſpectivè favorabile, concedendo ſolùm Communitati, in quatuor ex quinque Villis Juriſdictionem in omnibus cauſis criminalibus, in ipſo autem Caſtro Genghæ & aliis quinque villis, cumulativam Juriſdictionem cum ipſis Comitibus in cauſis capitalibus tantùm, ita tamen, quod in caſu præventionis per ipſos Comites faciendæ, procedere non poſſent ad executionem abſque ejuſdem Communitatis auctoritate, & cum aliis eorumdem Comitum obligationibus erga Communitatem, præſertim de deputando Poteſtatem ab ipſa nominandum, & accedendi ad quaſdam Proceſſiones & ſolemnitates cum cereo, & cum ſubjectione ipſi Communitati circa repartimentum onerum Cameralium, aliiſque conventionibus.

Verùm ſuper hujuſmodi etiam laudo novis exortis controverſiis, commiſſoque per Cardinalem Alexandrum Farneſium ejuſdem Pauli III. nepotem, & Status Eccleſiaſtici ſuperintendentem negotio, componendo magis, quàm decidendo Marchiæ V. legato, iſtius opera & auctoritate, deventum eſt ad concordiam, per quam dictum laudum cum aliquorum Capitulorum reformatione acceptatum fuit, quæ concordia, ab indè citra uſque ad præſens, in aliquibus effectum ſortita eſt, in cognitione ſcilicet cauſarum criminalium, capitalium, & damnatorum datorum reſpectivè, juxta illarum diſtinctionem, nec non in repartitione onerum Cameralium, in quamdam verò deſuetudinem abiit quoad acceſſum ad Proceſſiones, & ſolemnitates cum cereo, & quoad nominationem Poteſtatis, & alia;

Cum autem moderni Comites, etiam iſta ægre ferentes, prætenderent omnimodam libertatem, ac independentiam à dicta Communitate, nullatenuſque teneri ad præfatæ concordiæ obſervantiam, hinc proindè obtinuerunt à Camerario inhibitionem ſuper executione, & obſervantia dictarum Litterarum Clementis VII. continentium, nedùm confirmationem antiqui dominii, & poſſeſſionis, ſed etiam novam conceſſionem in feudum independenter à quocumque alio, præterquam à Sede Apoſtolica; Cumque ex parte Communitatis pro dictæ inhibitionis moderatione exhibita eſſet dicta concordia, & petita manutentio in quaſi poſſeſſione, in qua reperitur, nec non per viam reconventionis, petita etiam eſſet dictæ concordiæ executio, replicantibus Comitibus de concordiæ nullitate ex defectu aſſenſus Papæ Domini directi juxta *l. Imperialem de prohib. feudi alienat. per Feder.* hinc proindè aſſumpta fuit diſputatio ſuper hoc puncto, an ſcilicet dictus aſſenſus eſſet neceſſarius, vel ne, & quatenùs requireretur, an illud præſumeretur ſtante lapſu tam diuturni temporis, ac etiam ſtantibus aliis adminiculis.

Scribentes igitur pro Comitibus, deducentes auctoritates plenè collectas per *Roſenthal. cap.9. membr.1. concluſ.*

Digitized by Google

concluſ.21. Gratian. diſcept.476. num. ſeq. & Valeron.
3 *de tranſact. tit.4. quæſt. 2. per totum, præſertim num.6.* probare conabantur, quod quicquid aliqui in contrarium dixerint, circa tranſigenda poteſtatem reſultantem *ex cap. ſi Vaſſallus de benef. ſuo, tit. ſi de feudo fuerit contentio, & in cap.1. de controv. inter Vaſſallum, & alium de benef.* nihilominùs magis communis, & recepta opinio eſt, ſuper feudis abſque aſſenſu tranſigi non poſſe, ob ſuperventam ſtrictiorem alienandi
4 prohibitionem contentam *in cap. Imperialem de prob. feudi alienat. per Feder.* per quam, ob nimiam amplitudinem verborum, correctum videtur dictum antiquius Jus feudale, allegando in idem *Iſern. in cap. ſi Vaſſallus de feudis ſub tit. de feudo fuerit controverſia, num 9. Afflict. ibidem num.14. & dec.232. num.7. & 8. latè Bammacar. in dicto cap. ſi Vaſſallus prima quæſt. ex num.14. & 3. quæſt. ex n.63.* cumulando etiam in idem
5 ea, quæ circa defectum poteſtatis tranſigendi in poſſeſſore primogenii ſeu majoratus, plenè ſubſtinent *Molina de primogenitura lib.4.cap.9. ubi adden. Caſtill.8. tom. controv.cap.36.§ 2.ex n.69.ad 77.& Valleron.d.tit.4.q.1. ex n.6. cum ſeq.*

His tamen non obſtantibus, cum ſenſu veritatis, dicebam ſcribens pro Communitate, quod ubi etiam non ſubſiſterent ea, quæ infrà habentur de Beneplacito præſumpto, ex quibus ceſſabat neceſſitas aſſumendi hujuſmodi quæſtionem, adhuc tamen omninò verius eſſet, per dictos Comites abſque aſſenſu tranſigi potuiſſe, dum tunc non obſtabant illæ prohibitiones, quas hodie habemus in quocumque contractu faciendo ſuper bonis Juriſdictionalibus, ſive ſint feudalia, ſi-
6 ve allodialia reſultantes ex Conſtitutionibus *Clementis VIII.* aliorumque ſucceſſorum ſummorum Pontificum, extendentibus ad omnes, & quoſcumque contractus, originariam prohibitionem contentam in Conſtitutione 3. *Sixti V.* reſtrictam ad ſolos tres caſus alienationis, nempè venditionis, donationis & permutationis, unde propterea in Statu Eccleſiaſtico poſt hujuſmodi Conſtitutiones, iſta quæſtio inanis remanet.

Sed quia præſens concordia, utpotè longè anterior ſub *Paulo III.* ſub hujuſmodi prohibitionibus non cadebat, idcircò examinando articulum in ſolo puncto Juris feudalis, advertebam in primis cavendum eſſe ab omnibus auctoritatibus Doctorum utriuſque Regni Siciliæ, citra, & ultra pharum, quales ſunt præ-
7 ſertim *Iſernia, Afflict. Bammacar.* & cæteri jam noti, cum in illis Regnis abſoluta ſit dicta opinio negativa, nulla facta diſtinctione, an agatur de præjudicio Domini, vel ſucceſſorum, ſive an feudum ſit ex pacto, vel qualitatem etiam hæreditariam habeat, quia per Conſtitutionem *Conſtitutionem divæ memoriæ*, ad dirimendam quæſtionem, fortè tunc militantem in tranſactione, & compromiſſo, litteraliter & expreſsè utrumque prohibetur, cum facultate eidem contrahenti, vel hæredi revocandi actum, ut advertit præſertim *Iſernia in dicto cap. ſi Vaſſallus num.9.*

Prout extraneas diceban à caſu duas auctoritates *Molina, Caſtill. Valeron.* & aliorum per eoſdem collectas, quoniam quicquid ſit de illis primogeniis, & majoratibus ex eorum peculiari natura, ſive quod in ea regione, illiſque Tribunalibus hæc opinio uſu recepta ſit, attamen generaliter in puncto Juris, tam in fideicommiſſis, primogenituris, & Majoratibus, quàm etiam in bonis emphyteuticis, quinimò & in Beneficiis Eccleſiaſticis, circumſcripta prohibitione reſul-
8 tante *ab extravaganti ambitioſæ de reb. Eccl. non alienan.* cum ſimilibus, in noſtra Italia & alibi, præſertim verò in Rota, & Curia Romana, in qua erat præſens diſputatio, hodie receptiſſima, & fortè amplius non controverſa eſt diſtinctio, inter bonam & malam fidem, ut ſcilicet invalida ſit, ſaltem reſpectu ſucceſſorum independenter, ac jure ſuo venientium, tranſactio non bona fide inita, utpotè importans magis voluntariam alienationem, ita colluſive ſub hoc palliatio tranſactionis nomine cohoneſtatam, & in his terminis procedit opinio tenentium, tranſactionem venire ſub prohibita alienatione, eamque non afficere, ut firmatur *in Bonon. de Blanchis coram Rojas deciſ.287. & 343. in Romana fideicommiſſi de Maximis coram Cerro deciſ.272. part.10. rec. num.21.* & in aliis modernioribus.

Secus autem quoties bona fide inita eſt, quia tunc afficit etiam ſucceſſores, independenter, & jure proprio venientes, ut ex auctoritatibus ad ſatietatem collectis etiam per *per Caſtill. & Valeron. ubi ſuprà*, ſæpiſſimè firmavit Rota, præſertim *in Romana ſucceſſionis de Comitibus coram Ghislerio deciſ.144. & 48. poſt Cenſal. ad Peregr.* & ſucceſſivè in aliis nimium frequenter, ut habetur pluries actum *ſub tit. de fideicommiſſis*, ſub altero *de emphyteuſi*, & ſub altero *de donationibus*, unde propterea, ut dictis locis advertitur, hodie iſta quæſtio non eſt amplius Juris, ſed facti, & applicationis, an ſcilicet in una vel altera prædictæ diſtinctionis parte verſaremur, & ſic an conſtaret de bona vel mala fide, quod pendet à probabili dubietate eventus litis, ideóque certa, & determinata regula deſuper tradi non poteſt, ſed in ſingulis caſibus deciſio pendet ab eorum particularibus circumſtantiis circa dictam probabilitatem prudentis Judicis arbitrio penſandis, cum ſola præſumptione generali, bonæ potius, quàm malæ fidei aſſiſtente, nulla ratione habita de iis, quæ prædicti, & in aliis Hiſpani tenent in illis majoratibus, & primogeniis, quia ab eis arguere non licet ob illas peculiares leges vel conſuetudines, ut in propoſito quæſtionis, an primogenituræ ſtare poſſint in ſuſpenſo, habetur plenè actum *in Bonon. primogenituræ de Luparis ſub tit. de fideic.*

Hinc proindè inferebam, quod dum jure ſpeciali feudorum contrarium expreſsè cautum non eſt, ex identitate rationis, idem omninò in eis verius dicendum venit, ubi præſertim non agitur de gravi præju-
dicio Domini directi, quia nempè feudum per tranſ- 9
actionem tranſeat in alienum Vaſſallum *ex deduct. per Ciriac. contr. C. num.26.* unde de alieno dominio, ſeu ditione fiat, ad quem effectum propriè, juxta temporum, & regionum qualitatem, noſtri antiqui Itali, & moderni Germani feudiſtæ de hoc principaliter dubitant, ſive quod per tranſactionem res feudalis efficiatur allodialis, & omninò libera, excluſo domini directi dominio, ad quem etiam effectum aliqui dubitant, ut præſertim apud *Roſenthal. dicto cap.6. concluſ.21.* Et meritò, quia Vaſſalli ſeu feudatarii Jus reſtrictum eſt ad ſolum dominium utile, atque de iſto ad eum agere pertinet litigando, vel tranſigendo, non autem de dominio directo, ſuper quo dici non poteſt legitimus adminiſtrator, ex quo titulo negotium omnium ſucceſſorum nomine gerere potuerit.

Ideóque cum in hac facti ſpecie nullum reſultaret Domini præjudicium, quoniam tam dicti Comites, quàm Communitas ſunt æque ſubditi Sedis Apoſtolicæ, quinimò huic magis expedit iſtorum Caſtrorum Juriſdictionem ad formam concordiæ eſſe penes dictæ Communitatis Gubernatorem, ab ipſa Sede immediatè deputari ſolitum, quam penes dictos Feudatarios, quia licet dicatur officialis dicti oppidi, attamen eſt immediatus officialis, & miniſter Papæ, cujus conditio ità melior efficitur, idcircò ceſſabat ea major dubitatio, quæ in hac materia cadit reſpectu præjudicii Domini, & de quo caſu propriè, & principaliter agit *Iſernia in dicto cap. ſi Vaſſallus de feudo ſub tit. ſi de feudo fuerit controverſia, num.9.* ad quem locum relativè ſe habet *in cap.1. de leg. Corradi num.7. in fine, & in Commentar. ad d. Conſtit. Regni Conſtitutionem Divæ memoriæ.*

Quatenus igitur ſecluſo Domini præjudicio, ut ſupra pertinet ad præciſum caſus ſucceſſoris feudi, quamvis *Iſernia in dicto c. Vaſſallus* excitata quæſtione, certum dicat, tranſactionem non nocere agnatis, nihilominus iſte, etſi aliàs maximus feudiſta, inconſideratè in præſenti loqui videtur, excuſabiliter tamen, dum in eo

Regno, in quo verſabatur, iſta quæſtio inanis eſt, ut-
potè deciſa per legem municipalem, ut ſuprà, dum aſ-
ſignat rationem meo judicio inſulſam, quod ſcilicet
ideò non præjudicet, *quia* (ſunt verba præciſa) *non*
10 *cavetur de ea quod eis noceat*. Tum quia *in d. cap. ſi Vaſ-
ſallus de beneficio ſuo ſub tit. ſi de feudo defuncti, &c. &
in cap. 1. de controv. inter Vaſſallum & alium de benef.
&c.* expreſsè cavetur tranſactionem ſuper feudo fieri
poſſe, neque nova lex *in cap. Imperialem de prohib. feu-
di alienat. per Feder.* id expreſsè determinat, prout facit
altera lex ejuſdem Federici in dicta Conſtitutione *Con-
ſtitutionem divæ memoria* unde potiùs reſultat argumen-
tum diſcretivæ, quod ubi voluit, dixit, &c. Tum etiam
11 quia, ut habetur *in Mutinen. & in aliis hoc eod. tit.* quo-
ties non habemus expreſſam legem feudalem in contra-
rium non diſponentem, prohibitum non eſt, quinimò
debemus recurrere ad Jus commune, ejuſque regulas
generales, ut generaliter habemus in quocumque alio
jure municipali ſeu ſtatutario, ideóque quicquid, plu-
res caſus diſtinguendo, elaboratè quidem, ſed non mul-
tum clarè, tam ſuper quæſtione tranſactionis, quàm
ſuper altera Compromiſſi, pariformiter tractari ſolita,
12 latè deducat *Bammacar. in dicto cap. ſi Vaſſallus de Benef.
ſuo, quæſt. 1. ex num* 14. ubi de compromiſſo, *& quæſt. 3.
ex num. 63.* ubi de tranſactione, procedendo tamen cum
clarius, ac magis elaboratè deductis per *Ciriac. con-
trov. 3. num* 3. ubi plures caſus diſtinguit, omninò ve-
rius videtur ex firmatis per eum *num. 21.* recipiendam
eſſe dictam diſtinctionem bonæ vel malæ fidei, quod-
que ubi cum bona fide inita eſt, omninò verius ſit ſuc-
ceſſorem obligatum remanere, tum quia ut ſupra ita
expreſſe cautum eſt per leges feudales, quibus non ad-
verſatur *l. Imperialem*, quia non deſcendit ad hanc ſpe-
ciem, tum quia aſſiſtit diſpoſitio juris communis, ac
etiam quia ita clarè ſuadet ratio, quoniam eſſet aliàs
eiſdem ſucceſſoribus notabiliter præjudicare, adimendo
poſſeſſori pro tempore occaſionem amplectendi hoc
tranſactionis beneficium, per quod ita obtinendo par-
tem, ſe ſuoſque ſucceſſores liberet à periculo amitten-
di totum, ideóque dum ita diſponunt leges communes
ita intellectæ, ac leges particulares feudorum, & ſua-
dent rationes, non videtur cur de iſta concluſione
cum dicta diſtinctione bonæ vel malæ fidei dubitare
debeamus.

Potiſſimè verò, quia ita ipſum feudum remanebat
penes ipſos tranſigentes, quo caſu, ut ex deductis per
eoſdem *Bammacar. & Roſenthal.* concors videtur opinio
13 pro validitate, illaque Juriſdictionis, & ſuperioritatis
participatio, quæ Communitati data fuit, non conti-
nebat quid novum, dum jam majus Jus per ipſam poſ-
ſidebatur, ſaltem civiliter, & animo, non obſtante
turbatione de facto, unde propterea intrat altera con-
cluſio, de qua *Ciriac. dicta controv. 3. num* 24. ubi concor-
dantes, quando ſcilicet dimiſſio fit poſſeſſori, quia Com-
munitas prius plus poſſidebat, quàm per concordiam
obtinuerit.

Cæterùm, tranſgrediendo Curiæ ſtylum ſuperflua,
& evagatoria damnantem, dicebantur hæc ad ſuper-
abundantiam, & præter cauſæ neceſſitatem pro diſ-
curſu materiæ, & ut elucidarentur auctoritates, quæ
in contrarium deducebantur, revera tamen non verſa-
bamur in caſu quæſtionis procedentis in feudo pacti, &
providentiæ antiquo, in quo ſucceſſor veniat jure ſuo,
14 omninò independenter à tranſigente, ſecùs autem ubi
agitur de feudo merè hæreditario, quoniam quicquid
ſit quoad Dominum, attamen reſpectu ſucceſſorum,
illud in nihilo differre videtur à bonis allodialibus, ita
ut intret regula textus *in l. cum à matre, Cod. de rei ven-
dic.* tum quia ſucceſſor, qui habere debet qualitatem
hæreditariam, impugnare non poteſt factum ſui au-
ctoris, tum etiam quia in ipſamet Inveſtiturâ in hu-
juſmodi forma concepta, dicitur generaliter præſtitus
aſſenſus ex plenè deductis *per Roſenthal. cap 9. membr. 1.
concluſ.* 40. & in ſpecie tranſactionis ſupponunt tan-
quam abſolutum iidem Doctores negantes in Feuda-
tario tranſigendi facultatem, dum excipiunt hæredi-
tarium ex collectis *per Ciriac. dicta controv. 3. num. 9.
in fine*, ac etiam *num. 55.* ubi de hærede non im-
pugnante.

Quod autem dicta nova conceſſio eſſet in forma 15
feudi merè hæreditarii, videbatur planum, dum con-
cepta erat *pro ſeipſis, eorumque ſucceſſoribus, & hæredi-
bus quibuſcumque*, ex quibus abſolutè reſultat hujuſ-
modi qualitas, quæ in aliquorum ſenſu reſoltare di-
citur, ubi cantaret *pro hæredibus* ſimpliciter, clariùs
ubi huic verbo adjectum eſt alterum, *ſucceſſoribus* cla-
riſſimè verò, ac extra difficultatem, ubi adjicitur ver-
bum generale, *quibuſcumque*, ut poſt antiquiores ab
eis collectos plenè *Intrigliol. de feudis, quæſt. 50. à n. 114.
ad 149. Clar. §. feudum, q. 9. Theodor. alleg. 50. num. 43.
& ſeq. Fab. de Ann. conſ. 53. num. 15. Rovit. ſuper pra-
gmat. in rubr. de feudis, num. 20. Larata theatr. feudal.
part. 7. dilucid.* 24. & habetur ad nimiam ſatietatem
actum *in Sarſinaten. feudi coram Dunozetto impreſſ. poſt
Contr. dec. 18. & 19. confirmat. coram Ottob. inter ſuas
deciſ.* 265. in quibus diſputatio erat, ubi præcedit ver-
bum conveniens ſolùm, juxta feudorum regularem na-
turam, ſucceſſoribus ſanguinis, quia nempè dicatur
pro *filiis, ſeu liberis, & deſcendentibus*, quibus adjician-
tur dicta verba, vel eorum aliqua, an ſcilicet hæc ſta-
rent qualificativè vel ampliativè, de quo etiam plenè
agit *Capic. Latr. conſult. 75.* ſcribens in eadem cauſa
Sarſinaten. impugnando deciſiones præcedenter editas
coram *Coccino* ibidem regiſtratas, ſed ubi tale verbum
non præcedit, atque ſimpliciter dicitur pro hæredi-
bus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, tunc videtur ca-
ſus indubitatus.

Potiſſimè verò, ita etiam ſuadente ſubjecta materia,
ſeu rei conceſſæ natura, quoniam non agebatur de 16
Caſtris, quæ ſolita eſſent concedi in feudum rectum, &
proprium pro ſolis ſucceſſoribus ſanguinis, per quo-
rum deficientiam devoluta eſſent, quo caſu aliqua dif-
ficultas intraret, ob regulam, ut ſubſequentes Inve-
ſtituræ à præcedentibus regulari debeant, neque præ-
ſumenda ſit immutatio naturæ feudi, ex iis quæ haben-
tur in proximè allegatis deciſionibus hinc indè editis
in dicta Sarſinaten. ſed ab antiquo poſſideri conſueve-
runt, juxta illorum temporum, & locorum conditio-
nem, abſque aliqua Inveſtitura in allodium eo modo,
quo habetur *in Civitatis Caſtelli Contributionis, in Ari-
minen. evictionis Caſtrorum, & in aliis hoc eod. tit.* dicta-
que conceſſio principaliter prodiit pro confirmatione
antiquorum Jurium, acceſſoriè autem, & pro potiori
cautela continet novam infeudationem ita proindè re-
gulandam ad limites, & naturam Status antiqui, undè
ceſſabat in radice occaſio diſputandi dictam quæſtio-
nem, cadentem cum ſucceſſore veniente independenter
& ex jure proprio.

Accedente etiam ea ſatis notabili circumſtantia,
quod hujuſmodi contractus initus non fuit per ali- 17
quem ſucceſſorem feudi antiqui, de quo dici poſſet,
quod aliud Jus non haberet, niſi illud durationis ejus
vitæ, ſed initus fuit per primos acquirentes, ſeu
verius primos ita ſucceſſorum meliorem conditionem
facientes, hujuſmodi Caſtra liberando ab ea majori
ſubjectione, & ſervitute, quam in vim dictæ aliena-
tionis factæ per Simeonem eorum auctorem patieban-
tur erga iſtam Communitatem, unde conferunt ea,
quæ *in Parmen. & aliis hoc tit.* habentur de primo ac-
quirente.

Et quamvis ſcribentes in contrarium conarentur
cum plurium Regnicolarum auctoritatibus probare 18
hæreditariam qualitatem non impedire allegationem
hujuſmodi nullitatis, ab ipſomet principali contra-
hente quoque allegabilis, nihilominus facilis erat reſ-
ponſio, quia id non procedit de jure communi, ſed in
vim particularis Conſtitutionis *Conſtitutionem divæ me-
moria*, per quam ita expreſsè diſponitur, ac etiam quia
illa

Digitized by Google

illa feuda neque dici poſſunt merè hæreditaria, ſed
mixta, principaliter in forma pacti, & providentiæ,
utpote concepta pro hæredibus ex corpore, in eo ſo-
lùm differentia à feudis mixtis de jure communi, quod
in iſtis ſufficit eſſe hæres primi acquirentis, non autem
ultimi morientis, & ſi etiam juxta unam opinionem
iſtius, attamen quoad feudum antiquum ſuffragatur
beneficium inventarii, & ſeparationis bonorum, in
illis verò ſecus, quia ſucceſſor debet eſſe etiam hæres
ultimi, ut ſatis frequenter habetur actum in aliis *hoc
eod. tit.*

Omniſque in propoſito difficultas ceſſabat, quo-
19 niam dicta quæſtio ſucceſſorum obligatoria percutit
caſum, in quo illa ſequeretur abſque aſſenſu, ſecus
autem iſto accedente, ex collectis *per Ciriac. dicta con-
trov. 3. num. 23. ubi allegat. Bammacar. loco de quo ſu-
pra*, qui aſſenſus in præſenti ſatis concurrere videba-
tur ex præſumptione reſultante à lapſu antiquiſſimi
temporis annorum 100. & ultra, qui eſt ſenſus præ-
ſumptus tanti temporis etiam hodie, non obſtante
20 Conſtitutione 141. Urbani octavi, in bonis Eccleſiæ
adhuc per eamdem remanet præſervatus, *ut in Romana
prætenſæ devolutionis palatii 18. Junii 1657. & 7. Junii
1658. A bergato*, & alias ſæpiſſimè, multo magis in
actibus dictam Conſtitutionem præcedentibus, quan-
do in puris terminis Juris communis ex ſolo lapſu 30.
annorum, juncto cum obſervantia, ejus præſumptio
reſultabat, ut frequenter ſub tit. de alienationibus, &
contractibus ad materiam alienationis bonorum Ec-
cleſiæ.

Et in ſpecialibus terminis tranſactionis initæ ſuper
21 feudo, jamdiu obſervatæ, quod omninò valida cen-
ſenda ſit, & obſervanda, plenè colligit *Ciriac. dicta
controv. 3. num. 40.*

Difficultatem ſolùm in iſta cauſa faciebat defectus
obſervantiæ reſpectu nonnullorum, ex iis quæ in di-
cta concordia continentur, cum ad effectum inducen-
di aſſenſus ſeu Beneplaciti præſumptionem, non ſuf-
22 ficiat ſolus lapſus temporis, niſi copulativè concurrat
obſervantia, ut apud *Ottbob. dec. 220.* & paſſim; Ve-
rùm dicebam hujuſmodi difficultatem ceſſare ſtante
obſervantia, & effectuationem aliquarum conventio-
num, præſertim circa cognitionem cauſarum capita-
lium, & damnorum datorum reſpectivè, ac repartitio-
nem onerum, ex regula, quod effectuatio in parte ſuf-
ficit ad probandam effectuationem in totum *Gualer.
dec. 208. num. 6. 449. num. 7. & 500. num. finali cum aliis
per Adden. ad Gregor. deciſ. 557. num. 7. cum ſeq. & ha-
betur ſub tit. de Beneficiis ad materiam regulæ revocatoriæ
unionum*, & alibi, & conferunt quæ habentur *in Tole-
tana juriſdictionis ſub tit. de Juriſdictione*, de cauſa uni-
verſali conſervanda per aliquos actus particulares;
Accedentibus potiſſimùm aliis præſumptionibus, &
adminiculis coadjuvantibus præſumptionem reſultan-
tem ex lapſu temporis, dum concordia prædicta ini-
ta fuit de mandato, & commiſſione Cardinalis Farne-
ſii, qui erat Papæ nepos, & ſuperintendens Status Ec-
cleſiaſtici, unde ſatis probabile eſt, tum id geſtum eſſe,
ſciente, & approbante eodem Pontifice, ſtante præ-
ſertim præcedenti ſententia arbitramentali præfati Du-
cis Petri Aloiſii Farneſii, ideóque dicebam dubitari
non poſſe de tranſactionis validitate, ſolúmque quoad
actus non obſervatos prætendi poterat adversùs eam-
dem tranſactionem præſcriptio, juxta terminos tex-
tus *in Cap. auditis, & C. cum olim de præſcriptionibus
cum concord.* in materia præſcriptionis actuum particu-
larium per Prælatum inferiorem adversùs Epiſcopum
ſeu alterum Superiorem, de quibus *in dicta Toletana
Juriſdictionis ſub tit. de Juriſdictione*, quod tamen di-
verſam habebat inſpectionem, cum pro nunc petitio
Communitatis, me conſulente, reſtringetur ad obſer-
vantiam tranſactionis quoad illos actus, de quorum
poſſeſſione, & obſervantia docebatur, ad cujus reſtri-
ctionis normam, ob contrariam in aliis obſervantiam
credo, quod ſententia eſſet, abſque eo quod excepta
difficultate à non uſu, alia haberetur ſuper tranſactio-
nis validitate.

† NOn acquieſcentes Comites de Genga ſenten- 23
tiæ Camerarii ſuper validitate & obſervantia
tranſactionis in iis partibus, in quibus de obſervantia
& effectuatione docebatur interpoſitam appellationem
proſequuti fuerunt in Camera coram Bichio atque pro-
poſita cauſa de menſe Junii 1673. ſuper dubio, an
præfata ſententia eſſet confirmanda, vel infirmanda,
pro confirmatione prodiit reſolutio ex eiſdem funda-
mentis, de quibus in diſcurſu, dum ſcribentes pro
appellantibus eadem deducebant motiva, ideóque eæ-
dem dabantur reſponſiones; conceſſaque nova au-
dientia & repropoſita cauſa pluries ob votorum ſciſſu-
ram nulla capta fuit reſolutio, quæ demum ſub *die 4.
Maii 1676.* una factione præponderante fuit pro re-
ceſſu à reſolutis incertum eſt ex quibus motivis atque
in hoc ſtatu cauſa reperitur.

Cumque potiſſimè inſiſteretur in invaliditate tranſ-
actionis ob defectum beneplaciti Apoſtolici, è con- 24
verſo autem ex hac parte allegaretur beneplacitum
præſumptum deductum ex lapſu longiſſimi adeóque
diuturni temporis; Replicabatur de defectu obſervan-
tiæ ſine qua ſolus lapſus temporis, quantumvis ma-
gnus nullius eſt momenti, ut advertitur *diſc. 143. de
dote & diſc. 1. de alien. & contr. & alibi pluries* dum do-
cebatur quidem de obſervantia & effectuatione in ali-
quibus partibus in eadem concordia contentis ſed in
pluribus ea deficiebat.

Verùm id nullius momenti videbatur quoniam ut
dicebam ſcribendo in Camera, quando obſervantia 25
allegatur tanquam præſcriptiva, ex quo nova juris ac-
quiſitio deſumatur, adeout ejus vigore prætendatur
allegari poſſe quemcumque titulum meliorem privati-
vè ad eum, qui habeat juris aſſiſtentiam ut (ex. gr.)
contigit in quæſtionibus juriſdictionalibus inter Or-
dinarios locorum & Prælatos inferiores, de quibus *tit.
de juriſd. diſc. 1. & ſeqq. cum ſimilibus*, quia eadem ra-
tio congruat; Et tunc rectè procedit aſſumptum, ut
obſervantia debeat eſſe uniformis ac generalis, adeout
aliqui actus contrarii, etiam modici illam interrum-
pant ut *d. diſc. 2. de juriſd. & diſc. 21. de judic.* ubi do
hac materia obſervantiæ & alibi ſecus autem ubi ad-
ducitur titulus contra quem objiciatur de defectu aſ-
ſenſus Papæ vel alterius Principis, qui deducatur præ-
ſumptus ex lapſu temporis juncto cum obſervantia,
quoniam ſi de iſta appareat in parte, cadere poteſt diffi-
cultas circa illas res de quarum obſervantia non do-
ceatur, ſed in illis in quibus ea accedit, tunc eadem
præſumptio intrat, nullaque probabilis dubitandi ra-
tio ſubeſſe videtur, quoniam ſtant benè ſimul ut fre-
quens & quotidiana praxis docet, quod pluribus in
conventionem deductis inter partes, Papa vel Princeps
ſeu alter ad quem pertinet aſſenſum præſtare, atque
conventionem revalidare aliqua approbet & alia reji-
ciat; Ac propterea intrat utraque præſumptio affirma-
tiva & negativa reſpectivè quod ſcilicet præſtiterit aſ-
ſenſum in iis, quæ obſervata fuerunt negaverit autem
in iis, quæ non habuerunt obſervantiam quoties non
agatur de actibus ita individuis & connexis, ut vitium
in parte, vitiet totum, ſed agatur de rebus dividuis
ut in præſenti.

Clariùs verò, quoniam iſta inſpectio circa obſer- 26
vantiam exactè deſiderandam cum requiſitis, de qui-
bus *d. diſc. 1. de alien. & contract. prohib. & diſc. 142. de
dote* percutit caſum, in quo præſumptio beneplaciti
vel alterius ſolemnitas, unicè deducatur ex lapſu tem-
poris juncto cum obſervantia, ſed ubi quamplures aliæ
accedunt præſumptiones & adminicula ad conſtituen-
dam probationem adminiculativam, de qua *diſc. 33.
de judic.* tunc nil prohibere videtur, ut iſta ſpecies præ-
ſumptionis, quamvis non omninò perfecta, adeout
ſola, & de per ſe non ſufficiat perfectionem ſeu fo-

mentum recipiat ab aliis præſumptionibus & adminiculis, ſive quod ipſa præſtet unum ex adminiculis cum aliis conjungendum, cùm revera iſta tanquam quæſtio probationis videatur potiùs facti quàm juris non habens unifonnem regulam generalem, ſed regulanda ſit ex ſingulorum caſuum circunſtantiis; Ideóque erroneum videtur in hac materia procedere in omni caſu cum ſolis generalitatibus.

Quo verò ad punctum principalem neceſſitatis ad-
27 hibendi beneplacitum pro validitate actus in hac nova diſputatione in Camera denuò inculcatam eandem diſtinctionem trium diverſarum claſſium Doctorum, de qua in diſcurſu cum ex hujuſmodi diſtinctionibus reſultet congrua applicatio concluſionum & metodica deciſio cauſarum; Cumque attento tempore hujus tranſactionis abſque dubio applicari non poſſet illa claſſis, quæ hodie irrepſit ex Conſtitutionibus Apoſtolicis Sixti V. & Clementis VIII. aliorumque Succeſſorum, ac propterea urgeret ſolùm prima deducta *ex cap. Imperialem de probib. feud. alien. per Feder.* Advertebam (etiam cum ſenſu veritatis) iſtud eſſe unum ex conſuetis æquivocis Pragmaticorum vel collectorum procedentium cum ſola cæca fide auctoritatum in litera, non diſtinguendo loca & tempora, aliaſque circunſtantias.

Siquidem iſta lex condita fuit per Federicum primum Imperatorem, quia nullam auctoritatem habe-
28 bat in hoc Principatu Status Eccleſiaſtici; Quinimò tanquam caput & protector Giballinæ factionis fuit Sedi Apoſtolicæ & Summis Pontificibus potiùs infenſiſſimus, ut docent Cronicæ tam in vita ipſius quàm in illa Alexandri Tertii aliorumque Pontificum illorum temporum. Et conſequenter ſi iſta lex recepta fuit in Germania, id provenit in ea Regione ex auctoritate Imperiali, ut etiam verificatur in illis partibus Italiæ, quæ ſequebatur partes dicti Imperatoris, dum ibi adſunt plura feuda imperialia, ut præſertim in Lombardia, in Liguria, Etruria ſuperiori ac etiam in Pedemontana Regione.

Malè autem eadem lex trahitur ad hæc feuda Status Eccleſiaſtici, tum ex defectu poteſtatis vel juriſdictionis; Tum etiam ex omnimoda inveriſimilitudine, quod Summi Pontifices voluerint recipere leges Imperatoris; adeo infenſi, Et quod magis quoniam de tempore æditionis hujus legis, Pontifex ipſum declaraverat imperio privatus.

Duabus quoque circunſtantiis ſeu ponderationibus accedentibus; Primò nempè quod conſtitutio 3. Sixti
29 V. clarè agnoſcit, quod priùs nulla adeſſet prohibitio, illamque reſtringit ad tres contractus venditionis, donationis & permutationis, deindéque Clemens Octavus, aliique Pontifices ſucceſſores illam ampliarunt ad alios contractus ex deductis infrà *hoc tit. diſc.66. cum pluribus ſeq.* ac etiam *ſub tit. de credito diſc.*13. *&* 151. *& alibi*, atque ex ibi deductis patet, quod apud omnes in Curia receptum eſt, quod ante dictas Conſtitutiones, aliæ non adeſſent prohibitiones, ideóque clarum reſultat argumentum, quod privata lex nunquam in hoc Principatu recepta fuerit.

Et ſecundò quod feuda iſtius Principatus longè di-
30 verſam habent naturam, neque in eis conſuetudines feudales, quas dicimus jus commune feudorum in pluribus practicantur tam ſcilicet circa inhabilitatem Clericorum, ut advertitur pluries in præcedentibus, ac etiam infra *diſc.*54. *& in aliis*, quam etiam circa qualitatem ſervitii militaris ſeu perſonalis quod in hoc pacifico Eccleſiaſtico Principatu non eſt in uſu; Ac etiam circa renovationem à novo feudi ſucceſſore petendam infra annum & diem cum nova præſtatione juramenti fidelitatis, ut infrà *diſc.*59. cum id ſit in uſu tantùm reſpectu feudorum majorum & Regalium potiùs ex lege particulari inveſtituræ quàm ob hujuſmodi leges feudales juxta caſum de quo apud *Apon. deciſ.*1. non autem in hujuſmodi feudatariis inferioribus, qui veniunt ſub nomine ac ſphæra baronum cum iſtorum reſpectu illa Caſtra & loca juriſdictionalia, quæ habentur in feudum, in alio differre non videantur ab aliis cauſis, quæ retinentur in natura allodii, niſi pro obligatione ſolvendi tributum ſeu ſervitium reale ſingulis annis ſub rigore Conſtitutionis Gregorii XIII. de qua ſuprà *diſc.*5. ac etiam ſuper reſtrictione ſucceſſionis ad perſonas in inveſtitura comprehenſas, ideóque clarus error videtur adhibere terminos *d. legis Imperialis.*

Revolvebantur etiam antiqua jura Communitatis
& præſertim circa veritatem tituli anno 1216. & circa 31
validitatem ſententiæ Magalotti & laudi Ducis Petri. Aloyſii Farneſii, ſed meo judicio fruſtrà quoniam advertebam, quod hujuſmodi inſpectio cadere potuiſſet, quando de præſenti Communitas peteret dictæ ſententiæ vel laudati exequutionem ſecus autem ad effectum ſubſtinendi tranſactionem, quodque iſta afficiat etiam ſucceſſores quoniam ſententia & laudum, aliaque jura indubitanter conſtituebant ſaltem caſum in nimiùm probabili dubietate cum majori aſſiſtentia præſumptionis ad favorem Communitatis, quæ obtinuerat, ut propterea dici deberet concordia bona fide inita, quæ afficeret etiam ſucceſſores independentes ex deductis *in hoc diſcurſu* & latiùs *ſub. tit. de fideicomm. diſc.*173. *& ſeqq. & ſub tit. de Emphyteuſi diſc.*52. & ſæpius; Sed quoniam plures repetitæ fuerunt diſputationes in quibus ſcribentes multa cumulabant ſuper obſervantia legum feudalium etiam in Statu Eccleſiaſtico, idcircò deſuper edidi particularem diſcurſum, de quo infrà *diſc.*135. ubi videndum.

NULLIUS

Seu &c. VINDICATIONIS FEUDI.

Reſponſum pro veritate ſuppreſſis nominibus.

An primogenitus, cui ex lege Inveſtituræ, ſeu ex ordinatione majorum debita erat integra ſucceſſio feudi, admittendo ſecundogenitum ad ejuſdem feudi poſſeſſionem, & venditionem, cum æquali participatione pretii, ſibi præjudicet, vel ne, ita ut portionem à ſecundogenito venditam poſſit vel ne vendicare, ſeu agere ad pretium contra eumdem ſecundogenitum.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Verbum*, quilibet, *tribuit totum actum uni, & idem facit verbum*, in ſolidum.
3 *Ubi duo æquè principaliter contrahunt, non curatur, quis ſit principalis, & quis fidejuſſor.*
4 *An Bulla Baronum locum habeat in debito fidejuſſorio remiſſivè.*
5 *Quando feudatarius vel fideicommiſſarius, aut alius ſucceſſor impugnet alienationem à prædeceſſore de ejus conſenſu factam.*
6 *Quæ differentia ſit inter conſentientem ſolùm alienationi, ac facientem æquè principaliter alienationem.*
7 *Emptor damnificatus remanere non debet ab aſſertione venditoris, etiamſi ſciat vel ſuſpicetur vinculum.*
8 *An feudum antiquum dividuum poſſit cum aſſenſu Domini erigi in primogenituram remiſſivè.*
9 *Clauſula præſervativa excludunt à præjudicio.*
10 *Declaratur quomodo id procedat.*
11 *Conſentiens alienationi rei feudalis vel fideicommiſſariæ adhuc petit pretium ab alienante.*
12 *Derogatio fideicommiſſi obtenta ex minus vera cauſa ſeu cum falſo præſuppoſito, eſt nulla.*

13 *Leges*

Digitized by Google

13 *Leges feudales & prohibitio alienandi non procedunt in feudis francħis omninò impropriis.*

14 *Ideòque fœmina proximiores excludunt agnatos.*

15 *In licentia vel aſſenſu obtento ad ſuperabundantem cautelam non attenditur ſurreptio.*

16 *De poteſtate Principis derogandi fideicommiſſis & primogenituris remiſſivè.*

17 *An inter primogenituras & fideicommiſſa adſit differentia, & de primogeniis & majoratibus Hiſpania diverſis ab illis Italiæ & aliorum locorum.*

18 *An primogenitura poſſint ſtare in ſuſpenſo, & aliquo tempore vacare remiſſivè.*

19 *Poſſeſſor fideicommiſſi vel primogenituræ poteſt alienare, ejus jure ſeu vita durante.*

20 *Feudatarius, qui alienationem feudi revocare poteſt ob defectum aſſenſus, tenetur ad pretium ac damna & intereſſe.*

21 *Idem in Eccleſia vel minore.*

22 *Quid in Regno per revocationem competentem in vim Conſtitutionis* Conſtitutionem Divæ memoriæ. -

23 *An & quando primogenitus poſſit ejus Juri renunciare, & admittere ſecundogenitum ad æqualem parti ipſa inem.*

† 24 *De materia fideicommiſſorum & majoratuum.*

25 *An, & quando primogenitus admittere poſſit ſecundogenitum ad ſucceſſionem feudi.*

26 *De differentia inter primogenituras & majoratus.*

27 *Poteſt admittere ad participationem fructuum.*

DISCURSUS XXXIX.

1 FEudum Imperiale ab annis 300. & ultra poſſeſſum per majores in forma dividua, & ut dicitur Juris Longobardorum, juxta generalem conſuetudinem Lombardiæ, aliarumque Italiæ partium, exceptis utriuſque Siciliæ Regnis, in duas lineas ſeu Colonelloss diviſum, utriuſque lineæ unici ſuperſtites, & propriæ reſpectivæ portionis poſſeſſores, curarunt retroacto ſæculo reducere ad formam feudi Juris Francorum, inſtituendo deſuper primogenituram in vim Imperialis Indulti concedentis facultatem teſtandi, ac liberè diſponendi, tanquam de feudo Franco & libero; Cum autem ex uno prædictorum ita diſponentium, duo filii maſculi ſuperſtites fuiſſent in pupillari ætate, utriuſque nomine eorum tutores Imperialem renovationem ſuæ portionis obtinuerunt, & ſucceſſivè ambo facti majores dictam proprii parentis portionem poſſederunt, deindéque ſub expreſſione Cæſareæ facultatis diſponendi de feudo tanquam Franco & alienabili, ambo in ſolidum, tanquam domini & poſſeſſores, dictum feudum pro eorum portione cuidam extraneo vendiderunt, recepto æqualiter pretio; ſequuta verò morte ſecundogeniti, prætendere cæpit primogenitus ſuperſtes, ab eodem emptore vendicare poſſe dictæ portionis medietatem venditam à dicto ſecundogenito, utpotè nullum Jus in ea habente, dum ſtante erectione primogenituræ, integra, & præcipua ſucceſſio feudi, ſibi tantùm debita erat, unde deſuper pro veritate, incertum eſt ex cujus parte, conſultus.

Reſpondi, hujuſmodi prætenſionem probabiliter experibilem videri contra hæreditatem, & bona dicti ſecundogeniti, ad pretium in eum ex re non ſua obventum, nullatenùs verò contra emptorem, & ad ipſum feudum venditum; Ad ità ſentiendum motus, quia uterque, cum verbo *quilibet* & verbo *in ſolidum* hujuſ-
2 modi venditionem fecit, & ſingulis enim dictis verbis, fortius verò unitis reſultat, actum totum adjudicari cuilibet, perindè ac ſi unus ex eis totum feciſſet *ad text. in l. ſi non ſingula, Cod ſi certum petatur cum concord. per Barboſ. clauſ. 72. in fine, & dictione* 310. *num.* 4. cum aliis, de quibus proximè infrà.

Idque verùm, quamvis in contractu, revera unus eſſet principalis, alter verò acceſſoriè, & conſecutivè interveniret in gratiam dicti alterius principalis con-
trahentis, à quo revelandus eſſet, quoniam reſpectu 3
tertii, cum quo contrahitur, ſi tanquam principalis & in ſolidum contrahere profitetur, habetur pro principali, & correo, quamvis inter ſeipſos, reverà unus eſſet principalis debitor, alter verò fidejuſſor *Greg. & Adden. dec.* 167. *&* 445. *Burat. & Adden. deciſ.* 674. & habetur hoc tit. ad materiam Bullæ Baronum *in Romana pro Montemellino & in altera Romana pro Caetanis*, ſuper puncto, an Bulla Baronum locum habeat in
alienis debitis, ad quæ Baro tanquam fidejuſſor ſe 4
obligavit, quoniam ad tertium inquirere non pertinet, quis eorum eſſet principalis, & quis acceſſorius, & an Jura, ſeu bona in contractum deducta, ad unum vel alterum potius pertinerent, dum utriuſque, & cujuſlibet eorum in ſolidum fidem ſequitur, potiſſimè verò, ubi actus eſt contemporaneus, juxta diſtinctionem, de qua in proximè allegatis aliis cauſis ad dictam materiam Bullæ Baronum.

Difficultas etenim in hoc propoſito duorum eam-
dem rem vendentium, ſeu ubi unus vendit, alter verò 5
aſſentitur, intrat, ubi Jus aſſentientis non competebat de præſenti, ſed de futuro, ſive partim de præſenti, & partim de futuro, ut eſt, exempli gratia, quando hæres gravatus, ſeu fideicommiſſi poſſeſſor, aliquam rem vendit, de conſenſu alterius, ad idem fideicommiſſum, poſt ipſius venditoris mortem vel alium caſum vocati, tunc enim intrat quæſtio, an ille conſenſus cenſeatur ſolùm præſtitus pro Jure tunc, & de præſenti competenti pro ejus portione, ſive ad effectum habilitandi poſſeſſorem, ut citra incurſum caducitatis, vel alterius pœnæ, illum actum facere poſſet, abſque tamen remiſſione Juris eventualis, & de futuro ad ipſius conſentientis favorem purificandi, juxta deducta apud *Surd. conſ.* 70. ubi de duobus fratribus inſimul vendentibus *Faſar. quaſt.* 560. *Roſenthal. de feudis, cap.* 9. *concl.* 77. apud quos cæteri, ac juxta caſum, de quo *in Romana locorum montium* 16. *Jun.* 1661. *&* 23. *Jan.* 1664. *coram Ninot*, ubi de duobus fratribus inſimul poſſidentibus quædam loca montium fideicommiſſaria pro eorum Jure, & vita, cum ipſius fideicommiſſi vinculo, an ſcilicet eorum ſuperſtes, ab emptore vendicare poſſet medietatem, per mortem alterius fratris jure fideicommiſſi ſibi delatam, non obſtante quod inſimul vendiderint, & deciditur affirmativè, & de quo caſu, illum explicando, actum habetur *in Romana locorum montium de Paneſiis ſub tit. de Regalibus* cum ſimilibus, atque habetur pluries in ſua materia *ſub tit. de fideicommiſſis.*

Ubi verò agitur de Jure jam delato, & de præſenti, tunc caſus videtur extra controverſiam, potiſſimè ubi
Jus habens non intervenit pro ſimplici præſtatione
conſenſus dati pro eo jure, & intereſſe, quod haberet, 6
quo caſu etiam emptor tutus eſt, ſed intervenit tanquam principalis contrahens, & in ſolidum, ex deductis apud *Surd. dict. conſ.* 70. *Roſenthal & Faſar. locis citatis*, & conferunt quæ habentur *in Tiburtina Salviani ſub tit. de dote*, & alibi ſuper puncto, an emens rem à Viro, tueri poſſit ex Juribus dotalibus anterioribus mulieris in dicta venditione intervenientis, diſtinguitur enim, quod aut dictus interventus eſt pro ſimplici conſenſu, & tunc iſte aliud non operatur, niſi remiſſionem hypothecæ ſuper illa re, juxta terminos textus *in l. finali, Cod. de remiſſ. pignorum*, non autem tranſlationem Jurium dotalium in emptorem, ſeu remiſſionem alterius Juris de futuro, ſecùs autem ſi ipſa mulier, tanquam condomina & principalis venditrix, æquè principaliter vendat, ac evictionem promittat, cum tunc emptor, utriuſque & cujuſlibet ipſorum in toto fidem ſequi dicatur.

Clarius verò in hac facti ſpecie, quia in venditio-
nis inſtrumento, explicitè narratum fuit, utrumque 7
fratrem, ſequuta morte patris, fuiſſe ab Imperatore de

feudo

feudo renovatum, atque utrumque eſſe æqualiter do-
minum, & poſſeſſorem, cum jurata aſſertione ſuper
veritate omnium narratorum, eorumque manutentio-
ne, unde propterea, nullo Jure nullaque ratione ſub-
ſtentabile dicebam, ut emptor ignarus, ac bonæ fidei,
damnificatus remanere deberet, cum lucro venditoris
mendacis, ita cum falſa aſſertione eum decipientis,
Quinimo etiamſi emptor hujuſmodi primogenituræ
conſcius eſſet, adhuc tamen dicebam hujuſmodi ſcien-
tiam in nihilo præjudicare.

Cum enim non extra quæſtionem ſit, an in feudo
antiquo pacti, & providentiæ, poſſit Feudatarius, etiam
de aſſenſu Domini, erigere primogenituram in præ-
judicium ſecundogenitorum, aliorumque agnatorum
8 ex lege Inveſtituræ vocatorum, ex iis, quæ habentur
deducta *hoc eod. tit. in Mutinen. feudi de Montecucolis,
in Mantuana feudi de Gonzaghis, & in aliis*, idcircò
emptor, non obſtante explicita ſcientia hujuſmodi ere-
ctionis primogenituræ, videns primogenitum admit-
tere ſecundogenitum ad condominium, & æquale Jus,
credere potuit, vel dictam primogenituram ex defe-
ctu poteſtatis, ſeu invaliditatis aſſenſus non ſubſiſtere,
vel primogenitum ſuo Juri, & favori renunciare vo-
luiſſe.

Et quamvis in quibuſdam motivis inſinuaretur, pri-
mogenitum credere à quocumque præjudicio ſe præ-
9 ſervaſſe per quaſdam clauſulas præſervativas in eodem
Inſtrumento adjectas, per quas ſalva remanere Jura
conſentientis, cæteris allegatis, habetur apud *Peregr.
de fideic. art.40. num.70. Fuſar. dicta quæſt.560. n.29.
Roſenthal. dicto cap.9. concl.18. num.7. & in gloſ. litte-
ra F*, nihilominus non videbatur tutum fundamentum
in ordine ad emptorem, ſed benè in ordine ad dictum
fratrem ſecundogenitum, pro jure contra eum com-
petenti pro reintegratione, & ne per dictam coæqua-
lem admiſſionem ad vendendum, cenſeretur ſibi in
Jure primogenituræ præjudicaſſe; Clauſulæ ſiquidem
præſervativæ intelliguntur ſemper compatibiliter, ac
ita, & taliter quod non reſultet contradictio, ſeu ſu-
10 bitanea correctio, & ſic in aliis quàm in expreſſis,
*Oldrad. conſ.330. in fine, Honded. conſ.86. num.47. lib.2.
Barboſ. clauſ.157. n.5. cum ſeqq. Seraph. dec.1445. num.4.
Bur. ut. & adden deciſ.193. 375. & 541. dec.440. num.11.
part.4. rec. tom.2.*

Stant enim benè ſimul, contrahentem ſibi præjudi-
care quoad tertium, & tamen ejus Jura ſalva, & illæ-
11 ſa remanere quoad eum, pro quo contraxit, ut habe-
mus in materia fideicommiſſaria, quod per conſenſum
præſtitum à vocato alienationi factæ per gravatum, tu-
tus eſt quidem emptor, non tamen renunciatum cen-
ſetur fideicommiſſo, neque alienans liberatus à pretii
reſtitutione, ejuſdemque fideicommiſſi reintegratio-
ne, ad *text. in l. item veniunt, §. hac adverſus, ff. de petit.
hæred. cum concord. deductis per Fuſar. de fideicommiſſis,
quæſt.627. num.54. Merlin. dec.831. Rota in Bonon. fi-
deicommiſſi de Luparis 12. Decembris 1659. & 4 Junii
1660. coram Meltio*, de qua cauſa habetur actum in
ſua materia *ſub tit. de fideicommiſſis*, ubi latius de hu-
juſmodi concluſione, ut pariter habemus de muliere
una cum Viro vendente fundum dotalem, ſeu conſen-
tiente eidem viro vendenti rem ſuam, vel de fidejuſ-
ſore ſe obligante tanquam correum, ac principaliter,
& inſolidum, ſive de accommodante fundum cenſi-
tum ac patiente per alterum ſuper eo cenſum imponi,
cum ſimilibus.

Motivabatur ex parte dicti primogeniti, de ſurrep-
tione, & invaliditate aſſenſus Imperialis præſtiti di-
ctæ alienationi, unde propterea ex pluribus Regnico-
larum auctoritatibus copioſè collectis, inferebatur,
etiam ipſimet alienanti licitum eſſe contravenire; Sur-
reptio autem dupliciter deducebatur, primò quia facta
erat mentio fideicommiſſi per majores ſuper iſto Ca-
ſtro ordinati, non autem primogenituræ, quaſi quod
ob hujuſmodi qualitatem, Imperator non conceſſiſſet
aſſenſum, vel difficilius, nam aliud eſt ſimplex fidei-
commiſſum, aliud verò majoratus ſeu primogenium,
& ſecundo ob minus veram cauſam narratam qua-
rumdam indigentiarum revera non ſubſiſtentium, un-
de propterea inferebantur ad nullitatem hujuſmodi
derogationum, quæ ex minùs vera cauſa, ſeu aliàs ſur- 12
reptitiè obtinentur, ut cæteris plenè collectis, quos
multiplicium allegationum amator de facili ibi videre,
atque exindè juxta modernum ſtylum tranſcribere po-
teſt, habetur *apud Salgad. in Labyrint. part.1. cap.37. cum
ſeq. & per Rotam dec.325. & 363. part.10. rec. Firmata fi-
deicommiſſi 31. Januarii, & 20. Junii 1653. Peutingero,
& 18. Maii 1657. Priolo.*

Verùm de iſto quoque fundamento dubitabam, ſi-
quidem, aut dictus aſſenſus conſiderandus venit tan-
quam requiſitus ad validandam, & informandam feu-
di alienationem aliàs prohibitam *ex cap. Imperialem de
prohib. feudi alienat. per Feder.* & hæc inſpectio non in-
trabat, cum hoc feudum ab eodem Imperatore penes 13.
prædeceſſores effectum eſſet francum, & alienabile,
ideóque, ita præſtitus fuit aſſenſus generalis, ſive ita
feudum omninò impropriatum fuit, ita ut feudorum
legibus non ſubjaceat, neque regulandum ſit juxta ea,
quæ habentur in *Mantuana feudi*, ſuper puncto ſuc-
ceſſionis & *in Maſſanen. Caſtrorum, & in aliis hoc eod.
tit.* & potiſſimè ſtante declaratione aulici Conſilii ejuſ-
dem Imperatoris occaſione defectæ lineæ maſculinæ, in
altera hujus feudi portione, ſuperſtite fœmina ex ulti-
mo maſculino.

Cùm enim iſti agnati prætenderent juxta leges feu-
dales, ipſis quamvis remotioribus, dicta fœmina pro-
ximiori excluſa, ſucceſſionem debitam eſſe, contra- 14
rium deciſum fuit, ex dicta ratione omnimodæ impro-
priationis feudi, juxta caſum præciſum, de quo *in
dicta Mantuana*, ideóque cum aſſenſus prædictus in
ordine ad naturam feudi neceſſarius non eſſet, ſed ob-
tentus ad ſuperabundantem cautelam, ejus defectus
non attenditur, niſi quoties conſtaret, partes illum
deſideraſſe, tanquam conditionem potius, quàm tan-
quam ſolemnitatem, ut ita diſtinguendo habetur in
eadem proximè allegata *Mantuana feudi ſuper puncto* 15
primogenituræ, & eſt generalis propoſitio, ut in iis fa-
cultatibus, & licentiis, quæ non neceſſariæ, obtinen-
tur ſolùm ad ſuperabundantem cautelam, non curentur
hujuſmodi defectus *ad not. in l. teſtamentum, C. de te-
ſtament. Gabr. conſil.92. n.7. lib.1. Ciriac. controv.328.
num.27. Rot. deciſ.173. num.11. & ſeqq. part.7. rec. &
frequenter.*

Si verò dictus aſſenſus conſideratur, ut verius con-
ſiderandus eſt, tanquam derogatio alterius obſtaculi
reſultantis à primogenitura erecta per majores ut ſu-
prà, & tunc præſuppoſitiva juxta hodie communem,
& receptam opinionem poteſtate Principis derogandi
fideicommiſſis, & primogeniturís, ut quidquid de illa 16
aliqui dubitaverint *apud Peregr. de fideic. art.24. n.44.
& art.52. num.153.* pluries deductum habetur *hoc eod.
tit. ad materiam Bullæ Baronum*, per quam hujuſmodi
derogatio generaliter inducta eſt, prout tanquam ab-
ſoluta poteſtas ſupponitur apud *Salgad.* & collectos
apud eum, & in Rotæ deciſionibus ſupra allegatis ſu-
per hujus derogationis invaliditate ob ſurreptionem, &
falſam cauſam.

Quatenus pertinet ad voluntatem, ad quam hujuſ-
modi quæſtiones hodiè reſtringuntur, prorſus leve mihi
videbatur primum fundamentum deductum ex omiſſa
qualitate primogenituræ, ac narrativa fideicommiſſi in
genere, tum quia illud enunciatum erat cum mentione
præciſa diei, & anni ejus ordinationis, tum etiam
quia, ut habetur plenè examinatum *in Bonon. primoge-* 17
nitura de Luparis ſub tit. de fideicommiſſis in Italia, aliiſ-
que regionibus extra Hiſpaniam, nulla videtur adeſſe
differentia inter primogenituras, aliaque fideicommiſ-
ſa, nullaque concurrit ſpecialis qualitas ſeu privile-
gium, niſi circa ordinem ſuccedendi, quod ſcilicet fi-
deicom

Digitized by Google

deicommiſſum defertur omnibus æqualis gradus ejuſdem generis vocati, primogenitura verò non niſi primogenito, in reliquis autem eſt fideicommiſſum; Ea verò, quæ habentur per Hiſpanos circa illorum primogeniorum, & majoratuum privilegia, & qualitates ſpeciali mentione dignas, proveniunt, vel ex illis Juribus municipalibus, vel ex ſpeciali qualitate, quia illa primogenia cum regia auctoritate ut plurimum eriguntur, atque annexam habent quandam Juriſdictionem, & præeminentiam, ita ut ibi faciant eam figuram, quam in Italia, in Germania, & alibi faciunt feuda, & Baroniæ, unde ponderant iidem Molina, & cæteri, Religioſos fideicommiſſorum de jure communi aliàs capaces, ob dictam annexam adminiſtrationem eſſe illorum majoratuum, & primogeniorum incapaces, cum aliis differentiis, & ponderationibus dedu-
18 ctis *in dicta Bonon. primogenitura de Luparis* occaſione diſputandi articulum, an ea, quæ per Hiſpanos communiter firmatur de primogenitura non remanere in ſuſpenſo, neque temporis momento vacante procedant in primogenituris Italiæ aliarumque regionum extra Hiſpaniam, & firmatur omninò veriorem eſſe ne-
19 gativam.

Satis verò conſiderabile erat alterum fundamentum, falſæ, ac ineptæ cauſæ, cujus ratione admittebam tanquam abſolutum, juxta ſuperiùs allegatas auctoritates, derogationem remanere invalidam; verùm advertebam hoc motivum ſuffragari poſſe filiis, & ſucceſſoribus ipſorum alienantium jure proprio, & ab eis independenter venientium, non autem ipſiuſmet, vel quia conceſſa eſt fideicommiſſariis de Jure (ubi ſpecialis prohibitio non accedit) facultas alienandi, eorum vita ſeu jure durante, ex collectis *per Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 525. *num.* 17. & 527. *num.* 5. *Rot. deciſ.* 318. *num.* 27. *part.* 10. *rec. ubi concordantes ad ſatietatem,* ideóque donec ipſi vivunt, vel eorum alter, alienatio favore emptoris ſubſtinetur; Vel quia ubi etiam ratione nullitatis concederetur venire adversùs factum proprium, in ordine ad ipſum corpus feudi recuperan-
20 dum, non tamen exinde reſultat exemptio à reſtitutione pretii, ac à damnis, & intereſſe, tum ob promiſſionem evictionis, tum etiam quia nullitas reſultabat ab ipſius venditoris culpa, & mendacio, ut ultra generalia, in ſpecialibus terminis Feudatarii revocantis alienationem feudi ex defectu aſſenſus, pleoè deductum habetur *apud Hadiern. controv.* 26. *num.* 57. *& ſeqq.* & in fortioribus terminis Eccleſiæ vel minoris retractantis alienationem ex defectu cauſæ, & ſolemnitatis invalidam, habemus, quod licet non teneantur ad damna, & intereſſe, tenentur tamen ad reſtituendum pre-
21 tium acceptum, vel ſaltem quantum in ejus utilitatem verſum eſt. *Duran. dec.* 256. *num.* 5. *& ſeqq. Rojas deciſ* 227. *& in aliis plenè collectis per Add. ad dec.* 444. *num.* 59. *& ſeqq. p.* 4. *rec. tom.* 2. ideóque nil ſuffragabatur poſſe vendicari pretium, ſi aderat obligatio evictionis.

Neque obſervabam intrare auctoritates Regnicolarum, quibus motivantes innitebantur, tum quia facultas revocandi alienationem competens eidem alienandi ex defectu aſſenſus, procedit ibi magis de plano ob expreſſam, ac litteralem legem particularem contentam in Conſtitutione incipien. *Conſtitutionem divæ memoriæ*, tum etiam quia, ea quoque attenta, de
22 jure intrare deberet obligatio ad damna, & intereſſe, ſed ibi non intrat ex quodam ſtylo, & uſu, ut advertitur *apud Hadiern. dicta controv.* 26. adhuc tamen reſtituitur pretium una cum intereſſe, & repetitur feudum una cum fructibus, juxta ea quæ in caſu converſo emptoris revocantis contractum, ac reſtituentis fructus, petentis tamen intereſſe pretii ſoluti, habentur *in Bojanen. hoc eod. tit.* Potiſſimè quia, ut ſupra conſideratum eſt, dum agitur de primogenitura ex ſola privata diſpoſitione reſultante, nil prohibere videtur, quin ejuſdem primogenituræ poſſeſſor ſuo Juri, ſuæque prærogativæ renunciando, admittat ſe-
cundogenitum ad coæquale dominium, & ſucceſſio- 23
nem, ut in propoſito primogeniti ſui juris renunciantis habetur *in Romana legitima hoc tit.* & habemus etiam in maſculis admittentibus fœminas ad coæqualem ſucceſſionem ſtatutaria excluſione non obſtante, cum ſimilibus, quia eſt favor principaliter privatus, quo poteſt quis nolle uti.

Tunc autem obſervabam concedendam non eſſe hujuſmodi facultatem primogenito agnoſcenti ſucceſſionem feudi, quando ex lege Inveſtituræ ageretur de feudo individuo, pura ratione dignitatis, ſive quia feuda eſſent Juris Francorum, prout ſunt in utriuſque Siciliæ Regnis, cum tunc diviſio tanquam ſpecies prohibitæ alienationis reſultaret, & quia nullum Jus, nullaque ſervitus vel hypotheca, quæ reſpiciat ipſum corpus feudi ſine aſſenſu conſtitui poteſt, aliudque non conceditur niſi facultas admittendi ad participationem fructuum ſeu eorum commoditatem, ut quid nudi facti, quando feudi ſubſtantiam non percutiat *ut in Romana ſeu Status Eccleſiaſtici infeudationum*, & in aliis frequenter *hoc tit.* ſecus autem ubi de hujuſmodi primogenituris, accidentaliter, & privata auctoritate erectis in hujuſmodi feudis, vel ut ſuprà impropriatis, & alienabilibus redactis penè adinſtar allodialium, vel de ſui natura dividuis ad formam Juris Longobardorum, quia tunc nil videtur obſtare, quod id prohibeat quoad ipſum admittentem, ſecus autem quoad primogenitum ſucceſſorem jure proprio independenter venientem.

† EA quæ continentur in hoc diſcurſu percutere 24
potiùs videntur materiam fideicommiſſariam, tam circa differentias inter majoratus Italiæ & Hiſpaniæ, de quibus *tit. de fideic. diſc.* 1. *cum plur. ſeqq.* & præſertim *diſc.* 7. ubi de puncto, an ſucceſſiones poſſint ſtare in ſuſpenſo, quam etiam circa derogationes conceſſas à Principe, de quibus *ibid. diſc.* 165. *& in aliis.*

Quatenus verò pertinet ad punctum principalem, 25
an ſcilicet primogenitus admittere poſſit ſecundogenitum ad coæqualem ſucceſſionem feudi, quod ad formam juris Francorum cum ordine primogenituræ deferatur, extranea videntur ea, quæ habentur apud Hiſpanos ſuper illis primogenituris & majoratibus ex plenè relatis per *Olean de ceſſ. jur. tit.* 3. *quæſt.* 3. *adden. ad Molin. lib.* 3. *cap.* 1. *à num.* 21. *Gallerat. de renunc. cap.* 52. an ſcilicet major natu poſſit natu minorem ſecum admittere ad ſucceſſionem, quoniam juxta ea,
quæ habentur infrà *in Januen. feudi Arquati diſc.* 114. 26
longa differentia eſt inter illos majoratus, qui ex privata diſpoſitione ordinantur in bonis allodialibus indifferentibus, obtento deſuper privilegio Regio ad certos effectus honorificos & privilegiativos & inter feuda, quæ ex diſpoſitione juris communis vel particularis, vel ex lege inveſtituræ ſint de ſui natura individua & non admittant pluralitatem ſucceſſorum, Primo etenim caſu videtur privilegium privatum majoris natu ſeu primogeniti obtinendo integram ſucceſſionem & excludendi alios natu minores ideóque poteſt ſuo favori renunciare, eodem modo, quo *ſub tit. de ſucceſſ.* pluries habetur de maſculis excludentibus fœminas à ſucceſſione in vim ſtatuti, quod volentes poſſint eas admittere; Iſtoque caſu majoratus vel primogenituræ in bonis indifferentibus, aliud non videtur ſubeſſe obſtaculum annullativum actus talis admiſſionis, niſi illud quod reſultet ab enixa voluntate teſtatoris vel à præjudicio ſucceſſoris terminato jure ejus, qui voluit ſibi præjudicare.

Secùs verò eſt in feudis de ſui natura individuis quoniam in eis urget poſitiva reſiſtentia legis prohibentis alienationem, ſub qua ſine dubio venit diviſio etiam impropria & intellectualis, quæ reſultat à reſervatione uſusfructus vel ab impoſitione alicujus oneris vel ſervitutis ex pluries inſinuatis in materia refutationis

Google

ſefutationis & per conſequens termini ſunt omnioo diſpares.

Iſta igitur admiſſio non eſt practicabilis niſi io ſola commoditate conſiderata ut quid facti, non autem ut
x7 quid juris juxta ea, quæ babentur infrà *diſc.*61.*&* 110. *& alibi pluries* & præſertim *ſub tit. de penſion.* Ac etiam juxta eam diſtinctionem, de qua habetur *ſub tit. de locat. & conduct. diſc.*26. *&* 27. inter ſocium & participem utilium cum ſimilibus; Idque eſt contingibile etiam pro majori commoditate primogeniti poſſeſſoris feudi, puta ut ſe eximat ab onere vitæ militiæ ſeu appanagii præſtandi ſecundogenitis in pecunia ſingulis annis vel temporibus, ut ita eos admittat ad fructuum & emolumentorum proportionatam participationem intacta penes ipſum remanente ſubſtantia vel individuitate feudi.

FERETRANA SERVITIORUM,

Pro COMMUNITATE, ET HOMINIBUS OPPIDI SANCTÆ AGATÆ EJUSQUE CASTRORUM.

Cum CAMERA APOSTOLICA.

Caſus in parte reſolutus pro Vaſſallis.

Devoluto feudo, an ea ſervitia, munera, commoditates, & emolumenta, quæ Vaſſalli præſtabant Feudatario, præſtari debeant Cameræ, ſeu Domino directo.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Angaria, & perangaria in Feudatariis, & Dominis inferioribus prohibita, quia de regalibus.*
3 *Et ſi de facto adſint, præſumuntur, vel ex conceſſione, vel facultativa benevolentia.*
4 *Quæ adminicula in propoſito ſuffragentur pro juſtificanda eorum poſſeſſione & excludenda dicta mala præſumptione.*
5 *Sola poſſeſſio abſque titulo ſaltem colorato in his materiis non ſufficit.*
6 *Servitia, vel munera præſtita Domino à ſubditis, an cenſeantur jure dominicali, vel intuitu perſonali.*
7 *Conſuetudo locorum adjacentium pro interpretatione attendenda eſt.*

DISCURSUS LI.

CUm Fregoſii, aliàs in Republica Januenſi potentiſſimi, ex cauſis apud Hyſtoricos ſatis no-
1 tis, à Patria exulare, atque à ſummis divitiis, ad extremam penè paupertatem redacti, in eorum feudo Sanctæ Agatæ in Statu Eccleſiaſtico ſe recipere coacti eſſent, illi benevoli, & obſequentes Vaſſalli, paleas, ligna, aliaque ad victum neceſſaria cum eorum animalibus gratis aſportare conſueverunt; Devoluto autem feudo per lineæ extinctionem, Miniſtri, ſeu Appalratores Camerales cogere cœperunt Vaſſallos ad eamdem aſportationem lignorum, palearum, aliarumque rerum; Sed Jura Communitatis, & Vaſſallorum tuendo, iodebitas dixi moleſtias, ideóque per Superiores in forma extrajudiciali prohiberi obtinui, quia de jure cautum non eſt, Subditos, & Vaſſallos erga Dominum directum, vel utilem, ad hujuſmodi onera teneri, cum potiùs angariæ, &
2 perangariæ, tanquam de regalibus io Dominis inferioribus ſint prohibitæ ad *text. in cap.*1. *quæ ſint regalia cum aliis deductis in Sabinen. Status Montis Libretti hoc eod. tit.*

Et licèt Subditi, hujuſmodi ſervitia præfatis Dominis præſtare ſoliti fuerint, ex hoc tamen non infertur ad obligationem coactivam in futurum, niſi privilegium, legitima conventio, ſeu immemorabilis conſuetudo accedat, præſumuntur enim aliàs præſtita, vel per metum, & concuſſionem (quod tamen in Statu Eccleſiaſtico non præſumitur, ex dedu- 3
ctis *in dicta Sabinen. Status Montis Libretti*) ſeu verius ex facultate, & benevolentia, per quam, nec præſcriptio, nec poſſeſſio manutenibilis inducitur *Gabr. de præſcriptionibus concluſ.* 10. *Buratt, & adden. deciſ.* 312. *adden. ad Gregor. deciſ.*162. & in his terminis ſervitiorum *Galeota lib.* 2. *controv.* 42. *num.*1. *& per tot. Capoblanc. de Baronibus pragmat.* 1. *num.* 214. *cum ſeq. & num.* 339. *& pragm.* 11. *num.* 219. *cum ſeqq. Rovit. in pragmat.* 16. *de Baronibus, numer.*2. *&* 3. *Roſenthal. de feudis, cap.* 12. *concluſ.* 12. *numer.* 16.

Maximè quia non docebatur de aliqua coactione, Vaſſallis recuſantibus, facta cum ſubſequuta acquieſcentia, & paritione, quo caſu in Statu Eccleſiaſtico, (ubi ceſſat præſumptio violentiæ, & concuſſionis de
facto) probabilius dixi *in dicta Sabinen. Status*, manu- 4
tentionem, Domino competere, nec aliqua concurrebant adminicula ſuadentia, quod hujuſmodi ſervitia Domino debita eſſent, quia nempè inter introitus, & emolumenta feudi deſcripta eſſent, ſive quod in feudi pretio, & valore de illis ratio habita fuiſſet (prout fuit *in dicta Sabinen.*) quod in ſpecie conſideratur per *Ca-*
poblanc. ita ſe declarantem *vol.* 1. *cap.*4. & melius *cap.*6.
per tot. ubi in ſpecie *num.* 11. de paleis, & benè *Apont.* 5
*conſ.*97. *num.*26. *vol.* 1. ubi quod ſola poſſeſſio abſque aliquo titulo ſaltem colorato, ſive abſque adminiculis non ſufficit, ideóque facti circumſtantiæ omninò ſuadent, id ſequutum eſſe ex actibus facultativis, & ex benevolentia, commiſerationis etiam motivum habente, erga illorum Dominorum perſonas, eo modo, quo paſſim videmus, Epiſcopis aliiſque Superioribus benevolis, per Clericos alioſque Subditos, munera, & ſervitia, quæ tamen, vel à Succeſſoribus ooo ita gratis, vel Sede Vacante per Vicarios Capitulares, ſeu Oeconomos exigi non poſſunt; Ubi etenim dubitatur,
an Dominus jure ſuo perſonali, vel jure feudi ali- 6
qua poſſiderit, vel quæſierit, ad præſumptiones, conjecturas, & veriſimilitudines recurrendum eſſe, aliis allegatis admonet *Roſenthal. de feud. c.*10. *concluſ.*44. *num.*7.

Clariora hæc reddi dicebam ex conſuetudine locorum adjacentium Status Urbini, ubi ex benevolentia Subditorum erga Ruvereos, multa præſtabantur ſervitia, & munera, à quorum exactione, devoluto Statu, Camera Apoſtolica ejuſque Officiales abſtinuerunt, illis ſolùm retentis, quæ ex probationibus, vel adminiculis conſtabat, ex obligatione, & Jure feudi
præſtita fuiſſe, conſuetudo autem locorum adjacen- 7
tium, & vicinorum tanquam obſervantia interpretativa ſatis attendenda venit, ut aliis allegatis *Rota in Foroſempronien. ſeu Eugubin. emphyteuſis* 16. *Junii* 1636. *coram Coccino poſt Paitell. deciſ.*19. *num.*30. *&* 32.

† ISta materia ſervitiorum & angariarum cadit potiùs *ſub tit. ſeqq. de Regalibus*, ubi de hoc agitur præſertim *diſc.* 146. ac etiam aliquid habetur infrà *diſc.* 65.

Et quod ſola poſſeſſio in regalibus non ſufficiat ſuprà *diſc.*40. *num.*2. & advertitur *d. diſc.*146. ac etiam *diſc.*81. *de Regal.*

Ad dignoſcendum item, an præſtatio ſervitiorum fuerit ex affectione perſonali vel ratione officii; cum ſit quæſtio potiùs facti, quàm juris certam non recipit regulam uniformem, ſed pendet à ſingulorum caſuum circumſtantiis, conferre autem videatur ea, quæ ſuper interpretatione legatorum habentur *tit. de legat. diſc.*22. *&* 31.

FARFEN. BONORUM

Pro UNIVERSITATE OPPIDORUM, ET INCOLARUM ABBATIÆ FARFEN.

Cum ABBATE, SEU CARDINALI COMMENDATARIO.

Cauſa pendet in Rota.

Annus, & dies à Jure feudorum præſcriptus ad petendam renovationem Inveſtituræ, an & quando poſſit per Dominum abbreviari, & quid in emphyteuſi, Et de natura conceſſionum Abbatiæ Farfen.

SUMMARIUM.

1 *De qualitate conceſſionum Abbatiæ Farfen.*

2 *Renovatio feudi infra quantum tempus petenda ſit, & an Dominus poſſit abbreviare annum, & diem.*

3 *Bona dicta Abbatiæ ex conſuetudine ſunt in commercio adinſtar allodialium.*

4 *Dictæ conceſſiones ſunt potiùs emphyteuticæ quàm feudales.*

5 *Leges feudales, an ſervandæ in materia emphyteutica, & an à feudo ad emphyteuſim valeat argumentum.*

6 *Terminus petendi renovationem in feudis, an procedat in emphyteuſi.*

7 *Dominus nec volens poteſt iſta bona pro ſe retinere, ſed tenetur revocare.*

8 *Agnatus vel proximior, cui debetur renovatio, quale Jus, vel qualem actionem habeat.*

DISCURSUS LII.

OMnia bona, quæ poſſidentur per Incolas 26.
1 Oppidorum, & locorum exiſtentium intra limites Abbatiæ Farfen. ſive ex eo, quod iidem illorum poſſeſſores, ob continuos bellorum motus ea dederint ſub dominio Eccleſiæ in protectionem, ut eſt probabilius, ſivè quod Abbas antiquus Dominus ea conceſſerit novis habitatoribus, ſunt ſub dictæ Abbatiæ directo dominio, ſub quodam ſatis tenui Canone concedi ſolito in forma pacti, & providentiæ ad tertiam generationem *pro ſe, filiis, & nepotibus*, cum juramento fidelitatis, & ſub quibuſdam prohibitionibus non alienandi in non Subditos Abbatiæ; Et per antiqua Statuta, ita ſemper obſervata, non poteſt Eccleſia in caſu devolutionis ea pro ſe retinere, ſed aliis concedere, ſeu renovare tenetur, ſoluto tamen quodam Laudemio, ad rationem decem, vel reſpectivè quinque pro centenario, quam tamen ſummam conſuetudo ad minorem reduxit; Et quamvis formula Inveſtituræ ſit pacti, & providentiæ, eadem tamen conſuetudo, ex commercii forſan neceſſitate reſultans, induxit, hujuſmodi bona, Inveſtitura durante, redacta eſſe adinſtar allodialium liberæ diſpoſitionis, ac cenſeri hæreditaria, ita ut etiam in hæreditate remanere dicatur jus petendi renovationem, ut conſtat apud *Peniam dec.*1221. *apud Buratt. deciſ.*87. & in aliis, de quibus infrà, & in alia *Farfen. ſub tit. de emphyteuſi*.

Cùm autem obſervantia dederit, Abbatem pro renovationibus concedendis expectaſſe proximiores, vel alios, ad quos poſt finitam tertiam generationem, jus illam petendi pertinet, per annum & diem, adinſtar eorum, quæ in feudalibus renovationibus diſpoſita ſunt *in cap.*1. §.1. *&* §.*eſt*, *& alia qua fuit prima beneſ. amitten.* modernus verò Abbatiæ Cardinalis Commendatarius prætenderet ſibi competere jus abbreviandi dictum terminum, ſe opponentibus Univerſitatibus, introducta fuit cauſa in Rota *coram Cerro*, & aſſumpta diſputatione.

Ex parte Abbatis dicebatur, hujuſmodi bona non eſſe emphyteutica, ſeu feudalia, juxta feudales conſuetudines regulanda, ſtante juramento fidelitatis, ac etiam obligatione, ad formam antiquorum ſtatutorum, militandi, & præſtandi perſonaliter ſervitium in Exercitu Abbatis, quando occaſione belli ab eo convocari contingat, undè propterea feudalitatis requiſita concurrebant, potiſſimè conſiſtentia in juramento fidelitatis, & ſervitio perſonali Domino præſtando in bello, conſequenter de plano intrare diſpoſitionem *text. in d. c.*1.§.1.*&* §. *eſt & alia, qua fuit prima cauſ. ben. amit.* ubi
clarè habetur; Dominum abbreviare non poſſe termi- 2
num anni & diei feudatario renovationem petere debenti, Inveſtitura adhuc durante, ſecus autem ubi finita Inveſtitura, & devolutione ſequuta, agitur de nova conceſſione ex integro facienda, potiùs proximioribus antiqui feudatarii, quàm extraneis, juxta receptam æquitatem quæ originaliter tribuitur *gl. & Bart. in l.*1. *ff. de aqua quotid. & æſtiva*, & cum hac diſtinctione paſſim pertranſeunt feudiſtæ, *ut per Iſern. Alvarot. & alios, de quibus Roſenthal. c.*66. *concluſ.*30. *n.*30. *& in gloſ. lit. B. & concl.*43 44. *&* 57. *Schrader. p.*6. *c.*2. *n.*2. *Larrea theatr. feud. tom.*1. *p.*4 *dilucid.*30. *Caldaſ. de renov. emphyt. lib.*1. *q.*11. *Apont. deciſ.*1. *num.*8. *Giurba de ſucceſſ. feud.* §.1. *gloſſ.*14. *num.*45. Unde cum præſens controverſia eſſet de renovatione concedenda poſt finitam Inveſtituram, factumque caſum devolutionis, ex capite lineæ ſeu generationis finitæ, liberum dicebatur eſſe Domino directo, ad formam dicti textus, terminum abbreviare, eoque elapſo, & proximiore non curante, novam conceſſionem perſonis ei benè viſis facere.

Econverſo pro dictorum locorum, & Incolarum Univerſitate ſcribens, diſtinctionem prædictam, ut potè in ſuis terminis veram & receptam non impugnando, ejus tamen applicationem conſtanter negabam, quia feudales termini, nec à longè in caſu intrabant, cum hujuſmodi bona, adinſtar allodialium, ex conſuetudine effecta quodammodo eſſent de omnimodo dominio poſſidentium, ita ut non ſolùm Inveſtitura durante,
eſſent in libero commercio & diſpoſitione, ſub ſola 3
obligatione obtinendi per eum, in quem facta eſſet alienatio, renovationem ad effectum obtinendi laudemium ſeu intraturam, in quo ſolùm Jus Abbatis in caſu renovationis reſidere in effectu videtur ex deductis apud *Peniam dec.*1221. *Buratt. dec.*87. *& dec.*86. *part.*5. *rec.* Sed etiam finita Inveſtitura, adinſtar aliorum allodialium remanent in hæreditate, & bonis ultimi morientis affecta Creditoribus, aliiſque nexibus hæreditariis, cum ſolo onere petendi renovationem, & ſolvendi pro ea laudemium Abbati ſuper omnia credita privilegiatum, ut explicando magis, quàm impugnando *dictam deciſ.*86 *part.*6. *rec.* deduxi in dicta *alia Farfen. pro eadem Univerſitate ſub tit. de emphyteuſi*, & juxta quam declarationem prodiit *de anno* 1658. *decretum* à Congregatione particulari plurium Prælatorum per Papam ad hoc deputata.

Hinc proindè, inanem dicebam inſpectionem, an verſaremur in feudo magis quàm in emphyteuſi, vel econtra; Et an quæ in jure feudorum habentur ſuper hujuſmodi renovationis termino, procedant etiam in emphyteuſi, quia non eramus, neque in feudo, neque in emphyteuſi, ſed utraque ſpecie corrupta & impropriata, dicebam eſſe in caſu mixto, ac tertia ſpecie, præter Inveſtituræ formam, ac juris communis vel feudalis diſpoſitionem, conſtituta per conſuetudinem, quæ proindè totum facit, ac ſolùm ſpectari debet; Undè cum conſuetudo induxerit, ad hujuſmodi renovationem cum ſolutione laudemii, ſucceſſores cogi non conſueviſſe, niſi lapſo anno, illa in omnibus erat attendenda, cum in jure non dubitetur, conſuetudinem juri ſcripto prævalere, multò magis juri feudorum, quod in effectu aliud non continet, niſi Jus conſuetudinarium.

Præſcindendo ſiquidem à conſuetudine, hujuſmodi 4
bonorum conceſſiones emphyteuticæ magis quàm feu-

dales omninò cenſendæ venirent, prout tales perpetuò judicavit Rota, ut habetur apud *Peniam deciſ.*1192. & 1221. *Buratt.dec.*87. *Rojas dec.*313. 321. & 339. *dec.*86. *part.*5. *rec.*317. *part.*9. *Farfen. Bonorum* 27. *Novembris* 1648. & 23. *Martii* 1661. *Cerro*, quarum prima eſt 261. *p.*10. *rec.*

Neque aliquam ſubſiſtentiam babebat feudalitaris argumentum ductum ab antiquis Statutis, mandantibus feudelitaris juramentum, ac obligationem ſerviendi Domino in Exercitu, dum bellum parat, & in quo argumento maximum conſtituebamr fundamentum perſcribentes pro Abbate, quia exercitus, & belli terminos, etiam in Baronibus, & Domicellis habentibus merum & mixtum Imperium cum temporali Juriſdictione, & gladii poteſtate, inter fabulas hodie reponi poſſe videtur, cum non niſi ad Papam in Statu Eccleſiaſtico tam immediato quàm mediato proximo juxta diſtinctionem mediati proximi, & remoti, de qua in *Civitatis Caſtelli hoc eodem tit.* Jus dicendi bellum & parandi exercitum ſpectet, multò minus ad Abbatem à Sixto V. temporali Juriſdictione denudatum, ea lege adjecta, ut iſtorum Oppidorum vel locorum Incolæ, non Abbatis vel Abbatiæ, ſed Sedis Apoſtolicæ immediati Vaſſalli cenſeri deberent.

Et nihilominùs, licèt Advocati more dicerem, leges feudales in emphyteutica materia attendendas non eſſe,
5 niſi tribus concurrentibus, primò nempè, quod non obſtet Jus commune, ſecundò, quod eadem ratio in omnibus abſque aliqua diſparitate militet, & tertiò quod Jus feudale fundatum ſit in juſta & naturali ratione, ut benè ex *Corbul. Burſatt. & aliis Roſenthal. de feud. c.*1. *concluſ.*10. *n.*6. & meliùs *in gloſ. ibidem lit. F.*

Veritate tamen inſpecta credebam, utroque caſu pariformiter idem dicendum eſſe, cum à jure feudo-
6 rum, & adinſtar deducatur terminus anni & diei ad renovationem petendam inveſtitura durante, etiam in emphyteuſi, ut conſtat *ex deciſ.*756. *num.*3. & *per tot. part.*4. *diverſ.* atque pariformiter iſtos terminos pariſicant, *Caldaſ. de renovat. emphyteutica lib.*1. *q.*11. *n.*2. & 3. *Fulgin. de emphyt. tit. de renovat. quæſt.*1. *num.*18. *Rot. dec.*46. *num.*32. *p.*10. *rec.* & *dicta Farfen.* 23. *Mar.* 1661. *Cerro*; ideóque ſolidum fundamentum in hujuſmodi differentia conſtitui non poſſe in Congreſſibus dicebam, ſed potius in altero jam dicto, quod neque ſumus in feudo, neque in emphyteuſi, ſed vel in allodio habente ſolùm hoc onus tanquam ſpeciem ſervitutis, vel in caſu mixto, ſeu quadam tertia ſpecie per conſuetudinem conſtituta, in qua ipſa conſuetudo, prout hucuſque ſervata fuit, in futurum ſervari debet *Penia dec.* 1221. *n.*1. *cum aliis ſupra alleg.*

Prætereà ubi etiam cum terminis feudalibus procedendum eſſet, retentaque ſuperius tradita diſtinctione in abſtracto vera, fallaciam tamen actoris conſiſtere
7 dicebam in ejus applicatione cum in prima potiùs quàm ſecunda ejuſdem diſtinctionis parte verſaremur, quoniam finita etiam tertia generatione, ſtante dicta qualitate per conſuetudinem inducta, per quam hujuſmodi bona, adinſtar allodialium in ultimi morientis hæreditate remanere dicuntur creditoribus affecta, ita & taliter, quod Dominus directus, neque volens poſſit pro ſe retinere, ſed invitus cogatur renovationem ultimi morientis hæredi concedere; Sequitur, non verſari in terminis veræ, & formalis devolutionis, per quam ſequi dicatur conſolidatio utilis dominii cum directo, & unio poſſeſſionis naturalis cum civili, ita ut omnia ſint penes Dominum, ut in ſecunda diſtinctionis parte communiter per feudiſtas ponderatur, undè propterea ceſſat ratio differentiæ.

Longam ſiquidem obſervabam eſſe differentiam, inter caſum illius renovationis, quæ ſequuta vera &
8 formali devolutione, debita eſt proximiori agnato per Dominum alios inveſtire volentem, juxta æquitatem derivatam à traditione *Bartoli in l. p. ff. de aqua quotidiana & æſtiva*, & caſum, de quo agitur: in primo enim proximior nullum in feudo vel emphyteuſi habere dicitur Jus formatum, neque in re, neque ad rem, nullaque ei competit actio realis, ſed ſolùm facultas implorandi Judicis officium, ut ex dicta æquitate ſibi prælationem concedat, ex deductis in dicta *dec.*46. *p.*10. *deciſ.*17. *num.*9. 166. & 230. *part.*11. in qua *deciſ.*17. in ſpecie firmatur non poſſe proximiorem ſub hujuſmodi renovationis prætextu bona devoluta interim retinere, ſed non ſic eſt in iſto caſu, quia ſtante expreſſa diſpoſitione Statuti, ac etiam conſuetudine præciſam renovationem demandantibus, atque ad formam ſeu interpretationem decreti emanati de anno 1658. continuantibus bonis adinſtar allodialium in ultimi morientis hæreditate, idcircò pro hujuſmodi renovatione rectè competere dicitur, non ſimplex æquitativum Judicis officium, ſed actio, ſeu formalis retentio; Undè illa inter unum & alterum caſum differentia eſſe videtur, quod in primo negligentia ſeu culpa agnati non accipientis renovationem poſt monitionem Domini, repellitur ſolùm ab aſſecutione Juris quærendi, ita ut dici non valeat formale præjudicium habens ſpeciem pœnæ, in ſecundo autem importare dicatur pœnam, ac amiſſionem Juris jam quæſiti, & actu competentis quod in hæreditate eſſe dicitur.

Aliam item ponderabam differentiam, quod primo caſu agi dicitur de ſolo præjudicio proximioris agnati non petentis, in ſecundo autem agitur de præjudicio Creditorum, ac aliorum Jus habentium in hæreditate ultimi morientis, quibus proindè hæredum negligentia, fortè aliquando etiam colluſiva, præjudicare non debet, maximè quia creditores, aliique intereſſati ſolent eſſe abſentes, non habentes proindè notitiam de illis monitionibus, quæ per Edictum à Domino fieri ſolent in ipſo loco, in quo bona ſita ſunt, atque ſtante dicto jure certo remanſo in hæreditate, omninò videtur, caſum eſſe regulandum juxta ſecundam potiùs quàm primam partem diſtinctionis, ideóque tempus à lege præfinitum, & cujus beneficio creditores vel alii intereſſati acquieſcunt, non videtur poſſe abbreviari; Cauſa bis propoſita non fuit reſoluta, & pendet, ſed reflectendo ad veritatem, pro hac parte mihi videbatur probabilius reſpondendum eſſe, eamdemque veritatem fortè agnitam eſſe à dicto Cardinali cōmendatario comprobare videtur acquieſcentia.

† DE iſta materia renovationis pro moderna praxi in emphyteuſi potiùs, quàm in feudo diſputari ſolet, ideóque in ſua ſede videndum eſt *ſub tit. de emphyt.* Triplex etenim eſt ſpecies renovationis. Prima eſt iſta, quæ pari debet per novum feudi ſucceſſorem, ſive veniat jure ſucceſſorio ſive etiam veniat ex titulo particulari emptionis vel ſimili, & de hac ſpecie agitur infrà *diſc.*59. ac etiam *in Jannen. Feudorum, diſc.*113. ubi de venientibus jure ſucceſſorio; Et de renovatione petenda per novum emptorem ſeu alium ſucceſſorem particularem plura colligit *Roſa conſult.* 14. & *ſeqq.* & 23. & iſta ſpecies propriè cadit in feudis; Verùm illa videtur eſſe parum in uſu apud nos in Italia exceptis quibuſdam feudis Imperialibus & feudis Regalibus majoribus Eccleſiæ nempè Regno Neapolitano & Ducatibus Parmæ & Placentiæ; ſiquidem in feudis Regnorum utriuſque Siciliæ, in quibus major copia majorque feudorum ſedes eſſe videtur, ut advertitur infrà *diſc.*59. formalis renovatio reſpectu venientium jure ſucceſſorio videtur receſſiſſe ab aula ejuſque loco ſucceſſit ſolutio relevii, de quo ſuprà *diſc.*28. Et in ſucceſſore titulo particulari practicatur petitio litterarum aſſecurationis, ut ſuprà *diſc.*31. cum præſtatione juramenti ex deductis per *Roſam d. conſult.*14. & 15. ſed ſi non petatur, non per hoc intrat caducitas, vel alia pœna, ſed ſolum contractus remanet imperfectus quandocumque revocabilis ex deductis *eod. diſc.*31. Et in hoc Principatu Status Eccleſiaſtici loco renovationis ſtare videtur illa ſolutio tributi vel alterius recognitionis, quæ de more fiat in vigilia vel feſto SS. Apoſtolorum, qua occaſione novus ſucceſſor per ſe ipſum vel per procuratorem

præſtat

Digitized by Google

præſtat qooddam juramentum in Cameras nisi particularis obſervantia aliquorum feudorum aliter exigat, ſed non expeditur nova inveſtitura, ut practicatur in feudis Imperialibus.

Altera eſt illa ſpecies renovationis, de qua propriè in præſenti agitur, quæ ex æquitate debetur proximioribus ultimi inveſtiti per cujus mortem facta eſt devolutio, Et tertia eſt illa, quæ debetur ſingulis quibuſque temporibus ex pacto etiam ubi daretur inveſtitura pro faciliori probatione dominii ſeu pro ſolutione laudemiorum & de bis duabus ſpeciebus agitur in materia emphyteutica ubi videndum.

MANTUANA SUCCESSIONIS

Pro EPISCOPO,

Cum MARCHIONISSA MUNDINA.

Caſus deciſus per Rotam pro Epiſcopo.

De Capacitate fœminarum in ſucceſſione feudorum Eccleſiæ Mantuanæ, & de diverſis illius inveſtituræ formulis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *In feudis etiam Eccleſiaſticis fœmina regulariter non ſuccedunt.*
3 *Fallit ex conſuetudine, quæ dicitur contra Jus.*
4 *Conſuetudo probanda eſt ab allegante.*
5 *Doctorum aſſertionibus an ſit deferendum circa conſuetudines, vel ſtylos.*
6 *Conſuetudo judicandi inducitur per binam Judicaturam.*
7 *Moderna, & aliæ Inveſtituræ regulanda ſunt ab antiqua, & prima.*
8 *In rebus concedi ſolitis non requiruntur ſolemnitates, dummodo ſolitum non alteretur.*
9 *De feudo empititio.*
10 *De varia intelligentia ejuſdem formula inveſtituræ.*

DISCURSUS LIII.

EMpta de anno 1584. per Anſelmum, & Ludovi-
1 cum de Mundinis, ab illis de Gonzaghis tenuta Longberolæ, quæ à vinditoribus habebatur in feudum ab Epiſcopo Mantuano, atque obtenta ab iſto per emptores nova Inveſtitura, *pro ſe eorumque hæredibus, ex eis legitimè deſcendentibus*, dictaque Inveſtitura in perſonis ſucceſſorum ſanguinis pluries renovata, relativè ad antiquam, uſque ad Carolum ultimum hujus proſapiæ maſculum, hic de anno 1648. novam obtinuit Inveſtituram inſimul cum quibuſdam aliis bonis, de ejuſdem Eccleſiæ dominio, à majoribus poſſeſſis, *pro ſe, ejuſque hæredibus ex eo legitimè deſcendentibus etiam utriuſque ſexus*. Undè iſto mortuo de anno 1656. abſque prole, ſuperſtite Marchioniſſa Anna Maria de Mundinis Sorore, & prætendente Sindico menſæ Epiſcopalis, ob defectum maſculorum, factum eſſe locum devolutioni, prodiit in prima inſtantia ſententia menſæ favorabilis, à qua introducta per appellationem cauſa in Rota coram Emerix, per dictæ menſæ defenſores inconſideratè aſſumptum fuit opus probandi hujus Eccleſiæ conſuetudinem, quod ſcilicet ubicumque Inveſtitura concepta non eſt *pro hæredibus utriuſque ſexus*, ſed ſolùm *pro hæredibus legitimè deſcendentibus*, ſoli maſculi ſuccedant, fœminis utpotè incapacibus excluſis, ita ut locus fiat devolutioni, undè aſſumpta diſputatione, num concedenda eſſet remiſſoria, negativa prodiit reſolutio *ſub die* 22. *Junii* 1661. ſub fundamento improbabilitatis, quaſi quod pluribus *Doctoribus* de contrario atteſtantibus, illa eſſet improbabilis.

Doctores autem id aſſerentes allegabantur, *Bardellon. conſ.* 93. *num.* 19. 29. 31. 46. *& ſeqq. Bertazol. conſ.* 39. *num.* 7. *Meltius allegat.* 18. *num.* 26. *&* 27. 54. *&* 93. *lib.* 1. & his annectebantur *Surd. conſ.* 105. *num.* 14. *Ciriac. controv.* 145. *num.* 21. & cæteri dicentes hujuſmodi feuda eſſe alienabilia, ut ex deciſione deſuper extenſa.

Mutatis autem defenſoribus, ego & cæteri ad jura Epiſcopi tuenda aſſumpti, non laudantes conſilium prædictum, aſſumendi onus hujuſmodi probationis, idcircò ſuper *dictæ deciſionis* reviſione non inſiſtentes, oportunum judicavimus aſſumere diſputationem negotii principalis cum dubio, *an conſtaret de devolutione*, eoque diſputato *ſub die* 8. *Junii* 1663. affirmativa prodiit reſolutio menſæ favorabilis, ut conſtat ex *deciſione* deſuper extenſa per eumdem *Emerix*, & reſolutio cum ſenſu veritatis credebatur juſta.

Dicebam enim ſcribendo, regulam ſtare pro devo- 2
lutione, quia in feudis etiam Eccleſiaſticis, de jure fœminæ non ſuccedunt, illæque non veniunt appellatione *legitimorum hæredum*, quorum nomen ſolis maſculis convenit ad *text. in cap.* 1. *§. quin etiam tit. Epiſcopum vel Abbatem*, & in ſpecie feudorum Eccleſiæ, antiquioribus allegatis *Peregr. conſ.* 22 *num.* 22. *lib.* 1 *Mantic. de Tacitis lib.* 23. *tit.* 14. *num.* 21. *Roſenthal. cap* 7. *concluſ.* 31. *num.* 4. *cum ſeqq. Giurb. de ſucceſſ. feud. prælud.* 6. *num.* 19. *Burat. d.* 206. *num.* 2. *Rovit conſ.* 79. *num.* 24. *& ſeqq. lib.* 1. & in ſpecie feudorum Mantuæ *Becc. conſ.* 101. *num.* 33. *& ſeqq.*

Eſt benè verum, quod ab hujuſmodi regula recedi-
tur, vel ex alterata Inveſtituræ formula, vel ex con- 3
ſuetudine, quam regulatam ab ipſorum Regnorum natura habemus in utriuſque Siciliæ Regnis, in quibus Inveſtitura continet eamdem formulam *pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, ſed eſſe conſuetudinem contra Jus obſervat in ſpecie *Urſinus de feud. p.* 1. *q.* 5. *art.* 6. *num.* 14.

Igitur dicebam non eſſe onus Epiſcopi Domini di-
recti probandi conſuetudinem, dum fundatam habe- 4
bat intentionem in diſpoſitione Juris, ſed eſſe onus allegantis conſuetudinem juri contrariam tanquam limitationem regulæ illam probare, ad *text. in l.* 1. *ubi gloſ. & ceteri, c. quæ ſit longa conſuetudo Maſcar. de probat. concl.* 423. *Gregor. deciſ.* 162. *num.* 1. illaque probanda eſt in ſpecie, imò in individuo, cum non extendatur de caſu ad caſum, ut in terminis feudalibus *Oldrad. conſ.* 237. *num.* 3. & generaliter *Mantic. dec.* 357. *num.* 4. *Gregor. & addeu. dec.* 45. *n.* 7. *&* 8. latè in *Majoricen. Canonicatus* 25. *Junii* 1657. *Meltio.*

Nulla probatio dabatur in facto, illamque dedu-
ctam ex aſſertionibus Doctorum, ut ſuprà, nullatenus 5
dicebam attendendam; Tum quia ubi agitur de conſuetudine contra Jus in concernentibus deciſoria, & rei ſubſtantiam, non ſtatur aſſertionibus Doctorum, quibus deferri ſolùm ſolet in concernentibus ordinatoria, vel in iis, quæ concernunt obſervantiam Juris dubii *Maſcar. de probat. concl.* 528. *n.* 1. *& ſeqq. Mantic. dec.* 357. *n.* 2. *&* 6, *dec.* 574. *num.* 17. *& ſeqq. p.* 4. *rec. tom.* 3. *dec.* 101. *p.* 10. *rec. n.* 14.

Tum quia per Sindicum menſæ exhibebantur mul-
tiplicatæ ſententiæ, & licentiæ, oſtendentes contra- 6
riam obſervantiam, quæ in articulo etiam dubio per binam judicaturam induci dicitur *Franch. deciſ.* 91. *num.* 16. *& dec.* 722. *num.* 11. *Apont. conſ.* 41. *vol.* 1. *latè Rovit. conſ.* 18. *num.* 3. *vol.* 1. cum nihilominùs ſufficiat per hujuſmodi actus impedire contrariam conſuetudinem, quæ data difformitate non datur, ex quo Dominus directus habet pro ſe regulam, & Juris aſſiſtentiam.

Clarius hæc procedere dicebam, quia ſi Doctorum aſſertionibus eſt deferendum, *Burſat.* Doctor Mantuanus probatiſſimus *conſ.* 80. *num.* 21. dicit excluſo-

nem fœminarum pro manifeſta veritate ibi haberi; E converſo autem Doctores in contrarium ponderari non videntur attendendi, *Bertazol.* enim *conſ. civili* 39. *num.*3. *& ſeqq.* expreſsè loquitur in caſu Inveſtituræ conceptæ pro *hæredibus utriuſque ſexus*, quaſi ſupponens contrarium, ubi hoc ceſſaret, & ageretur de noſtra formula, quam in modernis Inveſtituris contentam, dicit attendi non debere, utpotè deviantem ab antiqua concepta cum dicta latiori forma, quæ attendi debet, *Bardellon. conſ.*93. non agit ad effectum devolutionis, ſed ad alium, undè ſi in *Rota deciſionibus* habemus eas non eſſe tales cenſendas, niſi in eo quod fuit principaliter in diſputatione, non in aliis quæ incidenter dicuntur, multominùs inferre licet ab auctoritatibus conſulentium, qui ut plurimum, vel ad eorum reſponſa ornanda, vel ad captivandum intellectum debilium judicantium, ſolida & bona motiva reſpuentium, fallacia verò amplectentium, multa incidenter dicere ſolent minùs fundata, ut de me ipſo conſtat ex tot annotationibus, quæ ad veritatem habentur contra mea motiva, tanquam ab Advocato cauſæ ſervienti deducta.

In *Meltii* autem auctoritate confutanda, non multum elaborare opus fuit, dum omnes eum agnovimus in Curia aſſiſtentem aliis Cauſis Mantuanis, de quibus *hoc tit.* cauſæ opportunitati de facili ſervientem.

Et quidem diſcretivus modus concedendi Inveſtituras, etiam eiſdem Mundinis ferè eodem tempore varia feuda ejuſdem Epiſcopatus acquirentibus, clarè iſtam veritatem comprobabat, quia niſi alicujus eſſet operationis, fatua eſſet hæc formularum diverſitas, neque ultimus maſculus dictæ Marchioniſſæ auctor, ſtudioſè curaſſet illam de anno 1648. immutari, ut in terminis diſcretivæ obſervant *Soccin. conſ.*9. *num.*7. *lib.*3. alter *Soccin. jun. conſ.*33. *num.*28. *lib.*3. *Decian. conſ.*47. *num.*18. *lib.*3. *Molin. de primogen. lib* 3. *cap.*5. *n.*55. *& cæteri.*

Et licèt replicaretur, diſcretivam non remanere inanem ſed operativam, ad effectum excludendi ſimultaneum concurſum maſculorum, & fœminarum, ubi expreſsè dicitur pro illis utriuſque ſexus, ſecus autem ubi non exprimitur, ut tunc veniant ordine ſucceſſivo, replicatio tamen nullam habebat ſubſiſtentiam, quoniam ex jam allegatis, verior opinio eſt, ut non curata expreſſione utriuſque ſexus, appellatione legitimorum hæredum, nullatenùs veniant fœminæ, ſolùm venientes ubi exprimitur, & tunc ordine ſucceſſivo, ſeu ſubſidiariè, ex deductis in terminis horum feudorum per *Burſatt. conſ.*63. *num* 9. *cum ſeqq. Rolan. conſ* 84. *num.*14. *& ſeqq. lib.*4.

Ultra quod in dicta immutatione, nullum ex hac
parte dicebatur conſtitui poſſe fundamentum, tum
7 quia hæc ultima inveſtitura relationem habet ad antiquam, à qua omnes ſequentes regulari debent, ut ultra generalia, in his præciſis latè *Bertazol. dicto conſ.*39. & generaliter *deciſ.* 211. *num.*5. *&* 6. *part.*6. *rec. &* 427. *num.*29. *part.*9. Tum etiam quia renovatio facta erat à quodam Sindico menſæ hujuſmodi poteſtatem non habente.

Quinimò ubi etiam ab ipſomet Epiſcopo, ſcienter,
8 & ſtudioſè id factum eſſet, adhuc inevitabiliter obſtare dicebam defectum Beneplaciti Apoſtolici, quod in rebus concedi ſolitis non eſt neceſſarium, ubi ſolitum non alteratur, ſecus autem data alteratione Eccleſiæ præjudiciali, quia tunc eſt neceſſaria ſolemnitas, ejuſque defectus totum actum viriat, cum in hac materia, ex veriori ſententia in Rota, & Curia Romana recepta, utile per inutile vitietur *dec.*421. *num.*12. *part.*4. *rec. tom.*2. 176. *num.*42. *& ſeqq. &* 367. *num.*22. *part.*5. 243. *num.*14 *&* 251. *num.*12. *part.*7. *dec.*444. *part.*4. *tom.*2. *num.*8. *& in aliis* frequenter.

Et nihilominùs, etiamſi hæc ultima Inveſtitura eſſet valida, & apta ad immutandam priorem feudi naturam pro admiſſione fœminarum, neque ſuffragari poterat dictæ fœminæ, quæ non erat deſcendens, ſed Soror inveſtiri, cui nomen deſcendentium convenire non poterat.

Motivabant ſcribentes pro Marchioniſſa, tractari de feudo emptitio, jure allodii potiùs regulando, nullam annexam Juriſdictionem, nullumque ſervitium
perſonale habenre, ideóque improprio, ex iis quæ 9
habentur in alia *Mantuana*, *feudi hoc titulo*, ſed facilis erat reſponſio, tum quia emptio, & venditio interceſſerat, non inter Dominum directum, & Feudatarium, ſed inter unum Feudatarium, & alterum, ob ceſſionem fortè melioramentorum, & commoditatis; Tùm etiam quia emptitii qualitas rectè ſpectanda venit in dubio, ad regulandam conceſſionem ſimpliciter, & indeterminatè factam, ſive quoad ſignificationem verbi *hæredibus* ſimpliciter prolati, quia in feudis rectis, & propriis verbum *hæres* intelligitur pro ſolis de ſanguine deſcenſivo cum qualitate maſculina juxta feudorum naturam, in illis verò ita impropriatis, juxta ſignificationem in rebus indifferentibus cadentem.

Secus autem ubi conſtat de partium voluntate reſtringendi conceſſionem ad illos Sanguinis, ut habemus de feudis Regnorum utriuſque Siciliæ, quæ ferè omnia ſunt emptitia ab ipſomet Domino, & cum formula *pro hæredibus ex corpore* quod idem eſt, ac in caſu noſtro, *pro hæredibus ab eo legitimè deſcendentibus*, & tamen indubitatum eſt, ceſſantibus hæredibus ſanguinis capacibus, ea devolvi, & quoad comprehenſionem, vel non comprehenſionem fœminarum omninò verius eſt ſpectandam eſſe conſuetudinem fortius valentem, ubi naturæ ac juribus feudorum accedit.

Obſervantia enim in hujuſmodi Inveſtiturarum in-
telligentia totum facit, ut habemus in propoſito dictæ 10
formulæ feudorum utriuſque Siciliæ, in quibus una, & eadem eſt prædicta formula *pro hæredibus ex corpore, &c.* quæ tamen in Regno citra ex antiquorum ſapientum intelligentia, & Tribunalium obſervantia intelliguntur pro hæredibus ſanguinis, habentibus tamen aliam qualitatem hæredis rei familiaris, etiam reſpectu ultimi morientis, & in altero Siciliæ ultra, juxta formam antiquam, quæ ibi ſtricta nuncupatur, eadem verba interpretata ſunt pro conceſſione pacti, & providentiæ, ſola qualitate Sanguinis ſpectata.

† SUper hac materia capacitatis fœminarum ſuccedendi in feudis inanis labor videtur hodie diſputare in puncto juris; quoniam in Regnis utriuſque Siciliæ etiam cum aliqua diverſitate inter eadem Regna ſunt generaliter habilitatæ ex ea ratione adaptabili præſertim noſtro Regno Siciliæ citerioris, quod ſcilicet cùm ipſum Regnum, quod eſt feudum in capite ſit fœmininum, hinc meritò ſubfeuda regulantur à natura feudi ex deductis ſuprà *diſc.*13. In aliis autem leges inveſtiturarum ſubſtuliſſe videntur omnes quæſtiones.

Et quatenus tales leges non habeantur intrat diſtinctio inter feuda vera & propria & corrupta ſeu impropriata, de quibus ſuprà *diſc.*7. 11. *& in aliis*; Quoniam in rectis & veris regulariter ſunt incapaces, in aliis autem ſunt capaces, non ex aliqua lege vel privilegio particulari, ſed quia revera non ſunt feuda, quæ cum legibus feudalibus regulanda ſint ſed potiùs ſunt bona allodialia & indifferentia quandam feudalem nuncupationem vel imaginem retinentia, ideóque in his concurſus inter ſucceſſores ſanguinis utriuſque ſexus pertinet potiùs ad materiam fideicommiſſariam ſive pendet à locorum ſtatutis & legibus; Et per conſequens materia eſt incapax regulæ certæ & generalis, erroneumque eſt in ea cum generalitatibus procedere ſive adhibere doctores loquentes de una Regione in feudis alterius Regionis in qua cum diverſis legibus vivatur juxta frequentem modernorum ineptiam.

MASSANEN.

MASSANEN. CASTRORUM

Pro PRINCIPE NICOLAO LUDOVISIO,

Cum ANNIBALE APPIANO.

Conſilium pro veritate in congreſſu.

Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ, an, & quando ſint capaces ſucceſſionis Feudorum, & quando feudum dicatur Eccleſiaſticum, vel laïcale, & an ſubfeudum poſſit eſſe diverſæ naturæ ab ipſo feudo.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De hiſtoria ſuper inventione Juris civilis remiſſivè.*
3 *Caſtra priùs ſpectantia ad unum territorium efficiuntur de territorio alterius, qui ea acquiſivit, ſuæque ditioni incorporavit, & n. 13.*
4 *Refertur votum, ſeu deciſio cauſæ.*
5 *De regula feudali, quod Clerici ſunt torum ſucceſſionis incapaces.*
6 *Referuntur plures limitationes, de quibus ſingulis infrà.*
7 *An Jura feudalia inhabilitantia Clericos procedant in foro Eccleſiaſtico, & in feudis Eccleſiaſticis.*
8 *An Cardinales ſuccedant in feudis.*
9 *De ratione, ob quam Clerici non ſuccedunt in feudo.*
10 *Non dedecet Clericos militare pro Papa, & Eccleſia.*
11 *De eadem ratione, de qua num. 9. circa clericorum excluſionem, & an Jura feudalia ob præjudicium libertatis Eccleſiaſticæ ſint abolita.*
12 *Feuda non fuerunt cognita de jure communi.*
13 *Excluditur qualitas feudi Eccleſiaſtici.*
14 *Subinfeudatus dicitur Vaſſallus ſubinfeudantis, non autem Domini mediati.*
15 *Subfeuda feudi Eccleſiaſtici poſſunt eſſe laicalia, & diverſo jure cenſeri, undè ſubfeuda Regni Neapolitani, quod eſt feudum Eccleſiæ, ſunt de dominio Regis.*
16 *Regula textus in l. ſi quis conductionis de non reſricanda auctori quæſtione dominii procedit etiam in feudis.*
17 *An ſubfeudum poſſit eſſe diverſa natura à feudo.*
18 *Quando dicatur feudum francum, in quo etiam Clerici, ſeu aliàs incapaces ſuccedant.*
19 *Et quid ubi cum ſolo ſervitio reali.*
20 *Servitium reale non tollit obligationem ſervitii perſonalis contentam in juramento fidelitatis.*
21 *An tolerantia incapacis in poſſeſſione feudi reddat eum capacem.*

DISCURSUS LIV.

INter illas Italiæ Civitates, quæ poſt ſciſſum in partibus Occidentalibus Romanum Imperium, va-
1 riaſque Barbarorum incurſiones, in maxima rerum revolutione libertatem ſibi compararunt, præcipua fuit Piſana, quæ felicibus auſpiciis quamor, & ultra ſæculorum ſpatio potentiſſimæ Reipublicæ figuram geſſit, præſertim in maritimis, & à cujus Claſſe recognoſcimus uſum Juris civilis juxta legalem hiſtoriam, de qua *in Neapolitana ædificii ſub tit. de ſervitutibus.*, & obiter quandoque in aliis hoc eod. tit. præſertim *in*
2 *Clomæcen. Vallium, & in Montiſpeluſii prælationis.* Inter alia verò Oppida, & loca per ipſam poſſeſſa erant, Plumbinum, Popolonia, Inſulæ Iluæ, Planoſiæ, & Montis Chriſti, aliaque Oppida, & Caſtra Plumbini Statum nunc conſtituentia, donec circa annum 1340. ab ejus Civibus Andrea, & Petro de Gambacurta in ſervitutem redacta, ab iſtis, per ea media, quæ habentur apud Hiſtoricos, ac etiam ex noſtris *apud Theodor. alleg.* 51. circa annum 139. tranſivit in dominium Jacobi Appiani primi nuncupati, cujus filius, & immediatus ſucceſſor Gherardus, quietis cupidus, vendita ipſa Civitate Piſarum Duci Mediolani, Statum Plumbini ſibi reſervavit, per duo ſæcula, & ultra in ejus deſcendentes tranſmiſſum.

Cum autem uſque ab anno 1624. Epiſcopus Maſſanus duo diruta Caſtra, Vallis, & Montionis nuncupata, cum eorum tenutis, ſylvis, paſcuis, aliiſque pertinentiis, titulo permutationis cum quodam palatio aliiſque bonis, & ſumma pecuniaria, tranſtuliſſet in quoſdam de Tudinis Cives Maſſanenſes, ſub annua præſtatione unius marchæ auri, Gherardus prædictus circa annum 1400. titulo emptionis à præfatorum acquirentium ſucceſſoribus dicta Caſtra acquiſivit, dictoque Statui incorporavit, eoque defuncto, ac ſucceſſivè per plures manus dicto Statu obvento in Jacobum Appianum tertium, hic duos habens filios, in teſtamento, Jacobo primogenito reliquit totum Statum prædictum, Beliſario autem ſecundogenito Jure legati reliquit præfata Caſtra, exceptis Juriſdictione, & Imperio, quæ noluit à Statu dividi, ſed ad primogenitum, & ſucceſſores ſpectare.

Et quoniam ſub dicto Jacobo quarto circa annum 1475. ſub Pontificatu Sixti IV. intra dictorum Caſtrorum fines detecta fuit vena aluminis, hinc orta eſt controverſia cum Camera Apoſtolica prætendente impedire hujuſmodi venæ excavationem, vel ratione Juris privativi ſibi competentis ob ſimilem venam Tulfanam, utpotè deſtinatam pro Sancta Cruciata in defenſionem fidei, vel ad dominium ipſius Cameræ ex Juribus Eccleſiæ Maſſanæ; unde ſub Innoc. VIII. ſucceſſore de anno 1490. deventum eſt ad concordiam, per quam commiſſa cauſa in Rota ſuper puncto, an dicta vena ſpectaret ad Eccleſiam Maſſanam, vel ad Appianos, conventum eſt, ut per annos 12 per iſtos abſtineretur ab excavatione ſub recompenſa interim annuæ præſtationis Ducator. bis mille per Cameram eis ſolvendorum, & de qua concordia habetur *apud Dec. conſ.*407. *num.*7. *Menoch. conſ.*147. *num.*18. *Decian. conſ* 40. *num.*42. *lib.*4. Cumque de anno 1501. ſub Alexandro VI. Dux Valentinus Borgia dictum Statum, cum Appianorum expulſione, occupaſſet, fertur iſtum proſequendo cauſam in Rota, unius anni ſpatio tres conformes obtinuiſſe, declarantes nullum Jus dictæ Eccleſiæ & Cameræ Apoſtolicæ in dictis Caſtris & vena reſpectivè competere, quarum ſententiarum ſimplex informis copia circumfertur, & paulò poſt dictus Jacobus IV. amicorum ac Vaſſallorum ope, Valentino expulſo Statum recuperando, ut in futurum ab hujuſmodi caſibus magis tutus redderetur, ſe dedit protectioni Maximiliani tunc Romanorum Regis, à quo de anno 1502. recognoſcendo dictum Statum in feudum *pro ſe ſuiſque liberis & deſcendentibus maſculis*, Inveſtituram accepit, in meliorem formam redactum de anno 1509. quando cum prudenti conſilio judicatum fuit eam accipere ab eodem Maximiliano jam Imperatore, in quarum utraque, inter ejuſdem Status Oppida & loca, renunciantur iſta Caſtra Vallis & Montionis, ſuper quibus de anno 1540. Cardinalis Alexander Farneſius Eccleſiæ Maſſanæ adminiſtrator litem introduxit in Camera contra Ferdinandum Appianum dicti Beliſarii ſecundogeniti filium, qui tunc à dicto Statu bannitus, dictiſque Caſtris privatus, in Statu Eccleſiaſtico morabatur.

Aliaque Juriſdictionalis controverſia, forſan occaſione banni & confiſcationis dicti Ferdinandi, ſuper eiſdem Caſtris circa ea tempora orta eſt inter Plumbini dominum, & Magnum Ducem Etruriæ, prætendentem Caſtra prædicta eſſe de territorio & pertinentiis Civitatis Maſſanenſis, undè ad favorem Domini Plumbini ſcripſerunt multi Inſignes Italiæ I. C. probantes Caſtra prædicta incorporata eſſe Statui Plumbini,

bini, ac de ejus territorio, & pertinentiis in omnibus effecta eſſe, ut præſertim probant *Cephal. conſ.458. & ſeq. Decian. dict. conſ.40. lib.4. & omnium plenius Menoch. dict. conſ.147.* probantes per hujuſmodi acquiſitionem & incorporationem, ea effecta eſſe de hac ditione novi acquirentis, & ita, vel per ſententiam arbitramentalem, vel per concordiam determinatum fuit, cum ſubſequuto pacifico effectu.

De anno verò 1561. Sfortia Appianus dicti Ferdinandi filius, ac reſpectivè præfati Beliſarii legatarii nepos, cupiens dicta Caſtra reædificare, ac Vaſſallos introducere, licentiam deſuper obtinuit à Jacobo VI. tunc Status Domino, ſub illa tamen lege, ut ea *pro ſe, ſuiſque poſteris maſculis legitimè deſcendentibus* reciperet in feudum, ſub jura nemo fidelitatis juxta formam Imperialis Inveſtituræ, & ſub obligatione præſtandi ſingulis annis vitulum unum in die S. Auguſtini, quodque in cauſis appellationum & gravaminum, ad ipſum Dominum ejuſque officiales recurrendum eſſet, expedita deſuper formali Inveſtitura, approbata de eodem anno per Imperatorem Ferdinandum primum.

Defecta demùm linea maſculina dicti Jacobi quarti, vel juxta unam opinionem in ipſomet Jacobo IV. vel juxta alteram in Coſino ſeu Jacobo VII. pupillo filio Alexandri, de quo ſub Judice lis eſt, an legitimus vel illegitimus dicti Jacobi VI. filius fuerit, devolutoque propterea Statu ad Imperatorem, hic de illo infeudavit Philippum III. ſeu IV. Hiſpaniarum Regem *pro ſe, ſuiſque in Regnis, deſcendentibus, & ſucceſſoribus utriuſque ſexus*, ſub ea lege, ut ſubinfeudare teneretur perſonam ab ipſo Imperatore nominandam; Quare Beliſarius, Horatius, & Annibal de Appianis dicti Sfortiæ filii ex æquitate poſita per *gloſ. & Bart. in l. p. ff. de aqua quotidiana & aſtiva*, tanquam proximiores agnati ultimi feudatarii defuncti (rejecta in aulico Conſilio eorum prætenſione ſuper ſucceſſione in Statu deducta, ex teſtamento Gherardi) obtinuerunt nominationem ab Imperatore, & ſucceſſivè ſubinfeudationem à Rege, ſub conditione ſolvendi intra certum terminum Cameræ Imperiali Florenos 800. m. in qua Inveſtitura per eos obtenta & acceptata, ad formam primæ Inveſtituræ obtentæ per Jacobum IV. ejuſque renovationum, inter Oppida & loca, enunciantur etiam dicta Caſtra Vallis, & Monthronis; Cùmque ob dictam ſolutionem in termino non factam, cum decreto Imperiali dicta ſubinfeudatio declarata eſſet reſoluta, cum præfatorum Appianorum caducitate ab omni Jure, hinc proindè idem Imperator in hujuſmodi ſubfeudo nominavit, ex titulo oneroſo ſolutionis duodecies centenorum millium Florenorum ejus Cameræ Imperiali factæ, Nicolaum Ludoviſium Venuſii Principem, Gregorii XV. Nepotem, quem de anno 1634. à dicto Rege Philippo IV. ſubinfeudatum, Beliſarius dictorum fratrum primogenitus, tanquam dictorum Caſtrorum poſſeſſor & ſubfeudatarius in dominum recognovit, fidelitatis Juramento præſtito, dictaque ſuperioritate in gradu appellationis, & recurſuum continuante.

Defectiſque demùm abſque prole prius dicto Beliſario, poſtmodum de anno 1652. Horatio ſæcularibus, ſuperſtite Annibale Clerico in Sacris, hinc Officiales Principis, credentes factum eſſe caſum devolutionis, poſſeſſionem acceperunt, tam Caſtrorum, eorumque membrorum & pertinentiarum, quàm etiam aliorum bonorum, quæ per dictos fratres intra Plumbini Statum poſſidebantur, undè propterea dicto Annibale recurrente ad ipſum Principem nunc in Urbe commorantem, hic veritatis, & juſtitiæ ſinceriſſimus amator, conſilium pro veritate in congreſſu, prævia diſcuſſione Jurium ex parte dicti Annibalis exhibitorum peti, ab Inſignibus I. C. Andoſilla & Ronconio, ac etiam à Me, atque in congreſſu deſuper habito, præfatis doctiſſimis Viris placuit, in omnibus ſequi votum, quod ego tanquam junior dederam.

Diſtinguendo ſiquidem bona, de quibus agebatur, in tres ſpecies, primam ſcilicet ipſa Caſtra inhabitata
4 cum Juriſdictione, imperio, & Jure dominicali, alteram in bona merè privata & allodialia extra dictorum Caſtrorum ambitum & fines, & tertiam in tenutas, Sylvas, paſcua & alia prædia exiſtentia intra fines dictorum Caſtrorum, totumque eorum ambitum.

Quoad primam ſpeciem, dixi probabilius pro devolutione in excluſionem dicti Annibalis tanquam Clerici in Sacris, & incapacis reſpondendum videri, & è converſo, indubitanter pro ipſo Annibale reſpondendum eſſe in dicta ſecunda ſpecie bonorum allodialium; Quia verò ſuper tertia adhuc eram indeterminatus, utpote in puncto probabiliter dubio, idcircò attenta gravi ætate dicti Annibalis, habitáque conſideratione, quod eſſet ultimus de hoc ceppo Appianorum, qui duorum ſæculorum ſpatio, & ultra Statum poſſiderat, fui in ſenſu, quod ex prudentiali & æquitativo temperamento, non dimitteretur quidem ipſorum bonorum poſſeſſio, ſed ſub aliis titulis per miniſtros ſingulis annis dicto Annibali ſubminiſtraretur æquivalens ejus, quod ex hujuſmodi tenutis & Sylvis perciperetur, atque ita dicto Annibale acquieſcente practicatum fuit, donec vixit.

In hujuſmodi ergo extrajudiciali examine, in quo præſuppoſita dicta facti ſerie, atque non controverſa per Annibalem dicta ſubinfeudatione facta Sfortiæ ejus patri, quæſtio reſtringebatur ad punctum Clericatus in Sacris, an ſcilicet illum in hac feudali ſucceſſione inhabilitaret, pro ipſo ſcribentes admittebant
5 regulam *text. in c. primo an mutus, &c. in cap.1. de feudo fœminino, & cap.1. §. qui Clericus, ſi de feudo fuerit controverſia*, ſuper Clericorum incapacitate, & quam regulam theoricè & practicè receptiſſimam eſſe in feudis Principum ſæcularium, cæteris collectis, latè firmant *Roſenthal. cap.7. concluſ.29. Urſir. de ſucceſſ. feudorum, part. prima, quæſt.9. art.1. Lanata theatr. feudal. part.9. dilucidat.80. Rota deciſ.490. num.1. part.5. rec. Menoch. conſ.202. num.116. & ſeqq. & conſ.181. num.71. & ſeqq.* licet prius *ex num.64.* contrarium diceret pro ratione dubitandi, inde ſcribentes in contrarium forte comutuaverant.

Verùm plures deducebant limitationes, ex quibus
6 dicebant regulam prædictam non obſtare primò quia tractaretur de feudo Eccleſiaſtico, à cujus ſucceſſione Clerici non excluduntur, ſecundò quia Inveſtitura concedit hoc feudum uti francum, in quo pariter Clerici ſuccedunt, tertio, quia nullum præſcribitur ſervitium perſonale, ſed tantùm præſtatio realis unius vituli, æquè benè à Clerico præſtandi, quartò, quia videbatur habilitatus per Imperatorem etiam in ſucceſſione feudi principalis, dum Inveſtitura ut ſupra dictis fratribus conceſſa enunciatur Protonotarius Apoſtolicus, quintò demùm, quod ſaltem de æquitate, ceſſante aliorum agnatorum concurſu admitti debebat, ſuper quibus ſingulis, exterorum potius ſtylo quàm Curiali, copioſiſſimæ datæ fuerunt informationes.

Singulas igitur limitationes prædictas examinando, quatenus pertinet ad primam, licèt *Felin. in c. p. in præ-*
7 *ſentia, num.11. in fine, de probat.* explicitè firmet, Jura feudalia ſuper Clericorum incapacitate ſuperiùs allegata, locum quoque habere in feudis Eccleſiaſticis, ex ea ratione, quod iſtæ conſuetudines tanquam jam receptæ in leges, obligant etiam in conſcientia, & in foro Eccleſiaſtico ſervandæ ſunt, & Felini ſententiæ adhærere videatur *Roſenthal. dict. cap.7. concluſ.29. n.16. & in gloſſ. litt. S.*

Nihilominus admittebam contrariam opinionem eſſe magis communem & veram, quam ex profeſſo ſubſtinet *Jaſ. conſ.127. lib.4. & ſequuntur Roland. conſ.76. num.13.*

*num.*13. *lib.*3. *Cravett. conſ.*445.*num.*8. *Surd. conſ.*140. *num.*31. *Menoch.conſ.*804.*num.*66.*Cacheran.d.*27.*n.*17. *Carol. de Graſſ. effect. clerical.*4. *num.*301. *Belleit. diſquiſ. Clerical. part.*1.*tit. de bonis Clericorum*, §.19. *n.*13. *Argel. de legitimo contradictore*, *quæſt.*19.*art.*6.*num* 120. *ubi allegatur deciſio in Brixien. feudi coram Pamphilio plenè Fagnan.* poſt hæc examinata editus *in cap. qua in*
8 *Eccleſiarum*, *num.*104. *de Conſtit.* ubi etiam de capacitate Religioſi effecti Epiſcopi in caſu, de quo *in Romana ſeu Peruſina hoc tit.* Et quamvis *Jaſ.* qui in iſta concluſione anteſignanus videtur, loquatur de Cardinali, in quo plurium ſententia eſt ob excellentiam dignitatis ceſſare dictorum Jurium diſpoſitionem, eumque ſub Clericorum nomine non venire, quamvis ageretur de feudis Laicalibus ex collectis *per Ann.ſingul.*70. *ubique adden. in poſtremis additionalibus* cujus tamen contrarium cæteri voluit collecti *per dictos addentes*, *Franch. dec.*20. *Urſin. de ſa ceſſ. feud. p.*1. *quæſt.*9. *art.*1. *num.*21. *Menoch.conſ.*181.*ex num.*71.& *conſ.*202. *ex num.*116. ubi de Cardinali quem regulat jure aliorum Clericorum, attamen ſuperiùs allegati & cæteri, ex eadem auctoritate generaliter id firmant in quocumque Clerico, quoties agitur de feudo Eccleſiaſtico.

9 Ex ea clara ratione, quod ideo per Jura feudalia inhabilitantur Clerici, quia feudum eſt militia, cui cum fidelitatis juramento feudatarius erga Dominum ſe addicit, ideóque Clericus miles Chriſti non poteſt eſſe miles Sæculi, *ut benè gloſ magiſtralis in dicto c. primo*, §. *qui Clericus*, *ſi de feudo defuncti*, cum qua communiter pertranſeunt feudiſtæ collecti per *Roſenthal.* & *Urſin. ubi ſuprà*, & ex qua ratione ego dicebam in una Mediolanen. penſionis pro Cardinali Sabello, de qua in ſua materia *ſub tit. de penſionibus*, eum, qui effectus erat feudatarius Principis laici cum titulo Marchionatus, amiſiſſe penſionem, quod etiam habetur *apud Fonda de penſ.cap.*77.*num.*7.

Ac etiam quia Princeps ſæcularis, qui feuda concedit, id facere cenſetur, ut ſibi conſtituat milites ſibi ſubjectos, atque à ſe punibiles, non autem eos, quos cognoſcere, & punire non poteſt, ut ponderat *Jaſ. dicto conſ* 117. *num.*5. *in fine verſ. nam Principes ſæcula-*
10 *res Fagnan. loco citato*, *num.*103. quæ rationes ceſſant in feudo Eccleſiaſtico, cujus ſit dominus Papa vel alter Prælatus, quia non dedecet, Clericum aliàs ſubditum ei præſtare juramentum fidelitatis, ac etiam ubi exigat neceſſitas, ſervitium militare, ut tam antiquæ hiſtoriæ, quàm moderna praxis docent, unde propterea, poſt hæc pariter examinata, dicebam *in Beneventana penſionis*, *de qua ſub dicto tit. de penſionibus*, ob militiam Papæ, ac Sedis Apoſtolicæ non amitti penſionem, adhibendo iſtos terminos feudales, & cum dicta diſtinctione deducta ex præfato magiſtrali *conſ. Jaſ* 117.
11 & cum ratiociniis, quia non habebatur ſpecialis auctoritas ita diſtinguens, ut ibi latius.

Non tamen placere videtur propoſitio numero motivata per aliquos Scribentes, quod ſcilicet Jura feudalia quamvis ex immemorabili conſuetudine juxta hodiè receptam, & indubitatam opinionem, ſint authentica, & pro legibus habenda ſint, non tamen in hac parte recipi debeant, tanquam Eccleſiaſticæ libertati præjudicialia, & ex eadem ratione, ob quam abolitæ ſunt leges civiles de Clericis, & Eccleſiis diſponentes, quoniam dicta Clericorum inhabilitatio non provenit ex dictis Juribus, eorumque auctoritate, auferendo Clericis, & Eccleſiis id, quod aliàs eis competeret, ſed potiùs provenit ex ratione incompatibilitatis unius ſtatus cum altero, ac veriſimilis voluntatis concedentis, quem niſi expreſsè dicat, ſummque præjudicium ita remittat, nullatenus veriſimile eſt, quod ſibi conſtituere voluerit militem illum, quem cognoſcere non poteſt; Neque exindè aliquod Clericorum præjudicium vel injuria reſultare dicitur, quoniam qui poteſt nullatenus concedere, ac omnibus denegare, nemini facit injuriam, ſi concedit ſolùm certo generi perſonarum, denegat autem alteri, potiſſimè ubi non conſtat, hujuſmodi denegationem ſeu excluſionem reſultare ex irrationabili odio Clericatus, & Status Eccleſiaſtici, ſed ad aliud rationabile motivum quamvis non expreſſum, & in dubio præſumendum, referri poteſt, juxta ea, quæ frequenter habentur in materia fideicommiſſaria in propoſito excluſionis Clericorum, Religioſorum, & Monaſteriorum, ſive mulierum nuptarum cum ſimilibus.

Feuda enim cognita non fuerunt de jure communi, ſed poſt ſciſſum Romanum Imperium, a Longobardis 12
vel Germanis per quemdam uſum ſeu conſuetudinem introducta fuerunt, quæ conſuetudo ita qualificate inducta eſt; Quod agnoverunt etiam Sac. Canones, qui ut Principes ſæculares allicerent ad feuda concedenda Clericis, & Eccleſiaſticis, iſtorum ſubjectionem quoad concernentia ipſum feudum eis tradiderunt *in cap. ex tranſmiſſa*, & *cap. ſeq. de foro competenti*, atque ita docet inconcuſſa praxis totius etiam Orbis, præſertim verò illa Regni Neapolitani, *ut in Venafren. in Venuſina & in aliis hoc eod.tit.* quod eſt fortius, cum illud ſit feudum Eccleſiæ.

Admiſſa igitur limitatione, quod ſcilicet in puncto Juris Clerici ſint capaces feudi Eccleſiaſtici, negabam 13
tamen ejus applicationem ad factum, ob omninò ceſſantem hujuſmodi qualitatem, ex eo deductam, quod hujuſmodi Caſtra originariè conceſſa fuiſſent per Eccleſiam Maſſanam, quoniam conceſſio juxta ſupradictam facti ſeriem de anno 1264. facta per Epiſcopum, Todinis Civibus Maſſanis, nullam videbatur feudalem imaginem habere, ſed fuiſſe per contractum privatum permutationis ex cauſa merè correſpectiva, maximè quia feudalitas in dubio non præſumitur, *ut in Clomacen. in Lucana*, & *in aliis hoc tit. ſatis frequenter*, potiſſimè quia ab anno 1400. in quo Gherardus Plumbini dominus hujuſmodi Caſtra titulo emptionis, tanquam merè allodialia quæſivit, ſuoque Statui incorporavit, potuerunt immutare naturam, utpote à priori territorio diſmembrata, & regulata tanquam pars ſeu membrum hujus feudi laicalis, ut plenè probant *Menoch. dicto conſ.*147.*Cephal. conſ.*458.& *ſeq.* & *Decian. conſ.*40. *lib* 4. & comprobant etiam tot Inveſtituræ, & renovationes factæ ab an.1502. uſque in præſens.

Omnemque difficultatem in propoſito penitùs ceſſare dicebam ex eo, quod quidquid eſſet de hujuſmodi Caſtrorum natura, & qualitate in controverſia, quæ haberetur inter ipſam Eccleſiam, ipſumque Status Plumbini Dominum, nihilominùs de hoc objicere non poterat dictus Annibal veniens ex præfata Inveſtitura, quam Sfortia ejus pater Jure ſubfeudi, & cum licentia, & aſſenſu Imperatoris Domini directi habuerat à Feudatario, tanquam de re laicali, quoniam ſubinfeudatus dicitur Vaſſallus ſubinfeudantis, qui eſt ejus Dominus immediatus, non autem Domini dire- 14
cti, & mediati, ut benè, & punctualiter *Natta conſ.* 600. *num.*23. & docet praxis ejuſdem Regni Neapolitani, quoniam licèt ipſum feudum in capite ſit Eccleſiæ, nihilominus ea ſubfeuda, quæ per Regem Feudatarium conceduntur illis Baronibus, dicuntur laicalia, cum Clericorum incapacitate, ex deductis *in* 15
dictis Venafren. & Venuſin. ac aliis; Ut enim benè advertit *Bald. in l.*1. *in fin. C. unde legit.* quamvis Regnum Apuliæ quoad ſuam univerſitatem ſit feudum Eccleſiæ, attamen illa ſubfeuda, quæ per Regem aliis conceduntur, ſunt de dominio ipſius Regis, ac diverſæ naturæ, quod latius *ex Bal. ubi ſupra*, ac etiam ex Iſernia, & aliis benè reaſſumit *Pariſ. conſil. primo*,*n.*99. *lib.*1. ubi de Duce Mediolani, quod licet Ducatus ſit de dominio Imperatoris, attamen ſubfeuda ſunt de dominio Ducis, refert *Mantica de Tacit. lib.*23. *tit.* 3. *num.*16.& 17.

Ad quod ponderabam regulam textus *in l.ſi quis con-* 16

ductionis, *Cod. locati*, de non refricanda proprio auctori dominii quæſtione, quam regulam procedere in omni materia, præſertim verò in feudali, firmant in ſpecie *Jacobus de Belviſio in c. 1. verſ. prædictis modis, quæ fuit prima cauſa Beneficii amittendi*, *Præpoſ. ibidem, §. qui domino*, *& cæteri collecti per Schrader. de feudis part. 9. ſect. 9. num. 25. & ſeq. Rota deciſ. 222. num. 8. & ſeq. part. 8. rec. deciſ. 57. num. 1. cum ſeq. & dec. 89. n. 15. part. 9. Adden. ad dec. 420. num. 50. & 74. part. 4. rec. tom. 2.* Undè cum Sfortia dicti Annibalis pater receperit hoc ſubfeudum, tam à Feudatario, quàm ab Imperatore Domino directo, tanquam membrum dicti feudi Laicalis Plumbini, non poterat iſta diverſa qualitas allegari, refricando quæſtionem dominii proprio auctori, potiſſimè quia in Inveſtitura, quam idem Annibal cum fratribus ut ſuprà recepit ab Imperatore de ipſo feudo Plumbini, (eorum culpa non effectuata,) expreſsè conceduntur hujuſmodi Caſtra, tanquam pars, & membrum hujus feudi.

Dicebantur, quod licet dicta Inveſtitura facta per Jacobum ſextum Sfortiæ importare videretur ſubfeudum conceſſum à laico, nihilominùs id immutare non
17 poterat ipſorum Caſtrorum naturam, & qualitatem, quia ſubfeudum non debet eſſe diverſum ab ipſo feudo, ſed eodem Jure cenſendum eſt; Verùm, & hoc nullius momenti videbatur, tum quia negabatur dictum aſſumptum, quod Caſtra per Dominum Plumbini poſſiderentur Jure feudi Eccleſiaſtici, ut ſuprà, tum etiam quia dicta propoſitio procedit in ea omnimoda ſubinfeudatione, quæ, nihilo per ſubinfeudantem retento, fiat alteri de toto feudo, cum tunc adinſtar ementis pro perſona nominanda, ſubinfeudans dicatur nudum organum ſeu Inſtrumentum, ſubinfeudatus verò, diſtinctè, & immediatè habere dicatur à primo infeudante, ſecùs, ubi aliquo pro ſe retento, ſubinfeudat partem, quia tunc feudum retinet in ſubinfeudante ſuam naturam, & non implicat, quod in ſubfeudo tanquam excadentia, ſeu contractu ſeparato, diverſa imprimatur natura ex lege conceſſionis, juxta diſtinctionem, de qua *ſæpius hoc eodem tit. præſertim in Mantuana bonorum pro Epiſcopo*, *in Senogallien. & in Eugubina, ubi latius videri poteſt.*

Quo verò ad ſecundam, & tertiam limitationem deductam ex conceſſione feudi franchi, ſive ob non con-
18 ventum ſervitium perſonale, ſed tantùm reale, dicebam quod una vel altera, fortius verò utraque qualitate concurrente per veritatem, & de facto, aſſumptum eſſet verum, ac rectè procederent ea, quæ de feudo franco habentur copioſè collecta *apud Cacheran. dec. 27. cum cæteris collectis per Menoch. conſ. 181. n. 66.* ubi etiam agit de ſervitio merè reali per Clericum æque ac laicum, abſque aliqua differentia præſtabili.

Verùm fallacia pariter erat in applicatione ad factum, quoniam ut inſinuatum eſt, id rectè procedit, quando franchitia conſiſtit in re, non autem in verbis, quia nempè feudum datum ſit abſque ullo onere ſervitii, nec explicito, nec implicito, ſub juramento fidelitatis, quod nullum præſtetur, ita ut concurrat omnimodo franchitia, & libertas, præterquam ab eo reali, quod eſt expreſſum, ut ſunt illa feuda frequen-
19 tia in Lombardia, ut plurimùm ruſtica, ſive Juriſdictione, gladii poteſtate, & imperio, conſiſtentia in aliquo prædio, vel petia terræ, quæ concedi ſolent ſub onere ſolvendi Domino ſpatulam porci, vel par Capponum, cum ſimilibus, cum tunc dicantur feuda omninò impropriata, & corrupta, non cum feudali Jure regulanda, ſed potiùs cum jure communi adinſtar bonorum indifferentium, & allodialium, quorum Jure cenſentur, aliud de feudo non habentia, niſi nuncupationem, ut etiam in Regno Neapolitano ſunt ea, quæ dicuntur feuda plana, & de tabula ſimpliciter, ex iis, quæ habentur ſuprà *in dicta utraque Mantuana*, ubi de hujuſmodi diſtinctionibus.

Secùs autem, ubi adeſt Juramentum fidelitatis continens implicitam obligationem ſervitii, etiam perſonalis ſub ejus formula contentam in neceſſitatibus, & extraordinariis occurrentiis, ſolúmque pro tempore currenti, & non calamitoſo, in quo nulla ſubſit ſervitii neceſſitas, vel occaſio, conveniatur de aliqua præſtatione reali pro Domini ſubventione, ſive pro ejus recognitione, & meliori conſervatione dominii, ac Vaſſallagii reſpectivè, ut e. g. eſt in dicto Regno, in quo per Barones, & Feudatarios, ultra obligationem implicitè contentam ſub juramento fidelitatis, ſingulis annis Regi præſtatur certa ſumma pecuniaria, quæ ibi *adoha* nuncupatur, quoniam hæc non excludit alias perſonales obligationes in juramento fidelita-
tis contentas, ut advertunt *Cacheran. d. deciſ. 17. n. 9.* 20
Roland. conſ. 13. num. 35. lib. 1. Afflict. deciſ. 320. num. 9. Graſſ. de effect. Clericat. 4. num. 250. & cæteri, ac habemus de ipſomet Regno erga Sedem Apoſtolicam, cum pro eo ſolvatur ſingulis annis Cenſus conſiſtens in certa ſumma pecuniaria, & uno equo, non indè tamen deſinit eſſe feudum, cum ſimilibus; Et ſic ea, quæ per DD. dicuntur de feudo Franco, ſeu reſtricto ad certam recognitionem realem, intelligenda veniunt ut ſuprà, quando de facto concurrit omnimoda franchitia, & libertas, ut benè cæteris allegatis advertit *Menoch. d. conſ. 181. num. 83.* ubi in ſpecie reprobat *Alciatum* in eodem caſu ſcribentem, non autem ubi franchitia reſultet ex ſola formula verborum, & clauſularum, quæ ex quodam formulario in omni plenè Inveſtitura, ad quamdam honorificentiam, & majorem prærogativam, præſertim verò in feudis majoribus, & primæ Claſſis cum Regalibus, & Jure Principatus adjici ſolent, quoniam aliàs omnia feuda ita eſſent corrupta, & in hoc verſari ſolet frequens æquivocum illorum ſcribentium, qui non benè hanc feudalem materiam callentes, ſoli verborum, & clauſularum formulæ inhærendo, iſtos terminos confundunt.

Applicando igitur ad rem, quamvis demandatum eſſet onus realis præſtationis unius vituli ſingulis annis, in recognitionem Superioritatis, & dominii, atque in Inveſtitura, adinſtar inveſtituræ ipſius feudi principalis conceſſæ par Imperatorem, adeſſent conſuetæ clauſulæ de feudo *franco honorifico*, *&c.* nihilominus continebatur explicitum juramentum fidelitatis ad formam Inveſtituræ Imperialis, & cum eadem reſtrictione ad ſolos liberos, & deſcendentes maſculos, juxta regularem naturam feudi veri, & recti, potiſſimè quia non agebatur de conceſſione alicujus petii terræ ad ſolam fruitionem ſine Juriſdictione, & Imperio, juxta caſum, de quo ſupra in dicta utraque *Mantuana* cum ſimilibus, de quibus frequentibus agunt DD. Lombardiæ, vel adjacentium Regionum, in quibus in uſu ſunt hujuſmodi feuda ruſtica, ſolam nuncupationem feudalem habentia, ſed de duobus Caſtris, cum Vaſſallis, Juriſdictione, & Imperio, unde proptereà mihi videbatur, quod verſaremur in caſu omninò plano.

Motivum tolerantiæ deductum *ex Jaſ. d. conſ. 117. lib. 4.* pariter ceſſabat ex facto, quoniam pro tempore
quo vixerant alii fratres laici, & capaces, aliqua iſtius 21
Clerici poſſeſſio, conſiſtens magis in participatione fructuum, & emolumentorum, referenda veniebat, vel ad familiaritatem cum fratribus, vel ad participationem fructuum ratione vitæ militiæ, ſeu alimentorum, dum in facto è converſo conſtabat, quod juramentum fidelitatis dicto Principi, tanquam novo domino, præſtitum fuerat à ſolo Beliſario primogenito, abſque dicti Clerici mixtura, & enunciatio Inveſtituræ Imperialis de dicto Annibale Protonotario Apoſtolico levitatem continere videbatur, quoniam Inveſtitura prædicta erat de futuro, effectum ſcilicet ſortitura, poſtquam ſequuta eſſet ſolutio 800. m. Florenorum; Cumque habilitas requiratur de tempore, quo cum effectu obtinetur feudum ejuſque poſſeſſio, benè

ſtabant

ſtabant ſimul, tunc obtinere Protonotariatum, qui haberi poteſt etiam per Clericum in minoribus, ſed deindè, per dimiſſionem Clericatus effici capacem; Tunc enim hujuſmodi tolerantia implicitam diſpenſationem impedimenti cauſare ſolet, quando concurrit in Principe certa ſcientia impedimenti, & admiſſio impediti in feudo, ut erat caſus, de quo *Jaſ.d.conſ.*117. ubi de Cardinali Farneſio, quem indubitanter ionoteſcebat Papæ eſſe Clericum in Sacris tolerato in poſſeſſione feudi per decennium & ultra, undè propterea iſtud motivum omni prorſus fundamento deſtitutum erat.

Prout & alterum æquitatis, deficientibus cæteris agnatis capacibus, cum non exindè reſultet, incapacem à Domino invito admittendum eſſe, & contrarium docet obſervantia, ut vidimus de Cardinali Peretto, ſeu de Monte alto, de quo habetur *in dicta Venafren.*

Et ad concluſionem admiſſionis aliàs inhabilis &
22 incapacis, quoties idem ſervitium præſtari poteſt per ſubſtitutum, ex deductis *per Jaſ. eodem conſ.*117. *& alios collectas per Menoch. dict. conſ*181. *num.*67. (undè ut dictum eſt, ſcribentes in contrarium totum deſumpſerant,) dicebam, adhuc procedi cum æqoivoco, quooiam illa verè procedit, ubi in feudatario concurrit naturalis habilitas ad ſuccedendum, ſolumque obſtat accidentalis inhabilitas ad ſerviendum ratione infirmitatis, vel ſexus, aut alterius impedimenti, ſecus autem ubi inhabilitas eſt naturalis percutiens ſubſtantiam ſucceſſionis, juxta veriorem, ac magis receptam opinionem feudiſtarum, de qua *Roſenthal. cap.*7. *concl.*29. *num.*4. *Lara theatr. feudal. part.*9. *de bucel. lat.*80. *n.*7. *cum ſeq.* bene *Urſin. de ſucceſſ. feudorum part. prima, quaſt.*9. *art.*2. *num.*11. apud quos cæteri, & hæc eſt vera reſponſio, non autem illa quam tradidit *Menoch. dict. conſ.*181. *num.*84.

† IDem qood dictum eſt *in Annotatione præcedenti* in propoſito capacitatis fœminarum in omnibus procedere videtur reſpectu capacitatis Clericorum, quod ſcilicet erroneum ſit procedere cum generalitatibus ſive adhibere auctoritates loquentes de feudis unius Regionis in feudis diverſæ Regionis cum totum pendeat à legibus & ſtylis Principatuum, ut occaſione agendi de capacitate militum S. Joan. Hieroſolymitani & ſimilium advertitur ſupra *diſc.*16.

Diſtinctio autem, quæ ut patet ex dedoctis ex diſcurſo adhiberi ſolet inter feuda franca, ſive inter habentia annexum ſervitium perſonale, vel reale, quod æqoè benè à Clerico ſicuti à Laico præſtari poteſt hodie ſabulæ ſpeciem habere videtur ob idem diſcrimina, de quo *Annot. præcedenti* occaſione capacitatis fœminarum quod ſcilicet; Aut agitur de feudo recto & proprio quod importet militiam, quæ hodie non datur, niſi in Principe habente hanc majorem Regaliam indicendi publicum bellum cum illa obligatione ſervitii perſonalis, quæ ſaltem in urgentibus & extraordinariis indigentiis ineſt ſub Juramento fidelitatis etiam ubi præſtetur ſervitium ordinarium reale; Et tunc (exceptis feudatariis Papæ) clericatus eſt incompatibilis cum militia, ut advertitur in diſcurſu, ac etiam *ſub tit. de Penſ. diſc.*48. Aut eſt feudum improprium, cujus naturæ ſunt frequentius feuda Eccleſiarum inferiorum ſive illorum Dominorum, qui non habeant hoc jus Principatus dictamque Regaliam indicendi bellum publicum ut pluries ſuprà advertitur; Et tunc intrat capacitas clericorum, non ratione francbitiæ, ſed quia revera ſpectato effectu bona non ſunt feudalia ſed potius allodialia indifferentia, quæ retinent ſolùm quandam nuncupationem & aliqua pacta feudis proportionata tanquam per Imaginem ſeu Reliquias antiquæ feudalitatis; Ideóque æquivocum videtur in hoc procedere cum auctoritatibus antiquorum loquentium cum præſuppoſito illorum temporum quando etiam Eccleſiæ inferiores & Civitates ſubditæ ac Barones & Domicelli inferioris ordinis, imò etiam privati nobiles divites ob factiones, quæ tunc vigebant ſibi comparabant milites ac Vaſſallos fideles, atque ad hunc effectum loco ſtipendii illis dabant in feudum prædia & poſſeſſiones &c. ac propterea magna eſt differentia inter tempora antiqua & bodierna.

EADEM

PRO EODEM PRINCIPE LUDOVISIO.

CUM MARCHIONE DE MONTEAUTO.

Caſus diſputatus in Signatura Gratiæ, & reſolutus pro Marchione.

De competentia fori cauſæ feudalis, coram quo ſcilicet cognoſcenda & tractanda ſit controverſia inter Dominum & feudatarium ſuper feudi devolutione.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Cauſa feudi terminanda per pares Curiæ.*
3 *Secus de conſuetudine, per quam cognoſcitur à Domino.*
4 *Ad regulam* text. in l. ubi cœptum, ff. de judic.
5 *De traditionibus Doctorum ſuper ſtatu bonorum.*
6 *Subfeuda poſſunt eſſe diverſa natura, & ſub diverſa foro ab ipſo feudo.*
7 *Subfeuda dicuntur de directo dominio ſubinfeudantis, qui eſt Dominus ſubinfeudatorum, ut de Rege Apuliæ cum ſuis feudatariis.*
8 *Quando Dominus directus ſit Judex in cauſa ſubfeudi.*

DISCURSUS LV.

POſt terminatam cum prudentiali æquitativo temperamento controverſiam, de qua *diſc. præcedenti,* 1
Annibal ultimus Appianorum Clericus ut ſuprà, per donationem inter vivos effectum ſortituram, poſt mortem, tranſtulit in Marchionem de Monteauto, ejus ex ſorore nepotem, ſeu amitinum, omnia Jura ſibi competentia in dictis Caſtris, aliiſque bonis in hoc Statu Plumbini exiſtentibus, idemque confirmavit per teſtamentum, unde ſequuta ad breve tempus ejuſdem Annibalis morte, Marchio prædictus, poſtquam impeditus fuit per Officiales & miniſtros Principis in actuali poſſeſſione, quam inſtrumentalem de facto adipiſci curaverat, adiens Romanam Curiam, curavit ſe admitti ad cauſam uſque ab anno 1540. *ut in præcedenti* introductam in Camera per Cardinalem Alexandrum Farneſium Eccleſiæ Maſſanæ Adminiſtratorem; Cumque Princeps Ludoviſius in eadem Curia apprehenſus, fori declinatoriam oppoſuiſſet, petendo remitti cauſam, vel ad Imperatorem Dominum directum, vel ad Regem Catholicum ſubinfeudantem, idcircò aſſumpta deſuper diſputatione in Signatura Gratiæ, ad quam pertinet decidere hujuſmodi controverſias, in cauſis vertentibus in Camera, quæ non ſubjacet Signaturæ Juſtitiæ, prodiit reſolutio dicto Marchioni favorabilis, pro remiſſione cauſæ ad eamdem Cameram, quæ tamen, reflectendo etiam ad ſolam veritatem, non placuit.

In hac autem diſputatione, omnes hinc indè ſcri- 2
bentes deducebamus eamdem theoricam, in ſpecialibus terminis devolutionis iſtius feudi Plumbini, deductam *per Tappiam dec. ultima Supremi Senatus Italiæ,* ut ſcilicet quamvis de Jure feudorum *in Cap. primo de controv. feudi apud pares terminanda, cap.*1. *§. ſi inter Dominum de alienatione feudi paterni, & cap. Imperialem §. præterea ſi inter duos, de prohibita feudi alienatione*

per

Digitized by Google

per Feder. hujuſmodi controverſiæ tenninandæ ſint per pates Curiæ, quibus cauſa remittenda eſt, ſolúmque diſputatio intret, an id procedat in Imperatore, & Regibus aliiſque ſupremis Principibus, ex deductis *per Affliƈt. in cap. 1. num 7. de controverſia inter Dominum & Vaſſallum de Inveſtitura feudali, Roſenthal. cap. 12. concl. 3. cum aliis per Tappiam ubi ſuprà, num. 1. cum ſeq.* nihilominùs de communi conſuetudine, de qua *Tappia ubi ſuprà num. 8* receptum eſt, hujuſmodi partium 3 judicium receſſiſſe ab Aula, atque hujuſmodi cauſas cognoſcendas eſſe in Curia ipſius Domini, quoties præſertim iſte eſt Supremus Princeps habens Jura Imperii.

Controverſia verò erat in applicatione ad factum, Scribentes enim pro actore, quibus adhæſit Signatura, dicebant quod cum hujuſmodi Caſtra eſſent de directo dominio Eccleſiæ Maſſanæ, à qua, per Sixtum IV. & Pium V. diſmembrata fuerunt, & applicata Eccleſiæ Romanæ, ſeu Cameræ Apoſtolicæ, idcircò ad iſſam ſpectare debebat cognitio, addendo etiam regulam generalem textus *in l. ubi cœptum, ff. de judiciis,* quod dum uſque à dicto anno 1540. cauſa introducta erat in Camera ut ſuprà, ibi terminari debebat, ponderando quoque retroactam obſervantiam prædeceſſorum Principum circa commiſſionem cauſæ in Rota ſub Innocentio VIII. ſuper controverſia venæ aluminum, juxta ſeriem, de qua *diſc. præcedenti.*

Scribens autem pro Principe, cum ſenſu etiam veritatis, dicebam præmiſſa non ſubſiſtere, quoniam ſupponebatur pro certo idquod erat in quæſtione, ſuper dominio ſcilicet directo dictæ Eccleſiæ, quod ex hac parte non admittebatur, tum quia ipſemet contractus permutationis initus de anno 1264. cum Tudinis, nullam præferebat feudalem qualitatem, ac dominii directi reſervationem, ex deductis *per Menoch. conſ.* 147. *& alios, de quibus in præcedenti*, tum etiam quia ab anno 1400. & ſic ſpatio annorum 250. & ultra, ea Jure pleni & liberi dominii poſſeſſa fuerunt per Principes, & Dominos Plumbini, utpotè illi Statui incorporata, potiſſimè verò ab anno 1502. effecta de dominio directo Imperatoris, & poſita ſub qualitate feudali, in qua ſpatio annorum 150. & ultra continuarunt, nihil refragante dicta regula textus in *l. ubi cœptum*, militante 4 contra colligantem, vel habentem cauſam ab eo, non autem contra dictum Principem Jus metientem ab Imperatore omninò independenter ab Appianis antiquis dominis; Et clarius quia dicta cauſa introducta erat in Camera cum illegitimo defenſore, tunc nullum Jus habente in dictis Caſtris ob eorum confiſcationem, ratione banni *ut in præced.*

Et quoad antiquam obſervantiam commiſſionis cauſæ in Rota ſub Innocentio VIII. ultra jam dictam reſponſionem, quod reus, & poſſeſſor poſſideret independenter & ex diverſo Jure, potiſſimè ob immutatum rerum ſtatum, cum de tempore dictæ commiſſionis, Appiani poſſiderent iſtum Statum tanquam liberum & allodialem, deindè verò à dicto anno 1502. recognoverint in feudum ab Imperatore, urgebat alia inevitabilis reſponſio, quod de dicta commiſſione non conſtabat per ſcripturas authenticas, ſed ſolùm ex tradi- 5 tionibus *Menoch. dicto conſ* 147. *Cephali conſ.* 458. *& ſeq. & Deciani conſ.* 40. *lib.* 4. ſcribentium in controverſia Juriſdictionis, ſeu territorii cum Magno Duce Etruriæ; undè vel intrabat regula, quod in iis, quæ facti ſunt, non defertur Doctoribus, vel ſi deferendum erat in hoc, deferendum quoque erat alteri traditioni ſuper tribus conformibus Rotalibus obtentis per Ducem Valentinum pro non Jure Eccleſiæ Maſſanæ, ac hujuſmodi Caſtrorum libertate, undè propterea intrabat dilemma inevitabile.

Cæterùm his omnibus etiam circumſcriptis, dicebam procedi cum æquivoco claro, quoniam præmiſſa, quæ in contrarium deducebantur ex parte actoris, percutiebant controverſiam inter ipſam Eccleſiam Maſſanam prætenſam dominam directam, ſeu Cameram Apoſtolicam ex ejuſdem Eccleſiæ jure venientem ex una, & ipſum Principem ex altera, ſuper quo adhuc dubitari poſſet, ſtante contraria obſervantia ut ſupra, ſuper quo etiam relinquitur integer locus veritati, ſed quoad ipſum actorem venientem ex Juribus Annibalis, vel Sfortiæ Appiani ejus patris, ſubinfeudati ab ipſo Principe Plumbini, & cum eo, vel ſucceſſore contendente de expiratione dictæ ſubinfeudationis, ſeu verius de ejus interpretatione, an ſcilicet comprehenderet vel ne tenutas, ſylvas & alia juxta quæſtionem, *de qua diſc. ſequenti*, id pertinebat (retenta conſuetudine, de qua ſuprà) ad ipſum ſubinfeudantem, habentem Jura Imperii, ejuſque officiales, vel ad ſummum ad Imperatorem, à quo dicta ſubinfeudatio confirmata fuerat.

Ut enim inſinuatum habetur *in præcedenti*, ſtant 6 benè ſimul, ipſum feudum principale eſſe de dominio Eccleſiæ, ac unam habere naturam, ſubfeuda verò conceſſa per ipſum ſubfeudatarium aliis ſubvaſſallis, eſſe laicalia, & habere naturam diverſam, atque de ipſorum devolutione ſpectare cognitionem ad ipſum ſubinfeudantem, tanquam ſubinfeudati dominum, cui ex regula textus *in l. ſi quis conductionis, Cod. locati*, tanquam proprio auctori, dominii quæſtionem refricare non poteſt, juxta traditionem *Baldi in l. prima in fine, Cod. unde cognati*, quod licet Rex Apuliæ recognoſcat Eccleſiam Romanam ſeu Pontificem in Dominum, quoad ipſam Regni Univerſitatem, attamen particularia feuda, ſeu ſubfeuda, quæ ipſe Rex ſuis ſubditis conceſſit, dicuntur de ipſius Regis dominio, & ad ipſum pertinet de eorum devolutione aliiſque controverſiis cognoſcere, quod poſt Iſerniam, & alios allegatos, benè reaſſumit *Pariſ. conſ. 1. num. 99. lib. 1.* ubi agit de Duce Mediolani, refert *Mantica de tacitis lib. 23. tit. 2. numer* 16. *&* 17. & ita comprobat obſervantia dicti Regni, quoniam licet ſit feudum Eccleſiæ Romanæ, attamen Papa non ſe intromittit in cauſis ſubfeudorum conceſſorum ab ipſo feudatario ejus vaſſallis & ſubfeudatariis, qui dicuntur feudatarii & vaſſalli eorum Domini immediati, non autem Domini mediati, firma remanente competentia ipſius Papæ Domini directi ejuſque Tribunalium, ubi quæſtio eſt de ipſo feudo principali juxta caſum de quo, reſpectu Regni Neapolitani; *Afflict. dec. prima*, ſive ſubfeudum eſt devolutum, unde non remaneat proprius & immediatus Dominus, cum ſubfeudi quæſtio tractari poſſit, juxta caſum, de quo *in Senogallien. Caſtrorum in Eugubina & aliis hoc eodem tit.* Idcóque quidquid ſit de juribus dictæ Eccleſiæ, ſeu Cameræ Apoſtolicæ in ejus locum ſuffectæ, relinquendo in hoc, ut dictum eſt, integrum locum veritati hinc indè, adhuc dicta jura non videbantur obſtare ad effectum, de quo in præſenti controverſia.

† SUper hac materia iſtius diſcurſus defuit occaſio alterius diſputationis, quoniam quidquid apud antiquiores dubitatum fuerit, hodie ubique locorum, in quibus habeatur uſus illorum feudorum, quæ vera & propria dici merentur juxta ponderationes *in duabus Annot. præcedent.* receptum eſt, ut cognitio pertineat ad ipſum Dominum, quem hodie in feudis veris ſupponimus Principem ſupremum cum alia feuda ſint potiùs impropria & abuſiva, ut ſupra, idcóque deferendum non eſt antiquis loquentibus etiam de feudis, quæ concedebantur à perſonis ſubditis & ab inferioribus.

EADEM.

Caſus diſputatus in Camera; & deciſus ut infrà.

Recognoſcens ab alio in feudum locum, ſeu Caſtrum proprium, an recognoſcere etiam videatur totum territorium, omniaque bona aliàs libera, & allodialia intra ejuſdem Caſtri fines per ipſum recognoſcentem poſſeſſa, ita ut in caſu devolutionis, omnia tanquam feudalia devolvantur, vel potiùs devolvatur ſolum Caſtrum, reliquis in patrimonio allodiali remanentibus.

Pendente lite ſeu dubio inter Dominum, cui feudum eſt devolutum, & hæredem feudatarii defuncti ſuper qualitate bonorum, an eſſent feudalia, ſeu feudo annexa vel ne, quis interim in poſſeſſorio retinendæ vel adipiſcendæ obtinere debeat; Et de propoſitione quod Fiſcus non litigat manibus vacuis, quomodo, & quando procedat; Et de cumulatione poſſeſſorii cum petitorio.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Reſolutio in cauſa.*
3 *Ubi dubium eſt, an bona ſint feudalia vel allodialia, in poſſeſſorio obtinet hæres Feudatarii contra Dominum.*
4 *Et de ſimilibus in emphyteuſi vel fideicommiſſo.*
5 *Fiſcus in caſu devolutionis feudi capit poſſeſſionem, & non litigat manibus vacuis.*
6 *Cumulationi poſſeſſorii cum petitorio quando locus.*
7 *Poteſt quis rem propriam liberam, & allodialem ab alio recognoſcere in feudum, & fit feudalis.*
8 *Ubi quis ab alio recognoſcit in feudum proprium Caſtrum, quid recognoviſſe cenſeatur, an totum territorium.*
9 *Appellatione Caſtri, & ſub ejus vocabulo quid veniat.*
10 *De rationibus, ob quas ex recognitione Caſtri non infertur ad territorium.*
11 *Sub nomine territorii quid veniat.*
12 *De quæſtione, quando bona, & prædia exiſtentia in feudo ſint illi annexa, & de ejus pertinentiis.*
13 *De diſtinctione, cum qua dicta quæſtio decidenda eſt.*
14 *De uſu loquendi, & obſervantia, ut ſub nomine Caſtrorum venirent territorium, & bona.*
15 *Qualitas bonorum ſatis attendenda pro feudalitate.*
16 *Item veriſimilis voluntas.*
17 *In antiquis, & conjecturalibus attendenda regula, ut ſingula, quæ non proſunt, &c.*
18 *De obſervantia, ob quam alia bona veniunt ſub devolutione feudi.*
19 *De regula, quod poſſeſſa per feudatarium in feudo ſunt allodialia.*
20 *Juriſdictio eſt quid ſeparatum in feudo, & poteſt quis habere feudum uno titulo, & Juriſdictionem altero.*
21 *De ſtatu cauſa.*
22 *De articulo principali, an recognoſcens in feudum Caſtrum cenſeatur etiam recognoſcere bona in eo exiſtentia.*
23 *Pendente quæſtione devolutionis, quis debeat obtinere in poſſeſſorio.*

DISCURSUS LVI.

1 REjecta, *ut in præcedenti*, fori declinatoria, remiſſaque cauſa ad Cameram, auctor ſuſpenſo petitorio, obtinuit ſubſcribi dubium in poſſeſſorio retinendæ, *an, & in quibus bonis ſibi competeret manutentio*; Cumque Princeps inhibitus eſſet ab Imperatore, ne alibi, quàm in foro ſuo ſuper cauſis feudum concernentibus reſponderet, idcircò ne cauſa omninò indefenſa remaneret, ad illam ſe admitti curavit Iſabella Appiana Bracchiani Duciſſa hæres in allodialibus Coſimi, ſeu Jacobi VII. ultimi Feudatarii, ob aliquod intereſſe, quod ad effectum admiſſionis ad cauſam ſufficit quale quale, quodque illud adſit apparenter, licèt non exiſtenter, undè aſſumpta diſputatione, nulla habita fuit difficultas ſuper non competentia intentati remedii in ipſis Caſtris, eorumque Juriſdictione, & Imperio, dum attenta Inveſtitura de illis facta per Jacobum VI. Sfortiæ actoris mediato auctori, indubitatum erat, ipſi actori nullum penitus Jus competere, cum illa reſtricta eſſet ad ſolam lineam maſculinam, per mortem Annibalis jam extinctam, & quatenùs idem actor dictam Inveſtituram controvertiſſet, adhuc idem reſultabat effectus, dum legatum Jacobi III. à quo ipſius auctores totum Jus deſumebant, expreſsè negat Juriſdictionem, cum reliquo ſtatu conſolidatam. Econverſo autem in iis bonis, quæ indubitatè ſunt allodialia, quorum pleraque intra Statum, extra tamen hujuſmodi Caſtrorum fines aderant, ex hac parte nil prætendebatur, cum nullum Jus competeret, undè dabantur manus, totuſque proindè controverſiæ punctus reſidebat in qualitate bonorum fructiferorum, ſylvarum ſcilicet, tenutarum, & paſcuorum intra iſtorum Caſtrorum fines exiſtentium an eſſent feudalia, & cum Caſtris devoluta, vel potiùs allodialia, & ad dicti Annibalis allodialem hæreditatem pertinentia, ſuper quo puncto hinc inde ſatis certatum fuit in diſputatione habita ſub die 3. *Decembris* 1661. *coram Ceſarino*, in qua prodiit reſolutio utrique parti grata, manutentionem ſcilicet, vel in vim poſſeſſionis Inſtrumentalis ab ipſo actore adeptæ, vel in vim clauſulæ conſtituti contentæ in inſtrumento donationis, actori competere in bonis allodialibus tantùm, reſervato, ut videretur, quænam eſſent allodialia, & quæ non.

Siluit cauſa plurium annorum ſpatio, illaque reaſſumpta de an. 1660. per actoris interim defuncti filium, & hæredem coram *Aquino* ſubrogato, datoque dubio ex ventre reſtrictivæ reſultante, *an, & quæ bona eſſent allodialia, in quibus decreta manutentio exequenda eſſet*, cum occaſione dictæ primæ diſputationis, ac etiam prius, examinando hunc punctum pro veritate, dicto Annibale adhuc vivente, *ut in præcedenti*, ego agnoviſſem, eumdem punctum eſſe potiùs facti quàm Juris, atque hujus partis fundamentum ſuper feudalitate, pendere ex facti circunſtantiis, de quibus infrà, tanquam inducentibus limitationem regulæ, quæ aliàs actori, & pro allodialitate aſſiſtit; idcircò congruum cenſui, petendam eſſe remiſſoriam, ad effectum probandi eas facti qualitates, & circumſtantias, ex quibus regulæ limitatio reſultat; Cumque huic petitioni actor acriter ſe opponeret, præſertim ex fundamento per Cameram approbato, omnino ceſſantis intereſſe dictæ Iſabellæ, ſeu ejus interim defunctæ hæredis, idcircò adhuc militante obſtaculo dictæ inhibitionis Imperialis, ne cauſa omninò indefenſa remaneret, curatum fuit admitti duas præfati Principis primi Feudatarii interim defuncti filias pupillas, hodierni Principis reſpectivè Sorores, tanquam intereſſatas, utpotè vocatas per Inveſtituram, conceptam *pro maſculis, & fœminis*, Cumque de mandato Tribunalis eodem tempore propoſitum eſſet utrumque dubium, ſuper remiſſoria ſcilicet, & jam dictum ſuper negotio principali, illo propoſito ſub die 4. *Junii* 1668. ad favorem utriuſ- 2
que partis reſpectivè prodiit reſolutio, ſuper conceſſione ſcilicet remiſſoriæ ad favorem hujus partis petentis, & ad favorem actoris in altero, quod ſcilicet manutentio aliàs decreta in bonis allodialibus, exequenda eſſet in dictis ſylvis, paſcuis, & bonis intra hujuſmodi

jufmodi

Juſmodi Caſtrorum fines exiſtentibus; ſed neutra partium acquieſcente, data fuit utrique nova audientia, quæ pendet.

Iſta ſecunda pars reſolutionis, non abſque magna votorum diſcrepantia prodita, viſa fuit incongrua, & omninò incompatibilis cum altera conceſſionis remiſſoriæ, ad probandum eas qualitates, & circumſtantias, ex quibus prætendebatur feudalitatem reſultare, quaſi quod ita eſſet prius decidere, & poſtea formare proceſſum, ſeu ita decernere contradictoria; Verùm mihi, quamvis pro hac parte ſcribenti, dictamque reſolutionem Advocati more acriter impuguanti, reflectendo ad veritatem de ſtricto juris rigore probabilis, & compatibilis potius viſa eſt, ob diverſitatem ſci-
3 licet Judiciorum petitorii, & poſſeſſorii, quoniam ubi feudalitas non eſt omninò certa, & clara, ſed ſub dubio, an bona, de quibus agitur, ſint feudalia vel allodialia, tunc ob præſumptionem allodialitati magis aſſiſtentem, & pro qua in dubio eſt regula, in poſſeſſorio etiam adipiſcendæ, multò verò magis in illo retinendæ, potiores eſſe debent partes hæredis allodialis *ad text. in cap.1. §. defuncto milite ſi de feudo fuerit controverſia cum concord. per Argel. de legitimo contradictore, quæſt.17. art.2. num.5. & ſeq.* Et magis ad rem in bonis exiſtentibus intra fines Caſtri *q.19. art.5. num.93. cum ſeq.* & conferunt quæ habentur in materia poſſeſſuria *per Roſenthal. cap.11. concluſ.11. & c.17. concl 48. cum ſeq.* ac etiam ad eamdem materiam *in Placentina hoc eod. tit.*

Quod frequens, & quotidianum habemus in materia emphyteutica, quoniam pendente controverſia in-
4 ter Dominum directum, & hæredem emphyteutæ ſuper facto caſu devolutionis, vel ſuper identitate, & comprehenſione bonorum, interim in poſſeſſorio hæres, vel ſucceſſor obtinere debet, ut habetur *in Hydruntina hoc eod. tit.* Ac etiam frequentiùs habemus in materia fideicommiſſaria, an ſcilicet, & quando fideicommiſſarius ſit hæredi legitimus contradictor, & quis eorum obtinere debeat in poſſeſſorio, quoniam quale quale dubium concurrat, vel in ſubſtantia fideicommiſſi, vel in identitate bonorum, vel in detractionum competentia, pro hærede potiùs reſpondendum eſt, idemque in materia emphyteutica, & ſimilibus, & ſic compatibilitas clara remanebat, ex eo quod probationes in vim remiſſoriæ faciendæ, proficuæ, & operativæ remanebant in judicio petitorio, ideóque ſtant benè ſimul in iſto reſponderi debere pro Domino directo, & devolutione, & tamen in altero interim hæredem obtinere.

Eſt benè verum, quod hujuſmodi propoſitio in rigoroſo puncto Juris, & abſtractè vera, in hac materia feudali, de facto, & in praxi locum ſolùm obtinet in controverſiis privatorum ſuper ſucceſſione, inter agnatos ſcilicet ab Inveſtitura vocatos, & extraneum hæredem, vel ſucceſſorem Feudatarii defuncti, non autem in caſu devolutionis, quia cum feuda, præſertim recta, & propria Caſtrorum, & Oppidorum cum Juriſdictione, Vaſſallis, & Imperio, juxta Italiæ præſartim uſum, non concedantur niſi per Reges, & Principes Fiſcum habentes, cum alto, & ſupremo dominio, atque per proprios Magiſtratus hujuſmodi cauſas cognoſcentes; Hinc proindè Fiſcalium, ſeu Cameralium recepta propoſitio eſt, de facto ubique practi-
5 cata, quod Fiſcus non litigat manibus vacuis, quæ propoſitio laudatur *per Collegium Patavinum apud Peregr. conſ 2. num.18. cum ſeq. lib.1.* & per alterum ſcribentem in eadem cauſa apud eumdem *Peregr. conſ.3. eod. lib.1. num.109. & ſeq. & per Rot. in Sarſinaten. fructi 1. Julii 1639. coram Coccino apud Capic. latr. conſult.75. num.279.*

Verùm id ſervatur, & locum obtinet in illis ditionibus, & Principatibus, in quibus per ejuſdem Principis, & Domini directi Officiales, & Magiſtratus cauſa cognoſcitur, & Juſtitia adminiſtratur, ita ut verificetur illud vulgi dictum, quod Fiſcus ſit Judex, & pars, ſed ubi cauſa cognoſcitur in loco tertio, in quo Dominus, quamvis in ſuo feudo Jura Principatus habens, jure privati cenſetur, tunc difficile eſt hujuſmodi praxis canonizationem obtinere.

Adhuc tamen in hac facti ſpecie, ob aliquam ſuſpicionem inconvenientium, ſeu impedimentorum, quæ ſuper executione oriri poſſent, juſtum, ac rationabile credebam, ſaltem ex prudentialibus motivis, omnino locum eſſe debere cumulationi poſſeſſorii cum petitorio, ita ut utrunque eodem tempore terminetur, atque non niſi poſt factas probationes, & cauſam in negotio principali benè diſcuſſam, tententur illi executionis actus, ex quibus reſultare poſſunt inconvenientia, pro quibus removendis, ſeu aliàs juſta cauſa accedente, hujuſmodi cumulationem concedendam eſſe, firmatur in ſpecie feudorum eorumque devolutionis *apud Peregr. dicto conſ.2. à num.1. ad 23. ubi* 6
concordantes, & generaliter de eadem cumulatione ex turbiditate poſſeſſionis, ſeu alia juſta cauſa, ita ut videatur materia arbitraria ex facti circumſtantiis regulanda patet *ex deductis dec.524. part.5. rec.250. part.7. Buratt. & Adden. dec.33. 48. 100. 285. & 522. & alias frequenter.*

Neque in propoſito intrant, quæ per Camerales prætenduntur circa Jura Eccleſiæ Maſſanæ, ſeu Cameræ ejus loco ſubrogatæ, non ceſſata per dictam alienationem ſequutam de an. 1264. quoniam quicquid ſit de hujuſmodi prætenſione, id percutit controverſiam inter ipſam Cameram ſeu Eccleſiam, & Principem Plumbini infeudantem, non autem inter iſtum, & ejus ſubfeudatum, ut habetur in præcedenti, occaſione declinatoriæ ſeu alterius articuli, an hoc eſſet feudum Eccleſiaſticum, vel Seculare.

Quatenùs verò pertinet ad articulum ſeu punctum principalem, an ſcilicet dictus Sfortia præfatorum Caſtrorum dirutorum, ac omnium bonorum intra eorum fines exiſtentium Dominus, & poſſeſſor ſine Juriſdictione, obtinendo à dicto Principe, qui Juriſdictionem, & Imperium habebat, facultatem reædificandi iſta Caſtra, & introducendi Vaſſallos, cum conceſſione Juriſdictionis, & Imperii, ſub ea conditione, per verba præciſa, *quod dicta Caſtra, villas ſeu pagos ab eo recognoſceret in feudum pro ſe, & deſcendentibus maſculis ſub juramento fidelitatis, & juxta formam Inveſtituræ totius feudi* cum ſubſequuta Inveſtitura ut ſuprà, cenſeatur etiam recognoviſſe, ac feudali qualitati ſubmiſiſſe dictas ſylvas, tenutas, foreſtas & alia, nulla cadebat quæſtio poteſtatis, ſed tota erat voluntatis, cum recepta concluſio ſit, rem propriam, liberam, & allodialem, poſſe ab alio recognoſci in feudum, atque ubi id ſcienter ſequitur, & Inveſtitura accedit, iſta bona effici feudalia, quia occultatus actus donationis, quam ipſemet recognoſcens in feudum facere dicitur ipſi Domino, à quo immediatè recipit ſub 7
diverſo titulo *ad text. in l. cenſualis, C. de donat. & ſcribentes communiter, de quibus Jacobin. in Inveſtitura feudale, verbo; dictique Vaſſalli promiſerunt cognoſcere, il ſecondo, num.21. 24. & 27. Fulgoſ. conſ.5.* & poſt alios antiquiores probant, & admittunt plenè *Menoch. conſ. 1. num.86. & ſeq. & conſ 191. num.50. & ſeq. Surd. conſ.135. num.106. & ſeq.* apud quos conſtat ſolam quæſtionem eſſe, vel ubi Inveſtitura deſuper expedita non eſt, vel ubi id errori ſeu ignorantiæ referri poteſt, ac firmatur per Rotam *deciſ.613. num.5. part.5. rec.* & pro abſoluto ſupponunt *Oldrad. Bald. Alberic. Roſenthal. & ceteri de quibus infra.*

Quod frequens habemus in materia emphyteutica, quoniam in pleriſque Italiæ partibus, conſtans fama eſt, illa bona, quæ per Eccleſias in emphyteuſim ſub modico canone conceduntur, originaliter fuiſſe eorumdem privatorum, qui ea voluntariè ratione protectionis, & ad præſervanda ea præjudicia, quæ in illis ſæculis frequentia erant, ab Eccleſiis recognoverunt,

unico

unico contextu ab eis recipiendo in emphyteuſim, ut
enunciatur in Indulto per Urbanum VIII. conceſſo pro
aliquibus Civitatibus Status Urbini impreſſ. poſt *de-
ciſ.7.apud Pacell.& per Rot.deciſ.6.poſt eundem in prin-
cip. aliàs deciſ.336.part.11.rec.*

In his autem ſpecialibus, ac præciſis terminis, non
de facili habentur tractantes caſum in ſpecie, ex ea
fortè ratione, quod præſertim in Italia, vel nulli vel
nimium rari ſunt caſus, in quibus poſſidens Caſtrum,
vel Oppidum in liberum allodium, illud in ſervitutem
redigat, & ab alio in feudum recognoſcat, cum omnia
feuda proveniant à conceſſione, quæ per Dominum
fiat Vaſſallo,

Et quamvis *Oldrad. conſ.121.* tractare videatur ca-
ſum in terminis, quando ſcilicet quis ab alio recog-
8 noſcit proprium Caſtrum, an cenſeatur etiam ita reco-
gnoſcere totum ejuſdem caſtri territorium, & juriſdi-
ctionem, in qua quæſtione *Oldrad.* qui apud omnes
feudiſtas reputatur Anteſignanus, illam examinando
ad partes, ac recenſendo prius fundamenta opinionis
affirmativæ, deindè verò illa negativæ, iſtam *num.11.*
in fine concludit ſibi videri veriorem *niſi* (ſunt verba
præciſa) *obſervantia vel communis loquendi uſus, vel
actus aliquis exterior interpretationem aliam induxiſſet,*
eumque, reaſſumendo ejus dicta ferè de verbo ad ver-
bum, ſequantur *Alberic. ſeu quidam Bermundus apud
eum in l. finali, Cod. de Juriſdictione omnium Judicum,
num.13. Bald. in cap.1. de Capitaneo, qui Curiam vendi-
dit, num 6. cum ſeq. Alvarot. & cæteri ibidem, benè Ja-
cobin. in Inveſtitura dicto verbo, dictique Vaſſalli promiſe-
runt cognoſcere feudum, num.2. 3. & 5. Roſenthal. cap.5.
concluſ.6. num.3.& concluſ.9.num.2. & 4.* & cæteri com-
muniter, ita ut modica inter eos variatio adeſſe vi-
deatur, & generaliter *Menoch. lib. 3. præſumpt. 98.
cum ſeq.*

Nihilominùs, benè præfatis auctoribus conſidera-
tis, verè, & propriè caſum noſtrum non percutiunt,
9 ſed diverſum, ubi ſcilicet agitur de Caſtro in ſui pro-
pria, & grammaticali ſignificatione ſumpto, pro loco
munito ſeu arce, ut patet ex omnibus prædictis, aſſi-
gnantibus rationem, quod ſub Caſtri nomine veniat
recinctus murorum, ac repetit *Roſenthal. cap.12. con-
cluſ.15. num.36.* in qua concluſione *num.35.* latè agit de
caſu quo Caſtrum ab alio concedatur in feudum, an
ſub eo veniant reliqua bona hujuſmodi, hoc autem
vocabulum non convenit iſtis Caſtris apertis, quibus
nomen villæ ſeu pagi potius convenit, ut benè expli-
catur in eadem Inveſtitura, juxta verba ſuperius regi-
ſtrata; Et ſic dicti Doctores, verè propriè percutere vi-
dentur illum caſum antiquis temporibus frequentem,
quod ſcilicet poſſidens Oppidum, vel alium locum
Juriſdictionalem, ſeu etiam plura loca, & dominia, cum
aliquo Caſtro ſeu fortalitio, iſtud ab alio potentiori
ob protectionem, & defenſionem ab eo obtinendam
recognoſcebat in feudum, eo modo, quo frequens pra-
xis ducet in pluribus locis munitis hujuſmodi feudata-
riorum minoris potentiæ, qui ſe dant protectioni Re-
gum, ſeu potentium Principum, introducendo in eaſ-
dem Arces, ſeu loca munita, ejuſdem Principis mili-
tes præſidiarios, ut ſequutum fuit & practicari videmus
in Arcibus, Longoni, Monachi, Sabloneiæ, & ſimili-
bus; Et tunc juxta eamdem praxim benè intrat pro re-
gula dicti opinio negativa, quam Oldradus & ſequa-
10 ces meritò dicunt veriorem, non ſolùm ex ratione vo-
cabuli per eos ponderata, ſed etiam ex alia ratione be-
nè conſiderata *per Roſenthal. dicto cap.9. in gloſ. finali in
fine*, quod ſcilicet donationes non ſunt multiplican-
dæ, & ampliandæ, ſed potiùs reſtringendæ, undè ſi poſ-
ſeſſor Caſtri liberi & allodialis recognovit ipſum Ca-
ſtrum, illudque implicitè donando in ſervitutem rede-
git, præſumendum non eſt, quod donare voluerit etiam
territorium & Juriſdictionem.

Et ulterius dicta quæſtio eſt de territorio, id eſt jure
11 territoriali, & terrendi, ſonante in idem ac Juriſdictio
& Imperium, non autem de ipſorum bonorum in ter-
ritorio exiſtentium privato dominio, & ſic verè & pro-
priè, neque dictæ auctoritates percutiunt caſum, præ-
ciſum; qui potius tractari videtur per alios, de quibus
apud *Nat. conſ.446. Silvan. conſ.58. & 59. quod eſt
idem conſ. Natta Surd. conſ.135. & alios, de quibus in* 12
Clomacen. Vallium, ſuper quæſtione, an & quæ bona,
ſita intra fines feudi, ſub eo, ejuſque conceſſione ve-
niant, ac jure feudi cenſenda ſint, in qua quæſtione ex
deductis *in eadem Clomacen.* omninò verius ac receptum
eſt ſub feudo venire ea, quæ ex antiquo ejus ſtatu, tan-
quàm unita & connaturalia, cum eo annexa eſſe con-
ſueverunt, ubi præſertim, nullo alio intermediante,
unum & idem corpus conſtituunt, ſive, ut dicit *Bald.
in cap.1. de contentione inter maſculum & fœminam n.3.*
faciunt unum integrale, ſeu unum manſum, *ut obſer-
vat Nat. dicto conſ.446. num.1. & .9. aliàs conſ 59 apud
Silvan. num.4. ſequuntur Maſcard. de probat. concluſ.79.
num.25. & 26. Galeot. lib.1. controv.7. num.67. & contr.8.
num.8. cum ſeq.* & non negat Surd. *dicto conſ.135.* edito
in oppoſitum in eodem caſu, in quo conſuluerunt
Nat. & Silvan. ubi proximè, dum ſupponendo Juris
principium tanquam irrefragabile, conatur illud evi-
tare ex facto, quod ſcilicet prædia, & bona controverſa
eſſent extra terminos feudi, & in territorio aliorum Ca-
ſtrorum adjacentium, ac etiam quod alia prædia & bo-
na adjacentia eſſent allodialia, jure privato, per alios
particulares poſſeſſa, cum aliis facti circumſtantiis ex-
trinſecis allodialitatem denotantibus, *ut ex num.28.
cum ſeq.*

Sive, ut benè advertit *Bald. in eodem cap. primo de
Capitaneo, qui curiam vendidit*, & ſequuntur cæteri, at-
tenditur deſtinatio ex Statuto vel conſuetudine reſul-
tans, quod ſi totum territorium Caſtro aſſignatum ſeu
deſtinatum eſt, totum ſub feudo veniat *ex theor. Bart.
in l.1. §. cum Urbem, num.5. ff. de off. Præfecti Urbis Me-
noch. dicto lib.3. præſumpt.99.* ubi quod veniunt omnia
ea, quæ ex antiqua & originaria feudi natura venire
conſueverunt, ut benè comprobat *Penia* in voto edito
in cauſa *Ferrarien. ſeu Clomacen. Vallium.*

Vel quod procedendum ſit cum diſtinctione, in
qua hujus quæſtionis veritas conſiſtere videtur, ut ſci- 13
licet totum pendeat ex qualitate bonorum, aliiſque
conjecturis & circumſtantiis, *ut ex Natta conſ.506 n 29.
cum ſeq. Rot. deciſ.110. num.10. & ſeq. & 164. num.32.
part.6. rec.* atque plures caſus diſtinguendo, habetur
ſuper hujuſmodi quæſtione *in dicta Clomacen. Vallium
hoc tit.* ubi formiter & latius de articulo.

Applicando igitur ad rem, ſive procedamus cum
dicta theorica *Oldradi dicto conſ.121.* cum qua pertran-
ſeunt *Alberic. Baldus, Jacobinus, Roſenthal. & cæteri de
quibus ſupra*, ſive cum altera diſtinctione, de qua *Nat-
ta, Sylvan. & alii*, vel demùm cum diſtinctione, ut
totum pendeat ex qualitate bonorum, & ex conjectu-
ris, hiſque omnibus ſimul quoque ponderatis, proba-
bilius videtur, & omnia hæc bona, tanquam conti-
nens, & contentum, juxta ingenioſam diſtinctionem
Baldi in dicto cap.1. de Capitaneo qui Curiam vendidit,
ſive tanquam unum manſum, unumque integrale, ve-
niant ſub recognitione feudali, & ſub nomine Caſtro-
rum, ſeu Villarum & pagorum.

Attento ſiquidem communi uſu loquendi, ſeu ob-
ſervantia, ut ponderant *Oldrad. & ſequaces*, ſub hoc
vocabulo Caſtrorum omnia hæc bona, tanquam unum 14
corpus ſeu Univerſitas, ex antiqua & originaria natu-
ra venire conſueverunt, in ipſo enim primo actu, cu-
jus memoria habetur, alienationis ſcilicet de illis fa-
ctæ *de anno* 1264. per Epiſcopum Maſſanum in Tu-
dinos, enunciantur Caſtra, ſub quorum nomine ve-
nire non poterant ipſa Caſtra materialia muris recin-
cta, juxta dictam vocabuli ſignificationem, dum non
erant in rerum natura, ſed ſolùm venerunt Silvæ, te-
nutæ, foreſtæ, & alia hujuſmodi, unum manſum ſeu
tenimentum conſtituentia, idemque in alienationibus

circa annum 1409. per dictorum Tudinorum succeſ-
ſores factis Gherardo, qui ea incorporavit cum Statu
Plumbini, ac etiam in legato de anno 1473. de illis
facto per Jacobum tertium ad favorem ſecundogeni-
ti, & in tribus ſententiis Rotalibus latis ad favo-
rem Ducis Valentini de anno 1501. & in ſenten-
tia lata per Cameram ad favorem Eccleſiæ Maſſanæ
de anno 1540. aliiſque actibus ante reædificatio-
nem recenſitis *per Menoch. conſ.147. Cephal. conſ.558.
& ſeq. Decian. conſ.40. lib.4.* quia ſemper ſub nomi-
ne Caſtrorum, ſeu tenimentorum, & locorum, aliud
non ſignificatur, niſi hujuſmodi bona tanquam unum
corpus, cum verificari non poſſent in ipſis Caſtris ma-
terialibus, utpotè in rerum natura ut ſupra non exi-
ſtentibus.

Comprobat idem qualitas bonorum, quod ſcilicet
15 non agitur de vineis, domibus, pomariis, olivetis,
aliis prædiis cultis ex hominis privati induſtria ad eum
ſtatum redactis, privatum dominium de ſui natura
præſe ferentibus, ſed de ſylvis, montibus, & foreſtis in
primævo ſtatu naturæ exiſtentibus, & quæ propriè ju-
re publico & dominicali poſſideri ſolent, ut pondera-
tur *in dicta Clomacen. Vallium*, ubi concordantes; Et
quod magis, nullus alter privatus in his finibus bona
poſſidet, ſed totum eſt Domini, unus ejuſdemque natu-
ræ, tanquam unum manſum, ut ſuprà.

Accedente etiam veriſimili voluntate concedentis,
16 ac etiam conceſſionarii, cum enim hujuſmodi Caſtra
ſeu loca cum dictis bonis, & integro eorum Statu,
ſpatio annorum 70. & ultra unita & incorporata fuiſ-
ſent cum reliquo Statu, ab eo accidentaliter ſeparata,
tanquam ſpecies appanagii ſeu vitæ militiæ dicti ſe-
cundogeniti ejuſque deſcendentium, idcircò occaſio-
ne immutandi Statum, & concedendi his ſecundoge-
nitis, etiam Juriſdictionem & Imperium, prudenter
concedens*, ita pinguius conſulendo dictæ lineæ ſe-
cundogeniti, ea defecta curavit, mediante hujuſmodi
recognitione, reintegrare feudum principale, illudque
reſtituere priſtinæ unitati, ac providere, ne ad extra-
neos ac alienas manus tranſirent hæc membra, atque
iſta conſideratio præſertim pro meo judicio videbatur
ponere rem in claris, multomagis præmiſſis omnibus
17 inſimul ponderatis, cum conſueta regula, ut ſingula
quæ non proſunt &c. in ambiguis, & conjecturalibus
perpetuò attendenda, præſertim verò in factis antiquis,
ut apud Cavaler. dec.93. & frequenter.

Mirificè id comprobari ponderabam ab obſervan-
tia individuali ejuſdem Status Plumbini, cum enim
18 ille per ſæcula poſſideretur tanquam liber & allo-
dialis, deindè verò poſſeſſor ratione ſolius prote-
ctionis illum voluntariè recognoverit in feudum ab
Imperatore, facto caſu devolutionis, ſub ea non ve-
nerunt ſolùm Oppida, & Caſtra cum Juriſdictione,
& Jure territoriali, ſed Sylvæ, Montes, Vallæ, te-
nutæ, foreſtæ, fodinæ, & alia tanquam membra hu-
jus corporis, unum manſum ſeu integrale conſti-
tuentia, ſeu tanquam dos feudi, illis tantùm bonis ex-
ceptis, de quorum acquiſitione conſtabat ex privatis
titulis, eo modo, quo in devolutione feudorum Fer-
rariæ, & Urbini, ac ſimilium practicatum fuit, ex de-
ductis *in dicta Clomacen. Vallium, in Piſauren. Molendi-
norum, & in aliis.*

Et magis in individuo, idem actor ad cumulan-
dos titulos, magiſque ſe confovendum, obtinuit à
Camera, & Sede Apoſtolica iſtorum Caſtrorum no-
vam Inveſtituram, ſub qua nedum ipſa Caſtra, ſed
etiam Fodinæ, ſylvæ, foreſtæ, tenutæ, & alia om-
nia, de quibus eſt quæſtio, venire declaratum fuit,
quæ obſervantia magnum eſt adminiculum ſtatus præ-
cedentis, omnia inſimul, & unitim ut ſupra combi-
nando.

Scribentes pro actore immorabantur ſolùm in regu-
19 la generali, de qua *Roſenthal. d. cap.12. concluſ.15.
Duran. deciſ.28. Buratt. deciſ.426. deciſ.72. poſt Cenc.
de Cenſ.69. part.8. rec. & in aliis*, quod ſcilicet omnia,
quæ ſunt intra fines feudi, præſumuntur feudalia quoad
Juriſdictionem, & Jus territoriale, non autem quoad
dominium, quod etiam in ipſo Feudatario præſu-
mitur allodiale; Verùm iſtud erat fundamentum ni-
mis vagum, quoniam *ut latius habetur in dicta Cloma-
cen. Vallium*, iſta propoſitio locum habet in iis bonis,
quæ de ſui natura ſunt juris privati, & ſimilia illis,
quæ per alios privatos in loco poſſidentur, quorum
Jure Feudatarius, cum perſonarum reduplicatione cen-
ſendus eſt, niſi feudalitatis indicia, & adminicula
concurrant.

Aliqui ex Judicibus, magnam & fortè totam vim
conſtituebant in eo, quod cum per Jacobum III. ut
ſuprà, Juriſdictio, ac Jus territoriale ſeparata eſſent
ab ipſis ſylvis, tenutis, & bonis, ita hæc effecta eſſent
allodialia & juris privati, quaſi quod feudalitas con-
ſiſteret in ſola Juriſdictione, quæ occaſione reædi-
ficationis conceſſa fuit, ſed hoc videbatur æquivocum
clarum, quoniam Juriſdictio pernecеſſe non impor- 20
tat feudalitatem, ſed eſt de ſui natura allodialis, adeò
ut poſſit quis habere Caſtrum in feudum ab uno, &
Juriſdictionem in allodium ab altero, ſive quod Ca-
ſtrum jure feudi ſit unius, & Juriſdictio ſit alterius,
*Roſenthal. dict. cap.5 concluſ.6. num. finali cum concord. in
gloſſ. finali*, & habetur *in Tiburtina Caſtrorum hoc tit.*
atque ſi talis fuiſſet partium intentio, recognitio in feu-
dum, & reſpectivè Inveſtitura, fuiſſet de ipſa Juriſdi-
ctione, quæ dabatur, non autem de Caſtris, quæ ſunt
quid diverſum.

Imperator ſiquidem Maximilianus, neque Juriſdi-
ctionem, neque Imperium dedit Jacobo IV. hunc
Statum ab eo recognoſcenti in feudum, quia hæc jam
habebat, ſed ſolùm protectionem; & tamen omnia
loca, & bona ſub recognitione, & devolutione vene-
runt, multò magis in præſenti, dum infeudans dedit
Juriſdictionem, & Imperium, ut aliquid daretur, &
reciperetur hinc indè, fortiùs verò ex dicta potiſſima
ratione reſtituendi feudum principale ſuæ unitati,
poſtquam ceſſaverit cauſa, ob quam ſeparatio facta fuit
ut ſuprà.

Et ſi antiquiora, & altiora petere volumus, quando
Roggerius Normannus Siciliæ Comes Regii nominis
cupidus, ex illarum Regionum malo fato, in utraque
Sicilia nomen Regium, ac Regni ſpeciem introducen-
do, juxta unam opinionem Regnum recognovit in
feudum ab Anacleto Antipapa, obtenta etiam deinde
confirmatione ab Innocentio II. jam partim jure pro-
prio, & ex majorum ſucceſſionibus, partim verò (Deus
ſcit quomodo) Civitates, Provincias, & loca poſſide-
bat, cum omnibus regalibus, aliud non obtinendo
ab infeudante, niſi titulum Regium, & tamen omnia
venerunt ſub recognitione in feudum, & ſucceſſivè
ſub devolutione, cum ſimilibus.

† ISta cauſa finem receperat per honeſtam concor-
diam jam concluſam cujus effectum impedivit 21
nimia ſcrupuloſa leguleitas aliquorum defenſorum
actoris, dum defuncto interim Principe Nicolao ejuſ-
que filio & ſucceſſore diſtrahente omnia exiſtentia in
hoc Principatu juxta ea, quæ recenſentur *ſub tit. de
Credit. diſc.14. & 151.* ceſſavit illa unica timoris oc-
caſio in hoc diſcurſu vel præcedenti inſinuata ob quam
expediebat hanc litem ſuſtinere; Undè propterea ni-
mium affectatæ cautelæ intulerunt damnum in toto il-
lo, cui magis conſuli curabatur, ideoque cauſam adhuc
pendet ſed ſine ſpe effectus.

De articulo autem principale, an ſcilicet recognoſcens 22
proprium Caſtrum in feudum ab alio, recognoſcere
etiam cenſeatur prædia & bona privata in eo exiſtentia,
& quando hæc efficiantur, etiam feudalia pluries habe-
tur actum *hoc eodem tit.* & præſertim ſupra *diſc.2. & 47.
& infra diſc.63.* Ac etiam *in Romana ſeu nullius diſc.11.*
ideoque ſuperfluum eſt repetere, & præſertim *d. diſc.
63. & diſc.111.* advertitur ad diſtinctionem in præſenti
contentam

contentam, quæ videtur nimium probabilis, benéque fundata inter conceſſionem veram, quæ fiat ab infeudante de re propria, & illam conceſſionem fictam, quæ ab infeudato de re ſua recipiatur; Atque in effectu iſta eſt potiùs dicenda quæſtio facti, & voluntatis quàm juris & per conſequens erroneum videtur in ea procedere cum generalitatibus vel cum illis auctoritatibus, quæ percutiant terminos diverſos ac habentes diverſas circumſtantias, ex quibus reverà totum pendet.

De altero autem puncto, an ſcilicet pendente quæſtione devolutionis feudi poſſeſſio eſſe debeat penes
25 feudatarium vel penes Dominum, nimium raræ, penéque nullæ videntur hodie quæſtiones in praxi retenta eadem diſtinctione pluries inſinuata ſuprà *in annot. ad diſc.53. & 54.* & in aliis frequenter inter feuda vera & propria, quæ ſolùm hodie videntur eſſe illa, quæ obtineantur à Principe habente jus belli & fiſcum, & alia impropria, quæ obtinentur ab Eccleſiis, aliiſque inferioribus; Iſto etenim ſecundo caſu intrare potius videntur termini Emphyteutici, de quibus in ſua ſede ſub *tit. de Emphyt. diſc.7. & 59.* in altero autem communis videtur conſuetudo fiſci litiganti manibus plenis, & ſic non eſt quæſtio juris ſed obſervantiæ & conſuetudinis.

ROMANA ANNUÆ PRÆSTATIONIS,

Seu PRETII MINUTORUM,

Pro PRINCIPE PLUMBINI NICOLAO LUDOVISIO.

Cum DUCISSA BRACCHIANI ISABELLA APPIANA.

Caſus diſputatus coram A. C. & ſepitus per Concordiam.

Obligatio facta per Feudatarium intuitu feudi, ſeu pro rebus occaſione feudi quæſitis, an ceſſet, & reſolvatur amiſſo feudo, non per devolutionem, vel culpam, ſed ob occupationem ab Inimicis Domini.

Et quid ſequuta ejuſdem feudi recuperatione cum vi bellica, num intret ratio poſtliminii pro dictæ obligationis reviviſcentia. Et aliqua de pacto reſolutivo ſuper hujuſmodi obligationibus adjecto, in cujus gratiam illud appoſitum cenſeatur.

De expenſis belli factis per Dominum pro recuperatione feudi ab Inimicis, an refici debeant per Feudatarium, vel è converſo factæ per Feudatarium, an refici debeant per Dominum.

Tempus belli, ſeu aliàs calamitoſum, & impeditum, an computandum ſit in termino conventionali, & aliqua de mineralibus, an pro eorum pretio debeantur fructus recompenſativi, ut ſuper eis paciſci liceat citra labem uſuræ.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Verbum,* poſſit, *importat facultatem.*
3 *Pactum reſolutivum cenſetur adjectum in gratiam creditoris, eoque volente, non allegabile per debitorem.*
4 *De bonis, quæ ab hoſtibus capta, & recuperata poſtliminio redeunt ad priorem cauſam.*
5 *Declaratur concluſio, de qua num. 3.*
6 *In conditionalibus ſufficit conditionem ſemel ac momento extitiſſe, non curata perſeverantia.*
7 *Declaratur melius concluſio, de qua num. 3.*
8 *Quando conventiones, & onera ſuſcepta per Feudatarium etiam in bonis allodialibus cenſeantur occaſione feudi, & correſpectivè ad illius poſſeſſionem.*
9 *Obligatio occaſionalis, ſeu cauſativa ceſſat ceſſante cauſa.*
10 *Succeſſor feudi, an teneatur reficere primo Feudatario acceſſiones, & melioramenta quamvis ſeparabilia.*
11 *Declaratur concluſio, de qua num. 6. & quando ceſſante conditione redeat obligatio cauſativa.*
12 *Emptor, qui ut evictionem impediret, vel rem evictam recuperaret, ſolvit pretium, dicitur obtinere ex nova cauſa.*
13 *Dominus, an recuperet à Feudatario impenſas pro recuperatione feudi, vel econtra Feudatarius à Domino.*
14 *Non datur acceſſio pro credito pecuniario ſuper pretio rei fructiferæ ſalva ſorte, niſi in certis caſibus.*
15 *De requiſitis contractus cenſualis.*
16 *De intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis.*
17 *Quomodo in fodinis, & mineralibus detur annuus fructus, cum effectibus exindè reſultantibus.*
18 *Tempus belli, ſeu alterius impedimenti, an ſit ſubducendum ex termino conventionali.*
† 19 *Pactum reſolutivum non poſſit allegari per contravenientem.*
20 *De pacto commiſſorio.*
21 *Quando conditio exigat perſeverantiam.*
22 *Obligatio cauſativa ceſſat ceſſante cauſa.*
23 *De melioramentis repetendis à feudatario vel Emphyteuta.*
24 *An Emptor poſſit tranſigere, ut præveniat, ſeu evitet evictionem.*
25 *De materia Mineralium.*

DISCURSUS LVII.

DEvoluto Statu Plumbini ad Imperatorem ob extinctam lineam maſculinam Jacobi IV. Appiani, qui illum in feudum recognoverat, eoque ſubinfeudato Principi Nicolao Ludoviſio, juxta ſeriem, de qua ſupra in *Maſſanen. Caſtrorum hoc eod. tit.* plures exortæ fuerunt controverſiæ inter dictum Principem, & Iſabellam Appianam Bracchiani Duciſſam, ultimi Principis Sororem, & ab inteſtato hæredem, præſertim verò ſuper quibuſdam acervis, ſeu montonis illius terræ venoſæ, quæ extrahitur à fodina pro vena colligenda, & quæ vulgò *minuti* dicitur, ob parvos, & minutos ejuſdem venæ lapides cum dicta terra admixtos, prætendente dicta Feudatarii hærede allodiali, dictos minutos, ſeu montonos, tanquam fructus feudi à ſolo jam ſeparatos, eſſe allodiales, atque ad allodialem hæreditatem ſpectare; Econverſo autem prætendente Feudatario ſucceſſore, montonos prædictos, tanquam ſolo denuò coagulatos, dici non poſſe fructus à feudo ſeparatos, ideoque cum eo devolutos eſſe, atque inito ſuper hujuſmodi controverſiis compromiſſo in perſonam Ducis de Medina de las Torres, tunc Regni Neapolitani Proregis, hic de conſilio plurium Sapientum, regiorum etiam officialium, per arbitramentalem ſententiam, cenſuit & declaravit, montonos remanere debere penes Principem, cum iſtius obligatione ſolvendi Duciſſæ annuos ſcutos 3600. cum facultate redimendi ad rationem 6. pro centenario, importan. ſcut. 60. m. ad cujus laudi normam deventum eſt ad concordiam, ſub eo pacto, quod in eventum in quem Status Plumbini, per devolutionem, vel quemcumque alium caſum, non ſpectaret, ſeu non poſſideretur amplius per dictum Principem, ejuſque deſcendentes, Duciſſa, vel ſui reverterentur ad primæva Jura, Princeps verò, vel ſui remanerent liberati, & ſi dicta ſors principalis in toto, vel in parte ſoluta eſſet, reſtitui deberet. 1

Cum autem de anno 1646. arma Regis Chriſtianiſſimi, expulſo dicto Principe, Arcem Longoni, & Plumbinum, totumque Statum occupaſſent, ſequuta

poſtmodum de anno 1649. recuperatione cum armis Regis Catholici, dictoque Principe ad primævam poſſeſſionem reintegrato, Duciſſa prædicta eum pulſavit coram A. C. ad ſolutionem dictæ annuæ præſtationis, & poſt plures diſputationes, honeſta concordia dicto Principi ſatis proficua controverſiam terminavit.

In hujuſmodi autem diſputationibus coram Judice, ac etiam in Advocatorum Congreſſibus pro Cauſæ directione, ex parte dicti Principis rei conventi habitis, de pluribus punctis actum fuit, primò autem, & principaliter, an factus eſſet caſus dicti pacti reſolutivi concepti in quemcumque caſum, in quo Status ad alios extra Principem, ejuſque deſcendentes deveniret, ſtante dicta expulſione, ac reſpectivè poſſeſſione ſub nomine Regis Chriſtianiſſimi per triennium, & ultra, ſuper quo puncto, ſcribentes pro actrice nimium inſiſtebant in eo, quod pactum prædictum eſſet ejus facultativum, utpotè conceptum cum verbo, *poſſit* quod de ſui natura facultatem im-
2 portat *gloſ. in cap.1. verbo poteſt de regul. Jur. in 6. & in l. ſæpè audivi, ff. de off Præſid's Surd. conſ.98. num.7. deciſ.329. num.5. part.2. rec.* & ſæpiſſimè, *Barboſ. dictione* 268.

Fortius quia talis eſt natura pacti reſolutivi, ut ſcilicet adjectum cenſeatur in gratiam creditoris, cujus
3 intereſt promiſſa adimpleri, ac pro ejus majori cautela, idcoque ſemper intelligitur creditore volente, ne aliàs detur inconveniens, ut inducta favore creditoris, retorqueantur in ejus odium, quodque moroſus debitor, ex ejus culpa, & delicto in non obſervando promiſſam fidem, commodum, & utilitatem reportet, ad *text. in l.2. Cod. de lege Commiſſoria cum concord. per Surd. conſ.98. & 365. Merlin. de pignor. lib 5. quæſt.7. Buratt. deciſ.110.num 13.dec.422. num.4. part.4. rec. deciſ.109.n.6.part.7.& ſæpius.*

Ac etiam quia, ubi etiam pactum eſſet commune, nihilominùs dici non poterat ejus caſum eveniſſe, ob ſubſequutam recuperationem, per quam ex fictione
4 poſtliminii, caſus habendus erat pro non ſequuto ex deductis per *Grotium de jure belli, ac pacis lib.3. cap.9. de poſtliminio*, & admittunt omnes, de quibus *in Januen. venæ diſc. ſequenti*, tractantes quæſtionem, an poſtliminium intret in navibus, ac etiam in mercibus, aliiſque bonis mobilibus in bello captis, & deindè recuperatis, de ipſis verò Civitatibus, & locis, ſive etiam de ſtabilibus nemo dubitat.

Econverſo ſcribentes pro hac parte, inſiſtebant in eo, quod dicta concluſio de pacto reſolutivo allegan-
5 do per ſolum creditorem, in cujus gratiam adjectum eſt, procedere non deberet, quando ultra conventionem regreſſus creditoris ad primæva Jura, expreſsè deducta eſſet in ſtipulationem etiam liberatio debitoris, quaſi quod iſte eſſet caſus mixtus non cadens ſub dicta concluſione, quodque partes per conventionem voluerint facere aliquid plus, quàm de Jure diſpoſitum eſſet, ita reddendo pactum reciprocum, quod tamen cum aliqua ſpeciali auctoritate non probabant, ſed ſolùm cum regulis generalibus, quod pacta, & partium conventiones ceſſare faciunt Juris regulas, & diſpoſitionem.

Neque obſtare dicebant ſubſequutam recuperatio-
6 nem; tum quia in conditionalibus ſufficit conditionem momento temporis extitiſſe, non curata perſeverantia, ſed ſpectato ſolo facto ſuæ purificationis, quamvis momentaneo, *l. ſi inter virum 9. & l. ſed, & in illo 18. ff. de verb dub. l. ſi quis hæredem 7. Cod. de inſtit & ſubſtit. cum concord. in Romana augmenti dotis 9. Junii 1659 & 19. Aprilis 1660. coram Bevilaqua* de qua cauſa habetur actum *ſub tit. de dote pro Bolognettis*, ubi ex profeſſo de hoc puncto, quando ſcilicet conditio exigat perſeverantiam, vel ſufficiat momento temporis extitiſſe.

Tum etiam quia, cum recuperatio dicti Status ſequuta eſſet vi bellica, & cum ingenti ſumptu, nedum Regis Catholici, qui ad hunc effectum potentiſſimam Claſſem maritimam paravit, ſed etiam ipſius Principis multa victualia, aliaque neceſſaria pro ſervitio exercitus miniſtrantis, ita conſiderandus videbatur, potiùs, tanquam novus Dominus ex diverſo titulo conquiſitionis, adinſtar emptoris, cum nova ſolutione pretii evictionem impedientis, ſeu rem jam evictam recuperantis, ut infrà, vel quod ſaltem actrix contribuere deberet in expenſis.

Quamvis autem Ego ſcribens in cauſa pro eodem Principe reo convento, more Advocati, eiſdem motivis quoque adhærentem, eaque cum apparentibus rationibus, vel regulis, & auctoritatibus generalibus, aut ſimilibus comprobare conarer, nihilominus reflectendo ad veritatem, quam ab initio, & in primo congreſſu, juxta meam conſuetudinem, liberè inſinuavi, remanendo in hac opinione ſingularis, credebam hoc fundamentum pacti reſoluti eſſe omninò debile, nullamque habere ſubſiſtentiam, non quidem ex dicto motivo, ſuper quo principaliter, & omninò inſiſtebant ſcribentes in contrarium, quod ſcilicet pactum utpotè adjectum in ſolam gratiam actricis, cui annua præſtatio ſolvenda erat, ab ipſa ſolùm volente eſſet allegabile, non autem à debitore, ſed ex altero motivo, quod magis me ſtringebat, ſubſequutæ recuperationis, ſeu poſtliminii, per cujus fictionem dici poterat caſum non eveniſſe.

Quatenus enim pertinet ad dictam concluſionem pacti reſolutivi, non allegabilis niſi ex parte creditoris, 7
dicebam eam eſſe in ſuo caſu veram, ſed non applicari ad illum præſentis quæſtionis, procedit enim, ubi illud conceptum eſt ſub conditione merè voluntaria ex parte debitoris implenda, ita ut pro majori obſervantia promiſſorum, ac urgentiori ſtimulo ad adimplendum adjectum ſit, in quibus terminis procedunt dictæ, & aliæ ſimiles auctoritates, ac etiam aſſiſtit ſuperius aſſignata ratio, ſecùs autem, ubi conceptum eſt ſub conditione caſuali, cujus eventus culpæ debitoris tribui non valeat, tunc enim in utriuſque contrahentis gratiam, niſi verba in contrarium urgeant, adjectum eſſe cenſetur ex natura correlativorum, ſeu æqualitatis inter contrahentes ſervandæ *Purpurat. conſil.557. num.28. Silvan. conſ 102. num.23.* fortius verò, ubi verba aſſiſtunt, ut in præſenti, dum uterque effectus ad utriuſque contrahentis æqualem favorem in pactum deductus eſt, creditoris ſcilicet redeundi ad primæva Jura, & debitoris obtinendi liberationem, cum actione etiam repetendi ſolutum, quod evidenter implicat cum dicta concluſione referendi uſum dicti pacti ad ſolam facultatem creditoris, ubi etiam aſſiſtunt verba, vel urgent conjecturæ hujuſmodi veriſimilis voluntatis, planum eſt, pactum remanere reciprocum, & ad utriuſque favorem *Purpurat. & Silvan.* proximè ſupra *Afflict. deciſ.397. num.6. Surd. deciſ.113. num.7. ubi Adden.* & admittitur *dicta deciſ.422. num 7. part.4. rec.*

Clarius verò, ac extra difficultatem ratione ſubjectæ materiæ, cum hujuſmodi conventio correſpectiva eſ- 8
ſet ad feudum ejuſque poſſeſſionem, tam in origine, ſeu cauſa tranſactionis, dum Princeps non alia ratione Jus, ſeu actionem in hujuſmodi montonis habere prætendebat, niſi tanquam poſſeſſor feudi, de cujus pertinentiis eſſe dicebantur, quàm etiam, quia ſibi tanquam privato, & independenter à feudo, nullatenus expediebat habere hujuſmodi bona penè inutilia, quia eatenùs expediebat habere, quatenùs eſſet etiam poſſeſſor Fodinæ, pro habendo eo Jure privativo, quod pro faciliori, ac magis proficuo dictæ fodinæ uſu moraliter neceſſarium videtur, juxta ea, quæ habentur in *Romana locationis venæ ferri ſub tit. de Regalibus ad materiam mineralium*; undè propterea claram dicebam voluntatem non contrahendi, dictamque obligationem non ſuſcipiendi, niſi occaſione feudi,

&

& correſpectivè ad ejus pacificam poſſeſſionem, liberumque dictæ fodinæ uſum, & ſic rebus in eo ſtatu permanentibus; Et conſequenter congruè applicari di-
9 cebam concluſionem, de qua pluries *ſub tit. de credito, & ſub altero de emptione, & venditione*, ac etiam ſub *illo de Regalibus ad materiam officiorum*, ſuper obligationibus cauſativis, ſeu occaſionalibus ceſſantibus, ſeu reſolutis earum ceſſante cauſa, ut per *Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa, quæſt.1. num.224. Amat. reſol.21. in princ. deciſ.428. part. 1.rec.* cum aliis ſuper hujuſmodi concluſione deductis locis citatis.

Ac etiam conferre obſervabam, quæ habentur deducta *in Nullius Baren. melioramentorum in fine hoc eod.*
10 *tit.* ſuper praxi, ob æquitatem, rationabiliter inductam, cogendi novum emptorem, ſeu ſucceſſorem feudi ad emendum ea melioramenta, vel bona quamvis ſeparabilia, & allodialia, quæ Feudatarius fecit, vel reſpectivè acquiſivit occaſione feudi, & pro ejus ſervitio, aliàs non facturus, vel reſpectivè non acquiſiturus, ita etiam naturali ratione, ſeu humano diſcurſu evidenter ſuadente.

Verùm difficultas meo judicio inſuperabilis, con-
11 ſiſtebat in dicto alio motivo ceſſationis impedimenti, ac reverſionis rerum ad ſuum primævum ſtatum, undè propterea durabat cauſa debendi, nil obſtante dicta concluſione, quod in conditionibus attenditur nudum factum momentaneum, quoniam ex iis, quæ ſuper ea particulariter deducta habentur in *dicta Romana augmenti dotis de Bolognettis ſub tit. de dote*, illa non procedit, quando conditio reſpicit certum effectum, cum tunc requiratur ejus perſeverantia, ſive ubi eadem conditio pendet à duratione, vel reſpectivè ceſſatione occaſionis; ſeu cauſæ obligatoriæ.

Si n. tertius poſſeſſor rei cenſuatæ, eatenùs debitor, quatenus rem poſſideat, ſive emptor ſe conſtituens pretii debitorem, in illius poſſeſſione temporaliter, circa culpam venditionis, ſeu creditoris cenſuarii impediatur, remoto impedimento, tanquam per remotionem obſtaculi, poſſidere dicitur, non ea nova, ſed ex priori cauſa, adinſtar habentis manus, vel pedes naturaliter validos, accidentaliter à vinculis, vel compedibus impeditos, quoniam eis ſolutis, vel ſublatis, eorumdem membrorum operationem habere dicatur jure propriæ & naturalis facultatis; non autem ex novo titulo, ſeu facultate, & conſequenter obligationes, & onera reincidunt in ſuam cauſam, ac reviviſcunt, ut noſtri dicunt, potiùs per quamdam exercitationem à ſomno, quàm per reviviſcentiam à morte.

Neque alicujus momenti videbatur, quod ob ingentes ſumptus pro hujus Status recuperatione factos, ejus valorem fortè excedentes, ita quodammodo quæſitus diceretur ex novo titulo juxta terminos textus
12 *in l. ſi ſervus venditus, §. cum agitur, ff. de evictionib. cum concord. per Fab. de Ann. conſ.15. num 5. de Marin. reſol.108. lib.1. Theſ. jun. lib.3. quæſt. forenſ.18. Rot. deciſ.337. part.5. rec. cum aliis ſub tit. de emptione, & vendi'tione*, præſertim in *Tudertina*, tum quia non aſſiſtebat factum ipſiuſmet Principis, qui ſequuta recuperatione, non ex novo titulo, ſed ex primævo Jure feudi poſſeſſionem continuare profeſſus eſt; tum etiam quia principaliter dicti ſumptus facti fuerunt per Regem Catholicum pro recuperatione Arcis, & Portus Longoni, aliorumque fortalitiorum pro tuitione Regni Neapolitani, ac ſervitio ejus Monarchiæ, nec non, ut ejus obligationi ſatisfaceret, curando reponere in primævum ſtatum ejus ſubfeudatarium ab ejus Inimicis, ſuoque intuitu expulſum.

Sicuti enim Feudatarius tenetur Domino ad ſer-
13 vitium, & fidelitatem, ita è converſo Dominus tenetur ad ejus protectionem, & defenſionem, pro qua ab eo non repetit expenſas, quinimò, ſi ipſemet Feudatarius ſuo ſumptu, & vi armorum recuperet feudum, ab ipſius Domini Hoſtibus, ſeu Inimicis occupatum, quoties impenſæ non ſint modicæ, ſed notabiles, illas ſaltem in caſu non culpoſæ devolutionis à Domino recuperat, tanquam ſpeciem melioramentorum ex deductis per *Roſenthal. cap 10. concluſ.43. numer.69. Garz. de expenſ. cap. 16. num.36. Molina de primogenitura lib. 1. cap 27. num.11. Giurb. deciſ.108. n.10. & 24.* & habetur deductum *in Theatina ſub tit. de emphyteuſi*.

Omniſque difficultas in propoſito ceſſabat, quia dictæ Duciſſæ nil intererat, feudum ab uno, vel ab altero poſſideri, dum etiam à dicto intermedio poſſeſſore, dictorum minutorum poſſeſſio & vendendi facultas ſibi non impediebatur, unde dici non poterat, impenſas factas eſſe ejus intuitu, & contemplatione, ſive quod exindè utilitatem reportaſſet, undè intrare poſſet ſaltem æquitativa actio de in rem verſo, ſeu de utili negotiorum geſtorum, & ſic omnia prædicta motiva in primo congreſſu reputata meliora, & in quibus concluſum fuit principaliter inſiſtendum eſſe, juxta meum votum, omninò inſubſiſtentia erant, ut cauſæ progreſſus docuit, quoniam Judex illa omninò neglexit.

Unicum ergo probabile, ac magis ſolidum motivum, quod ob difficultates per Judicem habitas, & per actricis defenſores in diſputationum progreſſu agnitas, concordiæ cauſam dedit, fuit illud, quod à me in primo congreſſu excitatum, ab aliis neglectum fuerat, invaliditatis ſcilicet dictæ conventionis de ſolvenda pro pretio rei infructiferæ annua præſtatione, ſalva remanente ſorte principali, in quam proindè imputa- 14
ri deberent decurſæ annualitates jam ſolutæ, eam notabiliter extenuantes; Quidquid enim teneant Regnicolæ, ac Hiſpani, aliique Doctores, attentis opinionibus, in quibus reſidet Curia Romana ex pluries deductis *ſub tit. de uſuris*, non datur acceſſio pro credito pecuniario ſalva ſorte, niſi accedente legitimo titulo hujuſmodi acceſſionum juſtificativo, qui frequentius reſtringi ſolet ad quatuor caſus, primò ſcilicet contractus Cenſualis, ſecundò, refectionis intereſſe lucri ceſſantis vel damni emergentis, tertio fructuum recompenſativorum pro pretio rei fructiferæ ex æquitate textus *in l. curabit, Cod. de action. empti*, & quartò fructuum dotalium juxta terminos textus *in cap. ſalubriter de uſuris* Contractus enim Cambii verè non continet acceſſiones, ſed totum eſt ſors, ut in ſua materia *ſub tit. de Cambiis*.

Nullus autem ex his titulis convenire videbatur,
non quidem ille Cenſus, quoniam poſt Bullam Pii V. 15
non datur annua præſtatio ſalva ſorte, quomodocumque verba contractus concipiantur, etiam ex cauſa dationis in ſolutum pro pretio mercium ſeu rerum infructiferarum, vel ex cauſa permutationis, non ſervata forma ibi præſcripta ex plenè deductis per doctiſſimum *Leotar. in tract. de uſuris, quæſt.43. la prima*, potiſſimè quia deficiebat etiam alterum eſſentiale requiſitum contractus cenſualis, vel juxta unam opinionem ex dicta Bulla, vel juxta alteram, etiam ex diſpoſitione Juris communis, fundi fructiferi, & capacis, certis finibus deſignati.

Minus alter, intereſſe lucri ceſſantis vel damni emer- 16
gentis, quoniam iſtud neque intrat, non probatis ſuis requiſitis, quod ſcilicet mora debitoris fuerit cauſa præciſa & immediata damni juxta deciſionem *Method. a. de uſuris*, & quoad lucrum, cum requiſitis poſitis per *Paul. de Caſtr. in l.3. ff. de eo quod certo loco*, juſtificandis aliàs, quàm per partium aſſertionem, ut in *dicta ſua materia de uſuris*, & ſunt concluſiones in Curia nimis planæ, & vulgares; quartus verò titulus dotis omninò deficiebat ex facto.

Quare tota inſpectio reducebatur ad tertium titulum, ſuper quo inſiſtebant pro actrice, quoniam li-
cèt in ſtricta Juris Cenſura, fructus dicatur ſolùm ille, 17
qui renaſcitur, ac percipi poteſt ſalva rei ſubſtantia, quod congruere non videtur hujuſmodi fodinis & mineralibus

neralibus, in quibus conſumitur ipſa ſubſtantia, nihilominùs ex communi DD. conſenſu, in eis datur etiam terminus perceptionis fructuum, unde propterea uſusfructus conſtitui poteſt, ut in contractum locationis & conductionis deduci, in dotem dari, ac etiam ſuper eis Cenſus imponi, ut conſtat apud *Barboſ. in l. divortio, §. ſi vir num.9. & 10. ff. ſoluto matrimonio Molin. de primogen. lib.1. cap.23. num.8. in fine Garz. de expenſis, cap.22. num.47. Barbat. de diviſione fructuum part. prima, cap.17. num.49. Caſtill. de uſufruct. cap.37. num.16.* & habetur plenius deductum ac examinatum *in Romana locationis venæ ferri ſub tit. de Regalibus ad materiam mineralium*, quod ego admittebam in ipſa fodina, utpotè magna & indeficiente, in qua annua eſitatio ſtat loco fructuum, ex deductis in *dicta Romana locationis*, ſed ceſſabat applicatio ad factum, cum hæc non eſſet fodina, ſed eſſent fructus, ab ipſa fodina extracti, & ſeparati, undè uſus conſumabat ipſam ſubſtantiam, quæ ſalva non remanebat, ut eventus comprobavit.

In diſputationibus quoque habitis coram dicto Judice, actum fuit de altero puncto. Cum enim in dicta
18 concordia conventum eſſet, in primo novennio dictam annuam præſtationem Scutor. 3600. ſolvendam eſſe in tanta vena, juxta pretium conventum; dubitatum fuit, an tempus impeditum, in quo Status fuit occupatus, ut ſuprà, computandum eſſet in dicto novennio, vel potiùs ab eo ſubducendum, & in hoc ſcribens pro ſubductione dicebam id probari per *textum in l. quibus diebus, ff. de condit. & demonſtrat.* ubi claris verbis deciditur, tempus non currere legitimè impedito, quod etiam probat text. *in l. non poſſunt, Cod. de dolo*, & in *cap. imputari de regulis Juris in ſexto, cum concord. per Rovit. dec 53. num.8.* Et in proximis terminis, quod tempus conventionale adjectum pacto de retrovendendo vel ſimili, non currat tempore belli, ſed eo ſubducto conjugantur tempora, præcedens, & ſubſequens hoſtilitatem, benè *Rovit. in pragmat. prima de pacto de retrovendendo, num.2. & 3.* ubi Jura concordantia deducit. Non fuit tamen hic punctus multum diſcuſſus, niſi obiter, cum tota diſputatio fuerit in negotio principali ut ſuprà, atque ſubſequuta concordia ulterioris diſputationis occaſionem ſubſtulerit, unde propterea maturum judicium deſuper efformari non potuit.

† SUper concluſione, quod pactum reſolutivum adjectum in gratiam ejus cui implementum præ-
19 ſtandum eſt allegari non poteſt ab altera parte contraveniente agitur *ſub tit. de Emphyt. & vend. diſc.53.* & alibi pluries cum videatur principium certum ac fundatum, non ſolùm in diſpoſitione legali ſed etiam in ratione naturali, ne aliàs contraveniens ex proprio delicto commodum reportet, atque inductum favore creditoris retorqueatur in odium.

De validitate autem pacti reſolutivi vel commiſſo-
20 rii, de quo dubitari ſolet ob fraudem uſurarum agitur *ſub tit. de uſur. diſc.8.* ac etiam *tit. de Camb. diſc.6.* & in aliis occaſione agendi de reductione Cambiorum vel intereſſuriorum ſub conditione implementi, quo non ſequuto debeantur Cambia currentia & rigoroſa & de validitate pacti reſolutivi in cenſibus ob non ſolutionem fructuum *ſub tit. de Cenſ. diſc 1. & in aliis.*

Quando autem conditio exigat perſeverantiam, at-
21 que reſpiciat effectum vel potiùs ſufficiat, quod momento temporis extiterit, agitur *tit. de Dote diſc.27. & de fideic diſc.44.*

De obligationibus cauſativis ceſſantibus ceſſante
22 cauſa habetur *tit. de Regal. diſc.8. & ſeqq. & diſc.98. tit. de Cenſ. diſc.28 tit. de Emphyt. vend. diſc.23. & 39. & infrà diſc.71. & alibi.*

De materia melioramentorum eſt dictum ſupra *diſc.*
3 *27. & tit. de Legitima & Detract. diſc.35.* Et in ſpecie de expenſis pro recuperatione vel cuſtodia feudi vel rei Emphyteuticæ habetur infrà *diſc.76. & tit. de Emphyt. diſc. 12. cum aliis d. diſc.35. de Legitima & Detract. adden. ad Reverter. deciſ.225.* ubi de expenſis pro cuſtodia.

Quod poſſeſſor poſſit bona fide tranſigere, ut præveniat evictionem, ut ita meliorem efficiat conditionem ejus, qui ad evictionem tenetur, habetur *tit. de Emphyt. & Vend. diſc.16. & 19.* & incidenter *tit. de* 24
Cenſ. diſc.25. Dummodo tamen bona fide fiat, ſecus autem mala fide atque principaliter ut fiat negotium proprium juxta ponderationes de quibus in materia negotiorum geſtorum vel de utili in rem verſo habentur *ſub tit. de Uſur. diſc.50.*

Et de his Mineralibus habetur *tit. ſequenti de Regal.* 25
diſc.117. & 118. Alia verò reſpiciunt materiam uſurariam, de qua agitur in ſua Sede.

JANUEN. VENÆ

Pro EODEM PLUMBINI PRINCIPE NICOLAO LUDOVISIO.

Cum ALIQUIBUS MERCATORIBUS.

Caſus diſputatus in Statu Januenſi, & concordatus.

Feudatarius expulſus à feudo per Inimicos Domini, an ſequuta recuperatione, vendicet ejuſdem feudi fructus ab emptoribus, qui illos emerunt ab eiſdem Inimicis ſeu occupatoribus, ante vel poſt recuperationem; Et aliqua de materia poſtliminii, ac de juſtitia vel injuſtitia belli; Et quando capta in bello fiant capientium irrevocabiliter.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Dominus vendicat res ſuas furatas ſeu aliàs occupatas, etiam à tertiis emptoribus bona fidei non refuſo pretio.*
3 *Declaratur concluſio, ut procedat in bonis occupatis per latrones vel piratas, non autem jure belli.*
4 *Bona mobilia occupata per hoſtes ſeu per milites jure belli, quamvis deindè recuperentur, non redeunt ad priores Dominos, neque in eis intrat poſtliminium, & num.8.*
5 *Rectè ſolvitur ei, cum quo contractum eſt & num.7.*
6 *Nomina debitorum non redeunt poſtliminio.*
7 *Declaratur concluſio de qua num.5.*
8 *De eadem concluſione, de qua num.4.*
9 *An ad milites pertineat quærere de juſtitia belli.*
10 *In ipſo belli auctore requiruntur copulativè poteſtas illud indicendi, & juſta cauſa.*
11 *Solvens poſſeſſori Regni, provinciæ, vel feudi jure belli, an benè ſolvat, ita ut à priori Domino reintegrato moleſtari poſſit vel ne.*
12 *Ea quæ debentur ex contractu inito per occupatorem loci debentur priori Domino reſtituto.*
13 *Fructus ſeparati à feudo tranſmittuntur ad hæredem feudatarii etiam ſequuta devolutione, & num.15.*
14 *Quando poſſeſſor jure belli faciat ſuos fructus & re occupata perceptos.*
15 *Declaratur concluſio de qua num.13.*
16 *Quando bona capta in bello dicantur effecta de dominio capientium, ita ut in caſu recuperationis non intret poſtliminium.*
17 *Quæ dicatur Civitas amica vel ſocia ad hunc effectum.*
18 *Quare in bonis mobilibus in bello captis admittitur dominium abſque jure poſtliminii.*
19 *Quando tertius recuperet à Domino pretium rerum deprædatarum à latronibus vel pyratis.*
20 *De poſtliminio in juribus & actionibus, ac nominibus debitorum.*

21 *De alio caſu, in quo tertius emens merces deprædatas, eſt tutus ab illarum Domino.*
† 22 *De bonis captis in bello.*
23 *De poſtliminio.*
24 *De juſtitia belli.*
25 *De diviſione fructuum feudi.*
26 *De eadem materia præſentis diſcurſus.*

DISCURSUS LVIII.

Retenta facti ſerie, de qua *diſc. præcedenti* ſuper
invaſione Status Plumbini cum annis Regis
Chriſtianiſſimi, agnoſcentes ejuſdem Regis Miniſtri,
1 in Civitate Neapolis potentiſſimam parari Claſſem pro
dicti Status recuperatione, quam probabiliter impe-
dire non poterant, diligenter curarunt, totum ferrac-
cium ibi repertum, totamque venam excavatam ex-
trahere, traducendo ad Civitatem Januenſem, ac Em-
porium Liburni, utramque mercem, etiam pro infe-
riori precio vendendo illis mercatoribus & negotian-
tibus, partim pecunia numerata, partim verò credita;
Quare ſequuta recuperatione Princeps Nicolaus Lu-
doviſius ad poſſeſſionem feudi reintegratus, congreſ-
ſum plurium Advocatorum ac etiam Prælatorum con-
vocavit pro conſilio, & directione ſuper vendicatione
dictarum mercium, præſertim venæ in notabili
quantitate exiſtentis in Civitate Januæ penes diver-
ſos mercatores, in quo congreſſu varia fuerunt vota.

Ego enim qui circa initia poſſeſſionis, tanquam ju-
nior eram primus in votando inter Advocatos, fuit in
voto, cui aliquis adhæſit, probabiliter ſperari poſſe
recuperationem pretii adhuc non ſoluti, ſecus autem
quoad ſolutum, ex infraſcriptis fundamentis, major
tamen pars fuit in voto contrario, totam ſcilicet ve-
nam, probata identitate, vendicari poſſe, nullo em-
ptoribus refuſo pretio, quamvis ſoluto, procedendo
2 cum terminis textus *in l. incivilem, Cod. de furtis, &*
l. ſi mancipium, Cod. de rei vindic. cum concordan. de qui-
*bus Peregr. conſ.*101. *num.*1. *lib.*4. *Spada conſ.*149 *lib.*1.
*Theſaur. jur. lib.*2. *quæſt.*98. *Menoch. lib.*5. *præſumpt.*29.
*Farinac. quæſt.*177. *num.*29. *cum ſeqq. Guazzin. defenſ.*
17. *cap.*6. apud quos firmatur Dominum vendicare
poſſe rem ſuam à quocumque poſſeſſore quamvis ex ti-
tulo oneroſo, & cum non mala fide, nullo refuſo pre-
tio, quoniam bona fides excuſat à delicto, & pœna,
non autem concedit pretii repetitionem; ſi illud non
Domino ſolutum eſt, quod præfati Doctores & alii
ampliant, etiamſi in portubus & publicis emporiis mer-
ces eſſent emptæ, de quo habetur actum *in Romana*
ſeu Civitatis Vetulæ mercium ſub tit. de Regularibus ad
materiam Portus.

Quare concluſo, ut juxta hoc votum ſcribi debe-
ret, inſiſtendo ſolùm, quoad ea, quæ facti ſunt, ſu-
per probatione identitatis, & quoad ea, quæ ſunt Ju-
ris, ſuper dicta concluſione, non laudando deduci
conſiderationes, de quibus infrà ſuper juſtitia vel jure
belli, tranſmiſſiſque juxta hanc normam Informatio-
nibus, prodiit votum Conſultorum ſimpliciter pro
abſolutoria reorum conventorum, quodque reſiduale
pretium ab emptoribus jam depoſitatum, venditori
adſcribendum eſſet; Obtento autem audiri in Senatu,
agnitoque per dictos Congregatos procedendum eſſe
cum terminis, ut ſuprà à me inſinuatis, qualis etiam
erat ſenſus patrocinantium in dicta Civitate Januæ,
idcircò mihi præſertim injunctum fuit munus ſcriben-
di, atque aſſumpta ibidem nova diſputatione, quan-
tum deſumi potuit, probabiliter reſolutio prodire de-
buiſſet pro hac parte, reſpectu pretii non ſoluti, ve-
rum ex prudentialibus motivis Senatui placuit con-
cordia, qua mediante Princeps majorem partem dicti
pretii depoſitati obtinuit, atque ita controverſia finem
habuit.

In dicto autem voto ut ſuprà edito præcipuum fun-
damentum conſtituebatur in defectu dictæ concluſio-
nis deductæ ut ſupra ex diſpoſitione text. *in l. incivi-*
lem, Cod. de furtis cum concord. cum ea procedat in re-
bus furtivis, quæ privata auctoritate per latrones vel
pyratas furatæ ſeu deprædatæ ſint, non autem in bo-
nis jure publici belli occupatis, quæ de jure fiunt oc-
cupantium, quoties penes eos pernoctarunt ad text.
l. ſi quid bello, ff. de captivis l. naturalem, §. finali, ff de 3
acquir. rerum dominio cum concord. abſque eo quod ſuf-
fragari poſſet ratio poſtliminii ob ſubſequutam recu- 4
perationem, quoniam merces poſtliminio non redeunt,
ex deductis per *Galeot. reſponſ. fiſcal.*13. *ex num.*25. *ad*
82. *& per totum, Franch. deciſ.*268. *num.*4. *Grotium de*
*jure belli & pacis lib.*3. *cap.*9. *de poſtliminio ex num.*14.
apud quos cæteri; Si ergo iſtæ merces effectæ erant de
dominio occupantis, ac poſſidentis hujuſmodi Statum
& fodinam Jure belli, licitè venditio facta erat, atque
pretium benè ſolutum, & reſpectivè ſolvendum erat
mercium Domino, cum quo contractum erat, & cui
etiam non Domino rectè ſolvitur ex deductis per *Surd.*
*deciſ.*60. *num.*8. *&* 229. *num.*7. *&* 8. *Gregor. & Adden.* 5
*deciſ.*511. *num.*6. Magnum etiam fundamentum conſti-
tuendo in auctoritate *Grotii d. lib.*3. *cap.*9. *de poſtlimi-*
*nio, num.*9. ubi firmatur, nomina debitorum non eſſe 6
de his, quæ poſtliminio redeunt, deducendo exemplum
ejus, quod Theſſali Thebanis debebant, ut iſtis poſt
Alexandri invaſionem & occupationem, ea etiam ceſ-
ſata reſtituendum non eſſet.

Scribens igitur reſponſivè ad dictum votum, cum
eodem ſenſu veritatis, cum quo in dicto primo con-
greſſu votum protuleram, quatenus pertinet ad iſtam
concluſionem de legitimè ſolvente proprio auctori, & 7
cum quo contractum eſt, eam rectè procedere dice-
bam in ſolutione reintegra, & in ſtatu bonæ fidei jam
facta, quando ſcilicet adhuc non detecto non jure
venditoris, emptor illum juſtè crediderit dominum &
poſſeſſorem, vel ex Domini voluntate adminiſtran-
tem, in quibus terminis procedunt ea, quæ in Jure ha-
bemus de ſolvente, filiofamilias, ſervo, Monacho, in-
truſo, Procuratori, vel Inſtitori revocato cum ſimili-
bus, vel ipſi principali creditori quamvis ære alieno
gravato, adhuc tamen ſuorum bonorum adminiſtra-
tionem habenti; Secùs autem poſtquam à lege, vel ab
homine eſt inhibitus, & conſtitutus in mala fide, ita ut
non Jus venditoris detectum ſit, cum tunc abſolutum
ſit malè ſolvi, atque ad reiteratam ſolutionem urgeri
poſſe, ut ſæpiùs *ſub tit. de credito*, & eſt principium theo-
ricè & practicè indubitatum.

Totum ergo controverſiæ punctum obſervabam eſſe
in eo, an ſubſequuta, per feudatarium expulſum ab
Inimicis Domini, recuperatione feudi, ejuſque rein-
tegratione, recuperetur etiam dominium fructuum ip-
ſius feudi, ab eo ſeparatorum, ac jure belli penes oc-
cupatorem exiſtentium, vel penes habentes cauſam ab
eo & an hic jus habeat, etiam ceſſata occupatione, &
poſt ejus expulſionem in concurſu prioris Domini pre-
tium erigere, & in hoc dicebam diſtinguendum eſſe,
an hujuſmodi fructus, ſeu bona eſſent penes ipſos mi-
lites in conflictu belli illa occupantes, ſeu penes ha-
bentes cauſam ab eis, vel an penes ipſum belli aucto-
rem & principalem feudi occupatorem; Primo enim
caſu, quoties bona mobilia ad præſidia militum aſ-
portata ſunt, ibique pernoctarunt, & quæ per *Labeo-*
nem in d. l. ſi quid ff. de captivis dicuntur *præda*, & à 8
Bart. ibidem nuncupantur *bottino*, admittebam prio-
ribus Dominis jus non competere vindicandi à tertiis,
etiam poſt recuperationem, ob jam conſummatam do-
minii amiſſionem, abſque ſpe poſtliminii, quod in
mercibus non datur, & in his terminis loquuntur
Franch. Galeot. & cæteri, de quibus *in dicto voto*, *Ca-*
ball. reſol. criminal. 140. *&* 220. *Theſaur. jur. lib.* 2.
quæſt. forenſ. 98. *Gama deciſ.*335. *&* 384. *Capic. La-*
tr. conſult. 97. *Rot. deciſ.*120. *poſt primum volumen. con-*
ſil. Farinac.

Dictorumque militum ſeu habentium cauſam ab

eis reſpectu, admittebam non intrare inſpectionem ſuper juſtitia vel injuſtitia belli, de qua, utpotè vulgo & militibus ignota, ad ipſos milites inquirere non pertinet, quoniam ubi non agatur de pluſquam certa & notoria tyrannide, ad legitimè nanciſcendum dominium prædæ, ac bonorum in bello occupatorum, eis ſufficit agi de bello publico, indicto ſcilicet à Principe habente Jus illud indicendi, cum juſta cauſa ab eis regulariter præſupponenda ſit ex deductis per *Menoch. lib. 6. præſumpt. 96. num. 3. & 4.* ubi cæteri.

Verùm quia non agebatur de mercibus & bonis in conflictu belli occupatis ab ipſis militibus, ſed de feudi fructibus, quos ipſe occupator, vel ejus miniſtri, expulſione imminente, & præcognita, extraxerant ad alium locum tertium, proidéque controverſiæ effectus non percutiebat ipſos tertios emptores, quorum nihil intererat hujuſmodi reſiduale pretium per eos jam depoſitatum, uni vel alteri ſolvi, ſed percutiebat ipſum occupatorem, ita poſt expulſionem aſſequi volentem hujuſmodi bonorum pretium inexactum; idcircò extraneos dicebam dictos terminos, ſeu concluſiones, cum quibus dicti aſſeſſores proceſſerant.

Quidquid enim eſſet de juſtitia vel injuſtitia hujuſmodi invaſionis, ita ut in ipſo invadente ſeu occu-
10 pante juſta cauſa, quæ cum poteſtate indicendi publicum bellum neceſſaria eſt ad acquiſitionem dominii, in hoc differente ipſo belli auctore à militibus *Caſtrenſ. in l. ex hoc Jure num. 6 ff. de juſt. & jur.* ubi *Jaſ. & cæteri* deducti *per Covar. in reg. peccatum part. 2. §. 9. num. 2. Menoch. dicta præſumpt. 96. num. 1. & 5. lib 6. Molina de juſt. & jur. tom. 1. tract. 2. diſput. 100 & 102. cum ſeq.* cùm quo cæteri moderniores morales communiter pertranſeunt, (de quo puncto juſtæ cauſæ, leguleiorum ſtultitiam ſemper cenſui, velle id tractare cum illis terminis, qui adhibentur in negotiis privatorum, cum non videantur iſtæ materiæ, regulis legalibus ordinariis ſubjectæ, quoties, tyrannidis & injuſtitia non eſſet pluſquam notoria.)

Adhuc tamen, admiſſa politicorum magis quàm legiſtarum propoſitione, quod Jus eſſet in armis, ita
11 ut hujuſmodi feudi, ſeu Status poſſeſſor, qualis qualis ille fuerit, ejus fructus colligere potuerit, ac nomina debitorum exigere, alioſque dominii effectus exercere (ſuper quo integrum locum veritati relinquere profitebar, nullum deſuper interponendo judicium) dicebam tamen, id ſuffragari poſſe quoad tertios debitores, ſeu emptores tali poſſeſſori ſolventes, ne ad iteratam ſolutionem urgeri valeant, vel rerum avocationem cum eorum jactura pati, ſive quoad eos, qui eoſdem fructus ex cauſa oneroſa, & correſpectiva acquiſierunt juxta caſum diſputatum per *Decium conſ. 407.* ubi in ſpecie de hoc Statu Plumbini occupato per Ducem Valentinum, cui appaltator aluminum ſolverat annuam præſtationem Ducator. 2000. de qua *diſc. 54.* & per *Afflict. deciſ. 150.* ubi de debitoribus Regii fiſci, qui ſolverant Regi Gallorum ejuſque Miniſtris, de tempore quo expulſis Aragonenſibus, Regnum Neapolitanum de facto poſſedit, cum ſimilibus, ſecus autem ubi, juxta caſum *Afflicti* proximè ſuprà, dictus Rex Gallorum poſt expulſionem à Regno, in concurſu ipſius Regis reintegrati vellet exigere nomina debitorum, ſeu pretium bonorum ad illum fiſcum ſpectantium, & hic erat caſus.

Ut proximè probare videtur deciſio Senatus Sabaudiæ apud *Fabr. de Codice lib. 4. tit. 42. de locato dif-*
12 *form. 33.* quod ſcilicet quidquid debetur ex contractu inito per invaſorem alicujus Provinciæ vel loci, ſolvendum ſit priori Domino jam reſtituto; Et quæ habentur apud *Bellin. de re militar. part. 2. tit. 18. num. 9.* ubi de poſſeſſoribus bonorum occupatorum per Regem Galliæ occupatione ceſſante.

Deducebantur in voto, ſequendo ſenſum ſcribentium pro altera parte, ea quæ habentur apud *Roſenthal. de feud. cap. 10. quæſt. 42.* & alios, de tranſmiſſione
fructuum ſeparatorum à feudo ante illius devolutio- 13
nem, qua ſequota, non exindè ceſſat eorundem fructuum dominium in hærede, vel altero, in quem ipſe feudatarius diſtraxiſſet, quaſi quod idem eſſet caſus, dum durante adhuc poſſeſſione talis alienatio facta erat; Verùm obſervabam iſtud fundamentum optimè retorqueri, ac ad evidentiam convincere contrarium, admiſſa enim ex abundanti propoſitione, quod jus eſ-
ſet in armis, quodque belli eventus, titulum ac bo- 14
nam, & reſpectivè malam fidem cauſaret, hinc ſequebatur, quod ſicuti durante poſſeſſione, ille dici poterat dominus, vel bonæ fidei poſſeſſor excuſandus à fructuum perceptorum, & conſumptorum reſtitutione, ita econverſo, ſequuta expulſione, ex eodem Jure armorum, ſeu belli exitu, tanquam per ſpeciem ſententiæ contrariæ, ſe agnoſcere debuit non dominum, idcóque non facientem fructus ſuos extantes & non conſumptos, cum concluſio de qua *deciſ 3 part. 7. rec.* & paſſim, de bonæ, vel non malæ fidei poſſeſſore faciente fructus ſuos, procedat in jam conſumptis à quorum reſtitutione detecta mala fide excuſatur, non autem in extantibus, quoniam eſſet dare licitam perceptionem rei non ſuæ, poſtquam detectus eſt non dominus.

Et quoad dictum ſimile de feodatario tranſmittente ad hæredes & extraneos fructus à feudo perceptos, &
ſeparatos durante ſuo Jure, non obſtante ejuſdem Ju- 15
tis reſolutione per devolutionem, reſpondebam, id rectè procedere in illis fructibus, qui in ſtatu bonæ fidei, & juxta conſuetam perceptionem, per feudatarium percepti ſunt, ſecus autem in illis, qui præmaturè, & ad ſupplantandum dominum vel ſucceſſorem, jam prævisa & imminenti devolutione, ſuique Juris expiratione ſunt percepti, juxta ea quæ in terminis ſubinfeudationis aliàs feudatario competentis tanquam fructus feudi, non permittendæ imminente devolutione habetur plenè deductum *in Senogallien. Caſtrorum hoc eodem tit.* Et de appaltatore vectigalium & gabellarum prohibito gabellam diminuere, vel etiam condonare pro tempore futuri appaltus habetur *in Romana buili alearum & in aliis ſub tit. de Regalibus ad materiam Vectigalium*, ac etiam in ſuis reſpectivè materiis, de Beneficiato, ſeu Prælato, conductore, marito, hærede gravato, & ſimilibus.

Quatenùs verò pertinet ad Jus poſtliminii denegatum in mercibus, ſeu nominibus debitorum, & ſuper
quo, in voto prædicto, conſultorum major opera ac 16
ferè totus labor verſabatur, obſervabam hunc inanem laborem videri, utpotè extra caſum, quoniam, tunc in mobilibus jure belli, tanquam præda ſeu bottinum captis, dominium irrevocabiliter à prioribus Dominis amittitur, ita ut in caſu recuperationis non intret poſtliminium ſeu Jus vendicandi, ex plenè deductis per *Galeot. dicto reſponſ. 13.* cum aliis allegatis, quando hujuſmodi bona pervenerunt in hoſtium Caſtra ſeu loca munita, ibique pernoctarunt, quod in præſenti ceſſabat, dum vena nunquam ad hoſtium ſeu Inimicorum loca perveneràt, ſed in Civitatem prædictam utriuſque Principis amicam & neutralem, quo caſu dominium non amittitur, ſeu poſtliminio locus eſt, ut claré probat textus *in l. poſtliminium, §. poſtliminio, ff. de captivis,* ibi, *ſed ſi in Civitatem ſociam amicamve.*

Et quamvis *Gamma deciſ. 384. num. 5.* illum textum intelligat, non de Civitate utriuſque partis amica, ſed
de ea, quæ in bello eaſdem partes ſequitur, eique ad- 17
hærere videatur *Grotius lib. 3. cap. 9. §. 2.* ambos tamen divinitativè loquentes confutat *Gentilis advocatione Hiſpanica lib. 1. cap. 1. & 2.* cui adhæret *modernus auctor elementorum de judicio inter gentes part. 2 ſect 8. cap. 2.* ea ratione aſſignata, quod ſi Juriſconſultus de locis adhærentibus & confœderatis intelligeret, ſolo termino Societatis contentus fuiſſet, neque expreſſiſſet terminum amicitiæ, qui verè & propriè convenire

videtur

videtur neutralitati, ac negationi hoſtilitatis erga utramque partem.

Alteram quoque aſſignabam validiorem rationem, quod ſi Juriſconſultus intelligeret de Civitate ſocia bellatoris, eique in bello adhærente, iſta utique eſſet pariter inimica ejus, contra quem bellum geritur, & conſequenter dici poſſet locus munitus hoſtium, unde male Juriſconſultus dominii præſervationem tali caſu daret; Ideò etenim poſtquam bona mobilia ad hoſtium tuta loca devenerunt, exeunt de priori dominio irrevocabiliter, quia cum ibi nulla ſubſit ſpes vindicandi judicialiter & per viam juſtitiæ, deſperata dicitur recuperatio, ex deductis per *Theſaur. dicta quæſt.* 98.
18 *num.* 11. *lib.* 2. *Leotar. de uſuris dicta quæſt.* 95. *num.* 37. *& ſeq. benè Galeot. reſponſ.* 13. *num.* 95. *& ſeq.* quæ ratio ita militat in Civitate vel loco ipſius bellatoris, ac in alia ſibi in eodem bello adhærente; Ubi autem ſubeſt ſpes recuperationis judicialis, & per viam juſtitiæ omnibus utriuſque partis ſectatoribus indifferenter adminiſtrandæ, tunc dominium remanet præſervatum, non ex alia ratione, quàm ex prædicta durantis ſpei recuperandi, aliàs quàm ex Jure belli, igitur textus prædictus omninò intelligendus eſt de Civitate amica, id eſt neutrali, utramque partem pariformiter tractante, ac utrique juſtitiam miniſtrante.

Et ex qua ratione, etiam ubi agitur de bonis captis per latrones vel pyratas, in quibus non intrant iſti termini, ſed alii textus *in l. incivilem, Cod. de furtis,* de quibus ſuprà, quoties moraliter deſperata eſt ſpes recuperationis, probabilem iſta occaſione dicebam de-
19 ciſionem relatam per *Theſ. junior. dicta quæſt.* 98. *lib.* 2. de refectione pretii facienda tertio emptori bonæ fidei, quod plenè proſequitur *Leotar. de uſuris, quæſt.* 95. *num.* 37. *& ſequent.* ubi diſtinguitur inter pyratas ejuſdem Principis, vel alterius Chriſtiani, ita ut juſtitia mediante ſubſit probabilis ſpes recuperationis, in qua, & in bona fide tertii totus eſt punctus, unde propterea ſi tertius videns bona furata in alieno Principatu per latrones ſeu pyratas, aut alios ab eis cauſam habentes diſtrahi, ipſeque bona fide, & ex charitate, ut utile negotium Domini gerat, curet ea recuperare pro eo inferiori pretio, pro quo hujuſmodi bona frequentius diſtrahi ſolent, recuperabit à Domino ejus bona vendicare volente totum id, quod ad hunc effectum de ſuo erogavit per exceptionem negotiorum geſtorum, ſeu de utili in rem verſo, &c. Secus autem ſi mala fide id agat ad proprium lucrum & induſtriam, ut benè ita diſtinguendo habetur apud *Spad. dicto conſ.* 149. *lib. primo*, & in propoſito actionis exigendi uſuras Judaicas per Chriſtianum ex conceſſione quæſitas habetur deductum *ſub tit. de uſuris in Romana pro Clementino.*

Prout ab hujuſmodi quæſtione extraneos dicebam terminos poſtliminii in nominibus debitorum, & an
20 congrueret dictum exemplum de Theſſalis, & Thebanis, quod ex *Grotio* ut ſuprà in eodem voto deducebatur, quoniam hoc debitoris nomen nunquam ante occupationem fuerat in dominio prioris poſſeſſoris hujus feudi, dum proveniebat à pretio fructuum perceptorum durante Jure & poſſeſſione occupatoris ſeu poſſidentis Jure belli, & ſic extra caſum, cui proindè unicè congruere videbantur ſupradicti termini feudatarii tranſmittentis ad ejus hæredes vel cauſam habentes feudi fructus ab eo ſeparatos, non obſtante devolutione, ſeu aliàs ſui Juris ceſſatione, quoties percepti ſunt eo modo quo ſuprà, ſeu termini tertii bonæ vel non malæ fidei poſſeſſoris excuſandi à fructibus tali ſtatu perceptis & conſumptis.

Et nihilominùs etiam deſuper reſpondendo, dicebam non benè *Grotium* deducere hoc aſſumptum, ut credita ac nomina debitorum non ſint de numero eorum, quæ poſtliminio redeunt, id enim nulla legali ratione vel auctoritate comprobat, atque contrarium, ut etiam in Juribus & actionibus intret poſtliminium, clarè probare videtur textus *in l. in bello* 12. *§. medio tempore, ff. de captivis*; Nil refragante dicto exemplo Alexandri inter Theſſalos, & Thebanos, tum quia id percutit diverſos terminos crediti per novum Jure belli poſſeſſorem remiſſi debitoribus, liberationem ita ipſo Jure aſſequentibus, tum etiam quia non bene *Grotius* ibi ſupponit *deciſionem*, de qua non conſtat, quoniam commiſſo negotio Amphictionibus, quid judicaverint, ignoratur, ac pro Thebanis judicandum eſſe, & ſic pro poſtliminio probant *Aiala de jure belli lib.* 1. *cap.* 5. *& Ottoman.* 5. *quæſt. illuſtri*, & ſi quæ ratio pro contrario judicio in eo caſu concurrit, conſiſtit in eo, quod Thebanorum populus poſt occupationem Alexandri, non idem, ſed omninò novus eſſet.

Dum hæc diſputabantur, & forſan antea, cum Bruggiottus, & Mancinus mercatores Viterbienſes in
mandatis dediſſent Plagiis mercatoribus Liburnienſi- 21
bus emptionem certæ quantitatis Frumenti, quod ibi denunciatum erat exiſtere penes quemdam mercatorem Gallum, illudque tranſmiſſum ad littus Cornetanum, idem Princeps Ludoviſius tanquam proprium de facto vendicaſſet, orta eſt controverſia inter mandantes & mandatarios, in qua diverſa prodierunt judicia, quoniam Gubernator Viterbii in prima inſtantia judicavit favore mandatariorum, & A. C. in ſecunda judicavit in oppoſitum, ſed introducta cauſa in Rota *coram Priolo ſub die* 27. *Martii* 1656. prodiit reſolutio conformis judicio primæ inſtantiæ, ut patet ex deciſione in *Piſana ſeu Viterbien. Ferraccii coram eodem*, & de qua cauſa habetur actum *ſub tit. de adminiſtratoribus ſeu Procuratoribus*, vel ſub altero *de credito*, & ſucceſſivè *coram Taja* in alia inſtantia inter eaſdem partes, me quoque pro una earum ſcribente *ſub die* 5. *Julii* 1660. prodiit notabilis deciſio ad favorem etiam mandatariorum ſuper puncto refectionis, tam expenſarum judicialium, quàm etiam damnorum, & intereſſe, & de qua habetur in eadem *Piſana, ſeu Viterbien. ſub tit. de Judiciis*, undè propterea mandantes regreſſum habuerunt contra dictum Principem, qui acquieſcens meo conſilio, quod ita expertus fuerat magis fundatum, non expectato litis exitu ſe concordavit, reficiendo dicti Ferraccii pretium, reportata liberatione à damnis, & intereſſe per dictos Bruggiottum, & Mancinum paſſis, ex jam dicta ratione, quod adverſus tertium, in publico præſertim emporio, & à probato Mercatore bona fide, pretio jam ſoluto, hujuſmodi merces ementem, danda non eſt vendicatio, dum concurrit particularis ratio occupationis Jure belli, in qua non intrant termini *textus in d. l. incivilem, Cod. de furtis*; quos ubi agitur de emptionibus in publicis emporiis, ac à probatis mercatoribus bona fide factis, durum quoque videtur intrare etiam in illis mercibus, in quibus dicta belli ratio non intret, ex iis, quæ habentur deducta *in Romana, ſeu Civitatis Vetulæ mercium pro Cucurno ſub tit. de regalibus ad materiam portus.*

† CONtenta in hoc diſcurſu percutiunt potiùs
materiam Belli, quæ cadit *ſub tit ſequenti de* 22
Regal. adeout incidenter ſub hac materia feudali, de iſta controverſia actum ſit ad effectum inſpiciendi an recuperati feudi cum vi bellica importet conceſſionem novam feudi vel potiùs continuationem antiqui.

Ad iſtam verò materiam bonorum in bello captorum plura congerunt ultra hic deducta *per Conſtan. in l. unica, C. de Claſſic. lib.* 11. *ex num.* 98. *Demacin. ad Reverter. decis.* 24. *Thior. in Compen. deciſ. part. prima, verbo capta in Bello, de Luca ad Franch. dec.* 268. *apud quos alii & in Melevitana Depradationis ſub tit. de Regal. in ſupplemento diſc.* 170.

Et de materia poſtliminii *de Luca ad Franch. ubi ſu-* 23
pra, ac etiam in ſpiritualibus pro reſtitutione Officiorum vel præeminentiarum *Fagnan in cap. per tuas il primo, de Simon. Dian. part.* 20. *tract.* 16. *reſol.* 74. *Franc. d. Eccl. Cathed. cap.* 32. ubi agit de caſu, de quo *diſc.* 5. *de Præmin. & ſeqq.*

De

Digitized by Google

24 De eadem materia juſtitiæ belli plura colligunt *Conſtan. in l. unica, C. ut armorum uſus lib. 11. Caſtropal. part. prima tract. 6. diſput. 5. puncto 1. & ſeq.* late *Juvenis Agera viſion. feudal. rubr. 4. viſion. 5. pag. 235. & ſeqq.*

25 Et de diviſione fructuum feudi inter hæredes feudatarii defuncti & fiſcum vel agnatos *Giurba obſerv. 44. Reverter. & deciſ. 246. & 265. de Luca ad Franch. deciſ. 19.*

26 De alio conſimili caſu ſuper ferraccio vendito per Gallos ſic enunciato agitur *tit. de Tutor. & admin. diſc. 16.*

MASSANEN. RENOVATIONIS

Pro PRINCIPE PLUMBINI JOANNE BAPTISTA LUDOVISIO.

Diſcurſus pro directione.

An illa renovatio Inveſtituræ, quam novus ſucceſſor feudi immediati, & in capite à Domino directo petere tenetur, petenda etiam ſit à ſucceſſore in ſubfeudo; Et quatenus petenda ſit, an à ſubinfeudante, & Domino immediato, vel potius à Domino directo, & mediato.

Et aliqua de ſolutione relevii, ſeu alterius recognitionis pro renovatione.

S U M M A R I U M.

1 *Facti ſeries.*

2 *Succeſſor feudi tenetur infra annum, & diem petere renovationem, & an id procedat in ſubfeudo.*

3 *Quid ubi eſt feudum emptitium, & francum.*

4 *Conſuetudo, ſeu obſervantia attenditur in caſu præciſo, & individuo, & non extenditur.*

5 *Quod renovatio debeatur etiam in eo ſubfeudo, quod feudi veri naturam, & qualitatem habet, & de ſubfeudorum differentiis remiſſivè.*

6 *De obſervantia petendi renovationes etiam in ſubfeudis.*

7 *In utriuſque Siciliæ Regnis ſolutio relevii eſt loco renovationis, quæ non eſt in uſu Statu Mediolani.*

8 *Renovatio per ſubfeudatarium petenda eſt à ſubinfeudante ejus immediato, non autem à Domino mediato, & quando ſecus.*

9 *Non eſt petenda duplex renovatio per Feudatarium, & ſubfeudatarium ab eodem Domino directo.*

10 *De jure communi feudorum nullum laudemium, vel relevium pro renovatione ſolvendum eſt.*

11 *In Regnis utriuſque Siciliæ, relevium ſolvitur de conſuetudine non extendenda.*

12 *Quomodo intelligatur propoſitio, ut feudum francum non reguletur juxta leges feudales.*

DISCURSUS LIX.

1 INter plures dubitationes exortas per mortem Principis Nicolai Ludoviſii in Regno Sardineæ, fuit iſta, num Princeps Joannes Baptiſta filius unigenitus maſculus, ac feudorum ſucceſſor, pro feudo Status Plumbini, de quo dictus ejus pater ad nominationem Imperatoris, à Rege Catholico ſubinfeudatus fuerat, juxta ſeriem, de qua *in alia Maſſanen. Caſtrorum diſc. 54.* teneretur, juxta leges feudales, intra annum, & diem petere renovationem, & quatenùs hæc petenda eſſet, à quo peti deberet, an ſcilicet ab Imperatore Domino directo, ſed mediato, vel potius à dicto Rege Catholico ſubinfeudante, & immediato. Atque in congreſſu deſuper habito, pro ratione dubitandi dicendum videbatur, prout aliquorum ſententia erat, nullam renovationem petendam eſſe, ex pluribus rationibus, primò quod Jura feudalia *in cap. 1. quo tempore miles, & cap. 1. quæ fuerit prima cauſa Beneficii amitten.* 2 hujuſmodi renovationem demandantia, loquuntur de feudis, non autem de ſubfeudis, & cum hoc præſuppoſito loquuntur *Iſernia, Bald. Alvarot. Afflict.* & cæteri ibidem collecti per *Borell. in ſumma deciſ. lib. 1. tit. 34. de feudis num. 91. & 92. Roſenthal. cap. 6. concluſ. 29. cum ſeq. Apont. deciſ. 1. num. 6. & per tot.* ubi agitur de excuſando Rege Catholico à non petita renovatione Inveſtituræ Regni Neapolitani à Papa infra terminum ſex menſium, ad quem, juxta ultimas Inveſtituras, terminus Juris reſtrictus fuit; Et habetur actum *in Farfen. hoc eod. tit.* Ideòque cum dicta jura, & auctoritates non diſponant de ſubfeudis, non videbatur hoc onus ad ea trahendum, tanquam in caſu omiſſo.

Secundò, quod ageretur de feudo emptitio, & conceſſo ex cauſa merè correſpectiva, juxta ſeriem, de 3 qua *in dicta alia Maſſanen.* illudque conceſſum legitur tanquam feudum francum, abſque alia ſervitii, vel oneris reſervatione, quinimò cum exceptione conſtituente regulam in contrarium, dum in Inveſtitura conceſſa per ſubinfeudantem, reſervantur ſolùm, & cum taxativa, *tantùm*, ſuperioritas, vulgò *ſovranità*, & Jus protectionis, ac tenendi milites præſidiarios in Arce Longoni, & in Turri Plumbini, eo modo quo tenebantur etiam ſub Prædeceſſoribus Principibus Appianis, unde propterea inferebatur iſtud dicendum eſſe feudum, ſeu ſubfeudum impropriatum, proindeque juxta leges Feudales non regulandum, ex auctoritatibus, & deciſionibus deductis *in Mantuana feudi de Gonzaghis hoc eod. tit.* quæ auctoritates, & deciſiones allegabantur.

Quod clarius comprobari videbatur ex diſcretiva Inveſtiturarum, quoniam in illa conceſſa per Imperatorem Regi Catholico, dicta renovatio cuicumque novo ſucceſſori expreſsè demandatur, & tamen in hac ſecunda Inveſtitura nullum verbum de hoc habetur, unde propterea intrare videbatur vulgare argumentum diſcretivæ deductum *ex l. unic. Cod. de caduc. tollend.*

Atque mihi motivanti de obſervantia generali aliorum feudatariorum Imperii in Italia, & de particulari, ac individua obſervantia dictorum Prædeceſſorum Principum Appianorum renovationes petentium, reſpondebant cæteri, illam non obſtare, utpotè in caſu diverſo, unde propterea curanda non erat, cum obſervantiæ ſeu conſuetudinis peculiaris natura ſit, ut attendi debeat in caſu præciſo, & individuo, neque extendatur de caſu ad caſum, vel de perſona ad perſonam, ſeu de loco ad locum, ut ultra generalia, de quibus *ex vulgato conſ. Oldradi 237. num. 3. Greg. & Adden.* 4 *dec. 45. & 162. Rota in Majoricen. Canonicatus coram Meltio, & Cerro dec. 34. & 37. poſt Zuff. de legitimat. proceſſ. & frequenter*; In ſpecialibus terminis feudalibus. *Roſenthal. cap. 6. concluſ. 66. num. 6. & in gloſ. littera D.* ideòque cum dicta alia feuda eſſent directa, & immediata, atque, ut feudiſtæ dicunt, in capite, prout erat penes Appianos etiam iſtud feudum Plumbini, neque concurreret dicta circunſtantia, quod eſſet emptitium, & ex cauſa merè oneroſa, & correſpectiva, cum ſumma ſoluta valori reſponderet, idcircò caſus non erat ſimilis, neque dicta obſervantia obſtare videbatur.

Quamvis autem dicta motiva non eſſent à probabilitate aliena, potiſſimè quia, quantum diligentiæ tunc 5 adhibitæ conceſſerant, caſus in ſpecie, conſideratis his circunſtantiis, non reperiebatur deciſus; Adhuc tamen diverſa fuit mea ſententia, juxta quam, aliis approbantibus, ex prudentiali motivo amplectendi in dubio partem tutiorem, practicatum fuit; Atque ad id motus fui, ex eo quod non ageretur de aliquo ſubfeudo plano, & de tabula, jure allodii potius regulando,

lando, quod tanquam ſpecies excadentiæ per feudatarium ſubvaſſallis conceditur, juxta illorum ſubfeudorum ſpeciem diſtinctè deductam *in Mantuana bonorum hoc tit. diſc.7.* ſed de ſubfeudo conceſſo in forma veri feudi honorifici, & digoitatis, cum Juriſdictione, imperio, ac regalibus, etiam majoribus cum Jure Principatus, ita ut, excepta dicta majori ſuperioritate, vulgò *ſouranita* reſervata, ac etiam neceſſitate habendi dictos milites præſidiarios, iſte feudatarius in nihilo ab aliis differre videretur, & conſequenter ea quæ per leges feudales ut ſuprà diſponuntur in feudis, in hoc ſubfeudo quoque locum habere videntur, utpotè in effectu, feudi recti, & immediati potius naturam habente; ponderata in idem regula generali, de qua ſæpius in aliis *hoc eod. tit.* quod ſubfeudum regulandum eſt jure feudi, quoties, ut dictum eſt, non agitur de illis ſubfeudis inferioris ordinis, Juriſdictionem, ac Imperium non habentibus, ſed plana, & de tabula nuncupari ſolita, juxta diſtinctionem, de qua *in dicta Mantuana bonorum.*

Et quod magis me ſtringebat, erat obſervantia, quoniam in Italia habetur omninò conſimile ſubfeudum
6 Senarum, de quo, eodem adamuſſim modo, per Imperatorem infeudatus fuit idem Rex Catholicus, & ab iſto ſubinfeudatus M. Dux Etruriæ, quem, juxta relationes, ac notitias tunc habitas, præſuppoſitum fuit, in caſu ſucceſſionis petere dictam renovationem, idemque docet praxis Regni Neapolitani, quod eſt feudum obtentum immediatè per Regem à Sede Apoſtolica, & tamen in illis ſubfeudis (qualia meritò appellat Freccia in ejus tractatu,) quæ per Regem conceduntur, emptitia, & ex cauſa correſpectiva, in uſu eſt dicta
7 renovatio, cujus loco ſucceſſit relevium, de quo *in Campanien. relevii hoc eod. tit.* undè meritò *Borell. dicto tit.34.num.96.* ſubridet relatos per eum præcedenti *n.95.* firmantes in hoc citerioris Siciliæ Regno, & in altero ulterioris, hanc verò renovationem non eſſe in uſu, prout non eſſe in uſu in Statu Medionali teſtantur plures collecti per *eumd. Borell. num.94.*

Dixi autem, prout practicatum fuit, dictam renovationem petendam eſſe à Rege Catholico ſubinfeu-
8 dante, tanquam Domino immediato, non autem ab Imperatore Domino directo, & mediato, quoniam juxta diſtinctionem, de qua *in dicta Mantuana bonorum hoc tit.* tunc ſubfeudatarius efficitur Vaſſallus directus & immediatus Domini, & infeudantis, à quo renovationem petere debet, quando ſubinfeudans nihil pro ſe retinet, cum tunc ſubinfeudatus, directè & immediatè obtinere dicatur ab infeudante, per organum ſeu Inſtrumentum ſubinfeudantis, id explicantis nomine infeudantis, tanquam ejus Miniſter, & Procurator, adinſtar ementis pro perſona nominanda, quia facta nominatione, tollit ſe de medio, ac nominatus cenſetur primus, & directus emptor ab initio, ſecus autem ubi ſubinfeudans aliquid pro ſe retinet, quia tunc iſte dicitur Dominus, & auctor ſubinfeudati, ex auctoritatibus deductis *in dicta Mantuana*, ac etiam *in dicta alia Maſſanen. Caſtrorum, in Eugubina Collectarum*, & in aliis, ut ſcilicet ſubinfeudatus agnoſcat in Dominum, & auctorem ſubinfeudantem, & immediatum, non autem mediatum.

Et in ſpecialibus terminis relevii ſeu Laudemii debiti, vel ſolvi conſueti pro renovatione, ut debeatur ſubinfeudanti, & immediato, non autem primo infeudanti, & mediato, cæteris allegatis *Schrader. de feud. part 6.cap.3.num.28 Roſenthal. d.cap.6. concluſ.66. n.10. poſt medium.* ex quibus patet, etiam à ſubfeudatario petendam eſſe renovationem

Omnemque difficultatem in propoſito ceſſare dicebam, ex eo quod Inveſtitura conceſſa per Imperato-
9 rem dicto Regi, injungitur ejus ſucceſſoribus dictum onus petendi hujuſmodi renovationem, quam jure ſtatutum eſt, unicam non duplicem petendam eſſe, idcóque cum petenda eſſet per primum infeudatum, omninò dicendum videbatur, alteram petendam à ſubinfeudato, non percutere eumdem Dominum infeudantem, ſed alterum ſubinfeudantem.

Major difficultas, quam in propoſito cadere poſſe conſiderabam, erat illa, quod cum Regis Catholici Monarchia regeretur per particularia Conſilia ſingularum Provinciarum, unde propterea iſtud negotium tractandum erat in Conſilio Italiæ, conſtituto pro majori parte ex Miniſtris Regnorum utriuſque Siciliæ, in quibus conſiſtit major pars Italiæ dominationis, atque in dictis Regnis in uſu eſſet ſolutio relevii per novum feudi ſucceſſorem facienda, juxta deducta *in dicta Campanien. relevii*, probabiliter dubitari potuiſſet, idem prætendendum eſſe, potiſſimè quia, licet iſtud feudum Plumbini, omninò independens eſſet, ab uno, vel altero ex dictis Regnis, utpotè conceſſum perſonæ Regis Philippi III. vel IV. ejuſque deſcendentibus, juxta legem in Inveſtitura præſcriptam, nihilominus pro eo intermedio tempore inter infeudationem, ac iſtam ſubinfeudationem, fuit ſub adminiſtratione, & gubernio Proregis, ac Regiæ Cameræ Summariæ Regni Neapolitani, atque de ejuſdem Cameræ, illiuſque Collateralis Conſilii voto, Rex ad iſtam ſubinfeudationem proceſſit, & ſic dubitari poterat, ne illi Officiales, quamvis in legibus feudalibus verſatiſſimi, nimium tamen in patriis legibus, & moribus inſiſtentes, id prætenderent; Neque vana fuit dubi- 10
tatio, quoniam de facto in dicto Conſilio Italiæ motivatum fuit, ſed abſque fundamento, quoniam nullibi in jure feudali cautum eſt, aliquod laudemium vel relevium pro hujuſmodi renovatione ſolvendum eſſe, ut *ex Bald. Jacobin. de Sancto Georgio, Capic. Frecc. & aliis Schrader. dicta part.6. cap.3. num.24. Roſenthal. dicto cap.6. concluſ.66. num.1. & in gloſ. littera A. Anna alleg.106. Borell. in ſumma deciſ. lib.1. tit.35. de Laudemiis num.7.*

In dictis autem Regnis, hoc relevii onus proditum eſt à conſuetudine, ex deductis *in dicta Campanien. hoc eod. tit.* Conſuetudinis natura eſt juxta ſuperius alle- 1
gatas auctoritates, ut attendatur in caſu præciſo, & individuo, nec extendatur de caſu ad caſum, loco ad locum, vel perſona ad perſonam.

Omnemque dubietatem ſubſtulit ſubſequuta hoc medio tempore mors dicti Regis Philippi IV. quoniam cum novus Rex ſucceſſor, ad formam Inveſtituræ, petere teneretur renovationem ab Imperatore, non expediebat hujuſmodi oneris ſolutionem introducere, ne per Cameram Imperialem idem quoque prætendi poſſet, ideóque intrat eadem regula de ſubfeudo regulando juxta naturam feudi, & cum eadem proportione, ſtante potiſſimùm retroacta obſervantia Principum Appianorum, qui pro hoc eodem feudo renovationem petentes, & obtinentes, hujuſmodi, vel alteri oneri non ſubjecerunt, atque ceſſante conſuetudine, Juris diſpoſitio eſt, nullam ſolutionem faciendam eſſe, multò magis, ubi dictæ diſpoſitioni Juris, conformat etiam obſervantia ipſius feudi particularis, cum tunc omnis difficultas ceſſare videatur.

Ad aſſumptum verò feudi franchi, & emptitii non regulandi juxta leges feudales, reſpondebam idem, quod dicebam *in dicta alia Maſſanen. Caſtrorum*, quod ſcilicet id procederet, quando franchitia verè, & realiter. factis potiùs, quàm verbis adeſſet, quia poſitivè ita feudatarius à quocumque onere, & ſervitio eſſet exemptus, ſecus autem ubi adeſt juramentum fidelitatis, ſub quo, onus fidelitatis, ac etiam illud ſervitium, quod ſub eo de ſui natura continetur, adeſſe dicuntur, potiſſimè ubi ſubjecta materia, reique conceſſæ qualitas ita ſuadeat, cum tunc non ſpectentur hujuſmodi verba, ex quadam formula honorificentiæ gratia apponi ſolita in inveſtituris, ut ibi latius.

† DE hac materia renovationis agitur ſuprà *diſc. 52.* ac etiam infra *in Januen. feudorum diſc.133.* Et de relevio pariter ſupra *diſc.28.*

LUCANA

LUCANA JURISDICTIONIS

Seu ALTI DOMINII, ET REGALIUM

Pro REPUBLICA

Cum CAPITULO CATHEDRALIS.

Caſus extrajudicialiter, & benevolè diſputatus poſtea concordatus.

Conceſſo Caſtro Juriſdictionali Eccleſiæ, an cenſeatur in feudum vel in allodium; Et quatenus in allodium, an cum alto dominio, & cum omnimoda exemptione à Principis ſæcularis Juriſdictione, & ſuperioritate etiam cum Regalibus majoribus; Et quid circa appellationes.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Diſtinguuntur puncti, ſeu inſpectiones controverſiæ.*
3 *Caſtrum præſumitur conceſſum potius in allodium, quàm in feudum etiam perſonis privatis*
4 *Fortius ubi agitur de conceſſione facta Eccleſiæ.*
5 *Non datur feudum proprium ſine ſervitio.*
6 *De conſ. Abb. & Spada ſuper præſumenda feudalitate.*
7 *An conceſſo Caſtro, cenſeantur conceſſa Juriſdictio, & territorium.*
8 *Favore Eccleſiæ facienda eſt lata interpretatio, ut cenſeatur conceſſum quod plus.*
9 *Ab Epiſcopo judicante in temporalibus ad quem ſit appellandum, & de cujus dominio fiat Caſtrum Eccleſiæ conceſſum, referuntur opiniones hinc indè.*
10 *Quando procedat dicta quæſtio.*
11 *Confirmatio non alterat, nec extendit confirmatum.*
12 *Quid operentur aliqua confirmationes Imperiales tradita poſſeſſoribus dominiorum.*
13 *De differentiis inter Eccleſiam Romanam, & alias Eccleſias inferiores.*
14 *Examinantur aliqua auctoritates dicentes, quod Caſtra, quæ dantur Eccleſiis ſiunt Eccleſiaſtica.*
15 *Ab exemptione paſſiva non infertur ad Juriſdictionem activam.*
16 *Quomodo iſta quæſtio principalis decidenda ſit.*
17 *De obſervantia.*

DISCURSUS LX.

Usque ab anno 933. Ugo, & Leotarius Lucenſis Comitatus poſſeſſores, conceſſerunt ejuſdem Ci-
1 vitatis Capitulo Cathedralis Caſtrum Maſſæroſæ, ab eodem Comitatu ondique circumdatum, *cum ejus Curte Servis, & Ancillis*, juxta illorum temporum loquendi formulam, quæ conceſſio per plures Imperatores in Italiam deindè venientes confirmata fuit, undè propterea Capitulum, plurium Sæculorum ſpatio, Juriſdictionem temporalem in dicto Caſtro exercuit, & tanquam Dominus, territorii, & Juriſdictionis emolumenta percepit, Officialem quoque ad juſtitiam miniſtrandam deputando. Cum autem in præfati Caſtri territorio maritimam verſus aliqua adeſſent nemora, & foreſtæ, atque illa Reſpublica (in quam ex Imperialibus conceſſionibus Jura dictorum antiquorum Comitum, aliaque omnia etiam Regalia majora tranſlata fuerunt) de annis 1470. & 1539. ob aëris ſalubritatem conſervandam, aliqua edidiſſet Statuta prohibentia arborum inciſionem in tota illa ditione, præſertim verò in partibus maritimis, Capitulum verò hoc moderno tempore prætenderet, hujuſmodi Statutis neglectis, ſylvas & foreſtas in dicti ejus Caſtri territorio exiſtentes, ad uſum lignorum fabrilium, vel combuſtibilium liberè incidere poſſe, ſeu aliis incidendi facultatem tribuere; Econverſo autem Reſpublica prætenderet, ratione alti dominii, & regalium, ſe habere in iſto Caſtro, ejuſque territorio Juriſdictionem in cauſis majoribus concernentibus Jus Principatus, & publicam utilitatem, prout eſt iſte caſus prohibendi arborum incitionem ob aëris ſalubritatem, ſive demandandi excubias pro cuſtodia territorii tempore peſtis, vel belli, aut perſequendi bannitos, & craſſatores, cum ſimilibus ad altum dominium, & Regalia pertinentibus, quaſi quod dominium Capituli eſſet Jure feudi, vel allodii ſubordinati circa cognitionem cauſarum, & ordinariam Juriſdictionem tantùm; Hinc orta deſuper controverſia, ſatis prudenter, & piè, concorditer determinatum fuit, id benevolè, & in forma penitùs extrajudiciali in Romana Curia examinandum eſſe, unde propterea plures ejuſdem Curiæ Advocati hinc indè ſcripſerunt, ſed Superioribus Eccleſiaſticis etiam laudantibus, & probantibus, controverſia ſopita fuit, cum concordi temperamento; quia Reſpublica emit dictas ſylvas, & foreſtas, ſeu dedit recompenſam ejus, quod earum inciſio importare poſſet, undè ita ſatis laudabiliter hinc indè finem habuit quæſtio, quæ fortè aliquorum inconvenientium cauſa eſſe poterat.

Aſſumptus igitur ad ſcribendum ex parte Reipubli-
cæ, in forma merè diſcurſiva, & ad excitandas difficul- 2
tates pro facilitanda concordia, ut eventus docuit, nihil tamen deſuper firmando, ſed relinquendo integrum locum veritati.

Diſtinguebam controverſiam in quatuor punctos, ſeu inſpectiones, primò ſcilicet, an dicta conceſſio facta per Ugonem, & Lotarium eſſet in feudum, vel in allodium, ſecundò, an contineret Juriſdictionem cum territorio, ac mero, & mixto Imperio, tertiò quatenùs in utroque reſpondendum eſſet juxta votum Capituli conceſſionarii, quod ſcilicet eſſet in allodium cum Juriſdictione, & territorio, an cenſeretur etiam tranſlatum altum dominium, & Jus ſuperioritatis vulgò *Sovranità*, etiam circa regalia majora, & quartò ad quem ſpectaret hujuſmodi quæſtionis cognitio, & determinatio.

Quoad primum, pro Capitulo dixi abſque dubio
reſpondendum eſſe, quod ſcilicet conceſſio eſſet in al- 3
lodium potius, quàm in feudum, quoniam etiam in conceſſionibus, quæ fiunt laicis, & privatis perſonis, ex veriori ſententia, regula eſt conceſſionem Caſtri cenſeri potiùs in allodium, quàm in feudum, quoniam iſtud importat ſervitutem in dubio non præſumendam *Caſtrenſ. conſ. 179 num. 1. lib. 1. Alex. conſ. 129 num. 1. lib. 1. Capic. inveſt. feud. verbo feuda allodialia, fol. 42. Intrigl. de feud. centur. prima quæſt. 44 num. 23. & ſeqq. Apont. d. c. 2. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 1. gloſſ. 3. num. 1. & alibi de quibus latiùs in Clomacen. Vallium.*

Fortius verò ubi agitur de conceſſione facta Eccleſiæ, in qua magis de plano intrat dicta præſumptio, adeò ut etiam in utriuſque Siciliæ Regnis, in quibus
regulariter magis communiter receptum eſt Caſtra, & 4
loca inhabitata cum Juriſdictione, & Vaſſallis, cenſeri potiùs feudalia quàm allodialia, ſecùs dicendum ſit in Eccleſia, in qua etiam ubi præſumptio eſt in oppoſitum, ex deductis per *Frecc. de ſubfeudis lib 2. auctor. 29. num. 5. verſ. ſecundo intellige Franch. deciſ. 131. in principio Ann. ſen. alleg. 52. & Ann. jun. ſingul. 71. latè Apont. deciſ. 2. & in lectur. feudal. 1. prælud. num 72. & alios*, & habetur etiam *in Cuſentina hoc eod tit.* quoniam reſpectu Eccleſiæ eſt receptiſſima propoſitio, accedente etiam, quod nulla adeſſet reſervatio ſervitii perſonalis, vel realis, nullumque fidelitatis juramentum, undè quando etiam in verbis conceſſio cantaret
in feudum, adhuc eſſet tale in ſolo vocabulo, ſeu 5
nuncupatione, non autem in re, ita ut dici valeat feudum rectum, & proprium, quod abſque fidelitate, & ſervitio

Digitized by Google

ſervitio non datur, ex iis, quæ habentur deducta *in Mantuana feudi hoc eod. tit. & in aliis.*

Quinimò ponderabam, de dicto anno 933. incertum eſſe, an feudorum uſus in Italia introductus eſſet, cum certum ſit, conſuetudines feudales, quas habemus collectas per Gerardum, & Ubertum, tunc non exiſtere, accedente etiam ſubſequuta obſervantia, quoniam tot ſæculorum ſpatio, nunquam conſtat aliquod ſervitium, vel recognitionem feudalem præſtitam eſſe, minuſque petitam aliquam Inveſtituræ renovationem, ſeu geſtum eſſe alium actum feudo congruum.

6 Et quamvis aliqui pro hac parte motivantes, deducerent ea, quæ habentur collecta per *Spad. conſ. 1. & 3. lib. 1.* ſuper præſumenda feudalitate, nihilominùs dicebam ea nullatenùs ad rem facere, tum quia percutiunt Statum Eccleſiaſticum ad favorem Papæ *juxta conſ. Abbatis*, tum etiam, quia ut ſatis frequenter habetur *hoc eod. tit. ad materiam prædictorum conſil. Abb. & Spada* id potiùs percutit tertium punctum, ſeu inſpectionem alti dominii, & ſuperioritatis, dando ſcilicet quamdam feudalitatem pro excluſione illius proprii, & veri allodii, per quod nemo recognoſcitur, niſi Deus, ut alibi pluries.

Quoad ſecundum punctum, controverſa quæſtio, an conceſſo Caſtro cenſeatur etiam conceſſa Juriſdictio, & territorium, cum mero, & mixto Imperio, ut 7 patet ex deductis in materia *per Roſenthal. de feud. cap. 5. concluſ. 5. cum pluribus ſequent. & in Maſſaner. Caſtrorum hoc tit.* videtur potiùs facti, & voluntatis quam Juris, ex conjecturis aliiſque facti circumſtantiis decidenda, potiſſimùm verò concurrente obſervantiâ, cui ſatis in propoſito defertur, undè cum in præſenti concurreret obſervantia plurium ſæculorum, in quibus Capitulum docebat de Juriſdictionis exercitio, ac Jure territorii, cum deputatione officialis ad juſtitiam miniſtrandam, plana eſſe videbatur reſolutio affirmativa ad ejuſdem Capituli favorem.

Multo magis, quia ubi agitur de conceſſione facta Eccleſiæ, utpotè largè & benignè interpretanda, ut in 8 dubio cenſeatur conceſſum quod plus, præſumptio eſt pro Juriſdictione & territorio, ut cæteris collectis habetur *apud Apont. dicta deciſ. 2. Ann. dicta alleg. 52. apud quos concordantes.*

Tota igitur difficultas reſidebat in tertio puncto, in 8 quo ſcribentes pro Capitulo vim conſtituebant in diſpoſitione *textus in cap. Romana, §. debet de appellat. in ſexto*, ubi diſponitur, ab Epiſcopo in temporalibus judicante, appellandum eſſe ad Archiepiſcopum, ex quo textu convinci dicebant diſtinctionem, de qua infrà inter Eccleſiam Romanam & Eccleſias inferiores, cum loquatur de Eccleſiis inferioribus exiſtentibus in provincia Rhemen. ideóque eo ipſo quod Caſtrum vel Oppidum Juriſdictionale conceſſum eſt Eccleſiæ quamvis inferiori, ut fiat omninò Eccleſiaſticum, etiam cum alto dominio & ſuperioritate Romanæ Eccleſiæ, & ſummi Pontificis, ad quem, non autem ad Imperatorem & alium Principem laicum appellandum ſit, ex auctoritate *gloſ. Innoc. Joannis Andreæ & aliorum* plenè probant *Mandell. conſ. 62. & duob. ſeqq. Spad. conſil. 5. per tot. lib. 1. & conſ. 6.* ubi ſatis doctè, diligenter, & elaboratè, ferè omnium in materia ſcribentium catalogum conficit, atque per rationes & argumenta hanc eſſe veriorem probare ſtudet, ita ut eum loco omnium allegare ſufficiat, ſequuntur cæteri moderniores Canoniſtæ & morales, præſertim *Bellet. diſquiſ. Clerical. tit. de favore Clericorum reali, §. 3. num. 9. cum ſeq.*

Contrarium ex *Joan. Andr. ad ſpecul. Angel. Prapoſito & cæteris*, latè ſubſtinent, ac probant *Cacheran. conſ. 3.* ſcribens in eadem cauſa, in qua ſcripſerunt *Mandell. & Spada Peregr. conſ. 1. vol. 1. Apont. dicta deciſ. 2. Anna dicta alleg. 52. num 47 & 48. Capobl. de Baron. pragm. 1. num. 40. & ſeq. allegantes Maſtrillum, & alios*, atque hanc opinionem latè tuetur *Ludovicus Theſaurus* in tripartito reſponſo impreſſo *apud Joan. ab Eccleſia in ejus obſerv. Pedemont. obſervat. 5. part. 2.* ubi in primo agit de poteſtate Imperatoris vel alterius Principis; in ſecundo de voluntate, & in tertio, examinat quæ ſit verior ac magis communis opinio, eique adhæret *idem Joan. ab Eccleſ. & Cirlac. controv. 553.*

Quidquid autem ſit de unius vel alterius opinionis veritate, cui ut dictum eſt, integrum locum relinquere profitebar, abſque aliqua proprii judicii interpoſitione; In hac tamen facti ſpecie, videbamur eſſe extra caſum quæſtionis militantis, quando agitur de 10 conceſſione facta per Imperatorem, vel alium Supremum, in quo cadit quæſtio latè tractata per *Theſaur.* ubi ſupra in primo reſponſo, an habeat poteſtatem abdicandi à ſe etiam altum dominium, nec non regalia majora, & majorem ſuperioritatem, & in alium transferendi, & in his terminis conceſſionis factæ per Imperatorem loquuntur *Mandel. & Spad. ubi ſuprà*, & cæteri apud eos; Quod etiam congruere poteſt illis Principibus, qui nullam prætendunt recognoſcere dependentiam ab Imperatore, ſed jure legitimæ præſcriptionis ſe profitentur omninò Supremos & abſolutos, alium non recognoſcentes niſi Deum, juxta celebre *conſil. 69. Oldradi*, cum aliis quæ de Regibus Hiſpaniarum ac aliis deducta habentur per noſtrum eruditiſſimum Regnicolam *Borell. in tract. de præſtantia Regis Catholici, cap. 47.* quo etiam caſu ſatis dubitari poteſt de poteſtate, quia hæc jura majora divelli non poſſunt à Corona ſeu Imperio, cui ſunt naturaliter infixa.

Sed quidquid ſit de dicta quæſtione in caſu ſuo, illa in præſenti ceſſabat, cum conceſſio facta non eſſet per Imperatorem, ſed per prædictos Ugonem & Lotarium Vicarios Imperiales, ac ſubordinatos Imperatori, penes quem reſidebat ſuperioritas cum alto dominio, & majoribus Regalibus, quamvis eiſdem Vicariis juxta illorum temporum conditionem, eorumdem Regalium exercitium de facto concederetur, undè propterea intrat regula textus *in l. nemo plus Juris*, &c. ut de hac diſtinctione inter conceſſionem factam ab Imperatore vel alio Supremo, & factam ab inferiore, ab alio independentiam habente, quem in Supremum recognoſcat, in his terminis habetur cæteris allegatis apud *Pacian. de probat. tom. 2. cap. 43. num. 16.*

Neque referre videbatur, conceſſionem prædictam, plurium Imperatorum ſucceſſivis temporibus confirmatione roboratam eſſe, quoniam vera & recepta concluſio eſt, confirmationem tribuere robur actui, 11 illumque revalidare, removendo obſtaculum, quod adeſſe poſſet, nullitatis, vel inſubſiſtentiæ, non autem alterare naturam confirmati, operando ſolùm revalidationem intra ſuam ſpheram, niſi verborum amplitudo aliud ſuadeat, ac ſpeciem novæ latioris conceſſionis ex integro contineat ad *text. in cap. 1. & 2. de confirmatione utili vel inutili, ubi communiter ſcribentes, de quibus apud Greg. deciſ. 159. num. 4. Cavaler. deciſ. 385. Rot. deciſ. 293. num. 13. part. 11. rec.* & habemus in praxi quotidianum in Egidiana Conſtitutione edita per Egidium, Marchiæ vel totius Italiæ in temporalibus Legatum Sedis Apoſtolicæ tunc Avenione reſidentis, quoniam licèt *Sixtus IV.* & *Paulus III.* illam confirmaverint, atque ad univerſum Statum Eccleſiaſticum, etiam Urbem extenderint, nihilominus alterata non eſt ejuſdem Conſtitutionis qualitas & natura, ut ſcilicet tanquam lex laicalis non liget perſonas & bona Eccleſiaſtica, quod etiam juxta unam opinionem, quæ hodie tenetur, habemus in Statutis Urbis, cum ſimilibus,

Potiſſimè verò in hac ſubjecta materia, quoniam, ut apud mediocriter in hiſtoriis verſatos ſatis notum eſt, juxta illorum temporum conditionem, quicum- 12 que Civitatum, Oppidorum & Caſtrorum poſſeſſores, timentes ſui Juris expirationem, vel ut magis tutos

ſe redderent, curabant hujuſmodi confirmationes obtinere ab Imperatoribus in Italiam tunc venientibus, tanquam per ſpeciem cujuſdam recognitionis, & obedientiæ, non alterata ſuorum dominiorum natura, quoniam quando aliquæ Civitates, juxta eorumdem temporum conditionem, libertatem acquirere voluerunt, etiam ab alto dominio, & ſuperioritate, id explicari conſuevit, unde quicquid ſit de poteſtate, voluntas erat certa.

Cæterùm, in forma ut dictum eſt, ſimpliciter diſcurſiva, ac præter cauſæ neceſſitatem, dicebam ſatis probabilem videri, etiam in conceſſionibus factis per
13 Imperatorem vel alium Supremum, diſtinctionem inter Eccleſiam Romanam, & alias inferiores, primo enim caſu, tanquam omninò veram admittebam omnimodam tranſlationem dominii, etiam alti cum ſuperioritate, & regalibus, ob incompatibilitatem ſubjectionis & dependentiæ Papæ omnium Superioris & patris erga quemcunque Principem ejus filium,& ſubditum, ſecus autem quoad Epiſcopos alioſque Prælatos, quos non implicat eſſe feudatarios, & ſubditos Principis Sæcularis ratione feudi, in iis tamen, quæ illud concernunt, juxta textus litterales *in cap. ex tranſmiſſa & cap. ſeq. de foro competenti*, & admittunt omnes, undè non intrat illa implicantia, ob quam in ſummo Pontifice militantem, contrarium primo caſu dicendum eſt.

Ponderando, quod plures auctoritates ex colle-
14 ctis per *Spad. dicto conſ. 5. & 6.* quæ pro omnimoda tranſlatione dominii etiam in Eccleſiis inferioribus deducuntur, id verè non concludunt, atque aliquod æquivocum in earum applicatione adeſſe videtur, ut ſunt præſertim *Afflict. deciſ. 361. num.22. & Frecc. de ſubfeudis lib.2. auctor.29. num.5. & ſimilibus*; Dicunt enim iſti, quod Caſtra & loca abſque feudali qualitate Eccleſiis conceſſa, efficiuntur bona Eccleſiaſtica, & Sancta Sanctorum, ita ut Rex vel alter Princeps ſæcularis non poſſit ſuper eis onera imponere, & ad ſervitium cogere, ſeu leges ſuper modo ſuccedendi, & poſſidendi, aut ſuper devolutionibus edere, non modo, quo poteſt cum iis bonis, quæ conceſſit in feudum, quia in feudo ſemper remanet omnimodus Superior, etiam cum Eccleſiis vel Eccleſiaſticis, ut ſupra; Et ſic iſtorum ac ſimilium Doctorum ſenſus, videtur percutere exemptionem paſſivam ab illis ſervitiis, collectis, aliiſque oneribus, quibus ſubjacent laici conſimilia Caſtra & loca habentes, non autem ut exinde inferatur ad ampliorem Juriſdictionem activam, privativè ad ipſum Principem in Vaſſallos laicos, aliàs de ejus dominio & Superioritate exiſtentes; Adinſtar eorum, quæ ſatis frequenter habentur *in Toletana & in aliis ſub tit. de Juriſdi-*
15 *ctione*, de privilegiis, quæ competunt pluribus Religionibus; & Prælatis inferioribus ſuper omnimoda exemptione ab Epiſcopis vel Ordinariis, quoniam non indè inferri poteſt ad Juriſdictionem activam in Clerum & populum privativè ad ipſum Epiſcopum, & ad territorii ſeparationem.

Reflectendo item ad veritatem, nihil tamen fir-
16 mando, pro meo judicio, regulato præſertim à communi uſu & praxi, ſeu practicabilitate, & impracticabilitate, ponderabam hujus quæſtionis verum Judicem eſſe ipſum factum, cujus Potiùs quàm Juris illa ſit, illud ſcilicet regulando, vel ab obſervantia, cui ſatis in hac materia deferendum videtur, ut ad literam probat idem *text. in dicto cap. Romana, §. debet de appell. in 6.* vel à loci & territorii ſituatione & congruentia, quia nempè ſit talis ditio quod congruè regi & adminiſtrari poſſit per Prælatum Eccleſiaſticum tanquam corpus ſeparatum ſtans de per ſe, abſque perturbatione alterius Territorii ſeu Principatus, undè congruere poſſit ille terminus, qui à ſimili, & cum quadam proportione habetur de loco nullius cum territorio ſeparato de facto & per veritatem, ab adjacentibus Diœceſibus verè diſcreto, juxta ea quæ habentur *in Toletana & in aliis ſub tit. de juriſdictione*; Secus autem ubi agitur de parvis locis cum exiguo territorio exiſtentibus intra viſcera alicujus ditionis vel Principatus, ità & taliter quod impracticabile ſit hujuſmodi allodium liberum cum omnimoda dependentia etiam ab alto Dominio & ſuperioritate, ut de facto videmus, tam in Italia, quam in reliquis Catholici Orbis provinciis, per pluros Eccleſias, tam Cathedrales, quàm inferiores ſæculares &regulares, ex antiquis conceſſionibus, quando uſus feudorum, vel nullatenus, vel non adeò inoleverat, plura Caſtra & loca Juriſdictionalia poſſideri in allodium, ſparſim intra viſcera alicujus Principatus, undè propterea omninò impracticabilis eſt hæc ſeparatio, ob plura inconvenientia exindè reſultantia, atque ipſius Principatus regimen impedientia.

Ita enim multi eſſent bannitorum, & facinoroſum hominum aſyli, leges ſuper victualium, aliarumque rerum extractione vel introductione, & in aliis ſervari non poſſent, monetarum uſus de facili corrumpi vel alterari poſſet, neque in caſu peſtis vel belli, cum excubiis aliiſque diligentiis ſuper proprii territorii cuſtodia provideri cum ſimilibus; Ita quoque docente 17
communi obſervantia & praxi, quoniam e. g. in Regno Neapolitano (quod eſt quid magis, quia feudum Eccleſiæ,) excepta Civitate Beneventana, cum qua utpotè de dominio Eccleſiæ Romanæ præmiſſa practicantur, in tot aliis Caſtris, & locis, etiam jure allodii per Eccleſias inferiores poſſeſſis contrarium ſervatur, ut *per Ann. dicta alleg. 52. Apont dicta deciſ.2. Capobl. ubi ſupra & alios.* Et de obſervantia in Germania, Hiſpania, & Gallia *Gaill. Roſemhal. Covarr. Guglielm. de Benedict. & cæteri collecti per Peregr. dicto conſ.1.n.23. & Spad. dicto conſ.6. num.63. & ſeq.* cum reverà aliàs materia ſit impracticabilis, niſi, ut dictum eſt, loci ſituatio juncta cum praxi & obſervantia aliud ſuadeat, & circa quam obſervantiam in hac facti ſpecie major videbatur controverſia, cum ex parte Reipublicæ illa ſupponeretur ad ſui favorem, & econtrà ex parte Capituli controverteretur.

Ponderabam præterea, ſcribentes hinc inde in hujuſmodi involuta quæſtione, videri confundere caſus ſeu terminos inter ſe omninò diverſos, ex quorum diſtinctione fortè magna conciliatio ſequi videtur, quod ſcilicet aliud eſt agere de puncto appellationis à ſententiis aliiſque actis Epiſcopi ſeu alterius Prælati in cauſis Vaſſallorum Sæcularium an illa interponenda ſit, adinſtar cauſarum fori Eccleſiaſtici ſeu ſpiritualis ad Metropolitanum alioſque Superiores Eccleſiaſticos, juxta gradum ſeu ordinem à Sacris Canonibus præſcriptum, tanquam ab Epiſcopo; & Prælatos vel potius ad Superiores Magiſtratus Sæculares Principis, qui Caſtra & loca Juriſdictionalia Eccleſiæ conceſſit, tanquam à Barone ſeu Domicello temporali, eo modo quo extra controverſiam ſequitur, quando Caſtra per Eccleſiam poſſidentur in feudum. Aliud verò agere de alto dominio, ac Supremo Imperio & Superioritate circa regalia majora, concernentia regimen politicum Principatus, ut ſunt actus, de quibus ſupra, cum ſimilibus.

Primo caſu, de quo propriè magis communiter agere videntur DD. collecti *per Spadam, Mandell. Cacheran. & Theſaur.* ubi ſuprà, & de quo agunt præſertim *Ciriac. controv.552. & Joan. ab Eccleſia dicta obſerv.5. part.2.* ac etiam propriè agit, *text. in d. cap. Romana, §. debet de appell. in 6.* deferendum omninò videtur obſervantiæ, tanquam optimæ interpreti, ut litteraliter probat idem text. & quæ obſervantia in caſu, de quo agit *Ciriac. d. controv.552.* aſſiſtit Eccleſiæ quoniam ut patet ex pluribus cauſis Mantuanis, de quibus hoc eod. tit. quamvis feuda Epiſcopatus Mantuæ proveniant ex conceſſione Imperatoris, ſeu alterius Principis laici,

Digitized by Google

laici, nihilominus in iis cauſis appellatur ab Epiſcopo ad Curiam Romanam, ideoque tali caſu intrat etiam quæſtio diſputata inter Epiſcopum Novarien. & Archiepiſcopum Mediolanen. de qua *Eugen. conſ.* 30. *lib.* 1.

Aut verò agitur de ſecundo caſu, & tunc probabilior fortè dicenda videretur opinio aſſiſtens Principi Sæculari; quoties ut ſuprà dictum eſt, non agitur de provincia, ſeu parte, ita ſeparata, quod congruè diverſum Principatum conſtituere poſſit, ſtante de per ſe, ac independenter à quocumque altero, ita ut ejus diverſum regimen, etiam circa dicta regalia majora, & altum dominium non cauſet illa inconvenientia, & impedimenta, quæ ſuperiùs conſiderata ſunt, in caſu belli Divini, vel humani, ſive in materia monetarum, aliorumque regalium, ac etiam perſecutionis bannitorum, ac delinquentium, aliarumque legum obſervantia; Et ſic circa ea regalia majora, quæ politicum Reipublicæ, ſeu Principatus regimen in univerſum reſpicientia, videntur ab ipſo Principatu inſeparabilia, ob dicta inconvenientia alias reſultantia; Secus autem quoad cognitionem cauſarum, earumque appellationes, quæ comparativè, juris privati potius eſſe videntur, nullaque incompatibilitas urget ad Magiſtratus diverſi fori pertinere; Quinimò etiam quoad ea regalia, comparativè minora nuncupata, ut ſunt jus collectandi, ac jus habendi in ſalinis, aliiſque rebus humano uſui neceſſariis illud jus privativum, quod collectæ, ſeu vectigalis ſpeciem latè ſumpto vocabulo habere dicitur, cum hæc penes Barones, & Feudatarios, alioſque inferiores Dominos ex privilegio, vel conſuetudine eſſe poſſunt, & ſoleant *Fratch deciſ.* 56. cum aliis particulariter deductis *in Eugubina collectarum, & in Civitatis Caſtelli contributionis hoc eod. tit.* Et hanc credebam eſſe veritatem, tum ob communem uſum, & praxim, tum etiam ob neceſſitatem ita practicandi, relinquendo tamen ut ſupra integrum locum veritati, abſque eo, quod uni, vel alteri adhæream opinioni.

Neque adeſſe videtur aliqua implicantia cum dicta Eccleſiaſtica Juriſdictione quoad appellationem in cauſis Vaſſallorum, quemadmodum enim in feudis de directo dominio Eccleſiæ, non implicat adeſſe ſubfeudatarios, & domicellos ſæculares, à quorum ſententiis, & actis appelletur ad ſubinfeudantem ejuſque Magiſtratus laicales, quodque dicta ſubfeuda dicantur merè laicalia, quamvis ipſum feudum ſit Eccleſiaſticum, ex iis, quæ habentur deducta *in Maſſanen. Caſtrorum hoc eod. tit.* atque docet quotidiana praxis Regni Neapolitani, ac Ducatuum Parmæ, & Placentiæ, & quales etiam ante devolutionem erant Ducatus Ferrariæ, & Urbini, ita e converſo non implicat, dominium directum, ſeu majus hujuſmodi locorum eſſe laicale, ac ejuſdem naturæ, & qualitatis, qualis eſt reliqua provincia, ſeu Principatus conſtituens unum, idem corpus individuum, & tamen quod dominium inferius, ſed ſubalternum ſit merè Eccleſiaſticum, ita ut iſtud ſit ſpecies illius allodii mixti, ſeu ſecundum quid, quod habeat reſpectu Supremi Principis, & alti dominii, illam feudalitatem, quæ conſideratur *per Spadam conſ.* 1. *lib.* 1. etiam in illis Caſtris, & locis Juriſdictionalibus, quæ ſine Inveſtitura, & ſervitio feudali, aliiſque feudalitatis ſignis poſſidentur in Statu Eccleſiaſtico, ut ſæpius hoc eod. tit.

Super quarto autem puncto competentiæ fori; abſtinui à ſcribendo, potiſſimè quia cauſæ neceſſitas, vel opportunitas non exigebat, ac etiam quia opportebat prius benè firmare factum circa obſervantiam, ſeu poſſeſſionem, ad effectum inſpiciendi, quis contendentium eſſe actor, & quis reus, ut locus eſſet regulæ *text. in cap. ſi Clericus Laicum de foro compet.* cum ibi notatis per ſcribentes præſertim *Felin.* qui omnium fortè melius materiam tractare videtur.

† De materia iſtius diſcurſus periculoſum eſt agere ac loqui ad veritatem, quoniam quælibet poteſtas exigit Scriptores ad propriam opportunitatem, occaſio autem non dedit ulteriùs diſputare, dum iſta controverſia cum honeſta concordia finem accepit, ut infrà *d. diſc.* 128. inſinuatur. Videatur tamen quod materia ſit incapax regulæ certæ & generalis cuicumque caſui applicabilis, cùm revera obſervantia totum facere videatur juxta diverſos Principatuum ſtylos ac praxim; Ideoque dignoſci videtur conſuetus error pragmaticorum & collectorum in ea procedendi cum generalitatibus ſive applicandi antiquorum ac etiam modernorum auctoritates in abſtracto, non diſtinguendo loca & tempora aliaſque circumſtantias, ex quibus principaliter deciſio pendere videtur, & aliqua ad materiam inſinuatur *d. diſc.* 128.

Ad rem tamen nimium facere videntur ea, quæ habentur *diſc.* 1. *& ſeqq. de juriſdict.* ſuper puncto, an Prælatus inferior, qui juriſdictionalem ſpiritualem & quaſi Epiſcopalem poſſidet in aliquo loco habente Clerum & populum, dicatur verus Ordinarius cum qualitate nullius & cum vero territorio independenter à quocumque Epiſcopo ex vicinioribus vel potius ſit inferior Prælatus ſub altero Ordinario vel Epiſcopo, ut attendi debeat ſituatio loci, an ſit in alicujus Diœceſis circumdario, adeout undique ab illa Diœceſi ſit circumdatus vel è converſo ſit in extremitate, ut propterea dici valeat corpus diſtinctum, quod ſtet de per ſe, ut iſto poſteriori caſu facilius intret probatio territorii ſeparati cum omnimoda independentia, ſecus autem in altero, ita à pari in temporali juriſdictione an ſit nec ne intra viſcera & in circumdario Regni vel Principatus & dominii ejus, qui jura Regni vel ſupremi Principatus habeat.

R O M A N A,

Seu STATU ECCLESIASTICI INFEUDATIONUM.

Diſcurſus ad petitionem Cardinalis Farneſii.

De Bulla Pii V. de non infeudandis, an comprehendat alienationes, ſeu conceſſiones fructuum, redдituum, & emolumentorum Caſtrorum, & locorum, quæ in feudari prohibita ſunt, ſeu prædiorum, & bonorum, quæ ipſis annexa eſſent. Et an penes Principem detur diſtinctio dominiorum, ac diverſa natura bonorum in eodem Caſtro, vel loco.

Et aliqua de concluſione, quod prohibita alienatione feudi, non eſt prohibita alienatio commoditatis.

S U M M A R I U M.

1 *Caſus controverſia.*
2 *De diſtinctione dominiorum in Feudatario, ut unum ſit publicum, & jure feudi, aliud privatum, & allodiale.*
3 *De eadem diſtinctione in Principe.*
4 *Quod Princeps ſit Reipublicæ maritus.*
5 *Quando procedat dicta diſtinctio dominiorum.*
6 *Dominia emanant ſub diverſis titulis à Principe tanquam fonte, ſeu ſcaturigine, & bona ſunt diverſa natura.*
7 *Sed penes ipſum Principem omnia ſunt ejuſdem naturæ.*
8 *Non poteſt eſſe quis Rex, & Baro, & ſic non datur feudum in ipſo Domino, ſed totum eſt allodiale.*
9 *Devoluto feudo, ceſſat diſtinctio feudalium, & allodialium, & omnia ſunt ejuſdem naturæ, & extinguuntur priores dignitates, & privilegia, ac etiam onera, quæ non cenſentur repetita in nova conceſſione.*

10 *Conceſſo feudo, an veniant bona ſpectantia ad concedentem alio jure.*
11 *De diverſa perſona Papæ ab illa Epiſcopi Urbis.*
12 *In quibus bonis practicari poſſit alienatio citra violationem Bullæ Pianæ de non infeudandis.*
13 *De ratione, cui innixa eſt Bulla Piana.*
14 *Feudatarius prohibetur, non ſolùm alienare ipſum feudum, ſed omnia bona ad illud ſpectantia.*
15 *De differentia inter Principem, & Feudatarium.*
16 *An Bulla Piana prohibeat alienationem fructuum, & redditumm ipſarum Civitatum, & Caſtrorum non infeudandorum.*
17 *Aliud eſt feudum, aliud ſunt fructus, & emolumenta feudi.*
18 *Commoditas feudi alienari poteſt, & non venit ſub prohibitione, & de ratione.*
19 *An Bulla de non infeudandis locum habeat in Caſtris confiſcatis.*
20 *An eadem Bulla procedat in pignoratione vel hypotheca.*
21 *De eodem, de quo num. 1. cum diſtinctione.*
22 *Declaratur materia allodii in Caſtris juriſdictionalibus.*
23 *An remiſſio incurſa caducitatis cadat ſub Bulla.*

DISCURSUS LXI.

URgentibus aliquibus merè caſualibus Sedi Apoſtolicæ occurrentiis, cùm ageretur de modis mi-
1 nus ſubditorum gravatoriis pro obtinendis ſubſidiis ad id neceſſariis, quidam Prælatus Cameralis, verè Inſignis, & conſummatiſſimus J. C. in Eccleſiaſtica etiam eruditione, & Chriſtiana politica verſatiſſimus, propoſuit procedi poſſe ad conceſſiones, & alienationes illorum bonorum, quæ exiſtentia in Civitatibus, Terris, & Caſtris ad Sedem Apoſtolicam immediatè pertinentibus, non ſunt de ſui natura, & qualitate Juriſdictionalia, neque perneceſſe, & inſeparabiliter annexa ipſis Civitatibus vel Caſtris, & de eorum pertinentiis, ſed jure privati dominii potiùs poſſeſſa, ut ſunt domus, vineæ, Molendina, prædia, tenutæ, & ſimilia, abſque eo quod obſtaret Conſtit. 35. Pii V. rigoroſiſſimè prohibens per verba præciſa *concedi in feudum, gubernium, Vicariatum, Ducatum aut quemlibet alium titulum perpetuum, ſive ad longum tempus, Civitates, terras, oppida, Caſtra, Arces, & loca ad Sedis Apoſtolicæ proprietatem pertinentia, quamvis aliàs eſſent concedi ſolita*; Quaſi quod hujuſmodi bona eſſent quid diverſum ab ipſis Civitatibus, Oppidis, & Caſtris, aſſignata ratione, quod aliud eſt dominium publicum, & Juriſdictionale exiſtens penes Principem vel Dominum jure publico concernens ipſum corpus Civitatis, Oppidi vel Caſtri cum univerſo ejus territorio in Imperio, Juriſdictione, & jure terrendi, aliud verò ſit dominium privatum, & allodiale bonorum intra ejuſdem loci limites exiſtentium; & quæ jure privato ab eodem Principe ſeu Domino poſſideri poſſunt; Quamvis autem hic punctus ulteriorem diſcurſus progreſſum non habuerit, ob ceſſatam dictam occaſionem, nihilominus claræ memoriæ Cardinalis Farneſius unus ex deputatis ejuſdem Congregationis, vel ad curioſitatem, vel ad articuli præparationem, quatenùs illum examinari contingeret, meum deſuper pro veritate judicium petiit.

Reſpondi, laudandam eſſe dictam diſtinctionem dominiorum, ab bonorum, utpotè in ſuis caſibus veram, & per DD. probatam, ac etiam laudandum eſſe motivum, modo quo infra, non tamen laudandam eſſe rationem, ſeu dictæ diſtinctionis applicationem ad caſum.

2 Vera ſiquidem eſt diſtinctio prædicta inter dominium publicum, & privatum, in eadem Principis vel Domini ſeu feudatarii perſona concurrens, *ut per Imol. in l. 3. in princ. ff. de acquir. poſſ. Petra de fideic. quæſt. 13. num. 511. cum ſeq. Bellon. jun. conſ. 44. num. 31. Surd. conſ. 135. 151. & 311. Menoch. conſ. 595. num. 17. plenè Roſenthal. cap. 12. concluſ. 15. Rota apud Buratt. deciſ. 276. & 426. poſt Duran. deciſ. 28. deciſ. 272. poſt* . *enc.* & habetur frequenter deductum hoc tit. præſertim *in Clomacen. Valliun, in Maſſanen. Caſtrorum, in Romana ſeu Peruſina, & in aliis*, ſuper adeò frequenter ventilata quæſtione, an omnia per feudatarium poſſeſſa intra fines feudi cenſeantur feudalia, ac ipſius feudi Jure poſſeſſa, vel potius allodialia jure privato, & ad inſtar Vaſſallorum, aliorumque privatorum.

Quæ diſtinctio, nedum in feudatario vel alio inferiori Domino, ſed etiam in Supremo Principe datur, 3 cum dupliciter conſideretur, primò ſcilicet tanquam Princeps, & Reipublicæ Maritus, poſſidens Jura, & bona ad ipſam Reipublicam pertinentia, tanquam iſtius dotem, & ſecundò tanquam homo privatus, poſſidens bona ſui patrimonii, adinſtar aliorum Civium privatorum, ex deductis *per Peregr. de Jur. Fiſci lib. 1. tit. 1. num. 6. cum duobus ſeq.* Quodque Princeps dicatur Rei- 4 publicæ Maritus, & ſubditorum pater, & de iis quæ hoc maritali vel reſpectivè paterno jure ſibi incumbunt vel ne, habentur aliqua *in Piſauren. Molendinorum hoc eod. tit. & in Spoletana gabella ſub tit. de Regalibus ad materiam Vectigalium ac alibi.*

Verùm obſervabam ceſſare applicationem dictæ diſtinctionis ad caſum, cum illa procedat, in omnium ſenſu, in caſu reduplicationis perſonarum in Principe, vel feudatario, aut alio Domino concurrentis ut ſuprà, quæ reduplicatio in præſenti ceſſabat, quoniam, tam ipſæ 5 Civitates, Oppida, Caſtra, & Loca, quàm etiam omnia bona ex eis exiſtentia cujuſcumque ſint naturæ, & qualitatis, pertineant ad Sedem Apoſtolicam tanquam dominam jure Principatu, & ex ſola ratione dominii publici, & ſic ſucceſſivè ad Papam tanquam hujus Reipublicæ temporalis maritum, ſeu ſpiritualis ſupremum adminiſtratorem vel moderatorem, ut de Papa conſiderando reſpective tanquam viro Eccleſiæ *Fagnan. in c. accepimus, num. 37. de pactis*, & ſic ſemper inſpecta una perſona publica abſque concurſu alterius perſonæ privatæ ab iſta omninò diverſæ, unde propterea ceſſat dicta diſtinctio dominii publici vel privati, diſcretivè ad perſonam, in qua utrumque reſideat.

Minùs intrat diſtinctio reſultans ex natura ſua qualitate bonorum, quoniam data unitate perſonæ, iſta videtur impoſſibilis; A Principe ſiquidem tanquam à fon- 6 te ſeu ſcaturigine, emanant bonorum dominia ſub diverſis titulis, feudi ſcilicet, allodii, officii, Vicariatus, Gubernii perpetui, & ſimilibus, tanquam per communicationem ejuſdem aquæ per diverſos rivulos, ſeu diverſa organa, ex quorũ reſpectivè diverſa qualitate, illa aqua, quæ in ſcaturigine eſt eadẽ, in diverſas immutatur qualitates, quoniam ſunt diverſæ inter ſe diſcretivè, non autem in ipſo fonte, in quo clauſis, vel ceſſatis aliquibus rivulis ſeu organis, remanent in unica primæva natura; Sive adinſtar Maris, à quo per diverſos meatus prodeunt aquæ ſub diverſis naturis, & qualitatibus, aliæ ſiquidem ſunt dulces, & gratæ, aliæ ſulphureæ, aliæ ſalitæ, aliæ frigidæ, aliæ calidæ &c. in ipſum verò mare redeuntes, omnes efficiuntur ejuſdem primævæ naturæ, omneſque ſunt aquæ maritimæ, hujuſmodi diverſitate ceſſante.

Ita in propoſito, penes Vaſſallos, ſeu alios Principis conceſſionarios, & privatos dantur iſtæ diſtinctiones 7 dominiorum, & bonorum, quæ alia ſunt feudalia, alia emphyteutica ſeu cenſita, & alia libera, & allodialia, &c. ſed quoad ipſum Principem, in unica Principatus perſona, non autem reduplicativè conſideratum ut ſupra, omnia ſunt allodialia, ſed cum Juriſdictione, & Imperio, atque unicum eſt dominium jure publico, & dominicali competens, quia non poteſt quis eſſe dominus, & feudatarius vel emphyteuta, neque Rex, & 8 Baro, ne detur ſervitus in re propria *Iſern. in c. 1. poſt n. 11.*

&

& 15. ex quibus cauſis feudum amittatur, Afflict. ad Conſtitutiones Regni in prælud. quæſt.25. num.6. Freccia de ſubfeud. lib.1. tit. de origine Baronum num.45. Rovit. deciſ.6. num.15. & habetur deductum *in Urbinaten. prædii hoc eod. tit. ad materiam Bullæ Baronum*, ac etiam *in Romana bulla alearum ſub tit. de Regalibus ad materiam Vectigalium, & in Pampilonen. decimarum ſub tit. de præeminentiis*, ac alibi in propoſito Civitatum vel provinciarum Regno vel Principatui additarum, an ſint ex nova cauſa, & diverſo titulo, vel jure devolutionis, ſeu reverſionis ad priorem cauſam.

Hinc devoluto feudo habente dignitatem, aliaſque prærogativas, & magna privilegia, non de facili, & cuicumque concedi ſolita, ut præſertim ſunt regalia, omnia hæc ex veriori ſententia extinguuntur, unde ſi denuò illud concedatur in feudum, iſtud non habebit
9 priores dignitates vel prærogativas, & privilegia primo feudatario ex ſpeciali jure conceſſa, neque erit feudum antiquum, ſed novum ex plenè deductis per *Rovit. deciſ.6. per tot.* obi benè examinat doctrinam *Minad. in conſtit. in aliquibus, num.39.* niſi Regis voluntas accedat, vel expreſſa vel conjecturalis, cujus ratione, & non alias ſubſiſtere poſſunt deducta per *Menoch. conſ.905.* ubi de feudo devoluto, & denuò conceſſo, an retineat priorem dignitatem, ſeu titulum prioreſque præeminentias, & admittitur apud Rovit. *d. deciſ.6. in fine*, ubi concordantes. Et econverſo, devoluto feudo, quod conceſſum erat ſub certo ſervitio, extinguitur, & ſub nova conceſſione non venit, niſi explicitè vel conjecturaliter, & implicitè illud repetatur, vel niſi eſſet feudum habens de ſui natura illud ſervitium vel onus annexum, ut benè articulum examinat, licèt incidenter idem Rovit. *deciſ.98. num.4. & num.8. cum ſeqq. ad finem*, ubi concordantes, & de iſta concluſione extinctionis prioris qualitatis agit.

Prout ſi per mortem vel feloniam, aut alium caſum, ad Regem ſeu Principem devolvantur cum feudo bona allodialia, quæ per feudatarium jure privato poſſidebantur, ſi deindè illud Caſtrum, ſeu corpus conſtituens Univerſitatem denuò concedatur, totum eſt feudum, ſublata priori diſtinctione ob ſubſequutam confuſionem, per quam dicta diſcretio ſeu diſtinctio ceſſavit, niſi in nova conceſſione diſtinguatur, quod ſcilicet feudalia concedantur pro feudo, & allodiale pro allodiali, ex benè deductis apud *Rovit. conſ.101. n.36.*
10 *& per tot. lib.2.* undè quando apud *Menoch. dicto conſil.395. Surd. conſ.135. 151. & 312. Bellon. jun. dicto conſ.44. cum aliis apud eos*, diſputatur, an conceſſo Caſtro cum pertinentiis ſuis, veniant illa bona, quæ concedens poſſidebat jure privato, etiam quando Caſtrum erat alteri infeudatum, id procedere poteſt, quando in eodem concedente viget & conſiderari poteſt dicta perſonarum diſtinctio ſeu reduplicatio, cum cujus præſuppoſito præfati & cæteri procedunt.

Ideóque cum omnia ut ſupra pertineant ad Papam
11 uti Papam jure publico, & Principatus, non autem Jure privati patrimonii, dicebam in propoſito, incongruam videri dictam diſtinctionem ſeu rationem à doctiſſimo viro aſſignatam, præterquam quoad ea bona & Jura, quæ pertinerent ad Eccleſiam Romanam particularem, in qua Papa reduplicativè conſideratur tanquam Urbis Epiſcopus, diſcretivè ad eumdem tanquam caput, & Epiſcopum Eccleſiæ univerſalis, juxta diſtinctionem, de qua *in Urbinaten. Juris Metropolitici ſub tit. de præeminentiis*, & alibi pluries.

Quamvis autem dicta ratio, ac diſtinctio non placerent ut ſupra, adhuc tamen placebat motivum, atque in ratione diſcurſiva tantùm, nullum tamen determi-
12 natum judicium deſuper dando, intactumque locum relinquendo veritati, cum privatorum non ſit, hæc decidere, dicebam dictum motivum videri practicari poſſe, citra dictæ Bullæ violationem, in illa ſpecie bonorum, quæ licet ut ſupra penes Principem ſint de eodem dominio publico & Juriſdictionali, eodem modo, quo ſunt ipſæ Civitates, Oppida, & Caſtra, nihilominùs de eorum natura non ſunt de illis, quæ perneceſſe ſunt publica, & Juriſdictionalia, regulariter à Principatu inſeparabilia, & jure Principatus competentia, ſed ſunt penes Principem per accidens, ut ſunt domus, vineæ, molendina, arboreta, prædia, tenutæ & ſimilia; Et hoc eſt, quod doctus Vir docere volebat, diſtinguendo bona dominii publici & Juriſdictionalis, à bonis dominii privati, quoniam per hujuſmodi bonorum diſtractionem, ſcindi non dicitur (ut noſtri dicunt) Corona, neque diminui Jus Principatus, cum hæc ei annexa ſint per accidens; Quinimò idem in illis bonis vel Juribus, quæ regalia minora apud feudiſtas dicuntur, quæ citra ſciſſuram Coronæ & Principatus etiam concedi poſſunt, cum inſeparabilitas conſideretur ſolùm in Regalibus majoribus, ex aliàs deductis *hoc eodem tit.* præſertim *in Lucana*, ideóque cum dicta Bulla ſit abſque dubio exorbitans, adimens vel reſtringens Principis libertatem aliàs de jure competentem, utpotè loquens de non concedendis, Civitatibus, Oppidis, Caſtris, & locis in feudum, gubernium, Vicariatum, Ducatum, aut quemlibet alium titulum, intelligenda videtur de conceſſione ipſius Univerſitatis, Caſtri, vel loca cum Vaſſallis, Juriſdictione, & Imperio, non autem de hujuſmodi bonis ſingularibus, quæ tanquam accidentia, poſſunt adeſſe & abeſſe præter ipſius corporis univerſalis corruptionem, vel notabilem ſciſſuram & alterationem, eo modo quo ſunt excadentiæ.

Ponderata etiam ejuſdem Bullæ ratione, ſeu cauſa, ob quam prodiit, quia nempè, concedendo ipſas Civitates, Oppida, Caſtra, & loca cum Juriſdictione,
Imperio & Vaſſallis, ita de facto ſcinditur ſeu diminui- 13
tur hic Principatus, qui haberet minores Vaſſallos immediatos, minoremque ditionem ſibi immediatè ſubjectam, dum Vaſſalli jurant & ſervant fidelitatem, ac ſerviunt Domino immediato, non autem mediato, ex deductis in *Eugubina Collectarum, in Civitatibus Caſtelli & in aliis, hoc eod. tit.* quæ ratio non militat in hujuſmodi bonorum ſpecie.

Et quamvis in ipſo feudatario, alienandi prohibitio reſultans *ex l. Imperialem de prohibita feudi alienatione*
per Feder. percutiat, tam ipſum corpus feudi, quàm 14
etiam ſingula bona eidem feudo annexa, quamvis aliàs eſſe poſſint Juris privati, & de ſui natura ſeparabilia, quia ſufficit per annexionem ſeu incorporationem eſſe effecta feudalia, juxta ea quæ habentur apud *Rovit. conſ.101. lib.2.* & omnes, quoties non ſunt de excadentiis alienari, ſolitis quæ inter fructus computantur *ut*
in Senogallien. Caſtrorum hoc tit. nihilominus eſt longè 15
diverſa ratio, atque non benè ab uno ad alterum caſum inferre licet, quoniam feudatarius recipiens à Domino in feudum aliquod corpus, illud conſervare debet ita integrum, ita ut eveniente caſu devolutionis, illud reſtituat ei, à quo recipit in ſua integritate, cum omnibus acceſſionibus, ſeu additamentis quamvis accidentalibus, ita Juris diſpoſitione ac ratione ſuadentibus; Non ſic eſt Principe habente liberam facultatem infeudandi & concedendi omnia ea, quæ non percutiunt regalia majora, & non importent formalem ſciſſuram Coronæ ſeu Principatus, præſertim circa Jus infeudandi, ſibique ita conſtituendi milites & Vaſſallos, quod eſt proprium, & connaturale Principatus, undè propterea hæc nova lex hujuſmodi libertatis reſtrictiva, intelligenda eſt ad limites verborum, ac etiam ad limites rationis, ob quam illa prodiit, & utrumque attendendo, id percutit ipſas Civitates, ſeu loca ut ſupra, non autem hujuſmodi bona, quæ licèt donec ſunt penes Principem, ſint æquè publica & ejuſdem naturæ, attamen poſſunt effici privata præter ipſius corporis univerſalis violationem.

Quinimò licèt doctus J. C. & Cameralis Spada *con-* 16
ſil.21. num.73. lib.1. incidenter aliud agendo circa hujus

Pianæ Conſtitutionis non comprehenſionem ſub derogatoriis generalibus, dicat dictæ Bullæ diſpoſitionem procedere, tam in ipſis Caſtris, Oppidis, & locis, quàm etiam in eorum redditibus & proventibus, nihilominus, in eadem ratione diſcurſiva, & nihil firmando ut ſuprà, dicebam probabilius videri contrarium quod ſcilicet, fructus & emolumenta burſalia, quamvis ex Caſtrorum, & locorum Juriſdictione, & dominio provenientia, citra dictæ Bullæ violationem vendi poſſent, dummodo vendantur de per ſe, ut quid diſtinctum ab ipſis Civitatibus, Caſtris & locis, eorumque Imperio, quoniam aliud eſt Caſtrum ſeu Caſtri dominium, aliud verò ſunt ejuſdem Caſtri fructus, redditus, proventus & emolumenta, cum hæc
17 ſint ſeparabilia, imo ſeparata, *Caſtrenſ. conſ.56. num.2. lib.2. Roſenthal. cap.5. concl.6. Gratian. diſcept.839. n.21. & 22. Spada conſ.4. num.7. vol. primo Menoch. lib.3. præſumpt.97. num.7. & ſeq. Rota in Tiburtina Caſtrorum 10. Martii 1662. coram Bevilaqua confirmata 13. Junii 1663. 9. Junii 1664. & 9. Febr. 1665.* coram eodem, de qua cauſa habetur actum *hoc eod. tit. diſc. ſeq.* Facultas enim percipiendi emolumenta feudi & Juriſdictionis dicitur allodialis & diverſa à feudo, cujus eſt capax ille, qui eſſet feudorum incapax *Ciriac. controv. 401. num 50. benè deciſ. 100. num. 15. & ſeq. part. 9. rec.* ubi concordantes, cum aliis in dicta *Tiburtina.*

Quod docet praxis ſatis frequens Civitatum, & locorum demanialium in utriuſque Siciliæ Regnis ad demanium provocantium cum prælatione adversùs earum emptorem, quoniam ſolvendo valorem, ipſæ Communitates obtinent omnes feudi, ſeu loci redditus, proventus, & emolumenta, etiam in aliquibus ex Juriſdictione provenientia, & tamen ipſæ Civitates, vel loca ſunt de immediato, & pleno dominio Regis; Idemque obſervabam dici poſſe, quod doceret praxis Status Eccleſiaſtici per erectionem Montium Cameralium ſuper redditibus bonorum, & Jurium ad eamdem Cameram pertinentium, atque in Civitatibus, Oppidis, Caſtris, & locis exiſtentium, & tamen id paſſim practicatur citra dictæ Bullæ violationem.

Clarius verò hæc procedere dicebam, ſi id fieret, non per viam formalis alienationis, ac tranſlationis dominii ipſorum bonorum, fructuum & proventuum,
18 ſed per viam ceſſionis, ſeu conceſſionis commoditatis, quæ conſiderata tanquam nudi facti, non dicitur tangere ipſius feudi, vel corporis ſubſtantiam, quia Caſtrum remanere dicitur penes eumdem Dominum, cujus nomine ceſſionarius, tanquam Procurator in rem propriam, ſolùm capere dicitur fructus, & emolumenta, tanquam bona ab ipſo Caſtro, ſeu feudo diverſa, & ſeparata, undè propterea, quamvis ex diſpoſitione *text. in cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic.* omnis feudi ejuſque membrorum, & pertinentiarum alienatio prohibita ſit, ſive etiam per Inveſtituram particularem feudi, vel emphyteuſis alienatio ſub ſtricta forma prohibeatur, non tamen dicta commoditas prohibita cenſetur, juxta receptam *theor. Bart. in l. is, qui §. uſusfructus, ff. de pignor. & in l. Codicillis, §. Inſtituto num.4 ff. de legat.2. Neguſan. de pignor. 2. memb. 1. part. num.48. Barboſ. in l. uſufructu, ff. ſolut. matrim. num.14. & ſeqq. Roſenthal. cap.9. concl.9. n.1. & concl.10. num.5. Amicangel. quæſt. feudal.18. num.10. cum ſeq. De Rubeis apud Spad. conſ.4. num.80. Merlin. deciſ.843. plenè Rota deciſ.481 num.13. part.4. rec. tom.2. Romana Salviati. 17. Aprilis 1643. & 9. Decemb.1644. coram Cerro*, quarum prima eſt impreſſa *deciſ.167. part. 9. rec. Tuſculana Salviani 22. Maii 1654. coram Zarata, de qua ſub tit. de emphyteuſi, & ſæpius hoc eodem tit.* Et practicamus in officiis, aliiſque juribus regalibus in commercio non exiſtentibus, ac etiam in penſionibus Eccleſiaſticis, ut in ſuis materiis *ſub tit. de regalibus ad materiam officiorum, & ſub tit. de penſionibus*, quæ tamen omnia ut ſupra, diſcurſivè, & ad nudam curioſitatem, nihil deſuper firmando quoad punctum principalem, dictæque Bullæ intellectum, à Sanctiſſimo, ac Sancta Sede ſolùm, & privativè tribuendum.

† TAm ſuper contentis in hoc diſcurſu ſuper conceſſione commoditatis, quàm etiam ſuper aliis
quæſtionibus, quæ deſuper excitari ſolent & præſer- 19
tim ſuper illa, de qua particulariter agit *Spada conſ.16. lib.1.* de qua etiam obiter non guſtato articulo *Fagnan. in cap. ex parte de feudis num. penult.* an ſcilicet hæc Bulla habeat locum in illis Caſtris & locis juriſdictionalibus, quorum incameratio ſequatur ratione confiſcationis bonorum ob delictum privatum, ac aliàs quam per felloniam erga proprium Principem (cum iſto caſu non ſit confiſcatio, ſed devolutio connaturalis feudi) omnem dubitandi occaſionem ſubſtuliſſe videtur moderna Conſtitutio Alexandri VII. quæ adhibet verba nimis generalia & effrenata.

Atque in idem, ut Bulla comprehendat etiam con-
ceſſionem commoditatis conferunt deducta *per Spad.* 20
conſ.23. eodem lib.1. ut etiam pignoratio & hypotheca cadat ſub eadem Bulla cum præſuppoſito tamen pignoris veri & naturalis mediante ſcilicet traditione rei pignoratæ de facto in manibus Creditoris, ac etiam reſpectu hypothecæ, quod ea ſit ſpecialis, ſecus autem ſi generalis, quæ tamen non deducatur ad exercitium per quod reſultet idem effectus alienationis juxta diſtinctionem, de qua *tit. de Alien. & Contract. prohib. diſc.1. & tit. de Cred. diſc.13. & 51.* ubi concordantes.

Quatenus verò pertinet ad dictum punctum, de quo agitur *Spada d. conſ.16.* adhuc non dedit caſus formiter
diſputare, obiter tamen excitata iſta difficultate in 21
forma diſcurſiva ultra dictum motivum novum, quod reſultat in contrarium ex privata moderna Conſtitutione Alexandri Septimi; Iſta etiam ſecluſa mihi videbatur parum probabilis opinio, quam *Spada* ſubſtinet, quatenus agatur de Incameratione omnimoda & perpetua cum id nullum habere videatur probabile fundamentum, idcóque dicebam procedendum eſſe cum diſtinctione inter illam confiſcationem ad tempus, quæ fiat durante vita vel jure delinquentis abſque præjudicio aliorum qui ex inveſtitura in forma pacti & providentiæ vel ex fideicommiſſo Majorum ſeu aliàs vocati ſunt ex perſona propria, adeout delictum poſſeſſoris non valeat eis præjudicare; Et illam confiſcationem omnimodam, quæ in perpetuum ſequatur.

Primò enim caſu rectè intrat conſideratio *Spada*, quod jura Vaſſalli non ſunt extincta, neque revera intrant termini devolutionis vel incorporationis & conſolidationis dominii utilis cum directo ſed quod potiùs fiſcus obtinet commoditatem vel fruitionem ad tempus ex perſona delinquentis tanquam Ceſſionarius vel Procurator in rem propriam ſive hæres anomalus.

Adinſtar eorum, quæ apud *Surd. deciſ.102 & tit. de Emphyteuſi* habemus in materia emphyteutica, quod ſi Dominus directus durante inveſtitura emat, ſeu alio titulo acquirat ipſa bona emphyteutica non reſultat confuſio dominii utilis cum directo neque dicitur poſſidere illa bona tanquam Dominus jure ſuo primævo ſed potius tanquam tertius Ceſſionarius illius commoditatis durante jure cedentis; Et eodem modo quo *tit. de fideicom. diſc.195.* habetur de vocato ad fideicommiſſum, cui facta ſit præventiva reſtitutio vel refutatio fideicommiſſi, vel majoratus jam agniti & poſſeſſi, quoniam durante vita vel jure refutantis iſtius nomine & jure potiùs obtinere dicitur, ut propterea ejus debitis & oneribus ſubjaceat.

In altero autem caſu incamerationis omnimodæ & perpetuæ, adeout non ſit illa acquiſitio ad tempus, quæ redoleat potius ſpeciem fructus quàm proprietatis, ſed ſit perpetua, tunc nullatenus hæc opinio videtur ſubſiſtentabilis, quoniam aut iſta Caſtra & loca juriſdictionalia, in quibus ratione delicti poſſeſſoris intret confiſcatio

fiſcario ab eo poſſidebantur in natura veri feudi; Aut in natura allodii, ut pro majori parte obtinent Barones & Domicelli Romani. Primò enim caſu planum eſt, quod quomodocunque ceſſet jus feudatarii, adeò ut non ſit ſuſpenſio, vel obdormitio ad tempus, ſed ceſſatio totalis & perpetua, ſequuta dicitur reverſio rei ad ſuam primævam cauſam vel unitatem, & extinctio ſervitutis feudalis, ex illo certo principio, quod non datur ſervitus in re propria, neque poteſt quis eſſe eodem tempore Dominus & Vaſſallus, vel Rea & Baro; Quod generaliter habemus in omni materia indifferenti, quod ſcilicet, ſi habens ſervitutem uſusfructus vel Cenſus in aliqua re, efficiatur ejuſdem rei Dominus, ſervitus extinguitur, eodem modo, quo, clauſo, vel ceſſato viculo, ſeu Aquæductu, per quem aliqua pars aquæ ad privatam utilitatem trahebatur à Lacu, vel à Flumine, illa aqua remanet in ſua antiqua unitate, per viam confuſionis, & per conſequens quando eadem pars, vel quantitas æquæ alteri denuò, per novum viculum, vel Aquæductum conceditur, iſta erit nova conceſſio ex integro, per ſpeciem novæ formalis diſmembrationis, ac ſeparationis à ſua antiqua unitate, quod eſt prohibitum per Bullam, ut à ſimili habemus in Dominio fundi, cujus alter uſumfructum habebat, quod ſi ipſe ea quocunque titulo uſumfructum acquirat, iſte extinguitur, adeò ut ſi denuò uſusfructus, etiam ad favorem ejuſdem antiqui uſufructuarii conſtituatur, multo verò magis, ſi ad favorem tertii, iſte erit uſusfructus novus, ex integro conſtitutus, ex relatis *ſub tit. de Dote, diſc.* 148. & alibi pluries.

Verùm, ubi etiam hujuſmodi Caſtra, & loca inha-
22 bitata, quæ cadunt ſub hac Bulla, per eum, qui patitur confiſcationem, poſſideantur in natura allodii, potiùs quàm feudi; adhuc tamen intrat idem, quod ſupra dictum eſt, quoniam ut conciliando, ſeu declarando *conſil.* 8. *Abbat. cum concordat.* plenè deductis per *Spad. conſil.* 1. *lib.* 1. pluries *hoc tit.* advertitur; Quamvis in hujuſmodi Caſtris, & locis non adſit vera & propria feudalitas, quæ redoleat formalem ſervitutem feudi, ad effectum ſervitii, ac renovationis, cum obligatione novi juramenti fidelitatis, & cum ſubjectione devolutionibus & caducitatibus; Attamen neque in eis verificatur verum & proprium allodialium, quale in juriſdictionalibus dicitur eſſe illud, quod redoleat omnimodam indepentiam, adeò ut non recognoſcatur alter ſuperior, niſi Deus, dum ſine dubio in eis Papa habet altum dominium & ſuperioritatem; iſtique Domini ſunt Subditi ſubordinati, utpotè ab hoc fonte cauſam trahentes, atque ex ejuſdem Papæ conceſſione hoc dominium ſubalternum obtinentes, non tamen in rigoroſa qualitate, ſeu natura feudi, undè propterea dici poteſt quoddam mixtum quod participat de utraque qualitate, pro effectuum vel reſpectuum diverſitate; Et per conſequens verificatur idem, quod dictum eſt de conſolidatione partis, cum toto, ſive conſolidationis dominii utilis, cum directo, quodque nova conceſſio, quæ alteri fieret, ſemper importaret novam diſmembrationem, novamque infeudationem, ſive ſit per viam feudi, ſive per viam gubernii, aut Vicariatus, vel quocunque alio nomine, ſeu titulo, ſeu omnes ſpecies ſint prohibitæ, ſpectato effectu ſeparationis partis à toto.

Et quamvis aliqui diſcurrendo de hoc eodem puncto, in diverſam abeuntes ſententiam ponderarent,
23 quod ſi ita eſſet, ſequeretur, quod particulares non eſſent illæ remiſſiones caducitatis, quam feudatarii ob contraventionem Apoſtolicarum Conſtitutionum, vel ob alia crimina, & inobedientias incurrunt, quas frequens praxis docet, & præſertim noſtra ætate ſequutum eſt occaſione belli, quod pluries aliquis feudatarius Regalis, ſeu veræ dignitatis habuit cum Sede Apoſtolica.

Nihilominus id ad rem noſtram extraneum videtur, quoniam, quando agitur de caducitatibus juris tantùm, non autem facti, id eſt, quod ſequuto incurſu, adhuc feudum remaneat penes feudatarium, abſque actuali, & effectiva incorporatione, per quam ſequi dicitur confuſio utriuſque dominii, ſive reverſio rei ad ſuam primam cauſam, & unitatem, tunc non eſt alienare, vel concedere de novo, ſed ſolùm remittere incurſum pœnæ, tanquam per remotionem obſtaculi, ut propterea feudatarius continet in ejus jure antiquo & primævo, abſque eo, quod obſtet ratio novæ diſmembrationis ex iis, quæ in his terminis feudalibus habentur ſuprà *diſc.* 5. Et generaliter in materia alienationis bonorum Eccleſiæ, ad terminos *Extravag. Ambitioſæ de reb. Eccl. non alien.* ut procedat in alienationibus rerum incorporatarum, non autem in hujuſmodi remiſſionibus, habetur *ſub tit. de Alien. & Contract. diſc.* 1. ideòque magna differentia eſt inter unum caſum & alterum.

Quinimò, ubi agitur de remiſſione caducitatis, & reſtitutione feudi eidem antiquo poſſeſſori, vel ejus ſucceſſori, jus habenti ex antiqua inveſtitura, videtur idem dicendum, etiam ubi caducitas de facto effectum ſortita eſſet, quoties non ex cauſa omninò voluntaria, & per viam novæ conceſſionis, ex integro, ſed per viam remiſſionis incurſæ pœnæ, & caducitatis, concederetur reſtitutio, ſeu reintegratio, ut ſequi ſolet in illa reſtitutione, quæ fiat Rebellibus, vel Bannitis, vigore Capitulationum pacis, ex iis, quæ habentur ſuprà *hoc eodem titulo, diſc.* 27. *num* 8. Super quo tamen nihil firmum ſtatui poteſt, cùm videatur quæſtio potiùs facti, quàm juris, ex ſingulorum caſuum particularibus circunſtantiis decidenda.

TIBURTINA CASTRORUM

Pro DUCE BRACCHIANI,

Cum PORTIA MORONA DE PANDULPHINIS

Caſus varie deciſus per Rotam ubi adhuc pendet.

Dominium Caſtri, ſeu Feudi, an eſſe poſſit duorum in ſolidum, quia nempè unus ſit Dominus Caſtri, alter Juriſdictionis, fructuum, & emolumentorum; Et an hæc dominia eſſe poſſint diverſæ naturæ, unum ſcilicet jure feudi, alterum verò jure allodii.

Aſſignatio fructuum, & emolumentorum Caſtri, vel rei, an importet illorum plenum dominium jure dationis in ſolutum, vel potiùs pignus, ſeu uſumfructum. Et quatenùs importet uſumfructum, an iſte ſit perpetuo tranſmiſſibilis ad omnes hæredes, vel potiùs terminetur in primo, Ad materiam *text. in l. antiquitas, Cod. de uſufructu.*

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Debitore ſuccedente creditori inducitur confuſio, & ſucceſſivè extinctio debiti.*

3 *De diſpoſitione* text. in l. antiquitas, Cod. de uſufructu, *ut uſusfructus etiam cum mentione hæredum intelligatur de primis, non autem ulterioribus.*

4 *Quando aſſignatio alicujus rei, ſeu ejus fructuum importet pignus.*

5 *De eodem* text. in l. antiquitas, *an ſolùm procedat in uſufructu relicto per ultimam voluntatem, vel etiam ubi per contractum.*

6 *De concluſione, ut ejuſdem rei duo Dominii in ſolidum dari non poſſint, ut limitetur ex diverſitate reſpectuum, ita ut unus eſſe poſſit Dominus Caſtri, alter dominus Juriſdictionis fructuum, & emolumentorum.*

7 *Caſtrum poteſt eſſe feudale, & Juriſdictio cum jure percipiendi emolumenta allodialis.*

8 *Feudum poteſt eſſe unius, & Juriſdictio alterius, vel unius, & idem poteſt habere feudum ab uno, & Juriſdictionem, & emolumenta ab altero diverſis titulis.*

9 *De verbis, ex quibus deſumatur, contractum importare potiùs dationem in ſolutum, quàm pignus.*

10 *Quid ſit pignus, & in quibus rebus, & pro quibus cauſis detur.*

11 *Annuus redditus judicatur tanquam ſpecies, ac res ſtabilis, ita ut ſuper ea poſſit imponi Cenſus.*

12 *De diſtinctione uſusfructus, ut ejus verbum importare quoque poſſit rei dominium, ac uſumfructum cauſalem.*

13 *Quomodo conſideranda ſit diſtinctio de qua ſupra, n.4. inter uſumfructum conſtitutum per contractum, & per ultimam voluntatem.*

14 *De ratione* text. in d. l. antiquitas, *qualis vera ſit.*

15 *Dominium Caſtri etiam ſine Juriſdictione, & fructibus poteſt eſſe utile, & operativum.*

16 *De diſpoſitione* text. in l. penult. ff. de contrahen. emptione.

DISCURSUS LXII.

FRanciſcus Urſinus Abbas Farfenſis poſſeſſor Caſtrorum, Vicovarii, Cantalupi, & Bardellæ, legitima prole carens, habens tamen tres filios illegitimos, nempè Joannem Paulum, Antonium, & Joannem Baptiſtam, quos Dux Bracchiani Paulus Jordanus Urſinus prætendebat incapaces ſucceſſionis in dictis Caſtris, ſibi ex domos antiquis fideicommiſſis, vel conſuetudine debitæ; De anoo 1558. cum eodem Duce ad concordiam devenit, qua mediante ceſſit Caſtra prædicta, cum recompenſa annui redditus ſcut. 1000. in tot bonis indifferentibus aſſignandi; De anno verò ſequenti deventum eſt ad novam concordiam, per quam ſublatis aliquibus difficultatibus, quæ ex prima oriri poſſent circa facultatem tranſmittendi dictum redditum ad quoſcumque, in excambium dicti redditus, ejus loco, præfatus Dux ceſſit Franciſco, ejuſque filiis, ac hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, gubernium, & adminiſtrationem, ac fructus, & emolumenta dictorum Caſtrorum per decennium, intra quod promiſit eiſdem tradere, loco ejuſdem redditus, Caſtrum S. Gregorii, expreſsè reſervatus eidem Duci, tam utili, quàm directo dominio, ac poſſeſſione eorumdem Caſtrorum, ex quibus idem Dux vel ſucceſſor, refuſo pretio æquivalenti redemit illud Vicovarii, remanentibus ſub dicta aſſignatione reliquis Cantalupi, & Badellæ, quæ idem Dux Paulus Jordanus, ſine præjudicio dictæ Concordiæ, ac pro ſolis Juribus ſibi competentibus, paulò poſt dictam aſſignationem, donavit Joan. Paulo uni ex dictis fratribus.

Poſt Franciſcum, obiit primo loco dictus Joan. Paulus ſuperſtite Catharina filia, & hærede, deindè Antonius inſtituto Joanne Baptiſta fratre, cui ſubſtituit Ducem Virginium dicti Pauli Jordani filium, & ſucceſſorem, quem ultimo moriens Joannes Baptiſta ſine prole pariter in teſtamento inſtituit, undè proptereà orta fuit controverſia ſuper hujus ultimi teſtamenti veritate cum dicta Catharina, de inteſtata ſucceſſione contendente, & introducta cauſa in Rota, plures deſuper prodierunt deciſiones dicti teſtamenti canonizatoriæ, una præſertim coram *Marco Montio*, quæ habetur impreſſa *deciſ. 192. part. 3. rec.* deindéque longo tempore cauſa ſiluit, donec reaſſumpta per modernum Ducem contra Portiam dictæ Catharinæ neptem ex Franciſca filia, *ſub diebus 31. Martii* 1659. & 16. *Februarii* 1660. ſuper eadem teſtamentariæ ſucceſſionis canonizatione prodierunt reſolutiones coram *Bovilaqua* ſubrogato, ut liquet ex deductis in iſta cauſa ſuper dicto puncto teſtamenti *in ſua materia ſub tit. de teſtamentis*; Sopito autem hoc puncto, Dux aſſumpſit diſputationem *in dicta deciſ. 192.* reſervatam ſuper immiſſione ad bona hæreditaria ex *remed. l. final. Cod. de Edict. Div. Hadr. & ſub die* 30. *Decembris* 1660. pro immiſſione ad favorem Ducis prodiit etiam reſolutio; ſed obtenta per Portiam à Signatura gratiæ cumulatione poſſeſſorii cum petitorio appellatione remota, datoque dubio petitorii, *an, & quæ portiones caderent in hæreditate dictorum Antonii, & Joannis Baptiſtæ, ſub die* 10. *Martii* 1662. prodiit reſolutio *nullas cadere portiones ipſorum Caſtrorum*, & meritò, quia cum iſtorum dominiorum, utile, & directum, reſervatum eſſet per dictum Ducem Paulum Jordanum, & ab iſto donatum ſoli Joan. Paulo nunquam illa fuerant in dominio, & poſſeſſione dictorum aliorum fratrum, ideóque in eorum hæreditate cadere non poterant.

Conceſſa verò nova audientia, explicatoque æquivoco, cum quo in dicta prima diſputatione proceſſum fuerat, quod ſcilicet, non ageretur de portionibus ipſorum Caſtrorum, ſed de portionibus fructuum, & emolumentorum eorundem, quæ abſque dubio per dictos fratres pro duabus ex tribus partibus poſſeſſa fuerunt, idcircò, recedendo à deciſis, ſeu verius declarando dictam primam reſolutionem, *ſub die prima Decembris ejuſdem anni*, dictum fuit *cadere in hæreditate dictas duas portiones*, atque hæc poſterior reſolutio confirmata *ſub diebus* 13. *Junii* 1663. 9. *Junii* 1664. & 9. *Februarii* 1665. quibus non obſtantibus, adhuc parti non acquieſcenti conceſſa fuit audientia, & pendet reviſio.

Præcipuus hujus controverſiæ punctus erat, an dicta aſſignatio contenta in ſecunda concordantia anni 1559. eſſet jure pignoris pro credito præcedenti, vel potius dationis in ſolutum, cujus inſpectionis effe- 2
ctus, non erat ille, qui hujuſmodi quæſtionibus frequentiùs cauſam præbet, extenuationis ſcilicet crediti in ſorte principali, per fructuum interim ex pignore perceptorum imputationem, cum ipſum creditum, ſeu cauſa, pro qua aſſignatio facta erat, eſſet quóque fructiferum in annuo redditu ſcut. mille, cui fructus adæquabant, ſed erat in eo, quod remanente integro dominio dictorum Caſtrorum penes Ducem, qui figuram debitoris faceret, eo ipſo, quod dictis creditoribus ſucceſſerat, inducta erat dicti debiti extinctio per confuſionem productam ab incompatibilitate, ne actio, & paſſio concurrerent in eodem ſubjecto, & conſequenter, extincto debito, Caſtra pleno jure, ac libera à dicti pignoris nexu, cedebant ſub donatione ad favorem Joannis Pauli.

Aliqui verò ex Dominis credebant, dictam aſſigna-
tionem fructuum, proventuum, & emolumentorum, 3
importare uſumfructum dictorum Caſtrorum, & conſequenter, ne proprietas remaneret perpetuo inutilis, dicebant intrare diſpoſitionem *text. in l. antiquitas, Cod. de Uſufruct.* ut ille quamvis pro hæredibus etiam conſtitutus, intelligendus eſſet de primis, quibus defectis, aſſignatio expiraverit, ideóque eadem Caſtra, à dictæ ſervitutis nexu effecta libera, ſpectarent pleno jure ad hæredes dicti Joannis Pauli donatarii, & ſuper hoc ſecundo motivo (cui ſcribentes in contrarium adhærebant) principaliter diſputatum fuit, atque actum in dictis poſtremis deciſionibus; Et ſic duo erant puncti, unus, an dictus contractus importaret pignus, vel potiùs dationem in ſolutum, alter, an importaret uſumfructum ceſſatum cum primo hærede juxta terminos *textus in d. l. antiquitas.*

Quatenùs ergo pertinet ad primum, ſcribentes pro dicta Portia rea conventa, ad probandum, quod im-
portaret pignus, in eo potiſſimum inſiſtebant, quod 4
duo ejuſdem rei Domini pleno jure, ac tam in dominio directo, quàm utili dari non poſſunt, & ideò cum Dux Paulus Jordanus ſibi in dicta aſſignatione expreſsè reſervaſſet utrumque dominium, utile, & directum,

rectum, ac etiam poſſeſſionem, nullus remanere videbatur titulus per dictam aſſignationem verificabilis, niſi ille pignoris cum dicta reſervatione compatibilis, cumulando ea, quæ pro pignoratitia qualitate habentur collecta per *Surd. conſ.243. & per Menoch.* in rationibus dubitandi *conſ.*201. ac per Rotam *in Tiburtina Caſtri S. Angeli* 26. *Januarii* 1654. & 14. *Februarii* 1656. *coram Melzio*, de qua cauſa actum eſt *ſub tit. de uſur.*

Vel quod ſublato pignore, in omnem eventum, alter non remaneret titulus cum dicta reſervatione compatibilis, niſi ille uſusfructus, quo poſito reſultabat
5 etiam terminatio in primo hærede per diſpoſitionem *dicti text. in l. antiquitas, Cod. de Uſufr.* Et quamvis in ſecunda favorabili *deciſ.9. Junii* 1664. *§. finali*, reſpondendo huic motivo, diceretur diſpoſitionem dicti textus procedere in terminis uſusfructus relicti per ultimam voluntatem, non autem ceſſi per viam contractus, allegando id *Alex. & Jaſ. in l. in annalibus, Cod. de legat. Gutier de juramento, part.*1. *cap.*48 *n.*8. *Mantic. de conject. lib.*8. *tit.*14. *num.*11. *Peregr. de fid ic. art.*32. *num.*65. Reſpondebant tamen ſcribentes in contrarium (& benè) allegatos DD. id non aſſerere, neque hujuſmodi diſtinctionem habere auctoritatis vel rationis probabile fundamentum, quinimò obſtare auctoritatem *Angeli conſ.*2. ubi clarè de ceſſione uſusfructus per contractum.

Mihi pro Duce actore ſcribenti, reflectendo etiam ad veritatem, neutrum ex motivis videbatur habere ſubſiſtentiam, ac forſan cauſam tanta dubietate dig-
6 nam non eſſe, cum utrumque præſuppoſitum, vel pignoris, vel uſusfructus, deductum præcipuè ab incompatibilitate cum reſervatione dominii corrueret; Licet enim verum ſit principium, ut ejuſdem rei dominium penes duos inſolidum eodem tempore eſſe non poſſit, attamen id intelligitur, eodem reſpectu ſeu titulo, Secus autem diverſis reſpectibus.

Ideóque in his ſpecialibus terminis, Civitatum, Oppidorum, & Caſtrorum, juxta ea, quæ latiùs deducta habentur *in Romana ſeu Status Eccleſiaſtici infeudationum diſc. præced.* in eodem Caſtro ſeu loco, rectè dari poſſunt duo dominia, etiam ſubordinata, unum ſcilicet ipſius Caſtri, quod importet Baronalem ſeu dominicalem prærogativam, ſubditorum fidelitatem, ſervitium, obſequium, alioſque effectus ex Baronali qualitate, ac Vaſſallaggio reſultantes, alterum verò penes alium reſpectu Juriſdictionis, adminiſtrationis, ac perceptionis fructuum, & emolumentorum. quæ omnia conſiderantur tanquam ex diverſa ab ipſo Caſtro, ejuſque corpore ſubſtantia.

Quinimò eſſe poſſunt diverſæ naturæ, quod nempè Caſtrum ſit feudale, Juriſdictio autem, fructus, &
7 emolumenta ſint allodialia, ita ut iſtorum ſit capax etiam ille, qui eſſet dominii Caſtri incapax, ut in ſpecie *Bald. in cap.*1. *§. econtrario, num.*5. *de Inveſtitura de re aliena Caſtrenſ. conſ.*56. *num.*2.*lib.*2. *& cæteri collecti per Gratian. diſcept.*839. *num.*21. & 22. *Menoch. lib.*3. *præſumpt.*97. *num.*2. *cum ſequent. Roſenthal. de feud. cap.*5. *concluſ.* 6. *Spad. ſeu ſcribentes apud eum conſ.*4. *num.*7. *lib.*1.*Rota deciſ.*100.*num.*14. *cum ſequent. part.*9. *rec. Amicangel. de regal. offi. quæſt.*11. *poſt num* 27. benè ad rem *Anna ſen. alleg.*104. ubi de ceſſione fructuum cujuſdam Caſtri, quod ibi Caſale nuncupatur jure dominii, & in ſolutum.

Quinimò apud *Roſenthal. dicta concluſ.*6. non ſolùm
8 habetur, quod feudum poteſt eſſe unius, & Juriſdictio alterius, ſed etiam quod unus, & idem feudi ſeu Caſtri poſſeſſor, habere poteſt ipſum feudum ab uno ex uno titulo, juriſdictionem verò, fructus, & emolumenta ab alio diverſo titulo; Idque videmus in praxi in pluribus Civitatibus, & locis Regni Neapolitani, quoniam cum alias ipſæ Communitates provocantes ad demanium ſolviſſent Regiæ Curiæ totum pretium feudi, ejuſque fructuum, & emolumentorum, deindeque eadem Curia, ob ejus neceſſitates idem feudum alteri vendiderit, ſeu aliàs pro remuneratione ſervitiorum conceſſerit, adſunt duo Domini, Baro ſcilicet, & Feudatarius quoad præeminentiam quandam dominicalem, aliaque jura ex Baronali qualitate reſultantia, Univerſitas verò ſeu Communitas eſt Domina omnium fructuum, redditutum, & proventuum etiam Juriſdictionis, quinimò in pleriſque locis, etiam juris deputandi ſeu nominandi Officiales, quoniam revera ſunt ſeparabilia, & invicem ſeparata.

Poſito autem dicto compatibili concurſu dominiorum, ceſſabat dicta neceſſitas ex incompatibilitate deducta, referendi dictum contractum ad titulum compatibilem pignoris vel uſusfructus, dum rectè, ut ſupra, referri valet ad dominium, ideóque cauſæ punctus erat in indaganda partium voluntate, quo ſcilicet jure, vel titulo dictam aſſignationem facere voluerint, atque perpenſis, tam verbis, & contextu conventionis, quàm aliis circumſtantiis, clarum videbatur, proceſſum fuiſſe per viam aſſignationis jure dominii, non autem pignoris vel uſusfructus.

Diſtinguendo etenim unam ſpeciem ab altera, quatenus pertinet ad prætenſum pignus, illud in primis
excludebant verba, *ceſſit, dimiſit, aſſignavit, &c.* cum 9
clauſula *ad habendum, &c.* & ſimilibus, quæ, non pignori, ſed alienationi jure dominii conveniunt, ex collectis per *Giurb. deciſ.*24. *num.* 8 *cum ſequent. Cavaler. deciſ.*647. *num.*7. *Leotar. de uſuris, quæſt.*40. *n.*35. & in ſpecialibus terminis conſimilis aſſignationis *Ann. dicta alleg.*104.

Idem ſuadebat ſubjecta materia, quoniam pignus dicitur res, quæ per debitorem datur creditori pro ſe-
curitate, ex deductis *per Mant. de Tacit. lib.*11. *tit.*1. 10
*num.*3. *Merlin. de pignor. lib. primo quæſt. prima, num.*3. & 5. alios allegantes, apud quos omnes præſupponi videtur, pignus dari creditori quantitatis, vel talis ſpeciei, quæ quantitati æquipolleat, itaut intret mutuum verum vel interpretativum, ſine quo non datur uſura, quæ in pignore conſideratur quoad creditorem, ex eo fructus vel aliam utilitatem percipientem; Id autem convenire non poterat præſenti aſſignationi factæ loco annui redditus perpetui, qui conſideratur tanquam ſpecies ſeu res ſtabilis, etiam capax, ut ſuper eo Cenſus vel alter annuus redditus imponi valeat, ex deductis per *Leotar. de uſuris, quæſt.*43. *num.*1. *cum ſequent. de Marin. reſo.*11. *lib.*1. *& alios.*

Potiſſimè attentis verbis, quibus partes uſæ ſunt, 11
quod ſcilicet dicti fructus, proventus, & emolumenta dabantur *loco dicti redditus & in excambium*, quæ verba clarè denotant quamdam permutationem, quæ aliud non eſt niſi cambium rei cum re, vel unius ſpeciei cum altera *Leotar. de uſur. quæſt.*25. *num.*2. Et ſic nil urgere videbatur, quod ſuaderet pignoratitiam qualitatem, præſertim dum conſiderari non poterat fraus uſurarum circà perceptionem fructuum per creditorem pecuniarum, dum dicti fructus & proventus aſſignati, vix adæquabant dictum annuum redditum aſſignatario debitum.

Quo verò ad uſumfructum, quamvis in quadam
parte Inſtrumenti enunciaretur verbum, *uſufructus* ſeu 12
ad uſufructuandum, nihilominùs, ſublata dicta incompatibilitate, hoc verbum non ſemper importat de neceſſitate illum formalem uſumfructum importantem ſervitutem, de quo agitur in *d. l. antiquitas*, cum aptum quoque ſit importare uſumfructum cauſalem, incluſivum etiam dominii & proprietatis, ad *text. in l. Proculus cum ibi notatis, ff. de uſufructu*, & frequenter in ſua materia *ſub tit. de ſervitutibus*; ideóque nil refert adeſſe verbum denotans uſumfructum, utpotè æquivocum, ſed potiùs ſpectanda eſt ſubſtantia veritatis, deſumenda ex ſubjecta materia, aliiſque conventionis verbis & circumſtantiis, ut benè *Aretin. conſ.*10. *ante num.*3. ibi, *quod iſte contractus uſurarius licet ſub alio nomine nuncupetur, attamen eſt contractus emphyteuticus.*

Et

Digitized by Google

Et paulò poſt ibi, *Non enim conſpicitur nomen contractus ad cognoſcendum qualis ſit, ſed potiùs ea quæ conveniunt*, quam auctoritatem in ſpecie ſimilis aſſignationis fructuum aliquorum Caſtrorum expendit *Ann. d. alleg.* 104. *num.* 16. *in fine*, ac etiam benè ratiocinatur *Menoch. conſ.* 201. *num.* 36. *& ſequent.* Quodque, non vocabulum ſeu nomen, ſed natura ſeu effectus attendi debeat ad regulandum contractum *Mantic. de Ta it. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 19. *&* 20. & in terminis verbi, *uſusfructus*, capiendi pro cauſali *in Rheggien. bonorum coram Corrado deciſ.* 387. *n.* 30. *part.* 9. *rec.* confirmata 23. *Januarii* 1647. *coram eodem.*

Ideoque cum præſens aſſignatio facta eſſet per contractum correſpectivum, in locum, & recompenſam Caſtri aliàs præſtandi, ſeu annui redditus Scut. mille, quorum unum vel alterum erat perpetuum ad quoſcunque tranſmiſſibile, idcircò ſubjecta materia clarè oſtendebat, ſubrogatum eſſe debere ejuſdem naturæ, quale id, in cujus locum ſubrogatio facta erat, famulantibus etiam verbis ut ſupra.

Atque ad hunc effectum dicebam conſiderabilem differentiam ponderatam *in dicta deciſ.* 9. *Junii* 1664.
13 inter ultimas voluntates & contractus, non quidem, ut per unam ſpeciem importet ſervitutem perſonalem cum vita extinguibilem, & per alteram importet eandem ſervitutem perpetuam; ſed ad illum effectum, quod in diſpoſitionibus per ultimam voluntatem, tam à frequentioribus uſu, quàm etiam ab ea ratione, quod ille, in quem diſponitur ſoveat cauſam merè lucrativam, faciliùs interpretatio facienda ſit pro uſufructu formali importante ſervitutem perſonalem in perſona legatarii, & ad ſummum primi hæredis terminandum pro impedienda ſervitutis prorogatione, ſecus autem ubi per contractum, præſertim correſpectivum, & cujus cauſa ſit perpetua, ex recepta propoſitione, quàm generaliter in contractibus, frequentiùs verò in emptione & venditione receptam habemus, ut ex quantitate pretii, ſeu ex cauſa correſpectiva contractus, deſumendum ſit quid in illum ſit deductum.

Et quamvis his etiam poſitis, ita ut ageretur de aſſignatione dictorum fructuum & emolumentorum per viam Dominii, adhuc tamen auctores motivi inſiſte-
14 rent in identitate rationis *text. in d. l. antiquitatis*, ne ſcilicet ita proprietas perpetuò inutilis remaneat, & quam eſſe germanam rationem dicti textus advertit *Caſtill. de uſufructu, cap.* 61. *num.* 18. nihilominus, ultra quod communis opinio per eundem *Caſtill.* conſeſſata, non iſtam aſſignat rationem, ſed alteram reſultantem à natura uſusfructus, ac ad evitandam tantam juris correctionem, ſeu dictæ naturæ impropriationem, idque potiùs ex motivo voluntatis, quæ eſt ratio rationis, cum ea concurrente in contrarium pro duratione, attendi debeat diſpoſitio *text. in l. in annuis, Cod. de legatis.*

Adhuc tamen, attenta quoque dicta prima ratione
15 tradita per *Caſtill.* ceſſabat applicatio ad factum, ut ſcilicet, poſita perpetuitate dictæ aſſignationis, proprietas non remaneret perpetuò inutilis, quoniam in hujuſmodi Caſtris, ſeu feudis, & bonis Juriſdictionalibus, etiam ſine fructibus, ac ſine Juriſdictione, quæ ſint penes alterum, illorum dominium eſt ſatis conſiderabile ac proficuum, tum ex honorifica & præeminentiali qualitate Baronali, ſeu domicellaria & magnatitia ex hujuſmodi dominio reſultante, tum à fidelitate Vaſſallorum eorumque ſervitio in neceſſitatibus, ac jure exigendi adjutorium; Tum præſertim ex jure habendi ſub ejus cuſtodia, & devotione Arces & fortalitia, quod attenta illorum temporum conditione, & qualitate ſitus illorum Caſtrorum, præſertim illius Vicovarii, erat ſatis conſiderabile, ac pretio æſtimabile itaut, ſatis expediret id habere, nedum abſque fructibus, ſed etiam cum notabili propria impenſa, ut praxis docet in feudis Plumbini, Caſalis, Monarchi, Sablonetæ, cum ſimilibus, in quibus Reges quamvis non Domini feudorum, nulloſque redditus habentes cum magno ſumptu milites præſidiarios tenent; Atque aliàs dicebam, quod eſſet redarguere feudiſtas, de quibus ſuprà de aperta fatuitate, dum firmant poſſe dari Caſtrum in feudum ſine Juriſdictione, & ſine fructibus, ac bonis, ſumpto ipſo Caſtro pro ſolo recinctu habitationis hominum juxta *conſ.* 121. *Oldrad.* de quo *in Maſſanen. Caſtrorum hoc eod. tit.* ubi ad explicatur.

Motivabant aliqui de *text. in l. penult. in fine, ff. de contrahen. emptione*, ubi diſponitur, venditionem ſubſiſtere non poſſe, ſi conveniatur rei dominium in em- 16
ptorem non transferri, ideóque reſolvi, vel in locationem, vel in pignus, vel in emphyteuſim, ſed ex præmiſſis reſultabat reſponſio, quod ſcilicet ceſſabat applicatio ad factum, ob veram tranſlationem dominii cum dicta reſervatione compatibilem, ſtante reſpectuum diverſitate ut ſupra.

Diſputatum quoque fuit, an tempus ſexennii conventum pro dictorum Caſtrorum ſeu fructuum redemptione, ſtaret taxativè ad limitandum contractum, vel potiùs facultativè, & in gratiam aſſignantis, ne prius ad hujuſmodi redemptionem cogi poſſet, ſed hic videbatur punctus facti, ex verborum ſenſu de facili decidendus, ut ſtaret potiùs gratia dilationis.

† Siluit iſta cauſa ad plures annos atque reaſſumpta de Menſe Junii 1673. coram Taja ſubrogato, altera parte non informante dilata fuit reſolutio, quæ expedita eſt.

CIVITATIS CASTELLI CONTRRIBUTIONIS,

Pro COMITIBUS UBALDINIS

Cum CAMERA

Caſus diſputatus coram Theſaurario, ſeu Congregatione Camerali abſque reſolutione.

Quando Domicelli, ſeu Domini inferiores Caſtrorum, ſub aliqua ſuprema Papæ poteſtate exiſtentes, habere dicantur jura regalia, & jus collectandi Vaſſallos, privativè quoad ipſum Papam ita ut ad hunc effectum collectarum, aliorumque onerum, non dicantur de Statu Eccleſiaſtico, neque ſub ejus nomine veniant; Et quæ loca ſub iſta nuncupatione Statu Eccleſiaſtici veniant.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Jus collectandi Vaſſallos competit potiùs Domino immediato, quàm immediato, & Superiori, & n.* 6.
3 *Datur diſtinctio plurium ſpecierum Status Eccleſiaſtici, & qua dicantur de mediato, vel immediato, ac de ſubdiſtinctione mediati.*
4 *Explicatur conſil. Abb. & præſumptio feudalitatis in Caſtris, & locis Status Eccleſiaſtici.*
5 *Conſtitutiones aliæque proviſiones Apoſtolicæ loquentes de Statu mediato, & immediato, de qua ſpecie intelligendæ ſint.*
6 *De eadem concluſione, de qua num.* 2. *quæ declaratur.*
7 *Quando non intret præſumptio, de qua num.* 4.

DISCURSUS LXIII.

PRætendente Theſaurario Status Urbini, cogere 1
communitates Apiculi, & Petrægiallæ ad ſolutionem gabellæ Macinæ, & contributionem utenſilium Ferrariæ, aliaque onera ſupportanda, cum Comites Ubaldini dictorum Caſtrorum Domini ſe opponerent huic novitati, (dum nunquam dictus Theſaurarius ad hujuſmodi

hujuſmodi exactionem aliàs proceſſerat) opinantes Camerales id prætendi ex aliquo exemprivo privilegio, allegabant Conſtitutiones omnium exemptionum ampliſſimè revocatorias, præterquam ex cauſa verè oneroſa, & correſpectiva, Pauli V. Innocentii V. Alexandri VII. & aliorum Ponrificum, de quibus præſertim *in Sabinen. exemptionis Roccha antiqua ſub tit. de regalibus ad materiam Vectigalium*, ita ut hoc non probato, dicerent fundatam eſſe dicti Theſaurarii iotentionem ſuper dictis oneribus, in univerſo Statu Eccleſiaſtico mediato & immediato impoſitis, & prout in ſpecie alia loca dicti Status Urbini ſupportabant poſt devolutionem.

Ex parte autem dictorum Comitum ſcribens coram Theſaurario Generali, ſeu congregatione Camerali, dicebam hujuſmodi oppoſitionem, nun fieri per Communitates, & populos, allegantes exemptionem paſſivam ex aliquo privilegio, vel conceſſione, ut erat caſus, de quo *in allegata Sabinen. exemptionis*, in quibus terminis intrant dictæ Conſtitutiones revocatoriæ, ſed erat ex parte Dominorum, prætendentium jus activum collectandi dictos populos, ad ipſos utpotè poſſeſſores omnium aliorum regalium pertinere, ita ut (exceptis alto dominio, & majori ſuperioritate in quibus ſe Papæ ſubditos, & Vaſſallos abſque dubio agnoſcebant, reliqua omnia ſpectarent ad ipſos,) unde propterea populi non debebant duplici collectanti eſſe ſubjecti.

In concurſu autem duorum Dominorum, Superioris ſcilicet mediati, ac inferioris immediati, exceptis aliqtibus caſibus in jure limitatis, id competit potiùs
2 immediato *Iſernia in cap. unico, quæ ſint regalia verbo extraordinaria num. 59. Afflict. ibidem num. 13. & ſequent. Borell. de præſtantia Regis Catholici, cap. 20. num. 45. Roſenthal. de feud. cap. 5. concluſ. 15. num. 2. & per tot. Spada conſ. 1. num. 70. lib. 1.* benè in ſimilibus terminis *Menoch. conſ. 32. num. 40. & ſequent. & conſ. 901. num. 58.* ubi allegantur *Cuman. conſ. 162.* & cæteri, & habetur deductum *in Eugubina Juris collectandi pro Com. de Benis diſc. ſeq.*

Ad dignoſcendum autem, quod ſub nomine Status Eccleſiaſtici mediati, & immediati, non venirent iſta Caſtra, quamvis caſus, ob illorum exiguitatem, non eſſet tanta dote dignus, nihilominus, quia eadem eſt
3 juſtitia, eademque Juris diſpoſitio in parvis, ac in magnis; dicebam longam eſſe differentiam inter illa Caſtra, & loca, quæ ſunt intra Provinciam nuncupatam Patrimonium B. Petri, ſeu aliàs undique circumdata ſunt ab ea ditione, quam non dubitetur eſſe Statum Eccleſiaſticum, & ea, quæ inſinuata ſunt in confinibus, ſeu adjacentiis aliarum ditionum, ſeu dominiorum, quod antiquitus dubitari poterat, an eſſent de Statu Eccleſiæ, vel ne, quia nempe poſſiderentur ex Imperialibus Inveſtituris, vel quia (ut illorum temporum conditio dabat) à nemine recognoſcerentur, ut de pluribus Caſtris poſſeſſis per familiam de Malateſtis, quæ à nemine recognoſcebat, habetur *in Ariminen. Caſtrorum hoc eod. tit.* & in aliis.

Primo caſu cum per neceſſarium antecedens præſupponendum ſit primordiale, ſeu originale dominium
4 Papæ & Eccleſiæ Romanæ, quodque non alias quàm ex iſtius conceſſione, in inferiorem, Caſtrorum & locorum dominium & poſſeſſio devenire potuerunt, rectè intrat *conſil. 82. Abb. part. prima cum aliis per Spad. conſ. primo, lib. primo*, ſuper hujuſmodi locorum feudalitate in genere, ſolumque cadit quæſtio ſuper ejuſdem feudalitatis qualitate, an ſcilicet illa eſſet recta & propria, juxta leges ſeu conſuetudines feudales ſtrictè regulanda, quoad devolutionem, ſervitium, aliaque onera, vel potiùs eſſet feudalitas corrupta, ſeu remota, & impropria, per quam adeſſe dicatur in Papa dominium directum cum Superioritate, regalibus, aliiſque juribus, quæ in locis infeudatis Principi directo Domino competunt, remanente penes inferiorem dominio utili, ad inſtar feudi, iſtius tamen natura impropriata, quoad ſucceſſionem, devolutionem, ſervitium, & alia hujuſmodi, ita ut ad iſtos effectus, naturam ſapiat allodii, non tamen illius veri & proprii, per quod in Juriſdictionalibus non niſi ſolus Deus recognoſci dicitur.

Et ſic, ut frequenter in aliis dicere conſuevi, hujuſmodi Caſtra & loca, quæ per Barones Romanos frequentius poſſidentur juxta ſpeciem allodii magis quàm feudi quia nempè ſine Inveſtitura, ſine ſervitio reali vel perſonali, ſine juramento fidelitatis, ac demum ſine obligatione renovationis; Et econtra cum facultate alienandi, vel tranſmittendi in quoſcunque, abſque alio impedimento, quàm ex illo reſultante à Conſtitutione tertia Sixti V. aliiſque ejus confirmatoriis & ampliativis, conſtituere dicuntur quandam tertiam ſpeciem, ſeu quoddam mixtum participans de feudo, & de allodio, quia ad certos effectus ſunt feudalia, & ad alios ſunt allodialia, & hic eſt verus & proprius ſenſus *Abb. d. conſ. 82.* circa feudalitatem, ad effectum ſcilicet Superioritatis Papæ, ac appellationis, & recurſuum ad eum, una cum regalibus majoribus Principatui annexis, & quæ ab illo divelli non poſſunt, nec debent, atque ad idem tendunt deducta in voto Robuſterii, *de quo dec. 27. poſt ſecundum volum. conſ. Farin. cum aliis per Spad. d. conſ. 1. lib. 1.*

In hac verò Caſtrorum, & locorum ſpecie, intrat diſtinctio ſuper qualitate conceſſionis, an ſcilicet iſta fuerit in feudum Dignitatis ſuperioris ordinis cum jure Principatus, ac regalibus etiam majoribus, retento ſolùm alto dominio, illaque ſuperioritate, quæ vulgò *ſouranità* dicitur, ut erant quoad Papam, Ducatus Ferrariæ, & Urbini, & nunc ſunt illi Parmæ, & Placentiæ, &c. ac etiam reſpectu Imperatoris ſunt Ducatus Mediolani, Mutinæ, Mantuæ, & ſimiles, vel potiùs ſit jure ſimplicis Baroniæ, ſeu domicellariæ qualitatis abſque regalibus, & cum omnimoda ſubordinatione, ut ſunt illi, quos Barones, ſeu domicillos dicimus, ac generaliter ſunt omnes Barones, & titulati utriuſque Siciliæ Regno quoad Regem ſubinfeudantem.

Qua diſtinctione retenta, Status temporalis Eccleſiæ, diſtinguitur in tres ſpecies, quarum una conſtituit ſtatum immediatum, conſiſtentem in illis civitatibus, Oppidis & Caſtris, quæ per ipſum Papam, ejuſque Præſides, & Gubernatores ab ipſo ad tempus deputari ſolitos, immediatè reguntur; Secunda ſpecies conſtituit mediatum proximum, ſeu improprium, ac minus remotum, conſiſtentem illis Caſtris & locis, quæ poſſidentur per Barones, & Domicellos inferioris ordinis abſque regalibus, & cum totali ſubjectione; Tertia verò conſtituit ſtatum propriè, & verè mediatum, conſiſtentem in illis Civitatibus, & locis, quæ data ſunt in feudum dignitatis, cum Jure Principatus, & omnibus regalibus, ut ſunt Ducatus ſupra exemplificati cum ſimilibus.

Quando igitur Conſtitutiones Apoſtolicæ, aliæque proviſiones loquuntur de univerſo Statu Eccleſiaſtico, tam immediato, intelligendæ veniunt de prima & 5
ſecunda ſpecie, non autem de tertia, ut inconcuſſa obſervantia docet, tam quoad ſubſidium triennale, aliaque vectigalia, & onera, quàm quoad monetas, extractiones frugum, appellationes, ſeu recurſus; Quinimò etiam quoad Conſtitutionem Egidianam, & quoad Bullam Baronum, ut præſertim de iſta habetur actum *in Romana pecuniaria d. Pallavicinis hoc eod. tit. ad materiam Bullæ*; Et quod Conſtitutiones Apoſtolicæ non afficiant Statum datum in feudum Dignitatis, & cum Jure Principatus *Burſat. conſ. 189. num. 39. & ſeqq. Menoch. conſ. 1156. num. 28.*

In tertia enim ſpecie, jus collectandi, aliaque regalia, pertinent ad immediatum Dominum, non autem 6
ad mediatum, juxta deducta *per Fellen. jun. conſ. 5.* ubi de Duce Parmæ, & Placentiæ, ac admittitur *per Surd. conſ. 205.*

Digitized by Google

*conſ.*102. ubi contrarium in Baronibus, & domicellis inferioris ordinis, *& Ciriac. controv.*580. *num.*6. *&* 7. *& habetur in Eugubina diſc. ſeq.* & hæc quoad ea loca, quæ non dubitatur eſſe in ditione temporali Eccleſiæ, ita & taliter, quod per neceſſarium antecedens præſupponenda ſit originaria conceſſio per eandem Eccleſiam inferioribus Dominis, & poſſeſſoribus facta.

In altero autem caſu, in quo, ut ſupra, agatur de illis locis, quæ in confinio aliorum Principatuum, &
dominiorum exiſtentia, incertum ſit, an antiquitus
7 eſſent de ſtatu, ſeu ditione temporali Eccleſiæ, vel ne,
ita ut ceſſet dicta ratio, cui innituntur *Abb. d. conſil.*82. *& ſequaces*, quod ſcilicet poſſeſſores non niſi ea Eccleſiæ conceſſione obtinere potuerint, cum poſt ſciſſum Romanum Imperium, ac Italiæ occupationem à Longobardis, & reſpectivè Normandis, plures adeſſent etiam Domicelli, aliqua Caſtra, & bona, in locis præſertim montuoſis, & à natura benè munitis poſſidentes, à quocumque independenter, jure veri allodii, qui tamen non valentes potentioribus reſiſtere, voluntariè ſe dederunt protectioni, & ſuperioritati Papæ, vel alterius Principis adjacentis, juxta caſum, de quo *in dicta Ariminen. Caſtrorum hoc eod. tit. cum ſimilibus*; Et tunc, non intrant conſilium Abbatis, neque ea, quæ de ſtatu immediato, vel mediato juxta ſecundam ſpeciem ut ſupra habentur, ſed omninò deferendum eſt, obſervantiæ, atque attendenda eſt illa ſola Superioritas, quam voluntaria deditio, cum ſubſequuta obſervantia præbeat, cum ceſſante dicto præſuppoſito antiquæ conceſſionis, & dependentiæ, ceſſent omnes rationes quibus *Abb. Spada, & cæteri* innituntur.

De hac ſpecie, dicebam eſſe hujuſmodi Caſtra in illis montibus exiſtentia, quæ utpote ob ſuas aſperitatem, ab ipſa natura benè munita, in illis Italiæ calamitatibus, ac tot ſciſſuris, ſe conſervare potuerunt immunia ab aliorum incurſionibus & dominiis, ſub eo, qui pro illius reſpectivè populi capite, & rectore ſe gerebat, accedentibus etiam fortè ad cohoneſtandam poſſeſſionem, inveſtituris Imperialibus, de facili tunc dari ſolitis, quia per Imperatores in Italiam venientes, libenter donabatur id, quod haberi, ſeu vendi non poterat, ut docet obſervantia de locis adjacentibus, præſertim Sancti Marini pro Republica ſe gerentis, & de Dominis montium S. Mariæ, & montis acuti cum ſimilibus, unde quando Duces Urbini effecti fuerunt potentes, iſti parvi Domini eidem ſe dederunt in quandam protectionem & ſubjectionem juramentum fidelitatis præſtando, non autem ab eo locorum conceſſionem obtinendo, dum eorum dominium, & poſſeſſio erectionem Ducatus longè præcedebant, præſertim in iſta familia Ubaldina ex iis, quæ habentur *in Eugubina Caſtri pro Comitiſſa de Cantalmajis hoc eod. tit. diſc.* 6.

Hinc obſervantia dedit, ut in facto juſtificabitur, quod Duce Urbini omnes collectante pro portu, & muris Piſauri, & Senogalliæ, à quibus muneribus, conſuetudo erat, neque eximendi illos ſubfeudatarios, quibus etiam jus collectandi vaſſallos concedebatur, nunquam iſtorum Caſtrorum communitates, & populi hujuſmodi, vel alias collectas paſſi ſunt; Item bannitos affidare, hebræos recipere, ſaltem vendere, pulverem, & nitrum fabricare conſueverunt, independenter ab appaltatore Ducis, ad quem appellationes, ſeu recurſus non dabantur cum ſimilibus denotantibus poſſeſſionem jure allodii, cum ea ſola ſubjectione, quam dicta deditio in protectionem importabat; Et ſic non negabant præfati Ubaldini, ſe eſſe Papæ, & Eccleſiæ ſubditos, dictaque eorum Caſtra haberi, ac ſi de Statu Eccleſiaſtico, quoad altum dominium, & majorem ſuperioritatem, ſed quoad reliqua dicebatur, illa non venire ſub hujuſmodi generalibus diſpoſitionibus, præſertim quoad jus collectandi, quod ipſis potiùs, quando caſus indigentiæ daret, competit; Non tamen potuit huc uſque maturum, ac determinatum judicium deſuper efformari, cum viſum non ſit, quid in contrarium per Camerales diceretur, ut relinquitur integer locus veritati, ad quam eruendam hæc ſcribendo, tanquam Advocatus deducebam.

† DE contentis in hoc diſcurſu, agitur etiam ſupra, *diſc.*2. *&* 56. & infra *in Nullius, ſeu, &c. diſc.*120. ubi de eadem diſtinctione inter feudum receptum ab infeudante, & illud, quod per voluntariam deditionem receptum eſt in re propria.

EUGUBINA COLLECTARUM

Pro COMITIBUS DE BENIS

Cum CAMERA APOSTOLICA.

Caſus reſolutus per Congregationem Cameralem pro Camera.

Dominus directus mediatus, an poſſit in Caſtris, & locis ſubinfeudatis collectare vaſſallos, vel potiùs id pertineat ad Dominum immediatum, & an devoluto feudo, jus collectandi conceſſum ſubfeudatario expiret, vel poſſit revocari; Et de quibus regalibus poſſit Feudatarius ſubinfeudare.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Vaſſalli non debent duplici onere gravari, & ideò ſi Feudatarius exigit collectas, non poteſt eas imponere Dominus.*

3 *Dominus directus non poteſt in locis infeudatis facere ea, quæ facere poteſt feudatarius, quia eſſet illum turbare in dominio utili & perceptione fructuum.*

4 *Princeps ſeu Dominus directus poteſt à ſubvaſſallis exigere Collectas, quando feudatario non ſunt conceſſa.*

5 *Barones, & feudatarii an & quando poſſint indicere & exigere collectas.*

6 *Succeſſor in Principatu an poſſit revocare ſubinfeudationes, conceſſiones vel alienationes factas per prædeceſſorem.*

7 *Devoluto feudo, quamvis remaneat & duret ſubfeudum, an durent ceſſiones regalium ſubfeudatario incongrua.*

DISCURSUS LXIV.

SUbinfeudavit in tempore habili Dux Urbini Co-
mites de Benis de caſtro Caſtilioni, cum vectigali- 1
bus, collectis, & gabellis quibuſcunque tunc extantibus, ac jure illas denuò indicendi, exceptis illis, ſalis & fabricæ Piſauri & Senogalliæ, nec non extractiones frugum, ac hoſpitio & tranſitu militum &c. Cumque devoluto per mortem Ducis ſtatu ad Sedem Apoſtolicam præfati Comites, præſtito dictæ Sedi juramento fidelitatis, una cum aliis legitimè ſubinfeudatis, continuerint in conceſſionum fruitione, poſt aliquod tempus prætendere cœperunt camerales exigere in dicto comitatu onera cameralia, præſertim augmentum ſalis, aliaſque collectas ob belli neceſſitatem impoſitas unde dubitatum fuit quid juris.

Fundata videbatur intentio ſubfeudatarii, quia dum
jus exigendi, ac indicendi ſubvaſſallis collectas & ve- 2
ctigalia eſt ſibi conceſſum, non poteſt Dominus directus eandem exactionem, ac indictionem facere, ex duplici vera concluſione, una nempè, quod vaſſalli non debent dupliciter gravari, & collectas ſolvere Domino immediato & mediato, ideo ſi uni ſolvunt, ab altero moleſtari non poſſunt *ex theor. Iſernia communiter*

Digitized by Google

muniter recepta in cap. primo verſ. & extraordinaria, num.59. quæ ſint regalia, ubi Afflict. num.24. Menoch. conſ.32. num.42 & ſequent. Borell.de præſtantia Regis Catholici, cap.20. num.45.

Altera, quia Dominus directus non poteſt in locis in-
3 feudatis facere ea, quæ feudatarius facere poteſt, quia eſſet impedire exercitium utilis dominii, & perceptionem fructuum, contra formam conceſſionis, quæ cenſetur in hac ſpecie, potiùs privativè, quàm cumulativè, ut benè in ſpecialibus terminis vectigalium & collectarum *Roſenthal. de feud. cap.5. concl.15. n.2. & per tot.* & generaliter admittunt, quamvis pro Domino directo ad aliud propoſitum ſcribentes, *Natt. conſ.580. n.4. & Surd. conſ.210. num.36. 40. & 56.* quod etiam comprobat *Bellon. jun. conſ.5. num.25.* & latè pro Duce Ferrariæ contra Cameram Apoſtolicam in terminis vectigalis tranſitus ſalium *Menoch. conſ.901. num.58.*

Et quamvis multi Doctores velint, Principem ob neceſſitatem poſſe imponere collectas ſubvaſſallis, ut
4 latè probant *Guid. Pap. decif.551 Natt. conſ.487. n.13. & ſequent.* & cæteri congeſti *per Surd. dicto conſ.210. num.33.* hoc tamen intelligitur, ubi feudatario conceſſum non eſt jus exigendi, & indicendi collectas & vectigalia, quod ſub generica conceſſione facta ſubvaſſallo & feudatario cum ſimplici jure Baroniæ non venit, ſed remanet penes Principem, tanquam de regalibus.

Unde propterea in Regno Neapolitano, jus indicendi collectas ſoli Regi competit, & Barones non poſſunt exigere vel indicere, niſi ex privilegio vel legitima conſuetudine particulari acquiſierint, *ex latè deductis per Borell. de præſtantia Regis Catholici d. cap.20. num.26. & ſequent. Franch. decif.56.* ubi benè declaratur, quando Baroni jus exigendi collectas competat, ſecus autem ubi tale jus feudatario expreſsè conceſſum fuit, quia tunc procedunt de plano ſupradictæ concluſiones.

Pro parte verò Cameræ, non multum inſiſtebatur ſu-
6 per præmiſſis, quæ in ſuis caſibus Camerales agnoſcebant habere probabile fundamentum, ſed dicebatur hujuſmodi conceſſionem, tanquam de regalibus, ac ſimplici ſubfeudatario, & domicello ſubordinato incongruam, poſſe revocari per ſucceſſorem, multo magis per Principem & Dominum directum, *ut per Bald. in tit. de pace Conſtantiæ, §. amplius num.2. Afflict. in rubr. quæ ſint regalia, num.62. & ſeqq. Boſſ. de Principe, num.484. & de regal. num.32. Surd. conſ.210. num.62.*

Replicabam tamen Ego pro parte Comitum, id procedere, ubi ageretur de conceſſione regalium majorum, quæ ſunt reſervata Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis & alti dominii, quaſi quod tunc per hujuſmodi conceſſionem videatur ſcindi vel diminutionem pati, ſeu notabiliter præjudicari ipſa Corona ſeu Principatus, ſecus autem ubi tractatur de regalibus minoribus, quæ ſine præjudicio Principatus, & ſupremæ poteſtatis poſſunt penes Baronem & feudatarium reſidere, prout ſunt hujuſmodi jura reſpicientia potius materiam burſalem quàm honorificam, ita ut diſtinguendo habetur apud *eundem Surdum conſ.210. num.62. Maſtrill. de Magiſtr. lib.3. cap.18. per tot. præſertim num.53. & 54.* & benè *Menoch. conſ.962. num.17. & ſequent.* ubi tres conſtituit caſus in alienatione ſeu conceſſione facta per Principem, unus eſt, ubi alienat Civitatem, fortalitium, vel rem notabilem, ex cujus alienatione Regnum vel Principatus enormiter læditur, & tunc licet ſucceſſori revocare, Alter ubi alienat Caſtrum vel Oppidum, modicæ quidem conſiderationis, ſed cum 5
omnimoda Juriſdictione, etiam Superioritatis & alti dominii, nihil pro ſe retinendo, & licet *Menoch.* probare conetur alienationem non eſſe revocabilem, contrarium tamen verius dicendum eſt, quia ſi intereſſe burſale eſt modicum, eſt tamen ſatis conſiderabile præjudicium, diſmembrando à Principatu altum dominium, & jura Principatus in eo loco, in quo alienans ſibi facit æqualem, quem facere non poteſt, nec debet; Tertius demum eſt, ubi retento dominio, ac retentis etiam concernentibus jura Supremi Principatus, & regalibus majoribus, conceditur caſtrum cum juribus, & regalibus minoribus, & tunc quia modicum eſt præjudicium, non intrat facultas revocandi, quia ceſſat ratio deturpationis, vel ſciſſuræ Principatus, & videtur diſtinctio vera, de qua etiam inter regalia majora, & inſeparabilia, & minora, ſupra *in Lucana hoc tit.* Undè propterea, ſi ageretur de Duce Urbini ſucceſſore, qui vellet dictam conceſſionem revocare, credebam tutè pro dictis Comitibus poſſe reſponderi.

Difficultas autem mea erat, ſtante feudi devolutione, per quam intrabat regula, quod reſoluto jure datoris, reſolvitur jus acceptoris, de qua in terminis devolutionis hujus ſtatus actum eſt *in Senogallien. Caſtrorum hoc tit.* Et licet ubi ſubinfeudatio eſt legitimè facta, verius ſit, non obſtante devolutione ſubfeudum durare, atque Dominum teneri recipere ſubinfeudantem, qui ei ſervire ſe offerat, *ut in eadem Senogallien.* ac ita de facto, in iſto ſubfeudo, & aliis ejuſdem ſtatus obſervantia docuit, attamen id rectè procedere dicebam reſpectu juriſdictionis baronalis, & emolumentorum Caſtri, aliorumque jurium, quæ ſint congrua ſimplici Baroni, & ſubfeudatario inferioris ordinis remanentis ſub obedientia, & totali ſubjectione feudatarii; Secus autem reſpectu juris exigendi, & indicendi vectigalia, & collectas privativè ad Principem, & Dominum directum, quia hoc jus de regalibus, hujuſmodi domicellis, & ſubvaſſallis inferioris ordinis incongruum, cum importare videatur quandam Principatus, & ſupremi dominii diviſionem, vel diminutionem in inveſtitura expreſsè prohibitam *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.3. c.10. num.119 & 142.*

Potiſſimè quia in inveſtitura prohibita eſt ſubinfeudatio Civitatum, vel fortalitiorum, ſolumque conceſſa de Caſtris, & locis modicæ conſiderationis; Unde clarum reſultat argumentum voluntatis Pontificis concedentis, ut Duces facere poſſent conceſſiones modici præjudicii, fieri ſolitas, tanquam ſpecies excadentiarum, ac ſibi conſtituendos milites & Domicellos, & per quas Principatus, vel feudum nullam pati dicatur diviſionem, vel diminutionem, non autem, ut licitum eſſe debuerit concedere in præjudicium Domini ea, quæ ſunt de regalibus, & percutiunt directè jus Principatus, ideóque ex his valdè dubitabam de jure dictorum Comitum, contra quos circa exactionem vectigalium, præſertim impoſitorum poſt devolutionem, fuit reſolutum, & practicatur, ſtantibus præſertim Conſtitutionibus apoſtolicis revocatoriis quarumcunque exemptionum.

Ea verò, quæ per Baronem, & feudatarium, vel ſubinfeudatum fieri, & exerceri, non poſſunt, ut rectè fieri, & exerceri poſſint per Principem, & Dominum mediatum, ut præſertim ſunt regalia, plenè ac doctè, licet non abſque aliqua ſuperfluitate, probat *Surd. dicto conſ.210.* quod eſt in materia magiſtrale, & ita de facto ubique ſervari videmus.

† CONtenta in hoc diſcurſu, pertinere potiùs videntur ad materiam Regalium, de qua Libro ſequenti ſuper re, ſeu facultate collectandi; Quam regulariter non habent Barones, & feudatarii inferiores, quibus conceſſa non cenſentur jura Regalia, utpotè annexa Principatui, quoties per viam limitationis regulæ, non accedat Principis privilegium explicitum vel implicitum, quod in vim immemorabilis, vel centenariæ allegari poteſt, juxta *decif.56. Franchi*, ut pluries inſinuatur, præſertim *diſc. præcedenti*, ac propterea, ut ibidem inſinuatum eſt, quæſtio remanet potiùs facti, quàm juris, pro diverſis Principatuum, vel Regionum moribus, ideóque incapax regulæ generalis, cùm totum faciat conſuetudo.

SABINEN. STATUS MONTIS LIBRETTI

Pro DUCE BRACCHIANI

Cum PRINCIPE PRÆNESTINORUM.

Caſus deciſus per Rotam contra Ducem, & pendet.

De materia evictionis præſtandæ in venditione feudorum ſeu Caſtro, quando & ad quid intret ejus obligatio.

Et aliqua de angariis, & perangariis, ac de jure lignandi, & paſcendi competenti vaſſallis, & incolis in ſylvis, & bonis ſpectantibus ad Baronem, ſeu Caſtri Dominum.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Peritus deputatus ad æſtimandum Caſtrum ſeu aliud Corpus univerſale, an teneatur æſtimare diſtinctè ſingula membra.*

3 *Reſolutio cauſæ, ut venditor teneatur litem ſuſcipere.*

4 *Venditor feudi vel univerſitatis de quibus teneatur præſtare evictionem ſeu veritatem.*

5 *Ubi venditor declarat de quibus vult teneri, tunc dicitur nolle teneri de aliis.*

6 *Venditor tenetur de veritate narrativa.*

7 *Angaria, & perangaria exigunt privilegium vel immemorabilem, quia ſervitia, præſumuntur exacta per vim, & num.* 12.

8 *Angaria ſunt de regalibus, declaratur, n.* 13.

9 *Dominus loci tenetur permittere vaſſallis uſum lignandi, aquandi, & paſcendi, quæ non important onus vel ſervitutem.*

10 *Vendens rem, quam poſſideat pro parte, cenſetur ſolum vendere jus, quod habet.*

11 *Quando jus videatur deductum ad ſpeciem, ita ut debeatur evictio ſeu veritas.*

12 *De eadem concluſione, de qua num.* 7.

13 *Declaratur concluſio, de qua num.* 8.

14 *Poſſeſſio temporis conſiderabilis eſt manutenibilis non obſtante juris reſiſtentia.*

15 *Quando in angariis, & ſervitiis obſtet mala præſumptio violentia.*

16 *Quid dicta mala præſumptio non intret in Statu Eccleſiaſtico.*

DISCURSUS LXV.

VEndidit anno 1644. Dux Ferdinandus Urſinus Statum Montis Libretti, ex pluribus terris, & caſtris conſtitutum, Principi Thadeo Barberino, pre-
1 cio convento, ad rationem ſcutorum centum in forte pro ſcutis duobus cum uno quarto fructuum, ad æſtimationem peritorum communiter eligendorum, declaratione adjecta, quod frumentum æſtimari deberet ad rationem Juliorum 57. pro quolibet rubro, comprehenſo jure cogendi vaſſallos, illud proprio ſumptu aſportandi ad flumen Tyberis, de quo jure nulla per peritos in æſtimatione ratio habenda eſſet, & cum promiſſione evictionis, ac liberationis à moleſtiis quoad redditus, proventus, & alia à peritis æſtimanda.

Diſcordantibus autem in æſtimatione peritis hinc inde electis, deventum eſt ad electionem tertii, qui conſideratis omnibus conſiderandis, non facta ſingulorum corporum, & reddituum diſtinctione, dictum ſtatum æſtimavit in ſcutis monetæ undecies centenis, & ſexaginta mille, quorum partim voluntariè partim coactè Judicis auctoritate ſubſequuta ſolutione, cum vaſſalli primo anno obedientes, deinde recuſaſſent frumentum Domini ad flumen proprio ſumptu aſportare, atque Communitas Montorii, quod eſt unum ex caſtris dicti Status, prætenderet aliquas ſylvas à Domino poſſeſſas eſſe ſuas, ſive in eis competere civibus, & incolis jus lignandi, & paſcendi, multaque alia corpora, & bona prætenderentur deficientia; Hinc emptor dictas moleſtias venditori judicialiter intimando, litem ſuper liberatione ab illis uſque ab anno 1646. introduxit coram A. C. ubi pendebat cauſa ſolutionis pretii, à quo per viam appellationis devoluta fuit ad Rotam.

Verùm quia promiſſio evictionis ac liberationis à moleſtiis non erat generica ſuper omnibus in venditione expreſſis, ſed reſtricta ad redditus, proventus & alia à peritis æſtimanda, idcircò prævidens emptor difficultatem, quodque ſibi incumberet onus probandi, redditus ſuper quibus moleſtias patiebatur, vel eos quorum deficientiam prætendebat, comprehenſos eſſe in æſtimatione, generaliter, & in confuſo facta, aſſumpſit tam contra emptorem, quàm contra eundem peritum articuli diſputationem, an dictus peritus teneretur, & cogi poſſet ad dandam æſtimationem diſtinctam ſingulorum corporum, & bonorum, eorumque fructuum, & proventuum, eoque acerrimè diſputato, bis Rota reſpondit pro emptore, peritum ſcilicet teneri ad dictam relationem, ut liquet ex pleniſſimis *deciſionibus 26. Junii 1652. & 12. Januarii 1654. coram Dunozetto* quarum prima eſt 328. *part.* 11. *recent.* earumque præcipuum eſt fundamentum, quod cum evictionis, manutentionis, & liberationis à moleſtiis promiſſio reſtricta ſit ad fructus, & redditus à perito æſtimandos, non poſſet aliàs emptor abſque dicta diſtin-
ctione in caſu evictionis vel moleſtiarum adverſùs ven- 2
ditorem agere, ut conſtat ex deciſionibus, in quarum diſputationibus ego non ſcribebam.

Deventum inde fuit inter dictas partes ad concordiam, per quam ſolutis per venditorem emptori ſcutis 60. m. renunciatum eſt ulteriori dictæ litis proſequutioni, ac juri cogendi peritum ad dictam relationem, præſervatis tamen emptori juribus ab initio in judicium deductis ſuper dictis moleſtiis, præſertim ſuper angaria, & ſylvis Montorii.

Super quibus deindè aſſumpta diſputatione coram *Cerro* in locum *Dunozetti* defuncti ſubrogato cum dubio, *an ſit factus locus obligationi quoad perangarias &
ſylvas*, ſub die 12. *Junii* 1662. affirmativa prodiit re- 3
ſolutio, ad effectum tamen, ut venditores teneantur lites in ſe ſuſcipere, ſuoque ſumptu terminare, ita ut emptori bona, & jura prædicta juxta formam obligationis remaneant libera, ut ex deciſione deſuper edita; cujus, concesſione novæ audientiæ, pendet reviſio adhuc non ſequuta.

In hac igitur diſputatione, Ego, & cæteri pro par-
te venditorum ſcribentes, dicebamus genericè, nul- 4
lam emptori competere actionem, quoniam de feudis, & caſtris aliiſque hujuſmodi corporibus univerſitatem conſtituentibus, regulâ eſt præſtandam non eſſe evictionem de ſingulis bonis ſeu ſpeciebus, præterquam de illis, quæ ad ſpeciem deducta eſſent, *ad text. in l.* 2. *ff. de hæred. vel actione vendita l.* 1. *Cod. de evict.* & ſequuntur feudiſtæ, de quibus *Roſenthal. cap.* 8. *concluſ.* 29. *in gloſ. littera F*, præſertim *Afflict. ſuper feudis in rubr. de Inveſtitura de re alien. n.* 17. unde propterea in locis, in quibus feudorum venditiones ſunt frequentes, ut eſt præſertim in regno Neapolis, quamvis deſumpta formula ab illa Inveſtituræ, in venditionum inſtrumentis cum longa ſerie dicatur vendi feudum, cum montibus, ſylvis, paſcuis, fluminibus, lacubus, piſcheriis, fidis, mineriis, ſeu fodinis, & aliis hujuſmodi, &c. nihilominus hæc generalis narrativa intelligitur, ſi quæ ſunt, &c. abſque obligatione præſtandi de ſingulis evictionem, debitam ſolùm pro iis corporibus, quæ explicata

ſunt

Digitized by Google

ſint cum verbo *ſignanter* juxta traditionem *Urſill. ad Afflict. deciſ.*81. *num.*6. & latiùs *in Neapolitana ſeu Caputaquen. hoc eod. tit.*

Clarius verò in hac facti ſpecie, in qua venditores expreſsè profeſſi fuerunt, reſpectu ſingulorum corporum, & bonorum nolle teneri, niſi ad ea, quæ
5 peritus æſtimabit; Ubi enim venditor dicit, de quibus vult teneri, actum expreſsè videtur, ne de aliis teneatur, ut benè *Afflict. in dicta rubr. de Inveſtitura de re aliena*, *num* 15. & conſequenter, cum ſtante dicta concordia non poſſet amplius peritus urgeri ad ſpecificanda bona, & corpora æſtimata, neque ex ejus relatione appareret, quæ, & qualia æſtimata eſſent, ita videbatur, dictam actionem eſſe impracticabilem, & fortè huic fundamento inniai fuerunt venditorum Advocati & conſultores aliàs peritiſſimi, qui huic, malè tamen conſultæ concordiæ aſſenſum præbuerunt.

Econverſo autem ſcribentes pro actore inſiſtebant
6 in regula generali *textus in l. quaro*, *ff. de action. empt.* de qua *Ladercb. conſ.*130. *num.*5. *Mant.c.de Tacit. lib.*4. *tit.*17. *num* 23. *& cateri*, venditorem ſcilicet, vel actione evictionis, vel actione de dolo, ſeu quanti minoris, teneri venditori ad manutentionem narrativæ, & quanti intereſt illam eſſe veram, de quo etiam habetur apud *Gregor. deciſ.* 119. *num.*3. *deciſ.*337. *n.*7. *part.*5. *rec. Add-n. ad deciſ.*10. *part.*3. *num.*7. *& ſequent. & in Ariminen. evictionis Caſtrorum hoc tit.*

Progrediendo etiam circa angariam ad ejus inſub-
7 ſiſtentiam, ea eo quod hujuſmodi ſervitia præſumuntur extorta à ſubditis, præſertim verò ruſticis, potentialiter, & concuſſivè, undè propterea, non probato privilegio, vel Immemorabili, Dominus nec in petitorio, nec in poſſeſſorio obtinere debet, *Cravett. de antiquitate temporis part.*4. *num.*26. *Eſcobar. de ratiocin. cap.*27. *num.*8. *&* 9. *Larrea theatr. feudal. tom.*2. *part.*11. *dilucid.*72. *&* 74. *Novar. de gravam. Vaſſallorum tom.* 1. *gravam.*3. *Rovit. ſuper pragm.*16. *de Baronibus, num.*2. 3. *&* 4.

Angariæ ſiquidem, & perangariæ dicuntur de re-
8 galibus, ex collectis per *Borell. de præſtantia Regis Catholici*, *cap* 18. *Capeblan. de Baron. tom.*1. *ſuper pragm.* 10. *num.* 64. *& tom.*2. *cap.* 89. ac alii de quibus ſuprà, ideóque, vel titulus, vel Immemorabilis requiritur, ut admittitur in hujus cauſæ deciſione circa finem.

Verùm reflectendo ad veritatem, hujuſmodi generalia hinc inde deducta non ſatisfaciebant, quare pro clariori reſolutione, diſtinguendo cauſam in duas inſpectiones, unam ſcilicet ſuper ſylvis, alteram verò ſuper angaria prædicta; Quatenus pertinet ad primam, improbabilis videbatur reſolutio, etiam reſpectu obligationis ſuſcipiendi litem, quoniam, aut prætenſio dictæ Communitatis percutiebat ſolum jus paſcendi, & lignandi in dictis ſylvis, quod civibus, & incolis pro uſu proprio jure civico competit, aut prætenſio erat circa condominium, & jus participandi de earum fructibus, & redditibus.

Primo caſu, abſolutum eſt venditorem caſtri, ſeu loci inhabitati; ſive ſit feudale, ſive allodiale ad
9 nihil teneri, quoniam Baro, ſeu Dominus, qui vult in ſuo loco incolas, & vaſſallos, ne iſti inermem vitam ducant, tenetur eis dare elementa neceſſaria, ſeu pati, quod illis fruantur, & conſequenter hoc jus lignandi, aquandi, & paſcendi pro uſu proprio, & ſolo jure civico, tanquam qualitas Intrinſeca, & de natura rei non importat, nec onus, nec ſervitutem, cujus evictio, vel liberatio præſtanda ſit, ut egregiè *Ann. alleg.*48. *num.*28. *& ſequent.* Et generaliter de dicta obligatione Baronis, ſeu Domini permittendi hunc uſum, utpotè à jure naturæ manantem, *Freccia de ſubfeudis lib.*2. *auctor.*56. *num.*4. *Capeblanc. de Baron. tom.*1. *pragm.*11. *num.*100. *ſequent. Rovit. pragm.*1. *de Salario*, *&c.*

In ſecundo autem caſu, in quo verſari videtur
deciſio, quod ſcilicet prætenſio Communitatis 10
eſſet ſuper condominio, adhuc videbatur hujuſmodi ſylvas æſtimaſſe integras, & liberas de pleno dominio venditorum, ſtante dicta conventione non præſtandi evictionem, niſi de illis corporibus, & bonis, quæ per peritum æſtimata eſſent; Stant enim benè ſimul, iſtum de hujuſmodi ſylvis in æſtimatione rationem habuiſſe, quod plura adminicula, & facti circunſtantiæ ſuadebant, ſed cum debito defalcato habuiſſe rationem hujuſmodi litis, & prætenſionis, undè propterea donec juſtificaretur, an illæ eſſent æſtimatæ tanquam liberæ, vel tanquam litigioſæ, reflectendo ad ſolam veritatem, reſolutio non ſatisfaciebat, atque improbabilis, parumque fundata videbatur actoris prætenſio; Nil obſtante generica narrativa inſtrumenti, in qua ut ſupra principaliter inſiſtebant ſcribentes pro actore, tum quia, ut dictum eſt, in iſtis venditionibus feudorum, & corporum univerſalium, hujuſmodi narrativæ generales, utpotè conſuetæ, & ex notariorum formulis potiùs, quàm ea partium voluntate provenientes, non attenduntur, niſi quoad ea, quorum veritas cum verbo *ſignanter*, ſeu alio æquipollenti aſſerta, & promiſſa fuit; Tum etiam clarius, quia punctus non erat in exiſtentia dictarum ſylvarum in genere, cum de facto adeſſent, & in parte earum dominium à Communitate non controverteretur, & ſic verificabatur dicta narrativa generalis, ſed erat in earum qualitate, ac modo æſtimandi, an ſcilicet æſtimatæ eſſent omninò liberæ, & exemptæ, integrè, ac pleno jure competentes, vel potiùs habita ratione oneris, ſeu litis, & hic videbatur punctus non recipiens congruam reſponſionem.

Recepta enim, ac frequens concluſio eſt, quod quando venditur, ſeu aliàs in contractum deducitur res, in qua venditor nullum jus habeat, tunc ejus integræ veritatem, ſeu evictionem præſtare tenetur, ſed ubi in ea habet aliquod jus, ſeu portionem, tunc licet verba ſint generalia, & indefinita, vendidiſſe tamen cenſetur propriam portionem, ſeu jus, quod habet, niſi ea pretii quantitate vel aliis adminiculis, & circunſtantiis conſtet rem integram, & liberam deductam eſſe in contractum *ad not. in cap. paſtoralis de donat. & l. qui tabernas*, *ff. de contrahen. empt. Gregor. deciſ.* 225. *Cenc. de cenſib. quaſt.*20. & habetur plenè deducta *in Romana apotheca*, *ſeu pecuniaria* 8. *Junii* 1654. *&* 25. *Junii* 1655. *coram Bichio*; *in eadem* 7. *Februarii* 1656. *coram Bevilaqua*, & in aliis frequenter; Unde cum argumentum, quod ex pretio deſumi ſolet, ob generalitatem ut ſupra, verificari non poſſet, niſi juſtificaretur aliunde, quod hujuſmodi ſylvarum æſtimatio facta eſſet, tanquam de integris, & liberis, verè iſta prætenſio omni penitus fundamento deſtituta mihi videbatur.

Quo verò ad alteram inſpectionem ſuper angaria, quamvis ſcribens tanquam Advocatus ut ſupra inſiſterem in eadem generalitate, quod ſcilicet nulla competeret actio, niſi juxta dictam formam conventionis juſtificaretur, an à pretio de hujuſmodi jure habita eſſet ratio, nihilominus, reflectendo ad veritatem, etiam ante diſputationem in congreſſu, juxta meam conſuetudinem, liberè inſinuatam, reſolutio viſa eſt probabilis, quoniam iſtud jus non erat de illis cadentibus ſub dicti periti judicio, & æſtimatione, dum frumentum concorditer in certa ſumma valutatum fuerat cum hoc præſuppoſito obliga-
tionis vaſſallorum, illud cum eorum animalibus gra- 11
tis aſportandi flumen, unde iſtud præſuppoſitum erat deductum ad ſpeciem, ac rectè dici poteſt pars pretii ut ſuprà conventi, ſivè conditio, ſine qua pro tanta ſumma illud valutatum non eſſet, cum abſque dubio vectura dicatur pars pretii ſeu expenſarum, quarum ratione, victualia & alia bona, magis valent in uno

R ij loco,

loco, quàm in altero, unde in hac parte intellectus
acquieſcebat.

Non tamen placuit digreſſio deciſionis, extra acto-
ris opportunitatem, ad favorem vaſſallorum in cauſa
non exiſtentium, ſuper dicti juris ſeu angariæ incom-
12 petentia, non conſtito de privilegio vel Immemora-
bili, ex deductis per *Alex. conſ.35. num.3. lib.1. Cra-
vett. de antiquit. temporis part.4. num.26. Larata theatr.
feudal. tom.2. part.11. dilucidat.74. Rovit. pragm.16. de
Baronibus, num.2. cum ſequent.* reſpondendo etiam ad
deciſionem 354. *Coccini*, cum id ſit præjudicare vendi-
tori ad favorem tertii in cauſa non exiſtentis, ac fir-
mare ſtatum ſuper puncto incidenti, & extra dubium
formiter non diſputatum, unde ex nimia inſiſtentia
ſcribentium pro actore ſuper hoc puncto, comprobari
videbatur ſuſpicio per venditores concepta, quod re-
nuentia vaſſallorum in continuatione retroactæ pacifi-
cæ obſervantiæ videretur affectata.

Ubi verò lis cum vaſſallis proſequenda eſſet, dice-
bam in poſſeſſorio, probabiliores eſſe partes Domini,
quoniam licet angariæ & perangariæ ſint de regalibus,
attamen non ſunt de illis majoribus ſupremo tantùm
13 Principi convenientibus, & quæ à Principatu ſeu Co-
rona divelli non poſſunt, ſed ſunt de minoribus, quæ
per Barones, & inferiores Dominos per præſcriptio-
nem acquiri poſſunt *Borell. de præſtantia Regis Cath.
dicto cap.18. num. primo cum ſequent. Capobl. de Baron.
tom.2. cap.89. num.21.* quos cæteri, & conſequenter
cum non adſit illa omnimoda juris reſiſtentia, quæ
militat in regalibus majoribus, poſſeſſio, ubi præ-
ſertim eſt temporis inconſiderabilis, etiam in quibus
14 jus reſiſtit, eſt manutenibilis *Capic. deciſ.209. num.18.
Cavaler. deciſ.80. num 8. deciſ.85. num.7. part.5. & 49.
num.9. part.7. rec. cum aliis per Adden. ad Burat. de-
ciſ.131. num.9.* Et quamvis in hujuſmodi ſervitiis, quæ
à vaſſallis exiguntur, etiam in poſſeſſorio juris reſi-
ſtentia adeſſe videatur, vel quia præſtita fuerunt jure
facultativo & benevolentiæ, vel quia præſumantur
per vim & concuſſionem à vaſſallis extorta ex deductis
per Laratam, Novar. Rovit. & alios ſupra allegatos, ni-
15 hilominùs dicebam hujuſmodi malam præſumptionem
rectè procedere in illis partibus, in quibus non adeò
facilis eſt vaſſallorum recurſus & aditus ad Principem,
atque Barones majorem ſibi aſſumunt licentiam, etiam
circa majores oppreſſiones, & onera, ſecus autem in
Statu Eccleſiaſtico, in quo adeò promptus, & facilis
16 eſt aditus ad Summum Pontificem, ejuſque officiales,
præſertim Sac. Conſultam, per quam ſatis diligenter
invigilatur ſuper hoc puncto; Potiſſimum verò & cla-
rius ſtante loci ſituatione, intra ſcilicet diſtrictum,
undè non ſolùm magis urget dicta ratio recurſus ad
Principem, alioſque Superiores, utpote facilioris &
minùs incommodi, ſed etiam altera cumulativæ juriſ-
dictionis, quam intra eundem diſtrictum, etiam in
prima inſtantia prætendunt, Gubernator, Vicarius, &
Senator Urbis & A. C. ideóque ab iis, quæ dicti Do-
ctores & alii in his materiis firmant reſpectu illarum
regionum & ditionum, in quibus hujuſmodi abuſus,
ſatis damnabiliter vigent, non bene infertur ad iſtum
Principatum, ut ita diſtinguendo habetur apud *Coc-
cin. dicta deciſ.354. num. primo, & 5. per tot.* ac etiam
deciſ.435. num.4. & 5 part.9. rec. Concurrente etiam
ſatis notoria integritate iſtorum Dominorum de Ur-
ſinis, quibus potiùs ex nimio candore & timorata con-
ſcientia, gravia præjudicia generata ſunt & generan-
tur, undè prorſus abſonum videtur, hujuſmodi con-
cuſſiones, & violentias in eis ſupponere, atque ſi quæ
difficultas (in petitorio tamen) deſuper conſiderari
poſſet, illa potius proveniret ex motivo facultatis ſeu
benevolentiæ, quod ſcilicet vaſſalli erga adeò benevo-
los dominos voluntariè id agere voluerint abſque obli-
gatione erga ſucceſſores fortè non ita gratos, juxta ca-
ſum de quo *Feretrana pro Communitate S. Agatha hoc
eodem tit.*

† De materia evictionis præſtandæ in feudis vel Caſtris, aliiſque ſimilibus Univerſitatibus regulandis, jure hæreditatis habetur ſupra *diſc.32.* ubi concordantes inſinuantur; Et de Angariis & Perangariis, aliiſque ſervitiis, habetur etiam ſupra *diſc.51.* & latiùs *tit. de Regal. diſc.146.* ubi eſt ejus ſedes; Ac etiam de jure lignandi, & paſcendi *ſub tit. de Servit. diſc.35. cum ſeqq. ad* 44. ubi pariter eſt ſedes iſtius materiæ.

Priores deciſiones hujus cauſæ ſuper modo faciendi æſtimationem, ſuper quo Ego non ſcripſi *coram Dunozetto*, habentur impreſſæ inter ſuas *deciſ.921 & 944.* Punctus autem principalis contentus in præſenti diſcurſu, ulteriorem diſputationem non habuit, dum ſubſequuta concordia, controverſiæ finem dedit.

CIVITATIS CASTELLI JURISDICTIONIS.

Pro THOMA PIZZOTTO

Cum COMITE JOAN. FRANCISCO UBALDINO.

Caſus deciſus per Cameram pro Ubaldino.

De ſurreptione Beneplaciti Apoſtolici ſuper alienatione bonorum Juriſdictionalium, ob non factam mentionem litis. Et quando hæc mentio facienda ſit, ita ut aliàs omiſſio annullet gratiam.

De revocatione alienationis ſeu pœnitentia, quando & per quos actus explicata dicatur. Et an ob defectum Beneplaciti liceat contrahentibus pœnitere.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De remedio aſſociationis competente ex clauſula Conſtituti, vel pacto de capiendo.*
3 *An competat contra tertium poſſeſſorem.*
4 *Non obtento beneplacito intra terminum in conventionem deductum, an contractus reſolvatur.*
5 *Ad implementum poſt finitum terminum ſuperveniens an attendatur.*
6 *Promiſſio de vendendo an importet venditionem, ſeu promiſſio de donando an importet donationem cum ſimilibus.*
7 *Vendita re duobus, an præferatur ſecundus, cui prius res tradita eſt. Idem de donatione, locatione, conceſſione in feudum & ſimilibus.*
8 *Gratia obtenta lite pendente, non facta illius mentione dicitur ſubreptitia & nulla.*
9 *Declaratur quando hæc concluſio procedat.*
10 *Revocatio alienationis feudi an de neceſſitate exigat ſcripturam vel actum expreſſum, vel ſufficiat actus tacitus & implicitus.*
11 *An declinatio judicii incompetentis cum remiſſione cauſæ ad judicem competentem, dicatur importare revocationem ſeu pœnitentiam, & impugnationem actus.*
12 *Judicium aſſociationis non admittit exceptiones dubias, & altioris indaginis, & an requirat partis citationem,*
13 *Pendente lite ſuper nullitate alienationis, ac ſurreptione aſſenſus ob non factam mentionem litis, an interim executio contractus retardetur.*
14 *De eadem concluſione, de qua numer.8. & 9. quando ſcilicet aſſenſus impetratus lite pendente non facta illius mentione ſit ſubreptitius, & invalidus.*
15 *An contrahentibus liceat pœnitere ante obtentum Beneplacitum.*

DISCURSUS

Digitized by Google

DISCURSUS LXVI.

COmes Joan. Franciſcus Ubaldinus poſſidens
quandam portionem juriſdictionem Caſtri Mon-
tisfloris, per apocam privatam ultima die anni 1657.
promiſit eam vendere Comiti Aurelio Corbulo ſub
1 reſervatione Beneplaciti Apoſtolici intra quatuor men-
ſes impetrandi, & quod à Corbulo impetratum fuit
prima Junii 1658. Ubaldinus autem credens ob lap-
ſum termini præfiniti conventionem expiraſſe, de
menſe Martii 1660. contractum iniit cum Joanne
Thoma Pizzotto, per quem eidem vendidit quædam
bona allodialia in eodem Caſtro exiſtentia pretio ſcu-
torum quatuor millium, atque ſub reſervatione bene-
placiti apoſtolici, eidem donavit dictam Juriſdictio-
nem, declaratione adjecta, quod Papa nolente appro-
bare donationem, volenteque approbare venditionem,
cenſeatur eadem juriſdictio comprehenſa ſub dicta
venditione pro eodem pretio, & de menſe Aprilis ſe-
quentis obtentum fuit beneplacitum, tanquam licentia
venditionis faciendæ.

De menſe Maii ſubſequentis, Corbulus judicium
inſtituit coram A. C. contra Ubaldinum ſuper obſer-
vantia promiſſionis de vendendo ut ſupra factæ, ſed
ad inſtantiam, tam Ubaldini quàm Piazotti unitim pro-
cedentium, cauſa reaſſumpta fuit coram Theſaurario
Generali, feudorum, & bonorum Juriſdictionalium
Judice competente, à quo de menſe Decembris ejuſ-
dem anni prodiit ſententia Ubaldini & Pizzotti abſo-
lutoria, à qua interpoſita per Corbulum appellatione
in Camera, ad ejuſdem inſtantiam ibi commiſſa fuit
cauſa, rebuſque in hoc ſtatu exiſtentibus, Ubaldinus
de menſe Martii 1661. pulſavit Pizzottum coram A.
C. ad ſolutionem fructuum recompenſativorum, & è
converſo Pizzottus initio menſis Julii ſequentis co-
ram eodem reconvenit Ubaldinum ad tradendum Ju-
riſdictionem, ad quam in vim clauſulæ conſtituti pe-
tiit, & obtinuit aſſociari, Ubaldinus verò curavit ſub
die quarta ejuſdem menſis reaſſumi iſtam cauſam in
Camera coram *Salviato*, cui commiſſa erat ad inſtan-
tiam Corbuli ut ſupra, dictaque reaſſumptio canoniza-
ta fuit per Auditorem Sanctiſſimi, ad quem ex parte
Pizzotti recurſus habitus fuerat pro remiſſione ad A.
C. & ulterius ſub die 8. Aprilis ſequentis Ubaldinus
inſtitit in plena Camera cauſam committi eidem *Sal-
viato*, prout ſequutum fuit.

Advertens poſthæc Pizzottus, beneplacitum obten-
tum ſibi non refragari, utpotè loquens de alienatio-
ne facienda, & non facta mentione de jam facta, &
non obtenta licentia de tractando ad formam conſti-
tutionum apoſtolicarum omninò præcedere debente,
ſub die 15. Julii 1662. obtinuit novum beneplacitum
apoſtolicum dicti defectus plenè revalidatorium, eo-
que obtento, & in Camera producto, obtinuit contra
Ubaldinum, & Corbulum diſputari dubium, *an ſibi
concedenda eſſet aſſociatio ad dictam Juriſdictionem in vim
clauſula conſtituti in dicto venditionis ac reſpectivè dona-
tionis Inſtrumento contenta.*

Et aſſumpta diſputatione 22. Martii 1664. Pro Piz-
zotto ſcribens, diſtinguendos eſſe dicebam oppoſito-
res, utpotè diverſas exceptiones habentes. Quatenus
enim pertinet ad Ubaldinum venditorem, ſeu dona-
torem, fundatam dicebam actoris intentionem in clau-
2 ſula conſtituti, ac pacto capiendo propria auctoritate
ex quorum uno vel altero, & multò magis ex utro-
que, receptum eſt competere hoc aſſociationis reme-
dium deſumptum ex diſpoſitione *text. in l.3. Cod. de
pignor.* ut firmant *Menoch. de adipiſcen. remed. 5. nu-
mer.*150. *Cenc. de Cenſ. quæſt.*94. *num.*14. *Duran. de-
ciſ.*49. *num.*6. *cum ſeqq. deciſ.*3734. *num.*6. *part.*9. *rec.*
Et in terminis aſſociationis concedendæ donatario
*Magon. dec. Lucen.*87. *num.* 14. *& ſeqq.* & cæteri abſ-
que controverſia, quæ nulla cadit contra ipſum con-
ſtituentem, ſed ſolùm ubi agitur contra tertium poſ-
ſeſſorem, contra quem non eſſe hoc remedium exer-
cibile tenent *Anna ſenior alleg.* 147. *num.*2. *& Rovit.
ſuper pragm.*1. *de conſervator. in fin.* quæ tamen opinio 3
præſertim in Rota, & Curia Romana non eſt recepta,
ſed paſſim datur idem remedium contra tertium ha-
bentem cauſam à conſtituente ut *deciſ.*149. *&* 150. *poſt
Cenſ. Romana Cenſus* 26. *Junii* 1647. *Bichio, Romana
Vinea* 29. *Aprilis* 1648. *&* 7. *Junii* 1652. *Melzio*, qua-
rum prima eſt 177. *part.*10. & ſecunda eſt 272. *part.*11.
& in aliis, neque aliud in aliis, neque aliud in primâ
diſputatione ſubjungi poterat, dum incertæ erant iſtius
exceptiones.

Quo verò ad Corbulum, de cujus oppoſitione ma-
gis dubitabatur, pro eo repellendo, duo per me &
alios defenſores adducebantur fundamenta, unum
nempè, quod ob non obtentum beneplacitum infra 4.
quatuor menſes, reſoluta eſſet conventio utpotè ſub
dicta conditione inita, ſtante clauſula, *& non aliàs*,
quæ conditionem inducit, etiam in caſu, quo de jure
non requireretur, ita ut ex defectu conditionis actus
remaneat reſolutus, cum ita continere videatur ſpeciem
pacti reſolutivi *Cephal. conſ.*118. *num.*9. *& ſeqq. Gre-
gor. deciſ.*92. *num.*1. *cum ſeqq. Buratt. deciſ.*374. *n.*12.
*deciſ.*291. *num.*12. *&* 13. *part.*4. *rec. tom.*2. *Bonon. pri-
mogenitura* 14. *Februarii* 1656. *coram Bichio deciſ.*30. *n.*5.
poſt Bonden.

Verùm hoc fundamentum mihi non videbatur tu-
tum, quia licet beneplacitum obtentum eſſet poſt qua-
tuor menſes præfinitos, attamen decurrerat breve ſpa-
tium unius menſis, intra quem altera pars contrarii
animi vel pœnitentiæ declarationem aliquam non fe-
cerat, unde dum res erat integra, adimplementum ela-
pſo ſtatuto tempore ſuperveniens admittitur, quoties 5
jus alterius partis effectum non eſt deterius, neque dici
poteſt rem non eſſe integram, neque extrema inhabi-
lia, ut per *Rovit. deciſ.*53. *num.*10. *Mantic. deciſ.*270.
*Add. ad Buratt. deciſ.*571. *num.*6. 577. *part.*1. *recent.*
neque contrarium dicit deciſio in dicta *Bonon. Primo-
genitura coram Bichio*, quia ibi res non erat integra,
cum beneplacitum eſſet obtentum poſt declaratum
actum reſolutum, cum tunc extrema non ſint habi-
lia, atque beneplacitum non inveniat actum confir-
mabilem, aliàs autem ubi alterius partis nihil inter-
eſt, ad implementum etiam poſt lapſum terminum at-
tendi debet.

Solidiùs mihi videbatur alterum motivum, quod
hæc erat ſimplex promiſſio de vendendo non munita 6
juramento, cujus ratione dubitari ſolet, an inducat
factum, ſed eo ceſſante, non importat perfectionem
contractus, nec aliquam dominii tranſlationem indu-
cit, *Rolan. conſ.*69. *vol.*3. *Theſ. deciſ.* 233. *adden. ad
Gregor. deciſ.*18. qui alios cumulant; Et in ſpecialibus
terminis promiſſionis vendendi feudum, ut non ſit
venditio *Aponte conſ.*85. *vol.*1. & ceſſante juramento,
in quo præcipuum conſtituitur fundamentum, admit-
titur *deciſ.*58. *num.*18. *part.*6. *recent.*

Ac ulterius iſta quæſtio, an promiſſio de donando
ſit donatio, vel promiſſio de vendendo ſit venditio
cum ſimilibus, cadit in præjudicium ipſius promitten-
tis, & an vigore talis promiſſionis cogi poſſit præcisè
ad adimplendum factum, vel potiùs competat ſolùm 1
actio ad intereſſe, de quo *Merlin. lib.*1. *controv. fo-
renſ.*4. ubi de promiſſione de renunciando, ac latè, &
magiſtraliter *dicta deciſ.*58. *part.*6. *recent.* ubi de pro-
miſſione de donando, & magis punctualiter *Seraph.
deciſ.*805. ubi de promiſſione vendendi Caſtrum obli-
gatoria promittentis, & hæredum præſertim ex jura-
mento, nam ſive una ſive altera opinione retenta, ope-
rari non poteſt tranſlationem dominii, ac jus reale in
præjudicium tertii, cui medio tempore per contractum
venditionis vel donationis jam perfectum, & ſubſe-
quuta traditione ſaltem ficta per conſtitutum acquiſi-
tum eſt dominium, cum etiam in terminis perfectæ ven-

7 ditionis vel donationis factæ duobus, potior ſit conditio ſecundi, cui traditio vera, & de facto, vel etiam ficta per conſtitutum facta eſt ad text. *in l. quoties, Cod. de rei vendic.*

Cujus diſpoſitionem habere locum in quocunque contractu, ſive venditionis, ſive donationis, locationis, emphyteuſis vel feudi, habetur *deciſ.174. num.34. part.6. recent & 34. num.34. part.8.* ubi de donatione *deciſ.64. part.7.* ubi de locatione, & de feudo *Clar. §. feudum, quæſt.26. Rot. deciſ.175. num.11. part 10. rec.* ubi concordantes, maximè quia promiſſio facta erat in tempore inhabili, quando ob defectum beneplaciti Apoſtolici jus ad bona Juriſdictionalia ex partium conventione quæri non poterat, ſuperveniens autem beneplacitum habilitabat partes ad faciendum, ſed non poterat dici factum id quod adhuc remanebat in fieri.

Non fuit tamen opus de his agere, cum Corbulus in diſputatione non compareret, unde diſputatio fuit ſolùm cum Ubaldino, ex cujus parte allegatus fuit defectus beneplaciti apoſtolici, non obſtante duplici jam obtento, quorum neutrum ſuffragari dicebant pro eo ſcribentes, non quidem primum, utpotè conceſſum ſuper actu faciendo, quod ex hac parte admittebatur non ſuffragari pro actu jam facto, dum præſertim apoſtolicæ conſtitutiones omninò exigunt præviam licentiam de tractando hujuſmodi alienationes;
8 Et non ſecundum revalidatorium, utpote impetratum lite pendente, non facta illius mentione, ex cujus defectu remanet ſurreptitium, & invalidum, juxta diſpoſitionem *text. in cap.2. ut lite pend. in 6. & Clem.1. eodem titulo.*

Concluſio ſic abſtractè ſumpta per me non negabatur, cum ex dictis claris juribus, & aliis concordantibus eſſet vera, cum ſenſu tamen veritatis, firmiter negabam illius applicationem ad caſum; Dicebam enim concluſionem prædictam, non ita indefinitè procedere, ſed tunc demum quando lis pendet ſuper eo, ſuper quo directè, vel in conſequentiam cadit gratia, quæ proindè tollat jus colliganti ob litem quæſitum, & ſic opus eſt quod exceptio, quæ per gratiam ſanatur
9 vel tollitur, ſit deducta ad ſpeciem, cum aliàs non prohibeatur collitigans pendente lite ſuper puncto diverſo, prævidendo aliam exceptionem, quæ opponi poſſet, prudenter occurrere, atque ejus conditionem facere meliorem, tollendo cum gratia futurum obicem, ut magiſtraliter *Oldrad. conſ.299. num.3. & 4.* quem cæteri ſequuntur, *Lotter. de benef. lib.3. quæſt.9. num.34. deciſ.91 num.10 part.4. rec. tom.2. Beneventana Canonicatus 8. Februarii 1647. Bichio deciſ.14. num.35. & ſeq. p.10. rec.*

Qua theorica ſic ſtante, (quam eo magis veram judicabam, quod adverſus eam in trina diſputatione deductam, nil per alteram partem relevans adducebatur, prout, & judices eam admittebant) tota difficultas reſtringebatur ad applicationem, an ſcilicet dicti actus reaſſumptionis, & reſpectivè commiſſionis cauſæ in Camera importarent ex parte Ubaldini donatoris pœnitentiam, ac revocationem alienationis, ita ut ſubſequens beneplacitum revalidatorium, non eſſet in re integra, ſed tollat jus ipſi pœnitenti ex his actibus quæſitum.

Una enim pars Dominorum credebat, ex his actibus utpotè æquivocis, & ad alias cauſas referibilibus non reſultare pœnitentiam, & impugnationem contractus in litem deductam, ſed quia major pars (incertum eſt cum quo fundamento) contrarium credidit, idcireò iſtius cauſæ malo fato, in trina diſputatione ſemper prodiit negativa reſolutio, aſſociationem ſcilicet non eſſe concedendam.

Reſolutio, ad veritatem etiam reflectendo, non placuit; quidquid enim ſit de quæſtione per Regnicolas præſertim frequenter tractata, num revocatio alienationis feudi (quæ in vim Conſtitutionis incipien. *Conſtitutionem divæ memoriæ*, in utriuſque Siciliæ Re- 10
gnis per utrumque contrahentem ante obtentum aſſenſum Regium fieri poteſt) exigat expreſſam animi declarationem per ſcripturam publicam coram notario, & teſtibus, vel apud acta, ſeu ſaltem coram honeſtis viris faciendam, vel potiùs ſufficiat, eam quodammodo, etiam per actus tacitos, & implicitos explicari, ſuper quo hinc inde certant, & pro utraque ſententia varia deducunt fundamenta *Capic. Latr. conſult. 08. ex num.30. & Capic. Galeot. contrav.66. ex num.14. lib.2.* cum in Regno Siciliæ citerioris iſta quæſtio per Regiam pragmaticam ſit jam ſopita.

Ubi etiam, juxta opinionem *Galeotæ*, & ſequacium, verius dicendum eſſet, ſufficere revocationem tacitam, & implicitam per actus facti explicitam, ut mihi etiam diſcurrendo per rationes, & principia probabilius videbatur, id recipiendum eſſet, ubi actus eſſent univoci, ad aliam cauſam non referibiles quam ad pœnitentiam, & alienationis impugnationem, ſeu autem, ubi eſſent æquivoci, ad aliam cauſam referibiles, quales dicebam eſſe jam dictos, reaſſumptionis, & reſpectivè commiſſionis cauſæ.

Idque ex duplici ratione, prima quia cum ad in- 11
ſtantiam Corbuli introducta eſſet, & penderet cauſa in Camera contra Ubaldinum ſuper traditione iſtiuſmet juriſdictionis in vim promiſſionis de vendendo ut ſupra, atque ad ejuſdem rei traditionem idem Ubaldinus à Pizzotto ſecundo donatario, ſeu emptore pulſaretur coram A. C. rationabiliter declinavit Juriſdictionem A. C. ſive competentis, ſive incompetentis iſtarum cauſarum, ne pro eadem re eodem tempore moleſtaretur coram pluribus judicibus, à quibus variæ proferrentur ſententiæ, quia nempè unus mandaret rem tradendam eſſe uni, & alter alteri, adeò rationabiliter utraque cauſa cognoſcenda erat per unum digniorem, & magis competentem, ut abſque pœnitentia, & impugnatione unius, vel alterius contractus, Ubaldinus illam tradere poſſet, cui iſte unicus Judex dignior præciperet, & ſic eſt actus compatibilis cum obſervantia, & executione contractus, neque illius impugnationem, vel pœnitentiam de neceſſitate importat.

Secundò quia, cum ex apoſtolicis conſtitutionibus originem trahentibus à juris communis intentione, bonorum feudalium, & juriſdictionalium cognitio ſpectet ad Tribunal Cameræ, ita ut illud A. C. dicatur in eis incompetens, rectè potuit unus ex contrahentibus pulſatus ab altero coram Judice incompetenti, declinare illius juriſdictionem, ac petere cauſam reaſſumi per Judicem competentem, non ad effectum impugnandi contractum, ejuſque implementum negandi, ſed ad effectum, aut per Judicem competentem terminentur illæ controverſiæ, quæ firmo remanente contractu, ſolent, & poſſunt inter contrahentes oriri ſuper modo illius obſervantiæ, & executionis, proindeque certum videbatur, dictos ſolos actus reaſſumptionis, & commiſſionis cauſæ remanere æquivocos, ad aliam cauſam referibiles, ita ut dici non poſſet nullitatem contractus ex defectu beneplaciti malè impetrari reſultantem deductam eſſe in litem, ad effectum, ut de illa opus fuiſſet facere mentionem.

Clarius hæc procedere ponderabam, quia non agebatur de judicio petitorio, ſed de poſſeſſorio adipiſcendæ aſſociationis, quod eſt ſummarium, privilegiatum, itaut, juxta opinionem aliquorum (in foro tamen non receptam) neque partis citationem exigeret, ut conſtat ex deductis *per Rovit. in pragm.1. de conſervat. Magon. dicta deciſ.87. & ex aliis*, ideóque ſufficiat 12
rem eſſe dubiam, & altioris indaginis, ut propterea interim aſſociatio deneganda non eſſet, ut in ſpecie executionis donationis, cum clauſula conſtitui, non retardandæ per prætenſam nullitatem dubiam *Ann. ſingular.156. Magon. dicta deciſ. Lucen.87. Rot. in Bonon. bonorum de Felicinis 10. Junii & 26. Junii 1650.*

Bichio,

Bichio, Ariminen. donationis 18. *Martii* 1654. *Dunoz.*& in aliis.

Atque in ſpecialiſſimis terminis prætenſæ nullitatis, ſeu ſubreptionis aſſenſus obtenti ſuper alienatione feudi, ob non factam mentionem litis motæ ſuper nullitate contractus, ut interim pendente hac lite, ac
13 donec illius terminatio ſequatur, retardari non debeat ejuſdem contractus exequutio, adducebam auctoritatem *Capic. Latr. deciſ.*45.*num.*17. ubi allegat *Franch. deciſ.*373. *& Giurb. deciſ.*100. loquentes in terminis generalibus, ſed fortioribus, in quibus ipſemet qui nullitatem oppoſuerat, petebat executionem, multò magis in præſenti.

Et licet *Capic. Latr. loc. cit. num.*16. dicat, quod ex
14 non facta mentione litis dici non poteſt aſſenſus ſubreptitius, quod ſimpliciter etiam aſſerit *Camill. de Medicis conſ.*20. *num.*22. *cum ſeqq.* non tamen ita indiſtinctè iſta propoſitio capienda eſt, ſed ubi, gratia, ſeu privilegium eſt tale, quod non tollat jus alteri parti jam quæſitum per exceptionem in litem deductam, ut eſt clarus ſenſus *Joan. de Amicis conſ.*150.*num.*9.*& ſeqq.* & benè in his terminis *Lanar. conſ.*17. ubi ſupponit litem eſſe ſuper alio, quàm revocatione, ſeu impugnatione contractus, qui per ſupervenientem aſſenſum revalidaretur, ut conſtat *num.*9. ubi ſupponit perſeverantem contrahentium voluntatem, quodque non adeſſet revocatio, nec tacita, nec expreſſa, quia totus punctus iſtius concluſionis eſt ſuper eo, an ſuperveniens gratia tollat, vel ne jus collitiganti per litem acquiſitum.

Conſiderabam quoque, quod ubi nullitas benepla-
15 citi admitteretur, perinde ac ſi nullatenus obtentum eſſet, non per hoc venditori licitum erat pœnitere, atque contractum neceſſarium, & de ſui natura irrevocabilem, facere voluntarium, & revocabilem; Licet enim in utriuſque Siciliæ Regnis receptum ſit, id licitum eſſe utrique contrahentium ex ſupra deductis, attamen id procedit ex jure municipali contento in dicta Conſtitutione incipien. *Conſtitutionem divæ memoriæ*, ita per alios ſapientes, & Tribunalia intellecto. Prout in alienationibus bonorum Eccleſiæ, id de jure inductum eſt iſtius favore, ſecus autem in aliis contractibus, in quibus licet Principis beneplacitum requiratur ad illos validandos, ac transferendum dominium rei in contractum deductæ, non tamen ejus carentia operatur, ut licitum ſit uni ex contrahentibus, altero invito pœnitere, ſed cogi poteſt ad obtinendum de novo beneplacitum juxta formam conventionis, ut in ſimilibus terminis venditionis officiorum, quæ ſunt de regalibus, & de uno in alium transferri non poſſunt quoad ſubſtantiam abſque aſſenſu Principis, ut intret actio ad intereſſe pro obſervantia firmatur per *Rotam in Romana Cambiorum* 5. *Junii* 1644. *Ghiſlerio*, quæ eſt ſatis notanda deciſio, & conferunt, quæ in terminis juris communis circa damna, & intereſſe habentur in alienationibus feudorum apud *Hodiern. controv.*26.*n.*57. *& ſeqq.* ſed motivum non ſuffragabatur ad effectum, de quo erat controverſia, obtinendæ ſcilicet aſſociationis pro obſervantia contractus, quia dato defectu beneplaciti, iidem Judices ſtante vigore Conſtitutionum Apoſtolicarum, etiam parte non opponente abſtinent ab hujuſmodi contractuum executione, ac etiam quia dictæ Apoſtolicæ conſtitutiones infringunt, & annullant quamcunque obligationem etiam quoad partes.

His ſtantibus conſului Pizzotto, in totum contractum reſcindere, ſeu annullare curaret reſpectu bonorum allodialium iſto intuitu pro tanto pretio, & non aliàs emptorum, vel ratione nullitatis reſultantis ex defectu inſinuationis à conſtitutione Ægidiana requiſitæ, cum Pizzottus eſſet minor, vel ex capite læſionis, quæ ſupponebatur enormis, cum tantùm pretium conventum eſſet intuitu iſtius Juriſdictionis, ſed hæc non reſpiciunt materiam peculiarem bonorum juriſdictionalium; De materia verò pœnitentiæ ex defectu beneplaciti fortiter actum eſt *in Romana, ſeu Albanen. vineæ ſub tit. de donat.*

† Super caſibus particularibus contentis in hoc & tribus ſeqq. diſcurſibus, alia non adſuit occaſio diſputandi, vel quia ipſæ cauſæ ulteriorem proſequutionem non habuerint, vel quia mutaverint defenſores; Super puncto, an, & quando in aſſenſu, vel alia gratia facienda ſit neceſſaria mentio litis, videantur ea, quæ deducuntur *in Romana Portæ ſub tit. de Regal. diſc.*169. *in hoc Supplemento.*

Qui verò ad punctum generalem ſuper prohibitione alienationis Caſtrorum & bonorum juriſdictionalium, etiam inter ſubditos, ob Conſtitutiones Apoſtolicas; Ultra ea, quæ in præcedentibus pluries incidenter, ſeu occaſionaliter enunciantur; Magis ex profeſſo occaſione hypothecæ, & concurſus Creditorum, agitur *ſub tit. de Cred. diſc* 13 *&* 151. ac etiam infrà *diſc.* 118. Cumque agatur de legibus particularibus iſtius Principatus, & ſic de materia locali, ac etiam, ut docet ſeries tot Conſtitutionum deſuper editarum à Sixto V. citra, uſque ad præſens, juxta caſuum varias contingentias, vel dubitandi occaſiones, prohibitiones in dies creverint, ſive declarationes editæ ſint; Hinc proindè, certa regula generalis non de facili deſuper ſtatui poteſt, cùm totum pendeat ab interpretatione, quam pro tempore illi tribuant novæ declarationes, vel obſervantiæ.

Super hujuſmodi autem Conſtitutionibus circa prohibitionem alienationis in foreuſes, aliqua ſcribit modernus elaboratus *Capon. conſult.*3. occaſione illius controverſiæ, quæ dedit cauſam Conſtitutioni Innoc. X. Ac etiam de iſta materia alienationis in ſurenſes, agitur *tit. de Alien. & Contract. prohib. diſc.*39. *& tit. de Dote diſc.*149.

Quo verò ad validitatem aſſenſus conferre videntur aliqua, quæ habentur infrà *diſc.*106. & ſuper eodem caſu, de quo *diſc.*67. habetur infrà *diſc.* 105.

CAMERINEN. JURISDICTIONIS

Pro HIERONYMO, ET ALIIS DE STELLUTIS, Cum HORTENSIO PELLEONO.

Caſus deciſus per Cameram pro Pelleono.

De invalida alienatione bonorum Juriſdictionalium ſine beneplacito Apoſtolico, ejuſdemque beneplaciti invaliditate, quia in eo facta non ſit mentio reſervationis uſusfructus factæ in alienatione; Sed quod conceſſum venditioni faciendæ non revalidet factam, & an illud requiratur in alienatione facta in condominos. Et aliqua de Solemnitatibus *Ex Conſtitutione Egidiana* inductis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Aſſociatio in vim pacti de capiendo; vel conſtituti non datur contra tertium præſertim in feudis.*
3 *Contrarium verius.*
4 *Poſſeſſio uſufructuarii compatibilis cum illa proprietarii.*
5 *An feudum poſſit alienari ſine conſenſu agnatorum.*
6 *Feudalitas non præſumitur, niſi probetur.*
7 *Beneplacitum conceſſum ſuper venditione facienda non ſuffragatur quoad factam.*
8 *Alienationes in condominos, vel vocatos non exigunt aſſenſum.*
9 *De* Conſtitutione Egidiana *circa donationes, & quid differat* à Carpenſi.
10 *Bona Juriſdictionalia Status Eccleſiaſtici, quamvis allodialia ob Conſtitutiones Apoſtolicas in mate-*

ria alienationis, & aſſenſu regulanda veniunt jure feudalium.

11 *Reſutatio, vel alia alienatio feudi cum reſervatione uſusfructus, an vitietur in totum, vel reſervatio vitietur.*

12 *Aſſenſus præſtitus venditionis puræ, an corruat, ex eo, quod iſta eſſet facta cum pacto de retrovendendo, vel alia reſervatione.*

DISCURSUS LXVII.

1 CUm fratres de Scalis ex majorum ſucceſſionibus poſſiderent Caſtrum Roturſii, unus eorum, nempe Franciſcus, de anno 1622. donavit omnia ejus bona, præſertim portionem dicti Caſtri, reſervato uſufructu, Odoardo fratri, qui de anno 1632. de menſe Julii per apocham privatam, portionem dicti Caſtri ad ſe ſpectantem vendidit Simeoni Polleono, deinde verò de menſe Septembris ſequentis obtinuit beneplacitum Apoſtolicum ſuper dicta venditione facienda, ad quam tanquam novam ſub longè diverſo, ac majori pretio per publicum inſtrumentum, ſtante dicto beneplacito, deventum eſt de menſe Octobris, ſubſequuta immediatè per emptorem actuali poſſeſſione inſtrumentali, abſque eo quod alios effectivæ poſſeſſionis actus proſequeretur, atque poſt annum de menſe Octobris 1633. deventum eſt ad aliud Inſtrumentum, in quo partes prædictæ declararunt, quod licet dictæ venditionis inſtrumentum eſſet purum, attamen in rei veritate ipſorum contrahentium intentio fuit, quod durante dicti Franciſci vita, iſte continuaret in dominio, & patronantia dicti Caſtri, ejuſque uſumfructum, & emolumenta, & juriſdictionis exercitium haberet, ut de facto habuit uſque ad annum 1654. ex quo tempore, eo defuncto ita continuavit Annibal ejus hæres, & ſucceſſor, abſque eo quod Simeon Supervivens uſque ad annum 1660. aliquid motivaret. Defuncto autem dicto Simeone, Hortenſius, ejus filius, & hæres judicium immiſſionis ad dictam Caſtri portionem inſtituit in Camera coram *Acciaiolo* contra Hieronymum, & fratres de Stellutis in eodem Caſtro ſucceſſores cauſam habentes in dictis Odoardo, & Annibale, atque pro actore reſponſum fuit; Cum à ſententia deſuper lata fuiſſet appellatum, & commiſſa cauſa in eadem Camera coram *Columna*, priuſquam hujus diverſæ inſtantiæ diſputatio aſſumeretur, dicti de Stellutis congreſſum Advocatorum juxta laudabilem Curiæ ſtylum habere curarunt, tam pro directione cauſæ, quàm pro inquirendo ad veritatem, an bonam vel malam cauſam foverent, & an ſubſiſterent aliqua motiva per unum ex eis Juriſperitum, alioſque ſapientes de partibus excitata.

In hoc igitur congreſſu, diſtinguendo motiva concernentia ordinem, ſeu competentiam intentati judi-
2 cii immiſſionis, à juſtitia, & meritis negotii principalis; Quatenus ad primam ordinis inſpectionem pertinet, ipſi principales, atque dicti ſcribentes de partibus, mordicus in eo inſiſtebant, quod ſi hæc immiſſio reduceretur ad ſpeciem aſſociationis in vim clauſulæ conſtituti, vel pacti de capiendo, exercibilis non erat contra tertium poſſeſſorem titulo ſingulari ex deductis per *Ann. alleg.*147. *num.*2. *Rovit. pragm.*1. *de conſervator. num. final.* Et quatenus contrarium verius eſſet in bonis allodialibus indifferentibus, recipiendum tamen non erat in feudalibus, in quibus non datur, niſi unica poſſeſſio naturalis, & de facto, cum civilis remaneat penes dominum, ideò conſtitutum habendum non eſt in conſideratione ex deductis per *Nattam conſ.*372. *cum duobus ſequent.* quem refert, & approbare videtur *Rot. dec.*300. *num.*16. *&* 17. *apud Poſt. de manutenendo.*

Si verò eadem immiſſio deduceretur ad ſpeciem interdicti quorum bonorum, & pariter competere non poterat, dum Simeon actoris pater, neque vivens, neque de tempore mortis iſtam portionem poſſederat iſtud autem remedium datur hæredi ab inteſtato ad bona poſſeſſa per defunctum de tempore mortis, quod verificari non poterat in hac juriſdictione, utpote ſemper poſſeſſa per eundem venditorem, vel ejus ſucceſſorem, nunquam verò per Simeonem defunctum.

Verùm iſtud eſſe fragile fundamentum dicebam, & cæteri concordabant, tum quia aſſociatio datur etiam contra tertium habentem cauſam à conſtituente, ſeu 3
concedente facultatem capiendi, juxta magis receptam opinionem, de qua *Rot. deciſ.*149. *&* 150. *poſt Cenc. de cenſ. deciſ.*187. *part.*10. *rec. & in aliis*, tum etiam quia de plano intrabat interdictum quorum bonorum tanquam ad bona poſſeſſa per defunctum, cum juxta præmiſſam facti ſeriem, illicò poſt factam venditionem, emptor poſſeſſionem adeptus eſſet, conſervatam potiùs per illam detentationem, quæ fuit penes venditionem, & titulo reſervationis uſusfructus ad vitam; Cum enim uſusfructus ſit ſervitus, quæ dari non poteſt in re propria, eo ipſo quod prior dominus rem in alium transferens ſibi reſervat uſumfructum, atque 4
iſtius jure rem poſſidere declarat, dicitur per neceſſarium antecedens tranſtuliſſe in proprietarium dominium, & poſſeſſionem *deciſ.*299. *&* 300. *apud Poſthum de manu*, & receptum habemus in materia donationis factæ reſoluto uſufructu, & ſic dicta poſſeſſio, ſeu detentatio venditoris fuit compatibilis cum poſſeſſione emptoris, & proprietarii.

Quo verò ad juſtitiam, ſeu merita negotii principalis, dicebant motivantes, invalidam venditionem præ- 5
dictam, utpote factam ſine conſenſu agnatorum ad *text. in cap. ſi quis autem, ſi de feudo fuerit, &c. & in cap.*1. *de alien. feud. cum concord. per Roſenthal. cap.*9. *concl.*67. *cum plur. ſequent.* Sed in hoc opus non fuit aſſumere inſpectionem juris, ex ceſſante ſuppoſito facti, quia non conſtabat de præſuppoſita qualitate feudali antiqua pacti, & providentiæ, in quibus terminis motivum intraret, illaque in dubio non præſumitur, ut per *Apont. deciſ.*2 *Rot deciſ.*93. *part.*5. *rec.* cum 6
aliis de quibus *in Clomacen. & in aliis hoc eod. tit.* ſæpiùs, potiſſimè quia facti circumſtantiæ potius allodialitatem comprobant.

Aliud motivum invaliditatis beneplaciti apoſtolici in dicta prima diſputatione à me deductum, ex eo quod conceſſum eſſet ſuper venditione facienda, ideoque non ſuffragaretur in venditione jam facta *Iſern. in cap.*1. *qui ſucceſſores teneantur, Afflict. deciſ.*355. *n.*1. 7
& 2. *Ann. alleg.*40. *Franch. deciſ.*105. *in princ.* ceſſabat etiam ex facto, quia licet per apocham privatam conventum fuiſſet de hac venditione, nihilominus illa nullum habuit effectum, dum poſt beneplacitum, per inſtrumentum cum longè diverſo pretio, diverſiſque pactis concepta erat venditio, quæ omninò nova & à præcedenti conventione independens erat abſque dubio.

Solidum fuiſſet motivum donationis, quam Franciſcus venditor jam præcedenter fecerat Odoardo fratri, nullatenus obſtante, quod hæc donatio munita 8
non eſſet beneplacito apoſtolico per Conſtitutiones Sixti V. Clementis VIII. & aliorum Pontificum requiſito, dum agebatur de alienatione in condominos, & poſſeſſores, ex deductis per *Surd. conſ.*305. *num.*33. *deciſ.*167. *num.*30. *& ſequent. part.*5. *rec.* & habetur frequens in materia fideicommiſſaria prohibitionis pœnalis alienandi bona fideicommiſſaria, quod non capiat illa, quæ in fideicommiſſarios, & vocatos fiant, ſed pariter factum deſtruebat motivum, ſtante retro donatione exhibita per Odoardum, facta potiùs quàm ad dictam venditionem procederetur; Et licet dicti motivantes dicerent in hujuſmodi retrodonatione ſervatam non eſſe formam præſcriptam per *Conſtitutionem Egidianam lib.*5. *cap.*25. attamen erat ſatis fragile refugium, tum quia idem objectum obſtaret primæ donationi,

Digitized by Google

nationi, unde dici non poterat invalidus dictus geſtus eodem modo, quo contractus initus erat; Tum etiam quia *Conſtitutio Egidii* faciens præſumere actum
9 dolo & metu extortum, proindeque indirectè enervans vim juramenti, confirmata etiam ac extenſa per Sixtum IV. & Paulum III. loquitur de contractibus minorum, extenſio autem ad donationes faciendas per majores, non eſt *Egidii* ſed *Carpenſis* non habens dictam doli & metus præſumptionem, minuſque Apoſtolicam confirmationem & extenſionem, ut de hac diſtinctione *Conciol. alleg. 30. num. 56. & ſeqq. & paſſim.*

Quare unicum probabile fundamentum in hac
10 nova diſputatione aſſumendum, reputatum fuit illud in dicto congreſſu per me excitatum, invaliditatis actus ob defectum beneplaciti apoſtolici, dum iſtud obtentum fuerat ſuper pura & ſimplici venditione, nulla facta mentione dictæ alterius conventionis ſuper reſervatione uſusfructus, juriſdictionis, emolumentorum ac ipſius patroniæ, donec venditor viveret, licet enim non verſaremur in feudo, ita ut intrarent termini *text. in l. Imperialem de probib. feud. alien. per Feder.* attamen ob *Conſtitutiones Apoſtolicas Sixti V. Clem. VIII. Pauli V. & Urb. VIII.* tunc editas prohibentes in caſtris, & bonis juriſdictionalibus quamcunque alienationem vel conventionem abſque ſenſu Papæ, idem quod habetur in feudalibus, de plano in iſtis bonis juriſdictionalibus etiam procedit, ut *in Civitatis Caſtelli Juriſdictionis diſc. praced. & in aliis hoc eodem tit.* frequenter.

In terminis verò feudalibus, occaſione refutationis
11 tractant feudiſtæ quæſtionem, de qua *in Romana pecuniaria de Pallavicinis hoc pariter tit.* ad materiam Bullæ Baronum, an ſcilicet refutatio vel aliàs licita alienatio pactionata cum reſervatione uſusfructus vitietur in totum, vel vitiata ſolùm remaneat reſervatio; Et quamvis tres habeamus opiniones; unam, quæ ſatis modicos habet ſequaces ſuper utriuſque actus validitate reſolvendo dictam reſervationem uſusfructus in illam commoditatis, & prout facti eſt; Alteram, quæ majores habet ſequaces, ut actus principalis non vitietur, ſed vitiata remaneat dicta accidentalis conventio; Tertia tamen apud feudiſtas eſt magis communiter recepta, ut propter individuum voluntatis, actus corruat in totum, ut per *Loffred. conſ. 3. Apont. conſ. 12. lib. primo, & de poteſtate Proreg. tit. de refut. feud. §. 3. Rovit. pragm 4. de feud. num. 9. cum ſequent. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. primo gloſſ. 12. num. 10. & 44. Marcian. jun. diſput. 80. & alios de quibus in dicta Romana de Pallavicinis.*

Prout in altera quæſtione, de qua habetur actum *in Romana pro Paulo Guelpho hoc eodem tit.* an aſſenſus
12 præſtitus venditioni puræ, vitietur ob non factam mentionem pacti de retrovendendo in ipſo inſtanti adjectum, vel potiùs ipſum pactum vitietur, licet *Marcell. Maur. alleg. 15. num. 2. cum ſequent. & cæteri per Roſenthal. cap. 9. membr. 1. concluſ. 34. in gloſ. litt. N.* teneant pactum vitiari, quam nemine allegato veriorem videri dicit *Surd. deciſ. 173. num. 20.* Adhuc tamen magis communis eſt in contrarium pro vitiatione totius actus, ut per *Camerat. & Freccium, de quibus apud Roſenthal. ubi ſupra litt. M. Apont. de poteſt. Proreg. dicto tit. de refut. feud. 1. §. 1. num. 6. Hodiern. ad Surd. dicta deciſ. 173. num. 10. Rovit. pragm. 1. de fide memor. num 45.*

Contra enim opinio recipienda eſt, ubi ageretur de pacto adjecto ex intervallo, non apto vitiare actum purum jam perfectum, ſecus ubi pactum eſt correſpectivum, ſine quo dici poteſt contractum geſtum non fuiſſe, & hic erat caſus, licet enim inſtrumentum, in quo id continetur initum eſſet poſt annum, attamen non fuit per viam novæ conventionis, ſed per viam declarationis ſeu recognitionis veritatis, quod talis fuerit conventio, ac partium intentio ab initio, potiſſimè quia nullo modo dici poterat, quod dicta reſervatio referri poſſet ad ſolum exercitium juriſdictionis, & perceptionem fructuum ac emolumentorum, prout facti ſunt, ob amplitudinem verborum, dum dicitur, quod non ſolùm eſſe deberet uſufructuarius cum exceptione emolumentorum, & exercitio juriſdictionis, ſed quod continuaret eſſe *Dominus, & patronus, &c.* & ſic de certa reſervatione juris. Verum repropoſita cauſa ſub *die 4 Maii* 1668. pro confirmatione ſententiæ reſponſum fuit, ex eo fundamento quod præmiſſa procederent in feudis, de quibus non agebatur, cum hæc eſſent bona allodialia juriſdictionalia, ſed non videbatur bona reſponſio, quia ſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, videtur quod idem diſpoſitum in feudis ex *cap. Imperialem de probib. feud. alien. per Feder.* procedat in his juriſdictionalibus ità ad hunc effectum exæquatis, unde eadem eſt ratio.

TIBURTINA ALIENATIONIS CASTRORUM

Pro MARGARITA SORORE ET HÆREDE CÆSARI PALLAZZOLÆ.

Cum PORTIA MORONA DE PANDOLPHINIS.

Caſus deciſus per Cameram pro Pallazzolla.

De Bullis Sixti V. Clementis VIII. aliorumque Pontificum prohibentibus alienationem vel diſpoſitionem Caſtrorum & Bonorum Juriſdictionalium, an procedant in donationibus, vel alienationibus hæreditatum, & ſucceſſionum futurarum, ſub quibus acceſſoriè dicta bona veniant.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Prohibitio alienationis contenta in* Capitulo Imperialem *non procedit in Caſtris allodialibus.*
3 *De* Conſtitutionibus Apoſtolicis *prohibentibus alienationem Caſtrorum & bonorum Juriſdictionalium.*
4 *Actio ad feudum an ſit feudalis, & veniat ſub feudorum prohibitionibus.*
5 *Spes futurarum ſucceſſionum & cedi & donari poteſt.*
6 *Sub dictis Conſtitutionibus non veniunt alienationes hæreditatis, vel juris univerſalis, ſub quo veniant Caſtra acceſſoriè.*
7 *Juſpatronatus acceſſoriè ad aliquam Univerſitatem venit in venditione.*
8 *De renunciatione vel pacto ſuper hæreditate viventis, quando valeat.*
9 *Conſtitutiones Apoſtolicæ prohibentes alienationes bonorum Juriſdictionalium quomodo intelligendæ.*
10 *Et quando non intrent.*
11 *De Beneplacito Apoſtolico præſumptio ex lapſu temporis.*
12 *In ſpecie Beneplaciti præſumpti in alienationi feudi.*
13 *An facta alienatione bonorum Juriſdictionalium ſine beneplacito, veniat reſtitutio fructuum.*

DISCURSUS LXVIII.

IOannes Paulus Urſinus, cui, ex deductis *in alia Tiburtina*, Dux Bracchiani de anno 1566. donaverat 1
Caſtra Cantalupii, & Bardellæ, quorum adminiſtrationem & fructus antea & alio titulo ut ſupra poſſidebat, filiam habuit Catherinam, quæ mortuo Patre declarata fuit capax ſucceſſionis hujuſmodi Caſtrorum, non obſtante incapacitate ratione ſexus oppoſita per Joannem Baptiſtam, & Antonium patruos, ut conſtat *deciſ. 21. part. prima recen.* dictaque Catherina filias habuit, Franciſcam, & Olympiam, quarum ſecunda, matre vivente, occaſione poſſeſſionis in monaſterio, ampliſſimam donationem ſeu renunciationum

num tranſlativam, de omnibus ejus bonis, juribus, ac ſucceſſionibus, ac etiam futuris quorumcunque conjunctorum, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ad favorem Petri Pauli Melchioris patrui, de qua renunciatione habetur apud *Buratt. deciſ.366.*

Defuncta Catherina dictorum Caſtrorum poſſeditrice, medietatem ex ſucceſſione obtinuit Francifca filia nupta, & alteram medietatem Melchioris Olympiæ renunciatarius, pro cujus debitis poſt ferè quadraginta annorum poſſeſſionem, de ordine Congregationis Baronum talis portio ſubhaſtata, & deliberata fuit Cæſari Pallazzolæ, cui morienti ſucceſſit Margarita ſoror, contra quam Portia Morona Franciſcæ jam defunctæ filia de anno 1659. litem movit in Tribunali Cameræ Apoſtolicæ, prætendens ſive jure proprio in vim Bullæ Clementis VIII. ſive ex juribus Cameræ, quorum ceſſionem obtinuerat, dictam medietatem ad ſe ſpectare.

Sed pro Margarita ſcribens oſtendi hujuſmodi prætenſionem eſſe vanam, qualem Camera declaravit, li-
a cet enim per ſcribentes, ad favorem Portiæ allegaretur prohibitio reſultans ex diſpoſitione *textus in cap. Imperialem de prohibita feudi alienatione per Federicum*, replicabam tamen, incongruos eſſe iſtos terminos, procedentes in feudis, non autem in hujuſmodi Caſtris abſque aliqua inveſtitura, vel ſervitii præſtatione, ſeu fidelitatis Juramento, poſſeſſis in allodium magis, quàm in feudum, niſi io ea generica, & remota feudali qualitate conſiderando pro alio dominin, & ſuperioritate Papæ, ut ſæpiùs præcedentibus dictum fuit, ut in ſpecie huic objecto deducto ex generica prohibitinne alienationis feudotum reſpondetur *deciſ.211.num.7. & 8. part.5. recen. & deciſ.4. & 66. part.11.*

Unde neglecto iſto motivo tanquam omninò improprio, ac ſe reſtringendo ad prohibitionem reſultantem ex Conſtitutionibus Apoſtolicis; Quamvis *Sixtus V.* in *Conſtitutione tertia*, §.4. ex juſto & rationabili motivo, quod deceat Principem habere notitiam de
3 novis Baronibus, & Domicellis in ſuo ſtatu juriſdictionem in vaſſallos exercere debentibus, diſponat non poſſe Caſtra & bona juriſdictionalia ſine beneplacito Papæ vendi, donari, ſeu permutari, & ſic prohibitionem reſtringat ad ſolos tres caſus, ut habetur infra *diſc. ſequenti*; Et Clemens VIII. in *Conſtitutione* 78. id extenderit ad alias alienationis ſpecies, attamen in nullo caſu verſabamur, qoia non agebatur de venditione, donatione, permutatione, vel alia ſpeciali alienatione titulo ſingulari ipſorum Caſtrorum in ſpecie, quæ nunquam Olimpia habuit vel poſſedit, neque ad ea de tempore renunciationis aliquod jus vel actionem habebat, ita ot intret inſpectio, an ſub hujuſmodi prohibitionibus alienandi feuda, vel caſtra, veniant alienationes jurium & actionum ad illa, & an
4 actio ad feudum reguletur jure feudi, de quo *Franch. & Adden. deciſ.75. & 93. Apont. de poteſtate Proreg. tit.8. §. 11. Rovit. pragm.4. de feudis num.17. Apont. conſ.5. lib. primo, Galeot.2. controv.13. num.24. Merlin. lib.2.contr.81.num.61.& ſeqq.*

Sed agebatur de renuncia & ceſſione generali omnium futurarum hæreditatum, quas ſeu quarum ſpem donari, cedi, ac vendi poſſe non dubiratur *ad text. in*
5 *l. ſpem, C. de donat.* ac plenè habetur in *Romana fideicommiſſi 13.Decembris* 1655. & 9. *Maii* 1659. *coram Veroſpio*, 21. *Junii* 1660. *coram Bevilaqua & 24. Martii* 1662. *coram Taja*, de qua cauſa habetur *ſub tit. de fideicommiſſis, & ſapè ſub titulo de renunciationibus*; Caſtra verò prædicta venerunt ceſſoriè, conſecutivè ad unam ex renunciatis futuris hæreditatibus, ideóque eſt caſus omiſſus, ſeu oon comprehenſus in dictis Conſtitutionibus loquentibus de ſpecialibus alienationibus ipſorum Caſtrorum in ſpecie titulo ſingulari, non autem de diſpoſitionibus generalibus, ſub quibus illa acceſſoriè & conſecutivè veniant *de Marin. reſol.139. num.26. & ſeqq. lib.2.* Et habemus in ſimili de jure patronatus, quod abſque ordinarii conſenſu donari non 6
poteſt, neque in contractum venditionis vel aliàs correſpectivum deduci, & tamen his prohibitionibus non obſtantibus, rectè venit acceſſoriè, & conſecutivè in venditione vel correſpectiva ceſſione alicujus Univerſitatis, cui ſit annexum, puta in venditione caſtri, ſive hæreditatis, *Cap. cum Sæculum, ex litteris de Jurepatronatus cum concordantibus per Vivian. hoc tracta-* 7
tu lib 4. cap. primo, num.3. & ſequent. & cap 5. num.1. & per tot. Ottobon. deciſ.234. num. 9. & cæteri paſſim, etiam ſi de illo ſpeciali mentio fiat, quoties enunciativè ſeu declarativè vel alias incidenter id ſequitur, ita ut non ſit principaliter deductum in contractum, *per Otthobon. ubi ſupra.*

Idem habemus in pactis improbis ſuper hæreditate vel ſucceſſione certæ & determinatæ perſonæ propter votum captandæ mortis, ad *text. in l fin. C. de pactis*, 8
cum concordantibus, de quibus non ſemel *ſub tit. de renunciationibus*, nam iſta prohibitione non obſtante, ſuſtinentur pacta ſuper hæreditatibus, & ſucceſſionibus in genere, ut occaſione hujus individuæ renunciationis *Buratt. deciſ.366.* & latius loco citato cum pluribus ſimilibus.

Sic à pari ex eadem ratione, ac etiam qui tractatur de legibus exorbitantibus, & odioſis, ſtrictè in ſuis 9
terminis intelligendis, neque ad caſus omiſſos extendendis, ut ultra generalia axiomata, in individuo iſtarum Conſtitutionum ſæpius firmavit Rota, præſertim *deciſ.211. num.5. & ſequent. & 328. num.4. part.5. recen. num.19. part.6.* Niſi ceſſio generalis eſſet color quæſitus ad fraudandas conſtitutiones apoſtolicas, quia nempè in alio non eſſet verificabilis, niſi in caſtris & bonis juriſdictionalibus, juxta ea quæ in dicto ſimili de pacto hæreditatis viventis habetur *apud Franch.deciſ.89. & Buratt. dicta deciſ.366.*

Eo magis quia non tractabatur de ceſſione hæreditatis jam delatæ, ſub qua de tempore contractus certum jam eſſet comprehendi caſtra, ſeu bona Juriſdictionalia, quo caſu dubitari fortè poſſet ita legi fraudem fieri, maximè ſi major hæreditatis ſubſtantia in hujuſmodi bonorum ſpecie conſiſtat, ut ſupra. Neque agebatur de futura ſpe trahente cauſam ſeu originem de præterito, puta ex majorum fideicommiſſis & primigenituris, quam ſpem eſſe magis conſiderabilem habetur *in dicta Romana de Urſinis coram Taja*, & diſcorſu ſuper ea edito *ſub tit. de Donationibus*, ſed agebator de futuris omninò incertis hæreditatibus, & ſucceſſionibus.

Et quod magis eſt, etiamſi aliqua ſucceſſio juxta naturæ ordinem eſſet veriſimiliter certo ſpetata, & à contrahentibus principaliter conſiderata, ut præſertim eſſe ſolet ſucceſſio materna, ut benè conſideratur *apud Franchum dicta deciſ.89. & in dicta individuali deciſ.366. Buratti* (quod tamen neque jus certum importare poteſt, quia filia poterat matri præmori, vel aliàs ſoccesſione indignam ſe reddere) adhuc remanebat incertitudo reſpectu caſtrorum, quia dato etiam, quod ex divina revelatione certi fuiſſent contrahentes de matris præmorientia, non per hoc certi erant de ſucceſſione in caſtris, quæ mater vivens poterat alienare, vel moriens alteri relinquere, cum eſſent hæreditaria, & liberæ diſpoſitionis, igitur nullam penitùs ſubeſſe dicebam rationem ſuadentem hujus renunciationis comprehenſionem ſub dictis Conſtitutionibus.

Quodque Conſtitutio præſertim Sixti, quæ de tempore infra dicendi actus ſolùm vigebat, non capiat 10
hujuſmodi conventiones ſuper juribus incertis, & eventualibus, ſub quibus caſtra & bona juriſdictionalia veniant, pro abſoluto habitum fuit in famoſa *Signina Caſtrorum coram Remboldo, Coccino, & Panzirolo, ſuper qua habentur deciſ.2. 291. & 323. part.6. recen.* Cum enim Cardinalis Salviatus ex majorum diſpoſitione

ſitione plura caſtra poſſideret valoris ſcutorum ferè 200. m. ſub gravamine fideicommiſſi poſt ejus mortem ad favorem Ducis Camilli de Comitibus, prudentiſſimus Cardinalis jam ſenex, & ferè morti proximus, à parum prudenti Duce juvene, & valido, cum ſolutione ſcut.25. m. obtinuit futuræ ſpei remiſſionem, ſed quia tractabatur de jure univerſali, ac incerto, & eventuali, dici non potuit agi de ſpeciali caſtrorum renunciatione ſeu alienatione.

Præterea ubi etiam dictarum Constitutionum pro-
11 hibitio intraret, adhuc tamen dicebam, objectum ceſſare ex beneplacito præſumpto, quod ſtante lapſu triginta annorum cum ſubſequuta obſervantia præſumi, & allegari poteſt, etiam in illis actibus, quibus leges vel apoſtolicæ conſtitutiones etiam cum decreto irritanti reſiſtant, ut in fortioribus terminis alienationis bonorum Eccleſiæ *Gregor.deciſ.52.& 354.ubi Addn.Buratt. & Adden.deciſ.45.& in aliis frequentiſſimè*, quamvis hodie in bonis Eccleſiaſticis id ceſſet ob Conſtitutionem Urbani VIII. editam de anno 1641. quæ ſolam centenariam præſervat. Et in terminis beneplaciti præſumpti per dictum ſpatium triginta annorum adversùs prohibitionem reſultantem ex altera conſtitutione ejuſdem *Sixti V.* ſuper dotibus exceſſivis, pleniſſimè habetur *deciſ.172.part.8.recen.num.16.cum ſeq.& deciſ.175. part.9. num.39. cum ſeq.* de quo latius in ſua materia *ſub tit. de Dote.*

Et in ſpecialibus terminis beneplaciti ſeu aſſenſus
12 præſumpti ſuper alienatione feudi *Iſernia in l. hac edictali de prohibita feudi alienatione per Lottarium, Frecc. de ſubfeudis lib.2 de aſſenſu,q.28.n.2.& 3.Fab.de Anna conſ.112. num.1.* & cæteri communiter non dubitantes in terminis juris communis, cum ſolùm apud feudiſtas Regnicolas dubitatio cadat in aſſenſibus ſuper feudis quaternatis de neceſſitate regiſtrandis in regiis quinternionibus, & non alibi, ex quorum revolutione poteſt incontinenti probari negativæ veritas, cui præſumptio ſemper cedit, quod etiam data præciſa neceſſitate regiſtrandi aſſenſum in certis libris, ſeu regiſtris, quæ integra exiſtant, admittitur *per Rotam ex deductis dec.294. part.6. recent. & in aliis*, quod tamen in præſenti dici non poteſt, cum hujuſmodi licentiæ concedi ſoleant per chirographa de neceſſitate in certis libris non regiſtranda, ſive ſuper ſupplicibus libellis, maximè attento eo tempore, quo tot ſubtilitates per Camerales inductæ non erant.

Hinc propterea inanis labor creditus fuit immorari ſuper alia prætenſione, quam Portia Cameræ ceſſio-
13 naria habebat, ſuper reſtitutione fructuum medio tempore perceptorum, quorum reſtitutio inter alias pœnas demandatur per *Conſtitutionem* 108. *Pauli V.* editam de anno 1617. aſſumendo ſcilicet quæſtionem, an dicta Conſtitutio Pauli, triennio poſt dictam donationem emanata, trahatur ad præterita, ſuper quo negativa, ſcilicet non capiat niſi futura, in ſpecie iſtarum conſtitutionum habetur *deciſ.211.num.1.part.5.recen. & in dicta deciſ.4.num.9.& 66.num.7.part.11.* Prout ſuperflua judicata fuit altera inſpectio, num Palazzola emens mediante Congregatione Baronum in vim Bullæ Baronum nuncupatæ, ab his omnibus tutus eſſet, *de quo ſæpiùs hoc tit.* quia ceſſat nullitatis fundamentum.

Atque ſi quod dubium ſupereſſe poſſet, in eo, judi-
14 candum dicebam contra Portiam hujuſmodi odioſarum impetrationum expiſcatricem, & litium redemptricem ex ratione *textus in l. per diverſas, & l. ab Anaſtaſio, C. mandati*, quod etiam apud beneficialiſtas habemus in expiſcantibus beneficia viventium, *ut per Lotter. de Benef.lib.2.q.44.num.3. & 13. cum ſeqq.* atque antiqua ſententia eſt regiſtrata *per Farinac.de teſtibus,q.56.num.461.* quod hujuſmodi redemptores, ſicut omnia mala ſciunt, omnia mala faciunt, unde calumnioſi, & odibiles reputantur, & juxta præmiſſa per *Cameram* reſolutum fuit.

ROMANA PECUNIARIA DE GUELPHIS

Pro PAULO GUELPHO CESSIONARIO LUCÆ SABELLI

Cum DUCE BALNEOLI ALOYSIO STOZZIO,

Cauſa pendet in Rota.

De eadem Conſtitutione Sixti V. ſuper prohibita alienatione Caſtrorum, & bonorum Juriſdictionalium.

Et an aſſenſus præſtitus alienatione feudi, ſuffragetur quoad pactum de retrovendendo; Et quatenus non, an vitietur totus contractus; vel ſolum ipſum pactum remaneat vitiatum.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Aſſenſus ſuper venditione feudi non ſuffragatur quoad pactum de retrovendendo in eadem venditione contentum.*

3 *Prohibitio alienationis feudorum non militat, in caſtris allodialibus, in quibus ſolum obſtat prohibitio reſultans in Statu Eccleſiaſtico ex Conſtitutionibus Apoſtolicis.*

4 *Quando prohibita venditione dicatur prohibita retrovenditio, diſtinguitur.*

5 *Hypotheca, & alia onera contracta per emptorem, an, & quando reſolvantur in caſu retroventionis.*

6 *In caſu retrovenditionis an debeatur novum laudemium vel nova gabella.*

7 *De ratione in qua fundatur prohibitio alienandi bona Juriſdictionalia ſine licentia Papæ.*

8 *Attenta Conſtitutione Sixti V. pactum de retrovendendo, etiam ex intervallo non eſt prohibitum, niſi deducatur ad exercitium.*

9 *Diſpenſatus à vinculis, & obſtaculis, quæ illum impediebant uti ſua nativa, & antiqua facultate, gerere dicitur jure ſuo non ex privilegio, quod ſolum tollit obſtaculum.*

10 *Privilegium reverſivum ad antiquam juris diſpoſitionem eſt favorabile non odioſum, & large intelligendum.*

11 *Cui conceditur plus, cenſetur conceſſum quod eſt minus, & data facultate vendendi, cenſetur data illa hypothecandi.*

12 *Pactum de retrovendendo adjectum ſine aſſenſu in feudo, an obliget paciſcentem in actione perſonali ad intereſſe.*

13 *Pactum de retrovendendo abſque aſſenſu adjectum in venditione feudi an vitiet contractum, vel potius remaneat vitiatum.*

14 *Ubi aſſenſus convenitur ex pacto cum clauſula, & non aliàs, eſt neceſſarius tanquam conditio non tanquam ſolemnitas, licet aliàs non requireretur.*

DISCURSUS LXIX.

DE anno 1599. Lutius Sabellus vendidit Leoni
Strozzio, cum licentia Clementis VIII. Ca- 1
ſtrum Forani pro pretio æſtimando rationem ſcutorum centum in ſorte principali pro ſingulis ſcutis duobus, & tribus quartis alterius ſcuti in fructibus, & cum pacto retrovendendo in eventum mortis Leonis abſque filiis, qui caſus evenit, unde Leoni ſucceſſit ex teſtamento Dux Aloyſius Strozzius remotus tranſverſalis, qui obtinuit à Luca Sabello præfati Lutii venditoris filio, & hærede remiſſionem dicti pacti pro ſcutis mille, quorum ſolutionem demandavit Paulo Guelpho, quem reintegrare promiſit, quoties tamen conſta-

ſtet

ſet de dicto pacto valido & legitimo, quodque duret, ita ut redemptio competere poſſet.

Cum autem Paulus dictam ſummam Lucæ ſolviſſet, proindeque Ducem coram A. C. pulſaret pro reintegratione, excipiebat Dux de purificatione conditionum in ejus obligatione contentarum, quas tres eſſe conſtabat, unam nempe, quod venditio facta eſſet cum dicto pacto, alteram, quod illud adhuc duraret, & tertiam ſuper dicti pacti validitate.

Super verificatione primæ, & ſecundæ, nulla vigebat controverſia, prima enim litteraliter habebatur in inſtrumento venditionis, & ſecunda erat pariter certa, cum pactum eſſet indefinitum, ideóque vel juxta unam opinionem perpetuum, vel juxta alteram non præſcriptibile niſi ſpatio annorum 30. quorum lapſus non aderat, ſumpto initio à die mortis Leonis abſque filiis, in cujus eventum conceptum fuit, unde ſola diſputandi occaſio reſtringebatur ad tertiam ſuper va-
2 liditate pacti, quod invalidum Dux dicebat, dum licentia per Papam conceſſa, de illo mentionem non facit, proindéque deducebatur concluſio per feudiſtas communiter recepta, licentiam conceſſam ſuper venditione feudi, non ſuffragari ſuper pacto de retrovendendo, ex deductis *per Grammaticum deciſ. 76. num. 22. & ſeqq. Surd. deciſ. 173. num. 2. ubi Hodierna, num. 9. & ſeq. Franch. deciſ. 48. & 126. Marcell. Maur. alleg. 14. & 15. Roſenthal de feudis, c. 9. membro 1. concluſ. 34. ex num. 11.* & alios de quibus infra.

Replicabam tamen pro Paulo ſcribens, nos non
3 verſari in feudo, cui generaliter inſit quæcumque alienationis prohibitio, ſeu oneris, & ſervitutis adjectio, ex diſpoſitione textus *in Cap. Imperialem de prohibita feudi alienatione per Federicum*, in quibus terminis ſive in aliis longè rigoroſioribus, deductis ex Conſtitutione Regni incipien. *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, feudiſtæ omnes loquuntur, quia verſabamur in caſtro allodiali, & hæreditario, aliàs liberæ diſpoſitionis, niſi Apoſtolicæ Conſtitutiones obſtarent, ita ut non adaptentur termini feudales, ut habetur *in diſcurſu præcedenti*, unde quoad alienationis prohibitionem, attento eo tempore, quo Conſtitutiones Clementis, Pauli, & Urbani non emanaverant, ſolùm militabat obſtaculum *Conſtitutionis tertiæ Sixti V.* §. 4. quæ reſtricta eſt ad tres caſus, nempe venditionis, donationis, & permutationis, igitur non extendenda ad hoc pactum, quod aliud non continet, niſi onus vel ſervitutem, cum hujuſmodi conſtitutionum extenſionem non dari ſæpiùs per Rotam aliaque Tribunalia firmatum ſit *ex dicto præcedenti diſcurſu deductis*, igitur ſufficit non eſſe in caſu prohibitionis, ut dicamur eſſe in illo permiſſionis.

4 Nec obſtare dicebam regulam pro Duce deductam, quod prohibita venditione, cenſetur prohibita retrovenditio, illa enim procedit in ea retrovenditione, quæ fit ex intervallo poſt venditionem jam perfectam, & irretractabilem, quia in effectu eſt nova venditio, ſecus autem in ea, quæ ſequitur ex pacto de retrovendendo inſito ab initio venditionis contractui, cujus pars hoc pactum dicitur, quia tunc retrovenditio non dicitur nova alienatio importans novi dominii tranſlationem, ſed dicitur reſolutio primi contractus, ac per purificationem conditionis reſolutivæ, reverſio antiqui dominii ad ſuam primam cauſam, ejuſque excitatio tanquam à ſomno, non tanquam à morte, quia illud revocabiliter, ſeu conditionaliter, & non omnino tranſlatum fuit, & in hoc ſtat plurium æquivocum iſtos terminos retrovenditionis neceſſariæ ex pacto inito ab initio, & voluntariæ ex pacto adjecto ex intervallo confundentes, ita ut diſtinguendo habetur latè deductum *per Mantic. Tiraquell. Surdum, & alios cumulatos per Altogradum conſ. 68. n. 1. & ſeqq vol. 2.*

Hinc habemus, quod exercente venditore pactum
5 de retrovendendo ab initio venditioni adjectum, res ad ipſum revertitur libera à quibuſcunque oneribus, & hypothecis peremptorem medio tempore adjectis, ſecus eſt in caſu retrovenditionis voluntariæ, ſeu etiam coactæ ob pactum ex intervallo. *Franch. deciſ. 64. n. 4. & ſeqq. Surd. deciſ. 186. num. 12. Rot. deciſ. 86. num 5. part. 5. recent.*

Ita pariter in ſolutione laudemii, à quo regulatur
ſolutio gabellæ, & ſimilium, pro retrovenditione co- 6
acta ut ſupra non ſolvitur novum laudemium, quia in effectu non eſt nova alienatio, neque Dominus novum emphyteutam recognoſcit, ſecus eſt in ſecundo caſu, quia cum verè ſit nova alienatio ex integro, duplex laudemium, & duplex gabella debetur *Surd. deciſ. 305. num. 26. & ſeq. Cavaler. deciſ. 360. num. 5.*

Ratio etiam prohibitionis conſiderata per Sixtum in dicta ejus Conſtitutione, dum clarè comprobat, re-
ctéque proinde intrant dicti termini emphyteuſis, & 7
laudemii, ideò enim Papa noluit ſine ejus ſcientia, & conſenſu vendi, vel de uno in alium poſſe transferri caſtra, & bona juriſdictionalia, ut ipſe ſciat, quænam ſint perſonæ in ejus ſtatu, ejuſque ſubditos, juriſdictionem, & baronalem ſeu dominicam qualitatem habituræ, quæ ratio ceſſat, ubi ex pacto de retrovendendo ut ſupra neceſſario caſtrum revertitur ad priorem dominum, qui non eſt nova perſona, ſed eadem quæ ſaltem habitu, & potentialiter ſuum antiquum dominium, & baronalem qualitatem retinuit, & continuavit.

Quinimò attentis ſolis terminis dictæ Sixtinæ, reſtringentis prohibitionem ad dictos tres caſus venditionis, donationis, & permutationis, neque prohibitum videtur pactum de retrovendendo, voluntariâ, & ex intervallo adjectum, donec deducatur ad exercitium, in quo verè conſiſtit retrovenditio habens naturam venditionis, quia ſine exercitio ſolum pactum, inducit quidem in domino, & poſſeſſore onus, & ſervitutem, ſed non operatur abdicationem dominii ejuſque tranſlationem de uno in alterum.

Unde in ſimili habemus, quod ſub prohibitione alienationis bonorum Eccleſiæ non venit hypotheca generalis, niſi quatenùs deducatur ad exercitium, ob
quod inde ſequatur alienatio, ex deductis per *Rojas* 8
deciſ. 261. ubi allegantur, & declarantur deciſiones præcedentes, ac tota materia, cum ſimilibus, & juxta hunc ſenſum, & non aliàs intelligenda eſt *deciſio 582. part. 4. recent.* ſecus autem in eo exercitio quod provenit ex neceſſitate pacti ab initio adjecti, licet ſecus dicendum ſit hodie ob ſuperventas Conſtitutiones Clementis VIII. & Pauli V. & Urbani VIII. per Innocentium X. & Alexandrum VII. innovatas, & per quas etiam hypotheca, omneſque pactiones prohibentur, quæ tamen caſui de quo agitur non obſtabant tanquam poſteriores.

Et quamvis, ſive ex diſpoſitione juris communis feudorum in *Cap. Imperialem de prohibita feudi alienatione per Federicum*, ſive ex ſtrictiori, quæ in utriuſque Siciliæ Regnis oritur ex dicta Conſtitutione, quæ incipit *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, receptum ſit, aſſenſum alienationi præſtitum non ſuffragari quoad pactum de retrovendendo, etiam ab initio adjectum, id tamen provenit ex nimia generica prohibitione cujuſconque conventionis, quæ onus, vel ſervitutem in corpore feudi adjiciat, ita ut veniat etiam hypotheca, quod terminis noſtris non eſt applicabile, dum attento tempore contractus nullam aliam habebamus prohibitionem, niſi reſultantem ex dicta Sixtina, quæ ſe reſtringit ad tres caſus. Unde non eſt eadem ratio, neque termini ſunt pares, atque prohibitionem reſultantem *ex dicto cap. Imperialem*, non obſtare his caſtris, feudi veri, & proprii qualitatem non habentibus, eſt dictum *diſcurſu præcedenti*.

Eoque magis præmiſſa de plano procedere dicebam, attento tenore licentiæ Apoſtolicæ per Clementem Octavum conceſſæ, quia per illam non præſtatur ſimplex

plex aſſenſus venditioni, ſed tollitur de medio ſimpliciter obſtaculum dictæ Siatinæ Conſtitutionis, ibi, *Li concediamo licenza ad effetto di rimuovere l'oſtanza di detta Conſtitutione*, Unde remoto ſimpliciter, & abſolutè dictæ conſtitutionis obſtaculo, nihil remanet prohibitivum, ſed repoſitis contrahentibus in antiquo ſtatu libertatis, queio præambula dictæ conſtitutionis hora habebant, pro libito contraxerunt jure ſuo, dictæque libertatis vigore, adinſtar habentis naturaliter membra valida ab aliquo accidentali vinculo impedita, quia ruptis, vel ſolutis vinculis ambulat, & operatur ea ſua naturali facultate per
9 remotionem obſtaculi; Ex qua ratione inferunt beneficialiſtæ, Epiſcopum, cui à Sede Apoſtolica indultum ſit conferre beneficia reſervara, illa conferre jure proprio, & ordinario in vim antiquæ facultatis ſibi de jure communi competentis, tanquam per remotionem obſtaculi ex Indulto cauſatam, ut per *Gregor. & Adden. deciſ. 99. Cavaler. deciſ.627. num.4. & 5. deciſ.530. part. 4. rec. tom.3. ubi Adden.* licet hodie ex nova Indultorum formula, dubitetur, jure delegato magis quàm ordinario Epiſcopum indultarium conferre, *ut habetur in ſua materia ſub tit. de Benef.*

Sic etiam privilegium, quod alicui conceditur,
10 continens reverſionem ad jus commune, ac reſtitutionem antiquæ facultatis aliàs competentis, non dicitur odioſum, & ſtrictum, neque juatà privilegiorum conſuetam naturam regulandum eſt, ſed favorabile, & amplum, quia non privat, ſed reſtituit legem, nec aliquid de novo concedit, ſed ſolùm tollit impedimentum *Ancharan. conſ. 131. in princip. deciſ.505. num.10. & 11. part.1 diverſ. deciſ.4. num.4. part.2. recen.* ubi concordantes cum ſimilibus.

Inſpecta quoque veriſimili voluntate Papæ concedentis, idem omninò dicendum venit, quia cui con-
11 ceditur plus, fortiùs conceſſum dicitur, quo eſt minùs, & cui datur facultas vendendi liberè perpetuò, multò magis data cenſetur hypothecandi, pignorandi, ſeu vendendi ad tempus, & reſolubiliter *Molin. de primogen. lib.1. cap.10. num.21. de Marin. reſolut. quotid. 28. num.15. & 16. lib.1. Rot. deciſ.167. part.5. recent. & latè exornat Salgad. in labyrintho creditorum part.2. cap.17. num.46. cum ſeqq.* qui eodem tractatu *part.1. cap.34. num.21. & 23.* pluribus allegatis firmat in ſpecie, aſſenſum ſimpliciter præſtitum venditioni, cenſeri etiam præſtitum omnibus pactis, & conditionibus in ea contentis, præſertim pacto de retrovendendo, quod in eodem contractu, tanquam ejus pars adjicitur.

Ideóque manifeſtum errorem dicebam eſſe, regulandi iſtum caſum cum terminis feudorum, particularem naturam habentium, à terminis juris communis omninò diverſam, quia in eis non attenditur ſimulatio, neque bonorum ſeparatio, pluraque alia ſervantur, quæ juri communi repugnant.

Et in omnem eventum, feudalibus etiam terminis attentis, invalidum eſſe dicebam ipſum pactum de retrovendendo, tanquam ab aſſenſu non muni-
12 tum, ad effectum ut non afficiat corpus feudi, & ſervitutem in eo non inducat, ita ut venditori contra tertium poſſeſſorem, ſive in præjudicium acquirentium cum aſſenſu hypothecam, vel aliam actionem ſuper feudo non tribuat, neque ad illud competat actio, & hic verè eſt ſenſus feudiſtarum, ſecus autem ad effectum perſonalis obligationis paciſcentis, ut venditori teneatur ad quanti intereſt pactum ſervari, ut in ſpecie *Afflict. in Conſtitut. Diva memoria, num.31. & generaliter plenè Hodierna controv.26. n.55. & ſeqq.* Maximè ubi fit in ipſa venditione, cujus pretii pars eſſe dicitur, ideóque pretium minuit, unde emptor remaneret in lucro, contra omnem juris ſcripti, & naturalis rationem.

Et licet dicta *Afflicti* propoſitio apud Regnicolas non levem patiatur difficultatem, attamen id provenit ex particulari diſpoſitione dictæ Conſtitutionis *Conſtitutionem Diva memoria*, per quam etiam actio ad intereſſe tolli videtur, vel ſaltem ita per illos ſapientes intellecta eſt, ut obſervat *Hodierna loco citato*, ideóque in Urbe, & Curia Romana firmæ ſtant rationes juris communis, ex quibus *Afflictus*, & cæteri moventur, non curata dicta lege municipali, quæ ſuam ditionem non egreditur.

His non obſtantibus, judex cogere noluit Ducem ad dictæ promiſſionis obſervantiam, alio non ductus motivo, niſi fortè illo timoris, quia cum hujuſmodi conſtitutiones ſuper alienatione juriſdictionalium ſint in quadam rigoroſa obſervantia, timuit judex ſuper his manus apponere, & canonizare pacta, quæ remotè prætenderentur eis adverſantia, introducta eſt tamen cauſa in Rota, cujus reſolutio expectabitur.

In dicta diſputatione, incidenter etiam actum fuit,
an poſita invaliditate dicti pacti, illud vitietur, vel 13
potiùs totus contractus corruat, ac vitiatus remaneat, & in hoc (quicquid ſine auctoritate, vel probabili ratione motivet *Surd. deciſ.173. num.20.*) *Roſenthal. de feud. dict. cap.9. membr.1. concluſ.54. num. 12. & ſeq.* refert opiniones hinc inde, ipſe autem articulum decidere negligit, ſolumque quandam adhibet diſtinctionem, factæ, vel non factæ traditionis, non multum receptam, ideóque veriorem omninò dicebam opinionem per peritiſſimos feudiſtas Regnicolas magis communiter receptam, ut propter individuum voluntatis, totus contractus corruat, ut in ſpecie firmant *Camerarius in l. Imperialem pag. 58. in magnis litt. L. Lanar. conſ.73. num.5. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quaſt. 16. Aponte de poteſtate proreg. tit. de refutat. feudorum, §.1. num.6. Camillus de Medicis conſ.56. in fine, Hodierna ad Surdum dict. deciſ.173. num.10. Rovit. in pragmat.1. de ſide memorialium num.45. & in aliis*, quibus magis deferendum eſt, quàm *Marcello Mauro* Doctori in feudali materia non magnæ exiſtimationis *allegat.8. num.21. cum ſeqq.* qui in contrarium allegabatur.

Omnemque in caſu, de quo agitur, difficultatem
ceſſare dicebam, propter expreſſam partium volunta- 14
tem, qua accedente, etiam *Roſenthal. & cæteri* ſtant pro hac parte, cum totum contrariæ ſententiæ fundamentum conſiſtat in voluntate præſumpta non irritandi contractum principalem ob defectum iſtius pacti accidentalis, quod in præſenti dici non poterat, quia venditor ad venditionem procedere profeſſus eſt, *ſalvo dicto pacto, & non aliàs, aliter, nec alio modo*, per quam verborum, ſeu clauſularum adjectionem, pactum dicitur adjectum tanquam conditio ſubſtantialis, cum qua, & non aliàs contrahere voluit, unde ceſſat ſubſtantia voluntatis, ut habemus in fortioribus terminis aſſenſus, vel beneplaciti reſervati, quod aliàs de jure non eſſet neceſſarium, quia ſi reſervatur ſimpliciter, ejus ommiſſio non vitiat contractum, ſed ſi reſervatur ſub dictis clauſulis, omninò intervenire debet, quamvis de jure non eſſet requiſitum, quia ejus interventus attenditur tanquam implementum conditionis, ſine qua partes noluerunt contrahere, ita ut ceſſet voluntas *Gregor. & Adden. deciſ.192. Burat. & Adden. deciſ.120. & 374. Cavaler. deciſ. 253. deciſ.218. num. 13. & ſeqq. part.7. rec. Bonon. primogeniture 14. Februar. 1656. Bichio deciſ. 30. num.5. poſt colluctationes Bondeni*, & in aliis frequenter, multò magis ubi partium voluntas conſideratur ad famulandum juris diſpoſitioni, eamque corroborandam.

ROMANA CASTRI ORCIANI

Pro PRINCIPE BURGHESIO

Cum ECCLESIA ET CAPITULO SANCTÆ MARIÆ IN TRANSTIBERIM.

Caſus deciſus per Rotam ad favorem Burgheſii.

Caſtri nomine quid veniat, & an ſub eo veniant prædia, & bona in caſtro exiſtentia;

Per inſtrumentum infeudationis an probetur dominium infeudantis ad effectum devolutionis in præjudicium tertii, quem non conſtat habere cauſam ab infeudato.

S U M M A R I U M.

1 *Inſtrumentum Inveſtituræ ſeu conceſſionis an probet dominium concedentis diſtinguitur.*

2 *An ad effectum devolutionis ſufficiat dictum inſtrumentum cum adminiculis, diſtinguitur.*

3 *Adminicula ut proſint, debent ſubſequi, & non attenduntur præcedentia.*

4 *Feudatarius vel emphyteuta, an ex longa poſſeſſione præſcribat.*

5 *Conceſſio ad tertiam generationem non præſumitur excedere* 100. *annos.*

6 *Aliud eſt Caſtrum, ut quid univerſale, aliud ſunt prædia, & bona particularia in eo exiſtentia.*

DISCURSUS LXX.

POſſidens Princeps Borgheſius caſtrum Orciani ex venditione ſibi facta per Hoſpitale Sancti Spiritus, vel alios ab iſto cauſam habentes, per Capitulum & Canonicos Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Transtiberim (ſuſcitata antiqua lite uſque ab anno 1571. contra dictum Hoſpitale alioſque tunc temporis poſſeſſores pendente in Rota) pulſatus fuit, ſed oppoſita exceptione rei judicatæ, eam obſtare cenſuit *Rota* 7. *Februarii* 1661. *coram Albergato*, ſuper judicio particulari moto ſuper vendicatione prædiorum & bonorum intra dicti caſtri fines exiſtentium, non autem ſuper judicio univerſali ad ipſum caſtrum in genere, ſuper quo judicatum non eſſe dictum fuit; Unde aſſumpta coram eodem *Albergato* diſputatione ſuper hoc judicio univerſali, datoque dubio, *An conſtaret de dominio dictæ Eccleſiæ ſuper caſtro, ejuſque territorio intra fines Inveſtituræ anni* 1286.

Dicebatur pro Capitulo & Eccleſia de dicto dominio conſtare ex Inveſtitura de dicto anno 1286. facta Andreæ & Joanni fratribus de Pierleonis ad tertiam
1 generationem, ipſa acquirentium computata, nempè *pro filiis & nepotibus*, & agnoſcendo regulam *text. in l. ad probationem* ubi DD. *C. locati*, præſertim *Bart.* ubi de materia *num.*23. ut ſcilicet ſolùm conceſſionis inſtrumentum non probet dominium concedentis, maximè in præjudicium tertii, quem non conſtat habere cauſam ab eo, cui conceſſio facta eſt, *Affl. deciſ.*14. *num.*8. *Capic. Latr. conſult.* 113. *num. primo Cavaler. deciſ.*269. *num. primo Duran. deciſ.*431. *num.*9. *deciſ.*651. *num.*3. *part.*3. *rec. Mediolanen. prætenſæ devolutionis* 4. *Julii* 1655. & 3. *Junii* 1658. *Meltio & in aliis deductis per additionator. ad deciſ* 131. *num.*45. *& ſeqq. parte* 8. *recen.* quod ſecus eſt reſpectu accipientis inveſtituram, per quam agnoſcere dicitur inveſtientem in dominum, etiamſi de re ipſius recipientis facta eſſet ex deductis in *Maſſ. Caſtror. hoc eod. tit.* & firmavit *Rot. deciſ.*165. *&* 175. *part.*10. *rec. & in Mantuana Bonorum* 16. *Maii* 1654. *&* 28. *Januarii* 1656. *Cerro*; Conabantur pro Capitulo ſcribentes deducere adminicula, quibus concurrentibus receptam dicebant concluſionem, ut inveſtitura probet dominium etiam in tertii præjudicium, *ut in eiſdem ſupra allegatis auctoritatibus, & deciſionibus* præſertim in dictis *Mantuan. coram Cerro, Buratt. & adden. deciſ.*602. *deciſ.*164. *part.*6. *recent. & in aliis.*

Pro adminiculis deducebantur, primo altera conceſſio facta de anno 1141. Petro de Pierleonibus, ſecundò, inſtrumenta acquiſitionum aliquorum bonorum de annis 1110. & 1138. tertiò pactum in dicta ultima Inveſtitura anni 1286. ſolvendi libras mille pro canonibus decurſis, & quartò, bullæ Caliſti Secundi, Benedicti duodecimi, & Caliſti tertii, enunciantes dictum caſtrum eſſe de pertinentiis dictæ Eccleſiæ.

Econverſo pro Burgheſio dicebatur, dictas bullas, & antiquas ſcripturas non eſſe in forma probanti, unde propterea ex facto tollebatur difficultas; Verùm ubi etiam iſte defectus ceſſaret, adhuc tamen admini- 2
cula non videbantur talia, quæ ſufficerent; Rota enim antiqua apud *Caputaquen. deciſ.*280. *parte prima*, canonizata apud *Millin. deciſ.*11. *num.*8. *&* 9. *& in aliis*, ad effectum devolutionis, exactam & concludentem probationem poſtulantis, tenuit inſtrumentum conceſſionis cum adminiculis non ſufficere contra tertium; Rota verò moderna *deciſ.*290. *num.*6. *part.*1. *recen.* canonizata *deciſ.*164. *num.*13 *& ſeqq. part.*6. 613. *num.*14. *part.*5. 297. *num.*11. *in fin. part.*8. *Vercellen. ſeu Caſalen. bonorum* 10. *Maii* 1658. *Bevilaqua & in aliis per add. ad dictam deciſ.*131. *part.*8. *num.*50. *cum ſeqq.* iſtum rigorem temperando, diſtinctionem adhibuit, quod aut adminicula ſunt talia, quod omni contraria ſuſpicione vel poſſibilitate ceſſante, indubitatè convincant, bona non potuiſſe aliundè in poſſeſſorem devenire, quam à concedente vel ab habentibus cauſam ab eo, & tunc conceſſio cum adminiculis ſufficiat, aut de hoc non conſtat, & procedat *deciſio Caputaquen.*

Unde cum in caſu præſenti nulla concurrerent hu- 3
juſmodi adminicula reſpectu hoſpitalis, vel aliorum rei conventi auctorum id convincentia, actor deficere dicebatur in ſalutari, dicta enim adminicula omnia percutiunt tempus præcedens, non autem ſubſequens, quale percutere debent, ita ut dictæ conceſſionis effectuationem, & à conceſſionariis tranſitum arguant, & in quibus terminis adminiculorum ſubſequentium loquuntur *dictæ deciſiones Buratt.* 602. *deciſ.*164. *part.*6. *rec. Millin. deciſ.*374. *Sabinen. tenutæ coram Litta poſt Marcheſ. part.*1. *fol.*1079. quæ poſt pro Capitulo deducebantur; Accedente præſertim lapſu annorum 353. à tempore ultimæ Inveſtituræ uſque ad annorum 1639. quando impetrata fuit commiſſio ſuper hoc judicio univerſali, undè aderat lapſus trium ſæculorum & ultra, cujus vigore poſſeſſor allegare poteſt quemcunque titulum de mundo meliorem, & ſibi benè viſum,
cum id ſolum ſpatium unius ſæculi concedat ex ſupra 4
deductis in *Piſaur. Molendin. & aliis, hoc tit.* Nil obſtante quod durante inveſtitura, feudatarius vel emphyteuta nunquam præſcribat, ex collectis per *Roſenthal. cap.*9. *membr.*2. *concl.*97. *cum aliis in eadem Piſauren.* tum quia id procedit cum ipſo feudatario vel emphyteuta, vel cum repræſentantibus, non cum tertio allegante titulum independentem *Fulgin. de emphyt. tit. de ſolut. canon. quæſt.*9. *num.*4. *& ſeq. ubi concordantes.* Tum etiam quia conceſſio ad tertiam generationem non præſumitur, quod excedat ſpatium 100. annorum niſi probetur, quia filii non præſumitur niſi probentur, ut in ſpecialibus terminis emphyteuticis
habetur *in Romana Domorum* 15. *Decembris* 1649. *coram* 5
Bichio, unde deducto etiam dicto ſpatio annorum 100. adhuc remanet illud 253. quod hominum memoriam abſque dubio excedit.

Neque ex hoc tempore ſubducendum eſſe dicebatur tempus litis originariè motæ de anno 1571. quia aliud eſt caſtrum in univerſum conſideratum, ut corpus univerſale, continens ſub ſe univerſum territorium tanquam jus terrendi, aliud verò ſunt bona & prædia particularia intra ejuſdem caſtri fines exiſtentia jure privati

dominii

Digitized by Google

minii poſſeſſa, *Lenat. theatr. feudal. tom. 1 part. 3 dilucid. num. 4. & ſeqq. Roſenthal. de feud. cap 12. concluſ. 15. Duran. deciſ. 28. Burat. deciſ 276. & 426.* ac alii plenius congeſti *in Maſſanen. Caſtrorum & in Tiburtina caſtrorum, hoc eod. tit.* Lis autem prædicta ſuper bonis particularibus, eorumque particulari judicio, ut explicitè firmatur in dicta hujus cauſæ *deciſione 7. Februarii* 1661. *Albergato* de ſtylo præſupponenda, quod neque poſſe negari per Capitulum dicebatur, ne aliàs ſibi obſtet res judicata in dicta deciſione firmata, unde ad hoc adducebam dilemma. Aut in dicta antiqua lite actum fuit de hoc judicio univerſali, aut non; Si fuit actum, obſtat res judicata, ſi non fuit actum, ergo non adeſt lis, cujus tempus ſit ſubducendum; Et nihilominùs dicto etiam tempore ſubducto, remanent à tempore dictæ conceſſionis anni 285. & ſi primum centeſimum durantis conceſſionis juxta legalem præſumptionem deducere volumus, adhuc remanent anni 185. Si enim antiquas conceſſiones vel bullarum enunciativas & chronicarum traditiones plurium ſæculorum metas excedentes attendere deberemus ad ſufficientem dominii probationem de præſenti, & ad effectum rei vendicationis, eſſet intervertere totum mundum, multaque dominia & jure revolvi poſſent.

Et juxta præmiſſa prodiit reſolutio *ſub die Martii* 1662. *coram eodem Albergato* confirmata 25. *Junii* 1663. 9. *Junii* 1664. & 23. *Januarii* 1668. ut conſtat *ex deciſionibus* deſuper editis, & reſolutio ex præmiſſis videtur juſta & fundata, quia ſi hujuſmodi antiqua documenta, non probata eorum ſubſequenti effectuatione & obſervantia continuata de tempore moderno ſufficerent, omnia dominia eſſent incerta, totuſque mundus litibus involveretur.

† SUper iſta cauſa videantur ea, quæ occaſione aliarum diſputationum in eadem cauſa habentur infra *diſc.* 133.

ROMANA ſeu &c. REFUTATIONIS

Diſcurſus pro directione.

An & quando feudatarius refutare poſſit feudum invito domino, qui teneatur refutationem acceptare, ac feudatarium liberare, nec ne.

SUMMARIUM.

1 *Caſus controverſia.*
2 *De opinione, quod feudatarius non poſſit refutare feudum invito Domino, & de ratione.*
3 *De contraria opinione affirmativa, ut poſſit.*
4 *Et de rationibus hujus opinionis affirmativa.*
5 *De conſuetudinibus feudalibus, earúmque origine.*
6 *De legibus Longobardorum.*
7 *De tertia opinione diſtinguente.*
8 *Quomodo quæſtio decidenda ſit.*

DISCURSUS LXXI.

CUm ad quemdam effectum, aliud non judicare-
1 tur ſubeſſe congruum & opportunum remedium,
niſi ut quidam, qui inveſtituram feudalem ab alio receperat, illi renunciaret, excitata fuit difficultas, an id ſequi & practicari poſſet, invito eo, qui illam conceſſerat, unde propterea mihi injuncto onere efformandi deſuper diſcurſum pro directione, & ad effectum deliberandi, quid expediret.

Dicebam in hoc puncto plures haberi diverſas opiniones diligenter recenſitas per doctum & elaboratum
2 feudiſtam *Roſenthal. cap. 9. membr. primo concluſ. 50.* Aliqui enim purificantes feudum & emphyteuſim, atque hujuſmodi terminis promiſcue utentes, juxta regulas generales juris communis, negativam ſimpliciter tenent, ex ea ratione, quod agatur de contractu nominato ex utraque parte irrevocabili, ac pœnitentiam excludente, ut præ cæteris *Alex. in l. ſi quis ri, §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ. n. 14. Pinell. in l. prima de bonis maternis, part. 2. n. 72. verſ. qua renunciatio, fol. 63. col. 1. in meis*, cum quo ſimpliciter pertranſit *Suarez inter comm. opin. dicc ſ. tom 3. verbo feudum, num.* 100. & hanc opinionem ex jam dicta ratione ſibi placere dicit *Clar. §. feudum, quæſt. 34. num. primo*, ſequuntur alii relati *per Roſenthal. ubi ſupra*.

Alii verò materiam feudalem magis callentes, at-
que cum peculiaribus terminis conſuetudinum feuda- 3
lium ſeu juris feudorum procedentes, ſimpliciter tenent affirmativam, per claram diſpoſitionem *text. in cap. unico de Vaſſallo qui contra Conſtitutionem Lotarii*, ibi, *quia Vaſſallus etiam ſine Domini voluntate rectè feudum refutare poteſt*, per quem textum ita ibidem, & alibi tenent magis communiter feudiſtæ plenè collecti per *Roſenthal. dicta concluſ. 50. in gloſ. litt. D. & concluſ. 51. in gloſ. ad num. 6. litt. C.* quamvis ipſe videatur ſentire contrarium *concluſ. 50. num. 7. & ſequent. & in gloſ. litt. E.*

Idque non ratione pœnitentiæ, ut aliqui malè pu-
tarunt, incaſſum proinde laborantes ſuper puncto, an 4
feudum contineret contractum nominatum vel innominatum, quia ubi etiam eſſet innominatus (cujus contrarium eſt verius) adhuc poſt ſequutam feudi receptionem, & re non integra ceſſat pœnitentia, quæ ſi intraret, deberet eſſe ex parte utriuſque & tamen certum eſt eam domino denegari, unde propterea hæc ratio inepta remanet.

Aſſignant alii, præſertim *Roſenthal. ubi ſuprà*, qui alios refert, rationem obligationis cauſativæ ceſſantis dimiſſa re, ob quam illa contracta eſt, Verùm neque hæc ratio videtur tuta, quoniam ex collectis per *Amat. reſol. 21.* ac frequenter deductis in propoſito obligationis cauſativæ ſeu occaſionalis *ſub tit. de Regalibus ad materiam officiorum*, ac etiam ſub aliis *de emptione & venditione, & de credito*, dicta regula procedit, quatenus caſu, vel facto tertii, ſeu de ſuperioris licentia quis deſinat poſſidere, non autem ſi dolo, ſeu aliàs ex facto voluntario, quod habemus frequens in materia obligationis ſolvendi penſiones reſervatas ſuper Epiſcoparibus aliiſque beneficiis.

Quare alia non videtur aſſignabilis ratio, niſi ea,
quod ita leges feudales diſponant ad regulam textus 5
in l. non omnium, ff. de legibus, quam ponderat *Roſenthal. dicto. cap. 50. num. 11.* præſertim quia in effectu iſtæ non ſunt leges ab aliquo legiſlatore cum matura, prudenti, & rationabili præordinatione conditæ ſed in origine ſunt conſuetudines paulatim ex illorum barbarorum ſæculorum uſu & moribus introductæ per Gherardum & Ubertum in ſcripturam collectæ, & pro legibus ex ſolo uſu receptæ, quarum neque certa origo, neque certa ratio de facili aſſignari poteſt, & probabilius originem habent à legibus Longobardorum, quas irrationabiles & aſininas dicunt *Bald. Oddo-
fred. Bartholomæus de Capua, & cæteri relati per Maxill.* 6
in proœmio ad conſuetudines Bari, & Annichin de prævent. cap. primo, quæſt. 3. num. 105. & ſequent. ubi refert *Rendell.* earum acerrimum defenſorem.

Tertia eſt opinio diſtinguens *ex gloſ. in cap. finali de Capitaneo, qui Curiam vendidit*, an ſcilicet feudum datum ſit necne ſub certo ſervitio, & an iſtud conſiſtat in dando, vel in faciendo, ſive an ultra juramentum
fidelitatis, aliud juramentum ſeu formalis ſtipulatio 7
ſuper ſervitii præſtatione intercedat, ſive an ſit feudum ligium, quod plerique putant generaliter eſſe illud Eccleſiæ, quod præſertim à Papa accipitur, ut de hujuſmodi diſtinctionibus patet ex *Bart. in l. is cum quo, ff. de aqua pluvia arcenda*, qui cum prima diſtinctione ſervitii certi vel incerti procedere videtur, *Imola*, qui inter Canoniſtas omnium latius materiam tractare ac diſtinctiones ponderare videtur *in cap. qua Eccleſiarum, n. 27. de Conſtit.* cum aliis collectis per *Roſenthal. ubi ſupra*

*concluſ.*50. & 51. ex quibus patet conſtituendam eſſe regulam affirmativam juxta ſecundam opinionem, ob nimis claram,& expreſſam diſpoſitionem textus litteralis, diſtinctiones verò attendendas eſſe pro limitationibus, juxta ſingulorum caſuum particulares circunſtantias, potiſſimè verò regionis mores & praxim.

In hac verò opinionum varietate, non de facili conceditur maturum judicium pro veritate efformare, cum
8 deſuper non habeantur deciſiones, ſeu res judicatæ magnorum Tribunalium, quæ in ambiguis quæſtionibus magnum lumen præbuerunt, ob articuli nimiam infreqoentiam, ita ut modernis præſertim temporibus, ubique, præcipuè verò in noſtra Italia iſta quæſtio à foro exulaſſe videatur, cum omnes controverſiæ ſint in caſu converſo, in quo Dominus, invito inſeudatario de feudi caducitate vel devolutione contendat; Et meritò, quia feuda ad quantumcunque ſervitium obligantia, ſemper tribuunt utilitatem & honorificentiam, quæ oneribus præponderent, ita ut magis expediat habere, quàm non, Creditur autem antiquitùs hujuſmodi quæſtionem fuiſſe frequentem, quando ob magnas factionarias diviſiones, præcipuus unius principis vel domini nervus conſiſtebat in clientela & devotione, quàm potiùs, quam pecuniam & utilitatem burſalem habere expediebat, unde propterea idem textus *in cap. primo de vaſſallo, qui contra Conſtitutionem Lotarii*, ex quo reſultat feudatarii libertas juxta ſecundam opinionem ut ſuprà, ita liberautem obligat ad non offendendum.

Quare conſtituendo regulam juxta ſecundam opinionem, ejuſque limitationes juxta diſtinctiones, de quibus in tertia opinione, quæſtio videtur potiùs facti juris, omformem generalem deciſionem non recipiens, ſed decidenda juxta ſingulorum caſuum particulares circunſtantias, an ſcilicet adſit Domini intereſſe, vel præjudicium, quia ſi nihil ejus intereſt talem refutationem fieri, quia idem feudum alteri æquè idoneo, ſub eodem ac fortè majori ſervitio concedi poteſt; tunc ex æquitate admittenda videtur regula juxta ſecundam opinionem, ſecus autem è converſo.

Licet enim juxta aliquorum ſententiam, feuda Eccleſiæ, provenientia præſertim à Papa, dicantur ligia, & in eis non intret dicta regula, potiſſimè quia non improbabiliter dici poteſt, Eccleſiam non ſubjacere præciſæ obſervantiæ conſuetudinum feudalium ex alibi deductis *hoc eod. tit.* præſertim in *Maſſaien. Caſtrorum* in articulo capacitatis Clericorum attamen eadem Eccleſia tanquam mater,&,cultrix æquitatis, quam lex canonica, magis quàm civilis, & feudalis profitetur, ex quadam vi directiva potiùs quàm coactiva tenetur ad obſervantiam illius æquitatis, quàm lex feudalis juxta ſecundam opinionem, ceſſante præjudicio induxit, ut eadem diſtinctione retenta *Roſenthal. dicta concluſ.50.num.6.* ubi etiam de feudo Eccleſiæ; qua theorica conſtituta dixi reflectendum eſſe ad facti circunſtantias ob applicationem, cum totum dictum eſſet in forma diſcurſiva pro directione.

† Nimium rarus eſt iſte caſus, ac fortè ſingularis in feudis veris & nobilibus, juxta hodiernam praxim, ſæpiùs enunciatam, benè tamen ſuper hoc in praxi diſputari ſolet in terminis Emphyteuticis, juxta earum, de quo in ſua materia *ſub tit. de Emphyt. diſc.38.& in Annot. ad illum.*

In iſtis autem terminis feudalibus, pro opinione negativa, quod ſcilicet non poſſit feudatarius, invito Domino, repudiare feudum, congruum à ſimili, quæ habemus in Epiſcopatibus & Archiepiſcopatibus, quod licet imporient qualificatum beneficium, cum utilitate & præeminentia, attamen non eſt in arbitrio Epiſcopi dimittere Epiſcopatum, niſi accedat voluntas Papæ, illum ſolvere velit ab eo vinculo, idque concedi non ſolet, niſi ex juſta cauſa formiter diſcuſſa, & examinata in Sacra Congregatione Conſiſtoriali, iſtaque paritas eſt adaptabilis.

TUSCULANA BONORUM VACANTIUM

AD PETITIONEM PRINCIPIS BURGHESII.

Diſcurſus pro veritate in abſtracto.

Barones, Feudatarii, vel Domini inferiores, Principem tecognoſcentes, an habeant Fiſcum, & jura Fiſci, & præſertim ſucceſſionem in bonis vacantibus, & an bona emphyteutica, vel locata in perpetuum veniant ſub hac ſucceſſione bonorum vacautium.

SUMMARIUM.

1 *An in bonis vacantibus ſuccedat Fiſcus Principis ſupremi, vel Fiſcus Baronis, ſeu Domini inferioris.*
2 *Opinio Baroni favorabilis.*
3 *Contraria, niſi conſtet de conceſſione regalium.*
4 *Hac ſecunda dicitur verior, ubi de dicta conceſſione non conſtat.*
5 *Quid in dominis poſſidentibus caſtra non in feudum, ſed in allodium.*
6 *Quod ſit deferendum obſervantia, quæ in Statu Eccleſiaſtico videtur iſtis dominis favorabilis.*
7 *Quod Fiſcus hujuſmodi dominorum capiat bona ſub confiſcatione cadentia ex delicto.*
8 *Barones, & Feudatarii an habeant Fiſcum.*
9 *Bona emphyteutica, vel conceſſa ad livellum, vel perpetuam locationem, an in defectum hæredis ſpectent ad Fiſcum tanquam bona vacantia, vel potiùs devolvantur ad dominum directum.*
10 *Quid de confiſcatione per delictum, an capiat hac bona.*

DISCURSUS LXXII.

IN ea quæſtione, an Barones, & Domini ſub alicujus Principis alto domioio, & ſuperioritate juriſdictionem cum mero, & mixto imperio in aliquo caſtro, vel loco habentes, ſuccedant in bonis vacantibus decedentium abſque hærede, ex diſpoſitione textus *in l.1. §.Divus Pius,ff.de jure Fiſci,l.1.l. vacantia, & l.ſi vacantia,C.de bonis vacantibus lib.*10. 1

Doctores variè loquuti ſunt juxta varietatem regionum, in quibus ipſi verſabantur, ita ut quantum videre licuit, articulus adhuc remaneat indigeſtus,& ſub aliqua confuſione.

Affirmativam enim pro Barone, ſeu Domino, ſimpliciter tenent *Bald. in l.1. C. de hæred. de cur. num* 4. 2
qui loquitur de nobilibus, qui habent dominos ſuos, ſeu melius loquentes de Baronibus noſtri temporis ad excluſionem Fiſci, ſeu Principis, *Jean. de Platea in l. Cornicularii, Cod. de apparitor. Præfect. prætor. lib.12. num.3.* circa finem verſ. *Sed quæro utrum idem eſſet in Baronibus noſtri temporis*, & ibidem *Jacob Rebuff.* circa finem verſic. *contrarium tenent*, cum quibus pertranſeunt *Bertrand. conſ.276. num.17. in fin. vol.3. Boer. deciſ.50. num.14. in fin. Borell. de præſtantia Regis Catholici, c.14. num.17.*

Negativum, niſi tali Baroni, vel domino conceſſa eſſent etiam regalia, clarè tenent *Bart. Ang. & Bald. in l.1. C. de bonis vacan. lib.*10. qui licet loquantur de 3
Civitate, attamen ratio eſt eadem, & cum eadem diſtinctione procedunt *Alexan. conſ.31. num 4. volum.1. Nicol. de Ubald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. part.5. & ultima num.3. Jacobin. inveſtit. feudal. gloſ. cum mero, & mixto imperio, num.17. Boſſ. in prax. crim. tract. de regalibus, num.15. Bovadill. tom.1. politicor. lib.2. cap.16. num.216. Ripoll. de regal.cap.9.14. Amaya in l.1 num.36. C. de bonis vac. lib.10. Capoblanch. de Baron. pragm.8. prima part.num.143. Franch. deciſ.124. Capic. inveſt.feudal. verbo cum bonis vacantibus Balzaran. in cap.1. quæ ſint*

ſint regalia num.2. Sola ad conſtit. Sabaud. verb. Replic. part.2.gloſ.7.num.5. Roſenthal. de feud.cap.5. concluſ.52. num.2. Tiraquell.in tract.le mort. ſaiſit.reviſ. part.2. declarat.15 .num.11. Maſtrill.de Magiſtr.lib.3.cap.10.num 368. *Freccia de ſubfeudis lib.2.auctor.*14.*fol.*210. in meis primæ impreſſionis, & cæteri magis communiter, quibus annecti poteſt *Peregr. de jure Fiſci lib* 4. *tit*.3. dum loquitur ſuppoſitivè de pertinentia iſtorum bonorum ad Fiſcum Principis.

Et hæc ſecunda opinio veriſſima videtur, ac omnino recipienda, quia *text.in cap.* 1.*quæ ſint Regalia*, ex-
4 preſsè collocat iſtud jus inter regalia, idcóque competere non poteſt, niſi ea habenti ex privilegio, vel legitima conſuetudine, & juxta hunc ſenſum intelligendi ſunt *Bal. Platea*, *Rebuff. & cæteri* pro prima opinione allegati, quod ſcilicet agatur de Baronibus, & feudatariis, quibus etiam regalia conceſſa ſint, vel quod ea ex legitima conſuetudine præſcripſerint, ut reſpectu regalium minorum, & quæ non ſunt neceſſariò annexa dignitati Principatus, communis eſt formula conceſſionum in Germania, & conſuetudo in Gallia, idcircò non mirum ſi Galli, & plures Germani priorem ſententiam tenent, aliàs enim conceſſa ſimplici juriſdictione cum mero, & mixto Imperio, hoc jus non venit, quia non eſt effectus juriſdictionis, ſed Principatus, & regaliæ.

Quodque præſertim *Joannes de Platea, & Jacob Rebuff.* à quibus cæteri derivant, intelligant loqui de Baronibus habentibus omnimodum imperium etiam cum regalibus, liquet ex eorum modo loquendi, dum aſſignantes ſui dicti rationem dicunt, quia hodie ſciſſum eſt Imperium, ſive quia in Gallia inferiores Domini de conſuetudine id obtinent, ut refert. *Tiraq. loc. citato, num.* 12.Et de feudatariis habentibus plenum imperium cum jure Principatus, ita ut tantum poſſit iſte in ſuo dominio, quantum Imperator in Imperio, loquitur *Rolan.conſ.*[illegible] *& conſ.*91 *utrobique num.*16. *&* 17. *vol.*2.*& cæteri*, qui poſſunt adduci.

Rectè procedunt hæc in illis Baronibus,& Dominis,
5 qui oppida, & loca obtinent in feudum, vel allodium ex Principis conceſſione, vel inveſtitura, ex cujus tenore, affirmativa, vel negativa conceſſionis regalium deſumi valeat, quia cognito facto, plana exindè remanet cognitio juris, cujus diſpoſitio in dicta diſtinctione conſiſtere videtur.

Sed punctus difficultatis eſt, quid dicendum ſit de illis Baronibus, & Dominis, qui abſque aliqua inveſtitura ab antiquiſſimo tempore, ex jure ſuorum majorum, vel auctorum à quibus emerunt, poſſident oppida, & caſtra cum mero, & mixto Imperio, tanquam allodialia liberæ diſpoſitionis, & ad quoſcumque extraneos tranſmiſſibilia, ut ſunt frequentius Barones, & Domicelli Status Eccleſiaſtici, qui nullam habent inveſtituram, nec aliquod præſtant ſervitium, vel fidelitatis juramentum; Unde potiùs allodialia, quàm feudalia dicenda ſunt,ut conſtat ex deductis *deciſ.*93.*n.*29. *cum ſeqq. part.*5. *recen.*

Et licet largè & impropriè dicantur feuda à Papæ conceſſione originem habentia, ex copioſè deductis per *Spadam conſ.*1. *vol.*1. attamen hæc dicitur quædam remota, & impropria feudalitas, ad ſolum effectum removendi veram, & omnimodam allodialitatem, per quam alius Superior agnoſci non dicitur, niſi Deus, proindéque firmandi altum Dominium, & Principatum, ac ſupremam poteſtatem Papæ, præſertim circa regalia majora, quæ per neceſſe annexa ſunt Principatui, ſeu Coronæ, à qua divelli non poſſunt, & in his terminis, atque ad hunc effectum loquitur *Spada loco citato*, quod non tollit in reliquis allodialitatem cum plenitudine nedum juriſdictionis, ſed etiam imperii, ita ſubordinati, ſub quo non implicat venire hujuſmodi regalia minora, quæ etiam Baronibus, & feudatariis ſubordinatis, ac inferioris ordinis concedi ſolent, ut conſtat apud *Franch. & Capic. locis citat.* ſive penes eos eſſe ex conſuetudine, de qua *Tiraq. Roſenthal. & cæteri.*

In his autem terminis, deferendum videtur obſervantiæ, ſeu conſuetudini tanquam interpreti, an ſcili- 6
cet ſub hoc imperio, ſeu dominio, quod de utraque feudi, & allodii qualitate reſpectivè ut ſupra participat, veniant vel ne hujuſmodi regalia minora; Et pro affirmativa conſuetudinis reſpondendum videtur, tum ex traditione *Bald.in l.*1.*C.de hæred.decur.n.*4. qui tanquam Doctor verſatus in Statu Eccleſiaſtico, ubi frequens eſt hujuſmodi Domicellorum, & Baronum ſpecies (ſed ſuo tempore frequentior) ita locutus eſt ex more Principatus, ſeu regionis eodem modo, quo *Joannes de Platea, Jacobus Rebuff. & alii*, de quibus ſupra loquuti ſunt.

Tum etiam quia videmus ſimilia regalia minora ab iſtis Baronibus, ſeu Domicellis poſſideri, ut præſer-
tim eſt illud confiſcationis bonorum in ejus territorio 7
exiſtentium ex delicto,alibi quàm in ſuo loco, ac etiam per ſubditum commiſſo, ſolùm ex regula, quod quilibet fiſcus capit bona ſui territorii, ut in ſpecie hujuſmodi Domicellorum conſtat apud *Merlin. deciſ.*125. *aliàs* 449. *part.*5. *recen.* hæc enim ſpecies confiſcationis dici non poteſt fructus, ſeu effectus juriſdictionis, prout ſunt mulctæ, & pœnæ, quæ ab ejus curia indicuntur ſubditis, ſed eſt effectus dominii territorii, in quo ſunt bona *Peregr.de jure Fiſci lib.*1.*tit.*2.*num.*83. *Spada conſ.*26. *num.*2. *& ſeqq. lib.*1. ubi quod confiſcatio eſt de primo gradu meri imperii, ibique plures cumulantur, & ſucceſſivè jus regaliæ, non competens, niſi habentibus fiſcum, unde dato fiſco veniunt omnia hujuſmodi, quia feudatarii, & Barones illorum locorum, in quibus hujuſmodi regalia ſpectant ad ſo- 8
lum Principem, ut eſt in Regno Neapolis, & in pleriſque Hiſpaniæ partibus, non habent Fiſcum, neque jura fiſci, ſed ſolùm quemdam Promotorem Fiſcalem, ſeu Coadjutorem curiæ pro inquirendis delictis, & defendendis juribus curiæ *Ann. ſingular.*220. *Borell. de præſtant.Reg.d.c.*14.*num.*6 *&* 7.*Apont. de poteſt. Proreg. tit.*1. §.4. *num.*60. *cum ſeqq.* & cæteri Regnicolæ communiter, quia in praxi eſt receptiſſimum.

Et ſic totus punctus eſt in jure habendi fiſcum,quem ſi de facto hujuſmodi Barones, & Domicelli habent, conſecutivè veniunt hujuſmodi jura ad fiſcum ſpectantia, quia in hac circunſtantia hujuſmodi pertinentiam tenent *Bart.Bald.& Angin d.l.*1. *C.de bon. vacan.lib.*10. & cæteri apud *Deciam. conſ.*35. *num.*64. *vol.*2.

His ita firmatis, quoad articulum in genere; quo- 9
ties etiam his non obſtantibus contra Barones, & Domicellos aliqua ſubeſſet difficultas reſpectu bonorum indifferentium; adhuc tamen illa penitus ceſſat reſpectu illorum bonorum, quæ ſunt de pertinentiis feudi, ſeu caſtri, & quæ per ipſos Barones, tanquam dominos directos in emphyteuſim, vel ad perpetuam locationem eorum vaſſallis, vel aliis conceſſa ſunt, ſive ſint aliàs reddititia, ut punctualiter *Frecc. de ſubfeud. dicta auctor.* 14. *verſ. in bonis feudo reddititiis* quem refert, & ſequitur *Rovit. ſuper pragm.*16. *de Baron. n.*7. *in fine*, & firmant *Bellamer. conſ.*23.*ſub num.*2.*cum ſeqq. Maſtrill.de Magiſtr.d.l.*3.*cap.*10. *num.*370. ubi allegat *Bellug. de ſpecul. Princip. & alios*, ac videtur fundatum in ratione concludenti, quod ſcilicet hujuſmodi fiſcalis ſucceſſio non datur, niſi in bonis omnino vacantibus, nullum legitimum dominum, & ſucceſſorem habentibus, ita ut fiſcus poſtponatur Collegiis, & aliis, de quibus latè in propoſito agit *Borell. in dicto tractatu de præſtantia Regis*, *cap.*14. ideóque talia dici non poſſunt hæc bona, quæ per reverſionem ad ſuam cauſam ex defectu perſonæ, & ob conſolidationem cum dominiō,habent legitimum dominum.

Et quamvis *Clarus in* §. *Emphyteuſis quæſt.*29. *Surd. Farinac. & cæteri collecti à Fulgin. de emphyt. tit.de ſuc- 10
ceſſion.quæſt.*4.verius probent,in bonis etiam emphyteuticis tranſitoriis ad hæredes extraneos ſuccedere fiſcum,

multò magis in iſtis ſolùm cenſualibus, & redditiſiis, attamen agunt de ſucceſſione anomala, reſultante à confiſcatione ob delictum, in qua neceſſarium non eſt illud requiſitum, ut bona omninò careant legitimo domino, & ſic ratio eſt diverſa, præſertim dum habemus ſpeciales auctoritates, de quibus ſupra; Et ex his concludendo dicebam abſque dubio ſpectare ad Principem Burgheſium ſucceſſionem in illis bonis vacantibus, quæ eſſent ſub ejus directo dominio, & ſic emphyteutica, vel ſaltem reddititia, & de pertinentiis ejus caſtri, quamvis aliàs in bonis liberis, & indifferentibus cadere poſſet difficultas, non tamen hic diſcurſus deductus fuit ad praxim, quia ſubſequens detecta diſpoſitio inter vivos facta per defunctum de bonis, de quibus agebatur, ſuſtulit occaſionem diſputandi.

† DE iſta Regalia honorum vacantium, latiùs agitur in ſua ſede *ſ. b tit. de Regal. diſc.* 149. ubi occaſione agendi de articulo, an fiſcus Principis ſæcularis, ſuccedat in bonis vacantibus per mortem Clerici, quamvis firmetur opinio negativa, quodque potiùs ſuccedat Eccleſia, admittitur tamen eadem diſtinctio, de qua in præſenti diſcurſu inter bona libera & illa, quæ ſint de directo dominio ejuſdem Domini ſæcularis, atque videtur diſtinctio vera.

Et de hac ſpecie Baronum & Domicellorum, habentium dominium totius Territorii, non in ſola ratione territoriali & Baronali, ſed in dominio utilitario, habetur pluries ſuprà, & præſertim *in Annot. ad diſc.* 2. *&* 47. Ac etiam *infra in Romana Concurſus diſc.* 117. ubi allegantur alia loca, in quibus de hoc agitur.

ROMANA BULLÆ BARONUM.

Diſcurſus informativus ad petitionem infraſcripti Qualificati I. C.

De Bulla Baronum, ejuſque diſpoſitione ſuper derogantibus fideicommiſſorum, pactorum, & inveſtiturarum, quibus non obſtantibus Congregatio Baronum etiam nuncupata, procedit ad venditionem bonorum ad inſtantiam creditorum.

In quibus caſibus, & reſpectivè locis, perſonis, debitis, ac bonis dicta Bulla locum habeat, de ejus rationibus; Et an dicenda veniat rationabilis, & favorabilis, vel potiùs exorbitans & odioſa; Et de ejus moderatione per Conſtitutionem Urbani Octavi cum aliis ad ejus materiam, & praxim.

SUMMARIUM.

1 *Occaſio ſcribendi.*
2 *Enarratur diſpoſitio Bullæ Baronum.*
3 *De Congregatione Baronum, ejuſque praxi in venditione bonorum.*
4 *Quomodo ſolvatur pretium creditoribus.*
5 *Cedula bancaria præſtanda non eſt per ipſum creditorem, qui emat bona.*
6 *Emptor redditur tutus ab omnibus hypothecis, & moleſtiis.*
7 *An Bulla Baronum tollat dominium directum præſertim Eccleſiarum.*
8 *Quas ſpecies fideicommiſſi, vel vinculorum tollat.*
9 *Ad impediendam veditionem licet imponere cenſus, vel erigere montem.*
10 *Creditores cenſuarii etiam inviti debent recipere ſortem quamvis debitor non declaret velle extinguere.*
11 *An Congregatio cognoſcat de validitate, & ſubſiſtentia mandatorum, & crediti.*
12 *Quomodo in publicis contradictoriis Advocati Urbis orent.*
13 *Quando executor cognoſcere debeat, & poſſit de validitate, & juſtitia.*
14 *De Bulla Archivii moderatoria Bullæ Baronum.*
15 *An ſtante hac Bulla ſufficiat ſola ſcientia fideicommiſſi, quamvis forma archiviationis non ſit ſervata.*
16 *Enumerantur caſus, quos Bulla capit, ſcilicet etiam pro debitis contractis ante illam, & tam pro fideicommiſſis aſcendentium quàm tranſverſalium, ac afficit etiam pupillos, minores, & privilegiatos.*
17 *An procedat in debitis contractis poſt ceſſatam Baroniam.*
18 *Quod in bonis obventis poſt ceſſatam Baroniam.*
19 *Quid in debitis contractis antequam eſſet Baro.*
20 *An qualibet poſſeſſio bonorum juriſdictionalium ſufficiat.*
21 *Quid pro debitis ex cauſa fidejuſſionis.*
22 *An habeat locum ſuper cenſibus, locis montium, ac juribus, & actionibus.*
23 *De contributione inter poſſeſſores plurium fideicommiſſorum, & primogeniorum ſucceſſores pro debitis, vel alienationibus poſſeſſoris.*
24 *An habeat locum in Baronibus Status Eccleſiaſtici mediati.*
25 *Et quid in illis Status Urbini poſt devolutionem.*
26 *An Bulla operetur ut nunc, vel ut tunc, & an tribuat jus creditoribus ſuper bonis, antequam Congregatio vendat, Et de concurſu inter ipſos creditores.*
27 *Si pecunia ſoluta evincatur ab anterioribus, an cenſus reviviſcant.*
28 *An Bulla ſit favorabilis, vel odioſa, datur diſtinctio.*
29 *Pro quibus debitis illa debeat practicari.*
30 *De fraudibus, & colluſionibus, quæ committi ſolent cum praxi hujus Bullæ.*
31 *Procedit Congregatio ſummariè, & ſine figura judicii.*
32 *Defenditur quod juſtè gravat creditores ad recipiendam pecuniam vinculatam, & de ratione, Et quando id admittendum non ſit.*

DISCURSUS LXXIII.

CUm Gaſpar de Sobremonte Hiſpanus, Conſiliarius Regalis Conſilii Regnorum Caſtellæ, & Legionis, ac Viſitator, Viceprotonotarius, & Locumtenens Regiæ Cameræ Summariæ in Regno Neapolitano, in Urbe moraretur, gerendo vices, ſive ſupplendo partes Oratoris Regis Catholici apud Pontificem Alexandrum VII. audita caſualiter me præſente, ac ſatis familiariter cum eo tractante, diſpoſitione, ac praxi Bullæ Baronum, aliquod ſcandalum concepiſſe videretur, quaſi quod eſſet lex irrationabilis, nimiumque exorbitans, Ego autem replicaſſem, quod benè omnibus perpenſis, iſta opinio, quæ generaliter apud non informatos viget, aliquam contineret fallaciam; Idcircò inſtanter me requiſivit, ut deſuper eum informarem, quare edidi diſcurſum informativum ut ſequitur, abſque tamen illis auctoritatibus, vel deciſionibus, quæ memoriæ cauſa habentur adnotatæ in gloſſis marginalibus. 1

Clemens VIII. aliàs Hypolitus Aldobrandinus, magni I. C. Silveſtri filius, in eadem legali facultate 2 patre non inferior, longo tempore verſatus in munere Advocati, poſtmodum autem Rotæ Auditoris, ut oſtendunt plures ejus deciſiones in voluminibus diverſorum impreſſæ, in Nuntiaturis etiam Poloniæ, & Hiſpaniarum, ac poſtea Cardinalis, in omnibus ferè Curiæ Congregationibus, & gravioribus negotiis verſatiſſimus, ad Pontificatum aſſumptus, auditis mercatorum, aliorumque negotiantium, ac privatorum clamoribus, adversùs Barones, & Domicellos Urbis, & Status Eccleſiaſtici, quibus ob reverentiam, merces, & bona pecunia credita negari non poſſunt, quod non

non de facili eorum debita ſolverent, atque ut plurimum ob eorumdem Baronum mortem, credita redderentur inexigibilia, ſtante quod filii, vel alii ſucceſſores, ſub fideicommiſſorum, vel inveſtiturarum clypeo defuncti hæreditatem repudiantes, caſtra, palatia, & alia bona jure proprio poſſidere profitebantur; Idcircò de anno 1596. Pontificatus quinto, Conſtitutionem edidit impreſſam in moderno Bullario inter ejus Conſtitutiones 41. in ordine.

Per quam, erecta quadam particulari Congregatione ex diverſis Prælatis conſtituta, diſponitur, ut per iſtam, exhibitis coram ea mandatis executivis per judices ordinarios relaxatis, abſque ulla citatione, ac tela judiciaria, tanquam per purum, & merum executorem, procedatur ad capturam poſſeſſionis, Civitatum, Terrarum, caſtrorum, palatiorum, & aliorum bonorum immobilium, ad ipſos Barones, eorumque auctores, & anteceſſores ſpectantium, ſeu per eos quocumque titulo, & quovis modo tentorum, & poſſeſſorum, ac poſt menſem procedatur ad eorumdem bonorum venditionem, ad effectum ex pretio ſatisfaciendi, Baronum, & Domicellorum creditoribus, juxta eorum ordinem, & anterioritatem, non obſtantibus quibuſcumque fideicommiſſis, pactis, & inveſtituris, aliiſque vinculis, ex quibus ſucceſſores jure proprio, & independenter à defuncto Barone debitore poſſidere prætendant, cum facultate tollendi dicta vincula, eiſque derogandi, & cum aliis contentis in eadem Conſtitutione, cujus lectura in reliquis ſatisfacere poteſt.

In hujus autem Conſtitutionis executionem dictæ
3 Congregationis, hodiè conſtitutæ ex aliquibus Cameræ Apoſtolicæ Clericis, & ex ejuſdem Cameræ Advocato, & Commiſſario, ac etiam Theſaurario, qui eſt ejuſdem Congregationis caput, & in cujus domo illa haberi ſolet, praxis eſt, quod creditores Baronum viventium, vel defunctorum, obtentis à judicibus ordinariis ſer.ſer.mandatis executivis,illa exhibent in dicta Congregatione, quæ citatis citandis, quoties non opponatur exceptio relevans, vel circa ſubſiſtentiam, aut pertinentiam crediti, vel circa comprehenſionem caſus ſub diſpoſitione Bullæ, deputat Commiſſarium ad ſequeſtranda bona, eorumque poſſeſſionem capiendam nomine ipſius Congregationis, quæ elapſo menſe mandat affigi edicta pro futura ſubhaſtatione, ad quam, ac deliberationem, repertis oblatoribus, quoties legitima impedimenta non accedunt, vel ipſe debitor non curat creditorum acquieſcentiam, quàm celeriter proceditur, ita ut magnum ſcandalum in Curia reputatum fuerit tenere ſub-ſequeſtro, & adminiſtratione œconomi per ipſam Congregationem deputati per ſexennium circiter caſtra Montis calvelli, Alviani, Attigliani, & alia illorum de Monaldenſibus ex juſtis motivis, ipſorumque creditorum opera; Quale igitur ſcandalum eſſet, ſi ſervaretur aliorum Tribunalium & Principatuum praxis tenendi ſub hoc ſequeſtro, & adminiſtratione caſtra,& bona per ſæculum integrum vel parum minus, ut ita judices eſſent domini bonorum, ac tyranni tam creditorum quàm debitorum, ut benè tibi innoteſcit.

Licitatores non admittuntur niſi cum depoſito pre-
4 tii in Sac. Monte pietatis, vel cum cedula idonei mercatoris de illud ſolvendo liberè & promptè ad omne mandatum ipſius Congregationis, quæ illud deliberat creditoribus juxta eorum ordinem, cum cautione de reſtituendo anterioribus & potioribus, vel contribuendo cum æqualibus, ſeu in caſu evictionis bonorum, ac ad omne ejuſdem Congregationis mandatum; Et ſi creditores non inveniunt idoneum fidejuſſorem, pecunia ad eorumdem creditum & periculum deponitur in Monte pietatis ad effectum inveſtiendi in tot loca montium cameralia non vocabilia, quæ ſtarent loco cautionis, & cum tali vinculo in corpore, ut fuiſſe practicatum præſertim in pretio dictorum caſtrorum Monaldenſium. A.

A. *Ut patet ex deciſionibus in Romana cambiorum 4. Decembr 1662. & 28. Januar. 1664. Verospio, ac habetur actum in eadem cauſa pro Valentibus ſub tit. de cambiis, & hoc tit. in Romana dotis de Anguillaria, & in Romana pro Principe Sabello cum Duce Ceſarino.*

Hæc autem neceſſitas oblatori incumbens ſuper præſtatione cedulæ bancariæ ceſſat, ubi bona delibe-
rantur ipſimet creditori pro rata, & concurrenti quan- 5
titate ejus crediti, cum tunc videatur aliis creditoribus conſultum ſuper ipſiſmet bonis, in quibus tali caſu non urget infraſcripta ratio liberi tranſitus in tertium emptorem. B.

B. *Ut fuit declaratum per Chirographum Urb. VIII. impreſſum 9. Aprilis 1641.*

Et ubi contingat licitationem fieri per tertium obla-
torem, cui tanquam majori, ſeu formam Bullæ me- 6
lius implenti fiat deliberatio, nunc iſte redditur omninò tutus ab omnibus vinculis, quibus ipſa bona obnoxia eſſent, tam ratione fideicommiſſorum & majoratuum, quàm etiam pactorum, inveſtiturarum, & hypothecarum legis & hominis, etiam locationis adhuc durantis factæ per Baronem debitorem, cum derogatione cujuſcumque juris tertio quæſiti, ita ut emptor omninò tutus reddatur, transfuſis omnibus vin-
culis & juribus in pretium,præter canones Cameræ de- 7
bitos C. adeo ut non ſemel me ſcribente dubitatum fuerit, an Bulla prædicta tollat dominium directum præſertim Eccleſiarum. D.

C. *Cavaler. deciſ. 612. & 618. deciſ. 329. part. 4. rec. tom. 2.*

D. *Ut habetur deductum in Senogallien. pro illis de Monteveteri & in Romana prælationis pro Principe Burgheſio, & in aliis hoc eodem tit. ad materiam hujus Bullæ.*

Et an tollat etiam fideicommiſſa vel jura aliàs
quàm ex ipſius Baronis majorum providentia, & pa- 8
ctis, competentia tertiis independentibus, quia nempè ſic affecta devenerint ad auctores ipſorum Baronum, qui fideicommiſſum vel aliud vinculum adjecerunt. E.

E. *De quo habetur actum in Romana prælationis pro Burgheſio cum Marſciano hoc eod. tit.*

Cumque bona prædicta ſubhaſtari poſſint ut ſuprà, idcircò receptum eſt, eorum poſſeſſores, fideicom-
miſſis aliiſque vinculis non obſtantibus, pro majori fi- 9
deicommiſſi utilitate & conſervatione, ac pro evitandis damnis & expenſis ſubhaſtationis, cenſus imponere, montem erigere, ſeu aliàs dicta bona obligare, & ſubjugare poſſe pro ſatisfaciendis illis debitis, pro quibus ad ſubhaſtationem deveniri, poſſet etiam in præjudicium ſucceſſorum independenter & jure proprio venientium. F.

F. *Buratt. deciſ. 401. & 482. Urbevetana bonorum 14. Maii 1652. Dunozetto.*

Et quoad creditores, etiam eis non inſtantibus, & quamvis eſſent cenſuarii, ac debitor non declararet
nolle extinguere, undè ad formam Bullæ Pii dicatur 10
ſors irreptibilis, adhuc de ordine Congregationis ſortes reſtitui poſſunt, & creditores quamvis inviti tenentur recipere. G.

G. *Buratt. deciſ. 484. num. 4. & habetur actum in Romana reviviſcentia cenſuum, & in aliis hoc tit.*

Quamvis autem Bulla prædicta § 3. ad litteram diſponat, dictam Congregationem, adinſtar meri & puri executoris ad prædicta devenire debere, *ſine citatione, ac ſine ulla cauſa cognitione ſuper veritate crediti vel diſ-
cuſſione juſtitiæ aut nullitatis mandatorum relaxatorum,* 11
nihilominùs rationabiliter Congregationis praxis induxit, de his, cum formalibus diſputationibus oretenus, & in ſcriptis inquirere, ita ut in hoc Tribunali,

melius quàm in quocumque haberi ſoleant ea formalia contradictoria, quæ adeò frequenter & in omnibus cauſis habentur in Regio Collaterali Conſilio, ac in Sac. Conſilio Capuanæ, vel in Regia Camera Summariæ, cum hac tamen differentia, quod in Urbe utpotè urbanitatis origine, cultrice, & magiſtra Advocati perorent ſeu declament capite cooperto, ac ſe-
12 dentes etiam in Sedibus penè ſimilibus illis jus dicentium, quod etiam in aliquibus aliis Congregationibus, quæ habentur cum interventu Eminentiſſimorum Cardinalium practicatur, non admiſſa ea nimium ſervili praxi, quod perorent ſeu declament ſtantes & capite diſcooperto, quæ in dictis Tribunalibus eſt in uſu.

Meritò autem dicta praxis inolevit, quamvis lit-
13 teræ Bullæ contraria, tum quia in hoc differunt nudus facti executor, qualis eſt Birruarius, ac executor juris adeò magnum & qualificatum Tribunal conſtituens, quod hic ſecundus cognoſcere debet de juſtitia vel injuſtitia mandati vel ſententiæ, non ad effectum rettactandi, ſed ad effectum abſtinendi, ac denuò remittendi partes ad Judicem ordinarium, qui mandatum relaxavit, ſeu ad Superiorem, quod facere non pertinet ad primum, juxta veram & receptam diſtinctionem. H.

H. *De qua habetur actum in Romana reſtitutionis pecuniarum de Caffarellis & in aliis & hoc eodem tit. ad iſtam materiam.*

Tum quia frequentius hujuſmodi mandata relaxari ſolent contra defuncti Baronis debitoris hæreditatem jacentem, cum curatore creditoribus grato, undè partes debitoris indefenſæ remanent, vel contra ipſos Barones viventes cum creditoribus colludentes, ac debita minùs legitima vel jam ſatisfacta ſupponentes, ut ita ſucceſſores ex fideicommiſſo, majoratu, vel inveſtitura independenter venientes ſupplantare valeant, ac fideicommiſſa evertere, ut non ſemel expertus ſum. I.

I. *Et advertitur in proximè allegata Romana de Caffarellis ac aliis.*

Ac etiam quia, data juſtitia & validitate mandatorum, adhuc frequenter diſputari contingit, an ea mereantur executionem ad formam Bullæ, vel quia caſus non ſit ſub ea comprehenſus, vel obſtet moderatio introducta per conſtitutionem 117. *Urb.VIII.* vulgo *Archivii* nuncupatam, per quam ſtatutum eſt, ut exhibitis publicis documentis continentibus fideicommiſſa vel inveſtituras, aliaque vincula in archivio publico, atque deſcriptis in publica tabella in eodem
14 archivio exiſtente caſtris & bonis dictis vinculis ſubjectis, contrahentibus poſt lapſum ſex menſium à die qua prædicta adimplentur, Bulla Baronum non ſuffragetur. L.

L. *Ut habetur in Romana donationis de Andoſillis in Romana Bulla archivii & in aliis hoc tit.*

Et cujus Bullæ moderatoriæ occaſione, ob rationem ejus initio adjectam, ut conſcii vinculorum digni cenſendi non ſint ea commiſeratione, qua digni ſunt ignari ac bona fide credentes Baronibus, non ſemel dubitari contigit, an Bulla Baronum ſuffragetur iis, qui de tempore contracti debiti certam fideicommiſſorum vel aliorum vinculorum ſcientiam habebant, hucuſque tamen probabilior reputata fuit negativa, ex
15 eo quod per dictam conſtitutionem introducta eſſet certa forma præciſum exigens implementum. M.

M. *Ut in dicta Romana Bulla archivii hoc pariter tit. ubi hic articulus habetur examinatus, ſed diù poſt hæc ſcripta de hoc ſatis dubitatum fuit, ut in eadem Romana Bulla archivii.*

16 Circa initia dictæ Bullæ, dubitatum fuit, an ea afficeret ſucceſſores, qui eſſent minores ſeu aliàs privilegiati, & an caperet debita contracta ante ipſius Bullæ editionem, ſtante regulari legis natura, ut trahatur ad futura, non autem capiat præterita, & an procederet etiam in fideicommiſſis tranſverſalium & extraneorum, undè deputata fuit particularis congregatio plurium Prælatorum occaſione concurſus creditorum illorum de Urſinis Dominorum Montisrotundi, & de anno 1617. prodiit votum ſub die 27. Novembris extenſum per Joan. Baptiſtam Pamphilium tunc Rotæ Auditorem, deinde Summum Pontificem Innoc. X. ut Bulla ſit realis, ac percutiat bona à quocumque ſucceſſore poſſideantur, ſive ſit minor, ſive pupillus, ſive Cardinalis, aut aliàs quantumlibet privilegiatus, & ſive ſint fideicommiſſa aſcendentium, ſive extraneorum, ac habeat oculos retro, & procedat etiam in debitis, ante ejus editionem contractus, quoniam ita Bullæ contextus probat. N.

N. *Ut habetur in dicto voto edito in Sabinen. Montis rotundi* 27. *Novembr.* 1617. *Pamphilio, & in dicta Sabinen. coram Coccino deciſ.*36. *part.*5. *rec. Spad. conſ.*18.*lib.*1.*& ad materiam hoc eodem tit. frequenter, & expreſsè decernitur in Bulla* 117. *alias* 119. *Urb.*8. *archivii nuncupata* §.3. *in fine.*

Noſtris autem temporibus, me ſcribente, & practicante, tam in ipſa Congregatione Baronum, quàm in Rota, plures novæ quæſtiones habitæ fuerunt, primò ſcilicet, an Bulla procederet in debitis contractis poſt jam ceſſatam actualem Baroniam ob venditionem
castrorum, & bonorum juriſdictionalium, & per Ro- 17
tam deciſum fuit negativè, atque hanc deciſionem ſequitur etiam Congregatio. O.

O. *Ut in Romana fideicommiſſi* 8. *Junii* 1654. *coram Verospio edita in cauſa agitata pro Nigronis & aliis creditoribus illorum de Urſinis, de qua habetur actum hoc tit. ac etiam in Romana donationis de Andoſillis* 24. *Januar.*1659. *Cerro, de qua cauſa pariter hoc tit.*

Secundò, an haberet locum pro debitis contractis in ſtatu Baroniæ, ſed ſuper bonis in Baronem obvenientis poſt ceſſatam Baroniam cum vinculo fideicommiſſi,
præſertim verò adhuc vivente fideicommiſſi ordinato- 18
re, qui bona cum tali vinculo donavit, & pariter deciſum fuit per Rotam pro negativa, quæ revera videtur probabilior. P.

P. *Ut in eadem Romana de Andoſillis, de qua ſuprà.*

Tertiò an haberet locum pro debitis contractis ante Baroniam, quæ poſtea ſupervenerit, atque longo tem-
pore Congregatio ſtetit indeterminata, retinendo arti- 19
culum indeciſum, moderno autem tempore, me ſcribente, & practicante amplexa affirmativam, quæ hodie paſſim practicatur. Q.

Q. *Ut habetur deductum in Romana pecuniaria de Pallavicinis, ac etiam in aliis hoc tit. ad eand. materiam.*

Quartò an quælibet caſtrorum, & bonorum poſſeſ-
ſio ſufficeret, an ſcilicet illa in ſimplici uſufructu ſine 20
proprietate, vel econtra in proprietate ſine uſufructu, vel jure intruſionis, & diverſimodè deciſum, juxta ſingulorum caſuum circunſtantias, & qualitates. R.

R. *Ut habetur in Romana pecuniaria de Panzanis ſeu Maximis, in Romana pro Materio, & in aliis hoc eod. tit.*

Quintò an pro debitis ex cauſa fidejuſſionis, & Con-
gregatio tenuit affirmativam, ubi præſertim fidejuſſoris 21
obligatio contracta eſt æque principaliter, & in ſolidum, ut frequens, & penè invariabilis eſt hodiè uſus obligationum, quas faciunt fidejuſſores, quod tamen mihi non omninò placuit, cum id videatur intelligendum cum aliqua diſtinctione. S.

S. *De qua in Romana pro Monte Mellino, & in alia Romana pro Caetanis, & in aliis hoc tit.*

Sextò an locum haberet in cenſibus, & locis montium, ac Juribus, & actionibus, ſtante quod ea loqui-
tur de Civitatibus, terris caſtris, caſalibus, palatiis, 22
&

& aliis bonis immobilibus, & ſic de ſtabilibus per
veritatem non per fictionem, & quod ſciam, for-
miter articulus non fuit deciſus, quamvis ego diſpu-
taverim. T.

T. *Ut in Romana pro Maximis cum Caetanis, in dicta Romana pro Caetanis, & in aliis etiam hoc tit. atque ipſa Bulla* 117. *alias* 119. *Urb.* 8. *probare videtur ob reſtrictionem ad terras caſtra, palatia, caſalia, & alias hujuſmodi.*

23 Septimò ſatis notabiliter, ſi Baro, qui debita con-
traxit, vel in vim Bullæ montem erexit, poſſideret plu-
ra fideicommiſſa, ſeu plura primogenia, quæ per ejus
mortem diverſis perſonis deferentur, an inter hæc
fideicommiſſa vel primogenia intret contributum, etiam
reſpectu bonorum, quæ ad unum pertinentia diſtracta
vel ſubjugata ſunt, & punctus pendet indeciſus. (Ve-
rùm poſt hæc ſcripta deciſus fuit per Rotam pro Con-
tributione.) V.

V. *Ut in Romana contributionis* 15. *Junii* 1665. *&* 10. *Maii* 1666. *coram Cerro, & de qua cauſa habetur actum hoc eod. tit. pro Ducíſſa Cera Ceſia.*

Octavò an Bulla haberet locum in Baronibus ſtatus
24 Eccleſiaſtici mediati, ut ſunt Ducatus Parmæ, ac Du-
catus Urbini prius quam devolveretur, & Congrega-
tio tenuit negativam tanquam indubitatam, cum Bul-
læ contextus oſtendat agere ſolùm de Baronibus ſtatus
25 immediati Italiæ. X. Quinimò Rota credidit neque
procedere in Baronibus Status Urbini poſt devolutio-
nem ob dictam Bullam ibi uſu non receptam; Quod
tamen Congregationi non placuit, quæ contrariam ſe-
quitur opinionem. Y.

X. *Ut habetur actum in Romana de Pallavicinis hoc tit.*

Y. *Ut in Urbinaten. prædii hoc eod. tit. ubi allegantur deciſ. Rotæ in ea cauſa edita.*

Nonò an dicta Bulla operetur ut tunc vel ut nunc,
ita ut creditoribus ad hæc bona, non obſtantibus fi-
26 deicommiſſis aliiſque vinculis jus quæratur ab initio,
vel ſolùm quando Congregatio apponit manus, ac tol-
lit vincula, & quid in concurſu eorum, qui Jus ha-
bent ab eadem bona ex diſpoſitione Juris, puta pro do-
tibus conſtituendis vel reſtituendis ex diſpoſitione *auth. res quæ, C. commun. delegat.* cum ſimilibus, & ſubſtinui
probabilius videri operari ut nunc. Z.

Z. *Ut habetur in Romana reſtitutionis pecuniarum de Caffarellis, in Romana de Comitibus, & in aliis hoc tit.*

Decimò ſi creditoribus ex cauſa cenſus liberen-
27 tur pecuniæ, quæ ſtante cautione de reſtituendo avo-
centur ab anterioribus vel potioribus, an cenſus re-
viviſcant, ita ut currant fructus, & Congrega-
tio ſequuta eſt affirmativam, quæ tamen mihi non
placet. AA.

AA. *Ut habetur in dicta Romana reviviſcentia cenſuum, & in aliis hoc tit.*

Et hæc ſunt quæ circa difficultates ſupra dictæ Bul-
læ intelligentia exortas pro nunc memoria ſuggerit.

28 Occaſione autem plurium diſputationum, quas ſu-
per præmiſſis vel aliis quæſtionibus habui, ſæpius diſ-
putari contigit, an hæc Bulla favorabilis vel potius
odioſa, & exorbitans cenſenda eſſet, & Rota anti-
qua dixit eam favorabilem. BB. Rota verò moderna
poſtquam præſertim prodiit dicta Conſtit. 8. ejus mo-
deratoria, quæ illam exorbitantem declarat, con-
trarium ſentire viſa eſt CC. & hanc etiam tenet Con-
gregatio.

BB *Ut deciſ.* 36 *num* 45. *cum ſeq. part.* 5 *rec.*

CC. *In Romana fideicommiſſi* 8. *Junii* 1654. *Veroſpio Urbinaten. prædii* 15. *Maii* 1658. *Bevilaqua.*

Ego verò pluries dixi, eam dicendam eſſe partim
odioſam, & partim favorabilem juxta crediti quali-
tatem, Ubi enim Congregatio eam practicaret, pro
debitis ſcilicet ex neceſſaria, vel ſaltem honeſta, &
rationabili cauſa, non autem pro imprudentibus diſſi-
pationibus, & prodigalitatibus, eo modo quo conſi-
milem legem interpretatus eſt ac practicat Senatus Pe-
demontanus DD. & tunc probabilius ea favorabilis 29
potiùs cenſenda videtur, tum ob favoris, & beneficii
publici præponderantiam, tum etiam ob aſſiſtentiam
veriſimilis voluntatis ipſiuſmet fideicommittentis, vel
primi acquirentis ſeu concedentis reſpectivè; Nulla
ſiquidem ferè datur lex vel proviſio, quæ unius favo-
rem concernens, alterius odium non contineat, &
econtra, ſed ad metiendam naturam actus attenditur
præponderantia, ut habemus in materia juriſpatrona-
tus conceſſi ob augmentum dotis cum ſimilibus, di-
ctaque præponderantia favoris odio adeſſe videtur in
caſu quo ita diſcretè, & rationabiliter Bullæ diſpoſi-
tio practicetur ex pluribus rationibus, quas pluries
ſcribendo deduxi in eadem Congregatione, ac etiam
in Rota. EE. unde propterea frequens fuit mea con-
ſuetudo dicendi, hujus Bullæ exorbitantiam, & aſpe-
ritatem conſiſtere magis in ejus intelligentia, & praxi,
quàm in ipſa diſpoſitione, interpretanda potiùs ad li-
mites rationis, atque ut quo minus fieri poteſt à juris
communis diſpoſitione, ſeu à veriſimili fideicommit-
tentis voluntate deviet, potiſſimè quia ſæpius exper-
tus ſum, ipſoſmet Barones ſpiritum diſſipatorum ha- 30
bentes, colluſivè ſupponere creditores minùs veros vel
ſatisfactos, aut aliàs legitima ignota exceptione elidi-
biles, undè ſanctius eſſet, quod magis cautè, & cir-
cumſpectè procederetur.

DD. *Apud Cacheran. deciſ.* 169. *&* 170.

EE. *In Romana pecuniaria de Pallavicinis pro creditoribus, in Romana donationis de Andoſillis, & in aliis hoc eod. tit.*

Procedit dicta Congregatio, ſummariè, ſimpliciter,
& de plano nulla tela judiciaria ſervata ita ut quando- 31
que Rota dixerit, etiam ſine citatione procedi poſſe,
licet circa iſtum punctum citationis quoad ſubſtantiam,
& in genere, ego ſcribendo in eadem Rota contrarium
crederem probabilius. FF.

FF. *Ut in Urbevetana cenſus hoc eod. tit.*

Cum autem, ut ſupra, diſponatur creditores quam-
vis invitos teneri recipere pecuniam vinculatam cum 32
cautione de reſtituendo primario emptori bonorum in
caſu evictionis, ſeu moleſtiarum, & ſecundariò ad
favorem anteriorum, & potiorum, aut loco cautio-
nis inveſtiendi in loca montium ſub his vinculis;
Hinc aliqui non informati eandem bullam, & chiro-
grapha ad ejus limites edi ſolita damnare ſolent, quaſi
quod ita lædatur jus gentium tollendo jus tertii, ac
reſtituendo minus eo quod datum vel reſpectivè ac-
ceptum eſt, quia indubitatum eſt pecuniam vincula-
tam minus valere, quàm liberam, undè propterea in
individuo loca montium, in quæ creditores erogarunt
pecuniam à Congregatione Baronum cum his vinculis
acceptam, quamvis eorum pretium intrinſecum, &
naturale eſſet ſcutorum 100. ultra alia decem circi-
ter ratione augmenti extrinſeci, æſtimata tamen fue-
runt per Rotam de peritorum judicio in ſcutis 60.
GG.

GG. *In Romana Cambiorum* 4. *Sept.* 1662. *&* 28. *Januarii* 1664. *Veroſpio, & habetur actum in eadem cauſa ſub tit. de cambiis pro Valentibus.*

Verum, & hoc eſt unum de claris æquivocis vul-
gi, quoniam cum creditores Baronis ad bona fidei-
commiſſaria, ſeu ad caſtra, & feuda pacti, & provi-
dentiæ, de ſtricta juris cenſura nullum jus nullamque
actionem mortuo debitore habeant, vel eo vivente ad
ſolos fructus vel commoditatem pro tempore durantis
juris debitoris, proindéque ſatisfactionem obtineant
ex beneficio Bullæ derogantis fideicommiſſis, inveſti-
turis, & pactis, ac facientis eis gratiam ſpecialem, non
videtur quomodo conqueri debeant de gratia qualifica-
ta per quam amittentes aliàs totum, ita id obtinent cum
aliqua qualitate deteriorante.

Item quando creditores inſtant pro venditione bo-
norum liberorum debitoris in puris terminis juris com-

munis, licet non teneantur præſtare evictionem, nihilominus tenentur ſe probare anteriores, quod videtur impoſſibile ut juſtificetur, ideòque prodita eſt praxis dictæ cautionis de reſtituendo, quia non reperiretur alias emptor, igitur praxis Bullæ, & Congregationis innixa eſt juris communis depoſitioni, & non habent creditores de quo conquerantur.

Tunc autem aliàs dicebam, juſtam habere conquerendi cauſam, quando non indigent Bullæ beneficio, quia ex ſola juris diſpoſitione, jus ad bona fideicommiſſis non obſtantibus haberent. HH.

HH. *Ut habetur in Romana dotis de Anguillaria hoc eod. tit.*

Vel ubi non eligerent viam Bullæ, & Congregationis Baronum, quia ex aliis debitoris bonis, & effectibus vellent, & poſſent liberam ſatisfactionem conſequi, ſed inviti ad id cogerentur, ſecus ubi voluntariè hanc viam eligunt, quàm rectè ſciunt ita qualificatam, & non aliàs experibilem. II. & cum hac diſtinctè mihi procedendum videtur, quamvis ignarum vulgus hæc non diſtinguendo indefinitè obloquatur, ignorando quid dicat.

II. *Ut in dicta Romana dotis de Anguillaria, & in Romana dotis de Ceſarinis pro Principe Sabello hoc tit.*

† IN his triginta diſcurſibus, agitur du particulari, ſeu locali materia Bullæ, & Congregationis Baronum, in qua nonniſi in Curia Romana agi contingit, & per conſequens, non eſt materia univerſalis; Cumque tam in iſto diſcurſu 73. compendioſo totius materiæ, quam in aliis ſequentibus agatur penè de omnibus, vel ſaltem de majori parte caſuum, ſuper quibus de hujus Bullæ interpretatione diſputare contigit; Hinc proindè rari videntur caſus novi ſuppletione digni, ac propterea ſparſim adnotatur, id, quod hoc medio tempore tam in eiſdem caſibus, quàm in aliis denuò diſputare occaſio dedit, ac etiam generaliter agitur *in relatione Curiæ diſc.*28. ubi de iſta Congregatione Baronum.

ROMANA PECUNIARIA DE PALLAVICINIS

Pro CREDITORIBUS MARCHIONIS ALEXANDRI DE PALLAVICINIS

Cum MARCHIONE ALPHONSO EJUS FILIO.

Caſus variè deciſus per Congregationem Baronum.

Bulla baronum, an procedat in Baronibus Status Eccleſiaſtici mediati, & quando locus dicatur de ſtatu mediato, & immediato.

An eadem bulla locum habeat pro debitis contractis ante baroniam.

Et an illa ſit favorabilis, & rationabilis, vel potius exorbitans, & odioſa, & de rationibus quibus innixa ſit.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *De Bulla Banorum quid diſponat.*

3 *Bulla in prædicta non habet locum in Baronibus ſtatus mediati.*

4 *Quando dicatur feudum vel ſubfeudum.*

5 *An dicta Bulla procedat pro debitis contractis ante Baroniam.*

6 *Recenſentur auctoritates, & deciſiones loquentes de Bulla Baronum.*

7 *Bulla non reſpi it tempus contracti debiti, ſed illud faciendæ executionis.*

8 *Reſpicit etiam præterita contra regularem naturam legis.*

9 *An dicta Bulla ſit favorabilis vel odioſa.*

10 De Cap. Odoardus de ſolut. *ut attendatur Clericatus de tempore quo debitor urgetur.*

11 *De* Decretis *Ducalibus Sabaudiæ ſimbolizantibus cum Bulla Baronum.*

12 *An poſteriores ſatisfacti in vim Bullæ Baronum moleſtari poſſint ab anterioribus, quibus dicta Bulla non ſuffragatur.*

13 *Privilegia conceſſa creditoribus Scholarium intelliguntur de credentibus iis, qui ſunt in Scholis.*

14 *Deciſio quod Bulla capiat debita contracta ante Baroniam.*

15 *Fideicommiſſariæ diſpoſitiones antiquitus ſperni poterant, & eorum neceſſaria obſervantia inducta eſt à temporibus Auguſti.*

16 *De aliquibus rationibus ſalvantibus diſpoſitionem Bullæ ab exorbitantia, & odio.*

17 *De aliquibus ſpeciebus feudorum, & conceſſionum emphyteuticarum, ut ſint in commercio, & poſtulent hæreditariam qualitatem.*

DISCURSUS LXXIV.

POſſedit ab antiquo tempore ex Pontificiis con-
ceſſionibus familia Pallavicina in Lombardia Ca- 1
ſtra Florentiolæ, Buxeti, Monticelli, Caſtriveteri, Bargoni, Curtis majoris, & alia, ultimo loco obventa in Marchionem Sfortiam, ultimum de linea poſſidentium, qui filiis carens, in ejus teſtamento condito de anno 1581. in dictis Caſtris aliiſque bonis, hæredem inſtituit Marchionem Alexandrum Pallavicinum Alphonſi filium, cum onere primogenituræ in ejus filiis, & deſcendentibus legitimis, & naturalibus de legitimo matrimonio in perpetuum.

Cum autem poſt inveſtituras per Summos Pontifices factas Pallavicinis de dictis Caſtris, Paulus tertius, Parmæ, & Placentiæ Ducatum erexiſſet, de quo inveſtivit Petrum Aloyſium Farneſium, ſeu dicti Petri Aloyſii filium, & ſub eo comprehendi declaraſſet dicta Caſtra, tanquam ſubfeudorum ſpecies ab inferioribus feudatariis ſub majori feudatario dignitatis cum jure Principatus, ad quem in caſu extinctionis lineæ aliiſque devolvi voluit, & cum feudo majore conſolidari, proindè Camera Ducalis Parmæ, prætendens per mortem dicti Marchionis Sfortiæ, factum eſſe caſum devolutionis, dictorum caſtrorum poſſeſſionem accepit, unde gravis exorta eſt quæſtio, ſuper qua ſcripſerunt Collegium Patavinum apud *Peregr. conſ.*2. *lib.*1. alter ſcribens apud eumdem *Peregr. conſ.*3. *eod. lib.*1. *Menoch. conſ.*378. *Sacca conſ.*8. *lib.*1. & cæteri, pro qua lite ſubſtinenda, dictus Marchio Alexander Urbem adire, illamque cum magno ſumptu longo tempore colere coactus eſt, undè grave æs alienum contraxit uſque ad annum 1633. de quo, mediante opera Cardinalis Barberini Urb. VIII. tunc Regnantis ex fratre Nepotis, deventum eſt ad concordiam, per quam, (per privatam ſcripturam ſtabilitam) conventum eſt, dictum Marchionem Alexandrum, ac Marchiones Sfortiam, & Alphonſum ejus filios, renunciare debere juribus, & prætenſionibus ſuper dictis caſtris ad favorem dictæ Cameræ Ducalis, quæ econverſo in recompenſam ſolvere deberet ſcut. 150. m. & in eorum computum dare pro ſumma ſcut. 50. m. Caſtrum Sancti Angeli, aliàs Madamæ nuncupatum, pro reſtantibus autem 100. m. quædam bona allodialia, & loca montium, ſub pactis, & conditionibus, quod tam caſtrum, quàm alia bona deberent in omnibus eſſe ſubrogata loco dictorum caſtrorum, tam ad favorem vocatorum in dicto fideicommiſſo ſeu primogenitura, ſeu aliàs comprehenſorum in antiquis inveſtituris, quàm etiam io caſu devolutionis ob lineam finitam, & cum pacto etiam devolutionis, ſeu reverſionis in caſu delicti, ob quod intraret confiſcatio.

Antequam autem ad dictæ concordiæ effectuationem, cum traditione Caſtri, & aliorum bonorum deveniretur, Marchio Alexander, ex tunc, cedere, donare,

nare, & renunciare profeſſus eſt caſtrum ſeu caſtra vigore dictæ concordiæ tradenda, Marchioni Sfortiæ ejus filio primogenito, & immediato ſucceſſori (poſtea S. R. E. Cardinali,) ita ut, tam proprietas quàm poſſeſſio transferrentur in dictum Sfortiam eo ipſo inſtanti temporis, quo à dicto Duce conſignabuntur, conſtituendo ſe nomine dicti Sfortiæ poſſidere, quando illorum poſſeſſionem apprehenderet, ſibi tamen reſervatis, libero exercitio juriſdictionis, in qua dictus Sfortia ſe ingerere non poſſet, necnon titulis eiſdem caſtris adjunctis vel adjungendis, ac etiam omnibus fructibus ejus vita durante, cum prohibitione eidem Sfortiæ, ne dictum caſtrum, vel caſtra, vivente ipſo Alexandro patre, cedere, donare, renunciare, vel aliàs ex quacumque cauſa alienare poſſet, quibus peractis ſequuta fuit traditio dicti caſtri, & aliorum bonorum, quorum omnium poſſeſſionem, ac liberam adminiſtrationem, & fructuum perceptionem habuit, donec vixit Alexander, quo defuncto, ac Sfortia Societatem Jesu ingreſſo, cum renunciatione ad favorem Marchionis Alphonſi ejus fratris ſecundo geniti, præfati Alexandri creditores à Congregatione Baronum obtinuerunt ſibi aſſignari loca montium in vim dictæ concordiæ tradita, nectnon ad formam Bullæ Baronum apponi ſeqneſtrum ſuper dicto caſtro, & deſtinari commiſſàrium, ad effectum illud vendendi, & de pretio ſatisfaciendi creditoribus.

Adversùs quæ ſe opponente Alphonſo, ex hujus
2 parte dicebatur Bullam 41. Clem. 8. nuncupatam (*Bulla Baronum*) per quam diſponitur, ut pro debitis Baronum, & Domiceliorum Status Eccleſiaſtici poſſint, ſummariè, executivè, & manu Regia per Tribunal ibidem erectum nuncupatum Congregatio Baronum, vendi bona, tam feudalia quàm allodialia cum juriſdictione vel ſine, quomodocumque per Barones poſſeſſa, non obſtantibus quibuſcumque fideicommiſſis, primogenituris, pactis, inveſtituris, & quibuſvis aliis diſpoſitionibus ad quorumcumque ſucceſſorum vel aliorum favorem conceptis, locum non habere in Marchione Alexandro, quem dicebatur nunquam fuiſſe Baronem Status Eccleſiaſtici immediati, nullaque feuda vel caſtra in eo poſſediſſe, dum illa Lombardiæ ſunt in Statu mediato, tanquam exiſtentia ſub Ducatu Parmæ, & Placentiæ, & quæ nunquam ab ipſo poſſeſſa fuerunt, illud verò caſtri Sancti Angeli aliàs Madamæ, ante acquiſitionem fuit renunciatum Marchioni Sfortiæ filio ut ſupra, ita ut nunquam fuerit in ſtatu Baronali.

Et quatenus ex poſſeſſione dicti caſtri Sancti Angeli dici poſſet eum effectum eſſe Baronem ſtatus immediati, ita ut intraret Bulla, adhuc tamen dicebatur, illius diſpoſitionem procedere reſpectu æris alieni contracti poſt ſuperventam Baroniam, & dum in hoc ſtatu debitor fuit, non autem antequam illam obtineret, quia eo tempore attento non erat Baro.

Super primo puncto Baroniæ reſultantis à dominio caſtrorum Lombardiæ, quamvis alii pro creditoribus agentes inſiſterent, Ego tamen pro eiſdem ſcribens
3 dicebam nullum poſſe conſtitui fundamentum, quia ſive dicta caſtra dici poſſent feuda mediata, ſive immediata. inanis erat inſpectio, dum nunquam Marchio Alexander eorum poſſeſſionem obtinuit, quinimò Camera Ducalis negavit ſemper dominium, unde dici non poteſt, quod fuerit in ſtatu Baroniæ cum dominio, & exercitio juriſdictionis, quod eſt Bullæ fundamentum. Et ulterius, quia omninò verius eſt, Bullam prædictam loqui de Baronibus ſtatus immediati, non autem mediati, ut particulariter firmatur *in Urbinaten. prædii hoc tit.*

Et licet Pallavicini primi acquirentes, de dictis caſtris inveſtiti fuerint immediatè, & directè à Pontifi-
4 cibus Leone X. Adriano VI. & Paulo III. antequam dictus Parmæ, & Placentiæ Ducatus erigeretur ex deductis *per Menoch. d. conſ.* 378. ita ut eſſent feuda in capite, non autem ſubfeuda, à feudo majori derivantia, prout ſunt illa Regni Neapolitani, quæ quoad Regem dicuntur feuda in capite ad differentiam ſubfeudorum à Barone, ſed quoad Papam ſunt ſubfeuda, attamen poſt dictam erectionem Ducatus, diſmembrata fuerunt à Statu, & regimine immediato, ac effecta membra dicti novi corporis, cui applicata fuerunt, & ſic mutarunt naturam, tam quoad caſum devolutionis, quàm ſuperioritatis, & recurſuum, unde certum videbatur eſſe de ſtatu mediato, idemque per Congregationem habitum fuit pro abſoluto.

Verùm habito etiam per eandem Congregationem in primis diſputationibus de annis 1650. & 1653. pariter pro certo, Marchionem Alexandrum effectum fuiſſe Baronem ex acquiſitione, & poſſeſſione caſtri Sancti Angeli in ſtatu immediato exiſtentis, cum exercitio Baronalis juriſdictionis, & prærogativis Baronalibus uſque ad obitum, hinc proinde reſtricta fuit difficultas ad ſecundum punctum, qui dicebatur à die editæ Bullæ, adhuc formiter non diſcuſſus, nec deciſus, an ſcilicet illa procedat in debitis contractis ante Baroniam.

Scribens autem pro creditoribus dicebam, quod 5
tam attenta formula verborum, quàm ſenſu Bullæ, ac mente legiſlatoris, omninò verior videbatur affirmativa, quia Papa non reſpexit ad tempus contracti debiti, ſed ad tempus faciendæ executionis; Non poſſumus etenim in hoc puncto allegare *Bartolum*, nec Baldum, ſive *Hoſtienſem* vel *Innocentium* cum iſta lex cognita non fuerit, niſi moderno tempore, undè illam practicare, & interpretari debemus ex ejuſdem Bullæ verbis, vel rationibus, ſive ex aliquo ſimili, ut in ſpecie circa eam practicatum videmus per *Spadam*
conſil. 18. & 19. vol. 1. Cohell. ad bullam boni regim. cap. 16. 6
num 60. & ſeq. & per Rotam in voto edito *in Sabinen. montis Rotundi* 27. *Novembris* 1617. *extenſo per Pamphilium poſtea Innocentium X.* & in alio voto extenſo per *Ludoviſium poſtea Greg. XV.* & in deciſione in eadem cauſa edita coram *Coccino deciſ. 36. part. 5. rec. Romana fideicommiſſi* 8. *Junii* 1654. *coram Veroſpio, Romana Salviani* 22. *Junii* 1650. *coram Peutingero* 66. *part. 11. rec. Urbevetana bonorum* 13. *Maii* 1652. *Dunozetto, Urbevetana cenſus* 23. *Februarii* 1654. *Bichio, Urbinaten. prædii* 13. *Maii* 1658. *Bevilaqua, &* 10. *Decembris* 1659. *Cerro poſt Paitell. deciſ. 50. & 51. Romana donationis* 24. *Januarii* 1659. *Cerro, Cavaler. deciſ. 612. & 618. Buratt. deciſ. 401. & 482. deciſ. 329. part. 4. recent. tom 2.* in quibus, & in aliis agitur de materia hujus Bullæ, & de facultatibus Congregationis Baronum.

Attentis igitur verbis Bullæ *in* §. 1. clarè conſtare
videtur, Papam non reſpexiſſe ad tempus contracti 7
debiti, ſed ad tempus executionis ibi, *ipſoſque ideò creditores, dum eorum credita a dictis Baronibus, & Domicellis exigere conantur, magnos ſumptus facere, & variis litibus implicari, &c.* Et ſic habetur reſpectus ad tempus exactionis, idemque explicavit *Rota dicta deciſ. 36. num. 42. part. 5. rec.* ſcilicet Bullam emanaſſe, ne Baronum creditores ob illorum potentiam litibus defatigentur, & litibus finitis licitatores, ſeu oblatores bonorum terreantur.

Clarius ex ejuſdem Bullæ procemio, ibi, *Juſtitia, & ratio poſtulat, ut eorum, qui pecunias noſtris ſubditis crediderunt ſeu quibus aliquod ab eiſdem quavis cauſa, vel occaſione debetur*; Et ſic utrumque caſum conſiderat cum alternativa, cujus natura eſt, ut ſufficiat unam partem verificari, ergo ſufficit, quod per Barones debeatur, quodque conveniantur, dum ſunt in ſtatu Baroniæ, quamvis eis uti Baronibus creditum non ſit.

Item in §. 2. diſponitur, exequi contra Barones pro debitis quorumcumque eorum parentum, majorum, vel anteceſſorum, & quorumcumque auctorum indefinitè, nulla facta expreſſione, an dicti parentes, anteceſſores,

teceſſores, vel auctores fuerint, vel ne in Baronali qualitate conſtituti; Et clariùs dum diſponitur, idem ſervari, etiam pro debitis, quæ Barones ſolvere tenentur ex cauſa legatorum, in quibus cadere non poteſt ratio, quod creditores, Baronis fidem ſecuti ſint, ſive quod illius potentia eos coegerit ad mutuandum, cùm iſto reſpectu ſolùm attendatur exactio, quod etiam ſuadent alia verba in dicto §. in principio, ibi, *Nos hiſce malis, & debita creditorum ſatisfactam providere volentes, &c.*

Suadetur etiam ex eo, quod natura legis novæ, maximè ab antiqua adeò exorbitantis, eſt reſpicere futu- 8 ra, non autem præterita, ex plenè collectis per *Farinac. in fragmen. verbo lex*, & omnes; Et tamen iſta providet etiam præteritis, & diſponit de debitis ante illius editionem contractis, ut ponderant *Spada dicto conſ.* 18. *num* 24. & *Rota dicta deciſ.* 36. *num.* 1. *part.* 5. *rec.* Ergo impoſſibile eſt dicere, Papam voluiſſe ſolùm conſulere illis, qui ſub clypeo Bullæ, ejuſque fide Baronibus crediderunt.

Attentis etiam rationibus, idem omninò ſuaderi 9 videtur; In ea enim quæſtione, an hæc Bulla dicatur favorabilis, vel odioſa, variavit Rota, nam *dicta deciſ.* 36. *part.* 5. *rec num.* 46. eam dixit favorabilem, *ſed in dicta Romana fideicommiſſi* 8 *Junii* 1654. *coram Veroſpio*, de hoc aſſumpto dubitavit, & clarius contrarium ſenſiit in *dicta Urbinaten. prædil* 13. *Maii* 1658. *coram Bevilaqua*, atque hunc ſenſum habet Congregatio Baronum, quæ una voce paradoxum dixit, quando oretenus informando in iſta cauſa inſinuavi, Bullam poſſe dici favorabilem, ſed rogando Dominos, ut patienter audirent diſtinctionem, ac effectum, ad quem id aſſerebatur, eia auditis propoſitio non diſplicuit.

Dicebam igitur, quod aut agitur in ordine ad exorbitantiam à jure communi, atque ad damnum, & præjudicium, quod reſultat ſucceſſoribus, ad fideicommiſſa, primogenituras, vel inveſtituras vocatos, ſeu aliis tertiis, quorum jus vel dominium Bulla tollit, Et nimis temerarium eſſet, negare illius odium, & exorbitantiam, ut non obſcurè probat etiam conſtitutio 116. *Urbani VIII.* ſuper archiviatione, per quam hujus Bullæ diſpoſitio evitatur, ut infrà *in Romana donationis de Andoſillis, & in Romana Bullæ archivii hoc eod. tit.*

Aut agitur in ordine ad ipſos Barones, qui ad æris alieni per ipſos contracti ſolutionem urgentur, & abſolutum videtur eſſe ipſis favorabilem, ſi enim ita conſultum non eſſet, cogerentur Barones pati, vel carceres, & moleſtias, vel ſequeſtrum, & ſubhaſtationem fructuum, & reddituum fideicommiſſorum, & feudorum pro eorum jure, ac tempore eorum vitæ, quod rectè fieri poſſe ex *Peregr. Fontanell. & aliis* latè in terminis Baronum, & Nobilium *Salgad. & labyrint. part.* 1. *cap.* 24. *num.* 58. Unde maxima baronalis dignitatis ignominia, atque perſonarum incommoda ſequerentur, quia pro modico debito cogerentur, pati in vita privationem omnium fructuum, & reddituum, quorum perceptionis jus vitalitium ob incertitudinem, pro modico pretio ſubhaſtari ſolet.

Aliud idem incommodum Barones abſque hujus Bullæ beneficio ſentirent, quòd ſcilicet in eorum neceſſitatibus non invenirent mutuantes, vel ſi invenirent, non niſi ſub gravi fænore, & uſuris, ac ſub graviſſimis conditionibus, quod practicari videmus in aliquibus partibus, ubi privatis perſonis dantur libenter pecuniæ, etiam ad rationem quatuor pro centenario, & minus; Barones verò quamvis fideicommiſſis non gravati, neque inveniunt ad octo; igitur eſſet negare lucem ſolis in meridie, aſſerendo iſtam Bullam ipſis Baronibus debita contrahentibus, vel qui aliàs ad eorum ſolutionem tenentur, non eſſe favorabilem, quamvis ſucceſſoribus odioſam.

Si ergo favor eſt, & privilegium ipſius debitoris habentis iſtam conſpicuam qualitatem baronalem, exinde reſultat illam non requiri de tempore contracti debiti, ſed ſufficere etiam ſupervenientem, & quæ adſit de tempore quo ad ſolutionem urgetur, ut in terminis *Cap. Odoard. de ſolut.* firmant magis communiter DD. 10 collecti per *Caſtagnam in tractatu deducto ne egeat, quæſt.* 10. *ampliat. tertia, & Graſſ. de eff Ct. Cleric. eff Ct.* 7. *num.* 60. *licet num.* 61. dicat contrarium, ut ſcilicet qualitas clericalis, quæ operatur, ut clericus conveniri non poſſit ultra quam facere poteſt, ſuffragetur de tempore, quo urgetur ad ſolutionem debiti, quamvis iſtud contractum eſſet ante clericatum, quoties non conſtet de ſuſceptione in fraudem, de qua habetur in ſua materia ſub tit. de credito præſertim *in Romana admiſſionis ad benef.* 5. *Martii* 1668. *coram Ottalora* atque ad idem confert regula generalis, quod qualitas, quæ verbum determinat, ſufficit, ut adſit de tempore quo diſpoſitio ſumit effectum *Capic. Latr. conſult.* 143. *num.* 60. *cum ſeq.*

Conferre ad id dicebam *text. in l. Curator, ff. de Curatore furioſi*, per quem, in honorem Senatoriæ dignitatis, diſponitur ejus bonis curatorem dandum eſſe, aliaque ſervanda, quæ privato debitori non conceduntur, & tamen nulla fit diſtinctio, an debita contracta ſint ante vel poſt dictam dignitatem adeptam.

Item in Hiſpania, de illorum Tribunalium conſuetudine introductum eſt, ut Ducibus, Marchionibus, aliiſque Baronibus, & Domicellis, quamvis ære alieno oppreſſis relinquantur congrua alimenta juxta dignitatis qualitatem ſuper omnes creditores privilegiata, ut plenè *Salgad. in labyrintho parte prima, cap.* 24. *num* 32. *cum ſeqq. Caſtill. de alimentis alias* 8. *tom. controverſiarum cap.* 37. §. *primo*, quod an locum habeat in Italia, ratiocinando habetur actum *in Romana liberationis à moleſtiis pro Ceſia ſub tit. de credito, vel ſub altero de fideicommiſſis*; Et tamen nulla fit diſtinctio, an debita contracta eſſent, dum erant in hujuſmodi dignitate conſtituti, vel in ſtatu privato, quia finis eſt providendi de tempore, quo neceſſitas urget, & ne dignitas vileſcat.

In toto corpore juris (quantum mea notitia ſe extendat) non habemus huic Bullæ Baronum aliud ſimile, quàm decreta Ducalia Sabaudiæ, diſponentia feu- 11 datarium ſucceſſorem quamvis ſuccedat jure proprio ex pacto, & providentia, teneri tamen ad debita prædeceſſoris, atque cogi poſſe ad vendendum feudum pro ſolvendis illis debitis, pro quibus cogi poterat defunctus, de quibus decretis latè agit *Cacheran. deciſ.* 165. *cum pluribus ſeqq.* præſertim *deciſ.* 170. quæ ſunt unicæ auctoritates huic materiæ magis proximæ, unde ſufficit quod defunctus cogi poſſet, ad effectum, ut qui nunc eſt ejus ſucceſſor & Baroniam poſſidet, cogatur, ergo multo magis, quando eidem debitori ſupervenit Baronia, ſuper qua imprimitur qualitas hujus Bullæ, & jus creditoribus acquiritur.

Sequeretur item aliàs litium inextricabilis labyrintus, dictaque diſtinctio inter debita ab eadem perſona contracta ante vel poſt Baroniam remaneret inanis, quia poſtquam creditores poſt Baroniam contrahentes 12 in vim Bullæ, ex bonorum ſubhaſtatione pecunias obtinuiſſent, poſſent creditores anteriores, qui ante Baroniam contraxerunt, ab eis pecunias extantes, vel mala fide conſumptas vendicare, neque ulla ſubeſt ratio inter unos vel alios, cum iſta ſolùm conſideretur in feudis, aliiſque bonis alienari prohibitis, quia habentes aſſenſum præferuntur anterioribus ſine aſſenſu; Verùm hoc non provenit ab aliquo privilegio ſeu lege, quæ uno ab aliis diſtinguat, ſed provenit ex eo quod anteriores ſine aſſenſu nullum jus nullamque hypothecam in bonis prohibitis acquiſierunt, unde verè non ſunt anteriores, cum anterioritas reguletur ab hypotheca, quæ ſine aſſenſu in bonis prohibitis non imprimitur, & ſic remanent chirographarii poſtponendi hypothecariis licet poſterioribus.

In

[illegible] per ſtricta intelligent. & hujuſmodi [illegible] exorbitantiam [illegible] juris communis diſpoſitione continentium, & quoad ipſa [illegible] & proximos deducebantur [illegible]

13 *de Jure [illegible]* [illegible] & ſeqq. ſuper [illegible] [illegible] illis, qui [illegible] & dum actu ſunt in ſcholis [illegible] nullius momenti hoc ſimile videbatur [illegible] quia privilegium ad fraudes evitandas [illegible] lege conceſſum [illegible] in Urbe habemus de mercatoribus [illegible] Cardinalibus, & Prælatis, ſive de [illegible] panem cum ſimilibus, ideoque [illegible] diccbatur hoc ſimile [illegible] [illegible] Bullæ, nec non [illegible] & ſimilibus [illegible] ſpecialibus [illegible]

Unde [illegible] per [illegible] ſuiſſe quidem aliquando Bullam [illegible] [illegible] hunc articulum [illegible] [illegible] Congregatio [illegible] [illegible] hodie videmus [illegible] de plano.

Hujus tamen diſputationis occaſione [illegible] faciendam aliquibus [illegible] & [illegible] hujuſmodi legem [illegible]

[illegible] Bu[illegible] exindè reſu[illegible] tantum ſupra, id [illegible] [illegible] non videtur ut iſto caſu [illegible] 16 [illegible] omnis teſtis voluntas [illegible] & ſucceſſorum vis [illegible] & incommodis, quæ [illegible] actioni [illegible] [illegible] accommodaret, ita ut [illegible] non videtur, niſi indirectè præ[illegible] probatione non indigentem [illegible] eo modo quo jus commune in [illegible] [illegible] præſumit in caſu dotium vel [illegible] Et eo modo quo laicalia Statuta in contractibus [illegible] mulierum, & ſimilium ſine certa Solemnitate non initis, inducunt [illegible] [illegible] dolis, vel metus; Unde [illegible] ſuper quo Princeps laico [illegible]

[illegible] Baronalis, & magnatitiæ [illegible] dici poteſt, tanquam concer[illegible] in quibus eſt præcipuum [illegible] accedit etiam alter favor [illegible] commercii [illegible] qui favor, privato commodo [illegible] vel inveſtiturarum beneficio [illegible] Et quatenus iſte favor, [illegible] præponderans tamen [illegible] ſubſtinenda, & [illegible] in quo [illegible] & præjudicium [illegible] de ſucceſſu incerto, & [illegible]

[illegible] quod licet feuda in [illegible] Regni Neapolitani [illegible] & providentia [illegible]

[illegible]

nibus & prodigalitatibus, in quibus hujuſmodi perſonis credentes, non ſunt à dolo, & fraude alieni, ut de hoc particulariter habetur ſupra in *Romana donationis de Andoſillis, in Romana reſtitutionis peculiorum de Caffarellis, & in Romana ſeu [illegible] iſina pro Monte Mellino, & in aliis hoc eod. tit.*

Indoctus malignantium livor crédidit, hujuſmodi legem ex politicis reſpectibus emanaſſe, ut ita Baronum potentia Pontificibus infenſa deſtrueretur, atque Pontificum conjuncti, caſtrorum & bonorum juriſdictionalium facilius acquiſitionem facere poſſent, ſed verè eſt indocta malignitas, quia diligenter perquirere volui, num Clementis VIII. Bullæ auctoris nepotes vel conjuncti qui plura caſtra, & bona acquiſierunt, aliquid, dicto Pontifice vivente, in hujus Bullæ executionem emerint, & non datur exemplum, neque tunc Sedes Apoſtolica erat in ſtatu, [illegible] Barones timeret, ut in retroactis temporibus [illegible], & verè eſt inſulſa conſideratio, [illegible] praxim una Baronum domus clauditur, [illegible] & aperitur, ideóque omnino dicendum eſt, ex ſolo juſtitiæ, & boni publici zelo, [illegible] doctiſſimum Pontificem ita ſtatuiſſe; [illegible] eſt in modo illam practicandi.

IN EADEM

Pro [illegible] EISDEM.

Subfeudatarius an veniat ſub appellatione Baronis [illegible] Domicelli ad effectum Bullæ.

An ſimplex Baro ſeu feudatarius inferioris ordinis non habens altum dominium, poſſit totum feudum vel caſtrum ſubinfeudare, ita ut dominii reliquias, & devolutiones retineat.

Conceſſo feudo, vel alia re patri, & filiis; an conceſſio cenſeatur illis facta ordine ſimultaneo vel ſucceſſivo.

SUMMARIUM.

1 *Subfeuda concedenda ſunt [illegible] non [illegible] contractus correſpectivi.*
2 *De pluribus ſpeciebus ſubfeudi.*
3 *Bulla Baronum procedit etiam in [illegible] quibuſcunque Domicellis.*
4 *Facta conceſſio e feudi patri [illegible] veniant cum patre ordine ſimul [illegible] ſucceſſive.*
5 *Patre & filiis inſimul [illegible], præſumitur filiorum interventum [illegible] conſenſus.*

DISCURSUS LXXV.

SOpita cum particulari [illegible] antecedenti quæſtione, an ſcilicet Bulla Baronum locum [illegible] beat in [illegible] ante Ba[illegible] aliæ ex parte dicti Marchionis Pii [illegible] difficultates, una [illegible] dicti caſtri non impo[illegible] Baron[illegible] Baronem, de [illegible] Bulla [illegible] quia [illegible] libere, & [illegible] jure Alexandro, & [illegible] Ducem Parmæ [illegible] ſolùm jure ſubfeudi [illegible] devolutioni [illegible] caſu lineæ [illegible] alteram, quod in omnem eventum, cum [illegible] & aliorum [illegible] facta eſſet, tam Alexandro patri, quam [illegible], & Al[illegible] filiis [illegible] jus [illegible] non comp[illegible] ad term[illegible] tio Alexan[illegible] debit[illegible]

[illegible] facilius [illegible] Quatenus enim perſiſteret ad [illegible] antur termini ſubinf[illegible]

quibus Dux ex contractu correſpectivo caſtrum allodiale cedens nunquam uſus eſt, ideóque non conveniunt verba, ex quibus regulariter contractum natura regulari ſolet, *ut deciſ. 122. part. 6. rec.* & paſſim, 1
neque convenit ſubjecta materia, tum quia inter ſubfeudi requiſita, illud eſt præcipuum, ut [illegible] non ſub aliqua correſpectiva contractus ſpecie, mediante pecunia concedatur, ex plene deductis per *Alcimod. conſ. 5. vol. 2.* & ſupra in *Senogallien. Caſtrorum hoc tit.* idéoque convenire non poteſt huic conceſſioni factæ per viam dationis in ſolutum, & ex cauſa mere correſpectiva.

Tum etiam quia Baronibus & feudatariis, dupliciter conceditur ſubinfeudandi facultas, uno modo ſubinfeudando totum feudum, per quem modum tollitur penitus de medio, ita ut ſubinfeudato habere dicatur ab infeudante per organum & inſtrumentum ſubinfeudantis, adinſtar cuſtodis pro perſona nominanda, ut ſupra *in dicta Senogallien. & in Mantuana* [illegible] eſt dictum; Altero modo per quem feudatarius concedat aliquod membrum, vel excadentiam, penes eum remanente ſubſtantia ſeu corpore feudi principalis, quod contingit, vel in feudatariis primi ordini, & dignitatis, cum jure Principatus, Comites & Barones ſibi [illegible] ſubjectis, vel in Baronibus, & feudatariis inferioribus, quædam feuda ruſtica ſeu excadentias, tanquam feudi membra concedere ſolita ſubinfeudantibus, [illegible] in *dicta Mantuana* [illegible] *in aliis*; ſed non reperitur jure cautum, ut Baro, ſeu feudatarius inferior (qualis in iſto caſtro conſideratur Dux, quamvis in ſuo Ducatu ſit Princeps), pretio mediante, & per contractum correſpectivum poſſit ſibi conſtituere ſubfeudatarium, cui totum caſtrum cum integro ejus jure concedat, quia nemo ſibi parem conſtituit.

Verum omnem in hoc motivo difficultatem removeri dicebam, ex eo, quod Bulla ſe non reſtringit ad ſolos feudatarios, & Barones, ſed loquitur etiam de quibuſcunque Domicellis, atque chirographum [illegible] quod in quodam libello cum dicta Bulla [illegible] chirographis impreſſum eſt, clarè loquitur de omnibus, & quibuſcumque juriſdictionem habentibus, unde cum debitor poſſideret caſtrum [illegible] in vaſſallos, idcirco ſive illud hab[illegible] jure allodii, ſive feudi, ſive ſubfeudi ſemper dicendus eſt, vel Baro, vel Domicellus, vel habens 3
juriſdictionem, & hoc ſufficit, quia verba ſunt ampla [illegible] ſpeciem non reſtricta, quod in ſpecie ſubfeudatario [illegible] ut comprehendatur ſub Bulla præ[illegible] chirograph[illegible] etur per *Romanam Romana [illegible] 8. [illegible] Rondinin.* in præcedenti allegata.

Veritas tamen [illegible] non inſtare ſubfeudi [illegible] dicebam, dum caſtrum erat allodiale jure allodii per Ducem poſſeſſum, potius verò [illegible] videbantur termini venditionis ſeu dationis in [illegible] cum pacto reverſivo in certis caſibus in [illegible] conventione expreſſis, quod dictorum [illegible] naturæ non repugnat, ideóque vel dicto [illegible] obſtante vendi poterat ad liberam venditionem, transferendo iſtud vinculum ad pretium [illegible] rei [illegible] juxta diſpoſitionem ejuſdem Bullæ [illegible] cum pacto, *ut apud Caualer. deciſ. [illegible]* [illegible] impedi[illegible] venditionem caſtr. [illegible] aliorum bonorum pro ſolo jure debiti [illegible] [illegible] conceſſio ad [illegible] ventionis eſt [illegible], ſalvo jure Ducis, [illegible] caſus pacti [illegible], ejuſque [illegible] purificat[illegible] ideoque hoc motivum ad non [illegible] [illegible] pari [illegible] iſtud [illegible] par pre[illegible] pro ſatisfaciend[illegible] opus erat vendere ſolum partem, [illegible] vend[illegible] erat totum, ideoque pariter illud motivum fuit re[illegible].

Prout

4 Prout neglectum, atque in nulla conſideratione fuit habitum alterum motivum, æqualis, ac ſimultaneæ acquiſitionis patri, & filiis. Quæſtio enim tractata per feudiſtas, an conceſſo feudo patri, & filiis, acquiratur eis ordine ſucceſſivo, vel ſimultanen, & in qua invicem pugnare videntur *Iſernia*, & *Afflictus*, quorum uterque ſuos habet ſequaces plenè de more congeſtos per *Roſenthal. cap.9. membr.2. concluſ.66. num.56. & 59. & in gloſſis lit. G. & H.* originata *ex theor. gl. & Bart. in l. Gallus*, §. *quidam rectè*, *ff. de liber. & poſth.* de qua in materia fideicommiſſaria plenè *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.476. & 477. Rot. deciſ 97. & 574. part.4. rec. & 424. part.9.* ſuper diſtinctione, an diſpoſitio fiat ab aſcendente, in quo viget ratio charitatis, vel ab extraneo, in quo vigeat ratio affectionis, & an filii ſint nati, & capaces propriæ affectionis, & meriti, vel naſcituri, in quibus iſtæ rationes non cadunt.

Verſatur in conceſſionibus gratuitis, ex mera liberalitate, & voluntate diſponentis ſeu concedentis, non autem in caſu noſtro, in quo Dux Parmæ nullam liberalitatem cum iſtis de Pallavicinis exercere voluit, ſed ſolùm, loco jurium, quæ prætendebant habere ſuper caſtris Lombardiæ in ſuo Ducatu exiſtentibus, per viam concordiæ, ſubrogavit in omnibus, & per omnia iſtud caſtrum, & alia bona, unde cum ea, in quorum locum facta eſt ſubrogatio, eis deberentur ordine ſucceſſivo, priùs ſcilicet Alexandro patri, deindè filiis, non ſimultaneè ſed cum ordine primogenituræ, intrat vulgaris regula ſubrogatorum.

Quod evidenter comprobari conſiderabrm ex refutatione præventiva, quam Alexander fecit Sfortiæ filio, quia tanquam ille, ad quem pro tempore ejus vitæ totum ſpectare debebat, totum refutavit, ac totius fructus emolumenta, & juriſdictionem ſibi reſervavit; Dicta enim quæſtio cadit in caſu dubio,
5 & ubi præſumptiones pro una, vel altera ſententia cadere poſſunt, non autem ubi facti circunſtantiæ, ſeu etiam argentiores præſumptiones aliter ſuadent, ut *egregie Roſenthal. dicto cap.9. concluſ.66. num.56. in fine*, ideoque dicendum eſt, æqualem concurſum in tranſigendo per Ducem deſideratum in patre, & filiis, fuiſſe pro cautela alterius partis, filiorum autem reſpectu reſolvi in ſimplicem conſenſum pro eorum jure ſeparato ex fideicommiſſo, ut aliis allegatis benè in *Baren. Salviani 10. Junii 1662. & 24. Martii 1653. coram Bichio*, ubi firmatur, quod licet pater, & filii æque principaliter vendere bona profiteantur, non per hoc tamen reſultat filios probari condominos, ſed eorum interventum fuiſſe pro cautela emptoris, reſolvendum in ſimplicem conſenſum, pro eo jure, quod in bonis paternis, pro maternis dotibus, vel ex majorum diſpoſitionibus habere poſſent, multò magis, dum ex facti circunſtantiis reſultat hujus veritatis probatio clara, qua accedente recurrendum non eſt ad præſumptiones, vel ratiocinia *ad text. in l. ille, aut ille, ff. de leg.3. cum concord. deciſ.44. numer.14. part.11. rec.* ubi probatur iſtam regulam cuicumque materiæ adaptari.

† SUper contentis in hoc diſcurſu in materia ſubfeudi, vel facultatis ſubinfeudandi actum eſt ſupra *in Annot. ad diſc.1.* ubi videri poteſt.

Et de alia quæſtione, an conceſſio facta patri, & filio ſeu viro, & uxori intelligatur ordine ſimultaneo, vel ſucceſſivo, aliquid inſinuatur ſupra *diſc.46.* ac etiam infrà *in Januen. feudor. diſc.113.* & conferunt, quæ habentur ſub *tit. de Donat. diſc.47.* in vocationibus, quæ fiunt de patre, & filiis, de quibus etiam *ſub tit. de fideicommiſſis.*

IN EADEM

Pro EISDEM.

Reſutatio feudi, vel alterius rei alienari prohibitæ in proximè ſucceſſurum, quoties non eſt pura, ſed pactionata, an vitietur in totum, vel potiùs ipſa pacta vitientur.

Reſervatio fructuum, emolumentorum, ac juriſdictionis in feudo, vel caſtro refutato, an importet Jus in re, Et an reſervatarius dici poſſit Baro, & Domicellus, vel aliàs cadens ſub Bulla Baronum; Et quando hujuſmodi refutationes ita pactionatæ dicantur in fraudem.

Succeſſores in feudo pacti, & providentiæ, vel in fideicommiſſo jure proprio, tenentur ad expenſas factas per prædeceſſorem, pro feudi, vel bonorum recuperatione, ſeu defenſione, & ſucceſſivè obligati remanent creditoribus ejus, qui expenſas fecit.

SUMMARIUM.

1 *De refutatione feudi in proximè ſucceſſurum pactionata, an vitietur in totum, vel ſolùm ipſa pactio vitietur.*
2 *An reſervatio fructuum, vel eorum commoditatis faciat refutationem pactionatam.*
3 *Quando actus dicatur fraudulentus, ita ut pactiones aliàs licitæ vitient refutationem.*
4 *Explicatur quid ſit commoditas, quæ reſervatur, vel alienatur ſuper feudo.*
5 *Caſtra allodialia non ſubjacent prohibitioni alienationis reſultantia jure feudorum, ſed in Statu Ecclesiaſtico habent prohibitionem Conſtitutionum Apoſtolicarum.*
6 *Ubi refutatio habet aſſenſum, ita ut de jure ſit valida, adhuc ex conjecturis fraudis, & ſimultatis remanet invalida.*
7 *Quæ ſpecies juriſdictionis ſufficiat, ut intret Bulla.*
8 *Succeſſores in fideicommiſſo tenentur reficere gravato expenſas pro defenſione fideicommiſſi.*
9 *Idem in feudis.*
10 *Quomodo probetur verſio pecuniæ in expenſas.*
11 *An in illo, qui communi in opinione reputabatur Baro, & ſe pro tali gerebat intret Bulla ex ratione* l. Barbatius.
12 *De contrahente cum herede putativo.*
13 *De Bulla Urbani VIII. archiviationis, per quam conſulitur fideicommiſſis adverſus Bullam Baronum.*

DISCURSUS LXXVI.

DEmum omnibus ſupradictis objectis, ac difficultatibus ſuperatis, convolatum eſt ad aliud motivum, quod priùs deductum, plurium annorum ſpatio in multis diſputationibus rejectum, demum admiſſum fuit, undè propterea habito per creditores recurſu ad ſignaturam gratiæ, commiſſa fuit cauſa appellationis in Camera, ubi pendet; Quod ſcilicet Marchio Alexander nunquam fuerit dominus, ac poſſeſſor dicti caſtri Sancti Angeli in ſtatu immediato exiſtentis, quoniam antequam illud per Ducem Parmæ ſibi traderetur, præventivè tanquam jus acquirendum renunciaverat Sfortiæ filio primogenito immediatè ſucceſſuro; Nil obſtante, quod ſibi juriſdictionem, fructus, & emolumenta reſervaſſet, quia reſervatio non eſt de uſufructu conſiderato tanquam de jure in feudo, ſeu caſtro, ſed de fructibus, & emolumentis tanquam commoditas nudi facti non tangens feudi, ſeu caſtri ſubſtantiam, & quæ dicitur omninò

diverſa à dominio feudi, ſeu caſtri tanquam jus allodiale, cujus eſt capax etiam, qui feudorum ſit incapax ex ſuprà deductis *in Tiburtina Caſtrorum, & in Romana, ſeu Status Eccleſiaſtici infeudationum hoc eod. tit.*

Aſſumpſimus proinde hinc inde ſcribentes diſputandam quæſtionem per feudiſtas adeò agitatam, pactionatæ refutationis in proximè ſucceſſurum factæ, quæ de jure feudorum regulariter permiſſa eſt abſque Domini aſſenſu, quoties eſt pura, & ſimplex, quia non eſt alienatio, ſed præventiva ſucceſſio; An ſcilicet ubi eſt pactionata, cum reſervatione uſusfructus, ſeu fructuum, & emolumentorum, corruat in totum, vel ipſa pacta, & reſervationes vitientur, ipſa refutatione firma remanente, atque difficultatem, præſer-
1 tim apud Regnicolas faciunt verba *Iſerniæ in cap. 1. §. & ſi libellum num. 4. & 5. de alien. feud. pater*, ubi dicere videtur, *quod refutatio valet, cætera pacta non*, de qua quæſtione agunt *Loffred. conſ. 3. Bolognett conſ. 7. Camill. de Medicis conſ. 49. Burr..a ar. in repet. cap. beneficium, num. 26. Si de feud. defuncti fuer. controv. Apont. conſ. 12. vol. 1. & conſ. 116. num. 10. vol. 2. & de poteſtate Proreg. tit. de refut. feud. §. 1. & 2. Fab. de Ann. conſ. 41. & 46. Ann. ſeu alleg. 97. Merlin. lib. 2. contr. 57. Reverter. & Add. deciſ. 559. Rovit. pragm. 4. num. 9. & ſeqq. de feud. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 1. gl. 12. num. 10. & 44. Galeot. lib. 2. controv. 6. Marcian. jun. diſput. 80.* qui alios referunt.

Ex quibus conſtat, tres eſſe opiniones, unam quæ *Bolognetto* tribuitur, pro utriuſque actus validitate, quia pro actu ſubſtinendo, reſervatio uſusfructus reſolvitur in ſimplicem reſervationem fructuum, ſeu
2 commoditatis, prout facti eſt, non autem prout juris, ſed hæc opinio paucos habet ſequaces, eamque neque in puncto juris communis ſubſtineri, habetur apud *Merlin. deciſ. 843.* Alteram, ut juxta verba *Iſerniæ*, pacta, & reſervationes, tanquam reſpicientia accidentalia, non vitient, ſed vitientur; Magis tamen communis, ac recepta feudiſtarum opinio eſt tertia, ut totus actus, propter individuum voluntatis, vitietur, ut conſtat ex *Aponte, Rovit. Giurb.* & aliis allegatis; Qua communi opinione attenta, dicebam pro creditoribus (habendo actum refutationis pro infecto,) Marchionem poſſediſſe caſtrum jure dominii, proindéque effectum eſſe indubitatè Baronem.

Et quamvis fortiter reſponderetur quæſtionem cadere, ubi agitur de reſervatione uſusfructus tanquam juris importantis feudi ſervitutem, ſecus autem, ubi de reſervatione fructuum, tanquam commoditatis nudi facti, non tangentis feudi ſubſtantiam ex *Fab. de Ann. conſ. 46. Galeot. dicta controv. 6. lib. 2. Merlin. dicta controv. 57. lib. 2.* Replicabam tamen, etiam reſervationem fructuum in toto, vel in parte, continere improbam pactionem, nervosè probari per *Apont. dicto conſ. 12. ex Camerario*, & aliis quos allegat.

Sed quidquid ſit de iſta opinione, quàm ita ſimpliciter ſumptam credebam minùs tutam, quia verè talis reſervatio non inducit ſervitutem, vel jus in feudo, neque ejus ſubſtantiam tangit, attamen dictam reſponſionem dicebam, tunc demum admittendam eſſe, quando nulla fraudandi, vel ſimulandi cauſa præcedente, refutans ſincere, ut ſibi de alimentis provideat, aliquam fructuum, vel redditus pecuniarii reſervationem faciat, ſecùs ubi præcedente cauſa evidenti fraudandi creditores, reſervatio non eſt de aliquo redditu, vel fructuum parte ſimpliciter, ſed eſt de omnibus illis juribus, quæ poſſidenti feudum etiam ſine refutatione competebant, & competere poterant, ita ut in ſubſtantia ejus ſtatus non immutetur, atque in effectu idem ſit eſſe factam, vel non factam refutationem, tunc enim dicitur actus merè verbalis, alium non habens effectum, niſi illum fraudandi tertium, ut in ſpecie quando plura ſunt onera, pluresque reſervationes, idem *Galeot. dicta controv. 6. num. 12. & 20.* admittit eſſe veram opinionem *Aponte dicto conſ. 12.* Et bene comprobat *Marcian. dicta diſput. 80. num. 19. & ſeq.*

Et in his terminis verſabamur, quia Marchio Alexander, non ſolum ſibi reſervavit in vita omnes fructus, & emolumenta, ſed etiam juriſdictionem baronalem in dominio, & exercitio, cum prohibitione Sfortio refutatario, ne in illa poſſet quomodolibet ſe ingerere, Et quod magis eſt, ſibi reſervavit titulos caſtro adjunctos, cum facultate novos titulos adjiciendi, & cum prohibitione eidem Sfortiæ, ne dictum caſtrum alteri cedere, vel quovis modo de eo diſponere poſſet, ipſo non conſentiente, quam prohibitionem in ſpecie ponderat *Apont. dicto conſ. 12.* & cum reſervatione jurium Alphonſi ſecundogeniti; Undè in contradictoriis petebam à ſcribentibus in contrarium, ut oſtenderent, quænam eſſet differentia inter dictum Marchionem Alexandrum non refutantem, & eundem refutantem, cum omnia pariformiter haberet, nec quidem minimum amittendo, quia ſive refutaſſet, ſive non, liberum, ac abſolutum dominium in vita, vel in morte non habebat, ſtante fideicommiſſi gravamine.

Implicare ſiquidem videtur, dicta jura reſervata importare ſimplicem commoditatem perceptionis fructuum, quia dicta commoditas, prout nudi facti eſt, eatenus à legali prohibitione exempta reputatur, quatenus cenſeatur quid omninò ſeparatum ab ipſo corpore, & ſubſtantia feudi, quia fructus finguntur
percipi per feudatarium cedentem, & poſtquam ab 4
ipſo ſingulis annis, vel temporibus ſuis percepti, & ſeparati, feudatarii nomine, ceſſionarius eos, tanquam rem allodialem à feudo ſeparatam percipit, ut in ſpecie probant iidem in oppoſitum allegari ſoliti *Galeot. dicta controv. 6. num. 14. & 25. Merlin. controverſ. 57. num. 14.* & generaliter *Roſenthal. cap. 9. concl. 9. num. 1. & concl. 10 num. 5. Amichangel. quæſt. feudal. 18. num. 10. & ſeqq.* & in terminis emphyteuticis in idem tendentibus latè *Rota in Romana Salviani 17. Aprilis 1643 & 9. Decembr. 1644. Cerro*, quarum prima eſt *deciſ. 167. part. 9. rec.* ac in aliis, & habetur *in Albanen. penſionis ſub tit. de penſion. & in Tuſculana ſub tit. de emphyteuſi, ac aliis.*

Igitur id adaptari non poteſt reſervationi plenæ, & omnimodæ juriſdictionis, necnon retentioni titulorum, cum facultate novos adjiciendi, ac prohibitione alienationis, quia hæc omnia reſpiciunt ipſam rem, ejuſque ſubſtantiam, maximè accedente cauſa ſimulandi, vel fraudandi, ex qua juncta cum his omnibus, liquere videbatur, actum refutationis fuiſſe merè verbalem, & continere proteſtationem non acquirendi, de directo contrariam facto.

Motivabant aliqui ex Dominis Congregationis, inani labore hanc aliam diſputationem aſſumptam eſſe ex defectu applicationis ad factum, dum quæſtio cadit in feudis alienationis prohibitionem habentibus ex *cap. Imperialem de prohibita feud. alien. per Feder.* huic caſtro allodiali non adaptabilem; Sed facilis fuit reſponſio, quod licèt hujuſmodi caſtra allodialia non habeant prohibitionem inductam in *dicto cap. Imperialem*,
habent tamen aliam non minùs amplam, reſultantem 5
à *Conſtitutionibus Apoſtolicis Sixti V. Clem. VIII. Pauli V. & Urbani VIII.* à qua eatenus actus remanet exemptus, quatenùs, ad inſtar feudorum, agatur de licita, & valida refutatione in proximè ſucceſſurum, quæ verè non eſt alienatio, ſed præventiva ſucceſſio, ſub alienationis prohibitione non cadens, ut ponderatur etiam *in Civitatis Caſtelli juriſdictionis, & in Camerinen. juriſdictionis, & in Romana pecuniaria pro Guelpho hoc eod. tit.* in quibus agitur de bonis juriſdictionalibus non feudalibus.

Solidius motivabatur, quod admiſſa etiam paritate terminorum, adhuc tamen quæſtio cadit, ubi deficit Principis aſſenſus, vel licentia, quæ in præſenti ſupponebatur

Digitized by Google

nebatur ampliſſima, ondè fruſtratoria erat diſputatio, & in hoc motivo pro majori parte, quantum audivi, fundata fuit reſolutio, ſed hoc licentiæ præſuppoſitum in facto pro parte creditorum negabatur, quia conſtabat quidem; Urbanum VIII. mediante chirographo ampliſſimè approbaſſe conventionem inter Ducem Parmæ, cui chirographum eſt directum, & dictos de Pallavicinis, concedendo eidem Duci licentiam alienandi dictum caſtrum, & alia bona, & approbando omnia pacta facta, & facienda, ſed nullibi conſtabat Papam approbaſſe contractum inter Alexandrum, & filios.

Et ulterius, ubi etiam licentia ſubſtuliſſet obſtaculum prohibitionis ex jure, vel apoſtolicis conſtitutionibus reſultans, ad effectum evitandi nullitatem actus, vel pœnas ex dicta prohibitione orientes, non tamen ſanabat vitium ſimulationis, & fraudis, eo quia actus in ſubſtantia, & quoad effectum remanet merè verbalis, & palliatus, atqoe ad hoc propoſitum dicebam ponderandas eſſe dictas feudiſtarum doctrinas, firmantes, ex ſola reſervatione fructuum, vel commoditatis, prout facti eſt, alioquin de jure licita, adhuc, ubi alia concurrunt oſtendentia nudam verbalitatem, reſultare invaliditatem, non tanquam ex prohibitione alienationis, ſed tanquam ex ſimulatione actus.

Adducebatur in contrarium auctoritas *Merlin. d. controv.57.* ad probandum in ſpecie, reſervationem etiam juriſdictionis non reddere refutationem pactionatam, ſed replicabam in hac facti ſpecie, dictas reſervationes non eſſe ſingulariter, ſed unitim conſiderandas, quia non ſolùm concurrebat reſervatio fructuum, & juriſdictionis, ſed etiam illa titulorum impoſitorum, & imponendorum, nec non prohibitio alienationis, & alia de quibus ſuprà; Et ulterius *Merlinus*, id ſolùm aſſerit diſcurſivè, & incidenter, quia præcipuum illius reſolutionis fundamentum conſiſtit in hypotheca dotali, ut conſtat *controv.60.* ac etiam quia in caſu *Merlini* refutatio non erat pactionata cum conditione ſuſpenſiva, & impeditiva in refutatario juriſdictionis, & fructuum perceptionis, erat enim pura, & libera ex tunc plenum effectum ſortitura, ſed ſolùm continebat quandam conditionem eventualem reſolutivam, qua pendente refutatio dicebatur pura, & cum effectu, etiam quoad juriſdictionem, & fructus, ut *dicta controv.57. num.* 1 (?) *cum ſeqq.* qui termini ſunt longè diſpares.

Atque ut in præcedenti diſcurſo dictum eſt, Bulla non poſtulat de neceſſitate veram qualitatem Barona-
7 lem, ſed contentatur illa ſimplicis domicelli, vel aliàs habentis juriſdictionem, ita ut ſufficiat eſſe talem, qui non habeat ſimplex juriſdictionis exercitium precario, & jure alieno, ut ſunt gubernatores, affictuarii, agentes, adminiſtratores, & ſimiles, ſed illam habeat jure proprio, ita ut Baronis, & Domicelli figuram faciat, qualem abſque dubio faciebat Marchio Alexander, nulla penitùs conſiderata differentia inter ipſum, & alios caſtrorum poſſeſſores, ac juriſdictionem in vaſſallos habentes, & ex qua reſultat ratio potentiæ per Bullam principaliter conſiderata, & hæc mihi videbatur ipſa genuina veritas, probabiliter in appellationis proſecutione agnoſcenda, ut jam agnoviſſe viſa eſt Signatura gratiæ; quando de committenda cauſa appellationis ab hac reſolutione actum fuit, eam committendo in Camera.

Prætereà poſt dictas diſputationes habitas, & cauſam commiſſam, aliud in mentem ſupervenit motivum non ſpernendum reſpectu creditorum, qui ante dictam concordiam, & reſpectivè refutationem contraxerunt, quod ſcilicet hujuſmodi debita per Marchionem Alexandrum contracta eſſent, pro ſe ſubſtentando in Urbe, & Curia Romana, ad effectum inſiſtendi apud Summum Pontificem Dominum directum pro juſtitiæ complemento adversùs Ducem feudatarium, qui (ut ipſe prætendebat,) indebitè, & de facto ſupradicta caſtra Lombardiæ occupaverat, & per quorum occupationem, ac immenſos ſumptus ab initio paſſos, pro hujuſmodi cauſa Alexander in aliquem indigentiæ ſtatum fortè redactus erat, ita ut non potuiſſet aliàs quam creditorum ope, Urbis incolatum continuare, atque reſiſtere apud Pontificem Urbanum, cujus auctoritate, & Cardinalis Barberini nepotis opera, charitate, & dexteritate, poſt plurium annorum tractatum, deventum eſt ad dictam concordiam, qua mediante ad commodum fideicommiſſi obtenta fuerunt, caſtrum & bona, de quibus agitur.

Undè ſequitur, fideicommiſſi ſucceſſores, quamvis ex propria perſona venientes, teneri ad hujuſmodi æris alieni ſolutionem, tanquam contracti pro expen- 8
ſis in defenſionem ſeu recuperationem fideicommiſſi factis, pro quibus ejuſdem fideicommiſſi bona remanent affecta, & diſtrahi poſſunt *Peregr. de fideicom. artic.50. num 8. & 11. Seraph. deciſ.925. num.3. Gregor. deciſ.197. num.4. & ſeqq. Duran. deciſ.53. num.8. add. ad Buratt. deciſ.401. num.17. Molina de primogen. lib.1. cap.27. num.11. Garzia de expenſ. cap.16. num.36. Giurb. deciſ.108. num.10. & 24. Salgad. in labyrint part.3. cap.9. num.19. Romana fideicommiſſi ſeu Salviani 23. Junii 1653. Albergato, Romana expenſarum 15. Decembris 1653. Bichio, & in aliis frequenter*, quia eſt propoſitio vera, quoties agitur de expenſis concernentibus ſubſtantiam recuperationis, vel defenſionis bonorum pro omnibus vocatis, ut hic, ſecus ſi eſſet inter plures vocatos quoad pertinentiam ſeu prælationem inter ſe, *ut habetur in dicta Romana fideicommiſſi, ſeu Salviani ſub tit. de fideicommiſſis.*

Quod etiam habemus in feudis, pro quibus defendendis, ſeu recuperandis, & conſervandis, ſucceſſo-
res quamvis ex pacto, & providentia, & ſic jure pro- 9
prio venientes tenentur. Quinimò (quod magis eſt) etiam Dominus directus, in caſu non culpoſæ devolutionis ad hujuſmodi expenſas tanquam ſpeciem meliorамentorum feudatarii hæredibus tenetur, quoties ſunt in aliqua notabili quantitate, ut per *Socin. jun. conſ.68. num.143. 148. & 141. lib.3. Ruin. conſ 100. lib.4. Bellon. conſ.10. num.2. Roſenthal. cap.10. concluſ.43. num.75.* & alios congeſtos per *Giurbam, & Salgad. ubi ſuprà*, & eſt deductum *in Romana annuæ præſtationis ſeu minutorum Plumbini hoc tit.* ac etiam in terminis emphyteuticis deductum habetur in *Theatina renovationis ſub tit. de emphyt.*

Neque præmiſſis obſtare credebatur defectum probatæ identitatis, quod ſcilicet non conſtaret hujuſ-
modi debita in iſtam cauſam verſa eſſe, quoniam di- 10
ctæ verſionis juſtificatio non poſtulat exactam & concludentem probationem, ſed adminicula & præſumptiva contentatur, ut in ſimilibus terminis creditorum mutuantium ad refectionem, conſervationem, meliorationem vel emptionem, habetur per *Franch. deciſ. 97. num.5. ibique adden. Surd. deciſ.15. num.14. & 55. num.6. Sanfelic. deciſ.112. Seraph. deciſ.1093. num.3. Merlin. de pignor. lib.3. tit.1. quaeſt.5. num.71. Amat. var. reſol.3. num.59. alter Merlin. controv.26. num.9. lib.1.* per quos in ſpecie ponderantur, temporis correſpectivitas, & impendentis qualitas; ſi enim non conſtat ipſum de eo tempore aliàs habuiſſe pecunias, ex quibus illud opus facere potuit, neque conſtat in quos alios uſus acceptam pecuniam erogaverit, præſumptio eſt cum pecunia mutuata id ſequutum eſſe, quod liberè adaptatur terminis noſtris; Siquidem Marchio Alexander privatus erat uſque ab anno 1585. fructibus & redditibus dictorum caſtrorum, in quibus major hujus domus nervus conſiſtebat, alia verò bona, in controverſia habita cum Magno Principe per annos 40. antequam Papæ auctoritatem imploraret, penè conſumpſit, dum conſtat à primis Europæ Juriſconſultis conſilia petiiſſe, aliaſque magnas feciſſe diligen-

tias, non niſi cum ingenti ſumptu cum tali adverſari practicabiles, ultra propriam cum numeroſa familia ſubſtentationem, ita ut ei impoſſibile fuiſſet tandiu in Curia Romana apud Pontificem juxta ſui gradus qualitatem aſſiſtere, & ſine hac aſſiſtentia utrique dicta concordia ſequuta non eſſet, neque dicta bona obtenta, undè juſtiſſimè præfati creditores dici poſſunt mutuantes ad bona acquirenda, ſeu recuperanda.

Reſpectu verò illorum, qui poſt concordiam, & caſtri adeptam poſſeſſionem eidem Alexandro crediderunt, clariùs Bullæ beneficio juvari deberi videbatur,
11 nam aliàs publica ejuſdem Bullæ fide decepti remanerent; Indubitatum enim eſt dictum Marchionem poſſidentem caſtrum præfatum, cum libera & independenti juriſdictione in vaſſallos, & cum titulorum retentione, omniumque fructuum & redditum perceptione, necnon cum Marchionis Sfortiæ primogeniti poſitiva prohibitione, ne in dicti caſtri juriſdictione, vel aliàs quomodocumque ſe ingereret, facere in Urbe figuram Baronis Romani, ac poſſeſſoris caſtrorum cum juriſdictione in vaſſallos, eodem modo quo alii Barones, & Domicelli faciebant, abſque aliqua differentia; Undè mercatores, & cæteri ſcientes diſpoſitionem Bullæ, ſub iſtius clypeo & fide liberè crediderunt, aliàs non contracturi, ideóque ſequeretur ex dictæ Bullæ ac Pontificis publica fide, ita per colluſivas & clandeſtinas conventiones cum filiis remanere deceptos.

Ac propterea ponderabam rectè intrare terminos textus in *l. Barbarius, ff. de off. Prætoris* de Officiali putativo, cujus geſta ſubſtinentur, ne fides publica pereat, quamvis in effectu non eſſet talis, atque convenire quoque terminos hæredis putavi, cum quo contrahentes ſuper re hæreditaria & bona fide ex eadem
12 ratione tuti redduntur, etiam in præjudicium veri hæredis *ad text. in l. fin. ff. de tranſact. l. fugitivus & l. cum quis, ff. de ſol. cum concord. per Giurb. deciſ. 79. num. 20. Mareſcot. lib. 2. var. cap. 17. deciſ. 122. num. 9. part. 7. rec. Salgad. in Labyrint. part. 1. cap. 9. num. 48. & ſeqq.* ubi concordantes.

Et licet hoc ſuas habeat difficultates ex latè deductis per eumdem *Salgad. num. 99. & ſeqq* attamen dubitatio intrat, quoties agitur in præjudicium hæredis abſentis, vel juſtam ignorantiam habentis, omninò tamen vera & recipienda videtur concluſio in præjudicium ejus, qui ſciebat ſe eſſe verum hæredem, & tamen paſſus eſt alterum pro hærede publicè ſe gerere & contrahere, nam aliàs publica fides & commercii libertas nimium paterentur præjudicium.

Quod in propoſito probare clarè videtur *conſtitutio* 117. *Urbani VIII.* edita ſuper archiviatione; Volens enim Pontifex ſucceſſoribus in fideicommiſſis, & pri-
13 mogenituris adversùs hujus Bullæ diſpoſitionem conſulere, illud prudens & juſtum adhibuit remedium, per quod publica fides decepta non remaneret; mandando ſcilicet fideicommiſſorum, primogeniturarum, inveſtiturarum, aliarumque hujuſmodi diſpoſitionum ſumptum authenticum in publico Archivio regiſtrari, ac neque regiſtro contentus, voluit in tabella publicè omnibus expoſita deſcribi & adnotari, & nihilominùs, etiam poſt hujuſmodi geſta, Bullam Baronum ſuffragari contrahentibus infra ſex menſes ſubſequentes, quorum lapſum expectari voluit, ut ita ad omnium notitiam deveniat, unde creditores poſtea cum Baronibus contrahentes eorum culpæ & ſocordiæ totum adſcribere debent, quia ſcientes hujuſmodi novi remedii traditionem, nimia facilitate poterant antequam contraherent, dicti Archivii tabellam publicè expoſitam videre.

Igitur ſi Papa tot adhiberi voluit cautelas & diligentias, ne aliàs contrahentes ſub dictæ Bullæ clypeo, & publica fide decepti remanerent, vanum prorsùs videtur, ita Pontificias conſtitutiones, ac fidem publicam, cum actibus colluſivis, & merè verbalibus elidi potuiſſe, quæ ratio etiam convenire poteſt illis, qui ante concordiam crediderunt, quia in dictæ Bullæ fide confiſi, quaſi per novum creditum, debitorem viventem jam effectum Baronem urgere non curarunt, ſed dilationes benevolas conceſſerunt, ex eo pietatis motivo, quod erga illum Dominum, ex dictis jam ſequutis in Urbe vigebat.

Ad quod confert deciſio *in Romana fideicommiſſi* 8. *Junii* 1654. §. *finali coram Verospio*, ubi ad excludendam Bullam pro debitis contractis poſt ceſſatam Baroniam, ponderatur, debitorem non contraxiſſe amplius ſub nomine Baronis vel Domicelli, ſed ſub privato nomine nobilis, vel Patritii Romani, quaſi quod ita ſe declaraverit, & contrahentibus inſinuaverit ſe non eſſe ampliùs talem, qualis erat; Undè per argumentum à contrario, ubi quis retento titulo, ſub ejus nomine, & figura contrahit, & de facto caſtra, & bona juriſdictionalia cum actuali juriſdictione dominica ſeu Baronali in vaſſallos poſſidet, excuſandi ſunt creditores, qui cum eo contraxerunt, ideóque Bullæ beneficio juvandi, cum populus moveatur ex iis, quæ de facto videt, nec teneatur ſcire iſtas juridicas ſubtilitates, quæ neque multis juriſtis innoteſcunt.

† AD materiam refutationis feudi in proximè ſucceſſiturum, contentam in hoc diſcurſu, videri poſſunt ea, quæ habentur infra in *Neapolitan. ſeu Theatina diſc. 116.*

ROMANA RESTITUTIONIS PECUNIARUM

Pro DUCE CAFARELLO ET FILIIS

Cum CREDITORIBUS MONALDENSIUM,

Caſus deciſus per Congregationem Baronum pro creditoribus.

De facultatibus Congregationis Baronum, an ad ipſam ſpectet cognoſcere & judicare de veritate & ſubſiſtentia crediti, & ad quem ſpectet cognoſcere de anterioritate & potioritate creditorum concurrentium.

An Congregatio poſſit revocare vel circumſcribere ſententias vel decreta judicis ordinarii; Qua occaſione generaliter habetur; An & quando executor poſſit cognoſcere de juſtitia, & validitate ſententiæ exequendæ.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Ad Congregationem Baronum pertinet videre de anterioritate & potioritate creditorum concurrentium.*
3 *Non autem de ſubſtantia, & veritate crediti, cum hoc ſpectet ad Judicem ordinarium, niſi ad effectum denegandi exequutionem.*
4 *Congregatio non eſt Judex ſed executor deputatus ad removenda impedimenta fideicommiſſorum.*
5 *Executor, quando & ad quem effectum videre poſſit de juſtitia & validitate ſententiæ, vel mandati exequendi.*

DISCURSUS LXXVII.

PRæſuppoſito, ſine veri præjudicio, quod per Nicolaum Monaldenſem in contractu donationis de 1 anno 1566. ordinatum eſſet perpetuum deſcenſivum fideicommiſſum maſculinum excluſis fœminis, quibus ſolùm dotem Scut. 3000. auri præſtari voluit, illoque devento in Alexandrum, & Paulum donatoris ex Joanne Rainaldo filio nepotes pro communi poſſidentes caſtra

caſtra Montis Calvelli, Attigliani, Alviani,& Podii,ac peraque alia bona ſtabilia.

Obiit de anno 1622. Alexander ab Inteſtato, ſuperſtitibus, Nicolao ex prima uxore, & Angelica infante ex ſecunda ſuſceptis, Nicolaus autem in ultimo cum quo deceſſit teſtamento de menſe Octobris 1632. hæredem ſcripſit Paulum Patruum, Angelicæ verò ſorori mandavit præſtari pro dote ſcut. 30. m.pro omni, & toto eo, quod in bonis paternis prætendere poſſet. Cumque magna moles æris alieni per præfatos Alexandrum, Paulum, & Nicolaum juniorem contracta eſſet, idcircò urgentibus creditoribus, Congregatio Baronum, ad formam Bullæ 41. Clementis VIII. quæ *Bulla Baronum* dicitur, de anno 1639. dicta caſtra ſequeſtravit, & de anno 1644. vendidit Marchioni Raimundo pro pretio ſcutorum circiter 366. m. quos ac fructus dicto medio tempore perceptos diſtribuit creditoribus cum ſolita cautione de reſtituendo prioribus & potioribus in forma, pro qua venditione facienda acceſſit etiam ſpeciale chirographum Urbani VIII. diſponens, caſtra ad emptorem tranſire debere libera, & exempta ab omni vinculo, illud transferendo in pretium, creditoreſque ex cauſa cenſuum vel alterius contractus fructiferi, ſequuto depoſito pretii per emptorem penes montem pietatis, teneri recipere ſortes, ac alias cenſus haberi pro reſciſſis & reſolutis, ita ut exindè amplius fructus non currerent.

Inter creditores autem, quibus dictum pretium cum jam dicta cautione ſolutum eſt, fuerunt Angelica nupta uſque ab anno 1637. Duci Caffarello, idemque Dux reſpectivè quibus ſeu dictæ Angelicæ filiis ſoluta fuerunt ſcuta 43. m. circiter nempe 30. m. pro ſorte principali, & 13. m. pro fructibus dotalibus juxta taxam ſtatutariam decurſis à die matrimonii in executionem mandati pro eadem ſumma per A. C. relaxati.

His ſequutis iidem ad ſe liberandum à moleſtiis per creditores Nicolai junioris comminatis, adierit A. C. & citato procuratore deputato ab univerſitate creditorum, obtinuerunt ſententiam diffinitivam, declarantem dictam dotem ſcut.30. m. eſſe congruam, atque una cum fructibus debitam eſſe in vim *auth. res quæ* ex bonis fideicommiſſi dicti Nicolai ſenioris, proindeque eos utpotè anteriores & potiores creditoribus prædictorum Nicolai junioris, & Alexandri, ab iſtis moleſtari non poſſe, quibus ſubſequutis, poſt plures annos aliqui ejuſdem Nicolai creditores aliàs ſatisfacti, ſed pecuniis eis ſolutis ab aliis anterioribus ſpoliati, in Congregatione Baronum pulſarunt præfatos de Caffarellis tanquam poſteriores ad reſtitutionem; Undè plurium articulorum diſputatio aſſumpta fuit *ut in ſequentibus*, quorum primus fuit, an ſtante dicta ſententia lata per judicem ordinarium, tam ſuper congruitate dotis, quam ſuper anterioritate, & potioritate, poſſet Congregatio manus apponere, dictaque ſententia rejecta, ex capite prætenſæ nullitatis vel injuſtitiæ, reſultantis à dotis exceſſu, dictos reos conventos ad pecuniarum reſtitutionem cogere.

Pro Caffarellis ſcribens, ad veritatem etiam reflectendo, dicebam in congreſſibus, quod aut agimus de puncto anterioritatis, & potioritatis, aut de altero congruitatis dotis ex fideicommiſſo ad formam *auth. res quæ* detrahendæ. Quoad primum, me non levem dif-
2 ficultatem ſentire motivabam, quia *Bulla Baronum* §.5. ipſi congregationi injungit ſolutionem pretii ex caſtrorum & bonorum venditione redigendi creditoribus juxta eorùm anterioritatem & potioritatem, idcircò ad ipſam pertinet cognoſcere, quiſnam ſit anterior vel potior, ita ut A. C. in hac parte manus immiſerit in meſſem alienam, præſertim quia Caffarelli pecunias receperunt per manus Congregationis, cui promiſerunt ad omne ipſius mandatum illas reſtituere anterioribus & potioribus, ideoque alium adire non poterant cum hujuſmodi anterioritatem vel potioritatem declararet, ita & taliter, quod ipſi Congregationi, quam in earum auctricem agnoſcebant, manus ligarent, ac poteſtatis & juriſdictionis quæſtionem reſtricarent ex diſpoſitione vel ratione *text. in l. ſi quis conduct. C. locat.* quem habere locum in omni materia omnique perſona aliquid ab alio habente cum obligatione ſibi reſtituendi, vel ejus mandatis parendi firmant *Mantica deciſ.277.num.5. & 6.Cavaler. deciſ.171. num.2.* & cæteri plena manu cumulati per *adden. ad deciſ.420.part.4.recent.tom.2.num.50.& ſeqq.*

Verùm nil intereſſe dicebam, quod dicta ſententia in hac parte negligenda eſſet, quoties in anteriorita- 3
te vel potioritate bonum jus foveretur, prout ſuper hoc puncto principalis diſputatio aſſumpta fuit, ſed quia in prima diſputatione aliquæ periculoſæ propoſitiones tam ex ore Advocatorum creditorum, quàm ipſorum. Judicum prodierunt ſuper intelligentia dictæ Bullæ Baronum, & quale jus per iſtam creditoribus fideicommiſſariorum quæratur, idcircò latiori calamo, quàm conſuetus meus ſtylus exigat, duos edidi diſcurſus proximè ſequentes, unum ſuper anterioritate ſeu potioritate dotis pro ſorte principali, alterum ſuper eadem pro fructibus, cum præſuppoſito tamen quod omnia bona, de quorum pretio agebatur, ſubjecta eſſent dicto antiquo avito fideicommiſſo, ita ut ageretur de dote debita ex bonis fideicommiſſariis ad formam *auth. res quæ, C. commun. de legat.* licet hoc præſuppoſitum ex melioribus notitiis in cauſæ progreſſu habitis in facto ceſſaret, *ut infrà tertio ad hoc ſequenti diſcurſu habetur.*

Quo verò ad alium punctum concernentem crediti
veritatem, ſeu ſubſtantiam, quia creditores prætende- 4
bant dotem prædictam in tanta ſumma non deberi, dicendo quod aut illa prætendebatur in vim legati de hac ſumma facti per Nicolaum fratrem, & hoc nullios erat operationis in præjudicium creditorum ejuſdem ex cauſa onoroſa, excludentium abſque dubiò legatarios, quorum jus non niſi poſt teſtatoris mortem oritur; Aut illa prætendebatur in vim *dictæ auth. res quæ*, ex bonis aviti fideicommiſſi, & cum hæc ſit dos ſubſidiaria ad præciſam congruitatis neceſſitatem reſtringenda, deberi non poterat in tanta ſumma, tum teſtator illam ſolùm conſtituerit in ſcutis 3. m. auri, atque conſuetudo tam Civitatis quàm familiæ longè minorem eſſe debere oſtenderet.

Super hoc proindè puncto, dicebam conſtanter ob- 5
ſtare dictam ſententiam judicis ordinarii, firmantem ſtatum ſive primum mandatum pro eadem ſumma relaxatum, & ſuper quibus Congregatio manus apponere non poterat, ſed creditoribus prætendentibus ejuſdem ſententiæ vel mandati injuſtitiam ſeu nullitatem, remanere aditum appellandi ad Rotam vel alios judices ſuperiores, & ab eis infirmationem obtinendi.

Congregatio enim deputata non eſt per bullam ad cognoſcendas & decidendas cauſas creditorum, neque ad relaxanda mandata, ſeu credita canonizanda; ſed eſt ſolùm deputata executrix mandatorum, quæ per Judices ordinarios adverſùs debitores vel eorum hæredes relaxata ſunt, ut ſcilicet illa ſummariè, & ſine cauſæ cognitione exequi valeat ſuper caſtris, & bonis à Barone debitore poſſeſſis, non obſtantibus vinculis impeditivis fideicommiſſorum, vel inveſtiturarum, quibus jure Principis derogat, & in qua derogatione ac impedimentorum remotione propriè ejus munus verſatur, ità ut non judicis, ſed ſupremi executoris potiùs partes gerat, ut litteraliter diſponitur in *Bulla §.3. in principio, & habetur in Romana locorum montium hoc tit.*

Executor autem, aut eſt ſolum de facto, ut ſunt bariſelli, & ſimiles, & ad ipſum non pertinet inquirere de juſtitia vel injuſtitia ſententiæ vel decreti exequendi, ſed ejus munus eſt ſolùm in exequendo; Aut eſt executor juris, quia nempè ſit de magiſtratus, vel

Digitized by Google

Tribunal, cui judicis nomen, & partes etiam conveniant, & præſertim ſi ſit de ſupremis, & tunc executor cognoſcere poteſt de exceptionibus concernentibus ipſam executionem *gl. in cap. paſtoralis §. quia vero verbo, & ſi fiat de off. Jud deleg. Menoch. de arbitr. quaſt. 38. num. 2. cum ſeqq. Cancer. lib. 2. var. cap 2. de Juriſd. num. 167. Rot. deciſ. 197. num. fin. apud Poſtium de ſubhaſt. in addit.*

Exceptiones autem reſpicientes merita cauſæ principalis non cognoſcit, prout neque cognoſcit de juſtitia vel validitate ſententiæ exequendæ, ad effectum illam revocandi, ſeu tacitè circumſcribendi, demandando oppoſitum ejus, quod in ſententia continetur, ſed ſolùm ad effectum abſtinendi ab executione ac remittendi partes ad eumdem judicem, cujus ſententiæ vel mandati executio petitur, vel ad ejus Superiores, ut latè *Boſſ. in prax. de foro compet. num. 88. cum ſeqq. Farinac. quaſt. 97. num. 74. & 76. cum ſeqq. Surd. conſ. 405. num. 30. bene Rota deciſ. 61. num. 2. in fine apud Poſt. de manut. dicta deciſione 197. apud eumdem de ſubhaſt. & melius deciſ. 576. num. 6. in fine parte 4. recent.* Eſſet enim circumſcribere ſententias, quam facultatem nullibi conſtat conceſſam eſſe Congregationi, quæ ſolet quidem frequentiſſimè diſputare de juſtitia, & validitate ſententiarum & mandatorum executioni demandandorum, ad ſolum effectum abſtinendi ab executione, illamque denegandi, non autem declarandi indebitum illud creditum, quod, ejus ſubſtantia poſita, eſt anterius.

Sed quamvis hæc de jure ſubſiſtant, adhuc tamen Congregatio credit, quod propter obligationem reſtituendi acceptas pecunias, non ſolum anterioribus, & potioribus, ſed ad omne mandatum ipſius, idcircò, in vim hujus ultimæ partis recuſari non poteſt ſolutio illius ratæ, quam, ſe non ingerendo in ſententia A. C. crederet reſtitui debere, quod tamen ſemper importaret circumſcriptionem ſibi non permiſſam. Mandatum igitur fuit videri de puncto anterioritatis, & potioritatis, ſuper quo ſcripſi præcisè ut continetur in ſequenti.

† SUper facultatibus Congregationis Baronum, an poſſit proferre ſententias, & facere alia acta judicialia, adnotandum eſt, quod non ſolum vigore cujuſdam Chirographi Clementis VIII. ſed etiam vigore alterius Urbani VIII. hodie paſſim id ſervatur.

Quinimò, cum Princeps Baptiſta Ludoviſius, poſt venditum ſtatum Zagarolæ, habitumque ſuper pretio, illum creditorum concurſum, de quo agitur infrà *diſc. 118. & tit. de Cred. diſc. 13. & 151.* tribus ejus ſororibus, tam pro earum dotibus in teſtamento paterno relictis, ſive ad terminos *Auth. res qua* debitis, quàm etiam pro parte crediti dotalis materni, dediſſet inſolutum Caſtrum Fiani, aliaque bona, creditores autem in dicto concurſu excluſi, habuiſſent recurſum ad Congregationem Baronum, per tranſmiſſione Commiſſarii; Quamvis ego ſcribens pro dictis ſororibus dicerem, quod non videbantur eſſe in caſu Bullæ, & per conſequens, quod non intrarent facultates Congregationis, cum Bulla verè & propriè percutere videatur caſum, in quo Baro modernus poſſeſſor Caſtrorum, & bonorum, quæ fuerunt poſſeſſa per prædeceſſorem Baronem debitorem, illa poſſideat jure ſucceſſorio primi acquirentis, ſive teſtatoris jure fideicommiſſi contenti in inveſtitura, vel teſtamento aut alio pacto, quo Baro prædeceſſor, qui debita contraxit gravatus erat, quaſi quod tollente Bulla de medio fideicommiſſa, aliaque vincula, per reductionem rerum ad ſtatum, in quo erant ante tempora Auguſti, qui ea fecit obligatoria, juxta ponderationes, de quibus infrà *diſc. 89.* & in aliis, ita quod ſublato vinculo bona remanere dicantur libera, & hæreditaria defuncti Baronis debitoris, penes ſucceſſorem, agentem de cauſa lucrativa, atque ita gerentem perſonam hæredis, contra quem, remoto obſtaculo, ad exequutionem in bonis hæreditariis debitoris procedi poteſt, ſecus autem, ubi agitur de tertio poſſeſſore titulo ſingulari, & tranſlativo dominii, ex cauſa oneroſa, & correſpectiva emptionis & venditionis, dationis in ſolutum, quoniam contra iſtum tertium, practicabilis non eſt proceſſus exequutius in actione perſonali, ſed tantum in vim hypothecæ competunt interdicta poſſeſſoria, ſeu rei perſequutoria, ex deductis *tit. de judic. diſc. 42. &* 44. atque ita docet praxis, quod contra emptores, alioſve tertios poſſeſſores titulo ſingulari tranſlativo dominii, iſta Bulla practicari non conſuevit.

Nihilominus his non obſtantibus, in d. caſu contraria prodiit reſolutio ſuper deputatione Commiſſarii, juxta praxim Congregationis, ſed pendet reviſio; Idque ex particularibus facti circumſtantiis, quod ſcilicet iſta fuiſſet datio in ſolutum facta per Procuratorem abſque mandato, in quo expreſsè excipiebantur bona juriſdictionalia; ac etiam, quia reputata fuit alienatio colluſiva, in fraudem paratæ exequutionis, adeout habenda eſſet pro infecta, ipſaque bona continuarent in eodem Barone ſucceſſore debitoris; unde propterea, (quidquid ſit de veritate motivi, & probabilitate reſolutionis) ita implicitè admiſſum fuit aſſumptum, quod Bulla non procedat in iſto caſu.

Et de alio articulo contento in hoc eodem *diſc. 77.* an ſcilicet, & quando exequutor cognoſcere poſſit, ac debeat de juſtitia, vel injuſtitia ſententiæ, vel mandati exequendi, agitur ſub *tit. de judic. diſc. 40.* ac etiam *in Miſcell. Eccleſiaſt. lib. 14. diſc. 22. & tit. de Regalibus, in Romana Incamerationis diſc. 161.*

IN EADEM

Pro EISDEM.

An mulier agens pro dotis conſtitutione in bonis fideicommiſſi, ſit anterior vel potior creditoribus fideicommiſſariis venientibus in vim Bullæ Baronum.

De Bulla prædicta, quale jus tribuat creditoribus, an ab initio contracti debiti, vel poſtquam Congregatio manus appoſuit, & fideicommiſſis derogavit, & ſic an operetur ut tunc vel ut nunc.

Et aliqua ad materiam *auth. res qua C. commun. de legat.* circa ſortem principalem dotis.

SUMMARIUM.

1 *Pro dote relicta in teſtamento competit hypotheca tamquam ex legato, qua alias non competeret.*

2 *Dos in vim* auth. res quæ, *detrahitur ex fideicommiſſo prater, ac etiam contra teſtatoris voluntatem.*

3 *Ponuntur caſus, in quibus ſuper bonis fideicommiſſariis intret concurſus inter dotes detrahendas in vim* auth. res quæ, *& creditores poſſeſſoris fideicommiſſi.*

4 *Pro dote de paragio ſeu aliàs competente in vim* auth. res quæ, *non competit hypotheca.*

5 *Creditores hypothecarii ſemper vincunt perſonales quamvis anteriores.*

6 *Erronea dicitur opinio dicentium pro dote conſtituenda competere hypothecam.*

7 *Mulier pro dote conſtituenda, quamvis careat hypotheca, præfertur creditoribus hypothecariis hæredis tanquam creditrix defuncti.*

8 *Ex eadem ratione datur ei actio contra tertios poſſeſſores.*

9 *Dos debetur fœminis ex fideicommiſſis vel feudis in præmium excluſionis, & loco portionis ſi eſſent maſculi.*

10 *Licet*

10 *Licet pro dicta dote non competat hypotheca, competit tamen quadam actio mixta rei perſecutoria.*

11 *In vim Bullæ Baronum non acquiritur hypotheca, vel jus creditoribus ad bona, ſed conceditur Jus implorandi officium Judicis.*

12 *Creditores cum aſſenſu in bonis prohibitis vincunt illos abſque aſſenſu quamvis anteriores.*

13 *Feuda ſine aſſenſu Domini non cadunt ſub hypotheca.*

14 *Quomodo ſuper eis conſultum ſit creditoribus ſine aſſenſu.*

15 *De concurſu creditorum habentium reſervationem decreti cum non habentibus in officiis Romanæ Curiæ.*

16 *Officia non cadunt ſub hypotheca, neque ſunt in commercio, ſed bene eorum pretium*

17 *De Decretis Sabaudiæ continentibus diſpoſitionem conſimilem Bullæ Baronum.*

18 *In qua ſpecie debitorum practicari deberet Bulla Baronum, & de illius mazo intellectu.*

19 *De intellectu dictæ Bullæ in ea parte, in qua mandat ſolvi creditoribus juxta eorum anterioritatem.*

20 *Bona fideicommiſſaria ſemper dicuntur à creditoribus gravati exempta, donec Congregatio manus apponat, & fideicommiſſis deroget.*

21 *Hypotheca conſtituta per dotantem complectitur etiam bona fideicommiſſaria, quatenus ex eis dos debeatur, & idem de clauſulis, & pactis executivis.*

22 *Ponitur caſus in quo creditores gravati vincunt mulieres venientes pro dotibus conſtituendis.*

23 *Hypotheca competens pro legato conditionali, purificata conditione retrotrahitur ad tempus mortis teſtatoris.*

24 *Diſpoſitio teſtatoris de puellis dotandis ex bonis fideicommiſſi dicitur potiùs excitativa ejus, quod jus diſponit, ad ejus limites intelligenda.*

DISCURSUS LXXVIII.

1 EXaminatur præſens quæſtio ſuper dote debita ex ſola juris diſpoſitione, præter, vel contra fideicommittentis voluntatem, iſta etenim concurrente, caſus eſt indubitatus, ratione hypothecæ à die mortis pro legato competentis, ut in terminis dotis relictæ *Afflict. decis.162. num.8. Rot. decis.199. num.1. cum ſeqq. part.8. rec.* Et in proximis terminis legitimæ, acquirentis ex legato hypothecam, quam aliàs de jure non haberet *Buratt. decis.115. num.12. Ottbob. decis.73. num.6. & 7.* & cæteri communiter.

Prout ſupponitur caſus dotis detrahendæ, præter, vel contra fideicommittentis voluntatem, quia hodie amplius non dubitatur, dotem præſertim conſtituendam, deberi ſpreto quocumque contrario fideicommittentis præcepto, cum non poſſit ejus diſpoſitio tollere illam legalem neceſſitatem, qua vivens premeretur, & in cujus ratione ex veriori ſententia *dicta Auth.* diſpoſitio fundata eſt, ut quidquid in puncto juris, & non improbabiliter probare conetur *Merenda lib.19. controv. cap.25.* plenè diſcuſſo articulo, omnibuſque ferè auctoritatibus diſpunctis firmatur apud *Redenaſch. conſ. 2. & 73. Rovit. conſ.54. lib.1.* ac perpetuò ſequuta eſt. *Rota, ut decis.16. part.4. recent. tom.1. Merlin. decis.657. & 884. utrobique num.1.* & paſſim in aliis, de quibus frequenter *in ſua materia ſub tit. de dote*, ita ut *Merenda*, & aliorum contraria opinio, remaneat hodie pabulum ſcholaſticorum in ſcholis, & academiis, in foro autem omninò recepta videatur altera doti favorabilis.

2 Prout ſupponitur caſus dotis detrahendæ, præter, vel contra fideicommittentis voluntatem, quia hodie amplius non dubitatur, dotem præſertim conſtituendam, deberi ſpreto quocumque contrario fideicommittentis præcepto, cum non poſſit ejus diſpoſitio tollere illam legalem neceſſitatem, qua vivens premeretur, & in cujus ratione ex veriori ſententia *dicta Auth.* diſpoſitio fundata eſt, ut quidquid in puncto juris, & non improbabiliter probare conetur *Merenda lib.19. controv. c.25.* plenè diſcuſſo, omnibuſque ferè auctoritatibus diſpunctis firmatur apud *Redenaſch. conſ. 2. & 73. Rovit. conſ.54. lib.1.* ac perpetuò ſequuta eſt, *Rota, ut decis.16. part.4. recent. tom.1. Merlin. decis.657. & 884. utrobique num.1.* & paſſim in aliis, de quibus frequenter *in ſua materia ſub tit. de dote*, ita ut *Merenda*, & aliorum contraria opinio, remaneat hodiè pabulum ſcholaſticorum in ſcholis, & academiis, in foro autem omninò recepta videatur altera doti favorabilis.

Duos igitur caſus iſta quæſtio percutere poteſt, unum in puris terminis juris communis, quia ſcilicet 3 agatur de fideicommiſſo maſculino, cujus expiratio certa reddita ſit in perſona debitoris, penes quem bona effecta ſint libera, utpotè ultimo de linea conſtituto in ſacris, aut aliàs de prole deſperato, ſive quod agatur de debitis cum Principis diſpenſatione ſuper fideicommiſſis vel majoratibus contractis.

Alterum in terminis Bullæ Baronum, cujus vigore Congregatio, fideicommiſſis adhuc duraturis derogat, ut gravati creditoribus de bonorum fideicommiſſariorum pretio ſatisfiat.

Primus caſus eſt pro creditoribus minùs dubitabilis, quia bona utpotè effecta in ultimo gravato libera, ſive ob Principis indulgentiam, ab initio contracti debiti reddita ſunt capacia hypothecæ, eique affecta; Unde propterea ad favorem creditorum, quibus 4 bona ante petitam vel conſtitutam dotem jam affecta erant, reſpondendum videtur, quia omninò verius eſt de jure, pro hujuſmodi dote non competere hypothecam, ſed ſolùm judicis officium, ſeu actionem perſonalem ex illo reſultantem, ut loquendo etiam de dote de paragio filiorum primi gradus *Afflict. dicta decis.162. ibique Urſill. & Grammat. in additione idem Gram. decis.90. Amendol. de Franch. decis.119. in princip. Rovit. pragm.15. de feud. num.64. Anell. de Amat. conſ.42. Tappia decis.48. Bottiglier. de ſucceſſ. ab inteſt. theorem 23.* & cæteri paſſim.

Si enim ex veriori, ac hodiè receptiſſima ſententia, non competit hypotheca pro legitima filiis debita de jure naturæ, ſeu pro dote à patre vivente debita filiabus primi gradus, multò minùs ea competere debet pro dote ulterioribus deſcendentibus debita à fideicommiſſo ex hoc ſubſidiario beneficio dictæ authenticæ, ita potius per Doctores intellectæ, cum verè extra filias primi gradus diſponere non videatur.

Atque indubitatum eſt juris principium, creditores hypothecarios quantumvis poſteriores, prælationem habere adverſus chirographarios vel alios ſolam 5 perſonalem habentes, ut in his terminis ratiocinatur *Afflict. dicta decis.162.* Et ex qua etiam ratione, mulier pro dote ſeu peragio conſequendo, de juris ſtricta cenſura, deſtituta eſſe deberet actione contra tertium poſſeſſorem, in quem titulo ſingulari bona paterna per fratrem jam alienata eſſent, quia creditori habenti ſolam perſonalem (excepto caſu fraudis, & colluſionis ex parte tertii) nullum contra iſtum ſoventem cauſam oneroſam à jure proditum eſt remedium.

His tamen non obſtantibus, abſolutè in contrarium eſt veritas, licet enim in puncto juris veriſſimum ſit aſſumptum in ratione dubitandi ſuperiùs deductum, ut pro hujuſmodi dote nulla competat hypotheca, quid- 6 quid ex calami lapſu dicat *Merlin. decis.657. num.5. reperita decis.312. num.17. part.6. recent.* & cum quo lapſu proceſſum eſt in aliis, præſertim in *Romana fructuum dotis 7. Junii 1658. coram Verosp. §. ſiquidem*, quia dicuntur quidem pro hujuſmodi dotibus, bona aſcendentium

dentium affecta eſſe tanquam pro onere ipſis bonis inhærente, ſed non per hoc dici poſſint hypothecata, & in hoc juris æquivocum eſt clarum, ſumendo affectionem pro hypotheca.

Attamen, quia mulier pro dote dicitur creditrix de-
7 functi, cujus bona ab inſtanti eorum tranſlationis in hæredem tranſierunt cum iſta cauſa, ſeu onere ipſis infixo, ſequitur proindè, quod ſive ex beneficio ſeparationis bonorum, ob quod abſque dubio creditores defuncti quantumvis poſteriores, vel perſonales, vincunt in iſtius bonis creditores hæredis licet hypothecarios, anteriores, & privilegiatiſſimos, ſive ex quadam actione rei perſecutoria mulieri in ſubſidium competente ad bona parentis, vel aſcendentis, ex quibus dotanda eſt.

Ipſa potior cenſenda eſt adversùs quoſcumque hæredis, vel fideicommiſſarii creditores, quantumvis anteriores, & privilegiatos, quia concurſus non eſt ad bona communis debitoris utrique creditori obligati, ſed mulier dicitur ſola creditrix teſtatoris, habens jus ſaltem habituale in bonis, antequam devenirent ad manus hæredis, vel fideicommiſſarii, ad quem ſic affecta, & cum dicta cauſa obvenerunt, ut in individuo potioritatis competentis doti detrahendæ in vim *auth. res quæ*, adversùs gravati, vel fideicommiſſarii creditores, firmatur apud *Seraph. deciſ.*603. cum qua pertranſit *Rota d.deciſ.*199.*num.*11.*part.*8.*recent.*

Et in terminis actionis competentis pro dote de paragio, etiam adverſus tertios bonorum poſſeſſores, in
8 quos per fratrem alienata eſſent *Afflict. & Adden. dicta deciſ.* 162. *Amat. dicto conſ.*42. *Tappia dicta deciſ.*48. & cæteri ſuprà citati de paragio in feudis loquentes, & de quo paragio habentur aliqua deducta alibi *hoc eod. tit.* ad materiam purè feudalem.

Triplicem habet manifeſtam rationem hæc propoſitio, unam jam dictam, quod mulier eſt creditrix defuncti, alii verò ſunt creditores hæredis; Alteram quia creditores hæredis, vel fideicommiſſarii, acquirere non potuerunt jus in bonis, niſi prout in eorum debitorem obvenerunt, undè cum in inſtanti obventionis, & antequam obvenirent, jam affecta eſſent hoc onere, impoſſibile eſt aſſerere, quod hujuſmodi creditoribus majus jus competeret; Et demùm tertiam efficaciſſimam, quod dos de paragio in feudis, vel fideicommiſſis de jure debita fœminis ab hujuſmodi bonorum ſucceſſione excluſis, dicitur debita in præmium excluſionis, ac loco illius portionis, quàm ſi fuiſſent
9 maſculi habere debuiſſent. *Tappia loco ſuprà citato*, multoſque colligit *Gamba obſerv.*21. *num.*1. & eſt propoſitio, apud feudiſtas receptiſſima.

Undè quemadmodum, ſi hæc fœmina fuiſſet maſculus, ſuamque portionem bonorum fideicommiſſariorum habuiſſet, abſque dubio ejus portio affecta non eſſet creditoribus fratris, atque iſtius diſſipationes non potuiſſent ſibi præjudicare, ita idem dicendum eſt in ea dote, quæ loco dictæ portionis ſubrogatur, quia lex quæ fœminam gravavit, eam excludendo à ſucceſſione, illi favet in hac parte, ſibi concedendo quamdam actionem mixtam in rem ſcriptam, ob quam ſuum jus conſequatur, ut benè *Tappia dicta deciſ.*48. *num.*10. circa finem; Ita etiam ipſamet naturali ratione dictante, quia ſatis iniquum eſſet, ut innocens filia viri ditiſſimi, omninò depauperata, & in miſeriam redacta remanere deberet, ex iniqui, vel imprudentis fratris diſſipationibus.

10 Et licet pro hujuſmodi dote non competat hypotheca, vel alia actio realis, competere tamen dicitur ad bona parentis, cui tale onus infixum eſt, quædam actio mixta rei perſecutoria, etiam contra tertium exercibilis, *Tappia dicta deciſ.*48. *num.*14. & ex pluribus Rotæ deciſionibus in propoſito alimentorum probatur *diſcurſu ſequenti*; Et hic verè fuit ſenſus *Rota apud Merlin. dict. deciſ.*657. *num.*5. cum qua in aliis proceſſum fuit, præſertim *in dicta Romana fructuum dotis coram Veroſpio*, quod ſcilicet hæc dicatur ſpecies oneris realis ipſis bonis infixi, perindè ac ſi ea obligata fuiſſent, ut *idem Merlin. deciſ.*249. *num.*2. *repetit. deciſ.*28. *part.*5. *recent.* ita ut ſi non adſit formaliter ipſa hypotheca, adeſſe tamen dicatur per æquipollens, vel ejus effectus.

His ita procedentibus in primo minùs dubitabili caſu, in quo bona, utpotè à Principe diſpenſata, vel penes ultimum effecta libera, capacia ſunt hypothecæ, ita ut ab initio contracti debiti, jus reale creditoribus quæſitum ſit.

Multò magis abſque principio difficultatis, idem dicendum eſt in altero caſu, in quo nullo jure reali, 11
nullaque hypotheca creditoribus in ipſis bonis quæſita, ſolùm eis ex mera gratia Principis, reſultante à dicta *Clementina Conſtitutione*, conceditur jus implorandi officium ſupremi magiſtratus (qualis eſt Congregatio Baronum) ad cogendum fideicommiſſarium ad vendenda bona ipſis nullatenus affecta, ut ex illorum pretio eis poſſet ſatisfieri.

Tunc enim, cum mulieri ab inſtanti ejus nativitatis, vel ſaltem ex tempore conſtitutionis dotis, ipſa lege diſpenſante, ſeu aſſenſum præbente, bona prædicta affecta ſint, hinc proindè ſequitur, mulieris anterioritatem, vel potioritatem eſſe incontrovertibilem, ex receptiſſima juris propoſitione, quod in bonis differentibus hypothecari prohibitis, & in commercio non exiſtentibus, creditores cum aſſenſu quamvis poſteriores, vincunt creditores anteriores ſine aſſenſu, ex plenè in propoſito deductis per *Salgad. in la-* 12
*byrint. part.*2. *cap.*4. & ſæpiùs in præcedentibus, *hoc tit.* quia eſt concluſio non admittens controverſiam, licet in emphyteuſi hæreditaria, non ita de plano in Curia recipiatur, ut in ſua materia *ſub tit. de emphyteuſi.*

Bona etenim fideicommiſſo, vel majoratui ſubjecta, ubi præſertim expreſſam hominis prohibitionem habent, incapacia ſunt hypothecæ per gravatum conſtitutæ, præter quam quoad illam fructuum commoditatem, ſibi ejus jure durante competentem, quæ eſt quid extrinſecum, ipſorumque bonorum ſubſtantiam non tangit; Bulla verò Baronum hujuſmodi hypothecandi facultatem non tribuit, neque ipſis creditoribus jus aliquod reale ad ipſa bona directè concedit, hoc enim nullibi legitur, atque error nimis manifeſtus eſſet id aſſerere, quoniam, ita neceſſaria non eſſet Congregationis privativa auctoritas, nam coram quocumque judice creditores ad bona ſibi obligata ſuas actiones exercere poſſent, ſed ſolùm ex favore publici commercii, Bulla prædicta, ut dictum eſt præbet creditoribus aditum implorandi ſupremi magiſtratus officium pro cogendo fideicommiſſàrio ad vendenda bona, ex ejuſdem Principis diſpenſatione à vinculo fideicommiſſi ſoluta, ut ex pretio ipſis creditoribus ſatisfieret; Et ſic erroneum eſt dicere, quod creditoribus jus aliquod competat ad ipſa bona ab ipſo initiò contracti debiti hypothecarii, cum id, tam de jure, quàm ex diſpoſitione Bullæ, nec quidem imaginarium habeat fundamentum.

Habemus hanc eamdem praxim Congregationis Baronum ſervatam in feudis præſertim Regni Neapolitani, quæ ſine dubio, hypothecari, nec aliàs obligari poſſunt abſque Regis aſſenſu, tam ex diſpoſitio- 13
ne juris communis feudorum in *cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Feder.* quam ex jure municipali in Conſtit. incipien. *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, ita ut creditoribus abſque aſſenſu, nullum jus, nullaque actio competat ad corpus feudi, neque ipſi aliquem concurſum prætendere poſſint cum creditoribus habentibus aſſenſum, ſive particularem Principis, ſive generalem legis, quantumvis poſterioribus.

Sed quia illa feuda qualitatem habent hæreditariam 14
mixtam cum illa ſanguinis, atque publici commercii ratio poſtulat, ut mutuantes Baronibus, & feudatariis

Digitized by Google

tūs omninò deſtituti non remaneant, [illegible] praxis concedit creditoribus jus implorandi [illegible], ut cogat in actione perſonali feudi poſſ[illegible] ad vendendum feudum, ad effectum, ut ex illius pretio [illegible] quam libero, & allodiali, cred[illegible] prædictis [illegible] juxta *decis.* [illegible] 704. cum notiſſimis, & hic eſt adamuſſim caſus noſter.

Idem docet Romanæ Curiæ praxis [illegible] ejuſdem Curiæ, vel Apoſtolicæ Cancellariæ officiis [illegible] non exiſtentibus, & abſque Papæ beneplacito ſub creditorum hypotheca non cadentibus, & in quibus verificatur concurſus creditorum cum aſſenſu, & ſine aſſenſu, cum prima creditorum ſpecies dicatur [illegible], ad quorum favorem ſit reſervatio decreti, ex [illegible] quæ frequenter habentur *in ſup. materia ſub tit. de regalibus ad materiam offi iorum.*

15 In iſtorum enim concurſu, abſolutum eſt, po[illegible] tes eſſe creditores habentes aſſenſum, quia ipſi & non aliis jus reale in ipſius officii corpus, ſed ſubſtantiam quæſitum eſt ex deductis apud [illegible] *decis.* 1294. latè *Salgad. in Lab yrint. par.* 1. *cap.* 15. [illegible] *in Romana pretii officiorum* 27. *Novembris* 1658. [illegible] *Decembris* 1659. *coram Bevilaqua*, ubi [illegible] concurſu contra creditorem habentem [illegible] decreti, id [illegible] ſequutum eſt ob [illegible] & apertam nullitatem, & hoc eſt verum ac ſolum deciſionum fundamentum, ut habetur *in dicto tit. de regal.* ſuper illa cauſa.

Creditoribus autem non habentibus decretum, conſultum eſt in pretio, quod utpote indifferens eſſe dicitur [illegible] commercio, & cadit ſub creditorum hypotheca ex deductis *apud Seraph. dicta decis.* [illegible] & in allegatis de [illegible] coram *Bevilaqua*, sed non inde ſequitur hujuſmodi creditores aliquod jus habere in ipſis officiis, coniunque ſubſtantia, neque concurſum prætendere poſſe cum creditoribus [illegible] ex Principis indulto jus habentibus, ſed ſolum competit jus implorandi judicis officium ad cogendum officialem ad illud vendendum, ut ex pretio [illegible] valeat ſatisfieri, & hic eſt adamuſſim caſus Bullæ Baronum, operantis proinde abſque dubio, ut nunc [illegible] autem ut ſupra.

16 Et nihilominus noſter caſus eſt fortior, quàm iſte feudorum, vel officiorum, quia licet [illegible] vel officii corpus non ſit in bonis [illegible] commercio ſine Principis [illegible] in bonis [illegible] ſtionis, & [illegible] gatis deciſionibus *in Romana pretii officiorum* [illegible] *Bevilaqua*, & non ſemel habetur in [illegible] *ſub tit. de Regalibus ad materiam officiorum*, bona vero fideicommiſſi, nec in ipſo corpore, neque in pretio ſunt in bonis gravati, niſi pro jure fruitionis ejus vita durante.

17 Atque huic Bullæ Baronum habemus legem, (forte ſingulariter) conſimilem editam in Ducatu Sabaudiæ, per quam feuda, quantumvis pactis, & providentiæ, de Principis auctoritate, & aſſenſu venduntur pro ſolvendis debitis feudatarii poſſeſſoris, ita ut ſucceſſor, quamvis jure proprio [illegible], utpote à lege inveſtituræ vocatus, cogatur ad vendendum feudum pro ſolvendis debitis, ad quæ deſtinctus cogi poterat, Et tamen ſervatur inveſtituræ vinculum ſolvi, ac jus agnatorum tolli, quando Principis aſſenſus aliæque ſolemnitates adhibentur, ita ut niſi illa forma ſervetur, tolli non dicantur, ut late de his deductis habetur apud *Caſtillo.* [illegible] *decis.* 165 [illegible] 90.

18 Quas deciſiones [illegible] optarem, quod hæc Congregatio bene ponderaret, atque ad praxim reduceret, prout omnis juſtitiæ, & æquitatis ratio poſtulare videtur, ut ſcilicet hujuſmodi leges, intelligi, & practicari debeant, pro debitis ex neceſſitate, vel honeſta, & rationabili cauſa contractis, non autem pro diſſipationibus, & prodigalitatibus, ad quæ omnino inverdicibile eſt Principis voluntatem directam eſſe, ut *decis.* 169. *num.* 20. & *decis.* 170. *per totum*, ubi [illegible] quod cum prodigalitates, & diſſipationes contineant peccatum, ſeu peccandi occaſionem, nulla enus cenſendum eſt à Principe talem legem [illegible], quæ hujuſmodi mala producat, quod ſi procedit in lege Principis laici, multò magis omnino [illegible] in lege Summi Pontificis, qui eſt [illegible] Eccleſiaſticus, omniumque Principum Pater, & exemplar, ideoque cum hoc juſto, & rationabili tempera[mento] hæc Bulla practicanda videretur, nam ita non remaneret exorbitans, ſed potius rationabilis, & honeſta, juxta diſtinctionem in præcedentibus, & ſequentibus ſæpè traditam ſuper puncto, an illa eſſet favorabilis, vel odioſa.

19 Nec [illegible] quicquam obſtat, quod eadem *Clementina* [illegible] in §.5. demandet creditorum ſatisfactionem *juxta eorum anterioritatem, & prioritatem*, quia id [illegible] verum eſt inter creditores ejuſdem qualitatis, & naturæ, inter quos, ceſſante peculiari privilegio, [illegible] eſt [illegible] debere ordinem temporis, qui etiam juxta memoratam feudorum vel officiorum praxim ſerva[t]ur, quia [illegible] impedimento, ac effecto [illegible] differentibus, & liberis debitoris, intrat in [illegible] hypotheca, utpote capiens præſentia & futura, juxta eum ordinem, cum quo conſtituta eſt, ſed non inde inferri poteſt ad concurſum cum [illegible] privilegiatis, & diverſæ naturæ, ipſam bonorum ſubſtantiam affecta habentibus; Alias enim daretur maximum inconveniens, quod creditores mutuantes fide [illegible] ratio cum ſpeciali chirographo Papæ, ſeu cum aliorum Principis beneplacito, continente derogationem fideicommiſſis vel majoratibus, & cum facultate obligandi bona fideicommiſſaria, ut frequentiſſimè practicatur in Hiſpania ſuper illis majoratibus, & primogenitis, poſtponendi veniunt ſimplicibus creditoribus anterioribus in Congregatione [illegible] concurrentibus, quod utique omnino [illegible] eſt.

Dabantur alias in hac eadem Congregatione, occaſione alterius diſputationis in hoc practicum exemplum de domus habentis januas clauſas, ad quam nemini poterat ingredi, niſi cui lex, vel Princeps concederet, [illegible] ex legis, vel Principis diſpenſatio[ne] [illegible] verò plures generalem [illegible] oris contingendi [illegible] & poſterio[illegible] anteà, & alter [illegible] Princeps ingrediendi januam [illegible] omnes [illegible] ſimul ingrediendi [illegible] ratio [illegible] eſt, ut qui priores illis approximarent, priores ingredi [illegible] participent, ac tardioribus præferantur [illegible] ex aliqua legali, vel humana ratione [illegible] poteſt, iſtos ita poſtmodum ingredientes, habere debere prælationem adverſus eum, qui jam de [illegible] omnis clauſa erat, ex legis, vel Principis conceſſione ingreſſus fuerat, & jus quæſierat; Et hic propriè videtur caſus, quia Bulla Baronum nullum jus tribuit creditoribus ad ipſa bona, [illegible] ſubſtantiam, ſed ſolum ipſi ex ea deſumunt ſpem, utpote apertura per Congregationem concedendæ, pro [illegible] ſequenda [illegible] ſatisfactione in pretio.

20 Hanc propterea, omninò fallax remanet [illegible] creditoribus in bonis fideicommiſſariis ingenuè Bullæ Baronum [illegible] competat actio [illegible] ſolum illius exercitio, donec Congregatio manus apponat, hoc enim, ut [illegible] eſt, continet fallacia manifeſtam, quia donec Congregatio manus apponat, & fideicommiſſorum vinculum tollat, bona dicuntur eſſe extra commercium, à quocunque creditorum gravati jure exempta, adinſtar officiorum, ſeu feudorum, ut ſi[illegible]

prà, quia Bulla non continet derogationem, ſed ſolùm facultatem ſeu mandatum de d[illegible]rogando Congregationi concedit.

Prout neque adaptatur ſimile ab aliquibus excitatum, de concurſu creditorum habentium aſſenſum generalem a lege vel à Principe, prout ſunt in Regno Neapolitano mulieres pro dotibus in vim aſſenſus generalis, cum creditoribus habentibus aſſenſum ſpecialem, ut inter eos attendi debeat ordo anterioritatis, quia isto caſu omnes ſunt creditores cum aſſenſu eamdem qualitatem habentes, quod in præſenti dici non poteſt, quia ſimplices creditores nullum, nec legis, nec hominis generalem, vel ſpecialem aſſenſum habent à Bulla, quæ ſolum nudam ſpem tribuit, ſeu aditum præbet ad implorandam extraordinariam ſupremi magiſtratus poteſtatem, ut vincula ſolvat, ut ſuprà, & hæc videtur veritas irrefragabilis.

Clariùs autem præmiſſa locum ſibi vendicant in hac
21 noſtra facti ſpecie, in qua frater de menſe Octobris 1632. dotem in teſtamento taxavit, & conſtituit, ex quo actu reſultat etiam hypotheca, non complectens ſolùm bona libera ipſius fratris conſtituentis, (ut aliqui non benè putant,) ſed etiam fideicommiſſaria, ex propoſitione, quam hodiè habemus in foro receptiſſimam, quod fideicommiſſar[illegible] dot[illegible] [illegible]ellis deſcendentibus, etiam ſimpliciter conſtitu[illegible], [illegible] expreſſo, an de propriis, vel de fideicommiſſariis id agat, ſi propria non habeat, cenſeatur ad juris normam de fideicommiſſariis egiſſe, ita ut iſta veniant etiam ſub obligatione camerali, aliiſque pactis, & clauſulis executivis in dicto actu contentis *Merlin. deciſ.657. num.9. alias 312. num.15. part.6. rec.* [illegible] *Anconitana dotis 10. Decembris 1653. coram* [illegible] *Romana dotis de Lancellottis 14. Junii 1655. coram* [illegible] *Ravennaten. dotis 7. Febr. 1659. coram Albergato*, & in aliis, de quibus in ſua materia *ſub tit. de dote*, & ita paſſim ſervat praxis Curiæ.

Uno tantùm caſu, potiore [illegible] jura creditorum venientium in vim Bullæ Baron[illegible] adverſus do-
22 tes mulieribus conſtituendas, ubi [illegible] retur de mulieribus [illegible]ctis, poſtquam Co[illegible] manus appoſuit, fideicommiſſis derogavit, [illegible] bona [illegible], quia tunc de tempore, quo per [illegible] tatem jus dotationis aperitur, jam fideicommiſſi ſubſtantia, quoad bona diſtracta, ſeu creditoribus tradita, evanuit, perinde ac ſi nunquam fuiſſent in rerum natura, unde nullum remanet extremum, ad quod fieri [illegible] retroactio, atque iſto caſu [illegible] veram crederem deciſionem *in Romana dotis coram Panzirolo 199. part.8. recent.* etia[illegible] e[illegible]preſſa fideic[illegible] [illegible]tis diſpoſitio accederet de f[illegible] dotandi, quia licet in vim talis diſpoſi[illegible] is [illegible]quam ex legato reſ[illegible]t hypotheca, ad initium [illegible] teſtatoris, purificata con[illegible]ione, retrotrahend[illegible] [illegible]xta magis [illegible]ptam ſententiam, de
23 qua *deciſ.1[illegible] part.7. rece[illegible].* & in aliis ejus confirmatoriis, c[illegible] quibus in all[illegible] [illegible]ata *deciſ.199. part 8. recent.* pro[illegible] attam [illegible] hujuſmodi [illegible] [illegible] pro [illegible] in etti & na[illegible], dicuntur [illegible] & c[illegible]zutivæ ipſi[illegible] fideicommiſſi, ex [illegible] diſpoſi[illegible]one [illegible]dandæ, eſt [illegible] proinde non ſortituræ n[illegible] in ſ[illegible]bſidium, quia teſtator ali[illegible] generé non dicitur, [illegible] excitare juris diſpoſitionem, illique ſuam voluntatem conformare, juxta veriorem ſententiam magiſtraliter firmatam *in Præneſtina dotis 29. Novembris 1647. coram Corrado deciſ.123. part.10. recent.* cum qua paſſim in Curia proceditur, & pluries habetur *ſub tit. de dote, præſertim in Romana de Cordelbi*, [illegible] ex profeſſo de hoc articulo, de quo etiam infrà in [illegible] *diſcurſu ſequenti poſt prox.* [illegible] Unde ſublato [illegible], remanere non poſſit [illegible] & con[illegible]. Ponderato præſertim gravi abſurdo, de [illegible], quod creditores uſque ad diem judicii, de eorum juribus & bonis ſemper incerti vivere cogerentur, cum illiſ[illegible] plura ſæcula naſci poſſint mulieres, quæ pecunias [illegible] ſolutas avocare[illegible]t, quod utique magnum eſſet abſurdum, ut advertitur etiam *in Romana de Comitibus* & in aliis *hoc eod. tit.* Regulan[illegible] [illegible]nen fideicommiſſi conſumptionem, non ex tempore quo Baro illius poſſeſſor tantam æris alieni molem contraxerit, [illegible]quod illud abſorbeat, ſed ex tempore quo Congregatio manus appoſuit, a[illegible] ſupremo [illegible] [illegible] illud deſtruxit, ut habetur d[illegible] *Romana de Comitibus hoc eodem tit.* Et hæc in ſenſu veritatis dicebam, prout quoad ſortem per ipſam Congregationem judicata fuerunt [illegible]ra pro rata tamen dotis congruæ, non autem exceſſivæ non caden[illegible]s ſub diſpoſitione *auth. res quæ.*

† IN [illegible], quæ ſpecialiter pertinent ad hanc Bullam Baronum, [illegible]ferunt, quæ habentur *tit. de Cred. diſc.13. & 151.* in cujus caſu diſputationibus per Scribentes hinc indè, ac etiam per Judices in [illegible] parte proceſſum fuit, [illegible] deductus in hoc diſcurſu.

Et quoad ea, quæ generaliter percutiunt materiam *Auth. res quæ, C. communia de Legat.* ſuper dote extrahenda à fideicommiſſo, agitur *ſub tit. de Dote diſc.145.* ac etiam in diſcurſibus particularibus 35. *& plur. ſeqq.*

Eod. tit. de Dote d. diſc.145. ac etiam *diſc.5[illegible].* agitur de puncto, de quo *diſc.79.* an ſcilicet, & quando diſpoſi[illegible] *d. Auth.* [illegible] locum habeat pro fructibus, vel uſuris dotalibus.

EADEM.

An diſpoſitio *auth. res quæ* procedat etiam in uſuris ſeu fructibus dotalibus, cum eodem privilegio potioritatis, ut in præcedenti ſorti principali competente in concurſu [illegible]torum venientium in vim Bullæ Baronum.

SUMMARIUM.

1 *[illegible] poſſint [illegible] fideicommiſſi [illegible]* auth. res quæ, *& refertur opinio negativa.*
2 *Affirmativa probatur verior, & magis [illegible].*
3 *Declaratur tenentes negativam, [illegible] pro[illegible]cedant.*
4 *De rationibus opinionis affirmativæ.*
5 *Pro alimentis an ſint affecta bona fideicommiſſi.*
6 *Limitatur opinio affirmativa, [illegible] ad effectum conſequendi [illegible]*
7 *Sed hæc limitatio declar[illegible]*
8 *Ubi dos conſtitui poteſt [illegible] commiſſi, non ſunt abſtrahend[illegible] [illegible]*
9 *An pro fr[illegible] [illegible] [illegible] adverſus cr[illegible] venientes in vim Bullæ Baronum.*

DISCURSUS LXXIX.

DUas partes habet hoc dubium, unam [illegible] ſuper juris articulo in genere, an pro [illegible] ſeu uſuris dotalibus [illegible]tio competat ad bona fideicommiſſi ex ea[illegible] diſpoſitione *authent. res quæ*, & quomodo iſta reſpectu ſructuum [illegible] [illegible]. Alteram verò ſuper applicatione th[illegible] generalis ad caſum particularem, de quo agitur [illegible] ob ejus peculiares circumſtantias.

Quoad primam, negat[illegible] [illegible] opinionem, quod ſcilicet diſpoſitio *auth. res quæ* procedat ſolum in ſorte principali dotis, non autem in fructibus ſeu uſuris dotalibus, quia [illegible] non debet in poteſtate poſſeſſoris fideicommiſſi, cum ejus culpa, & mora non ſolvendi

hujuſmodi

hujuſmodi uſuras, evertere fideicommiſſum in ſorte principali tenent *Seraph. deciſ.*481. *Gratian.* cum dicta deciſione pertranſiens *diſcept.* 43. *num.*28. *cum ſeqq. Fuſar. quæſt.*,31. *num.*43. *Giurb. obſerv.* 89 *num.*9. *in fine.*

Contrarium verò, ut ſcilicet eadem diſpoſitio militaus in ſorte principali, procedat etiam in fructibus
2 ſeu uſuris dotalibus, firmant *Franch. deciſ.*613. ubi licet relinquat caſum indeciſum, ex omnium tamen ſenſu hanc tenere receptum eſt, latè *Paſ. hal. de patr. poteſtate, part.*2. *cap.*7. *ex num.*32. ubi ex profeſſo articulum ad partes examinat *Peregr de fideic, art.*42. *n.*96. *il primo, Marta de ſucceſſ. part.*4. *quæſt.*21. *art.*10 *num.*51. *& ſeqq. Felician. de Cenſ. lib.*3. *cap.*5. *num.* 18. *Molfeſ. conſ.* 29. *num.*13. *cum ſeqq. Barz. deciſ.*108. *num.*15. *& ſeqq. Hodiern ad Surd. deciſ.*62. *num.*110. *Barbat. de aſſiſtentia gloſ.*5. *num.*139. *Thor. in compendio deciſ. part.*1. *verbo auth. res quæ, &c. Maſtrill. deciſ.*256. *num.*10. benè *Redenaſch. conſ.*72. *num.*47. & penè juxta conſuetum elaboratum ſed prolixum, & infelicem ſtylum *Caſtill* 8. *tom. controv. cap.*36. §.5. *per tot.*

Rota verò hanc etiam opinionem, poſt dictam *deciſionem Seraphini* nunquam canonizatam, perpetuò ſequuta eſt, præſertim in *Firmana ſeu Maceraten. dotis* 29. *Januarii* 1622. *coram Pirovano*, §. *fin.* in *Romana dotis* 12. *Maii* 1625. *coram Coccino impreſſ. deciſ.*607. *num.*6. *& ſeqq. part.*4. *rec. tom.*3. *& repetita poſt Fenzon. ad Statut. deciſ.*91. ubi in ſpecie dubitat de dicta deciſ: *Seraphini*, apud *Ottobon. deciſ.*43. *num.*7. *deciſ.*39. 64. *&* 130. *part.*10. *rec.* *in Romana fructuum dotis* 7. *Junii* 1658. *&* 7. *Februarii* 1659 *coram eodem Verospio*, *Ravennaten. dotis* 7. *Februarii* 1659. *&* 21. *Junii* 1660. *coram Albergato*, & habetur in ſua materia *ſub tit. de dote*, præſertim *in dicta Romana fructuum dotis de Porcariis ſeu Magdalenis.*

Ex his igitur liquet, hanc opinionem eſſe magis receptam, longéque majori auctoritatum calculo
3 munitam, ita ut omninò præcedenti prævalere debeat, atque in conſulendo vel judicando tenenda, maximè quia non omnes primam ſequentes, illam ſimpliciter, & indefinitè tenent, *Fuſar.* enim *dicta quæſt.*531. *num.* 43. expreſsè ſe declarat, catenùs dictam primam opinionem tenere, quatenùs ex parte viri vel mulieris hujuſmodi fructus petentis, concurrat negligentia, & culpa poſitiva illos non exigendi à prædeceſſore fideicommiſſi poſſeſſore, eundemque ſenſum habet *Giurba loco cit.* atque ita intelligendam eſſe *deciſionem Seraphini*, *& Gratiani*, ejus ſequacis, aliàs verò irrationabilem, & malè fundatam eſſe eorum opinionem, advertit *Redenaſch. dicto conſ.* 72. *num.*47. *circa fin.*

Ultra verò auctoritates, ita etiam ſuadet manifeſta ratio, quicquid enim ſit de ratione per aliquos
4 deducta ex diſpoſitione textus *in l. tutius*, *ff. qui pot. in pign. hab.* ut ſcilicet diſpoſitum in ſorte, locum etiam habeat in uſuris, quæ ratio periculoſa, & minùs legalis videtur; cum diſpoſitio *dicti textus* procedat in uſuris deductis in ſtipulationem expreſſam vel implicitam, ideóque debitis jure actionis, non autem in iis, quæ ex ſola juris diſpoſitione judicis officio debentur, quales veriùs eſt ceſſante conventione, eſſe hujuſmodi uſuras.

Altera urget viva ratio, quod iſtæ verè non ſunt uſuræ, tanquam lucroſæ acceſſiones viro vel mulieri debitæ ratione moræ, nam debentur in reſtaurationem onerum matrimonii, utpotè ſubrogatæ loco alimentorum, ad quæ aſcendens erga deſcendentem tenetur ad communiter *not. in cap. ſalubriter de uſur. in magiſtrali Romana dotis coram Coccino poſt. Fenzon. ad Statut.* frequentiſſimè in aliis canonizata, ita ut ſit concluſio non admittens ampliùs controverſiam, ut pariter in ſua materia *ſub tit. de dote* frequenter.

Pro alimentis autem ab aſcendente deſcendenti debitis, affecta eſſe ipſa bona in quaſcumque manus tranſ-
5 ſeant, ac pro eis alienari poſſe non obſtantibus fidei- commiſſis, eſt communis ac hodiè receptiſſima traditio, de qua *Ruin. conſ.*199. *num.*8. *lib.*2. *Gratian. diſcept.*832. *num* 31. *cum ſeqq. Fuſar. quæſt.*536. *Merlin. deciſ.* 671. *aliàs deciſ.*30. *part.*7. *rec.* & ſæpè Rota in aliis, quod etiam non ſemel determinavit iſta Congregatio, præſertim me ſcribente in hoc eodem fideicommiſſo ſeu patrimonio Monaldenſium pro alimentis Joan. Rainaldi Monaldenſis; Undè enim hujuſmodi fructus aliud non ſunt, niſi alimenta, pro quibus indubitatum eſt ipſa bona aſcendentis, non obſtante fideicommiſſo affecta eſſe, non videtur ſubeſſe ratio, cur in eis diſpoſitio *dicta auth.* locum habere non debeat, quia licet hoc debitum ſolvendum ſit à fideicommiſſi poſſeſſore ex fructibus, quos ex bonis fideicommiſſariis percipit, hoc tamen reſpicit onus ipſius fideicommiſſarii, & ne ſibi liceat pro eo debito, quod ex fructibus ſolvere debet, ſortem diſtrahere, ſed non per hoc, ipſo ſuum debitum non adimplente, ceſſat jus vel actio creditoris, qui in effectu non eſt creditor fideicommiſſarii, ſed fideicommittentis ejuſque bonorum; Eodem modo quo fideicommiſſario negligente ſolvere annuos cenſus, ſeu alias annuas præſtationes per ipſum abſque dubio ex fructibus ſolvendas, non præjudicatur creditori, cui remanet actio contra ipſa bona, & ſi fideicommiſſarius malè ſe geſſit, contra ipſum ſucceſſoribus competere poteſt actio ad damna; & intereſſe, ut ponderant allegati DD. & præ cæteris *Paſchal.* qui omnium latiùs articulum examinat.

Et quamvis *Rota apud Ottobon. dicta deciſ.*43. *num.*7. inhærendo ſuper allegatis deciſionibus *in Firmana ſeu Maceraten. dotis* 29. *Febr.* 1622. *coram Pirovano*, *& Romana dotis* 12. *Maii* 1625. *coram Coccino*, dicat hujuſmodi fructus ſeu uſuras ſolvi debere ex fructibus bo- 6
norum fideicommiſſi, non autem pro eis concedendam eſſe diſtractionem in ſorte principali, & cum eodem ſenſu proceſſerit in allegatis *Avenionen. coram Veroſpio*, & in cæteris modernioribus ſupra recenſitis, ubi quod ſors ex ſorte, fructus ex fructibus, nihilominus advertendum eſt, hoc aſſumptum non habere aliquod auctoritatis fomentum, cum omnes Doctores, indefinitè loquendo, tam de alimentis, quàm de hujuſmodi uſuris, utpote alimentorum loco ſuccedentibus, firment ipſa bona eſſe affecta, & ad illorum alienationem procedi poſſe.

Et verè *in dicta Firmana ſeu Maceraten. coram Pirovano*, quæ adducitur tanquam originalis, nunquam Rota habuit hunc ſenſum, quia cum in eo caſu cre- 7
ditor dotis, tam pro ſorte, quàm pro fructibus intentaſſet ſalvianum, ad effectum ſibi ſatisfaciendi ex fructibus, atque pro motivo dubitandi allegata fuiſſet *deciſio Seraphini*, Rota nolens aſſumere inſpectionem ſuper ejus ſubſiſtentia, dixit illam non obſtare; cum ejus ratio percutiat diſtractionem bonorum in ſorte principali, quæ ibi ceſſabat, quia creditor ex intentato remedio Salviani nolebat ſatisfactionem conſequi ex ſorte, ſed ex fructibus, & ſic eſt reſponſio facti potiùs quàm juris, undè non videtur cum quo fundamento id recipi poſſit pro concluſione, ſeu principalis concluſionis juridica limitatione.

Eſt benè verum, quod ubi ſuper extantium bonorum fideicommiſſi fructus ſunt in tanta quantitate, quod proviſo fideicommiſſi poſſeſſore de congrua ſub- ſtentatione, ita exuberent, quod cum eis commodè 8
hoc decurſorum fructuum debitum ſatisfieri poteſt, tunc ſatis prudens, & honeſtum videtur hoc æquitativum temperamentum, fundatum in unica ratione conſervandi quo magis fieri poteſt fideicommiſſa, eorumque everſioni conſulendo, quale temperamentum non ſolùm procedit in fructibus dotalibus, ſed etiam in ipſamet ſorte principali dotis deſcendentibus conſtituendæ, quia ſi illa commodè conſtitui poteſt ex fructibus, permittenda non eſt diſtractio bonorum in ſorte principali, *Fuſar. quæſt.*531. *n.* 19. *Fontanell. de pact. cl.*5. *gl.*1. *part.*2. *n.*76. *Hodiern. controv.*31. *num* 56. *Giurb. obſerv.*89. *num.*14.

num.14.Caſtill. 8.tom. contr. c.36. num.43.Rot .deciſ.66. num.9. part.1.recent.137. num.7. & ſeqq. poſt Merlin. de pignor. Romana cenſus 30. Januarii 1651. Dunozetto in fine, & in aliis. Sed non inde inferri poteſt quod ſi fructus non adſunt, ceſſet creditum, quodque pro eo non competat actio ad ipſa bona fideicommiſſaria, quia hoc nulla auctoritas firmat, nullaque ratio legalis ſoadet.

Clarius autem præmiſſa procedunt in caſu de quo agitur, ob peculiares facti circumſtantias, quæſtio enim genericè per DD. ut ſupra tractata, percutit caſum, in quo conjuges à prædeceſſore fideicommiſſario fructus ſeu uſuras non exigentes, agunt ad bona fideicommiſſi contra ſucceſſorem, quo caſu intrare poteſt ratio culpæ, ſeu negligentiæ, ac etiam altera, quod prædeceſſor diſſipavit, & in ſuos uſus convertit illos fructus, qui in hujuſmodi debiti ſolutionem eroganti erant, ut explicitè conſtat *ex Franch. dicta deciſ.613. in princ.* & ex cæteris omnibus de materia tractantibus; Ac in eiſdem terminis loquuntur omnes allegatæ deciſiones Rotæ, præſupponentes fideicommiſſi durationem, quodque in eo tot ſuperſint bona, ex quorum fructibus hujuſmodi debitum ſatisfieri valeat.

Omnia hæc ceſſant in caſu, de quo agitur, conjugibus enim imputari non poteſt aliqua culpa, vel negligentia, neque cadit ratio, quod prædeceſſor fideicommiſſarius, fructus malè conſumpſerit, prout neque intrat altera ratio conſulendi conſervationi fideicommiſſi, proindéque non permittendi diſtractionem bonorum in ſorte principali, ac demandandi ſolutionem ex futuris fructibus, quia fideicommiſſum eſt jam deſtructum, ac de medio ſublatum per hanc Congregationem in vim Bullæ, bonaque omnia in ſorte principali diſſipata, undè nihil remanet fructiferum, atque fructus ipſorum bonorum, antequam ad eorum alienationem procederent, percepti fuerunt ab eadem Congregatione, quæ illos convertit in ſatisfactionem creditorum, qui aliàs ex pretio ſortis ſatisfieri debuiſſent, unde ceſſant penitus omnes dubitandi rationes, ex quibus DD. qui in contrarium ponderari poſſent, moveantur, ita ut caſus videretur incapax difficultatis ob hujuſmodi circunſtantias.

Poſito debito, quodque iſtud ſit ipſius teſtatoris, ſeu fideicommittentis, indubitata remanet prælatio, ſeu potioritas, etiam pro fructibus adversùs fideicommiſ-
9 ſariorum creditores in vim Bullæ Baronum venientes, ex eiſdem fundamentis, & rationibus *in diſc. præcedenti* pro ſortis potioritate deductis; Et in individuo hujuſmodi uſurarum, ſeu fructuum dotalium, ut pro eis ſorori competat prælatio adversùs creditores fratris *Urſill. ad Afflict. deciſ.162. num.5.* qui ſic teſtatur deciſum in Sac.Conſilio Neapolitano, & *Tappia deciſ.48. num.fin.* qui ſic pariter deciſum teſtatur.

Urget enim potiſſima, & inevitabilis ratio, quod mulier eſt creditrix teſtatoris, alii verò ſunt creditores hæredis, qui ſemper in bonis teſtatoris ab iſtius creditoribus vincuntur, ac etiam quia hoc eſt onus bonorum defuncti, undè ſequitur, quod etiam pro rebus officio judicis debitis, oritur quædam actio in rem ſcripta, cujus vigore, etiam contra tertios poſſeſſores, vel creditores hæredis agi poteſt *Gratian. diſcept.832.num.31.cum ſeqq. Rota deciſ.125.num.15. part.4. recent. tom.2.*

Et optimè in terminis alimentorum, ut in iſtis filius, vel deſcendens vincat creditores hæredis hypothecarios, vel anteriores, firmavit *Rota in Romana donationis* 18. *Junii* 1657. *coram Meltio*, ubi pluribus allegatis in ſpecie reprobatur *Salgad.* tanquam in ſua opinione ſingularis *in labyrint. part 1. cap.24. num.128. & ſeq.* ac dictum etiam fuit *in Romana alimentorum 9. Aprilis* 1663. *coram Albergato*, quæ benè loquitur, ſuper quo tamen puncto videnda ſunt deducta *in dicta Romana donationis de Jordanis pro creditoribus ſub tit. de fideicommiſſis* in qua poſt hæc ſcripta prodiit diverſa deciſio coram Bourlemont revocatoria dictæ deciſionis coram *Meltio*.

Quinimò ubi aliqua anterioritatis, ſeu potioritatis difficultas cadere poſſet, illa intraret in fructibus potiùs, quàm in ſorte, quia fructus pertinent ad ipſum fideicommiſſi poſſeſſorem, ac de ipſius magis quàm defuncti bonis dicuntur, undè cadunt ſub ejus creditorum hypothecis, ita ut creditores prædicti, rectè prælationem prætendere poſſent, tanquam in bonis eorum debitoris ſibi legitimè hypothecatis, excludendo concurſum alimentandi, cui affecta ſunt ipſa bona defuncti conſiſtentia in ſorte principali, & quæ non cadunt ſub hypothecis creditorum, non autem fructus cadentes ſub hypothecis, & qui (ut dictum eſt) ſunt potiùs bona fideicommiſſarii, quam fideicommittentis, *ut in dicta Romana donationis de Jordanis ſub tit. de fideicommiſſis*, unde prorsùs vana minuſque fundata videtur hæc diſtinctio ſortis, & fructuum.

Fortiùs quia hæc Congregatio practicat diſtractionem bonorum fideicommiſſi in ſorte principali pro ſatisfaciendis creditoribus fideicommiſſarii poſſeſſoris, etiam pro fructibus; Undè nimia exorbitantia videretur, quod pro fructibus illorum creditorum, pro quibus de jure affecta non ſunt bona, iſtorum diſtractio licita eſſe debeat, illaque prohibita pro fructibus à lege permiſſis, & pro quibus bona de jure affecta ſunt tanquam pro debito fideicommittentis.

EADEM.

An in bonis fratris, vel ſororis viventis pro communi cum Barone, & ſub ejus adminiſtratione, creditores Baronis in vim Bullæ aliquod jus habeant utpotè ab ipſo poſſeſſis; Et quatenus non, an illi, cujus bona per Baronem adminiſtrata ſunt, ſi eſt pupillus, vel minor, competat adversùs ejus creditores hypotheca legalis pro debitis non ſolutis, aut damnis cauſatis à ſequeſtro, & appoſitione manuum Congregationis pro debitis ejuſdem Baronis. Et aliqua incidenter de Statuto excluſivo fœminarum; Et an diſpoſitio fideicommittentis de dote fœminis præſtanda, cenſeri debeat ſubſidiaria ad limites *authentica res quæ*, vel potiùs pura, ita ut debeatur etiam aliundè proviſis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries, ſeu caſus controverſia.*
2 *Ad effectum ſtatuti excluſivi fœminarum requiritur utraque ſubjectio perſonarum, & bonorum, & non datur ſtatutorum combinatio.*
3 *Dominium vincit hypothecam, undè ex ſeparatione bonorum creditores defuncti vincunt creditores hæredis.*
4 *De intelligentia Bullæ in illis verbis*, quomodo poſſederint, *de quibus bonis intelligatur.*
5 *Creditoribus non præjudicat negligentia adminiſtratorum bonorum debitoris non ſolvendo fructus debiti ex fructibus bonorum.*
6 *Bulla Baronum non tollit ordinem anterioritatis, & potioritatis inter creditores.*
7 *Hypotheca legalis competit etiam contra eum, qui de facto, & non ſer.ſer.ſe geſſit pro tutore.*
8 *Competit etiam omnibus ſub neceſſaria adminiſtratione viventibus.*
9 *Et de ratione.*
10 *Ignorantia juris non excuſat.*
11 *Diſpoſitio fideicommittentis de dotandis fœminis intelligitur in ſubſidium.*
12 *Declaratur.*
13 *Et de ſubdeclaratione.*

DISCURSUS

DISCURSUS LXXX.

AGnoſcentibus creditoribus, eorumque defenſoribus, quod retentis terminis *auth. res quæ*,
1 inevitabilis eſſet hujus dotis potioritas, nedum pro ſorte, cujus reſpectu, reverà caſus eſt indobitatus, ſed etiam pro fructibus, ex motivis, & rationibus deductis *in præcedenti*, ex quibus in progreſſu cauſæ, maturiori reflexione habita, receſſus à reſolutis reſpectu fructuum ab hac parte ſperari, ab ipſis verò timeri debuiſſet, cum prudenti conſilio redierunt ad motivum, ab initio à me ſatis formidatum, exceſſivitatis dotis, de quo ex hac parte rationabiliter nimium timebatur, tum quia in hac materia, utpotè arbitraria, non de facili conceditur Advocatis convincere Judices, præſertim parum inclinatos, tum etiam quia retento præſuppoſito, cum quo ſemper, & ab initio, quo Congregatio in hoc patrimonio manus appoſuit, proceſſum fuit, quod ſcilicet omnia iſta caſtra, & bona ſubjecta eſſent fideicommiſſo ordinato per Nicolaum ſeniorem per donationem inter vivos, ſumma ſcut, 30.m, videbatur exceſſiva, inſpecta præſertim taxa ab eodem fideicommittente facta de dotibus fœminarum in ſola ſumma ſcut. 3. m. auri; Verùm hujus motivi exitiario fuit cauſa ſaluris hujus partis, ita excitatæ ad melius inquirendum factum prius obſcurum, undè compertum eſt, proceſſum eſſe cum æquivoco in dicto præſuppoſito, quod omnia bona caderent ſub dicto fideicommiſſo, cum ad illud ſolùm ſpectarent, caſtrum Montis Calvelli, & quædam alia bona, in totum valoris ſcut. 120. m. circiter, reliqua verò bona in valore ſcut. 260. m. circiter erant libera Alexandri, & Pauli fratrum, dicti Nicolai ex Joanne Rainaldo filio nepotum, per quos, ſive per eumdem Joannem Rainaldum, compertum fuit acquiſita fuiſſe caſtra, Alviani, Attigliani, & Podii, aliaque bona, ex quibus iſtud patrimonium conſtitutum erat, undè cum Alexander illius poſſeſſor pro medietate, obiiſſet ab inteſtato, ſuperſtitibus Nicolao ex primo, & Angelica poſthuma, ſed infante ex ſecundo matrimonio procreatis, ita medietas portionis Alexandri, jure ſucceſſorio, & dominii ſpectabat ad Angelicam ex diſpoſitione juris communis, neglecta illa Statuti Urbis excludentis maſculos propter fœminas.

Et hodie receptiſſima, & quaſi abſoluta propoſitio-
2 ne, quoad effectum hujuſmodi ſtatutorum, utraque ſubjecto perſonarum, & bonorum copulativè requiritur reſpectu ejuſdem ſtatuti, ita ut non detur combinatio ſtatutorum, quæ in utroque loco conformia eſſent, ex plenè deductis apud *Merlin. deciſ. 553. & 526.* quæ ſunt repetitæ *deciſ. 167. part. 5. & 168. part. 6. rec. deciſ. 228. part. 8.* & habetur pluries in ſua materia *ſub tit. de ſucceſſionibus*, undè cum Nicolaus, & Angelica eſſent Romani, caſtra verò & bona eſſent extra diſtrictum Urbis, non intrabat ſtatutaria diſpoſitio, etiamſi in ipſimet caſtris conſimilia ſtatuta adeſſent, multo magis eis non extantibus, ut præſertim de caſtro Alviani, teſtatur *Bald. conſ. 402. lib. 2. relatus per Tuſcum litt. A. conclus. 320.*

Poſito verò in Angelica dominio hujuſmodi bonorum pro ejus portione hæreditaria, cujus valor in ſorte excedebat ſummam, quæ ſub nomine dotis in ſorte, & fructibus dictis de Caffarellis Angelicæ defunctæ filiis, & hæredibus ſoluta erat, exindè de plano reſultabat, creditoribus quantumvis anterioribus & privilegiatis Nicolai fratris, & Pauli patrui, nullum jus competere, eodem modo, quo non competeret ad ipſa bona pro ipſius Angelicæ hæreditaria portione, cum ita ipſa non concurreret jure crediti, ſed jure dominii, quod ex beneficio ſeparationis bonorum, ſem-
3 per excludit hypothecam, ſub qua non cadunt niſi bona propria debitoris, unde propterea, receptiſſimam ac abſolutam concluſionem habemus, de qua in hujus cauſæ *præcedentibus diſcurſibus*, & paſſim, quod creditores defuncti, quamvis in ſola actione perſonali, immò & legatarii, vincunt creditores hæredis, quantumvis hypothecarios, anteriores, & privilegiatos, in ipſius defuncti bonis, neque dubitatur ex ejuſdem Bullæ Baronum diſpoſitione, ita paſſim practicata, pretium retractum ex venditione caſtrorum, & bonorum facta de ordine Congregationis, in omnibus ſuccedere loco rei, unde propterea ex hac facti immutatione, inanes remanſerunt labores, ut ſuprà habiti circa punctum potioritatis, tam in ſorte, quàm in fructibus.

Adversùs hoc motivum, ultra ea, quæ conſiſtebant in nudo facto, majoris vel minoris quantitatis æris alieni præfati Alexandri, de quo juxta Curiæ ſtylum pertinet ad cauſarum patronos, nullatenus verò ad Advocatos; quorum propterea munus privativè ad omnes totius reliqui orbis, nobilius, & commendabilius videtur, quando tamen juxta ſuam ſpheram benè exercetur, tum ob omnimodam alienationem à parte mechanica videndi proceſſus, & agendi ea, quæ judicii ordinatoria reſpiciunt, tum ob omnimodam ceſſationem periculi, dicendi mendacia, & calumniandi.

Duo ex parte creditorum deducebantur, primò quod cum Paulus, & Nicolaus eorum debitores omnia iſta caſtra. & bona poſſederint, ita videbantur eis indefinitè affecta ex diſpoſitione Bullæ in illis verbis, *quoquo modo poſſederint*; Et ſecundo quod licet portio Angelicæ, detracta ære alieno Alexandri ejus patris, inſpecto tempore mortis iſtius, ac delatæ hæreditatis, eſſet longè major, quàm ſumma habita, nihilominus, tam pro tempore, quo bona poſſeſſa, & adminiſtrata fuerant per dictos Nicolaum, & Paulum, quàm etiam pro eo, quo ſpatio annorum ſex circiter uſque ad venditionem, fuerant ſub adminiſtratione ipſius Congregationis, fructus ejuſdem æris alieni hæreditarii ſoluti creditoribus ex ſorte principali pretii, notabiliter dictam portionem diminuebant, & conſequenter aderat exceſſivè exactum.

Primum motivum, verè contemptibile, ac nullius momenti erat, quoniam juxta ea, quæ habentur *in Romana de Pallavicinis, in alia Romana de Maximis, in alia de Marcriis*, & in aliis frequenter *hoc tit.* ad hujus Bullæ materiam prorsùs erroneum eſt hoc aſſumptum, ut poſſeſſio jure adminiſtrationis, vel intruſionis, ſeu 4
gubernii bonorum revera alienorum in propoſito ſufficeret, cum verus ſenſus Bullæ ſit, de illis bonis, quæ jure proprio poſſeſſa fuerunt, cum dominio tamen reſolubili, ut eſt illud poſſidentis ex cauſa fideicommiſſi, vel inveſtituræ ex pacto & providentia, &c. undè ſuper hujus motivi diſcuſſione, parùm, vel nihil immorari oportuit.

Tota igitur diſputatio fuit ſuper altero, in quo ſcribens pro dictæ Angelicæ filiis, non negabam aſſumptum ex parte creditorum deductum, ſuper jure ad hujuſmodi bonorum pretium competente creditoribus dicti Alexandri; tam pro ſorte, quàm pro fructibus decurſis, quamvis iſti ex eorumdem bonorum fructibus commodè ſolvi potuerint, & debuerint quoniam ad ipſos non pertinet inquirere de adminiſtratorum culpis, & negligentiis; Dicebam tamen, quod cum totum id provenerit ex facto, & culpa prædictorum
Nicolai fratris, & Pauli patrui, tam pro tempore quo 5
ipſi poſſederunt, & adminiſtrarunt, percipiendo bonorum fructus activos, & non ſolvendo fructus paſſivos, quibus eadem bona gravata erant, quàm etiam pro tempore adminiſtrationis factæ per œconomos deputatos ab eadem Congregatione, quæ pariter ex eorumdem facto, & culpa in hoc patrimonio manus appoſuerat; Idcircò eidem Angelicæ tanquam pupillæ, quæ ſub prædictorum fratris & patrui adminiſtratione vixerat, competere dicebam hypothecam legalem, cum qua, deſumenda ex tempore ſuſceptæ hujuſmodi

adminiſtrationis, vincebat abſque dubio omnes creditores eam moleſtantes, cum Bulla Baronum non tollat, quinimò expreſsè præſervet inter creditores ordinem anterioritatis, & potioritatis, ut in eadem legitur, & habetur *in hujus cauſa diſc. ante præcedentem.*

Adversùs hoc motivum, replicabant ſcribentes pro creditoribus, nullibi conſtare de hujuſmodi tutelaris adminiſtrationis ſuſceptione, ſed potiùs de contrario, quia Nicolaus credens integram ſucceſſionem ſibi debitam eſſe, totam portionem paternam poſſedit tanquam ſuam, Angelicæ autem ſorori tanquam excluſæ, moriens reliquit dotem, inſtituto hærede dicto patruo, qui proindè totum pariter poſſedit pro ſuo, partim ſcilicet jure proprio, partim jure hæreditario dicti Nicolai.

Prima pars objecti, de non ſuſcepta expreſsè, & ſer. ſer. tutela, reflectendo etiam ad veritatem, erat facilis ſolutionis, quoniam verius eſt, ex juris clara intentione, hypothecam legalem, non ſolùm cadere contra eum, qui expreſsè, & ſervatis ſervandis tutelam ſuſcepit, & adminiſtravit, ſed etiam contra eum, qui de facto
7 ſe geſſit pro tutore *ex collectis per Merlin. de pignor. lib. 3. tit. primo, quæſt. 2. num. 14. & 15.* ubi allegantur *Mantica, Neguſant. Paris. & cæteri*; Et quando deficerent auctoritates, ad evidentiam id probaret viva & convincens ratio, de qua in propoſito tutoris non adimplentis ſolemnia, & non ſervantis ea, quæ ſervari debent, *plenè Rota decis. 3. part. 6. rec.* quod ſcilicet melioris conditionis eſſe non debet qui legi obedit, atque ſer. ſer. tale munus implet, quàm intruſus, & criminosè actum explicans.

Aliqua difficultas eſſe videbatur in ſecunda parte, quod ſcilicet dicti frater & patruus bona poſſederint, pro ſuo potiùs quàm alieno, neque crediderint partes tutoris ſeu adminiſtratoris gerere; Verùm credebam id non ſuffragari, quoniam cum ipſi eſſent reſpectivè, unus poſt alium, tutores legitimi, quibus tanquam proximioribus lex hujus pupillæ tutelam deferebat, atque clara eſſet juris diſpoſitio ſuper æquali ſucceſſione ab inteſtato maſculi & fœminæ, iſta poſſeſſio pro ſuo, non videbatur à dolo vel culpa aliena, quia debebant ſaltem curare, quod pupillæ penes eos educatæ, & in eorum quodammodo, ut dicitur poteſtate viventi, provideretur de tutore, vel curatore, unde quemadmodum iſte prætextus non excuſat à redditione rationum, ac reſtitutione reliquatus, ita dicebam excuſare non debere ab hypotheca, quæ licet per legem expreſsè conceſſa ſit pupillis, & minoribus, adversùs eorum tutores, & curatores, nihilominùs ex rationis identitate, conceditur etiam omnibus, qui ſub legali, & neceſſaria alterius adminiſtratione vivunt, at-
8 que ex impedimento naturali, vel accidentali bona propria adminiſtrare non poſſunt, illaque adverſus intruſos, & occupatores tueri, *juxta theor. Bar. in l. rempublicam, C. de jure reipub. lib. 10. num. 2. Robertus Maranta ſenior meus concivis conſil. 87.* ubi diſtinguit inter adminiſtrationem voluntariam & neceſſariam, *Acoſta de privil. cred. regul. 3. ampl. 1. num. 23.* & habetur particulariter actum *in Anconitana ſub tit. de credito pro Monaſterio monialium.*

Ubi agendo de puncto, an hypotheca legalis competeret in bonis adminiſtratoris, vel debitoris Eccle-
9 ſiæ ſeu Monaſterii, adhibetur hæc diſtinctio, an adminiſtratio ſit voluntaria, vel neceſſaria, ubi enim eſt voluntaria, quia nempè conceſſa procuratori vel inſtitori deputato per eum, qui habet liberam ſuorum bonorum adminiſtrationem, & poterat eam facere per ſeipſum, ſibi imputandum eſt, cur committendo bona ſua alteri, ſibi non conſuluerit de hypotheca, legis enim beneficio ſeu proviſione indignus eſt, qui dum ſibi providere potuit, id neglexit; Secus autem in caſu converſo, quia tunc, æquum ac rationabile eſt, ut lex ſuppleat id, quod deeſt impedito per ipſam legem, vel per naturam, quoniam tunc, ille ſic impeditus, ſupponendus eſt aliàs vir diligens, & providus, qui ſi potuiſſet, ita ſibi conſuluiſſet, & hanc dicebam mihi videri genuinam veritatem, potiſſimè in hac facti ſpecie, ob eam particularem circumſtantiam, quod non agebatur de extraneo intruſo, & occupatore bonorum pupilli, in quo intrare poſſet difficultas, an contra ſimplicem prædonem, & occupatorem dictum privilegium hypothecæ legalis intraret nec ne, ſed agebatur contra eos, qui erant tutores de jure, unde fuerunt in culpa, non ſuſcipiendo tutelam, vel non curando provideri de tutore pupillæ, quam ſub eorum poteſtate, & educatione habebant, ideóque dum de facto pro tutoribus ſe geſſerunt circa perſonam, cui principaliter tutor datur, ſecundariò verò bonis, exindè ſequebatur intrare dictam tutelarem adminiſtrationem, abſque eo quod relevaret dicta erronea credulitas circa bona, cum ſit 10
ignorantia juris, quæ non excuſat in concurſu majoris damni pupilli.

Retento autem præſuppoſito durationis dicti fideicommiſſi ordinati per Nicolaum ſeniorem ad favorem maſculorum tantùm (quod tamen non caret aliqua dubitatione alteri inſpectioni reſervata;) Ad impinguandam hæreditatem liberam dicti Alexandri, & ſucceſſivè portionem Angelicæ, deducebantur plures detractiones faciendæ ex bonis fideicommiſſi, quarum aliquæ conſiſtebant in nudo facto, illa verò quæ conſiſtebat in puncto juris, reſultabat, à dotibus ſolutis tribus vel quatuor filiabus dicti Joannis Rainaldi, ſtante diſpoſitione dicti Nicolai fideicommittentis in eadem donatione de ſcut. 3. m. auri ad favorem regularum fœminarum pro dote, quam dotem prætendebatur etiam detrahendam eſſe per ipſammet Angelicam ex perſona propria.

Adverſus hanc detractionem, replicabant creditores, quod cum omnes dictæ fœminæ reſpectivè, eſſent de bonis paternis, & liberis benè proviſæ, locum non haberet dicta proviſio, quæ licet ſit hominis, attamen juxta opinionem, quam ſequitur Rota, ex firmatis præſertim in *Praneſtina dotis coram Corrado decis. 325. part. 10. rec.* quæ putatur in materia ma- 11
giſtralis, intelligitur in ſubſidium, & juxta diſpoſitionem juris.

Replicabam ſcribendo ad cauſam tanquam Advocatus, id procedere, quando diſpoſitio ſit generica, & indefinita de fœminis dotandis, quaſi quod tunc eſſet ſolùm exprimere juris diſpoſitionem, ſecus autem ubi 12
certa & determinata ſumma ſingulis relicta eſt, ut advertitur *decis. 477. part. 4. diverſ. & decis. ultima num. 7. in fine poſt Zacch. de oblig. Camer. Fuſar. conſ. 7. & de ſubſtit. q. 531. num. 145. cum ſequent. Boſſ. de dote, cap. 16. num. 128. & ſequent.* cum quibus proceſſit Rota in *Peruſina dotis 1. Julii 1663. Carpinea.*

Verùm reflectendo ad veritatem, iſtud motivum ita genericè ſumptum mihi videbatur parum tutum, quoniam, ubi non agitur de legato facto certæ, & determinatæ perſonæ teſtatori cognitæ, ita ut perſonali affectioni referri valeat, ſed fœminis naſcituris indefinitæ, tunc verior eſt dicta opinio, ut cenſeatur ſubſidiaria, juxta ea, quæ plenè & ex profeſſo ſuper hoc puncto, ultra deducta *in dicta Praneſtina*, habentur *in Romana dotis de Cardellis ſub tit. de dote*, ubi expenduntur dictum conſilium *Fuſar.* dictaque deciſio *Peruſina*, & aliæ auctoritates; Et clariùs motivum ceſſabat ex facto, unde propterea fuit diſputatio inanis; quoniam revera dicta diſpoſitio ad favorem fœminarum, non erat pura, & indefinita, ſed in certo caſu extinctionis unius lineæ maſculinæ, unde bona deberent facere tranſitum in alteram, quo caſu providetur fœminis ſuperſtitibus ex linea defecta.

Quamvis autem ex hac facti circumſtantia dicta quæſtio in caſu eſſet inanis, ac etiam generaliter mihi omninò verior videretur dicta opinio, quod hujuſmodi diſpoſitiones factæ cenſeantur ad mentem juris & in ſubſidium, nihilominùs in hac facti ſpecie, quando

factum

factum habuiſſet ſubſiſtentiam, conſiderabam, ſequendam potiùs videri contrariam opinionem; quoniam præcipuum, ac totum dictæ alterius opinionis fundamentum, conſiſtit in favore conſervationis fideicommiſſi, & in majori favore agnatorum, ſeu maſculorum ad illud vocatorum, ex veriſimili etiam teſtatoris voluntate ad favorem maſculorum, & conſervandi agnationem, cùm aliàs ita de facili ac brevi tempore fideicommiſſa everti poſſent, quæ ratio in præſenti ceſſabat, dum in vim Bullæ Baronum, fideicommiſſum ita omninò everſum remanebat, atque contentio non erat cum maſculis ſeu agnatis ad fideicommiſſum vocatis, ſed cum prorſus extraneis creditoribus, veriſimiliter à fideicommittente abhorritis, unde ejus veriſimilis intentio tali caſu, potiùs aſſiſtere videbatur fœminis de ejus ſanguine, earumque filiis quam extraneis; Et conſequenter dicta opinio iſto caſu, tanquam à ceſſante ratione, cui innixa eſt, ceſſare debat, & potiùs recipienda altera Fuſarii, & aliorum, ubi ſuprà; Verum hæc videbantur Congregationi ratiocinia, & ſubtilitates Advocatorum, dum juxta merè pragmatici ſtyli uſum non dabantur ſpeciales auctoritates ita diſtinguentes.

† MAteria iſtius diſcurſus eſt generalis, & indifferentis, circa concurſum Creditorum, atque in magna parte pendet ex circumſtantiis facti, ob quas non benè elucidatas, cauſa adhuc pendet.

ROMANA REVIVISCENTIÆ CENSUUM

Pro EISDEM DE CAFFARELLIS ET ALIIS CREDITORIBUS POSTERIORIBUS.

Cum CREDITORIBUS ANTERIORIBUS EJUSDEM PATRIMONII MONALDENSIS.

Caſus diſputatus in eadem Congregatione Baronum, & reſolutus pro anterioribus, pendet in Rota.

An eo ipſo, quod Congregatio Baronum apponit manus in patrimonio Baronis oberratis, illudque ſequeſtrat, & ſuſcipit ſub ejus adminiſtratione, ceſſet curſus fructuum cenſuum, aliorumque contractuum fructiferorum, vel an ſaltem ex tempore ſequutæ venditionis bonorum id ſequatur.

Si pecunia ex pretio bonorum per Congregationem ſoluta creditori cenſuario, ab eo avocetur per creditorem anteriorem, an exindè prior cenſus reviviſcat, & currant fructus, & ad quam rationem; Et quid ſi pecunia avocata inveſtita erat in loca montium.

S U M M A R I U M.

1. *Caſus controverſia.*
2. *Reſolutio caſa.*
3. *Diſtinguuntur plures inſpectiones.*
4. *Per decoctionem debitoris reſcinditur contractus cenſus; Contra in num. 6.*
5. *Ubi eſt in facultate creditoris repetere ſortem, ceſſat curſus fructuum, & num. 8.*
6. *Impugnatur concluſio, de qua num. 4. & de ratione.*
7. *Quid interſit creditorum cenſus contractum reſcindi per decoctionem.*
8. *Declaratur concluſio, de qua num. 5.*
9. *Congregatio Baronum cogit creditores cenſuarios etiam invitos ad extinctionem cenſuum; & quomodo.*
10. *De pluribus rationibus, ex quibus poſt vendita bona debitoris per Congregationem debent ceſſare fructus cenſuum.*
11. *Deſecto ſeu liberato fundo cenſito ceſſat curſus fructuum cenſus.*
12. *An, & quando evictis bonis ſuo avo ata pecunia data pro extinctione cenſus, iſte reviviſcat.*
13. *An fructus cenſuum poſſint reduci ad minorem rationem.*

DISCURSUS LXXXI.

CUm ad præſcriptum Bullæ, pretium caſtrorum, & bonorum hujus patrimonii Monaldenſis depoſitatum eſſet penes eumdem camporem, qui cedulam bancariam fecerat, ad effectum illud ſolvendi creditoribus præſtare debentibus ſoitam cautionem de reſtituendo, primariò emptori in caſu evictionis, & moleſtiarum, ſecundariò autem creditoribus anterioribus, & potioribus, vel loco dictæ cautionis, inveſtiendi in loca montium non vacabilia ſub his vinculis, ita etiam diſponente particulari chirographo Urbani VIII. ſuper hujuſmodi venditione edito, in quo explicitè continetur idem, quod implicitè continet Bulla, ut ſcilicet creditores, etiam cenſuarii, teneantur, quamvis inviti, pretium ita venditum recipere, ac aliàs eis intimatis, & recipere negligentibus, depoſitum in monte pietatis, faciendum loco ſolutioni haberi debeat, ita ut non concurrant ampliùs fructus. Atque proptereà aliqui creditores cenſuarii, nolentes, vel non valentes hujuſmodi cautionem præſtare, aliam viam elegerint inveſtiendi ſibi liberatam pecuniam in loca montium cum dicto vinculo, quæ deindè ab eis per aliquos creditores anteriores avocata fuerunt, ipſique avocationem paſſi per plures annos negligentes ſe reintegrare per avocationem ab aliis poſterioribus, ut illicò potuiſſent, ſuper pulſaſſent illos de Caffarellis, & alios prætenſos poſterioribus pro avocatione, tam ſummæ ab eis avocatæ, quam fructuum interim decurſorum ex prætenſa cenſuum reviviſcentia. 1

Hinc proindè orta eſt controverſia, & aſſumpta diſputatio in Congregatione Baronum, tam ſuper dicta reviviſcentia, & curſu fructuum in genere, quam ſuper eorumdem fructuum quantitate, an ſcilicet debeantur ad antiquam rationem ipſorum cenſuum, vel potiùs ad rationem locorum montium avocatorum, Et in omnibus prodiit reſolutio auctoribus favorabilis, ſuper curſu ſcilicet fructuum, etiam ad antiquam rationem, quæ reſolutio mihi pro altera parte ſcribenti, reflectendo etiam ad ſolam veritatem, parum probabilis viſa eſt, prout etiam viſa eſt ſignaturæ Gratiæ, quæ proindè cauſam commiſit in Rota, ubi pendet, forſan abſque ulteriori proſecutione, ob facti mutatas circumſtantias pro dictis de Caffarellis, ut in præcedentibus. 2

In pluribus autem diſputationibus in dicta Congregatione habitis, cùm poſteriorum creditorum intereſſet, ne diſcooperti remanerent, creditum fructuum in anterioribus, quo magis poſſibile eſſet diminuere, hinc proindè tentarunt aliam, nedum, ſuper dictæ reviviſcentiæ negatione, ſed etiam ſuper ceſſatione curſus fructuum ab initio ſequeſtri, vel ſaltem à tempore ſequutæ venditionis caſtrorum, & bonorum, undè proptereà per eos requiſitus ad ſcribendum præ omnibus, tres conſtituebam inſpectiones, primam ſcilicet, an ceſſaverit curſus fructuum, ea tempore quo Congregatio ſequeſtrum appoſuit, ac adminiſtrationem hujus patrimonii obærati ſuſcepit ad effectum vendendi, & efformandi concurſum creditorum; Alteram, an ſaltem ex tempore ſequutæ venditionis, quando pecunia ex pretio obventa penes camporem prompta erat ſolutioni, & tertiam, quid de ſatisfactis, à quibus deindè, ut ſuprà, avocata eſt ſoluta pecunia, pro medio tempore, inter avocationem, & novam ſatisfactionem. 3

Quoad primam, ſcribens tanquam Advocatus, dicebam pro ceſſatione curſus fructuum reſpondendum eſſe, quoniam ſequuta debitoris decoctione, ejuſque

bunis poſitis ſub ſequeſtro, & adminiſtratione judicis,
cenſus habentur pro reſciſſis *ut per Franch. deciſ. 55.*
Rovit. ſuper pragm. 3. de ceſſ. bonorum, num. 13. & 22.
cum ſeqq. Prat. obſerv. 33. num. 12. cum ſeq. apud quos
cæteri; Ac etiam quia ex tunc creditores cenſuarii
conſtituti videntur in ſtatu repetendi ſortem princi-
palem, cujus morte, & irrepetibilitate ceſſante, ceſſare
debet curſus fructuum, cum non poſſint ſimul ſtare,
cenſum eſſe vivum, & fruct ſecum, ac ſortem eſſe re-
petibilem, ut in ſpecie creditoris comparentis in con-
5 curſu, *Milanen. deciſ. 2. num 16. & 17. lib. 2. Cenc. de*
Cenſ. quæſt. 107. num. 23. & ſeq. Salgad. in labyrint. par-
te 1. cap. 19. num. 5. & ſeq. & data dicta certa facultate
repetendi, pro certo admittitur *deciſ. 272. poſt Cenc.*
alias deciſ. 278. part. 5. rec. ubi concordantes, ac etiam
moderno tempore firmatur *in Romana Vinea 2. Aprilis*
1666. coram Carpinea, & in aliis.

Verum reflectendo ad veritatem, ab initio partibus
juxta ſtylum liberè inſinuatam, iſta prætenſio parum
probabilis videbatur, quoniam dicta propoſitio de reſ-
ciſſione contractuum cenſurariorum, reſultante à de-
bitoris decoctione, ac appoſitione bonorum ſubcon-
curſu, provenit ex particulari ſtylo Tribunalium Re-
gni Neapolitani; Et quamvis *R. cit.* probare conetur,
6 hujuſmodi ſtylum derivare à diſpoſitione vel inten-
tione juris communis, nihilominus Rota, & Curia
hujuſmodi opinionem non recepit, ſed contrariam te-
net, *ut apud Cavaler. deciſ. 528. num. 1. Buratt. deciſ. 57.*
num. 5. Et merito, quia retenta opinione ejuſdem Cu-
riæ, de non dando intereſſe ex credito pecuniario,
non probans, in caſu ſpeciali, & individuo ſolitis re-
quiſitis lucri ceſſantis, vel damni emergentis, nimium
creditores cenſuarii præjudicati remanerent ſine eo-
rum culpa, ſed ex culpa, & facto debitoris in curſu
fructuum eo medio tempore inter ſequeſtrum bono-
rum, eorumque venditionem, & liberationem pretii,
quod ſolet eſſe notabile ac longum, quod præjudicium
7 non procedit in dictis Tribunalibus Regni, ubi quam-
vis contractus cenſuales habeantur pro reſciſſis, atque
ſors reducatur ad creditum pecuniarium, adhuc ta-
men currunt fructus tanquam intereſſe, ſolùmque
præjudicium creditorum eſſe dicitur in eo, quod quan-
do cenſus eſt vivus, ex fructibus, quos ibi vocant ter-
tias, debetur intereſſe, quod non reſultat ex hujuſ-
modi fructibus poſt reſciſſionem currentibus, tanquam
intereſſe, dum etiam ibi retinent opinionem non
dandi intereſſe alterius intereſſe, ut ponderat *Rovit.*
loco citato.

Et quoad alterum motivum facultatis repetendi,
ſortem, adhuc ceſſare videbatur ejus applicatio, cum
concluſio procedat, quando dicta facultas eſt omninò
libera, ita ut in facultate debitoris vel judicis non ſit,
eam impedire, ſecus econverſo, ita ut declarando
8 præcedentes deciſiones habetur *dicta deciſ. 272. poſt*
Cenc. alias 278. part. 5. rec. cum qua proceditur, &
apud Salgad. ubi ſupra ex num. 15. ad finem, quæ libe-
ra facultas ex ſolo ſequeſtro non reſultat, quoniam li-
cet *ex Bulla Baronum*, §. 8. creditores cenſuarii cogi
9 poſſint ad extinctionem per ipſam Congregationem,
etiam principali debitore non declarante, ut adverti-
tur *apud Buratt. deciſ. 482. num. 4.* attamen non exindè
reſultat, repetibilitatem eſſe certam, atque in libera
creditoris facultate, quoniam dari poteſt caſus, quod
Congregatio vendat bona, ſeu uni ex creditoribus
aſſignet, ſoluta vel bonificata parte pretii, cum ac-
collatione cenſuum, & ſic Bulla ſubrogat ſolùm Con-
gregationem loco debitoris, ut abſque tamen neceſſi-
tate diſdictæ, juxta formam à Bulla Piana præſcriptam,
poſſit nomine, & vice debitoris cenſum extinguere,
non tamen cogit, & conſequenter non tribuit actori
liberam actionem repetendi ſortem, ut advertitur
etiam *in Romana Cenſuum pro eodem Patrimonio cum*
Spadenſibus hoc eod. tit. Ita etiam ſuadente dicta ratio-
ne notabilis præjudicii aliàs creditoribus innocenti-
bus, & non culpoſis reſultantis, ob longum ſpatium,
quod adeſſe ſolet inter ſequeſtrum, & venditionem, ut
in hac facti ſpecie experientia comprobavit ſex anno-
rum & ultra.

Quo verò ad alteram inſpectionem ſuper ceſſante
curſu fructuum, eo ipſo quod ſequuta fuit venditio, &
conſignata cedula bancaria integri pretii, promptè, &
ad horam ſolubilis, etiam cum aliquo cenſu veritatis,
dicebam pro ceſſatione dicti curſus probabilius reſ-
pondendum videri ex pluribus fundamentis.

Primò quia ſic expreſſe diſponitur per dictum chi-
rographum particulare, ut ſequuta venditione, & de-
poſitato pretio cum intimatione creditorum, illicò 10
ceſſet curſus fructuum, ac cenſus cenſeantur extincti;
Secundo corollariè, & in idem, ex ratione, de qua
infrà ſuper puncto reviviſcentiæ, & *in dicta Romana*
Cenſuum pro eiſdem Creditoribus cum Spadenſibus, quod
ſcilicet veriſimilis intentio Principis, vel majoris ma-
giſtratus hujuſmodi venditionem, & ſolutionem pre-
tii reſpectivè demandantis, videtur, ut res ibi faciat
punctum, atque patrimonium decocti debitoris di-
ſtribuatur in eo ſtatu, in quo tunc reperitur, potiſ-
ſimè quia non poterant creditores allegare ignoran-
tiam vel aliam excuſationem, dum infrà ſexennium,
& ultra decurſum à die ſequeſtri ad illam venditionis,
occaſione repartitionis fructuum, omnes comparuerant,
ac firmatus erat eorum ordo ſeu gradus.

Tertio, quia tam per Bullam, quàm per Chirogra-
phum, caſtra, & bona omninò liberata erant à quibuſ-
cunque vinculis, nexibus, & hypothecis, ut libera
tranſirent ad emptorem, tranſlatis omnibus juribus præ-
dictis in pretium, & conſequenter deſinente fundo fru- 11
ctifero, ſubſiſtere non poteſt cenſus, *ut per Cenc. de*
Cenſ. quæſt. 41. num. 25. verſ. iſta autem concluſio, in illis
ultimæ impreſſionis *Durd. eod. tract. §. 1. quæſt. 52. in fine.*
Et benè in individuo *Rota deciſ. 260. part. 4. rec. repetit.*
deciſ. 448. poſt Cenc.

Et quamvis *apud Gregor. deciſ. 60. & 444.* firmetur,
per liberationem fundi cenſiti non ceſſare cenſum,
quaſi quod liberatio, facta ſolùm cenſeatur in gra- 12
tiam emptoris fundi, non autem debitoris cenſus, &
ne tollatur jus creditoris cenſuarii, nihilominus id
rectè procedit juxta caſum dictarum deciſionum, quan-
do vinculorum, & onerum tranſlatio ſit in alium fun-
dum æquè fructiferum, & capacem, ſive etiam in
pretium inveſtitum in cenſus, ſeu in loca Montium,
& ſic in effectus fructiferos, qui habentur loco ſtabi-
lium, & ſuper quibus cenſus etiam ſubſiſtere poteſt,
cum tunc dicatur ſolum fundi commutatio, ut in
ſpecie reſidualis pretii bonorum venditorum per Con-
gregationem Baronum, erogati in loca montium,
ut cenſeantur loco rei ſubrogata habetur *deciſ. 4. part.*
11. recent.

Sive etiam in ſpecialibus noſtris terminis venditio-
nis, quæ fiat per Congregationem Baronum, id rectè
verificari poteſt, quando agatur de venditione rei par-
ticularis, ita ut non verſemur in caſu formalis deco-
ctionis, ac venditionis totius patrimonii, neque ur-
geat dicta ratio faciendi punctum in eo ſtatu pro bono
publico, & ut conſulatur creditoribus; Tunc enim
cum Bulla diſponat, quod omnia vincula transferan-
tur in bona, ita dicitur juris miniſterio facta dicta
commutatio; Et quatenus etiam alia bona Baronis non
eſſent fructifera, & capacia cenſus, adhuc tamen ceſ-
ſante dicta ratione decoctionis, & concurſus univer-
ſalis, non implicat in præjudicium debitoris, cenſum
durare ſuper eiſdem fundis, quamvis liberatis, in præ-
judicium debitoris, non autem emptoris, in cujus
gratiam tantùm dicta liberatio facta cenſetur, quia
rectè dari poteſt cenſus ſuper re aliena de ſolo domini
conſenſu abſque iſtius obligatione vel damno, tan-
quam illius ſubjectum, & demonſtratio rei, cujus pe-
remptionis periculo creditor ſubjacere debeat, aliis
tamen debitoris bonis obligatis pro cautela creditoris,

ac

ac ſolutione fructuum; Et ſic iſtud tertium fundamentum, ſolùm, & de per ſe non ſufficeret, niſi concurrant inſimul præcedentia, præſertim ſecundum concurſus univerſalis, cum ceſſatio fructuum non percutiat favorem, & gratiam debitoris, quo caſu rectè caderet difficultas, ſed percutiat favorem, & gratiam creditorum, ac rationem publici commercii conſervandi, ob quam rationem Princeps, ſeu major magiſtratus hujuſmodi adminiſtrationes ſuſcipit.

Et quartò demùm, ex ſupra inſinuata ratione, puræ, certæ, & liberæ repetibilitatis ſortis, quoniam ſequuta venditione, & depoſitato pretio in banco, ceſſat illa incertitudo, quæ ſuprà conſiderata fuit, & conſequenter non videtur ſubſiſtere ratio, ob quam durare poſſet cenſus, omninò incompatibilis cum libera repetibilitate ſortis.

Hinc dicebam nullam ſubeſſe neceſſitatem aſſumendi tertiam inſpectionem ſuper reviviſcentia cenſuum
13 extinctorum per reſtitutionem pecuniæ, quamvis poſtea avocatæ, quoniam, ſi ex præmiſſis ceſſat, curſus fructuum, reſpectu eorum, cum quibus dictus actus poſitivus extinctionis ſequutus non eſt, fortius reſpectu iſtorum ex argumento ducto ab *auth. multò magis*, *&c.* Verùm ubi de hoc puncto agendum eſſet, cum ſcribentes in contrarium plures deſuper cumularent auctoritates, & deciſiones, atque in aliis conſimilibus controverſiis præcedenter habitis, videretur cum aliquo æquivoco proceſſum eſſe, confundendo unum caſum cum altero, idcircò advertebam procedendum eſſe cum diſtinctione caſuum, de qua diſtinctione etiam habetur in ſua materia *ſub tit. de cenſibus in una Civitatis Caſtelli*, & in aliis.

Primus enim caſus eſt, ubi debitor in extinctionem cenſus dat in ſolutum, domum, fundum, vel aliam ſpeciem, & tunc verius eſt, iſta evicta, cenſum reviviſcere *juxta deciſiones 495. & 530. poſt Cenc. de Cenſ.* non quidem ex ſola ratione reſervationis priorum jurium, & actionum, quam ponderat *Cenc. quæſt.* 108. *num.*16. *cum ſeq. & num* 19. ſed ex duabus aliis melioribus, una ſcilicet, quod tunc dicatur, potiùs permutatio de ſpecie ad ſpeciem, quam verè datio in ſolutum ſpeciei pro genere, & conſequenter intrat concluſio, quod evicta re permutata datur regreſſus ad propriam *juxta receptam theor. gloſ. & Bart. in l. ex ſextante, §. latinus largus, ff. de except. rei. judicata*; Ex altera, quia deberentur fructus, ſaltem tanquam damna, & intereſſe juxta æquitatem *text. in l. curabit, Cod. de action. empti*, ſive ex natura evictionis, ſub qua veniunt etiam fructus ipſius rei evictæ, dum conſtat de animo creditoris, loco cenſus habendi aliam rem fructiferam, ut ponderatur *d. deciſ.* 530. *poſt Cencium, alias* 278. *part.*5. *rec. approbata deciſ.*297. *num.*23. *part.*10. *& deciſ.*6 *num.*9. *part.* 11. *recent.*

Alter caſus eſt, ubi ad nullam novationem inter partes eſt deventum, ſed ſolùm judex adminiſtrans patrimonium debitoris, aſſignat creditori aliquos effectus exigendos, ex quibus, ſequuta reimburſatione ſortis, reſultet extinctio, & tunc quia hujuſmodi aſſignationes recipi dicuntur pro ſolvendo, non autem pro ſoluto, & ſub implicita conditione, quatenùs exactio ſequatur, idcircò dici non poteſt ſequuta extinctio per actum verè retroſimilem, & in his terminis procedunt *deciſiones* 71. *Cavaler. &* 106. *poſt Cenc.*

Tertius verò eſt caſus noſter, ubi in ſatisfactionem ſortis ſoluta eſt pecunia recipiens functionem in genere ſuo, & tunc dicitur ſequuta, vera & formalis extinctio, per actum retroſimilem, & conſequenter non agitur de ſimplici ſuſpenſione cenſus formaliter non mortui, neque de ejus excitatione potiùs à ſomno, quàm à morte, ut eſt in caſibus præcedentibus, ſed agitur de extinctione formali, & ſic de morte, unde intrat regula, quod à privatione ad habitum non datur regreſſus, ut benè firmatur *deciſ.*411. *poſt Cenc.* & fuit etiam ſenſus Rotæ in allegatis *deciſionibus* 297. *part.*10. *& 6. part.*11. *rec.* ubi de cenſu extincto ex pretio rei emptæ per eumdem creditorem, non reviviſcente per ipſius rei evictionem.

Difficultatem faciebat deciſio *in Romana Cenſus* 24. *Novembris* 1628. *coram Ghiſlerio*, in qua firmatur dicta reviviſcentia, & in iſta ſe fundavit Congregatio, tanquam in poſteriori præfatæ alteri *deciſ.*411. *poſt Cenc* non curato utra earum melioribus rationibus, & fundamentis fulcita eſſet, quod tamen mihi, reflectenti etiam ad veritatem, parum probabile viſum eſt, tum quia dicta altera deciſio melius fundata videtur, ac majores habet rationes, illam præſertim inevitabilem, de qua ſupra, liberæ, & certæ repetibilitatis ſortis, omninò incompatibilis cum duratione cenſus; Tum clariùs ex defectu applicationis dictæ deciſionis ad caſum, cum ibi totum penderet à privata conventione partium, quæ cenſus extinctionem, per actum non omninò retroſimilem, ſed cum quibuſdam aſſignamentis factam, potuerunt ita facere conditionalem, & reſolubilem ex mutuo conſenſu, quæ conſideratio omninò ceſſat in iſto caſu, ubi ſcilicet agitur de concurſu generali in univerſo patrimonio debitoris decocti, poſito ſub adminiſtratione magiſtratus, ut creditoribus pro publico bono conſulatur, tunc enim ceſſat ratio conventionis partium, atque urget altera jam dicta, quod expediat ita fieri punctum in eo ſtatu, ut omnibus conſulatur, nam aliàs de facili fraus fieri poſſet contra veriſimilem Principis intentionem, omnemque publici commercii rationem, quoniam creditor anterior habens cenſum ſub altis, & gravibus fructibus (ut frequentius contingit cum hujuſmodi debitoribus, qui ad ſtatum decoctionis reducuntur ex ea ratione, quod creditor avarus, & debitor inops de facili ſe concordare ſolent) ita poſſe: poſt ſequutam ſatisfactionem, cui poſteriores acquieſcunt, affectare avocationem pecuniæ ſibi ſolutæ, atque ita obdormitando poſteriores, facere magnum cumulum, ac erodere totum patrimonium, contra finem, ob quem iſta remedia prodierunt, ideòque ſibi imputet, dum habens promptam, & certam repetibilitatem ab aliis poſterioribus, illicò ſe non reintegravit, ſive avocationem non impedivit, pulſando eodem tempore poſteriores, cum quibus ad evitandum circuitum, avocatio conſummari ſolet.

Et nihilominus, ubi etiam, præmiſſis omnibus ceſſantibus, curſus fructuum ad favorem hujuſmodi creditorum admittendus eſſet, adhuc tamen mihi videbatur in dicta reſolutione adeſſe gravamen circa quantitatem fructuum ad majorem exceſſivam rationem, ſub qua ipſi principales debitores parum prudentes, & providi cenſus impoſuerant, tum quia cum hujuſmodi patrimonium, ita poſitum eſſet ſub Principis, ſeu majoris magiſtratus adminiſtratione, iſtam dare oportet prudentem, & providam, & prout prudens, ac diligens paterfamilias bona ſua adminiſtraret, quo 14
caſu ubi creditor eſt tutus, & non urget periculum, vel incertitudo inſufficientiæ debitoris, fructus cenſuum de hoc tempore, nonniſi ad moderatam rationem quatuor pro centenario conſtitui ſolebant, unde propterea rectè dicebam intrare poſſe, & debere arbitrium adeò ſupremi magiſtratus ſuper moderatione, ſeu reductione fructuum, juxta ea, quæ deſumendo *ex text. in cap. ſuggeſtum de decimis*, cum ibi notatis, in terminis reductionis, cenſuum, & jurium cum Republica, & Communitatibus habentur plenè deducta apud *Capic. Latr deciſ.*188. *& per Oleam de ceſſ. jur. tit.* 7. *quæſt.* 3. *num.*32. *Larrea alleg.*23. cum ſimilibus, cum aliàs eſſet imprudens, ac mala adminiſtratio in tali magiſtratu non admittenda.

Tum etiam quia non debet plus operari fictio quàm veritas, neque actio evictionis, vel ad damna, & intereſſe, tribuere debet pluſquam importaret eam ſequutam

quutam non eſſe, ſed ſolùm reficiendum eſt, id quod ſinteſt *ad text. in l. damni infecti 18. §. pend. ff. de damno infecto*, ibi, *cum prætor id agat, ne damnum faciat, non ut in lucro verſetur*, & ideò cum pecunia investita eſſet in loca montium, atque avocatio importaſſet ſolum damnum amiſſionis fructuum ipſorum locorum montium ad rationem quatuor pro centenario, non videbatur, cur creditores ex eorum parte negligentes, & culpoſi, cum certa, & libera facultate, quandocumque repetendi ſortem, & ſine fundo, in præjudicium, non debitorum, ſed tertii, fructus ad antiquam rigoroſam rationem exigere deberent.

† DE contentis in hoc diſcurſu ſuper reviviſcentia cenſus, vel alterius contractus, ob avocationem pecuniæ ſolutæ, ſeu ob aliud non implementum, agitur in ſua ſede *ſub tit. de Cenſ. diſc. 15. & 16.*

ROMANA DOTIUM

Pro DUCISSA DE COMITIBUS EJUSQUE FILIABUS.

Cum CREDITORIBUS DUCIS VIRI, ET PATRIS RESPECTIVE.

Caſus in parte deciſus per Congregationem Baronum pro Ducissa, & in parte pro filiabus, pendet in Rota.

Bulla Baronum an operetur, ut tunc, de tempore ſcilicet, quo debita contrahuntur, ita ut ex dicto tempore jus creditoribus quæratur ad bona quamvis fideicommiſſaria, vel potius operetur, ut nunc, quando ſcilicet Congregatio removet obſtaculum fideicommiſſorum, vel aliorum vinculorum, ita ut nunc creditoribus jus quæri dicatur.

Et de concurſu creditorum Baronis agentium in vim Bullæ, cum dotibus conſtituendis, vel reſtituendis ex bonis fideicommiſſariis in vim *auth. res quæ, C. commun. de legatis.*

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Bulla Baronum, an operetur, ut tunc, vel ut nunc.*
3 *Sub hypotheca generali contracta per gravatum, veniunt etiam bona fideicommiſſaria, ſi in eis intrat* autb. res quæ.
4 *Quod Bulla operetur, ut nunc quando manus apponit, de quo tempore creditoribus jus quæritur.*
5 *Quomodo conſultum eſt creditoribus ſine aſſenſu ſuper feudis.*
6 *An pro dotibus conſtituendis ad præſcriptum* auth. res quæ *competat prælatio adverſus creditores Baronis.*

DISCURSUS LXXXII.

ORdinato per Ducem Federicum de Comitibus in ejus caſtris, & bonis de anno 1588. fideicommiſſo, Dux Camillus filius, & hæres gravatus de anno 1604. & ſeq. debita contraxit, deindè verò uxorem duxit, ex qua duas filias procreavit, quas moriens abſque filiis maſculis reliquit pupillas innuptas; Unde cum inſtantibus creditoribus, per Congregationem Baronum caſtra, & bona dicti Ducis, pro majori parte eo vivente, ac etiam ſequuto obitu, diſtracta eſſent, eorumque pretium juxta Congregationis ſtylum eſſet ſolutum dictis creditoribus, cum cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, & contribuendo cum æqualibus, prædicta Duciſſa pro ſuarum dotium reſtitutione, ac lucri conſequutione, egit in dicta Congregatione contra creditores pro pecuniæ ſolutæ avocatione, eandemque actionem intentarunt filiæ pro dote conſtituenda, anterioritatem, ſeu potioritatem prætendentes, & me pro eis ſcribente, Duciſſa obtinuit parte, filiarum verò prætenſio remanſit indeciſa, & cauſa commiſſa fuit in Rota, ubi pendet.

In hoc igitur puncto, diſtinguebam inſpectionem dotis reſtituendæ Duciſſæ uxori, à dote conſtituenda filiabus, cum inter unum caſum, & alterum non ſevis vigeat ratio diſparitatis; Quatenus enim pertinet 2
ad primam inſpectionem dotis reſtituendæ, pendere conſiderabam deciſionem à puncto; An Bulla Baronum, quæ favore creditorum tollit fideicommiſſa, operetur ut tunc, & ab initio contracti debiti, ita ut ex eo tempore hypotheca in bonis imprimatur, & jus quæratur creditoribus, vel operetur ut nunc, ex tempore ſcilicet Congregatio manus apponit, & fideicommiſſorum impedimentum tollit; Si enim operatur ut tunc, potiorem forte videri dicebam cauſam creditorum habentium hypothecam antiquiorem uſque ab anno 1604. quia ut habetur *in Romana Contributionis de Ceſis hoc eod. tit.* ſublato fideicommiſſi obſtaculo, bona cenſentur libera debitoris, quo poſito dos poſterior, juxta opinionem in foro paſſim receptam, non præfertur anterioribus expreſſam hypothecam habentibus, ut habetur deductum *in ſua materia ſub tit. de dote.*

Econverſo autem ſi operatur, ut nunc, indubitata eſt anterioritas dotis ſumens initium à die contracti matrimonii, cum ſub generali obligatione, quam vir fecit de dote conſervanda, & reſtituenda, veniant, non 3
ſolùm ejus bona propria, & libera, ſed etiam fideicommiſſaria, ſtante diſpoſitione *text. in auth. res quæ, C. commun. de legat.* juxta opinionem, quam uti veriorem firmavit, & tenet Rota *ut de iſ. 312. num. 17 part. 6. recent. 189. num. 7. poſt Zacch. de oblig. Cam. Romana dotis 13. Februarii 1640. Pallizbolo, quæ eſt 199. part. 8. recent. deciſ. 40. part. 11. rec. Romana dotis de Lancellottis 14. Junii 1655. Zarata & in aliis*, ut probat *Merlin. de pignor. lib. 3. quæſt. 45 num. 15 & ſeqq. & quæſt. 46.* & ſic caſus remanet pro dote reſtituenda indubitatus, quia, ſumit hypothecam ex ipſo tempore, quo inducta fuit.

Bullam verò favore creditorum operari ut nunc, probabilius omninò dicebam etiam cum ſenſu veritatis, quia illa non tribuit Baronibus licentiam ſeu facultatem obligandi bona per eos poſſeſſa, quæ ſint fi- 4
deicommiſſis vel aliis vinculis obnoxia, ſi enim ita eſſet, ſuperflua remaneret ſuprema auctoritas Congregationis Baronum, quæ privativè in hoc manus apponere poteſt, cum quicumque Judex ordinarius ad dicta bona, tanquam legitimè, & cum Principis licentia obligata, mandata dare poſſet; Sed Bullæ diſpoſitio conſiſtit in eo, quod poſtquam creditor ſervatis ſervandis contra debitorem, vel ejus hæredem obtinuit mandatum, illud præſentat dictæ Congregationi, cujus officium & ſupremam auctoritatem implorat, ut derogando fideicommiſſis, ſeu alia vincula tollendo, manu regia executionem ad bona per Baronem poſſeſſa concedat, & ſic operatur, ut nunc quando removet obſtaculum, quod uſque ad præambulam horam, qua ejus remotio ſequitur, ſemper adfuiſſe dicitur, adinſtar ejus, qui habens ab infantia ligatos pedes, & manus, ſeu alias membra impedita, ſi poſt aliquod tempus recurrit ad habentem facultatem ſolvendi, ſequuta vinculorum ſolutione, liber membrorum uſus & exercitium nunc haberi dicitur, quamvis illa ab initio haberent aptitudinem, ut etiam deductum habetur *in Romana reſtitutionis pretiorum hoc eodem tit.*

Hinc habemus in bonis feudalibus & emphyteuticis abſque domini licentia alienari, vel obligari prohibitis, quod licet Dominos hujuſmodi licentiam denegare non ſoleat, ita ut contrahentes cum poſſeſſore, intuitu dictæ futuræ licentiæ contraxiſſe videantur, attamen jus ſive hypotheca in bonis non acquiritur,

ritur, niſi à die licentiæ obtentæ, quia tunc removetur obſtaculum, ita ut ſi creditor in tempore poſterior, in licentia ſit anterior, iſte anterioritatis privilegium habebit, ut pluries habetur *in tit. de emphyteuſi*, ac etiam in iſto *de feudis*, igitur ſpectandum eſt tempus, quo removetur obſtaculum.

Nec relevat, quod creditores ſcientes Bullæ diſpo-
4 ſitionem, & Congregationis facultates, iſto intuitu contraxerint, quoniam aderat quidem ſpes ſeu aptitudo obtinendi cum iſto extraordinario remedio ſatisfactionem, ſed non indè ſequitur, aliquod jus reale, vel hypothecam ex tunc in bonis prohibitis acquiri, nam etiam in feudis militat ſpes aſſenſus ut ſupra, & tamen non ſufficit.

Dabam in propoſito ſatis proximum exemplum creditorum contrahentium cum Baronibus Regni Nea-
5 politani abſque Regio aſſenſu, iſtis enim nulla hypotheca nullumque jus acquiritur ſuper feudis, etiam vivente debitore, ſed quia ſucceſſor, quamvis ex lege inveſtituræ vocatus, habere debet hæreditariam qualitatem feudatarii defuncti, proptereà conceditur creditoribus jus implorandi officium judicis, & in actione perſonali cogendi poſſeſſorem ad vendendum feudum, ad effectum ut ex pretio indè retrahendo ſatisfieri poſſint, ex deductis per *Franch. decis.704.* & non ſemel *in præcedentibus* dictum fuit; Unde creditores abſque aſſenſu mutuantes Baroni idoneum & pingue feudum poſſidenti, rectè credidiſſe dicuntur intuitu & contemplatione iſtius remedii, non indè tamen ſequitur, quod ab initio aliquam hypothecam vel jus habeant in concurſu creditorum habentium aſſenſum à Principe vel à lege, ſive particularem, ſive generalem, qualem in puncto habent ibi dotes mulierum Civitatis ex gratia generali, de qua agunt *Rovit. in pragm.8. de feudis Aponte de poteſt. Proregr. tit. de aſſenſibus regiis ſuper dote Merlin. lib.2. controv.58. de Marin. lib.2. reſol.28. & cæteri, & habetur ſpecialiter actum hoc eodem tit.*

Et hic adamuſſim videbatur caſus, quia creditores, nullum jus directum ad bona fideicommiſſaria, vel aliàs vinculata habentes, cogunt mediante auctoritate Congregationis poſſeſſorem ad vendenda bona, ut ex pretio ſatisfactionem conſequantur; Unde Bulla in effectu induxiſſe videtur in ſucceſſore jure ſanguinis in vim inveſtituræ vel fideicommiſſi, quandam hæreditariam qualitatem ultimi morientis, eo modo quo praxis vel ſapientum interpretatio induxit in dictis feudis, quorum inveſtituræ formula potius videtur importare ſucceſſionem pacti & providentiæ, ita ut ſucceſſores veniant jure ſanguinis, ſed quia habere debent dictam hæreditariam qualitatem, idcircò ob iſtam, etiam per feudi venditionem coguntur ad ſolutionem debiti feudatarii prædeceſſoris; Ideóque reſpectu dotis reſtituendæ, cujus hypotheca in hujuſmodi bonis ex diſpoſitione legis impreſſa eſt, antequam fideicommiſſorum derogatio, & vinculorum ſolutio ſequeretur, caſus videtur indubitatus, & talis in iſta cauſa fuit ſenſus Congregationis pro ea rata, in qua certitudinaliter conſtabat, Duciſſam eſſe creditricem, cum reſpectu reſidui, tota difficultas conſiſteret in facto, an ſcilicet eſſet ſolùm dos confeſſata; Et quod de dote reſtituenda dicitur, in omnibus ex eiſdem rationibus procedit in dote, quæ antequam Congregatio ad creditorum inſtantiam manus apponat, eſſet conſtituta, quia intrat eadem ratio præcedentis hypothecæ jam legitimè in bonis impreſſæ, ut eſt latiùs dictum in *dicta Romana reſtitutionis pecuniarum hoc tit.*

Quo verò ad dotes conſtituendas, *Rota in ſuprà al-*
6 *legata Romana dotis 3. Februarii 1640. coram Panzirolo impreſſa decis.199. part.8. rec.* ſentire viſa eſt, hujuſmodi dotibus conſtituendis, quamvis petantur poſtquam Congregatio manus appoſuit, & ſublatis fideicommiſſis bona alienavit, atque de eorum pretio creditoribus ſatisfecit, adhuc competere prælationem, & jus avocandi pecuniam ſolutam, quaſi quod deſcendentes earum jus metiantur, uſque de tempore mortis fideicommittentis, cujus reputentur creditrices, in ejus proindè bonis, ex beneficio ſeparationis bonorum, præferendæ creditoribus hæredis quantumvis anterioribus, & privilegiatis, *ut in eadem deciſione*, in qua conſtitui videtur fundamentum in rationibus, de quibus *in decis.162. Afflicti*, licet non allegetur, ſed hæc loquitur in terminis ſpecialibus ſororis, pro ejus dote conſtituenda præferendæ creditoribus fratris hæredis in bonis parentis.

Iſta tamen deciſio nunquam in Curia habuit plauſum, cum per eam ita ſimpliciter ſumptam, eſſet dare perpetuam rerum revolutionem, quia puellæ poſt plura ſæcula, & prope judicii diem venientes, poſſent ita pulſare creditores jam ſatisfactos, quorum dominium ſemper & perpetuò eſſet in incerto, quod videtur magnum abſurdum, & contra Bullæ ſenſum, idcircò ad hujus puncti veritatem eruendam, per ſequentium caſuum diſtinctionem procedendum eſſe dicebam.

Aut mulieres dotis conſtitutionem petentes ſunt in proximiori vel æquali gradu cum Barone fideicommiſſario, pro cujus debitis, fideicommiſſis derogatur, & bona venduntur, ex ſola ratione ſexus excluſæ, ita ut ſi fuiſſent maſculi, dictum debitorem à ſucceſſione in toto vel in parte excluſiſſent, & tunc in ea virili ſeu portione, quæ mulieribus debita fuiſſet, niſi ſexus obſtaſſet, ita ut debitor, qui totum fideicommiſſum poſſidet, illud minus habuiſſet, & haberet, omninò probabilius videtur potiores eſſe debere partes dictarum mulierum, quia dos eis debita eſt in præmium excluſionis, ac ejus loco, unde illa portio, quæ ob earum ſexum maſculo accreſcit, ab ipſo initio acquiſitionis, inſitam habere videatur conditionem, ſive annexum oneris dotationis, ita ut debitor illud minus habuiſſet cenſeatur; Iniquum enim ac omni rationi contrarium videtur, ut ſorores vel aliæ, majus vel coæquale jus ſuccedendi habentes, niſi obſtaculum ſexus eas excluderet, debeant ob debita illius, qui vel nullatenus, vel in ſola ejus virili alias ſucceſſiſſet, remanere privatæ ea dote, ob cujus proviſionem teſtatores ſolent fœminas excludere, undè Congregatio vendendo omnia bona per debitorem poſſeſſa, vendidiſſe videtur id, quod non erat debitoris, ſed in hac parte jam erat affectum dictis mulieribus, ut etiam deduxi *in dicta Romana prætenſæ reſtitutionis pecuniarum pro Caffarellis hoc tit.* in qua iſte diſcurſus admiſſus fuit.

Aut dictæ mulieres ſunt in linea inferiori, quibus nullum jus ſucceſſionis apertum eſſet, quamvis ſexus qualitas non obſtaret, quia nempè ſunt filiæ Baronis debitoris, qui fideicommiſſum vel primogenium poſſidet, ita ut non urgeat ſupradicta ratio excluſionis à ſucceſſione aliàs eis aperta, ſed ſolùm competat actio reſultans ex benef. *auth. res quæ, C. commun. de legat.* Et tunc, aut iſtæ veniunt cum creditoribus in concurſu, dum res eſt in fieri, antequam ſcilicet procedatur ad venditionem & pretii ſolutionem creditoribus, ita ut non agatur de avocanda pecunia jam ſoluta, ſed in concurſu ad illius liberationem, & pariter probabilius videtur, potiores eſſe debere partes hujuſmodi mulierum à teſtatore deſcendentium, quia dum adhuc res eſt integra, ſubſiſtere dicuntur fideicommiſſa, quibus etiam durantibus jus mulierum competit, undè quando eis derogatur, talis derogatio ex mente Bullæ, ordinata ſolùm videtur in præjudicium ſucceſſorum, de ſolo jure ſucceſſorio agentium, non autem dotium jam conſtituendarum, quæ, vel ex veriſimili præſumpta fideicommittentis voluntate, vel ex ejuſdem legali neceſſitate, ipſius debitum reputantur; Et ita non ſemel practicavit Congregatio, præſertim *in Romana de Monaldenſibus*, cum tribus ſororibus Joannis Rainaldi Monaldenſis venientibus in concurſu,

dum

Digitized by Google

dum adhuc res erat in fieri, dando pro ſingulis ex pretio caſtrorum ſcuta 12.m. & eidem Joan. Rainaldo me quoque ſcribente alimenta, ac etiam in iſta cauſa de Comitibus dando uni filiæ nuptæ certam pretii ratam adhuc non ſolutam.

Aut demùm filiæ Baronis debitoris, vel aliæ deſcendentes, veniunt pro dotis conſtitutione, poſtquam prævia fideicommiſſorum derogatione, actus eſt conſumatus, quia nempè vendita ſint bona, & pretium liberatum creditoribus, ita ut de tempore, quo hæc geſta ſunt, jus petendi dotem non eſſet eis apertum; Et tunc dicta Rotæ deciſio nullatenus recipienda videtur, ſed quemadmodum filii, vel alii deſcendentes maſculi remanent beneficio fideicommiſſi vel inveſtituræ ex majorum imprudentia privati, ita etiam fœminæ, cui minùs præjudicatur, quia minus jus habebant ex lege inveſtituræ, vel teſtamenti, nam aliàs, ut ſupra dictum eſt, nunquam creditores eſſent de eorum jure certi, atque mulieres futuris temporibus procreandæ, poſſent etiam poſt ſæcula hujuſmodi pretium avocare, quod non eſt dicendum.

Ratio eſt clara, quia ut aliàs dictum eſt, fideicommiſſarius ejus jure durante eſt Dominus habens verum dominium reſolutioni tamen ſubjectum, atque à lege vel ab homine limitatum circa illius liberum exercitium, unde quando in vim Bullæ Congregatio mandat venditionem, tollit dictum obſtaculum, quo ſublato bona efficiuntur liberæ diſpoſitionis, perindè ac ſi fideicommiſſo ſubjecta non fuiſſent, ideóque quemadmodum patre vendente vel obligante ejus bona libera, filiæ vel deſcendentes pro dotibus conſtituendis, actionem non habent adversùs eos, quibus alienatio vel obligatio facta eſt, ſic à pari.

Neque proindè obſtat *deciſio Afflict.* 162. quia procedit in præcedenti caſu diſtinctionis, ubi ſcilicet mulier erat æquali gradu cum hærede debitore, pro ſua virili ſucceſſura, niſi ſexus eam excluſiſſet, cum agatur ibi de Sorore petente adversùs creditores fratris dotem in bonis communis parentis, cujus etiam legatum accedebat, ex quo legalis hypotheca favore mulieris reſultabat.

Prout minus tutùm credebam aſſumptum dictæ de-
ciſionis *coram Panzirolo*, quod puellæ deſcendentes, qui- 1
bus dos ex bonis fideicommiſſi debita eſt, videantur 2
habere hypothecam deſumendam uſque à die obitus
teſtatoris, quia nullibi cautum jure habetur, ut pro
hujuſmodi ſubſidiariis dotibus ex benef. *dicta auth. res* 3
quæ, debitis competat hypotheca, dum verius eſt iſtam
neque pro legitima vel dote iſtius loco debita filiis 4
primi gradus competere, ſed ſolùm datur judicis offi- 5
cium vel condictio ex lege *ut dicta Romæ reſtitutionis*
pecuniarum hoc tit. 6

Ponderabant aliqui, attendendum eſſe, num teſta-
tor qui fideicommiſſum ordinavit, mandaverit, vel 7
ne fœminas dotari, quaſi quod dicta diſpoſitione ac-
cedente, videatur adeſſe legatum; pro quo competit 8
hypotheca juxta *dictam deciſionem* 162. *Afflict.* & habe-
tur *in eadem Romana dotis Panzirolo* 199. *part.*8. *rec. In*
Romana hæreditatis de Fabiis 11. *Martii* 1644. *Bichio, &*
aliis, ſed in ratione dubitandi dicebam, id benè pro- 9
cedere in legato facto alicui perſonæ particulari, cui
dos jure actionis in vim legati debita eſt ex judicio te- 10
ſtatoris, etiamſi eſſet aliàs dives vel proviſa, ſecus au-
tem in hujuſmodi diſpoſitionibus, quæ magis ſunt ex- 11
citativæ diſpoſitionis legalis, quàm novæ diſpoſitio-
nis inductivæ, ita ut intelligendæ veniant ad limites 12
juris, & in ſubſidium ex plenè firmatis *in Franeſtina*
dotis 29. *Novembris* 1647. *coram Corrado* 125. *part.*10. 13
rec. & habetur *in ſua materia ſub tit. de dote*; ac etiam
ſupra *diſcurſ.*80. Dicitur enim diſpoſitio conſecutiva fideicommiſſo, & cum præſuppoſito ejus durationis, & exiſtentiæ, qua ceſſante ceſſant omnia hæc acceſſoria & conſecutiva, ideóque ubi agitur de dotibus conſtituendis, poſtquam bona ſunt jam in tertios diſtracta, & diſſoluta fideicommiſſa, ſublato principali, corruunt acceſſoria, ac etiam quia eſſet aliàs poſt ſæcula mundum revolvere, nec unquam creditores, quibus de pretio eſt ſatisfactum, eſſent tuti; Fideicommiſſo autem durante & in concurſu, probabilius videtur teſtatoris diſpoſitionem eſſe proficuam, utpotè inductivam hypothecæ latiùs patentis, quàm ſolum legis beneficium, quo attento competit judicis officium cum beneficio ſeparationis bonorum, ut *in Romana de Caffarellis*; ubi dictum eſt ſufficere, puellas quæ dotis conſtitutionem petunt, eſſe jam natas de tempore durantis fideicommiſſi, & antequàm Congregatio illud deſtrueret, ſecus ſi naſcantur poſtea, quando fideicommiſſum jam reſpectu bonorum venditorum non erat amplius in rerum natura, & hanc dicebam videri veritatem.

IN *diſc.*145. *de Dote*, agitur quoque latiùs de contentis in hoc diſcurſu, ſuper concurſu puellarum deſcendentium pro dotibus conſtituendis, cum creditoribus Baronis gravati; Iſtaque cauſa introducta in Rota (quod ſciam) ulteriorem progreſſum non habuit.

URBINATEN. PRÆDII

Pro COMITE JULIO CÆSARE ODASIO

Cum COMITE BRANCALEONE.

Caſus deciſus per Rotam pro Odaſio.

An Bulla Baronum habeat locum in Baronibus Status Eccleſiaſtici mediati, qui ab alio Principe feudatario dignitatis regantur, ut erat Status Urbini.

Quod poſt dicti Status devolutionem, per quam ille effectus eſt de Statu Eccleſiaſtico immediato.

Leges pro uno Regno vel Provincia editæ, an vigeant, & ſervandæ ſint in civitate vel provincia addita, ſeu ex poſt facto incorporata.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Bulla Baronum excipiendo deduci poteſt coram quocunque judice quamvis agendo ſola Congregatio Baronum illam exequatur.*

3 *Bulla prædicta non habet locum in Baronibus ſtatus mediati.*

4 *Vaſſallus vaſſalli mei an ſit vaſſallus meus.*

5 *De Baronibus inferioris ordinis & abſque dignitate, in quo differant à feudatariis dignitatis.*

6 *Appellatione Status Eccleſiaſtici, venit ſolùm immediatus, non autem mediatus.*

7 *Egidiana non habet locum in Regno Neapolitano & Ducatu Parmæ.*

8 *Quando in Conſtitutionibus Apoſtolicis fit ſermo de ſtatu mediato, & immediato, intelligitur de mediato feudatariorum, & Baronum inferioris ordinis.*

9 *Leges Regni vel Provinciæ an procedant in Civitate addita vel devoluta.*

10 *Sub nomine Regis Hiſpaniarum an veniant alia dominia ab eodem Rege poſſeſſa.*

11 *Rex poſſidens Ducatum vel Comitatum ibi conſideratur tanquam Dux vel Comes.*

12 *Quando ad legis validitatem requiratur publicatio, & an id procedat in conſtitutionibus apoſtolicis.*

13 *In Statu Urbini poſt devolutionem urgeant Decreta Ducalia, & Statuta particularia.*

DISCURSUS LXXXIII.

VOlens Comes Julius Cæſar Odaſius, quoddam 1
ſuorum majorum conſpicuum prædium nuncupatum

patum *della fogria*, in vim aviti fideicommiſſi recuperare, uti malè per ejus patrem alienatum in illos de Brancaleonibus, cauſam introduxit in Rota, ubi variæ fuerunt habitæ quæſtiones, tam ſuper fideicommiſſo, quod per poſſeſſores controvertebatur, ſeu eo poſito ſuper detractionibus, quàm ſuper invaliditate conſenſus per eumdem Julium Cæſarem tunc minorem præſtiti alienationi prædictæ, ut conſtat ex deductis in hac eadem cauſa *ſub tit. de fideicommiſſis*; Sed quia in ſecunda inſtantia coram *Bevilaqua* excitatum fuit ex parte poſſeſſoris rei conventi motivum, quod data etiam fideicommiſſa exiſtentia, & quod non competent detractiones, adhuc ſtante Baronali qualitate in venditore concurrente, cum quoddam caſtrum juriſdictionale poſſideret, obſtaret Bulla Baro-
2 num, de qua excipiendo, ratione circuitus, opponi poteſt coram quocumque judice, & Tribunali, quamvis agendo ſola Congregatio Baronum privativè ad illius executionem procedat, ut in ſpecie firmavit *Rota in Urbevetana Bonorum* 13. *Maii* 1651. *coram Dunozetto*, & ſæpius in Rota & in aliis Tribunalibus vidi practicatum, ideò *ſub die* 13. *Maii* 1657. *coram Bevilaqua*, aſſumpta fuit ſuper hoc dubio particularis diſputatio.

In qua ſcribens pro Odaſio actore dicebam, Bullam prædictam loqui ſolùm de Baronibus Status Ec-
3 cleſiaſtici immediati, ſub Papæ regimine, cura, & immediata ſubjectione exiſtentibus, ut clarè probat contextus Bullæ *in præmio & §.1.* Ubi Papa profitetur conſulere velle iis, qui pecunias ſuis ſubditis tradiderunt; ſubditorum etenim appellatione non veniunt vaſſalli, qui infeudati fuerint alteri, præſertim in feudum dignitaris, & jure Principatus cum regalibus, alto dominio, & ſuprema poteſtate ſubalternis, remanente ſolùm penes infeudantem ea majori ſuperioritate, quæ vulgò *ſovranità* nuncupatur, eoque alto dominio, quod aliqui *Altiſſimum* dicunt, ad differentiam illius ſuperioritatis ac alti dominii, quæ hujuſmodi feudatariis dignitatum, & ſupremi ordinis cum jure Principatus conceduntur, undè quidquid ſit quoad fidelitatem, & jura feudi alioſque caſus graviores, in quibus Dominus mediatus etiam ſuperior dicatur, ſuper quibus DD. certant, (& de quo prudentialiter congruum non cenſui diſſerere, cum cauſæ neceſſitas non poſtularet,) quoad reliqua concernentia cauſas ordinarias, & ordinarium regimen vaſſallorum, certa videtur concluſio, quod ſubditus ſubditi mei, ſeu vaſſallus vaſſalli mei non eſt vaſſallus meus, *ad text. in cap.1. qualiter olim feudum pote-*
4 *rat alienari, cap.1. §. ſimiliter, & §. profecto de l. Corradi, Iſernia & adden.in cap.1. §. praterea de capit.Corradi & cæteri congeſti per Schrader. de feudis part.8.cap.2. num.25. Hartman. Piſtor. quaſt.45. num.8. & ſeqq. & num.19. lib.2. Roſenthal. de feudis, cap.8. concluſ.10. & cap.9.concluſ.47. Aponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſibus Regiis ſuper alienatione feudi, §. 5. num. 2. & ſeqq.* & alii, qui ut dictum eſt concordant quoad concernentia regimen, gubernium, ordinariam ſubjectionem, & alios effectus, præterquam quoad concernentia ſervitium, fidelitatem, & alia jura feudi & cauſas majores, necnon caſus influentes ad fidelitatem, in quibus diſcordant, & ſuper quibus relinquitur locus veritati.

Præſertim verò, ubi non agitur de feudatariis, &
5 Baronibus inferioris ordinis abſque dignitate & jure Principatus, cum iſti ſint feudatarii improprii, & abuſivi, qui potius, tanquam perpetui Gubernatores, cum exercitio meri, & mixti Imperii, in omnibus tamen ſubordinati cenſendi ſint.

Maximè quia *Bulla in §.1. & 2.* exprimit Barones,
6 & Domicellos Urbis, & ſui Status Eccleſiaſtici, ſub cujus nomine, in Bullis, & Decretis temporalitatem concernentibus, non venit niſi ſtatus immediatus, ut videmus in conſtitutionibus ſuper prohibita alienatione in forenſes, ſuper receptationibus bannitorum, ſuper delatione armorum, qualitate monetarum, & ſimilibus, in quibus Papa loquens de univerſo ſtatu & omnibus ſubditis, non intelligit niſi de ſtatu immediato.

Quod etiam habemus *in Conſtitutione Ægidiana*, quam Paulus III. extendit ad Urbem, & univerſum Statum Eccleſiaſticum, & tamen non habere locum in 7
Ducatu Parmæ firmatur per Rotam *in deciſ.*181. *p.*3. *diverſ. lib.*2. neque in Regno Neapolitano *in Neapolitana grani & hordei coram Ubaldo deciſ.*98.*num.*3.*part.*4. *rec. tom.*2. *cum ſimilibus.* Et quamvis utplurimum, in 8
conſtitutionibus, decretis, vel bannimentis, quoties fit mentio Status Eccleſiaſtici, adjiciantur illa verba *tam immediati quàm mediati*, hæc tamen adjici ſolent reſpectu locorum in eodem ſtatu immediato exiſtentium ſub juriſdictione Baronum & feudatariorum inferioris ordinis, ad tollendas difficultates, de quibus *in Eugubina & in Civitatis Caſtelli hoc eod. tit.* ubi de pluribus ſpeciebus Status Eccleſiaſtici ad diverſos effectus, & ſic de locis mediatis impropriè, non de illis qui per formalem infeudationem dignitatis cum pleno imperio, regalibus, & jure Principatus à Statu Papæ diſmembrata ſunt; Ad quæ benè conferunt deducta *in Romana Bulli alearum ſub tit. de Regalibus ad materiam vectigalium.*

Clarius id liquet *ex* § 2. *& ſeqq.* Bullæ, vel Papa mandat, quæcumque mandata executiva per quoſcumque judices ordinarios vel delegatos Urbis, & Status Eccleſiaſtici contra Barones relaxata, poſſe liberè, & manu regia exequi, ſuper quibuſcumque bonis in eodem ſtatu exiſtentibus, quod utique adaptari non poteſt locis infeudatis cum dicta qualitate feudi majoris, & dignitatis, ubi decreta, & mandata relaxata per judices Romanæ Curiæ in materiis laicalibus ac temporalem juriſdictionem concernentibus abſque conceſſione *exequatur*, nullam habent executionem; Accedente præſertim inconcuſſa obſervantia, quia nunquam viſum eſt hujuſmodi Bullam in Statu Parmæ, vel Urbini, ante devolutionem practicari, & quidem dicebatur propoſitio impracticabilis, alias infinita inconvenientia paritura, quia eadem ratio procederet in Baronibus Regni Neapolitani, quod eſſet abſurdum inpracticabile.

Undè per Rotam *ſub dicta die* 13. *Maii* 1658. *coram Bevilaqua*, abſque aliqua difficultate ita deciſum fuit, & deciſio in hac parte placuit etiam Congregationi Baronum, per quam abſolutè eadem opinio tenetur, *ut etiam habetur in Romana pecuniaria de Pallavicinis hoc eod. tit.* ubi de feudatariis. & Domicellis ſtatus Parmæ, & Placentiæ, *dictaque deciſio eſt impreſſa poſt Paitell. deciſ.* 56. *confirmata deciſ.* 51.

Difficultas autem erat reſpectu hujus Status Urbini à tempore devolutionis citra, dum ob reverſionem, per remotionem obſtaculi, ad ſuam primævam naturam, hodie dicitur ſtatus immediatus, eodem modo, quo aliæ Provinciæ, & Civitates dicuntur, undè leges Regni vel Provinciæ habere debent locum in Civitatibus vel 9
Provinciis reintegratis, & incorporatis, quia ſunt unum, & idem cum ſuo corpore, tanquam membra reſtituta ſuæ unitati.

Et quamvis Rota in ſupradicta hujus cauſæ deciſione contrarium dixerit abſque aliqua neceſſitate, dum difficultas non intrabat ex facti circumſtantiis, nam alienatio facta erat ante devolutionem, nihilominus hæc reſolotio nullatenùs placuit Congregationi Baronum, & fateor, quod neque mihi, licet pro hac parte ſcribenti, arriſit.

Quæſtio enim, An Provincia vel Civitas addita Regno, vel ditioni ejuſdem Regni ſeu ditionis legibus vivere debeat, vel potiùs cum propriis continuare, procedit in illa additione, quæ fit per viam unionis æquè principalis ſub titulo diverſo, qui adhuc retineat, & duret, ita ut idem Princeps, quam-

vis

vis materialiter conſideratus, ſit una perſona, & ſub unius majoris Principatus nomine de facto demonſtrari ſoleat, etiam reſpectu locorum, quæ ſub diverſis titulis poſſidet, ut videmus in Rege Hiſpaniarum, quod licet dictum Regnum poſſideat diverſo titulo ab illis, cum quibus poſſidet Principatum Ca-
10 taloniæ, utriuſque Siciliæ, & Sardiniæ Regna, Ducatum Mediolani, & cætera, nihilominus quandoque de facto ſub dicto nomine Regis Hiſpaniarum omnia hæc alia dominia demonſtrantur, *ut apud Menoc. deciſ.59. Barboſ. de appellatione verborum verbo Hiſpania cap.115.*

Attamen formaliter, & quoad omnium Regnorum ſeu dominiorum leges, ritus, & privilegia, conſideratur uti perſona merè diſtincta, & quodlibet Regnum, vel dominium ſuis legibus vivit, neque
11 ſubjaceat illi Regno vel dominio, quo idem Princeps intitulari ſolet *ex deductis apud Rojas in Barchinonen. Canonicatus deciſ.279. à num.6. 281. & 286.* & priùs in eadem coram *Veroſpio deciſ.316. part.9. rec.* Atque iſto caſu intrat traditio *gloſ. & Bald. in l.3. ff. de offi. Præſid.* Quod Rex Angliæ in Ducatu Vaſcoviæ conſideratur tanquam Comes, non tanquam Rex, adinſtar Epiſcopi, cui alter Epiſcopatus æquè principaliter, non autem ſubjectivè & per viam incorporationis unitus eſt, ut de his magis diſtinctè habetur in *Pampilonen. decimarum ſub tit. de præminentiis*, ubi de puncto, an Regnum Navarræ veniat ſub nomine Regnorum Caſtellæ & Legionis propter unionem factam illi Coronæ.

Hæc autem convenire non poſſunt terminis noſtris (ut minùs tutè ſentire viſa eſt Rota utendo termino unionis,) quia non agitur de Provincia, vel ditione de novo acquiſita, vel unita, ſed de antiquo membro Status Eccleſiaſtici, aliàs à ſuo corpore per infeudationem diſmembrato, ad priorem naturam, & ſui corporis unitatem per remotionem obſtaculi reverſo, ſeu reſtituto.

Motivum ſcribens pro hac parte, tanquam Advocatus, obſtare in dicto ſtato præfatæ Bullæ publica-
12 tionem in novis legibus neceſſariam, ut legum vigorem habeant, *authentica ut novæ factæ Conſtitutiones, &c. Canoniſta in cap.2. de Conſtitutionibus Theſaur. deciſ.249. num 6. Franch. deciſ.360. Menoch. de arbitrar. caſu 185. Rovit. pragm.10. de extraction. num.5. & ceteri*, & Rota amplexa eſt motivum; Sed hoc etiam videbatur meo judicio periculoſum, quoniam quicquid ſit, an leges temporales Papæ ſubjaceant hujuſmodi ſolemnitatibus, à quibus exemptæ ſunt leges ſpirituales, quæ ab ipſo tanquam Papa, & Chriſti Vicario per univerſam Eccleſiam proferuntur, de quo plenè habetur *in Nullius Baren. & aliis ſub tit. de Cenſibus* ſuper puncto Bullæ Pii V. ſuper forma creandi cenſum; Et quidquid ſit de legibus ab eodem prolatis tanquam à Principe ſæculari, ſuper quo relinquitur locus veritati; illud tamen eſt certum, quod hoc requiſitum deſideratur ab initio promulgatæ legis, ad effectum, ut illius vigorem, ac perfectionem obtineat; Poſtquam verò publicata fuit, pluriumque annorum ſpatio obſervata per univerſum Statum, ita ut ad perfectum eſſe legis redacta ſit, tunc neceſſaria non videtur nova publicatio in ſingulis locis, quæ unitivè, & per viam reverſionis ad ſuam cauſam de eodem Statu, ſeu Principatu tanquam ex ceſſante impedimento reverſa ſint, atque de eodem corpore effecta, non per viam additionis, ſed reverſionis ut ſupra.

Declaratio autem voluntaria Principis mutuandi jura illius novæ Provinciæ, vel loci, & ſubjiciendi juribus alterius Principatus, ad quem effectum Rota *in dicta deciſione* conſiderat publicationis neceſſitatem *ex theor. Bart. in tractatu Tiberiadis tit. de Inſula, §. nullius enim, num 10. cum aliis in eadem deciſione deductis*, procedit in provinciis, vel locis additis per viam additionis, & novæ unionis cum titulo diverſo, apto ſtare de per ſe, quia Principe diverſam voluntatem non declarante, illa provincia, ſeu locus perſeverare dicitur in ſuo primævo jure, ejuſque primæva natura, ex deductis *in dicta Pampilonen. ſub tit. de præminentiis*, & in hoc verſari videtur aliquod æquivocum.

Solidius motivum credebam alterum, quod ſequuta devolutione, *Epiſcopus Campeggius* primus pro Sede Apoſtolica cum ampliſſima poteſtate Gubernator, ſub die 28. *Aprilis* 1631. particulari edicto cavit, ſervari debere decreta Ducalia, & ejuſdem Status ſtatuta, & leges particulares, quod etiam Pontifex Urbanus VIII. probavit, de quo habetur in hac eadem cauſa *ſub tit. de fideicommiſſ. & dicta deciſ.50. poſt Paitell. atque in alia Urbinaten.ſub tit. de donationibus*, quaſi quod ita Pontifex dictum Statum, quodammodo ab alio ſeparatum eſſe voluerit, atque ſub propriis legibus vivere.

Sed pariter hoc minùs tutum videbatur, quia hoc operari poteſt, ut leges per Duces editæ, eorum dominio reſoluto non evanuerint, prout dubitari poterat ex regula *text. in l. lex Vectigali, &c.* Et ſic 13
operatur, quod illa decreta, & ſtatuta adhuc vigeant, & ſervanda ſint, ita ut in concurſu cum jure communi, ſeu cum conſtitutionibus, ſtatutis, & decretis generalibus, juxta particularium ſtatutorum naturam, prævaleant, ſed non indè inferri poteſt ad caſus ab eiſdem decretis, & ſtatutis particularibus omiſſos, quia in iſtis intrat regula generalis, quod deficientibus legibus, & ſtatutis particularibus, intrant ſtatuta, ſeu leges generales, quarum efficacia non ceſſat in caſibus, in quibus leges particulares non diſponunt, nec adverſantur, *ex deductis per Burats. & Adden. deciſ.332. & ſequenti. Adden. ad eumdem deciſ.834. Veliterna prædii 15. Maii 1656. Albergato, &* paſſim.

Veritas tamen eſt de facto, quod uſque ad hæc tempora, illi populi vixerunt cum hac opinione, continuari ſcilicet cum eorum legibus antiquis privativè, ideoque Bullas, & bannimenta diſponentia de univerſo ſtatu, non habere ibi locum, quod non ſemel in praxi vidi, & audivi occaſione aliarum controverſiarum Urbinatenſium, præſertim circa *Ægidianam*, in contractibus minorum, & mulierum, ut ſuo loco habetur; Undè licet quoad iſtam Bullam in ſpecie, Congregatio Baronum rationabiliter diverſam habeat, & practicet opinionem, hæc tamen opinatio populorum pro caſibus præteritis, multum per judices attendenda videtur pro regulandis actibus geſtis de tempore, quo talis opinio habebatur, præſertim ſtante praxi Ducatus, ſeu ſtatus Ferrariæ, & legationis Baroniæ, nam licet ſint de ſtatu Eccleſiaſtico, attamen vivere videntur, tanquam provinciæ omninò ſeparatæ, & ſtantes de per ſe, juxta ea, quæ habentur ſupra *in Civitatis Caſtelli pro Ubaldinis, & in dicta Romana Bulla aliarum ſub tit. de regalibus ad materiam vectigalium.*

† SUper contentis in hoc diſcurſu, an ſcilicet leges Principatus locum habeant in Civitatibus, & Provinciis ſuperadditis, ſive ſuperadditio ſit per viam novæ conquiſitionis, ſive ſit per per viam recuperationis, vel devolutionis, agitur *ſub tit. de Judic. diſcurſ.35.* ac etiam conferunt, quæ habentur *diſcurſ.29. de Præem.* Iſtæque deciſiones, ut in diſcurſu inſinuatur, non ſunt receptæ in Congregatione Baronum, in qua paſſim ſervatur contrarium, & meritò.

ROMANA

Digitized by Google

ROMANA FIDEICOMMISSI

Pro CREDITORIBUS FRANCISCI DE URSINIS,

Cum ISABELLA URSINA.

Caſus deciſus per Rotam pro Iſabella.

An Bulla Baronum intret pro debitis contractis poſt venditam, ſeu aliàs ceſſatam Baroniam, & poſſeſſionem caſtrorum, & bonorum Juriſdictionalium.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *An Bulla Baronum procedat pro debitis contractis poſt ceſſatam Baroniam.*
3 *Prærogativæ, & qualitates ex officio, vel dignitate reſultantes, remanent etiam dimiſſo officio.*
4 *In quo conſiſtere dicitur Baronum potentia, ob quam emanavit Bulla.*
5 *Qui dicantur potentes ad effectum juriſpatronatus.*
6 *Deciſio, quod Bulla non procedit pro debitis contractis poſt ceſſatam juriſdictionem.*
7 *Declaratur, quando ceſſata etiam Baronia intret Bulla.*

DISCURSUS LXXXIV.

PRætendens Iſabella Urſina, per obitum Franciſci fratris avocare ab iſtius creditoribus loca mon-
1 tium vel bona, tanquam provenientia ex pretio Caſtri Montis Rotundi, ejuſque loco ſubrogata in vim aviti fideicommiſſi ad ejus favorem purificati, obtinuit *in Rota coram Veroſpio per duas deciſiones ſub diebus 21. Junii 1652. & 24. Martii 1653.* dicti fideicommiſſi purificationem ad ſui favorem canonizari, quarum deciſionum prima eſt 283. *part. 11. rec.* & de qua cauſa habetur *ſub tit. de fideicommiſſis.* Unde creditores, ut ſe in dictis locis montium, & bonis à Franciſco debitore poſſeſſis adverſus fideicommiſſum tuerentur, convolarunt ad exceptionem reſultantem ex Bulla Baronum, quam excipendo ratione circuitus poſſe deduci coram quocumque judice, eadem Rota firmave-
2 rat *in Urbevetana Bonorum 13. Maii 1652. coram Dunozetto*, & eſt notatum ſuprà *in Urbinaten. Pradii, & in aliis*, ſtante quod idem Franciſcus fuerit dominus, & poſſeſſor dicti caſtri Montis Rotundi; Et quamvis ex parte Iſabellæ replicaretur, debita de quibus agebatur contracta eſſe poſtquam Franciſcus caſtrum vendiderat, proindéque deſierat eſſe Baro, adhuc tamen urgebant creditores, Baronalem qualitatem ſemel impreſſam non ceſſaſſe, undè ſuper hoc puncto particularis diſputatio in Rota aſſumpta fuit; An ſcilicet Bulla Baronum locum habeat pro debitis contractis poſt dimiſſam Baroniam.

Ego & cæteri ſcribentes pro creditoribus, affirmativam tenebamur ex eo quod Bulla loquitur de omnibus, & quibuſcumque Baronibus per verba generalia, & effrenata, ideóque complectitur omnes ſub hoc vocabulo venientes, qualis dici poterat Franciſcus, etiam poſtquam dictum caſtrum vendiderat, quia in officio vel dignitate conſtitutus, illis finitis, adhuc nomen, privilegia, & prærogativas retinet, cum im-
3 primantur, ac inhæreant oſſibus, à quibus avelli non poſſunt, *juxta text. in l. 1. & 2. C. de Præf. prætorio, & lib. 12. l. mima, C. de primiceriis eodem lib. 12.* per quæ & alia juxta ſic firmant *Andreas de Barul. in eadem l. 2. C. de præfect. prætorio, num. 1. ubi Joannes de Platea num. 2. Rebuff. num. 1. & uterque in l. prima, C. de præpoſitis Sacr. Cubic. eodem lib. 12. Conſtantius in l. 1. num. 40. C. de Conſulibus eodem lib.*

. Et in ſpecie, quod Comes, Dux, Marchio, vel Baro, privatus Ducatu vel Comitatu ſeu Baronia, adhuc remaneat talis, ac retineat nomen & prærogativas pro toto tempore ejus vitæ, firmant *Iſernia in cap. 1. num. 2. de feudo Marchiæ, ibique clarius Afflict. num. 13. Caſſaneus in Catalogo gloriæ mundi, part. 5. conſideratione 49. Maſtrill. de magiſtratibus lib. 4. cap. 3. n. 69. & 72. Aponte de poteſtate Proreg. tit. de elect. offi[ci]alium, §. 8. num. 19. latè Rovitus*, qui doctè & ex profeſſo rationibus, & auctoritatibus id probat *ſuper pragmatica prima de titulorum abuſu, num. 24. & ſeq.* quod paſſim habemus in praxi in Epiſcopis, qui dimiſſo Epiſcopatu, nomen, titulum, prærogativas, & uſum Pontificalium retinent.

Quamvis enim ceſſaverit actualis juriſdictio in vaſſallos, non per hoc tamen ceſſaſſe dicebam illam Magnatitiam, & Baronalem qualitatem, quæ in populo, & mercatoribus ſemel impreſſa reverentiam cauſat, ac potentiæ rationem in eiſdem Baronibus perſeverare 4
facit. Potentiæ ſiquidem ac reverentiæ ratio non conſiſtit in actualitate juriſdictionis in vaſſallos, quia ſtante Pontificis ejuſque officialium ſumma vigilantia, non datur in Statu Eccleſiaſtico illa concuſſio, & potentia, quam Barones in aliis regionibus exercent, *ut eſt deductum ſuprà in Sabinen. ſtatus Montis Libretti*; Ideóque ad hunc effectum ſufficere debet illa potentia, quæ ex Magnatitia, & Baronali qualitate reverentiam in populo, & plebe cauſat, ut eis petentibus non audeant denegare merces, & bona pecunia credita, nec de facili procedatur ad executionem & licitationem eorum bonorum, quæ ſunt rationes, quibus principaliter innixa eſt Bulla, plenè conſideratæ in ſæpiùs allegata *deciſ. 36. part. 5. recent.* emanata in individuo ſuper iſto caſtro Montis Rotundi, ac latè & eruditè ſuper reverentia & obſequio, quæ per privatos Baronibus & magnatibus præſtantur, ſeu præſtari debent *Gratian. diſcept. 284.*

Ad quod comprobandum ponderabam diſpoſitionem *S. Concilii Tridentini ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9.* 5
ſuper forma probandi Juſpatronatus potentium, ſub quorum nomine regulariter veniunt Barones & alii habentes juriſdictionem in loco, *ut ſæpius habetur ſub tit. de Jurepatronatus*; ſed non per hoc ſola actualis juriſdictio dicitur cauſa potentiæ, nam etiam qui alias juriſdictionem habuerint in loco, ſive ſint in magnatitia qualitate conſtituti, vel de familia potenti, veniunt ſub hoc nomine, quamvis actualem juriſdictionem non habeant, cum eadem ratio in eis militet, *ut plenè habetur deciſ. 197. à num. 33. part. 5. recent. & in aliis.* Ponderando etiam hujus Bullæ favorem, qualem eadem Rota jam firmaverat *dicta deciſ. 36. part. 5.* undè propterea inferebam benignam ac latam interpretationem capiendam eſſe.

His non obſtantibus contrarium fuit per Rotam determinatum, *ſub die 8. Junii 1654. coram Veroſpio,* 6
ex eo fundamento, quod licèt diſtractis caſtris vel bonis juriſdictionalibus, Baroniæ nomen, & aliquæ prærogativæ tanquam prioris dignitatis reliquiæ retineantur, ceſſavit tamen illius jus, ac effectus, allegando *Bald. in tit. quis dicatur Dux, num. 2. & in tit. De his qui feudum dare poſſunt verb. Marchio in principio, Decian. conſ. 9. num. 22. lib. 1. Menoch. conſ. 701. num. 20. & alios per Maſtrill. de magiſtratibus lib. 4. c. 4. num. 2. & 3.* Ac etiam quia tam Bulla, quàm clarius chirographum ab eodem Clemente ad dictæ Bullæ declarationem editum, reſpicere videntur ad perſonas habentes actualem juriſdictionem, ponderando præſertim illa verba chirographi; *Eſſendo venutici chiami per diverſi creditori di Baroni, & altri che hanno giuriſditione*, cum illud verbum *aliis* importet ſimilitudinem; Et quoad concluſionem ſuper retentione nominis, & prærogativatum, dicebatur id procedere quoad quaſdam honorificentias, ſecus autem quoad ſubſtan-

Digitized by Google

ſiam, & effectum Baroniæ & ut iſti comprehendantur ſub novis exorbitantibus legibus, quæ de Baronibus diſponunt.

Urgebat motivum ſemel impreſſæ reverentiæ ac potentiæ in privatis & populo præſertim minuto, ſed ei *Rota* reſpondit cum ſolo facto, ponderando ſcilicet, quod quando Franciſcus poſt caſtrum venditum & amiſſam Baroniam debita contraxit, non ſe vocavit ampliùs Baronem vel Domicellum, ſed ſub ſolo nomine & nuncupatione nobilis ſeu patritii Romani contrahere profeſſus eſt, ideóque creditores dicere non poterant, ſe à titulo, & magnatitia qualitate ſub publica fide deceptos fuiſſe.

Iſta reſolutio placuit Congregationi Baronum, an toti Curiæ viſa eſt rationabilis, undè per eamdem Congregationem, me practicante, pluries canonizata fuit, quoniam eſſet aliàs hujuſmodi novam legem (quam negari non poteſt à juris communis diſpoſitione exorbitare) nimium extendere, & dum illa non practicatur cum Ducibus, Marchionibus, & aliis Baronibus actualiter poſſidentibus caſtra, & juriſdictionem in vaſſallos, ex eo quod illa ſita non ſunt in Statu Eccleſiaſtico immediato, ſed mediato, quamvis Magnatum & Baronum primi ordinis figuram in Urbe faciant, multo minùs practicari debet cum iſtis, qui verè & de facto deſierunt eſſe Barones, nullumque habent vaſſallagium vel juriſdictionem.

Eſt benè verùm, quod attenta dicta ratione per Ro-
7 tam ponderata, per argumentum à contrario ſenſu ex ea deductum, ſatis probabile videtur, quod ſi aliquis Baro, poſt venditam vel aliàs renunciatam Baroniam, retento titulo ſeu nuncupatione, tanquam talis contrahere profiteatur, adhuc practicanda videatur Bulla, pro Congregationis arbitrio ex facti qualitate, & circunſtantiis regulando, ad favorem illorum creditorum, qui de hujuſmodi ceſſata qualitate veriſimiliter non informati, ſub hac bona fide contraxerunt, cum mercatores & alii privati de populo inferiori, & multò magis exteri de hujuſmodi circunſtantiis non ſoleant eſſe informati, atque ſciant, an unum vel plura caſtra Titulati, & Barones Romani poſſideant, & an per unius venditionem tales eſſe deſierint, ideò totum pro dictæ Congregationis prudenti arbitrio crederem regulandum; Creditores convolarunt ad aliud motivum à me excitatum renunciationis factæ per dictam Iſabellam, cujus vigore obtinuerunt, ut in hac eadem cauſa ſub *titulo de renunciationibus*

† DE contentis in hoc diſcurſu, an Bulla Baronum habeat locum in debitis contractis, poſt ceſſatam Baroniam, per venditionem feudi, ſeu loci juriſdictionalis, videnda ſunt ea, quæ habentur deducta infrà *in Romana Cenſus diſc.* 119.

ROMANA DONATIONIS DE ANDOSILLIS

Pro INSIGNI J. C. ANGELO ANDOSILLA EIUSQUE HÆREDIBUS.

Cum CREDITORIBUS RAPHAELIS ANDOSILLÆ.

Cum deciſus per Rotam ad favorem Angeli.

An Bulla Baronum locum habeat pro debitis contractis durante Baronia, ſuper bonis acquiſitis cum onere fideicommiſſi poſt illam dimiſſam, & ceſſatam ordinati.

An locum habeat in fideicommiſſis & primogenituris, adhuc vivente illorum ordinatore, & ſe opponente.

Pro quibus debitis Bullæ diſpoſitio locum habere debeat, an pro contractis ex cauſa prodigalitatis, & diſſipationis.

Quando quis ad effectum Bullæ dicatur Baro vel Domicellus, & an quodlibet Juriſdictionis exercitium illum faciat talem.

Et de Bulla Archivii Urbani VIII. per quam ceſſat Bulla Baronum.

SUMMARIUM.

1. *Facti ſeries.*
2. *De Bulla archivii moderatoris Bullæ Baronum.*
3. *Qualitas Baronalis quando adeſſe dicatur, & quis dicatur Baro.*
4. *Poſt venditum vel dimiſſum caſtrum ceſſat qualitas Baronalis ad effectum Bullæ.*
5. *Maritus non efficitur Baro ob caſtrum extradotale uxoris.*
6. *Ceſſio commoditatis caſtri vel feudi non transfert illius dominium, & poſſeſſionem.*
7. *An facta ceſſione commoditatis cedens remaneat Baro ad effectum Bullæ.*
8. *Cedens poſt factam ceſſionem exercere poteſt jura ceſſa de conſenſu ceſſionarii ad iſtius commodum.*
9. *De intelligentia verbi* quoquo modo *Bullæ.*
10. *Bulla Baronum non capit bona quaſita poſt ceſſatam Baroniam cum vinculo fideicommiſſi.*
11. *Donator quamvis non poſſit revocare donationem, poteſt tamen eam dubiam declarare.*
12. *Promiſſio de relinquendo aliquam rem poſt ejus mortem, an importet donationem ab initio perfectam.*
13. *An Bulla Baronum deroget fideicommiſſis ordinatis à donatoribus adhuc viventibus & ſe opponentibus.*
14. *Multa conceduntur diſponenti vivo, quæ denegantur ſucceſſoribus.*
15. *Voluntati viventium non ſolet derogari.*
16. *De rationibus ſalvantibus Bullam Baronum, & quibus ipſa innixa eſt.*
17. *De verbo* antiquis *in eadem Bulla contento.*
18. *In exorbitantibus non datur repetitio qualitatis.*
19. *Pro quibus debitis Bulla deberet practicari, & pro quibus non.*
20. *Qui creditores ſint indigni beneficio Bullæ.*

DISCURSUS LXXXV.

RAphael Andoſilla, Angeli Inſignis J. C. primarii Advocati, & deindè utriuſque ſignaturæ De- 1
cani, ex fratre nepos, de anno 1643. primum contraxit matrimonium cum Anna Morona, quæ tanquam Franciſcæ Melchioriæ filia, & cohæres, cum Portia ſorore poſſidebat medietatem caſtrorum Cantalupi, & Bordellæ, de quibus habetur ſuprà *in Tiburtina Caſtrorum*; Sed quamvis ejus dos in dictorum caſtrorum quarta parte conſiſteret, eam tamen in hac ſpecie prudens ſponſi patruus noluit, undè per aliquos puellæ conjunctos conſtituta fuit dos de proprio in quantitate ſcut. 8. m. pro quorum reintegratione, Anna eis ceſſit dictorum caſtrorum portionem ſeu tenutam, conſtituendo eos procuratores in rem propriam, donec obtento beneplacito apoſtolico, formalis ceſſio ſeu datio in ſolutum ſequi poſſet.

Mortua eſt brevi tempore ſponſa, quæ nullis ſuperſtitibus filiis hæredem ſcripſit Raphaelem virum, in dictorum dotantium optione relinquendo, ac caſtrorum portionem vel quantitatem ſcut. 8. m. præſtare vellent; eiſque ſolventibus pecuniam penes eoſdem dictæ portionis caſtrorum tenuta cum fructuum & emolumentorum perceptione fuit.

Ad ſecundas nuptias Raphaël de anno 1646. convolavit cum Angela Palazzola, cujus matrimonii contemplatione, Angelus Patruus promiſit ſponſos eorumque filios, & familiam, donec vixerit, domi retinere, & congrua alimenta juxta qualitatem ſubminiſtrare, poſt mortem verò eidem Raphaeli relinquere tot bona, quæ importarent annuum redditum ſcut. 2. m. ſub

ſub fideicommiſſis tamen, & vinculis per ipſum quandocunque adjiciendis; Quibus ſequutis, cum de anno 1650. dictorum caſtrorum poſſeſſores ad illorum venditionem proceſſiſſent ad illorum ſavorem Cæſaris Palazzolæ, ad majorem emptoris cautelam, Raphael tanquam Annæ hæres inter venditores intervenit, cum expreſſa tamen proteſtatione, id agere pro ejus ſolo jure, & intereſſe, abſque aliquo ejus præjudicio vel obligatione ad evictionem, vel reſtitutionem pretii, quod nullum recepit, utpotè ſolutum illis, qui dotem ſibi ſolverant ut ſupra. Quibus peractis, de anno ſequenti Angelus patruus, eique Raphaeli, ejuſque deſcendentibus cum ordine primogenituræ in perpetuum, plurium bonorum donationem fecit, & econverſo donatarius aſſerens poſſidere ſcut. 17. m. provenientia ex dotibus primæ, & ſecundæ uxoris, illa eidem primogenituræ incorporavit. Cum autem paulo poſt Raphael prædictus, ſuperſtitibus Angelo, & Portia filiis gravi æris alieni mole preſſus deceſſiſſet, atque creditores moleſtias inferre cōminarētur ſuper bonis donatis, Angelus donator adhuc ſupervivens judicium inſtituit coram A. C. ac favorabilem ſententiam reportavit ſuper donationis reſolutione, à qua ſententia interpoſita per creditores appellatione, & commiſſa cauſa in Rota coram *Cerro*, datum fuit dubium, *an donatio eſſet reſoluta, & quatenus non, quale Jus creditoribus ad bona donata competeret*, eoque propoſito *ſub die 3. Junii* 1658. utrique reſpectivè parti favorabilis reſolutio prodiit, donationem ſcilicet non eſſe reſolutam, ſed creditoribus nullum Jus competere ſtante ſtrictiſſimo fideicommiſſo per donatorem adjecto; Quia verò creditores rectè conſcii de fideicommiſſo oppoſuerant illud non obſtare ob Baronalem qualitatem in dicto Raphaele concurrentem ob Conſtitutionem 41. Clementis VIII. vulgò Bulla Baronum nuncupatam, de hoc reſervatum fuit particulariter videri, undè propterea *ſub die* 44. *Jan.* 1659. aſſumpta deſuper diſputatione, reſolutum fuit Bullam non obſtare, & poſt longum ſilentium reaſſumpta cauſa per creditores, obtentaque nova audientia, reſolutio prædicta confirmata *ſub die 9. Junii* 1666. *coram eodem Cerro*, & in hoc ſtatu cauſa reperitur, quarum deciſionum prima eſt *poſt Bordenum deciſ.* 50.

Plura fuerunt fundamenta, ex quibus ego, & cæteri pro donatore, & donatariis reſpectivè ſcribentes, dicebamus dictam Bullam non intrare, quamvis non omnia deducta fuerint in deciſionibus deſuper editis. Primum erat illud archiviationis dictæ donationis ad

2 formam *Conſtitutionis* 137. *Urbani VIII. qui vulgò Bulla Archivii nuncupatur*, dictæ Bullæ Baronum moderatoriæ, & de qua habetur ſpecialiter actum infrà in *Romana Bulla archivii* ſuper puncto, an ejus forma impleri poſſit per æquipollens cum certa ſcientia creditorum ſeu contrahentium, quæ diſputatio in præſenti non cadebat, cum jam de formæ præciſæ implemento conſtaret.

Illud motivum deducitur in deciſionibus, præſertim ſecunda anni 1659. & erat irrefragabile quoad debita contracta poſt ſex menſes à die archiviationis juxta ejuſdem Bullæ diſpoſitionem, parùm verò ſuffragatur, cum major pars æris alieni contracta eſſet ante dictum tempus, undè propterea nulla deſuper cadebat juris diſputatio, cum totum conſiſteret in facto.

Alterum fuit motivum, in ultima præſertim deciſ. anni 1666. canonizatum, deficientis qualitatis

3 Baronalis in dicto Raphaele, qualitas enim prædicta conſiſtere dicitur in præeminentia juriſdictionis ſuper vaſſallos alicujus caſtri vel loci *Petra de poteſtate Principis*, *fol.* 97. *Caſſan.* & *cæteri collecti per Capoblanc. de Baronibus tom.* 1. *in rubr. num.* 12. *cum ſeq.* & omnium meo judicio melius *Freccia de ſubfeudis lib.* 1. *tit. de origine Baronum num.* 2. *cum ſeq.* ubi ſatis eruditè de hoc Baronis nomine ſeu vocabulo agit.

Adeóque dicta qualitas requiritur, quod non ſufficiat illam extitiſſe, & poſtmodum ceſſaſſe ob venditum 4
vel refutatum ſeu aliàs dimiſſum feudum ſeu caſtrum, licèt enim quod honorificentias, & prærogativas prioris dignitatis reliquiæ remaneant, non tamen ad hunc effectum ſufficiunt ex iis, quæ habentur ſupra *in Romana fideicommiſſi hoc eod. tit.*

Dictam verò qualitatem nunquam in dicto Raphae-
le extitiſſe dicebamus, quoniam diſtinguendo tempo- 5
ra, aut agebatur de illo, vivente Anna uxore portionis hujuſmodi caſtrorum domina, & tunc quicquid ſit, an dominium, non obſtante ceſſione facta dotantibus penes ipſam reſideret, & an ad hunc effectum ſufficeret, ut infrà, certum videbatur nullum dominium vel poſſeſſionem fuiſſe penes Raphaelem virum, cum dicta caſtrorum portio in dotem data non eſſet, ſed remanſiſſet in bonis extradotalibus, in quibus, ubi etiam remanent ad plenam, & liberam diſpoſitionem, & fruitionem mulieris, maritus ex diſpoſitione legis fundata in præſumpta voluntate mulieris, habet ſolùm quamdam adminiſtrationem quandocumque revocabilem, abſque dubio non ſufficientem ad hujuſmodi qualitatem imprimendam, multò magis ſtante dicta ceſſione ad favorem dotantium, ob quam de facto eadem mulier neque poſſederet, undè quoad iſtud primum tempus res videbatur plana.

Aliqua verò difficultas cadebat ſuper ſecundo tempore, poſt mortem ſcilicet dictæ Annæ uſque ad venditionem, ob qualitatem hæreditariam in dicto Raphaele concurrentem. Licet enim Teſtatrix ut ſuprà, in dotantium optione reliquiſſet, vel reſtituere ſibi ceſſam portionem caſtrorum, vel illa retenta, ſolvere ab eis promiſſam dotem in pecunia, illique hanc
ſecundam partem elegiſſent, unde de facto penes ipſos 6
dictorum caſtrorum poſſeſſio, & fruitio penes eos fuit, nihilominùs dicebant ſcribentes pro creditoribus (& in hac parte benè,) hujuſmodi ceſſionem fuiſſe ſolius commoditatis jure conſtitutionis procuratoris non tangentis ipſorum caſtrorum ſubſtantiam, quæ verè ſemper remanſit, tam in dominio, quàm in poſſeſſione penes cedentem, & ſucceſſivè penes ejus hæredem, ex iis, quæ de ceſſione vel alienatione ſolius commoditatis feudi, aliarumque rerum in commercio non exiſtentium habentur *hoc eod. tit. frequenter*, præſertim *in Tiburtina Caſtrorum, & Romana ſeu Status Eccleſiaſtici infeudationum.*

Fortius verò concurrentibus facti circunſtantiis idem comprobantibus, dum ex parte creditorum exhibebantur aliquæ deputationes officialium, aliique actus juriſdictionales per dictum Raphaelem geſti, ipſeque tanquam dominus in venditionis contractu ut ſuprà intervenerat.

Verùm, reflectendo etiam ad veritatem, objectum non videbatur ſubſiſtens, ideóque meritò rejectum, quoniam licèt propter obſtaculum conſtitutionum apoſtolicarum prohibentium caſtra, & bona juriſdictionalia alienari, ſeu aliàs in contractum deduci, quinimò neque tractari ſine beneplacito apoſtolico, facta eſſet dicta ceſſio de ſola commoditate, quam utpotè non tangentem rei ſubſtantiam dictæ prohibitiones non percotiunt, & conſequenter in ſtricta juris cenſura rectè procederent ea, quæ dicebantur per ſcribentes
in contrarium ſuper continuatione dominii, & poſ- 7
ſeſſionis penes cedentem ejuſque hæredem, nihilominùs verè, & de facto iſtud erat quoddam dominium intellectuale, ſine effectu actualis juriſdictionis in vaſſallos, in qua ſe fundat Bulla Baronum, & clariùs chirographum ſubſequens ejuſdem Clementis octavi, unde propterea effectus magis quam hoc Jus imaginarium ſeu intellectuale ſpectari debet, juxta ea quæ habentur *in Romana pecuniaria de Pallavicinis*, *in alia Romana de Maximis ſeu Panzanis & pluries hoc eodem tit.*

Ad actus verò prædictos, qui in contrarium dedu-

cebantur circa deputationem officialium, alioſque Juriſdictionales, reſpondebatur cum ſolo facto, ob non benè juſtificatam recognitionem, & effectuationem, & nihilominùs, ubi etiam juſtificarentur, cum verè & de facto ipſi ceſſionarii ſemper officiales deputaſſent, ac juriſdictionem exercuiſſent, alioſque actus Baronales, & dominicales egiſſent, ita ut ipſi à vaſ- 8 ſallis recognoſcerentur pro dominis, interventus dicti Raphaelis in alicujus officialis deputatione adhibitus fuit ad quandam ſuperabundantem cautelam, in gratiam, & commodum ipſorum ceſſionariorum, eo modo quo cedens poſt ceſſionem alteri factam, quamvis jura ceſſa ad proprium commodum exercere non valeat, non tamen prohibetur id agere de conſenſu ceſſionarii, ac in ejus commodum, & gratiam *latè Caberan.deciſ.61. Buratt. deciſ.135.num.6.cum ſeq. deciſ.44. part.11.rec. num.15. & alias frequenter*, non videbatur facere eum verum Baronem.

Eodemque modo reſpondebam ad alterum actum interventus in venditione, quod ſcilicet fuiſſet pro ſolo conſenſu in gratiam, & commodum ceſſionariorum, qui verè venditionem fecerunt & pretium receperunt; potiſſimè ſtantibus expreſſis proteſtationibus ejuſdem Raphaelis, interveniendi pro ſolo ejus jure & intereſſe,&c. abſque aliqua obligatione evictionis, vel reſtitutionis pretii, unde propterea nullo modo dici poterat ita poſſeſſum fuiſſe caſtrum juriſdictionale, quod exinde reſultaret qualitas Baronalis.

Et quamvis ſcribentes in contrarium inſiſterent in eo verbo *quoquo modo* contento in Bulla §.9.quaſi quod ſufficiat qualis qualis poſſeſſio bonorum juriſdictiona- 9 lium, nihilominùs, *ut in aliis ad hanc eandem materiam advertitur*, iſtud videtur æquivocum manifeſtum, referendi hoc verbum ad poſſeſſionem caſtri ſeu loci juriſdictionalis pro inducenda qualitate Baronali, ſeu domicellaria, dum ita etiam poſſidentes tanquam conductores, ſeu uſufructuarii, aut adminiſtratores dicendi eſſent Barones, dum verbum *quoquo modo*, etiam in eis verificatur, quod utique vanum eſſet aſſerere, ideóque verus ſenſus eſt, dictum verbum intelligendum eſſe, poſita Baronali qualitate, de poſſeſſione bonorum, quæ reperiantur penes ſucceſſores, quod ſcilicet ſufficiat per Barones debitores eam ex dominio per eorum mortem reſolubili poſſeſſa fuiſſe, *ut in aliis deductum habetur hoc eod. tit.*

Addito etiam circa dictum interventum in venditione, quod cum teſtatrix ita hujuſmodi caſtrorum portionem legaſſet dotantibus ſibi conſtitutam dotem in pecunia ſolvere eligentibus, ita non militante apoſtolicarum conſtitutionum obſtaculo in ultimis voluntatibus, exindè ſequebatur, quod dominium pleno jure,ex tunc acquiſitum eſſet, ipſis legatariis ſpeciei, undè ceſſabant ea,quæ, retentis ſolis terminis ceſſionis commoditatis, ſuperius dicta ſunt de continuante dominio penes cedentem, atque ita ceſſabat omnis difficultas, referendo dicti hæredis interventum ad illum actum, quem ipſe facere debet ad commodum legatarii, ut iſte dicatur legitimè accepiſſe legatum à manu hæredis, & ex hoc ceſſabat omnis difficultas.

Excluſa verò Baronali qualitate, ceſſabat Bullæ fundamentum, & conſequenter neceſſitas examinandi alia motiva, in quibus tamen abundando, deducebatur tertium omnium ſolidius, & per quod verè hujuſmodi prætenſio tollebatur in radice, quod ſcilicet bona, ſuper quibus erat controverſia, nunquam poſſeſſa fue- 10 rant per Baronem, utpotè obventa poſt jam ceſſatam Baroniam per venditionem caſtri præcedenter ut ſupra ſequutam. Unde non ſolùm intrabant ea, quæ de geſtis poſt ceſſatam Baroniam habentur ſupra *in dicta Romana fideicommiſſi*, ſed etiam dicebam, cum ſenſu veritatis, fortiſſimè urgere deficientem voluntatem donatoris, qui cupiens mediante fideicommiſſo ſuorum bonorum perpetuam conſervationem in ejus domo, ac proprii fratris poſterioritate, idcircò tanquam vir doctiſſimus, rectéque conſcius hujus Bullæ fideicommiſſorum deſtructivæ, donationem aliàs non feciſſet, eamque facere diſtulit, poſtquam per caſtri venditionem omninò certificatus fuit de ceſſata Baronali qualitate, potiſſimè dum idem donator adhuc vivens hujuſmodi voluntatem expreſsè declaraverat, cui declarationi non percutienti proprium intereſſe, minuſque indirectam revocationem donationis, ſed interpretationem, ſeu manifeſtationem voluntatis dubiæ, receptum eſt deferendum eſſe *ex deductis per Ciriac. controv.295. num.30.& ſeq. Ottbob.deciſ.195.num.18. deciſ.238.n.5. part.3.rec.401.à num.31.part.9.& 84.num.18.& ſeq.part. 10. rec.* ac habetur ſæpiùs in ſua materia *ſub tit. de donationibus.*

Adversùs hoc ſolidiſſimum,ac omninò tutum fundamentum, acriter inſiſtebant ſcribentes in contrarium 11 ſuper ceſſante illius applicatione ad factum, pro illa bonorum rata, quæ conſtitueret annuum redditum ſcut. bis mille, utpotè Raphaeli donatario quæſitum uſque ab anno 1646. in quo ut ſupra in facti ſerie per apocham dotalem illi per patruum intuitu matrimonii promiſſus fuerat, ideóque dicenda erant bona poſſeſſa in ſtatu Baronali,quatenùs,non ſubſiſtentibus præmiſſis dictam qualitatem excludentibus,illa ſubſiſteret.

Verùm objectum mihi videbatur de facili tolli, ex eo quod dictus redditus conventus non eſſet per viam puræ & perfectæ donationis tranſlativæ dominii ab 12 initio, ſed per viam promiſſionis de relinquendo, & ſic per ultimam voluntatem, & per quam ſpeciem aſſecurationis futuræ ſucceſſionis, ita caducatæ per prædeceſſum ejus, cui relinquendum erat, juxta punctualiter firmata ſuper conſimili promiſſione *per Rotam dec. 40. poſt Merlin. de pignor.* cum qua pertranſeunt hujus cauſæ deciſiones, præſertim *prima anni* 1658.& habetur particulariter actum ſub tit. de donationibus *in Parmen. donationis* pro Comite Taraſcono.

Alterum mihi videbatur, præmiſſis etiam ceſſantibus, ſolidum fundamentum dictæ Bullæ excluſivum, 13 ſuper quo tamen Rota, putans cauſæ neceſſitatem id non exigere, nihil firmare voluit, quod ſcilicet loquente Bulla *in* §.9. & toto contextu de fideicommiſſis & primogenituris antiquis majorum jam defunctorum, non comprehenderet tanquam omiſſum & diverſum iſtum caſum, in quo agatur de fideicommiſſo ordinato per donatorem adhuc viventem ac ſe expreſsè opponentem.

Ad quod probandum ponderabam diſpoſitionem *textus in l. prima, l. his ſolis, & l. finali, Cod. de revoc. donat.* ubi ex cauſis ibi expreſſis conceditur ipſi dona- 14 tori viventi facultas revocandi donationem, quæ eo defuncto hæredibus, & ſucceſſoribus denegatur, quoniam multa diſponenti adhuc vivo conceduntur, quæ aliàs ſucceſſori denegantur, *Molina de primogenitura lib.1.cap 9.num.36.& lib.4. cap.11. num.44. Fontanell. de pact.clauſ.4.gloſ.28.num.35.& ſeq.*

Et magis ad rem, Principis ex cauſa, defunctorum fideicommiſſis & majoratibus derogare ſolent, eorum- 15 que voluntatem commutare, quod tamen de viventibus non faciunt *Moneta de commutat. ult.volunt.cap.11. num.664.Molina de juſt. & jur.tom.3.diſput.650. num.1.* atque mortuo fideicommittente, lex concedit pro dotibus conſtituendis vel reſtituendis, etiam totum fideicommiſſum everti poſſe, ex iis, quæ ad materiam *auth. res quæ* habentur *ſub tit. de dote*, vel ſub altero *de fideicommiſſis*, & tamen prorsùs vanum eſſet id prætendere adversùs viventem, ut pro dote conſtituenda vel reſtituenda,ſive ejus obligatione, & ex ſola diſpoſitione legali totius patrimonii ſeu aſſis jacturam & everſionem pati cogeretur, cum ſimilibus.

Præterea, ut frequenter in præcedentibus, & ſequentibus habetur ad hanc materiam Bullæ Baronum, duplex ratio illam à nimia exorbitantia & irrationabilitate ſalvare videtur, una ſcilicet, reducendi rem ad terminos ante Auguſtum, quando fideicommiſſa non erant

Digitized by Google

erant obligatoria, ex ea non improbabili ratione, quod eſt diſponere de bonis in tempore inhabili, & quando poſt mortem omnia ſulventem dici non poteſt amplius dominus; Et altera adinſtar *dictæ autem. ret qua,*
16 veriſimilis, & præſumptæ voluntatis ipſius ordinatoris fideicommiſſi, quod ſcilicet ſi reſurgeret, & interrogaretur, videndo ſucceſſorem in neceſſitate conſtitutum pateretur aliqua bona fideicommiſſo non obſtante diſtrahi. Utraque autem ratio ceſſat ipſo diſponente adhuc vivente & contradicente, undè alias eſſet violare jus gentium ſeu naturæ, quod in Pontifice dicendum non eſt, & de dicta ratione veriſimilis voluntatis ſuper decretis Ducalibus Sabaudiæ, huic Bullæ approximantibus, *Cacheran. deciſ.* 169. *num.*20.

Ponderando etiam illud verbum, *antiquis* in eadem Bulla §.9. contentum; Licet enim illud adjectum ſit
17 inveſtituris, nihilominus etiam fideicommiſſa, donationes, & conceſſiones pereutere videtur, cum omnia ab eodem verbo & periodo regantur; præſertim in materia exorbitanti & correctoria, undè ad evitandam quo magis fieri poteſt exorbitantiam, & juris correctionem, qualitas adjecta in una parte, in omnibus aliis ejuſdem orationis partibus repetita cenſetur, ut ultra generalia, quæ frequenter habemus, præ-
18 ſertim in materiam fideicommiſſorum & ultimarum voluntatum, in his terminis, *bene Cacheran. deciſ.*167. *num.*10. *& ſeq. & deciſ.*169. *num.*6. concurrente præſerti in obſervantia, quæ licet in ſtricta juris cenſura, vera & formalis non adeſſet, cum nunquam caſus contigiſſet, nihilominus adhuc conſiderabile videbatur, quod nunquam Bulla practicata eſſet, ipſomet fideicommittente & contradicente.

Eoque magis dicebam omnia motiva prædicta recipienda eſſe, ac ſufficere quale [illegible] dubium, ut ita pro creditorum excluſione reſpondendum eſſet, quoniam non agebatur de debitis ex aliqua neceſſaria vel ſaltem juſta & honeſta cauſa contractis, ſed ex diſſipationibus & prodigalitatibus, pro quibus hujuſmodi
19 leges ſuffragari non debere, ſatis bene advertitur apud *Cacheran. dicta deciſ.*169. *&* 170 *num.*7. *& per tot.* ubi optima aſſignatur ratio, quod ſcilicet ita eſſet confovere vitium ac peccatum, quod in prodigalitate ineſſe dicitur, in bonis præſertim non ſuis & liberæ diſpoſitionis, ac invitare ad delinquendum, quod frequenter inſinuavi in Congregatione Baronum, *ut ſæpius in aliis hoc eod. tit.* Ea etiam conſideratione acce-
20 dente, quod quando debita contrahuntur per hujuſmodi perſonas, quas notorium eſt eſſe à parentibus vel conjunctis de omnibus neceſſariis abundè proviſos, unde frequentius ſunt debita, quæ clam à majoribus eos providentibus contrahuntur, tunc ipſi creditores non ſunt ab aliqua fraude & dolo alieni, neque debita ſolent eſſe pura, & ſincera, ſed frequentius criminoſa utpote provenientia, vel ex ludo, vel ex ſtocchis, barocchis, & civantiis, ut in hac facti ſpecie pro notabili parte verificari vehemens fumus dabatur, ideóque ſicuti per dictam conſtitutionem 117. Urbani VIII. hujus Bullæ beneficio indigni reputantur illi creditores, qui certam fideicommiſſi notitiam habentes, non in omninò bona fide ac juſta credulitate eſſe dicuntur, *ex deductis in dicta Romana Bal a [illegible] chivis hoc eod. tit.* ſuper jam inſinuato puncto, an forma per dictam conſtitutionem moderatoriam præſcripta impleatur per æquipollens, ita multo magis & abſque dubio hujuſmodi beneficio indigni reputandi ſunt iſti creditores, unde propterea mea ſatis frequens conſuetudo fuit dicendi, hujus Bullæ Baronum exorbitantiam, magis conſiſtere in intellectu & praxi, quam in diſpoſitione, cum revera intelligi & practicari debeat eo modo, quo conſimilia decreta Ducalia Sabaudiæ ſeu Pedemontana [illegible], intellexit & interpretatus eſt ille Senatus apud *Cacheran. dictis deciſionibus*, ubi ſcilicet agitur de debitis ex neceſſaria vel ſaltem juſta & honeſta cauſa, ita ut urgeat aliqua ex præmiſſis rationibus hîc legi applicabilibus, ſive altera favoris, & libertatis publici commercii; Ex quibus omnibus, reflectendo ad ſolam veritatem, juſtæ, beneque fundatæ viſæ fuiſſent reſolutiones, quamvis deciſiones deſuper editæ non omnia deducant.

† IStà cauſa mutavit faciem, quoniam defuncto bonæ mem. Andoſilla donatore Magiſtro meo, receſſum fuit à deciſionibus favorabilibus in diſcurſu recenſitis coram *eodem Cerro* 1. *Aprilis* 1669. & deinde 10. *Decembris* 1670. *&* 1 *Julii* 1671. *coram Bourlemont*, ſubrogato in locum *Cerri*, interim ad purpuram evecti, atque prolata ſententia, & commiſſa cauſa in eadem *Rota coram Calataiu*, & his propoſita cauſa dilata fuit reſolutio, atque in hoc ſtatu cauſa reperitur.

Fundamentum autem iſtarum poſteriorum deciſionum, firmatum in Raphaele debuiſſe qualitatem Baronalem, poſt mortem Annæ uxoris, in eo conſiſtit, quod cum ob prohibitionem alienandi reſultantem à Conſtitutionibus Apoſtolicis, Caſtrum ſemper reſederit penes eandem Annam, à qua per invalidam ceſſionem, nunquam fuit abdicatum, ita per conſequens tranſitum fecit in Raphaelem hæredem, qui hæreditatem acceptavit, cum penes ceſſionarium, ex eodem defectu, eſſe non potuerit; Multò magis, dum ſubſequutæ venditioni factæ per ceſſionarium, de qua ſupra *deciſ.*65. idem Raphael conſenſum præſtitit, atque in contractu intervenit ponderando etiam quoſdam actus denotantes exercitium juriſdictionis.

Verùm (in ſenſu etiam veritatis) credebam iſtas poſteriores reſolutiones eſſe parum probabiles, minùſque fundatas, dum Teſtatrix in teſtamento optionem dedit Raphaeli viro, vel reaſſumendi à ceſſionario ipſum Caſtrum, vel petendi dotem conſtitutam in pecunia, relinquendo Caſtrum ceſſionario; Ideoque, cum ſequuta morte, Raphael elegerit hanc ſecundam partem, atque etiam viribus præturæ coegerit, ceſſionarium ad ſolutionem dotis in pecunia, ita manifeſta dignoſci videbatur implicantia, quod habuerit dominium, & poſſeſſionem Caſtri; ſed quod potiùs idem Caſtrum illicò effectum fuerit de dominio ceſſionarii, ſi non jure prohibitæ, & invalidæ ceſſionis inter vivos, jure tamen legati, quod non eſt prohibitum, dummodo legatarius ſit ſubditus, ac propterea dicebam intrare concluſionem, de qua *deciſ.*356. *num.*17. *part.*9. *recent.* & apud *Dunozett. deciſ.* 99; quod ſcilicet obvento in poſſeſſorem ex titulo non efficaci altero titulo efficaci, cenſetur etiam abſque alia declaratione ſibi mutaſſe cauſam poſſidendi, juxta receptam *deciſ. Achill. de Graſ.*

Et quoad conſenſum præſtitum venditioni, illum potiùs retorquebam in contrarium, quod ſcilicet actus venditionis principaliter factus fuerat per dictum ceſſionarium, ſeu legatarium actualem poſſeſſorem, qui pretium recepit, atque ad evictionem ſe obligavit; Raphael autem, ad cautelam emptoris, qui erat ejus ſororius, conſenſum præſtiterat, pro ſuo jure tali quali, &c. cum expreſſa proteſtatione nolle teneri ad evictionem, vel pretii reſtitutionem, nec ad aliud quidquam, ideóque advertebam, quod iſta præſtatio conſenſus erat compatibilis cum legato, quod præſtandum eſt à manu hæredis; Alii verò actus expreſsè negabantur ex hac parte, ac præſupponebatur, quod eſſent falſi.

Dicebam præterea, quod in omnem eventum iſte eſſet quædam Baronia intellectualis, ità deducta ex quadam fictione, ſeu metaphyſica legis, abſque veritate naturali, & de facto, dum præfatus ceſſionarius, eodem modo, quo Anna vivente, poſſedit ac ſe geſſit pro Domino, & Barone, & per conſequens, quod iſta ſpecies Baroniæ intellectualis, poſſit quidem ſuffragari ad aliquos effectus, honorificos, & mere favorabiles, abſque tertii præjudicio, nunquam verò ad iſtum

Digitized by Google

ita odioſum, & exorbitantem effectum, juxta ponderationes, de quibus *diſc. præcedenti*, ac etiam infrà *diſc. 119.*

Fortiùs verò accedente alia majori exorbitantia ponderata in diſcurſu, quod ſcilicet agebatur de fideicommiſſo, ordinato, per actum inter vivos, ordinatore adhuc vivente, ſummque animum expreſsè in contrarium declarante; Benè verum, quod de hoc puncto in his ultimis deciſionibus actum non fuit, ſed ſolùm firmatum in abſtracto, quod Raphael fuiſſet Baro, reſervata inſpectione, an iſta Baronia eſſet ſufficiens, necne ad effectum hujus Bullæ, cujus contrarium omninò verius videtur.

ROMANA PECUNIARIA DE SODERINIS

Pro CREDITORIBUS ALPHONSI SODERINI

Cum CREDITORIBUS PAULI ANTONII SODERINI PATRIS

Cauſa pendet in Rota.

Patri an acquiratur uſusfructus in feudis vel caſtris, & bonis juriſdictionalibus per filium acquiſitis.

Et quatenus acquiratur, an iſte ſolus uſusfructus faciat Baronem, ut intret Bulla.

S U M M A R I U M.

1 *Pretium proveniens ex bonis Baronis ſuccedit loco Baroniæ.*
2 *In feudis poſſeſſis per filium pater non habet uſumfructum.*
3 *Examinatur ratio concluſionis, & an procedat indiſtinctè, vel ſolùm in feudis propriis.*
4 *Feuda, & Baroniæ, ignota de jure communi.*
5 *Pater poteſt non agnoſcere uſumfructum in bonis filij.*
6 *Quis dicatur Baro, & an poſſidens caſtrum in ſolo uſufructu dicatur talis.*
7 *Sub obligatione Camerali an veniant bona hæredis, & a quo tempore remiſſive.*
8 *De concurſu creditorum ipſius Baronis, & ejus majoris, cujus ſit hæres, & quale jus Bulla tribuat.*

DISCURSUS LXXXVI.

ALphonſus Soderinus, vivo adhuc Paulo Antonio patre, emit Baroniam Collis alti, & poſt aliquod tempus patre defuncto, ejus hæreditatem adivit, & litem cum creditoribus habuit ſuper ſeparatione bonorum ſeu jurium, quæ in paterna hæreditate habere prætendebat, ut conſtat *ex deciſ. 99. & 114. part. 1. & deciſ. 558. & 559. & 560. part. 4. diverſ.*

Eoque demùm defuncto, ad inſtantiam ejuſdem Alphonſi creditorum, de ordine Congregationis Baronum vendita fuit Baronia prædicta, & pretium creditoribus ſolutum juxta Bullæ Baronum diſpoſitionem, & Congregationis ſtylum cum cautione de reſtituendo prioribus & potioribus; Undè Pauli Antonii patris creditores, temporis datam anteriorem habentes, pulſare cæperunt aliquos dicti Alphonſi creditores in tempore poſteriores pro avocatione pecuniæ; ſed pro creditoribus pulſatis ſcribens, dicebam illis nullam competere actionem, cum hoc pretium uti
1 proveniens à dicta Baronia, ejus loco ſubrogatum ſit, eoque jure regulandum, quo ipſa Baronia regularetur, ita diſponente Bulla Baronum, ut in ſpecie, de pretio loco bonorum ſubrogato habetur *deciſ. 4. part. 11. recent.* Super Baronia verò, nullum jus competebat eiſdem creditoribus Pauli Antonii, qui nunquam fuit Baro, nec illam poſſedit.

Adversùs quam exceptionem replicantibus creditoribus dictum Paulum Antonium illam poſſediſſe jure uſusfructus patri de jure competentis in bonis filii, duo aſſumpti fuerunt articuli incidenter diſputandi in Signatura Sanctiſſimi occaſione quæſtionis, an coram uno vel altero judice cauſa cognoſcenda eſſet, primo nempè an dicto Paulo Antonio patri iſte prætenſus uſusfructus competeret, & ſecundo quatenus competeret, tam de jure quàm de facto, quod ſcilicet illum agnoviſſet, & percepiſſet, ita ut hoc jure Baroniam poſſediſſet, an ſola poſſeſſio jure uſusfructus indueat Baronalem qualitatem ad effectum Bullæ.

Quoad primum, negativè reſpondendum dicebam ex regula, quod in feudis non intrat diſpoſitio *text.* 2
in l. cum oportet & concordantium, C. de bonis, quæ liberis, unde patri uſusfructus non competit, ſed ſolùm quædam commoditas. *Iſernia in cap. 1. §. Valvaſores à num. 12. de his, qui feudum dare poſſunt, Franch. deciſ. 10. num. 7. & ſeq. Paſcal. de patria poteſtate part. 1. cap. 3. num. 102. Surd. conſ. 116. num. 32. Conſtantius in l. 2. C. de filiis officialium lib. 12. num. 57. & alii per eos adducti*, quia feudalia dicuntur caſtrenſia vel quaſi, *Roſenthal. cap 3. concluſ. 5. num. 5.* & habetur *ſub tit. de ſervit. in Romana uſusfruct. pro Duce Baſſanella Columna.*

Et licèt *Gabriel conſ. 162. num. 48. lib 2.* in hac ſpecie diſtinguat inter feuda propria, & impropria, quaſi quod concluſio in prima, non autem in ſecunda ſpe-
cie procedat, ac prætenderetur dictam Baroniam eſſe 3
feudum improprium, & remotum, jure allodii tanquam purè hæreditarium regulandum, eo modo, quo ferè omnia caſtra, & loca juriſdictionalia Status Eccleſiaſtici eſſe ſolent, *ut ſæpiùs in præcedentibus eſt dictum*, attamen quidquid ſit de hujuſmodi facti ſuppoſito, de quo adhuc perfecta notitia non habebatur, indiſtinctè tamen dicebam, rejecta *Gabrielis* ſententia, dictam regulam procedere; Siquidem triplicem rationem habet iſta concluſio, primam deſumptam *ex textu feudali in cap. Imperialem de prohibita feudi alienatione per Federic.* per quem omnis alienatio, vel ſervitutis adjectio, ſeu feudi diviſio prohibetur, ſub qua prohibitione cadit uſusfructus tanquam importans ſervitutem, ac feudi diviſionem, & ex qua ratione communiter apud feudiſtas prohibita eſt feudi refutatio in proximè ſucceſſurum pactionata, cum reſervatione ſcilicet uſusfructus; Et quoad iſtam rationem ſive alteram deductam per *Conſtantium loco cit.* quod feudum eſt ſervitus, ideóque danda non eſt ſervitus ſervitutis, rectè prætendi poteſt cadere differentiam inter feuda propria, & impropria, cum hæc jure allodii regulanda, feudorum legibus non ſubjaceant, neque ſub dicta prohibitione *cap. Imperialem* cadant, ut habetur *in Romana pro Guelfo & in aliis hoc tit.*

Altera eſt ratio, quod Barones, caſtra, & bona juriſdictionalia poſſidentes cum mero, & mixto imperio in vaſſallos, dicuntur milites primi ordinis apud Principem, ideoque hujuſmodi bona dicuntur caſtrenſia *ut per Roſenthal. dicto cap. 3. concluſ. 5. num. 5.* & conſequenter cenſenda ſunt à dicto uſufructu exempta, juxta notos terminos Inſtitutionum; Quamvis enim caſtra, quæ poſſidentur per Barones ſtatus Eccleſiaſtici, poſſideantur abſque inveſtitura & ſervitio feudali, ita ut quoad ſucceſſiones, devolutiones, alioſque effectus, allodialium potiùs quàm feudalium bonorum naturam ſapiant, nihilominùs quoad Papæ ſubjectionem, fidelitatem, atque in occurrentiis promptum ſervitium, ejus feudatarii ac milites cenſendi ſunt, ut latè probat *Spada conſ. 1. vol. 1.* & eſt propoſitio, contra quam non dabatur caſus judicaturæ in Curia, nullus enim Judex firmare audebit, Barones Status Eccleſiaſtici non eſſe Papæ milites, & ſubditos.

Tertia eſt ratio, quæ pariformiter in caſtris, & bonis juriſdictionalibus procedit, ſive ſint feuda propria, ſive

Digitized by Google

ſive impropria, quod ſcilicet cum juriſdictionem in
vaſſallos Papæ ſubordinatam, & cum mero, & mixto
imperio habeant, nec, verè feudatariorum dignitatis
titulum vel prærogativam therentes, cenſendi ſaltem
ſint Papæ Officiales perpetui, cum ad alium titulum
hæc juriſdictio ſubordinata referri non poſſit, niſi vel
ad illum feudi, vel ad illum officii; Referri enim non
poteſt ad titulum veri, & pleni dominii allodialis,
quia ſi hoc daremus, ſequeretur effectus allodii, quod
non agnoſcerent niſi Deum, quod utique vanum eſt
aſſerere; Si ergo ſunt officia ſeu officiorum ſpecies,
idem reſultat, quia bona, quæ jure officii à Principe
obtenti habentur, inter caſtrenſia, vel quaſi reputan-
da ſunt, ab iſto uſufructu exempta, maximè ubi agi-
tur de primo feudi ſeu Baroniæ acquiſitore, qui illam
ſaltem *ex Conſtit. Sixti V.* acquirere non potuit abſque
licentia, & conſenſu Papæ, qui dum Alphonſum ac-
quirentem in Baronem, & ſui Status officialem agnoſ-
cere voluit, cogendus non eſt alium ſibi ignotum ha-
bere in officialem, & poſſeſſorem Baronalis juriſdictio-
nis jure proprio.

Ponderabam etiam aliam rationem, uſusfructus
nempè competentiam patri provenire ex diſpoſitione
juris communis noviſſimi Codicis, quod feudorum,
& caſtrorum ac bonorum juriſdictionalium qualita-
4 tem, ac Baronum ſpeciem non cognovit, dum hæc
dominiorum ſpecies poſt ferè diſſolutum, præſertim
in his partibus occidentalibus Romanum Imperium, ex
Longobardorum ſive Germanorum uſu inolevit, atque
ſecundum illa jura, ſeu conſuetudines, antequam ju-
ris communis uſus oriretur, regulata ſunt; Undè
quando dicti juris communis notitia cum ejus uſu,
longo poſt tempore ſupervenit, juxta hiſtoriam lega-
lem, de qua *in Neapolitana ædificii ſub tit. de ſervi. uti-
bus in Clomaren. & in Montis Pelrſii hoc tit.* illud in hu-
juſmodi bonorum ſpecie uſu receptum non fuit, ſed
cum antiquis moribus, & conſuetudinibus eſt con-
tinuatum, ideóque leges communes, uſumfructum
patri in bonis privatis, & merè allodialibus defe-
rentes, in hujuſmodi caſtris, & bonis juriſdictiona-
libus recipiendæ non ſunt, quia in effectu iſtorum
dominium, potiùs publicum quàm privatum cenſen-
dum eſt.

Ex facto quoque in hoc primo puncto, creditorum
prætenſionem ceſſare dicebam, quia non conſtabat
patrem hujuſmodi uſumfructum agnoviſſe, ejuſque
5 jure, & titulo poſſediſſe juriſdictionem, cum potuerit
pater dictum uſumfructum ſibi delatum non agnoſce-
re, ac nolle acquirere etiam in præjudicium credito-
rum, ad *text. in l. qui autem, ff. quæ in fraudem credito-
rum, Ancharar. conſ. 106. num. 4. & cæteri apud Cutell. de
donat. contemplat. matrimonii tract. 1. diſcurſ. 2. part. 9. Sal-
gad. in labyrinto, part. 2. cap. 14. num. 5. & ſeqq.* & ſæpè in
ſua materia *ſub tit. de credito.*

Verùm ubi etiam dicti uſusfructus competentia, &
6 poſſeſſio, tam jure, quàm de facto admitterentur, ad-
huc tamen, non indè dicebam reſultare in patre ſim-
plici uſufructuario Baronalem qualitatem, quia Baro
dicitur ille, qui caſtra, & juriſdictionem in vaſſallos
habet jure proprio, & in dominio, non autem in ſim-
plici uſufructu, qui nec dominium, nec rei poſſeſ-
ſionem verè importat, ſed tantùm ſervitutem in re;
Nil obſtante replicatione fieri ſolita, Bullam *in* §. 9. per
verba nimis generalia, & effrænata contentari qua-
cumque poſſeſſione, & detentione, ibi, *quoquomodo
tenuerint, & poſſederint*, tum quia controverſum eſt de
jure, an uſufructuarius rem poſſidere dicatur jure
ſuo, vel jure, & nomine proprietarii, pleriſque volen-
tibus verè ipſam rem jure ſuo non poſſidere, ſed ſolùm
habere jus in re tanquam nudam ſervitutem ex latè
hinc indè deductis per *Caſtill. de uſufructu, cap. 7.
num. 20.*

Tum etiam quia, ut in præcedentibus dictum eſt,
manifeſtum videtur æquivocum, quod Bulla ad conſti-
tuendum Baronem contentetur ſimplici poſſeſſione, vel
detentione quoquomodo, quia ſi ita eſſet, caſtrorum
conductor, ſeu affictuarius ad longum tempus, in
quem quoddam jus in rem tranſire dicitur, (ita ut lo-
catio ad longum tempus juxta notos feudorum termi-
nos ſub alienationis prohibitione cadat,) dicendus
eſſet Baro, & veniret ſub Bulla, quod utique videtur
abſurdum.

Ideóque germanus Bullæ ſenſus eſt *in dicto* § 9. ut ad
bona quæ Baro debitor quomodocumque tenuit, &
poſſedit, agi poſſit contra ſucceſſorem, quamvis pro-
prio jure fideicommiſſi, vel inveſtituræ poſſidentem;
Et ſic qualitas Baronalis ſupponitur certa, & perfectè
exiſtens, & hoc præſuppoſito ſtante, quatenùs perti-
net ad bona exequenda, contentatur Papa ſimplici poſ-
ſeſſione quoquo modo, undè prorſus erroneum videtur
iſta verba ad ipſam Baroniam inducendam referre; Et
ita non ſemel me diſputante fuit tantum per Congre-
gationem Baronum, ſolam ſcilicet poſſeſſionem titulo,
vel jure uſusfructus non ſufficere ad Baroniam, *præſertim
in una Romana de Maximis, & alia Romana pro Fanza-
no hoc eod. tit.*

Replicabant creditores, in omnem eventum ipſus
eſſe etiam creditores ipſius Alphonſi Baronis, qui
abſque legitimo inventario patris hæreditatem adeun-
do, cum eis quaſi contraxerat, eorumque debitor ef- 7
fectus erat, undè tanquam in tempore anteriores vin-
cere debebant creditores proprios ipſius Alphonſi ex
privilegio obligationis cameralis, inter cujus effectus,
ſeu privilegia, illud etiam numerari ſolet, quod bona
hæredis, quæ regulariter ſub hypotheca per defun-
ctum contracta non cadunt, ita veniant; Verùm dice-
bam, quod admiſſo etiam hoc effectu, ille non ſor-
tiebatur reſpectu bonorum hæredis, niſi à die aditæ hæ-
reditatis, ex quo tempore, hæres adeundo quaſi con-
trahere dicitur cum creditoribus defuncti, eiſque ſe
obligare, quod etiam ſuas patitur difficultates, ut par-
ticulariter habetur *ſub tit. de credito*; Ac etiam obje-
ctum ceſſabat ex facto, quia Rotæ deciſiones ſupe-
riùs allegatæ *inter diverſ. deciſ. 99. & 114. part. 1. & de-
ciſ. 558. 559. & 560. part. 4.* canonizantes Alphonſum
paternæ hæreditatis legitimum creditorem, eique ſe-
parationis bonorum beneficium concedentes adversùs
creditores, ſupponunt legitimum inventarium, tan-
quam antecedens neceſſarium, ſine quo præmiſſa ca-
nonizari non poterant.

Et nihilominùs his omnibus ceſſantibus, adhuc
dicebam per ipſos prætendi non poſſe concurſum 8
cum noſtris creditoribus, qui cum Barone ſub publi-
ca fide hujus Bullæ contraxerunt, cum ita in hujuſ-
modi bonis juriſdictionalibus, aliàs alienari, vel hy-
pothecari ex apoſtolicis conſtitutionibus prohibitis, ac-
cedente etiam particulari prohibitione reſultante ex
fideicommiſſo, habere dicantur à dicta Bulla quam-
dam ſpeciem aſſenſus, quem ita prætendere non poſ-
ſunt creditores Pauli Antonii, qui Baroni non credi-
derunt, neque ejus fidem ſequuti ſunt. Undè rectè
intrare videbatur receptiſſima feudalis propoſitio in
præcedentibus non ſemel deducta, creditores validè,
& cum aſſenſu contrahentes, præferri creditoribus,
quamvis in tempore anterioribus, qui aſſenſum non
habeant, vel poſteriorem, cum ab hoc in bonis pro-
hibitis oriatur hypotheca, cujus tempus attenditur
ad effectum anterioritatis, non quod in vim Bullæ
oriatur ex tunc hypotheca, nec aliquod jus in bo-
nis aliàs prohibitis acquiratur, cum contrarium latè
veriùs probatum ſit *in Romana reſtitutionis pecunia-
rum; & in aliis hoc titulo.* Sed quia contrahentibus
cum Barone, ſub ſpe, & clypeo Bullæ, debetur per
Congregationem in concurſu eorum, qui ſub hac
fide non contraxerunt, prælatio adinſtar eorum, quæ
habentur de creditoribus mutuantibus militi, dum
eſt in caſtris, intuitu bonorum caſtrenſium cum ſi-
milibus.

† SUper deductis in hoc diſcurſu defuit occaſio alterius diſputationis, eaque videntur firma, quoniam circa punctum qualitatis Baronalis, agitur in duobus *diſ. præcedentibus*, & infrà *diſc.119.* & circa punctum uſusfructus, qui patri competat *tit. de Servit. diſc.60.* & in aliis ibi proximis.

ROMANA BULLÆ ARCHIVII.

Diſcurſus pro veritate in variis caſibus variè deciſis per Rotam, & Congregationem Baronum.

De Bulla 117. ſeu 119. Urbani VIII. vulgò Archivii nuncupata moderatoria Bullæ Baronum quoad illa fideicommiſſa, in quibus forma ibi præſcripta ſervetur, an locum habeat, etiam ea forma non ſervata, ubi creditores fideicommiſſorum, & vinculorum certam habent ſcientiam, ita ut dicta forma adimpleri poſſit per æquipollens.

S U M M A R I U M.

1 *Caſus controverſiarum cum deciſionibus in eis.*
2 *De fundamentis reſpondentium, ut accedente ſcientia creditoris eſſet Bulla Baronum ad Bullam Archivii.*
3 *An beneficium* authent. res quæ, *ſuffragetur habenti ſcientiam fideicommiſſi, & num.11.*
4 *Ubi ratio convenit, diſpoſitio etiam convenire debet.*
5 *Ubi forma inducta eſt, ad certum finem, ſeu effectum, ſufficit impleri per æquipollens.*
6 *Opinio propria contra aliis reſpondentibus, ut ad effectum Bullæ Archivii non ſufficiat ſcientia ſine forma præſcripta*
7 *De quæſtione, an requiſitum pro forma impleri poſſit per æquipollens.*
8 *Ubi lex ad effectum ſcientiæ præjudicialis certam formam præſcribit, tunc iſta omninò neceſſaria eſt.*
9 *Reſpondetur auctoritatibus in contrarium.*
10 *Quamvis ceſſet ratio, ob quam certa ſolemnitas, vel forma introducta eſt, non ceſſat neceſſitas.*
11 *De eadem concluſione, de qua num.3.*
12 *De ratione, ob quam ſcientia non præjudicat.*
13 *De requiſitis Bullæ Archivii.*
14 *De rationibus, ob quas forma dicta Bulla non admittitur per æquipollens.*
15 *In quibus Baronibus Bulla locum non habeat.*
16 *De inconvenientibus alias reſultantibus.*
17 *De obſervantia, & quando ſcientia debeat ſufficere.*

D I S C U R S U S LXXXVII.

AGentibus creditoribus Gaſparis Jordani creditoris Gregorii Serlupii ex cauſa cujuſdam cam-
1 hii ad bona aliàs poſſeſſa per dictum Gregorium Baronem contra Serlupios eorundem bonorum ſucceſſores ex antiquis fideicommiſſis in Congregatione Baronum in vim Conſtitutionis 41. Clementis Octavi, quæ Bulla Baronum vulgò nuncupatur, excipiebant rei conventi de Conſtitutione 117. aliàs 119. Urbani Octavi vulgò Bulla Archivii nuncupata, dictæ alterius Bullæ moderatoria, non obſtante, quod forma archiviationis ibi præſcripta ſervata non eſſet, ſtante creditoris certa ſcientia fideicommiſſi, per quam dicebatur dictam formam impletam eſſe per æquipollens, ſed me ſcribente pro creditoribus, ex fundamentis, de quibus infra, hujuſmodi exceptio ejecta fuit.

In altera verò cauſa intitulata *Romana vinea*, aliàs Romana, ſeu Piſauren. fideicommiſſi de Monte in Rota, *& de qua ſub tit. de fideicommiſſis*, agentibus Minerva, & Felice de Monte in vim fideicommiſſi ordinati per Guidobaldum de Monte ad quamdam vineam fideicommiſſariam poſſeſſam per Benedictum Sanctorium jure alienationis in eum factæ per Marchionem Rainerium de Monte, cum reus exciperet de Bulla Baronum, quam receptum eſt in quocumque Tribunali, ratione inanis circuitus excipiendo, deduci poſſe, Ego verò ſcribens pro actricibus replicarem de certa ſcientia, quam dictus Sanctorius habebat de fideicommiſſo, indè propterea per æquipollens intraret Bulla moderatoria Urbani, Rota amplexa eſt motivum, nulla tamen deducta auctoritate, vel ratione *ut ex deciſ.20. Martii 1.6., coram Cerro, §. fin.*

Demum verò de anno 1668. agentibus in Congregatione Baronum filiis Nicolai Martellini contra filios Comitis de Anguillaria pro credito ex cauſa mercedum ſeu patrocinii canonizato per Rotam, *& de quo fortè ſub tit. de credito*, dictiſque reis conventis opponentibus de eadem Bulla archivii ob certam ſcientiam, quam dictus Nicolaus utpote hujus domus cauſarum Patronus habebat de fideicommiſſis, allegando dictam deciſionem editam *in Romana vinea coram Cerro*, Congregatio injunxit fiſci, & Cameræ Advocato, ac duobus aliis Advocatis & mihi, munus ſcribendi pro veritate ſuper articulo in abſtracto; Cumque dicti tres, licet ex diverſis motivis fuiſſent in ſenſu, quod ex ſola ſcientia intraret dicta Bulla moderatoria, ejuſque implementum ſufficeret per æquipollens, Congregatio abſque alia articuli diſcuſſione, inhærendo majori parti reſpondentium proceſſit ad reſolutionem contra actores.

Unus ex dictis reſpondentibus, nempè Cameræ Advocatus, ponderando verba dictæ conſtitutionis moderatoriæ §.2. ut inter eos, qui fideicommiſſa, & prohibitiones ignorant, ac eos, qui ſciunt, aliqua diſtinctio fiat, eum primi commiſeratione digni ſint, non 2
autem ſecundi, credidit eos, qui certam ſcientiam haberent à beneficio Bullæ Baronum excludendos eſſe, quia nemini ſua malitia prodeſſe debet ad *text. in l.1. cum ibi notatis, ff. de dolo*, applicando ad rem terminos *textus in auth. res quæ, Cod. commun. de legat.* ut ejus beneficium ſuffragari non debeat habentibus fideicommiſſis certam ſcientiam, juxta opinionem *Curtii* 3
junioris in eadem auth. num.12. & conſ.59. num 4. & 6. lib.1. Burſat. conſ.180. num.44. cum ſeq. lib.2. Menoch. lib.4. præſumpt.190. num.47. & ſeq. Oſaſch. deciſ. 73. & aliorum de quibus *Fuſar. quæſt.532. num.16.* quorum ſententiam communem fatetur *Theſaur. deciſ.151. num. 1.*

Et quamvis agnoſceret pleroſque tenere contrarium, præſertim, antiquioribus per eos allegatis, *Covarr. lib.3. variarum, cap.6. num.10. Peregr. de fideic. art.42. num.17. Marta de ſucceſſ. part.3. quæſt.12 art.4. num.30. Merenda tom.1. controv. lib.4. cap 31. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.532. num.15. Boſſ. de dote, cap.16. §.7. numer.262.* apud quos cæteri, nihilominus credebat quæſtionem decidendam eſſe cum diſtinctione quam tenere videntur *Theſaur. dicta deciſ.151. Surd.deciſ.62. n.35. & ſeq. ubi Hodiern. num.35. Odd. de fideic. quæſt 44. art.5. ex num.94. in fine*, ut conſiderandum ſit, an mulier nubens viro poſſidenti ſolùm bona vinculata, eſſet vel ne aliqua excuſatione digna, eidem credendo dotem liberam, ſi enim de malitia ſeu culpa convinci poſſet, *dictæ authent.* beneficio indigna cenſeri deberet, & cum hac diſtinctione in his terminis ipſe concludere videtur, conſiderando, an adſit fraus & malitia, vel ne.

Alter ſenior reſpondens, ponderando eamdem rationem deductam in dicta conſtitutione Urbani procedit cum regula generali, quod quando ratio generalis in lege eſt expreſſa, tunc diſpoſitio non reſtringitur ad caſum, vel modum particularem in ea diſ- 4
poſitum, ſed habet locum in omnibus aliis caſibus, in quibus eadem viget ratio, non ex vi extenſiva ſed comprehenſiva ex collectis per *Altograd. conſ.97. num.1.* &

& ſequent. lib.2. Rec. Bonon. deciſ.71. num.51. & ſequent.
Cancer. part. prima var. cap.8. num.13. & ſeq. addita
ratione ; quod quandò forma reſpicit certum effe-
ctum, ſufficit eam adimpleri per illud æquipollens,
per quod ille effectus reſultet ex collectis per *Merlin.*
deciſ.306. num 5. & ſeq. cum aliis per *Adden. ad de-*
5 *ciſ.542. num 84. & 85. part.4. rec. tom.3.* is enim, qui
certus eſt non debet ulterius certiorari, *cap. cum qui*
certo de regul. Juris in 6. & ubi duo propter unum deſi-
derantur, ſufficit fieri illud unum, propter quod aliud
erat faciendum *ex Paul. de Caſtr. conſ.99. ante finem*
lib.1.

Et alter junior, conſiderando etiam dictam ratio-
nem in Urbana conſtitutione aſſignatam, ac præſup-
ponendo formam ibi præſcriptam inductam eſſe ad
certum finem ſeu effectum inducendi ſcientiam in
contrahentibus, & ſic eſſe formam effectualem potiùs
quàm præciſam, concludit ſufficere certam ſcien-
tiam, ex qua idem effectus à lege deſideratus reſul-
tet allegando *Put. deciſ.100. num.4. lib.2. & deciſ.246.*
eodem lib.2. in addit. marginal. Seraph. deciſ.1413.
num.3. & melius Rota deciſ.498. num.4. part.5. recent.
& iſta ſunt fundamenta, cum quibus dicti reſponden-
tes proceſſerunt.

Diverſa fuit mea ſententia, juxta ſenſum etiam pro
veritate habitum ab initio, quo ſuper eodem puncto
ut ſupra ſcripſi tanquam Advocatus in eadem Con-
gregatione *in Romana Cambii contra Serlupios*, undè
6 propterea quando in deciſione edita *in dicta Romana*
vinea 20. Martii 1665. coram Cerro, ubi deductum
hoc ſolum fundamentum pro excludenda Bulla Baro-
num, id mihi non placuit, ita ut ex tunc partibus &
Collegis inſinuavi, ſolidius in ea cauſa reputando mo-
tivum à me pariter deductum, ſed in deciſione negle-
ctum, quod Marchio Rauerius, qui alienationem fe-
cerat, nullum jus in eis bonis haberet, ejuſque poſſeſ-
ſio eſſet merè intruſiva non ſufficiens ad effectum Bul-
læ, ex iis, quæ *hoc cod.* ad iſtam materiam ſæpius fir-
mata habentur.

Quicquid enim ſit de quæſtione generali & in ab-
7 ſtracto, an id quod requiſitum eſt pro forma directa
ad certum effectum adimpleri poſſit per æquipollens,
in qua noſtri ſcribentes ſatis variant ac ſe involvunt,
ex iis quæ ultra collecta per *Adden. ad dictam de-*
ciſ.542. part.4. rec. tom.3. ex num.57. & ſeq & n.48.
& ſeq. habentur etiam apud *Larr. deciſ.78. num.7. &*
ſeq. Velam diſcept.22. num.39. cum ſeq. Salgad. in la-
byrint. creditor. part. prima, cap. finali, num 135. de-
ciſ.363. num.6. part.10. rec. & in aliis ; & quæ quæ-
ſtio deciſionem recipit ex diſtinctione plurium caſuum,
eorumque particularibus circumſtantiis, quod non mo-
dicam exigeret evagationem laudabili Curiæ ſtylo ad-
verſantem, quoties neceſſitas particularis quæſtionis
quæ diſputatur non exigit.

In ſpecialibus terminis ſcientiæ deſideratæ per legem
ad cauſandum præjudicium, vel excludendum bene-
ficium, recepta concluſio eſt, ſolam ſcientiam non
8 ſufficere, ubicumque lex iſtius rationi innixa, certa
formam ſeu modum ad illam inducendam præſcribit,
ulterius progrediendò, alioſque actus affirmativos vel
negativos deſiderat *ad text. cum gloſ. in l. denunciaſſe,*
§. quid ergo, ff. ad leg. Julian de adulter. ubi Bart. n.2.
& 3. & in l. prima, §. finali, ff. de action. empti, ubi
optimè explicat regulam *textus in cap. cum qui, de re-*
gul. jur. in 6. & hanc *Bartoli* theoricam tanquam ma-
giſtralem ſequuntur *Dec. conſ.74. num.1. Soccin. jun.*
conſ.4. in fine, lib.2. & cæteri cumulati per Cenc. de
Cenſ. quæſt.64. num.19. & 20. Gratian. diſcept.742.
num.3. & 4. Gregor. deciſ.425. num. 7. ibique Adden.
Otthob deciſ.268. num.1. & ſæpius, ac receptum ha-
bemus in materia retractus competentis creditori cen-
ſuario in vim Bullæ Pii V. de quo *Cenc. Otthob. &*
alii ubi ſuprà, vel vicino ſeu conſorti in vim Bullæ
Gregorii XIII. ut in ſua materia retractus *ſub tit. de*
ſervitutibus, cum ſimilibus, quoniam licet forma de-
nunciationis in eis præſcripta ſit ad finem ſeu effectum
inducendi ſcientiam, nihilominùs quia lex ultrò pro-
greditur, & certum actum deſiderat, ſola notitia ſeu
ſcientia non ſufficit.

Dictæ verò auctoritates in contrarium ponderatæ
percutiunt terminos diverſos, cum *apud Put. deciſ.100.*
lib.2. agatur de conſenſu præſtando reſervationi pen- 9
ſionis, ſuper quo lex non omninò certam formam præ-
ſcripſit, atque *in deciſ.146. eod. lib.2. in addit. margi-*
nali, agendo de omiſſa ſolemnitate ſubhaſtationis, di-
citur, quod cum illa introducta ſit ad tollendas frau-
des, ſufficit iſtum finem impleri, & ſic in diverſis ter-
minis, atque *in deciſ.498. num.4. part.5.* agebatur
de tollenda reconductione ob denunciationem ſeu
diſdictam non factam ad formam Statuti, cum tunc
ſufficiat aliàs conſtare de voluntate partium non
continuandi in contractu ; Et ſic iſtæ auctorita-
tes, quæ deducebantur tanquam ſpeciales, percu-
tiunt diverſos terminos diverſam rationem habentes,
aliæ verò ſunt vagæ & generales non attendendæ in
concurſu dictæ receptæ concluſionis ſpecialis ſuper
forma, quam lex induxit, ſimplici notitia non conten-
ta, quamvis enim ceſſet ratio, ob quam forma indu-
cta eſt, non tamen ceſſat ejus neceſſitas *ex collectis de-* 10
ciſ.363. num 6. part.10. Ac habemus in materia teſta-
mentorum, quod licet in eis certæ ſolemnitates per
legem introductæ fuerint ad occurrendum fraudibus,
& falſitatibus, quibus hæc materia ſubjecta eſt, non
per hoc tamen, exceptis caſibus privilegiatis, ſubſti-
nentur teſtamenta inita ſine forma, & ſolemnitatibus
à jure præſcriptis, quamvis de omnimoda ſinceritate
actus, omnique fraudis excluſione conſtaret, cum
ſolùm id admittatur in extraordinaria ſolemnitate octa-
vi teſtis requiſita in teſtamentis cæcorum juxta unam
opinionem, neque omninò tutam, ex iis quæ ha-
bentur *in Comen. legatorum ſub tit. de teſtamentis*, vel
ſub altero *de legatis*, idcòque fundamenta duorum Ad-
vocatorum videbantur nimis vaga & generalia.

Alterum verò fundamentum, cui ut ſuprà innixus
eſt Advocatus fiſcalis, deductum ex ſatis proximis ter- 11
minis *text. authent. res quæ, Cod. commun. de legat.*
potius retorquetur, ac evidenter convincit contrarium,
quoniam licet *Cravus, Padilla, Menoch. & cæteri*, de
quibus ſuprà de hoc dubitent, nihilominus magis com-
munis, & in foro recepta eſt opinio, ut ſcientia non
præjudicet, neque tollat hoc beneficium, ut ultra al-
legatos per *Fuſar. dicta quæſt.532. num.15. Surd. deciſ.*
62. num.35. Hodiern ibidem controv.9. num.25. & hanc
tenuit Rota adeò tenaciter, quod etiamſi dos promiſ-
ſa eſſet cum pacto inveſtimenti, quo deindè neglecto,
liberè ſoluta eſſet, adhuc idem beneficium competit,
ut deciſ.250. num.15. & 312. num.40. & ſeq. part.6. re-
cent. Romana dotis 3. Decembris 1632. §. finali coram
Dunozetto, & in aliis, ac habetur pluries in ſua mate-
ria *ſub tit. de dote.*

Ex ea ratione, quod ſi dotans vel mulier ſciebat
adeſſe fideicommiſſum, ſciebat quoque adeſſe dictam
legis proviſionem, ſub cujus clypeo rectè credidit &
contraxit, quæ ratio iſtis terminis etiam benè con- 12
gruit, quia ſi creditor ſciebat bona poſſeſſa per Baro-
nem ſubjecta eſſe fideicommiſſis aliiſque vinculis, ſcie-
bat quoque adeſſe Bullam Baronum hoc obſtaculum
tollentem, certificatus ex inſpectione tabellæ in Ar-
chivio publicè expoſitæ ſervatam non eſſe formam præ-
ſcriptam per Bullam Urbani moderatoriam, quæ, nec
unum, nec momentaneum actum exigit, ſed plures
& ſucceſſivos copulativè ; primò ſcilicet, quod inſtru-
menta continentia fideicommiſſa ſeu alia vincula ex- 13
hibeantur in Archivio, ſecundò quod diſtinctè indi-
centur bona hujuſmodi vinculis obnoxia, tertiò quod
deſcribantur in tabella omnibus publicè expoſita, &
quartò quod his peractis labatur terminus ſex men-
ſium, quibus expletis, & non antea moderatio incipit

effectum

effectum ſortiri, unde propterea impoſſibile eſt, quod hæc dicenda ſit forma effectualis æquipollenter adimpſenda cum ſola notitia.

Diſcurrendo etiam per rationes, hæc opinio mihi videbatur omninò probabilior, quoniam non agitur de actibus particularibus, ſed de lege univerſali im-
14 primente hujuſmodi bonis poſſeſſis per Barones certam qualitatem, ſive tollente fideicommiſſorum obligationem, eaque reducente ad terminos juris antiqui ante tempora Auguſti juxta ea quæ habentur *in Romana Conſtitutionis de Caſiis, & in aliis hoc tit.* & conſequenter moderna lex moderatoria debet etiam eſſe generalis, ac pariformiter, & indefinitè reſtituens bona priſtinæ qualitati, nam alias dateur, quod una & eadem res diverſo jure cenſenda eſſet, diverſamque naturam haberet, contra omnia principia, quodque ex pluribus ſociis, vel aliis correis credendi, unus poſſet uti beneficio Bullæ, quia ignarus, alter non, quia conſcius, quæ omnia maxima parerent inconvenientia, confuſiones, ac litium ſeminaria, & ſic de directo contra illum finem, ad quem dicta Bulla Baronum prodiit.

Item ratio, ob quam dicta Bulla Clementis prodiit, conſiſtit in potentia Baronum & Magnatum, quæ ra-
25 tio æquè viget in illis Baronibus, & Magnatibus, qui in Urbe, vel Statu Eccleſiaſtico moram trahentes, habent feuda, & bona juriſdictionalia extra Statum Eccleſiaſticum immediatum, puta in Regno Neapolis, vel aliis Italiæ partibus, quoniam adhuc eamdem figuram Principum, Ducum, & Magnatum faciunt, & tamen receptum eſt, Bullam utpotè de eis non loquentem non intrare, prout neque in illis, qui feuda & caſtra vendiderunt, *ex deductis in Romana pecuniaria de Pallavicinis, in Romana fideicommiſſi, & in aliis hoc tit.* ergo admittenda non eſt extenſio rationis, neque ab iſta regulanda eſt lex.

Magnum præterea reſultaret abſurdum omninò contrarium tam humanæ rationi, quàm facilitati com-
16 mercii, illiſque finibus, ob quos Bulla prodiit, quoniam Baronibus in eorum neceſſitatibus præcluſa eſſet via obtinendi gratuita mutua, aliaſque non uſurarias ſeu minus præjudiciales ſubventiones à fratribus, uxoribus, conjunctis, familiaribus, & amicis, utpote de eorum fideicommiſſis, & inveſtituris informatis, unde cogerentur ſubjacere gravibus uſuris Hæbreorum, vel exterorum, nonniſi ſub magno intereſſe mutuantium, dum præſertim primogenituræ hujuſmodi Magnatum ſunt ferè notoriæ in Urbe omnibus etiam mediocriter civilibus, quo nil abſurdius, cum, ut frequens experientia docet, nedum ipſi Barones bona poſſidentes, & debita contrahentes, ſed etiam eorum conjuncti, qui ſucceſſiones ex fideicommiſſis, vel inveſtituris ſperant, prudenter & ſtudioſè negligere ſolent ſervare hujuſmodi formam, pro conſervanda commercii libertate præſervativa majorum interuſuriorum, ac productiva plurium utilitatum, & commoditatum, *ex iis quæ habentur in Romana de Pallavicinis, & in aliis hoc tit.*

Illud etiam conſiderando, quod prudenter dicta Bulla moderatoria, nedum exigit exhibitionem fideicommiſſorum ſeu inveſtiturarum, ſed etiam diſtinctam indicationem bonorum, quæ illi eſſent ſubjecta, quoniam rectè poſſunt ſimul ſtare, adeſſe fideicommiſſa in genere io aliqua domo, illaque eſſe notoria, ſed tamen incertum eſſe, quæ & qualia bona, ſeu pro qua rata eſſent eis obnoxia, ob detractiones legales, vel accidentales, legitimæ, trebellianicæ, dotium maternarum, meliorامentorum, æris alieni diſſoluti & ſimilium, ideóque prorsùs improbabile eſt, & contra ejuſdem Bullæ tenorem, & claram diſpoſitionem, ut ſola notitia fideicommiſſorum, & vinculorum in genere ad id ſufficiat.

17 Demùm conſiderabam in propoſito magni faciendam eſſe praxim ſeu obſervantiam hucuſque ſervatam, & communem populi ac negotiantium opinionem conſtantem, quod quando dicta forma ſervata non eſt, liberè contrahi poteſt, undè propterea conſuetudo fuit, & eſt negotiantium, vel agentium pro eis, ac aliorum omnium contrahere volentium cum Baronibus & Magnatibus, in quorum domibus ſemper ſupponuntur fideicommiſſa, primogenituræ, & inveſtituræ inſpiciendi prius publicam tabellam Archivii, ac ab ea ſe regulandi, ita publicam fidem Bullæ Baronum ſequentes, utpotè adhuc intactam, ob non ſervatam eam formam, quæ cauſat moderationem; Ponderando quoque in idem Decreta Ducalia Sabaudiæ huic Bullæ ſimillima, de quibus *apud Caheram. de iſ.* 161. *cum pluribus ſequent. uſque ad* 170. quoniam notoria eſt formula illius inveſtituræ, quodque illa feuda ſint pacti & providentiæ, & tamen hæc ſcientia non tollit vim Decretorum, ad quorum tamen limites hæc Bulla practicari deberet, atque tunc rectè recipienda eſſet diſtinctio malitiæ vel non malitiæ conſiderata per primum ex dictis reſpondentibus, quando ſcilicet ageretur de debitis abſque juſta vel honeſta cauſa malè contractis *juxta deducta in Romana donationis de Andoſilla & in aliis hoc eodem tit.*

Poſt hæc alia occaſione revidendo dictam Bullam archivii, ex ejuſdem tenore litteraliter præmiſſa mihi probari viſum eſt, dum *in* §.2. expreſsè diſponitur, Bullam, & chirographa Clementis non ſuffragari in debitis contractis poſt ſex menſes computandos à die quo inſtrumentorum exhibitio, & bonorum indicatio in archivio facta eſt, ergo moderatio reſtricta eſt ad debita contracta poſt certum tempus numerandum à die certi actus de facto ſequuti, & ſic eſt limitatio qualificata, verificanda cum tali qualitate, qua ceſſante firma remanet regula generalis in eadem conſtitutione §.5. expreſsè firmata, etiam quoad pupillos, & alios privilegiatos, de quibus aliàs dubitatum fuit, an Bulla Baronum intraret.

† Idemque ſuper deductis, circa Bullam Archivii; Et licet hoc medio tempore de hoc formiter, & ex profeſſo, quod ſciam, actum non ſit, attamen incidenter occaſione aliarum diſpoſitionum, cum hoc meo ſenſu potiùs proceſſum fuit; Atque ſuper contentis ſuper eadem materia Bullæ Archivii, in alio *diſc.* 88. aliud non occurrit.

ROMANA DE THEODOLIS

Pro ILLIS DE CATTULIS ALIISQUE CREDITORIBUS

Cum MARCHIONE THEODOLO.

Conſilium pro veritate.

De eadem Bulla Archivii moderatoria Bullæ Baronum, an ſuffragetur in melioramentis, & acceſſionibus factis ſuper bonis, in quibus dictæ B llæ forma ſervata eſt, quoties illa poſtmodum facta ſunt & non continentur in tabella Archivii.

SUMMARIUM.

1 *Caſus controverſia.*

2 *De diſtinctione inter melioramenta ſeparabilia, & inſeparabilia,*

3 *Ubi agitur de inſeparabilibus, illa cedunt ſolo, ac melioraus efficitur creditor.*

4 *Bulla Baronum non habet locum in juribus, & actionibus.*

5 *Melioraus qui eſt fideicommiſſi debitor pro reintegratione nil repetit per ſpeciem compenſationis, ideóque in melioramentis opus non eſt ſervare formam Bullæ Archivii.*

DISCURSUS

Digitized by Google

DISCURSUS LXXXVIII.

AD conſulendum fideicommiſſorum everſioni ex
Bulla Baronum reſultante ſolitæ, ſenior Sancti
1 Viti Marchio Theodolus ſollicitus fuit de implemen-
to formæ præſcriptæ per Bullam 117. alias 119. Ur-
bani VIII. dictæ Bullæ Baronum moderatoriæ, ex-
hibendo ſcilicet in Archivio inſtrumentum fideicom-
miſſi cum diſtincta notula bonorum ſub illo caden-
tium, eorumque deſcriptione in tabella publicè ex-
poſita, quæ bona præſertim conſiſtunt in dicto caſtro
S. Viti, & in Palatio Urbis, quibus peractis idem Mar-
chio, vel ſuperædificando, aliaſque meliorationes fa-
ciendo, vel cum novis acquiſitionibus, notabiliter
eadem bona melioravit, dictaſque acceſſiones ſeu me-
lioramenta eidem fideicommiſſo aſſignavit pro reinte-
gratione ejus, in quo ipſe ob præcedentes alienatio-
nes erat ejus debitor, atque ſecutu demum ejus obi-
tu, contracto prius aliquo ære alieno, cum nulla ſu-
pereſſent bona libera, vel minùs ſufficientia, ſuper
quibus integrè creditoribus conſultum eſſe poſſet, illi-
que ſuper fideicommiſſariis in archivio deſcriptis, ob
dictam conſtitutionem Urbanam, deſtituti eſſent be-
neficio Bullæ Baronum, agnoſcentes dictum præſer-
vativum remedium adhibitum non eſſe in prædictis ac-
ceſſionibus, ſeu melioramentis, utpotè in tabella Ar-
chivii non deſcriptis, cogitarunt ſuper iſtis Bullam
poſſe ſuffragari, ideóque Congregationem Baronum
adire, cumque ſuper hoc meum imploraſſent patro-
cinium, pro ea veritate, quam, ceſſante illuſione in-
tellectus, voluntas in hoc Advocationis munere ſem-
per profiteri, ac liberè inſinuare ſtuduit, requirenti-
bus conſului, quod ſi adeſſent acceſſiones, ſeu melio-
ramenta ſeparabilia, & ſtantia de per ſe, prout eſſent
domus, vineæ, & prædia in dicto caſtro alias per pri-
vatos poſſeſſa, & per dictum Marchionem jure priva-
to quæſita, ſuper eis probabiliter eorum jura expe-
riri poſſent ex beneficio Bullæ Clementinæ, ob ceſ-
ſantem formam alterius Bullæ Urbanæ, ſuper quo ta-
men, ut ſupponebatur, factum vel parum, vel nihil
aſſiſtebat, ſecus autem quoad melioramenta inſepara-
2 bilia, juxta receptam feudiſtarum diſtinctionem, de
qua poſt antiquiores ibidem collectos *apud Marin. reſol. 21. & 34. lib. 2.* ac habetur *in nullius Baren. melio-
ramentorum in Romana, ſeu Venafren.* & in aliis *hoc
eodem tit.* Ubi enim agitur de inſeparabilibus, feudo,
ſeu caſtro, alteriùſve corpori annexis, & inſeparabili-
ter incorporatis, tunc illorum dominium cedit ſolo,
juxta terminos *text. in §. cum in ſuo ſolo, & ſequent.
Inſtit. de rerum diviſione*, melioráns verò remanet ſo-
lùm creditor in pretio minori inter impenſum, & me-
3 lioratum ex deductis *in dicta nullius Baren. hoc tit.* ac
etiam pluries *ſub tit. de fideicommiſſis, ſub altero de de-
tractionibus*, præſertim *in Romana domus inter Gottifre-
dum, & Petronium, & alibi.*

Quo poſito, dupliciter dicebam Bullam Baronum
non intrare, ideóque neceſſarium non eſſe præſerva-
tivum remedium dictæ Conſtitutionis Urbanæ; primò
quia, ut habetur *in Roman. de Cartaris, & in altera
de Maximis hoc eodem tit.* Bulla prædicta utpote lo-
quens de bonis ſtabilibus, locum non habet in nomi-
4 nibus debitorum, ſeu juribus, & actionibus, de quo-
rum genere dicitur hoc jus petendi refectionem me-
lioramentorum inſeparabilium in pecunia, ſeu pretio
ejus, quod eſt minus inter melioratum, & impenſum;
Et ſecundò clarius, quia cùm idem melioráns eſſet fi-
5 deicommiſſi debitor, ob dictum ſuperventum credi-
tum, inducta fuit compenſatio, circa quam nulla ca-
debat difficultas ſtante declaratione animi, qua ceſ-
ſante ſolum intrat diſputatio, an fiat ipſo jure, vel
potiùs ope exceptionis, & conſequenter, ipſa bona
jam archiviata remanent in ſuo eſſe primævo, cum ſolà
liberatione ab illo onere ſeu ære alieno, cui aliàs ra-
tione dictorum melioramentorum obnoxia dici poſ-
ſent; tanquam per quamdam remotionem obſtaculi,
dum non agebatur de liberatione ab onere apto ſtare
de per ſe, quod melioráns tranſlative acquiſiviſſet,
juxta ea, quæ habentur *apud Marin. dicta reſol. 21. &
in dicta Romana, ſeu Venafren. donationis*, & ſic nil ſu-
pererat, in quo dicta forma Bullæ Archivii adimplen-
da eſſet. Noluerunt creditores acquieſcere conſilio,
ſed alios invenientes conſultores fortè lucri gratia
auribus prurientes, ac omnia facilitantes, aleam ten-
tarunt in Congregatione, ſed ſuccubuerunt, ac re-
jecti fuerunt.

ROMANA CONTRIBUTIONIS DE CESIIS

Pro DUCISSA CERÆ.

Cum DUCE AQUÆSPARTÆ.

Caſus deciſus per Rotam pro Ducissa.

Barone poſſidente plura fideicommiſſa, ſi in vim
Bullæ alienentur vel ſubjugentur bona ad unum
fideicommiſſum ſpectantia, atque per ejuſdem Ba-
ronis mortem fideicommiſſa diverſis perſonis de-
ferantur, an intret contributum pro ſuppletione
ſeu refectione illius fideicommiſſi, quod majorem
ſciſſuram vel damnum paſſum eſt; Et an in propo-
ſito Bullæ, & pro alienatione bonorum pro debi-
tis Baronis, intret ordo inter fideicommiſſa aſcen-
dentium, & tranſverſalium.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Deciſio cauſæ.*
3 *Articulus novus in jure expreſſè non deciſus dignus eſt concordia.*
4 *Diſpoſita per auth.* res quæ, *pro dotibus ex rationis identitate procedunt pro alimentis, aliiſque neceſſitatibus miſerabilium.*
5 *Ubi diſpoſitio concepta eſt de pluribus per alternativam, attenditur ordo prælationis per prius, & poſterius.*
6 *Facilius derogatur fideicommiſſis aſcendentium, quam extraneorum.*
7 *De rationibus, quibus innixa eſt Bulla Baronum.*
8 *Ad debita feudatarii defuncti contribuere tenentur hæres feudalis, & hæres allodialis.*
9 *Quæ ſit ratio dictæ contributionis; & an dicta ratio aptetur terminis Bullæ Baronum.*
10 *Si fiat jactus aliquarum mercium ad navem ſublevandam, domini aliarum mercium tenentur ad refectionem per contributum.*
11 *An Baro poſſeſſor fideicommiſſorum utile negotium gerere dicatur ſubjugando aliqua bona.*
12 *Ad impediendam venditionem bonorum de ordine Congregationis in vim Bullæ faciendam, poſſunt erigi montes, vel imponi cenſus.*
13 *Facultas alienandi ſuffragatur pro hypotheca ſeu alia ſubjugatione, quæ eſt quid minus.*
14 *De ratione concluſionis, de qua num. 10. ſuper jactu, & an conveniat Bullæ Baronum.*
15 *Caſus Bullæ dicitur fortuitus, utpotè proveniens à facto Principis.*
16 *Congregatio practicat Bullam indifferenter in omnibus bonis, nullo ſervato ordine.*
17 *De ſpeciali auctoritate Salgadi ſatis proxima ſuper contributo inter plura fideicommiſſa.*
18 *Poſſeſſor fideicommiſſi gravatus onere reſtitutionis, dicitur verus dominus, & in quo differat ejus dominium à dominio aliorum bonorum.*
19 *Quod Bulla Baronum, ſeu alia facultas Principis faciat bona libera aliis exæquata.*

20 *Fidei*

20 *Fideicommiſſa non erant obligatoria ante tempora Auguſti, à quo tempore inducta eſt præciſa obſervantia fideicommiſſorum.*
21 *Bulla Baronum procedit etiam contra pupillos, minores, & quoſcumque privilegiatos.*
22 *Quod Bulla non tollat fideicommiſſa, & obliget Baronem ad illud reintegrandum.*
23 *Declaratur quomodo id procedat, & quando fideicommiſſa cenſeantur ſublata & non ſublata.*
24 *Fideicommiſſum ex Bulla dicitur legalis fidejuſſor Baronis.*
25 *Declaratur dictio, ſeu, contenta in Bulla Baronum.*
26 *De obſervantia Congregationis Baronum diſtrahendi bona poſſeſſa, nullo attento vel ſervato ordine inter ipſa bona.*

DISCURSUS LXXXIX.

1 IN perſonis Andreæ patris, & Franciſci Mariæ filii Ducum Ceriæ, ordine ſucceſſivo conſolidata fuerunt plura fideicommiſſa, diverſis temporibus, & ſub diverſis legibus per eorum majores ordinata; Defecto autem dicto Franciſco Maria ſine prole, fideicommiſſa prædicta diverſos habuerunt ſucceſſores, illa ſiquidem ordinata per Portiam de Anguillaria aviam vel abavam, & per Paulum Emilium Ceſium pariter avum vel ulteriorem aſcendentem, delata fuerunt ejuſdem Franciſci Mariæ ſorori, ejuſdemque deſcendentibus, alterum verò ordinatum per Cardinalem Petrum Donatum Ceſium patruum magnum, delatum fuit in Ducem Aquæſpartæ de altero colonello ejuſdem familiæ Ceſiæ. Cumque præfati Andreas, & Franciſcus Maria, vel diſtraxiſſent, vel reſpectivè pro erectione Montis Ceſii, ac cenſibus, ſubjugaſſent pro majori parte, ac ferè pro toto, bona ſpectantia ad dicta fideicommiſſa Portiæ, & Pauli Emilii aſcendentium, dictum verò alterum fideicommiſſum Cardinalis Petri Donati remaneret integrum. Hinc proinde Duciſſa prætendere cœpit, pro dictis debitis, ac reſpectivè diſtractionibus, ac ſubjugationibus, inter illa fideicommiſſa locum eſſe debere contributo pro refectione ſeu reintegratione, & inito deſ per compromiſſo in duos qualificatos Prælatos, cum poſt plures diſputationes, ſcribentes pro Duce reo convento ex modo motivandi, ſeu aliàs, crederent arbitros eſſe in ſenſu, quod dicto contributo locus eſſet, adeuntes ſignaturam gratiæ, obtinuerunt reſcribi, quod per eoſdem arbitros procederetur de voto Rotæ, unde propterea dato dubio coram *Cerro Decano an locus eſſet*
2 *contributioni*, binæ prodierunt affirmativæ reſolutiones Duciſſæ actrici favorabiles *ſub diebus* 15. *Junii* 1665. & 10. *Martii* 1666. eſſe ſcilicet locum contributioni, exceptis debitis particularibus, quæ occaſione, ſeu in gratiam cujuſlibet fideicommiſſi reſpectivè contracta eſſent, exceptiſque aliis debitis contractis pro dotibus conſtituendis vel reſtituendis, in vim *authent. res quæ, Cod. commun. de legat.* cum hoc pariter dicatur debitum particulare fideicommiſſorum aſcendentium, in quibus *dicta auth.* diſpoſitio locum habet, non autem tranſverſalium, in quibus juxta hodie in foro receptam opinionem, illa non intrat.

Editis autem his deciſionibus, eadem Rota quoque laudante, aſſumptus fuit tractatus concordiæ, quæ videtur eſſe in ſtatu concluſionis, dilata ſolùm omnimoda effectuatione, ob aliquas differentias in facto magis conſiſtentes ſuper valore bonorum, ac firmando ſtatu dictorum fideicommiſſorum reſpectivè, ac debitorum cauſa ſeu qualitate. Et quamvis partes actricis probabiliter viderentur in toto, quodque ei juſtitia aſſiſteret, tam ex fundamentis, de quibus infra, tum ex eo, quod in articulo adeò peregrino, & in jure expreſſe non determinato, caſus huc uſque dedit, quod judicia ſaltem pro majori parte fuerunt pro dicta contributione concordia, dum talis pro certo credebatur arbitrorum ſenſus, taleque fuit binum Rotæ judicium, & conforme viſum fuit eſſe illud majoris partis votantium ſignaturæ gratiæ; nihilominus ego ſcribens pro dicta actrice obtinente, laudabam concordiam, qua articulum, utpote peregrinum, &
in jure novum, dignum reputabam, cum ob ejus novitatem, ac ceſſantem juris expreſſam determinationem, non de facili, nimirum certa, & determinata veritas deſuper dari valeat, quamvis ut dictum eſt magna probabilitas huic parti, & pro contributione aſſiſteret. 3

In his igitur diſputationibus, ſcribentes pro Duce reo convento, magnum ac pene totum fundamentum conſtituebant in diſpoſitione vel ratione textus *in dicta authent. res quæ, Cod. de commun. de legat.* ut quemadmodum ſcilicet pro dotibus conſtituendis, aſcendentium tantum; non autem tranſverſalium fideicommiſſa obnoxia ſunt juxta opinionem hodie in foro ubique, præſertim verò in Rota, & Curia receptiſſimam, ita ex identitate rationis dicendum ſit, pro debitis, quæ per deſcendentem fideicommiſſi poſſeſſorem contracta eſſent, pro ejus alimentis, aliiſque neceſſitatibus, dum, ut pluries inſinuatur hoc cod. tit. ad iſtam materiam Bullæ Baronum, ac etiam habetur in ſua propria ſede *ſub tit. de fideicommiſſis*, id quod per *dictam authent.* diſponitur, pro dotibus conſtituendis vel reſtituendis, ex rationis identitate, imò majoritate, locum quoque habere debet pro maſculorum alimentis, aliiſque neceſſitatibus, puta pro eis redimendis ab hoſtibus, vel bannitis, cum ſimilibus. 4

Quod clarius procedere dicebant, ex eo quod Bulla, loquendo de fideicommiſſis aſcendentium, & tranſverſalium, utitur dictione alternativa, *ſive*, cujus peculiaris natura, & operatio eſt inducendi ordinem per prius, & per poſterius, ex collectis per *Farinac. quæſt.* 379. *num.* 26. *& ſeq.* ac alibi, & habetur pluries deductum
in dicta materia fideicommiſſaria, præſertim *de Bonon. fideicommiſſi de Guidottis*, occaſione agendi de articulo, an vocatio maſculorum, & fœminarum, ſive agnatorum, & cognatorum, intelligenda eſſet ordine ſimultaneo, vel potius ſucceſſivo, ac per prius, & poſterius cum prælatione, ut probabilius magiſque receptum videtur; quoties diſpoſitio concepta eſt per dictam alternativam, ſecus autem ſi per copulativam. 5

Ex his fundamentis conſiderabam, in comprobationem addi quoque poſſe alterum deductum ab obſervantia Principum ſuper derogationibus fideicommiſſorum, ſeu facultatibus obligandi bona ad fideicommiſſa, & majoratus pertinentia, ut frequenter habetur apud Hiſpanos præſertim *Salgad. in labyrint.* & *Caſtill.* 8. *tom. controv.* agentes de hujuſmodi facultatibus obligandi bona illorum majoratuum, quoniam faciliùs hujuſmodi facultates conceduntur, quando agitur de fideicommiſſis aſcendentium, in quorum defectum illis tranſverſalium vel extraneorum derogari ſolet. 6

Ad quod facere etiam videntur ea, quæ pluries habentur deducta hoc *cod. tit.* ad iſtam materiam præ-
ſertim *in Romana pecuniaria ac Pallavicinis diſc.* 74. ſuper rationibus, quibus Bulla Baronum, ut ſalvetur ab exorbitantia, innixa videtur, quod ſcilicet ad inſtar rationum, quæ per Doctores tribuuntur, dictæ legali diſpoſitioni *in authent. res quæ, Cod. commun. de legat.* intret, vel præſumpta voluntas fideicommittentis, vel legalis neceſſitas, qua idem ſi viveret premeretur, quarum una, vel altera, aſcendentibus, non autem tranſverſalibus conveniens, dictum ordinem exigere videtur. 7

Econverſo cæteri ſcribentes pro hac parte, cum quibus ego etiam ſcribens in cauſa tanquam Advocatus conveniebam, magnum fundamentum conſtituebant in concluſione feudali, ut ad feudatarii defuncti debita contribuere deberent pro rata bonorum ambo hæredes, feudalis, & allodialis, ſive militaris, & paganicus, 8

nicus, quamvis ſuper una bonorum ſpecie contracta
eſſent *F b. de Anna conſ. 4. Franch. deciſ. 159. num. 1. & 2.*
de Marin. reſol. 162. lib. 1. Capic. Latr. conſult. 9. & 10. &
habetur *in Romana contributionis de Columna, in Romana*
ſeu Roſ. men. & in aliis *hoc eodem tit.*

Iſtud motivum videbatur ad rem facere per quam-
dam ſimilitudinem, verè tamen, ac directè non per-
9 cutiebat, pro meo judicio, caſum, ratio enim dictæ
concluſionis conſiſtit in hæreditaria qualitate debito-
ris defuncti, quam uterque ſucceſſor habet, ita ut
ambo æqualiter debitoris perſonam repræſentent, at-
que utraque bonorum ſpecies ſit de hæreditate, & pa-
trimonio debitoris, quæ ratio non intrat in præſenti,
dum ſucceſſores in fideicommiſſis veniunt jure proprio
independenter à debitore, cujus hæreditariam qualita-
tem non habent, benè tamen iſtud motivum confert
in corroborationem alterius de quo infra, quod Bulla
tollendo fideicommiſſa, fingat bona eſſe in libero do-
minio Baronis poſſeſſoris, ſed ſolum, & de per ſe vi-
debatur parum tutum.

Aliqui ponderabant à ſimili diſpoſita per text. *in l. 1.*
& tot. tit. ff. ad l. Rhodiam de jactu, quod ſi dominus
10 vel gubernator navis onuſtæ mercibus diverſarum per-
ſonarum, cogitur vi tempeſtatis, ad navem levandam,
aliquas merces projicere, alii qui projectum paſſi non
ſunt, contribuere tenentur domino mercium proje-
ctarum pro rata. Atque in idem conſiderabant ſuffra-
gari terminos de in rem verſo, ſeu utilis negotiorum
11 geſtorum, quaſi quod Baro debitor & poſſeſſor utile
negotium geſſerit pro omnibus fideicommiſſis vel ma-
joratibus, ſubjugando pro erectione montis, vel im-
poſitione cenſuum aliqua bona, ut ita impediret ma-
jus damnum, quod ſequi potuiſſet, ſi creditores, pro
quibus dimittendis id geſtum eſt, recurſum habuiſſent
ad Congregationem, atque per iſtam, bona ſequeſtra-
ta, & ſubhaſtata eſſent.

Et ex qua ratione firmavit Rota apud *Buratt. de-*
12 *ciſ. 401. num. 3. & 4. & deciſ. 482. & in Urbevetana bo-*
norum 13. Maii 1652. ut in vim hujus Bullæ ſubſtinean-
tur impoſitiones cenſuum, & erectiones montium pro
impedienda dicta venditione magis damnoſa, ex ea
clara ratione, quod cui conceditur plus, cenſetur con-
13 ceſſum quod minus; Ad quod conferunt deducta *per*
Marin. reſol. 28. lib. 1. & Salgad. in labyrint. part. 2. cap. 8.
num. 13. & 14. ut aſſenſus ſeu licentia conceſſa ſuper
omnimoda alienatione, ſuffragetur pro impoſitione
cenſuum, vel alia ſubjugatione.

Verùm, & hoc motivum, quamvis cum aliis uni-
tum alicujus eſſet conſiderationis, attamen ſolum, &
14 de per ſe mihi non videbatur omninò tutum ex defe-
ctu applicationis ad caſum, ideò enim intrat dictum
contributum inter dominos plurium mercium exiſten-
tium in eadem navi, quia illa tota periclitabatur, at-
que contingente naufragii caſu, omnes merces periiſ-
ſent, unde propterea projectus aliquarum importare
videtur quamdam impenſam neceſſariam pro conſer-
vatione navis, & mercium, quod in præſenti non vi-
debatur applicabile; tum quia aliqua ex debitis con-
tracta erant de novo, unde non urgebat dicta ratio di-
mittendi alios creditores, qui Congregationem adeun-
tes cauſare potuiſſent ſubhaſtationem, tum etiam quia
non exinde omnia fideicommiſſa diſtracta fuiſſent,
quia ſolùm proceſſum eſſet ad diſtractionem tot bo-
norum, quorum pretium æquivaleret cum aliquo ma-
jori damno, quod in caſu ſubhaſtationis, abſque du-
bio adeſſe dicitur, ſed non per hoc totum patrimo-
nium periclitabatur, ut eſt in caſu totius navis pericli-
tantis. Unde pro ratione dubitandi dicebam, quod
diſtrahi ſeu ſubjugari aliqua ex pluribus bonis ad plu-
ra, & diverſa fideicommiſſa ſpectantibus, videtur po-
tiùs ſpecies caſus fortuiti in illis bonis tantùm contin-
gentis, & qualem eſſe iſtum reſultantem à Bulla Baro-
num, utpotè ex facto Principis, quod inter caſus for-
tuitos connumeratur, in ſpecie apud *Cavaler. deciſ. 612.*
& deciſ. 618. num. 19. & ſeq. & apud Buratt. dicta dec. 401.
num. 2. unde quemadmodum ſi ex ictu fulminis, vel
alio caſu pereant aliquæ ex pluribus mercibus exiſten- 15
tibus in navi, vel taberna, non intrat contributum,
quia eſt caſus, & fortunæ maleficium particulare, & non
reſpicit cauſam univerſalem, ita in præſenti.

Niſi dicamus, quod cum juxta inconcuſſam praxim
Congregationis, non detur certus ordo inter bona
pro debitis Baronis ſequeſtranda, & ſubhaſtanda, ſed
totum fiat pro ejus libito, & prout dignoſcat expedire 16
pro magis prompta creditorum ſatisfactione, idcircò
antequam fierent, erectio montis, aliæque ſubjugatio-
nes pro evitando hoc majori damno alienationis, om-
nia bona, omniaque fideicommiſſa æquè ſubjacebant
huic periculo, dum incertum erat, ſuper quo ſors ca-
dere deberet, & conſequenter præſervativa fuit æqua-
lis, omniumque utile negotium percutere videtur, at-
que ita motivum videbatur conferre.

Quia verò quilibet abundat in ſenſu ſuo, atque
proprii partus quamvis informes videntur aliis for-
moſiores, idcircò mihi ſolidiora, magiſque ſtringen-
tia videbantur motiva, quæ à me in primis congreſſi-
bus excitata, per alios quoque deducebantur, eodem
modo, quo ego deducebam etiam dicta motiva per
alios excitata.

Deducebam ſiquidem in primis, quatenus pertinet 17
ad auctoritates ſpeciales & proximas, ea quæ in ipſiſ-
ſimis ferè terminis habentur *apud Salgad. in labyrint.*
part. 2. cap. 9. ex num. 20. ubi agendo in ſpecie de poſ-
ſeſſore plurium majoratuum contrahente debita ex le-
gis vel Principis licentia, proceditur cum eadem di-
ſtinctione, cum qua in hujus cauſæ reſolutionibus be-
nè proceſſum fuit, ut ſuprà, quod aut ſcilicet agitur de
illis debitis, quæ in cauſam unius majoratus contrahi
contingat, & iſtis tantùm debeat eſſe damnum, ita ut ſi
caſus præbeat, pro hujuſmodi debitis diſtrahi, vel ſub-
jugari bona ad alia fideicommiſſa vel majoratus ſpe-
ctantia, intret obligatio refectionis; Aut agitur de de-
bitis indifferenter contractis in cauſam propriam &
privatam ipſius poſſeſſoris, & tunc intret contributum
proportionabiliter & pro rata, adinſtar poſſidentis plu-
ra beneficia, quorum bona ex Apoſtolica auctoritate
obliget, ſi mortuo beneficiato contingat eadem benefi-
cia diverſis perſonis conferri, quæ auctoritas videtur
quidem, ut dixi, ſatis proxima, & penè individualis.

Dicebam quoque ratiocinando, quod poſſeſſor fi- 18
deicommiſſi ſeu majoratus, juxta opinionem *Molina*
& ſequacium, & quæ videtur verior, atque in Rota &
Curia recepta, ut *deciſ. 200. num. 13. part. 5. recent.* &
in aliis, ac frequenter habetur in ſua materia *ſub tit. de*
fideicommiſſis, dicitur verus ac perfectus dominus, cum
ea differentia inter ipſum, & alios poſſeſſores bonorum
liberorum, & indifferentium, quod hoc dominium
non importat illam liberam diſponendi facultatem, quæ
alias de dominii natura ineſſe dicitur, ſed eſt in hac
parte refrenatum, atque contingente caſo reſtitutionis,
eſt reſolutioni ſubjectum. Unde propterea Bulla Ba-
ronum, vel actualiter, vel veriùs habitualiter & poſt-
quam Congregatio manus apponit, ita hoc obſtacu-
lum removere videtur, atque bona fideicommiſſaria
reliquis liberis & indifferentibus exæquare, perindè
ac ſi eſſent libera & propria, ut generaliter circa ope-
rationem facultatis Principis habetur apud *Molinam* 19
de primogenitura part. 4. cap. 5. per tot. Salgad. dicta part. 2.
cap. 9. num. 28. 29. & 61. apud quos concordantes, &
in his terminis ſpecialibus Bullæ *Spad. conſ. 19. lib. 1.*
Buratt. dicta deciſ. 401. num. 3. deciſ. 66. part. 11. rec. &
in aliis; Quo poſito, rectè intrare conſiderabam di-
ctos terminos feudales vel ſimiles, contributionis plu-
rium hæredum, ſeu plurium patrimoniorum ejuſdem
debitoris.

Ad quod comprobandum deducebam eadem, quæ
deducta habentur *hoc eodem tit.* ad iſtam materiam plu- 20
ries, præſertim *in Romana pecuniaria de Pallavicinis*
diſc. 74.

diſc.74. quod ſcilicet fideicommiſſa ante tempora Auguſti non erant præcisè obligatoria; unde propterea Bulla Baronum id operari videtur, reducendi ſcilicet bona fideicommiſſaria ad eum ſtatum præcedentem, quando erant obligabilia, & ad fideicommiſſarii poſſeſſoris diſpoſitionem, ut in ſpecie benè advertitur per Rotam *deciſ.36. part.5. rec. num.41. & ſeq.* & ſic eſt indefinita remotio obſtaculi, cum reverſione ad illum priorem ſtatum, quo poſito, omnia pariformiter pro debitis poſſeſſoris affecta ſunt.

Unde propterea habemus, quod Bulla procedit con-
21 tra quoſcumque fideicommiſſorum ſucceſſores, etiamſi ſint pupilli, minores, & quomodocumque privilegiati, quia lex non percutit perſonas ſucceſſorum, eas obligando ad ſolvenda debita prædeceſſorum, quorum non ſunt hæredes, ſed percutit etiam bona, tollendo vinculum, ſeu obſtaculum ut ſupra, ut *per Spad. conſ.18. lib. primo*, & habetur in votis editis de anno 1617. *in Sabinen. caſtri Montis rotundi per Ludoviſium*, poſtea *Gregorium XV.* & per *Pamphilium* poſtea *Innocentium X.* ac etiam deinde firmatum fuit per Rotam in eadem *Sabinen. coram Coccino*, quæ eſt *dicta deciſ.36.part.5.recent.*

Adversùs hoc motivum, acriter inſiſtebant ſcribentes in contrarium circa ejus falſum præſuppoſitum ſuper remotione obſtaculi fideicommiſſorum, tum quia,
22 ut alibi habetur deductum *hoc eodem tit.* præſertim *in Romana dotium de Comitibus diſc.81.* verius eſt Bullam Baronum nòn tollere ex tunc fideicommiſſa, neque concedere poſſeſſori facultatem obligandi, niſi in ſolo caſu impediendi imminentem ſubhaſtationem juxta dictas *deciſ.401. & 482. Buratti*, ſed tribuere ſolùm facultatem Congregationi, ut id agere valeat, & ſic operatur ut nunc, non ut tunc; Tum etiam quia eadem Bulla ad litteram obligat poſſeſſorem, pro cujus debitis bona fideicommiſſaria diſtracta ſunt ad reintegrandum fideicommiſſum de ejus bonis propriis, quæ illico ex ejuſdem Bullæ miniſterio ſubrogata cenſentur, ergo fideicommiſſ. non ſunt ſublata.

Pro iſto objecto removendo advertebam, in Baro-
23 ne fideicommiſſorum poſſeſſore, duas formales perſonas conſiderari, unam propriam & particularem complectentem proprium patrimonium ac bona ad ejus liberam diſpoſitionem pertinentia; alteram verò tanquam adminiſtratoris fideicommiſſorum ſeu majoratuum, ut de hujuſmodi perſonarum diſtinctione benè habetur apud *Valenzuel. conſ.156. num.78. cum ſeq. Salgad. in labyrint. part.2. cap.22. num.88. cum ſeq.* qua diſtinctione poſita, ſi conſideramus primam perſonam, & quoad commodum vel reſpectivè damnum ipſius poſſeſſoris, rectè dicitur, Bullam nihil alteraſſe circa fideicommiſſorum naturam, & ut poſſeſſor teneatur ad reintegrationem illius damni, quod ipſum fideicommiſſum ex ejus facto patitur, ſecus autem ſpectata ſecunda perſona, & in gratiam creditorum, unde propterea, quando ſublata de medio prima perſona ob ejus inſufficientiam, remanet ſolùm ſecunda, tunc præmiſſa rectè intrant, atque ita videtur, damnum ab eodem adminiſtratore pariformiter illatum eſſe omnibus ſub ejus adminiſtratione viventibus.

Poſſunt autem hæc inſimul ſtare, quod ſcilicet bona fideicommiſſaria rectè alienentur vel obligentur,
24 perindè ac ſi eſſent à fideicommiſſi vinculo ſoluta, & tamen quod ipſe fideicommiſſi poſſeſſor remaneat ad fideicommiſſi reintegrationem obligatus, ut habemus in alienationibus, quæ fiant de conſenſu vocatorum, ſive in illis, quæ fiant in vim Apoſtolicæ derogationis, ſeu alterius facultatis per Principem conceſſæ.

Proindéque conſiderabam, fideicommiſſa in propoſito cenſeri ipſius Baronis poſſeſſoris fidejuſſores legales, eodem modo quo juxta terminos *dicta auth. res qua, Cod. commun. de legat.* eadem fideicommiſſa dicuntur gerere perſonam fidejuſſoris pro dotibus reſtituendis, quoniam adhuc remanet vero debitori obligatio reintegrandi fideicommiſſum, & conſequenter intrat contributum ſeu beneficium diviſionis, eo modo quo intrat inter plures fidejuſſores ejuſdem debitoris, vel alterum diviſionis beneficium, quod de jure datur inter plures tertios poſſeſſores bonorum ab eodem cum æquali jure cauſam habentes, cum ſimilibus.

Conferre quoque videbatur alterum motivum, quod cum ex ejuſdem Bullæ præſcripto, Baro poſſeſſor, pro cujus debitis, fideicommiſſum damnum ac jacturam paſſum eſt, efficiatur ejuſdem fideicommiſſi debitor, exinde reſultabat, quod idem fideicommiſſum, tanquam creditor Baronis, actionem habebat ad alia bona fideicommiſſaria in vim ejuſdem Bullæ adinſtar cujuſcumque alterius privati creditoris, quo non debet eſſe inferior.

Et quamvis hæc omnia motiva ſingulariter & de per ſe à difficultatibus immunia non eſſent, nihilominus ex illis omnibus, ac inſimul & unitim conſideratis, cum regula, ut ſingula, quæ non proſunt, &c. per quamdam ſpeciem mixtivi operis, hujus partis juſtitia dictarumque reſolutionum probabilitas reſultare videbatur.

Quo verò ab objecta, circa ordinem ſervandum in- 25
ter fideicommiſſa aſcendentium, & collateralium, prorſus leve, & contemptibile videbatur illud reſultans à dictione alternativa, *ſeu* quoniam, ut benè advertitur in hujus cauſæ deciſionibus, atque ipſius Bullæ contextus clarè comprobat, dictio prædicta non ſtat disjunctivè ſeu alternativè, ſed potius conjunctivè ſeu ampliativè, perinde ac ſi adhibitæ eſſent dictiones, *tam & quam*, eumdemque ſenſum habuit ab initio Rota *dicta deciſ.36. num.23. & ſeq. part.5. rec.* ubi quod Bulla indefinitè tollit fideicommiſſa, tam aſcendentium, quàm collateralium, & extraneorum.

Majoris autem ponderis videbatur ejuſdem ordinis conſideratio deducta à diſpoſitione juris in *dicta authent. res qua*, ſive à ratione, cui Bulla innititur; Verùm & hoc tolli dicebam, tum ex dicta conſideratio- 26
ne, quod Bulla reſpectu creditorum & aliorum ita indefinitè reducere voluerit ſtatum fideicommiſſorum, prout erant ante tempora Auguſti; Tum clarius ob inconcuſſam praxim, & obſervantiam Congregationis, quæ obſervantia juxta quotidianam propoſitionem, qua nil in foro frequentius, dicitur optima interpres, & interpretationum regina, dum indefinitè practicatur ſuper bonis à Barone poſſeſſis, non attendendo iſtum ordinem, tam inter plura fideicommiſſa, quàm etiam inter alia bona ab ipſo Barone poſſeſſa, quæ praxis reſultare videtur ab eadem Bulla id præſupponente, dum ſupponit, quod alia adſint bona libera Baronis ſubroganda loco alienatorum, ergo non urget neceſſitas ordinis; Et ex his inſimul junctis probabilitas huic parti, dictiſque reſolutionibus aſſiſtere videtur.

† CUrioſus autem, & ſingularis punctus, de quo in hoc diſcurſu pariter ulteriorem non habuit diſputationem, utpotè jam ſopitus per concordiam, quam Ego conſului, deſideravi, & inculcavi, quoniam, quo magis ad caſum reflectebam, eo magis mihi creſcebant difficultates, non ſolùm ob differentiam in diſcurſu ponderatam, inter fideicommiſſa aſcendentium, & illa tranſverſalium, ducto argumento à diſpoſitione *Authent. res qua, C. communia de legatis*; Sed fortiùs quoniam deventum erat ad alienationem ſpecialem bonorum ſpectantium ad unum, & non ad alterum fideicommiſſum, unde propterea non intrabant termini contributi, qui rectè intrarent, quando ageretur de debitis ſimpliciter, ac in genere contractis; Minuſque termini, de quibus *tot. tit. ad l. Rhodiam de jactu*, cùm ille ſit actus neceſſarius, qui fit in gratiam & utilitatem omnium, iſte autem dicitur actus voluntarius adminiſtratoris plurium patrimoniorum, qui in una adminiſtratione voluit bene ſe gerere, & in altera malè.

Si etenim Commendatarius, vel adminiſtrator, ſeu Rector plurium Eccleſiarum vel beneficiorum, bona unius

unius Eccleſiæ, vel beneficii alienaret, vel diſſiparet, aut conſenſum præberet impoſitioni penſionis, non per hoc tenebuntur aliæ Eccleſiæ, vel beneficia contribuere ad refectionem damni, vel ad penſionem; Idemque dici poteſt in illo, qui eſſet tutor plurium pupillorum, cum ſimilibus.

Sive, cum diſpoſitio iſtius Bullæ, ſeu alienatio ejus vigore facta, dicatur ſpecies caſus fortuiti, ut advertitur apud *Cavaler. deciſ.612. & 618.* & pluries in *hoc tit.* ſuper iſta materia, idcircò ſi ex fulmine, vel ex alio caſu pereant aliqua bona, unius fideicommiſſi, non per hoc intrabit contributum.

Verùm quia è converſo probabilia quoque ſunt fundamenta, de quibus in diſcurſu, & in cauſæ deciſionibus, quarum prima eſt impreſſa *deciſ.331. part.4. recent.* idcircò cauſa fuit digna concordia, quæ honeſtè ſequuta eſt, ut acquieſcentiam mereatur.

De iſta verò materia contributi, ſive de altera diverſitatis patrimoniorum, agitur ſupra *diſc.21. 22. & 23. & tit. de Cred diſc.11. & tit. de Hæred. diſc.3. & tit. de legat. diſcur.52.* & plura ad rem deducunt *de Maria, ad Reverter. deciſ.144. de Luca ad Franch. deciſ.1.* Prout etiam de diverſitate patrimoniorum, ad alios effectus agitur *tit. de Succeſſ. diſc.4. & 9.*

ROMANA PECUNIARIA DE MAXIMIS

Pro JOSEPHO PANZANO

Cum MARCHIONE ALOISIO MARIA DE MAXIMIS.

Caſus deciſus per Congregationem Baronum ſuper puncto Bullæ ibi diſputato ad favorem Joſephi.

An, & quæ caſtrorum, & bonorum juriſdictionalium poſſeſſio, vel dominium requirantur ad inducendam Baronalem qualitatem, & an ſola proprietatis poſſeſſio vel dominium ſine uſufructu ſufficiat, vel è contra.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *An poſſeſſio, & dominium caſtrorum in ſola proprietate faciant Baronem.*
3 *Feudo dato in dotem, an maritus dicatur Baro, & ad quem ſpectent actus Baronales.*
4 *Uſufructuarius non data cautione an faciat fructus ſuos.*
5 *Legato uſufructu prædii, an hæres de illo cum legatario participet.*
6 *Sub legato uſusfructus univerſalis non venit legitima.*

DISCURSUS XC.

MOriens Lucas de Maaimis pluribus relictis filiis, Lælio primogenito jure prælegati cum one-
1 re perpetuæ primogenituræ reliquit caſtra, Praxeudi, Piſtertii, & Praticæ, eorumque uſumfructum Virginiæ uxori donec vixerit, quare defuncto teſtatore, tam Lælius, quàm Virginia mater dicta caſtra poſſederunt, ac juriſdictionem dominicam, & Baronalem promiſcuè exercuerunt; Naturæ autem ordine turbato, ſupervivente matre obiit filius, cui Panzanus Joſephi actoris auctor multas credidit pecunias, pro quarum recuperatione, dicto Joſepho agente contra Aloyſium Mariam dicti Lucæ deſcendentem, dictorumque caſtrorum poſſeſſorem jure primogenituræ, iſta non obſtante, in vim Bullæ Baronum, objiciebat poſſeſſor, dictam Bullam non intrare, eo quod Lælius debitor nunquam fuerit Baro, neque dicta caſtra poſſederit, dum ſibi relicta erant pleno jure poſſidenda poſt mortem Virginiæ ejus matris, quæ ſupervixerat, & cui plenus illorum uſusfructus fuerat relictus. Undè aſſumpta deſuper diſputatione in Congregatione Baronum, ac præſuppoſito pro indubitato, Lælium ab initio mortis paternæ fuiſſe dictorum caſtrorum proprietarium, cum Virginiæ ſolus uſusfructus eſſet relictus, quatenùs nullam fructuum, & exercitii juriſdictionis participationem vivente matre Lælius habuiſſet, excitata fuit difficultas, an ſola proprietas caſtrorum faciat Baronem, & Domicellum, ad effectum Bullæ.

Pro affirmativa, ad favorem Panzani creditoris, dicebam videri reſpondendum, quia cum pluries Con-
gregatio firmaverit, poſſeſſorem caſtrorum, ſeu bono- 2
rum juriſdictionalium ratione ſolius uſusfructus non dici Baronem, quia uſufructuarius, neque dominium, neque poſſeſſionem ipſius rei habere dicitur, ſed utrumque reſidet penes proprietarium, de neceſſitate dicendum eſt, Baroniam reſidere penes proprietarium, ne aliàs detur inconveniens, quod Baronia ſtet in aëre, & ſine poſſeſſore, ſi illam non damus in uſufructuario, neque in proprietario.

Ad id probandum, addocebam ſimile de beneficio, vel Epiſcopatu, cujus fructus, etiam cum exercitio juriſdictionis ad alterius favorem ſint reſervati, ut habemus quotidianum in Abbatiis, Epiſcopatibus, & beneficiis, quæ per Cardinales reſignantur cum reſervatione fructuum, de quo agitur *deciſ.763. part.2. rec.745. part.3. Romana penſionis 28. Januarii 1641 Veroſpio impreſſ. inter recent. deciſ 1. part.9. Melphien. penſionis 28. Januarii 1647. Rojas inter ſuas deciſ.318. & in aliis*, quoniam ille, qui poſſidet proprietatem, ſeu titulum, dicitur Epiſcopus, vel Abbas, ſeu beneficiatus veniens ſub legibus, & diſpoſitionibus de hujuſmodi perſonis loquentibus, quamvis fructus ab alio percipiantur, ſic à pari.

Et quamvis motivari poſſet in contrarium aliud ſimile magis proximum de Baronia per mulierem data in dotem, quod interim conſtante matrimonio penes
virum reſidere dicatur, ita ut ipſe, non autem mu- 3
lier, vel ejus procurator intervenire debeat in parlamentis, aliiſque actionibus per Barones faciendis, atque ad ipſum ſpectent, exercitium & emolumenta juriſdictionis, ac jus præſentandi ad beneficia juriſpatronatus feudo annexi, ea deductis *per Jacobin. Inveſtitura feud.* verbo *de Caſtro, Capic. Inveſtit.* verbo *fenda pro dote verſ. adminiſtrantur Barboſ. in l. divortio, §. ſi vir ex num.41. ff. ſolut. matrim.* ubi latè, *Capobl. de Baron. lib.1. in rubr. num.44. & 45. & lib.2. cap.57 n.13. Vivian. de jurepatr. lib.4. cap.7 num.9. Mantic. deciſ.140. num.9. 10. & alii.* Undè propterea ad effectum Bullæ, dicendum videtur, poſſeſſorem caſtrorum titulo dotis, dici poſſe Baronem ſub hac diſpoſitione cadentem, quod tamen particulariter diſputatum, ac deciſum eſſe adhuc non practicavi, cum ea quæ habentur *in Romana donationis de Andoſillis hoc eod. tit.* non percutiant caſum caſtri dotalis.

Nihilominus, his etiam admiſſis, diverſam dicebam militare rationem, quia data valida feudi, vel caſtri datione in dotem, dicitur in maritum transferri, nedum vera poſſeſſio civilis, & naturalis, ſed etiam verum dominium juxta unam opinionem, ſive juxta alteram quaſi dominium, ſive dominium civile, & utile, remanente ſolùm penes mulierem quodam dominio directo, & naturali, ſive quodam habitu ad dominii reverſionem *ad text. cum ibi notatis in l. doce ancillam, Cod. de rei vendic. & plenè Barboſ. in l. dotalem 62. ff. ſolut. mar. Caſtill. de uſufr. cap.4. Fontanell. de pact. cl.5. gl.3. part.13. ex num.13. & cl.6. gl.1. part.2. Giurb. ad conſuet. Maſſan. c.1. gl.1. part.1. Rot. deciſ.39. poſt Merlin. de pignor.* & in aliis.

Et quæ in contrarium dicuntur de marito Baroniſſæ, ut non fiat Baro, cum ſimilibus, procedunt ubi feudum, ſeu caſtrum dari non poteſt in dotem juxta ea, quæ habentur ſupra *in Romana, ſeu Roſſanen. hoc eod. tit. diſc.20.* tunc enim quamvis de facto, maritus

magis, quàm mulier Baronis figuram faciat, ac effectum obtineat, facere tamen dicitur de facto, tanquam mulieris vicarius, ſeu adminiſtrator, eo modo, quo cætera bona eſtradotalia de mulieris tacito conſenſu ex legis diſpoſitione adminiſtrat, *ad text. in l. fin. C. de pactis conventis*, undè termini non ſunt pares.

Congregationi arridebat diſcurſus, ſed ex hoc ſolo motivo non inclinabat, quaſi quod ceſſaret ratio Bullæ deducta ex potentia, quæ fundamentum habet in juriſdictionis exercitio, quam tamen difficultatem replicabam non videri efficacem, quia ſi ita eſſet, pendente uſufructu, dare oporteret Baroniam in uſufructuario, penes quem reſidet exercitium juriſdictionis productivum illius potentiæ, cui innixa eſt Bullæ diſpoſitio, ne aliàs ſequatur jam dictum inconveniens dandi Baroniam ſine Barone.

Quia tamen pro cauſarum defenſione, & ſervitio, patrocinantium errorem ſemper cenſui, velle mordicus inſiſtere ſuper quæſtionibus apud judices dubiis, quoties difficultas ex facto dirimi poteſt, cum ita eſſet proprii ingenii oſtentationem, vel propriam affectionem potius, quàm cauſam tueri, contra omnem juſtitiæ, & convenientiæ rationem; Idcircò quicquid eſſet de hoc puncto (qui remanſit indeciſus,) omnem difficultatem ceſſare dicebam, ex quo conſtabat in facto, tam per teſtium depoſitiones, quàm per deputationes Officialium, ac per gratias, & compoſitiones de delictis, & ex præſentationibus ad beneficia jurispatronatus, Lælium, actualem, & plenam caſtrorum poſſeſſionem cum juriſdictionis exercitio etiam habuiſſe.

Et licèt replicaretur, hæc omnia ipſum geſſiſſe jure familiaritatis, ſeu vicario nomine Virginiæ matris, quam docebatur legatum uſusfructus agnoviſſe, pluresque actus juriſdictionales exercuiſſe, undè ejuſdem rei poſſeſſio penes duos inſolidum eſſe non poterat, de facili tamen replicabam, ex pluribus Lælium jure ſuo, in toto, vel in parte dictos actus poſſeſſorios facere potuiſſe; Primò quia cum non doceretur Virginiam matrem, duplicem cautionem, mutianam ſcilicet, & alteram de benè utendo præſtitiſſe, ſi-
4 ve an id incontinenti, vel ex intervallo fecerit, interim proprietarius juſtè fructus percepit, illoſque denegare potuit uſufructuario, qui ſi de facto ſe intrudat, injuſtus & vitioſus poſſeſſor dicitur, ad fructuum perceptorum reſtitutionem de ſtricta juris cenſura obligatus, eatenus eximendus, quatenùs, vel proprietarii ſcientia, & patientia, vel muliebris ſexus ſimplicitas, vel aliud probabile bonæ fidei motivum illum excuſet, ex plenè deductis *per Caſtill. de uſufructu cap.* 14. *Rot. deciſ.* 259. *part.* 7. *recent. Capic. latr. conſult.* 112. *num.* 1. *cum ſeqq.* & habetur latius tractatum in ſua materia *ſub tit. de uſufructu ſeu ſervitutibus*, præſertim *in Forolivien. & in Civitatis Caſtelli*, & in aliis; Undè donec dicta duplex cautio præſtita ſit, Lælius jure proprio fructus percepit, ac plenam caſtrorum poſſeſſionem in proprietate, & uſufructu juſtè habuit.

Propterea etiamſi Virginia ab initio, & incontinenti hæc adimpleviſſet, ita ut iſte poſſidendi titulus in Lælio ceſſaſſet, adhuc tamen dicebam, ipſum fuiſſe poſſeſſorem etiam in uſufructu pro medietate, cum non verſaremur in feudis juris francorum de ſui natura individuis, poſſeſſorum pluralitatem excludentibus, ſed in caſtris allodialibus, quæ non implicat eſſe penes plures pro communi, ſive per portiones & quotas.

Habebat igitur medietatem ex diſpoſitione *textus in l. ſi alii, ff. de uſufructu legato*, per quem diſ-
5 ponitur, quod ſi uni fundus, alteri uſufructus legetur, fundi legatarius de uſufructu pro medietate cum uſufructuario participare debet, & firmant *DD. collecti per Caſtill. de uſufructu, cap.* 47. *Bellon. de jure creſcendi, cap.* 5. *quæſt.* 10. *num.* 56. *& ſeqq. Merlin. lib.* 2. *controv.* 6. *num.* 1. *& ſeqq. Adden. ad deciſ.* 636. *part.* 4. *rec. tom* 3. cum aliis deductis *in dicta Forolivien. ſub tit. de uſufructu.*

Neque aggrediendam eſſe dicebam inſpectionem ſuper intelligentia *dicti text.* ejuſque limitationibus, quia hodiè non erat de hoc principalis controverſia inter legatarium proprietatis, & illum uſusfructus, ſed ſolùm deducebatur ad oſtendendum poſſibilem † titulum, quo juſtè, & licitè Lælius proprietarius dictos actus poſſeſſorios nomine, & jure proprio facere potuit; Licet enim Virginia ex conjecturata forſan mente defuncti prætendere poſſet integrum uſumfructum, ut pro alia parte ſcribentes inſiſtebant ex teſtamenti verbis, ibi, *percipiat uſumfructum plenum*, nihilominùs potuit nolle percipere, vel conſequi niſi in parte, dum vivens & ſciens paſſa eſt proprietarium etiam participare; Nec de jure dubitatur uſumfructuarium poſſe ſuum legatum agnoſcere in parte, & in parte non, juxta *text. claros deductos in dicta Forolivien.* igitur hæc ſola poſſibilitas ſufficit ad excludendum titulum familiaritatis, non intrantem, ubi potentia alterius tituli poſſidendi nomine proprio concurrit, *Mantic. deciſ.* 245. *num.* 7. *Gregor. & adden. deciſ.* 92. *Buratt. & adden. deciſ.* 169. *num.* 13.

Demùm his omnibus ceſſantibus, adhuc omnis difficultas tollebatur, quia cum Lælius eſſet teſtatoris
filius, cui legitima debebatur, pro hac rata & ſic in ter- 6
tia parte caſtrorum, plenam poſſeſſionem, etiam in uſufructu habuit, legitima enim eſt incapax cujuſcumque oneris, & ſervitutis, undè ſub legato vel diſpoſitione quantumvis univerſali totius, & integri uſusfructus, illa non comprehenditur, ſed intelligitur in reſtanti beſſe ad *text. in §. prohibemus authent. de trien. & ſemiſſ & in auth. noviſſ. C. de inoff. teſtam. ubi DD. Bart. in l. Uxori meæ, ff. de uſufr. legat. & conſ.* 56. *num.* 3. *Caſtill. de uſufr. cap.* 45. *num.* 11. *Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 7. *num.* 17. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 579. *num.* 1. *part.* 5. *rec. Merlin. tom.* 2. *controv.* 7. *num.* 2. ubi dicit reſpectu filii inſtituti hoc eſſe ſine controverſia.

Quod etiam in facto clarè comprobari obſervabam ex judicio teſtatoris diſponentis, quod quatenùs Lælio ad ſubſtentationem ſui redditus non ſufficerent, deberet Virginia mater ſupplere, ergo teſtator ſuppoſuit in Lælio participationem fructuum, & emolumentorum, ex eiſdem caſtris, dum alia bona ei non reliquit, nec aliundè habere conſtabat, & verba teſtatoris de dando Virginiæ plenum uſumfructum, adjecta erant ad excludendam Bulgari conſuetudinem, & ne legatum reſolveretur in alimenta, ut idem teſtator declaravit.

Et ex his Congregatio cenſuit Bullam intrare, ideóque Commiſſarium decrevit, non ſequuto tamen effectu, quia reus rediit ad judicem ordinarium, qui mandatum exequutivum relaxaverat, & ab eo obtinuit revocationem ſub prætextu viæ executivæ præſcriptæ, ſuper qua idem judex ſententiativit pro præſcriptione, deindéque introducta fuit cauſa in Rota *ut habetur ſub tit. de credito in hac eadem cauſa*; Demùm verò longè poſt hæc ſcripta præſens controverſia, me tractante, cum honeſta concordia finem habuit.

† Vide infra diſc. 119.

ROMANA PECUNIARIA DE MATERIIS

Pro MUTIO MARERIO

Cum CHRISTOPHORO CINCIO.

Caſus deciſus per Congregationem Baronum pro Cincio.

Emens caſtrum cum pacto de retrovendendo, ad exercitium poſtmodum deducto, an ad effectum Bullæ, ob illud intermedium caſtri dominium poſtea reſolutum, dicatur Baro, & Bulla intret pro debitis contractis pendente caſtri poſſeſſione vel antea.

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Qui poſſedit caſtrum tanquam emptor cum pacto de retrovendendo poſtea conſummato an ob hanc intermediam poſſeſſionem dicatur Baro.*

2 *Emptor cum pacto de retrovendendo dicitur perfectè dominus, & cum eo activè, & paſſivè locum habet jus congrui.*

3 *Declaratur concluſio, quod Bulla Baronum procedat pro debitis contractis ante Baroniam.*

DISCURSUS XCI.

MUtius Marerius ſenior emit cum pacto de retrovendendo caſtrum Montis nigri, quod uſque ad obitum poſſedit, per venditorem deindè in vim dicti pacti redemptum, unde Cincius ejuſdem Mutii creditor ex cauſa debiti contracti, antequam dicti caſtri acquiſitio fieret, pulſavit in vim Bullæ Baronum in iſta Congregatione Mutium juniorem ſuper bonis aliàs à dicto debitore, poſtmodum verò ab iſto ex titulo antiqui fideicommiſſi poſſeſſis, atque iſto Baronalem qualitatem negante, pro eo ſcribens dicebam illam cenſeri non adeſſe, quia Baronia non ceſſaverat
1 ex nova cauſa, & uti ex nunc, ſed uti ex tunc, ex cauſa antiqua ab initio acquiſitionis impreſſa, tanquam ſub conditione reſolutiva, qua purificata intrat retroactio, ac fingitur emptorem nunquam poſſediſſe, cum cauſa reducatur ad non cauſam, & titulus ad non titulum, ita ut omnia medio tempore geſta per hujuſmodi emptorem corruant, ac hypothecæ, & ſervitutes contractæ evaneſcant, *ex deductis per Franch. deciſ.64. num.4. & ſeqq. Surd.deciſ.268. num.12. Capic. Latr. conſult.34. num.21. & ſeqq. Rot. deciſ.86. num.5. part.5. rec.*

2 Contrarium tamen ſenſum habuit Congregatio, ex eo motivo, quod emptor cum pacto de retrovendendo, interim dicitur verus, & perfectus dominus, atque in eum tranſit perfectè dominium, quamvis eventuali reſolutioni ſubjectum, undè interim contra eum exerceri poteſt jus congrui, tanquam cum perfecto emptore, & econtra ipſe contra alium illud exercere poteſt, *Afflict. de jure prothom. §.3. num. 0. cum ſeqq. & deciſ.338. Tiraquell. de retract. conventional. §. 2. gloſ. unica, num.1. & 2. Gratian. diſcept.526. num.54. & ſeqq. & diſcept. 42 num.30, & ſeqq. Burat. & addend.deciſ.677.* Multò magis quia Mutius uſque ad obitum in poſſeſſione caſtri, & Baroniæ continuaverat, cum pactum deductum eſſet ad exercitium cum ejus hærede.

Dixi reſolutionem eatenùs placere, quatenùs ageretur de debitis à Mutio contractis poſt dictam Baroniam aſſecutam, ejuſque poſſeſſione durante, quaſi quod tunc creditores ſub Bullæ clypeo, & publica fide tanquam Baroni crediderint, ideóque ceſſata qualitas eis præjudicare non debeat, ſecus autem pro debitis contractis in ſtatu privato, & antequam dictam Baroniam aſſequeretur; Nihil refragante, quod me acriter ſubſtinente, Congregatio firmaverit Bullam habere locum etiam pro debitis contractis ante Baroniam *ut in Romana pecuniaria de Pallavicinis hoc eod. tit. diſc.74.* quoniam id denuò verum affirmabam in
3 ſuis congruis terminis, & ubi aliud extremum concurreret, quod ſcilicet ageretur cum eodem Barone, ſeu ejus ſucceſſore, in eadem qualitate Baronali exiſtente, ſecus ubi de tempore contracti debiti non aderat Baronia, nec aderat de tempore quo illud petebatur, quia deficit utrumque externum, à quo, & ad quod.

Licet enim, etiam pro debitis contractis ante Baroniam, firmaverim *in dicta Romana Creditorum de Pallavicinis, & in aliis*, Bullam intrare, illamque reſpexiſſe ad tempus petitionis, ac faciendæ executionis, attamen id procedit, quia de tempore dictæ executionis aderat ratio potentiæ, & qualitatis Baronalis, undè unum de duobus extremis de neceſſitate dicebam debere verificari, vel ſcilicet quod debitum ſit contractum de tempore Baroniæ, quando dici poteſt creditorem qualitati Baronali innixum, ſub fide Bullæ credidiſſe, aliàs non contracturum, vel quod eadem qualitas adſit de tempore quod debitum petitur, & ſic ſive Bulla operetur ut ex tunc, ſive ut ex nunc, adſit Baronia de uno tempore cum verificatione unius extremi, ſecus autem ubi utrumque extremum deficit, quia tunc nulla videtur ſubeſſe ratio, & hanc putabam eſſe veram diſtinctionem.

† Vide deducta in diſc.119.

ROMANA PECUNIARIA DE MAXIMIS

Pro CAMILLO, ET FABIO DE MAXIMIS

Cum CÆSARE, ET ANTONIO DE GAETANIS.

Caſus diſputatus in Congregatione Baronum, ſed non reſolutus.

AN Bulla Baronum locum habeat in locis montium, cenſibus, nominibus debitorum, ac juribus, & actionibus ad fideicommiſſa ſpectantibus.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Bulla Baronum tollit ſucceſſoribus exceptiones reſultantes ex fideicommiſſis, & inveſtituris, non autem jura privata, & correſpectiva.*

3 *An Bulla Baronum procedat in locis montium, & cenſibus.*

4 *Loca montium, & cenſus conſtituunt tertiam ſpeciem, & non veniunt appellatione mobilium vel ſtabilium.*

5 *An loca montium circumſcribantur loco.*

6 *Quid de cenſibus.*

7. *Caſus non deciſus, ſed videtur verior negativa, pro illorum non comprehenſione ſub Bulla.*

DISCURSUS XCII.

GAetanis moleſtantibus in Congregatione Baronum Camillum, & Fabium fratres de Maximis, in vim antiqui fideicommiſſi poſſidentes quædam loca montium, aliaque jura, quæ per eorum majores Baronalem qualitatem habentes, & Gaetanorum debito- 1
res poſſeſſa fuerunt; Præcipua diſputatio fuit ſuper puncto, an in quadam donatione facta per fratres de Maximis debitores ad favorem alterius fratris, qui fuit pater dictorum Camilli, & Fabii, de bonis paternis, & maternis, comprehenſa eſſent onera quorundam cenſuum per dictos donatores ſuper hujuſmodi bonis impoſitorum, ſi enim non comprehenderentur, prout non comprehendi de jure probatum fuit, ac ita reſolutum, ut habetur *ſub tit. de cenſibus, ſeu donationibus*, in hac eadem cauſa, inanis remanebat omnis alia quæſtio, quia cenſus prædicti per ipſos fratres, ceſſis juribus extincti, tanquam anteriores abſorbebant valorem locorum montium aliorumque bonorum, ſuper quibus erat quæſtio, Undè inanis remanebat creditorum poſteriorum actio, quia Bulla Baronum, tollit quidem poſſeſſoribus, & ſucceſſoribus exceptiones reſultantes ex fideicommiſſis, inveſtituris, vel pactis, quandam lucrativam ſucceſſionem importantibus, non autem jura, & credita propria, ſibi tanquam tertiis creditori- 2
bus titulo oneroſo competentia, neque tollit ordinem anterioritatis; Et ita paſſim practicatur, ne ſucceſſores ſanguinis ſint inferioris conditionis quolibet extraneo.

Multiplicando autem motiva, deducebam pro dictis de Maximis ſcribens, illud adhuc formiter non
3 diſcuſſum neque deciſum, quamvis incidenter, & præſuppoſitive ſæpiùs practicatum, an ſcilicet Bulla Baronum, quæ non obſtantibus fideicommiſſis, & aliis, mandat exequi, & ſubhaſtari omnia bona, tam juriſdictionalia, quàm indifferentia, comprehendat loca montium, cenſus, nomina debitorum, & alia hujuſmodi tertiam ſpeciem bonorum conſtituentia.

Negativam defendens, dicebam Bullam loqui de bonis ſtabilibus, ideóque tanquam exorbitantem, &
4 juris communis correctoriam, non debere comprehendere loca montium, cenſus, ac jura, & actiones, tanquam tertiam ſpeciem conſtituentia, in odioſis præſertim, & exorbitantibus, ſub bonorum ſtabilium, & mobilium appellatione non venientia *ad text. in l. à Divo Pio. §. in venditione, ff. de re judicata Gabr. de verb. ſignif. concl. 7. num. 1. Theſaur. deciſ. 201. num. 6. cum aliis per Rotam poſt Cenc. de Cenſ. deciſ. 3. num. 14.* & habetur actum *in Romana ſeu Tudertina collecta ſub tit. de regalibus* ad materiam Vectigalium.

Quod clarius procedere dicebam, ubi adjiciuntur verba deſignantia loci exiſtentiam & ſituationem, ut diſponitur in bulla §. 3. ibi, *Civitatum, Terrarum, caſtrorum, palatiorum, & aliorum bonorum immobilium, tam in Urbe, ejuſque diſtrictu, quàm alibi ubicumque in noſtro Statu Eccleſiaſtico exiſtentium.* Et ſic ſe reſtringit ad bona, quæ habent exiſtentiam & ſituationem in certo loco, ideò non comprehendit jura & actiones, *ut per Rojas deciſ. 282. num. 8. cum ſeqq. deciſ. 273. num. 13. & ſeq. part. 11. recent.*

Et quamvis reſpectu locorum montium, magis re-
5 cepta opinio videatur, circumſcribi loco, ac cenſeri de Urbe, ubi erecta ſunt, ut firmatum fuit *per Rot. apud Buratt. deciſ. 474. num. 1. adden ad eum deciſ. 535. deciſ. 177. num. 38 part. 5. rec. 144. num. 12. & ſeq. part. 8.* quod etiam reſpectu fiſcalium & redituum ſuper juribus Regii in Regno Neapolitano, quæ in ſubſtantia idem important ac loca montium, habetur *apud Reviт. ſuper pragm. 1. de jure & exaction. fiſcal. num. 66. & 80.* & de pecuniis ſuper montibus Venetiarum, aliiſque ſimilibus Principis juribus, ut circumſcribantur loco, & habeantur loco ſtabilium, eorumque nomine veniant *Rot. in Veneta pretii Bonorum 13. Novembris 1632. Pamphilio*, & generaliter *Peregrin. conſ. 90. n. 29. lib. 1. Theſ. jun. lib. 2. quæſt. forenſ. 5. num. 16.* Undè in eis habere locum Statutum Urbis excluſivum fœminarum *dicta deciſ. 177. num. 38. part. 5 recent. adden. ad Buratt. dicta deciſ. 535. lit. B.* nec non habere locum Statutum 251. *deciſ. 114 num. 11. apud Merlin. de pignor.*

Et poſſe ſuper eis imponi cenſus *Buratt. deciſ. 913. num. 10. 11. & 12. deciſ. 133. num. 13. poſt Merlin. de pignor.* Atque ad ea competere remedia poſſeſſoria *Buratt. dicta deciſ. 474 num. 7.* in ſpecie Salvianum *Gratian. diſcept. 943. n. 22. & ſeq. deciſ. 29. poſt Pacif. de Salviano* cum ſimilibus.

Et reſpectu cenſuum, ut cenſeantur de loco ubi
6 ſua ſunt bona cenſita, habetur apud eoſdem ſuprà allegatos occaſione locorum montium, apud quos habentur iidem effectus, de qua loci circumſcriptione *Rot. deciſ. 3. numer. 16. & 17. poſt Cenc. de Cenſ. Idem Cenc. quæſt. 30. de Mariн. reſol. 11. lib. 1. deciſ. 135. p. 7. recent.* & habetur actum *in dicta Romana ſeu Tudertina Collectarum pro Andoſilla ſub. tit. de regalibus ad materiam collectarum*, ubi de collectis pro cenſu ſolvendis, an in loco ubi ſita bona cenſita, vel ubi eſt perſona creditoris, vel in loco deſtinatæ ſolutionis; Attamen id quidem attendi poſſe dicebam ad effectus favorabiles, quibus juris communis diſpoſitio non reſiſtat, non autem ſuper intelligentia novæ legis adeò exorbitantis, ut ultra generales propoſitiones, in his ſpecialibus terminis conſimilis decreti Ducalis Sabaudiæ, quod ut aliàs dixi, continet diſpoſitionem huic Bullæ proximiorem; ut non contineantur jura, & actiones, firmatur per *Cacheran. deciſ. 169. num. 2.* & de eadem diſtinctione in cenſibus *Cenc. dicta quæſt. 30. à num. 29.*

Ponderando etiam, quod Bulla *in dict. §. 3.* enumerat ſpecies, nempè, Civitates, Terras, caſtra, caſalia, domus, palatia, &c. & ſic agit de ſtabilibus per proprietatem non per fictionem, ut ſunt loca montium, cenſus & ſimilia, & deindè ſubjungendo genus, utitur verbo *aliis*, quod non dato aliquo præcedenti verbo univerſali, denotat ſimilitudinem ad præcedentia *Bart. in l. quidam regulatus in principio, ff. de rebus dubiis*, & cæteri per *Barboſ. dictione 16. Rot. deciſ. 200. num. 14. part. 7. recent. Cacheran. dicta deciſ. 169 num. 2.*

Et clarius ex §. 10. ubi Bulla utitur dictione, *hujuſmodi*, ibi, *ſuper civitatibus, Terris, caſtris, caſalibus, palatiis, & aliis locis immobilibus hujuſmodi*, dictum enim verbum præcedentium repetitivum, ad illa reſtringitur, & non complectitur niſi ea, quæ verè ſunt ejuſdem qualitatis, *ut deciſ. 342. num. 10. part 1. rec. in Melevitana Commenda 29. Aprilis 1652. coram Verοſpio cum aliis per Barboſ. dictione 138.* & ſic combinando inſimul verbum *aliis*, & verbum *hujuſmodi*, dicebam ſatis claram reſultare demonſtrationem, quod Bulla ſolùm loquitur de bonis ſtabilibus propriis & per veritatem, non autem per fictionem; Et nihilominùs ſubjungebam ſufficere eſſe dubium, cum in dubio juxta generales propoſitiones, ille capi debeat intellectus, per quem juris communis diſpoſitio minus lædatur, & ab eo recedatur.

Punctus non fuit deciſus, quia ex aliis motivis, abſque hujus puncti diſcuſſione intrabat reſolutio fa-
vorabilis, ut ſuprà; Volui tamen inſinuare, ut qui 7
plus ſciunt meliora cogitent, non potui enim judicium efformare ex Congregationis praxi ſeu obſervantia optima interprete, quoniam pro mea notitia articulus non fuit formiter diſputatus & deciſus; Quando autem pluries incidenter in cauſis à me tractatis de hoc actum fuit, comperii varias eſſe opiniones, juxta diverſa ingenia eorum, qui pro tempore ſedebant in Congregatione, quandoque enim audivi haberi pro abſoluto, quod Bulla non capiat hanc ſpeciem bonorum, & quandoque oppoſitum, undè judicet qui poteſt, qualis ſit veritas.

Reflectendo autem ad punctum, conſiderabam, quod in diſcurſu naturali ducto à veriſimili voluntate legiſlatoris, ac identitate, ſeu majoritate rationis, fortius in hac ſpecie Bullæ diſpoſitio locum habere debet, quia fideicommiſſorum & majoratuum conſervationi magis congrua ſunt caſtra, palatia, caſalia, & alia ſtabilia per veritatem, quàm iſta, ideóque minus ipſis fideicommiſſis, & majoratibus præjudicari videtur juxta ordinem præſcriptum in bonis pupillorum & minorum *in l. lex quæ tutores, C. de adminiſtrat. tutor.* cum ſimilibus.

Econverſo autem, juxta ea quæ in foro frequenter habemus in materia ſtatutorum, ſeu privilegiorum, aliorumque à jure exorbitantium, tantum dicitur diſpoſitum, quantum legitur ſcriptum, atque ſonant verba, neque admittitur extenſio de caſu ad caſum, ſeu ad perſonas, loca, & bona, etiam rationes identitate vel majoritate concurrente, ſed caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione juris ad vulgarem regulam *text. in l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſth. ubi DD. Alex. conſ. 97. num. 9. lib. 2. Honded. conſ. 95. num. 65. lib. 1. Giovagn. conſ. 66. num. 9. num. 2. Rot. deciſ. 329. n. 12. part. 6. recent.* & cæteri plenè deducti *in Fanen. ſucceſſ. 6. Aprilis 1663. 26. Junii 1665. & 15. Martii 1666. coram Albergato*, ubi de ſtatuto excludente matrem propter agnatos uſque ad quartum gradum civilem, quod eam non excludat propter patrem vel avum paternum, ex eo quod jura municipalia à jure communi exorbitantia operari debent quantum ſonant in verbis, atque oculis corporeis legi poteſt, quæ tamen deci-

ſiones

Digitized by Google

ſiones in dicto caſu aſperæ videntur, ut habetur actum in eadem Fa fen.ſub tit. de ſucceſſionibus.

Et quamvis conſiderari poſſet, quod revera non eſſemus in caſu juris municipalis inferioris, ſeu ſtatutarii, ſed in lege Papæ ſupremi Principis, unde potiùs dici debet jus commune quàm ſtatutarium, ut habetur apud *Franch. deciſ.148. num.5. & latius apud Rovit. deciſ.18. num.5.* nihilominùs de ſtricto jure, cum dicta regula juris ſtatutarii procedendum venit, dum Congregatio Baronum, ac etiam Rota moderna præſertim poſt *conſtitutionem 117. Urb. VIII.* quæ *Bulla archivii* nuncupatur, tenent hanc Bullam Baronum eſſe odioſam, & exorbitantem, ut in aliis *hoc eodem tit.* habetur; Ac etiam quia talis eſt ejus praxis de obſervantia in verbis, tum quia practicatur pro quibuſcumque debitis, non diſtinguendo an ex juſta, & honeſta cauſa contracta ſint nec ne, quod mihi nunquam placuit, tum etiam quia non practicatur in Baronibus, qui non ſint de ſtatu immediato, quia verba non conveniunt, vel cum eis qui caſtra & feuda vendiderunt, & tamen ſi rationis identitatem attendere volumus, cum iſtis, atque cum illis nobilibus primi ordinis qui eamdem figuram in Urbe, vel Statu faciunt, ſervanda quoque eſſet, multaque alia practicanda vel non practicanda eſſent, ſi rationem potius, quàm verba attenderemus, ac ſufficit caſum eſſe dubium, ut pro ſtricta intelligentia legis quæ reputatur odioſa & exorbitans, reſpondendum ſit, illam ſolùm attendendo in verbis, quæ ex ſuperius ponderatis, abſque dubio iſtis bonorum ſpeciebus non conveniunt, unde quando judicandum non ſit cum ſolo ſenſu naturali, ſed inſiſtendum ſit regulis legalibus, hæc poſterior opinio negativa videtur probabilior, licet negari non poſſit, ſenſum naturalem ex dicta ratione melioris conſervationis fideicommiſſorum ſatis urgere; Undè caſus dignus eſſet matura diſcuſſione, ac declaratione.

† SUper contentis in hoc *diſc.92.* ulteriorem diſputationem occaſio non dedit, videtur autem, quod indefinitè in praxi ſervetur diſpoſitio Bullæ in omnibus bonis, ac etiam in cenſibus, & locis montium.

SENOGALLIEN. BONORUM

Pro COMITIBUS DE MONTEVETERI

Cum MONTISTIS.

Caſus diſputatus in Congregatione Baronum, ubi pendet.

An Bulla Baronum procedat in Caſtris, & bonis de directo dominio Eccleſiarum per Baronem poſſeſſis in emphyteuſim ad certas generationes.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Quod Bulla Baronum habeat locum in Statu Urbini.*
3 *De fundamentis, ob qua Bulla capiat etiam bona Eccleſiaſtica.*
4 *Bulla tollit dominia, & continet derogationem regulæ de jure tertii.*
5 *Papa eſt Epiſcopus Romæ, diſtinctus à perſona Papa.*
6 *Eſt etiam Princeps ſæcularis.*
7 *Leges Papæ concernentes regimen temporale non complectuntur perſonas, & bona Eccleſiaſtica, niſi dicatur, ut de Egidiana, & de Statutis Urbis.*
8 *Bulla Baronum facta eſt à Papa tanquam Principe temporali.*
9 *Dantur plures hujus aſſumpti demonſtrationes.*
10 *Ex conſuetudine, & ſtylo Papæ, deſumitur ejus voluntas.*
11 *De rationibus, quibus innixa eſt Bulla Baronum.*
12 *Reſpondetur contrariis.*
13 *Verbum* Cameræ Apoſtolicæ *quid ſignificet & an differat à verbo* Sedes Apoſtolica.
14 *An in bonis feudalibus, vel emphyteuticis laicalibus Bulla præjudicet Domino directo.*
15 *An in bonis Eccleſiaſticis, ſalvo dominio Eccleſiarum, intret Bulla quoad dominium utile, & jus emphyteuticum.*
16 *Lex laicalis non comprehendit bona Eccleſiaſtica etiam quoad dominium utile, & reſpectu laicorum.*

DISCURSUS XCIII.

CUm per Montiſtas cujuſdam montis erecti, ſeu aggregati, Comites Julius, & Aſtorres de Monteveteri, ex facto, & obligatione eorum patris, moleſtarentur ſuper caſtris, & bonis de directo dominio Eccleſiarum, à quibus ſub titulo emphyteutico ad certas generationes maſculinas conceſſa erant, atque Congregatio Baronum non obſtantibus ſinnatis per Rotam *in Urbinaten. prædii coram Bevilaqua, & Cerro deciſ.50. & 51. poſt Paitell.* ſuper non comprehenſione Status Urbini ſub Bulla Baronum, contrarium poſt ſequutam devolutionem teneret, unde propterea hæc exceptio per reos conventos deducta rejecta fuit, convolatum eſt ad alteram exceptionem non comprehenſionis hujuſmodi caſtrorum, & bonorum ſub dictæ Bullæ diſpoſitione, ſtante quod eſſent emphyteutica de directo dominio Eccleſiarum, ideóque tanquam bona Eccleſiaſtica ſub ea venire non deberent; Quare aſſumpta ſuper hoc puncto diſputatione, ob aliquam votorum ſciſſuram, nulla capta fuit reſolutio, eademque Congregatio deſiderare oſtendit concordiam, qua articulus tanquam novus, & nunquam firmiter deciſus dignus videretur, unde propterea aſſumptus fuit dictæ concordiæ tractatus, qui plurium annorum interſtitio adhuc durat, ideóque cauſa pendet, & quatenus dictus tractatus ad effectum non perveniat, expectabitur deciſio. 1 2

In diſputatione, ſeu diſputationibus deſuper habitis, duo erant præcipua fundamenta ſcribentium pro actoribus, ſuper comprehenſione perſonarum, ac bonorum, etiam Eccleſiaſticorum ſub hac Bulla, primò quod expreſsè dicitur *in* §. 2. omnes & quoſcumque Barones ſub ea comprehendi, cujuſcumque ſtatus, & conditionis, etiamſi quacumque Eccleſiaſtica dignitate, etiam Cardinalatus præfulgeant, & conſequenter dicebant claram eſſe voluntatem Papæ ordinandi dictam legem, non ſolùm jure Principis ſæcularis, ſed etiam Eccleſiaſtici, & Summi Pontificis. 3

Et ſecundò, quod *in* §.12. in fine, excipiuntur tantùm reſponſiones, canones, & cenſus ratione directi dominii, ſeu ſuperioritatis debitæ Cameræ Apoſtolicæ, unde propterea hæc exceptio firmat regulam generalem in contrarium, ad *text. in l. nam quod liquidè, ff. de penu legata*, cum concordant. *per Barboſ. axiom. 85. num.4. Rota deciſ.24. part.6. rec. num.1. & per tot.*

Ponderando etiam, quod *in* §.9. & ſequentibus uſque ad finem. in ſpecie derogat nedum fideicommiſſis, ſed etiam inveſtituris, & conceſſionibus, qui termini conveniunt bonis poſſeſſis jure feudi, vel emphyteuſis, non obſtante quod ita tolleretur dominium Eccleſiæ non debitricis, quoniam Bulla tollit etiam dominia, & proprietates, cum derogatione regulæ de jure tertio quæſito non tollen. transferendo totum in pretium ex deductis apud *Cavaler. deciſ.612. numer.47. & ſeq. & deciſ.618. num.20. & ſeq.* & clarius *deciſ.329. part.4. recent. tom.2.* cum aliis per *Spad. conſ. 18. & 19. lib.1.* 4

His non obſtantibus, ſcribens pro dictis Comitibus reis conventis, etiam cum aliquo ſenſu veritatis, contrarium 5

contrarium verius dicebam, quoniam in Papa, præ-
ſcindendo ab alia perſona Epiſcopi particularis Urbis,
contradiſtincta à perſona Papæ, & de qua cæteris alle-
gatis *Scaccia de jud. lib.1. cap.25. num.1. Veſtr. in praxi*
lib.1. cap.7. num.1 Rot. in Romana hæreditatis 28. Apri-
lis 1659. coram Meltio, cum aliis in propoſito deductis
in Urbinaten. juris metropolici ſub tit. de præminentiis,
ac etiam in eadem *Romana hæreditatis ſub tit. de fidei-*
commiſſ.s, ſive ab altero *de Regularibus*.

Duplex altera perſona conſideratur, una Summi
Pontificis, & Epiſcopi, ſeu capitis Eccleſiæ univerſa-
6 lis, habentis juriſdictionem, & poteſtatem in toto
mundo, altera verò Regis, ſeu Principis ſæcularis, in
ſtatu, ſeu ditione temporali Eccleſiæ, ut benè probat
text. in cap. cum inter 18. in fine extra de elect. &
pro abſoluto ſupponitur in deciſionibus, de quibus
infrà.

Quando igitur, vel per viam legis ab ipſo conditæ,
vel per viam confirmationis ſtatutorum, & legum ab
7 aliis ejus officialibus ordinatarum, diſponit ſuper con-
cernentibus temporale regimen ejus Principatus, ejuſ-
que ſubditorum in temporalibus, ita ut non agatur de
materiis ſpiritualibus, & concernentibus regimen Ec-
cleſiaſticum, quamvis non dubitetur de poteſtate, ut
ſcilicet volens poſſit etiam utrumque gladium adhi-
bere, atque tam perſonas, quàm bona Eccleſiaſtica
comprehendere, nihilominùs ubi id non exprimitur,
ſeu aliàs non deſumitur voluntas adhibendi etiam di-
ctam poteſtatem ſpiritualem, id non præſumitur, ut
receptiſſimum habemus in propoſito Conſtitutionis
Egidianæ conditæ per Egidium, vel in provincia Mar-
chiæ, vel in tota Italia Legatum Sedis Apoſtolicæ,
tunc Avenione reſidentis, confirmatæ, & extenſæ ad
univerſum ſtatum, ac etiam Urbem, per *Sixtum IV.*
& *Paulum III.* quoniam non comprehendit clericos,
aliaſque perſonas Eccleſiaſticas, minuſque bona de di-
recto dominio Eccleſiarum; Idque adeò tenaciter,
quod etiamſi quæſtio eſſet inter laicos, & ſuper ſola
pertinentia dominii utilis, abſque aliqua Eccleſiæ do-
minæ directæ mixtura, vel præjudicio, adhuc recep-
tum eſt Egidianam non intrare, ut apud *Ottbob. de-*
ciſ.170. num.7. plenè *in Romana variæ 17 Junii 1658.* &
paſſim; Prout in terminis Statutorum Urbis, juxta
opinionem quam retinet Rota moderna, firmatur *de-*
ciſ.58. num.27. & ſeq. part.6. rec. quæ reputatur in ma-
teria magiſtralis *deciſ.23. num.5. poſt Zuff. de legitim.*
proceſſus, & in aliis frequenter, ac extrà quæſtionem,
innantem ſolùm in propoſito ſtatutorum Urbis, &
Conſtitutionis Clementis VII. ſuper dotium modera-
tione, in ordine ad probationem voluntatis adhibendi
etiam poteſtatem ſpiritualem, & comprehendendi Ec-
cleſiaſticos, ex iis, quæ ſuper hac materia habentur
fortiter acta *in Romana dotis, ſeu pecuniaria de Sancta-*
cruce ſub tit. de dote.

Quo certo principio ſic ſtante, dicebam huic parti
ſufficere, quod per actores prætendentes dictam vo-
8 luntatem comprehendendi etiam bona Eccleſiaſtica,
illa non probetur, dum ex ejuſdem Bullæ proœmio, ibi,
Juſtitiæ ratio, & publica fidei cauſa poſtulat, ut eorum,
qui pecunias noſtris, & S.R.E. ſubditis crediderunt, &c.
atque ex toto contextu, ad evidentiam conſtat, Pon-
tificem ita ſtatuere voluiſſe tanquam Principem tempo-
ralem, & in concernentibus adminiſtrationem ſuæ tem-
poralis ditionis ſub ejus immediato regimine exiſten-
tem, adeò ut receptum ſit, iſtam legem non extendi
ad temporalem ditionem mediatam, ſub feudatario-
rum regimine viventem, ut *in Urbinaten. prædii*, & *in*
Romana pecuniaria de Pallavicinis hoc eod. tit. quo caſu,
juxta firmata in proximè allegatis deciſionibus, vo-
luntas adhibendi alteram perſonam, ſeu poteſtatem
non præſumitur.

Nedum autem dicta probatio non adeſt, ſed potius
9 ad evidentiam videtur eſſe in contrarium, tum quia
in §.12. & 13. diſponitur alia bona libera eorumdem
Baronum ſubrogari debere in locum diſtractorum,
quod incongruum videtur quoad Eccleſias, ut cum
gravi præjudicio rem pro re habere cogantur. Tum
clarius quia *in §.4. & 12.* expreſſe diſponitur, quod
caſtra, & bona per barones poſſeſſa, & per Congre-
gationem ſubhaſtanda, tranſire debeant omninò libe-
ra, & in pleno dominio ad emptores, quod proindè
in ordine ad dominium Eccleſiæ importat formalem
alienationem, circa quam, ubi Papa eam permittere
intendit, ſemper adhibere ſolet diverſam loquendi
formam, derogando ſcilicet ſpecialiter *Conſtitutioni*
Pauli II. incipien. *ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.*
aliiſque apoſtolicis conſtitutionibus, hujuſmodi alie-
nationem prohibentibus, ac etiam ſpecialiter provi-
dendo utilitati, ſive indemnitati, & reintegrationi Ec-
cleſiæ, quod in præſenti ſervatum non legitur, undè
propterea talis voluntas expreſſe excluſa remanet,
quoniam receptam concluſionem habemus, quod ex
ſtylo Papæ ejuſque Cancellariæ deſumitur ejus volun-
tas, & quid facere, vel denegare voluerit, *Mantica*
deciſ.214. num.4. Gregor. & Adden. deciſ.150. Adden. 10
ad Buratt. deciſ.510. num.11. apud quos concordan-
tes, & eſt frequens ac recepta propoſitio beneficiali-
ſtarum ſuper puncto, quando Papa concurrere volue-
rit cum ordinario collatore, eumque prævenire, cum
ſimilibus voluntatis materiam, & probationem con-
cernentibus.

Item pro eadem voluntate excludenda ponderabam
ejus nimiam exorbitantiam, & irrationabilitatem, im-
mò dici poteſt, quæ ex deductis *in dicta Romana pe-* 11
cuniaria de Pallavicinis, & in Romana contributionis de
Ceſiis, & in aliis *hoc tit.* ad iſtam materiam, adinſtar
diſpoſitorum de jure communi *in authent. res quæ, Cod.*
commun. de legat., triplex eſſe videtur, una quod Papa
tanquam Supremus Princeps, & Imperator in ſua tem-
porali ditione, ita tollere voluerit id quod circa fidei-
commiſſorum obſervantiam ſtatuit *Auguſtus* Princeps
ejus prædeceſſor, reducendo rem ad ſtatum, in quo
ante *Auguſti* tempora fideicommiſſa erant. Altera præ-
ſumptæ voluntatis ordinatoris fideicommiſſi, vel pri-
mi acquirentis, ut ſui ſucceſſoris neceſſitatibus ita
ſubveniretur, & altera legalis neceſſitatis, quam idem
teſtator ſeu primus acquirens premeretur, ſi vive-
ret, quæ rationes nullatenus adaptari poſſent ad ca-
ſum, unde propterea lex remaneret omninò irrationa-
bilis, ac etiam de manifeſta iniquitate redargui poſſet,
privando Eccleſias ejus bonis, pro diſſolvendo ære alie-
no perſonæ protſus extraneæ.

Neque præmiſſis obſtare videntur ea, quæ ut ſu-
pra in contrarium deducebantur, quoniam declara-
tio ſuper comprehenſione Cardinalium, ac aliorum
in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutorum, nullam in-
ducit alterationem, cum illi conſiderentur, non tan- 12
quam Cardinales & perſonæ Eccleſiaſticæ, ſed tan-
quam Barones, & Domicelli, in quibus accidentali-
ter hujuſmodi qualitas reperiatur, cum in Statu Ec-
cleſiaſtico, ſtante qualitate Principis, qui eſt Eccle-
ſiaſticus, non implicet, clericos, & perſonas Eccle-
ſiaſticas poſſidere feuda, & caſtra juriſdictionalia, juxta
magiſtrale *conſil. Jaſ. 117.* cum aliis *in Maſſanen. Caſtro-*
rum hoc eod. tit.

Quinimò ex hujuſmodi expreſſione, ob argumen-
tum diſcretivæ, quod ubi voluit dixit, &c. obſerva-
bam reſultare claram probationem in contrarium,
quoniam ſicuti Papa congruum ac neceſſarium cenſuit
exprimere qualitatem Eccleſiaſticam, quamvis acci-
dentaliter concurrentem in Baronibus, & Domicellis
jure laicali, caſtra, & bona poſſidentibus, multo ma-
gis abſque dubio expreſſiſſet qualitatem bonorum Ec-
cleſiaſticorum, in qua diſtractione ſpecialem, ac di-
verſam loquendi formulam adhibere ſolet ut ſuprà,
quod diſcretivæ argumentum in propoſito pondera-
tur *dicta deciſ. 58. par. 6. recent.* & in aliis deciſio-
nibus latius editis ſuper hoc puncto comprehenſio-
nis

Digitized by Google

nis Eccleſiaſticorum *in dicta Romana pecuniaria de Sancta ruce* 18. *Junii* 1655. *&* 22. *Junii* 16·7. *Cerro.*

Aliud verò argumentum deductum ab exceptua-
13 tione canonum, & cenſuum debitorum Cameræ Apoſtolicæ, firmante regulam generalem in contrarium, non videbatur concludere, quoniam Camera in propoſito conſiderari poteſt tanquam Fiſcus Principis laici, abſque mixtura Principatus Eccleſiaſtici, quamvis iſte terminus ſit aptus complecti utrumque Fiſcum, dum poſito æquivoco, facienda eſt interpretatio verbi juxta ſubjectam materiam. Ponderando potiſſimè, quod Papa utitur verbo *Cameræ*, non autem verbo *Sedis Apoſtolicæ*, quam differentiam in propoſito Bullæ Pii V. de non infeudand. ponderat *Spada conſ.* 21. *num.* 72. *lib.* 1. & habetur actum *in Romana ſeu Status Eccleſiaſtici infeudationum hoc titul.*

Minus quoque ſubſiſtere videbatur alterum deductum ex verbis denotantibus *inveſtituras*, *& conceſſiones*, quoniam illa ſunt etiam æquivoca, & compatibilia cum lege edita cum ſola poteſtate temporali, abſque mixtura ſpiritualis, quia inveſtituræ, & conceſſiones feudales, vel emphyteuticæ eſſe poſſunt laica-
14 les. Et nihilominus etiam iſto caſu, pro meo judicio, verus ſenſus videtur, ut Bulla tollat ea vincula, quæ, ſive ex providentia concedentis, ſive ex illa acquirentis, concernunt ipſum utile dominium ſeu jus feudale, vel emphyteuticum, vendendum pro tempore ſuæ durationis abſque præjudicio Domini, & ſic circa illum ſuccedendi ordinem inter perſonas de genere vocato, qui per quamdam ſpeciem fideicommiſſi in inveſtitura præſcribitur, aliàs enim nimis durum videtur, ac irrationabile, ut dominus directus quamvis laicus remanere debeat privatus dominio ſuorum bonorum, potiſſimè ubi Baro feudatarius, vel emphytheuta non haberet alia bona libera, quæ ſubrogari poſſent, quoniam eſſet ſolvere debita unius cum bonis alterius.

Unica verò dubitandi occaſio, pro meo judicio, reſultabat ex dicta conſideratione, quod ſcilicet ſalvo jure Eccleſiarum, ac directi dominii, non ob-
15 ſtante ordine ſuccedendi in inveſtitura præſcripto, vendi poſſet dominium utile, ſeu jus feudale, vel emphyteuticum, quouſque duret, eo modo quo, ſalvo fideicommiſſo, vendi poteſt commoditas, ſeu jus hæredis gravati, ſeu ſalva proprietate vendi poteſt uſusfructus, aut ejus commoditas pro vita uſufructuarii, cum ſimilibus, & hæc videbatur unica difficultas conſiderabilis; Quam tamen credebam de facili tolli poſſe, ex eodem fundamento non comprehenſionis bonorum Eccleſiaſticorum ſub legibus lai-
16 calibus editis, etiam à Papa tanquam Principe ſæculari, ut ſupra, quamvis id non percuteret dominium directum Eccleſiæ, ſed ſolùm jus, & intereſſe laicorum ſubditorum, dum in Rota, & Curia recepta eſt concluſio, ut lex laicalis non comprehendat bona Eccleſiaſtica, etiamſi agatur inter laicos, & de ſolo dominio utili, juxta *deciſionem* 238. *poſt Pacif. de Salviano*, quæ reputatur in materia magiſtralis, ſæpiſſimè canonizata, *ut apud Durat. deciſ.* 30. *&* 70. *Cavaler. deciſ.* 493. *omnes in principio*, *Burat. deciſ.* 16. in ſupra allegata *Romana vinea* 17. *Junii* 1658. *Bevilaqua*, & paſſim, quia eſt concluſio hodie indubitata, & in foro quotidiana, ideóque poſito, quod hæc Bulla dicatur lex laicalis, ac edita per Papam tanquam Principem temporalem, idem effectus reſultat circa non comprehenſionem, tam quoad dominium directum reſpectu Eccleſiæ, quàm quoad dominium utile reſpectu poſſeſſorum.

17 ISte punctus, an ſcilicet Bulla procedat in bonis de dominio directo Eccleſiarum adhuc pendet cum tractatu concordiæ, neque occaſio aliam dedit diſputationem.

ROMANA DONATIONIS DE CESIIS

Pro OLIMPIO CASTELLANO.

Cum DUCE AQUÆSPARTÆ.

Cauſa pendet in Congregatione Baronum.

An Bulla Baronum locum habeat in debitis contractis ex cauſa donationis, quam Baro faciat famulo, vel alteri ex cauſa meritorum, & in remunerationem ſervitii.

Et aliqua ad materiam *text. in l. ſcripturas*, *Cod. qui potior. in pignor. hab.* ſuper ſuſpicione antidatæ, ac fide ſcripturæ privatæ.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries cum diſtinctione inſpectionum.*
2 *Text.* in l. ſcripturas, Cod. qui potior, in pign. *quando requirat trinum teſtem.*
3 *Antidata dicitur falſitas in dubio, non præſumenda.*
4 *Fideicommiſſarius ſucceſſor habens archiviationem rectè excipit de dicta* l. ſcripturas.
5 *Alias de facili Bulla archivii eluderetur.*
6 *Trinus teſtis in ſcriptura privata non eſt de forma præciſa, ſed poteſt probatio ſuppleri per æquipollens.*
7 *An teſtis deponens de tempore præciſo probet vel potius ſit ſuſpectus.*
8 *Qualitas perſonæ excludit ſuſpicionem falſitatis.*
9 *Character ſeu modus ſcribendi variatur ex ætate, vel mala valetudine.*
10 *De veriſimilitudine excluſiva ſuſpitionis falſitatis.*
11 *Quando actus geſtus à moriente præſumatur verus, & ſincerus.*
12 *An, & quando merita probentur ex ſola aſſertione donatoris.*
13 *An inter patrem, & filium, famulum, & dominum, militem, & Principem dentur vera meri a exigentia remunerationem, recenſetur opinio negativa.*
14 *Contrarium, & de opinione affirmativa.*
15 *Quod Bulla Baronum capiat debita ex donatione verè remuneratoria.*
16 *De intellectu Bullæ in ea parte in qua loquitur de legatis.*
17 *De eodem.*

DISCURSUS XCIV.

CUm uſque ab anno 1634. Dux Aquæſpartæ Ceſius, ſub aſſertione ſatis diligentis, fidelis, 1
ac extraordinarii ſervitii ſibi præſtiti per Olimpium Caſtellanum ſibi in aula inſervientem, per apocham privatam illi feciſſet quamdam donationem, quam idem Dux moriens de anno 1657. dixit veram, ac mandavit effectum ſortiri, Dictuſque donatarius ſequuta morte donatoris, obtento mandato contra bona hæreditaria in forma, ageret contra Ducem filium, & ſucceſſorem in Congregatione Baronum, de duobus excipiebat reus conventus poſſeſſor caſtrorum, & bonorum independenter à patre in vim fideicommiſſi; Primo quod Bulla Baronum non procedat in debitis ex cauſa donationis; Et ſecundo quod ſtante archiviatione ſequuta uſque ab anno 1637. ad formam *Conſtitutionis* 117. *ſeu* 119. *Urbani VIII.* ceſſaret diſpoſitio dictæ Bullæ ita moderatæ; Cumque replicaretur ex parte actoris, archiviationem eſſe poſteriorem donationi ſequutæ de anno 1634. atque donationem non eſſe merè gratuitam, ſed remuneratoriam, atque utrumque impugnaretur; Hinc ſcribens pro actore tres conſtituebam inſpectiones.

Primo

Primo ſuper dictæ apochæ fide, & an ex eo quod
teino teſte ſignata non eſſet, deberet vel ne robur ha-
bere adverſùs ſubſequutam archiviationem, ita ut
obſtaret diſpoſitio *tex. in l. ſcripturas, C. d. qui potior.
in pign. hab.* Secundò an probarentur merita, quæ
poſtularent remunerationem de condigno, ita ut di-
catur donatio verè remuneratoria, & ex cauſa onero-
ſa; Et tertiò demùm, quatenus merita non eſſent talia,
quod exigerent præmium de condigno, ac de rigore
juſtitiæ, ſed ſolùm ex lege convenientiæ, & gratitu-
dinis, an pro hujuſmodi donatione voluntaria intra-
ret Bulla.

Quoad primum dicebam, trium teſtium interven-
2 tum in ſcripturis privatis, requiſitum eſſe per text. *in
dicta l. ſcripturas* in ſecunda ejus parte, ubi nempè
agitur de anterioritate, & concurſu cum alio credi-
tore hypothecario habente publicum inſtrumentum,
quo caſu excepto, nullibi cautum videtur hoc requi-
ſitum eſſe neceſſarium, quinimò eumdem textum in
prima ejus parte, contrarium generaliter, & indefi-
nitè ſtatuere videtur, accedente etiam ratione, quod
3 cum antidata contineat falſitatem, & delictum *Bu-
ratt. deciſ.47. num.8. Farinac. de falſitate, quæſt.150.
num.99.* iſta in dubio non ſunt præſumenda *Gregor. de-
ciſ.169. num.1. cum ſeqq. & cæteri per text. in l. dolum,
C. de dolo.*

Verùm hoc motivum, Advocatorum more ob va-
rietatem ingeniorum judicantium cum aliis cumula-
tum, in caſu propoſito minùs tutum videbatur; Quic-
quid enim ſit de intellectu primæ partis dicti textus,
de quo occaſione apocarum de recepto, quas ſuſpecti
creditores faciunt debitori, habetur in ſua materia
ſub tit. de credito, verſari videbamur in ſecunda parte
text. & in concurſu anterioritatis cum habente pro ſe
publicum inſtrumentum; Succeſſor etenim fideicom-
4 miſſi, eo ipſo quod archiviationis requiſita ad for-
mam Urbanæ conſtitutionis adimplevit, ex nunc ac-
quiſiviſſe dicitur ſui juris certitudinem, & bonorum
fideicommiſſariorum exemptionem à derogatione in-
ducta per Bullam Baronum, undè creditor comparens
cum apocha privata habente datam archiviationi an-
teriorem, concurrere dicitur cum fideicommiſſario in
tempore poſteriori jus ſuum deducente ex publico, &
ſolemni archiviationis actu ſeu inſtrumento, eodem
modo, quo creditor adverſùs alium creditorem, ideó-
que omninò videbamur eſſe in caſu, & hæc videbatur
veritas, nam aliàs nimis de facili prædictæ Urbanæ
5 conſtitutioni fraus fieri poſſet, ac eluſoria remaneret
ejus cautela, quæ ut plurimum adhiberi ſolet, non
per ipſum Baronem fideicommiſſi vel primogenii poſ-
ſeſſorem debita contrahentem, ſed per intereſſatos ſuc-
ceſſionem ſperantes, ad ulteriores poſſeſſoris diſſipa-
tiones evitandas.

Solidius igitur credebam aliud motivum, quod ſci-
licet quidquid aliqui judaicè dictam legem intelligen-
6 do voluerint, verior ac recepta opinio eſt, interven-
tum trium teſtium non deſiderari pro forma præciſa,
ſine qua non poſſit aliàs creditor datæ veritatem pro-
bare, ſed ſufficere æquipollens probationem, etiam
ex conjecturis, & validis adminiculis reſultantem, ut
plenè alios cumulando probat *Genua de ſcript. privata
lib.1. poſt quæſt.16. concl.2. num.11. & ſeqq. & ſignanter
num.18.* ac firmant benè *Franch. deciſ.95. ubi adden. Se-
raph. deciſ.879. num.2. & ſeqq. Buratt. deciſ.844. n.4.
& 5. & 905. num.4. Cavaler. deciſ.446. num.7. & 8.
Rota deciſ.17. num.5. & ſeqq. & deciſ.79. num.10. &
ſeqq. poſt Merlin. de pignor.* quarum prima eſt repetita
apud Merlin. deciſ.135. & me ſcribente, diſputata acri-
ter materia ſuper quadam apocha continente gravem
ſummam ſcut. 4000. & ultra, quæ prætendebatur col-
luſiva, & cum antidata, firmatum fuit *in Romana pe-
cuniaria* 10. *Junii* 1661. *coram Bourlemont* confirmata 3.
Martii 1662. *coram eodem, quarum ſecunda eſt apud
Zeffum deciſ.63.* & de qua cauſa habetur actum *ſub tit.
de credito pro illis de Cruce*, ac videtur concluſio in
puncto juris hodiè abſoluta.

Adminicula verò, juxta regularem naturam præ-
ſumptivæ ſeu conjecturalis, & adminiculativæ proba-
tionis, ponderanda non ſingulariter, ſed unitim cum
regula, ut ſingula quæ non proſunt &c. multa in pro-
poſito concurrebant; Primùm nempè ex confeſſione
ejuſdem Ducis coram famulis, & domeſticis, quorum
aliqui eam probabant, illud tempus percutientes, una
cum fama exindè inter aulicos, & domeſticos tunc ex-
orta, de hujuſmodi remuneratione erga familiarem ſa-
tis benevolum, & benemerentem.

Et licèt hujuſmodi teſtium depoſitio circa tempus
præciſum poſt ſpatium 25. annorum ſuſpecta videre-
tur, eo quia tempus præciſum difficile memoria reti-
netur, & per ſpatium decennii oblivionis præſumptio 7
inducitur etiam in factis propriis, multò magis in alie-
nis, in quibus nullum habetur intereſſe, ut in propo-
ſito advertunt *Alex. conſ.156. num.13. lib.5. Mantic.
deciſ.372. num.12. & 13. deciſ.7. poſt Salgad. in labyrint.*
& in aliis, Nihilominùs difficultatem ceſſare dicebam
ex nobilitate actus, in quo teſtes ſcientiæ cauſam ſu-
per tempore fundabant, quia ſcilicet hujuſmodi dona-
tio facta fuerit occaſione nativitatis primi filii maſculi
Ducis, quod tanquam factum notabile ſemper memo-
ria retineri ſolet, & ex quo facto reſultat temporis
certitudo, ut advertunt iidem proximè ſuprà allegati;
Et de memoria facti notabilis *de Marin. reſol.194. num.
fin. lib.2.* Undè ſi hinc ad 50. vel 60. annos aliquis de-
poneret de facto evento ea die, qua Papa electus fuit,
ſive qua Regina Suetiæ cum adeò ſolemni pompa Ur-
bem ingreſſa eſt, cum ſimilibus, utique exprimendo
tempus, non diceretur ſuſpectus, quia licèt memoria
non retineatur annus, vel dies præciſus, retinetur ta-
men ipſum factum notabile, ex quo reſultat certitudo
temporis omnibus noti.

Alterum adminiculum deducebam ex nobilitate,
probabilitate Ducis, quem veriſimile non eſt, falſi-
tatem committere voluiſſe, ut in terminis admini- 8
culandi ſcripturam, perſonæ qualitas in ſpecie con-
ſideratur apud *Seraph. d. deciſ.879. num.7. & apud
Merlin. deciſ.135. eodem num.7.* Quodque nobilitas per-
ſonæ ceſſare faciat falſitatis ſuſpicionem *Rojas deciſ.
439. num.4.*

Tertium adminiculum ſatis vehemens deducebam
ex qualitate ſcripturæ, ſeu characteris, quia conſtabat
eſſe juxta eam formam, qua Dux in valida, & robuſta
ætate ſcribere ſoleat, ſatis diverſa ab ea, qua in gra-
viori ætate, & ſua longa infirma valetudine utebatur;
Scribendi etenim modus, ſive litterarum character ex
tempore variatur, & non eodem modo ſcribit juve- 9
nis, ſeu validus, & robuſtus, ſicuti ſenex, vel in-
firmus *Farinac. in fragmentis verbo comparatio, num.498.
& ſeqq. Franch. dicta deciſ.95. num.3. ubi Adden. Ge-
nua de ſcriptura privata lib.1. quæſt.6. dubitat.5. num.4.
& 7. Adden. ad Veſtr. in praxi lib.6. cap.1. num.26.* &
habetur *in Romana Teſtamenti Cardinalis Cevæ ſub tit.
de teſtamentis.*

Quartum fortè adminiculum deducebam ex quali-
tate perſonarum, quibus reſpectivè commodum, &
præjudicium ex hujuſmodi actu reſultabat, non enim
agitur de privata ſcriptura, quam indigens debitor,
ut pecuniam inveniret, faciat ad favorem mutuantis
aliàs non mutuaturi, niſi anterioritatem obtineat ad- 10
verſùs alios creditores, de quibus timebat, quo caſu
debitoris indigentia, & ſuffocatio, de facili hoc deli-
ctum præſumere facit in præjudicium anteriorum credi-
torum, quos ut plurimum oppreſſi debitores odio habe-
re, & abhorrere ſolent, ſed agitur de actu beneficiario, &
voluntario ad favorem extranei famuli, in gravamen, &
præjudicium filiorum, pro quibus legalibus præſump-
tio eſt, quod pater malum conſilium non capiat, undè
ſatis inveriſimile videbatur, quod hujuſmodi falſita-
tem in præjudicium filiorum facere voluerit.

Quintum

Quintum demùm, ultra alia leviora, quæ in facto ponderabantur, reſultabat ſatis forte ex actu inſinuationis de Ducis voluntate ſequuto, dum erat graviter infirmus, & morti proximus, non eſt enim præſumendum, Virum adeò qualificatum, & timoratæ conſcientiæ, qui adeò benè, & piè vixerat, voluiſſe pro re parvi momenti, reddi immemorem æternæ ſalutis, 11 atque cum turpi falſitatis delicto damnationem pati, ut extraneo in filiorum præjudicium prodeſſet; Ut benè diſtinguendo admonet *Alphan. in l.1. num.15. C. de edendo*, quem refert, & ſequitur *Genua de ſcriptura privata tit. de libris Rationum num.65.* Aut agitur de actu geſto, dum quis eſt validus, & à mortis cogitatione alienus, de quo poſtea moriens nihil dicat, & tunc ſatis dubitari poteſt, an ſubſequens mors fidem augeat, & veritatis adminiculum inducat, quia incertum eſt, an moriens fuerit de illo recordatus, aut agitur de actu geſto per infirmum morti proximum, ſeu aliàs in tali ſtatu, quo mortis cogitatio, vel timor imminens habeatur, & tunc magnum reſultare videtur veritatis indicium, quia nemo præſumitur immemor æternæ ſalutis, atque iſto caſu benè intrat concluſio, de qua *Bald. in l. admonendi, ff. de jure jurando Menoch. lib.4. præſumpt.5. num.3. Surd. deciſ.103. num.4. & 7.* & alii, quod mors vim habet juramenti.

12 Poſita igitur veritate ſcripturæ, ejuſque data anterioti archiviationi; Quatenùs pertinet ad ſecundum articulum, licèt fortè probabiliter prætendi potuiſſet, merita, quoties ad ſpeciem redacta ſunt, ex ſola aſſertione probari, neque alia indigere probatione, *ex deductis deciſ.50. num.7. part.6. recent. Capit. Latr. conſult.38. num.6. cum ſeqq. Rota in Sarſinaten. feudi 22. Junii, & 18. Decembris 1645. coram Dunozetto deciſ.18. num.58. & 19. num.4. poſt Contrizon in Romana cenſus, ſeu Salviani 8. Junii 1654. coram Bichio, & 29. Maii 1656. coram Vereſpio*; Attamen cum in prohibitis, & ubi adeſt tertii præjudicium, poſſit ſatis dubitari, idcircò ad omnem difficultatem tollendam; & non multiplicandos juris articulos ſemper periculoſos, conſului dictam aſſertionem coadjuvari in facto cum probationibus, & adminiculis, ſuper longævo, aſſiduo, diligentiſſimo, & ſatis fideli ſervitio in pluribus officiis, & muneribus, raro exemplo præſtito.

Qua probatione ſequuta, diſputatio reſtricta fuit ad punctum juris, an ſcilicet in famulo erga dominum, ſive in ſubdito erga Principem, in filio erga patrem, cum ſimilibus, dentur merita de condigno remunerationem poſtulantia, ita ut actionem vel judicis 13 officium producant, undè donatio verè remuneratoria, & ex cauſa oneroſa dici valeat; Et in hoc negativam ſubſtinent *Pinell. in l.1. part.3. de bonis maternis Aponte de poteſtate Proregis tit. de tractis ſeu extractibus, num.14. & conſ.59. num.15. & ſeqq. lib.1. Fabius de Anna conſ. 93. num.15. & ſeqq.* & alii per eos relati, volentes non ſufficere ad tale meritum ſervitia præſtita ex debito officii, ſive ſanguinis, vel charitatis, quia ſi famulus benè ſervito domino & miles Principi, vel filius patri, facit ad id quod tenetur.

Iſta tamen opinione rejecta, contraria magis com-14 munis & verior à me dicebatur, ut ſcilicet ad conſtituendam donationem verè remuneratoriam, quæ cauſam oneroſam ſapiat, juxta terminos textus *in l. Aquilius Regulus 27. ff. de donationibus*, ſufficiant merita, vel ſervitia ex lege gratitudinis obligatoria ad antidota, qualia ſunt, non ea quæ ex debito officii in forma conſueta & ordinaria per quemlibet in eo munere conſtitutum præſtari ſolent, quia hæc meritum remuneratione dignum non inducunt, ſed ea quæ ſint ingentia & in forma extraordinaria, per alios non ſolita præſtari, ut firmat *Tiraquell. in l. ſi unquam verbo donatione largitus, num.108. Garzia de donatione remuneratoria, num.1 Tappia deciſ. Italia 6. num.26. & ſeqq.* & alii plenè deducti *per Capic. latr. conſul.38. num.24. & ſeqq.* & tenuit etiam *Rota deciſ.358. num.19. part.6. rec.* ac in effectu videtur vera & rationabilis opinio, utriuſque perſonarum ordinis favorem concernens, nam ſatis malè Principes & quicumque alii ſervitium reciperent à militibus, officialibus, famulis, uxoribus, filiis, & conjunctis, &c. ſi ratione & intuitu ſolius ſtipendii, vel naturalis obligationis, abſque ſpe remunerationis ſerviendum eſſet, atque diligentes, experti, & fideles, æquè ac ſegniores, inexperti, & infideles, cum ejuſdem ſtipendii præmio tractandi eſſent, ut ipſa natura & quotidiana experientia nos docent, licet hoc ſatis irrationabiliter practicetur in aliquibus locis cum Advocatis; quia idem eſt honorarium eorum, qui ſatis laborant & optima motiva, excitant, ac ſtolidorum, & ſegniorum, ſolùm reſpondentium *ora pro nobis.*

Hinc, ſtantibus meritis jam probatis, dictaque juris propoſitione firmata, inferebam dubitandum non eſſe, Bullam de quibuſcumque debitis loquentem, in hac debiti ſpecie recipiendam eſſe, cum poſitis meri- 15 tis, vel ea lege juſtitiæ, vel ex ratione congruentiæ, & antidoralis obligationis, remunerationem poſtulantibus, hujuſmodi remuneratoria donatio dicatur verum debitum inter titulos numerandum *ad text. in dict. l. Aquilius Regulus* cum concordantibus latè deductis per *Rotam dicta deciſ.50. num.5. part.6. rec. Capic. Latr. dicta conſult.38.* Undè propterea ſuperflua remanebat alia inſpectio, an ſcilicet Bulla procedat in debitis ex cauſa lucrativæ & voluntariæ donationis.

In quo etiam puncto, pro affirmativa ſcribens tanquam Advocatus reſpondendum eſſe dicebam, quia 16 Bulla *in §.2.* expreſsè loquitur etiam de legatariis, qui ſunt creditores ex cauſa lucrativa, atque legatum & donatio pariſicantur, quia legatum dicitur donatio à defuncto relicta ab hærede præſtanda *l. legatum 36. ff. de leg.2. §. legatum, Inſtit. de legat.* & deducit *Rota in Romana ſcut.30. n.23. Januarii 1658. §. fin. coram Albergato.* Quinimò majus jus habere videtur donatarius habens jus irrevocabile.

Eo magis, quia, dato etiam hanc eſſe donationem gratuitam & voluntariam, negari non poterat, reſultare à ſatis rationabili motivo remunerandi famulum benè meritum, undè ſi Congregatio practicat executionem Bullæ, etiam pro debitis omninò voluntariè factis abſque legitima cauſa, & pro prodigalitatibus, & diſſipationibus, quod tamen laudandum non eſt, ut habetur *in Romana donationis de Andoſillis*, & in aliis *hoc tit.* multò magis practicare debebat pro iſto credito, quamvis voluntarium, juſtum erat, ac rationabile.

Iſta tamen mihi non placebant, atque contrarium in caſu merè voluntariæ & gratuitæ donationis, omninò verius dicebam, quia ceſſant, ratio publici commercii, omneſque aliæ rationes Bullæ diſpoſitionem ab exorbitantia ſalvantes, de quibus ſupra *in Romana creditorum de Pallavicinis & in dicta Romana donationis de Andoſillis*, neque ſubeſſe videtur ratio, quæ hujuſmodi intellectum ſuadeat, eſſet enim in libera voluntate gravati diſponendi quomodocumque de bonis fideicommiſſariis, quod repugnat eidem Bullæ diſponenti, quod ſi pro debitis Baronis contingat alienari bona fideicommiſſaria, remaneant cætera ejuſdem Baronis bona affecta oneri reintegrandi fideicommiſſum, ita ut ex loco diſtractorum ſubrogentur; Ergo voluit quidem Bulla ratione commercii conſulere creditoribus, ſed noluit exindè liberare fideicommiſſi poſſeſſorem ab obligatione legali; conſequenter repugnat, ut pro ejus libito donando vel legando, fideicommiſſum deſtruat, cum aliud Bulla gerere noluiſſe ita conſtet, quàm illud privilegium competens doti reſtituendæ ampliare ad quemcumque creditorem; Si enim uxor pro reſtitutione dotis accipit bona fideicommiſſi, remanet vir qui ad reſtitutionem erat obligatus debitor fideicommiſſi pro reintegratione, ut habetur

Digitized by Google

9 *Dè differentia inter tertios jus habentès in ſola hypo-
theca vel in dominio.*
10 *De rationibus, in quibus fundata eſt Bulla Ba-
ronum.*

DISCURSUS XCVI.

IN tranſactione, quæ inita fuit inter utramque li-
neam de Comitibus ſuper fideicommiſſo ordinato
1 per Leonem X. & de qua habetur in *Romana ſucceſſio-
nis de Comitibus* 26. *Junii* 1647. *&* 26. *Junii* 1648.
*coram Ghiſlerio impreſſ. poſt Cenſal. ad Peregr. deciſ.*44.
& 45. inter cætera conventum eſt, ut una partium
alienare volente caſtra & bona in ſuam portionem ob-
venta, teneatur requirere alteram in emptione præfe-
rendam; Cumque de mandato Congregationis Baro-
num, pro debitis Ducis Camilli de Comitibus ven-
ditum eſſet Caſtrum dirutum *Turricula* Principi Bur-
gheſio, Comes Marcus Antonius de Marſciano hæ-
res & ſucceſſor Evandri de Comitibus de altera linea,
poſt plurium annorum decurſum, ſuper hujuſmodi
prælatione judicium inſtituit coram A. C. à quo ſen-
tentiam ſavorabilem reportavit; Introducta verò per
appellationem cauſa in Rota, priuſquam ad aliquam
diſpoſitionem deveniretur, controverſia ſopita eſt per
concordiam, qua mediante actor accepta quadam ſum-
ma pecuniaria ſuo juri ceſſit.

In diſputationibus autem deſuper habitis, ultra
alia motiva ex juris communis diſpoſitione deducta
ſuper hujuſmodi prælationis excluſione, tam ratione
præſcriptionis, quam etiam ratione perſonalitatis di-
cti pacti, & an eſſet transmiſſibile ad extraneos nec
ne, de quo habetur actum in hac eadem cauſa ad ma-
teriam retractus ſub tit. *de ſervitutibus*. Pro eadem
excluſione deducebam, ſcribens pro Burgheſio reo
convento, motivum Bullæ Baronum, generaliter, &
2 indefinitè derogantis, nedum fideicommiſſis, & inve-
ſtituris, ſed etiam quibuſcumque pactis, hypothecis,
& juribus tertii etiam cum derogatione juris, ac re-
gulæ de jure tertii quæſito, transferendo omnia in pre-
tium, *ex deductis apud Cavaler. deciſ.*612. *num.*47. *&
ſeq. & deciſ.*618. *num* 20. *& ſeq. Spada conſ.*19. *lib.*1.
*deciſ.*329. *part.*4. *recent. tom.*2. ideoque ſtante hujuſ-
modi generalitate, omnia pacta, & vincula quomodo-
libet rei libertatem impedientia, ſub ea venire dice-
bam, tum ex generali axiomate, quod qui omne dicit
nihil excludit, tum etiam ob exceptuationem jurium
3 Cameræ cum dictione taxativa, per quam firmatur
regula in contrarium, ut arguit *Rota dicta deciſ.*329.
*num.*6. *par* 4.*tom.*2. & ex ratione ſeu fine ejuſdem Bul-
læ inducendi omnimodam ſecuritatem emptorum, ut
ita liberè alliciantur ad hujuſmodi bona emenda, de-
ducendo eadem fundamenta, quæ in propoſito ejuſ-
dem Bullæ deducta habentur *in Senogallien. bonorum
hoc eod. tit.* diſcur.93. ſuper puncto, an illa tollat do-
4 minium directum Eccleſiarum, à quibus caſtra, & bo-
na Baronibus conceſſa eſſent in feudum, vel emphy-
teuſim ſeu livellum.

Judex non aſſumendo hujuſmodi inſpectionem, non
5 improbabiliter credidit, Bullam in propoſito non ſuf-
fragari, ex eo quod ſervata non eſſet ejus forma, cum
auctoritate ſcilicet Congregationis mediante ſubha-
ſtatione, ita ut emptor, ab ipſa magis, quàm ab ipſo
Barone jus metiri diceretur, quoniam moleſtantibus
creditoribus in Congregatione dictum Ducem, hic
per privatam conventionem hujuſmodi venditionem
fecerat.

Quatenùs verò hujuſmodi motivum non intraret,
ita ut ſer. ſer. & ad formam Bullæ, venditio per Con-
gregationem facta eſſet, reflectendo ad hujus puncti
veritatem, tam occaſione iſtius cauſæ, quàm aliarum
6 ſuper puncto, an Bulla Baronum tollat ſolùm fidei-
commiſſa, Inveſtituras, pacta, aliaque vincula, &
onera adjecta per Baronis majores, à quibus tanquam
fideicommiſſi ordinatoribus vel primis acquirentibus,
poſſeſſor aliique de genere vocato cauſam habeant
jure ſucceſſorio, vel tollat etiam fideicommiſſa, pacta,
aliaque vincula ad favorem tertii, à quo poſſeſſor nul-
lam habeat dependentiam, quia nempè in ipſius Baro-
nis primum auctorem, qui fideicommiſſum ordinavit,
vel aliud vinculum adjecit, bona tranſierint, alteri
fideicommiſſo ſeu vinculo affecta, ita ut etiamſi eſſent
penes ipſum primum acquirentem ſeu novi fideicom-
miſſi inſtitutorem, neque eſſent libera.

Et in hoc pro derogatione indefinita, etiam con-
tra tertios, duo conſiderabam, primò ſcilicet quia
expreſsè tollit hypothecas competentes tertiis jure 7
proprio, non autem ſucceſſorio, & conſequenter,
etiam de juribus tertii diſpoſuit, & ſecundò conſide-
rabam eam rationem, ob quam loca montium, ſeu
officia, aliaque jura hujuſmodi tranſeunt libera in
eum, qui mediante facto publici officialis illa acqui-
rit, quod ſcilicet fingitur, priorem poſſeſſorem ſuum
jus refutaſſe in manu Principis, à quo prævia dicti
primi juris extinctione, tanquam per viam novæ ef-
formationis, ex integro eadem jura transferantur in
novum emptorem, directè, & immediatè agnoſcen-
tem in auctorem dictum Principem, cujus publicam
fidem ſequitur, ex frequenter deductis ad hanc mate-
riam officiorum, & locorum montium *ſub tit. de Re-
galibus*; Ita à pari, quod ſcilicet Congregatione ap-
ponente manum in hujuſmodi caſtris, & bonis, cen-
ſeantur priora dominia, & jura ſublata, ipſaque caſtra
liberè reverſa ad ipſum Principem primævum, ac ori-
ginarium Dominum, à quo ſub ejus publica fide libe-
ra vendantur, ita ut emptores, ipſius Principis, vel
Congregationis fidem potiùs, quàm illam poſſeſſoris
ſequantur.

Econverſo autem conſiderabam diſpoſitionem,
in qua agendo de hypothecis, agitur de tertiis in-
tereſſatis, potiùs retorqueri ratione diſcretivæ,
quod ſcilicet ubi Papa voluit dixit, idcoque cum
loquutus ſit de hypothecis, ſignum eſt, quod noluit 8
loqui de dominio, aliiſque Juribus realibus.

Fortius verò ob manifeſtam rationis differen-
tiam, ubi enim agitur de creditoribus ſolam hypo- 9
thecam pro credito generis ſeu quantitatis haben-
tibus, nullum præjudicium eis inferri videtur, dum
nil eorum intereſt hypothecam habere ſuper ipſa
ſpecie vel ſuper pretio, in quod illa transfertur,
dum ejus effectus magis pretium quàm rem percu-
tere videtur, dum diſtracta re hypothecata debi-
tum quantitatis ſatisfaciendum eſt ex pretio, ideo-
que nil intereſt, jus habere in re vel in pretio, &
ex qua ratione receptam habemus concluſionem de-
ductam ex diſpoſitione *text. in l. à Divo Pio, ff. de re
judic.* cum ibi notatis, creditorem anteriorem impe-
dire non poſſe poſteriori executionem, & ſubhaſta-
tionem pignoris, ſeu rei hypothecatæ, ad effectum
deponendi pretium, in quo ordo anterioritatis ſer-
vandus veniat.

Non ſic eſt quoad tertium habentem dominium,
vel jus in ſpecie, quoniam ita invitus cogitur ven-
dere rem propriam ac habere quantitatem loco rei
ſibi debitæ, quam potius habere intereſt quàm
pretium, & ſic magna differentia eſt inter credi-
tores quantitatis, & habentes jus dominii, ſeu aliàs
in re.

Conſiderabam quoque Bullam prædictam, tam
in verbis, quàm in intentione, ſeu ratione, verè &
propriè percurere remotionem obſtaculorum reſultan-
tium ex fideicommiſſis ſeu inveſtituris ad favorem ſuc-
ceſſorum, in effectu contendentium de jure ſucceſ-
ſorio ex cauſa lucrativa, vel quia ita Bulla, tollendo 10
fideicommiſſorum vim obligatoriam, ea reducere
voluerit ad antiquum ſtatum non obligatorium, in
quo erant ante tempora Auguſti, juxta ea quæ haben-
tur *in Romana Contributionis de Ceſiis hoc eod. tit. diſc.*89.
vel

vel quia ducto argumento à diſpoſitione *auth. res quæ, Cod. commun. de legat.* per Bullam ſubintelligatur præſumpta fideicommittentis ſeu primi acquirentis voluntas hujuſmodi alienationi pro ſucceſſorum indigentiis aſſentiendi, juxta ea, quæ pro hujus Bullæ ratione, eaque ſalvanda à nimia exorbitantia habentur deducta *in Romana pecuniaria de Pallavicinis diſc.74. & dicto diſc. 89.* & in aliis *hoc eod tit.*

Seu demùm, ob illam commercii rationem, ob quam in Epiſcopatu Mantuano, in Abbatia Farfen. & in aliis hujuſmodi locis, conſuetudo induxit, ut bona emphyteutica, & feudalia, quamvis habentia formam pacti, & providentiæ, redacta ſint adinſtar allodialium, quod etiam in feudis Pedemontanæ regionis, & Sabaudiæ Ducatus, quamvis eandem formam pacti, & providentiæ haberent, introduxerunt Decreta Ducalia, de quibus *apud Cacheran. in deciſionibus 163. ad 170.* de quibus frequenter ad hanc materiam Bullæ Baronum in aliis cauſis ſupra, & infra mentio habetur; Quibus omnibus conſiderationibus ſeu rationibus attentis, illæ percutiunt vincula injecta per proprium auctorem, & ad favorem perſonarum de certo genere, jure ſucceſſorio & ex cauſa lucrativa venientium, tanquam ex ſoluto jure prædeceſſoris, qui debita contraxit, ideóque congruere non videntur aliis vinculis adjectis à tertio, & cum quibus in primum auctorem transierunt.

† SUper contentis in hoc diſcurſu, an Bulla tollat pactum prælationis, vel retractum, occaſio non dedit medio hoc tempore diſputare, atque ſubſiſtere videntur ea, quæ ibi deducuntur; potiſſimè, quia de eiſdem pluries alibi agitur.

ROMANA DOTIS DE ANGUILLARIA

Pro COMITISSA JULIA ALBERTINA

Cum EJUS FILIIS, HÆREDIBUS COMITIS DE ANGUILLARIA

Caſus deciſus per Congregationem Baronum contra Comitiſſam.

De cautione, quam creditores ex Bulla Baronum, & ſtylo Congregationis præſtare tenentur de reſtituendo prioribus, & potioribus, ſive in caſu evictionis, & an ad iſtam teneatur mulier agens pro reſtitutione dotis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Ille creditor, quem certum eſt eſſe omnibus anteriorem, an teneatur ad cautionem de reſtituendo.*
3 *Creditor habere debet à debitore pecuniam liberam; & non cogitur accipere vinculatam.*
4 *Pecunia vinculata valet minus quàm libera.*
5 *Cautio requiſita per Bullam Baronum à creditoribus habet juſtitiæ, & rationis fundamentum.*
6 *Sed non debet practicari cum eo creditore, qui abſque Bulla, & Congregationis beneficio ſatisfactionem conſequi poteſt.*
7 *Quando cautio per creditorem de jure præſtanda ſit.*
8 *De cautione demandata adverſus creditores in Chirographis.*
9 *An dotis credit im veniat ſub generali nomine, & diſpoſitione creditorum.*

DISCURSUS XCVII.

1 PEr mortem Comitis Joannis de Anguillaria de anno 1659. diſſoluto matrimonio, uſque ab anno 1645. contracto, inter ipſum & Comitiſſam Juliam Albertinam Neapolitanam, ſuperſtitibus pluribus filiis in pupillari ætate conſtitutis; Cum in hac alias potentiſſima familia, ex tot tantiſque Civitatibus, Oppidis, caſtris, & locis per ipſam poſſeſſis, duo tantùm parva caſtra *Stabia & Calcata* remanſiſſent, Tutores prudenti conſilio, proſequendo etiam tractatum ab eodem pupillorum patre ferè concluſum, ad liberandum pupillos à gravi ære alieno, cujus fructus, & uſuræ longè abſorbebant utriuſque caſtri, aliorumque bonorum fructus, & redditus, prævio chirographo Papæ communicantem facultates Congregationis Baronum, atque præveniendo pro minori damno, id quod urgentibus creditoribus, per eandem Congregationem cum majori præjudicio faciendum foret, vendiderunt caſtrum *Stabiæ* Principi Burgheſio pro pretio ſcut. 110. m. ad effectum ſolvendi creditoribus, juxta eorum anterioritatis, vel potioritatis ordinem, prævia per eos jurium ceſſione ad favorem emptoris, ac præſtita cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus, ſive eidem emptori in caſu evictionis vel moleſtiarum, Eo addito, quod creditores idoneam cautionem præſtare non valentes, accipere tenerentur eorum creditum in tot locis montium ſub dictis legibus vinculatis, quæ loco cautionis ſtare deberent juxta conſuetum ſtylum.

Inter pupillorum creditores, erat dicta Comitiſſa Julia eorum mater, cui pro dotium, & lucri dotalis reſtitutione, ultra alias partitas controverſas, de quibus habetur actum in hac eadem cauſa *ſub tit. de dote*, debita erant liquidè, & ſine controverſia, ex cauſa reſtitutionis dotium ſcut. 8500. quæ tutores ſolvere obtulerunt ex dicto pretio, per emptorem depoſitato, juxta chirographi, & inſtrumenti conditiones, & vincula ut ſupra, dicta verò Comitiſſa oblationem recuſante, ac petente pecunias liberas, orta eſt controverſia in Congregatione Baronum. 2

In qua pro Comitiſſa ſcribens dicebam, quod licèt Bulla Baronum in arbitrio Congregationis ponat modum ſolvendi pretium creditoribus, cum cautione, vel ſine, atque reſpectu illius creditoris, quem certum eſt eſſe omnibus anteriorem, juſte interponendum ſit arbitrium pro exemptione ab hujuſmodi onere, ut per *Seraph. deciſ.1219. num 1. & deciſ.70. in fine poſt Fenzon. ad Statutum.* Agnoſcebam tamen difficultatem reſpectu emptoris cum iſta lege contrahentis, inquirere non debentis, an unus eſſet anterior, vel poſterior, cum hoc attendatur, & procedat in ordine ad ipſos creditores, atque reſpectu timoris, qui probabiliter haberi, vel non haberi poſſit de aliis creditoribus anterioribus detegendis, & poſtea ſupervenientibus, juxta proxim diſſumptam ex *text. in l. fin. §. & ſi præfatam, Cod. de jure deliberandi*, ad quem effectum certa anterioritas (quam indubitatum erat concurrere in iſto credito dotali) ſuffragari poteſt; Secus autem quoad cautelam emptoris pro evictione, quæ non ſolum ratione crediti, & hypothecæ anterioris, ſed etiam ratione vindicationis jure dominii in venditione ceſſantis ſequi poſſet, quo caſu anterioritas creditorum nihil prodeſſet. Unde agnoſcendo difficultatem ex hac via inſuperabilem, dicebam Comitiſſam non teneri, neque cogi poſſe ad ſui crediti ſatisfactionem conſequendam ex hujuſmodi pretio, ſed ei liberum remanere arbitrium ſibi ſatisfaciendi ex aliis bonis, ita ut pecuniam liberam conſequeretur. 5

Creditor enim fundatam habet intentionem in jure conſequendi pecuniam liberam, neque tenetur eam recipere vinculatam, ex deductis per *Arias de Meſa lib.1. variarum, cap.16. num.27. cum ſeqq. Duran. deciſ 421. num.10. & deciſ.274. num.13. poſt Zacchiam de obligat. Camerali Romana vineæ 26. Junii 1651. coram Rojas inter ejus impreſſ. deciſ.458. num.6.* Et in individuo dotis reſtituendæ per filios primi matrimonii mulieri, etiam ad ſecunda vota tranſeunti, ut ad aliquam cautionem teneri non debeat, ſed pecuniam liberam habere affirmavit diſputato formiter articulo

magis, quàm mulier Baronis figuram faciat, ac effectum obtineat, facere tamen dicitur de facto, tanquam mulieris vicarius, ſed adminiſtrator, eo modo, quo cætera bona extradotalis de mulieria taciro conſenſu ex legis diſpoſitione adminiſtrat, *ad text. in l. fin. C. de pactis conventis*, undè termini non ſunt pares.

Congregationi arridebat diſcurſus, ſed ex hoc ſolo motivo non inclinabat, quaſi quod ceſſaret ratio Bullæ deducta ex potentia, quæ fundamentum habet in juriſdictionis exercitio, quam tamen difficultatem replicabam non videri efficacem, quia ſi ita eſſet, pendente uſufructu, dare oporteret Baroniam in uſufructuario, penes quem reſidet exercitium juriſdictionis productivum illius potentiæ, cui innixa eſt Bullæ diſpoſitio, ne aliàs ſequatur jam dictum inconveniens dandi Baroniam ſine Barone.

Quia tamen pro cauſarum defenſione, & ſervitio, patrocinantium errorem ſemper cenſui, velle mordicus inſiſtere ſuper quæſtionibus apud judices dubiis, quoties difficultas ex facto dirimi poteſt, cum ita eſſet proprii ingenii oſtentationem, vel propriam affectionem potius, quàm cauſam tueri, contra omnem juſtitiæ, & convenientiæ rationem; Idcircò quicquid eſſet de hoc puncto (qui remanſit indeciſus,) omnem difficultatem ceſſare dicebam, ex quo conſtabat in facto, tam per teſtium depoſitiones, quàm per deputationes Officialium, ac per gratias, & compoſitiones de delictis, & ex præſentationibus ad beneficia juriſpatronatus, Lælium, actualem, & plenam caſtrorum poſſeſſionem cum juriſdictionis exercitio etiam habuiſſe.

Et licèt replicaretur, hæc omnia ipſum geſſiſſe jure familiaritatis, ſeu vicario nomine Virginiæ matris, quam docebatur legatum uſusfructus agnoviſſe, pluresque actus juriſdictionales exercuiſſe, undè ejuſdem rei poſſeſſio penes duos inſolidum eſſe non poterat, de facili tamen replicabam, ex pluribus Lælium jure ſuo, in toto, vel in parte dictos actus poſſeſſorios facere potuiſſe; Primò quia cum non doceretur Virginiam matrem, duplicem cautionem, mutianam ſcilicet, & alteram de benè utendo præſtitiſſe, ſi-
4 ve an id incontinenti, vel ex intervallo fecerit, interim proprietarius juſtè fructus percepit, illoſque denegare potuit uſufructuario, qui ſi de facto ſe intrudat, injuſtus & vitioſus poſſeſſor dicitur, ad fructuum perceptorum reſtitutionem de ſtricta juris cenſura obligatus, eatenus eximendus, quatenùs, vel proprietarii ſcientia, & patientia, vel muliebris ſexus ſimplicitas, vel aliud probabile bonæ fidei motivum illum excuſet, ex plenè deductis *per Caſtill. de uſufructu cap.14. Rot. deciſ.259. part.7. recent. Capic. latr. conſult.112. num.2. cum ſeqq.* & habetur latius tractatum in ſua materia *ſub tit. de uſufructu ſeu ſervitutibus*, præſertim *in Foroliviem. & in Civitatis Caſtelli*, & in aliis; Undè donec dicta duplex cautio præſtita ſit, Lælius jure pro-
3 prio Fructus percepit, ac plenam caſtrorum poſſeſſionem in proprietate, & uſufructu juſtè habuit.

Propterea etiamſi Virginia ab initio, & incontinenti hæc adimpleviſſet, ita ut iſte poſſidendi titulus in Lælio ceſſaſſet, adhuc tamen dicebam, ipſum fuiſſe poſſeſſorem etiam in uſufructu pro medietate, cum non verſaremur in feudis juris francorum de ſui natura individuis, poſſeſſorum pluralitatem excludentibus, ſed in caſtris allodialibus, quæ non implicat eſſe penes plures pro communi, ſive per portiones & quotas.

Habebat igitur medietatem ex diſpoſitione *textus in l. ſi aliì, ff. de uſufructu legato*, per quem diſ-
5 ponitur, quod ſi uni fundus, alteri uſufructus legetur, fundi legatarius de uſufructu pro medietate cum uſufructuario participare debet, & firmant *DD. collecti per Caſtill. de uſufructu, cap.47. Bellon. de jure creſcendi, cap.5. quæſt.10. num.56. & ſeqq. Merlin. lib.2. controv.6. num.1. & ſeqq. Adden. ad deciſ.636. part.4. rec. tom 3.* cum aliis deductis *in dicta Foroliviem. ſub tit. de uſufructu.*

Neque aggrediendam eſſe dicebam inſpectionem ſuper intelligentia *dicti text.* ejuſque limitationibus, quia hodiè non erat de hoc principalis controverſia inter legatarium proprietaris, & illum uſusfructus, ſed ſolùm deducebatur ad oſtendendum poſſibilem titulum, quo juſtè, & licitè Lælius proprietarius dictos actus poſſeſſorios nomine, & jure proprio facere potuit; Licet enim Virginia ex conjecturata forſan mente defuncti prætendere poſſet integrum uſumfructum, ut pro alia parte ſcribentes inſiſtebant ex teſtamenti verbis, ibi, *percipiat uſumfructum plenum*, nihilominùs potuit nolle percipere, vel conſequi niſi in parte, dum vivens & ſciens paſſa eſt proprietarium etiam participare; Nec de jure dubitatur uſumfructuarium poſſe ſuum legatum agnoſcere in parte, & in parte non, juxta *text. claros deductos in dicta Foroliviem.* igitur hæc ſola poſſibilitas ſufficit ad excludendum titulum familiaritatis, non intrantem, ubi potentia alterius tituli poſſidendi nomine proprio concurrit, *Mantic. deciſ.245. num.7. Gregor. & adden. deciſ.92. Buratt. & adden. deciſ.169. num.13.*

Denùm his omnibus ceſſantibus, adhuc omnis difficultas tollebatur, quia cum Lælius eſſet teſtatoris filius, cui legitima debebatur, pro hac rata & ſic in ter- 6
tia parte caſtrorum, plenam poſſeſſionem, etiam in uſufructu habuit, legitima enim eſt incapax cujuſcumque oneris, & ſervitutis, undè ſub legato vel diſpoſitione quantumvis univerſali totius, & integri uſusfructus, illa non comprehenditur, ſed intelligitur in reſtanti beſſe ad *text. in §. prohibemus authent. de trien. & ſemiſſ & in auth. noviſſ. C. de inoff. teſtam. ubi DD. Bart. in l. Uxori meæ, ff. de uſufr. legat. & conſ.56. num.3. Caſtill. de uſufr. cap.45. num.11. Merlin. de legitim. lib.3. tit.2. q.7. num.17. & ſeqq. Rot. deciſ.579. num.1. part.5. rec. Merlin. tom.2. controv.7. num.2.* ubi dicit reſpectu filii inſtituti hoc eſſe ſine controverſia.

Quod etiam in facto clarè comprobari obſervabam ex judicio teſtatoris diſponentis, quod quatenùs Lælio ad ſubſtentationem ſui redditus non ſufficerent, deberet Virginia mater ſupplere, ergo teſtator ſuppoſuit in Lælio participationem fructuum, & emolumentorum, ex eiſdem caſtris, dum alia bona ei non reliquit, nec aliundè habere conſtabat, & verba teſtatoris de dando Virginiæ plenum uſumfructum, adjecta erant ad excludendam Bulgari conſuetudinem, & ne legatum reſolveretur in alimenta, ut idem teſtator declaravit.

Et ex his Congregatio cenſuit Bullam intrare, ideóque Commiſſarium decrevit, non ſequuto tamen effectu, quia reus rediit ad judicem ordinarium, qui mandatum exequutivum relaxaverat, & ab eo obtinuit revocationem ſub prætextu viæ executivæ præſcriptæ, ſuper qua idem judex ſententiativit pro præſcriptione, deindéque introducta fuit cauſa in Rota *ut habetur ſub tit. de credito in hac eadem cauſa*; Demùm verò longè poſt hæc ſcripta præſens controverſia, me tractante, cum honeſta concordia finem habuit.

† Vide infra diſc.119.

ROMANA PECUNIARIA DE MATERIIS

Pro MUTIO MARERIO

Cum CHRISTOPHORO CINCIO.

Caſus deciſus per Congregationem Baronum pro Cincio.

Emens caſtrum cum pacto de retrovendendo, ad exercitium poſtmodum deducto, an ad effectum Bullæ, ob illud intermedium caſtri dominium poſtea reſolutum, dicatur Baro, & Bulla intret pro debitis contractis pendente caſtri poſſeſſione vel antea.

SUMMA

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 *Qui poſſedit caſtrum tanquam emptor cum pacto de retrovendendo poſtea conſummato an ob hanc intermediam poſſeſſionem dicatur Baro.*

2 *Emptor cum pacto de retrovendendo dicitur perfectè dominus, & cum eo activè, & paſſivè locum habet jus congrui.*

3 *Declaratur concluſio, quod Bulla Baronum procedat pro debitis contractis ante Baroniam.*

DISCURSUS XCI.

MUtius Maretius ſenior emit cum pacto de retrovendendo caſtrum Montis nigri, quod uſque ad obitum poſſedit, per venditorem deinde in vim dicti pacti redemptum, unde Cincius ejuſdem Mutii creditor ex cauſa debiti contracti, antequam dicti caſtri acquiſitio fieret, pulſavit in vim Bullæ Baronum in iſta Congregatione Mutium juniorem ſuper bonis aliàs à dicto debitore, poſtmodum verò ab iſto ex titulo antiqui fideicommiſſi poſſeſſis, atque iſto Baronalem qualitatem negante, pro eo ſcribens dicebam illam cenſeri non adeſſe, quia Baronia non ceſſaverat
1 ex nova cauſa, & uti ex nunc, ſed uti ex tunc, ex cauſa antiqua ab initio acquiſitionis impreſſa, tanquam ſub conditione reſolutiva, qua purificata intrat retroactio, ac fingitur emptorem nunquam poſſediſſe, cum cauſa reducatur ad non cauſam, & titulus ad non titulum, ita ut omnia medio tempore geſta per hujuſmodi emptorem corruant, ac hypothecæ, & ſervitutes contractæ evaneſcant, *ex deductis per Franch. deciſ.64. num.4. & ſeqq. Surd.deciſ.268. num.12. Capic. Latr. conſultat.34. num.21. & ſeqq. Rot. deciſ.86. num.5. part.5. rec.*

2 Contrarium tamen ſenſum habuit Congregatio, ex eo motivo, quod emptor cum pacto de retrovendendo, interim dicitur verus, & perfectus dominus, atque in eum tranſit perfectè dominium, quamvis eventuali reſolutioni ſubjectum, unde interim contra eum exerceri poteſt jus congrui, tanquam cum perfecto emptore, & econtra ipſe contra alium illud exercere poteſt, *Afflict. de jure prothom. §.3. num.10. cum ſeqq. & deciſ.358. Tiraquell. de retract. conventional. §. 2. gloſ. unica, num.1. & 2. Gratian. diſcept.526. num.54. & ſeqq. & diſcept. 42 num.30. & ſeqq. Buratt. & adden.deciſ.677.* Multò magis quia Mutius uſque ad obitum in poſſeſſione caſtri, & Baroniæ continuaverat, cum pactum deductum eſſet ad exercitium cum ejus hærede.

Dixi reſolutionem eatenùs placere, quatenùs ageretur de debitis à Mutio contractis poſt dictam Baroniam aſſecutam, ejuſque poſſeſſione durante, quaſi quod tunc creditores ſub Bullæ clypeo, & publica fide tanquam Baroni crediderint, ideóque ceſſata qualitas eis præjudicare non debeat, ſecus autem pro debitis contractis in ſtatu privato, & antequam dictam Baroniam aſſequeretur; Nihil refragante, quod me acriter ſubſtinente, Congregatio firmaverit Bullam habere locum etiam pro debitis contractis ante Baroniam *ut in Romana pecuniaria de Pallavicinis hoc eod. tit. diſc.74.* quoniam id denuò verum affirmabam in
3 ſuis congruis terminis, & ubi aliud extremum concurreret, quod ſcilicet ageretur cum eodem Barone, ſeu ejus ſucceſſore, in eadem qualitate Baronali exiſtente, ſecus ubi de tempore contracti debiti non aderat Baronia, nec aderat de tempore quo illud petebatur, quia deficit utrumque extremum, à quo, & ad quod.

Licet enim, etiam pro debitis contractis ante Baroniam, firmaverim *in dicta Romana Creditorum de Pallavicinis, & in aliis*, Bullam intrare, illamque reſpexiſſe ad tempus petitionis, ac faciendæ executionis, attamen id procedit, quia de tempore dictæ executionis aderat ratio potentiæ, & qualitatis Baronalis, unde unum de duobus extremis de neceſſitate dicebam debere verificari, vel ſcilicet quod debitum ſit contractum de tempore Baroniæ, quando dici poteſt creditorem qualitati Baronali innixum, ſub fide Bullæ credidiſſe, aliàs non contracturum, vel quod eadem qualitas adſit de tempore quod debitum petitur, & ſic ſive Bulla operetur ut ex tunc, ſive ut ex nunc, adſit Baronia de uno tempore cum verificatione unius extremi, ſecus autem ubi utrumque extremum deficit, quia tunc nulla videtur ſubeſſe ratio, & hanc putabam eſſe veram diſtinctionem.

† Vide deducta in diſc.119.

ROMANA PECUNIARIA DE MAXIMIS

Pro CAMILLO, ET FABIO DE MAXIMIS

Cum CÆSARE, ET ANTONIO DE GAETANIS.

Caſus diſputatus in Congregatione Baronum, ſed non reſolutus.

An Bulla Baronum locum habeat in locis montium, cenſibus, nominibus debitorum, ac juribus, & actionibus ad fideicommiſſa ſpectantibus.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Bulla Baronum tollit ſucceſſoribus exceptiones reſultantes ex fideicommiſſis, & inveſtituris, non autem jura privata, & correſpectiva.*

3. *An Bulla Baronum procedat in locis montium, & cenſibus.*

4 *Loca montium, & cenſus conſtituunt tertiam ſpeciem, & non veniunt appellatione mobilium vel ſtabilium.*

5 *An loca montium circumſcribantur loco.*

6 *Quid de cenſibus.*

7. *Caſus non deciſus, ſed videtur verior negativa, pro illorum non comprehenſione ſub Bulla.*

DISCURSUS XCII.

GAetanis moleſtantibus in Congregatione Baronum Camillum, & Fabium fratres de Maximis, in vim antiqui fideicommiſſi poſſidentes quædam loca montium, aliaque jura, quæ per eorum majores Baronalem qualitatem habentes, & Gaetanorum debitores poſſeſſa fuerunt; Præcipua diſputatio fuit ſuper 1
puncto, an in quadam donatione facta per fratres de Maximis debitores ad favorem alterius fratris, qui fuit pater dictorum Camilli, & Fabii, de bonis paternis, & maternis, comprehenſa eſſent onera quorumdam cenſuum per dictos donatores ſuper hujuſmodi bonis impoſitorum, ſi enim non comprehenderentur, prout non comprehendi de jure probatum fuit, ac ita reſolutum, ut habetur *ſub tit. de cenſibus, ſeu donationibus*, in hac eadem cauſa, inanis remanebat omnis alia quæſtio; quia cenſus prædicti per ipſos fratres, ceſſis juribus extincti, tanquam anteriores abſorbebant valorem locorum montium aliorumque bonorum, ſuper quibus erat quæſtio, Undè inanis remanebat creditorum poſteriorum actio, quia Bulla Baronum, tollit quidem poſſeſſoribus, & ſucceſſoribus exceptiones reſultantes ex fideicommiſſis, inveſtituris, vel pactis, quamdam lucrativam ſucceſſionem importantibus, non autem jura, & credita propria, ſibi tanquam tertiis creditori- 2
bus titulo oneroſo competentia, neque tollit ordinem anterioritatis; Et ita paſſim practicatur, ne ſucceſſores ſanguinis ſint inferioris conditionis quolibet extraneo.

Digitized by Google

Multiplicando autem motiva, deducebam pro dictis de Maximis ſcribens, illud adhuc formiter non
3 diſcuſſum neque deciſum, quamvis incidenter, & præſuppoſitivè ſæpiùs practicatum, an ſcilicet Bulla Baronum, quæ non obſtantibus fideicommiſſis, & aliis, mandat exequi, & ſubhaſtari omnia bona, tam juriſdictionalia, quàm indifferentia, comprehendat loca montium, cenſus, nomina debitorum, & alia hujuſmodi tertiam ſpeciem bonorum conſtituentia.

Negativam defendens, dicebam Bullam loqui de bonis ſtabilibus, ideóque tanquam exorbitantem, &
4 juris communis correctoriam, non debere comprehendere loca montium, cenſus, ac jura, & actiones, tanquam tertiam ſpeciem conſtituentia, in odioſis præſertim, & exorbitantibus, ſub bonorum ſtabilium, & mobilium appellatione non venientia *ad text. in l. à Divo Pio. §. in venditione, ff. de re judicata Gabr. de verb. ſignif. concl. 7. num. 1. Theſaur. deciſ. 201. num. 6. cum aliis per Rotam poſt Cenc. de Cenſ. deciſ. 3. num. 14.* & habetur actum *in Romana ſeu Tudertina collecta ſub tit. de regalibus* ad materiam Vectigalium.

Quod clarius procedere dicebam, ubi adjiciuntur verba deſignantia loci exiſtentiam & ſituationem, ut diſponitur in bulla §. 3. ibi, *Civitatum, Terrarum, caſtrorum, palatiorum, & aliorum bonorum immobilium, tam in Urbe, ejuſque diſtrictu, quàm alibi ubicumque in noſtro Statu Eccleſiaſtico exiſtentium.* Et ſic ſe reſtringit ad bona, quæ habent exiſtentiam & ſituationem in certo loco, ideò non comprehendit jura & actiones, *ut per Rojas deciſ. 282. num. 8. cum ſeqq. deciſ. 273. num. 13. & ſeq. part. 11. recent.*

Et quamvis reſpectu locorum montium, magis recepta opinio videatur, circumſcribi loco, ac cenſeri
5 de Urbe, ubi erecta ſunt, ut firmatum fuit *per Rot. apud Buratt. deciſ. 474. num. 1. adden. ad eum deciſ. 535. deciſ. 177. num. 38. part. 5. rec. 144. num. 12. & ſeq. part. 8.* quod etiam reſpectu fiſcalium & reddituum ſuper juribus Regii in Regno Neapolitano, quæ in ſubſtantia idem important ac loca montium, habetur *apud Rovit. ſuper pragm. 1. de jure & exaction. fiſcal. num. 66. & 80.* & de pecuniis ſuper montibus Venetiarum, aliiſque ſimilibus Principis juribus, ut circumſcribantur loco, & habeantur loco ſtabilium, eorumque nomine veniant *Rot. in Veneta pretii Bonorum 13. Novembris 1602. Pamphilio*, & generaliter *Peregrin. conſ. 90. n. 29. lib. 1. Theſ. jun. lib. 2. quaſt. forenſ. 5. num. 16.* Undè in eis habere locum Statutum Urbis excluſivum fœminarum *dicta deciſ. 177. num. 38. part. 5. recent. adden. ad Buratt. dicta deciſ. 535. lit. B.* nec non habere locum Statutum 151. *deciſ. 124. num. 11. apud Merlin. de pignor.*

Et poſſe ſuper eis imponi cenſus *Buratt. deciſ. 913. num. 10. 11. & 11. deciſ. 133. num. 13. poſt Merlin. de pignor.* Atque ad ea competere remedia poſſeſſoria *Buratt. dicta deciſ. 474. num. 7.* in ſpecie Salvianum *Gratian. diſcept. 943. n. 22. & ſeq. deciſ. 29. poſt Pacif. de Salviano* cum ſimilibus.

Et reſpectu cenſuum, ut cenſeantur de loco ubi
6 ſita ſunt bona cenſita, habetur apud eoſdem ſuprà allegatos occaſione locorum montium, apud quos habentur iidem effectus, de qua loci circumſcriptione *Rot. deciſ. 3. numer. 16. & 17. poſt Cenc. de Cenſ. Idem Cenc. quaſt. 30. de Marin. reſol. 11. lib. 1. deciſ. 235. p. 7. recent.* & habetur actum *in dicta Romana ſeu Tudertina Collectarum pro Andoſilla ſub. tit. de regalibus ad materiam collectarum*, ubi de collectis pro cenſu ſolvendis, an in loco ubi ſita bona cenſita, vel ubi eſt perſona creditoris, vel in loco deſtinatæ ſolutionis; Attamen id quidem attendi poſſe dicebam ad effectus favorabiles, quibus juris communis diſpoſitio non reſiſtat, non autem ſuper intelligentia novæ legis adeò exorbitantis, ut ultra generales propoſitiones, in his ſpecialibus terminis conſimilis decreti Ducalis Sabaudiæ, quod ut aliàs dixi, continet diſpoſitionem huic Bullæ proximiorem, ut non contineantur jura, & actiones, firmatur per *Cacheran. deciſ. 169. num. 2.* & de eadem diſtinctione in cenſibus *Cenc. dicta quaſt. 30. à num. 29.*

Ponderando etiam, quod Bulla *in dict. §. 3.* enumerat ſpecies, nempè, Civitates, Terras, caſtra, caſalia, domus, palatia, &c. & ſic agit de ſtabilibus per proprietatem non per fictionem, ut ſunt loca montium, cenſus & ſimilia, & deindè ſubjungendo genus, utitur verbo *aliis*, quod non dato aliquo præcedenti verbo univerſali, denotat ſimilitudinem ad præcedentia *Bart. in l. quidam regulatus in principio, ff. de rebus dubiis*, & cæteri per *Barboſ. dictione 16. Rot. deciſ. 200. num. 14. part. 7. recent. Cacheran. dicta deciſ. 169. num. 2.*

Et clarius *ex §. 10.* ubi Bulla utitur dictione, *hujuſmodi*, ibi, *ſuper Civitatibus, Terris, caſtris, caſalibus, palatiis, & aliis bonis immobilibus hujuſmodi*, dictum enim verbum præcedentium repetitivum, ad illa reſtringitur, & non complectitur niſi ea, quæ verè ſunt ejuſdem qualitatis, *ut deciſ. 342. num. 10. part. 1. rec. in Melevitana Commenda 29. Aprilis 1652. coram Veroſpio cum aliis per Barboſ. dictione 138.* & ſic combinando inſimul verbum *aliis*, & verbum *hujuſmodi*, dicebam ſatis claram reſultare demonſtrationem, quod Bulla ſolùm loquitur de bonis ſtabilibus propriis & per veritatem, non autem per fictionem; Et nihilominùs ſubjungebam ſufficere eſſe dubium, cum in dubio juxta generales propoſitiones, ille capi debeat intellectus, per quem juris communis diſpoſitio minus lædatur, & ab eo recedatur.

Punctus non fuit deciſus, quia ex aliis motivis, abſque hujus puncti diſcuſſione intrabat reſolutio fa- 7
vorabilis, ut ſuprà; Volui tamen inſinuare, ut qui plus ſciunt meliora cogitent, non potui enim judicium efformare ex Congregationis praxi ſeu obſervantia optima interprete, quoniam pro mea notitia articulus non fuit formiter diſputatus & deciſus; Quando autem pluries incidenter in cauſis à me tractatis de hoc actum fuit, comperii varias eſſe opiniones, juxta diverſa ingenia eorum, qui pro tempore ſedebant in Congregatione, quandoque enim audivi haberi pro abſolutò, quod Bulla non capiat hanc ſpeciem bonorum, & quandoque oppoſitum, undè judicet qui poteſt, qualis ſit veritas.

Reflectendo autem ad punctum, conſiderabam, quod in diſcurſu naturali ducto à veriſimili voluntate legiſlatoris, ac identitate, ſeu majoritate rationis, fortiùs in hac ſpecie Bullæ diſpoſitio locum habere debet, quia fideicommiſſorum & majoratuum conſervationi magis congrua ſunt caſtra, palatia, caſalia, & alia ſtabilia per veritatem, quàm iſta, ideóque minus ipſis fideicommiſſis, & majoratibus præjudicari videtur juxta ordinem præſcriptum in bonis pupillorum & minorum *in l. lex quæ tutores, C. de adminiſtrat. tutor.* cum ſimilibus.

Econverſo autem, juxta ea quæ in foro frequenter habemus in materia ſtatutorum, ſeu privilegiorum, aliorumque à jure exorbitantium, tantum dicitur diſpoſitum, quantum legitur ſcriptum, atque ſonant verba, neque admittitur extenſio de caſu ad caſum, ſeu ad perſonas, loca, & bona, etiam rationes identitate vel majoritate concurrente, ſed caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione juris ad vulgarem regulam. *text. in l. commodiſſime, ff. de liber. & poſth. ubi DD. Alex. conſ. 97. num. 9. lib. 2. Honded. conſ. 95. num. 65. lib. 1. Giovagn. conſ. 66. num. 19. num. 1. Rot. deciſ. 329. n. 12. part. 6. recent.* & cæteri plenè deducti *in Fanen. ſucceſſ. 6. Aprilis 1663. 26. Junii 1665. & 15. Martii 1666. coram Albergato*, ubi de ſtatuto excludente matrem propter agnatos uſque ad quartum gradum civilem, quod eam non excludat propter patrem vel avum paternum, ex eo quod jura municipalia à jure communi exorbitantia operari debent quantum ſonant in verbis, atque oculis corporeis legi poteſt, quæ tamen deci-

ſiones

ſiones in dicto caſu aſperæ videntur, ut habetur actum *in eadem Fa ſcu. ſub tit. de ſucceſſionibus.*

Et quamvis conſiderari poſſet, quod revera non eſſemus in caſu juris municipalis inferioris, ſeu ſtatutarii, ſed in lege Papæ ſupremi Principis, undè potiùs dici debet jus commune quàm ſtatutarium, ut habetur apud *Franch. deciſ.148. num.5. & latiùs apud Rovit deciſ.78. num.5.* nihilominùs de ſtricto jure, cum dicta regula juris ſtatutarii procedendum venit, dum Congregatio Baronum, ac etiam Rota moderna præſertim poſt *conſtitu ioaem 117. Urb. VIII.* quæ *Bulla archivii* nuncupatur, tenent hanc Bullam Baronum eſſe odioſam, & exorbitantem, ut in aliis *hoc eodem tit.* habetur; Ac etiam quia talis eſt ejus praxis de obſervantia in verbis, tum quia practicatur pro quibuſcumque debitis, non diſtinguendo an ex juſtâ, & honeſta cauſa contracta ſint nec ne, quod mihi nunquam placuit, tum etiam quia non practicatur in Baronibus, qui non ſiot de ſtatu immediato, quia verba non conveniunt, vel cum eis qui caſtra & feuda vendiderunt, & tamen ſi rationis identitatem attendere volumus, cum iſtis, atque cum illis nobilibus primi ordinis qui eamdem figuram in Urbe, vel Statu faciunt, ſervanda quoque eſſet, multaque alia practicanda vel non practicanda eſſent, ſi rationem potius, quàm verba attenderemus, ac ſufficit caſum eſſe dubium, ut pro ſtricta intelligentia legis quæ reputatur odioſa & exorbitans, reſpondendum ſit, illam ſolùm attendendo in verbis, quæ ex ſuperius ponderatis, abſque dubio iſtis bonorum ſpeciebus non conveniunt, undè quando judicandum non ſit cum ſolo ſenſu naturali, ſed inſiſtendum ſit regulis legalibus, hæc poſterior opinio negativa videtur probabilior, licet negari non poſſit, ſenſum naturalem ex dicta ratione melioris conſervationis fideicommiſſorum ſatis urgere; Undè caſus dignus eſſet matura diſcuſſione, ac declaratione.

† SUper contentis in hoc *diſc.92.* ulteriorem diſputationem occaſio non dedit, videtur autem, quod indefinitè in praxi ſervetur diſpoſitio Bullæ in omnibus bonis, ac etiam in cenſibus, & locis montium.

SENOGALLIEN. BONORUM

Pro COMITIBUS DE MONTEVETERI

Cum MONTISTIS.

Caſus diſputatus in Congregatione Baronum, ubi pendet.

An Bulla Baronum procedat in Caſtris, & bonis de directo dominio Eccleſiarum per Baronem poſſeſſis in emphyteuſim ad certas generationes.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Quod Bulla Baronum habeat locum in Statu Urbini.*
3 *De fundamentis, ob qua Bulla capiat etiam bona Eccleſiaſtica.*
4 *Bulla tollit dominia, & continet derogationem regulæ de jure tertii.*
5 *Papa eſt Epiſcopus Romæ, diſtinctus à perſona Papæ.*
6 *Eſt etiam Princeps ſæcularis.*
7 *Leges Papæ concernentes regimen temporale non complectuntur perſonas, & bona Eccleſiaſtica, niſi dicatur, ut de Egidiana, & de Statutis Urbis.*
8 *Bulla Baronum facta eſt à Papa tanquam Principe temporali.*
9 *Dantur plures hujus aſſumpti demonſtrationes.*
10 *Ex conſuetudine, & ſtylo Papæ, deſumitur ejus voluntas.*
11 *De rationibus, quibus innixa eſt Bulla Baronum.*
12 *Reſpondetur contrariis.*
13 *Verbum* Cameræ Apoſtolicæ *quid ſignificet & an differat à verbo* Sedes Apoſtolica.
14 *An in bonis feudalibus, vel emphyteuticis laicalibus Bulla præjudicet Domino directo.*
15 *An in bonis Eccleſiaſticis, ſalvo dominio Eccleſiarum, intret Bulla quoad dominium utile, & jus emphyteuticum.*
16 *Lex laicalis non comprehendit bona Eccleſiaſtica etiam quoad dominium utile, & reſpectu laicorum.*

DISCURSUS XCIII.

CUm per Montiſtas cujuſdam montis erecti, ſeu 1
aggregati, Comites Julius, & Aſtorres de Monteveteri, ex facto, & obligatione eorum patris, moleſtarentur ſuper caſtris, & bonis de directo dominio Eccleſiarum, à quibus ſub titulo emphyteutico ad certas generationes maſculinas conceſſa erant, atque Congregatio Baronum non obſtantibus firmatis per
Rotam *in Urbinaten. prædii coram Bevilaqua, & Cerro* 2
deciſ.50. & 51. poſt Paitell. ſuper non comprehenſione Status Urbini ſub Bulla Baronum, contrarium poſt ſequutam devolutionem teneret, unde propterea hæc exceptio per reos conventos deducta rejecta fuit, convolatum eſt ad alteram exceptionem non comprehenſionis hujuſmodi caſtrorum, & bonorum ſub dictæ Bullæ diſpoſitione, ſtante quod eſſent emphyteutica de directo dominio Eccleſiarum, ideóque tanquam bona Eccleſiaſtica ſub ea venire non deberent; Quare aſſumpta ſuper hoc puncto diſputatione, ob aliquam votorum ſciſſuram, nulla capta fuit reſolutio, eademque Congregatio deſiderare oſtendit concordiam, quia articulus tanquam novus, & nunquam formiter deciſus dignus videretur, undè propterea aſſumptus fuit dictæ concordiæ tractatus, qui plurium annorum interſtitio adhuc durat, ideóque cauſa pendet, & quatenus dictus tractatus ad effectum non perveniat, expectabitur deciſio.

In diſputatione, ſeu diſputationibus deſuper habitis, duo erant præcipua fundamenta ſcribentium pro
actoribus, ſuper comprehenſione perſonarum, ac bo- 3
norum, etiam Eccleſiaſticorum ſub hac Bulla, primò quod expreſsè dicitur *in §. 2.* omnes & quoſcumque Barones ſub ea comprehendi, cujuſcumque ſtatus, & conditionis, etiamſi quacumque Eccleſiaſtica dignitate, etiam Cardinalatus præfulgeant, & conſequenter dicebant claram eſſe voluntatem Papæ ordinandi dictam legem, non ſolùm jure Principis ſæcularis, ſed etiam Eccleſiaſtici, & Summi Pontificis.

Et ſecundò, quod *in §.12.* in fine, excipiuntur tantùm reſponſiones, canones, & cenſus ratione directi dominii, ſeu ſuperioritatis debitæ Cameræ Apoſtolicæ, undè propterea hæc exceptio firmat regulam generalem in contrarium, ad *text. in l. nam quod liquidè, ff. de penu legata*, cum concordant. *per Barboſ. axiom. 85. num.4. Rota deciſ.24. part.6. rec. num.1. & per tot.*

Ponderando etiam, quod *in §.9.* & ſequentibus uſque ad finem. in ſpecie derogat nedum fideicommiſſis, ſed etiam inveſtituris, & conceſſionibus, qui termini
conveniunt bonis poſſeſſis jure feudi, vel emphyteu- 4
ſis, non obſtante quod ita tolleretur dominium Eccleſiæ non debitricis, quoniam Bulla tollit etiam dominia, & proprietates, cum derogatione regulæ de jure tertio quæſito non tollen. transferendo totum in pretium ex deductis apud *Cavaler. deciſ.612. numer.47. & ſeq. & deciſ.618. num.20. & ſeq.* & clarius *deciſ.329. part.4. recent. tom.2.* cum aliis per *Spad. conſ. 18. & 19. lib.1.*

His non obſtantibus, ſcribens pro dictis Comiti- 5
bus reis conventis, etiam cum aliquo ſenſu veritatis, contrarium

contrarium verius dicebam, quoniam in Papa, præſcindendo ab alia perſona Epiſcopi particularis Urbis, contradiſtincta à perſona Papæ, & de qua cæteris allegatis *Scaccia de jud. lib.1. cap.25. num.1. Veſtr. in praxi lib.1. cap.7. num.1 Rot. in Romana hereditatis 28. Aprilis 1659. coram Meltio*, cum aliis in propoſito deductis *in Urbinaten. juris metropolici ſub tit. de præminentiis*, ac etiam in eadem *Romana hereditatis ſub tit. de fideicommiſſis*, ſive ab altero *de Regulatoribus*.

Duplex altera perſona conſideratur, una Summi Pontificis, & Epiſcopi, ſeu capitis Eccleſiæ univerſa-
6 lis, habentis juriſdictionem, & poteſtatem in toto mundo, altera verò Regis, ſeu Principis ſæcularis, in ſtatu, ſeu ditione temporali Eccleſiæ, ut benè probat *text. in cap. cum inter 18. in fine extra de elect.* & pro abſoluto ſupponitur in deciſionibus, de quibus infià.

Quando igitur, vel per viam legis ab ipſo conditæ, vel per viam confirmationis ſtatutorum, & legum ab
7 aliis ejus officialibus ordinatarum, diſponit ſuper concernentibus temporale regimen ejus Principatus, ejuſque ſubditorum in temporalibus, ita ut non agatur de materiis ſpiritualibus, & concernentibus regimen Eccleſiaſticum, quamvis non dubitetur de poteſtate, ut ſcilicet volens poſſit etiam utrumque gladium adhibere, atque tam perſonas, quàm bona Eccleſiaſtica comprehendere, nihilominùs ubi id non exprimitur, ſeu aliàs non deſumitur voluntas adhibendi etiam dictam poteſtatem ſpiritualem, id non præſumitur, ut receptiſſimum habemus in propoſito Conſtitutionis Egidianæ conditæ per Egidium, vel in provincia Marchiæ, vel in tota Italia Legatum Sedis Apoſtolicæ, tunc Avenione reſidentis, confirmatæ, & extenſæ ad univerſum ſtatum, ac etiam Urbem, per *Sixtum IV.* & *Paulum III.* quoniam non comprehendit clericos, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas, minùſque bona de directo dominio Eccleſiarum; Idque adeò tenaciter, quod etiamſi quæſtio eſſet inter laicos, & ſuper ſola pertinentia dominii utilis, abſque aliqua Eccleſiæ dominæ directæ mixtura, vel præjudicio, adhuc receptum eſt Egidianam non intrare, ut apud *Ottbob. decis.170. num.7.* plenè *in Romana varia 17 Junii 1658.* & paſſim; Prout in terminis Statutorum Urbis, juxta opinionem quam retinet Rota moderna, firmatur *decis.58. num.27. & ſeq. part.6. rec.* quæ repetatur in materia magiſtralis *deciſ.23. num.5. poſt Zuff. de legitim. proceſſus*, & in aliis frequenter, ac extrà quæſtionem, interim ſolùm in propoſito ſtatutorum Urbis, & Conſtitutionis Clementis VII. ſuper dotium moderatione, in ordine ad probationem voluntatis adhibendi etiam poteſtatem ſpiritualem, & comprehendendi Eccleſiaſticos, ex iis, quæ ſuper hac materia habentur fortiter acta *in Romana dotis, ſeu pecuniaria de Sanctacruce ſub tit. de dote.*

Quo certo principio ſic ſtante, dicebam huic parti ſufficere, quod per actores prætendentes dictam voluntatem comprehendendi etiam bona Eccleſiaſtica,
8 illa non probetur, dum ex ejuſdem Bullæ proœmio, ibi, *Juſtitia ratio, & publica fidei cauſa poſtulat, ut eorum, qui pecunias noſtris, & S.R.E. ſubditis crediderunt, &c.* atque ex toto contextu, ad evidentiam conſtet, Pontificem ita ſtatuere voluiſſe tanquam Principem temporalem, & in concernentibus adminiſtrationem ſuæ temporalis ditionis ſub ejus immediato regimine exiſtentem, adeò ut receptum ſit, iſtam legem non extendi ad temporalem ditionem mediatam, ſub feudatariorum regimine viventem, ut *in Urbinaten. prædii*, & *in Romana pecuniaria de Pallavicinis hoc eod. tit.* quo caſu, juxta firmata in proximè allegatis deciſionibus, voluntas adhibendi alteram perſonam, ſeu poteſtatem non præſumitur.

Nedum autem dicta probatio non adeſt, ſed potius
9 ad evidentiam videtur eſſe in contrarium, tum quia *in §.12. & 13.* diſponitur alia bona libera eorumdem Baronum ſubrogari debere in locum diſtractorum, quod incongruum videtur quoad Eccleſias, ut cum gravi præjudicio rem pro re habere cogantur. Tum clarius quia *in §.4. & 12.* expreſſe diſponitur, quod caſtra, & bona per barones poſſeſſa, & per Congregationem ſubhaſtanda, tranſire debeant omninò libera, & in pleno dominio ad emptores, quod proindè in ordine ad dominium Eccleſiæ importat formalem alienationem, circa quam, ubi Papa eam permittere intendit, ſemper adhibere ſolet diverſam loquendi formam, derogando ſcilicet ſpecialiter *Conſtitutioni Pauli II.* incipien. *ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* aliiſque apoſtolicis conſtitutionibus, hujuſmodi alienationem prohibentibus, ac etiam ſpecialiter providendo utilitati, ſive indemnitati, & reintegrationi Eccleſiæ, quod in præſenti ſervatum non legitur, undè propterea talis voluntas expreſſe excluſa remanet, quoniam receptam concluſionem habemus, quòd ex ſtylo Papæ ejuſque Cancellariæ deſumitur ejus voluntas, & quid facere, vel denegare voluerit, *Mantica* 10
deciſ.214. num.4. Gregor. & Adden. deciſ.150. Adden. ad Buratt. deciſ.510. num.11. apud quos concordantes, & eſt frequens ac recepta propoſitio beneficialiſtarum ſuper puncto, quando Papa concurrere voluerit cum ordinario collatore, eumque prævenire, cum ſimilibus voluntatis materiam, & probationem concernentibus.

Item pro eadem voluntate excludenda ponderabam ejus nimiam exorbitantiam, & irrationabilitatem, innixa dici poteſt, quæ ex deductis *in dicta Romana pe-* 11
cuniaria de Pallavicinis, & in Romana contributionis de Ceſiis, & in aliis *hoc tit.* ad iſtam materiam, adinſtar diſpoſitorum de jure communi *in authent. res quæ, Cod. commun. de legat*, triplex eſſe videtur, una quod Papa tanquam Supremus Princeps, & Imperator in ſua temporali ditione, ita tollere voluerit id quod circa fideicommiſſorum obſervantiam ſtatuit *Auguſtus* Princeps ejus prædeceſſor, reducendo rem ad ſtatum, in quo ante *Auguſti* tempora fideicommiſſa erant. Altera præſumptæ voluntatis ordinatoris fidei commiſſi, vel primi acquirentis, ut ſui ſucceſſoris neceſſitatibus ita ſubveniretur, & altera legalis neceſſitatis, qua idem teſtator ſeu primus acquirens premeretur, ſi viveret, quæ rationes nullatenus adaptari poſſunt ad caſum, unde propterea lex remaneret omninò irrationabilis, ac etiam de manifeſta iniquitate redargui poſſet, privando Eccleſias ejus bonis, pro diſſolvendo ære alieno perſonæ prorſus extraneæ.

Neque præmiſſis obſtare videntur ea, quæ ut ſuprà in contrarium deducebantur, quoniam declaratio ſuper comprehenſione Cardinalium, ac aliorum in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutorum, nullam inducit alterationem, cum illi conſiderentur, non tan- 12
quam Cardinales & perſonæ Eccleſiaſticæ, ſed tanquam Barones, & Domicelli, in quibus accidentaliter hujuſmodi qualitas reperiatur, cum in Statu Eccleſiaſtico, ſtante qualitate Principis, qui eſt Eccleſiaſticus, non implicet, clericos, & perſonas Eccleſiaſticas poſſidere feuda, & caſtra juriſdictionalia, juxta magiſtrale *conſil. Jaſ.127.* cum aliis *in Maſſanen. caſtrorum hoc eod. tit.*

Quinimò ex hujuſmodi expreſſione, ob argumentum diſcretivæ, quod ubi voluit dixit, &c. obſervabam reſultare claram probationem in contrarium, quoniam ſicuti Papa congruum ac neceſſarium cenſuit exprimere qualitatem Eccleſiaſticam, quamvis accidentaliter concurrentem in Baronibus, & Domicellis jure laicali, caſtra, & bona poſſidentibus, multo magis abſque dubio expreſſiſſet qualitatem bonorum Eccleſiaſticorum, in qua diſtractione ſpecialem, ac diverſam loquendi formulam adhibere ſolet ut ſuprà, quod diſcretivæ argumentum in propoſito ponderatur *dicta deciſ.58. part.6. recent.* & in aliis deciſionibus latius editis ſuper hoc puncto comprehenſionis

Digitized by Google

nis Eccleſiaſticorum *in dicta Romana pecuniaria de Sancta cruce 18. Junii 1655. & 22. Junii 1657. Cerro.*

Aliud verò argumentum deductum ab exceptua-
13 tione canonum, & cenſuum debitorum Cameræ Apoſtolicæ, firmante regulam generalem in contrarium, non videbatur concludere, quoniam Camera in propoſito conſiderari poteſt tanquam Fiſcus Principis laici, abſque mixtura Principatus Eccleſiaſtici, quamvis iſte terminus ſit aptus complecti utrumque Fiſcum, dum poſito æquivoco, facienda eſt interpretatio verbi juxta ſubjectam materiam. Ponderando potiſſimè, quod Papa utitur verbo *Cameræ*, non autem verbo *Sedis Apoſtolicæ*, quam differentiam in propoſito Bullæ Pii V. de non infeudand. ponderat *Spada conſ. 21. numer. 72. lib. 1.* & habetur actum *in Romana ſeu Status Eccleſiaſtici infeudationum hoc titul.*

Minus quoque ſubſiſtere videbatur alterum deductum ex verbis denotantibus *inveſtituras, & conceſſiones*, quoniam illa ſunt etiam æquivoca, & compatibilia cum lege edita cum ſola poteſtate temporali, abſque mixtura ſpiritualis, quia inveſtituræ, & conceſſiones feudales, vel emphyteuticæ eſſe poſſunt laica-
14 les. Et nihilominus etiam iſto caſu, pro meo judicio, verus ſenſus videtur, ut Bulla tollat ea vincula, quæ, ſive ex providentia concedentis, ſive ex illa acquirentis, concernunt ipſum utile dominium ſeu jus feudale, vel emphyteuticum, vendendum pro tempore ſuæ durationis abſque præjudicio Domini, & ſic circa illum ſuccedendi ordinem inter perſonas de genere vocato, qui per quamdam ſpeciem fideicommiſſi in inveſtitura præſcribitur, aliàs enim nimis durum videtur, ac irrationabile, ut dominus directus quamvis laicus remanere debeat privatus dominio ſuorum bonorum, potiſſimè ubi Baro feudatarius, vel emphytheuta non haberet alia bona libera, quæ ſubrogari poſſent, quoniam eſſet ſolvere debita unius cum bonis alterius.

Unica verò dubitandi occaſio, pro meo judicio, reſultabat ex dicta conſideratione, quod ſcilicet ſalvo jure Eccleſiarum, ac directi dominii, non ob-
15 ſtante ordine ſuccedendi in inveſtitura præſcripto, vendi poſſet dominium utile, ſeu jus feudale, vel emphyteuticum, quouſque duret, eo modo quo, ſalvo fideicommiſſo, vendi poteſt commoditas ſeu jus hæredis gravati, ſeu ſalva proprietate vendi poteſt uſusfructus, aut ejus commoditas pro vita uſufructuarii, cum ſimilibus, & hæc videbatur unica difficultas conſiderabilis; Quam tamen credebam de facili tolli poſſe, ex eodem fundamento non comprehenſionis bonorum Eccleſiaſticorum ſub legibus lai-
16 calibus editis, etiam à Papa tanquam Principe ſæculari, ut ſupra, quamvis id non percuteret dominium directum Eccleſiæ, ſed ſolùm jus, & intereſſe laicorum ſubditorum, dum in Rota, & Curia recepta eſt concluſio, ut lex laicalis non comprehendat bona Eccleſiaſtica, etiamſi agatur inter laicos, & de ſolo dominio utili, juxta *deciſionem 238. poſt Pacif. de Salviano*, quæ reputatur in materia magiſtralis, ſæpiſſimè canonizata, *ut apud Durat. deciſ. 30. & 70. Cavaler. deciſ. 493. omnes in principio, Burat. deciſ. 16. in* ſupra allegata *Romana vineæ 17. Junii 1658. Bevilaqua*, & paſſim, quia eſt concluſio hodie indubitata, & in foro quotidiana, idcóque poſito, quod hæc Bulla dicatur lex laicalis, ac edita per Papam tanquam Principem temporalem, idem effectus reſultat circa non comprehenſionem, tam quoad dominium directum reſpectu Eccleſiæ, quàm quoad dominium utile reſpectu poſſeſſorum.

† ISte punctus, an ſcilicet Bulla procedat in bonis de dominio directo Eccleſiarum adhuc pendet cum tractatu concordiæ, neque occaſio aliam dedit diſputationem.

ROMANA DONATIONIS DE CESIIS

Pro OLIMPIO CASTELLANO.

Cum DUCE AQUÆSPARTÆ.

Cauſa pendet in Congregatione Baronum.

An Bulla Baronum locum habeat in debitis contractis ex cauſa donationis, quam Baro faciat famulo, vel alteri ex cauſa meritorum, & in remunerationem ſervitii.

Et aliqua ad materiam *text. in l. ſcripturas, Cod. qui potior. in pignor. hab.* ſuper ſuſpicione antidatæ, ac fide ſcripturæ privatæ.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries cum diſtinctione inſpectionum.*
2 *Text.* in l. ſcripturas, Cod. qui potior, in pign. *quando requirat trinum teſtem*
3 *Antidata dicitur falſitas in dubio, non præſumenda.*
4 *Fideicommiſſarius ſucceſſor habens archiviationem rectè excipit de dicta* l. ſcripturas.
5 *Alias de facili Bulla archivii eluderetur.*
6 *Trinus teſtis in ſcriptura privata non eſt de forma præciſa, ſed poteſt probatio ſuppleri per æquipollens.*
7 *An teſtis deponens de tempore præciſo probet vel potius ſit ſuſpectus.*
8 *Qualitas perſonæ excludit ſuſpicionem falſitatis.*
9 *Character ſeu modus ſcribendi variatur ex ætate, vel mala valetudine.*
10 *De veriſimilitudine excluſiva ſuſpitionis falſitatis.*
11 *Quando actus geſtus à moriente præſumatur verus, & ſincerus.*
12 *An, & quando merita probentur ex ſola aſſertione donatoris.*
13 *An inter patrem, & filium, famulum, & dominum, militem, & Principem detur vera meritorum exigentia remunerationem, recenſetur opinio negativa.*
14 *Contrarium, & de opinione affirmativa.*
15 *Quod Bulla Baronum capiat debita ex donatione verè remuneratoria.*
16 *De intellectu Bullæ in ea parte in qua loquitur de legatis.*
17 *De eodem.*

DISCURSUS XCIV.

CUm uſque ab anno 1634. Dux Aquæſpartæ Ceſius, ſub aſſertione ſatis diligentis, fidelis, 1
ac extraordinarii ſervitii ſibi præſtiti per Olimpium Caſtellanum ſibi in aula inſervientem, per apocham privatam illi feciſſet quamdam donationem, quam idem Dux moriens de anno 1657. dixit veram, ac mandavit effectum ſortiri; Dictuſque donatarius ſequuta morte donatoris, obtento mandato contra bona hæreditaria in forma, ageret contra Ducem filium, & ſucceſſorem in Congregatione Baronum, de duobus excipiebat reus conventus poſſeſſor caſtrorum, & bonorum independenter à patre in vim fideicommiſſi; Primo quod Bulla Baronum non procedat in debitis ex cauſa donationis; Et ſecundo quod ſtante archiviatione ſequuta uſque ab anno 1637. ad formam *Conſtitutionis 117. ſeu 119. Urbani VIII.* ceſſaret diſpoſitio dictæ Bullæ ita moderatæ; Cumque replicaretur ex parte actoris, archiviationem eſſe poſteriorem donationi ſequutæ de anno 1634. atque donationem non eſſe merè gratuitam, ſed remuneratoriam, atque utrumque impugnaretur; Hinc ſcribens pro actore tres conſtituebam inſpectiones.

Primo

Digitized by Google

Primn ſuper dictæ apochæ fide, & an ex eo quod trlno teſte ſignata non eſſet, deberet vel ne robur habere adverſus ſubſequutam archiviationem, ita ut obſtaret diſpoſitio *tex. in l. ſcripturas, Cod. qui potior. in pign. hab.* Secundò an probarentur merita, quæ poſtularent remunerationem de condigno, ita ut dicatur donatio verè remuneratoria, & ex cauſa oneroſa; Et tertiò demùm, quatenus merita non eſſent talia, quod exigerent præmium de condigno, ac de rigore juſtitiæ, ſed ſolùm ex lege convenientiæ, & gratitudinis, an pro hujuſmodi donatione voluntaria intraret Bulla.

Quoad primum dicebam, trium teſtium interven-
2 tum in ſcripturis privatis, requiſitum eſſe per text. *in dicta l. ſcripturas* in ſecunda ejus parte, ubi nempè agitur de anterioritate, & concurſu cum alio creditore hypothecario habente publicum inſtrumentum, quo caſu excepto, nullibi cautum videtur hoc requiſitum eſſe neceſſarium, quinimò eumdem textum in prima ejus parte, contrarium generaliter, & indefinitè ſtatuere videtur, accedente etiam ratione, quod
3 cum antidata contineat falſitatem, & delictum *Buratt. deciſ.47. num.8. Farinac. de falſitate, quæſt.150. num.99.* iſta in dubio non ſunt præſumenda *Gregor. deciſ.169. num.1. cum ſeqq. & cæteri per text. in l. dolum, C. de dolo.*

Verùm hoc motivum, Advocatorum more ob varietatem ingeniorum judicantium cum aliis cumulatum, in caſu propoſito minùs tutum videbatur; Quicquid enim ſit de intellectu primæ partis dicti textus, de quo occaſione apocarum de recepto, quas ſuſpecti creditores faciunt debitori, habetur in ſua materia *ſub tit. de credito*, verſari videbamur in ſecunda parte text. & in concurſu anterioritatis cum habente pro ſe publicum inſtrumentum; Succeſſor etenim fideicom-
4 miſſi, eo ipſo quod archiviationis requiſita ad formam Urbanæ conſtitutionis adimplevit, ex tunc acquiſiviſſe dicitur ſui juris certitudinem, & bonorum fideicommiſſariorum exemptionem à derogatione inducta per Bullam Baronum, undè creditor comparens cum apocha privata habente datam archiviationi anteriorem, concurrere dicitur cum fideicommiſſario in tempore poſteriori jus ſuum deducente ex publico, & ſolemni archiviationis actu ſeu inſtrumento, eodem modo, quo creditor adversùs alium creditorem, ideóque omninò videbamur eſſe in caſu, & hæc videbatur veritas, nam aliàs nimis de facili prædictæ Urbanæ
5 conſtitutioni fraus fieri poſſet, ac eluſoria remaneret ejus cautela, quæ ut plurimum adhiberi ſolet, non per ipſum Baronem fideicommiſſi vel primogenii poſſeſſorem debita contrahentem, ſed per intereſſatos ſucceſſionem ſpectantes, ad ulteriores poſſeſſoris diſſipationes evitandas.

Solidius igitur credebam aliud motivum, quod ſcilicet quidquid aliqui judaicè dictam legem intelligen-
6 do voluerint, verior ac recepta opinio eſt, interventum trium teſtium non deſiderari pro forma præciſa, ſine qua non poſſit aliàs creditor datæ veritatem probare, ſed ſufficere æquipollens probationem, etiam ex conjecturis, & validis adminiculis reſultantem, ut plenè alios cumulando probat *Genua de ſcript. privata lib.5. poſt quæſt.16. concl.2. num.11. & ſeqq. & ſignanter num.18.* ac firmant benè *Franch. deciſ.95. ubi adden. Seraph. deciſ.879. num.2. & ſeqq. Buratt. deciſ.844. n.4. & 5. & 905. num 4. Cavaler. deciſ.446. num.7. & 8. Rota deciſ.17. num.5. & ſeqq. & deciſ.79. num.10. & ſeqq. poſt Merlin. de pignor.* quarum prima eſt reperita *apud Merlin. deciſ.535.* & me ſcribente, diſputata acriter materia ſuper quadam apocha continente gravem ſummam ſcut. 4000. & ultra, quæ prætendebatur colluſiva, & cum antidata, firmatum fuit *in Romana pecuniaria 10. Junii 1661. coram Bourlemont* confirmata *3. Martii 1662. coram eodem; quarum ſecunda eſt apud Zuffum deciſ.63.* & de qua cauſa habetur actum *ſub tit. de credito pro illis de Cruce*, ac videtur concluſio in puncto juris hodiè abſoluta.

Adminicula verò, juxta regularem naturam præſumptivæ ſeu conjecturalis, & adminiculativæ probationis, ponderanda non ſingulariter, ſed unitim cum regula, ut ſingula quæ non proſunt &c. multa in propoſito concurrebant; Primùm nempè ex confeſſione ejuſdem Ducis coram famulis, & domeſticis, quorum aliqui eam probabant, illud tempus percutientes, una cum fama exindè inter aulicos, & domeſticos tunc exorta, de hujuſmodi remuneratione erga familiarem ſatis benevolum, & benemerentem.

Et licèt hujuſmodi teſtium depoſitio circa tempus præciſum poſt ſpatium 25. annorum ſuſpecta videretur, eo quia tempus præciſum difficile memoria retinetur, & per ſpatium decennii oblivionis præſumptio 7
inducitur etiam in factis propriis, multò magis in alienis, in quibus nullum habetur intereſſe, ut in propoſito advertunt *Alex. conſ.156. num.13. lib.5. Mantic. deciſ.372. num.12. & 13. deciſ.7. poſt Salgad. in labyrint.* & in aliis, Nihilominùs difficultatem ceſſare dicebam ex nobilitate actus, in quo teſtes ſcientiæ cauſam ſuper tempore fundabant, quia ſcilicet hujuſmodi donatio facta fuerit occaſione nativitatis primi filii maſculi Ducis, quod tanquam factum notabile ſemper memoria retineri ſolet, & ex quo facto reſultat temporis certitudo, ut advertunt iidem proximè ſuprà allegati; Et de memoria facti notabilis *de Marin. reſol.194. num. fin. lib.2.* Undè ſi hinc ad 50. vel 60. annos aliquis deponeret de facto evento ea die, qua Papa electus fuit, ſive qua Regina Suetiæ cum adeò ſolemni pompa Urbem ingreſſa eſt, cum ſimilibus, utique exprimendo tempus, non diceretur ſuſpectus, quia licèt memoria non retineatur annus, vel dies præciſus, retinetur tamen ipſum factum notabile, ex quo reſultat certitudo temporis omnibus noti.

Alterum adminiculum deducebam ex nobilitate, probabilitate Ducis, quem veriſimile non eſt, falſitatem committere voluiſſe, ut in terminis admini- 8
culandi ſcripturam, perſonæ qualitas in ſpecie conſideratur apud *Seraph. d. deciſ.879. num.7. & apud Merlin. deciſ.135. eodem num.7.* Quodque nobilitas perſonæ ceſſare faciat falſitatis ſuſpicionem *Rojas deciſ. 439. num.4.*

Tertium adminiculum ſatis vehemens deducebam ex qualitate ſcripturæ, ſeu characteris, quia conſtabat eſſe juxta eam formam, qua Dux in valida, & robuſta ætate ſcribere ſoleat, ſatis diverſa ab ea, qua in graviori ætate, & ſua longa infirma valetudine utebatur; Scribendi etenim modus, ſive litterarum character ex
tempore variatur, & non eodem modo ſcribit juve- 9
nis, ſeu validus, & robuſtus, ſicuti ſenex, vel infirmus *Farinac. in fragmentis verbo comparatio, num.498. & ſeqq. Franch. dicta deciſ.95. num.3. ubi Adden. Genua de ſcriptura privata lib.5. quæſt.6. dubitat.5. num.4. & 7. Adden. ad Veſtr. in praxi lib.6. cap.1. num.26.* & habetur *in Romana Teſtamenti Cardinalis Cevæ ſub tit. de teſtamentis.*

Quartum fortè adminiculum deducebam ex qualitate perſonarum, quibus reſpectivè commodum, & præjudicium ex hujuſmodi actu reſultabat, non enim agitur de privata ſcriptura, quam indigens debitor, ut pecuniam inveniret, faciat ad favorem mutuantis
aliàs non mutuaturi, niſi anterioritatem obtineat ad- 10
versùs alios creditores, de quibus timebat, quo caſu debitoris indigentia, & ſuffocatio, de facili hoc delictum præſumere facit in præjudicium anteriorum creditorum, quos ut plurimum oppreſſi debitores odio habere, & abhorrere ſolent, ſed agitur de actu beneficiato, & voluntario ad favorem extranei famuli, in gravamen, & præjudicium filiorum, pro quibus legalibus præſumptio eſt, quod pater malum conſilium non capiat, undè ſatis in veriſimile videbatur, quod hujuſmodi falſitatem in præjudicium filiorum facere voluerit.

Quintum

Quintum demùm, ultra alia leviora, quæ in facto ponderabantur, reſultabat ſatis forte ex actu inſinuationis de Ducis volumate ſequuto, dum erat graviter infirmus, & morti proximus, non eſt enim præſumendum, Virum adeò qualificatum, & timoratæ conſcientiæ, qui adeò benè, & piè vixerat, voluiſſe pro re parvi momenti, reddi immemorem æternæ ſalutis,
11 atque cum turpi falſitatis delicto damnationem pati, ut extraneo in filiorum præjudicium prodeſſet; Ut benè diſtinguendo admonet *Alphan. in l.1. num.15. C. de edendo*, quem refert, & ſequitur *Genna de ſcriptura privata tit. de libris Rationum num.65.* Aut agitur de actu geſto, dum quis eſt validus, & à mortis cogitatione alienus, de quo poſtea moriens nihil dicat, & tunc ſatis dubitari poteſt, an ſubſequens mors fidem augeat, & veritatis adminiculum inducat, quia incertum eſt, an moriens fuerit de illo recordatus, aut agitur de actu geſto per infirmum morti proximum, ſeu aliàs in tali ſtatu, quo mortis cogitatio, vel timor imminens habeatur, & tunc magnum reſultare videtur veritatis indicium, quia nemo præſumitur immemor æternæ ſalutis, atque iſto caſu benè intrat concluſio, de qua *Bald. in l. admonendi, ff. de jure jurando Menoch. lib.4. præſumpt.5. num.3. Surd. deciſ.103. num.4. & 7.* & alii, quod mors vim habet juramenti.

12 Poſita igitur veritate ſcripturæ, ejuſque data anteriori archiviationi; Quatenùs pertinet ad ſecundum articulum, licèt fortè probabiliter prætendi potuiſſet, merita, quoties ad ſpeciem redacta ſunt, ex ſola aſſertione probari, neque alia indigere probatione, ex *deductis deciſ.50. num.7. part.6. recent. Capic. Latr. conſult.38. num.6. cum ſeqq. Rota in Sarſinaten. fendi 22. Junii, & 18. Decembris 1645. coram Dunozetto deciſ.18. num.58. & 19. num.4. poſt Contrilum in Romana cenſus, ſeu Salviani 8. Junii 1654. coram Bichio, & 29. Maii 1656. coram Veroſpio*; Attamen cum in prohibitis, & ubi adeſt tertii præjudicium, poſſit ſatis dubitari, idcircò ad omnem difficoltatem tollendam; & non multiplicandos juris articulos ſemper periculoſos, conſului dictam aſſertionem coadjuvari in facto cum probationibus, & adminiculis, ſuper longævo, aſſiduo, diligentiſſimo, & ſatis fideli ſervitio in pluribus officiis, & muneribus, raro exemplo præſtito.

Qua probatione ſequutâ, diſputatio reſtricta fuit ad punctum juris, an ſcilicet in famulo erga dominum, ſive in ſubdito erga Principem, in filio erga patrem, cum ſimilibus, dentur merita de condigno remunerationem poſtulantia, ita ut actionem vel judicis
13 officium producant, undè donatio verè remuneratoria, & ex cauſa oneroſa dici valeat; Et in hoc negativam ſubſtinent *Pinell. in l.1. part.3. de bonis maternis Aponte de poteſtate Proregis tit. de tractis ſeu extractibus, num.24. & conſ.59. num.13. & ſeqq. lib.1. Fabius de Anna conſ. 93. num.15. & ſeqq.* & alii per eos relati, volentes non ſufficere ad tale meritum ſervitia præſtita ex debito officii, ſive ſanguinis, vel charitatis, quia ſi famulus benè ſervito domino & miles Principi, vel filius patri, facit ad id quod tenetur.

Iſta tamen opinione rejecta, contraria magis com-
14 munis & verior à me dicebatur, ut ſcilicet ad conſtituendam donationem verè remuneratoriam, quæ cauſam oneroſam ſapiat, juxta terminos textus *in l. Aquilius Regulus 27. ff. de donationibus*, ſufficiant merita, vel ſervitia ex lege gratitudinis obligatoria ad antidota, qualia ſunt, non ea quæ ex debito officii in forma conſueta & ordinaria per quemlibet in eo munere conſtitutum præſtari ſolent, quia hæc meritum remuneratione dignum non inducunt, ſed ea quæ ſint ingentia & in forma extraordinaria, per alios non ſolita præſtari, ut firmat *Tiraquell. in l. ſi unquam verbo donatione largitus, num.108. Garzia de donatione remuneratoria, num.1 Tappia deciſ. Italia 6. num.26. & ſeqq.* & alii plenè deducti *per Capic. latr. conſul.38. num.24. & ſeqq.* & tenuit etiam *Rota deciſ.358. num.19. part.6. rec.* ac in effectu videtur vera & rationabilis opinio, utriuſque perſonarum ordinis favorem concernens, nam ſatis malè Principes & quicumque alii ſervitium reciperent à militibus, officialibus, famulis, uxoribus, filiis, & conjunctis, &c. ſi ratione & intuitu ſolius ſtipendii, vel naturalis obligationis, abſque ſpe remunerationis ſerviendum eſſet, atque diligentes, experti, & fideles, æquè ac ſegniores, inexperti, & infideles, cum ejuſdem ſtipendii præmio tractandi eſſent, ut ipſa natura & quotidiana experientia nos docent, licet hoc ſatis irrationabiliter practicetur in aliquibus locis cum Advocatis; quia idem eſt honorarium eorum, qui ſatis laborant & optima motiva, excitant, ac ſtolidorum, & ſegniorum, ſolùm reſpondentium *ora pro nobis*.

Hinc, ſtantibus meritis jam probatis, dictaque juris propoſitione firmata, inferebam dubitandum non eſſe, Bullam de quibuſcumque debitis loquentem, in
hac debiti ſpecie recipiendam eſſe, cum poſitis meri- 15
tis, vel ex lege juſtitiæ, vel ex ratione congruentiæ, & àntidoralis obligationis, remunerationem poſtulantibus, hujuſmodi remuneratoria donatio dicatur verum debitum inter titulos numerandum *ad text. in dict. l. Aquilius Regulus* cum concordantibus latè deductis per *Rotam dicta deciſ.50. num.5. part.6. rec. Capic. Latr. dicta conſult.38.* Undè propterea ſuperflua remanebat alia inſpectio, an ſcilicet Bulla procedat in debitis ea cauſa lucrativæ & voluntariæ donationis.

In quo etiam puncto, pro affirmativa ſcribens tan-
quam Advocatus reſpondendum eſſe dicebam, quia 16
Bulla *in §.2.* expreſsè loquitur etiam de legatariis, qui ſunt creditores ex cauſa lucrativa, atque legatum & donatio pariſicantur, quia legatum dicitur donatio à defuncto relicta ab hærede præſtanda *l. legatum 36. ff. de leg.2. §. legatum, Inſtit. de legat.* & deducit *Rota in Romana ſent.30. n.23. Januarii 1658. §. fin. coram Albergato.* Quinimò majus jus habere videtur donatarius habens jus irrevocabile.

Eo magis, quia, dato etiam hanc eſſe donationem gratuitam & voluntariam, negari non poterat, reſultare à ſatis rationabili motivo remunerandi famulum benè meritum, undè ſi Congregatio practicat executionem Bullæ, etiam pro debitis omninò voluntariè factis abſque legitima cauſa, & pro prodigalitatibus, & diſſipationibus, quod tamen laudandum non eſt, ut habetur *in Romana donationis de Andoſillis*, & in aliis *hoc tit.* multò magis practicare debebat pro iſto credito, quamvis voluntarium, juſtum erat, ac rationabile.

Iſta tamen mihi non placebant, atque contrarium in caſu merè volontariæ & gratuitæ donationis, omninò verius dicebam, quia ceſſant, ratio publici commercii, omneſque aliæ rationes Bullæ diſpoſitionem ab exorbitantia ſalvantes, de quibus ſupra *in Romana creditorum de Pallavicinis & in dicta Romana donationis de Andoſillis*, neque ſubeſſe videtur ratio, quæ hujuſmodi intellectum ſuadeat, eſſet enim in libera voluntate gravati diſponendi quomodocumque de bonis fideicommiſſariis, quod repugnat eidem Bullæ diſponenti, quod ſi pro debitis Baronis contingat alienari bona fideicommiſſaria, remaneant cætera ejuſdem Baronis bona affecta oneri reintegrandi fideicommiſſum, ita ut ea loco diſtractorum ſubrogentur; Ergo voluit quidem Bulla ratione commercii conſulere creditoribus, ſed noluit eaindè liberare fideicommiſſi poſſeſſorem ab obligatione legali; conſequenter repugnat, ut pro ejus libito donando vel legando, fideicommiſſum deſtruat, cum aliud Bulla gerere noluiſſe ita conſtet, quàm illud privilegium competens doti reſtituendæ ampliare ad quemcumque creditorem; Si enim uxor pro reſtitutione dotis accipit bona fideicommiſſi, remanet vir qui ad reſtitutionem erat obligatus debitor fideicommiſſi pro reintegratione, ut ha-

betur

Digitized by Google

betur *in ſua materia ſub tit de dote.* Ergo ſi fideicommiſſum ita remanet creditor Baronis, pro cujus debitis bona in vim Bullæ diſtracta ſint, ſemper creditor vincere debebit legatarium.

17 Et quod Bulla dicit de legatariis, intelligendum eſt, non reſpectu legantis, ſed reſpectu Baronis, qui ſit neceſſarius debitor legati, quia nempè ſuccedens patri vel alteri conjuncto, ſit obligatus ad ſolutionem legatorum, quæ fecit ejus auctor, quia adeundo hæreditatem, quaſi contraxit cum legatariis, undè effectus eſt illorum debitor, & ſic ejus debitum eſt neceſſarium, ita ut conſumendo in proprios uſus bona hæreditaria, ex quibus legata ſolvenda erant, cenſeatur perindè ac ſi debitum verè cum legatariis contraxiſſet, atque ita, & non aliàs Bulla in hac parte videtur intelligenda; Non habuit iſta cauſa, quod ſciam, ulteriorem progreſſum, undè propterea ceſſante formali diſputationis trutina, non potui deſuper judicium efformare, credebam tamen, reflectendo etiam ad veritatem, dictas diſtinctiones eſſe veras, proindeque deciſionem pendere à facto, an ſcilicet eſſemus nec ne in caſu donationis verè remuneratoriæ habentis ſpeciem contractus oneroſi, & correſpectivi.

† DE iſta cauſa amplius actum non audivi, forſan per mortem donatarii; Et de concernentibus materiam donationis remuneratoriæ, vel aliàs cauſativæ, agitur in ſua particulari ſede *ſub tit. de Donat.* cum in præſenti incidenter de his agere caſus dederit.

URBEVETANA CENSUS

Pro COMITE LAURENTIO DE MARSCIANO ET BONAVENTURIS ADHÆRENTIBUS.

Cum CAMILLO BONAVENTURA.

Caſus deciſus per Rotam pro Camillo.

De facultatibus Congregationis Baronum procedendi ſummariè, de facto, & nullo juris ordine ſervato, etiam per extrajudiciales informationes, & abſque citatione, quomodo, & quando id procedat.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *In vim Bullæ Baronum procedi poteſt etiam per extrajudiciales informationes, declaratur num.8.*
3 *Ubi proceditur extrajudicialiter, non poteſt convinci defectus citationis, quia citationes non ponuntur in actis.*
4 *An in extrajudicialibus citatio ſit neceſſaria.*
5 *Bulla prædicta tollit omnem defenſionem.*
6 *Super intelligentia dictæ Bullæ deferendum eſt judicio Congregationis.*
7 *Sicuti ſuper Bulla juris congrui eſt deferendum judicio Cameræ.*
8 *An Congregatio Baronum poſſit procedere ſine citatione, & ſine tela judiciaria.*
9 *Citatio ſolemnis remitti poteſt, non autem naturalis, & omnimoda, quæ ſemper requiritur.*
10 *Ponderatur differentia, ubi Congregatio procedit contra principalem debitorem, & quando contra fideicommiſſi poſſeſſorem.*
11 *Executor an poſſit cognoſcere de juſtitia vel injuſtitia ſententiæ exequendæ, & quid agere valeat.*
12 *Quomodo probetur negativa citationis.*

DISCURSUS XCV.

1 INtimato per Camillum Bonaventuram mandato de manutenendo contra Comitem Laurentium de
Marſciano in poſſeſſione exigendi fructus cujuſdam
cenſus, atque negata poſſeſſione, quia de ea non do-
cebatur, niſi per quamdam exactionem nulliter factam
de ordine Congregationis Baronum, non citatis aliis
fratribus de Bonaventuris condominis & principali-
bus intereſſatis dicti cenſus, Rota ſub *die 23. Februa-*
rii 1654. *coram Bichio*, conceſſit manutentionem, di-
cta nullitate non obſtante, ex eo quod Congregatio
Baronum in vim *Conſtitutionis* 41. *Clementis VIII*, quæ 2
nuncupatur *Bulla Baronum*, §.3. 8. *& ſeq.* procedere
poteſt etiam per extrajudiciales informationes, quo
poſito convinci non poteſt nullitas ex revolutione
actorum & proceſſus, prout convincitur, ubi in for-
ma judiciali procedendum eſt, quia potuit judex ex- 3
trajudicialiter ſe informare, quamvis nullitas allega-
retur ex ſubſtantiali defectu citationis, quia in extra-
judicialibus, citationes non ſolent in actis regiſtrari
vel conſervari, ut deciſio ſuper edita probat, allegan-
do *Sarmient. Select. interpretationum lib. 1. cap. 8. num. 5.*
& deciſ. 210. num. 2. part. 1 recent.

Quinimò eadem deciſio, ulterius progrediendo fir-
mat, neque aliquato citationem requirit, quia in ex- 4
trajudicialibus citatio neceſſaria non eſt *ex Felin. in*
cap. cum olim num. 6. de re judicata Ferrett. conſ. 82.
num. 1. & dicta deciſ. 210. num. 3. part. 1. recent. Eo ma-
gis quia *in* §.9. Bulla tollit omnem exceptionem &
defenſionem, quo caſu citatio neque requiritur, quia
citandus non eſt ille, cui certum eſt nullam com- 5
petere defenſionem, ex auctoritatibus ibidem al-
legatis.

Occaſio adhoc non dedit diſputandi formiter hunc
articulum in Congregatione Baronum, cui tanquam 6
unico & privativo judici, ad hujus Bullæ intelligen-
tiam & praxim deputato, eſt deferendum eodem mo-
do, quo in materia retractus prælativi vel coactivi
reſultantis in Urbe *ex Conſtitutione Gregorii XIII.* 7
habemus deferendum eſſe judicio Cameræ, cui Bullæ
executio eſt directa, *ut deciſ. 308. num. 17. poſt Cenc.*
de Cenſ.

Quandò autem de illo diſputari contingeret, cre-
derem dictam deciſionem in aliquibus partibus eſſe
veram, in aliis non, ut in eadem Rota in dicta cauſa
pro Comite Marſciano ſcribens dicebam, Credo enim
veram in ea parte, in qua firmatur non requiri pro- 8
ceſſum formalem, neque telam, vel ordinem judicia-
rium, ita ut ejus ſententia, vel decreta poſtulent for-
malem juſtificationem ex actis, prout poſtulant illa
aliorum judicum; Et hoc tum ex eo quod Bulla ita
diſponit, tum ex clara ratione, quod circa veritatem
& ſubſtantiam debiti, Congregatio non judicat, cum
ſolùm illa ſit executrix ſententiarum, vel decreto-
rum, & mandatorum, quæ ſervatis ſervandis per ju-
dices ordinarios emanant, & relaxantur ad inſtantiam
creditorum contra debitores, onde ejus cognitio ſo-
lùm verſari videtur in nudo facto poſſeſſionis, an ſci-
licet bona, ad quæ petitur executio, non obſtantibus
vinculis & fideicommiſſis, fuerint vel ne tenta & poſ-
ſeſſa per Baronem debitorem ad formam Bullæ, quod
per extrajudiciales informationes rectè ſciri poteſt
quamvis etiam rationabiliter cognoſcat de veritate &
ſubſiſtentia crediti ad effectum abſtinendi ab execu-
tione *ex deductis in Romana reſtitutionis pecuniarum hoc*
eodem tit. diſc. 77.

Sed quoad alia aſſumpta, ut ſcilicet ſtante faculta-
te procedendi extrajudicialiter, quodque per Bullam
omnis exceptio ſublata eſt, rectè procedatur etiam ſi- 9
ne citatione, videtur minus verum, neque unquam
crederem hujuſmodi propoſitionem per dictam Con-
gregationem admittendam eſſe, quia cum plurium an-
norum ſpatio in pluribus cauſis iſtud Tribunal mihi
practicari contigerit, ſemper vidi rigoroſè exigi par-
tium citationes, atque illarum defectum à parte non
citata oppoſitum rigoroſè attendi; Et meritò, quia ſub-
ſtineri quidem poteſt, neceſſariam non eſſe citationis
judicialis

judicialis formam & ſolemnitatem à Statuto vel lege poſitiva inductam, quam Princeps, in his præſertim magnis Tribunalibus de ſolo facto executionis agentibus, tollere poteſt, non autem de citatione omnimoda, & naturali, quæ tanquam de jure divinó & naturæ inducta, tolli non poteſt, nec debet, *Veſtr. in prax. lib.3. cap.2. num.7. ubi adden. num.22. Cavaler. deciſ.396. Rovit. pragm. 2. de ord. jud. num.1. Burat. deciſ.849. plenè Capic. latr. deciſ. 188. num.34. & ſeq.* ita diſtinguentes inter citationem naturalem & ſolemnem, undè quando de illius negativa conſtat, nullitas geſtorum videtur abſoluta, cum illa proveniens ex defectu citationis, dicatur omnium major & ſubſtantialis, ac mater nullitatum appellari ſoleat.

Et hoc eo magis, quia executio facienda per Congregationem, ut plurimùm, imò ſemper, non concernit ſolum intereſſe & præjudicium principalis debi-
10 toris, contra quem ſervatis ſervandis per ordinarium judicem mandata relaxata ſunt, & cujus reſpectu rectè dici poteſt, nullam aliam citationem neque naturalem requiri, quia coram judice ordinario, ipſe jam fuit citatus, & ſuas exceptiones deducere potuit, unde quoad eum, Congregatio gerere dicitur ſulas partes nudi executoris de facto, coram quo alia citatio neceſſaria non eſt.

Sed reſpectu ſucceſſorum, qui jure proprio ex fideicommiſſis vel inveſtituris bona poſſident, & contra quos opus eſt adire Congregationem pro removendis fideicommiſſorum obſtaculis, tunc minus verum videtur procedi poſſe abſque aliqua citatione, cum poſſeſſori multæ defenſiones competere poſſint, vel circa credita, & jura, quæ ſibi ex perſona propria, non tanquam fideicommiſſario, ſed tanquam tertio creditori competere poſſint, quæ Bulla non ſubſtulit, vel circa actum poſſeſſionis, & qualitatis Baronalis, an ſcilicet debitor fuerit verus Baro, & an poſſederit bona jure proprio, & tali, quod cadat ſub Bullæ diſpoſitione, ut apertè liquet ex tot diſputationibus in hac materia per me ſolum habitis, de quibus hoc tit.

Fortius, quia non ſolùm poſſeſſor, vel alius intereſſatus ſe opponens audiendus eſt, in ordine ad probationem Baronalis qualitatis, & poſſeſſionis ut ſupra, ſed etiam in ordine ad ipſius debiti ſubſtantiam, quia ut plurimum, & ferè ſemper, in Congregatione Baronum petitur executio contra ſucceſſores defuncti debitoris in malo ſtatu, hæreditariam qualitatem negantes, undè coram ordinariis judicibus, ob hæredis defectum, mandata relaxantur, citato ſolùm curatore deputato hæreditati jacenti, non qui informatus, & ad ejuſdem creditoris complacentiam ut plurimùm deputatus, defenſionem non curat, ita ut ſint mandata potiùs obtenta nemine citato, & ut dicitur ſub banca; Atque aliquando viventibus etiam debitoribus idem contingit, quod ſcilicet hujuſmodi perditi homines, in ſua & ſuorum ruina gaudentes, colludunt cum creditoribus, ut ad caſtrorum & bonorum fideicommiſſariorum venditionem procedatur; Undè pluries practicavi in Congregatione, opponentibus poſſeſſoribus, vel in fideicommiſſo intereſſatis, quamvis certitudinaliter conſtaret de debitoris Baronali qualitate, & poſſeſſione, fuiſſe acriter diſputatum cum creditoribus de veritate, vel legalitate debiti, illudque fuiſſe detectum, vel ſatisfactum, vel non verum, vel minùs legitimum; Unde Congregatio executionem denegavit, quia executori conceditur guſtare & cognoſcere de juſtitia & validitate ſententiæ exequendæ, & ab executione abſtinere, quoties non eſt nudus facti executor judici ſubditus, & ſubordinatus, ut
11 ſunt Barigellus & Birruarii, ſed eſt judex ſuam habens juriſdictionem independentem, & multo magis ubi eſt magnum Tribunal fori ſuperioris, quàm ſit idem judex qui mandatum relaxavit, ex deductis *per Farinac. quæſt.97. caſ.3. Surd. conſ.405. Capobl. de Baron. pragm.8. part.3. Rovit. pragm.4. & 5. de citation, & pragm.1. num.18. de juriſd. invicem non turban. Rot. deciſ.6.. apud Poſt. de manut.* ubi quod executor poteſt abſtinere ab exequendo, non tamen ſe ingerere in revocando, prout non ſemel ab imperitis fieri vidi, & de hoc magis accuratè agitur *in dicta Romana reſtitutionis pecuniarum de Caffarellis deciſ.77.*

Et quamvis ex ſupra admiſſis, quod Congregatio per extrajudicialem informationem procedere poſſit, reſultare videatur omiſſæ citationis improbabilitas, quia in extrajudicialibus opus non eſt acta regiſtrare & proceſſus formare, non per hoc tamen ceſſant prædicta, vel quia negativa per abſentiam partis non ci- 12
tatæ, vel alios modos probari poteſt, vel verius, quia Congregatio habet ſuum Notarium particularem, per quem, privative ad alios, fiunt ejus proviſiones, & decreta, & qui citationes diligenter conſervat. Unde negativa de facili convinci poteſt.

† DEciſio iſtius cauſæ coram *Bichio*, eſt inter ejus impreſſas *deciſ.529.* Adhuc tamen ſubſiſtere videntur ea, quæ dicuntur in diſcurſu, quod ſcilicet in praxi non ſervatur totalis omiſſio citationis, ob cujus defectum, actus paſſim annullantur, potiſſimè verò poſtquam inolevit uſus, de quo ſupra in *Annat. ad diſc.74.* ſuper modo procedendi etiam in forma judiciaria, ad quod conferunt ea, quæ habentur *ſub tit. de Judic. diſc.9.* ad materiam citationis, ſuper puncto, an, & quando iſta poſſit omitti, atque proceditur cum diſtinctione, inter omnimodam omiſſionem, & formam, vel ſolemnitatem, ut hoc ſecundo caſu, atque ad hunc effectum intelligi debeant leges diſponentes, ut ita ſummariè, ac cum manu Regia procedi valeat, non autem de illa omnimoda, quæ dicitur de jure naturæ; Cumque in quodam concurſu ſuper patrimonio Mercatoris defecti, per chirographum commiſſum eſſet Theſaurario, ut procedere poſſet cum facultatibus Congregationis Baronum, citando certos domi, & incertos per edictum, atque in ſubhaſtatione omiſſa eſſet citatio perſonalis, prætendebatur ſubſtineri actus, cum *d. deciſ.589. Bich.* dicebam, quod ubi ſubſtineretur *dicta deciſio* in plena Congregatione, nullatenus tamen in uno judice per fictionem.

ROMANA PRÆLATIONIS

Pro PRICNIPE BURGHESIO

Cum COMITE MARCO ANTONIO DE MARSCIANO.

Caſus diſputatus coram A. C. & determinatus pro Marſciano, poſtea concordatus.

An Bulla Baronum tollat pacta, ſeu fideicommiſſa & vincula oppoſita per alios quàm per majores, ex quorum jure & ſucceſſione Baro ſit debitor & bona poſſedit, vel ſolùm reſtringatur ad fideicommiſſa & vincula proprii auctoris.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Bulla Baronum tollit omnia vincula, quæ transfert in pretium cum derogatione regulæ de jure tertii.*
3 *De ratione, ob quam de omnibus vinculis intelligi debeat.*
4 *An tollat dominium directum Eccleſiarum remiſſivè.*
5 *Non ſuffragatur Bulla, ubi ejus forma non ſervatur.*
6 *De quæſtione principali, an ſcilicet Bulla tollat dominia & vincula quoad tertios.*
7 *Rationes pro affirmativa.*
8 *In contrarium, & pro negativa.*

9 *De differentia inter tertios jus habentes in ſola hypotheca vel in dominio.*

10 *De rationibus, in quibus fundata eſt Bulla Baronum.*

DISCURSUS XCVI.

IN tranſactione, quæ inita fuit inter utramque lineam de Comitibus ſuper fideicommiſſo ordinato
1 per Leonem X. & de qua habetur in *Romana ſucceſſionis de Comitibus 26. Junii 1647. & 26. Junii 1648. coram Ghiſlerio impreſſ. poſt Cenſal. ad Peregr. deciſ.*44. & 45. inter cætera conventum eſt, ut una partium alienare volente caſtra & bona in ſuam portionem obventa, teneatur requirere alteram in emptione præferendam; Cumque de mandato Congregationis Baronum, pro debitis Ducis Camilli de Comitibus venditum eſſet Caſtrum dirutum *Turricula* Principi Burgheſio, Comes Marcus Antonius de Maſciano hæres & ſucceſſor Evandri de Comitibus de altera linea, poſt plurium annorum decurſum, ſuper hujuſmodi prælatione judicium inſtituit coram A. C. à quo ſententiam favorabilem reportavit; introducta verò per appellationem cauſa in Rota, priuſquam ad aliquam diſpoſitionem deveniretur, controverſia ſopita eſt per concordiam, qua mediante actor accepta quadam ſumma pecuniaria ſuo juri ceſſit.

In diſputationibus autem deſuper habitis, ultra alia motiva ex juris communis diſpoſitione deducta ſuper hujuſmodi prælationis excluſione, tam ratione præſcriptionis, quam etiam ratione perſonalitatis dicti pacti, & an eſſet tranſmiſſibile ad extraneos necne, de quo habetur actum in hac eadem cauſa ad materiam retractus ſub *tit. de ſervitutibus.* Pro eadem excluſione deducebam, ſcribens pro Burgheſio reo
2 convento, motivum Bullæ Baronum, generaliter, & indefinitè derogantis, nedum fideicommiſſis, & inveſtituris, ſed etiam quibuſcumque pactis, hypothecis, & juribus tertii etiam cum derogatione juris, ac regulæ de jure tertii quæſito, transferendo omnia in pretium, *ex deductis apud Cavaler. deciſ.*612. *num.*47. *& ſeq. & deciſ.*618. *num* 20. *& ſeq. Spada conſ.*19. *lib.*1. *deciſ.*329. *part.*4. *recent. tom.*2. ideoque ſtante hujuſmodi generalitate, omnia pacta, & vincula quomodolibet rei libertatem impedientia, ſub ea venire dicebam, tum ex generali axiomate, quod qui omne dicit nihil excludit, tum etiam ob exceptuationem jurium
3 Cameræ cum dictione taxativa, per quam firmatur regula in contrarium, ut arguit *Rota dicta deciſ.*329. *num.*6. *par* 4. *tom.*2. & ex ratione ſeu fine ejuſdem Bullæ inducendi omnimodam ſecuritatem emptorum, ut ita liberè alliciantur ad hujuſmodi bona emenda, deducendo eadem fundamenta, quæ in propoſito ejuſdem Bullæ deducta habentur *in Senegallien. bonorum hoc eod. tit.* diſcur.93. ſuper puncto, an illa tollat do-
4 minium directum Eccleſiarum, à quibus caſtra, & bona Baronibus conceſſa eſſent in feudum, vel emphyteuſim ſeu livellum.

Judex non aſſumendo hujuſmodi inſpectionem, non
5 improbabiliter credidit, Bullam in propoſito non ſuffragari, ex eo quod ſervata non eſſet ejus forma, cum auctoritate ſcilicet Congregationis mediante ſubhaſtatione, ita ut emptor, ab ipſa magis, quàm ab ipſo Barone jus metiri diceretur, quoniam moleſtantibus creditoribus in Congregatione dictum Ducem, hic per privatam conventionem hujuſmodi venditionem fecerat.

Quatenùs verò hujuſmodi motivum non intraret, ita ut ſer. ſer. & ad formam Bullæ, venditio per Congregationem facta eſſet, reflectendo ad hujus puncti veritatem, tam occaſione iſtius cauſæ, quàm aliarum
6 ſuper puncto, an Bulla Baronum tollat ſolùm fideicommiſſa, Inveſtituras, pacta, aliaque vincula, & onera adjecta per Baronis majores, à quibus tanquam fideicommiſſi ordinatoribus vel primis acquirentibus, poſſeſſor aliique de genere vocato cauſam habeant jure ſucceſſorio, vel tollat etiam fideicommiſſa, pacta, aliaque vincula ad favorem tertii, à quo poſſeſſor nullam habeat dependentiam, quia nempè in ipſius Baronis primum auctorem, qui fideicommiſſum ordinavit, vel aliud vinculum adjecit, bona tranſierint, alteri fideicommiſſo ſeu vinculo affecta, ita ut etiamſi eſſent penes ipſum primum acquirentem ſeu novi fideicommiſſi inſtitutorem, neque eſſent libera.

Et in hoc pro derogatione indefinita, etiam contra tertios, duo conſiderabam, primò ſcilicet quia expreſsè tollit hypothecas competentes tertiis jure 7
proprio, non autem ſucceſſorio, & conſequenter, etiam de juribus tertii diſpoſuit, & ſecundò conſiderabam eam rationem, ob quam loca montium, ſeu officia, aliaque jura hujuſmodi tranſeunt libera in eum, qui mediante facto publici officialis illa acquiſit, quod ſcilicet fingitur, priorem poſſeſſorem ſuum jus refutaſſe in manu Principis, à quo prævia dicti primi juris extinctione, tanquam per viam novæ effformationis, ex integro eadem jura transferantur in novum emptorem, directè, & immediatè agnoſcentem in auctorem dictum Principem, cujus publicam fidem ſequitur, ex frequenter deductis ad hanc materiam officiorum, & locorum montium *ſub tit. de Regalibus*; ita à pari, quod ſcilicet Congregatione apponente manum in hujuſmodi caſtris, & bonis, cenſeantur priora dominia, & jura ſublata, ipſaque caſtra liberè reverſa ad ipſum Principem primævum, ac originarium Dominum, à quo ſub ejus publica fide libera vendantur, ita ut emptores, ipſius Principis, vel Congregationis fidem potiùs, quàm illam poſſeſſoris ſequantur.

Econverſo autem conſiderabam diſpoſitionem, in qua agendo de hypothecis, agitur de tertiis intereſſatis, potiùs retorqueri ratione diſcretivæ, quod ſcilicet ubi Papa voluit dixit, ideoque cum 8
loquutus ſit de hypothecis, ſignum eſt, quod noluit loqui de dominio, aliiſque Juribus realibus.

Fortius verò ob manifeſtam rationis differentiam, ubi enim agitur de creditoribus ſolam hypo- 9
thecam pro credito generis ſeu quantitatis habentibus, nullum præjudicium eis inferri videtur, dum nil eorum intereſt hypothecam habere ſuper ipſa ſpecie vel ſuper pretio, in quod illa transfertur, dum ejus effectus magis pretium quàm rem percutere videtur, dum diſtracta re hypothecata debitum quantitatis ſatisfaciendum eſt ex pretio, ideoque nil intereſt, jus habere in re vel in pretio, & ex qua ratione receptam habemus concluſionem deductam ex diſpoſitione *text. in l. à Divo Pio, ff. de re judic.* cum ibi notatis, creditorem anteriorem impedire non poſſe poſteriori exequutionem, & ſubhaſtationem pignoris, ſeu rei hypothecatæ, ad effectum deponendi pretium, in quo ordo anterioritatis ſervandus veniat.

Non ſic eſt quoad tertium habentem dominium, vel jus in ſpecie, quoniam ita invitus cogitur vendere rem propriam ac habere quantitatem loco rei ſibi debitæ, quam potius habere intereſt quàm pretium, & ſic magna differentia eſt inter creditores quantitatis, & habentes jus dominii, ſeu aliàs in re.

Conſiderabam quoque Bullam prædictam, tam in verbis, quàm in intentione, ſeu ratione, verè & propriè percutere remotionem obſtaculorum reſultantium ex fideicommiſſis ſeu inveſtituris ad favorem ſucceſſorum, in effectu contendentium de jure ſucceſſorio ex cauſa lucrativa, vel quia ità Bulla, tollendo 10
fideicommiſſorum vim obligatoriam, ea reducere voluerit ad antiquum ſtatum non obligatorium, in quo erant ante tempora Auguſti, juxta ea quæ habentur *in Romana Contributionis de Ceſiis hoc eod. tit. diſc.*89. vel

Digitized by Google

vel quia ducto argumento à diſpoſitione *auth. res quæ, Cod. commun. de legat.* per Bullam ſubintelligatur præſumpta fideicommittentis ſeu primi acquirentis voluntas hujuſmodi alienationi pro ſucceſſorum indigentiis aſſentiendi, juxta ea, quæ pro hujus Bullæ ratione,eaque ſalvanda à nimia exorbitantia habentur deducta *in Romana pecuniaria de Pallavicinis diſc.74. & dicto diſc. 89.* & in aliis *hoc eod. tit.*

Seu demùm, ob illam commercii rationem,ob quam in Epiſcopatu Mantuano, in Abbatia Farfen.& in aliis hujuſmodi locis, conſuetudo induxit, ut bona emphyteutica, & feudalia, quamvis habentia formam pacti, & providentiæ, redacta ſint adinſtar allodialium, quod etiam in feudis Pedemontanæ regionis, & Sabaudiæ Ducatus, quamvis eamdem formam pacti, & providentiæ haberent, introduxerunt Decreta Ducalia, de quibus *apud Cacheran. in deciſionibus* 163. *ad* 170. de quibus frequenter ad hanc materiam Bullæ Baronum in aliis cauſis ſupra, & infra mentio habetur; Quibus omnibus conſiderationibus ſeu rationibus attentis, illæ percutiunt vincula injecta per proprium auctorem, & ad favorem perſonarum de certo genere, jure ſucceſſorio & ex cauſa lucrativa venientium, tanquam ex ſoluto jure prædeceſſoris, qui debita contraxit, ideóque congruere non videntur aliis vinculis adjectis à tertio, & cum quibus in primum auctorem tranſierunt.

† SUper contentis in hoc diſcurſu, an Bulla tollat pactum prælationis, vel retractum, occaſio non dedit medio hoc tempore diſputare, atque ſubſiſtere videntur ea, quæ ibi deducuntur; potiſſimè, quia de eiſdem pluries alibi agitur.

ROMANA DOTIS DE ANGUILLARIA

Pro COMITISSA JULIA ALBERTINA

Cum EJUS FILIIS, HÆREDIBUS COMITIS DE ANGUILLARIA.

Caſus deciſus per Congregationem Baronum contra Comitiſſam.

De cautione, quam creditores ex Bulla Baronum, & ſtylo Congregationis præſtare tenentur de reſtituendo prioribus, & potioribus, ſive in caſu evictionis, & an ad iſtam teneatur mulier agens pro reſtitutione dotis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Ille creditor, quem certum eſt eſſe omnibus anteriorem, an teneatur ad cautionem de reſtituendo.*
3 *Creditor habere debet à debitore pecuniam liberam; & non cogitur accipere vinculatam.*
4 *Pecunia vinculata valet minus quàm libera.*
5 *Cautio requiſita per Bullam Baronum à creditoribus habet juſtitiæ, & rationis fundamentum.*
6 *Sed non debet practicari cum eo creditore, qui abſque Bulla, & Congregationis beneficio ſatisfactionem conſequi poteſt.*
7 *Quando cautio per creditorem de jure præſtanda ſit.*
8 *De cautione demandata adverſus creditores in Chirographis.*
9 *An dotis creditum veniat ſub generali nomine, & diſpoſitione creditorum.*

DISCURSUS XCVII.

1 PEr mortem Comitis Joannis de Anguillaria de anno 1639. diſſoluto matrimonio, uſque ab anno 1645. contracto, inter ipſum & Comitiſſam Juliam Albertinam Neapolitanam, ſuperſtitibus pluribus filiis in pupillari ætate conſtitutis; Cum in hac alias potentiſſima familia, ex tot antiquæ Civitatibus, Oppidis, caſtris, & locis per ipſam poſſeſſis, duo tantùm parva caſtra *Stabia & Calcata* remanſiſſent, Tutores prudenti conſilio, proſequendo etiam tractatum ab eodem pupillorum patre fere concluſum, ad liberandum pupillos à gravi ære alieno, cujus fructus, & uſuræ longè abſorbebant utriuſque caſtri, aliorumque bonorum fructus, & redditus, prævio chirographo Papæ communicantem facultates Congregationis Baronum, atque præveniendo pro minori damno, id quod urgentibus creditoribus, per eamdem Congregationem cum majori præjudicio faciendum foret, vendiderunt caſtrum *Stabia* Principi Burgheſio pro pretio ſcut. 110. m. ad effectum ſolvendi creditoribus, juxta eorum anterioritatis, vel potioritatis ordinem, prævia per eos jurium ceſſione ad favorem emptoris, ac præſtita cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus, ſive eidem emptori in caſu evictionis vel moleſtiarum, Eo addito, quod creditores idoneam cautionem præſtare non valentes, accipere tenerentur eorum creditum in tot locis montium ſub dictis legibus vinculatis, quæ loco cautionis ſtare deberent juxta conſuetum ſtylum.

Inter pupillorum creditores, erat dicta Comitiſſa Julia eorum mater, cui pro dotium, & lucri dotalis reſtitutione, ultra alias partitas controverſas, de quibus habetur actum in hac eadem cauſa *ſub tit. de dote*, debita erant liquidè, & ſine controverſia, ex cauſa reſtitutionis dotium ſcut. 8500. quæ tutores ſolvere obtulerunt ex dicto pretio, per emptorem depoſitato, juxta chirographi, & inſtrumenti conditiones, & vincula ut ſupra, dicta verò Comitiſſa oblationem recuſante, ac petente pecunias libras, orta eſt controverſia in Congregatione Baronum.

In qua pro Comitiſſa ſcribens dicebam, quod licèt Bulla Baronum in arbitrio Congregationis ponat modum ſolvendi pretium creditoribus, cum cautione, vel 2
ſine, atque reſpectu illius creditoris, quem certum eſt eſſe omnibus anteriorem, juſtè interponendum ſit arbitrium pro exemptione ab hujuſmodi onere, ut per *Seraph. deciſ.1219. num 1. & deciſ.70. in fine poſt Fenzon. ad Statutum.* Agnoſcebam tamen difficultatem reſpectu emptoris cum iſta lege contrahentis, inquirere non debentis, an unus eſſet anterior, vel poſterior, cum hoc attendatur, & procedat in ordine ad ipſos creditores, atque reſpectu timoris, qui probabiliter haberi, vel non haberi poſſit de aliis creditoribus anterioribus detegendis, & poſtea ſupervenientibus, juxta praxim deſumptam ex *text. in l. final. §. & ſi præfatam, Cod. de jure deliberandi*, ad quem effectum certa anterioritas (quam indubitatum erat concurrere in iſto credito dotali) ſuffragari poteſt; Secus autem quoad cautelam emptoris pro evictione, quæ non ſolùm ratione crediti, & hypothecæ anterioris, ſed etiam ratione vindicationis jure dominii in venditione ceſſantis ſequi poſſet, quo caſu anterioritas creditorum nihil prodeſſet, Unde agnoſcendo difficultatem ex hac via inſuperabilem, dicebam Comitiſſam non teneri, neque cogi poſſe ad ſui crediti ſatisfactionem conſequendam ex hujuſmodi pretio,ſed ei liberum remanere arbitrium ſibi ſatisfaciendi ex aliis bonis, ita ut pecuniam liberam conſequeretur.

Creditor enim fundatam habet intentionem in jure conſequendi pecuniam liberam, neque tenetur eam recipere vinculatam, ex deductis per *Arias de Meſa lib.5. variarum, cap.16. num.27. cum ſeqq. Duran.deciſ.421. num.10. deciſ.274. num.13. poſt Zacchiam de obligat. Camerali Romana vineæ 26. Junii 1652. coram Rojas inter ejus impreſſ. deciſ.458. num.6.* Et in individuo dotis reſtituendæ per filios primi matrimonii mulieri, etiam ad ſecunda vota tranſeunti, ut ad aliquam cautionem teneri non debeat, ſed pecuniam liberam habere, firmavit diſputato formiter arti-

Digitized by Google

culo *Rota in Romana dotis 1. Decemb. 1632. coram Du-
nozetto.*

Cum enim pecunia cum hujuſmodi cautione ſolu-
ta, ſive loca montium vinculata, longè minùs valeant,
quàm libera, quia vincula minuunt de valore, ut in
ſpecie aliis allegatis firmatur *in deciſione ultima apud
Poſth. de ſubhaſt in noviſſimis addition. & in Romana cam-
biorum 4. Decemb. 1662. coram Veroſpio*, ac latiùs de-
ductum, & examinatum habetur *in Romana locorum
montium pro Paulo Sfortia, ſub tit. de regalibus ad ma-
teriam locorum montium*, idcircò injuſtum, atque juri na-
turali, vel gentium contrarium videtur, ut creditor qui
ſuam pecuniam liberam dedit, tantundem recepturus,
cogi debeat ita recipere cum vinculo, intrinſecum
valorem diminuente, ita ut conſecuturus decem,
in effectu conſequatur quinque, vel ſex, quia eſt tollere
jus tertii, non ex beneficio legis, ſed ex pacto, & pro-
pria providentia competens, quod abſque cauſa publi-
cæ utilitatis, vel juxta unam opinionem fieri non po-
teſt, vel juxta alteram non debet, neque convenit.

Neque in hoc obſtare dicebam diſpoſitionem Bullæ
Baronum, ſive quotidianam praxim in concurſu cre-
ditorum ad bona defuncti, vel obærati debitoris; Bulla
5 enim, licèt etiam ex hoc capite (minùs tamen debitè)
aliquibus viſa ſit exorbitans, nemini facit injuriam,
atque alterius jus non lædit, dictam cautionem, ſeu in-
veſtimentum demandando; Siquidem ſtantibus fidei-
commiſſis, vel inveſtituris, quibus hæc, & alia Baró-
num caſtra, & bona ſubjacent, creditoribus de rigore
juſtitiæ nullum jus ad dicta bona competeret, neque
quæſitum eſt, ita ut ſucceſſor veniens jure proprio, li-
berè illos rejicere valeat; Undè cum Bulla, exorbitan-
do à juris diſpoſitione, in eorundem creditorum gra-
tiam, fideicommiſſorum aliorumque vinculorum obſta-
cula tollat, eiſque concedat id quod aliàs prætendere,
& conſequi non poſſent, ita ut reſpectu creditorum ſit
mera gratia, & largitio, idcircò conqueri non poſſunt,
qui nihil percepturi erant, ſi cum iſta alterante quali-
tate minus percipiunt, ſemper enim eis ſavor fieri di-
citur, dando dimidiatum, vel oneroſum, potiùs quàm
nihil, & hæc eſt ratio, quæ benè Bullæ diſpoſitionem
in hac parte ab exorbitantia ſalvat.

Iſta verò ratio non adaptatur hujuſmodi credito
dotali, quod abſque Bullæ prædictæ beneficio, mu-
lier liberè non obſtantibus fideicommiſſis conſequi po-
teſt ex juris communis diſpoſitione in vim *authent. res
6 quæ, Cod. communia de legatis*; Igitur nimium aſperum
videbatur, quod iſta creditrix, quæ de juſtitia libe-
ram ſui crediti conſequutionem obtinere poterat, pa-
riformiter tractaretur cum illis, quibus ex gratia id
conceditur.

Prout neque obſtare dicebam quotidianam Tribu-
nalium praxim ſuper dictæ cautionis neceſſitate in
concurſu creditorum ad bona debitoris decocti, ſive
ſuſpectæ hæreditatis, de qua praxi tractatum habe-
tur *in Romana concurſus creditorum Cardinalis Cecchini
ſub tit. de credito*; Id enim procedit, ubi agitur de
patrimonio decocto, cujus omnia bona vendere opor-
teat, aliàs emptorem ſine hujuſmodi cautela non in-
venientia; Sive ubi venditis tantùm aliquibus bonis,
quæ emptor non niſi cùm hac lege emere voluit, cre-
ditor petit ex hujuſmodi pretio ſui debiti ſatisfactio-
nem, tunc enim conquerendi cauſam non habet, quia
in primo caſu ita cogit neceſſitas reſultans ex vendi-
tione bonorum, cum qua & non alias ſatisfactionem
conſequi poteſt, & in ſecundo præjudicium reſultat
ex ſua voluntate, dum ex pretio ita vinculato ſatisfa-
ctionem eligit, & petit.

Secus autem ubi, aliis debitoris bonis ſuperextan-
tibus, creditor recuſet ex rei venditæ pretio vinculato
ſatisfactionem conſequi, quia illam liberam obtine-
re velit, vel ex venditione mobilium, & ſe moven-
tium in libero commercio exiſtentium, vel ex alio-
rum bonorum fructibus, & Salviani interdicti reme-
dio obtinendis, ſive etiam rigoroſè ex ſtabilium ſubha-
ſtatione, diminuto pretio abſque cautela evictionis,
quia tunc nulla ſubeſt cauſa cogendi creditorem invi-
tum ad recipiendum ſuum creditum diminutum, ut ita
diſtinguendo benè habetur *dicta deciſ. 274. poſt Zac-
chiam de obligat. Camerali.*

Et cum hac diſtinctione, ab exorbitantia ſalvari
poſſunt chirographa quotidiè emanantia, cogentia 7
creditores invitos pro ſola emptoris cautela ad reci-
piendum eorum creditum ita vinculatum, quia rectè
procedunt, ubi creditori non poteſt alias eſſe conſul-
tum, quàm ex rei venditæ pretio, quod alias nonniſi
cum dicta cautela inveniretur, ſecus autem ubi alia
ſuppetunt debitoris bona, ex quibus creditor dicat,
poſſe, & velle liberam ſatisfactionem conſequi, tunc
enim videtur, quod eſſet quodammodo violare jus gen-
tium, & tollere jus tertii, in gratiam privati emptoris,
ideò cum dicta diſtinctione in hac materia procedi de-
bere videretur.

His non obſtantibus Congregatio cenſuit, Comi-
tiſſam cogendam eſſe ad dictum pretium, ita vincu-
latum recipiendum, ſtante chirographo ita demandan- 8
te, adversùs quod Congregatio decernere non pote-
rat, niſi illius obſtaculum ab eodem Papa removere-
tur; Et quamvis replicarem, quod in generalibus pro-
viſionibus exorbitantibus, præſertim emanatis, non per
viam legis generalis, ſed per viam gratiæ ſpecialis, non
cenſeatur comprehenſa cauſa dotis, ut in ſpecie mo-
ratoriæ, ſeu alterius proviſionis conceſſæ per Princi-
pem in præjudicium creditorum, quod ſub ea non ve-
niat dos, firmant *Joan. Baptiſta de S. Blaſio de privilegiis* 9
dotalibus privil. 289. & Franch. deciſ. 219. nihilominus
quia in eodem chirographo ſub quodam verborum in-
volucro (& abſque dubio citra Papæ voluntatem)
etiam de dote mentio fiebat, viſum fuit obſtare chiro-
graphum, undè cautius in illorum efformatione pro-
cedendum videtur promptè præjudicia, quæ ex verbis
ſub involucro appoſitis reſultant, citra rectam inten-
tionem Principis, qui ſolùm ex ſummario advertit ad
rei ſubſtantiam, eique impoſſibile eſt legere ſingula
chiropapha, vel ſupplicationes per extenſum, atque
clauſulas, & verba ponderare, ſed debet eſſe onus offi-
cialium, ad quos pertinet.

† Vide *ſub tit. de Credito diſc. 53. & ſeqq.*

ROMANA LOCORUM MONTIUM

Pro HÆREDIBUS MARCELLI SACHETTI,

Cum DUCE SFORTIA.

*Caſus diſputatus in Rota ſine ſolutione, poſtea con-
cordatus.*

An in concurſu creditorum Baronis ſuper pretio ca-
ſtrorum venditorum de ordine Congregationis in
vim Bullæ Baronum, attendatur anterioritas juxta
ordinem juris in bonis liberis, vel potius debeant
eſſe potiores creditores, quibus ex licentia Princi-
pis quæſitum eſt jus ſuper eiſdem bonis, antequam
Congregatio manus apponeret, quamvis eſſent in
tempore poſteriores. Et aliqua de Conſtitutionibus
apoſtolicis ſuper prohibita alienatione bonorum ju-
riſdictionalium, an capiant impoſitiones cenſuum,
& hypothecas.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Bulla Baronum diſponit ex pretio bonorum diſſolvi creditores juxta ordinem eorum anterioritatis.*
3 *Declaratur, quomodo & quando id procedat.*
4 *Creditores cum aſſenſu poſteriores, vincunt anteriores.*

5 *Pretium*

Digitized by Google

5 *Pretium feudi non eſt feudale.*

6 *Declaratur, ubi res alienatur de mandato judicis, & de ratione.*

7 *De rationibus, quibus innixa eſt concluſio, de qua num. 5.*

8 *De concluſione, quod eadem feudalis, vel fideicommiſſaria qualitas dari non poteſt in re, & pretio.*

9 *Congregatio Baronum in vim Bullæ tollit vincula ab ipſa re, quæ tranſit libera in emptorem, & transfert in pretium.*

10 *Examinantur deciſiones dantes diſtinctionem inter rem, & pretium.*

11 *An Bulla Baronum ſuper bonis fideicommiſſariis tribuat jus creditoribus ab initio, & an operetur, ut tunc, vel ut nunc.*

12 *Expenditur auctoritas Merlini de pignor. & quando Doctoribus deferendum ſit.*

13 *Confeſſio, vel præſuppoſitum fideicommiſſi, illud non probat; nec inducit, ſi verè non adeſt.*

14 *Caſtra; & loca juriſdictionalia in Statu Eccleſiaſtico, an cenſeantur feudalia, vel allodialia, diſtinguitur.*

15 *De conſtitutionibus apoſtolicis prohibentibus alienationes, & contractationes bonorum juriſdictionalium, ut non comprehendant impoſitiones cenſuum, & hypothecas, antequam hæ prohiberentur.*

DISCURSUS XCVIII.

DUx Alexander Sfortia de anno 1628. pro extinguendis debitis, obtinuit ab Urbano VIII.
1 facultatem imponendi cenſus uſque ad ſummam ſcut. 250. m. ſuper ejus Terris Vallis Montanæ, & Lugnani, non obſtantibus conſtitutionibus apoſtolicis *Sixti V. Clementis VIII. & Pauli V.* ac etiam fortè ejuſdem *Urbani*, prohibentibus alienationes, & quoſcumque contractus in bonis juriſdictionalibus, ac etiam non obſtantibus fideicommiſſis ordinatis per Joannem Hieronymum, Joannem Baptiſtam, Fulvium, & alios de Comitibus, dictarum Terrarum dominos, à quibus jure ſucceſſorio in præfatum Ducem devenerant. In vim cujus licentiæ, ac reſpectivè fideicommiſſorum derogationis, inter alios cenſus à dicto Duce ejuſque filiis impoſitos, fuit unus ſcut. 5. m. in ſorte ſuper dicta Terra Vallis Montanæ ad favorem Joannis Baptiſtæ Garzonii, dictum cenſum acquirentis ex pecuniis obventis ex pretio caſalis Fuſani, quod ipſe de anno 1627. vendiderat pro pretio ſcut. 17500. Marcello Sacchetto, ſub pacto inveſtimenti hujus ratæ in bona ſtabilia, loca montium, vel cenſus, ad effectum multiplicandi uſque ad ſummam ſcut. 14. m. pro cautela emptoris. Cùm autem poſtmodum per Congregationem Baronum in vim Bullæ Clementinæ, accedente
1 etiam ſpeciali chirographo ejuſdem *Urbani VIII* dicta Terra Vallis Montanæ vendita eſſet Principi Barberino, ex pretio reſtitutus fuit dictus cenſus, cujus rata ſcut. 3. m. inveſtita fuit prius in alium cenſum, eoque deinde redempto in 29. loca montis ad favorem dicti Garzonii, ſeu ejus hæreditatis, ſub duplici vinculo, primò ſcilicet ad favorem dicti Barberini emptoris, ſeu Principis Pamphilii ſecundi emptoris, à Barberino cauſam habentis, & ſecundò ad favorem hæredum dicti Sacchetti pro multiplico, & reſpectivè evictione dicti caſalis, ex cujus pretio iſta pecunia proveniebat; Verùm Dux Ludovicus Sfortia præfati Alexandri ex filio nepos, tanquam ceſſionarius illorum de Scottis, aliorumque creditorum anteriorum præfatæ cenſus impoſitioni, ex judicio agitato contra indefenſam hæreditatem jacentem dicti Garzonii, præfata loca montium tanquam anterior avocavit, deindéque prætendere cœpit deleri debere dictum vinculum ad favorem hæredum Sacchetti, majus jus non habentium, quàm idem Garzonius haberet; & introducta cauſa coram A. C. ab iſto prodiit ſententia reis conventis favorabilis, ſuper dictæ petitæ deletionis denegatione, introductaque per appellationem cauſa in Rotam coram *Bevilaqua* datoque dubio, *an ſit locus deletioni vinculi* ac propoſito *de menſe Junii* 166., nulla capta fuit reſolutio, neque cauſa ulteriorem habuit progreſſum, utpote per concordiam ſopita, unde propterea, ob ceſſatam ulteriorem diſputationis trutinam, & ſucceſſivè non apertum Rotæ votum, efformari non potuit omninò maturum judicium ſuper hujus controverſiæ veritate.

Pro illa verò notitia, quæ deſumi potuit ex hac unica diſputatione Rotali, in qua ſolùm ego pro Sacchettis ſcribebam, mihi videbatur, juſtitiam ac probabi- 2
litatem iſtis potius aſſiſtere; Licet enim Bulla in verbis mandet ex pretio caſtrorum & bonorum, quæ per Congregationem, non obſtantibus fideicommiſſis, abſque vinculis vendi contingat, ſatisfieri Baronis creditoribus; juxta ordinem eorum anterioritatis, & potioritatis, prout de jure, perinde ac ſi bona diſtracta, ejuſdem debitoris libera & indifferentia eſſent, taliſque ſit praxis Congregationis, unde propterea ceſſat illa difficultas, quæ alias de ſtricto jure probabiliter cadere poſſet ſuper æquali omnium concurſu, non curata differentia temporis, ſtante æqualitate cauſæ, ſeu temporis, in quo ipſi jus acquirunt contemporaneè in vim Bullæ, dum prius de jure nullum jus habebant, ex iis, quæ deſuper deducta habentur *hoc eodem tit. in Romana reſtitutionis pecuniarum diſc.* 78.

Nihilominus dicebam ſcribens in iſta cauſa, id rectè procedere inter creditores indifferentes Baronis debitoris, quibus antequam Congregatio manus ap- 3
poneret, & vincula ſolveret, nullum jus ad hujuſmodi bona competebat, ſtantibus fideicommiſſis, ob quæ in proprietate non erant hypothecabilia, quaſi quod Bulla, poſtquam remota eſſent vincula, ita fingeret pretium eſſe de bonis liberis debitoris à principio, quod ut dictum eſt, niſi expreſse diſponeretur, ſuas habere poſſet difficultates.

Secus autem, ubi agitur de illis creditoribus, qui ex particulari licentia ſeu facultate Principis, cum fideicommiſſorum derogatione, jus quæſierant ſuper ipſis bonis, priuſquam Congregatio manus apponeret, atque removendo vinculo, illa reduceret ad ſtatum bonorum liberorum & indifferentium, quoniam tunc rectè intrat concluſio apud feudiſtas receptiſſima, ac 4
in foro indubitata, de qua *Afflict. & Urſill. deciſ.* 286. *Franch. deciſ.* 64. *&* 75. *Gait. de credito, cap.* 4. *quæſito* 11. *num.* 1852. *Salgad. in labyrint. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 40. *& per tot.* quod ſcilicet in bonis in libero commercio, ac in libera debitoris diſpoſitione non exiſtentibus, creditores habentes aſſenſum à Principe, vel à lege, quantumvis poſteriores, vincunt anteriores quantumvis privilegiatos, quoties privilegium non eſt tale, quod habeat vim aſſenſus, & tribuat jus in ipſiſmet bonis prohibitis, ex ea clara ratione, quod cum hujuſmodi bona non ſint in commercio, non cadunt ſub hypotheca generali, & conſequenter, creditores quantumvis hypothecarii & anteriores tali aſſenſu carentes, reputantur tanquam chirographarii, nullum concurſum habentes cum hypothecariis quantumvis poſterioribus, ut deductum habetur *hoc tit. dicto diſc.* 78. ac etiam pluries *ſub tit. de Regalibus* ad materiam officiorum, *in Romana pretii officiorum, & in Romana diminutionis pretii*, & in aliis in propoſito concurſus ſuper officiis inter creditores habentes reſervationem decreti & illos, qui eo careant.

Adverſus præmiſſa, duo dicebantur ex parte actoris, primò quod iſta procedunt in ipſis bonis, ſecus autem in pretio, quod eamdem naturam non habet, ſed 5
dicitur de bonis liberis & allodialibus, quia pretium feudi non eſt feudale, deducendo in ſpecie ſuper iſta concluſione firmata per Rotam *in Aprutina Terra*

Montorii 2. Maii 1644. coram Peutingerio. Et magis ad rem in ſpecie concurſus inter habentes & non habentes aſſenſum *Manente deciſ. 58. num. 1. & ſeq.* cum quo proceſſus eſt *in Romana pecuniaria ſeu concurſus creditorum 15. Junii 1665. coram Emerix.* Et ſecundò, quod eadem procederent, ubi non adeſſet diſpoſitio Bullæ Baronum, per quam utpote tollentem fideicommiſſa aliaque vincula, ita dicebatur etiam ab initio ad hæc bona quæſitum jus ipſis creditoribus anterioribus, quaſi quod Bulla operetur, ut tunc potius, quam ut nunc.

Neutrum verò fundamentum habere videbatur ſubſiſtentiam, præſertim verò primum omninò fragile,
6 nulliuſque ponderis, licet enim vera ſit dicta concluſio, de qua frequenter in aliis *hoc eod. tit.* quod pretium feudi non eſt feudale, ſed reputatur de bonis liberis & allodialibus, ob regulam, præſertim in particularibus receptam, quod pretium non ſuccedit loco rei, quæ tamen regula non intrat in feudis, quæ receptum eſt importare univerſitatem, cadente ſolùm quæſtione, an ſit facti vel juris; ſed hoc non obſtante adhuc pretium ſuccedit loco rei, ut ex text. feudal. *in cap. ult. de feud. cognit. ubi Jacobin. Bald. Alvarot. & cæteri Franch. deciſ. 64. Rovit. deciſ. 45. num. 7. benè Merlin. lib. 2. controv. 90. num. 34. & cæteri communiter.* Adhuc tamen intrabat vera limitatio, ut id non procedat, quoties agitur de pretio retracto ex re vendita de mandato judicis, ad effectum ſatisfaciendi creditoribus, quoniam tunc illud ſine dubio ſuccedit loco rei ex deductis apud *Surd. deciſ. 306. & Franch. dicta deciſ. 64.* & admittitur apud *Manente dicta deciſ. 58.* ubi datur hæc diſtinctio, ac revera eſt concluſio in praxi abſoluta, paſſimque recepta. Tum ex eo quod non poteſt aliàs ſatisfieri creditoribus quantitatis, aſſenſum habentibus, quoniam ſatisfactio non ſequitur cum ipſa re, ſed cum pecunia ex ea retrahenda; Tum etiam ratione circuitus, quoniam aliàs creditores cum aſſenſu regredi poſſent ad ipſam rem, unde propterea emptor regredi poſſet ad ſuum pretium, ſive quod alias non invenirentur emptores, ideoque ubi ex facto judicis emptor aſſecuratur ab hujuſmodi moleſtiis, ita ut creditoribus cum aſſenſu conſultum non remaneat ſuper ipſa re, indubitatum eſt, adinſtar caſus, in quo ipſa res conſumpta ſit, pretium ejus loco ſuccedere.

Duplex etenim ratio tribui ſolet dictæ concluſioni,
7 quod pretium feudi non eſt feudale, & ex qua, ad inſtar idem dicitur de pretio rei emphyteuticæ, & fideicommiſſariæ, cum ſimilibus, una ſcilicet, quia eſſet pro eadem re dare duplicatum feudum, unum in ipſa re, alterum in pretio; quod de jure non procedit, ut in ſpecie habetur actum *in Albanen. ſeu Pedemontana bonorum hoc tit. diſc. 48.* Et altera, quod pretium dicitur pecunia, & ſic de rebus allodialibus indifferentibus regulandis cum terminis generalibus, abſque eo quod tollatur virtus aſſenſus, rectè operativi ſuper ipſa re, contra emptorem, qui ſibi imputet, cur ſibi non conſuluit, ſed ejus pecuniam venditori ſub tali periculo tradidit, ut ratiocinatur Manente *dicta deciſ. 58.*

Neutra ex his rationibus adaptatur caſui, in quo alienatio fiat cum auctoritate judicis, ut ex pretio creditoribus ſatisfiat, multoque magis ubi accedit auctoritas Congregationis Baronum in vim Bullæ tranſmittentis rem omninò liberam in emptorem. Non quidem prima, quoniam incompatibilis concurſus ejuſ-
8 dem feudalis, ſeu fideicommiſſariæ qualitatis in re & pretio, procedit, ubi utrumque eſſet penes eaſdem perſonas, ſeu in eodem genere ſub eodem titulo, ut declaratur *in dicta Albanen. ſeu Pedemontana diſc. 48.* ſecus autem ubi qualitas omnino tollitur à re, & tranſfunditur in pretium, ut in proximè allegata cauſa, ac etiam *in Romana annui redditus diſc. 42.* hoc pariter titulo. Minuſque altera, nedum ob ſupradictam rationem circuitus, militantem ubi venditio fiat cum auctoritate judicis ordinarii, ob quam emptor, quamvis ſub publica haſta, de jure non redditur tutus à creditorum hypothecariorum moleſtiis (præterquam ubi ex ſtylo, rationabiliter inducto, & ad totum mundum extendendo, hujuſmodi effectus ſequeretur, ut in pleriſque Europæ partibus & tribunalibus ſervatur.) Sed factum eſt cum auctoritate Congregationis Baronum, quæ ad præſcriptum Bullæ Clementinæ, tollit omnia vincula ab ipſa re, omninò libera tranſeunte in emptorem, eaque transfert in pretium, & fortiùs, ubi accedit etiam, ut in præſenti, ſpeciale chirographum Papæ, ita diſponens, ita enim abſolutum remanet, 9
pretium in omnibus ſuccedere loco rei, atque in illud transferri omnia ejuſdem rei vincula, ut in ſpecie venditionis factæ in vim Bullæ Baronum, firmatur *in Romana Salviati coram Peuting. deciſ. 4. & 66. part. 11. recent.* & quarum ſecunda eſt etiam repetita, *poſt Salgad. in labyrintho deciſ. 96.* ideoque dicta diſtinctio inter rem & pretium in his terminis nullum penitùs habet fundamentum.

Et quamvis ex *dicta deciſ. 58. Manente*, dicta diſtinctio canonizari videatur in *d. Romana concurſus 15. Junii 1665. coram Emerix* attamen id ibi non omninò
10 maturè dicitur, ſed vel obiter, vel ad ſuperabundantiam, cum illius reſolutionis fundamentum contra creditores habentes aſſenſum, conſiſteret in eo, quod agebatur de emphyteuſi merè hæreditaria, jure allodialium regulanda, non obſtante prohibitione alienandi, ac etiam hypothecandi, utpote reſpiciente favorem domini directi, ob intereſſe laudemiorum; quod an ſubſiſtat, nec ne, habetur particulariter actum in eadem cauſa in ſua materia *ſub tit. de emphyteuſi*; Prout quamvis pariter eadem diſtinctio in propoſito concurſus ſuper pretio officiorum deducatur *in Romana pretii officiorum 27. Novembris 1658. & 17. Novembris 1659. coram Bevilaqua*, adhuc pariter fuit æquivocum, benè agnitum ab eadem. Rota *in Romana concurſus creditorum 10. Junii 1661. coram Cerro*, & in aliis, quamvis ex aliis motivis dictæ reſolutiones eſſent probabiles, ut habetur actum *in eadem Romana pretii officiorum ſub tit. de Regalibus ad materiam officiorum.*

Alterum erat actoris fundamentum deductum ex Bulla Baronum, tollente omnia fideicommiſſa, alia-
que vincula, unde propterea pro eo ſcribentes dicebant, ita bona poſſeſſa per Barones, non obſtantibus, 11
quinimo etiam prohibitionibus reſultantibus à conſtitutionibus apoſtolicis *Sixti V. Clementis VIII. Pauli V. & Urbani VIII.* ſuper alienatione juriſdictionalium, redacta eſſe adinſtar bonorum allodialium, & indifferentium; ideoque ab initio cecidiſſe ſub hypothecis, allegando in id tanquam ſpecialem auctoritatem *Merlini de pignor. lib. 2. tit. 1. quæſtion. 11. num. fin.*

Verùm, reflectendo etiam ad veritatem, iſtud fundamentum videbatur magis fallax quàm primum, quoniam omninò verius videtur, Bullam prædictam, nullum tribuere jus creditoribus ab initio ſuper ipſis bonis, ſed tantum eos admittere ad pretium, poſtquam Congregatio manus appoſuit, ac vincula ſubſtulit, & ſic operatur ut nunc, non ut tunc, ex iis quæ plenè in propoſito deducta habentur *hoc eod.* præſertim *in Romana reſtitutionis pecuniarum de Caffarellis diſc. 78. & in Romana dotium de Comitibus diſc. 81.* quæ compendiosè deducebantur etiam in iſta cauſa, nullatenus curata dicta auctoritate *Merlini de pignor.* quoniam revera hic auctor non deſcendit ad hos terminos, ac
diſtinctiones, neque articulum examinat, ſed abſque 12
auctoritate vel ratione, ſimpliciter refert praxim, prout nudi facti eſt, quod ſcilicet bona Baronum, quamvis feudalia ſeu fideicommiſſaria, venduntur per Congregationem ad inſtantiam creditorum, non examinando quomodo id ſequatur; Et nihilominus, abſque præjudicio gravitatis, & doctrinæ iſtius auctoris, ob-

ſervabam

Digitized by Google

ſervabam rectè illi congruere poſſe ea, quæ de ipſomet, atque de Doctoribus Regnicolis non verſantibus in majoribus Tribunalibus *Sacri Conſilii & Regiæ Cameræ Summariæ* habentur circa notitiam feudalium *in Panormitana ſucceſſionis feudorum D.*13. & in aliis *hoc eod. tit.* quod ſcilicet doctor exterus in Curia, præſertim verè in Congregatione Baronum non benè verſatus, quamvis alias doctiſſimos, adæquatum judicium ſuper hujus Bullæ interpretatione non de facili dare poteſt, unde intrare videtur concluſio de non deferendo dictis Doctorum ſuper conſuetudinibus, & aliis quæ facti ſunt, atque cum iſta conſideratione procedendum eſt in metiendis doctrinis, ac Doctorum auctoritatibus.

Iſta erant fundamenta, cum quibus, retento præſuppoſito, quod hæc caſtra, & bona eſſent fideicommiſſaria, & conſequenter quoad ſortem, ſeu ſubſtantiam non caderent ſub hypothecis contractis per gravatum, ego in hujus cauſæ defenſione procedebam, atque inſpecta etiam veritate, credebam iſtam omninò aſſiſtere huic parti.

13 Alter verò ejuſdem partis, doctus & benè fundatus Advocatus, de ſtatu cauſæ melius informatus, utpotè illam defendens in præcedenti inſtantia coram A.C. in qua non ſcripſi, agnita forſan difficultate, quod hoc præſuppoſitum non juſtificaretur, cum abſque dubio ad id non ſufficeret dicta apoſtolica derogatio, ex triplici vera propoſitione, una quod hujuſmodi facultates obtentæ ad majorem cautelam non probant, nec firmant ſtatum, altera, quod verba quæ præſupponunt, non inducunt diſpoſitionem, & tertia, quod etiam explicita confeſſio exiſtentiæ fideicommiſſi, illud non probat, ſi re vera de eo non conſtat, quia non poteſt poſſeſſoris credulitas vel opinatio inducere fideicommiſſum, ubi non adeſt.

Procedat per diverſam viam, negando ſcilicet in dictis anterioribus ſine aſſenſu hypothecam ſuper hujuſmodi Terra, ſeu caſtro, vel quia ageretur de feudo, & conſequenter intraret prohibitio contenta *in Cap. Imperialem de prohib. feudi alienat. per Federic.* Vel quia obſtarent dictæ Conſtitutiones Apoſtolicæ *Sixti V. Clementis VIII. Pauli V.* & *Urbani VIII.* ſuper prohibita alienatione, aliaque contractione bonorum juriſdictionalium ſine beneplacito apoſtolico; Verùm hæc via videbatur periculoſa, dictaque fundamenta erant parum tuta; Quatenus enim pertinet ad primum deductum ex qualitate feudali, & ſucceſſive ex *dicta l. Imperialem*, factum non aſſiſtebat, quia non conſtabat de aliqua inveſtitura probante, dictam qua-
14 litatem in dubio non præſumendam, juxta plenè firmata per Rotam *deciſ.*93. *part.*5. *recen.* & habetur ſatis frequenter actum in aliis *hoc tit.* Admiſſa enim illa feudalitate, quam ex conſilio 82. *Abbatis*, & ex *voto Robuſterii*, ac aliis plenè & doctè probat *Spad. conſ.*1. *lib.*1. Adhuc tamen, ut ſæpiſſimè dictum eſt, id percutit illam impropriam, & remotam feudalitatem, quæ denotet, hujuſmodi caſtra, & bona juriſdictionalia, in Barones, & Domicellos originarie provenisse ex conceſſionibus Sedis Apoſtolicæ, iſtius Alto Dominio, Superioritate, ac Regalibus reſervatis, & ſic ad tollendum purum allodium, non autem ad alios effectus veræ, ac rectæ feudalitatis, circa reſtrictam ſucceſſionem, prohibitam alienationem, & ſervitii obligationem, cum ſimilibus.

Et quoad prohibitionem reſultantem à Conſtitutionibus Apoſtolicis, per quas, ut in aliis pluries advertitur, ad effectum alienationis propriæ vel impro-
15 priæ, bona juriſdictionalia quamvis allodialia, feudalibus exæquata videntur, cum illæ percutiant alienationes, intelligendæ veniunt de propriis, non autem de impropriis, & conſequenter prius quam ederentur aliæ moderniores Conſtitutiones, illæ non comprehendunt impoſitiones cenſuum, & multo minus ſimplices hypothecas, atque modernæ conſtitutiones non reſpiciunt præterita, ut ſæpè firmavit Rota, & præſertim habetur *deciſ.*211. *part.*5. *recent.* & *in dictis deciſ.*4. & 66. *part.*11. quarum ſecunda repetita eſt poſt *Salgad. in labyrint. deciſ.*96. cum aliis ibi deductis; Unde propterea, quando dicta fideicommiſſa in facto non ſubſiſterent, reflectendo ad veritatem, ſatis dubitabam de juribus hujus partis, quæ econverſo mihi videbantur eſſe in tuto, ac omnimodam probabilitatem habere, quando dictum fideicommiſſorum præſuppoſitum ſubſiſteret; Subſequuta verò concordia ſubſtulit occaſionem ulterioris diſputationis, in qua id maturius diſcuti potuiſſet, iſtius verò præſertim cauſæ occaſione expertus ſum, quantum cauſarum directioni proſint congreſſus, qui ante diſputationes, pro eadem directione, ex laudabili ſtylo haberi ſolent.

† Vide ſub tit. de Credito diſc.127.

ROMANA DOTIS DE CESARINIS

Pro PRINCIPE SABELLO

Cum DUCE CESARINO.

Caſus diſputatus coram A. C. non reſolutus.

De eadem materia diſcurſus præcedentis, An, & quando creditor teneatur recipere creditum ex pretio vinculato, & quatenus cogi poſſit, an habeat actionem contra debitorem ad id quod intereſt pecuniam eſſe liberam.

S U M M A R I U M.

1 *De cautela ut ſi creditor cogatur ad præſtandam cautionem, teneatur debitor refundere creditori intereſſe.*
2 *Facti ſeries.*
3 *Depoſitum quando vim habeat ſolutionis.*
4 *An dicta cautela poſſit Princeps derogare.*
5 *Principi an & quando ſit repliandum, & interim in executione ſuperſedendum.*
6 *Quando cautela ſeu pactum de quo num.1. non ſuffragetur creditori.*
7 *Vendens voluntariè qui per Congregationem Baronum cogi poterat ad venditionem, dicitur vendere coactus.*
8 *Deducitur pro veritate diſtinctio, cum qua intelligenda venit concluſio, an dictum pactum per Principem tolli poſſit.*

DISCURSUS XCIX.

OB frequentem uſum chirographorum, de quibus ſæpe in aliis *hoc tit.* in venditione præſer- 1
tim bonorum Baronum, inolevit (me forſan in Urbe primo auctore) cautela in contractibus, qui fiunt cum caſtrorum vel caſalium poſſeſſoribus, ut pecuniam, quam ad cenſum vel cambium recipiunt, omninò liberam, & à quocunque vinculo exemptam reſtituere teneantur, cum pacto, quod in eventum in quem, ex facto, & auctoritate, etiam ſuprema Principis, ſeu cujuſcumque alterius ſuperioris, cogerentur illam vinculatam recipere, teneantur debitores, de aliis eorum bonis ſolvere totum id quod intereſt tale vinculum non adeſſe, quæ cautela prodiit ex deductis per *Franch. deciſ.*300. *ubi adden.*

Cum autem dicta cautela adhibita eſſet in contractu inito per Principem Sabellum ad favorem Ducis 2
Ceſarini; pro pecunia proveniente ex dote Duciſſæ Ceſarinæ præfati Principis filiæ, atque eodem Duce, aliiſque creditoribus in Congregatione Baronum urgentibus hodiernum Principem debitoris filium, hic ad evitandum majus damnum ex ſubhaſtatione reſul-

by Google

tans, illamque præveniendo, ut urgentibus creditoribus ſatisfaceret, caſtrum Ariccíæ vendiderit Principi Chiſio pro ſcutis 358. m. prævio chirographo Papæ, per quod, communicatis Congregationis Baronum facultatibus ad formam Bullæ Baronum, præcipitur, ut creditores cogantur in eorum ſatisfactionem recipere dictum pretium cum conſueto vinculo cautionis reſtituendi creditoribus anterioribus vel potioribus, ſive emptori in caſu evictionis, & moleſtiarum, Et in caſu non præſtitæ cautionis, faciendi ejus loco inveſtimentum in loca montium hujuſmodi vincula habentium, cum totali liberatione debitoris à quocumque alio ſupplemento, vel moleſtia, non obſtante cautela, & pacto ſuperius narrato, cui reſpectu creditorum, qui in Congregatione Baronum comparuerant, expreſsè derogatur.

In executionem dicti chirographi interpellato Duce ad ſuum creditum recipiendum, eoque in termino per chirographum præfixo non comparente, facto depoſito, egit Princeps coram A.C. contra Ducem ad faciendum inſtrumentum quietantiæ, alias videndum mandari fieri ex officio; Et ego pro Principe ſcribens, dicebam locum eſſe petitis, quia depoſitum, prævia creditoris contumacia factum, habet vim ſolutionis, & pro ſolutione habetur *ad text. in l.*
3 *obſignatione ubi gloſ. & DD. Cod de ſolutionibus cum concordantibus per Cencium de Cenſibus, quæſt.111. num.53. Rota in Romana ſubſidium dotis 28. Jan. 1661. Vero'pio, de qua ſub tit. de dote.*

Nec obſtare dicebam pactum recipiendi pecuniam liberam, & abſque aliquo vinculo, undè depoſitum vinculatum cum conditionibus, & vinculis extrinſecis, de jure non ſuffragatur ad notata in eadem *l. obſignatione cum deductis per Cencium ſuprà citatum, n.28. latè rams obſervat. 25. & ſeq. Giurb. deciſ.* 87. quia
4 pacto derogatum jam fuerat per chirographum Papæ, de cujus poteſtate in tollendo jus tertii, ac derogando pactis, & conventionibus, (quidquid antiquiores dubitaverint) hodiè non ambigitur *ex deductis per Gabr. de jure quæſito non tollendo, quæſt.1. & latius per Galeotam reſponſo Fiſcali 23. ex n.60. & 256. & Capic. Latr. deciſ.188 num.110. & ſeq.*

Dicebatur pro parte Ducis, injuſtam eſſe dictam derogationem, nulla concurrente juſta cauſa publicæ utilitatis, cum ipſe alias non contraxiſſet; Verum ultra replicationem, quod judicis partes non ſunt cognoſcendi, an Princeps benè vel malè fecerit, ſed ſolum ſunt in Principis præceptis exequendis, cum ſe gravatos ſentientes adire debeant eumdem Principem pro moderatione, præſertim ubi eſt præſens,
5 cum eo ſolum abſente cadat inſpectio, an ei ſit replicandum, ac interim in ejus mandatis exequendis ſuperſedendum, quod probabilius affirmant cumulati *per Capi. Latr. deciſ.190. num.33.* & in dies practicari videmus præſertim per V. Regem, & Collaterale Conſilium Regni Neapolitani, quia Regi, ſemel, & bis replicatur, ac interim in ejus mandatis exequendis ſuperſedetur.

Replicabam etiam, non adeò exorbitantem atque à ratione extraneam videri debere dictam derogationem, tanquam reſtrictam ad eos ſolos creditores, qui
6 Congregationem Baronum jam adierant, quibus proindè nulla injuria, nullumque præjudicium fieri dicebatur, quia ſi debitore non præveniente, eadem Congregatio manus appoſuiſſet, atque ad venditionem eorumdem bonorum, juxta eorum inſtantiam proceſſiſſet, non potuiſſent eamdem ſolvendi formam ex diſpoſitione Bullæ, & inconcuſſo ſtylo Congregationis evitare. Undè ſibi pateat via, quam elegerunt, & per cujus viæ electionem, renunciaſſe viſi ſunt pacto in caſu voluntariæ ſolutionis per debitorem faciendæ, ad inſtar habentis ex pacto facultatem capiendi bona debitoris propria auctoritate, quod ſi judicem adit, cenſetur pacto, & facultati renunciare, ideóque ad partis citationem aliaque acta judicialia ſervanda tenetur *Mantic. de tacit. lib. 11. tit.5. num.19. Rovit. pragm. 1. de conſervat. num.10. Greg. deciſ.105. num.13.* & alii latè deducti *in Romana Vineæ 7. Junii 1647. coram Corrado 73. part.10. recent.* ubi concordantes.

Neque hujuſmodi venditio, & reſpectivè ſolutio, uti facta non præcedente ſubhaſtatione, & præciſa coactione, dici poteſt voluntaria, quia cum ſtante creditorum recurſu, ad horam cogi poſſet, coactè fe- 7
ciſſe dicitur, præveniendo id pro quo coactio imminebat, ut generaliter *Greg. deciſ.227. num.11. & 236. num.3. Mantic. deciſ.315. num.11.* Et in terminis ſpecialibus, quod vendens cum chirographo communicante facultates Congregationis, quam creditores adierant, dicatur vendere coactè, ita ut actus venditionis reputetur caſus fortuitus proveniens à facto Principis, ac propterea non intret aliqua actio ad intereſſe, habetur apud *Cavaler. deciſ.612. num.46. & 618. num.20.* ac etiam admittitur *apud Burat. deciſ.401. & 482. & in Urbevetana Bonorum 13. Maii 1652. coram D. Nozetto.*

Hæc ſunt, quæ in dicta Cauſa dicebantur, ad veritatem tamen, ita mihi diſtinguendum videbatur, 8
quod quando ageretur de ſolutione recipienda ab eodem debitore, cum quo initum eſt pactum, fatebar præmiſſa mihi non ſatisfacere, atque derogationem aliqualiter exorbitantem videri, quoniam ille creditor, qui pecuniam liberam habebat, aliàs non dediſſet, niſi liberam recepturus, ideóque aſperum videtur, ut qui dedit decem, tantundem recepturus, cogi debeat recipere quinque, præſertim, ubi prævidens caſum, ſibi expreſsè providit cum cautela, ſine qua animum declaravit nolle aliàs contrahere, quoties tamen, aliàs quam per venditionem bonorum per viam judicialem, poteſt ſibi eſſe conſultum, ut *in Romana dotis de Anguillaria,* & in aliis hoc tit.

Neque prætextus recurſus ad Congregationem ſufficientem excuſationem præbere videtur, quia niſi pactum eſſet verificabile, aliàs quam in caſu voluntariæ ſolutionis, illud remaneret de vento, cum nunquam debitor voluntariè ſolveret, unde ſequeretur, creditorem non poſſe aliàs moroſum debitorem urgere mediante ſuorum bonorum ſubhaſtatione, per quam licitatores pretium non niſi cum dicta cautela offerunt, quod utique abſurdum eſt dicere, in hoc enim verſatur effectus pacti, quod ſi per ſubhaſtationem cogitur creditor rei ſubhaſtandæ pretium ita vinculatum recipere, actionem habeat ad quanti intereſt vinculum non adeſſe contra debitorem, ex cujus mora, & culpa creditor hujuſmodi damnum ſentire cogitur, quia ſi datam fidem implevidſſet, & promiſſam ſolutionem debito tempore, ut tenebatur, feciſſet, ad hujuſmodi actum non fuiſſet deventum.

Secus autem in caſu, de quo agebatur, quia ſtantibus fideicommiſſis, & primogenituris, hodiernus Princeps jure proprio dictum caſtrum, aliaque bona poſſidens, defuncti debitoris pacta ſervare, vel debita ſolvere ex juris diſpoſitione non teneretur, neque creditores aliquam contra ipſum haberent actionem, niſi ea ſibi gratioſè concederetur ex ejuſdem Principis indulgentia reſultante à Bulla Baronum; Igitur aſperum videri non debet, quod idem Princeps, qui ut creditoribus gratiam faceret, poſſeſſorem contra juris diſpoſitionem in toto gravat, eum in aliquo relevet; Et quemadmodum creditores approbant ejuſdem Principis poteſtatem in derogando fideicommiſſis, inveſtituris, & pactis majorum, ex quibus poſſeſſor nullatenus ab eis cogi poſſet, ita eamdem poteſtatem improbare non debent in eo, quod eſt longè minus, ex regula *quod quiſque juris, &c.* cum non minùs exorbitans una derogationis ſpecies, ac altera videri debeat, undè libenter poſſeſſor jure proprio, aſſenſum præſtaret ſuper utriuſque derogationis inefficacia;

Google

cia; Ideóque attente rationes conſiderando non intrat illa exorbitantia, quam de facili vulgus primo aſpectu credit.

Et licèt reſpectu crediti, de quo agebatur, iſtæ rationes ceſſare viderentur, quia erat creditum pro filia dotanda, conſequendum à ſucceſſore, etiam ſine beneficio Bullæ Baronum, ex diſpoſitione juris communis *in authent. res quæ, Cod. communia de legatis*, replicabam tamen, beneficium *dicta authentica* prodeſſe, ut ſucceſſor dotem ſolvere teneatur ex juris diſpoſitione debitam, non autem ut idem obligatus maneat ſervare ſpecialia pacta, & conventiones habitas cum eo, cujus non eſt hæres, dos enim per fideicommiſſarium ſolvenda eſt, non de ſuo, ſed de bonis fideicommiſſi, quæ, ut ſolutio ſequatur, opus eſt vendere, & venditio non niſi juxta hanc formam ſequi poteſt, cum omnes emptores ſibi velint conſultum eſſe de pretio, igitur nulla facta eſt injuria, præſertim quia dotis conſueta natura eſt, ut inveſtita maneat,
a neque ſit de pecuniis expendibilibus in libero uſu, & commercio exiſtentibus, conſequenter nihil deperire videtur ita inveſtiri; Et cum hac diſtinctione ceſſabat objectum, diſſolutio verò matrimonii per mortem Ducis ſubſtulit occaſionem ulterioris diſputationis.

† Vide *ſub tit. de Credito diſc. 54. cum ſeqq.* & multa deducit *de Marin. in addit. ad Reverter. deciſ. 82.*

ROMANA FIDEJUSSIONIS

Pro ANTONIO, ET CÆSARE DE GAETANIS,

Cum PAULO MACCARANO.

Caſus reſolutus per Congregationem Baronum contra Gaetanos.

Bulla Baronum, an procedat, ubi Baro eſt fidejuſſor, obligatus tamen tanquam principalis, principaliter, & inſolidum ab initio.

Eadem Bulla, an deroget fideicommiſſis conſiſtentibus in juribus, & actionibus. Et an ſucceſſori Baronis poſſidenti caſtra, & bona per Baronem poſſeſſa, detur retentio pro creditis propriis ad impediendam executionem.

Congregatio Baronum, an ſe ingerat contra bona libera Baronum, in quibus nullum adeſt fideicommiſſum, vel aliud vinculum, cui derogandum ſit.

S V M M A R I V M.

1 *Facti ſeries.*
2 *Fidejuſſor, qui ſe obligavit tanquam principalis, & inſolidum habendum eſt pro correo, & principali debitore.*
3 *Diſtinguuntur plures caſus, ex quibus reſultet, an Baro pro alio ſe obligans dicatur fidejuſſor non cadens ſub Bulla Baronum.*
4 *In odioſis, & exorbitantibus fictum non venit ſub nomine veri.*
5 *Congregatio Baronum apponit manus etiam in bonis liberis, & non ſubjectis fideicommiſſo.*
6 *Quando procedere debeat, vel ne canonizatio crediti per Judicem ordinarium, ut Congregatio apponat manus.*
7 *Bulla Baronum, an habeat locum in juribus, & actionibus.*
8 *De confuſione actionum reſultante in creditore ſuccedente debitori, vel econtra remiſſivè.*

DISCURSUS C.

1 CUm Mutius Gaetanus acceſſiſſet cuidam Societati officii contractæ per Epiſcopum Laurentium de Maximis, ad favorem Pauli Maccarani, hic obtento mandato executivo contra bona hæreditaria dicti Mutii defuncti, petiit in Congregatione Baronum, ad formam *Bullæ Clementis VIII.* nuncupatæ *Baronum* deſtinari Commiſſarium, pro exequenda, & ſubhaſtanda mediante caſtri *Turris* poſſeſſi per Antonium, & Cæſarem filios dicti Mutii, qui illius poſſeſſor fuerat, pro qua exequutione impedienda, duos per reos conventos opponebantur, primò quod iſtud debitum tanquam fidejuſſorium non caderet ſub dicta Bulla, ideóque licitum eſſet excipere de fideicommiſſo per Scipionem avum ordinato; Et ſecundo, quod in omnem eventum, competeret eis retentio pro quibuſdam creditis anterioribus, valorem dictæ medietatis abſorbentibus, præſertim pro credito ſcut. 10. m. quod Lavinia Gaetana conſequi debebat à dicto Scipione Domino, & priori poſſeſſore dicti caſtri, quæ ſcut. 10. m. relicta fuerant dicto Mutio ejuſque filiis, ad quorum favorem factus erat locus dicto credito ex fideicommiſſo particulari.

Aſſumpta igitur ſuper his diſputatione in Congregatione prædicta; Quatenùs pertinet ad primum punctum, quod Bulla non caperet debitum fidejuſſorium, ſcribens pro dictis Cæſare, & Antonio, deducebam illa eadem fundamenta, quæ deduxeram *in Romana, ſeu Peruſina pro Comite Montemellino hoc eodem tit. diſc. ſeq.* Verùm caſus non erat idem, cum ibi Baro acceſſiſſet ex intervallo, debito per plures annos antea contracto cum privatis, ita ut dici non poſſet, creditorem innixum Bullæ, ſequutum eſſe fidem Baronis, in præſenti autem ab initio Baro ſe obligaverat tanquam principalis, principaliter, & inſolidum; Undè propterea ſcribentes pro creditore dicebant, neque eſſe in caſu quæſtionis, quoniam licèt pecunia ad ſocietatem habita, tota perveniſſet ad Lælium, qui in effectu cenſendus erat principalis debitor, Mutius verò fidejuſſor, attamen id 2
procedebat inter ſeipſos, ad effectum, ut iſte ab illo relevandus veniret, non autem reſpectu creditoris, cujus reſpectu, cum uterque eſſet obligatus principaliter, & inſolidum, ambo dicebantur principales correi, quorum fidem æquè principaliter creditor ſequutus erat, ex deductis per *Gregor. & Adden. deciſ. 167. 445. & 564. Adden ad Buratt. deciſ. 674. Rot. deciſ. 153. n. 6. & ſeq part. 2. diverſ. deciſ. 77. part. 11. rec.* & aliàs paſſim, cum ſit propoſitio quotidiana, & recepta, cui iunixa Congregatio, ita non multum diſcuſſo articulo judicavit, non curatis diſtinctionibus, ut infra per me traditis, quas reputavit Advocatorum ſubtilitates.

Verùm reſolutio non placuit, ſtante Bullæ prædictæ exorbitantia, quódque ubi agitur de debito in ſubſtantia alieno, & fidejuſſorio, ceſſent omnes illæ rationes, quæ dictæ Bullæ diſpoſitionem ab irrationabilitate, ac nimia exorbitantia ſalvare poſſunt, *ut in dicta Romana, ſeu Peruſina diſc. ſeq.*

Ideóque, juxta ibidem deducta, procedendo cum iis, quæ per DD. tradi ſolent ad conciliationem *text. in l. Scia, §. fin. ff. ad Velleian. & l. ſi fænebris pecunia, C. ad Velleian.* de quibus omnium latius & melius *Roder. de annuis reddit. part. 2. quæſt. 5. ex num. 21.* laudatus per *Rovit. pragm. 1. ad Velleian. num. 10.* plures caſus diſtinguendos eſſe dicebam; Aut enim ipſe Baro ſolus contrahit 3
debitum tanquam proprium, & principali nomine, & tunc, licèt id agat in gratiam alterius, cui pecuniam acceptam det, ita ut in effectu alienam ſuſcipiat obligationem, attamen hoc ad creditorem inſpicere non pertinet, niſi conſtet hunc fuiſſe colorem quæſitum ad legem fraudandam juxta terminos *text. in d. l. ſi fænebris.*

Aut econverſo debitum contractum eſt cum ſolo privato, deindeque ex intervallo accedat Baro, ab initio non contemplatus, ſed accidentaliter, puta in locum fidejuſſoris demortui juxta caſum, de quo *dicto diſc. ſequenti*, & tunc abſolutum videri dicebam, etiam cum ſenſu veritatis, Bullam non intrare, cum nulla ſubeſſe videatur ratio, quæ id congruè ſuadeat, ut ibi probatur.

Aut

Aut demum agitur de caſu (qualis erat iſte ,) quod per Baronem , & privatum principalem debitoeem, eodem tempore obligatio contracta eſſet, & tunc ſi contractus eſſet ab initio cum utroque æquè principaliter initus , ita ut ambo eſſent coerei , probabilius dicebam Bullam intrare , quia Baro dicitur etiam debitor, ſolumque in materia prohibita dubitari poteſt de medietate , in qua unus reus , dicitur alterius fidejuſſor ex deductis pee *Roderic. ubi ſuprà* , ſed ſi inito contractu cum ſolo privato tanquam principali debitore, deindè eo jam perfecto, accedat Baro tanquam fidejuſſor, alienam expreſsè ſuſcipiens obligationem, tunc quamvis iſte ſe obliget , tanquam principalis, principaliter, & inſolidum , undè reputatur etiam , potiùs correus, quàm fidejuſſoe , attamen naturaliter & de facto , eſt verè fidejuſſor alienam ſuſcipiens obligationem , idque ereditori innoteſcit , ſolumque ex legis fictione reputatur jure principalis debitoris , ad tollendum beneficium excuſſionis , aliaque fidejuſſori competentia, quæ huic denegantur , & ſic eſt principalis debitor fictus, non verus.

Unde dicebam intrare concluſionem , quod in exor- 4 bitantibus & odioſis, fictum non venit ſub nomine veri ex deductis per *Maſcard. de Statutorum interruptione concluſ.10.num.1.cum ſeq.* dictamque diſtinctionem benè ponderat *Laurent. de Pinu conſ.71.num.3.& 4.* ubi conſideratur , an ereditor cum utroque inſimul contraxerit tanquam eum duobus reis , vel ubi ex facie contractus patet , unum eſſe principalem , alterum verum effectivè fidejuſſoeem.

Verùm in contrarium urgere videbatur conſideratio, quod creditoe aliàs non contraxiſſet , quodque ita utriuſque fidem principaliter ſequutus eſt, non contracturus cum privato , niſi etiam Baro cum coæquali obligatione acceſſiſſet ; Ac etiam , quia, ſæpè Baeones & Magnates, honorificentiæ gratia, famulos , vel alios privatos ſupponere ſolent principales , ipſi veeò oſtendunt ſe accedere tanquam fidejuſſores , unde caſus non erat ab aliqua difficultate alienus, licèt rationes ponderatæ *diſc. ſequent.* viderentur ponderoſiores , ubi verè debitum conſtat non eſſe in cauſam propriam.

Motivabant aliqui ex judicibus , inanem eſſe iſtam quæſtionem, dum non conſtabat de fideicommiſſo adhuc non exhibito , unde cum caſtrum eſſet liberum Mutii , ita ut non ageretur de exorbitanti derogatione fideicommiſſi reſultante à Bulla Baronum , nil intereſſet , an debitum eſſet proprium vel fidejuſſorium ; Hæe autem difficultas de facili ſublata fuit ex facto,ob dicti fideicommiſſi exhibitionem ; Dicebam tamen ulterius , quod cum Congregatio prædicta erecta eſſet pro executione dictæ Bullæ , & ad removenda impedimenta aliàs de jure obſtantia , idcircò, iſtis ceſſantibus, non erant partes Congregationis in iſta cauſa ſe ingerendi , cum ea manu Regia , & potentiali auctoritate, cum qua ipſa in vim dictæ Bullæ procedit , ſed quod creditor adiret judicem ordinarium , ex recepta juris regula , quotidie in Signatura gratiæ admiſſà, quod locus non eſt remediis exteaordinariis , ubi conſultum eſſe poteſt eum ordinariis.

Atque inſpecto tenore Bullæ motivum fuiſſet conſideeabile , ſed non habitum in conſideratione, pro- 5 pter inconcuſſam obſervantiam , quoniam etiam ubi non adſunt fideicommiſſa , vel alia vincula , adhuc in bonis Baronum Congregatio manus apponit , atque ultra rationem obſervantiæ, cum qua ſolùm proceſſum fuit , pondeeabam quoque alteram à priori, quod caſtra & bona juriſdictionalia per Conſtitutiones Apoſtolicas , vendi , atque in alium transferri non poſſint ſine beneplacito apoſtolico , undè propterea judex ordinarius , exequutionem conſumare non poteſt , meritò faciendam à Congregatione ad id habente ſufficientem auctoritatem , ob beneplacitum generale , quod ex eadem Bulla Clementinà ineſſe dicitur , quando Congregatio vendit.

Quo verò ad punctum retentionis , duo erant objecta , unum quod ad formam ejuſdem Bullæ Clementinæ , ereditum canonizaei prius debebat per decretum judicis ordinarii , & alterum, quod cum iſtud creditum competeret ex eauſa fideicommiſſi prius poſſeſſi per Baronem debitorem , huic etiam per Bullam derogatum dicebatur ; Neuteum verò ſubſiſtere videbatur,non 6 quidem primum , quoniam canonizatio judicis ordinarii eequiſita eſt, ad effectum agendi, ſeu petendi executionem à Congregatione , non autem excipiendi, & pro retentione ; Si enim receptum eſt , excipiendo poſſe deduci diſpoſitionem dictæ Bullæ coram quocumque judice , quamvis illius exequutio privativè competeret ſoli Congregationi , multò magis in eadem,excipiendo id fieri poterat , atque reſponſio admiſſa fuit, prout & altera , quod ex æquitate , quinimò etiam de juris cenſura, atque ad evitandas inanes expenſas,procedendum non eſt ad exequutionem , quoties pretium exindè retrahendum totum libeeari deberet poſſeſſori tanquam ceeditori anteriori.

Et circa alterum objectum fideicommiſſi , dicebam, & Congregatio tunc , licet non formiter diſcuſſo articulo , admiſit , Bullam loqui de caſtris , aliiſque bonis 7 ſtabilibus, ſub quorum nomine in odioſis & exorbitantibus non veniant jura & actiones , ac nomina debitorum,ex eiſdem fundamentis,quæ deducta habentur pro Maximis contra iſtoſmet de Gaetanis *hoc eod.tit.diſc.92.* ſuper puncto , an Bulla comprehendat loca montium, ex ibi deductis.

Motivabatur etiam , quod cum Mutius , tanquam hæres ejus patris debitoris evaſiſſet debitor ſui ipſius, 8 quia hæres dictæ creditricis,ob incompatibilitatem inducta eſſet dicti debiti ſolutio , deducta ex confuſione actionum , undè propterea fideicommiſſariis non competebant amplius antiquæ hypothecæ , utpotè per ſolutionem extinctæ , ſed ſolùm competebat actio perſonalis pro reſtitutione , proindéque fideicommiſſarii remanebant poſteriores quibuſcumque hypothecariis, qualis erat actor, ſed facile fuit hoc objectum removere , quoniam hujuſmodi ficta ſolutio , facto caſu reſtitutionis , apta non eſt ad cauſandos effectus ſolutionis veræ , ex iis , quæ in hac eadem cauſa habentur deducta in ſua materia *ſub tit.de credito*, & videtur concluſio vera.

† *Vide ſub tit. de Credito diſc.97.& ſeqq.* De hac Bulla Baronum agitur etiam infra *diſc.118.119.& 123.*

ROMANA

Seu PERUSINA CENSUS

Pro COMITE ADRIANO MONTEMELLINO

Cum CECILIA DE PUTTOBONELLIS ET ALIIS.

Cauſa pendet in Congregatione Baronum.

An Bulla Baronum locum habeat pro debitis , in quibus Baro eſt ſolùm fidejuſſor , ita ut privatus non Baro ſit debitor principalis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Bulla Baronum an odioſa vel favorabilis.*
3 *Sub nomine debitoris an veniat fidejuſſor.*
4 *Partes litterales Bullæ , in quibus ſentire videtur de debito principali non de fidejuſſorio.*
5 *De ratione ob quam edita fuit Bulla prædicta.*
6 *Et qua ratio illam ſalvet ab exorbitantia & irrationabilitate.*
7 *Non debet Bulla trahi ad debita diſſipatoria & ſine probabili cauſa contracta.*
8 *Fidejuſſor, qui ſe obligavit tanquam principalis, principaliter,*

cipaliter, & inſolidum, habetur pro correo & debitore principali.

9 *Declaratur dicta concluſio, & diſtinguuntur plures caſus, in quibus Bulla capiat fidejuſſorem ita obligatum, & quando non.*

DISCURSUS CI.

IMpoſitus fuit per Franciſcum Cantuccium nobilem privatum Peruſinum, de anno 1641. cenſus ſcut. 55.
1 pro ſorte ſcut. mille ad favorem Ceciliæ de Franchis, nuptæ Alexandro Puteobonello, ſub acceſſione Marcelli, & Petri Jacobi ejus fratrum, ſub pacto ſubrogandi novum fidejuſſorem in caſu mortis alicujus ex prædictis, & de anno 1643. fratres de Raſtellis, cum obligatione dicti Cantuccii, pro quo etiam dicti ejus fratres acceſſerunt, & cum eadem obligatione ſubrogandi novum fidejuſſorem, aliom impoſuerunt cenſum ad favorem ejuſdem Ceciliæ ſcut. 99. pro ſorte ſcut. 1820. atque facto caſu mortis Petri Jacobi, Franciſcus prædictus judicialiter pulſatus ad ſubrogandum ad formam ſuæ obligationis alium fidejuſſorem in locum demortui, de anno 1646. curavit dictis obligationibus accedere Comitem Adrianum Montemellinum Dominum caſtri *Montis Gualantri*, contra quem tractu temporis Cecilia mandatum executivum obtinuit ab A.C. tam pro fructibus quam pro ipſa ſorte, ad effectum deponendi pro implemento contentorum in inſtrumento cenſuali, illoque exhibito in Congregatione Baronum, ab iſta ad formam Conſtitutionis Clem. VIII. quæ vulgò *Bulla Baronum* nuncupatur, obtinuit deputari Commiſſarium pro dicti caſtri ſequeſtro, ad effectum exindè ad ejus ſubhaſtationem procedendi, non obſtantibus inveſtituris & fideicommiſſis, quibus illud ſubjacet, ad favorem filiorum & deſcendentium ejuſdem Comitis, in quorum præjudicium, de jure abſque dubio, illud hypothecari non potuit.

Quia verò non agebatur de prædicti Baronis ſeu Domicelli debito proprio, in cujus caſu vanum fuiſſet dictam executionem ac ſubhaſtationem impedire, ſed de debito alieno, & obligatione fidejuſſoria, aſſumptus fuit diſputandus hic punctus, adhuc novus & indeciſus; An ſcilicet Bulla prædicta locum habeat pro hujuſmodi æris alieni ſpecie; Licèt enim de facto plures Baronum & Domicellorum creditores, ex pretio caſtrorum per ipſam Congregationem ſatisfacti eſſent, quamvis debitum quoad ipſos Barones eſſet fidejuſſorium, nihilominus id contigit, quia nemo hanc difficultatem excitaverat, undè propterea nunquam de hoc formiter diſputatum fuit.

Scribens igitur pro Montemellino, defenſurus opi-
2 nionem negativam, illud imprimis præmittebam, quod licèt Rota antiquior *deciſ. 36. part. 5. recent,* dixerit hanc Bullam favorabilem, attamen ipſa Congregatio nunquam talem propoſitionem admittere voluit, ut præſertim habetur deductum *hoc tit.* ad hanc eamdem materiam hujus Bullæ, *in Romana pro creditoribus Marchionis Pallavicini diſc.* 74. & in aliis, quod inſinuabam ſentiiſſe quoque Rotam modernam *in Romana fideicommiſſi 6. Junii 1654. Veroſpio, & in Romana donationis 24. Januarii 1659. Cerro*, de quarum utroque caſu habetur pariter ſub hac eadem materia & titulo diſc. 84. & 85.

Et meritò, non ſolum ob ejuſdem legis exorbitantiam, ſed clarius ex *Conſtitutione* 117. *Urb. VIII.* ejus moderatoria, dum *in* §. 2. in principio dicit per verba præciſa, *juſtum, rationabile ac legibus conſentaneum eſſe, ut ſuprema teſtatorum voluntates, contractus, inveſtitura, aliaque diſpoſitiones ſuum effectum ſortiantur.* Ergo à contrario ſenſu, injuſtum, irrationabile, & legibus contrarium eſt, ut deſtruantur, ut etiam habemus in tranſlationibus penſionum, quæ ante conſtitutionem ejuſdem Urbani VIII. tales tranſlationum facultates modificantem non reputabantur adeò odioſæ, ob poſſibilem præmorientiam tranſlatatii ante transferentem, ut hodiè reputantur ob dictam conſtitutionem eas tales declarantem.

Et licèt *in d. Romana creditorum de Pallavicinis diſc.* 74. & in aliis ad hanc eamdem materiam, ego aliquam favoris mixturam in iſta Bulla ponderaverim, quoad ipſos ſcilicet Barones, & Domicellos debita contrahentes, ob facilitatem commercii, & alios effectus ibi ponderatos, attamen id huic præludio non adverſatur, ſed potius aſſiſtit, quoniam in hujuſmodi debitis purè fidejuſſoriis, non vigent illæ conſiderationes, quæ aliquem ſuadent favorem, reſpectu illius æris alieni, quod in eorum neceſſitatibus, pro congruis & rationabilibus cauſis Barones contrahere coguntur.

Hoc ita præmiſſo, dicebam, quod licèt in ea quæ-
ſtione, an ſub nomine debiti veniat illud, quod eſt ſolum fidejuſſorium, & an ſub nomine debitoris veniat 3
fidejuſſor, magis communis eſſe videatur affirmativa, anteſignanum habens *Bartolum in l. 1. num. 34. ff. ſi cert. petat.* ex deductis per *Hering. de fidejuſſor. cap. 20. §. 8. num. 1. & ſeq.* rejecta ſcientia, *Caſtr. Aret. Jaſ. & aliorum, in l. ſi fidejuſſor, ff. de leg. 1.* Nihilominus ſtante dictæ Bullæ odibilitate, & exorbitantia, ponderabam rectè applicari poſſe limitationem dictæ magis communi opinioni traditam per *Bald. in eadem l. prima, num.* 10. quam refert, & ſequitur *ibid. Decius, num. 97. verſ. & iſta concluſio*, ut ſcilicet id intelligatur juxta ſubjectam ma etiam, ac ſpectato fine ſeu ratione ſtatuti ſeu legis de debitore diſponentis, an conveniat necne fidejuſſori, quæ conſideratio ſatis influit ad ſequentes ponderationes, ex quibus, in littera, & ratione Bullæ deducitur, Pontificem legiſlatorem de hujuſmodi debiti ſpecie non ſentiiſſe.

Et de ſtatuto odioſo loquente de debitore, quod non capiat fidejuſſorem, *ex Roman. in d. l. 1. ff. ſi cert pet. n. 37. & 38. Alex. ibid. num. 49.* cum aliis deductis per *Aſinium de execut. dict. §. 1. cap. 2. num. 16. cum duobus ſeq. i lott. de in litem juran. §. 49. num. 18.* ubi quod Statutum Mediolani mandans colonos fictabiles poſſe carcerari, non habeat locum in eorum fidejuſſoribus; Quidquid enim ſit de veritate præmiſſorum, ubi ea principaliter, & de per ſe examinanda forent, ſatis tamen conſiderabilia dicebam ad effectum prædictum, coadjuvandi ejuſdem Bullæ intelligentiam, de qua infià.

Deveniendo autem ad ſpecialia, atque examinando prius litteram, deindè verò legis prædictæ rationem,
in §. 1. & 2. expreſsè conſiderantur eorumdem Baronum 4
debita contrahentium fidejuſſores, quibus etiam, utpotè indemnitatem de jure habere debentibus, ſpecialiter providetur, cum tamen fidejuſſores in caſu quo pro eorum principalibus ſolverent, efficiantur creditores, atque ſub iſtorum nomine abſque dubio veniant; Ex hoc enim ad duo inferebam, primò ad diſcretivam, quod de fidejuſſoribus in ſpecie legiſlator cogitavit, atque ubi voluit dixit ad regulam *text. in l. unic. §. fin. autem, Cod. de caducis tollen.* Et ſecundo, quod ubi, id quod alias veniret ſub generali, deducitur tanquam ſpeciale, tunc argumentum eſt, quod id cogitatum non ſit contineri ſub priori generalitate, ex theorica *Bald. in l. 4. §. quaſitum, num. 6. ff. ſi quis cantion. & l. ſi quis mihi, §. juſtum num. 3. ff. de acquir. hared. ubi quod* tantum non valeat generale quoad generalia, quantum ſpeciale quoad ſpecialia, & *in auth. habita, num. 62. C. ne filius pro patre*, ubi quod ſi ratio ſpecialitatis major eſt cum uno quàm cum alio, tunc magis ſpeciale derogat ei, quod eſt minùs ſpeciale, ſed magis generale.

Secundò quia, tam in proœmio, quàm in toto contextu, Bulla loquitur de illis creditoribus (per verba præciſa) *qui eorum pecunias crediderunt*, & *in* §. 9. loquitur *de illis, qui debitum contraxerint*, ideóque tam verba, quàm intentio dirigi videntur ad ipſos principales debitores, potiſſimè quia *in* §. 2. explicat aliquas debiti ſpecies, ratione ſcilicet, mercedis, cibariorum, veſtiarii, & ſimilium, & *in* §. 8. ponderat impoſitiones

cenſuum,

cenſuum, & erectiones montium, undè ſemper percutit debita principalia, quæ verborum ponderatiooes, ubi ſolæ & de per ſe non omninò concluderent, attamen junctæ cum rationibus, da quibus infrà ſatis urgere videntur.

Et tertiò ſatis urgere ponderabam, qood *in* §. 13. diſponitur fideicommiſſa reintegrari debere de aliis bonis liberis Baronis, pro cujus debito, caſtra, & bona fideicommiſſaria per Congregationem diſtracta ſunt; Et quatenùs bonorum venditorum pretium, ſolutis debitis exuberaret, mandatur illud inveſtiri, & multiplicari uſque ad fideicommiſſi reintegrationem in toto valore bonorum diſtractorum, undè cum Baroni fidejuſſori pro principali debitore ſolventi, de jure competat actio obtinendi ex bonis dicti principalis debitotis relevationem ſeu reinregrationem, utique ſi Papa de iſto etiam caſu diſponere voluiſſet, providiſſet de inveſtimenro iſtius pecuniæ à peincipali recuperandæ pro fideicommiſſi reintegratione, dum abſque dubio ad id cogitaſſet, ex quo erat doctiſſimus Juriſconſultus, edoctus à celebri Silveſtro Aldobrandino ejus genitore, ac diu potiùs in munere Advocati Conſiſtorialis, deindè in altero Auditoris Rotæ verſatus, ultra alia munia in ſtatu Cardinalatus, ita ut inter magis doctos illius ſæculi Juriſconſultos, communi voto computaretur.

Quo verò ad rationes, motus fuit Pontifex ad hanc 5 omninò novam legem edendam, ut conſuleret ſimplicitati illorum, qui bonam fidem Principum, Ducum, Marchionum & aliorum hujuſmodi ſequuti ſunt, ut probat ejuſdem conſtitutionis contextus in principio, & clarius probat dicta alia conſtitutio moderatoria 117. *Urb.*8. §.2. ubi eos commiſeratione dignos dicit, & econverſo indignos reputat eos, qui ſcientes vincula, juxta formam ibi præſcriptam in archivio publicata, vel ſcire negligentes contraxerunt, undè propterea Rota *in Romana vinea* 20. *Martii* 1665. *coram Cerro in fin.* credidit ſolam ſcientiam fideicommiſſorum ſeu vinculorum ſufficere, quod tamen minùs tutum mihi videri, habetur *in Romana Bulla archivii*, *hoc tit. diſc.* 87.

Si ergo lex percutit eos, qui eorum pecuniam Baronibus crediderunt, eorumque fidem ſequuti ſunt, convenire non videtur fidejuſſoribus, quibus verè ac directè pecunia credita non eſt, ubi potiſſimùm agitur de fidejuſſoribus ex intervallo, ut in præſenti, cum tunc verè, nec littera, nec ſenſus, nec ratio dictæ Bullæ intrare videantur, ut infrà.

Præterea, ut ſæpius dicere conſuevi occaſione aliarum controverſiarum, de quibus *hoc eodem tit.* dicen-6 dum non eſt, per adeò pium, doctum, & probum Pontificem, talem legem, abſque probabili ratione conditam eſſe, ſed exquirenda eſt congrua ratio, quæ illam ab exorbitantia, atque ab odio omninò irrationabili ſalvet, quæ ratio alia congruentius adaptabilis non videtur, niſi illa, in qua plerique tenent fundatam etiam eſſe diſpoſitionem *auth. res quæ, Cod. commun. de legat.* (ubi pariter fideicommiſſorum derogatio, ac bonorum fideicommiſſariorum diſtractio demandatur,) veriſimilis ſcilicet voluntatis ipſius fideicommittentis, vel primi acquirentis, à quo vinculum favore ſucceſſorum injunctum eſt, cujus voluntatis præſumptionem lex facere poteſt haberi pro probata, eodem modo, quo Statutum laicale ſtatuere poteſt præſumptivam probationem doli, metus, vel fraudis in contractibus abſque certa ſolemnitate initis, undè propterea indirectè tollitur virtus juramenti, cum ſimilibus.

Iſta verò ratio, adaptabilis eſt illis debitis, quæ 7 per Baronem contrahantur, pro ſe, ejuſque familia ſubſtentanda, aliiſque urgentiis, quibus ſaltem remotè, ac taliter qualiter convenire valeat dicta præſumpta veriſimilis voluntas fideicommittentis, nullatenùs autem debito alieno, & fidejuſſorio, quod meram jacturam abſque propria utilitate, ac imprudentem ſuorum bonorum diſſipationem continet, ex congeſtis per *Henrig. de fidejuſſor. cap.* 1. *num.* 9. *& ſequent.*

Quod mirificè comprobatur ex firmatis per *Caſſeran. deciſ.*169. *&* 170. in terminis Decreti Ducalis Sabaudiæ, demandantis alienationem feudorum, quamvis haberent formam pacti, & providentiæ pro debitis feudatarii poſſeſſoris (quod decretum ſingulariter ſimbolizat cum hac Bulla, unde dictæ deciſiones ſunt meliores auctoritates, quæ in hoc propoſito habeantur in toto corpore juris,) quoniam *in deciſ.* 169. *n.*20. *& per tot. & deciſ.* 170. *& num.*27. *&* 10. *ac per totum*; firmatur talem legem intelligendam eſſe pro debitis, ex juſta, & rationabili cauſa contractis, non autem pro merè volunrariis, imprudentes diſſipationes potiùs continentibus, indagando veriſimilem legiſlatoris voluntatem, ut ſcilicet omninò improbabile ſit, quod ita inducere ſeu fovere voluerit peccatum, quod in prodigalibus, & imprudentibus diſſipationibus, ut plurimùm eſſe ſolet, idemque probatur ex dicto text. *in authent. res quæ*, cujus termini pariter ſunt ad rem ſatis proximi, dum ex ea conceditur bonorum fideicommiſſariorum diſtractio pro dote vera, non autem confeſſata, ac etiam pro dote congrua, non autem exceſſiva, & voluntaria, ideóque fortius in præſenti.

Major autem difficultas erat in eo, quod ubi etiam præmiſſa procederent in debito merè fidejuſſorio, non 8 tamen admittenda veniunt in eo, qui ſe tanquam principalem, principaliter, & inſolidum obligavit, ut eſt hodiè conſueta formula fidejubendi, & juxta quam in hac facti ſpecie dictus Baro ſe obligaverat, licet enim reſpectu principalis debitoris adhuc dicatur fidejuſſor, ab iſto relevandus, nihilominus quoad creditorem dicitur correus debendi, ac debitor principalis, ab alio correo non diſtinguendus *Gregor. & Adden. deciſ.*167. *&* 445. *Burats. & adden. deciſ.*674. cum aliis *diſc. præced.*

Pro iſtius objecti ſolutione, cum ſenſu etiam veritatis, tres dicebam diſtinguendos eſſe caſus, quorum primus eſt, ubi creditor non eſſet iſtius circumſtantiæ 9 conſcius, quia nempè pecuniam daret Baroni, & privato tanquam duobus principalibus correis debendi, eorum fidem principaliter ac inſolidum ſequendo, cum tunc nil pertineat ad creditorem principaliter ſequutum fidem Baronis, quid ipſe iſto caſu agat de receptis pecuniis *juxta text. in l. ſi fænebris pecunia* 13. *Cod. ad Velleian.* ita conciliatum cum text. *in l. Seia* 18. §. *fin. ff. eodem*, ubi ſcilicet creditor ab initio bonam fidem mulieris ſequutus ſit, licet poſtea ſciverit pecuniam ad maritum obveniſſe, de quo benè *Roder. de ann. reddit. part.* 2. *quæſt.*5. *ex num.*21. *ut eodem diſc. præced.*

Secundus caſus eſt, ubi ſciente creditore ab initio debitum ſpectare ad privatum, Baro verò accedit tanquam fidejuſſor, quamvis pro removendo beneficio excuſſionis, aliiſqua fidejuſſorum exceptionibus, ſe quoque obliget tanquam principalem, principaliter, & inſolidum, & tunc licèt ex ratione *dict. text. in l. ſi fænebris pecunia* & alterius *in d. l. Seia* § *fin.* probabilius contra creditorem reſpondendum videretur, urgentibus etiam ponderationibus, de quibus ſupra ac *dicto diſc. præced*, nihilominùs quia è converſo non urget ratio fraudis, de qua in dictis juribus, tunc ſuper hoc utpotè extra caſum controverſiæ, dum hæc ſcribebam, remanſi indeterminatus, cum creditor dicere poſſet, ſe Baroni potiùs crediſſe quàm privato, cujus fidem aliàs ſequotus non eſſet, potiſſimè quia ſæpiùs Barones, & Magnates, honorificentiæ cauſa, & ne ipſi videantur in eo indigentiæ ſtatu conſtituti, ſupponere ſolent famulos vel fiduciarios, ut principalium debitorum figuram gerant, ipſi verò intervenìant tanquam fidejuſſores, ideóque creditor divinare non poteſt, quando talis actus fidejuſſorius, verè vel ſimulatè fiat, ut poſtmodum examinatum habetur *dicto diſc. ſeq.* ubi videndum.

Tertius demùm eſt caſus præſentis controverſiæ, in quo creditor, ſolius privati fidem ſequutus eſt, ſub conditionali, ſeu eventuali conventione futuri interventus novi fidejuſſoris in genere, non ſpecificando, an hic, Baro, vel privatus eſſe deberet, iſto enim caſu dici non poteſt, creditorem bonam fidem Baronis ac Bullæ ſequutum fuiſſe, atque Baroni ejus pecuniam credidiſſe, undè propterea ceſſat unica, & potiſſima ratio dictæ Bullæ ex ejus contextu probata, & melius explicata in dicta *Conſtitut.* 117. *Urbani VIII.* Ita ut nulla penitùs urgere videatur ratio, ob quam ejus diſpoſitio intret, ſeu creditori commiſerandum ſit, tali etenim caſu, quamvis Baro ex intervallo accedendo ſe obligaverit, tanquam principalis, principaliter, & inſolidum, undè ad effectum amittendi beneficia fidejuſſoribus competentia, fictè dici poſſit principalis reus debendi, nihilominùs eſt impoſſibile naturaliter, & de facto, ut verè dici poſſit principalis, ac talis correus, cujus fidem creditor ſequutus ſit, aliàs privato non crediturus, dum quando ſuam pecuniam credidit privato, incertus erat, an caſus hujuſmodi renovationis eventurus eſſet nec ne, & quamvis ad eum cogitare potuiſſet, adhuc incertus erat, an novus fidejuſſor eſſe deberet, Baro, vel privatus, & conſequenter nulla penitus urget ratio, quæ dictæ Bullæ diſpoſitioni locum aperiat; Undè reflectendo etiam ad veritatem, credebam iſtum caſum non cadere ſub Bulla, ac eſſe longè minus dubitabilem, quàm alterum, de quo *dicto diſc. præced.*

ROMANA SOLUTIONIS

Pro CREDITORIBUS PATRIMONII MONALDENSIS

Cum SPADENSIBUS, ET FANIS.

Caſus diſputatus in Congregatione Baronum, & reſolutus contra creditores.

Solutiones factæ de ordine Congregationis Baronum ex pretio caſtrorum alienatorum debitoris, creditori ex diverſis cauſis, in quæ debita cedere debeant, an poſſint referri ad credita poſteriora in præjudicium eorum, qui ſunt creditores intermedii.

S U M M A R I U M.

1 *Caſus controverſia.*
2 *Solutiones factæ creditori ex variis cauſis, in quam cauſam cedant.*
3 *Contractus cenſualis an reſcindatur per decoctionem debitoris, & formato concurſu creditorum, an cenſuales poſſint petere ſortem.*
4 *Quid in terminis Bullæ Baronum.*
5 *Congregatio Baronum non poteſt gratificari creditoribus, & ſolvere prius in cauſam crediti poſterioris, quàm anterioris.*
6 *Creditor ex pluribus cauſis ſatisfactus à Congregatione Baronum cum obligatione de reſtituendo prioribus, &c. an poſſit pecunias referre ad credita poſteriora, & tenere credita anteriora viva, & fructifera.*
7 *De intereſſe damni emergentis, quando debeatur.*

DISCURSUS CII.

MOnaldenſis, de quibus non ſemel *hoc tit.* ad hanc eandem materiam Bullæ Baronum actum
1 habetur, plures cenſus impoſuerunt ab anno 1629. ad 1631. ad favorem illorum de Spadenſibus, ab an. verò 1633. ad 1637. impoſuerunt alios, atque venditis de anno 1644. per Congregationem Baronum ad formam Bullæ Clem. VIII. caſtris, & bonis eorumdem, ut creditoribus ſatisfieret, deliberatæ fuerunt ex dicto pretio dictis Spadenſibus diverſis vicibus notabiles pecuniarum ſummæ, quas iſti prætendebant inprimis referendas eſſe in cauſa omnium cenſuum debitorum, econverſo creditores intermedii, poſteriores ſcilicet primis cenſibus impoſitis uſque ad annum 1631. anteriores verò aliis impoſitis ab ann. 1633. citra, prætendebant ſolutiones ceſſiſſe in debitum anterius, prius fructuum, & deindè extinctionis ſortis, non autem in credita poſteriora, & effectus quæſtionis erat maximus, ob curſum affirmativum vel negativum fructuum ex cenſibus anterioribus à tempore dictarum ſolutionum citra, & diſputato puncto.

Congregatio tenuit pro Spadenſibus, ſeu Fanis eorum ſucceſſoribus ut ſcilicet ſolutiones prædictæ cederent in cauſam omnium fructuum maturatorum, quodque ſi quæ portio eſſet avocabilis per poſteriores, ſtante obligatione de reſtituendo prioribus, & potioribus, &c. id operaretur facultatem avocandi, non autem relationem prædictam, potiſſimè quia talis fuerat ipſorum petitio, quando ſolutiones obtinuerunt; Qualia verò fuerint fundamenta, ex quibus, non obſtantibus infraſcriptis, ita reſolutum fuerit, incertum eſt, dum hoc Tribunal non edit deciſiones vel motiva, neque de ſuis reſolutionibus rationes reddit, ut unicè in Curia facit Rota, ſed quantum deſumi potuit, proceſſum fuit cum regulis generalibus deſumptis ex diſpo-
ſitione *text. in l. 1. cum ſeq. ff. de ſolut.* de quibus poſt 2
antiquiores latè *Gratian.* (neſcio an explicans vel involvens materiam) *diſc. for. c. 224. Burat. & add. deciſ.* 284. & alii, de quibus in ſua materia *ſub tit. de credito* ſæpius, quod ſcilicet prius cedant ſolutiones in cauſam fructuum, quàm ſortis, ubi potiſſimè agitur de cenſibus, in quibus ſors ex parte creditoris eſt irrepetibilis, ideoque ſolutio potiùs referenda eſt ad illud debitum, pro quibus debitor urgeri poterat, & clarius ubi creditor expreſsè declarat, debitore non contradicente in quam cauſam ſolutionem recipiat, quoniam ita eſt quæſtio voluntatis, decidenda ex juris præſumptionibus in caſu ambiguo, non autem ubi voluntas creditoris eſt clara, per debitorem ob non contradictionem potiùs implicitè approbata *deciſ. 193. num. 4. & 5. part. 5. rec. 439. num. 39. & 40. part. 9. Romana pecuniaria 5. Junii 1655. Celſo, & ſæpius.*

Mihi, ad veritatem etiam reflectenti, reſolutio non placuit, quidquid enim ſit in ſolis terminis juris com-
munis, an ſcilicet formato concurſu in bonis debito- 3
ris, ſors cenſuum efficiatur repetibilis, quo etiam caſu probabilior videtur affirmativa plenè comprobata per *Salg. de in labyrint. part. 1. cap. 22.* & comprobat receptus ſtylus Tribunalium Neapolis, ut per decoctionem creditoris Inſtrumenta cenſualia, illicò habeantur pro reſciſſis, ut occaſione iſtiuſmet patrimonii habetur aliàs actum *hoc eod. tit. diſc.* 81. iſta quæſtio ceſſabat in
facti ſpecie, non ſolùm ex diſpoſitione ipſiuſmet Bullæ 4
§. 4. ut advertitur per *Rot. apud Buratt. deciſ. 482. num. 4.* de quo dubitari poteſt, quaſi quod Bulla ponat quidem in arbitrio, & facultate Congregationis cogendi creditores cenſuarios ad recipiendam ſortem, & extinguendos cenſus, ita ut in ipſam tanquam adminiſtratricem patrimonii, tranſiiſſe dicatur illa libera redimendi facultas, quæ competit debitori, non autem, ut in creditoris arbitrio poſitum ſit talem repetitionem facere, dum Curia non recipit opinionem reſciſſionis contractus cenſualis per decoctionem ut *in dicto diſc. 81. hoc tit.*

Sed clarius ex ſpeciali chirographo Urb. VIII. per quod expreſsè diſponitur, ut illicò facta venditione, ac depoſitato pretio, inſtrumenta cenſualia cenſeantur reſciſſa, & creditores intimati negligentes ſatisfactionem, non poſſint prætendere fructus, ut habetur *in dicto diſc.* 81. ſuper puncto reviviſcentiæ cenſuum ſemel extinctorum, unde propterea illicò effecta erant unius & ejuſdem naturæ credita, tam ſortis quam fructuum, æqualiter urgentia, ita ut ceſſaret ratio, quod unum debitum urgeret, alterum non; quodque unum

eſſet purum, alterum verò conditionale, ex quibus rationibus potiùs in cauſam fructuum, quàm ſortis ſolutio refertur; Et hoc poſito dicebam, reſultare de plano, ſolutionem ad debitum anterius referendam eſſe, potiùs quàm ad poſterius, dum ceſſabat unica ratio, majoris vel minoris urgentiæ, ob quam ſæpius, ad poſterius magis, quàm ad anterius talis relatio facienda eſt.

Neque alicujus momenti videbatur alterum fundamentum, ut regulæ legales aliàs attendendæ in caſu
5 dubio, ceſſent, ubi accedit clara, & declarata voluntas creditoris à debitore non impugnata, ut in præſenti dicebatur, dum dictis de Spadenſibus petentibus liberationem pecuniarum in vim mandati per judicem ordinarium relaxati pro fructibus maturatis omnium cenſuum, Congregatio, quæ perſonam debitoris repræſentabat, non contradixit, ſed potiùs ſimpliciter de mandando ſolutionem, viſa eſt petitis annuiſſe; Hæc etenim rectè procedere dicebam in iis voluntariis ſolutionibus, quæ fierent per debitores, liberam ſuorum bonorum adminiſtrationem habentes, & in quorum facultate repoſitum eſt, ſolutiones, ad unam potius, quam aliam cauſam referre, ſecus autem ubi debitore, naturaliter, vel civiliter mortuo, ejus patrimonium eſt ſub legali adminiſtratore, cum in iſto non detur illa gratificandi facultas, quæ in ipſomet principali in ſtatu valido conceditur, ut in terminis adminiſtratoris deputati patrimonio exiſtenti ſub concurſu latè *Salgad. in labyrint. part.4.cap.8.* ubi concordantes.

Clarius verò ſtante expreſſa diſpoſitione ejuſdem Bullæ §.5. ut ſolutiones, juxta creditorum anterioritatem, & potioritatem fieri debeant, cum tunc ad excludendum malæ adminiſtrationis delictum, quod aliàs in ipſa Congregatione dandum eſſet, nullatenus admittendum, nec præſumendum, atque regulando voluntatem à poteſtate, ſolutio referri debeat ad eam cauſam, in quam de jure facienda erat, & ut prudens adminiſtrator ſeu pater familias ſolviſſet, ut in propoſito habetur *deciſ.409.num.5.part.9.rec.*

Fortius autem, ſtante obligatione facta per credito-
6 rem de reſtituendo prioribus, & potioribus, tunc enim quia pecunia ſemper dicitur penes eum extare, perindè ac ſi non eſſet ſoluta, ita ut bonæ fidei conſumptio allegari non valeat, ſequitur eandè, quod ſciens adeſſe anteriores credito poſteriori, non poſſit pro iſto retinere, atque creditum anterius habere vivum, ut benè *dicta deciſ.409.num.19 cum ſeq.& num.27.part.9.rec.& deciſ.79.num.9.& 10 part.10.*

Ad idem facientibus firmatis *in Romana computorum 23. Martii 1618. coram Coccino, & in Romana Cambiorum 17. Februarii 1659. coram Verospio*, ut ſi creditor habeat ea alia cauſa pecuniam debitoris in manibus, dicere non poſſit illam penes ſe utpote depoſitam retinuiſſe otioſam, & promptam reſtitutioni, & interim tenere eumdem debitorem ſub uſuris pro æquivalenti ſumma, ſibi ea alia cauſa debita, ſed ad impediendum curſum uſurarum, teneatur illicò cum ſeipſo compenſare, ut *in dicta Romana cambiorum ſub tit. de cambiis*, & in aliis *ſub tit. de uſur.* ac altero *de credito*; fortius verò in præſenti, dum agebatur de patrimonio decocto, atque præjudicium non erat debitoris, æqualiter, ſive pro anteriori ſive pro poſteriori debito moroſi, ſed erat creditorum intermediorum, quibus ita nimis evidens fraus fieret, retinendo debitum anterius vivum, prout in propoſito reviviſcentiæ cenſuum jam extinctorum dictum eſt, atque aliàs, non prudens, & benè regulata eſſet adminiſtratio, quam Papa pro publico bono, & commercii conſervatione huic Congregationi commiſit, contra mentem Pontificis, ac præcipuum finem, ob quem iſtius Tribunalis erectio facta eſt.

Atque intrare quoque videntur ea, quæ *diſc. ſequenti* habentur de creditore culposè retinente in
7 manibus illas pecunias, quas rectè ſcit non eſſe ſuas, ut teneatur etiam ad uſuras paſſivas, quibus patrimonium ſubjectum fuit, ob hujuſmodi pecuniarum uſum in ſatisfactionem talis debiti de neceſſitate convertendarum, tanquam ad intereſſe damni emergentis; Ideò enim Princeps in hujuſmodi patrimoniis per Dominos malè adminiſtratis, per ejus magiſtratus manus apponit, ut non permittatur ulterius, ex debitoria negligentia uſuras corrodere totum; in præjudicium poſteriorum; ſed fiat punctus in eo ſtatu, eoque attento omnibus creditoribus, tunc exiſtentibus juxta ordinem ſatisfiat.

† Vide *ſub tit. de Credito diſc.43. & ſeqq.*

ROMANA DAMNORUM

Pro EISDEM CREDITORIBUS PATRIMONII MONALDENSIUM

Cum ALIQUIBUS PARTICULARIBUS EJUSDEM PATRIMONII CREDITORIBUS.

Caſus reſolutus per Congregationem contra creditorum Univerſitatem.

Creditor patrimonii decocti exiſtentibus ſub adminiſtratione Congregationis Baronum, qui ex pretio bonorum diſtractorum exegit ſcienter indebitum, an pro tempore quo indebitam pecuniam in manibus habuit, teneatur ad intereſſe damni emergentis, ob uſuras, quibus idem patrimonium ſubjectum fuit, cum creditoribus aliis ex dictis pecuniis dimittendis.

SUMMARIUM.

1 *Caſus controverſia.*
2 *Si creditor pecuniam, quam accepit cum obligatione de reſtituendo. &c. inveſtiit in effectus fructiferos, non moleſtatur ab anterioribus pro fructibus, quos facit ſuos.*
3 *Non dantur fructus fructuum, & uſura uſurarum, & num.7.*
4 *Declaratur concluſio, de qua num.2.*
5 *Quando intereſſe legatorum debeatur remiſſivè.*
6 *De intereſſe damni emergentis, quando debeatur, & declaratur deciſio Mohedani.*
7 *Declaratur concluſio, de qua num.3.*

DISCURSUS CIII.

CUm quidam creditores patrimonii Monaldenſium, ex pretio caſtrorum ſatisfactionem obtinuiſ- 1
ſent, cum aliquo tamen exceſſu ſcienter, hinc proindè ad inſtantiam Univerſitatis creditorum dicti patrimonii fuerunt illi conventi, ad ſolvenda, ſeu imputanda interuſuria ratæ indebitè, & exceſſivè exactæ pro toto eo tempore, quo præſertim retinuerunt inveſtitam pecuniam exactam in locis montium fructiferis, idque tanquam intereſſe illius damni emergentis, quod cum præjudicio creditorum poſteriorum ita remanentium abſque ſatisfactione, patrimonium paſſum eſt in fructibus, vel uſuris decurſis, ad commodum illorum creditorum, qui aliàs cum dicta pecunia dimiſſi fuiſſent.

Verùm Congregatio ſummum rigorem exercendo contra patrimonium, & creditores poſteriores, circa reviviſcentiam cenſuum, ut in Romana reviviſcentiæ cenſuum *hoc tit. diſc.81.* maximam æquitatem econverſo exercere voluit cum eiſdem creditoribus, contra regulam, quod *quiſque juris, &c.* & contra æqualitatem in judicio ſervandam.

Mota fuit ad ita ſentiendum, ex eo quod pluries per
Rotam firmatum eſſet, creditorem qui non valens, vel 2
nolens recipere pecuniam ſub cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, elegit, juxta praxim Congregationis, eam inveſtire loco cautionis in tot locis mon-

tium

Digitized by Google

tium ita vincularis, ſi tractu temporis ab anterioribus pulſetur ad reſtituendum, faciat interim ſuos fructus ex dictis locis montium perceptos, neque ad iſtorum reſtitutionem ſub motivo malæ fidei urgeri valeat, ut per *Coccin.deciſ.*498.& latius *deciſ.*232 *part.*8.*recent.*

Et quoad intereſſe damni emergentis, ſequendo *deciſionem Mohedani ſecundam de uſur.* quam paſſim ſequitur Rota, & Curia Romana, credidit non concurrere requiſita ad id neceſſaria, ut ſcilicet, mediante interpellatione cum proteſtatione conſtet, moram, vel culpam non ſolventis, fuiſſe cauſam præciſam, & immediatam damni, potiſſimè verò, quia dictæ pecuniæ indebitæ aliqua pars erat ex cauſa fructuum decurſo-
3 rum, pro quibus aliqui, confundendo terminos, dicebant perperam peti interuſuria, cum ita eſſet dare fructus fructuum, quod continet anathociſmum, jure etiam civili damnatum, *in l.final.Cod. de uſur.* ut per *Merlin. deciſ.*409. *alias* 301. *part.*5. *recent.* & alios latè congeſtos *per Andreol.controv.*210. & ſæpius *ſub tit. de uſur.* & ſub aliis *de cenſibus, & de cambiis.*

Verùm, cum ſenſu veritatis, liberè etiam ipſi Congregationi inſinuato, dicebam, ſcribens pro patrimonio, ſeu univerſitate creditorum, meum intellectum capere non poſſe, quomodo poſſent ſimul ſtare, prior rigoroſa reſolutio ſuper cenſuum reviviſcentia, cum rigoroſo curſu fructuum ad primævam impoſitionis rationem contra patrimonium, & iſta tam æquitativa reſolutio ad favorem creditorum, ita ſcienter hoc indebitum exigentium, & retinentium, non otioſum, ſed fructiferum.

Quamvis enim hunc punctum diſputando, acrius inculcarem inſubſiſtentiam dictæ alterius reſolutionis ſuper reviviſcentia cenſus ad priorem rigoroſum fructuum curſum; Subjungebam tamen, quod ubi etiam in contrarium, & pro reſolutione aſſiſteret veritas ſæpius ignota Advocatis, à cauſæ ſeu propriæ opinionis affectione faſcinatis, negari tamen non poterat, hunc eſſe ſummum juris apicem, ita ſaltem temperandum, potiſſimè dum illi, qui indebitum exegerant, dupliciter de lucro contendebant in concurſu creditorum poſteriorum de mero damno, & proprii crediti amiſſione, etiam in ſorte principali contendentium.

Non negabam enim veritatem concluſionis ſuperius firmatæ, ut ſcilicet creditor poſterior, in caſu avo-
4 cationis, urgeri non valeat ad reſtitutionem fructuum, quos interim percepit ex inveſtimento pecuniæ ſibi reſolubiliter ſolutæ, ex ea ratione quod ipſe non dicitur recepiſſe loca montium, vel aliud inveſtimentum tanquam ſpeciem, ſed remanet debitor quantitatis, pro cujus cautione ſolùm remanet inveſtimentum ſuo periculo interim exiſtens, ut in allegatis deciſionibus præſertim *dicta deciſ.*232. *part.*8. *recent.* Sive ubi etiam recepiſſet tanquam ſpeciem, non niſi ad ejus reſtitutionem obligatus, quòd interim donec anterior detegatur, & avocare declaret, ipſe dicatur in ſtatu bonæ fidei, vel ſaltem non malæ, ob quam à fructibus perceptis, & conſumptis excuſetur (quæ tamen ſecunda ratio adaptabilis non erat ad iſtos, qui indebitum ſcienter exegerant in ſtatu certæ malæ fidei ſemper exiſtentes,) ſed
5 id ponderandum dicebam, ut ita locus eſſet æquitati prædicti rigoris temperativæ, ex iis, quæ in propoſito uſurarum legati ſæpius habentur deducta *ſub tit. de uſuris ex Gratian. diſcept.*688.*num.*22.*Marant. ſuo reſponſ.*14. *lib.*1. *& aliis*, præſertim *in Marſicana legati*, quod ſcilicet hæres non teneatur ad uſuras legati conſiſtentis in quantitate, niſi conſtet, pecuniam legatario ſolvendam, tenuiſſe interim inveſtitam in effectus fructiferos; Quidquid enim ſit de veritate hujus aſſumpti, quando de illo principaliter agendum eſſet; ex iis quæ habentur *in dicta Marſicana ſub tit. de uſur.* in propoſito tamen ponderabam rectè adaptabilem eſſe illam æquitativam rationem, quæ per Doctores dicto caſu conſideratur, ad temperandum in præſenti nimium rigorem ex dicta reviviſcentia ut ſupra reſultantem.

Præterea in ſtricta etiam juris cenſura, juſta videbatur dicta creditorum petitio, quoniam, ut ſæpius di- 6
ſtinguendo habetur *ſub tit.de uſur.* præſertim *in Æſina cenſus*, & in aliis eatenus Curia recepit benigniorem opinionem *Mohedan.* rejecta altera, quæ tribuitur *Rubeo conſ.*104.*lib.*4. (& quam veriorem probare conatur *Leotar. de uſur.quæſt.*75.*num.*10.*cum ſeq.*) quatenus concurrat incertitudo, an pecunia convertenda eſſet in extinctionem debiti uſurarii, vel potiùs in alios uſus ita ut iſta poſſibilitas ab hujuſmodi intereſſe damni emergentis debitorem excuſet, ſecus autem ubi certitudinaliter, & præcisè tali uſui pecunia eſt deſtinata, ut firmatur in eadem *Æſina cenſus* 16. *Junii* 1664 *coram Cerro*, & non negatur in altera ejus revocatoria ex aliis motivis 27. *Februarii* 1665. *coram eodem.*

Et hic eſt caſus, quoniam agebatur de pecunia pa- 7
trimonii decocti, exiſtente ſub adminiſtratione Congregationis Baronum; ideòque, tam in extentione juris communis, quàm ex ſpeciali diſpoſitione Bullæ Baronum, & magis individualiter ex chirographo particulari, eroganda erat in diſſolvendis debitis, quæ omnia erant uſuraria, & fructifera, neque volens poterat Congregatio, legalis adminiſtratoris partes gerens, eamdem pecuniam in alios uſus convertere; Igitur indubitatum erat hanc indebitam exactionem, & reſpectivè retentionem, abſque dubio magis redolentem majorem culpam, quam illam reſultantem ex ſimplici mora contracta per lapſum temporis ſolutioni adjecti, fuiſſe cauſam præciſam, & immediatam damni, quia pecunia perneceſſe in iſtam cauſam eroganda erat.

Aliqui ex Dominis, volentes materiam ſubtilius tractare, indagabant aliquos patrimonii creditores non uſurarios, ex cauſa veſtium, & victualium, & ſimiles, unde propterea dicebant, adhuc ſubſiſtere, juxta deciſionem *Mohedani* potentiam converſionis pecuniæ in alios uſus, ſed non erat bona reſponſio, quia ſi Congregatio, partes boni, & prudentis adminiſtratoris facere volebat, tenebatur prius dimittere creditores magis duros, & uſurarios, & nihilominùs hæc erat nimia ſubtilitas pro excuſandis illis, ad quorum favorem econverſo, tam nimius juris rigor amplectebatur.

Et ad id, quod motivabatur de dicto intereſſe perperam prætenſo ex rata exacta in cauſam fructuum, replicabam iſtud eſſe æquivocum clarum, quoniam anathociſmus intrat in creditore, qui uſuras uſurarum, ac acceſſiones acceſſionum vult aſſequi, remanente in natura uſurarum, vel acceſſionum illo credito, ex quo novæ acceſſiones, & interuſuria prætenduntur, ſecus autem ubi agitur cum tertio, qui totum exegit, ſive ſub nomine ſortis, ſive fructuum id actum ſit, quia quoad eum totum dicitur ſors, ut poſt antiquiores ab eis allegatos latè *Leotar.de uſur.quæſt.*5.*n.*14. *cum ſeq. & quæſt.* 87. *Franch. deciſ.*254. *in fin. & Rovit. deciſ.*9. *num.*17. apud quos, de tutore, ſocio, procuratore, & aliis exigentibus, ac retinentibus cum damno Domini pecuniam non ſuam, quia ubi intrat actio ad intereſſe, procedit indefinitè, cum totum ſit ſors, undè iſtud videbatur fundamentum nullius ponderis, atque dicta reſolutio, juncta cum alia contra patrimonium reviviſcentiæ cenſuum, reflectendo etiam ad veritatem, minus probabilis videbatur.

† De fuit occaſio ulterioris diſputationis.

DECISIO TRIBUNALIS
M. R. C. REGNI SICILIÆ,

In Cauſa

Succeſſionis Principatus Buteræ, cum Dignitate Magnatis Hiſpaniarum, Petræpretiæ, & aliorum Statuum, ac Feudorum vacantium ob mortem D. Donnæ Margaritæ ab Auſtria & Branciforte.

In forma juſtificationis Suffragiorum, quæ ab Illuſtr. & Spectab. judicibus in cauſa lata fuere, ut ad Regale Italicarum rerum Supremum Conſilium via recognoſcendi tranſmitti deberent.

S. C. R. M.

SUBORTA lite & quæſtione inter Don Joſeph Branciforte Santa Pau & Barreſi, Mazareni Comitem ex una, & Don Joſeph Branciforte Santa Pau & Barreſi, Comitem Racudiæ ex altera, ſuper ſucceſſione Principatus Buteræ & Petræpretiæ, Marchionatus Licodiæ, Barrafrancæ, & Militelli, aliorumque Statuum, & feudorum vacantium ob mortem Donnæ Margaritæ ab Auſtria, & Branciforte ultimæ prædictorum Statuum poſſeditricis, quæ nullis relictis deſcendentibus diem clauſit extremum; fuit per Judices iſtius Magnæ Regiæ Curiæ decretum, & exequutum ſequeſtrum ſuper dictos Status ad nomen veri ſucceſſoris, juxta tenorem, & continentiam Sacrarum literarum Tuæ C. M. datarum 17. Novembris 1651. ne videlicet Partes de continuatione poſſeſſionis contendentes ſuper ipſius actuali apprehenſione ad rixas, & arma pervenirent. Fuit deinde per Archiepiſcopum Panormitanum tunc Proregis, & Tuæ Majeſtatis Vicarii Locumtenentem commiſſa cauſa (ut Juris & moris eſt) Judicibus Magnæ Curiæ; ex quibus cum nonnulli ob interpoſitas ab utraque parte recuſationes ſeſe abſtinere velle, & non ſe impedire reſponderint; duobus ex nobis tantum remanſis (videlicet de Ramundetta, & de Vivacito) aliis tribus (nempè de Marotta tunc Præſide Conſiſtorii S. R. C. nunc verò Magnæ Curiæ, de Domenech Auditore Generali, & de Caracciolo olim Judice Magnæ Curiæ) primo delectis, & ſubrogatis; demum alii duo de utriuſque partis conſenſu, & Tui Aialæ Comitis Vicarii præſcripto, & aſſignatione (ſcilicet de Creſpos, & de Monge fidei cenſores in hac iſtius Tui fideliſſimi Regni Sancta Inquiſitione) adjuncti fuimus.

Cum autem Tuæ Reg. Majeſtati per Sacras Tuas literas ad utriuſque partis ſupplicationem obtentas præcipere, & ordinare placuerit, quod in præſenti cauſa Judicum Vota, & relationes cum ſuis juſtificationibus, & proceſſu, ad Tui Italicarum rerum Supremi Conſilii Senatores via recognoſcendi de more tranſmitterentur. Nos quibus hoc munus obire contingit, Regiis Tuis placitis, (ut par eſt) obtemperantes: Vota noſtra prædicto Aialæ Comiti Proreg', & Vicario Tuo nuper ſub die 2. Octobris 1660. Secretè relata, cum juribus, rationibus, & argumentis quibus ad pronunciandum, prout infrà, moti fuimus, Sacræ Majeſtati Tuæ, & Tuorum prædictorum Senatorum prudentiſſimo, & probatiſſimo judicio recognoſcenda, & corrigenda tranſmittimus, & ſubmittimus.

Prius tamen quàm noſtrum proferamus Judicium majoris claritatis, altiorisque cognitionis gratia, nonnulla in facto cauſæ prælibare, neceſſarium cenſemus: aliis longiori calamo ad diſcurſum juſtificationum, & ſuis locis exprimendis, brevitatis, & clarioris methodi cauſa ſtudiosè reſervatis.

Don Fabritius Branciforte, & Santa Pau Princeps Buteræ, & Petræpretiæ, ex Donna Catarina Barreſi Marchioniſſa Militelli, tres ſuſcepit filios, Don Franciſcum primogenitum, Don Joannem ſecundogenitum, & Donnam Catarinam tertiogenitam.

Don Franciſcus primogenitus uxorem duxit Donnam Joannem ab Auſtria, & iſtius matrimonii contemplatione Don Fabritius pater refutavit, & renunciavit eidem dictos Status, Baronias, & Feuda quorum tunc erat poſſeſſor, ad habendum poſt ipſius mortem, excepto Titulo Principatus Petræpretiæ, qui ut ex nunc fuit renunciatus; & demum cum jam ob mortem Donnæ Catarinæ matris in Statu, & Marchionatu Militelli ſucceſſiſſet, vivo patre, ac propterea caducata prædicta refutatione unica ſuſcepta, & relicta filia Donna Margarita ab Auſtria, & Branciforte: vita functus eſt.

Don Joannes ſecundogenitus ex Donna Joanna Branciforte legitima uxore duos filios maſculos, nempè Don Gabrielem primogenitum ſurdum, mutum, & à natura imperfectum, & Don Joſeph nunc Mazareni Comitem, ac alias filias fœminas procreavit; quibus extantibus vivo adhuc Don Fabritio patre, cum jam ob præmorientiam Don Franciſci fratris primogenituram occupaſſet, & refutationem prædictorum Statuum obtinuiſſet: vitam cum morte commutavit.

Donna Catarina denique tertiogenita matrimonium duxit cum Don Nicolao Placito Branciforti nunc Racudiæ Comite, tunc verò Principe de Leonforte, ex quo natus eſt Don Joſeph Branciforte hodie Racudiæ Comes, qui majori ætate præcedit dictum Mazareni Comitem, non vero Don Gabrielem ejus fratrem imperfectum ſeniorem.

Ob mortem præfati Don Franciſci Primogeniti Marchionis

Digitized by Google

Marchionis Militelli, Donna Joanna uxor in Anno 1623. pro ipſius dotium reſtitutione, quibus Don Fabritius ſocer erat adſtrictus, duas exercuit executiones in unciis 60V852. per cedulam primi decreti ſuper dictis Statibus, Baroniis, & Feudis, adimpletas; pro qua ſumma dictum fuit, Rejiciantur præſtito, &c. & demum ad adjudicationem, & liberationem dictorum feudorum fuit proceſſum, quæ dictæ Donnæ Joannæ addicta fuere.

Et tunc infans dictus Don Joſeph Mazareni Comes, & ſub tutela Donnæ Joannæ matris, & dicti Don Nicolai Avunculi conſtitutus; ſed cum prædicta adjudicatio ad notitiam dictæ Donnæ Joannæ matris perveniſſet, non dum tamen capta prædictorum Feudorum poſſeſſione, ejus apprehenſionem impedire curavit, prætendens filium ſuum Don Joſeph omnium prædictorum Statuum, & Feudorum legitimum eſſe ſucceſſorem, tam virtute refutationis patri viventi factæ, quam ex eo, quod ob Avi Don Fabritii mortem nullus alius ſuccedere poterat in dictis feudis, cum eſſet ei nepos maſculus ex filio primogenito refutatario, ac per conſequens indubitabilis ſucceſſor attentis Regni Capitulis, ut inferius ſuo loco demonſtrabimus.

Huic prætenſioni ſe oppoſuit Donna Margarita filia Don Franciſci primogeniti, vivente patre, defuncti, jam Marchioniſſa Militelli, contendens ad ipſam ſpectare prædictorum Statuum ſucceſſionem virtute refutationis Patri factæ, cui ipſa ſucceſſerat.

Deventum tandem eſt ad concordiam inter prædictas partes, & per Albaranum inter eaſdem confectum, quod redigi voluerunt in publicum Inſtrumentum, pactitatum, & conventum fuit, quod ſigillarentur litteræ de trahenda poſſeſſione pro prædictis creditis ad favorem Donnæ Joannæ ab Auſtria, & ab eadem captam poſſeſſionem, deberet exinde reſtituere dictæ Donnæ Margaritæ filiæ, ſolutis ab ea prius dictis creditis per ſubjugationem prædictorum Statuum, & Feudorum in tot annuis redditibus, quot dictæ ſummæ correſpondent, cum pacto redimendi, & juxta formam Bullæ, & his peractis dicta Donna Margarita deberet tradere dicto Don Joſeph, & ejus nomine dictæ Donnæ Joannæ ipſius Matri, & Tutrici, poſſeſſionem Comitatus Mazareni, & Graſſuliatus, Baroniæque de Nixemi cum omnibus ſuis feudis, membris, & pertinentiis, prout per dictum Don Fabritium poſſidebantur, & hoc pro omnibus prætenſionibus, quas dictus Don Joſeph haberet poterat ſequuta morte dicti Principis Don Fabritii communis Avi, remanentibus pro dicta Donna Margarita omnibus aliis Statibus, Feudis, & Baroniis, cum ſuis titulis, & dignitate Magnatis Hiſpaniarum; Super quod mortuo jam Don Fabritio, fuit poſtea ſtipulatum publicum inſtrumentum inter prædictas partes, cum auctoritate, & interventione dicti Don Nicolai Comitis Racudiæ, tutorio nomine dicti Don Joſeph infantis; pro quo de ratho promiſit, cum ampliſſimis, & prægnantiſſimis clauſulis, pactis, & renunciationibus, quod quidem dictus Don Joſeph jam major factus expreſſe ratificavit.

Anno 1624. migravit è vita Don Fabritius condito teſtamento, in quo inſtituit hæredem univerſalem in omnibus ipſius bonis Feudalibus, & Burgenſaticis, dictum Don Joſeph nepotem ex filio ſecundogenito nunc Mazareni Comitem.

Moritur denique Donna Margarita ab Auſtria nullis relictis deſcendentalibus, & in teſtamento ab ipſa in Urbe Romæ confecto inſtituit hæredem particularem in dictis Statibus, & feudis ab eadem in vita poſſeſſis in hoc Siciliæ Regno ultra Farum, eum tantummodo, qui de jure ſuccedere deberet. Ut apparet ex dicto teſtamento in actis cauſæ ab utraque parte exhibito.

Hinc excitata eſt controverſia inter dictos Comites Mazareni, & Raduciæ, intendentes unumquemque eorum, in ipſum, eſſe tranſlatam dictorum Statuum, & feudorum poſſeſſionem, legis, & Capitulorum Regni miniſterio, tanquam verum, & ſucceſſorem ab inteſtato dictæ Donnæ Margaritæ, & Juris, & eiſdem Regni Capitulis diſpoſitione: ac propterea manutenendum in dicta poſſeſſione, virtute Statuti illam in verum hæredem continuantis: Mazareni Comitem, uti filium Don Joannis ſecundogeniti, licet minorem ætate: Racudiæ verò, tanquam maſculus in eodem gradu, & ſeau exiſtens, major autem ætate.

Cauſa igitur introducta in ſummariſſimo manutentionis Judicio, ſcripturis ab utraque parte ad effectum, & contrarium effectum miſſis, & copioſiſſimis inſcriptis allegationibus nobis traditis, cum jam etiam eſſent aperta puncta, poſt longam diſcuſſionem, venerunt ad eandem cauſam, Principes de la Trabia, & de Refuttana, prætendentes manutentionem in poſſeſſione dicti Status, & Marchionatus Militelli, virtute cujuſdam Teſtamenti Antonelli Barreſi dict. Status, & Terræ prætenſi primi Acquiſitoris, per quod aſſerebant eſſe regulandam ſucceſſionem, ab eaque excludendos dictos Comites Mazareni, & Racudiæ in eodem ſummariiſſimo manutentionis Judicio, utpote deſcendentes à dicta Donna Catarina Barreſi, intruſa, & injuſta poſſeditrice: ſicuti latius inferius dignoſci ſuo loco poterit.

Denique auditis omnium partium Advocatis, allegationibus recognitis, datis motivis, & ſæpe ſæpius Jurium, & Auctorum deciſionibus, doctriniſque repetitis duobus, & tribus aliquando ceſſionibus omni hebdomada per diſcurſum octo menſium habitis, omnibus viſis ſcripturis per partes exhibitis, poſt longam conferentiam, maturamque deliberationem, ut tam magnæ cauſæ qualitas expoſtulabat: concordi omnium noſtrorum Judicio, Mazareni Comitem (quem hæc Civitas uno ore verum, & indubitatum ſucceſſorem prædictorum Statuum acclamabat) in eorum poſſeſſione manutenendum eſſe cenſuimus, denegata manutentione dicto Comiti Racudiæ, & dictis Principibus de la Trabia, & de Refuttana.

Cum autem unus ex nobis (de Ramundetta videlicet) ad inſtantiam Trabiæ Principis, & ad deciſionem cauſæ Marchionatus Militelli ipſi tangentis, pro recuſato eſſet habitus, neceſſe fuit (& ita iſtius Judicii ordo expoſtulabat) quod cauſa prædicta ſucceſſionis Militelli, præcederet in deciſione cauſam reliquorum Statuum, & feudorum: ac propterea, dicto de Ramundetta nullatenus interveniente, cauſa prædicta inter dictos Principes Trabiæ, & Refuttanæ per alios ſex à nobis fuit deciſa; deinde & eodem die aliquo tamen interjecto temporis ſpatio, cum jam concordi ſuffragio, denegandam dictis Principibus, & eorum cuilibet manutentionem, eſſet per Nos decretum: ad cauſæ omnium Statuum determinationem proceſſimus, inter dictos Comites Mazareni, & Racudiæ, quæ omnibus Nobis ſeptem numero concurrentibus, prout infra fuit expedita.

Die ſecundo Octobris hora decimaquinta ejuſdem diei 1660.

Facto verbo Excellentia Sua.

Non manuteneatur: Salvis Juribus iſti Illuſtri Principi Trabia in poſſeſſorio plenario, & petitorio, ac etiam ſalvis Juribus Illuſtribus Comitibus Racudiæ, & Mazareni, & unicuique eorum ... de iſtime firmda cauſa poſſeſſorii ſummariiſſimi, inter dictos Illuſtres Comites vertentis, ſuper Statûs Buterra, Petrapretia, Militelli, & aliorum bonorum, & Jurium contentorum in effectibus ambarum partium; expenſis hinc inde compenſatis.

Die ſecundo Octobris hora decimaquinta ejuſdem diei.

Facto verbo Excellentia Sua.

Non manuteneatur: Salvis Juribus iſti Illuſtri Principi Refuttana in poſſeſſorio plenario, & petitorio, ac

 etiam

etiam ſalvis Juribus Illuſtribus Comitibus Racudiæ, & Mazareni, & unicuique eorum, in deciſione ſienda cauſa poſſeſſorii ſummariſſimi inter dictos Illuſtres Comites vertentis, ſuper Statibus Buteræ, Petrapretiæ, Militelli, & aliorum bonorum, & Jurium contentorum in effectibus ambarum partium: expenſis hinc inde compenſatis.

Die ſecundo Octobris hora decima octava ejuſdem diei.

Facto verbo Excellentiæ Suæ.

Manuteneatur iſte Illuſtris Don Joſeph Branciforti, Comes Mazareni: ſalvis Juribus, Illuſtri Comiti Racudiæ in poſſeſſorio plenario, & petitorio, expenſis hinc inde, &c.

Die ſecundo Octobris hora decima octava ejuſdem diei.

Facto verbo Excellentiæ Suæ.

Non manuteneatur iſte Don Joſeph Branciforte, Comes Racudiæ: ſalvis Juribus in poſſeſſorio plenario, & petitorio: expenſis hinc inde compenſatis.

Hoc eſt S. R. M. noſtrum uniforme Judicium ad cujus Juſtificationem, ut clare, & diſtincte procedamus, præmiſſo deſcendentiæ Arbore, ad dignoſcendos oppoſitorum gradus, qui in principio depictus reperitur, iſtarum Juſtificationum ſeriem, in quinque partes, ſeu Articulos principales dividemus. In quibus brevitati conſulentes, omnia, quæ tum in voce, tum in ſcriptis, ab utriuſque partis Advocatis, propoſita ſunt, breviori methodo comprehendemus: contrarias ſingillatim diluendo oppoſitiones.

Primus Articulus juſtificabit, omnia feuda, vacantia ob mortem Donnæ Margaritæ ab Auſtria, eſſe ex pacto, & providentia Principis, & ſic in forma pactionata, quam Siculi ſtrictam vocant, habereque annexam clauſulam Juris francorum, hoc eſt, qualitatem primogenituræ.

In ſecundo Articulo probabimus, Comitem Mazareni, utpote verum refutantem Feudorum, & Statuum prædictorum (Militelli Marchionatu excepto) Donnæ Margaritæ refutatariæ, abſque filiis defunctæ, jure reverſionis, vel ſucceſſionis inconvertibilis ſuccedere, non obſtante renunciatione in contractu tranſactionis, ad favorem ejuſdem Donnæ Margaritæ facta, quam perſonalem oſtendemus: ac propterea debuiſſe prædicto Comiti, concedi manutentionem, excluſo Racudiæ Comite.

Tertius Articulus ſimiliter juſtificabit ſecluſo reverſionis Jure, ſuppoſita tamen prædictæ renunciationis perſonalitate, etiam quod ſit nova ſucceſſio, regulanda ab inteſtato ex diſpoſitione ultimæ poſſeditricis, inſtituentis illum, qui de Jure ſuccedere debet: Mazareni Comiti ſucceſſionem competere, ob prærogativam potioris lineæ in paritate gradus, & ſexus.

Quartus Articulus comprobabit, Mazareni Comiti debuiſſe concedi prædictorum Statuum manutentionem, ob qualitatem melioris originis, quia in pari gradu reperitur, Maſculus ex Maſculo: At verò Racudiæ Comes, Maſculus ex Fœmina.

In Quinto denique Articulo Juſtificabimus, Principes della Trabia, & Reſuttana, qui in hanc cauſam venerunt; prætendentes, quemlibet eorum manutentionem in poſſeſſione dicti Status, & Marchionatus Militelli, non fovere bonum Jus in præſenti Judicio: ac propterea, meritò fuiſſe eiſdem prædictam manutentionem denegatam, ſalvis Juribus in Judicio plenario, & petitorio.

SUMMARIUM.

1 *Oppoſitum feuda non eſſe Juris Francorum.*
2 *Contrarium probatur ad num. 5.*
6 *Quando confirmatio habeat vim novæ conceſſionis, & immutet naturam feudi.*
7 *Primus acquirens poteſt diſponere, & novam formam feudo imprimere erogando primogenituram.*
8 *De clauſula ad faciendum ut æquipolleat, & quibus dederit.*
9 *In feudo mixto poteſt alterari ejus natura, & erigi primogenitura.*
10 *De validitate teſtamenti primi acquirentis, & num. 11.*
12 *Obſervantia dat robur ſcripturæ.*
13 *Exceptio extrinſeca, & altioris indaginis adverſus teſtamentum non impedit immiſſionem in* vim l. final. *& num 14.*
16 *Agitur de natura aliorum feudorum ad num. 27.*
28 *Clauſula Juris Francorum importat primogenituram.*
29 *Feuda dignitatis ſunt individua, & deferuntur jure primogenituræ.*
30 *De Cap. Regni ſi* aliquem, *deferente ſucceſſionem jure Francorum.*
31 *De eadem forma Juris Francorum.*
32 *Obſervantia in propoſito eſt deferendum.*
33 *In poſſeſſorio attenditur ultimus ſtatus.*
34 *De Capitulo* 204. *Caroli V.*
35 *Exui comprehenſiva caſus habens eandem rationem continetur ſub nova lege.*
36 *Statutum excludens Sororem propter fratrem intelligitur etiam de patruele tantum.*
37 *Cap. ſi* aliquem *licèt loquatur de tranſverſalibus habet etiam locum in deſcendentibus.*
38 *De excluſione, & habilitatione fœminarum remiſſivè.*
39 *An attendatur in ſucceſſione tempus refutationis vel mortis refutantis.*
41 *Quod attendatur tempus refutationis, & de rationibus ad num. 44.*
45 *Contrarium probatur verius, ut attendatur tempus mortis, & de rationibus ad num. 50.*
50 *A fideicommiſſis ad feuda validum eſt argumentum.*
52 *In feudo pacti, & providentiæ agnati habent ſpem proladilem, & veniunt Jure ſuo.*
54 *Concluditur attendi debere tempus mortis, & de rationibus ad num. 62.*
63 *Reſpondetur Doctoribus tenentibus contrarium.*
66 *Refutatio dari poteſt etiamſi refutans non poſſideret feuda, ſed refutatarius ad num. 70.*
71 *Refutatario morienti ſine liberis ſuccedit refutans, qui aliis in ſucceſſione præfertur.*
73 *An jure ſucceſſionis vel reverſionis.*
75 *Quando renuntians ſuccedit refutatario tenetur ad onera medio tempore contracta.*
76 *Item quod Jure ſucceſſionis.*
77 *Contrarium quod jure reverſionis.*
78 *Datur diſtinctio, & quomodo quæſtio decidatur, & reſpondetur ad contraria num. 89.*
90 *Quod renunciatio ſeu refutatio ſit realis, probatur ex multis realitatem denotantibus ad num. 101.*
102 *Contrarium quod ſit perſonalis numeris ſequent.*
111 *In feudis, & aliis non tranſitoriis ad extraneos ſtipulatio intelligitur pro filiis, & deſcendentibus propriis, & capacibus, non pro aliis non contemplatis.*
118 *Tranſactio reſtringitur ad expreſſa, quæ erant in lite, & num. ſequent.*
120 *Renunciatio reſtringitur ad ſuam cauſam.*
135 *Quando in feudis refutatio non ſit perſonalis, ſed realis, & omnimoda.*
137 *In dubio præſumitur perſonalis, & reſpondetur ad contraria.*
141 *Deficta perſona renunciatio perſonalis evaneſcit.*
147 *Facta inſtitutione in feudis illius, qui de jure cenſetur inſtitutus ſucceſſor ab inteſtato, & num. ſequent.*
153 *Si habens facultatem eligendi vel nominandi non utitur facultate, cenſetur vocare ſucceſſorem ab inteſtato, & numeris ſequent.*
159 *De limitatione regulæ, ut renunciantibus ad Jura ſua non detur regreſſus.*

160 *De*

160 *De quæſtione ſuper prærogativa lineæ in ſucceſſione feudorum decidenda e in legibus Regni.*
161 *Non ſemper valet argumentum de majoratu ad Regnum, & quando ſi num.162.*
163 *Quælibet ſucceſſio regulanda eſt juxta leges particulares regionis.*
165 *Ad intelligendam Cap. ſi* aliquem *, & de quæſtione ſucceſſionis inter duos patrueles , & numeris ſequent.*
167 *De cap.118. & cap.204.*
170 *Clauſula Juris Francorum importat ſucceſſionem jure primogenituræ.*
171 *In primogenitura primum locum occupat linea , & de tranſmiſſione prærogativa lineæ , & num. ſequent.*
175 *Quod non detur tranſmiſſio.*
176 *Sed repræſentatio in infinitum.*
177 *Quod neque ratione repræſentationis , & de effectibus exindè reſultantibus num. ſeq.*
182 *Etiam inter tranſverſales attenditur idem ordo lineæ , ſi deſcendunt à primo acquirente vel inſtitutore.*
183 *De differentia , an vocetur primogenitus , vel major natu, & num. ſeq.*
186 *De legibus Hiſpaniarum in materia primogenituræ an ſint correctoria Juris communis vel concordent.*
187 *Quid in terminis ſpecialibus feudorum , an intret eadem prærogativa lineæ , & de diſtinctione inter feuda dividua , & individua , & numer. ſequent.*
192 *De interpret. Cap. ſi* aliquem.
193 *De quæſtione inter nepotem ex primogenito , & patruum , ut receptaſit pro nepote.*
194 *In Regno Siciliæ Jus commune in materia feudali erat illud Longobardorum*
195 *Quomodo , & quando introductum eſt Ius Francorum, & feuda effecta ſunt individua.*
198 *Sequitur interpretatio Cap. ſi* aliquem *, & num. ſequent.*
205 *Attento Iure Longobardorum omnia feuda erant pacti , & providentiæ , & non erant cognita hæreditaria.*
211 *Succeſſio feudorum per Conſtitutionem , ut de ſucceſſionibus ſatis reſtricta in Sicilia ampliata ad ſeptimum gradum.*
214 *Statutum debet interpretari , ut minus corrigat Ius commune.*
229 *Legum correctio non eſt præſumenda.*
230 *Sequitur interpretatio Cap. ſi* aliquem *reſpondendo ad objecta.*
232 *De prærogativa lineæ attendenda.*
233 *Quis dicatur proximior in majoratibus , & primogenituris, & num. ſeq.*
235 *De eadem prærogativa lineæ, & num. ſeq.*
244 *Non requiritur , ut primogenitus poſſederit vel Jus habuerit , ut tranſmittat prærogativam lineæ ad poſteros , & num. ſeq.*
250 *De intellectu C.* Conſtitutionem 30. Regis Federici *, & num. ſeq.*
254 *De Capitulo 118.*
257 *De Capitulo 204.*
258 *Et de Capitulo 18.*
259 *De eadem prærogativa lineæ.*
264 *De cap 18. & 118. & 204. & num. ſeq.*
286 *In ſtatutis correctoriis an detur extenſio de caſu ad caſum , & de perſona ad perſonam.*
291 *Rubrica habenda pro lege , & quando , & num. ſequent.*
314 *De concurſu duorum patruelium , quorum unus ex ſecundogenito ſit minor , alter ex tertio genito major.*
315 *De puncto an detur repræſentatio inter collaterales, & num. ſeqq.*
322 *De eadem repræſentatione in feudis Iure primogenituræ.*
323 *Reſpondetur Doctoribus in contrarium.*
326 *De agnatione ſaltem artificiali , & ficta conſiderata per Capitula Regni.*
332 *De propoſitione , quod fœmina præfertur maſculo remotiori.*
335 *Referuntur Doctores Siculi excludentes prærogativam lineæ ex Capitulis Regni , & num. ſeq.*
350 *Expenduntur Doctores Neapolitani.*
351 *Agitur de deciſionibus editis in pluribus caſis in dicto Regno , & num. ſeq.*
356 *De excluſione muti , & ſurdi ſeu aliàs imperfecti à ſucceſſione feudi quomodo , & quando procedat.*
359 *Fœmina regulariter excluſa à ſucceſſione feudorum.*
360 *Etiamſi ſint habilitatæ intelligitur in ſubſidium.*
361 *Quid de jure Regni tam attentis Conſtitutionibus, quàm Capitulis , & num. ſeq.*
367 *Per Capitula contemplata eſt agnatio.*
369 *In paritate gradus agnatus præfertur cognato.*
372 *An Ius commune feudorum ſit receptum in Regno Siciliæ , & num. ſeq.*
379 *De diſtinctione inter agnationem veram , & agnationem fictam.*
384 *Feuda habentia naturam agnatitiam ſeu maſculinam in prælatione , an eam naturam amittant vel mutent , ſi tranſeunt ad fœminam.*
388 *Fœmina eſt agnata licèt nupta viro de aliena familia, & ſeq.*
392 *De maſculo cognato , qui tamen ſit etiam de familia.*
394 *Excluſio fœminæ influit in omnes ejus deſcendentes.*
398 *Facti ſeries ſuper diverſo caſu , & numer. ſequent.*
412 *De fide minus probanti teſtamenta , & num. ſequent.*
415 *Copia non facit fidem , & num. ſeq.*
417 *Quid ubi eſt tranſumptum antiquum , & num. ſequent.*
436 *An , & quando pluribus concurrentibus ad ſucceſſionem impediatur remedium exequutivum leg. finalis.*

ARTICULUS I.

Quod omnia Feuda , vacantia ob mortem Donnæ Margaritæ ab Auſtria , ſunt ex pacto , & providentia Principis , & ſic in forma pactionata , quam Siculi ſtrictam vocant : habentque annexam Clauſulam Juris Francorum , hoc eſt , qualitatem primogenituræ.

Licèt in Allegationibus impreſſis , quæ ad informationem , Nobis ex parte Racudiæ Comitis traditæ ſunt , verbum nullum circa Feudorum formas reperiatur : in voce tamen , non ſemel , ſed pluries in eas eſt oppoſitum , non habere Clauſulam Juris Francorum , hancque præcipuè deficere in Privilegiis , & conceſſionibus Caſtri , & Terræ Buteræ (cui titulus Principis , cum dignitate Magnatis Hiſpaniarum annexus eſt) Licodiæ , Occhiolæ , Laci Leontinorum, Feudorum Turris Falconaræ , Belmontis , Radali , & aliorum provenientium ex domo , & familia de Santapau : verbo ſe contendunt , præd.ti Comitis Advocati , ad idque comprobandum nonnullæ ſunt præſentatæ ſcripturæ;Quare ut nullus remaneat ſcrupulus, de omnibus Feudorum formulis in præſenti Articulo diſſerere , contrariis impugnationibus dirutis , conſentaneum Nobis viſum eſt. 1

Quod attinet ad prædicta Feuda Buteræ , & reli- a

qua, per lineam, & deſcendentiam de Santapau,
provenientia, in quæ Adverſariorum tela diriguntur:
pro comperto habuimus, non ſolum habere anne-
xam clauſulam Juris Francorum: verum etiam in
multis ex eis, erectam, & inſtitutam fuiſſe primo-
genituram in favorem Maſculorum, ac deinde fœ-
minarum, ex primo acquirente deſcendentium, quod
quam plurimis rationibus, & mediis comproba-
bimus.

Dicta Feuda Buteræ, Licodiæ, Occhiolæ, (quæ
3 permutata fuit per Terram Bideni primo acquiſitam)
Turris de Falcunara, dell'Alia, Marinei, & alia exi-
ſtentia in Territoriis Buteræ, Licodiæ, & Bideni, fue-
runt conceſſa per Inclitum Regem Martinum, Calce-
rando Adamar de Santapau, ob ingentia ſervitia illius
Majeſtati præſtita, tam à dicto Calcerando, quam ab
Ugone patre, & Ugonetto fratre, ut apparet ex Re-
gia conceſſione, & Privilegio de Anno 1399. à nobis
recognito, & in Proceſſu exhibito, qui quidem Cal-
cerandus dicta Feuda, & Terras donavit Raimundo
filio ſecundogenito, & iſtius filiis, legitiméque deſ-
cendentibus maſculis, ac deindè fœminis, ſervato or-
dine genituræ, aut primogenituræ in perpetuum; &
denique per ſuum ultimum elogium confectum in
Caſtro Buteræ, per acta Notarii Stephani de Campo-
claro Calatagironis, die 29. Septembris Ind. 2. anno
1438. eamdem donationem ratam habens, inſtituit
dictum Raimundum ſuum particularem hæredem in
præfatis Feudis, & Terris, ut ſuccederent tum ipſe,
tum ejus filii, & deſcendentes maſculi, ac poſtea fœ-
minæ, ſervato ſemper ordine genituræ, cum perpe-
tua prohibitione alienationis, & hoc adjecto grava-
mine fœminis, & earum deſcendentibus, quod debe-
rent aſſumere cognomen,& arma de Santapau ſub pœ-
na privationis.

Et licèt ex parte Comitis Racudiæ fuerit oppoſi-
4 tum, tum prædictum Calcerandum non fuiſſe pri-
mum dictorum Feudorum acquirentem, ſed Ugonet-
tum fratrem, cui idem Inclitus Rex Martinus prædi-
ctas Terras ſuo Privilegio donavit, & conceſſit in an-
no 1393. ob felloniam, & delictum commiſſum à
Manfredo de Alagona antiquiorem feudatarium, &
conceſſionem factam fuiſſe dicto Ugonetto pro ſe, fi-
liis, & hæredibus utriuſque ſexus, de ſuo corpore le-
gitimè deſcendentibus, ac per conſequens in forma
mixta hoc eſt pactionata, & hæreditaria: propterea-
que non potuiſſe hanc conceſſionem, & formam mu-
tare, & reſtringere prædictum Calcerandum erigen-
do primogenituram: tum etiam prædictum teſtamen-
tum Calcerandi non eſſe ſolemne, nec de ejus aper-
tura conſtare, adhucque clauſum reperiri, penes No-
tarium conſervatorem actorum dicti Stephani de Cam-
poclaro, & denique non eſſe in forma probanti.

Leviſſimam tamen hanc oppoſitionem habuimus:
5 Primo quia, tametſi Calcerandus fuerit Ugonetti fra-
tris in dictis Feudis ſucceſſor, adhuc cum ipſe non
fuiſſet in Privilegio comprehenſus, uti collateralis
Ugonetti prædicti, voluit ſibi conſulere novam im-
petrando gratiam à Domino Rege, ut plenius, & ſe-
curius dictas Terras habere, & poſſidere poſſet, quod
conſequutus eſt ab eodem Inclito Rege Martino, per
Privilegium ab eo conceſſum dicto anno 1399. in quo
non ſolum confirmavit anteriores conceſſiones factas
Ugoni patri in anno 1392. & Ugonetto fratri in an-
no 1393. verum etiam novam, & ſub ampliori, &
diverſa forma, conceſſionem, & gratiam eidem Sua
Regia Majeſtas contulit, ut ex verbis Regii diploma-
tis dicto anno 1399. expediti, apertiſſime deprehen-
ditur, ibi, *Ex uberiori gratia, dicto nobili Calcerando,
ſuiſque hæredibus de ſuo corpore legitimè deſcendenti-
bus, in perpetuum, terram Buteræ prædictam cum ejus
Caſtro, Terram Licodiæ cum ejus Caſtro, & aliis Juri-
bus; & pertinentiis eorum univerſis, nec non omnia, &
ſingula bona tam feudalia, quam Burgenſatica, exiſten-
tia in dictis Terris, Buteræ, Licodiæ, & Territoriis ea-
rumdem, quæ fuerunt quorumcumque rebellium, & pro-
ditorum, & alibi ubicumque, quæ ſi licet habuerint, &
poſſederint, ſub eiſdem modo, & forma, ac ſervitiis, re-
tentionibus, & conditionibus, ſub quibus eadem eiſdem da-
ta, & conceſſa extiterunt, ex liberalitate mera, & ſpeciali
gratia, ac de certa noſtra ſcientia, de novo gratioſé conce-
dimus & donamus.*

Ex quibus verbis, ibi, *de novo gratioſè concedimus,* 6
& donamus, quæ ſæpius repetuntur in dicto Privile-
gio, vocando dictam gratiam, donationem novam,
clariſſimè perſpicitur dictum Calcerandum novam, &
ſub ampliori, & diverſa forma à Domino Rege obti-
nuiſſe conceſſionem; quo caſu de novo feudo factam
conceſſionem communiter Doctores affirmant. *Ita
Iſern. in cap.1. num.3. verſ. quod ſi dicimus, de vaſſall.
decrep. atat. Surd. conſ.440. num.41. Burſatt. conſ.219.
num.4. vol.2. Raudenſ. de analog. cap 34. num 56. &
conſ.1. num.127. vol.1. Rota apud Verallum decſ.16. n.17.
Afflict. deciſ.112 num.5. & 6.* Ubi quod quando adeſt
nova forma, videtur feudum in manu Regis Inve-
ſtientis refutatum, & deinde Regem ipſum de eo inve-
ſtire feudatarium *Oſaſc. deciſ.13. num 21. 24 & ſeqq.
Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. part.3. quaſt.7. num 10.
& part.5. quaſt 2. num.2. & 4.* ubi in fine ait, quod in
dubio ex iſtis verbis, *de novo concedimus*, intelligitur
de feudo novo facta conceſſio, etiam quod adeſſent
alia verba contraria, quia ultima prioribus derogant,
quod comprobat *num.5. optimè Maſtrill. poſt alios de-
ciſ.56. num.18. part.1.* & in terminis confirmationis in
forma ſpeciali, quod ſit nova conceſſio, proſequitur
multa, *Don Ioan. del Caſtill. lib.5. controv. cap.89. cxn.206.*

Unde evincitur, quod cum Calcerandus dictorum
feudorum novus fuerit acquiſitor, potuit ut talis for- 7
mam mutare, aut reſtringere, ſubſtitutiones facere, &
gravamina imponere: ex receptiſſima in hoc Regno
ſententia ſæpiſſime in Tribunalibus canonizata, de
qua, *Petr. de Gregor. de conceſſ feud. part.2. quaſt.10.
num.45. & part.3. quaſt.5. num.8. & quaſt.6. num.11 &
quaſt.7. num 53.* ubi refert *Peru. dicentem ridiculam eſſe
opinionem contrariam, Cannet. in cap. volentes, fol.134.
& ſeqq. & num 91. 104. & 106.* ubi, *Quod hæc quaſtio
ſopita eſt in Regno*, quod repetit in *§.4. num.42.44. 53.
62.70.75. & ſeqq. & §.22. & §.46.* Ubi, alios ex no-
ſtris Siculis laudat idem tenentes, *Cum. in cap Si ali-
quem verb. antiquis, num.170. & ſeqq & num.143. Bon-
giorn. in cauſa Spaccafurni lib.1. feud. Intrigliol. de feud.
cent.1. quaſt.51. num.271. & cent.2. art.7. num.29. &
30* & melius *deciſ.16. num.9. Milas.* qui de magis re-
cepta teſtatur *deciſ.8. num 49. 50. & 225. part.1. Don
Franc. del Caſtill. deciſ.64. num.28.* & infinitis relatis,
Giurb. deciſ.108. num.17. & ſeqq. ubi Juribus, & rationi-
bus comprobat.

Deinde, ſi primam conceſſionem inſpiciamus, præ-
dicto Ugonetto factam, in an. 1393. certum eſt, aut 8
in eſſet in forma larga, hoc eſt, hæreditaria aut for-
ma mixta, ſcilicet pactionata, & hæreditaria ſimul;
ſi hæreditaria eſt, ut probari videtur ex verbis Privi-
legii (licèt in exequutivis poſita, & interjecta) ibi,
ad faciendum inde veſtra libitum voluntatis, quæ æqui-
pollent Verbis, & *quibus dederint*, per quæ conceditur
libera alienandi facultas, ut per *DD. in cap.1. de feud.
non habent. prop. natur. feud. Lader h. conſ.1. ſub num.4 &
per tot. Oſaſc. deciſ.164. num.3. verſ. ſed ſi fuerint in me-
dio. Fontanell. de pact. clauſ.4. gloſ.21. part 2. num.64. Ca-
ſtill. Sotoma tom.4 controv. cap.48. num.18. Rota apud Fa-
rinac. in poſthum. deciſ.522. part.1. & deciſ. 286. part.1.
rec. & deciſ.195. part 2. in eiſdem Petr. de Gregor. de con-
ceſſ. feud. part.6. quaſt.4.* ubi *Maſtrill. Cannet. in di-
cto cap. volentes verſ. ſed magna fuit olim num 73. 74.
& ſeqq. fol.61. Caſtill. Sicul. deciſ 206. ſub num. 83.
part.3. & in num.64. Regens de Tap. deciſ 2. num.266.
& 236* in dubium eſt, potuiſſe formam mutare, aut
reſtringere prædictum Calcerandum, etiam quod non
fuiſſet

fuiſſet primus acquiſitor; Quia ſi licuit alienare feuda, melius potuit formam reſtringere in favorem ſuorum deſcendentium, ut probavit *Frecc. de ſubfeud. 3. part. quaſt.1. & 2. num.42.* & ex noſtris *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. part.2. quaſt. 10. num 45. & part.3. quaſt.6. num.12. & 13. Cum in cap. Si aliquem, verb. antiquis num.170. Cannet.* & alii quos ſequitur *Intrigl. dicta cent.1. quaſt.51. num.271. & 272. Muta in cap. Reg. Alphonſ. cap.456. num.57. tom.5. Milanenſ. dicta deciſ.8. num 17. Maſtrill. deciſ.56. num.25. verſ. praterea lib. 1.*

Si vero in forma mixta fuit facta prima conceſſio
9 quod probabilius judicamus, non ideo excluditur Calcerandus à facultate reſtringendi formam, dato, & non conceſſo, quod non fuerit primus dictorum feudorum acquiſitor; imò in his terminis, veriſſimum, & receptiſſimum eſt potuiſſe dictam formam reſtringere, inſtituendo primogenituram in favorem deſcendentium, ut conſiderant *Menoch. conſ.104. num.8. & conſ.156. num.65. & conſ.161. num.5. lib.2. Maſtrill. dicta deciſ.56 num.26. & 27.* aſſignantes rationem, quia quando feudum ſub prædicta forma conceſſum eſt, non poſſunt filii querelam proponere eo quod à Patre ſint excluſi, cum non poſſint ſuccedere in feudo, niſi ab eo ſint hæredes inſtituti, & pater liberè poſſit poſtergare, hoc eſt, eligere ſecundo, vel tertiogenitum, omiſſo primogenito, dummodo non eligat remotiorem, quod *Cravett. conſ.256. num.3. lib.2.* dicit eſſe valdè favorabile deſcendentibus, & conducunt tradita à DD. ſupra relatis *num.7.* in terminis *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud part.4. quaſt.1. num.21. Milanenſ. dicta deciſ.8. num.99. uſque ad 111.*

10 Secundo, quod ad teſtamentum attinet Calcerandi, vaniſſimam habuimus adverſæ partis objectionem, fundatam in prædicta fide Notarii conſervatoris actorum dicti Stephani de Campoclaro; quia prædicta fides non concludit inexiſtentiam dicti Teſtamenti originalis in actis ejuſdem Notarii, nec aperiri an clauſum, & ſigillatum, an verò apertum, & publicatum exiſtat, ut ex lectura præfatæ fidei dignoſci poteſt.

Illud autem extra omnem controverſiam eſt, præ-
11 fatum Teſtamentum exhibitum, & præſentatum fuiſſe in cauſa poſſeſſoria Status, & Marchionatus dictæ Terræ Licodiæ; inter dictam Donnam Margaritam ex una, & Donnam Joannam, & Don Fabritium Franciſcum Ruſſum Principes Scillæ ex altera, ubi teſtium multorum depoſitionibus, in alio Proceſſu productis, ab eodemque extractis, apparuit ſolemniter apertum fuiſſe, in qua cauſa etiam fuerunt præſentatæ quædam litteræ antiquiſſimæ ab iſtius M. R. C. Judicibus expeditæ, qui prædictum Teſtamentum vidiſſe, & recognoviſſe, eſſeque omni ſolemnitate de Jure neceſſaria confectum, & abſque ullo vitio aſſeruerunt, & ut tale exequi, & obſervari mandarunt; ac etiam in eadem cauſa exhibita fuerunt diverſa exempla extracta ex Archiviis hujus Tuæ M. R. C. & aliorum Tribunalium, in quibus dictæ Donnæ Margaritæ Anteceſſores, præcipuè Principes Don Ambroſius, & Don Franciſcus illud præſentarunt ad probandum fideicommiſſum, & prohibitionem alienationis dictorum feudorum: ob idque non ſolum in prædicta cauſa poſſeſſoria, ſed etiam in rei vendicatoria dicti Marchionatus dictum Teſtamentum, ut verum, ſolemne, & authenticum habitum fuit, & ſecundum eum pronunciatum ſemel, & iterum in hac M. R. C. in Conſiſtorio in prædicta cauſa rei vendicatoria Status Licodiæ ad favorem Donnæ Margaritæ, ut totum conſtat ex Juſtificationibus in dicta cauſa factis fol. mihi 37. verſ. vaniſſimam habuimus ex quo ceſſat quæſtio, utrum
12 de apertura Teſtamenti conſtet vel non, ad *Text. in l. ſi in duobus* 10. §.1. ibi *non enim quaremus à quo aperiantur, ff. quemadmodum teſtam. apert.* ubi notant *gloſ. Bart.* & reliqui antiquiores.

Ex quo ſequitur prædictum teſtamentum fulcitum eſſe, tum temporis antiquitate, ex curſu pluſquam ducentorum annorum ab ejus confectione, ex cujus tanti temporis lapſu præſumitur omnem neceſſariam ſolemnitatem interceſſiſſe, taliter, quod nihil contra illud poſſit opponi, ut docent *Cravett. de antiquit. temp. 1. part. §. videmus num.18. & 22. Covarr pract. cap.21. num.6. verſ.3. Alex. conſ.101. num 9. lib.7. Aretin. conſil.36. num.6. & conſ.168. ſub num.2.* plures referens *Maſcard. concl.711. num.81. & 82. Joann. Baptiſta Aſinius in praxi 57. cap.5. limit.96. num.9.* tum etiam obſervantia antecedente multis actibus comprobata, quæ magnam dicto Teſtamento tribuit auctoritatem, & legalitatem. *Gratian. diſcept. forenſ. tom 3. cap.486. ex num.6. Cravett conſ.101. num.4. lib.1. Velaſ. conſultat. 132. num.16. Farinac. deciſ.467. parte 2. in recent. & deciſ. 31. num.3. part.2. in poſthum. Paz de Tenuta 1. tom. cap.26. num.17.* & omnem purgat falſitatis ſuſpicionem. *Cravett. conſ.158. Joſeph. Ludovic. concluſ.38. colum.3. verſ. infertur 6. Decius conſ.445. num 18. lib.2. Foller. in praxi criminali verſ. Item quod comm ſit falſum num.37. Menoch. lib.1. praſumpt.20. num.56. & conſ.409. num.37.* cum aliis quamplurimis, quos conſulto omittimus: referunt addentes *Molin. lib.2. cap.6. num.57. & 60.*

Ulterius extante prædicti Teſtamenti indubia fide,
& auctoritate, quando dubium aliquod occurreret circa facultatem diſponendi in eo contenta, quæ dicto Calcerando negari prætenditur, præſenti ſummariſſimi judicii, hanc diſcuſſionem non eſſe arbitramur, in eo enim is debet obtinere qui in teſtamento ſolemni in nulla ſui parte ſuſpecto, ſe inſtitutum, & vocatum oſtendit *l. fin. Cod. de edicto divi Adriani tol.* & in terminis noſtri Statuti *cap. incip.* 41. Incliti Regis Ferdinandi, continuantis poſſeſſionem in hæredem ſcriptum, vel ab inteſtato, latè *Anton. Amat. l. 1 var. reſolut.39.* per totam præcipuè *num.67.* qui multos refert. Ille verò qui literam teſtamenti habet contrariam, & contendit teſtatorem non ita potuiſſe diſponere, ut diſpoſuit, non debet in prædicto judicio audiri, *l. ille à quo §. ſi de teſtamento, ff. ad S. C. Trebell.* ibi, *nam & ſi maximè dicatur, vel jus teſtandi non habuiſſe, eum qui teſtatus eſt, vel de viribus teſtamenti, vel de ſua conditione, non eſt audiendus l. unica, C. ſi tab. teſtam. nulla ex tab. ibi hæredis cujus nomen inconſulto deletum eſt ut legi non poſſit dari bonorum poſſeſſio poteſt, quia ex conjectura non propriè ſcriptus videtur, &c.* 13

Quare hæc exceptio, dato quod formaliter fuiſſet 14
oppoſita, eſſet in plenarium judicium, reſervanda, uti requirens altiorem indaginem. *L. 3. §. ibidem. ff. ad exhibendum*, ibi, *Si obſcurior, vel quæ habeat altior in indaginem, differendam in directum Judicium, leg. fin. ff. de compenſat.* ibi, *ſed jure ſtricto utentes ſi invenerint eas majorem & ampliorem expoſcere indaginem eas quidem alii judici reſervent.* Latè in terminis, *Don Chriſtophorus de Paz de tenuta cap.38. per tot. Don Joann. Baptiſta de la Rea deciſ. Granat.40. num 16. ad fin. tom.1. Molin. de Hiſp. primog. lib.4. cap.9. num.40.* ubi addentes infinitos laudant.

Quibus accedit, quod Racudiæ Comes nullam ex
hac oppoſitione utilitatem conſequitur, ille enim 15
deſcendit à Raimundo Calcerandi filio ſecundogenito, cujus, & ſuorum deſcendentium favore, & beneficio prædicta primogenitura fuit inſtituta neminem excludendo, ſed ſolum præferendo maſculos fœminis juxta diſpoſitionem juris communis feudorum, & Capitulorum Regni; quod ſi factum non fuiſſet, remanerent prædicta feuda in linea, & deſcendentia Ugonetti filii primogeniti dicti Calcerandi, qui fuit in prædicto teſtamento hæres inſtitutus in bonis, quæ ipſe Pater habebat in Principatu Cataloniæ, cujus deſcendentes nunc extant, inter quos fuiſſet continuata ſucceſſio: ac ideo impugnat quod in ipſius Comitis favorem factum eſt, & cujus nullam poteſt proponere querelam, juxta tradita à *Maſtrill. dicta deciſ.56.*

riſ.56. *numer.* 26. & 27. cum aliis ſupra *numero* 9. relatis.

16 Quod verò attinet ad feudum Belmontis, & Baroniam Radali, certum eſt etiam habere clauſulam Juris Francorum, & in eis ſuccedendum eſſe per viam primogenituræ, quia dicti feudi Belmontis novus, & primus acquiſitor fuit Princeps D. Ambroſius titulo emptionis, & Judicialis adjudicationis pro pretio unciarum 3190. pro quibus fuerat cauſata executio in hac M. R. C. & interpoſitum ſuper dictum feudum primum decretum ad inſtantiam Don Antonii Gravina contra Carolum Romanum ejuſdem feudi poſſeſſorem, Baroniam autem Radali, acquiſivit Princeps Don Franciſcus ejus frater, & ab inteſtato ſucceſſor. Is enim cum dictus Princeps Don Ambroſius emiſſet jus luendi dictam Baroniam, quam Joſeph de Modica ejus poſſeſſor vendiderat Hironymo Bonaccolto cum facultate redimendi, prædicta utens facultate poſt mortem dicti Don Ambroſii ſuis pecuniis redemit à poſſeſſore dicti de Bonaccolto in anno 1165. ut ex ſcripturis à nobis viſis apparet.

Cum autem, dictus Princeps Don Franciſcus fra-
17 tris ab inteſtato ſucceſſor in dicto feudo Belmontis noviter acquiſito, & dictæ Baroniæ Radali redemptor, ac primus acquirens, nullos haberet deſcendentes legitimos, refutavit dictum Principatum Buteræ, feuda, & Baronias prædictas Donnæ Dorotheæ Barreſi, & Santapau ipſius nepti, ex Sorore Donna Antonia, & communi proavia, ſuiſque filiis, & deſcendentibus in perpetuum cum clauſula Juris Francorum, gravamine cognominis, & armorum de Santapau ſub pœna privationis, & perpetuæ alienationis prohibitione, ut conſtat ex ſcriptura refutationis anno 1581. quam vidimus, & eſt in proceſſu, fuitque in cauſa rei vendicatoria Licodiæ exhibita, & qualificata.

Et quod, dictus Princeps Don Franciſcus, potuiſſet in dicta refutatione, clauſulam Juris Francorum ap-
18 ponere, ſubſtitutiones facere, & gravamina injungere ſucceſſoribus in dicto feudo, & Baronia, certo certius æſtimavimus: eo quod ſcilicet novus, & primus acquiſitor, & fratris ſucceſſor, ex ſuperius n.7. adductis, & inferius adducendis, quod nec pars adverſa contradicere cauſa eſt.

Deveniamus jam ad Status, & feuda, provenientia ex domo, & familia de Barreſi, in quorum conceſſione, & acquiſitione, clariſſimum eſt, adeſſe clauſulam Juris Francorum: ut ex privilegiis, & Regiis confirmationibus dignoſcitur.

19 Terra, & Caſtrum Petræpretiæ, nunc Principatus titulo decoratum, fuit conceſſum per Inclitum Regem Federicum in anno 1336. Abbo Barreſi, pro ſe, & hæredibus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus in perpetuum cum clauſula Juris Francorum: ut apparet per Regium diploma, exhibitum, & à nobis recognitum.

Terra Barrafranchæ, nunc in Marchionatum ere-
20 cta, quæ primò fuit nuncupata Baronia Convinci, empta fuit per dictum Abbum Barreſi à Domino Rege Petro ſecundo, cujus venditio poſtea in anno 1438. fuit confirmata pro dicto Abbo, ſuiſque hæredibus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, in perpetuum, & cum clauſula Juris Francorum: conſtat ex Privilegio edito in proceſſu.

Feudum, & Baronia Fontanæ Moratæ, primo fuit
21 conceſſa per inclitum Regem Martinum in anno 1398. Franciſco Guerra de Veintemilla, pro ſe, & hæredibus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, in perpetuum, & cum clauſula Juris Francorum, in qua Baronia, ſucceſſit Donna Catarina de Veintemilla, & Barreſi uxor legitima Antonii Barreſi Barónis Petræpretiæ, quibus ſucceſſit Antonius filius legitimus, & demum Mattheus, qui in anno 1479. accepit inveſtituram dicti feudi cum clauſula Juris Francorum; à quo tempore uſque in præſens, ſemper ſucceſſores in dicto feudo inveſtituti ſunt cum dicta clauſula Juris Francorum: ita apparet ex Privil. & inveſtituris exhibitis.

Centum, & viginti unciæ redditus ſuper Univer- 22
ſitate Calatagironis, fuerunt donatæ per inclitum Regem Martinum, Ugonetto de Santapau fratri Calcerandi in anno 1392. & conceſſio fuit in forma hæreditaria; ob idque alienatæ fuerunt, & in eis ſucceſſit Joannes Antonius Barreſi Baro Petræpretiæ qui in anno 1479. Regiam obtinuit confirmationem dictorum redditúum, pro ſe, & hæredibus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, in perpetuum, & cum clauſula Juris Francorum, à quo tempore omnes ſucceſſores uſque ad Donnam Margaritam inveſtituram acceptis ſunt cum dicta clauſula Juris Francorum: apparet ex Privilegio confirmationis, & Inveſtituris ſubſequentibus.

Denique ex eodem cognomine de Barreſi, licet ex 23
diverſa linea, provenit Terra, & Marchionatus Militelli, de cujus conceſſione, & ſub qua forma, non liquidò apparet: ſolum namque deprehenditur ex nonnullis ſcripturis in proceſſu exhibitis, quod dicta Terra conceſſa fuerit per Inclitum Regem Martinum, primo loco Blaſco Barreſi, & deindè Antonello ejus filio pro ſe, & hæredibus de ſuo tempore legitimè deſcendentibus: & hoc in anno 1393.

In dicta terra ſucceſſit Blaſcus, Antonelli filius pri- 24
mogenitus, & ab eo uſque ad Don Vincentium Barreſi, qui obiit anno 1567. ſemper fuit derivata ſucceſſio de primogenito in primogenitum maſculum, ex directa linea dictorum Blaſci, & Antonelli, & inveſtituræ captæ fuerunt, probata morte ultimi poſſeſſoris, & primogenitura ſucceſſoris, juxta tenorem ſuorum Privilegiorum; nullo alio expreſſo: ut patet ex Inveſtituris præſentatis.

Dictus D. Vincentius Barreſi deceſſit prædicto an- 25
no 1567. nullis relictis deſcendentibus, & per ſuum ſolemne teſtamentum inſtituit hæredem particularem in dicta Terra, & Marchionatu Militelli, Donnam Catarinam Barreſi ſororem primogenitam, filiam legitimam Don Caroli Barreſi communis patris, quæ virtute dictæ inſtitutionis cæpit pacificam poſſeſſionem dicti Status, & in eam fuit immiſſa vigore literarum Tui tunc temporis Vicarii, & Proregis per hoc Tribunal M. R. C. expeditarum, & cuidam Judici delegato ad earum executionem commiſſarum, qui ſervatis ſervandis, & adhibita cauſæ cognitione ſuper traditione poſſeſſionis, dictam Donnam Catarinam immiſit nemine contradicente: ut conſtat, ex actis poſſeſſionis in proceſſu exhibitis.

Dicta Donna Catarina jam Marchioniſſa Militelli,
matrimonium contraxit cum præfato Buteræ Princi- 26
pe Don Fabritio, & in Tabulis nuptialibus inter eoſdem initis anno 1570. conventum fuit, quod in dicto Statu, & Marchionatu, ſuccederent filii ex illo matrimonio, & eorum filii, & deſcendentes in infinitum, cum clauſula Juris Francorum per ſemper ſervanda, à qua nullo modo videretur receſſum; & quod in defectu filiorum, & deſcendentium dicti matrimonii, & prædictæ Donnæ Catarinæ, ſuccedere deberent Donna Aleonora, & Donna Beatrix ipſius ſorores, una poſt aliam, & earum filii, & deſcendentes in perpetuum, ſervata ſemper forma Juris Francorum, prohibitione alienationis, & gravamine cognominis, & Armorum de Barreſi: ut conſtat ex dicto contractu matrimoniali exhibito, & à nobis recognito.

Donnæ Catarinæ ſucceſſit D. Franciſcus filius pri- 27
mogenitus ex dicto matrimonio, & D. Franciſco, Donna Margarita ejus unica, & legitima filia ultima poſſeditrix, quæ, & ejus pater acceperunt Inveſtituras, cum clauſula Juris Francorum. Et hic eſt ultimus Status ſucceſſionis dicti Marchionatus: de quo amplius in quinto Articulo.

Huçuſque

Digitized by Google

28 Hucuſque probavimus Status, & feuda, de quibus eſt contentio, habere annexam clauſulam Juris Francorum, in eiſque ſuccedendum eſſe per viam primogenituræ, vel ex diſpoſitione primorum acquirentium, vel ex pacto, & providentia Principum concedentium; nam quod clauſula Juris Francorum idem operetur, ac ſi dictum ſit, ſuccedat ſemper primogenitus in confeſſo eſt, & nullus contradicit ex Regnicolis noſtris, ut videre eſt apud *Ludovic. Molin. lib.1. de primog. cap.5. num.4. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. parte 2. quæſt.8. num.8. cum ſeqq.* & alibi paſſim *Marius Giurba deciſ.20. num.24. Giurb. de ſucceſſ. feud. § 1. gloſſ.8. num.35. verſ. duodecimo.* Qui alios quam plures refert, & infra laudabimus.

Sed ſunt aliæ concludentiſſimæ rationes, quæ idem perſuadent, etiam quod prædicta clauſula deficeret: ſuppoſito tamen, quod ſunt feuda ex pacto, & providentia gentilitia, & familiaria: ut ex ſequentibus apparebit.

29 Primo, quia major pars dictorum Statuum, ſunt magnæ Baroniæ, cum ampliſſima Juriſdictione, mero, ac mixto Imperio, & Principatus, ac Marchionatus titulis decoratæ, ſicque uti feuda dignitates habent ex natura ſua, & juris diſpoſitione inſitam clauſulam Juris Francorum, & perpetuam primogenituram, ut probant *Molina lib.1. de primog. cap.11. num.24. & 25. Pater Molina de majorat. diſp.581. num.1. Menoch. conſ.504. num.9. & 10. Caſſant. conſ.57. à num.66. Ramon. conſ.100. num.304. & 305.* & conceſſo loco cum titulo dignitatis, intelligitur conceſſio facta cum Jure primogenituræ *Molina* ubi proximè *num.25. verſ. in ſecunda ſpecie. Menoch. conſ.401. num.18. & 19.* & quando feudum eſt ſui natura dividuum, quod per talem conceſſionem dignitatis indiviſibile efficiatur: docent *Sacca conſ.52. num.46. & 47. Maſtrill. de Magiſtrat. lib.4. cap.12. à num.14. Parlador. in ſexquicent. diff.8. § 1. num.3.* & in terminis eſt *Text. in cap. Imperialem, §. præterea ducatus de prohibita feud. alienat. per Federic.* ubi *Iſern. Afflict.* & cæteri repetentes, *Freccia de ſubfeud. lib.2. tit. de different. inter feud. Reg. diff.1. num.1. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. parte 8. quæſt.16. num.14. & parte 3. quæſt.8. num.3. Blaſ. Lanc. ea inter conſ. Luna conſ.1. num.59. & 93. Maſtrill. deciſ.172. num.34. Giurb. de feud. §.2. gloſſ.3. num.58. & gloſſ.8. num.17.*

30 Secundo, quia ſi communem Regni Doctorum acceptionem ſequamur, de cujus veritate in Tertio Articulo diſſeremus, omnes Status, & Baroniæ provenientes ex linea de Santapau in Principem Don Franciſcum, ob mortem ab inteſtato dicti Principis Don Ambroſii ejus fratris, remanſerunt informatæ cum clauſula Juris Francorum ſub quacumque forma fuiſſent conceſſæ, & ſemper in illis eſt ſuccedendum cum prædicta clauſula, ſemel ac ex diſpoſitione *Cap. ſi aliquem 33.* Incliti Regis Jacobi, in dictum Principem Don Franciſcum ab inteſtato pervenerunt, ut expreſsè in puncto dixerunt *Perńus conſ.4. num.5. & conſ.12. Cannet. in cap. volentes, §. at non erit inutile, num.54. fol.128.* aſſerens hanc eſſe peculiarem Regni conſuetudinem. *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. 4. parte quæſt.2. verſ. ab inteſtato vero, num.22. & quæſt.11. num.6. & quæſt.13. per totum. Blaſius Lancea inter conſ. Luna de conſ.1. num.9. Octavius Corſett. conſ.4. per tot. Juſtificantes in cauſa Licodiæ fol. mihi 38. verſ. quarto denique.*

31 Tertio, quia juxta eamdem acceptionem, de qua inferius in prædicto Articulo tertio, ſucceſſio prædictorum omnium Statuum, & Feudorum in præſenti vacans ob mortem Donnæ Margaritæ, eſt regulanda ut ab inteſtato, illa enim inſtitutio, de qua in ipſius teſtamento, nempè, *ſuccedat qui de jure ſuccedere debet:* Idem operatur, ac ſi dictum fuiſſet, ſuccedat is qui ab inteſtato ſucceſſurus eſt, *l. conſi lientur 8. §.1. ff. de jure codicill. Portius de Imol. conſ.121. num.2. & 3. Cephal. conſ.416. num.40. vol.3. Ruinus conſ.90. num.6. verſ. quo vero, vol.2. Pariſ. conſ.3. num.20. lib.3. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.377. num.1. Amat. variar reſolut.10. num.68. & 70.* & in his terminis, cujuſcumque formæ fuerint feuda, ſemper ſubintrat clauſula Juris Francorum ex diſpoſitione dicti *cap. ſi aliquem* Regis Jacobi, *Cannet. in dicto cap. volentes verſ. ſed an in iſto, num.4. fol.40. Petr. de Gregor. de ſucceſſ. feud. dicta parte 4. quæſt.12. & 13. per tot. cum ſuper dictum cap. ſi aliquem, verbo Francorum, num.8. Corſett. dicto conſ.4. n.4. 5. & 10. Corſett. filius in additione ad dictum conſ.4. & conſ.9. n.30. & conſ. n.8. & 9.*

Quarto, & ultimo, quia antiquiſſima obſervantia, 32
& modus vivendi inter deſcendentes, ex prædictis familiis, à quibus feuda proveniunt, ab immemoriali tempore hanc ſuccedendi formam introduxit, ut ſcilicet, ſuccedatur de primogenitu in primogenitum, ut patet ex inveſtituris, in quibus uniformiter aſſeritur, fuiſſe probatam mortem ultimi poſſeſſoris, ſucceſſionem, & primogenituram ſucceſſoris, quæ obſervantia, & modus vivendi eſt ſecundum Jus Francorum, ut advertunt; *Iſern. in dicto cap. Imperialem, n.2. circa finem verſ. ſed quomodo probabitur,* ubi etiam, *Afflict. num.38. ad finem de prohibit. feud. alienat. per Federic. Goffred. conſ.11. num.22. verſ. præterea quamvis. Intriglicl. de feud. cent.1. quæſt.50. num.20. Menoch. conſ.391. num.12. vol.4.* & conducunt tradita a *Bart. in l. gerit num.17. ff. de acquir. hered. Bald. in l. is qui n.2. C. de ſecund. nupt. Paulus Pariſ. conſ.75. num.54. lib.2. Paluc. Rub. in l.45. Tauri* quem & alios ſequitur *Molin. de primogen. lib.1. cap.8. n.28.* ubi addentes, & *lib.2. cap.6. num.57. & 60.*

Cum quibus concurrit, quod ſumus in Terminis 33
Judicii poſſeſſorii ſummariſſimi, in quo ultimus Status vacationis feudi, & majoratus attenditur: ut docuerunt *Bald. in rubr. de præſcript. num.2.* cujus doctrinam notabilem appellat *Balbus de præſcript. 3. parte quæſt.3. num.3. Suar. tit. de las herencias num.24. Parlador. quotid. lib.2. cap.5. num.19. Caſſan. conſ.10. num.6. 7. & 9.* ubi ſubdit, quod huic naturæ, ſeu ſtatui, in quo res ipſa ultimo fuit reperta, omninò ſtandum eſt, maximè in Judicio poſſeſſorio: quoniam in eo ſemper attenditur ultimus actus præteritæ introductionis: *Decian. conſ.24. num.13. vol.2. Surd. conſ.358. num.11. vol.3.* & conducit Statutum noſtrum, ſcilicet, c.43. Regis Ferdinandi, in quo poſſeſſionis continuatio decernitur cum relatione ad eam, quam ultimus poſſeſſor habuit; unde cum non ſolùm Donna Margarita, ſed ejus Anteceſſores, his præteritis temporalibus inveſtituras acceperint cum prædicta clauſula Juris Francorum, & per viam primogenituræ, non eſt de hoc amplius jus dubitandum in præſenti cauſa, & Judicio.

ARTICULUS II.

Comes Mazareni, utpote verus Refutans Feudorum, & Statuum prædictorum (Militelli Marchionatu excepto) Donnæ Margaritæ refutatariæ abſque filiis defunctæ, jure reverſionis, vel ſucceſſionis incontrovertibilis ſuccedit, non obſtante renunciatione in contractu tranſactionis ad favorem ejuſdem Donnæ Margaritæ facta, quam perſonalem probabimus: ac propterea debuit prædicto Comiti concedi manutentio, excluſo Racudiæ Comite.

PRo dilucidiori intellectu eorum, quæ hoc Articulo dicenda, & in puncto juſtificanda ſunt, oportet primo comprobare, dictum Mazareni Comitem, tranſactionis, renunciationis tempore omnium prædictorum Statuum, verum, & indubitatum ſucceſſorem ob mortem Principis D. Fabritii ipſius Avi extitiſſe.

Hoc

Digitized by Google

34 Hoc quidem ſecluſa refutatione facta ab ipſo Don Fabritio in favorem Don Franciſci primogeniti, & Donnæ Margaritæ patris, nullam continet dubitationem, ſtante Regni Capitulo Imperatoris, & Invictiſſimi Regis Noſtri Domini Caroli V. feliciſſimæ, & glorioſiſſimæ memoriæ Cap. 204. ibi, *ſcilicet che la figlia femina del figlio Maſculo primogenito morendo detto maſculo in vita di ſuo patre in tal caſo la detta figlia del maſculo ſia preferita alla zia ſorella del detto maſculo in la ſucceſſione delli detti Stati, Baronie, e feudi di ſuo avo. Verum che havendo tempore ſua mortis figlio maſculo ſecundogenito, in tal caſo detto figlio maſculo ſecundogenito ſia preferito alla nepote femina figli del detto primogenito premortuo; à talche li Stati, e Baronie vengano a conſervaſi. & perpetuare in le caſate, e cognomi d'onde procedono*; Quod, & poſtea ejus prudentiſſimus filius, & Tuæ Majeſtatis Avus, Dominus noſter Philippus Secundus in ſucceſſione inter tranſverſales eadem ratione ad ſupplicationem Regni declaravit, & decrevit pro caſibus futuris, in cap. 18. ut ex eo apertiſſimè perſpicitur.

35 Licet enim capitulum prædictum 204. loquatur nominatim de filio ſecundogenito maſculo concurrente ad ſucceſſionem patris cum nepte fœmina filia primogeniti, tamen idem ſervandum, & judicandum eſt, ob identitatem rationis in ſtatuto expreſſè, nempe, agnationis conſervandæ, etiam in filio ſecundogeniti, concurrente cum conſobrina filia patrui ad ſucceſſionem Avi: quia caſus iſte ex vi comprehenſiva ſub dicto Statuto continetur, ut conſiderat *Bald. in l. quod vero num. 1. & in l. de quibus verſ. item quaro colum. 51. ff. de legibus. Decius conſ. 227. num. 8. Cravett. conſ. 227. num. 3. Pariſ. conſ. 32. num. 72. & ſeqq. lib. 1. Menoch. conſ. 113. num. 4. & 5. & conſ 484. num. 8. & 9. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 689. num. 15. & cap. 920. num. 3. Rot. apud Farinac. deciſ. 172. num. 11. lib. 2. in poſthum. Cutell. de donat. tract. 2. ſpeculat. 23. num. 3.* quibus addendi ſunt *Decian. conſ. 30. num. 10. & 11. & 12. lib. 3. Berous conſ. 151. num. 5. lib. 2. Martin. Medic. examia. 31. n. 26. Corſett. dicto conſ 19. n. 37.*

36 Et hinc eſt, quod Statutum, per quod mandatur, quod frater excludat ſororem ob conſervationem agnationis, includit etiam, quod frater patruelis excludat ſororem patruelem, *Gabriel. lib. 6. com. concl. 7. tit. de Statutis num. 12. Brunus de ſtatut. excluſ. fœmin. art. 12. quaſt. 16. verſ. an autem Curt. Junior. conſ. 15. num. 37. verſ. Non minus lib. 1. Decian. conſ. 43. num. 52. lib. 2. Menoch. conſ. 235. num 37. Poſtius conſ. 183. n. 27. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 288. num. 3. Rauden. reſponſ 52. num. 6. Fuſar. conſ. 54. num. 52. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. parte 4. quaſt. 4. num. 10. Intrigl. de feud. cent. 2. artic. 53. num. 12. & 13. Minad. conſil. 1. à num. 46. Farinac. deciſ. 104. num 4. parte 1. recent.*

37 Quæ traditio in tantum vera eſt, ut nec adverſæ partis Advocati illam negari auſi ſint, etiam in terminis dicti *Cap. Si aliquem* 33. vocantis proximiorem, ibi enim in pari gradu maſculum fœminæ præferendum eſſe ſtatutum eſt, & quamvis loquatur in ſucceſſione inter tranſverſales, nihilominus ejus diſpoſitio ad ſucceſſionem inter deſcendentes communiter trahitur: ut notant *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. parte 4. quaſt. 10. in princip. & num. 21.* ubi *Maſtrill. lit. A. Cumia in dicto Cap. Si aliquem verb. Gradu n. 72. Canaet. in cauſa Veria conſ. 20. apud Corſett. num. 2. Idem Corſett. Senior. conſ. 9. num. 32. & conſ. 19 num. 31. & Corſett. filius in addit. ad conſ. 10. num. 27. Pern. conſil. 4. column. 3. verſ. verum tamen in Regno iſto, Intrigliol. deciſ. 43 num. 21. & ſeqq.* ac propterea in ſucceſſione Avi Don Fabritii Comes Mazareni nepos Maſculus ex ſecundogenito, Donnæ Margaritæ nepti ex primogenito, ob qualitatem, & prærogativam ſexus in pari gradu abſque ulla æſitatione præferendus erat.

Quippe in propoſito caſu, non habet locum repræſentatio, nec attenditur prærogativa melioris lineæ, quæ in aliis caſibus eſt conſiderata, & obſervari debet juxta noviſſima Regni Capitula; fœmina namque de Jure communi feudorum excluſa, & de jure ſpeciali commiſerationis cauſa per Regni Conſtitutiones, & Capitula, admiſſa, non excludit agnatum proximiorem, aut in pari gradu, ſed ſolum remotiorem inferioris lineæ, ut infra fuſius probabimus articulo 3. & 4. ubi de prærogativa lineæ, & qualitate agnationis agendum eſt. 38

Difficultas igitur verſatur, ſtante refutatione prædicta facta Don Franciſco per patrem Don Fabritium, ſi enim hæc ſuum ſortita eſt effectum tranſlationis poſſeſſionis prædictorum Statuum in Don Franciſcum, ac ſi verè mortuus eſſet Don Fabritius pater: ſicque non expectata morte ipſius; nulli dubium eſt Donnam Margaritam uti filiam refutatarii, & poſſeſſoris, ſaltem per clauſulam conſtituti in dicta refutatione appoſitam, prædictorum Statuum fuiſſe veram ac legitimam ſucceditricem: ſi verò refutatio non ſtatim operata eſt; & vera dictorum feudorum vacatio non fuit inducta, niſi poſt mortem Don Fabritii: certum etiam eſt, quod mortuo Don Franciſco in vita patris refutantis, evanuit refutatio, & per conſequens debita fuit ſucceſſio Mazareni Comiti, qui tunc temporis nepos maſculus ex ſecundogenito reperiebatur, ex proximè dictis. 39

Iſtius dubii reſolutio, pendet ab illa percelebri quæſtione: utrum in ſucceſſione feudorum ſit attendendum tempus refutationis, ſeu potius tempus mortis refutantis, ut vel ſuccedat proximior refutatario morienti, vel proximior tempore mortis refutantis? quam breviter diſputabimus, utriuſque ſententiæ Auctores rationeſque referendo, ac noſtrum proferendo Judicium. 40

Tempus refutationis, & ſecundum eum proximitatem ſucceſſoris conſiderandam eſſe, dixerunt ex Regnicolis noſtris, pro Racudiæ Comite in allegationibus adductis, *Bernard. de Medicis, alias Saccurafa, in compend. Cap. volentes verſ. Item ſi vero, Joann. de Anſal. in cauſa feudi Formica, Montalt. ſuper feude Cordonia, Blaſc. Lanc. in dicto Cap. volentes 2. notab. Hieronym. Fimia in conſ. pro Andreotta Corbera, & in cauſa Palazoli, Ferd. Bongior in cauſa Buccheri, Joann. Aloyſ. de Sept. in cauſa Palazoli, Canaet. in dicto Cap. volentes fol. 83. verſ. & quatenus: Milan.* qui præfatos DD. refert, & ſequitur, *deciſ. 8. num. 271. cum ſeqq. lib. 1. Maſtrill. ad Petr. de Gregor. d. conceſſ. feud. part. 4. q. 10. num. 24. litt. B. & deciſ. 238. ex num. 35. Feder. Campixianus inter conſ. Corſetti conſ. 22. per tot. Regens Ramunderta in cauſa feudi Mangiadaini, Cutell. de donat tom. 2. ſpecial. 12. in fine. De exteris verò Camerar. in l. Imperialem, Rovit. conſ. 15. num. 34. & 35. Borell. in ſumma deciſ. tit. 34. de feud. num. 434. Peregr.* & alii, quos refert, & ſequitur *Franc. Aponte deciſ. 4. per tot.* quos videtur ſectari, *Joſue Amineangelus* (ex adverſo prætermiſſus) *in ſuis quaſt. 11. per totam.* 41

Iſtorum Doctorum fundamenta ſunt: Primo text. in c. 1. de alienatione feudi paterni, ubi permittitur Vaſſallo ante mortem, feudum refutare, & alienare in proximè ſucceſſurum, & in præjudicium aliorum Agnatorum: cum ergo Text. iſte loquatur de feudo in forma ſtricta, & intelligi debeat de refutatione valida, & perpetuò duratura, quæ tranſeat in filios refutatarii, & cæteris præjudicet Agnatis, [inquiunt] non eſſe de hoc amplius diſceptandum, lex enim clara, & in terminis caſum determinans in individuo, nullam relinquit dubitandi rationem, & ex quo alienationem permittit, ſi fiat in caſu permiſſo, de perpetua, & non de temporali eſt intelligenda ex *Bartol. in l. ſicut §. ſupervacaneum colum. 3. ff. quib. mod. pignor. vel hypot. ſol. Angel. in l. pater filium, ff. de legat. 3.* 42

Secundò,

Digitized by Google

43 Secundo, & ad confirmationem præcedentis, dicunt, quod cum Textus præcitatus alienationem permittat in proximè ſucceſſurum, eeluctantibus, & invitis etiam aliis agnatis, & non diſtinguat [uti nec DD.] an procedat illo tantum caſu, quo refutatarius ſupervixerit, vel locum non habeat ſi præmoriatur, debet indiſtinctè intelligi, nulla habita eatione de præmorientia dicti refutatarii; eo præcipue, quia actus perfectus, & conſumatus, non vitiatur, nec reſolvitur, licet ad eum caſum devenerit, à quo initium capere non potuerit *Cap. factum legitime* 78. *de regul. Jur. in* 6. *l. in ambiguis* 85. *§. non eſt novum, ff. eod. tit. cum vulgatis.*

44 Tertio, expendunt *Text. in cap.* 1. *de eo, qui fin. agnat.* dum determinat, quod mortuo eefutatario abſque filiis, feudum revertitur ad refutantem; ex quo deſumunt argumentum à contrario ſenſu, & dicunt: quod ſi eefutatarius cum filiis, deceſſiſſet, ad ipſos ſucceſſio pertinuiſſet, & ceſſaret contentio inter refutantem, & alium agnatum, totum feudum vendicare volentem; quæ eſt ponderatio *Milan. dicta decis.* 8. *num.* 292. *lib.* 1.

45 Pro contraria vero parte, nempè ſpectandam eſſe proximitatem de tempore mortis refutantis, alii quam plurimi non contemnendæ auctoritatis DD. adducuntur, & ex Regnicolis ſunt *Petr. de Monte, & Gualterius de Paternio in Cap. volentes*, ubi *Petr. circa finem Blaſc. Lancea in eodem cap. prima lect. verſ. ſed pul. ltra. Idem Joann. Aloyſ. de Sept. & in cauſa Coltabellotta, Idem Cannet. in cauſa Veria, & in cauſa Caſſari, & ſing.* 34. *lib* 2. ubi *de comm. teſtatur*, & alii quos refert *Corſett. Sen. conſ* 19. *num.* 34. *&* 35. *& Regens Corſett. filius in addit. ad patrem conſ.* 22. ubi latè quæſtionem examinat: & multis rationibus hanc partem tuetur; *Cum in Cap. Si aliquem verb. Antiquis, limit.* 2. *num.* 371. *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. parte* 4. *queſt.* 10. *num.* 24. ubi firmiſſimè in hac reſidet opinione [licet ab Advocatis adverſæ partis, perperam pro contraria adducatur] *Intrigliol. decis.* 43. *per tot.* ubi ad partes diſputat, *Giurb. de ſucceſſ. feud. §.* 2. *gloſſ.* 12. *num.* 80. *prope finem*, & eleganter *Gloſſ.* 5. *n.* 50. *ubi num.* 53. reprehendit *Revit. dicto conſ.* 15. *num.* 35. contrarium tenentem, [& licet hic Auctor pro contraria allegetur *in §.* 1. *gloſſ.* 15. *num.* 9. non loquitur de hoc puncto, ut ex ejus viſione poterit recognoſci; ſolum enim diſputat: Utrum mortuo refutatario, ſuperſtitibus filio ipſius, & refutante, quis eorum ſuccedere debeat, filius, an vero refutans? Quæ diverſiſſima eſt quæſtio *Castell.* ſibi contrarius *de donat. contempl. matrim. tract.* 2. *diſcurſ* 1. *ſpecial.* 12. *à num.* 240. *& ſpecial.* 18. *num.* 21.

46 De exteris autem, ſunt, *Joann. Andr. in cap.* 1. *de ſucceſſ. feud. num.* 8. *a Corſett. Jun. adductus in addit. ad conſ.* 22. *num.* 15. *Joann. Vinc. de Anna in Rubr. de Vaſſall. decrep. ætat. nu.* 187. *uſque ad num* 232. *Gallupp. in metod. Jur. feud. parte* 2. *cap.* 5. *num.* 17. *Artman. Piſtor. q.* 6. *feud. num.* 34. *& ſeq. lib.* 2. *Roſental de feud. cap.* 5. *membr.* 2. *concl.* 67. *Conſul. ad Peregr. art.* 29. *verſ. Septimo obſerva fol.* 351. *Fuſar. de ſubit. quæſt.* 318. *num.* 110. *Et de Hiſpanis noſtris*, *Joann. Guttierez lib.* 3. *pract. quæſt.* 71. *num.* 13. *Caſtill. lib.* 3. *controverſ. cap* 12. *num.* 111. *& lib.* 5. *cap.* 18. *Paz de Tenuta cap.* 61. *Solorzan. de Jure Ind. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 29. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 45. ubi addentes, & aliis quamplurimis relatis, noviſſimè *Alphonſ. de Olea in tract. de ceſſ. Jur. tit.* 3. *q.* 4. *per tot.* præcipuè *ex num.* 31.

Rationes, quibus iſti DD. moventur ſunt. Primo quod in feudis, majoratibus, & fideicommiſſis, pro-
47 ximitas ad ſuccedendum conſideretur tempore mortis ultimi poſſeſſoris; quæ concluſio in hoc fideliſſimo Regno non habet contradictorem ſtante diſpoſitione *Cap ſi aliquem* eam canonizantem, ibi. *Qui tempore mortis ſuperverit defuncto proximior*, ut ibidem agnoſcunt omnes repetentes, & optimè perpendit *Intrigl. dicta decis.* 43. *num.* 22. *verſ. fundatur*, *qui num. ſeqq* alia proſequitur non contemnenda; & de Jure communi illam comprobat expreſſus *Text. in l. cum ita §. in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2. ibi *qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore quo teſtator moreretur*, cum adductis à *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 10. *per tot. & num.* 38. *& lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 37. latè *Caſtrill. lib.* 3. *controv. cap.* 19. *ex num.* 135. *cum ſeqq.* & alibi ſæpè, unde deducunt, non eſſe attendendam proximitatem de tempore refutationis, aut renunciationis in præjudicium eorum, qui poſt mortem poſſeſſoris eefutantis ſucceſſuri ſunt, uti proximiores eidem, & habentes tunc temporis qualitates à ſtatuto, ſeu diſpoſitione primi fundatoris requiſitas, eleganter *Gutierez dicta quæſt.* 71. *num.* 13. *addentes Molin. dicto lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 45.

Secundò, & in confirmationem prædictæ conclu-
ſionis ponderant Jura *in l. filius famil. §. divi, la prima*, 48
ff. de legat. 1. *l. cum pater* 77. *§. à filia l. unum ex famil. in princ. ff. de legat.* 2. *l. uxorem, §. Sejum, ff. de leg.* 3. in quibus cavetur, quod gravatus reſtituere fideicommiſſum poſt mortem, incertæ, ex certis perſonis, non poteſt in vita eeſtituere; quia ex præmatura illa reſtitutione iis, qui tempore mortis in humanis extiterint, præjudicium poſſet inferri; per quæ Jura dixerunt *Molina de primog. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 23. & ib. ejus addentes, qui plures laudant, *Gomez. in l.* 17. *Tauri num.* 16. *&* 7. *Surd. conſ.* 264. *num* 29. *Franc. Londus Sa. leger. reſol. civil. lib.* 2. *cap.* 50. *num.* 49 *Anton. Fab. lib* 18. *cap.* 4. 5. *&* 6. quod gravatus eligere tempore mortis non poteſt electionem facere in vita, & ſi hoc faciat, electio non tenet, & electus ſi præmoriatur non tranſmittit aliquod Jus ad hæredes; meritò quidem, quia quæ poſſunt recipere variationem cum tempore, fieri nequeunt ante tempus in Tertii præjudicium. *Joann. Vinc. de Ann. in reper. dicti Cap* 1. *de Vaſſall. decrep. ætat. num.* 195. *Gomez. in d. l.* 17. *Tauri, num.* 6. *in fine Cannet. conſ.* 41. *num.* 9. *apud Corſett ſub conſ.* 19.

Tertiò dicunt, quod ſi proximitas ad ſuccedendum
eſſet conſideranda de tempore refutationis, non au- 49
tem mortis poſſeſſoris, daretur occaſio fraudandi legitimos ſucceſſores, vel jam natos, vel naſcituros, habentes tunc qualitates requiſitas, contra prohibitionem *text. in l. ſi mulier, §. ex aſſe ff. de Jure d t.* ibi, *quia transferre ad alium, quam cui debet fideicommiſſum heres non poteſt, l. ſi id quod* 21. *§. ultimo, ff. de liber. leg.* quem *Text. ad hoc ponderat Fuſar. de ſubſtit. dicta q.* 318. *num.* 110. & ſequeretur quamplurima inconvenientia, & abſurda, utpotè, quod facta eefutatione à primogenito in favorem ſecundogeniti, non poſſent filii primogeniti poſtea nati ſuccedere in feudo, aut majoratu per mortem patris refutantis, Item, quod refutato feudo in remotiorem agnatum de conſenſu proximioris immediate ſucceſſuri, non poſſent agnati proximiores in medio exiſtentes ſuccedere ob mortem illius proximioris, qui refutationi conſenſit. Ulterius quod ſtante Statuto excludentis fœminam concurrentem in pari gradu cum Maſculo (ut eſt in Regno noſtro) non poſſet ſuccedere Maſculus habens hanc qualitatem tempore mortis: Imò excluderetur à fœmina exiſtente in pari gradu, eo ſolum, quod eſſet eefutatario proximior; contra mentem ſtatuentium, & diſpoſitionem concedentium, & acquirentium feuda, ut in præſenti cauſa manibus contrectatur, & perbellè conſiderant ſupracitati DD. præcipuè *Corſett. Jun. in addit. ad dict. conſil.* 22. *Intrigl. dicta decis.* 43. *Addentes Molin. dicto lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 44. *Olea dicta quæſt.* 4. *num.* 41. *&* 42.

Et quia ex adverſa parte replicatur Jura prædicta
ſcilicet *dicta l. filius familias, §. divi il primo, ff. de leg.* 50
primo, cum ſimilibus procedere in fideicommiſſis, & majoratibus, in quibus diſpoſitio eſt poſt mortem collata, aliudque eſſe in feudis; quæ poſſeſſor poteſt alienare, & refutare in vita in proximum immediatè ſucceſſurum *ex dicto cap.* 1. *de alienat. feud. paterni dict.*

cap.1. de eo, qui fin. fec. agnato. Reſpondent iſtius ſecundæ ſententiæ ſectatores nullius ponderis hanc evaſionem eſſe.

51 Tum, quia de fideicommiſſo ad feudum validum eſt argumentum *Menoch. conſ.277 num.17. & conſ.175. num.13. Artaman. Piſtor. dicta quaſt.6 feud. num.41. & 44. lib.2. Intrigliol. dicta deciſ.43. num.78. Corſett. filius ad patrem dicto conſ.22. num.41.* & de majoratu ad feudum ex pacto, & providentia Principis, quod deferrur Jure primogenituræ ex clauſula Juris Francorum, *Molin. de primog. lib 1. cap.7. num 1.2. & 3. cum ſeqq.* ubi multos laudat: & Jure communi attento, ac etiam præter Jus, ſecluſis particularibus legibus, & conſuetudinibus uniuſcujuſque provinciæ, id indubitanter firmat *num.5. & 6.* quem ſequitur noſter *Intrigliol. de feud. cent.1. quaſt.57. per tot.* ubi alios quamplures refert, quod in his terminis non inficiantur *Caſtill. Sotom. lib.5. controverſ. cap.92. num.47. Parlador. in ſexquirent. diff.19. num.10 & ſeqq.* ac propterea nullam congruam differentiæ rationem inter utrumque caſum reddi poſſe arbitrantur.

52 Tum etiam, quoniam in feudis ex pacto, & providentia Principis (de quibus in præſenti eſt noſter ſermo) omnes Agnati in Inveſtitura comprehenſi habent ſpem probabilem ſuccedendi feudatario viventi, independenter ab eo, ex vocatione Principis concedentis, aut primi acquirentis, ſeu diſponentis, *Socin. Iun. conſ.95. num.30. lib 3. Menoch conſ.211. num.99. & conſ.107. num.64. vol 2. Peregrin. de fideicomm. art. 52. num.35. Intrigliol. dicta deciſ.43. num.74. Amicang. quaſt. feud.9. num 45 & quaſt.10. num.3. Altograd.* qui alios refert *conſ.8. num.22. lib.2. Noal. de tranſmiſſion. caſ.63. num.2. cum ſeqq.* Adeo ut feudatarius habens feudum ex pacto, & providentia, intelligatur ita feudum tenere ex principis conceſſione, ut poſt mortem ſuam reſtituat proximiori vocato adinſtar fideicommiſſi *Iſern. in cap.1. num.50. de eo qui ſibi, & hæredibus ſuis maſcul. Decius conſ. 445. num.33. Georgius allegat. 19. num.17. Giurb.* qui plures *de feudis, §.1 gloſſ.10. n.23. & 24. Gutell. deciſ.35. num.41. lib.2.* ubi, inquit, quod inveſtitura operatur id, quod fideicommiſſum in contractu, & concludit, quod feudum à DD. hujus Regni, vocatur reſtitutioni ſubjectum ex Corſetto, & Canetio, quos ibi allegat.

53 Undè concludunt, propriiſſimè ad noſtræ quæſtionis deciſionem adduci, pro hacque ſententia expendi præcitata Jura de fideicommiſſis loquentia; cum enim agnati ex conceſſione, & inveſtitura Principis dicantur vocati ad feudum poſt mortem tenentis reſtituere; certum eſt non poſſe illum alio etiam proximiori in vita reſtituere, in præjudicium alterius, qui tempore mortis reperitur proximior, habetque qualitates requiſitas ad ſuccedendum tempore habili, quo deſiderantur, & quæ ex prænatura illa refutatione non debent excludi, ac rejici abſque iniquitatis vitio, ut conſiderat *Regens Corſett in addit. ad dict. conſ.21. num.23. verſ. ex his patet cum ſeqq.*

54 Nos utriuſque ſententiæ rationibus, & auctoritatibus matura deliberatione perpenſis, hanc ſecundam uti veriorem, æquiorem, & receptiorem amplexi ſumus; licet enim prima, & contraria, pro ſe habeat multos non contemnendæ auctoritatis ſectatores, nec deſtituta ſit fundamentis; negari non poteſt, quin plures numero, majoris ponderis, & politioris notæ ſint, qui hanc noſtram tuentur, quæ firmioribus, & ſolidioribus eſt ſuffulta principiis, juribus, & rationibus: ſecundum quam ſcimus eſſe in hoc fideliſſimo Regno judicatum per M.C.R. in cauſa Miſerendini ſub die 17. Junii 1600. revocata *deciſ. Milan.8.* & in cauſa delli Mirii, ut apparet ex Juſtificationibus Judicum, & denique in cauſa Principatus Caſſari ad favorem Don Cæſaris Caetano nepotis ex ſecundogenito, excluſa Donna Anna nepte ex primogenito refutatario præmortuo.

Eo præcipuè, quia Don Garſias Maſtrillo unus ex DD. contrariæ ſententiæ, & quidem maximè auctoritatis Auctor, in *addit. ad Petr. de Greg. de conceſſ. feud. part.4. quaſt.10. litt.B. & in deciſ.248. num.38. & 39.* ſequutus *Corſ. Senior. conſ.19. num.36. & 37.* illam limitat in caſu, quo militaret favor agnationis conſervandæ, ut puta ſi verſaremur inter maſculum, & fœminam, quo caſu, inquit, Judicem imitantem Imperatorem noſtrum Invictiſſimum Carolum V. in *Cap. noviſſimis* 118. & 204. non debere judicare poſt habito reſpectu ad agnationem, quod caſui noſtro mirificè convenit, licet reluctantibus adverſæ partis Advocatis, qui nullo juridico fundamento hanc Corſetti, & Maſtrilli traditionem in motivis evertere conati ſunt. 55

Quibus accedit, quod effectus refutationis factæ à Don Fabritio in favorem Don Franciſci filii primogeniti collatus fuit in tempus mortis ipſius Don Fabritii, & cum reſervatione uſusfructus, & adminiſtrationis, ut diximus ſupra in facti narratione, quo caſu cum deficiat extremum habile ad quod, ob præmorientiam refutatarii; procul dubio reſolvitur refutatario, & non tranſmittitur feudum ad ipſius agnatos proximiores, ſed ad eos, qui tales reperiuntur tempore mortis refutantis, cenſetur enim diſpoſitio conditionalis, eo quod in tempus mortis ſit collata juxta *text. in l. hæres meus ff. de conditionibus & demonſtrat.* & ideò non tranſmittitur *l.unica § ſi autem aliquid, C. de caducis tollend. Noalis de tranſmiſſ. caſ.10. num.15.* 56

Et licet ex adverſo dicatur, prædictæ refutationis executionem tantummodo fuiſſe in tempus mortis dilatam, & quod ſic declaravit D. Fabritius per aliam ſcripturam ad inſtantiam prædicti Don Franciſci, ut matrimonium tractatum inter ipſum, & Donnam Joannam ab Auſtria ſuum ſortiretur effectum, (quo caſu prætendunt non fuiſſe diſpoſitionem conditionalem, eo quod talis refutatio habet vim contractus donationis irrevocabilis, ut latè defendit *Amicangel. in quaſt. feud. quaſt.10. per tot.* & ſtatim dicatur nata obligatio, licet actio differatur ad tempus mortis ex *Gloſſ. in l. ſi pupillus, § qui ſub condit. ff. de novation. idem Amicang. quaſt.11. num.2.*) de hoc non apparuit, & plenè informati fuimus Don Fabritium aliam ob mortem D. Franciſci in favorem D. Joannis ſecundogeniti feciſſe prædictorum Statuum refutationem, uti conſtat ex actis, ſed cum ipſe D. Joannes ante patrem etiam vita functus eſſet, effectum habere non potuit, & feuda remanſerunt penes dictum Don Fabritium eorum verum poſſeſſorem; ex quo ortæ fuerunt diſcordiæ inter ipſum, & Donnam Joannam ab Auſtria nurum, quæ ut dictos Status ab ipſo avocaret, dictas executiones pro dotis credito exercuit, non valentibus dicto Don Fabritio, nec dicto Comite Mazareni, tunc infanti, orphano, & ſub tutela viduæ matris conſtituto ſuas proponere legitimas defenſiones, ut nobis extrajudicialiter innotuit; & quomodocumque ſit, ſemper dicendum eſt tacitam in refutatione ineſſe conditionem, ſi refutatarius ſupervixerit, & proximior tempore mortis fuerit repertus, ut infra *num.59. & 60.* probabimus, quidquid in contrarium dicat Amicangelus, cujus traditio in id tendit, ut refutatio non poſſit per refutantem revocari; nam ad ipſius præjudicium irrevocabilis eſt, ut in terminis dotis docet *Doctiſſ. Donat. Ant. de Marinis*, poſt hæc ſcripta viſus *in addit. ad deciſ. Reverterii deciſ. 56. num.3. per text. in l. ubi ita donatur 27. ff. de donat. cauſa mort.* non vero ad præjudicium tertii, tunc temporis proximioris, ut ſupra oſtendimus. 57

Nec tunc nobis obſtant jura, & rationes in contrarium perpenſæ, non primo *text. in cap.1. de alienat. feudi paterni.* Cui reſpondetur non determinari ibidem præſentem quæſtionem, quando ſcilicet præmoritur refutatarius relictis filiis, qui tempore mortis refutantis, ab aliis proximioribus agnatis præceſſi reperiuntur, utrum illi an potius iſti ſint præferendi? Textus enim ſolum decernit valere alienationem feudi inter 58

agnatos.

Digitized by Google

agnatos, abſque conſenſu Domini, quia tunc non dicitur alienatio, ſed refutatio: præmoriente vero refutatario, quis debeat in feudo ſuccedere? Non aperit textus, ac ideò intelligendus eſt de refutatione in præjudicium refutantis, quæ valida erit, ſi fiat in proximum immediatè ſucceſſorem, licet alii remotiores contradicant, non autem aliorum agnatorum, quibus uti proximioribus tempore mortis refutantis ſucceſſio debetur ex providentia Principis concedentis, & quibus ipſe refutans non poteſt præjudicium inferre, ut probant *Cannat. dict. conſ.* 20. *&* 21. *apud Corſett. & ipſe Corſett. conſ.* 19. *num.* 32. *& Corſett. filius in addit. ad conſil.* 22 *num.* 41. *&* 42. Optimè *Alphonſ. de Olea dicto tit.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 32. ubi, licet fateatur cum Molina caſum mortis, & alium ſimilem æquiparari: negat tamen renunciationem, vel ceſſionem morti ſimilem eſſe: ſicque renunciantem, vel refutantem haberi pro mortuo, quo, ad ſui præjudicium tantùm, non verò in præjudicium tertii etiam naſcituri, cui ex actu voluntario poſſeſſoris damnum interrogari non poteſt, & allegat *Joan. Guttier. d. q.* 71. *num.* 13. in terminis *Intrigliol. dict. deciſ.* 43. *n.* 28. *&* 72. *cum ſeqq.*

59 Ad confirmationem argumenti reſpondetur, alienationem, ſeu refutationem, de qua loquitur *Textus in dict. cap.* 1. *de alienat. feudi paterni*, non ſortiri effectum ſuum irrefragabilem, niſi tantum in præjudicium refutantis ejus vita durante; quia poſt mortem non poteſt ipſe de feudo diſponere ad favorem alterius, quàm, qui proximior reperitur, & habet qualitates neceſſarias ad ſuccedendum ex pacto, & providentia Principis, diſpoſitione Statuti, aut primi fundatoris; ac ideò intelligitur facta prædicta refutatio ſub tacita conditione, ſi refutatarius vivat, & proximior inveniatur tempore mortis refutantis; ut conſiderant ſupracitati DD. & multis laudatis *Intrigliol. dicta allegat.* 43. *n.* 74. *Corſett. filius in addit. ad dictum conſ.* 22. *num.* 32. Undè non poteſt dici prædictam refutationem in vita poſſeſſoris factam, eſſe actum legitimum conſumatum, & irrevocabilem ab initio, de qua loquuntur Juris regulæ in contrario argumento adductæ: Immò potius dicendum eſt, diſpoſitionem eſſe conditionalem collatam in tempus mortis refutantis, ſub conditione caſuali, quæ, vel deficiet refutatario præmortuo, vel exiſtente alio proximiore, aut adimpleta cenſebitur ſi vivus, & à nullo alio agnato præceſſus exiſtat.

60 Roboratur reſponſio, alia non ineleganti conſideratione; ſi enim refutatio prædicta irrevocabiliter ſortiretur effectum, eodem modo, ac ſi refutans naturaliter eſſet mortuus, ſequeretur, quod mortuo refutatario abſque deſcendentibus legitimis non poſſet ipſe refutans ad feudum refutatum referri, vel in eo ſuccedere, dato quod refutatio fuiſſet perſonalis, ſed locus fieret aliis agnatis remotioribus, vel in pari gradu cum ipſo refutante, quibus ipſo de medio ſublato ſucceſſio ſpectare deberet: At ſic eſt quod ſuppoſita perſonalitate refutationis, ipſe refutans ſuccedit in feudo refutato, ſive ſit jure reverſionis, ſive ſucceſſionis, excluſis agnatis remotioribus, aut in pari gradu, ut infra latè probabimus, & ſunt jura expreſſa *in cap.* 1. *de eo, qui fin. fec. agnat. & in cap.* 1. §. *ult. ſi de feudo fuer. controverſ. inter Dom. & agnat.* Ergo neceſſario ſequitur refutationem non operari effectum irretractabilem etiam in præjudicium ipſius refutantis; cum caſus evenire poſſit, in quo ipſe ſuccedat, ac ſi illa facta non fuiſſet: ac per conſequens non erit à Jure, & ratione alienum, quod reſolvatur adveniente caſu, à quo incipere non potuit, ob præjudicium tertii, cui non potuit damnum irrogari: ex ſuperius adductis.

61 Ad tertium, ex textu in dicto *cap.* 1. *de eo qui fin. fec. agnat.* ſit ſatis, quod ibi quæſtio erat inter refutantem, & alium agnatum exiſtentem in pari gradu, ſuper ſucceſſione feudi refutati ob mortem refutatarii; in qua quæſtione ſapientes Mediolanenſes cenſuerunt refutantem in partem feudi (erant enim tunc feuda dividua) non obſtante refutatione, ſuccedere; undè dici non poteſt deciſam in eo textu fuiſſe præſentem controverſiam; quia licet ſupponatur in facti narratione refutatarium ſine filio maſculo ex hac vita migraſſe, (ex quo à contrario ſenſu deducunt Adverſarii, quod filio exiſtente ipſe ſuccederet, ceſſaretque contentio inter refutantem, & alium agnatum) tamen cum de hoc non fuiſſet diſceptatio, nec concurreret talis filius cum alio agnato proximiore tempore mortis refutantis, non poteſt dici deciſum; deciſio quippè debet interpretari ex facto ſapientibus propoſito, de quo apparet in textu, & quod non eſt diſceptatum, nec deductum non poteſt haberi pro deciſo *Gloſſ. notab. in l. ſi quis ad exhibendum, ff. de except. rei judic.* dicens præſumi latam ſententiam ex cauſa, quæ reſultat ex actis, quam ſequuntur ibi *Bart. Bald. in l. fin. verſ. & ſecundum hoc, C. de ſuſpect. tutor. Surd. conſ.* 312. *num.* 16. *lib.* 3. *Schrader. de feud. tom.* 1. *parte* 9. *cap.* 7. *num.* 130. *Guaz. de defenſ. reorum defenſ.* 2. *cap.* 7. *num.* 11. *Farinac. deciſ.* 346. *num.* 5. *parte* 2. *in poſthum.*

Nec argumentum, quod à contrario ſenſu elicitur, eſt in conſideratione, quando (ut in præſenti) reſultat abſonus intellectus ex caſuum diverſitate; ultra quod etiam ex dicto argumento nihil relevans in favorem contrariæ ſententiæ deducitur, quoniam non dicitur in textu refutantem habuiſſe filios, & deſcendentes, qui poſſent conqueri de prædicta refutatione facta in fratrem tunc proximiorem agnatum; quo caſu aliud eſſet dicendum, quamvis refutatarius liberis relictis deceſſiſſet; ſuccederent quippe refutantis filii uti proximiores, excluſis patruis, & conſobrinis remotioribus ſecundùm noſtram veriſſimam ſententiam: & ſic omnibus modis convincitur dictum textum negotium non facere Adverſariis. 62

Doctoribus verò, qui pro prima, & contraria ſententia adducuntur, tam Regnicolis, quàm exteris reſpondere opus non eſt, cum hoc lato calamo fecerit *Regens Corſett. in addit. ad patrem dicto conſ.* 22. qui ſatis doctè, eorum rationes, & fundamenta confutavit: & ſat eſt dicere, Maſtrillum, in caſu iſtius litis pro nobis eſſe, quampluresque ex reliquis ſibi ipſis contrarios extare: ut ſupra notatum eſt num. 55. Inter quos fuit etiam Blaſcus Lancea, qui cum in prima lectura ſupra *Cap. volentes* tenuiſſet noſtram opinionem, poſtea in ſecunda lectura contrariam amplexus eſt, motus affectione rei familiaris: ut ſcilicet robur acciperet Jus ſuum, quod prætendebat ſuper Terram Caſtaniæ: ut advertit idem *Corſett. in princip. dicta addit. ad conſ.* 22. Bernardum autem de Medicis loquutum fuiſſe de feudo hæreditario, quod ad rem non pertinet; & denique Amicangelum ſequentem Camerarium, & alios, futiliſſimis rationibus contrariam ſententiam amplexum fuiſſe: ut videre eſt *dicta quæſt.* 12. *ex n.* 7. & nihilominus in *num.* 13. *verſ. declaratur, ſecundo, & num.* 14. agnoſcit, quod ſat eſt ad fundandam noſtram opinionem, & contrariam deſtruendam. 63

Relinquitur ergo ex dictis, quod non obſtante refutatione à Don Fabritio in favorem Don Franciſci facta, ob iſtius præmorientiam abſque filio maſculo, debuit eidem Don Fabritio ſuccedere D. Joannes ſecundogenitus, qui præoccupavit primogenituram, & eo mortuo Don Joſeph Mazareni Comes ipſius filius major, ſucceſſionis capax: excluſa Donna Margarita; juxta diſpoſitionem Cap. 204. Domini Imperatoris Caroli V. Et per conſequens colligitur [ut ad viam, à qua digreſſi ſumus, redeamus] tranſactionis tempore dictum Mazareni Comitem, verum, legitimum, ac indubitatum ſucceſſorem Principis Don Fabricii in dictis Statibus Baroniis, & feudis extitiſſe. 64

Undè, & neceſſariò dicendum eſt, in tranſactione initia cum Donna Margarita, verè in ipſius favorem prædictorum feudorum fuiſſe refutantem, & renunciantem dictum Mazareni Comitem. 65

Et quamvis ab Advocatis adverſæ partis in voce ſit
66 objectum, non poſſe refutantem dici: tum ex eo, quod feuda non poſſidebat tranſactionis tempore, tum etiam quia [ut ex Albarano deprehenditur] Donna Margarita primo illorum poſſeſſionem adepta eſt, prævia reſtitutione facta per Donnam Joannam matrem creditricem, & poſtea eidem Don Joſeph dedit Comitatum Mazareni, & Graſſuliati, ac feudum Nixemis; ob idque dicunt Donnam Margaritam refutaſſe Comiti Mazareni, non verò Comitem Donnæ Margaritæ.

67 Nihilominus leviſſima hæc objectio nobis viſa eſt, quia ut Mazareni Comes verus refutans æſtimetur, non deſideratur, quod penes ipſum eſſet actualis feudorum poſſeſſio, ſufficitque ſpes invariabilis, & indubitata in eis ſuccedendi, ut proximior, & immediatus eſt per mortem Don Fabritii, de cujus ſucceſſione erat contentio, & qui tempore tranſactionis, & refutationis jam naturæ debitum ſolverat, ſicque erat delata ſucceſſio, & continuata poſſeſſio miniſterio Capituli 43. Invictiſſimi Regis Ferdinandi, ut probat expreſſius *Text. in cap.1. de eo, qui fin. fec. agnat.* ubi refutans non poſſidebat feudum, ſed alius agnatus, cui ille feudum refutavit, faciens pactum de non petendo: & hoc non obſtante reſpondent ſapientes Mediolanenſes, agnatum, qui non poſſidebat, admitti ad ſucceſſionem feudi, refutatario, & poſſeſſore defuncto, eo quod refutatio fuerat perſonalis; ergo non requiritur poſſeſſio, & ſufficit ſpes ſuccedendi, vel jus certum ad feudum.

68 Idem probat *Text. in cap.1. §. ult. ſi de feudo fuerit controverſia inter Dom. & agnat.* ubi, Titius, qui feudum non poſſidebat, refutavit Sempronio poſſeſſori, faciens eidem pactum de non petendo: & adhuc dicitur in textu, quod decedente Sempronio, ſuccedit Titius ut verus refutans pacto non obſtante. Quo, quid clarius pro everſione contrariæ oppoſitionis? omittimus alias reſponſiones, ne in rebus adeò apertis inutiliter immoremur, quando nec textus aliquis, nec Auctor pro dicta contraria aſſertione adducitur, & regulariter refutationes, & renunciationes hujuſmodi, fiunt ab eis, qui ſpem certam ſuccedendi habent, & illius juris, & ſpei invariabilis refutantes, & renunciantes dicuntur, licet actu non poſſideant; de quo paſſim apud Doctores.

Nec in conſideratione eſt, quod Donna Margari-
69 ta poſſeſſionem ceperit prædictorum Statuum, ac poſtea dederit dicto Don Joſeph Comitatum Mazareni, Graſſuliatus, Baroniamque Nixemis, quia hoc factum ita fuit in executionem tranſactionis, refutationiſque ab ipſo Don Joſeph, & ſuis tutoribus ejus nomine antea practicatæ, & conventæ in prædicto Albarano: quod non excludit dictum Don Joſeph fuiſſe verum renunciantem, ac refutantem prædictorum Statuum in favorem Donnæ Margaritæ, quia in qualibet diſpoſitione inſpiciendum eſt, quod principaliter agitur, non quod venit in conſequentiam, *Text. in l.1. ff. de auctorit. Tut l. ſi quis, nec cauſam, ff. eod. cap. ad audientiam, ubi gloſſ. de præſcript. Surd. conſ. 67. n.31. & conſ. 96. num. 49. Sperell. deciſ. 93 num. 28. part. 1.*

70 Quid autem actum principaliter fuerit inter partes, apertè agnoſcitur ex Albarani lectura, ſcilicet, quod Don Joſeph renunciaret ſucceſſioni ſibi debitæ ob Don Fabritii mortem in favorem Donnæ Margaritæ, & quod ipſa, facta prius ſubjugatione ſuper dictis Statibus, pro creditis dotalibus debitis Donnæ Joannæ matri, ab ea recuperaret poſſeſſionem eorundem Statuum, ac poſtea traderet dicto Don Joſeph Comitatum Mazareni, & reliqua bona; quod totum factum eſt in conſequentiam, & executionem dictæ renunciationis, alias fieri non poſſet; quandoquidem Donna Margarita, nec antea poſſidebat, nec poſſidere poterat vivente Don Fabritio, & habente dicto Don Joſeph immediatam cauſam ſuccedendi eidem. Unde eſt, quod Advocati partis adverſæ præſupponunt illud, quod re vera non fuit, nec eſſe potuit, nempe Donnam Margaritam fuiſſe veram, & indubitatam ſucceditricem dictorum Statuum, illorumque partem refutaſſe dicto Don Joſeph, quod, quam alienum ſit à veritate, ex ſuperius dictis manifeſte dignoſcitur.

Si igitur tranſactionis tempore dictus Mazareni Co- 71
mes prædictorum feudorum erat indubitatus ſucceſſor, & ut talis delata jam ſucceſſione ob mortem Don Fabritii, illa ad favorem Donnæ Margaritæ renunciavit, ac refutavit, indubium eſt, illum ut verum refutantem eſſe habendum; unde decedente Donna Margarita abſque liberis, & ſic extinctis omnibus perſonis in renunciatione contemplatis, ſuccedit ipſe, & revertitur ad feuda refutata, excluſis aliis omnibus agnatis; ut expreſſe deciſum eſt in dicto *Cap. 1. de eo, qui fin. fec. agnat. dicto c.1. §. ult. ſi de feudo defunct. ſ.er. controverſ. verſ. inter Dom. & agnat.* & probant *Ruin. conſ. 11. num. 7. & 3. lib. 1. & Honded. conſ. 36. n. 25. lib. 1 Surd. conſ. 517. num 4. & 8. Bartelom. conſ 63. n. 18. lib. 1. Ruin. conſ. 44 num 27 lib. 1. Ann. in dicto c. 1. de Vaſſall. decrep. ætat. num. 27. Roſenthal. de feud. cap. 2. concluſ. 20. & 21. Theodor. allegat. 36. Camill. de Medic. conſ. 2. num. 128. Montan. controverſ. 9. per tot. Marian. diſput. 8. lib. 1. Donat. Anton. de Marin. lib. 2. reſolut c. 189. num. 36. ad fin.* cum aliis infra laudandis, & in hoc Fideliſſimo Regno indubitatum teſtantur *Giurb. de feud. § 1. Gloſſ. 15. num. 16. & in verſ. cæterum Curia in dicto Cap. ſi aliquem verbo, Antiquis num. 374. Iacob. Benſaʹi apud Lunam conſ. 17 num 44.*

Quæ quidem traditio in ſe veriſſima, & receptiſſi- 72.
ma, everti, nec turbari poteſt, eo quod nonnulli DD. ab Advocatis alterius partis cumulati, dixerint, refutantem feuda, etiam quod refutatio perſonalis ſit, ad illa non reverti ob mortem refutatarii abſque filiis, reverſionis Jure, ſed tantum Jure ſucceſſionis; ex quo deducunt Adverſarii: ita demum refutantem ſuccedere poſſe ſi ſucceſſionis tempore, reperiatur proximior Agnatus refutatario defuncto, & habeat omnes qualitates ad ſuccedendum requiſitas: ac per conſequens, eſſe excludendum, ſi alius ſit Agnatus illo proximior, vel in pari gradu melioribus ſuffultus qualitatibus.

Hoc enim dubium in illam Nos introducit quæ- 73
ſtionem. Utrum in refutatione feudorum deficientibus omnibus perſonis contemplatis, ſuccedat refutans Jure reverſionis, vel potius Jure ſucceſſionis? quam breviter ad partes diſputabimus, noſtrum proferendo Judicium, & contraria diluendo, ut magis veritas eluceſcat.

Quod ut præſtemus, dicendum videtur (ut rationem 74
dubitandi ab alterius partis fundamentis eliciamus) non reverſionis Jure, ſed potius ſucceſſionis ex nova cauſa, & vacatione ſuccedere poſſe, tamquam quilibet Agnatus in ſtrictiori gradu conſtitutus; & hinc eſſe, quod ſi refutans ſit cum alio Agnato in pari gradu, hic autem illum in aliis vincat qualitatibus, non refutans, ſed alius Agnatus, qui melioribus ſulcitus eſt prærogativis, poſſit, & debeat refutante excluſo ſuccedere.

Probatur primo, quia quando refutans ſuccedit re- 75
futatario, tenetur ad onera medio tempore per ipſum refutatarium ſuper feudo impoſita, ut concludunt *Vinc. de Franch. deciſ. 3. per tot. Maſtrill. ad Petr. de Gregor. de ſu ceſſ. feud. parte 4. quæſt. 10 litt. B. Giurb. de feud. §. 2 dicta Gloſſ. 13. num. 193. Aponte de pot ſt. Prorreg. tit. 8. de refutat. feud. num. 13. & 14. Milanenſ. deciſ. 8. n. 289. Camill Borell. in ſumm. de. iſ. tit. 34. de feud. num. 431. Gaspar. de Jure relevii parte 4. quæſt. 16. num. 28 & ſeq. Rovit. ſuper pragm. in nova impreſſione fol. 750. num. 61. Tapia ad Jus Regn. Neapol. lib. 6. tit. 11. colum. 7. verſ. fuit tamen* uſque ad *verſ. Alia limitat. fol. 122. & fol. 129. colum. 1. verſ. ſeq. quando pater, & tit. 21. de refutat. colum. 7. verſ. ſed difficultas fol. 220.* Qui alios quamplures referunt, firmantes teneri refutantem ſolvere relevium, ergo ſuccedit

Jure

Digitized by Google

Jure ſucceſſionis, non autem reverſionis reaſſumendo priſtina Jura.

Secundo probatur, auctoritate *Ciriochi controv* 4. *à* 76 *nu.* 51. *&* 52. *& num.*88. ubi concludit, quod Agnatus admittitur ad feudum refutatum, quando eſt proximior, & quod ſi ſunt Agnati cum eo pares in gradu, ad omnes æqualiter ſucceſſio defertur, non jure reverſionis, ſed meræ ſucceſſionis, allegatque *Lanarium conſ.*68. *num.*11. 12. *&* 16. ubi fundat *textum in dicto cap.*1. *de eo, qui fin. fec. agnat. & cap.*1. §. *ult. ſi de feudo fuer. controverſ. inter Dom. & Agnat.* loqui, & intelligi debere quando refutans eſt in proximiori gradu, non autem ſi cum alio Agnato in pari gradu concurrat, ac demum pro ſe adducit *Georg. alleg.*17. *n.*18. *&* 19.

Verùm, his non obſtantibus contrarium, & ſic re-
77 verſionis Jure, ad feuda refutata reverti renunciantem, defendunt DD. omnes ſupra laudati num.71. & ultra eos idem probant *Jacobus de Arzion. in ſumma tit. de ſucceſſ. feud. col.*2. *verſ. Aſcendentes vero. Iſern. in cap.*1. *in fine verſ. ſed contra, & in Capitulis Corradi, & in cap.*1. *col.*3. *verſ. ſed in feudo antiquo; de natura ſucceſſ. feudi*, ubi, *Aſflict. in* 2. *notab. & in tit. Imper lotar. poſt num.*5. *verſ. ſecus ſi feud. Idem Aſflict. in tit. de Vaſſall. decrepit. atat. poſt. num.*4. ibi, *reſpondeo ex pravitate Frecc. de ſubfeudis auctorit.*3. *num.* 19. *fol.*187. *Maſtr. de conſuetud. Neapol. tom* 1. *parte* 2. *tit. de ſucceſſ. ab inteſt. quaſt.*36. *num.* 6. *fol.*240. *Anell. Amat. conſ.*15. *per tot.* qui omnes, & alii inferius referendi, concludunt refutantem ad feuda reverti, excluſis omnibus aliis agnatis in pari gradu exiſtentibus, & iſtius reſolutionis rationes reddunt, quas ſtatim aſſignabimus.

78 Sed nos, omnium prædictorum pro utraque parte Doctorum rationibus attente perpenſis, in propoſita difficultate dicendum cenſemus, refutantem ob mortem refutatarii abſque liberis, ad feuda refutata reverti omnibus agnatis excluſis: Id autem non reverſionis Jure reaſſumendo priſtina Jura (prout ex tunc) ſed Jure ſucceſſionis (prout ex nunc) reſervatæ tamen in ipſa refutatione, in caſu mortis refutatarii ſine filiis ex mente ipſius refutantis, qui de ipſa ſucceſſione, & reacquiſitione cenſetur cogitaſſe, & noluiſſe Jus illud ſuccedendi à ſe in prædicto caſu abdicare, ac ex natura refutationis, quæ facta intelligitur ſub hac conditione, reacquirendi feuda deficientibus perſonis contemplatis, effectum ſortiri arbitrati ſumus.

In quo ſenſu accipiendi ſunt Doctores num. præ-
79 cedenti, & in dicto num.71. à Nobis adducti, ex quibus quamplures prædictas rationes reddunt, quod ſcilicet reverſio contingat ex mente refutantis, & ex qualitate, & conditione de Jure ſubintellecta, & in ipſa refutatione de ſui natura inſita, ut ſpecialiſſimè firmant *Iſern. in dicto cap.*1. *de natur. ſucceſſ. feud. Capan. dict. parte* 4. *quaſt.*16. *num* 44 *Camill. de Medicis dicto conſ.*2. *num.*125. ibi, *excluſo Domino directo, vel alio quocumque. Roſenthal. dicto cap.*2. *concluſ.* 10. *ſub num.*6. *&* 7. *Ruin. dicto conſ.*11. *num.*4. *& per tot. Surd. dicto conſ.*417. *num.*4. *& conſ.*544. *in fin. Thor. in compend. deciſ. tom.*1. *Verbo, Refutans regulariter, fol.*449. ubi plures judicatum refert *Regens à Ponte de poteſt. Prorog. dicto tit. de refutat. feud. num.*27. *&* 28. *Cutell. de donat. tom.*2. *fol.*193. *num.*195. ibi, *excluſo Domino, & cæteris.*

80 Et licet multi ex præcitatis DD. loquantur, in patre refutante filio primogenito: dicentes patrem ſuccedere excluſis fratribus refutatarii, tamen nulla eſt diverſa ratio in refutatione, quæ fit ab Agnato alteri Agnato: & in iis terminis apertè loquuntur *Georg. dicta alleg.*17. *num.*3. *Ruin. dicto conſ.* 11. *num.*7. *Roſental. dicto cap.*2. *concl.*21. *num.* 4. *Giurb. dicto*, §.1. *Gloſſ.*15. *num.* 16. *verſ. caſtrum ſi agnatus. Cum dicto cap. ſi aliquem., verbo Antiquus num.*374. *Theb. Benſar. apud Lunam dicto conſ.*17. *num.*44. *& Lunarius conſ.*71. *per tot.*

Sicut, nec obſtat dicere [ut ex adverſo oppoſitum 81
fuit] quod nonnulli ex præcitatis DD. ſunt Neapolitani, qui nequeunt connumerari inter Sectatores præfatæ receptiſſimæ ſententiæ, eo quod in Regno Neapolitano ſtantibus Capitulis illi conceſſis, feuda per refutationem, non habentur ut nova, ſed ſemper remanent ſub natura feudi antiqui, & ita refutata intelliguntur; ob idque non datur refutatio omnimoda, ſed omnis refutatio eſt perſonalis: ut advertunt *à Ponte dicto tit. de refutat. feud. num.*37. *Capic. Galeot. dicto lib.*2. *controv.*21. *num.*25.

Nam reſpondetur, quod DD. Neapolitani ad fir- 82
mandum refutantem ſuccedere refutatario mortuo ſine filiis, non moventur ex eo, quod Neapoli refutatio feudorum ſemper intelligitur perſonalis, ſed generaliter dicunt, quod quando refutatio eſt perſonalis, tunc ſuccedit refutans excluſis aliis agnatis, quam concluſionem indubitanter procedere, inquiunt, in prædicto Regno, ubi ſtantibus dictis Capitulis refutatio non cenſetur omnimoda: & ſic rectè procedunt prædicti DD. præcipuè in caſu noſtro, in quo refutatio remanſit ſub natura antiqui feudi, ut ex ejus lectura apparet; quare etiam ſi appoſitum fuiſſet verbum *Omnino*, perſonalis eſſet judicanda, ut per *Lanar. in repetit. dicti cap.*1. *num.*12. *de Vaſſall. decrepit. atat.*

Unde non obſtat ſuperior traditio DD. de qua nu- 83
mer.74. dicentium, refutantem teneri ad onera per refutatarium ſuper feudo impoſita, & debere relevium, quod correſpondet novæ ſucceſſioni; illi enim omnes, & alii quamplures, firmant ut indubitatum, quod refutans ſuccedit refutatario defuncto ſine filiis, excluſis aliis agnatis, & quod revertitur ad feuda refutata; dicunt tamen teneri onera, & debere ſolvere relevium, quia feuda revertuntur ad eum jure ſucceſſionis prout ex nunc, licet ex Jure reſervato, & tacita conditione ſubintellecta in refutatione, Unde illud quod dicitur de Jure reverſionis, non ſimpliciter accipiendum eſt, ſed per modum loquendi accommodatum proprietati Verbi *revertor*, hoc eſt, quod revertuntur ad refutantem, quia ab eo exierunt per refutationem, quia ab eo exierunt per refutationem, in quo nulla datur contradictio; nam poſſunt ſtare iſta ſimul, quod dicatur feuda reverti, & quod revertantur jure ſucceſſionis, ut reſultans relevium ſolvat, & teneatur ad onera.

Quo modo prædicti DD. in contrarium allegati re- 84
ducuntur ad concordiam, & ſtant pro nobis, prout omnes alii ſupra, pro noſtra ſcientia adducti, concludentes unanimiter, feuda reverti ad ſolum refutantem excluſis aliis Agnatis. Quam concordiam paucis aſſignat *à Ponte dicto tit. de refut. feud. num.*15 ibi, *Ita quod illud, quod dicitur habere patrem, ſen refutantem feuda jure reverſionis, non intelligitur ſimpliciter, ſed eſt modus loquendi, ex eo, quia ab eo exierunt, & ad ipſum revertuntur, ſed ſtans iſta ſimul, quod dicantur feuda reverti; ſed quo jure hic eſt punctus, & ut diximus, jure ſucceſſionis, ob quod relevium ſolvit ſecundum Andream, qui utrumque tradidit. Videlicet ſuccedere, & jure reverſionis, & ideo non dixit hoc ſimpliciter, ſed addens dictionem, potius dicens pater ſuccedit filio, & tunc non dicitur ſuccedere, potius reverti ad eum, ut per eundem in cap.*1. *de natur. ſucceſſ. feud. num.* 5. *&c.* Hæc à Ponte. Qui nos ab hac expedit difficultate.

Nec obſtat *Ciriacus dicta controv.*4. *num.*51. *&* 52. 85
*& num.*88. ejus enim traditio locum tantum habere poteſt in feudo hæreditario, de quo ipſe loquitur, immerito impugnans *Ruin. dicto conſ.*11. qui ſtat pro nobis in caſu noſtro, nos quippe verſamur in refutatione feudorum ex pacto, & providentia Principis, & cum clauſula Juris Francorum; in quibus terminis eſt expreſſa deciſio *textus in dicto, cap.*1. *de eo, qui fin. ſet. agnat. dicto cap. fin. ſi de feud. defun. fuer. controv.*

int. Dom. & agnat. quæ Jura de feudo ex pacto, & providentia loqui probant *Afflict. in dicto cap.* 1. *num* 25. *Georg. dicta alleg.* 17. *num.* 19. *Capic. Latr. conſult.* 77. *num.* 38. *Donat. Anton. de Marin. dicto lib.* 2. 2. *cap.* 189. *num.* 38. ideoque Ciriacus non facit contra Nos, quia in feudo hæreditario non datur vera refutatio, ſed alienatio, ex quo tranſit ad hæredes etiam extraneos, & ſuccedens oportet, quod ſit hæres ultimi, ut poſt *Gregor.* ſupra advertit idem *Ciriac. ibidem, num.* 33. *& in terminis Amicangelus dicta quæſt.* 12. *num.* 13. & licet ex num. 59. uſque ad 78. probare contendat, eodem modo ſentiendum eſſe in feudo mixto, ex quo prævalet qualitas hæreditaria, cujus contrarium voluit, & defendit *Menoch. conſ.* 690. fundans feudum mixtum dijudicari debere potius ex pacto, & providentia, quàm hæreditarium, quia qualitas ex pacto, potentior eſt qualitate hæreditaria, tamen ad rem non facit, cum nec nos verſemur in feudo mixto, cujus refutationem ipſe Ciriacus agnoſcit non eſſe adjudicandam ſecundum regulas ſimplicis refutationis, ſed veræ alienationis; & nihilominus judicatum fuit in conſil. Neapol. contra DD. quos Ciriacus pro ſe allegat ad confutationem Rumi, nempè *Lanar. dicto conſil.* 68. *& Georg. dicta allegat.* 17. ut teſtantur *à Ponte de poteſt. Proreg. dicto tit.* 8. *de refutat. num.* 36. *& ipſe Gregor. in ead. allegat. num.* 8. qui in fine allegationis teſtatur etiam contra ſuam opinionem fuiſſe judicatum. Et demum ipſe Ciriacus conſuluit pro non reverſione ad lineam refutantis, quia refutatarius reliquerat Agnatos proximiores, in quos conſentiente ipſo refutatario fuerat diſpoſitum de feudis refutatis, ut probat num. 45. & 47. ſicque nullatenus ſuperiorem receptiſſimam ſententiam turbat. Sicut nec Lanarius, nec Georgius.

86 Nec rurſus obſtat dictus *Lanar. in prædicto conſ.* 68. *num.* 11. dum dicit *text. in dicto cap.* 1. *de eo, qui ſin. fec. agnat. & cap. fin. ſi de feud. defunct. fuerit controv.* procedere, quando refutans eſt in gradu proximior: ſecus tamen eſſe ſi in pari gradu cum alio agnato reperiatur.

87 Quia in hoc Lanarius manifeſtè convincitur ex lectura dictorum Capitulorum, in primo enim, controverſia erat inter tres agnatos exiſtentes in pari gradu, quod ſic neceſſariò tenendum, perſuadet facti ſeries, quia textus dicit, quod unus eorum feudum paternum poſſidebat, cui alter finem, & refutationem fecit; ex quo ſequitur, quod omnes erant fratres, quorum unus feudum pro indiviſo poſſidebat à patre relictum, erant quippe feuda illo tempore dividua (ut aliàs diximus,) & clarius probatur ex prætenſione illius, qui non refutaverat; volebat namque ſuccedere refutatario defuncto ſine filio maſculo, & totum feudum retinere ad excluſionem refutantis, eo quod refutaſſet, & ſe per pactum excluſiſſet; refutans verò intendebat ad ſucceſſionem venire pacto non obſtante; Cui prætenſioni ſapientes Mediolanenſes reſponderunt; non obſtare refutanti prædictum pactum, quia non refutavit omnino, nec in manu Domini, ut tanquam de novo feudo refutatarius inveſtiretur. Ergo non eſt dubitandum, quod vel erant fratres, vel agnati in pari gradu, quoniam ſi refutans eſſet proximior, ut contendit Lanarius, vindicaret ſibi totum feudum excluſo altero agnato remotiore: & non diceret textus, quod volebat ſolum ad ſucceſſionem venire cum illo, qui totum retinebat, hoc eſt, venire ad portionem refutatam, & ad partem, quæ contigerat refutatario, in qua alter agnatus, ut in pari gradu ſucceſſurus erat æqualiter cum refutante, quod manifeſtè indicat omnes eſſe in pari gradu.

Sed omnis tollitur dubitatio inſpecta ſerie dicti
88 Cap. ultimi, in quo tres proponuntur fratres, quorum unus feudum paternum poſſidebat. Et nihilominus in eadem facti ſpecie reſponſum eſt, refutanti non obſtare pactum, quo minus ſuccederet fratri refutatario, exiſtente alio fratre, qui opponendo de pacto à refutante facto, illum excludere volebat. Ergo Lanarius loquitur contra prædicta expreſſiſſima Capitula, quorum clara diſpoſitio deſtrueretur, ſi illius traditio eſſet admittenda, & quod plus eſt tota Juris ratio; nam dicti Textus in eo fundantur, quod tale pactum quando eſt perſonale, non poteſt alteri agnato proficere ut notant *Gloſ. in utroque textu, & in cap. fin. tit. conſtit. feud. Imper. Lotarii, Aretin. conſ.* 3. *Surd. conſ.* 517. *num.* 13. *Capic. Galeot. lib.* 2. *controv.* 8. *num.* 12. *&* 13. *Anell. de Amat. dicto conſ.* 15. In quibus terminis totum Jus civile eſt contra Lanarium.

Quæ hucuſque diximus, indubitanter procedunt, 89
quando refutatio eſt perſonalis, in quibus terminis loquuti ſumus, prout loquuntur præcitati Doctores, inhærendo deciſionibus dictorum Jurium feudalium. Sed quia ex altera parte prætenditur renunciationem à prædicto Comite factam realem fuiſſe, ſeque omninò à prædictorum feudorum ſucceſſione excluſiſſe, quod eſt præcipuum contrariæ intentionis fundamentum, totis Advocatorum viribus roboratum, ac plurimis mediis, & argumentis fulcitum, inquiri oportet, utrum præfata renunciatio perſonalis, an vero realis extiterit? & ut ordinatè procedamus, omnia ſtabilimenta, quibus contraria aſſertio propugnatur, priùs recolligemus; ac deindè rationibus, & motivis noſtris pro perſonalitate dictæ renunciationis propoſitis contrariis ſatisfacere conabimur.

Primò ergo dicitur, realem fuiſſe, quia verba fue- 90
runt directa in rem, & adeſt pactum de non petendo: juxta verba contractus, ibi *de non petendo, nec petì faciendo, nec minus contradicto Principatus, & alia bona, ac Jura remanſa, &c.* ad quod probandum allegant *Gloſ. in cap.* 1. *de eo, qui ſin. fec. agnat. l. juris gentium, §. pactorum Juncta l. & hæredi* 21. *§.* 1. *& §. fin. ff. de pactis, Zinus, Baldus, & alii per Pariſium conſil.* 26. *num.* 44. *& conſ.* 69. *num.* 65. *vol.* 3. *Alexand. conſil.* 13. *num.* 5. *lib.* 5. *Ruin. conſ.* 77. *num.* 35. *& ſeqq. Bellon. de Jure accreſcend. cap.* 7. *quæſt.* 38. *num.* 25. *tom.* 2. *Peregrin. de fideicom. art.* 52. *num.* 24. *in fine, Menoch. conſ.* 323. *num.* 62. *verſ. ſecundus eſt caſus lib.* 5. *Montan. controv.* 9. *num.* 10. *Cutell. de donat. tom.* 2. *fol.* 579. *verſ. ſin autem.*

Secundò, quod fuit facta aliquo accepto, nempè 91
intuitu Comitatus Mazareni, quo caſu realitatem contendunt adeſſe ex *Text. in l. contra juris* 28. *§. fin. de pactis Bart. in l. prima, §. qui habebat num.* 6. *quæſt.* 1. *ff. de bonor. poſſeſſ. controv. tab. Pariſ. conſ.* 26. *à num.* 2. uſque ad 46. *vol.* 3. *Ruin. conſ.* 7. *num.* 35. *lib.* 1. *Soccin. Sen. conſ.* 34. *num.* 4. *&* 5. *vol.* 4. *Rot. deciſ.* 393. *num.* 4. *parte* 1. *diverſ. Rovit. conſ.* 43. *num.* 9. *Merlin. controv. cap.* 5. *num.* 2. *lib.* 1. *Maſtrill. deciſ.* 65. *num.* 10. *Cancer. variar. lib.* 3. *cap.* 15. *num* 24. *ſcut.* 124. *Hodierna ad Surd. deciſ.* 176. *num.* 9. *Puteus conſ. unico apud conſ. Odd. num.* 44. quod liquidius, inquiunt, procedere ſtante pacto de non petendo ex *Surd. conſ.* 355. *num* 37. *&* 38. *vol.* 3.

Tertiò, quia interpoſita fuit aquiliana ſtipulatio
lib. *quietavit, & quietat, liberavit, & liberat penitus, &* 92
abſolvit per aquilianam ſtipulationem antecedentem, & acceptilationem legitimè interpoſitas, &c. Quæ aquiliana ſtipulatio, eam, aiunt, habere vim: ut refutationem, ſeu renunciationem realem efficiat, ex *Afflict. in dicto cap.* 1. *de eo, qui ſin. fec. agnat. num.* 3. *Roman. conſ.* 22. *Gammat. deciſ.* 57. *num.* 42. *Soccin. conſ.* 34. *n.* 5. *lib.* 4. *Gabriel. commun. lib.* 3. *tit. de Jure dot. concluſ.* 1. *num.* 33. *Marta de ſucceſſ. legal. parte* 4. *quæſt.* 21. *art.* 14. *num.* 101. *tom.* 2. *Merlin. in controverſ. cap.* 5. *num.* 13. *lib.* 1. *Paſchal. de virib. patr. poteſt parte* 3. *num* 48. *& ſeq. Molfeſ. conſuetud. Neap. part.* 4. *tit. de renunciat. quæſt.* 2. *num.* 13. *&* 14. *& q.* 3. *n.* 17. *& ſeq. tom.* 1. *Cutell. de donat. tract.* 1. *diſcurſ.* 3. *parte* 6. *n.* 127. *v. Si autem tom.* 1. *Capic. Latr. conſult.* 76 *n.* 46. *tom.* 2. *Donat. de renunc. c.* 3. *n.* 4. *Thor. in compend. deciſ. parte* 1. *verbo, Renunciatio facta.*

Quartò,

93 Quarto, quoniam adeſt pactum de non petendo, obquod, dicunt, renunciationem eſſe realem, ex *Merlin. dict. cap. 5 num. 16. & 17. Rovit. conſ. 42. num. 13. & ſeq. Molfeſ. in conſuetud. Neapol. parte 4. tit. de renunciat. quæſt. 2. num. 13. & 14. Capic Latr. ubi ſupra, & conſ. 77. num 33. tom. 2. Donad. de renunciat. ubi ſupra, & num. 27.* & junctum cum aquiliana ſtipulatione, etiam jus de futuro non expreſſum includit *Frat. diſcept. forenſ. cap. 29. à num. 14. cum ſeq.*

94 Quintò ex verbis ibi, *quovis titulo, ratione, cauſa, de jure, vel de facto, quomodocunque, & qualitercunque, de præſenti, præterito, & futuro*, quæ renunciationem efficere realem, dicunt probare *Pont. conſ. 24. num. 26. in fin. Rovit. conſ. 42. num. 12. verſ. quinta clauſ. Caſtill. Sotom. lib. 4. controverſ. cap. 42. Schenardus conſil. 14. lib. 1. Caren. reſol. 245. num. 7. Bottiller. de ſucceſſ. theor. 49. num. 26.*

95 Sextò, quia facta eſt de Juribus competentibus, & competituris, ex *Menoch. conſ. 6. num. 15. lib. 1. Tob. Benſar. apud Lunam conſ. 17. num. 49. Rovit. ubi ſupra, num. 5. verſ. Tertia clauſula Capic. Latr. ubi ſupra, num 31. Ciriac. controv. 128. n. 46. tom. 1.*

96 Septimò, ex generalitate, & amplitudine verborum, quæ in tranſactione feudorum (ut verbis Advocatorum utamur) adjecta, realem reddunt renunciationem, *Coſt de facti ſcient. & ignor. cent. 2. diſt inct. 50. n. 6. & 18. tom. 1. Menoch conſ. 401. per tot.*

97 Octavò, quia ſtipulatio renunciationis, non ſolum contemplatione Donnæ Margaritæ, ſed etiam hæredum, & ſucceſſorum illius proceſſit, quo caſu realem modis omnibus effici prætendunt: ex *Menoch. in conſ. 9. num. 16. lib. 1. Tob. Benſ. dicto conſ. 17. num. 45. Merlin. Capic. Latro, Bottiller. Donad. Redenaſc & Rovit. ubi ſupra* quemadmodum, dicunt, eſſe realem donationem cuipiam, ejuſque hæredibus factam, *Rubr. conſ. 68. num. 16. & conſ. 123. num. 6. lib. 1. Riminald. Jun. conſ. 436. num. 3. Aldobrand. conſ. 93. num. 8. lib. 1. Graſſ. de ſucceſſ. §. Donatio conſ. mort. quæſt. 1. num. 7. Mantic. de conject. l. 1. tit. 13. Bellon. conſ. 8. n. 46. Rot. penes Merlin. de legit. deciſ. 664. n. 34. tom. 2.*

98 Nonò, quia renunciatio facta fuit in favorem Donnæ Margaritæ, & ſuorum hæredum, & ſucceſſorum, adhibita pro eis Notarii ſtipulatione, & cum dictione *in perpetuum*, quod, idem eſſe autumant, ac ſi ſtipulatio facta fuiſſet pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, ad quod allegant *Text. in l. fluminum 24. §. adjicitur, ff. de damn. infect. Menoch. conſ. 378. num. 1. l. 1. Soccin. conſ. 266. an. 36. tom. 2. Barboſ. de clauſul. clauſ. 112. num. 1. Pern. conſ. 1. v. attamen. Petr. de Gregor. de feud. parte 4. quæſt. 15. num. 9. & 10. Giurb. de feud. prælud. 4. num. 19. v. idem eſt. Peregr. deciſ. 101. num. 2. v. ſecundo, Rota apud Merlin. dict. deciſ. 664. num. 33. lib. 1. Petr. Bin. conſ. 162. num. 9. a.* Quo caſu realem eſſe renunciationem exiſtimat, ex *Corbull. de jur. emph. tit. de cauſ. privat. ob renunciat. num. 4. Ruin. conſ. 11. num. 10. vol. 1. Surd. conſ. 446. num. 18. fol. 743. tom. 3. Bero. conſ. 13. ſub num. 77. verſ. ſed præmiſſis vol. 2. Giurb. de feud. §. 1 gloſ. 12. ſub num. 8. verſ. realis eſt*, & appoſita dictione *in perpetuum* ſemper importare realitatem, *ut per Ancharan. conſ. 327. num. 3. Menoch. de præſumpt. l. 3. præſ 103. a num. 38. verſ. conjectura* uſque *ad num. 40. & conſ. 905. num. 7. vol. 10. Caren. dict. reſol. 245. num. 8. Bottiller. de ſucceſſ. dicta theor. 49. n. 28. in fine.*

99 Cujus aſſertionis rationem reddunt, quia ſtipulatio non eſſet perpetua, ſi ad extraneos non tranſiret, & ad quoſcumque hæredes, nihil enim eſt perpetuum, niſi per ſubrogationem etiam extraneorum *Molin. de primog. lib 1. cap. 4. num. 14 & 15. Petr. de Gregor. de feud. parte 4. quæſt. 15 num. 9. & 10.* Et quando refutatio fit, ut feudum ad extraneos tranſeat, tunc non perſonalem ſed realem, & omnimodam eſſe inquiunt: ex *Natta conſ. 564 num 8. verſ. præterea vol. 3. Ant. Monach. de feud. c. 54. part. 1. num. 26.*

Decimò, realem dictam refutationem dicunt, quia facta fuit per verbum, *omnino*, ibi *faciens, &c. finem, & pactum finale validum, & ultimum liberatorium, ad quietationem, & deliberationem omnimodam, & perpetuum imponendo ſilentium dictis prætenſionibus, &c.* Unde ſibi perſuadent factam fuiſſe omnimodam renunciationem, quia idem operatur, ac ſi dictum eſſet *omninò*, quo caſu ſemper eſt realis ex *Text. in cap 1. Juncta Gloſ. de eo, qui fin. fec. agnat.* ubi *Afflict. verſ. & hoc eſt verum, Iſern. verſ. hoc niſi in duobus caſibus, Alvarot. verſ. ibi omninò, & 1. notab. verſ. nota quod Agnatus Balzaran. de feud. l. 2. de eo, qui fin. fec. ſit. 49. ad textum num. 10. Alex. conſ. 13. num. 6. lib. 5. Natta conſ. 564. num. 6. verſ. quia vol. 3. Ruin. conſ. 1. num. 20. 21. & 22. lib. 1. Burſat. conſ. 63. à num. 29. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 52. num. 74. Sforz. eod. tract. quæſt. 28. num. 103. ad 113. Rota apud Merlin. de legit. deciſ. 48. num. 16. verſ. præterea, & num. 19. Rovit. conſ. 44. n. 19.* & aliis quam plurimis lato calamo cumulatis in ſuis allegationibus impreſſis, quos hic tranſcribere otioſum judicamus, cum omnibus eadem ſit aſſignanda reſponſio, ut infra apparebit. 100

Hæc, & alia fuſiſſimè diſperſa ad concludendam dictæ renunciationis realitatem, propoſita nobis ſunt, & ex eis Tria præcipuè probare alterios partis Advocati intendunt. Primum Mazareni Comitem, uti renunciantem juri de futuro ſibi competenti ad ſuccedendum in dictis feudis ob mortem Donnæ Margaritæ non eſſe in hoc ſummariiſſimo judicio, admittendum. Secondum non ſuffragari eidem deciſionem *Text. in dicto cap. 1. de eo, qui fin. fec. agnat.* eo quod refutatio ab eo facta, omninò, ſeu omnimoda fuerit, in favorem quorumcumque hæredum etiam extraneorum, & includens donationem juris ſuccedendi. Tertium, quod ſtante prædicta renunciatione non cenſetur vocatus dictus Comes, nec inſtitutus à Donna Margarita in ſuo teſtamento, inſtituentis eum, qui de Jure ſuccedere debet, quæ omnia multis mediis, rationibus, & auctoritatibus in copioſiſſima allegatione prælodata ſuper hac tantum renunciatione, fulciri conati ſunt. 101

Verum iis, & aliis non obſtantibus dictæ renunciationis perſonalitatem oſtendere curabimus, idque 102 firmioribus, ac invincibilibus fundamentis, & conſiderationibus deductis, tum ex literali contextura ſcripturarum, tum ex ſubjecta materia tranſactionis, tum ex qualitate contractus, tum ex veriſimili mente, & intentione contrahentium, tum denique ex ſpeciali juris diſpoſitione in hac materia feudali, ut ex ſequentibus apparebit.

Quoad primum, ſi tenorem ſcripturarum inſpiciamus, certum, ac perſpicuum eſt, quod in Albarano 103 à partibus confecto, & ſubſcripto, in quo inita eſt concordia ſuper ſucceſſione dictorum Statuum, non reperiuntur clauſulæ prægnantes, in quibus pars adverſa innititur ad fundandam realitatem renunciationis: imò nec aliqua verba, ex quibus id elici poſſit; ſolum namque cautum fuit, quod Donna Joanna poſſeſſionem caperet pro ſuis creditis, & conſtituta pro eorum quantitate ſubjugatione prædictorum feudorum ad cenſum juxta formam Bullæ, illam reſtitueret Donnæ Margaritæ, quæ dicto Don Joſeph tradere teneretur Comitatum Mazareni, & alia bona, remanentibus pro ea reliquis ſtantibus, & titulis cum ſuis pertinentiis, quod totum redigi deberet ad ſcripturas in publica forma, ſubſtantia dicti Albar. in aliquo non mutata, ut ex eo apparet præcipuè, ibi. *Le coſe contente in queſto Albarano ſi habbiano da riddurre in atto, ò atti publici con le clauſule, e cautele neceſſarie per l'una, e l'altra parte da metter ſi in forma, non mutata la ſoſtanza del preſente Albarano, &c.*

Clauſulæ autem, & cautelæ neceſſariæ pro ſubſiſtentia, & ad majorem firmitatem contentorum in Albarano, firmioremque utriuſque partis ſecuritatem, 104

Digitized by Google

nullæ aliæ excogitari poterunt in caſu prædicto, niſi illæ, quæ io id tenderent, ut ſtatus, & feuda prædicta, conſervarentur in perſona, & deſcendentia, tum Donnæ Margaritæ, nunc dicti Comitis Mazareni, abſque ulla perturbatione, & moleſtia ab uno contra alterum inferenda, & ab utriuſque ſucceſſoribus ſanguinis ad invicem tentanda; hæc enim erat, & eſſe poterat amborum contrahentium intentio in dicto Albarano patenter explicita, dum ſtante contentione ſuper ſucceſſione dictorum feudorum ob Don Fabritii mortem, practicatum fuit, quod dictus Don Joſeph haberet, & deberet ſuccedere in dicto Comitatu, & aliis feudis, Donna Margarita vero in reliquis; ſi igitur hæc ſucceſſio, in pactum concorditer deducta, aſſecurari intendebatur, tam in ipſis contrahentibus, quam in ſuis ſucceſſoribus; certum, & innegabile eſt, omnes clauſulas, & cautelas in publica ſcriptura adhibendas, cum reſtrictione ad eas tantum, quæ neceſſariæ fuiſſent pro una, & altera parte, & Albarani ſubſtantia in aliquo non mutata, debuiſſe partibus intentioni prædictæ reſpondere, nulloque alio modo extendi, & ampliari.

105 Veriſſima, quippe, eſt Juris regula, & DD. traditio, quod contractus, qui fit in executionem alterius non poteſt ab eo excedere, quando id, quod adjicitur, non venit ex legis diſpoſitione, & ejus facultate, *Text. in l. item quia 4. §. fin. ff. de pactis, l. titia 134. §. idem reſpondit il primo, ff. de verb. oblig. l. ſi tibi liberum ſecundum unum intellectum, ff. de action. empt. l. ſi binarum ædium, ff. de ſervit. urb. præd.* eleganter *Menoch. lib. 6. præſumpt. 2. num 18. Alex. conſ. 122. num 2. lib 2. Surd. conſ. 202. num. 19. Rot. per Farinac. deciſ. 108. num. 2. ad finem, & deciſ. 522. num. 2. part. 1. in poſth. Gabriel. conſ. 58. num. 10. 11. lib. 1. Idem Surd. deciſ. 71. per tot.* & rurſus *in addit. ad deciſ. 282. num. 2. Capic. Galeota lib. 1. controv. 12. num. 21. cum ſeqq.* ex noſtris *Marius Mut. deciſ. 33. num. 23. Amat. variar. 2. parte reſol. 64. num. 2.* & ex multis laudatis, Hiſpanus noſter *Olea de ceſſ. Jur. tit. 1. quæſt. 6. num. 11.* ubi *num.* refert optimam *Rotæ deciſ. 393. num. 7. tom. 5. recent. edito anno* 1636. apud quos concorditer præfata aſſertio probata, & multis rationibus roborata reperietur.

106 Ex quibus neceſſario deducitur, omnes clauſulas prægnantes, & exuberantes, quæ in prædicta ſcriptura publica in executionem contentorum in Albarano confecta inveniuntur, & quæ ab Adverſæ partis Advocatis ponderantur ad fundandam realitatem dictæ renunciationis, prout ſupra recollectæ ſunt ex n. 90. uſque ad num. 100. eſſe reducendas ad id, quod in Albarano cautum, & conventum fuit, & ad ejus robur, & firmitatem, quatenus opus erat, ut utrique parti ſuiſque ſucceſſoribus ſanguinis conſuleretur ad præcavendum litium moleſtias, quas probabiliter à dictis ſucceſſoribus, nondum natis moveri poſſe verebantur, & ſi in aliquo dictæ clauſulæ excedunt, de ſtylo potius Notarii quam de partium conſenſu appoſitæ cenſeri debent? ac ideò non conſiderandæ *Nevizan. conſ. 28. num. 29. Menoch. conſ. 879. num. 45. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 115. num 44. Marta de clauſ. clauſ. 21. num. 44. Barboſ. eodem tract. clauſ. 1. num. 7. Capic. Latr. deciſ. 2. num. 37. parte 1. Capic. Galeot. lib. 1. controv. 42. à num. 9.*

107 Sed ne hoc in dubium poſſit revocari, reperitur etiam expreſſè cautum, & diſpoſitum in ſcriptura publica confecta in executionem concordiæ, & conventionis in dicto Albarano practicatæ; ibidem namque poſt omnes clauſulas prægnantes, quibus adverſa pars innititur, appoſitæ ſunt aliæ reſtrictivæ ad ea tantum, quæ in Albarano erant comprehenſæ, ut patet primo ibi, (Et hac ex cauſa dictus D. Nicolaus Placitus Branciforti tutorio dicto nomine tantum, & dumtaxat, & ſub dicta rati promiſſione per dictum Don Joſeph, ſuoſque hæredes, & ſucceſſores in perpetuum, &c. de omnibus, & quibuſcumque Juribus, actionibus, prætenſionibus, ſucceſſionibus, & aliis dicto Domino Comiti tutorio dicto nomine tantum, & dumtaxat, dictoque Don Joſeph forſan competentibus, & fortaſsè competituris ſuper Statibus, Baroniis, feudis, & bonis ſupra penes dictam Illuſtriſſ. Dominam Donnam Margaritam remanſis, & per eam, ſeu verius dictum ejus Procuratorem procuratorio quo ſupra nomine, & ſub dicta ejus rati promiſſione detentis ut ſupra, cum omnibus eorum Jueibus univerſis eorumque integro, & indiminuto ſtatu cum dicta dignitate Magnatis Hiſpaniarum, & aliis Statibus, & Juriſdictionibus deſuper expreſſatis, ſeu ſuper quolibet dictorum Statuum, Baroniarum, feudorum, & aliorum ut ſupra, & non aliter, nec alio modo. Ab ipſis, nempè, juribus, actionibus, ſucceſſionibus, & cauſis ſucceſſionum, aliiſque quibuſcumque Juribus cauſis, actionibus tam per dictum Comitem Raeudiæ tutorio dicto nomine tantum, & dumtaxat prætendendis, eique quomodolibet competituris quovis jure, titulo ratione, ſeu cauſa de Jure, vel de facto quomodocumque, & qualitercumque de præterito, præſenti, & futuro, ſcitis, vel ignoratis, tacitis, vel expreſſis, cogitatis, vel incogitatis, præteritis, præſentibus, & futuris, & aliis quibuſcumque tam de jure, quam de facto, & omnium quantumvis ſcripturarum etiam ſi cauſæ eſſent tales, de quibus hic oporteret facere expreſſam mentionem; (*Comprehenſis tamen omnibus præmiſſis in dicto præinſerto Albarano tantum, & dumtaxat: dummodo quod à dicto Albarano non cenſeatur receſſum, &c.*)

Deindè, & ſecundo ibi, (Faciens dictus Dominus 108
tutor, &c.) dictæ Illuſtriſſ. Dominæ Donnæ Margaritæ, & pro ea abſente dicto ejus Procuratore, &c. pro ea, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum finem, & pactum finale validum, & ultimum liberatorium, ac quietationem, diffinitionem, & liberationem omnimodam, & perpetuum imponendo ſilentium dictis prætenſionibus, & Juribus ſucceſſionum pee dictum Dominum Comitem Racudiæ tutorio dicto nomine fortè prætenſis, & prætendendis de aliquid aliud ultra occaſione, & cauſa præmiſſorum, &c. non petendo, nec peti faciendo, nec permittendo contra dictam Illuſtriſſ. Dominam D. Margaritam, & ſuos, nec minus contra dictos Principatus ſtatus, & alia bona, & Jura remanſa penes dictam D. Margaritam per modum ut ſupra, nec partem illorum per dictum Comitem Racudiæ tutorio dicto nomine, &c. ſubmiſſas perſonas, ac habentes jus, & cauſam ab eo, vel dictum Don Joſeph in quocumque modo, aliquo jure, titulo, ratione, ſeu cauſa ſcita, vel ignorata tacita, vel expreſſa, cogitata, vel incogitata præterita, præſentia, vel futura, de jure, vel de facto, aut aliter quomodocumque, aut qualitercumque, *Comprehenſis tamen in dicto Albarano ut ſupra, &c.*)

Ecce ergo S. M. quomodo omnes clauſulæ, quibus
adverſa pars ſe fundat ad probandam dictam realitaeem, ſunt reſtrictæ, & limitatæ, ac cauſam ſucceſſio- 109
nis dictorum Stanium, & feudorum ſequuta morte Principis Don Fabritii, prout expreſſum fuerat in prædicto Albarano, quod virtute relationis ibidem videtur repetitum cum omnibus ſuis qualitatibus *l. aſſe toto, ff de hæredibus inſtituendis vulgatis*, hocque in prima parte, cum dictionibus taxativis *tantum, & dumtaxat*, quarum natura eſt excludere omnes alios caſus, & perſonas præter expreſſas juxta latè tradita *à Barboſ. de dictionib. uſufreq. dict. 97. num. 4. & dict. 401. num. 2.* & cum dictione *dummodo*, quæ importat modum, ac conditionem, ſemperque adimpleri debent ea, quibus adjicitur, *deciſ. conſ. 661. num. 12. verſ. 1. Ancaran. conſ. 169 num. 2. verſ. ſive tamen contrarium*, & cum aliis *Barboſ. dict. 95. num. 8.* & in ſecunda, cum dictione, *ut ſupra*, quæ repetitiva, & relativa eſt omnium præcedentium ſcilicet, *tantum, & dumtaxat dum-*

modo

modo quod à dicto Albarano non cenſeatur receſſum. Text. in l. item quæritur, §. *item Julianus*, *ff.* cum adductis ab eodem *Barboſ. dict.*441. *num.*1. Quid igitur indigemus aliis probationibus ad diluendam molem ædificii, quod alterius par'is Advocati in dictis clauſulis ſuperimponere tentarunt ?

Sed progrediamur, & ad ſubjectam materiam tran-
110 ſactionis mentis oculos revolvamus; qoid eſt, ſuper
quo tranſigitur ? certe de nullo alio, quam de ſucceſſione feudorum, Statuum, & Baroniarum gentilitium familiarium, ex pacto, & providentia Principis, cum clauſula Juris Francorum, & expreſſa primogenitura, quis unquam, dixit, hæc bona eſſe tranſitoria ad hæredes extraneos, ſuperſtite quolibet agnato de comprehenſis in inveſtitura, & primorum acquirentium diſpoſitione ? nullus quidem, qui lucem tenebris obſcurare non intendat; cum ſit veritas adeò patens, quæ nulla poſſit tergiverſatione celari, nec habeat contradictorem, expreſſus *Text. in cap.*1. *de ſucceſſ. feudi*, *cap.*1. §. *& ſi clientulus de alienatione feudi*, & videatur *Corſett. conſ.*4 *per tot.* qui conſultus ita reſpondit in caſa iſtius Marchionatus Licodiæ, & *Barboſ.* qui infinitos laudat *de appellat. verb. ſignif. appellat.*113. *n.*11, *& ſeqq.* quin imò, nec dici poteſt licere poſſeſſori alterare, mutare, reſtringere, aut ampliare formas, vocationes, conditiones, ſeu gravamina à primis concedentibus, aut acquirentibus impoſita, *Molin, de primogen. lib.*1. *cap.*8. *num.*21. ubi *addentes* latiſſimè, ut ſolet *Caſtill. tertio controv. cap.*10. *Roſenthal. de feud. cap.*6. *concluſ.*69. *ſub num.*36. *litt. NN. Dec. conſ.*139. *num.*3. *verſ. iſta concluſio*, *Jaſon. conſ.*246. *num.*14. *verſ.*5. *lib.*3. *Signorol. conſ.*10. *num.*4. *verſ. Idem non obſtat Bero. conſ.*110. *num.*7. *lib.*1 *Curt. Jun. conſ.*181. *lib.*2. *Surd. conſ.*419. *&* 978. *Menoch. conſ.*148 *n.*32. *Ramon, conſ.*100. *num.*302. etiam de conſenſu ſucceſſorum viventium in perniciem naſciturorum *Molin, dicto cap.*8. *num.*27. ubi additio, *Caſtill. d. lib.*3. *cap.*12. *num.*111. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*660. *num.*28. *&* 4.593. *num.*49. *&* 165. Quomodo igitur prætenditur, quod, ex quo ſtipulatio concepta fuit ad favorem Dominæ Margaritæ, ſuorumque hæredum, & ſucceſſorum in perpetuum, cenſeantur contemplati hæredes extranei, & ob id judicatur realis prædicta renunciatio ? Nos quidem non percipimus: ac ideo tuorum prudentum Senatorum ſaniori, & ſuperiori Judicio dijudicandum relinquimus.

Verùm dato, & non conceſſo, quod ſtipolatio con-
cepta fuiſſet pro hæredibus, & ſucceſſoribus qoibuſ-
111 cumque, adhuc in hac materia renunciationis, ſeu
refutationis feudorum ex pacto, & providentia Principis, nihil extraneis hæredibus poſſet acquiri (niſi tantum fructuum commoditas durante vita cedentis, aut renunciantis juxta diſtinctionem *Alphonſi de Olea in tract. de ceſſ. jur. dict. tit.*3. *quæſt.*4. *num.*47.) & ſtipulatio ſolùm eſſet intelligenda de filiis, & deſcendentibus renunciatarii, non autem de aliis agnatis per *Text. in dict. cap.*1. *de eo, qui ſin. ſec. agnat. & in cap.*1. §. *ult. ſi de feud. defunct. fuer. controv. inter Dom. & agnat.* ubi tradunt *Iſern. & Afflict. Lanar. conſ.*71. *num.*1. *Camill. de Medic. conſ.*2, *num.*126. *Jacob. Gall. conſ.*64. *num.*22. *Surd. conſ.*517. *num.*14. *Rovit. conſ.*44. *num.*27. *lib.*1. *Capic. Galeot. lib.*2. *controv.*21. *num.* 23. *Anton. de Marin. lib.*2. *reſolut. quotid. cap.*89. *num.*47. *& addit. ad ultim. ad verum Montan. controverſ.*9. *per tot. Regens Salernit. ſol.*187. *num* 42. *verſ. ex adverſo*, & in terminis dicti *cap.*1. *de eo, qui ſin. fecit agnat.* ubi refutatio facta fuit pro ſe, & hæredibus ſuis, & cui ipſe dederit, quod intelligatur de hæredibus ſanguinis hoc eſt, de filiis, & deſcendentibus, & ob id intelligatur perſonalis: fatentur omnes *Scribentes ibid. & Loffred. in cap* 1. *de natura ſucceſſ. feud. Aretin. conſ.* 3. *Jacob. Gall. dicto conſ.*64. *num.*31. *Anton. de Marin. reſolut quotid. dicto lib.* 2. *cap.*189. *num.* 70. *Aiarcian. diſput.* 8. *num.*16. *&* 17. *Cum. in cap. Si aliquem verbo*, *Antiquis numer.* 574.

Et quamvis alterius partis Advocati agnoſcentes
difficultatem *Text. in dicto cap.*1. *de eo, qui ſin fec.* 112
agnat. ubi verba illa, *& cui ipſe dederit*, apta comprehendere quoſcumque hæredes etiam extraneos, (cum per ea cenſeatur conceſſa facultas alienandi, & æquivaleat clauſulæ *pro ſe, & hæredibus quibuſcumque*, ex *Seraph. deciſ.*253. *num.*5. *Menoch. conſ.*178. *num.*32. *& conſ.*987. *num.*5 *Roland. à Valle de lucro dotis, quæſt.*54. & cum aliis *Barboſ. de clauſ.*57. *num.*7.) accipiuntur de filiis, & deſcendentibus renunciantis; reſpondere tentaverint, quod de jure communi feudorum, verbum *hærede* de filiis maſculis tantum, non verò de extraneis intelligi poterat, ex *tex. in dicto cap.*1. §. *& ſi clientulus de alienat. feudi cap.*1. *de duobus fratribus*, & communiter *DD. in dicto cap.*1. *de eo, qui ſin. ſec. agnat.* cum aliis in allegationibus congeſtis: at illud eſſe de jure municipali hujus Tui Fideliſſimi Regni per *cap. volentes* Domini Regis Federici, quo inſpecto, verbum *hæres* in feudalibus, protenditur ad quoſcumque hæredes etiam extraneos, eo quod liberam concedit licentiam alienandi feuda, ſolutis Juribus Regiæ Curiæ debitis, integro tamen, ac indiviſo manente feudo; ad quod probandum allegant *Pern. Petr. de Gregor. Blaſ. Laſc. apud Lin. Bongiorn. Mat. Intrigliol. Corſ patrem, & filium*, ac denique *Giurb. de feud.* § 2. *gloſſ.*13. *num* 27. *ad medium*, aliaque cumulant, quæ ob vitandam prolixitatis notam omittimus.

Adhuc tamen, hæc evaſio non conturbat ſuperio-
rem veriſſimam traditionem; omnes quippe DD. in 113
contrarium laudati, loquuntur eo in caſu, quo conceſſio feudi facta eſt pro hæredibus, & ſucceſſoribus, vel nulla data forma, quam vocamus largam, & hæreditariam; hoc enim in caſu licet de Jure communi feudorum intelligeretur conceſſio pro hæredibus ſanguinis tantummodo, tamen per dictum Capit. dicti Regis Federici, dicunt DD. eſſe admiſſos hæredes etiam extraneos; ut ex lectura prædictorum apertè percipitur, & poſt *Petr. de Gregor.* advertit *Corſett. filius in addit. ad patrem conſ.*9. *num.*8. *&* 11. Idemque dicunt DD. communiter in hoc Regno, quod dictum *Cap. volentes* non procedit forma repugnante, hoc eſt, ſi in forma ſtricta, aut mixta ſit facta conceſſio, vel in aliis caſibus, in quibus per diſpoſitionem Capitulorum Regni, aut natura ſua, feuda ſunt facta gentilitia, & familiaria *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. parte* 4. *quæſt.*1. *num.*3. *&* 15. *Corſett. conſ.*4. *num.*1. *Giurb. de feud. gloſ.*10. §.2. *num.*71. *Cum. in cap. Si aliquem verbo Antiquis num.*259. ubi dicit, quod dictum *Cap. volentes*, concedens licentiam alienandi feuda intelligendum eſt pro eo, quod tangit intereſſe, ſeu præjudicium Principis, non verò in præjudicium agnatorum, qui in primis Inveſtituris, & diſpoſitionibus ſunt vocati; de quo non eſt dubitandum, nec in hoc Regno eſt aliqua dubitatio.

Quinimò, & ipſi contrahentes, ſeu verius eorum
Procurator, & Tutor, Advocatique ab utraque parte 114
electi, & deſignati ad ordinandam, & conficiendam ſcripturam tranſactionis cum clauſulis neceſſariis juxta tenorem, & continentiam prædicti Albarani; in eadem ſteterunt intelligentia, illi enim promittentes de rato procuratorio nomine dictæ Dominæ Margaritæ, incluſerunt in promiſſione omnes, & ſingulos ejus filios utriuſque ſexus natos, & naſcituros, nepotes, & pronepotes, & alios eorum deſcendentes per lineam directam uſque ad infinitum, ſucceſſuros tamen in dictis Statibus, & feudis, & non alios; ex quo evidenter apparet ad hos ſolos, & non ad alios, hoc eſt, extraneos hæredes, prædicta feuda tranſire poſſe, conſtanter cenſuiſſe; eodemque modo dictus Don Joſeph major factus de rato promiſit licet inæqualiter, cum fuerit promiſſio extenſa ad ſucceſſo-

res

res ſanguinis, ut includerentur ſorores ipſius jam natæ, eorumque filii nati, & naſcituri, quod eſt valdè notandum.

Quamvis enim ex adverſo dicatur, nullum in hoc
115 adeſſe miſterium, eo quod pro extraneis hæredibus opus non erat de rato promittere, cum ipſi præcisè tenerentur factum ſui Authoris approbare, juxta vulgares regulas; nihilominus procedit ſuperior conſideratio, & Advocati alterius partis, qui illam impugnant, apertè convincuntur, & contrarietatis vitio notantur; quia ſi feuda erant tranſitoria ad hæredes extraneos (quos comprehenſos aſſerunt in ſtipulatione pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque) certum eſt nullam deſiderari promiſſionem de rato, cum in hoc caſu filii Donnæ Margaritæ, non ut filii, ſed ut hæredes matris in feudis ſuccederent, ac ſi eſſent bona allodialia (ut ipſimet Advocati probare intendunt ex *Cap. volentes* Domini Regis Federici, & aliis quamplurimis inutiliter cumulatis.) Ergo dum promiſſio de rato adhibetur pro filiis, & deſcendentibus, non quidem omnibus, ſed ſucceſſuris tantum in dictis Statibus, & feudis, & ex alia parte pro ſucceſſoribus ſanguinis; negari non poteſt, hoc ideo factum, quoniam ad filios deſcendentes, & ſanguinis ſucceſſores, tantummodo feuda prædicta eſſe tranſitura agnoverunt; qui quidem deſcendentes, uti comprehenſi in inveſtitura, & ſucceſſuri jure proprio erant, qui tranſactionem prædictam poterant impugnare, annullare, vel reſcindere ſi in ipſorum præjudicium factam fuiſſe oſtenderent, & pro quibus de rato opus fuit promittere.

Hoc eſt adeò clarum, ut nulla indigeat probatio-
116 ne; ſed non eſt omittenda, quæ ab ipſis deſumitur Advocatis; illi enim agnoſcunt filios Donnæ Margaritæ potuiſſe impugnare tranſactionem, quia ſuccedebant jure proprio ſtante refutatione à Don Fabritio facta Don Franciſco illorum avo, ac ideo Mazareni Comitem ſibi proſpexiſſe prædicta promiſſione de rato; ergo ſi filii jure proprio debebant ſuccedere, & tranſactionem infringere, ſucceſſio eiſdem, non ut hæredibus ſed ut filiis ſpectabat, ac per conſequens feuda renunciata non erant hæreditaria, & tranſitoria ad hæredes, ſed pacti, & providentiæ gentilitia, & familiaria, ac inalienabilia, ut toties probatum eſt, & per ſe patet.

Quamplura alia omittimus in hoc puncto, quæ reſ-
117 ponſione non indigent, tametſi à prædictis Advocatis non parum extollantur; ea namque, vel facto contraria, vel cauſæ non applicabilia, vel in jure diſſona, aut Doctoribus communiter reprobatis elicita ſunt, & facillimo negotio everſa, ex infra dicendis tacitè remanebunt.

118 Perveniamus jam ad tertium medium ex qualitate contractus: iſte eſt tranſactionis ſuper ſucceſſione feudorum, ob mortem Principis Don Fabritii, cujus natura expoſcit, ut reſtringatur ad cauſam in ea expreſſam, & ad illud, ſuper quo diſceptabatur in lite mota, ſeu movenda, *Text. clarus in l. ſi de certa, C. de tranſaction.* ubi antiquiores, præcipuè *Bald. num.4. Alexand. & Jaſon.* qui latiſſimè comprobant, *l. ſi cum dies, §. plenum, ff. de arbitr. Dec. conſ.63. num.6.* ubi, loquitur in tranſactione ſuper ſucceſſione, virtute cujuſdam teſtamenti; & licet verba tranſactionis ampliſſima, & generaliſſima erant, inquit, reſtringenda, & referenda ad cauſam in teſtamento contentam. *Menoch. lib.3. præſumpt.151. num.8.* ubi, quod debitor ex diverſis cauſis, ſi petitio ſit ſingularis ſuper una, & poſtea ſequatur tranſactio, in qua ampliſſimis verbis liberatur, non conſequitur liberationem, niſi tantum reſpectu cauſæ ſingularis, ſuper qua erat lis, quod multis DD. relatis comprobat, & *conſ.1099. num.21. lib.11. Mantic. deciſ.245. num.13.* ubi quod tranſactio in illo caſu ſolum extendebatur ad cauſam dotis, ſuper qua erat lis, non verò ad cauſam ſucceſſionis. *Rot. per Farinac. deciſ.110. part.1. in rec. Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom 1. tit. de renunciat. quæſt.6. num.40. cum ſeqq. Marc. Anton. Eugen. conſ.13. ex num.20. verſ. cæterum prædicto*, ubi quietatio generalis ab adminiſtratione tutelæ, non extenditur ad jus hæreditatis tranſigenti competens, etiam ſi verba generalia tranſactionis aliud ſuadeant, quia ſuper hæreditate nunquam fuerat litigatum *Fuſar. conſ.92. n.23. & 24. cum ſeqq.* ubi, quod verba generalia nunquam extendunt diſpoſitionem ultra expreſſa, latè *Cancer. lib.3. variar. cap.15. num.269. uſque ad num.273. &* 274. ubi, probat tranſactionem ſolùm intelligi factam ſuper illo, ſuper quo litis incertitudo pendebat, *& num.293.* ubi, quod debet inſpici cauſa, ex qua fuit facta tranſactio, *Ciriac. tom.2. controv.292. num.7.* ubi, quod generalis renunciatio reſtringitur ad ſuam cauſam nec præjudicat in alio Jure; proſequuntur multa *Surd. conſ.418. n.16. Alex. Ludoviſ. deciſ.158. num.3. & 4. Fontanell deciſ.380. num.3. Capic. Galeot. l.1. controv.42. num.10. & 11. Amat. lib.1. reſol.42. num.14.*

Et quod in tranſactione omnes clauſulæ, & con-
ventiones quantumcumque generales, & ampliſſimæ 119
reſtringi, & referri debeant ad cauſam, & controverſiam ſpecificam, ſuper qua fuit tranſactum, probant ultra ſupra proximè relatos, *Rot. deciſ.549. n.3. part.1. rec. Bottiller. de ſucceſſ. ab inteſt. theorem.58. n 9. Marcian. diſput.72. à num 1. tom.2. Prat. obſervat 35. per tot. Calvin. de æquit. tom.1. cap.64. num.64. Barboſ. in collect. ad d. l. ſi de certa, num.5. Anton. Faber. in eod. lib.2. tit. de tranſact. diff.6. num.12.* ubi loquitur de ſtipulatione aquiliana, quam dicit nihil operari ad extendendam tranſactionem. *Fontanell. d. deciſ.380. n.11. & 12.* ubi, in eiſdem terminis pro non extendenda tranſactione concludit.

Et in terminis renunciationis quantumvis genera- 120
lis, & ampliſſimæ, quod reſtringatur ad ſuam cauſam *Regens Valenzuel. conſ.11. num.7. lib.1. Peregr. de fideicom. art.52. num.26.* ubi, per plura fundamenta, probat clauſulas generales debere reſtringi in renunciatione ad ſubjectam materiam. *Hodiern. ad Surd. deciſ. 176. num.1. cum tribus ſeqq. Vivian. in prax. Juris patron. lib.13. cap.8. num.276. & ſeqq. Cancer. dicto lib.3. cap.15. num.278.* ubi ex *Gozadin. conſ.45. num 18.* inquit, quod ſi clauſulæ generales renunciationis ad alios effectus poſſunt referri, non operantur renunciationem fideicommiſſi. *Galerat. de renunciat 47. n.23. Fuſar. conſ.39. num.67. & conſ.92. num.16. & ſubſtitut. quæſt.593. num.111. 120. & 176. Ciriac. tom.1. controverſ.129. num.34. uſque ad 37.* ubi *num.38.* addit nunquam præſumi renunciationem proprii Juris, ubi alia poteſt capi conjectura, *& tom.2. controv.323. num.9.* uſque *ad 13. & num.14.* ubi, probat, quod quando clauſulæ renunciationis ſunt dubiæ, ita ut poſſint, & non poſſint importare renunciationem, ſemper interpretandæ ſunt, ut minus renuncianti noceant, *& controv.367. num.27. & controv.389. num.6. Theomat. deciſ. Maceratenſ. 50. num.70.* ubi, quod in renunciatione ſtricte procedendum eſt, & ita interpretanda, ut minus præjudicet renuncianti, quod repetit *num.458. Rot. per Farinac. deciſ.395. num.5. part. 1. in poſthum.* ubi, in terminis fideicommiſſi, & tranſactionis ſuper eo, quod non intelligitur illi renunciatum per clauſulas generales, & quod iſtæ reſtringi debeant ſecundùm ſubjectam materiam, concludenter probatur, *Scacc. de re judic. Gloſ.14. quæſt.2. num.58. Cavaler. deciſ.97. num.10. & deciſ.174. num.2. & deciſ.340. num 1.* & in dubio, quod ſemper ſit pronunciandum pro non renunciatione fideicommiſſi, probant *Peregr. dict. artic. 52. num.29. Sforz. conſ.49. num.23. Fuſar. conſ.5. num 34. & dicto conſ.39. n.86. & de ſubſtit. dict. quæſt.593. n.174. Rot. per Farinac deciſ.21. num.5. ad fin. & deciſ.420 num.2. tom.1. Molfeſ. ad conſuet. Neapol. dicto tom.1. tit. de renunciat. quæſt.1. num.33. & 39.*

Cum

121 Cum igitur controverſia, & lis, quæ ſperabatur, eſſet ſuper ſucceſſione prædictorum Statuum, & feudorum ob mortem Principis Don Iabritii, hæcque eſſet ſubjecta materia tranſactionis, in qua dictus Don Joſeph contentus Comitatu Mazareni, & aliis bonis ſupra expreſſatis, renunciavit, & refutavit Donnæ Margaritæ omnes alios Status, & feuda cum ſuis titulis, & pertinentiis, ut ſuccederent in eis tam ipſa, quam ſui hæredes, & ſucceſſores (hoc eſt filii, & deſcendentes, ad quos dicta feuda tranſire poterant) nulla ratione, prædicta renunciatio extendi poteſt ad alios caſus, & perſonas, prætextu verborum, & clauſularum generalium, quæ præcisè debent reſtringi ad prædictam cauſam ſucceſſionis in tranſactione expreſſam, ipſiuſque firmitatem, & conſiſtentiam in perſonam Donnæ Margaritæ, ſuorumque deſcendentium, ut liberè, & abſque ulla perturbatione, ſeu moleſtia dictis Statibus, & feudis Juribus, & actionibus ſibi ad ea competentibus, & competituris virtute dictæ renunciationis uti poſſent. Ac idcò vita functa Donna Margarità nullis relictis filiis, & deſcendentibus, ſicque deficientibus omnibus perſonis in dicta renunciatione contemplatis ſucceſſuris in dictis feudis, non eſt cur ſine lege, ſine auctoritate, dicta renunciatio prætendatur extendi ad ſucceſſionem ob mortem Donnæ Margaritæ, & ipſius lineæ deficientiam, ad perſonaſque extraneas non contemplatas, pro quibus, nec fuit interpoſita, nec potuit interponi ſtipulatio.

122 Quibus non obſtat, quod ex adverſo replicatur, videlicet, ſucceſſionem, ob mortem dicti Principis Don Fabritii non fuiſſe cauſam finalem tranſactionis, & renunciationis prædictæ; ſed potius adjudicationem dictorum Statuum factam Donnæ Joannæ ab Auſtria, ut ipſa poſſeſſionem legitimè naſciſceretur, pacto interpoſito, quod reſtituere illam deberet Donnæ Margaritæ filiæ, conſtituta priùs ſubjugatione pro dotibus, aliaſque diſſentiones ante D. Fabritii mortem ſuſcitatas, quod ex eo comprobare intendunt, quod Marchionatus Militelli fuit in dicta tranſactione comprehenſus; cum ſuper eo nulla potuiſſet eſſe contentio ob mortem Principis Don Fabritii, quippe ſpectabat Donnæ Margaritæ per deficientiam D. Franciſci patris, qui mortis ſuæ tempore jam Donnæ Catharinæ matri ſucceſſerat.

123 Nam reſpondetur, à veritate facti, & ratione alienam hanc replicationem eſſe, ut ex Albarani lectura dilucidè appareat; in eo namque cauſa finalis expreſſa, non alia eſt, quam ſucceſſio dictorum Statuum prætenſa per Donnam Margaritam filiam primogeniti præmortui, & per dictum Don Joſeph, utpotè filium ſecundogeniti dicti Principis D. Fabritii, quorum prætenſionibus correſpondet concordia; quod, ſcilicet, illa in quibuſdam, & principalibus feudis ſuccederet, hic verò in aliis minus principalibus, & hoc expreſſe concludunt Albarani verba, præcipue, ibi: *E di più pretendendoſi in caſo, che ſeguiſſe morto del detto Signor Prencipe Don Fabritio da parte della Signora Donna Margarita d'Auſtria Branciforte Principeſſa di Pietrapertia, continuarſe, & à cautela prenderſe la poſſeſſione attuale di tutti li Stati, &c.* & ibi, *E pretendendo ancora detta Signora Donna Giovanna Branciforte per nome, e parte di detto Signor Don Giuſeppe ſuo figlio infante far continuare & quatenus foſſe biſogno prendere la poſſeſſione di tutti li Stati ſudetti, come figlio maſchio del ſecundogenito, al quale pretende ſpettare il dominio, & poſſeſſione di detti Stati, &c.* & ibi, *E noi D. Giovanna d'Auſtria, o detta Donna Margarita prometiamo à detta Donna Giovanna, e Don Nicolao Placido Branciforti nominibus ut ſupra, hauuta detta poſſeſſione, per tutte le pretenſioni che tiene, ò terra ſequuta la morte del Signor Prencipe Don Fabritio, il detto Don Giuſeppe infante, &c. aſſignare, & transferire il dominio, o poſſeſſione à detto Don Giuſeppe, & ſua Tutrice del Contato vel Mazzarino, &c.* & ibi, *Remanendo però per detta Donna Giovanna d'Auſtria, e detta Donna Margarita tutti li Stati, Principati, Grandezza, & altri tituli, &c.*

124 Licet enim in Albarano fuerit incluſa prætenſio Donnæ Joannæ ab Auſtria, volentis poſſeſſionem dictorum Statuum apprehendere pro dotium creditis; hoc non fuit, nec eſſe potuit cauſa finalis prædictæ tranſactionis, ſed venit in conſequentiam prætenſionis Donnæ Joannæ Branciforti, quæ tutorio nomine dicti Don Joſephi filii, dictorum ſtatuum ſucceſſoris, ſe oppoſuit ſigillationi litterarum detrahenda ipſorum poſſeſſione, intendens hoc fieri non debere in dicti ſui filii, & ſucceſſoris præjudicium; eo quod eſſent in alia multa bona libera obligata ad dotium reſtitutionem, quæ effectura erant ad ſatisfactionem dicti crediti, abſque eo, quod opus eſſet procedere ad diſtractionem feudalium inalienabilium (quod in perniciem dicti Don Joſeph infantis fuit tantum, ut vel poſſeſſionem mortuo Don Fabritio non poſſet occupare, vel à ſuis tutoribus dicta tranſactio, & concordia extorqueretur; ſed an ſecundum jus, & æquitatem factum fuerit ad nos judicare non ſpectat) ita conſtat ex verbis Albarani, ibi, *Pretendendo la Signora Donna Giovanna d'Auſtria mandare a prendere la poſſeſſione de tutti li Stati, e beni del Signor Prencipe di Butera Don Fabritio Branciforti, aggiudicati ad eſſa Signora per primo, e ſecondo decreto, e per queſto far ſigillare le lettre de tradenda poſſeſſione; pretendendoſi da parte della tutrice Donna Giovanna Branciforti relitta del quondam Don Giovanna Branciforte come madre, o tutrice del Signor Don Giuſeppe figlio de eſſo quondam Signor D. Giovanne, e di detta Donna Giovanna, opponerſi nellà ſigillatione di dette lettere, &c.* Q io nihil clarius quo prædicta aſſertione.

125 Potuit namque dicta adjudicatio eſſe cauſa expulſiva tranſactionis, finalis verò nullo pacto; cum ſolutis creditis, vel conſtituta dictorum Statuum ſubjugatione (ut revera factum fuit) poſſeſſio Donnæ Joannæ erat reſolubilis, & apud illam perdurare non poterat.

126 Quod, ex eo evidentiſſimè confirmatur, quod Donna Joanna nihil remanſit de ſuis creditis in prædicta tranſactione, imò illa integra exegit mediante dicta ſubjugatione, ſicque non fuit ſuper hoc facta tranſactio, quæ ſemper aliquo dato, vel retento fieri debet, *l. 1 ff de tranſact. l. cum mota 6. l. cum ea 21. l. tranſactio nullo 38. C. eodem tit. l. ſicut hæres, Cod. de repudit. hæredit. l. 1. C. de repud. bonor. poſſeſſ. l. in ſumma 65. § 1. ff. de condit indebit. Mantic. de tacitis lib. 26. tit. 1. num. 11. Parlad. in ſexquicent. diff. 44. num. 3. Molin. de Juſt. tract. 2. diſput. 556. num. 7. Azeved. in l. 4. num. 4. tit 11. lib. 4. recompilat.*

127 Marchionatus verò Militelli, ideò in tranſactione fuit incluſus, & explicitus, quia dictus Don Joſeph, qui Comitatum Mazareni retinuit, poterat dictam Donnam Margaritam Militelli Marchioniſſam moleſtare, eo quod aliqua pars dicti Marchionatus, à Comitibus Mazareni empta, & acquiſita fuerat, ob idque cautum fuit, quod dictus Status penes dictam Donnam Margaritam remanere deberet liber ab omni moleſtia dicti Comitis Mazareni, & ſuorum ſucceſſorum, ut clariſſimè probatur ex Albarani verbis, ibi, *E coſi ancora il Marcheſato di Militello, e ſuoi feghi con tutte le raggioni, o pertinenze loro, dalla forma, e modo come ſi hanno poſſeduto, e poſſedino da detto Don Franceſco Prencipe, & eſſa Donna Margarita, con tutto che alcuni tempo alcuna parte di quelli ſi haveſſe comprato, acquiſito, o poſſeduto di alcuni delli Conti, e Signori del Mazzarino, e non altrimenti nè d'altro modo.* Quæ verba, omnem removent ſcrupulum, & prædictam diluunt objectionem.

128 Nec etiam obſtat dicere, tranſactionem verbis generalibus conceptam non reſtringi ad cauſam expreſſam,

Digitized by Google

ſam, quando ratio recti ſermonis id non patitur, quoniam ultra quod dicta concluſio non procedit, cum mens, & intentio contrahentium repugnat, ut probabimus infra, & ſentit *Barboſ. in collect. ad dict.am l. ſi de certa, num. 5.* ſpecialiſſimè locum habere poteſt, eo tantum caſu, quo non eſt aliqua cauſa expreſſa in tranſactione, ſi verò cauſa eſt expreſſa, tunc etiam ſi clauſulæ generales ſalva ratione recti ſermonis reſtrictionem non permittant, reſtringitur ad cauſam expreſſam, *Cancer. lib. 3. variar. dicto cap. 15. num. 273. Alexand. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de tranſact. reſolut. 2. num. 9. Capic. Galeot. dict. controv. 42. num. 19. lib. 1. Surd. deciſ. 217. num. 6. in fin. & Hodiern. in addit. ad deciſ. 176. Peguer. deciſ. 201. num. 3. & deciſ. 146. num. 24. Gerius Spino conſ. 18. num. 18.*

Et in præſenti quando deficeret expreſſio cauſæ 129 (quæ eſt innegabilis) non reperiuntur clauſulæ ullæ, quas ratio recti ſermonis extendere perſuadeat, cum omnes in dicta tranſactione appoſitæ ex natura ſua, & ſubjecta materia non poſſint extendi ad caſum ſupervenientem non comprehenſum, nec excogitatum, qualis eſt ſucceſſio ob mortem dictæ Donnæ Margaritæ abſque liberis in dicta renunciatione contemplatis, eſt enim Jus de futuro, quod renunciatum non cenſetur, niſi ſpecialis, & individua renunciatio ipſius interveniat. *Text. in l. de his*, ubi *DD. ff. de tranſact. Fontanell. deciſ. 402. per tot. Capic. Latr. deciſ. 2. num. 25. & ſeqq. Donat. de renunciation. cap. 8. num 86. & ſeq. Beci, conſ. 111. num. 25.* ubi multos laudat, & in omnem eventum, non extante alia perſona de contemplatis in renunciatione (quæ re vera non extat) non poteſt extendi renunciatio; imò ſolvitur & extinguitur, & renuncians admittitur *Peregr. de fideic. dict. art. 52. num. 71. & 72. Fuſar. dicta quaſt. 593. num. 164.* cum aliis ſupra relatis *num.* 120. & hæc ſufficiunt, ne in re adeo clara diutius immoremur.

130 Accedamus ad quartum de veriſimili mente, & intentione contrahentium; certum eſt, quod nec Donna Margarita, nec ejus vir, & procurator, Princeps Don Fridericus Columna, ſe excludere vellent à ſucceſſione dicti Comitatus Mazareni, & aliorum feudorum à dicto Don Joſeph retentorum, ſi forte ipſe abſque deſcendentibus, & proximioribus conſanguineis deceſſiſſet, locum facientes ulterioribus agnatis, quibus ex primis Inveſtituris Jus ſucceſſionis non competeret, quia nemo præſumitur renunciare Juri ſibi competenti ex Inveſtitura, caſu quo renunciatarius mortuus ſit abſque liberis, ex *Bero. conſ. 108. numer. 14. lib. 1. Bardellon. conſ. 15. num. 36. Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom. 1. dicto tit. de renunciat. quaſt. 17. num. 24. & 25.* Ergo non eſt credibile, quod voluiſſent talem à Tutoribus dicti Don Joſeph Infantis renunciationem expoſcere, ut nunquam ipſe, nec ejus deſcendentes in dictis Statibus ſuccedere poſſent, deficiente etiam linea Donnæ Margaritæ, & quod ſucceſſio devolveretur ad remotiores non contemplatos in renunciatione, vel ad alios etiam in pari gradu reſpectu ipſius, inferioris tamen lineæ, & non habentes eaſdem qualitates prælativas.

131 Nullum, quippe ex hoc, commodum, nulla utilitas ipſam ſequebatur, nec ratio æqualitatis ſervandæ in prædicto contractu id ex poſtulabat, qui ſolum favore dicti Infantis poterat claudicare, *l. Julianus, §. ſi quis, ff. de act. empt. l. ſi cum dies, §. penult. ff. de receptis arbitr. Caldas in l. ſi curatorem verbo hunc contract. num. 4. C. de in integr. reſtitut.* cum adductis *à Velaſco in axiomat. jur. liter. C. num. 186.*

132 Nec cedendum eſt, dictum D. Nicolaum Placitum Branciforti tunc Racudiæ Comitem, & dicti infantis tutorem virum eximiæ nobilitatis, integritatis, & ſinceritatis, id facere voluiſſe, ut filiis ejus aperiretur ſucceſſio dicto Infante ſuiſque ſororibus excluſis, non enim de tali viro, talia præſumi fas eſt, ut alias, inquit, *Pontifex in cap. cum juventute 15. de præſumpt.* imò credibilius, ipſum, dictoſque Advocatos ad clauſulandam ſcripturam electos, non appoſuiſſe in ea, clauſulam reverſionis dictorum Statuum ad favorem dicti Infantis, & ſuorum in caſu mortis dictæ Donnæ Margaritæ ſine filiis, quia hoc pro conſtanti habuerunt de jure procedere debere, ex vi tacitæ, & ſubintellectæ conditionis prædictæ renunciationis, *Regens de Ponte de poteſt. Proregis tit. de reſinat. in princip. num 28. & ſeqq. Cutell. de donat. tom. 2. fol. 193. n. 196.* cum aliis, de quibus ſupra *n. 79.*

Et quidem ſi dicti Tutores, & Advocati tales clau- 133 ſulas adhiberent, per quas ad alios caſus, & perſonas renunciatio poſſet extendi, verè dici poſſet, quod ipſi exceſſiſſent mandatum ſibi conceſſum, & injunctum in prædicto Albarano, in quo illæ tantum clauſulæ, & cautelæ fuerunt permiſſæ, quæ neceſſariæ eſſent, ſubſtantia Albarani non mutata, ut ſupra probatum remanet: cum enim ibidem de ſola ſucceſſione ob Principis Don Fabritii mortem, & de nulla alia perſona, quam de Donna Margarita, & de ſuis deſcendentibus facta fuerit, proculdubio exceſſus eſſet, ſi tales adhiberentur clauſulæ, quæ ad aliam ſucceſſionem, & ad diverſas perſonas renunciationem extenderent, ut in terminis docent *Capic. Galeot. dict. controv. 42. à num. 8. Capic. Latr. deciſ. 2. num. 23. Rot. deciſ. 174. num. 2. & 4. part. 1. in recent. Theod. alleg. 37. num. 4. Bardellon. conſ. 11. num. 29.*

Cum ergo quælibet diſpoſitio intelligenda, & interpretanda ſit ſecundum veriſimilem mentem, & in- 134 tentionem diſponentium, & contrahentium; ex latiſſimè adductis à *Caſtill. Sotoma, controv. lib. 5. cap. 63.* conſequens eſt, dicere, prædictos tranſigentes, & renunciantes noluiſſe extendere renunciationem ad alios caſus, nec ad alias diverſas perſonas, quia veriſimile non eſt ſe ipſos excludere voluiſſe, ſi alter eorum ſine filiis mori contigiſſet, imò credibilius eſt ſe conformare voluiſſe cum Juris ſtatutorum, & conſuetudinum hujus Regni diſpoſitione *l. quæro §. inter locatorem, ff. locati Guttier. practic. lib. 3. quaſt. 70. num. 29. & quaſt. 101. num. 3. Seraphin. deciſ. 264. num. 15. Menoch. lib. 3. præſumpt. 38. num. 9. Amat. reſolut. 34. n. 20. lib. 1.* ut tali adveniente caſu, ſuccederet, qui ſuccedere deberet, & non alius, ad quem non ſpectaret ſucceſſio, quales ſunt extranei, agnati remotiores, & non habentes qualitates requiſitas, ut poſtea declaravit ipſamet Donna Margarita, inſtituens hæredem, & ſucceſſorem in dictis Statibus eum, qui de Jure ſuccedere deberet, de quo latè inferius.

Reſtat quinta conſideratio, elicita ex ſpeciali Juris feudalis diſpoſitione, quo attento tollitur omnis dif- 135 ficultas; quia in renunciatione, ſeu refutatione feudorum, ſemper refutatio cenſetur perſonalis, niſi in duobus caſibus. Primus quando fit *omninò* nulla contemplata perſona. Secundus quando fit in manibus Domini, ad hoc ut refutatarium quaſi de novo feudo inveſtiat; extra hos verò caſus ſemper judicatur perſonalis, & ſic ad favorem ſolius perſonæ contemplatæ, & ſuorum deſcendentium, Text. ſunt expreſſi *in dicto cap. 1. de eo, quaſt. fin. ſec. agnat. & in cap. ult. ſi de feudo defun. fuer. controv. inter Dom. & agnat.* ubi, omnes feudiſtæ repetentes. *Lanar. in cap. 1. de vaſſall. decrepit. ætat. à num. 1. cum ſeqq. Capic. Galeot. lib. 2. controverſ. 21. num. 23. Surd. conſ. 446. num. 18. Camill. de Medic. conſ. 2. num. 126. Cumia in cap. ſi aliquem verbo Antiquis, num. 374. Intrigliol. de feud. cent. 2. artic. 36. numer. 209. Giurb. de feud. §. 1. gloſſ. 12. num. 8.*

Quod indubitanter procedit, etiamſi refutationis 136 verba ſint directa in rem, nam hoc non obſtante, ſi facta eſt contemplatione certarum perſonarum, dicitur perſonalis, quamvis adjectæ ſint clauſulæ generales ampliſſimæ renunciando omni Juri, quod refutans habet, vel habere ſperat *Surd. conſ. 517. num. 14. & dicto conſ. 446. num. 17. Gabriel. conſ. 89. num. 9. in.*

&

& 11. lib.1. Aretin.conſ.4. num.2. Anna de repet. dicti
cap.1. de vaſſal. decrep. ætat. num. 75. Gratian. diſcept.
557. num. 52. Alba Mandell. conſ. 380. per tot. Ro-
ſenthal. in ſynopſ. feud. cap.2. concluſ. 20. lite B. in
addit. & licet facta fuerit cum jurium ceſſione , &
conſtitutione procuratoris in rem ſuam. *Surd. d. con-*
ſil.446. num.17. Gabriel. d. conſ.89. Anton. de Marin.
lib.1.d.reſol.189 num.47.Theodor.dict.allegat.36.num.31.
Et in dubio , ſempee refutatio cenſetur perſonalis,
137 & non realis. *Handed. conſ 36. num.23. Lazar. in dict.*
cap.1. de vaſſall. decrepit. ætat. num.5. Aponte de poteſt.
Proreg. tit. de refutat. num.33 Surd. dict. conſ.446. nu-
mer.18. Capic. Galeot. dict. controverſ.21. num.23. lib.1.
Anton. de Marin. dict. cap.189. num.48. & ſeq. Mon-
tan. controverſ.9. Marcian. diſput.8.per tot. Gimb. de
feud. dict. §.1. gloſſ.12. num 8 .& 9. & hoc adeò verum
eſt , quod , & ſi facta fuerit refutatio in manibus Do-
mini, ut aliquem inveſtiat, & dictum non ſit , tanquam
de novo feudo , adhuc refutatio erit perſonalis , eo
quod feudum remanet antiquum , ut probant *Roſen-*
thal. de feud. dicto cap.2.concluſ.20. num.3. & 5. Gratian.
dict. diſcept.557.num.57.

Ex quibus omnibus apertè colligitur, prædictam re-
nunciationem , ſeu refutationem , fuiſſe perſonalem ad
favorem Donnæ Margaritæ , ſuorumque deſcenden-
tium , non verò realem , & omnimodam , ſeu omninò,
ut ex adveeſo prætenditur.

Unde facilis eſt reſponſio ad ea , quæ per Advo-
catos alterius partis pro realitate dictæ renunciatio-
nis ſunt ponderata , cum jam ex adductis à nobis pro
138 perſonalitate remaneant ſufficienter evacuata , Non
enim procedit primum , ex eo , quod verba fuerint di-
recta in rem , & adfuerit pactum de non petendo, quia
hoc non eſt in conſideeatione , ſtante , quod fuerunt
contemplatæ certæ perſonæ. Juxta ſupradicta num.136.
Non ſecundum , eo quod aliquo accepto facta fue-
rit ; quoniam hoc eſt de natura , & ſubſtantia tranſ-
actionis ex dictis num.126. Non tertium de aquilia-
na ſtipulatione , quia hæc non facit renunciationem
eſſe realem , & ſemper reſtringitur ad cauſam expreſ-
ſam ut probavimus num.1 9. Non quartum de pa-
cto non de petendo , cui ſæpè ſæpius reſponſum eſt
non obſtare , & ſunt Jura expreſſa in dicto *Cap.1. de*
eo , qui ſin. fec. agnat. cap. ult. ſi de feud. def. fuerit con-
troverſia int. Dom. & agnat. Non quintum ex verbis
generalibus quovis titulo , ratione , cauſa , &c. quia
reſtringuntur ad cauſam expreſſam , & ad perſonas
contemplatas , & non cenſetur renunciatum Jus de
futuro , ſecundum ea , quæ diximus num.118.& 120.
Non ſextum de Juribus competentibus , & compe-
tituris , quia eodem modo diſſolvitur. Non ſepti
mum ex generalitate , & amplitudine verborum , quia
omnia debent eeſtringi ad cauſam tranſactionis , &
ſubjectam materiam , perſonaſque in ea contempla-
tas , ut abunde probatum eſt dicto num.118. Non
octavum , & nonum , eo quod facta fuerit pro hæ-
redibus , & ſucceſſoribus in perpetuum , quia ſatiſ-
factum eſt num. 110. & 111. ubi concludenter pro-
bavimus non eſſe materiam tranſitoriam ad hæredes
extraneos , nec ad alios , quam ad agnatos compre-
henſos in Inveſtitura ; & quod attinet ad dictio-
nem *in perpetuum* ſatis trita res eſt , ſequi , & ſurtiei
naturam actus , cui interponitur *Cephal. conſil. 17.*
num.43. Capic. Latr decif.32. num.28. & cum aliis *Bar-*
boſ. diction. 163. numer. 5. & diction. 254. num. 4. &
ſeq. Et demum non obſtat decimum , ex quo facta
fuerit per verbum *omnino* , quia hoc eſt recedere à
verbis tranſactionis , in qua tale verbum non reperi-
tur , ſed hæc tantum , nempè *liberationem omnimo-*
dam , quæ ſatis diverſa ſunt , & reſtringuntur ad cau-
ſam expreſſam ſucceſſionis Don Fabritii , & ad perſo-
nas contemplatas , quod per ſe patet , & ex dictis di-
lucidiùs apparet.

Doctoeibus verò à contraria parte allegatis , eeſ-
pondetur , quod ex illis, nonnulli loquuntur in eenun- 139
ciatione facta à filia ingrediente religionem , quæ do-
te recepta emittit profeſſionem , quo caſu renunciatio
dicitur realis , quia facta eſt ad inſerviendum Deo , &
emittendum votum paupertatis , (licet non deſint
magni nominis Authores , qui contrariam opinionem
ſectantur , quos hic laudare non eſt noſtri inſtituti.)
Alii autem , de filia in matrimonio copulata, quæ do-
te recepta renunciat , & in hoc caſu , quidquid dicant
Adverſarii , communior , & approbatiſſima ſententia
eſt renunciationem eſſe perſonalem ; Alii verò de eo
renunciante agunt , qui extantibus adhuc perſonis
contemplatis volebat ſuccedere, & ad jus renunciatum
reverti , qui caſus eſt diſſimilis, & nos hoc non nega-
mus. Alii denique , quamvis loquantur in feudalibus,
ſe declarant , loquendo de feudo hæreditario , vel in
caſu , quo renunciatio facta fuit favore agnatorum; ſi-
ve ut bona conſervarentur in agnatione , & ſupereſſent
agnati contemplati , ut ex lectura prædictorum Do-
ctorum poterit apertiſſimè cognoſci ; nos quippe in
eis refeeendis , & refellendis tempus dilapidare, Tuoſ-
que Supremos Senatores tædio afficere , iniquum ju-
dicamus.

Ex quibus etiam accommodatur congrua reſponſio 140
aliis tribus contrariis objectionibus ſupra num. 101.
propoſitis. Non enim eſt habenda ratio de prima, ſci-
licet , dictum Mazareni Comitem , uti renunciantem
prædictorum Statuum non debere admitti in hoc Ju-
dicio ſummariſſimo , ex *Surd conſ.45. num.16. Sera-*
phin.decif.2;9.num.4 Noguerol alleg.2. num 66. Duran.
decif.158.Neden. in conſ.66.num.9.

Quia , ſtante perſonalitate dictæ renunciationis
hæc evanuit , & extincta eſt , mortua Donna Marga- 141
rita abſque liberis , ac ſi nunquam facta fuiſſet , *An-*
ton Faber. in Cod. tit de pact. diff. 22. Melfeſ. ad
conſuetud. Neapol. dict. tit. de renunc. quæſt.3. num.12.
Rot. Rom. apud Tambur. de Iur. Abbatiſſar. decif.6. à nu-
mer.25. Donad. de renunc. cap 13. num.11. Cancer tertio
variar. dicto cap.15. num.27. & 29. quare , quo ad om-
nes perſonas , qui non ſint de contemplatis in re-
nunciatione , poteſt renuncians uti reſponſione Juriſ-
conſulti *Ulp. in l. loci corpus 4. §. competit. ff. ſi ſervi-*
tus vendic. ib. , *quantum enim ad eum pertinet , liberas*
ædes habeo , Federic de Senis conſ.77. Handed. conſ.36.
num.25. lib.1. Surd. conſ.179.num.19. & 20. quia ita in
puncto concludunt.

Unde ſequitur , prædictam exceptionem de realita-
te renunciationis non eſſe efficientem , ut eenuncians 142
non admittatur in Judicio ſummariſſimo , quando-
quidem ex viſione ſcripturæ abſque longa diſcuſſio-
ne , altiorique indagine , incontinenti poteſt agnoſci
utrum realis , aut perſonalis fuerit , & an excipiens ſit
de perſonis contemplatis , vel non , ut ea exiſtente
perſonali admittatur , & manuteneatur , reali verò ap-
parente denegetur manutentio , ſalvis Juribus in poſ-
ſeſſorio plenario , & petitorio , & ita ad favorem re-
nunciantis deciſum fuit in Conſilio Collater. Neap.
non obſtante oppoſitione de realitate renunciationis,
ut teſtatur *Regens à Ponte conſ.24. lib.2.* de qua deci-
ſione mentionem faciunt *Capic. Latr. conſult 123. nu-*
mer.166. & Thor in compend decif. part.3. ſect.3. verbo
ſoror. Videnda decif. Rot. Rom. impreſſ. per Anton. Ma-
rin. lib.2. quotid. cap.190. Iacobus Gall. dict. conſ.64.
& ad finem.

Non obſtant *Surd. Seraph. Noguerol.* & alii, in con- 143
trarium adducti , quia loquuntur in ſatis diverſis
caſibus , quando , videlicet , tranſigens volebat ſuc-
cedere in præjudicium ejus , cum quo erat inita tranſ-
actio , & renuncians prætendebat manuteneri adver-
ſus renunciatarium exiſtentem in poſſeſſione rei re-
nunciatæ : ut ex lectura prædictorum Doctorum per-
cipi poteſt.

ſam, quando ratio recti ſermonis id non patitur, quoniam ultra quod dicta concluſio non procedit, cum mens, & intentio contrahentium repugnat, ut probabimus infra, & ſentit *Barboſ. in collect. ad dictam l. ſi de certa, num. 5.* ſpecialiſſimè locum habere poteſt, eo tantum caſu, quo non eſt aliqua cauſa expreſſa in tranſactione, ſi verò cauſa eſt expreſſa, tunc etiam ſi clauſulæ generales ſalva ratione recti ſermonis reſtrictionem non permittant, reſtringitur ad cauſam expreſſam, *Cancer. lib. 3. variar. dicto cap. 15. num. 273. Alexand. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de tranſact. reſolut. 2. num. 9. Capic. Galeot. dict. controv. 42. num. 19. lib. 1. Surd. deciſ. 217. num. 6. in fin. & Hodiern. in addit. ad deciſ. 176. Peguer. deciſ. 201. num. 3. & deciſ. 146. num. 24. Gerius Spino conſ. 18. num. 18.*

29 Et in præſenti quando deficeret expreſſio cauſæ (quæ eſt innegabilis) non reperiuntur clauſulæ ullæ, quas ratio recti ſermonis extendere perſuadeat, cum omnes in dicta tranſactione appoſitæ ex natura ſua, & ſubjecta materia non poſſint extendi ad caſum ſupervenientem non comprehenſum, nec excogitatum, qualis eſt ſucceſſio ob mortem dictæ Donnæ Margaritæ abſque liberis in dicta renunciatione contemplatis, eſt enim Jus de futuro, quod renunciatum non cenſetur, niſi ſpecialis, & individua renunciatio ipſius interveniat. *Text. in l. de his, ubi DD. ff. de tranſact. Fontanell. deciſ. 402. per tot. Capic. Latr. deciſ. 2. num. 25. & ſeqq. Donat. de renunciation. cap. 8. num 86. & ſeq. Beci, conſ. 111. num. 25.* ubi multos laudat, & in omnem eventum, non extante alia perſona de contemplatis in renunciatione (quæ re vera non extat) non poteſt extendi renunciatio; imò ſolvitur & extinguitur, & renuncians admittitur *Peregr. de fideic. dict. art. 52. num. 71. & 72. Fuſar. dicta quæſt. 593. num. 164.* cum aliis ſupra relatis *num. 120.* & hæc ſufficiunt, ne in re adeo clara diutius immoremur.

130 Accedamus ad quartum de veriſimili mente, & intentione contrahentium; certum eſt, quod nec Donna Margarita, nec ejus vir, & procurator, Princeps Don Fridericus Columna, ſe excludere vellent à ſucceſſione dicti Comitatus Mazareni, & aliorum feudorum à dicto Don Joſeph retentorum, ſi forte ipſe abſque deſcendentibus, & proximioribus conſanguineis deceſſiſſet, locum facientes ulterioribus agnatis, quibus ex primis Inveſtituris Jus ſucceſſionis non competeret, quia nemo præſumitur renunciare Juri ſibi competenti ex Inveſtitura, caſu quo renunciatarius mortuus ſit abſque liberis, ex *Bero conſ. 108. numer. 14. lib. 1. Bardellon. conſ. 11. num. 36. Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom. 1. dicto tit. de renunciat. quæſt. 17. num. 24. & 25.* Ergo non eſt credibile, quod voluiſſent talem à Tutoribus dicti Don Joſeph Infantis renunciationem expoſcere, ut nunquam ipſe, nec ejus deſcendentes in dictis Statibus ſuccedere poſſent, deficiente etiam linea Donnæ Margaritæ, & quod ſucceſſio devolveretur ad remotiores non contemplatos in renunciatione, vel ad alios etiam in pari gradu reſpectu ipſius, inferioris tamen lineæ, & non habentes eaſdem qualitates prælativas.

131 Nullum, quippe ex hoc, commodum, nulla utilitas ipſam ſequebatur, nec ratio æqualitatis ſervandæ in prædicto contractu id ex poſtulabat, qui ſolum favore dicti Infantis poterat claudicare, *l. Julianus, §. ſi quis, ff. de act. empt. l. ſi cum dies, §. penult. ff. de receptis arbitr. Caldas in l. ſi curatorem verbo hunc contract. num. 4. C. de in integr. reſtitut.* cum adductis à *Velaſco in axiomat. jur. liter. C. num. 186.*

132 Nec cedendum eſt, dictum D. Nicolaum Placitum Branciforti tunc Racudiæ Comitem, & dicti infantis tutorem virum eximiæ nobilitatis, integritatis, & ſinceritatis, id facere voluiſſe, ut filiis ejus aperiretur ſucceſſio dicto Infante ſuiſque ſororibus excluſis, non enim de tali viro, talia præſumi fas eſt, ut alias, inquit, *Pontifex in cap. cum juventute 15. de præſumpt.* imò credibilius, ipſum, dictoſque Advocatos ad clauſulandam ſcripturam electos, non appoſuiſſe in ea, clauſulam reverſionis dictorum Statuum ad favorem dicti Infantis, & ſuorum in caſu mortis dictæ Donnæ Margaritæ ſine filiis, quia hoc pro conſtanti habuerunt de jure procedere debere, ex vi tacitæ, & ſubintellectæ conditionis prædictæ renunciationis, *Regens de Ponte de poteſt. Proregis tit. de refutat. in princip. num 28. & ſeqq. Cutell. de donat. tom. 2. fol. 193. n. 196.* cum aliis, de quibus ſupra *n. 79.*

133 Et quidem ſi dicti Tutores, & Advocati tales clauſulas adhiberent, per quas ad alios caſus, & perſonas renunciatio poſſet extendi, verè dici poſſet, quod ipſi exceſſiſſent mandatum ſibi conceſſum, & injunctum in prædicto Albarano, in quo illæ tantum clauſulæ, & cautelæ fuerunt permiſſæ, quæ neceſſariæ eſſent, ſubſtantia Albarani non mutata, ut ſupra probatum remanet: cum enim ibidem de ſola ſucceſſione ob Principis Don Fabritii mortem, & de nulla alia perſona, quam de Donna Margarita, & de ſuis deſcendentibus facta fuerit, proculdubio exceſſus eſſet, ſi tales adhiberentur clauſulæ, quæ ad aliam ſucceſſionem, & ad diverſas perſonas renunciationem extenderent, ut in terminis docent *Capic. Galeot. dict. controv. 42. a num 8. Capic. Latr. deciſ. 2. num. 23. Ret. deciſ. 174. num. 2. & 4. part. 1. in recent. Theod. alleg. 37. num. 4. Bardellon. conſ. 11. num. 29.*

134 Cum ergo quælibet diſpoſitio intelligenda, & interpretanda ſit ſecundum veriſimilem mentem, & intentionem diſponentium, & contrahentium; ex latiſſimè adductis à *Caſtill. Sotomay. controv. lib. 5. cap. 63.* conſequens eſt, dicere, prædictos tranſigentes, & renunciantes noluiſſe extendere renunciationem ad alios caſus, nec ad alias diverſas perſonas, quia veriſimile non eſt ſe ipſos excludere voluiſſe, ſi alter eorum ſine filiis mori contigiſſet, imò credibilius eſt ſe conformare voluiſſe cum Juris ſtatutorum, & conſuetudinum hujus Regni diſpoſitione *l. quæro §. inter locatorem, ff. locati Gutier. practic. lib. 3. quæſt. 70. num. 29. & quæſt. 101. num. 3. Seraphin. deciſ. 264. num. 15. Menoch. lib. 3. præſumpt. 38. num. 9. Amat. reſolut. 34. n. 20. lib. 1.* ut tali adveniente caſu, ſuccederet, qui ſuccedere deberet, & non alius, ad quem non ſpectaret ſucceſſio, quales ſunt extranei, agnati remotiores, & non habentes qualitates requiſitas, ut poſtea declaravit ipſamet Donna Margarita, inſtituens hæredem, & ſucceſſorem in dictis Statibus eum, qui de Jure ſuccedere deberet, de quo latè inferius.

135 Reſtat quinta conſideratio, elicita ex ſpeciali Juris feudalis diſpoſitione, quo attento tollitur omnis difficultas; quia in renunciatione, ſeu refutatione feudorum, ſemper refutatio cenſetur perſonalis, niſi in duobus caſibus. Primus quando fit *omninò* nulla contemplata perſona. Secundus quando fit in manibus Domini, ad hoc ut refutatarium quaſi de novo feudo inveſtiat; extra hos verò caſus ſemper judicatur perſonalis, & ſic ad favorem ſolius perſonæ contemplatæ, & ſuorum deſcendentium, Text. ſunt expreſſi *in dicto cap. 1. de eo, quæſt. fin. fec. agnat. & in cap. ult. ſi de feudo defun. fuer. controv. inter Dom. & agnat.* ubi, omnes feudiſtæ repetentes. *Lanar. in cap. 1. de vaſſall. decrepit. ætat. à num. 1. cum ſeqq. Capic. Galeot. lib. 2. controverſ. 21. num. 23. Surd. conſ. 446. num. 18. Camill. de Medic. conſ. 2. num. 126. Cumia in cap. ſi aliquem verbo Antiquis, num. 374. Intrigliol. de feud. cent. 2. artic. 36. numer. 209. Giurb. de feud. §. 1. gloſſ. 12. num. 8.*

136 Quod indubitanter procedit, etiamſi refutationis verba ſint directa in rem, nam hoc non obſtante, ſi facta eſt contemplatione certarum perſonarum, dicitur perſonalis, quamvis adjectæ ſint clauſulæ generales ampliſſimæ renunciando omni Juri, quod refutans habet, vel habere ſperat *Surd. conſ. 517. num. 14. & dicto conſ. 446. num. 17. Gabriel. conſ. 89. num. 9. 10. &*

& 11. lib.1. Aretin. conſ.3. num.2. Anna de repet. dicti cap.1. de vaſſal. decrep. ætat. num. 75. Gratian. diſcept. 557. num. 52. Alba Mandell. conſ. 380. per tot. Roſenthal. in ſynopſ. feud. cap.2. concluſ. 20. litt. B. in addit. & licet facta fuerit cum jurium ceſſione, & conſtitutione procuratoris in rem ſuam. *Surd. d. conſil. 446. num.17. Gabriel. d. conſ.89. Anton. de Marin. lib.1. d. reſol.189 num.47. Theodor. dict. allegat. 36 num.31.*

Et in dubio, ſemper refutatio cenſetur perſonalis,
137 & non realis. *Honded. conſ 36. num.23. Lazar. in dict. cap.1. de vaſſall. decrepit. ætat. num.5. Aponte de poteſt. Proreg. tit. de refutat. num.33 Surd. dict. conſ.446. numer.18. Capic. Galeot. dict. controverſ.21. num.23. lib.1. Anton. de Marin. dict. cap.189. num.48. & ſeq. Montan. controverſ.9. Marcian. diſput.8. per tot. Giurb. de feud. dict. §.1. gloſſ. 12. num 8. & 9.* & hoc adeò verum eſt, quod, & ſi facta fuerit refutatio in manibus Domini, ut aliquem inveſtiat, & dictum non ſit, tanquam de novo feudo, adhuc refutatio erit perſonalis, eo quod feudum remanet antiquum, ut probant *Roſenthal. de feud. dicto cap.2. concluſ.20. num.3. & 5. Gratian. dict. diſcept. 557. num.57.*

Ex quibus omnibus apertè colligitur, prædictam renunciationem, ſeu refutationem, fuiſſe perſonalem ad favorem Donnæ Margaritæ, ſuorumque deſcendentium, non verò realem, & omnimodam, ſeu omninò, ut ex adverſo prætenditur.

Unde facilis eſt reſponſio ad ea, quæ per Advocatos alterius partis pro realitate dictæ renunciationis ſunt ponderata, cum jam ex adductis à nobis pro
138 perſonalitate remaneant ſufficienter evacuata. Non enim procedit primum, ex eo, quod verba fuerint directa in rem, & adfuerit pactum de non petendo, quia hoc non eſt in conſideratione, ſtante, quod fuerunt contemplatæ certæ perſonæ. Juxta ſupradicta num.136. Non ſecundum, eo quod aliquo accepto facta fuerit; quoniam hoc eſt de natura, & ſubſtantia tranſactionis ex dictis num.126. Non tertium de aquiliana ſtipulatione, quia hæc non facit renunciationem eſſe realem, & ſemper reſtringitur ad cauſam expreſſam ut probavimus num.1 9. Non quartum de pacto non de petendo, cui ſæpè ſæpius reſponſum eſt non obſtare, & ſunt Jura expreſſa in dicto *Cap.1. de eo, qui fin. fec. agnat. cap. ult. ſi de feud. deſ. fuerit controverſia int. Dom. & agnat.* Non quintum ex verbis generalibus quovis titulo, ratione, cauſa, &c. quia reſtringuntur ad cauſam expreſſam, & ad perſonas contemplatas, & non cenſetur renunciatum Jus de futuro, ſecundum ea, quæ diximus num.118. & 120. Non ſextum de Juribus competentibus, & competituris, quia eodem modo diſſolvitur. Non ſeptimum ex generalitate, & amplitudine verborum, quia omnia debent reſtringi ad cauſam tranſactionis, & ſubjectam materiam, perſonaſque in ea contemplatas, ut abunde probatum eſt dicto num.118. Non octavum, & nonum, eo quod facta fuerit pro hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, quia ſatiſfactum eſt num. 110. & 111. ubi concludenter probavimus non eſſe materiam tranſitoriam ad hæredes extraneos, nec ad alios, quam ad agnatos comprehenſos in Inveſtitura; & quod attinet ad dictionem *in perpetuum* ſatis trita res eſt, ſequi, & ſortiri naturam actus, cui interponitur *Cephal. conſil. 17. num.43. Capic. Latr. decis.32. num.28.* & cum aliis *Barboſ. diction. 163. numer. 3. & diction. 254. num. 4. & ſeq.* Et demum non obſtat decimum, ex quo facta fuerit per verbum *omnino*, quia hoc eſt recedere à verbis tranſactionis, in qua tale verbum non reperitur, ſed hæc tantum, nempè *liberationem omnimodam*, quæ ſatis diverſa ſunt, & reſtringuntur ad cauſam expreſſam ſucceſſionis Don Fabritii, & ad perſonas contemplatas, quod per ſe patet, & ex dictis dilucidiùs apparet.

Doctoribus verò à contraria parte allegatis, reſ-
pondetur, quod ex illis, nonnulli loquuntur in renun- 139
ciatione facta à filia ingrediente religionem, quæ dote recepta emittit profeſſionem, quo caſu renunciatio dicitur realis, quia facta eſt ad inſerviendum Deo, & emittendum votum paupertatis, (licet non deſint magni nominis Authores, qui contrariam opinionem ſectantur; quos hic laudare non eſt noſtri inſtituti.) Alii autem, de filia in matrimonio copulata, quæ dote recepta renunciat, & in hoc caſu, quidquid dicant Adverſarii, communior, & approbatiſſima ſententia eſt renunciationem eſſe perſonalem; Alii verò de eo renunciante agunt, qui extantibus adhuc perſonis contemplatis volebat ſuccedere, & ad jus renunciatum reverti, qui caſus eſt diſſimilis, & nos hoc non negamus. Alii denique, quamvis loquantur in feudalibus, ſe declarant, loquendo de feudo hæreditario, vel in caſu, quo renunciatio facta fuit favore agnatorum; ſive ut bona conſervarentur in agnatione, & ſupererant agnati contemplati, ut ex lectura prædictorum Doctorum poterit apertiſſime cognoſci; nos quippe in eis referendis, & refellendis tempus dilapidare, Tuoſque Supremos Senatores tædio afficere, iniquum judicamus.

Ex quibus etiam accommodatur congrua reſponſio 140
aliis tribus contrariis objectionibus ſupra num.101. propoſitis. Non enim eſt habenda ratio de prima, ſcilicet, dictum Mazareni Comitem, uti renunciantem prædictorum Statuum non debere admitti in hoc Judicio ſummariſſimo, ex *Surd. conſ.451. num.16. Seraphin. decis.279. num.1 Noguerol alleg.2 num 66. Duran. decis.158. Neden-ſe conſ.60. num.9.*

Quia, ſtante perſonalitate dictæ renunciationis
hæc evanuit, & extincta eſt, mortua Donna Marga- 141
rita abſque liberis, ac ſi nunquam facta fuiſſet, *Anton. Faber. in Cod. tit de pact. diff. 22. Melfiſ. ad conſuetud. Neapol. dict. tit. de renunc. quæſt.3. num.12. Rot. Rom. apud Cambar. de Iur. Abbatiſſar. decis.6. à numer.25. Donad. de renunc. cap 13. num.11. Cancer tertio variar. dicto cap.15. num.27. & 29.* quare, quoad omnes perſonas, qui non ſunt de contemplatis in renunciatione, poteſt renuncians uti reſponſione Juriſconſulti *Ulp. in l. loci corpus 4. §. competit. ff. ſi ſervitus vendic. ib., quantum enim ad eum pertinet, liberas ædes habeo, Federic de Senis conſ.77. Honded. conſ.36. num.25. lib.1. Surd. conſ.179. num.19. & 20.* quia ita in puncto concludunt.

Unde ſequitur, prædictam exceptionem de realita-
te renunciationis non eſſe efficientem, ut renuncians 142
non admittatur in Judicio ſummariſſimo, quandoquidem ex viſione ſcripturæ abſque longa diſcuſſione, altiorique indagine, incontinenti poteſt agnoſci utrum realis, aut perſonalis fuerit, & an excipiens ſit d. perſonis contemplatis, vel non, ut ea exiſtente perſonali admittatur, & manuteneatur, reali verò apparente denegetur manutentio, ſalvis Juribus in poſſeſſorio plenario, & petitorio, & ita ad favorem renunciantis deciſum fuit in Conſilio Collater. Neap. non obſtante oppoſitione de realitate renunciationis, ut teſtatur *Regens de Fonte conſ.24. lib.2.* de qua deciſione mentionem faciunt *Capic. Latr. conſult 123. numer.166. & Thor in compend decis. part.3. ſect.3. verbo ſoror. Videnda decis. Rot. Rom. impreſſ. per Anton. Marin. lib.2. quotid. cap.190. Iacobus Gall. dict. conſ.64. ad finem.*

Non obſtant *Surd. Seraph. Noguerol.* & alii, in con- 143
trarium adducti, quia loquuntur in ſatis diverſis caſibus, quando, videlicet, tranſigens volebat ſuccedere in præjudicium ejus, cum quo erat inita tranſactio, & renuncians prætendebat manuteneri adversùs renunciatarium exiſtentem in poſſeſſione rei renunciatæ; ut ex lectura prædictorum Doctorum percipi poteſt.

Nec negotium faceſſit, *conſ. Tob. Benſar. inter conſ.*
144 *Luna conſ.* 17. in ejus enim caſu, licet clauſulæ erant ampliſſimæ, & conceptæ verbis denotantibus omnimodam abdicationem rerum renunciatarum (quibus ipſe motus fuit ad conſulendam realitatem, & quæ non inveniuntur in prædicta renunciatione Comitis Mazareni.) Nihilominus deciſum fuit ad favorem renunciantis, in hac M. R. C. & in Tribunali Conſiſtorii S. R. C. & denique in Tuo Supremo Italiæ Conſilio, ad quod via recognoſcendi cauſa fuit delata, & motivum fuit, quod renuociatio facta intuitu certæ perſonæ, ejuſque hæredum, & ſucceſſorum in materia feudali, ſemper eſt perſonalis, non obſtantibus quibuſcumque clauſulis, de qua deciſione nobis fuit facta fides ex Archivio M. R. C. & caſus erat, inter deſcendentem renuociantis in remotiori gradu, cum alio agnato proximiore renunciatario, ex diverſa linea.

145 Ad ſecundam verò de renunciatione *omninò*, ſeu *omnimoda*, quæ iteratis vicibus repetita eſt, reſpondere opus non eſt, cum multoties eidem ſit ſatisfactum, prout nec reſponſione indiget, quod dicitur de donatione Juris ſuccedendi, quia nullo nititur fundamento, nec poteſt præſenti caſui accommodari, in quo Donna Margarita nullum extraneum hæredem in prædictis Statibus, & feudis inſtituit; ſed eum tantum, qui de Jure ſuccedere deberet: ut mox dicemus.

146 Ad Tertiam, ſcilicet, quod dictus Comes renoncians non cenſeatur vocatus, nec inſtitutus à Donna Margarita, inſtituente illum, qui de jure ſuccedere deberet, quia ex tacita mente Teſtatoris nequit ſuccedere renuncians, qui facto ſuo proprio incapax redditus eſt, quod multis Juribus, & auctoritatibus roborare intendunt; Reſpondemus hanc inſtitutionem Donnæ Margaritæ mittere falcem ad radicem, & omnem removere dubitationem, (ſi aliqua ſupereſſet, quæ revera non eſt, nec excogitari poteſt) ut paucis demonſtrabimus.

147 Etenim innegabilis eſt propoſitio, quam ſupra numer. 31. comprobavimus, nempè, ſub hac inſtitutionis forma, ſuccedat, qui de jure ſuccedere debet: cenſetur inſtitutum eum, qui ab inteſtato ſucceſſurus eſt Teſtatoris ex *d. l. conficiuntur* 8. §. 1. *ff. de Jur. codicill.* & aliis ibidem relatis, quibus accedunt *Pariſ. conſ. 3. num.* 20. *lib.* 3. *& præſumpt.* 202. *à num.* 1. ubi latè, quia talis teſtator videtur ſe conformare velle cum Juris diſpoſitione, qua inſpecta, nullo certo hærede inſtituto, ſuccedunt venientes ab inteſtato, §. 1. *& per tot. inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. deferuntur*, ut ratiocinantur præcitati DD.

Sicut, nec inficiari poteſt, prædictam inſtitutio-
148 nem regulandam eſſe tanquam ab inteſtato, non ſolum ſecundùm Juris communis diſpoſitionem, ſed etiam ſecundùm diſpoſitionem Statutorum, legumque municipalium Regni, regioniſque conſuetudinum. Juxta *text. in l. hæredes mei*, §. *cum ita*, *ff. ad ſenat. conſult. trebell. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 511. *num* 42. *& ſeqq. & quæſt.* 325. *num.* 9. *& ſeq. & quæſt.* 402. *numer.* 62. *& quæſt.* 481. *num.* 7. *& ſeq. Farinac. deciſ.* 508. *num.* 4. *cent.* 6. in terminis *Intrigl. deciſ.* 42. *numer.* 9. *&* 10. & conducit traditio *Bald. tit. de pace conſtant. Verbo ſi qua controverſia num.* 1. ubi quod feudum intelligi debet conceſſum ſecundùm leges, & conſuetudines loci, in quo ſitum eſt. *Iſern. de nova forma fidelit. num.* 7. *circa fin. Montan. de Regalibus*, §. *fin. ſub num.* 18. *pag. mihi* 343. *Petrus Pechius de teſtam. conjug. lib.* 1. *cap.* 13. quia, cum hac Statutorum, & conſuetudinum diſpoſitione, cenſetur etiam teſtator ſe conformare velle, ut probant præcitati DD.

149 At ſic eſt, quod de jure, quando renunciatarius ab inteſtato decedit nulla ſuperextante perſona contemplata in renunciatione perſonali, ſuccedit ipſe renuncians, tanquam vocatus ex tacita voluntate dicti renunciatarii. Ut in puncto firmant *Cravett conſ.* 42. *num.* 1. *&* 3. *Surd. deciſ.* 252. *num.* 4. *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 161. *num.* 5. *à Ponte conſ.* 40. *num.* 8. *lib.* 1. *Rovit. conſ.* 23. *num.* 23. *lib.* 1. *Melſeſ. dict. tit. de renunciat. quæſt.* 2. *num.* 5. *Marcian. dict. diſput.* 8. *num.* 29. *&* 30. *& ſeqq. Theodor. dict. alleg.* 36. *num* 30. latè, & ſatis doctè *Donat. Anton. de Marinis dict. lib.* 2. *reſol.* 189. *per totam.*

Ergo nequaquam dici poteſt Mazareni Comitem, 150
qui ad favorem Donnæ Margaritæ, & ſuorum deſcendentium prædictos Status, & Baronias renunciavit, iis omnibus deficientibus vocatum non cenſeri, ſub illa inſtitutione, ſuccedat, qui de jure ſuccedere debet; quandoquidem hæc regulatur, ut ab inteſtato, & in hoc caſu, renuncians omnibus aliis agnatis excluſis, eſt indubitabilis ſucceſſor.

Accedit, quod ſecundùm leges, & conſuetudines 151
feudales in hoc Regno receptas, uſuque omnium Tribunalium comprobatas in iis, quæ particularibus Capitulis, & Statutis noſtris non contradicunt (ut infra alio in loco demonſtrabimus) mortuo refutatario abſque deſcendentibus, ſemper ſuccedit refutans excluſis aliis agnatis, quando refutatio eſt perſonalis, ut cautum eſt in dicto *Cap.* 1. *de eo, qui ſin. ſec. agnat. cap.* 1. *tit. ſi de feud. defun. fuer. controv. inter Dom. & agnat.* & in terminis probant DD. omnes ſupra laudati num. 71. Ergo cum hac Juris feudalis diſpoſitione in hoc Regno recepta, cenſendum eſt prædictam teſtatricem ſe conformare voluiſſe.

Quinimò, etiamſi alterius partis Advocatis rem gra- 152
tam facere voluiſſemus, concedendo eiſdem, quod Donna Margarita habuit liberam de prædictis feudis poteſtatem diſponendi, ſaltem ad vitam dicti Comitis renunciantis, prout in ultimis allegationibus manuſcriptis nobis perſuadere tentarunt. Adhuc tamen præ oculis habentes ultimam Donnæ Margaritæ voluntatem in prædicto ejus teſtamento explicitam, non liceret à ſupraſcripta traditione recedere, cum eo ipſo, quod noluit de prædictis feudis diſponere ad favorem hæredis univerſalis, ab ea inſtituti in omnibus ſuis bonis allodialibus, & burgenſaticis, ac ſpecialiter de eis diſpoſuit inſtituendo particularem hæredem, illum, qui de jure ab inteſtato eſſet ſucceſſurus, non ſolum cenſetur remiſſa illa facultas diſponendi; verum perindè haberi debet prædicta diſpoſitio, ac ſi expreſsè, & nominatim dictus Mazareni Comes fuiſſet vocatus, & inſtitutus.

Probatur illa communiſſima DD. traditione, quod 153
ſi is, qui poteſt eligere, & nominare majoratum, vel feudum decedit electione, aut nominatione non facta, ſuccedere debeat ille, qui alias de Jure ad ſucceſſionem admittitur, quaſi vocatus ex tacita morientis voluntate. *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 2. *cap.* 4. *num* 41. *Mierez de majorat.* 2. *part. quæſt.* 48. *num.* 3. *Peregr. de fideicom. artic.* 33. *num.* 57. *Morquecho de diviſ. bonor. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 19. *Mattienz. in l.* 8. *tit.* 8. *lib.* 5. *Gloſſ* 3. *in fin. Acoſta de majorat. Regia Corona* 2. *parte ſub num.* 16. *Simon. de pret. de interpret. ultim. volunt. lib.* 1. *ſolut.* 5. *num.* 5. *Anton. Gomez. variar. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 48. *Stefan. Gratian. deciſ.* 135. *Caſtill. Sotomar. lib.* 2. *controverſ. cap.* 6. *num* 56. *& lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 12. *Larrea dict. deciſ. Granat.* 40. *num.* 30. *Franch. deciſ* 45. *num.* 5. *& deciſ.* 600. *per tot. Idem Caſtill. tom.* 5. *controverſ.* 2. *parte cap.* 183. *num.* 8. *&* 9. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ* 4. *Gloſſ.* 9. *parte* 5. *num.* 13. *&* 14. & infinitis laudatis *Amat. d. reſolut.* 76. *num.* 18. *cum ſeqq.*

Si igitur nulla facta electione, ſeu nominatione, 154
vocatus ille cenſetur, qui de jure ſuccedere debet, fortiori ratione hoc concedendum eſt, quando ille qui potuit eligere, nominare, vel diſponere, expreſsè

diſpoſuit

diſpoſuit, inſtituendo, & nominando illum, qui alias de jure ab inteſtato erat ſucceſſurus. Hoc enim caſu, non quidem tacite, ſed potius expreſſe videtur inſtitutus, proximior ab inteſtato, qui ſecundum jus, & Regni ſtatuta ſuccedere debet, quia cum lex ſemper ſit certa de eo, quod ſecundum naturam veniet eſt *L. antiqui* 3. *l. illud* 5. *ff. ſi pars hæredit. petatur. l. cum quidam* 30. *§. ſuum heredem*; *ff. de a quir. hæredit.* illemet, qui verificatis, verificandis in Judicio declaratur ſucceſſor ab inteſtato, cenſetur ab ipſo teſtatore nominatim vocatus, & inſtitutus ſecundum legis certitudinem. Et licet ſucceſſio regulanda ſit tanquam ab inteſtato, tamen, qui ſucceſſor declaratur ſuccedit ex cauſa teſtati uti inſtitutus a Teſtatore, & ſecundum ejus diſpoſitionem, ut alias dixit *Anton. Amat. reſol.* 10. *n.* 62. *lib.* 1.

155 Hic autem verus ab inteſtato ſucceſſor in mente, & extimatione Dominæ Margaritæ ſemper fuit Mazareni Comes; illa, quippe, certò ſcivit (nec credibile eſt ignoraſſe) prædictum Comitem ſibi conſobrinum ex patruo D. Joanne ſecundogenito exiſtere: cum eo de ſucceſſione dictorum Statuum ob mortem D. Fabritii Avi communis controverſiam habuiſſe: Tranſactionem, & concordiam inter eos initam fuiſſe: ab eoque renunciationem obtinuiſſe; Unde ipſa abſque filiis decedente, vivo adhuc dicto Comite, non eſt ambigendum, illum, uti nobilitatum ejus in dictis feudis ſucceſſorem habuiſſe, & exiſtimaſſe, ſive ex eo, quod veluti renunciati, & refutanti debebatur eidem ſucceſſio reverſionis jure deficientibus perſonis contemplatis; ſive quia (etiam, quod ipſa de prædicta refutatione non cogitaret, credens ſe veram ſuccedentem ob mortem patris D. Franciſci reſutatarii) non dubitavit ad illum uti patruelem maſculum ex maſculo, & de linea ſecundogeniti, in concurſu alterius patruelis maſculi ex fœmina tertiogenita, prædictam ſucceſſionem pertinere, quod in ſuo teſtamento noluit explicitè declarare, certis reſpectibus, & motivis, quæ nobis explicare non eſt permiſſum.

156 Ex quo ſequitur prædictam Dominam Margaritam, dictum Mazareni Comitem voluiſſe in dictis feudis inſtituere, & verum ſuccedentem declarare; quando enim conſtat de intentione, & mente Teſtatoris adeò evidentiſſimis argumentis, & conjecturis, hæc ſequenda, & attendenda eſt, licet in verbis aliqua poſſit eſſe dubitatio (quæ in præſenti non reperitur) *Text. in l. Labeo in fine, ff. de ſuppellectile leg. l. nominis, & rei, §. verbum, ff. de verb. ſignific. cap. intelligentia* 6. *& cap. propterea* 8. *& extra eodem tit. Gratian. diſcept. for. tom* 4. *cap.* 9. *num.* 21. *& cap.* 755. *n.* 23. *& tom.* 5. *cap.* 814. *num.* 14. cum aliis deductis *à Vela. in loc. commun. litt. N. num.* 71. Ac per conſequens ad ejus favorem dicendum eſt diſpoſuiſſe, etiam quod (ut minus rectè prætendunt Adverſarii) liberam haberet diſponendi facultatem durante vita prædicti Comitis Mazareni, quia illum inſtituendo, videtur remiſſa illa libera facultas, quam ex pacto, ſeu renunciatione habere contenditur; Cum jam appareat de nominata voluntate; ut in hoc caſu agnoſcunt Adverſarii in id allegantes *Aretin. in l. qui ſuperſtitis, num.* 3. *quæſt.* 3. *ff. de a quir. hæredit. in verſ. ſed dubitatur, & verſ. traterea, Menoch. conſ* 6. *num.* 19. quibus addi poſſunt, & melius *text. in l. §.* 1. *& §. item quærit. l.* 3. ubi *Gloſſ. verbo legatorum, ff. de dote prælegat. l. ſi tibi, ff. de adimend. legat. Gloſ. in §. ſed ſi uxori, verſo pleni s inſtitut. de legat.* [illegible] *conſ.* 114. *lib.* 1. *& conſ.* 471. *lib.* 4. *Cardin. Tuſch. in prædictis lit. O. concluſ.* 146. *num.* 1 *tom.* 5. & alii apud *Caſtill. Sicil. deciſ.* 145. *num.* 4 *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.* 5. *Gloſſ.* 10. *parte* 1. *num.* 42. & 43.

157 Præter quam quod, Domina Margarita certò certius agnovit, non potuiſſe de prædictis Statibus, & feudis in extraneum hæredem diſponere, etiam pro tempore vitæ dicti Comitis Mazareni, ut per actum facti in prædicto ſuo teſtamento demonſtravit, inſtituendo hæredem univerſalem in allodialibus Don Joannem Dominicum Colunna; in feudalibus verò, illum, qui de jure ſuccedere debebat: ſciens hæc eſſe reſtitutioni ſubjecta, & ad prædictum [illegible] extraneum nulla ex cauſa [illegible] poſſe. Imo [illegible] credibile eſt ipſa extimaſſe [illegible], & revocabile fuiſſe decedente dicto Comite Mazareni, [illegible] ad ejus vitam tantum diſponere [illegible] intelligentiæ, repugnant verba [illegible], [illegible] quia Jure proprio ad illam pertinuiſſe aperte [illegible], [illegible] *inſtituiſſe per mis herede* [illegible], *& ſeghi, &c.* illud enim pronomen, *meus* [illegible], bis repetitum, indicat teſtatricem jure proprio, & ut dominam, & veram ſuccedentem pro tempore vitæ ſuæ poſſediſſe, ac diſpoſuiſſe in eum, in quem de jure diſponere poterat; *l. quintus* 29. *§. argenti, l. ſcribit. Quintus Mutius, ff. de auro, &* [illegible] *l. ſuos ſervos, ff. de leg.* 3. *Bart. in dicto §. argenti num.* 6. *Bald. in rubr. C. de verb. et. ſignific. num.* 5. [illegible] *generali Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 518. *num.* 4. [illegible] *tlo* 198. [illegible] *de pact. nupt. tom.* 2. [illegible] *per tot.*

Nec ſupradictis obſtant DD. pro contraria parte allegat., ad probandum, quod renuncians eſt adeò excluſus, quod non poſſit cenſeri inſtitutus. Quia eorum dicta procedunt, vel quando ſuperſit perſona contemplata, in quibus terminis loquitur. *Anton. Lib. de erroribus* [illegible] *55. error* 10. Vel quando renunciatio facta eſt favore conſervandæ agnationis, & ſuperſunt agnati, qui ſuccedere poſſunt: quod idem eſt, ac extare perſonas in renunciatione contemplatas; quo in caſu loquuntur *Menoch. conſ.* 197. *num.* 87. *& Paris. conſ.* 26. *num.* 5. *lib.* 3. ut adverti [illegible] *Marcian. dicta diſput.* 8. *num.* 4. *Jacob. Gall.* [illegible] *ſil.* 64. *num* 20. *& Rota* [illegible] *diſſar. dicta deciſ.* 6. *num.* 26. [illegible] *ſeq.* Vel quando renunciatio eſt realis, [illegible] *Anton. Amat. dict. reſol.* 10. *num.* 28. qui [illegible] loquitur, & poteſt etiam [illegible] in caſu quo extant perſonæ contemplatæ, ultra quod in tota [illegible] ſolutione agit de bonis allodialibus, & in caſu ſatis diverſo, extra quos caſus nullus ex DD. in contrarium adductis firmat renunciantem ut incapacem eſſe excluſum, & non cenſeri inſtitutum: ut ex eorum dictis apparet. 158

Ideo in præſenti Articulo concludimus, Comitem Mazareni, ob mortem Dominæ Margaritæ abſque deſcendentibus, reverti ad prædictos Status, & feuda refutata; & in eis ſuccedere, excluſo dicto Raeudiæ Comite cognato in pari gradu, non obſtante prædicta renunciatione, eo quod fuerit perſonalis, ceſſaveritque cauſa finalis, extincta ſine liberis prædicta refutataria, quo caſu datur regreſſus ad jura renunciata, & limitatur regula vulgaris, quæ contrarium ſuadet, ut per *Afflict. in dicto cap.* 1. *§. fin. de feudo def. fuer. controverſ. Gaillius lib.* 2. *obſer v.* 14[illegible] *num* 10. *Roſenthal. de feud. d. cap.* 2. *concluſ.* 21 *litt. B. in fine Jacob. Gallus dicto conſ.* 64. *num.* 21. *&* 22. & ex hac ratione defectus cauſæ finalis, ita deciſum fuit per hanc M. R. C. in cauſa, de qua ſupra num. 144. reluctante quamvis *Theb. Benſar. apud Zaram dicto conſ.* 17. ut patet ex juſtificationibus Judicum ad Tuum Sacrum Conſilium tranſmiſſis, in quo idem fuit judicatum; nihil obſtantibus dictis ampliſſimis clauſulis, quin habita pro perſonali refutatione prædicta, & extinctis perſonis contemplatis feuda ad renunciantis hæredes reverſa, pronunciatum fuiſſet; ex *Doctrina Loffredi in paraphraſi feud. cap.* 1. *de natura ſucceſſ. feud.* & de hoc ſatis, &c. 159

ARTICULUS III.

Secluſo reverſionis jure, ſuppoſita tamen prædictæ renunciationis perſonalitate, etiam quod ſit nova ſucceſſio regulanda ab inteſtato ex diſpoſitione ultimæ poſſeditricis, inſtituentis illum, qui de Jure ſuccedere debet. Mazareni Comiti ſucceſſio competit ob prærogativam potioris lineæ in paritate gradus, & ſexus.

160 DIfficilem, arduam, ſatiſque apud antiquiores Siculos controverſam diſceptationem de prærogativa lineæ in ſucceſſione feudorum obſervanda, præſenti Articulo agredimur. Sed ne videamur extra chorum ſaltare, alias involventes ſucceſſiones, diverſaſque caſuum ſpecies, à noſtro hoc inſtituto prorſus aliena; Præmittendum eſt, nos verſari in materia ſucceſſionis feudorum ex pacto, & providentia Principis, cum expreſſa primogenitura ex diſpoſitione concedentium, & inſtitutione primorum acquirentium; cujus controverſia dirimenda, ac decidenda eſt, ſecundùm iſtius Fideliſſimi Regni Leges, Capitula, & Statuta per Tuæ Catholicæ Majeſtatis Glorioſiſſimos Prædeceſſores edita, & confirmata, illa in caſu dubio interpretando, ac declarando juxta jus commune, uſus, & conſuetudines feudorum, receptiores, ſolidiores, ac rationi, jurique magis conſonas Doctorum ſententias. Non autem tractari de ſucceſſione alicujus Regni feudalis, aut liberi, in qua, vel ex peculiaribus ejuſdem legibus, vel aliis conſiderationibus, nec repræſentatio inter defuncti Regis tranſverſales, nec lineæ prærogativa ad ſuccedendum attenditur; ſed potiùs gradus propinquior, & in paritate gradus, virilis ſexus ad Regni gubernationem aptior, & major ætas (cui major ſapientia, prudentia, ac rerum experientia ineſt) pro publica Regni utilitate regulariter præfertur, ut perſpicuè colligitur ex traditis ab *Illeſcas. in Hiſtor. Pontif. tom.2. cap.19. rubr. Reyes de Aragon. Volfangus Latius de migrat. gentium lib.10. num.29. rubr. Reges Aragon. Lanar. conſ.1. Aguierre de ſucceſſ. Reg. Portugall. 2 p num.268. & ſeqq. Theodor. alleg.100. n.8. & 9.* quos refert & ſequitur *D. Joann. Francis. Martian. lib.1. diſp.4. num.19.*

161 Illud enim vulgare axioma, quod valeat argumentum de majoratu ad Regnum, ut per *Molin. de primogen. lib.3. cap.7. num.17.* non ſemper, & in omnibus verum eſt; imò multas habet ſallentias, ac limitationes, quas explicare hic non eſt permiſſum; cancellos egrediendo muneris injuncti; illas doctiſſimè, & feliciſſimè deſcribunt celeberrimi Juriſconſulti, in cauſa ſucceſſionis Luſitani Regni pro Prudentiſſimo Tuæ Majeſtatis Avo, ac Domino Noſtro Rege Domino Philippo Secundo æternæ, ac glorioſæ memoriæ, ac iis temporibus contra rebellem tyrannum Joannem de Brigantia pro Juſtiſſimi tui Juris tuitione Scribentes, quibus nihil ultra addi poteſt; illud tantum nos contenti non omittere, quod prædictum axioma debet intelligi ſecundùm cujuſlibet Regni particulares leges non contrarias reſpectu utriuſque ſucceſſionis, ut ſunt Luſitaniæ, ubi in Regno, & in majoratibus ex bonis Regiæ Coronæ inſtitutis non datur repræſentatio, nec lineæ prærogativa, maximè inter tranſverſales, ut cautum eſt per legem latam in Curiis Lamecii (de qua *Pater Caramuel in Philipp. prudent. lib.2. art.4. n.10.*) & per legem mentalem; ſicuti teſtantur, laudati a *Patre Molin. de Juſt. & Jure 3. part. diſput.630. & 632.* quos ipſe ſequitur, & aliis per multis relatis, *D. Joann. Franc. Martian. lib.1. diſp.10. num.80. & 81.* at in majoratibus ex bonis patrimonialibus fundatis, repræſentatio, & linea attenditur, dummodo non concurrant omninò tranſverſales reſpectu primi fundatoris: juxta ordinationem *Luſitanam tit.100. lib.4.* quam ſic explicant *Pereira deciſ.59. num.7. & ſeqq. & Reinoſſo obſervat.23. cum tribus ſeqq.* aliòs DD. ex eodem Regno referentes.

Unde præfatum axioma, tantummodo admitti poterit illo in Regno, ubi leges de ejus, & de majoratuum ſucceſſione loquentes, uniformiter ſucceſſionis formam aſſignant, ut in Regnis utriuſque Caſtellæ *lex 2. tit.15. part.2. & l.40. Tauri* diſponens in majoratibus, nullo modo inter ſe diſſidentes: ut eſt videre apud *Molin. dict. lib.3. cap.6. in princ.* & numeris ſequentibus. 162

De uno namque Regno ad alterum, ubi ſunt contrariæ, & repugnantes, aut diverſum Jus conſtituentes leges, quam ſuper primogeniorum ſucceſſione, non poterit validè argumentari: *Ex reg. l. cunctos populos in princ. C. de Summa Trinit. l. ult. C. de Juriſdict. omn. Jud. cap.2. ad fin. de conſtit. lib.6.* niſi de eo, in quo cum Juris communis diſpoſitione, unæ, & alteræ municipales leges ſe conformaverint, vel per illud poſſint interpretari, ſecundùm ſubjectam materiam, ſtatuentium mentem, & diſpoſitionem concedentium, vel acquirentium bona feudalia, de quorum ſucceſſione contenditur; nam quælibet ſucceſſio regulanda eſt ſecundum leges, & ſtatuta illius Regni, ubi ſita ſunt bona, cum quibus ſe cenſetur velle conformare diſponens, ſeu Teſtator: Juxta vulgar. regul. *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad trebell.* cum aliis ſupra in ſecundo Articulo adductis. Ac propterea infiniti DD. qui ex adverſa parte contra lineæ prærogativam adducuntur, de ſucceſſione Regni tractantes, & præcipuè ii, qui in cauſa Luſitaniæ ſcripſerunt, non poſſunt punctualiter ad præſentem quæſtionem allegari. 163

His ſic præmiſſis, præſens diſceptatio de prærogativa lineali, eſt inter duos patrueles, alteri patrueli ſuccedere volentes, qui licet tranſverſales ſunt ultimæ poſſeditricis: deſcendentes tamen à primis feudorum acquiſitoribus, & à proximo communi ſtipite, ſeu trunco D. Fabritio Avo, Buteræ Principe, à quo tres communes parentes, tot linearum capita proceſſerunt, in pari gradu reperiuntur; unus, nempè Mazareni Comes ex linea ſecundogeniti: alter verò ſcilicet, Comes Racudiæ ex linea fœminæ tertiogenitæ: hæc major ætate: ille vero ætate minor. 164

Quæſtio iſta in terminis *Cap. ſi aliquem* 33. Domini Regis Jacobi, ad ampliationem, extenſionemque conſtitutionis, *ut de ſucceſſionibus titulo de ſucceſſione nobilium in feudis*, in linea tranſverſali ab inteſtato editis, antiquis temporibus inter noſtros DD. Siculos, pro exiſtente in gradu proximiore, & in paritate gradus, & ſexus, pro majori natu, poſtpoſita lineæ prærogativa; plerumque fuit ſopita; illi enim Antiqui Patres linealem obſervationem non deguſtantes, litteralem Capituli ſenſum, non verò mentem, nec genuinam intelligentiam attendentes, non ſolum inter tranſverſales, verum etiam inter deſcendentes, abnegata prorſus repræſentatione, & prærogativa lineæ, pro patruo contra nepotem, & inter duos nepotes pro majori natu ex ſecundogenito, contra natu minorem ex primogenito, conſtanter decertarunt, illo moti fundamento, quod in præfato Statuto proximior ad ſucceſſionem invitatur, ibi, *qui tempore mortis ſupererit defuncto proximior*, & majori natu prælatio conceditur, ibi, *ut maſculus fœminam, & Juniorem major natu præcedat*, quibus verbis, ſibi ſunt perſuaſi, repræſentationem, lineamque penitus fuiſſe excluſam, ut ex infra citandis apparebit. 165

Hæc prædicti Capituli interpretatio non ſine contradictione (jam unam; jam vero alteram opinionem in Tribunalibus amplectendo, cum graviſſimo litigantium diſpendio) perduravit uſque ad feliciſſima tempora Invictiſſimi Imperatoris, & Tuæ Majeſtatis pro-Avi Domini noſtri Caroli V. qui anno 1530, ad iſtius ſui Fideliſſimi Regni ſupplicationem per viam declarationis dicti *Cap. ſi aliquem*, & ad tollendum omne 166

dubium;

Digitized by Google

dubium, liteſque reſecandas ſtatuit, & decrevit, nepotes, & deſcendentes ex filio primogenito præmortuo, præferri deberi in Avi, vel aſcendentis feudali ſucceſſione, filio ſecundogenito, & per conſequens tertio, vel quarto genito; non obſtante, quod dicti nepotes, & deſcendentes primogeniti minores natu exiſterent; nec quod filius ſecundogenitus in vita patris poſſeſſionem feudi fuiſſet adeptus, ut conſtat ex cap.118. dicti Invictiſſimi Imperatoris. Quod, cum nihil diſponeret in caſu, quo primogenitus relicta filia fœmina eſſet præmortuus, fuit deindè per eundem Dom. Imperatorem in anno 1543. ad ſupplicationem Regni additum, & extenſum per cap.204. declarando prædictam filiam primogeniti præferendam eſſe amitæ ſui patris ſorori, non vero patruo ſecundogenito, & hoc favore agnationis conſervandæ, ut, ſcilicet, feuda conſervarentur, & perpetuarentur in domo, & cognomine unde proceſſerunt.

167 Cum vero in linea tranſverſali nihil ſpecialiter fuiſſet diſpoſitum, & hinc dubitandi anſam arriperent nonnulli, (ſubtilitati magis, quàm veritati deferentes) Utrum in hac linea idem, quod in deſcendente eſſet obſervandum, ex quo quamplurimæ excitabantur lites; fuit denique ad iſtiuſmet Regni ſupplicationem, per Tuæ Majeſtatis prudentiſſimum Avum, & Dominum noſtrum Regem Philippum II. ſuper hoc dubio proviſum, anno 1563. per cap.18. ejuſdem Domini Regis, in quo linea collateralis exæquata fuit cum linea deſcendenti pro caſibus futuris, eodem modò, & prout ut dictis cap.118 & 204. Domini Imperatoris fuerat in dicta linea deſcendenti declaratum.

168 Sed proh, dolor! adhuc lites in dies creſcunt, & illarum dirimendarum ratio, Sanctorum Dominorum Regum zelo, Regnique providentia conſiderata, ac in dictis Capitulis expreſſa, hoc grave damnum à noſtra Republica eliminare inefficax eſt; contendunt namque multi ex Juriſconſultis hujus Regni, prædicta capitula correctoria eſſe dicti *Cap. ſi aliquem*, ob idque reſtringenda ad caſus particulares, in quibus loquuntur, ita ut ſolus nepos filius primogeniti præmortui in ſucceſſione Avi, excludat patruum ſecundogenitum, non vero pronepos, vel abnepos, ſi fortè vivente abavo natus fuiſſet; item quod neptis non excludat amitam in ſucceſſione Aviæ; deinde quod inter duos nepotes ſuccedentes Avo, præferatur, qui fuerit major ætate; licet filius ſit ſecundogeniti, alter verò ætate minor ſit filius primogeniti; rurſus quod in linea tranſverſali ultra filios fratrum, ſuccedentes cum patruis alio patruo defuncto (& ſic inter patrueles, & infra) locum non habeat diſpoſitio dicti cap.118. Potentiſſimi Regis Philippi, aliaque denique confingunt, ut litibus, & clientibus inſerviant, quæ materiam ſubminiſtrant ad inimicandos animos, abſumendas nobilium facultates, totiuſque Reipublicæ concordiam infringendam, ut optimè in puncto ponderavit *D. Joan. Bapt. de la Rea d. conſ. Granatæ 39. n.38. & 39* videtur præſenſiſſe Iburranes, Menandri noſtræ Siciliæ quondam Regis Conſiliarius, his verbis: *Nunc æterna ſunt jurgia, ut ſi non ſumptibus ſit moleſtiarum ratio, gravius putes ſic vincere, quam confeſtim damnari; illud eſt peſſimum, quod exigit tuam curam; amputa has ambages, conſtitue ſtatim, ultra quod nullis litibus fas ſit ſeneſcere*, (& pergit) *dolens ut dubia ex dubiis ſerantur, & inmani dilatione, aut dilaceratione pereant litigantes, quibus ſupplicibus, Judices non moventur, quia magis amant longiora in ipſos exercere Imperia.* Verba quidem ſummè notanda, & proſequitur alia multa *Giurb. de feud. §.1. Gloſſ. 1. num. 11. verſ. tum ex aliis.*

169 Ad rem igitur deveniendo, ut quod noſtri muneris eſt exequamur: lineæ prærogativam, in præſuppoſitis terminis dicti *Cap. Si aliquem*, & recentiorum Capitulorum Dom. Imperatoris Caroli, ac Dom. Regis Philippi attendendam, & obſervandam eſſe in ſucceſſione feudorum cum qualitate primogenituræ, firmiter aſſerimus, & incipiendo à dicto *Cap. Si aliquem*, hoc ex ipſiuſmet verbis apertè deprehenditur, ibi, *in ſucceſſione vero promiſſa inter feudatarios, & ſubfeudatarios in eodem Regno Francorum jure viventes, ſexus, & primogenituræ prærogativa ſervetur, ut maſculus fœminam & juniorem, major natu præcedat.* Quibus verbis ſi in Regnis eſſemus utriuſque Caſtellæ, nullus dubitaret ſummam majoratus regularis in eis fuiſſe præſcriptam ut per *Molin. lib.2. cap.17. num.1.* & alibi ſæpè apud eum, & alios DD. Hiſpanos. Videamus nunc quomodo in hoc Regno intelligi, ac interpretari debeant?

Clauſulam Juris Francorum nihil aliud importare, 170
quam quod ſemper ſuccedat primogenitus; & quod ſucceſſio de primogenito in primogenitum deferatur, probavimus ſupra Art.1. num.28. & ultra ibidem relatos indubitanter docent poſt *Iſern. Afflict.* & alios *Tiraquell. de primogen. in præfat. poſt num.3. Tapp. deciſ.2. num 140. & 151. Coreil. in Cod. ad l. Jacobi nota 41. fol.41. poſt verſ. argument. 3. Camett. in hoc Cap. Si aliquem verbo Francorum jure num.5. & 6. fol.267. Cumia in eodem verbo num.1. Regens Corſett. ad patrem conſ.11. num.23. Ant. t. lib.1. reſolut. 1. num.31.* qui alios laudat.

Ergo, ſi Jure primogenituræ ſucceſſio deferenda 171
eſt, juxta ſummam in hoc Capitulo præſcriptam, & in primis Inveſtituris, ac inquirentium diſpoſitionibus expreſsè aſſignatam: lineam primogenitorum, ac in ea repræſentationem eſſe obſervandam, neceſſariò dicendum videtur, non enim aliter poſſet jure primogenituræ, nec linea recta verè, atque præcisè ſuccedi (inquit *Molin. lib.3. cap.6. num.41.*) niſi lineæ prærogativa, ac ea in repræſentatio eſſet attendenda; Quare inter alias obſervationes ad ſuccedendum jure primogenituræ: linea primum obtinet locum, ſecundo gradus, tertio ſexus, ac denique ætas; ita ut nullus poſſit ſuccedere, niſi ſit in linea, & inter exiſtentes in linea, qui fuerit gradu proximior, & in pari gradu, qui melioris ſit ſexus, ac in pari gradu, & ſexu, qui fuerit major ætate, de qua non habetur ratio, niſi prætendens ſit in linea, gradu, & ſexu: docent eleganter *Milan. dict. tit.3. cap 4. num 13.* ubi *Addentes* infinitos DD. laudant *Covarr. in pract. cap.38. num 12. Ant. Gomez in l.40. Tauri num.66. D. Joan. del Caſtill. lib.5. controverſ. cap.95. ex num.3 & cap.91. num.62. Valenzuol. conſ.97. num.13. & 14. Caſſanat. conſ.38. num.114. Ramon. conſ 100. num.502. verſ. & ſic dicendum. Afonte de poteſt. Proreg. tit.9. num.30. & 42. & 43. Amat. dicta reſol.1. num.32. Barbat. de fideicomm. parte 1. cap 4. num.51. & 52. Tondut. Sanleger. reſol. civil. parte 1. cap.89. ex num. 4. Giurb. de feud. §.2. Gloſſ. 10. num. 15. Ludovic. de Reinoſſo obſervat 23. num.2. 4. & 8. cum ſeqq.* qui alios quamplures referunt.

Inſtituta namque primogenitura, quilibet filius pri- 172
mogenitus, naſcendo ſe includit in ſucceſſione, & ſuis deſcendentibus lineam conſtituit, ad excluſionem ſecundogeniti, & ejus lineæ, & iſte ad excluſionem tertiogeniti, & ſic deinceps, ex celebri *doctr. Baldi in l. cum antiquiorib. num.13. verſ. ego quia, C. de jure deliberandi*, quam aliis pro ea relatis, extollit *Don Joan. Franciſ. Martian. lib.1. diſp.2. num.35. & ſeqq.* quia unuſquiſque poſſeſſor primogenii, ſtirps, ſeu truncus dicitur tot linearum, quot filios, vel filias habet, quorum, quilibet eſt caput novæ lineæ deſcendentis reſpectu patris, & tranſverſalis reſpectu fratrum ſuorum, inter quas ſucceſſionis ordo ſecundùm ordinem primogenituræ ſervatur, *Text. in cap. ult. de conſang. & affinit.* ibi, *per aliam lineam deſcendentem ex eod.* & notat *Gloſſ. in cap. quod dilecto 3. eodem tit.* ibi, *Sic ergo habes duas lineas deſcendentes, &c.* eleganter *Paul. Caſtrenſ. in ſuo celebri conſ.164. num.4. & 5. lib.2.*

Jure (ſeu potius uſu , & conſuetudine feudorum inſpecta) feuda eſſent dividua , repræſentatio in linea collaterali non ultra progrediebatur , quam uſque ad filios fratrum ſuccedentes cum patruis , prout de Jure communi Romanorum ex nova Juſtiniani conſtitutione fuerat admiſſum , & ſic nepotes cum patruis ſuccedebant in ſtirpes in portione illa , quam pater ſi viveret eſſet habiturus, *authent. ceſſante, C. de legit. hæred.* & poſt fratres , & fratrum filios ſuccedebant proximiores agnati in capita , & non in ſtirpes. *Authent. poſt fratres , C. illo eodem tit.* quod manifeſtè deprehenditur ex dicto *cap.1. §. his vero de ſucceſſ. fratr.* ibi , *His vero deficientibus vocantur in primo fratre cum fratrum præmortuorum filiis , deinde agnati ulteriores* , & explicant *Roſenthal. & Martianus ubi proximè.*

188 Poſt quam vero feuda facta ſunt individua , conceditur eodem modo repræſentatio , & receptiori ſententia nepos excludit patruum , quia licet nonnulli dixerint , quod in feudis ſucceditur jure ſanguinis, vel ex conceſſione dominica non autem jure hæreditario , ac propterea repræſentationi locum non eſſe ; Verùm eſt in eis ſuccedi , eaque differri ad inſtar hæreditariarum , & legitimarum ſucceſſionum , etiam, quod jure ſanguinis deferantur , ut probatur expreſſè in *dicto cap.1. §. his vero de ſucceſſ. fratr. dicto cap.1. de natur. ſucceſſ. feud.* & ideò non eſt in eis neganda repræſentatio , præmaxime , quia feuda regulantur , & deciduntur ſecundum Jus commune Romanorum , ſi aliud in ipſis feudis contrarium deciſum non reperitur : expreſſus *Text. in cap. 1. ad finem de cognitione feudi* , ubi notant *Gloſſ. & Scribentes* , & ſic, cum non reperiatur contraria deciſio in feudis , imò cum ſit Juri communi conformis, non eſt ab ea recedendum , etiam , quod jure ſanguinis ; & ex conceſſione dominica illorum ſucceſſio deferri dicatur. Et ita contra *Natt. conſ.117.* cum tribus ſequentibus , & *conſ.679.* & alios , quos ipſe refert , & ſequitur , tenent , & defendunt *Jaſon. Afflict. Tiraquell. Grammatic. Acoſta* , & alii apud *Molinam de primog. dicto lib.3. cap.6. num.47.* & cum *Burſatto , Cephalo , Pancirolo, Tiberio , Deciano , Menoch. Petra, Gabriel Pereg. Caldaſ. Pereira , Mattieuzo , Avendan. Picardo , Sforz. Oddo , Berginino, Cavalcano , Molina Theologo* , & *Alvaro Velaſco* , latè *D. Joan. del Caſtillo dicto lib 3. controverſ. cap.19. à num.223.* uſque ad *num.234.* qui cum *Molina ubi proximè* , conſtanter tenet jure ſingulari, in feudis ex pacto , & providentia repræſentationem ſemper admitti , (licet non percipiens naturam feudi , inſpecto uſu , & conſuetudine feudorum , & involvens feudum hæreditarium cum feudo ex pacto & providentia, ſic non explicet , ut nos breviter explicuimus) & ſeq. *Mart. diſp.2. & 4.*

189 In feudis autem dignitatis Principatus , Ducatus, Marchionatus , aut Comitatus , licet de uſu , & conſuetudine feudorum , jam eſſent effecta individua , ut conſtat ex *Cap. Imperialem , §. præterea Ducatus de prohibit. feud. alienat. per Federicum* , ubi notat *Iſernia*, & cæteri , repetentes , *Balzaran. ibid. num.11. & 12.* non tamen illo tempore fuit ſtatuta certa regula ſuper eorum ſucceſſione , quia à principio hujuſmodi dignitates [quæ ſemper dicuntur feuda Regalia] ad hæredes non tranſibant *cap.1. de feudo Marchiæ*, ubi *Balzaran. in rubr. num.1. ad fin.* notat , quod ex uſurpatione potiùs , quam ex conceſſione effecta ſunt tranſitoria ad hæredes ſanguinis , & non æqualiter in omnibus provinciis individua deferebantur , nam in Alemania , & Lombardia , cum vigeret Jus Longobardorum , ex quo feuda individua erant , etiam iſta feuda Regalia , erant dividua , ut advertunt *Iſernia in dicto §. præterea Ducatus in princip. Balzaran. num 15. ad finem.* In Francia autem , & majori parte Italiæ , conſuetudine fuit introductum , quod ſuccederet in eis filius primogenitus tanquam dignior ; & in his Regnis utriuſque Siciliæ receptum fuit Jus Francorum , ut multis rationibus oſtendunt *Freccia de ſubfeud. lib. de different. inter feud. regal. in princip. Balzaran. in dicto cap. Imperialem , §. Præterea Ducatus num.12. cum ſeqq.* & cum aliis *Joſeph Cumia in hoc Cap. Si aliquem in prælud. num.23. num.29. cum ſeqq. & verbo Francorum Jure , num.1. & 9.* quod approbavit Imperator Federicus Secundus in *dicta conſtit. ut de ſucceſſionibus* , ut cum multis ex Neapolitanis probat *Mattheſ. dict. diſp.2. num.14. & Reg. de Mariniis lib.1. reſol.126. num.22.* demum in hoc Regno Dominus Rex Jacobus in hoc *Cap. ſi aliquem* , quoad feuda tantum individua, prout infra.

Admiſſo igitur Francorum jure, in feudis præcipuè dignitatum ; indubium eſt , eorum ſucceſſionem deferendam eſſe Jure primogenituræ , ut ſæpiùs probavimus , ac per conſequens obſervari debere prærogativam lineæ , aut repræſentationem in infinitum , eiſdem rationibus , quibus præcitati DD. moventur ad illam concedendam in primogeniis cujuſcumque nationis , & in qualibet ſucceſſione jure majoratus deferenda , inſpecto Jure communi , cui feudale non repugnat ; imò ſe conformat , & ita in puncto firmant *Molin. lib.3. cap.7. num.19. & cum Alvaro Velaſco, Tiraquell. Covar. Acoſta , & Avendan. Joann. del Caſtill. dicto cap.19. num.235. & 236. & cum Regente Tappia deciſ.2. num.190.* aliiſque ſiculis , tam ultra , quam citra Farum *Martian. dicta diſp.2. à num.38. & diſp. 3. à n.24.* & alii infra laudandi. 190

191 Quod quidem in noſtris terminis , potiori ratione procedere debet , quia feuda , & Baroniæ , de quibus agitur , illæ præcipuè , quæ proveniunt ex Domo de Barreſi fuerunt ab initio conceſſæ cum clauſula Juris Francorum , & in aliis , hoc eſt provenientibus ex linea , & deſcendentia de Santapau , fuit appoſita prædicta clauſula , & inſtituta formalis primogenitura per primos acquiſitores , ut primo Articulo demonſtravimus , ex quo deſcendit , vocatos ſemper , & ſubſtitutos fuiſſe primogenitos de uno in alium , per lineam relictam primogenituræ , & unumquemque primogenitum venire ad ſucceſſionem proprio jure , & ex propria vocatione , virtute Pacti primi acquiſitoris , & ex providentia Principis concedentis , ac diſpoſitione primorum inſtitutorum , quos credendum eſt ſe conformare voluiſſe cum diſpoſitione Juris communis , & uſus feudorum , & cum natura , & qualitate primogenituræ ſecundùm Jus Francorum , quod erat receptum in Regno , & à quibus omnes deſcendentes in infinitum feuda capiunt. *Text. in cap 1. de duobus fratr. à capitan. inveſtit. cap.1. de eo qui ſibi , & hæredib. ſuis maſc. Camerar. in cap. Imperialem , §. præterea Ducatus fol.95. lit. K. & ſeqq.* & paſſim DD. ac idem non tam illius *Cap. Si aliquem* diſpoſitio, quam forma in feudorum conceſſione præſcripta , & aſſignata , à primiſque acquiſitoribus inſtituta ſervanda eſt in illorum ſucceſſione deferenda , quia capitulum hoc ex communi ſententia , tantummodo ab inteſtato procedit , & quando eſt diſpoſitio ex teſtamento , vel pacto & providentia Principis ceſſat ſucceſſio ab inteſtato. *Text. in l. ſi gravidus, ff. de acquir. hæredit.* cum ſimilibus : & proviſio hominis facit ceſſare proviſionem legis , quando verſatur diſpoſitio legis. *Text. in l. fin. Cod. de pactis conventis* cum adductis *à Velaſco in locis communibus lit. P. num.134. & ſeqq.* de quo uberiùs infra in reſponſione ad contraria argumenta.

His ſic expoſitis , pro noſtri *Cap. ſi aliquem* , interpretatione in ſuprà relatis verba , *ſexus , & primogenitura prærogativa ſervetur , ut maſculus fœminam, & Juniorem major natu præcedat*, Accedamus jam ad diluendas contrarias objectiones , ex quarum ſatisfactione magis , ac magis veritas eluceſcet , & à nobis hucuſque tradita firmioribus fundamentis ſolida apparebunt.

Primo loco ſeſe offerunt verba illa , *qui tempore* 192
mortis

Digitized by Google

mortis ſuperverit defuncto proximior ſuccedat in feudo, in quibus Advocati ex adverſo, veſtigiis aliquorum ex antiquis DD. Siculis inhærendo, prætendunt excluſam fuiſſe repræſentationem, & lineæ prærogativam, ex eo quod vocatur proximior ſuperſtes tempore mortis ultimi poſſeſſoris, quod verè, & naturaliter, non autem per fictionem, & civiliter intelligendum eſſe dicunt; & ideo patruum ſecundogenitum, nepotem ex fratre primogenito excludere debere, ad quod comprobandum ultra DD. Siculos infra allegandos, quos recenſet *Amat. dict. reſolut. 1. num. 41.* adducunt alios quamplurimos, qui in illa ardua, & ancipite quæſtione inter patruum, & nepotem quam *Molina dicto lib. 3. cap. 6. num. 1.* dicit, pluries ex jurium, ac rationum ambiguitate militibus armatis potiùs, quam Juriſperitis, ejus deciſionem fuiſſe commiſſam pro patruo contra nepotem ſe ſubſcripſerunt, quorum ibidem meminit *Molina*, & latiùs *in allegat. pro ſucceſſione Regni Portugal. ejus Addentes in dicto cap. 6. num 1.* qui alios ex recentioribus referunt, & copiosè *Amat. ubi proximè num. 40.*

193 Verùm, licet in prædicta quæſtione præcipuè in primogeniis, cauſa nepotis contra patruum communior, ac receptior ſemper fuerit ex tempore *Baldi* ut ipſe teſtatur in *conſ. 385. lib. 2.* ita ut apud omnes ferè nationes hæc ſententia invaluerit, prout comprobant infiniti Auctores apud *Molinam ejuſque Addentes, ubi ſupra. Caſtill. dicto lib. 3. cap. 19. ex num. 104. Gaſpar. Antoni. Theſaur. quæſt. forenſ. 135. ex num. 17.* qui *numer. 43. & 44.* ſubdit, nepotem ex primogenito defuncto patruo præferri ex univerſali conſuetudine Hiſpaniæ, Franciæ, & Pedemont. *Amat. dicta reſol. 1. n. 53.* & multis laudatis, *Martian. diſp. 1. num. 1. verſ. verum enim vero, & verſ. & quoad.* quod etiam prædicta noviſſima Regni Capitula 113. & 204. Dom. Imperatoris, & 18. Dom. Regis Philippi; declarando hoc *Cap. Si aliquem*, & meliorem eligendo opinionem amplexa ſunt, ut teſtatur *Amat. ubi proximè.* Adhuc tamen, quia in terminis Statuti vocantis proximiorem ſuperſtitem, ſunt multi DD. Regnicolæ, & exteri (quos cumularunt *Amat. ſupra 40. Addentes Molina dicto lib. 3. cap. 8. num. 20. uſque ad fin. & Caſtill. dicto cap. 19. num. 313.*) repræſentationem, lineæque prærogativam abnegantes; nonnullas Statuto noſtro interpretationes aſſignare curabimus, ne ſuperiori traditioni de prærogativa lineæ, officiant verba, quæ in contrarium ponderantur.

194 Præmittendum eſt, quod in materia feudali, ante editionem, ac promulgationem dicti *Cap. Si aliquem*, Jus commune iſtius Regni erat Jus Longobardorum, ut conſtat ex Conſtitutione *Puritatem de præſtand. Sacr. Bajul.* & notant *Iſernia in dicto §. præterea Ducatus col. 3. Ioſeph. Cumia in hoc Cap. Si aliquem verbo Francorum Iure num 7. Giurb. de feud. prælud. 6. num. 1. cum ſeqq. Afflictus conſ. 30. num. 4.* & alii, quos infra in 4. Articulo laudabimus; quo Jure attento feuda erant divídua, & omnibus agnatis in proximiori, & pari gradu exiſtentibus æqualiter deferebantur *cap. 1. de ſucceſſ. feud. cap. 1. de natura ſucceſſ. feud.* & alibi paſſim in *uſib. feud.* exceptis tamen feudis dignitatum Ducatus, Marchionatus, &c. quæ etiam illo jure Longobardo inſpecto, individua erant ex dicto §. *præterea Ducatus*, prout diximus ſupra num. 189.

195 Et quamvis Jus Francorum (quo attento, feuda individua erant, & primogenito deferebantur) in aliquibus Regni partibus, inter feudatarios, & ſubfeudatarios fuiſſet admiſſum, non tamen erat Jus commune Regni, ſed Jus quoddam ſpeciale permiſſum per dictam Conſtitutionem, *Ut de ſucceſſionibus tit. de ſucceſſ. nobil. in feudo*, & ideò, qui allegabat feudum eſſe individuum, & in eo eſſe ſuccedendum ſecundùm Jus Francorum, tenebatur probare, quod in illa parte, & inter illos feudatarios, vivebatur Jure Francorum, ut expreſſiſſimè probatur in præfata *Conſtit. ut de ſucceſſionibus in verbis*, ibi, *ſervata tamen ſexus prærogativa, ut mulieri maſculus præferatur, necnon majoris ætatis inter eos, qui vivunt in Regno ſpecialiter Jure Francorum*, ubi Jus Francorum vocatur ſpeciale in Regno, & notat *Gloſ. verbo ſpecialiter*, & melius *Iſernia eodem verbo*, ibi, *Jus commune eſt, ut feuda dividantur, niſi ſit Marchionatus, Ducatus, & Comitatus, ut in l. Imperialem, §. præterea, qui ergo dicit eſſe Francum, & non dividere cum fratribus, allegat jus ſpeciale, & ſic ſibi probatio incumbit; Qualiter autem, & quomodo probetur, & an ſufficiat probare, quod viciniorum Caſtrorum, & feudorum Domini vivunt Jure Francorum plenè diximus l. Imperialem §. præterea Ducatus*, quod idem repetit *in conſtit. conſtitutionem Divæ memoriæ in princip. de revocat. feud. & verum lib. 3. & cum Perno, & Aloyſio de Septimo* agnoſcit *Cumia dicto verbo Francorum Jure num. 7.* & cum *Afflicto* confirmat optimè *Rovitus in pragm. 1. de feudis, num. 84.*

196 Unde fluit, non eſſe audiendos nonnullos DD. Siculos, qui dixerunt feuda in Regno effecta eſſe individua per *dict. conſtit. conſtitutionem Divæ memoriæ*, ut videtur præſupponere *Canerius in hoc c. fol. 215. col. 2. num. 1. ad finem.* Huic enim traditioni repugnat, tum prædicta conſtitutio, quæ ſolum prohibet alienationes feudorum in totum, vel in partem (prout eam intelligunt omnes DD. Neapolitani, nullo diſſentiente, ut paſſim apud eos) in præjudicium Regiæ Curiæ, ut ex ejus lectura apparet: tum, quod ibidem tradunt *Gloſ. & Andreas de Iſern.* in principio, ubi pro conſtanti ſupponunt feuda eſſe dividua inter agnatos, ſi vivitur jure Longobardo, individua verò, & primogenito pertinere, ſi vivatur Jure Francorum, (ergo conſtitutio illa non induxit individuitatem feudi, nec alteravit, quod erat proviſum per *conſtit. ut de ſucceſſionibus*:) Tum denique; quod ipſi noſtri DD. tradunt, dum dicunt, quod per hoc Capitulum fuit introductum Jus Francorum ab inteſtato in ſucceſſione feudorum, quod ſuper in Primo Articulo num. 31. probavimus, & an verum ſit ſtatim demonſtrabimus ergo ante iſtius cap. publicationem feuda dividua erant, inter viventes Jure Longobardo communi in Regno, & ſolum individua inter eos, qui Francorum ſpeciali jure vivebant.

197 His ſic præmiſſis, conſtituimus, hoc noſtrum Capitulum, duas continere partes, & in qualibet earum diverſam includi diſpoſitionem ſuper ſucceſſione feudorum ab inteſtato; Prima pars eſt à principio uſque ad verſ. ibi, *ſimili gradu conjunctis, eorum ordine admittendis*, ubi finitur, & ſiſtit punctus. Secunda autem pars incipit ibi, *in ſucceſſione verbo præmiſſa*, & ſequitur uſque ad finem capitis.

198 In prima parte, loquitur, & intelligi debet de ſucceſſione feudorum inter illos feudatarios, & ſubfeudatarios, qui jure Longobardo vivebant in Regno, inter quos voluit Dom. Rex Jacobus, quod decedente ab inteſtato quolibet poſſeſſore, nullo per lineam deſcendentem relicto hærede legitimo, ſuccederet frater, vel ex liberis ejus uſque ad trinepotem, ille, qui tempore mortis ſupereſſet defuncto proximior, omnibus aliis ſimili gradu, id eſt, proximiore, à fratre uſque ad trinepotem, defuncto conjunctis, eorum ordine æqualiter admiſſis; ſive feuda provenirent à parentibus communibus, ſive non communibus, & in his tantum feudis dividuis ſecundùm uſum Longobardum, decrevit, quod ſuccederent proximiores, prout cautum erat Jure Longobardo *in dicto cap. 1. de ſucceſſ. feudi, cap. 1. de ſucceſſ. fratr. & de grad. ſucceſſ. in feud. cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* & aliis ſimilibus.

199 In ſecunda verò parte agit, & eſt accipiendum de illis feudis, & inter illos feudatarios, & ſubfeudatarios, qui in Regno ſpeciali Francorum Jure vivebant ex uſu, & conſuetudine legitimè præſcripta, quo caſu ſtatuit, ſexus, & primogenituræ prærogativam eſſe

ſervandam,

res ſanguinis, ut includerentur ſorores ipſius jam natæ, eorumque filii nati, & naſcituri, quod eſt valdè notandum.

Quamvis enim ex adverſo dicatur, nullum in hoc
115 adeſſe miſterium, eo quod pro extraneis hæredibus opus non erat de rato promittere, cum ipſi præciſè tenerentur factum ſui Authoris approbare, juxta vulgares regulas; nihilominus procedit ſuperior conſideratio, & Advocati alterius partis, qui illam impugnant, apertè convincuntur, & contrarietatis vitio notantur; quia ſi feuda erant tranſitoria ad hæredes extraneos (quos comprehenſos aſſerunt in ſtipulatione pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque) certum eſt nullam deſiderari promiſſionem de rato, cum in hoc caſu filii Donnæ Margaritæ, non ut filii, ſed ut hæredes matris in feudis ſuccederent, ac ſi eſſent bona allodialia (ut ipſimet Advocati probare intendunt ex *Cap. volentes* Domini Regis Federici, & aliis quamplurimis inutiliter cumulatis.) Ergo dum promiſſio de rato adhibetur pro filiis, & deſcendentibus, non quidem omnibus, ſed ſucceſſuris tantum in dictis Statibus, & feudis, & ea alia parte pro ſucceſſoribus ſanguinis; negari non poteſt, hoc ideo factum, quoniam ad filios deſcendentes, & ſanguinis ſucceſſores, tantummodo feuda prædicta eſſe tranſitura agnoverunt; qui quidem deſcendentes, uti comprehenſi in inveſtitura, & ſucceſſuri jure proprio erant, qui tranſactionem prædictam poterant impugnare, annullare, vel reſcindere ſi in ipſorum præjudicium factam fuiſſe oſtenderent, & pro quibus de rato opus fuit promittere.

Hoc eſt adeò clarum, ut nulla indigeat probatio-
116 ne; ſed non eſt omittenda, quæ ab ipſis deſumitur Advocatis; illi enim agnoſcunt filios Donnæ Margaritæ potuiſſe impugnare tranſactionem, quia ſuccedebant jure proprio ſtante refutatione à Don Fabritio facta Don Franciſco illorum avo, ac ideo Mazareni Comitem ſibi proſpexiſſe prædicta promiſſione de rato; ergo ſi filii jure proprio debebant ſuccedere, & tranſactionem infringere, ſucceſſio eiſdem, non ut hæredibus ſed ut filiis ſpectabat, ac per conſequens feuda renunciata non erant hæreditaria, & tranſitoria ad hæredes, ſed pacti, & providentiæ gentilitia, & familiaria, ac inalienabilia, ut toties probatum eſt, & per ſe patet.

Quamplura alia omittimus in hoc puncto, quæ reſ-
117 ponſione non indigent, tametſi à prædictis Advocatis non parum extollantur; ea namque, vel facto contraria, vel cauſæ non applicabilia, vel in jure diſſona, aut Doctoribus communiter reprobatis elicita ſunt, & facillimo negotio everſa, ex infra dicendis tacitè remanebunt.

118 Perveniamus jam ad tertium medium ex qualitate contractus: iſte eſt tranſactionis ſuper ſucceſſione feudorum, ob mortem Principis Don Fabritii, cujus natura expoſcit, ut reſtringatur ad cauſam in ea expreſſam, & ad illud, ſuper quo diſceptabatur in lite mota, ſeu movenda, *Text. clarus in l. ſi de certa, C. de tranſaction.* ubi antiquiores, præcipuè *Bald. num.4. Alexand. & Jaſon.* qui latiſſimè comprobant, *l. ſi cum dies, §. plenum, ff. de arbitr. Dec. conſ.63. num.6.* ubi, loquitur in tranſactione ſuper ſucceſſione, virtute cujuſdam teſtamenti; & licet verba tranſactionis ampliſſima, & generaliſſima erant, inquit, reſtringenda, & referenda ad cauſam in teſtamento contentam. *Menoch. lib.3. præſumpt.151. num.8.* ubi, quod debitor ex diverſis cauſis, ſi petitio ſit ſingularis ſuper una, & poſtea ſequatur tranſactio, in qua ampliſſimis verbis liberatur, non conſequitur liberationem, niſi tantum reſpectu cauſæ ſingularis, ſuper qua erat lis, quod multis DD. relatis comprobat, & *conſ.1099. num.22. lib.11. Mantic. deciſ.245. num.13.* ubi quod tranſactio in illo caſu ſolum extendebatur ad cauſam dotis, ſuper qua erat lis, non verò ad cauſam ſucceſſionis. *Rot. per Farinac. deciſ.110. part.3. in rec. Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom 1. tit. de renunciat. quæſt.6. num.40. cum ſeqq. Marc. Anton. Eugen. conſ.13. ex num.20. verſ. cæterum prædicto*, ubi quietatio generalis ab adminiſtratione tutelæ, non extenditur ad jus hæreditatis tranſigenti competens, etiam ſi verba generalia tranſactionis aliud ſuadeant, quia ſuper hæreditate nunquam fuerat litigatum *Fuſar. conſ.92. n.23. & 24. cum ſeqq.* ubi, quod verba generalia nunquam extendunt diſpoſitionem ultra expreſſa, latè *Cancer. lib.3. variar. cap.15. num.269.* uſque *ad num.273. & 274.* ubi, probat tranſactionem ſolum intelligi factam ſuper illo, ſuper quo litis incertitudo pendebat, *& num.293.* ubi, quod debet inſpici cauſa, ex qua fuit facta tranſactio, *Ciriac. tom. 2. controv.292. num.7.* ubi, quod generalis renunciatio reſtringitur ad ſuam cauſam nec præjudicat in alio Jure; proſequuntur multa *Surd conſ.418. n.16. Alex. Ludoviſ. deciſ.158. num.3. & 4. Fontanell deciſ.380. num.3. Capic. Galeot. l.1. controv.42. num.10. & 11. Amat. lib.1. reſol.42. num.14.*

Et quod in tranſactione omnes clauſulæ, & con-
ventiones quantumcumque generales, & ampliſſimæ 119
reſtringi, & referri debeant ad cauſam, & controverſiam ſpecificam, ſuper qua fuit tranſactum, probant ultra ſupra proximè relatos, *Rot. deciſ.549. n.3. part.1. rec. Bottiller. de ſucceſſ. ab inteſt. theorem.58. n 9. Marcian. diſput.72. à num 1. tom.2. Prat. obſervat 35. per tot. Calvin. de aquit. tom.1. cap.64. num.64. Barboſ. in collect. ad d. l. ſi de certa, num.5. Anton. Faber. in cod. lib.2. tit. de tranſact. diff.6. num.12.* ubi loquitur de ſtipulatione aquiliana, quam dicit nihil operari ad extendendam tranſactionem. *Fontanell. d. deciſ.380. n.11. & 12.* ubi, in eiſdem terminis pro non extendenda tranſactione concludit.

Et in terminis renunciationis quantumvis genera- 120
lis, & ampliſſimæ, quod reſtringatur ad ſuam cauſam *Regens Valenzuel. conſ.11. num.7. lib.1. Peregr. de fideicom. art.52. num.26.* ubi, per plura fundamenta, probat clauſulas generales debere reſtringi in renunciatione ad ſubjectam materiam. *Hodiern. ad Surd. deciſ. 176. num.1. cum tribus ſeqq. Vivian. in prax. Juris patron. lib.13. cap.8. num.276. & ſeqq. Cancer. dicto lib.3. cap.15. num.278.* ubi ex *Gozadin. conſ.45. num 18.* inquit, quod ſi clauſulæ generales renunciationis ad alios effectus poſſunt referri, non operantur renunciationem fideicommiſſi. *Galerat. de renunciat.47. n.23. Fuſar. conſ.39. num.67. & conſ.92. num.26. & ſubſtitut. quæſt.593. num.111. 120. & 176. Ciriac. tom.1. controverſ.129. num.34. uſque ad 37.* ubi *num.38.* addit nunquam præſumi renunciationem proprii Juris, ubi alia poteſt capi conjectura, *& tom.2. controv.323. num.9.* uſque *ad 13. & num.14.* ubi, probat, quod quando clauſulæ renunciationis ſunt dubiæ, ita ut poſſint, & non poſſint importare renunciationem, ſemper interpretandæ ſunt, ut minus renuncianti noceant, *& controv.367. num.27. & controv.389. num.6. Theomat. deciſ. Maceratenſ. 50. num.70.* ubi, quod in renunciatione ſtrictè procedendum eſt, & ita interpretanda, ut minus præjudicet renuncianti, quod repetit *num.458. Rot. per Farinac. deciſ.395. num.5. part. 1. in poſthum.* ubi, in terminis fideicommiſſi, & tranſactionis ſuper eo, quod non intelligitur illi renunciatum per clauſulas generales, & quod iſtæ reſtringi debeant ſecundùm ſubjectam materiam, concludenter probatur, *Scacc. de re judic. Gloſ.14. quæſt.2. num.58. Cavaler. deciſ.97. num.10. & deciſ.124. num.2. & deciſ.340. num 1.* & in dubio, quod ſemper ſit pronunciandum pro non renunciatione fideicommiſſi, probant *Peregr. dict. artic. 52. num.29. Sforz. conſ.49. num.23. Fuſar. conſ.5. num 34. & dicto conſ.39. n.86. & de ſubſtit. dict. quæſt.593. n.174. Rot. per Farinac deciſ.21. num.5. ad fin. & deciſ.420 num.2. tom.2. Molfeſ. ad conſuet. Neapol. dicto tom.1. tit. de renunciat. quæſt.1. num.33. & 39.*

Cum

Cum igitur controverſia, & lis, quæ ſperabatur,
121 eſſet ſuper ſucceſſione prædictorum Statuum, & feudorum ob mortem Principis Don Fabritii, hæcque eſſet ſubjecta materia tranſactionis, in qua dictus Don Joſeph contentus Comitatu Mazareni, & aliis bonis ſupra expreſſatis, renunciavit, & refutavit Donnæ Margaritæ omnes alios Status, & feuda cum ſuis titulis, & pertinentiis, ut ſuccederent in eis tam ipſa, quam ſui hæredes, & ſucceſſores (hoc eſt filii, & deſcendentes, ad quos dicta feuda tranſire poterant) nulla ratione, prædicta renunciatio extendi poteſt ad alios caſus, & perſonas, prætextu verborum, & clauſularum generalium, quæ præcisè debent reſtringi ad prædictam cauſam ſucceſſionis in tranſactione expreſſam, ipſiuſque firmitatem, & conſiſtentiam in perſonam Donnæ Margaritæ, ſuorumque deſcendentium, ut liberè, & abſque ulla perturbatione, ſeu moleſtia dictis Statibus, & feudis Juribus, & actionibus ſibi ad ea competentibus, & competituris virtute dictæ renunciationis uti poſſent. Ac inde vita functa Donna Margarita nullis relictis filiis, & deſcendentibus, ſicque deficientibus omnibus perſonis in dicta renunciatione contemplatis ſucceſſuris in dictis feudis, non eſt cur ſine lege, ſine auctoritate, dicta renunciatio prætendatur extendi ad ſucceſſionem ob mortem Donnæ Margaritæ, & ipſius lineæ deficientiam, ad perſonaſque extraneas non contemplatas, pro quibus, nec fuit interpoſita, nec potuit interponi ſtipulatio.

122 Quibus non obſtat, quod ex adverſo replicatur, videlicet, ſucceſſionem, ob mortem dicti Principis Don Fabritii non fuiſſe cauſam finalem tranſactionis, & renunciationis prædictæ; ſed potius adjudicationem dictorum Statuum factam Donnæ Joannæ ab Auſtria, ut ipſa poſſeſſionem legitimè naſciſceretur, pacto interpoſito, quod reſtituere illam deberet Donnæ Margaritæ filiæ, conſtituta priùs ſubjugatione pro dotibus, aliaſque diſſentiones ante D. Fabritii mortem ſuſcitatas, quod ex eo comprobare intendunt, quod Marchionatus Militelli fuit in dicta tranſactione comprehenſus; cum ſuper eo nulla potuiſſet eſſe contentio ob mortem Principis Don Fabritii, quippe ſpectabat Donnæ Margaritæ per deficientiam D. Franciſci patris, qui mortis ſuæ tempore jam Donnæ Catharinæ matri ſucceſſerat.

Nam reſpondetur, à veritate facti, & ratione alie-
113 nam hanc replicationem eſſe, ut ex Albarani lectura dilucidè appareat; in eo namque cauſa finalis expreſſa, non alia eſt, quam ſucceſſio dictorum Statuum prætenſa per Donnam Margaritam filiam primogeniti præmortui, & per dictum Don Joſeph, utpotè filium ſecundogeniti dicti Principis D. Fabritii, quorum prætenſionibus correſpondet concordia; quod, ſcilicet, illa in quibuſdam, & principalibus feudis ſuccederet, hic verò in aliis minus principalibus, & hoc expreſſè concludunt Albarani verba, præcipuè, ibi: *E di più pretendendoſi in caſo, che ſeguiſſe morte del detto Signor Prencipe Don Fabritio da parte della Signora Donna Margarita d'Auſtria Branciforte Principeſſa di Pietrapertia, continuarſe, & à cautela prenderſe la poſſeſſione attuale di tutti li Stati, &c.* & ibi, *E pretendendo ancora detta Signora Donna Giovanna Brancsforte per nome, e parte di detto Signor Don Giuſeppe ſuo figlio infante far continuare & quatenus fuſſe biſogno prendere la poſſeſſione di tutti li Stati ſudetti, come figlio maſchio del ſecundogenito, al quale pretende ſpettare il dominio, & poſſeſſione di detti Stati, &c.* & ibi, *E noi D. Giovanna d'Auſtria, e detta Donna Margarita promettiamo à detta Donna Giovanna, e Don Nicolao Placido Branciforti nominibus ut ſupra, havuta detta poſſeſſione, per tutte le pretenſioni che tiene, ò terra ſequita la morte del Signor Prencipe Don Fabritio, il detto Don Giuſeppe infante, &c. aſſignare, & transferire il dominio, e poſſeſſione à detto Don Giuſeppe, & ſua Tutrice del Contato vel Mazzarino, &c.* & ibi, *Remanendo però per detta Donna Giovanna d'Auſtria, e detta Donna Margarita tutti li Stati, Principati, Grandezza, & altri tituli, &c.*

Licet enim in Albarano fuerit incluſa prætenſio 124
Donnæ Joannæ ab Auſtria, volentis poſſeſſionem dictorum Statuum apprehendere pro dotium creditis; hoc non fuit, nec eſſe potuit cauſa finalis prædictæ tranſactionis, ſed venit in conſequentiam prætenſionis Donnæ Joannæ Branciforti, quæ tutorio nomine dicti Don Joſephi filii, dictorum ſtatuum ſucceſſoris, ſe oppoſuit ſigillationi litterarum detrahenda ipſorum poſſeſſione, intendens hoc fieri non debere in dicti ſui filii, & ſucceſſoris præjudicium; eo quod eſſent in alia multa bona libera obligata ad dotium reſtitutionem, quæ effectura erant ad ſatisfactionem dicti crediti, abſque eo, quod opus eſſet procedere ad diſtractionem feudalium inalienabilium (quod in perniciem dicti Don Joſeph infantis fuit tantum, ut vel poſſeſſionem mortuo Don Fabritio non poſſet occupare, vel à ſuis tutoribus dicta tranſactio, & concordia extorqueretur; ſed an ſecundum jus, & æquitatem factum fuerit ad nos judicare non ſpectat) ita conſtat ex verbis Albarani, ibi, *Pretendendo la Signora Donna Giovanna d'Auſtria mandare a prendere la poſſeſſione di tutti li Stati, e beni del Signor Prencipe di Butera Don Fabritio Branciforti, aggiudicati ad eſſa Signora per primo, e ſecondo decreto, e per queſto far ſigillare le lettere de tradenda poſſeſſione; pretendendoſi da parte della tutrice Donna Giovanna Branciforti relitta del quondam Don Giovanna Branciforti come madre, e tutrice del Signor Don Giuſeppe filio di eſſo quondam Signor D. Giovanne, e di detta Donna Giovanna, opponerſi nella ſigillatione di dette lettere, &c.* Quo nihil clarius quo prædicta aſſertione.

Potuit namque dicta adjudicatio eſſe cauſa expul- 125
ſiva tranſactionis, finalis verò nullo pacto; cum ſolutis creditis, vel conſtituta dictorum Statuum ſubjugatione (ut revera factum fuit) poſſeſſio Donnæ Joannæ erat reſolubilis, & apud illam perdurare non poterat.

Quod, ex eo evidentiſſimè confirmatur, quod Don-
nã Joanna nihil remanſit de ſuis creditis in prædicta 126
tranſactione, imò illa integra exegit mediante dicta ſubjugatione, ſicque non fuit ſuper hoc facta tranſactio, quæ ſemper aliquo dato, vel retento fieri debet, *l. 1 ff de tranſact. l. cum mota 6. l. cum ea 21. l. tranſactio nullo 38. C. eodem tit. l. ſi ut heres, Cod. de repudit. heredit. l. 1. C. de repud. bonor. poſſeſſ. l. in ſumma 65. § 1. ff. de condit indebit. Marth. de tacitis lib. 26. tit. 1. num. 11. Parlad. in ſexquicent. diff. 44. num. 3. Molin. de Juſt. tract. 2. diſput. 556. num. 7. Azeved. in l. 4. num. 4. tit 21. lib. 4. recompilat.*

Marchionatus verò Militelli, ideò in tranſactione 127
fuit incluſus, & explicitus, quia dictus Don Joſeph, qui Comitatum Mazareni retinuit, poterat dictam Donnam Margaritam Militelli Marchioniſſam moleſtare, eo quod aliqua pars dicti Marchionatus, à Comitibus Mazareni empta, & acquiſita fuerat, ob idque cautum fuit, quod dictus Status penes dictam Donnam Margaritam remanere deberet liber ab omni moleſtia dicti Comitis Mazareni, & ſuorum ſucceſſorum, ut clariſſimè probatur ex Albarani verbis, ibi, *E coſi ancora il Marcheſato di Militello, e ſuoi feghi con tutte le raggioni, e pertinenze loro, della forma, e modo come ſi hanno poſſeduto, e poſſedino da detto Don Franceſco Prencipe, & eſſa Donna Margarita, con tutto che alcun tempo alcuna parte di quelli ſi haveſſe comprato, acquiſito, e poſſeduto di alcuni delli Conti, e Signori del Mazzarino, e non altrimenti nè d'altro modo.* Quæ verba, omnem removent ſcrupulum, & prædictam diluunt objectionem.

Nec etiam obſtat dicere, tranſactionem verbis ge- 118
neralibus conceptam non reſtringi ad cauſam expreſſam,

ſam, quando ratio recti ſermonis id non patitur, quoniam ultra quod dicta concluſio non procedit, cum mens, & intentio contrahentium repugnat, ut probabimus infra, & ſentit *Barboſ. in collect. ad dict. l. ſi de certa, num. 5.* ſpecialiſſimè locum habere poteſt, eo tantum caſu, quo non eſt aliqua cauſa expreſſa in tranſactione, ſi verò cauſa eſt expreſſa, nunc etiam ſi clauſulæ generales ſalva ratione recti ſermonis reſtrictionem non permittant, reſtringitur ad cauſam expreſſam, *Cancer. lib. 3. variar. dicto cap. 15. num. 273. Alexand. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de tranſact. reſolut. 2. num. 9. Capic. Galeot. dict. controv. 42. num. 19. lib. 1. Surd. deciſ. 217. num. 6. in fin. & Hodiern. in addit. ad deciſ. 176. Peguer. deciſ. 201. num. 3. & deciſ. 146. num. 24. Gerius Spino conſ. 18. num. 18.*

Et in præſenti quando deficeret expreſſio cauſæ
129 (quæ eſt innegabilis) non reperiuntur clauſulæ ullæ, quas ratio recti ſermonis extendere perſuadeat, cum omnes in dicta tranſactione appoſitæ ex natura ſua, & ſubjecta materia non poſſint extendi ad caſum ſupervenientem non comprehenſum, nec excogitatum, qualis eſt ſucceſſio ob mortem dictæ Donnæ Margaritæ abſque liberis in dicta renunciatione contemplatis, eſt enim Jus de futuro, quod renunciatum non cenſetur, niſi ſpecialis, & individua renunciatio ipſius interveniat. *Text. in l. de his*, ubi *DD. ff. de tranſact. Fontanell. deciſ. 402. per tot. Capic. Latr. deciſ. 2. num. 25. & ſeqq. Donat. de renunciation. cap. 8. num 86. & ſeq. Beci, conſ. 111. num. 25.* ubi multos laudat, & in omnem eventum, non extante alia perſona de contemplatis in renunciatione (quæ re vera non extat) non poteſt extendi renunciatio; imò ſolvitur & extinguitur, & renuncians admittitur *Peregr. de fideic. dict. art. 52. num. 71. & 72. Fuſar. dicta quæſt. 593. num. 164.* cum aliis ſupra relatis *num. 120.* & hæc ſufficiunt, ne in re adeo clara diutius immoremur.

130 Accedamus ad quartum de veriſimili mente, & intentione contrahentium; certum eſt, quod nec Donna Margarita, nec ejus vir, & procurator, Princeps Don Fridericus Columna, ſe excludere vellent à ſucceſſione dicti Comitatus Mazareni, & aliorum feudorum à dicto Don Joſeph retentorum, ſi forte ipſe abſque deſcendentibus, & proximioribus conſanguineis deceſſiſſet, locum facientes ulterioribus agnatis, quibus ex primis Inveſtituris Jus ſucceſſionis non competeret, quia nemo præſumitur renunciare Juri ſibi competenti ex Inveſtitura, caſu quo renunciatarius mortuus ſit abſque liberis, ex *Bero. conſ. 108. numer. 14. lib. 1. Bardellon. conſ. 11. num. 36. Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom. 1. dicto tit. de renunciat. quæſt. 17. num. 24. & 25.* Ergo non eſt credibile, quod voluiſſent talem à Tutoribus dicti Don Joſeph Infantis renunciationem expoſcere, ut nunquam ipſe, nec ejus deſcendentes in dictis Statibus ſuccedere poſſent, deficiente etiam linea Donnæ Margaritæ, & quod ſucceſſio devolveretur ad remotiores non contemplatos in renunciatione, vel ad alios etiam in pari gradu reſpectu ipſius, inferioris tamen lineæ, & non habentes eaſdem qualitates prælativas.

131 Nullum, quippe ex hoc, commodum, nulla utilitas ipſam ſequebatur, nec ratio æqualitatis ſervandæ in prædicto contractu id ex poſtulabat, qui ſolum favore dicti Infantis poterat claudicare, *l. Julianus, §. ſi quis, ff. de act. empt. l. ſi cum dies, §. penult. ff. de receptis arbitr. Caldas in l. ſi curatorem verbo hunc contract. num. 4. C. de in integr. reſtitut.* cum adductis à *Velaſco in axiomat. jur. litter. C. num. 186.*

132 Nec cedendum eſt, dictum D. Nicolaum Placitum Branciforti tunc Racudiæ Comitem, & dicti infantis tutorem virum eximiæ nobilitatis, integritatis, & ſinceritatis, id facere voluiſſe, ut filiis ejus aperiretur ſucceſſio dicto Infante ſuiſque ſororibus excluſis, non enim de tali viro, talia præſumi fas eſt, ut alias, inquit, *Pontifex in cap. cum juventute 15. de præſumpt.* imò credibilius, ipſum, dictoſque Advocatos ad clauſulandam ſcripturam electos, non appoſuiſſe in ea, clauſulam reverſionis dictorum Statuum ad favorem dicti Infantis, & ſuorum in caſu mortis dictæ Donnæ Margaritæ ſine filiis, quia hoc pro conſtanti habuerunt de jure procedere debere, ex vi tacitæ, & ſubintellectæ conditionis prædictæ renunciationis, *Regens de Ponte de poteſt. Proregis tit. de reſutat. in principio num 28. & ſeqq. Cutell. de donat. tom. 2. fol. 193. n. 196.* cum aliis, de quibus ſupra *n. 79.*

Et quidem ſi dicti Tutores, & Advocati tales clau- 133
ſulas adhiberent, per quas ad alios caſus, & perſonas renunciatio poſſet extendi, verè dici poſſet, quod ipſi exceſſiſſent mandatum ſibi conceſſum, & injunctum in prædicto Albarano, in quo illæ tantum clauſulæ, & cautelæ fuerunt permiſſæ, quæ neceſſariæ eſſent, ſubſtantia Albarani non mutata, ut ſupra probatum remanet: cum enim ibidem de ſola ſucceſſione ob Principis Don Fabritii mortem, & de nulla alia perſona, quam de Donna Margarita, & de ſuis deſcendentibus facta fuerit, proculdubio exceſſus eſſet, ſi tales adhiberentur clauſulæ, quæ ad aliam ſucceſſionem, & ad diverſas perſonas renunciationem extenderent, ut in terminis docent *Capic. Galeot. dict. controv. 42. à num. 8. Capic. Latr. deciſ. 2. num. 23. Rot. deciſ. 174. num. 2. & 4. part. 1. in recent. Theod. alleg. 37. num. 4. Bardellon. conſ. 11. num. 29.*

Cum ergo quælibet diſpoſitio intelligenda, & in- 134
terpretanda ſit ſecundum veriſimilem mentem, & intentionem diſponentium, & contrahentium; ex latiſſimè adductis à *Caſtill. Sotoma, controv. lib. 5. cap. 63.* conſequens eſt, dicere, prædictos tranſigentes, & renunciantes noluiſſe extendere renunciationem ad alios caſus, nec ad alias diverſas perſonas, quia veriſimile non eſt ſe ipſos excludere voluiſſe, ſi alter eorum ſine filiis mori contigiſſet, imò credibilius eſt ſe conformare voluiſſe cum Juris ſtatutorum, & conſuetudinum hujus Regni diſpoſitione *l. quæro §. inter locatorem, ff. locati Guttier. practic. lib. 3. quæſt. 70. num. 29. & quæſt. 101. num. 3. Seraphin. deciſ. 264. num. 15. Menoch. lib. 3. præſumpt. 38. num. 9. Amat. reſolut. 34. n. 20. lib. 1.* ut tali adveniente caſu, ſuccederet, qui ſuccedere deberet, & non alius, ad quem non ſpectaret ſucceſſio, quales ſunt extranei, agnati remotiores, & non habentes qualitates requiſitas, ut poſtea declaravit ipſamet Donna Margarita, inſtituens hæredem, & ſucceſſorem in dictis Statibus eum, qui de Jure ſuccedere deberet, de quo latè inferius.

Reſtat quinta conſideratio, elicita ex ſpeciali Juris
feudalis diſpoſitione, quo attento tollitur omnis dif- 135
ficultas; quia in renunciatione, ſeu refutatione feudorum, ſemper refutatio cenſetur perſonalis, niſi in duobus caſibus. Primus quando fit *omninò* nulla contemplata perſona. Secundus quando fit in manibus Domini, ad hoc ut refutatarium quaſi de novo feudo inveſtiat; extra hos verò caſus ſemper judicatur perſonalis, & ſic ad favorem ſolius perſonæ contemplatæ, & ſuorum deſcendentium, Text. ſunt expreſſi *in dicto cap. 1. de eo, qui ſibi, fec. agnat. & in cap. ult. ſi de feudo defun. fuer. controv. inter Dom. & agnat.* ubi, omnes feudiſtæ repetentes. *Lanar. in cap. 1. de vaſſall. decrepit. ætat. à num. 1. cum ſeqq. Capic. Galeot. lib. 2. controverſ. 21. num. 23. Surd. conſ. 446. num. 18. Camill. de Medic. conſ. 2. num. 126. Cumia in cap. ſi aliquem verbo Antiquus, num. 374. Intrigliol. de feud. cent. 2. artic. 36. numer. 209. Giurb. de feud. §. 1. gloſſ. 12. num. 8.*

Quod indubitanter procedit, etiamſi reſutationis 136
verba ſint directa in rem, nam hoc non obſtante, ſi facta eſt contemplatione certarum perſonarum, dicitur perſonalis, quamvis adjectæ ſint clauſulæ generales ampliſſimæ renunciando omni Juri, quod refutans habet, vel habere ſpectat *Surd. conſ. 517. num. 14. & dicto conſ. 446. num. 17. Gabriel. conſ. 89. num. 9. 10.*

&

Google

& 11. lib.1. Aretin. conſ.4. num.2. Anna de repet. dicti cap.1. de vaſſal. decrep. ætat. num. 75. Gratian. diſcept. 557. num. 52. Alba Mandell. conſ. 380. per tot. Roſenthal. in ſynopſ. feud. cap.2. concluſ. 20. litt B. in addit. & licet facta fuerit cum jurium ceſſione, & conſtitutione procuratoris in rem ſuam. *Surd. d. conſil.446. num.17. Gabriel. d. conſ.89. Anton. de Marin. lib.1. d. reſol.189 num.47. Theodor. dict. allegat. 36 num.31.*

Et in dubio, ſemper refutatio cenſetur perſonalis,
137 & non realis. *Honded. conſ 36. num.23. Lazar. in dict. cap.1. de vaſſall. decrepit. ætat. num.5. Aponte de poteſt. Proreg. tit. de refutat. num.33 Surd. dict. conſ.446. numer.18. Capic. Galeot. dict. controverſ.21. num.23. lib.1. Anton. de Marin. dict. cap.189. num.48. & ſeq. Montan. controverſ.9. Marcian. diſput.8. per tot. Gimb. de feud. dict. §.1. gloſſ.12. num 8. & 9.* & hoc adeò verum eſt, quod, & ſi facta fuerit refutatio in manibus Domini, ut aliquem inveſtiat, & dictum non ſit, tanquam de novo feudo, adhuc refutatio erit perſonalis, eo quod feudum remanet antiquum, ut probant *Roſenthal. de feud. dicto cap.2. concluſ.20. num.3. & 5. Gratian. dict. diſcept.557 num.57.*

Ex quibus omnibus apertè colligitur, prædictam renunciationem, ſeu refutationem, fuiſſe perſonalem ad favorem Donnæ Margaritæ, ſuorumque deſcendentium, non verò realem, & omnimodam, ſeu omninò, ut ex adverſo prætenditur.

Unde facilis eſt reſponſio ad ea, quæ per Advocatos alterius partis pro realitate dictæ renunciationis ſunt ponderata, cum jam ex adductis à nobis pro
138 perſonalitate remaneant ſufficienter evacuata, Non enim procedit primum, ex eo, quod verba fuerint directa in rem, & adfuerit pactum de non petendo, quia hoc non eſt in conſideratione, ſtante, quod fuerunt contemplatæ certæ perſonæ. Juxta ſupradicta num.136. Non ſecundum, eo quod aliquo accepto facta fuerit; quoniam hoc eſt de natura, & ſubſtantia tranſactionis ex dictis num.126. Non tertium de aquiliana ſtipulatione, quia hæc non facit renunciationem eſſe realem, & ſemper reſtringitur ad cauſam expreſſam ut probavimus num.1.9. Non quartum de pacto non de petendo, cui ſæpè ſæpius reſponſum eſt non obſtare, & ſunt Jura expreſſa in dicto *Cap.1. de eo, qui ſin. fec. agnat. cap. ult. ſi de feud. def. fuerit controverſia int. Dom. & agnat.* Non quintum ex verbis generalibus quovis titulo, ratione, cauſa, &c. quia reſtringuntur ad cauſam expreſſam, & ad perſonas contemplatas, & non cenſetur renunciatum Jus de futuro, ſecundum ea, quæ diximus num.118. & 120. Non ſextum de Juribus competentibus, & competituris, quia eodem modo diſſolvitur. Non ſeptimum ex generalitate, & amplitudine verborum, quia omnia debent reſtringi ad cauſam tranſactionis, & ſubjectam materiam, perſonaſque in ea contemplatas, ut abundè probatum eſt dicto num.118. Non octavum, & nonum, eo quod facta fuerit pro hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, quia ſatisfactum eſt num. 110. & 111. ubi concludenter probavimus non eſſe materiam tranſitoriam ad hæredes extraneos, nec ad alios, quam ad agnatos compreheñſos in Inveſtitura; & quod attinet ad dictionem *in perpetuum* ſatis trita res eſt, ſequi, & ſortiri naturam actus, cui interponitur *Cephal. conſil. 17. num.43. Capic. Latr. deciſ.32. num.28.* & cum aliis *Barboſ. diction. 163. numer. 3. & diction. 254. num. 4. & ſeq.* Et demum non obſtat decimum, ex quo facta fuerit per verbum *omnino*, quia hoc eſt recedere à verbis tranſactionis, in qua tale verbum non reperitur, ſed hæc tantum, nempè *liberationem omnimodam*, quæ ſatis diverſa ſunt, & reſtringuntur ad cauſam expreſſam ſucceſſionis Don Fabritii, & ad perſonas contemplatas, quod per ſe patet, & ex dictis dilucidiùs apparet.

Doctoribus verò à contraria parte allegatis, reſ-
pondetur, quod ex illis, nonnulli loquuntur in renun- 139
ciatione facta à filia ingrediente religionem, quæ dote recepta emittit profeſſionem, quo caſu renunciatio dicitur realis, quia facta eſt ad inſerviendum Deo, & emittendum votum paupertatis, (licet non deſint magni nominis Authores, qui contrariam opinionem ſectantur, quos hic laudare non eſt noſtri inſtituti.) Alii autem, de filia in matrimonio copulata, quæ dote recepta renunciat, & in hoc caſu, quidquid dicant Adverſarii, communior, & approbatiſſima ſententia eſt renunciationem eſſe perſonalem; Alii verò de eo renunciante agunt, qui extantibus adhuc perſonis contemplatis volebat ſuccedere, & ad jus renunciatum reverti, qui caſus eſt diſſimilis, & nos hoc non negamus. Alii denique, quamvis loquantur in feudalibus, ſe declarant, loquendo de feudo hæreditario, vel in caſu, quo renunciatio facta fuit favore agnatorum; ſive ut bona conſervarentur in agnatione, & ſupererant agnati contemplati, ut ex lectura prædictorum Doctorum poterit apertiſſimè cognoſci; nos quippe in eis referendis, & refellendis tempus dilapidare, Tuoſque Supremos Senatores tædio afficere, iniquum judicamus.

Ex quibus etiam accommodatur congrua reſponſio 140
aliis tribus contrariis objectionibus ſupra num.101. propoſitis. Non enim eſt habenda ratio de prima, ſcilicet, dictum Mazareni Comitem, uti renunciantem prædictorum Statuum non debere admitti in hoc Judicio ſummariſſimo, ex *Surd. conſ.451. num.16. Seraphin. deciſ.279. num.4 Noguerol. alleg.22. num 66. Dunav. deciſ.158. Reden. ju. conſ.66. num.9.*

Quia, ſtante perſonalitate dictæ renunciationis
hæc evanuit, & extincta eſt, mortua Donna Marga- 141
rita abſque liberis, ac ſi nunquam facta fuiſſet, *Anton. Faber. in Cod. tit de pact. diff. 22. Melfiſ. ad conſuetud. Neapol. dict. tit. de renunc. quæſt.3. num.12. Rot. Rom. apud Tambur. de Iur. Abbatiſſar. deciſ.6. à numer.25. Donad. de renunc. cap 13. num.11. Camer tertio variar. dicto cap.15. num.27. & 29.* quare, quoad omnes perſonas, qui non ſunt de contemplatis in renunciatione, poteſt renuncians uti reſponſione Juriſconſulti *Ulp. in l. loci corpus 4. §. competit. ff. ſi ſervitus vendic.* ibi, *quantum enim ad eum pertinet, liberas ædes habeo, Federic de Senis conſ.77. Honded. conſ.36. num.25. lib.1. Surd. conſ.179. num.19. & 20.* quia ita in puncto concludunt.

Unde ſequitur, prædictam exceptionem de realita-
te renunciationis non eſſe efficientem, ut renuncians 142
non admittatur in Judicio ſummariſſimo, quandoquidem ex viſione ſcripturæ abſque longa diſcuſſione, altiorique indagine, incontinenti poteſt agnoſci utrum realis, aut perſonalis fuerit, & an excipiens ſit d. perſonis contemplatis, vel non, ut ea exiſtente perſonali admittatur, & manuteneatur, reali verò apparente denegetur manutentio, ſalvis Juribus in poſſeſſorio plenario, & petitorio, & ita ad favorem renunciantis deciſum fuit in Conſilio Collater. Neap. non obſtante oppoſitione de realitate renunciationis, ut teſtatur *Regens à Ponte conſ.24. lib.2.* de qua deciſione mentionem faciunt *Capic. Latr. conſult 123. numer.166. & Thor in compend deciſ. part.3. ſect.3. verbo ſoror. Videnda deciſ. Rot. Rom. impreſſ. per Anton. Marin. lib.2. quotid. cap.190. Iacobus Gall. dict. conſ.64. ad finem.*

Non obſtant *Surd. Seraph. Noguerol.* & alii, in con- 143
trarium adducti, quia loquuntur in ſatis diverſis caſibus, quando, videlicet, tranſigens volebat ſuccedere in præjudicium ejus, cum quo erat inita tranſactio, & renuncians prætendebat manuteneri adverſùs renunciatarium exiſtentem in poſſeſſione rei renunciatæ: ut ex lectura prædictorum Doctorum percipi poteſt.

Nec negotium faceſſit, *conſ. Tob. Benſar. inter conſ.*
144 *Luna conſ.*17. in ejus enim caſu, licet clauſulæ erant ampliſſimæ, & conceptæ verbis denotantibus omnimodam abdicationem rerum renunciatarum (quibus ipſe motus fuit ad conſulendam realitatem, & quæ non inveniuntur in prædicta renunciatione Comitis Mazareni.) Nihilominus deciſum fuit ad favorem renunciantis, in hac M. R. C. & in Tribunali Conſiſtorii S. R. C. & denique in Tuo Supremo Italiæ Conſilio, ad quod via recognoſcendi cauſa fuit delata, & motivum fuit, quod renunciatio facta intuitu certæ perſonæ, ejuſque hæredum, & ſucceſſorum in materia feudali, ſemper eſt perſonalis, non obſtantibus quibuſcumque clauſulis, de qua deciſione nobis fuit facta fides ex Archivio M. R. C. & caſus erat, inter deſcendentem renunciantis in remotiori gradu, cum alio agnato proximiore renunciatario, ex diverſa linea.

145 Ad ſecundam verò de renunciatione *omninò*, ſeu *omnimoda*, quæ iteratis vicibus repetita eſt, reſpondere opus non eſt, cum multoties eidem ſit ſatisfactum, prout nec reſponſione indiget, quod dicitur de donatione Juris ſuccedendi, quia nullo nititur fundamento, nec poteſt præſenti caſui accommodari, in quo Donna Margarita nullum extraneum hæredem in prædictis Statibus, & feudis inſtituit; ſed eum tantum, qui de Jure ſuccedere deberet: ut mox dicemus.

146 Ad Tertiam, ſcilicet, quod dictus Comes renuncians non cenſeatur vocatus, nec inſtitutus à Donna Margarita, inſtituente illum, qui de jure ſuccedere deberet, quia ex tacita mente Teſtatoris nequit ſuccedere renuncians, qui facto ſuo proprio incapax redditus eſt, quod multis Juribus, & auctoritatibus roborare intendunt; Reſpondemus hanc inſtitutionem Donnæ Margaritæ mittere falcem ad radicem, & omnem removere dubitationem, (ſi aliqua ſupereſſet, quæ revera non eſt, nec excogitari poteſt) ut paucis demonſtrabimus.

147 Etenim innegabilis eſt propoſitio, quam ſupra numer. 31. comprobavimus, nempè, ſub hac inſtitutionis forma, ſuccedat, qui de jure ſuccedere debet: cenſetur inſtitutum eum, qui ab inteſtato ſucceſſurus eſt Teſtatoris ex *d. l. conficiuntur* 8. §. 1. *ff. de Jur. codicill.* & a iis ibidem relatis, quibus accedunt *Pariſ. conſ.3. num.*20. *lib.*3. *& præſumpt.*202. *a num.*1. ubi late, quia talis teſtator videtur ſe conformare velle cum Juris diſpoſitione, qua inſpecta, nullo certo hærede inſtituto, ſuccedunt venientes ab inteſtato, §. 1. *& per tot. inſtit. de heredit. quæ ab inteſt. deferuntur*, ut ratiocinantur præcitati DD.

Sicut, nec inficiari poteſt, prædictam inſtitutio-
148 nem regulandam eſſe tanquam ab inteſtato, non ſolum ſecundùm Juris communis diſpoſitionem, ſed etiam ſecundùm diſpoſitionem Statutorum, legumque municipalium Regni, regioniſque conſuetudinum. Juxta *text. in l. hæredes mei*, §. *cum ita*, *ff. ad ſenat. conſult. trebell. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*511. *num* 42. *& ſeqq. & quæſt.* 325. *num* 9. *& ſeq. & quæſt.*402. *numer.* 62. *& quæſt.*481. *num.* 7. *& ſeq. Farinac. deciſ.* 508. *num.*4. *cent.* 6. in terminis *Intrigl. deciſ.*42. *numer.* 9. *&* 10. & conducit traditio *Bald. tit. de pace conſtant. Verbo ſi qua controverſia num.*1. ubi quod feudum intelligi debet conceſſum ſecundùm leges, & conſuetudines loci, in quo ſitum eſt. *Iſern. de nova forma fidelit. num.* 7. *circa fin. Montan. de Regalibus*, §. *fin. ſub num.* 18. *pag. mihi* 343. *Petrus Pechius de teſtam. conjug. lib.*1. *cap.*13. quia, cum hac Statutorum, & conſuetudinum diſpoſitione, cenſetur etiam teſtator ſe conformare velle, ut probant præcitati DD.

149 At ſic eſt, quod de jure, quando renunciatarius ab inteſtato decedit nulla ſuperextante perſona contemplata in renunciatione perſonali, ſuccedit ipſe renuncians, tanquam vocatus ex tacita voluntate dicti renunciatarii. Ut in puncto firmant *Cravett conſ.*42. *num.*1. *&* 3. *Surd. deciſ.* 252. *num.* 4. *Uſill. ad Afflict. deciſ.*161. *num.*5. *a Ponte conſ.*40. *num.*8. *lib.*1. *Rovit. conſ.*23. *num.*23. *lib.* 1. *Melfeſ. dict. tit. de renunciat. quæſt.*2. *num.*5. *Marcian. dict. diſput* 8. *num.*29. *&* 30. *& ſeqq. Theodor. dict. alleg.* 36. *num* 30. latè, & ſatis doctè *Donat. Anton. de Marinis dict. lib.*2. *reſol.* 189. *per totam.*

Ergo nequaquam dici poteſt Mazareni Comitem, 150
qui ad favorem Donnæ Margaritæ, & ſuorum deſcendentium prædictos Status, & Baronias renunciavit, iis omnibus deficientibus vocatum non cenſeri, ſub illa inſtitutione, ſuccedat, qui de jure ſuccedere debet; quandoquidem hæc regulatur, ut ab inteſtato, & in hoc caſu, renuncians omnibus aliis agnatis excluſis, eſt indubitabilis ſucceſſor.

Accedit, quod ſecundùm leges, & conſuetudines 151
feudales in hoc Regno receptas, uſuque omnium Tribunalium comprobatas in iis, quæ particularibus Capitulis, & Statutis noſtris non contradicunt (ut infra alio in loco demonſtrabimus) mortuo refutatario abſque deſcendentibus, ſemper ſuccedit refutans excluſis aliis agnatis, quando refutatio eſt perſonalis, ut cautum eſt in dicto *Cap.*1. *de eo, qui fin. fec. agnat. cap.*1. *tit. ſi de feud. defun. fuer. controv. inter Dom. & agnat.* & in terminis probant DD. omnes ſupra laudati num. 71. Ergo cum hac Juris feudalis diſpoſitione in hoc Regno recepta, cenſendum eſt prædictam teſtatricem ſe conformare voluiſſe.

Quinimò, etiamſi alterius partis Advocatis rem gra- 152
tam facere voluiſſemus, concedendo eiſdem, quod Donna Margarita habuit liberam de prædictis feudis poteſtatem diſponendi, ſaltem ad vitam dicti Comitis renunciantis, prout in ultimis allegationibus manuſcriptis nobis perſuadere tentarunt. Adhuc tamen præ oculis habentes ultimam Donnæ Margaritæ voluntatem in prædicto ejus teſtamento explicitam, non liceret à ſupraſcripta traditione recedere, cum eo ipſo, quod noluit de prædictis feudis diſponere ad favorem hæredis univerſalis, ab ea inſtituti in omnibus ſuis bonis allodialibus, & burgenſaticis, ac ſpecialiter de eis diſpoſuit inſtituendo particularem hæredem, illum, qui de jure ab inteſtato eſſet ſucceſſurus, non ſolum cenſetur remiſſa illa facultas diſponendi; verum perindè haberi debet prædicta diſpoſitio, ac ſi expreſsè, & nominatim dictus Mazareni Comes fuiſſet vocatus, & inſtitutus.

Probatur illa communiſſima DD. traditione, quod 153
ſi is, qui poteſt eligere, & nominare majoratum, vel feudum decedit electione, aut nominatione non facta, ſuccedere debeat ille, qui alias de Jure ad ſucceſſionem admittitur, quaſi vocatur ex tacita morientis voluntate. *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.*2. *cap.*4. *num* 41. *Mierez de majorat.* 2. *part. quæſt* 48. *num.* 3. *Peregr de fideicom. artic.*33. *num.*57. *Morquecho de diviſ. bonor. lib.*1. *cap.*6. *num.*19. *Matienz. in l.*8. *tit.*8. *lib.*5. *Gloſſ* 3. *in fin. Acoſta de majorat. Regia Corona* 2. *parte ſub num* 16. *Simon. de pret. de interpret. ultim. volunt. lib.* 1. *ſolut.*5. *num.*5. *Anton. Gomez. variar. tom.* 1. *cap.*12. *num.*48. *Stefan. Gratian. deciſ.*135. *Caſtill. Sotomar. lib.*2. *controverſ. cap.*6. *num* 56. *& lib.*4. *cap.* 13. *num.* 12. *Larrea dict. deciſ. Granat.* 40. *num.*30. *Franch. deciſ* 45. *num.*5. *& deciſ.* 600. *per tot. Idem Caſtill. tom.*5. *controverſ.* 2. *parte cap.*183. *num.*8. *&* 9. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ* 4. *Gloſſ.* 9. *parte* 5. *num.*13. *&* 14. & infinitis laudatis *Amat. d. reſolut.*76. *num.*18. *cum ſeqq.*

Si igitur nulla facta electione, ſeu nominatione, 154
vocatus ille cenſetur, qui de jure ſuccedere debet, fortiori ratione hoc concedendum eſt, quando ille qui potuit eligere, nominare, vel diſponere, expreſsè

diſpoſuit

Digitized by Google

diſpoſuit, inſtituendo, & nominando illum, qui alias de jure ab inteſtato erat ſucceſſurus. Hoc enim caſu, non quidem tacite, ſed potius expreſſe videtur inſtitutus proximior ab inteſtato, qui ſecundùm jus, & Regni ſtatuta ſuccedere debet, quia cum lex ſemper ſit certa de eo, quod ſecundùm naturam verum eſt *L. antiqui 3. l. illud 5. ff. ſi pars hæredit. petatur l. cum quidam 30. §. ſuum heredem, ff. de acquir. hæredit.* ille met, qui verificatis verificandis in Judicio declaratur ſucceſſor ab inteſtato, cenſetur ab ipſo teſtatore nominatim vocatus, & inſtitutus ſecundum legis certitudinem. Et licet ſucceſſio regulanda ſit tanquam ab inteſtato, tamen, qui ſucceſſor declaratur ſuccedit ex cauſa teſtati uti inſtitutus a Teſtatore, & ſecundum ejus diſpoſitionem, ut alias dixit *Anton. Am. reſol. 10. n. 62. lib. 1.*

155 Hic autem verus ab inteſtato ſucceſſor in mente, & extimatione Dominæ Margaritæ ſemper fuit Mazareni Comes; illa, quippe, certò ſcivit (nec credibile eſt ignoraſſe) prædictum Comitem ſibi conſobrinum ex patruo D. Joanne ſecundogenito exiſtere: cum eo de ſucceſſione dictorum Statuum ob mortem D. Fabritii Avi communis controverſiam habuiſſe: Tranſactionem, & concordiam inter eos initam fuiſſe: ab eoque renunciationem obtinuiſſe; Unde ipſa abſque filiis decedente, vivo adhuc dicto Comite, non eſt ambigendum, illum, uti indubitatum ejus in dictis feudis ſucceſſorem habuiſſe, & exiſtimaſſe, ſive ex eo, quod veluti renuncianti, & refutanti debebatur eidem ſucceſſio reverſionis jure deficientibus perſonis contemplatis; ſive quia (etiam, quod ipſa de prædicta refutatione non cogitaret, credens ſe veram ſucceditricem ob mortem patris D. Franciſci refutatarii) non dubitavit ad illum uti patruelem maſculum ex maſculo, & de linea ſecundogeniti, in concurſu alterius patruelis maſculi ex fœmina tertiogenita, prædictam ſucceſſionem pertinere, quod in ſuo teſtamento noluit explicitè declarare, certis reſpectibus, & motivis, quæ nobis explicare non eſt permiſſum.

156 Ex quo ſequitur prædictam Dominam Margaritam, dictum Mazareni Comitem voluiſſe in dictis feudis inſtituere, & verum ſucceſſorem declarare; quando enim conſtat de intentione, & mente Teſtatoris adeò evidentiſſimis argumentis, & conjecturis, hæc ſequenda, & attendenda eſt, licet in verbis aliqua poſſit eſſe dubitatio (quæ in præſenti non reperitur) *Text. in l. Labeo in fine, ff. de ſuppellectile l g. l. nominis, & rei, §. verbum, ff. de verb. ſignific. cap. intelligentia 6. & cap. propterea 8. & extra eodem tit. Gratian. diſcept. for. tom 4. cap. 7 9. num. 21. & cap. 755. n. 23. & tom. 5. cap. 814. num. 14.* cum aliis deductis *à Velaſco in loc. commun. litt. N. num. 71.* Ac per conſequens ad ejus favorem dicendum eſt diſpoſuiſſe, etiam quòd (ut minus rectè prætendunt Adverſarii) liberam haberet diſponendi facultatem durante vita prædicti Comitis Mazareni, quia illum inſtituendo, videtur remiſſa illa libera facultas, quam ex pacto, ſeu renunciatione habere contenditur; Cum jam appareat de mutata voluntate; ut in hoc caſu agnoſcunt Adverſarii in id allegantes *Aretin. in l. qui ſuperſtitis, num. 3. quæſt. 3. ff. de acquir. hæredit. in verſ. ſed dubitatur, & verſ. præterea, Menoch. conſ. 6. num. 19.* quibus addi poſſunt, & melius *text. in l. §. 1. & §. item, nonit. l. 2. tibi Gloſſ. verbo legatarium, ff. de dote prælegat. l. ſi tibi, ff. de adimend. legat. Gloſ. in §. ſed ſi uxori, verbo pleni s inſtitut. de legat. Soc. d. conſ 115. lib. 1. & conſ. 471. lib. 4. Cardin. Tuſch. in prædictis lit. O. concluſ. 146 num. 1 tom. 5.* & alii apud *Caſtill. Sicul. deciſ. 145. num. 4 Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. Gloſ. 10. parte 1. num. 42. & 43.*

157 Præter quam quod, Domina Margarita certò certius agnovit, non potuiſſe de prædictis Statibus, & feudis in extraneum hæredem diſponere, etiam pro tempore vitæ dicti Comitis Mazareni, ut per actum facti in prædicto ſuo teſtamento demonſtravit, inſtituendo hæredem univerſalem in allodialibus Don Joannem Dominicum Columna; in feudalibus verò, illum, qui de jure ſuccedere debebat; [illegible] eſſe reſtitutioni ſubjectos, & ad [illegible] extraneum nulla ex cauſa [illegible] [illegible] credibile eſt ipſa extimaſſe [illegible] [illegible] cabile fuiſſe decedente dicto Comite Mazareni [illegible] ad ejus vitam tantum diſponere [illegible] intelligentiæ, repugnat [illegible] qua Jure proprio ad illam per [illegible], *inſtituiſſe per mio herede [illegible]*, illud enim pronomen, *mio* [illegible], bis repetitum, indicat teſtatricem jure proprio, & ut dominam, & veram ſucceſſorem pro tempore vitæ ſuæ poſſediſſe, ac diſpoſuiſſe [illegible], in quem de jure diſponere poterat; *l. quinimo* [illegible] *ſcribit. Quintus Mutius, ff. de auro,* [illegible] *ſuos ſervos, ff. de leg. 3. Bart. in dicto §.* [illegible] *Bald. in rubr. C. de verbor. ſignific. num.* [illegible] *Faber de ſubſtit. quæſt. 518. num. 4.* [illegible] *196. Leotard. de pact. nupt. tom. 2.* [illegible] *per tot.*

Nec ſupradictis obſtant DD. pro contraria parte allegati, ad probandum, quod renuncians eſt adeò excluſus, quod non poſſit cenſeri inſtitutus. Quia eorum dicta procedunt, vel quando ſuperſunt perſonæ contemplatæ, [illegible] terminis loquitur [illegible] *de erroribus* [illegible] *55. error. 10.* Vel quando renunciatio facta eſt favore conſervandæ agnationis, & ſuperſunt agnati, qui ſuccedere poſſint: quod idem eſt, ac extare perſonas in renunciatione contemplatas; quo in caſu loquuntur [illegible] *num. 87. & Pariſ. conſ. 26. num. 25. lib. 4.* [illegible] *Marcian. dicta diſput. 8. num. 4. Jacob. Gall.* [illegible] 158
ſil. 64. num 20. & Rota apud Tuſchum [illegible] *tiſar. dicta deciſ. 6. num. 26. & ſeq.* Vel quando renunciatio eſt realis, quomodo intelligendus eſt *Anton. Amat. dict. reſol. 10. num. 28.* qui ſatis perplexè loquitur, & poteſt etiam accipi in caſu quo extant perſonæ contemplatæ, ultra quod in tota illa reſolutione agit de bonis allodialibus, & in caſu ſatis diverſo, extra quos caſus nullus ex DD. in contrarium adductis firmat renunciantem ut incapacem eſſe excluſum, & non cenſeri inſtitutum: ut ex eorum dictis apparet.

Ideo in præſenti Articulo concludimus, Comitem Mazareni, ob mortem Dominæ Margaritæ abſque deſ- 159
cendentibus, reverti ad prædictos Status, & feuda refutata; & in eis ſuccedere, excluſo dicto Racendiæ Comite cognato in pari gradu, non obſtante prædicta renunciatione, eo quod fuerit perſonalis, ceſſaveritque cauſa finalis, extincta ſine liberis prædicta refutataria, quo caſu datur regreſſus ad jura renunciata, & limitatur regula vulgaris, quæ contrarium ſuadet, ut per *Afflict. in dicto cap. 1. §. fin. de feudo def. fuer. controverſ. Gailius lib. 2. obſerv. 141. num 10. Roſembal. de feud. d. cap. 2. concluſ. 21 litt. B. in fine Jacob. Gallus dicto conſ. 64. num. 21. & 22.* & ex hac ratione defectus cauſæ finalis, ita deciſum fuit per hanc M. R. C. in cauſa, de qua ſupra num. 144. reluctante quamvis *Thob. Beſſar. apud Zacam dicto conſ. 17.* ut patet ex juſtificationibus Judicum ad Tuum Sacrum Conſilium tranſmiſſis, in quo idem fuit judicatum; nihil obſtantibus dictis ampliſſimis clauſulis, quia habita pro perſonali refutatione prædicta, & extinctis perſonis contemplatis feuda ad renunciantis hæredes reverſa, pronunciatum fuiſſet; ex *Doctrina Loffredi in paraphraſi feud. cap. 1. de natura ſucceſſ. feud.* & de hoc ſatis, &c.

ARTICULUS III.

Secluſo reverſionis jure, ſuppoſita tamen prædictæ renunciationis perſonalitate, etiam quod ſic nova ſucceſſio regulanda ab inteſtato ex diſpoſitione ultimæ poſſeditricis, inſtituentis illum, qui de Jure ſuccedere debet. Mazareni Comiti ſucceſſio competit ob prærogativam potioris lineæ in paritate gradus, & ſexus.

160 Difficilem, arduam, ſatiſque apud antiquiores Siculos controverſam diſceptationem de prærogativa lineæ in ſucceſſione feudorum obſervanda, præſenti Articulo agredimur. Sed ne videamur extra chorum ſaltare, alias involventes ſucceſſiones, diverſaſque caſuum ſpecies, à noſtro hoc inſtituto prorſus aliena; Præmittendum eſt, nos verſari in materia ſucceſſionis feudorum ex pacto, & providentia Principis, cum expreſſa primogenitura ex diſpoſitione concedentium, & inſtitutione primorum acquirentium; cujus controverſia dirimenda, ac decidenda eſt, ſecundùm iſtius Fideliſſimi Regni Leges, Capitula, & Statuta per Tuæ Catholicæ Majeſtatis Glorioſiſſimos Prædeceſſores edita, & confirmata, illa in caſu dubio interpretando, ac declarando juxta jus commune, uſus, & conſuetudines feudorum, receptiores, ſolidiores, ac rationi, jurique magis conſonas Doctorum ſententias. Non autem tractari de ſucceſſione alicujus Regni feudalis, aut liberi, in qua, vel ex peculiaribus ejuſdem legibus, vel aliis conſiderationibus, nec repræſentatio inter defuncti Regis tranſverſales, nec lineæ prærogativa ad ſuccedendum attenditur; ſed potius gradus propinquior, & in paritate gradus, virilis ſexus ad Regni gubernationem aptior, & major ætas (cui major ſapientia, prudentia, ac rerum experientia ineſt) pro publica Regni utilitate regulariter præfertur, ut perſpicuè colligitur ex traditis ab *Illeſcas. in Hiſtor. Pontif. tom.2. cap.19. rubr. Reyes de Aragon. Volfangus Latius de migrat. gentium lib.10. num.29. rubr. Reges Aragon. Lanar. conſ.1. Aguierre de ſucceſſ. Reg. Portugall. 2.p num.268. & ſeqq. Theodor. alleg.100. n.8. & 9.* quos refert & ſequitur *D. Joann. Franciſ. Martian. lib.1. diſp.4. num.19.*

161 Illud enim vulgare axioma, quod valeat argumentum de majoratu ad Regnum, ut per *Molin. de primogen. lib.3. cap.7. num.17.* non ſemper, & in omnibus verum eſt; imò multas habet fallentias, ac limitationes, quas explicare hic non eſt permiſſum; cancellos egrediendo muneris injuncti; illas doctiſſimè, & feliciſſimè deſcribunt celeberrimi Juriſconſulti, in cauſa ſucceſſionis Luſitani Regni pro Prudentiſſimo Tuæ Majeſtatis Avo, ac Domino Noſtro Rege Domino Philippo Secundo æternæ, ac glorioſæ memoriæ, ac iis temporibus contra rebellem tyrannum Joannem de Brigantia pro Juſtiſſimi tui Juris tuitione Scribentes, quibus nihil ultra addi poteſt; illud tantum nos contenti non omittere, quod prædictum axioma debet intelligi ſecundùm cujuſlibet Regni particulares leges non contrarias reſpectu utriuſque ſucceſſionis, ut ſunt Luſitaniæ, ubi in Regno, & in majoratibus ex bonis Regiæ Coronæ inſtitutis non datur repræſentatio, nec lineæ prærogativa, maximè inter tranſverſales, ut cautum eſt per legem latam in Curiis Lameci (de qua *Pater Caramuel in Philipp. prudent. lib.2. art.4. n.10.*) & per legem mentalem; ſicuti teſtantur, laudati a *Patre Molin. de Juſt. & Jure 3. part. diſput.630. & 632.* quos ipſe ſequitur, & aliis per multis relatis, *D. Joann. Franc. Martian. lib.1. diſp.10. num.80. & 81.* at in majoratibus ex bonis patrimonialibus fundatis, repræſentatio, & linea attenditur, dummodo non concurrant omninò tranſverſales reſpectu primi fundatoris: juxta ordinationem *Luſitanor. tit.100. lib.4.* quam ſic explicant *Pereira deciſ.59. num.7. & ſeqq. & Reinoſſo obſervat.23. cum tribus ſeqq.* aliòs DD. ex eodem Regno referentes.

162 Unde præfatum axioma, tantummodo admitti poterit illo in Regno, ubi leges de ejus, & de majoratuum ſucceſſione loquentes, uniformiter ſucceſſionis formam aſſignant, ut in Regnis utriuſque Caſtellæ *lex 2. tit.15. part.2. & l.40. Tauri* diſponens in majoratibus, nullo modo inter ſe diſſidentes: ut eſt videre apud *Molin. dict. lib.3. cap.6. in princ.* & numeris ſequentibus.

163 De uno namque Regno ad alterum, ubi ſunt contrariæ, & repugnantes, aut diverſum Jus conſtituentes leges, quam ſuper primogeniorum ſucceſſione, non poterit validè argumentari: *Ex reg. l. cunctos populos in princ. C. de Summa Trinit. l. ult. C. de Juriſdict. omn. Jud. cap.2. ad fin. de conſtit. lib.6.* niſi de eo, in quo cum Juris communis diſpoſitione, unæ, & alteræ municipales leges ſe conformaverint, vel per illud poſſint interpretari, ſecundùm ſubjectam materiam, ſtatuentium mentem, & diſpoſitionem concedentium, vel acquirentium bona feudalia, de quorum ſucceſſione contenditur; nam quælibet ſucceſſio regulanda eſt ſecundum leges, & ſtatuta illius Regni, ubi ſita ſunt bona, cum quibus ſe cenſetur velle conformare diſponens, ſeu Teſtator: Juxta vulgar. regul. *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad trebell.* cum aliis ſupra in ſecundo Articulo adductis. Ac propterea infiniti DD. qui ex adverſa parte contra lineæ prærogativam adducuntur, de ſucceſſione Regni tractantes, & præcipuè ii, qui in cauſa Luſitaniæ ſcripſerunt, non poſſunt punctualiter ad præſentem quæſtionem allegari.

164 His ſic præmiſſis, præſens diſceptatio de prærogativa lineali, eſt inter duos patrueles, alteri patrueli ſuccedere volentes, qui licet tranſverſales ſint ultimæ poſſeditricis: deſcendentes tamen à primis feudorum acquiſitoribus, & à proximo communi ſtipite, ſeu trunco D. Fabritio Avo, Buteræ Principe, à quo tres communes parentes, tot linearum capita proceſſerunt, in pari gradu reperiuntur; unus, nempè Mazareni Comes ex linea ſecundogeniti: alter verò ſcilicet, Comes Racudiæ ex linea fœminæ tertiogenitæ: hæc major ætate: ille vero ætate minor.

165 Quæſtio iſta in terminis *Cap. ſi aliquem 33.* Domini Regis Jacobi, ad ampliationem, extenſionemque conſtitutionis, *ut de ſucceſſionibus titulo de ſucceſſione nobilium in feudis*, in linea tranſverſali ab inteſtato editis, antiquis temporibus inter noſtros DD. Siculos, pro exiſtente in gradu proximiore, & in paritate gradus, & ſexus, pro majori natu, poſtpoſita lineæ prærogativa; plerumque fuit ſopita; ibi enim Antiqui Patres linealem obſervationem non deguſtantes, litteralem Capituli ſenſum, non verò mentem, nec genuinam intelligentiam attendentes, non ſolum inter tranſverſales, verum etiam inter deſcendentes, abnegata prorſus repræſentatione, & prærogativa lineæ, pro patruo contra nepotem, & inter duos nepotes pro majori natu ex ſecundogenito, contra natu minorem ex primogenito, conſtanter decertarunt, illo moti fundamento, quod in præfato Statuto proximior ad ſucceſſionem invitatur, ibi, *qui tempore mortis ſupererit defuncto proximior*, & majori natu prælatiò conceditur, ibi, *ut maſculus fœminam, & Juniorem major natu præcedat*, quibus verbis, ſibi ſunt perſuaſi, repræſentationem, lineamque penitus fuiſſe excluſam, ut ex infra dicendis apparebit.

166 Hæc prædicti Capituli interpretatio non ſine contradictione (jam unam; jam vero alteram opinionem in Tribunalibus amplectendo, cum graviſſimo litigantium diſpendio) perduravit uſque ad feliciſſima tempora Invictiſſimi Imperatoris, & Tuæ Majeſtatis pro-Avi Domini noſtri Caroli V. qui anno 1530. ad iſtius ſui Fideliſſimi Regni ſupplicationem per viam declarationis dicti *Cap. ſi aliquem*, & ad tollendum omne dubium,

Digitized by Google

dubium, liteſque reſecandas ſtatuit, & decrevit, nepotes, & deſcendentes ex filio primogenito præmortuo, præferri deberi in Avi, vel aſcendentis feudali ſucceſſione, filio ſecundogenito, & per conſequens tertio, vel quarto genito; non obſtante, quod dicti nepotes, & deſcendentes primogeniti minores natu exiſterent; nec quod filius ſecundogenitus in vita patris poſſeſſionem feudi fuiſſet adeptus, ut conſtat ex cap.118. dicti Invictiſſimi Imperatoris. Quod, cum nihil diſponeret in caſu, quo primogenitus relicta filia fœmina eſſet præmortuus, fuit deinde per eumdem Dom. Imperatorem in anno 1543. ad ſupplicationem Regni additum, & extenſum per cap.204. declarando prædictam filiam primogeniti præferendam eſſe amitæ ſui patris ſorori, non vero patruo ſecundogenito, & hoc favore agnationis conſervandæ, ut, ſcilicet, feuda conſervarentur, & perpetuarentur in domo, & cognomine unde proceſſerunt.

167 Cum vero in linea tranſverſali nihil ſpecialiter fuiſſet diſpoſitum, & hinc dubitandi anſam arriperent nonnulli, (ſubtilitati magis, quàm veritati deferentes.) Utrum in hac linea idem, quod in deſcendente eſſet obſervandum, ex quo quamplurimæ excitabantur lites; fuit denique ad iſtiuſmet Regni ſupplicationem, per Tuæ Majeſtatis prudentiſſimum Avum, & Dominum noſtrum Regem Philippum II. ſuper hoc dubio proviſum, anno 1563. per cap.18. ejuſdem Domini Regis, in quo linea collateralis exæquata fuit cum linea deſcendenti pro caſibus futuris, eodem modo, & prout ut dictis cap.118 & 204. Domini Imperatoris fuerat in dicta linea deſcendenti declaratum.

168 Sed proh, dolor! adhuc lites in dies creſcunt, & illarum dirimendarum ratio, Sanctorum Dominorum Regum zelo, Regnique providentia conſiderata, ac in dictis Capitulis expreſſa, hoc grave damnum à noſtra Republica eliminare ineſficax eſt; contendunt namque multi ex Juriſconſultis hujus Regni, prædicta capitula correctoria eſſe dicti *Cap. ſi aliquem*, ob idque reſtringenda ad caſus particulares, in quibus loquuntur, ita ut ſolus nepos filius primogeniti præmortui in ſucceſſione Avi, excludat patruum ſecundogenitum, non vero pronepos, vel abnepos, ſi fortè vivente abavo natus fuiſſet; item quod neptis non excludat amitam in ſucceſſione Aviæ; deinde quod inter duos nepotes ſuccedentes Avo, præferatur, qui fuerit major ætate, licet filius ſit ſecundogeniti, alter verò ætate minor ſit filius primogeniti; rurſus quod in linea tranſverſali ultra filios fratrum, ſuccedentes cum patruis alio patruo defuncto (& ſic inter patrueles, & infra) locum non habeat diſpoſitio dicti cap.118. Potentiſſimi Regis Philippi, aliaque denique confingunt, ut litibus, & clientibus inſerviant, quæ materiam ſubminiſtrant ad inimicandos animos, abſumendas nobilium facultates, totiuſque Reipublicæ concordiam infringendam, ut optimè in puncto ponderavit *D. Joan. Bapt. de la Rea deciſ. Granatæ 39. n.38. & 39* videtur præſenſiſſe Iburranes, Menandri noſtræ Siciliæ quondam Regis Conſiliarius, his verbis: *Nunc æterna ſunt jurgia, ut ſi non ſumptibus ſit moleſtiarum ratio, gravius putes ſic vincere, quam confeſtim damnari; illud eſt potiſſimum, quod exigit tuam curam; amputa has ambages, conſtitue ſtatum, ultra quod nullis litibus fas ſit ſeneſcere*, (& pergit) *dolens ut dubia ex dubiis ſerantur, & immani dilatione, aut dilaceratione pereant litigantes, quibus ſupplicibus, Judices non moventur, quia magis amant longiora in ipſos exercere Imperia.* Verba quidem ſummè notanda, & proſequitur alia multa *Giurb. de feud. §.1. Gloſſ.1 num.21. verſ. tum ex aliis.*

169 Ad rem igitur deveniendo, ut quod noſtri muneris eſt exequamur; lineæ prærogativam, in præſuppoſitis terminis dicti *Cap. Si aliquem*, & recentiorum Capitulorum Dom. Imperatoris Caroli, ac Dom. Regis Philippi attendendam, & obſervandam eſſe in ſucceſſione feudorum cum qualitate primogenituræ, firmiter aſſerimus, & incipiendo à dicto *Cap. Si aliquem*, hoc ex ipſiuſmet verbis apertè deprehenditur, ibi, *in ſucceſſione verò promiſſa inter feudatarios, & ſubſeudatarios in eodem Regno Francorum jure viventes, ſexus, & primogenituræ prærogativa ſervetur, ut maſculus fœminam & juniorem, major natu præcedat.* Quibus verbis ſi in Regnis eſſemus utriuſque Caſtellæ, nullus dubitaret formam majoratus regularis in eis fuiſſe præſcriptam ut per *Molin. lib.2. cap.17. num.1.* & alibi ſæpè apud eum, & alios DD. Hiſpanos. Videamus nunc quomodo in hoc Regno intelligi, ac interpretari debeant?

Clauſulam Juris Francorum nihil aliud importare, 170
quam quod ſemper ſuccedat primogenitus; & quod ſucceſſio de primogenito in primogenitum deferatur, probavimus ſupra Art.1. num.28. & ultra ibidem relatos indubitanter docent poſt *Iſern. Aſſlict.* & alios *Tiraquell. de primogen. in præfat. poſt num.3. Tapp. deciſ.2. num 140. & 151. Crell. in Cod. ad l. Jacobi nota 41. fol.41. poſt verſ. argument. 3. Cannett. in hoc Cap. Si aliquem verbo Francorum jure num.5. & 6. fol.267. Cumia in eodem verbo num.1. Regens Corſett. ad patrem conſ.11. num.23. Amat. lib.1. reſolut. 1. num.31.* qui alios laudat.

Ergo, ſi Jure primogenituræ ſucceſſio deferenda
est, juxta formam in hoc Capitulo præſcriptam, & 171
in primis Inveſtituris, ac inquirentium diſpoſitionibus expreſsè aſſignatam: lineam primogenitorum, ac in ea repræſentationem eſſe obſervandam, neceſſariò dicendum videtur, non enim aliter poſſet jure primogenituræ, nec linea recta verè, atque præcisè ſuccedi (inquit *Molin. lib.3. cap.6. num.41.*) niſi lineæ prærogativa, ac ea in repræſentatio eſſet attendenda; Quare inter alias obſervationes ad ſuccedendum jure primogenituræ: linea primum obtinet locum, ſecundo gradus, tertio ſexus, ac denique ætas; ita ut nullus poſſit ſuccedere, niſi ſit in linea, & inter exiſtentes in linea, qui fuerit gradu proximior, & in pari gradu, qui melioris ſit ſexus, ac in pari gradu, & ſexu, qui fuerit major ætate, de qua non habetur ratio, niſi prætendens ſit in linea, gradu, & ſexu: docent eleganter *Molin. dict. tit.3. cap 4. num 13.* ubi *Addentes* infinitos DD. laudant *Covarr. in pract. cap.38. num 12. Ant. Gomez in l.40. Tauri num.66. D. Joan. del Caſtill. lib.5. controverſ. cap.95. ex num.3 & cap.91. num.62. Valenzuol. conſ.97. num.13. & 14. Caſſanat. conſ.38. num.114. Ramon. conſ 100. num.502. verſ. & ſic dicendum. Aponte de poteſt. Proreg. tit.9. num.30. & 42. & 43. Amat. dicta reſol.1. num.32. Barbat. de fideicomm. parte 1. cap 4. num.51. & 52. Tondut. Sanleger. reſol. civil. parte 1. cap.89. ex num. 4. Giurb. de feud. §.2. Gloſſ. 10. num. 15. Ludovic. de Reinoſſo obſervat 23. num.2. 4. & 8. cum ſeqq.* qui alios quamplures referunt.

Inſtituta namque primogenitura, quilibet filius pri- 172
mogenitus, naſcendo ſe includit in ſucceſſione, & ſuis deſcendentibus lineam conſtituit, ad excluſionem ſecundogeniti, & ejus lineæ, & iſte ad excluſionem tertiogeniti, & ſic deinceps, ex celebri *doctr. Baldi in l. tum antiquorib. num.13. verſ. ego quia, C. de jure deliberandi*, quam aliis pro ea relatis, extollit *Don Joan. Franciſ. Martian. lib.1. diſp.2. num.35. & ſeqq.* quia unuſquiſque poſſeſſor primogenii, ſtirps, ſeu truncus dicitur tot linearum, quot filios, vel filias habet, quorum, quilibet eſt caput novæ lineæ deſcendentis reſpectu patris, & tranſverſalis reſpectu fratrum ſuorum, inter quas ſucceſſionis ordo ſecundùm ordinem primogenituræ ſervatur, *Text. in cap. ult. de conſang. & affinit.* ibi, *per aliam lineam deſcendentem ex eod.* & notat *Gloſſ. in cap. quod dilecto 3. eodem tit.* ibi, *Sic ergo habes duas lineas deſcendentes*, &c. eleganter *Paul. Caſtrenſ. in ſuo celebri conſ.164. num.4. & 5. lib.2.*

Digitized by Google

Covarr. practic. dicto cap.38. num.12. Palaez de majorat. 2. parte quæſt.7. num.13. Molin. de primog. lib.3. dict. cap.6. num.30. & 31. Reinoſſo obſervat.24. num.25. cum ſeqq. Amat. dict. reſol.1. num.32 Tappia dict. deciſ.2. num.141. & 142. Theſaur. quæſt. forenſ.34. num.9. lib.1. Aponte dict. tit.6. num.42. & 43. Valenzuela dict. conſil.47. num.9. Gutierrez practic. lib.3. quæſt.66. à n.16. Avenda in l.40. Tauri Gloſſ.17. num.26. & 27. Cancer. lib.3. variar. cap.21. ex num.292. Giurb. de feud. dict. §.2. Gloſſ.10. num.46. Mangil. de Imputat. q.77. num.27. & 173. Caſtill. lib.3. controv. cap.19 num.95. ad med. & num.106.108. 117. & 188. & tom.5. cap.93. numer.5. Raman. dicto conſ.100. num.483. Eſcobar. à Corro de purit. & nobil. 1. parte quæſt.4. §.1. num.44. & Addentes Molin. dict. lib.3. cap.6. num.29. uſque ad 32.

173 Et de una linea ad aliam, nunquam fit tranſitus, niſi deficientibus omnibus his, qui ex illa linea proceſſerint, linea namque illius, qui ſucceſſionem, & poſſeſſionem occupavit, omninò debet eſſe extincta, ut alia ingredi poſſit, ad quod communiter allegari ſolet *Text. in cap.1. de natura ſucceſſ. feudi* [de quo alibi diſſeremus] & in *cap.1. de duobus fratr.b.s, & in cap.1. de ſucceſſ. fratr. de gradibus ſucced. in feud. Molin. dict. lib. 5. cap.4. num. 14. & cap.6. numer. 32.* ubi *Addentes, Franciſc. Souſa in l. fœmina, cap. 1. numer. 290 Guglielm. de Monferrat. de ſucceſſ. Regn. Franciæ dub.1. num. 7.* & alii numer. præcedenti laudati.

174 Iſtius autem linealis prærogativæ ratio, variè ab interpretibus aſſignatur; ſed brevitati conſulentes, nobis magis arridet, deſumendam eſſe ex ipſa natura, & qualitate primogenituræ, & vocatione primogeniti: eo enim ipſo, quod in diſpoſitione vocatus eſt primogenitus, non ſolum ille, ſed etiam nepos & omnes primogeniti ab eo deſcendentes in perpetuum vocati cenſentur; ut cum *Abbate, Caſtrenſ. Tiraquell. Dec. Soc. in. Palacioſ. Rub.* & aliis, & advertit *Molin. dicto lib.3. cap 6. num.29. Covarr. dicto cap.38. num.6. & 7. Guttier. dict. quæſt.66. à num.16.* ſicque, quilibet primogenitus proprio Jure, & ex propria vocatione intelligitur vocatus, & ad ſucceſſionem admiſſus, ut probat idem *Molin. lib.1. cap.1. à num.17.* ubi *Additio* plures cumulavit *Caſtill. dicto lib.3. controverſ. cap.19. num.167. & tom.5. cap.93. §.8. num.9. & cap.161. n.11. Giurb. de feud. dict. Gloſſ.2. §.6. num.35. & deciſ.108. num.12. Coſta Sicul. conſ.63. num.15. & 20. Ciriacus in reſponſ. Decatus Mantuæ art.1. num.272. & 273. Reinoſſo obſervat.24. num.29. cum ſeqq. Amat. de reſol.1. num.53. D. Joan. Franciſc. Marian. lib.1. diſput.10. à num.29.* & ex quo primogenitus cenſetur magis dilectus, ideò non ſolum ipſe, ſed tota ejus linea prædicta intelligitur, ut dum aliquis de illa ſuperſit, præferatur ſecundogenito, & ejus lineæ, & ſic in ulterioribus, argumento *l. cum avus, ff. de condit. & demonſtr. l. cum acutiſſimi, C. de fideicomm.* cum ſimilibus conſiderat *Anton. Gomez in l.40. Tauri num.66. verſ. 6.*

175 Undè audiendi non ſunt nonnulli DD. qui dixerunt, prærogativam lineæ provenire ex jure tranſmiſſionis à patre in filium primogenitum, quia ut benè conſiderant *Addentes Molin. dicto cap.6. num.36. uſque ad num.39.* tranſmiſſio fundatur in jure quæſito, & ubi non eſt quidditas, ſed ſpes, ceſſat tranſmiſſionis eventus, ex Doctrina *Bart. in l. ſi filius, ff. de collat. dotis, & in l.1. §. ſi filius, ff. de conjug. cum emancip. lib.* & aliis, quos ibidem referunt; ac ideò primogenituram non tranſmitti dicunt: *Velaſc. de Jur. emphyt. 1. parte quæſt.50. num.44.* & ante eum *Jaſon. in l. ſi cui legatur, §.1. num.5. ff. de leg.2. Ioann. Andr. ad Speculat. tit. de feud. ad fin. Coſta de ſucceſſ. Regn. pag.22. verſ. unde, & pag.109 & 185. Anton. Gamma deciſ. 174. num.19. & deciſ.93. num.1.* & fuit de mente *Gloſſ. final. in l. unica, C. de His, qui ante apert. Tab.*

Probabilius tamen eſt, quod alteri dicunt, nempè, quod quando ſucceditur jure primogenituræ admittitur repræſentatio uſque in infinitum, quæ efficit, ut linea ſit veluti concatenata de uno in alium primogenitum, & ſic ejus perpetuitas conſequatur ex *Molin. dicto cap.6. num.41. Gutierez dicto lib.3. practic. q.67. num.44. & ſeqq. Avendan. in l.40. Tauri, Lara de anniverſariis lib.1. cap.5. num.9. Caſtill. dicto lib.3. cap.19. num.45. & 227. Pater Molin. de juſtit. diſp.627. num.13. tom.3. Robles de repræſent. lib.3. cap.3. & 19. Surd. conſ.403. num.16.* 176

Sed nihilominus, verius judicamus hanc linealem prærogativam non fundari in ſola repræſentatione. 177
Licet enim admiſſa linea ad ſuccedendum Jure primogenituræ, videatur admiſſa repræſentatio, quæ filium in locum patris ſubingredi facit; hæc non eſt illa repræſentatio, quæ de jure communi habebat locum inter deſcendentes uſque in infinitum, & inter tranſverſales uſque ad filios fratrum ſuccedentes cum patruis (*de qua in authent. de hered. ab inteſt. veniunt, §1. & 9. ſi igitur collat. 9. §. cum filius inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. deff.* cum ſimilibus,) quia iſta ſolum efficiebat, quod filius repræſentaret gradum patris, & non poterat operari, quod repræſentaretur ſexus, aut ætas, cum eſſet naturaliter impoſſibile, ut eleganter conſiderat *Molin. dicto c.p.6. num.48. & 49.* quem ſequuntur *Guttier. dicto lib.3. quæſt.67. num.21. & quæſtion. 68. num.23. & 45. Caſtill. dicto cap.19. num.50. Avendan. in dicta l.40. Tauri Gloſſ.2. num.2. & 3. Robles de repræſentat. lib.1. cap.11. num 10. Amat. dicta reſol.1. num.44.* & alii de quibus infra; ac per conſequens, in ſucceſſione per viam primogenituræ nepos excluderetur à patruo, cum eſſet major ætate, & etiam excluderetur neptis, cum nec ſexum, nec ætatem patris poſſet repræſentare; ut dicunt *Ancaran. Surd. Capic. Galeot. Alexand. Decius, Alvar. de Ribera, Fuſarius, Carena, Redenaſc.* & alii in contrarium allegati, quos ſequitur *Pratus diſcept. 38. num 28. & ſeqq.* (& quos non impugnamus, quia loquuntur in diverſis terminis, data enim vera primogenitura, nobiſcum conſentiunt, videndus *Redenaſc. conſ.82. à num.1.*)

Ob idque alia, & diverſa repræſentatio ab ea, quæ de jure communi concedebatur, eſt neceſſariò intelligenda, & hæc non poteſt eſſe alia, niſi repræſentatio Juris, ac qualitatis primogenituræ, quæ à patre communicatur filio primogenito, & cujus ratione ſucceſſio patri competebat; hæcque potius eſt effectus primogenituræ, quam ejus repræſentatio, ut multis relatis obſervant *Addentes Molin. d. cap.6. num.49. uſque ad 51.* 178

Quare perſiſtimus in ſupra tradita, & aſſignata ratione num.174. videlicet, lineam eſſe obſervandam ex ſola qualitate primogenituræ, quæ efficit, ut quilibet primogenitus unus poſt alium cenſeatur vocatus, & ſubſtitutus proprio jure, & propria vocatione, ut ultra ſupra relatos, probant eleganter in terminis *Addentes Molin. dicto cap.6. num.36. uſque ad 39.* ibi, *& ideò neceſſe non eſt, quod ſucceſſio filii, nepotis, pronepotis, & deinceps, patre, vel parente prædefuncto, repræſentative contingat, eo modo quo fit de jure communi repræſentatio, ſeu tranſmiſſio, ſed ex vocationibus, & ſubſtitutionibus tantum; quibus filius ſubſtitutus eſt patri proprio jure, & nepos filio, & ſic de cæteris deſcendentibus in infinitum. Menoch. conſ.211. lib.3. & conſ.1082. lib.11. Guttier. lib.3. pract. quæſt.66. num.16. cum ſeqq.* & in ſpecie *Pater Molina dicta diſp.626. n.15. &c.* quò nihil clarius pro hac noſtra ſententia. 179

Ex quo ſequitur, nepotem ex filio primogenito præmortuo in vita parentis, non indigere illo beneficio repræſentationis de jure communi introducto, ad ſuccedendum Avo in primogenio, cum ex propria vocatione, & de jure ad ſucceſſionem debeat admitti, ac propterea etiam ſecluſa repræſentatione, eſſet 180

admittendus

Digitized by Google

admittendus ob prærogativam melioris lineæ, ad excluſionem ſecundogeniti, ut tradunt *Bero. conſ.71. num.57. lib.1. Anton. Gamma deciſ.160. num. 3. Gutier. dict. quæſt.65. num.30. Molin. dicto lib.3. cap.6. num.58. verſ. ſecunda conſideratio, & num.52. Reinoſſo dicta obſervat.24. num.30. & 31.* ibi, *item, ſi qua ratione non ſit locus repræſentationi, tamen ſuccedentes ex propria perſona, & propria vocatione, idem Jus obtinebunt, &c. Bolognettus in conſ. pro Tribultiis, n.59.*

181 Quæ omnia procedunt, non ſolùm inter deſcendentes venientes ad ſucceſſionem aſcendentis, ſed etiam inter transverſales, alteri transverſali ſuccedere volentes; adhuc enim lineæ prærogativa eſt obſervanda, maximè ſi deſcendentes ſunt à primo fundatore, ſeu acquiſitore, [ut in præſenti caſu] quia deficiente linea primogeniti, ſemper recurrendum eſt ad proximum ſtipitem, ſeu truncum, ex quo melior eligitur linea ex his, quæ ſuperſunt, videlicet, linea ſecundogeniti; nam quemadmodum vocatus, præpoſitus, & prædilectus fuit primogenitus, & ejus linea, eodem modo poſt eum, ejuſque lineam fuit vocatus, & prædilectus ſecundogenitus, & ejus linea, ut advertunt ſupracitati DD. præcipuè *Covarr. dicto cap. 38. num.5.* ibi, *Nam ſecundogenitus cenſetur vocatus poſt primogenitum, & ejus liberos, vel primogenito mortuo abſque liberis*, ſequitur *Caſtill. dicto cap 19. num. 95. verſ. & ſic mortuo poſſeſſore majoratus*, quod omnes fatentur.

182 Undè non eſt in conſideratione, quod concurrentes ad ſucceſſionem, transverſales ſint reſpectu ultimi poſſeſſoris, quoniam ſemper verum eſt eſſe vocatos, & ſubſtitutos ſecundùm ordinem primogenituræ, cum prælatione unius lineæ ad alteram, ut deficiente primogenita, ingrediatur ſecundogenita, ad excluſionem tertiogenitæ, & etiam eſt verum, omnes concurrentes eſſe deſcendentes à primo inſtitutore, & à proximo ſtipite, à quo linea ultimi, & omnes aliæ proceſſerunt. Qua ratione inter iſtos transverſales, à primo fundatore deſcendentes, lineam eſſe obſervandam, conſtanter defendunt *Molin. dicto lib.3. cap.6. num.34. & 35. & cap.7. per tot.* & utrobique *ejus Additio, Caſtill. dicto cap.19. num.86. cum ſeqq. & n. 72. Reinoſſo obſerv.26. per tot.* latè *D. Joan. Franciſc. Martian. dicto lib.1. diſput 10. per tot.* præcipuè *ex num.29. cum ſeq. num 60.* & loquens in feudis *diſp.3. num.27. & 28.* qui plures laudant: imò & inter omninò transverſales reſpectu primi Inſtitutoris, idem ex veriori ſententia, contra *Gregor. Lop. Anton. Gomez. Mexrez, Avendan.* & alios tenet *Covarr. dicto cap. 38. num 9. Gomez, Arias in l.38. Tauri num.18. Coſta de ſucceſſ. Regn. 1. parte num.32. & 3. parte num.59. Matienzo in l.5. Gloſſ.4. ad fin. tit.7. lib.5. recop.* ubi *Azevedo, num.3. Molin. dict. cap. num.10.* ubi *Addentes, Gutierez 3. pract. dicta quæſt. 66. à num. 13. Caſtill. dicto c. 19. ex num.10. Martian. dicta diſput. 10. à num. 40.*

183 Deinde & ſupradicta locum habent, etiamſi in diſpoſitione vocatus ſit filius major natu; quia hoc etiam caſu, prærogativa lineæ eſt obſervanda, ut cum *Molina, Covarr. Molina Theolog. Matienzo Peralta, Gamala, & Avendan.* tenet *Caſtill. dicto lib.3. cap.19. num.330.* præcipuè *ex num.324. Reinoſſo obſervat.25. num. 10.*

184 Et licèt *Amat. noſter dicta reſol.1. à num.17.* diſtinguendo dixerit: quod quando ſimpliciter vocatur filius major natu, vel deſcendens major ætate, qui tempore mortis ſuperſit, cenſetur excluſa repræſentatio, & prærogativa lineæ ex *Bero. conſ.71. per tot. lib.1. Malvaſia conſ.22. per tot. Honded. conſ. 10. lib.1.* ſecus autem, quando vocatur primogenitus, aut major natu cum qualitate primogenituræ: in pluribus laudatis concludit num.28. & ſequitur *Coſta Siculus dicto conſ. 67. num.2.* ac etiam *Rodenaſ. dicto conſ.82. cum Prato*, & aliis; nobis indiſtincta Caſtelli traditio non diſplicet, quam contra Malvaſiam, & reliquos DD. defendit in primogeniis cujuſcumque nationis, uni perpetuo deferendis.

185 Quotieſcumque enim conſtat de voluntate diſponentis, velle ſe primogenium inſtituere, intelligendum eſt, regulis primogeniorum ſe conformare velle, ſive dicat, quod ſuccedat primogenitus, ſive major natu; nam hæc vox *major*, denotat primum natum, & primogenitus, & major natus, idem ſunt, & primus natus eſt, qui reperitur primus in linea primogenita, quæ ſemper cenſetur vocata de primogenito in primogenitum uſque in infinitum, ut cum eodem *Caſtillo tom.5. controverſ. cap.143. num.40. verſ. Ego ſatè*, & aliis, notant elegauter *Addentes Molin. dicto lib.3. cap 8. num 18. & 19. verſ. quorum ſententiam*, qui num.20. dicunt, hoc procedere ex veriori ſententia, etiamſi vocatus fuerit major natu, qui tempore mortis ſuperſit, niſi relatio facta fuerit ad ſupervivientes nominibus propriis: quod non infringunt *Bero. Malvaſ. & Honded. ubi proximè*, quia loquuntur in diverſis terminis, ut ex eorum lectura apparet.

186 Ulterius, nec linealem hanc prærogativam in aliquo debilitat, quod DD. Hiſpani ad illam corroborandam à nobis ſupra allegati loquuntur in terminis *dictæ l.40. Tauri l.2. tit.15. p.2.* ex quibus, in Regnis utriuſque Caſtellæ repræſentatio, & linea in ſucceſſione majoratus, etiam inter transverſales in infinitum ſunt introducta. Quia prædicti DD. concordi, & communi placito firmant dictas legas partitarum, & Tauri, non correctorias, ſed declaratorias eſſe Juris communis, ut de primis teſtantur *Gregor. Lopez illarum Paraphraſtes in l.9. tit.15. p. 2. 6. verbo à mandar. Gutierez lib.3. practic. quæſt.29. num.6. Caſtill. tom.5. controv. cap.89. num.229. Carpio de Execut. ult. volunt. lib.1. cap 16. num.58. poſt princip. & lib.2. cap.11. num.17. ad fin. & de ſecundis Molin. dicto cap.6. num.24.* ubi *ejus Addentes*, quamplures referunt, & eſt expreſſa lex *Reg.6. tit 1. lib.2. nova recop.* Ac ideo concludunt, prædictam lineæ obſervationem ex Juris communis diſpoſitione, & generali Chriſtiani Orbis conſuetudine, ubi ſpecialiter excluſa non reperitur, ex natura, & qualitate primogenituræ, ac vocatione primogeniti, attendi, & ſervari debere, Ita *Molin. dicto cap 6. numer.52. ejus Additio num 25. uſque ad 29. verſ. ea demum ratione Gutierr. dicta quæſt.66. num.16. & 26. Covarr. dicto cap.38. num.12. Robles de præſentat. lib.2. c.19. num.14. Amat. dicta reſol.1. num.29. Coſta Sicul.67. poſt num 31. & 32. Mangil. de imputat. quæſt.77. num.27. & 37. Cutlar. in dicto conſ. feudal art.1. num.340. Sanleger. reſolut. civil. parte 1. dicto cap. 89. numer. 2. Martian. dicta diſput.10. à num.47.* qui alios infinitos laudant.

187 Et ne hoc in majoratibus Hiſpaniæ tantum, aut in fideicommiſſis perpetuis per viam majoratus relictis, procedere dicatur; idem etiam in feudis locum habere demonſtrabimus; Et omiſſis, quæ de repræſentatione in feudis, latè à Scribentibus congeſta ſunt, ut eſt videre penes *Roſenthal. de feudis cap.7. quæſt.26. & 56. & cap.2. quæſt.23. & 50.* & utrobique in Gloſſis; ac poſt eum in terminis prædictæ conſtitutionis, *Ut de ſucceſſionibus*, non inelegauter *Martian. diſput.1. uſque ad 5.* incluſivè in locis inferius referendis, reſolutione dicimus, in feudis gentilitiis, & familiaribus ex pacto, & providentia [talia erant omnia; inſpecto jure communi feudorum, quia non ad alios, quam ad hæredes ſanguinis tranſire poterant, ut conſtat ex dictis ſupra Artic.2. num.111. 112. & 113. & probatur ex confeſſione partis adverſæ, & adjungi poteſt *Amicang. in quæſt. feudal. quæſt.1. num.7. 10. & 18.*] repræſentationem, ex receptiori ſententia habere locum, tam inter deſcendentes quàm inter transverſales, ut apertè cautum eſt in dicto *cap.1. §. his verò de ſucceſſione fratr. & de gradibus ſuccedend. in feudo cap.1. de natur. ſucceſſion. feudi.* Verum tamen eſt, quod cum illo

Jure (ſeu potius uſu , & conſuetudine feudorum in-ſpecta) feuda eſſent divídua , repræſentatio in linea collarerali non ultra progrediebatur , quam uſque ad filios fratrum ſuccedentes cum patruis , prout de Jure communi Romanorum ex nova Joſtiniani conſtitutione fuerat admiſſum , & ſic nepotes cum patruis ſuccedebant in ſtirpes in portione illa , quam pater ſi viveret eſſet habiturus, *authent. ceſſante, C. de legit. hæred.* & poſt fratres , & fratrum filios ſuccedebant proximiores agnati in capita , & non in ſtirpes. *Authent. poſt fratres , C. illo eodem tit.* quod manifeſtè deprehenditur ex dicto *cap.1. §. his vero de ſucceſſ. fratr.* ibi , *His vero deficientibus vocantur in primo fratre cum fratrum præmortuorum filiis , deinde agnati ulteriores* , & explicant *Roſcathal. & Martianus ubi proximè.*

188 Poſt quam vero feuda facta ſunt individua ; conceditur eodem modo repræſentatio , & receptiori ſententia nepos excludit patruum , quia licet nonnulli dixerint , quod in feudis ſucceditur jure ſanguinis, vel ex conceſſione dominica non autem jure hæreditario , ac propterea repræſentationi locum non eſſe ; Verùm eſt in eis ſuccedi , eaque differri ad inſtar hæreditariarum , & legitimarum ſucceſſionum , etiam, quod jure ſanguinis deferantur , ut probatur expreſſè in *dicto cap.1. §. his vero de ſucceſſ. fratr. dicto cap.1. de natur. ſucceſſ. feud.* & ideò non eſt in eis neganda repræſentatio , præmaximè , quia feuda regulantur , & deciduntur ſecundum Jus commune Romanorum , ſi aliud in ipſis feudis contrarium deciſum non reperitur : expreſſus *Tex. ut in cap. 1. ad finem de cognitione feudi* , ubi notant *Gloſſ. & Scribentes* , & ſic, cum non reperiatur contraria deciſio in feudis , imò cum ſit Juri communi conformis , non eſt ab ea recedendum , etiam , quod jure ſanguinis , & ex conceſſione dominica illorum ſucceſſio deferri dicatur. Et ita contra *Natt. conſ.117.* cum tribus ſequentibus , & *conſ.679.* & alios , quos ipſe refert , & ſequitur , tenent , & defendunt *Jaſon. Afflict. Tiraquell. Grammatic. Acoſta* , & alii apud *Molinam de primog. dicto lib.3. cap.6. num.47.* & cum *Burſatto , Caphalo , Pancirolo, Tiberio, Deciano , Menoch. Petra, Gabriel Pereg. Caldaſ. Pereira , Matienzo , Avendan. Picardo , Sforz. Oddo , Borgnino , Cavalcano , Molina Theologo , ac Alvaro Velaſco* , latè *D. Joan. del Caſtillo dicto lib. 3. controverſ. cap.19. à num.223.* uſque ad *num.234.* qui cum *Molina ubi proximè* , conſtanter tenet jure ſingulari, in feudis ex pacto , & providentia repræſentationem ſemper admitti , (licet non percipiens naturam feudi , inſpecto uſu , & conſuetudine feudorum , & involvens feudum hæreditarium cum feudo ex pacto & providentia, ſic non explicet , ut nos breviter explicuimus) & ſeq. *Mart. diſp.2. & 4.*

189 In feudis autem dignitatis Principatus , Ducatus, Marchionatus , aut Comitatus , licet de uſu , & conſuetudine feudorum , jam eſſent effecta individua , ut conſtat ex *Cap. Imperialem , §. præterea Ducatus de prohibit. feud. alienat. per Federicum* ; ubi notat *Iſernia*, & cæteri , repetentes , *Balzaran. ibid. num.11. & 12.* non tamen illo tempore fuit ſtatuta certa regula ſuper eorum ſucceſſione , quia à principio hujuſmodi dignitates [quæ ſemper dicuntur feuda Regalia] ad hæredes non tranſibant *cap. 1. de feudo Marchiæ*, ubi *Balzaran. in rub. num.1. ad fin.* notat , quod ex uſurpatione potiùs , quam ex conceſſione effecta fuit tranſitoria ad hæredes ſanguinis , & non æqualiter in omnibus provinciis individua deferebantur , nam in Alemania , & Lombardia , cum vigeret Jus Longobardorum , ex quo feuda individua erant , etiam iſta feuda Regalia , erant divídua , ut advertunt *Iſernia in dicto §. præterea Ducatus in princip. Balzaran. num 15. ad finem.* In Francia autem , & majori parte Italiæ , conſuetudine fuit introductum , quod ſuccederet in eis filius primogenitus tanquam dignior ; & in his Regnis utriuſque Siciliæ receptum fuit Jus Francorum , ut multis rationibus oſtendunt *Freccia de ſubfeud. lib. de differen. inter feud. regal. in princip. Balzaran. in dicto cap. Imperialem , §. Præterea Ducatus num.12. cum ſeqq.* & cum aliis *Joſeph Cumia in hoc Cap. Si aliquem in prælud. num.23. num.29. cum ſeqq. & verſo Francorum Jure , num.1. & 7.* quod approbavit Imperator Fredericus Secundus in *dicta conſtit. ut de ſucceſſionibus* , ut cum multis ex Neapolitanis probat *Martian. dicta diſp.2. num.14. & Reg. de Marinis lib.1. reſol. 26. num.22.* demum in hoc Regno Dominus Rex Jacobus in hoc *Cap. ſi aliquem* , quoad feuda tantum individua, prout infra.

Admiſſo igitur Francorum jure, in feudis præcipuè dignitatum ; indubium eſt , eorum ſucceſſionem deferendam eſſe Jure primogenituræ , ut ſæpiùs probavimus , ac per conſequens obſervari debere prærogativam lineæ , aut repræſentationem in infinitum , eiſdem rationibus , quibus præcitati DD. moventur ad illam concedendam in primogeniis cujuſcumque nationis , & in qualibet ſucceſſione jure majoratus deferenda , inſpecto Jure communi , cui feudale non repugnat ; imò ſe conformat , & ita in puncto firmant *Molin. lib.3. cap.7. num.19. & cum Alvaro Velaſco, Tiraquell. Covar. Acoſta , & Avendan. Joann. del Caſtill. dicto cap.19. num. 235. & 236. & cum Regente Tappia deciſ.2. num.190.* aliiſque feudiſtis , tam ultra , quam citra Farum *Martian. dicta diſp.2. à num.38. & diſp 3. num.24.* & alii infra laudandi. 190

191 Quod quidem in noſtris terminis , potiori ratione procedere debet , quia feuda , & Baroniæ , de quibus agitur , illæ præcipuè , quæ proveniunt ex Domo de Barreſi fuerunt ab initio conceſſæ cum clauſula Juris Francorum , & in aliis , hoc eſt provenientibus ex Iſnea , & deſcendentia de Santapau , fuit appoſita prædicta clauſula , & inſtituta formalis primogenitura per primos acquiſitores , ut primo Articulo demonſtravimus , ex quo deſcendit , vocatos ſemper , & ſubſtitutos fuiſſe primogenitos de uno in alium , per lineam relictam primogenituræ , & unumquemque primogenitum venire ad ſucceſſionem proprio jure, & ex propria vocatione , virtute Pacti primi acquiſitoris , & ex providentia Principis concedentis , ac diſpoſitione primorum inſtitutorum , quos credendum eſt ſe conformare voluiſſe cum diſpoſitione Juris communis , & uſus feudorum , & cum natura , & qualitate primogenituræ ſecundùm Jus Francorum , quod erat receptum in Regno , & à quibus omnes deſcendentes in infinitum feuda capiunt, *Text. in cap 1. de duobus fratr. à capitan. inveſtit. cap.1. de eo qui ſibi , & hæredib. ſuis maſc. Camerar. in cap. Imperialem , §. præterea Ducatus fol. 95. litt. K. & ſeqq.* & paſſim DD. ac idem non tam iſtius *Cap. Si aliquem* diſpoſitio, quam forma in feudorum conceſſione præſcripta , & aſſignata , à primiſque acquiſitoribus inſtituta ſervanda eſt in illorum ſucceſſione deferenda , quia capitulum hoc ex communi ſententia , tantummodo ab inteſtato procedit , & quandò eſt diſpoſitio ex teſtamento , vel pacto & providentia Principis ceſſat ſucceſſio ab inteſtato. *Text. in l. quandiu, ff. de acquir. hæredit.* cum ſimilibus : & proviſio hominis facit ceſſare proviſionem legis , quando verſatur diſpoſitio legis. *Text. in l. fin. Cod. de pactis conventis* cum adductis à *Velaſco in locis communibus lit. P. num.134. & ſeqq.* de quo uberiùs infra in reſponſione ad contraria argumenta.

His ſic expoſitis , pro noſtri *Cap. ſi aliquem* , interpretatione in ſupra relatis verba , *ſexus , & primogenitura prærogativa ſervetur , ut maſculus fœminam, & Juniorem major natu præcedat.* Accedamus jam ad diluendas contrarias objectiones , ex quarum ſatisfactione magis , ac magis veritas elucèſcet , & à nobis hucuſque tradita firmioribus fundamentis ſolida apparebunt.

Primo loco ſeſe offerunt verba illa , *qui tempore* 192

mortis

Digitized by Google

mortis ſupererit defuncto proximior ſuccedat in feudo, in quibus Advocati ex adverſo, veſtigiis aliquorum ex antiquis DD. Siculis inhærendo, prætendunt excluſam fuiſſe repræſentationem, & lineæ prærogativam, ex eo quod vocatur proximior ſuperſtes tempore mortis ultimi poſſeſſoris, quod verè, & naturaliter, non autem per fictionem, & civiliter intelligendum eſſe dicunt; & ideo patruum ſecundogenitum, nepotem ex fratre primogenito excludere debere, ad quod comprobandum ultra DD. Siculos infra allegandos, quos recenſet *Amat. dict. reſolut.* 1. *num.* 41. adducunt alios quamplurimos, qui in illa ardua, & ancipite quæſtione inter patruum, & nepotem quam *Molina dicto lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 1. dicit, pluries ex jurium, ac rationum ambiguitate militibus armatis potiùs, quam Juriſperitis, ejus deciſionem fuiſſe commiſſam pro patruo contra nepotem ſe ſubſcripſerunt, quorum ibidem meminit *Molina*, & latiùs *in allegat. pro ſucceſſione Regni Portugal. ejus Addentes in dicto cap.* 6. *num* 1. qui alios ex recentioribus referunt, & copiosè *Amat. ubi proximè num.* 40.

193 Verùm, licet in prædicta quæſtione præcipuè in primogeniis, cauſa nepotis contra patruum communior, ac receptior ſemper fuerit ex tempore *Baldi* ut ipſe teſtatur in *conſ.* 385. *lib.* 2. ita ut apud omnes ferè nationes hæc ſententia invaluerit, prout comprobant infiniti Auctores apud *Molinam ejuſque Addentes, ubi ſupra, Caſtill. dicto lib.* 3. *cap.* 19. *ex num.* 104. *Gaſpar. Anton. Theſaur. quæſt. forenſ.* 135. *ex num.* 17. qui *numer.* 43. & 44. ſubdit, nepotem ex primogenito defuncto patruo præferri ex univerſali conſuetudine Hiſpaniæ, Franciæ, & Pedemont. *Amat. dicta reſol.* 1. *n.* 53. & multis laudatis, *Martian. diſp.* 1. *num.* 1. *verſ. verum enim vero, & verſ. & quoad.* quod etiam prædicta noviſſima Regni Capitula 116. & 204. Dom. Imperatoris, & 18. Dom. Regis Philippi; declarando hoc *Cap. Si aliquem*, & meliorem eligendo opinionem amplexa ſunt, ut teſtatur *Amat. ubi proximè.* Adhuc tamen, quia in terminis Statuti vocantis proximiorem ſuperſtitem, ſunt multi DD. Regnicolæ, & exteri (quos cumularunt *Amat. ſupra* 40. *Addentes Molina dicto lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 20. *uſque ad fin. & Caſtill. dicto cap.* 19. *num.* 313.) repræſentationem, lineæque prærogativam abnegantes; nonnullas Statuto noſtro interpretationes aſſignare curabimus, ne ſuperiori traditioni de prærogativa lineæ, officiant verba, quæ in contrarium ponderantur.

194 Præmittendum eſt, quod in materia feudali, ante editionem, ac promulgationem dicti *Cap. Si aliquem*, Jus commune iſtius Regni erat Jus Longobardorum, ut conſtat ex Conſtitutione *Puritatem de præſtand. Sacr. Bajul.* & notant *Iſernia in dicto §. præterea Ducatus col.* 3. *Joſeph. Cumia in hoc Cap. Si aliquem verbo Francorum Jure num.* 7. *Giurb. de feud. prælud.* 6. *num.* 1. *cum ſeqq. Loffredus conſ.* 30. *num.* 4. & alii, quos infra in 4. Articulo laudabimus; quo Jure attento feuda erant dividua, & omnibus agnatis in proximiori, & pari gradu exiſtentibus æqualiter deferebantur *cap.* 1. *de ſucceſſ. feud. cap.* 1. *de natura ſucceſſ. feud.* & alibi paſſim in *uſib. feud.* exceptis tamen feudis dignitatum Ducatus, Marchionatus, &c. quæ etiam illo jure Longobardo inſpecto, individua erant ex dicto §. *præterea Ducatus*, prout diximus ſupra num. 189.

195 Et quamvis Jus Francorum (quo attento, feuda individua erant, & primogenito deferebantur) in aliquibus Regni partibus, inter feudatarios, & ſubfeudatarios fuiſſet admiſſum, non tamen erat Jus commune Regni, ſed Jus quoddam ſpeciale permiſſum per dictam Conſtitutionem, *Ut de ſucceſſionibus tit. de ſucceſſ. nobil. in feudo*, & ideò, qui allegabat feudum eſſe individuum, & in eo eſſe ſuccedendum ſecundùm Jus Francorum, tenebatur probare, quod in illa parte, & inter illos feudatarios, vivebatur Jure Francorum, ut expreſſiſſimè probatur in præfata *Conſtit. ut de ſucceſſionibus in verbis*, ibi, *ſervata tamen ſexus prærogativa, ut mulieri maſculus præferatur, necnon majoris ætatis inter eos, qui vivunt in Regno ſpecialiter Jure Francorum*, ubi Jus Francorum vocatur ſpeciale in Regno, & notat *Gloſ. verbo ſpecialiter*, & melius *Iſernia eodem verbo*, ibi, *Jus commune eſt, ut feuda dividantur, niſi ſit Marchionatus, Ducatus, & Comitatus, ut in l. Imperialem, §. præterea, qui ergo dicit eſſe Francum, & non dividere cum fratribus, allegat jus ſpeciale, & ſic ſibi probatio incumbit; Qualiter autem, & quomodo probetur, & an ſufficiat probare, quod vicinorum Caſtrorum, & feudorum Domini vivunt Jure Francorum plenè diximus l. Imperialem §. præterea Ducatus*, quod idem repetit in *conſtit. conſtitutionem Divæ memoriæ in princip. de revocat. feud. & rerum lib.* 3. *& cum Perno, & Aloyſio de Septimo* agnoſcit *Cumia dicto verbo Francorum Jure num.* 7. & cum *Aſſlicto* confirmat optime *Rovitus in pragm.* 1. *de feudis, num.* 84.

196 Unde fluit, non eſſe audiendos nonnullos DD. Siculos, qui dixerunt feuda in Regno effecta eſſe individua per *dict. conſtit. conſtitutionem Divæ memoriæ*, ut videtur præſupponere *Canetius in hoc c. fol.* 215. *col.* 2. *num.* 1. *ad finem.* Huic enim traditioni repugnat, tum prædicta conſtitutio, quæ ſolum prohibet alienationes feudorum in totum, vel in partem (prout eam intelligunt omnes DD. Neapolitani, nullo diſſentiente, ut paſſim apud eos) in præjudicium Regiæ Curiæ, ut ex ejus lectura apparet: tum, quod ibidem tradunt *Gloſ. & Andreas de Iſern.* in principio, ubi pro conſtanti ſupponunt feuda eſſe dividua inter agnatos, ſi vivitur jure Longobardo, individua verò, & primogenito pertinere, ſi vivatur Jure Francorum, (ergo conſtitutio illa non induxit individuitatem feudi, nec alteravit, quod erat proviſum per *conſtit. ut de ſucceſſionibus*:) Tum denique; quod ipſi noſtri DD. tradunt, dum dicunt, quod per hoc Capitulum fuit introductum Jus Francorum ab inteſtato in ſucceſſione feudorum, quod ſuper in Primo Articulo num. 31. probavimus, & an verum ſit ſtatim demonſtrabimus ergo ante iſtius cap. publicationem feuda dividua erant, inter viventes Jure Longobardo communi in Regno, & ſolum individua inter eos, qui Francorum ſpeciali jure vivebant.

197 His ſic præmiſſis, conſtituimus, hoc noſtrum Capitulum, duas continere partes, & in qualibet earum diverſam includi diſpoſitionem ſuper ſucceſſione feudorum ab inteſtato; Prima pars eſt à principio uſque ad verſ. ibi, *ſimili gradu conjunctis, eorum ordine admittendis*, ubi finitur, & ſiſtit punctus. Secunda autem pars incipit ibi, *in ſucceſſione verbo præmiſſa*, & ſequitur uſque ad finem capitis.

198 In prima parte, loquitur, & intelligi debet de ſucceſſione feudorum inter illos feudatarios, & ſubfeudatarios, qui jure Longobardo vivebant in Regno, inter quos voluit Dom. Rex Jacobus, quod decedente ab inteſtato quolibet poſſeſſore, nullo per lineam deſcendentem relicto hærede legitimo, ſuccederet frater, vel ex liberis ejus uſque ad trinepotem, ille, qui tempore mortis ſupereſſet defuncto proximior, omnibus aliis ſimili gradu, id eſt, proximiore, à fratre uſque ad trinepotem, defuncto conjunctis, eorum ordine æqualiter admiſſis, ſive feuda provenirent à parentibus communibus, ſive non communibus, & in his tantum feudis dividuis ſecundùm uſum Longobardum, decrevit, quod ſuccederent proximiores, prout cautum erat Jure Longobardo *in dicto cap.* 1. *de ſucceſſ. feudi, cap.* 1. *de ſucceſſ. fratr. & de grad. ſucceſſ. in feud. cap.* 1. *de natur. ſucceſſ. feud.* & aliis ſimilibus.

199 In ſecunda verò parte agit, & eſt accipiendum de illis feudis, & inter illos feudatarios, & ſubfeudatarios, qui in Regno ſpeciali Francorum Jure vivebant ex uſu, & conſuetudine legitimè præſcripta, quo caſu ſtatuit, ſexus, & primogenituræ prærogativam eſſe

ſervandam,

ſervandam, ut maſculus fœminam, & juniorem major natu præcederet, ſive maſculi ſive fœminæ eſſent concurrentes; ita tamen, quod inter duas fœminas ſi primogenita eſſet maritata, & junior remaneret in capillo, hæc alteri præferri deberet, utrique autem exiſtentibus maritatis major natu præcederet, & hic nullam de proximiori gradu mentionem fecit, quia dato, quod ſucceſſio de primogenito in primogenitum jure primogenituræ, & hac ſervata prærogativa eſſet deferenda; non erat neceſſaria gradus expreſſio, cum ſubintelligeretur de Jure: debere ſuccedere illum, qui eſſet de proximiori linea reſpectu ultimi morientis, ut remanet probatum, num. præcedentibus.

Quæ interpretatio ſuadetur ex verbis dicti Statuti
200 (quod nullam aliam congruam declarationem recipere poteſt) nam certum eſt, in hac ſecunda parte, omninò diverſam diſpoſitionem contineri ab ea, quæ in prima fuerat propoſita. prout colligitur ex illa dictione verò, ibi, *in ſucceſſione verò præmiſſa*, quæ poſt orationem perfectam, interjecto puncto, & in alia clauſula ſeparata, ſtat pro demonſtratione diverſitatis inter primum, & ſecundum caſum; illa quippe dictio *verò*, adverſatur præcedentibus, & oſtendit diverſam eſſe diſpoſitionem *Menoch. conſ.*201. *num* 34. *& conſil.*737. *num* 15. *Surd. conſ.*515. *num* 1. *& cum Bart.* & aliis *Barboſa diction.* 420. *num.*1. ubi, multis probat, hanc dictionem adverſativam eſſe in Jure, & in Facto.

Et licèt idem *Barboſa ibidem* dicat, quod repetere ſolet qualitates præcedentes; tamen ipſe, inquit, quod adverſatur retenta eadem qualitate per *Text. in cap. Paſtoralis* §. *ſi verò de cauſa poſſeſſ. cap.*2. *verſ. ubi verò de reſtit. in integr. lib.*2. cum aliis *num.*2. adductis, & hoc pro nobis facit, nam qualitates quas repetere poteſt, & repetit, ſunt, ſucceſſio ab inteſtato, & inter collaterales, & quod extendatur uſque ad trinepotem, ſicuti in prima parte fuerat narratum, quod etiam repetit, & comprobat, verbum adjectum *præmiſſa*, id eſt prædicta ex *Barboſa dict.* 276. in qua ſucceſſione præmiſſa, diverſum Jus conſtituit inter feudatarios Francorum Jure viventes in Regno, ut ſcilicet, ſexus, & primogenituræ prærogativa ſervetur, non autem gradus proximitas, quam ſolum inter illos diverſo jure, hoc eſt, Longobardo viventes, prædixerat ſervari debere.

201 Si enim (ut DD. noſtri contendunt) per hoc Statutum generaliter fuiſſet introductum in Regno Jus Francorum in ſucceſſione ab inteſtato, ſub quacumque forma antea fuiſſent conceſſa feuda: aliis, & quidem paucioribus, & diverſis verbis, hoc exprimi potuiſſet, ut cuilibet legenti textum, ad oculum apparebit, nec opus erat dicere, *inter feudatarios in eodem Regno Francorum jure viventes*, ſupponendo alios eſſe in Regno, qui alio, & diverſo Jure vivebant; de quibus in prima parte actum fuerat; nam ut inquit *Camia* ubi ſupra *num.*3. *ad fin. &* 6. (ejus verbis utimur.) *Hæc verba Francorum Jure viventes non ſunt verba diſpoſitiva ſed tantum demonſtrativa, & declarativa caſus, ubi ſexus, & primogenituræ prærogativa ſervari debeat, non enim clare diſponunt, ut vivatur Jure Francorum, ſed principaliter diſponitur, ſexus, & primogenituræ prærogativam ſervari; & demonſtrant, & declarant, inter quos ſervari debeat id eſt inter viventes Iure Francorum; quæ verba ſic reſolvuntur, id eſt inter eos qui vivunt Iure Francorum, & relativum illud, quâ eſt hujuſmodi naturæ, & junctum antecedenti ſine copula illud reſtringat, l. ea tamen adjectio, ff. de legat.*3. *Bart.* & alii *in l. omnes populi, ff. de juſt. & jur. l. omnes populi, C. de ſumma Trinit. Corraſius in l. qui liberos, num.*34. *de ritu nupt.* Ergo certum eſt, quod inter alios non viventes Jure Francorum diverſa diſpoſitio, ſervanda erat, hoc eſt, non prærogativa ſexus, & primogenituræ, ſed gradus proximior, quia feuda dividua erant, & in eis non Jure primogenituræ (quod uni, & primogenito ſucceſſionem defert,) ſed proximitate gradus, exiſtentibus in pari gradu erat ſucceſſio deferenda.

Præterea ipſi DD. noſtri dicunt, quod per capit. *conſtitutionem* 30. Invictiſſimi Regis Federici fuit de- 202
claratum hoc *Cap. Si aliquem*, & nihilominus firmant, illorum deciſiones procedere, quando apparet de forma, ſub qua conceſſum fuit feudum, & conſtat eſſe cum clauſula Juris Francorum, (quomodo intelligunt dictum *Cap. Si aliquem*,) vel quando feudum eſt informe, quo caſu exiſtimant ſuccedendum eſſe in eo ab inteſtato cum prædicta clauſula, ut ſexus, & primogenituræ prærogativa ſervetur (ſecundum diſpoſitionem dicti *Cap. Conſtitutionem.*) Secus autem ſi apparet de forma, & ea eſt forma communis, quia tunc ea ſervari debet, prout eſt, omnes admittuntur æqualiter in eodem exiſtentes gradu, ex dicto *cap.* 1. *de ſucceſſ. feudi*, vel ſaltem ad primogenitum feudum deveniat, ut cum *Guglielmo de Perno conſ.*1. *col.*2. *& Gualterio de Paternio* explicat *Camia dicto verbo Francorum Jure num.*5.

Imò multi ſibi perſuadent, feuda in Regno fuiſſe effecta individua per *Cap. volentes* ejuſdem Dom. Re- 203
gis Federici, ibi, *integro, & indiviſo feudo perdurante*, ex quo deducunt ad unum tantum, & ſic ad primogenitum, tanquam dignitatem pervenire debere; qui intellectus communis eſt, ut cum *Petro, Aloyſio de Sepibus, Blaſio de Sancto Angelo; & Petro de Gregorio* teſtatur *Camia ubi ſupra num.*9. (tametſi à verò ſenſu, & ſtatuentis mente ſit prorſus alienus; nam verba ſupra relata, nihil aliud indicant, niſi, quod feudum non poſſit per partes diverſas alienari in præjudicium Regiæ Coronæ, ne videlicet, Regium militare ſervitium in plures poſſeſſores diviſum, difficilius, & cum diminutione exigatur. Poterat namque dubitari utrum alienandi facultas feudatariis à Domino Rege per prædictam Cap. in principio liberè conceſſa, extendi poſſet ad alienationem per partes realiter diviſas; ac ideò voluit Dom. Rex omnem dubitationem tollere, declarando feudum remanere debere integrum, ac indiviſum penes illius emptorem, ac novum Dominum, à quo militare ſervitium integrum exigi poſſet. Ex quo ſequitur, nullatenus ſtatutum illud individuam feudorum ſucceſſionem decreviſſe, corrigens jus Longobardum, commune tunc in Regno, inter eos, qui ſpeciali Francorum Jure non vivebant. Nihil enim eſt tam contrarium ſucceſſioni individuæ, ordine primogenituræ inter ſanguinis ſucceſſores ſervato, quam libera alienandi facultas, quæ ibidem conceditur, ob idque Doctores noſtri dicunt, Textum illum procedere forma non repugnante, ut probavimus ſupra Articulo I. num.113. & ſic evincitur prædictum communem intellectum eſſe merum figmentum, nullo fulcimento fundamento; præcipuè ſi attendamus, prout in veritate eſt attendendum, quod Jure Longobardo inſpecto, licet omnes in pari gradu exiſtentes æqualiter in feudo ſuccederent, tamen non accipiebant partes diviſas, ſed omnes pro indiviſo, in feudo ſuccedebant, & fructus, ac commoditas tantum inter eos patiebatur, ut poſt *Aponte in lect.*12. *de feud. num* 3. *&* 4. docet *Montanus in cap. Imperialem*, §. *præterea Ducatus*, *num.*88. & cum aliis ſequitur *Marias diſput.*2. *num.*14. poſt medium, quæ ſuccedendi forma non alteratur per prædicta verba *Cap. volentes*, quæ ad prohibitionem alienationis per partes realiter diviſas, ut diximus, accommodari debent.)

Ergo ſequitur non fuiſſe hanc individuitatem feu- 204
dorum per dictum *Cap. Si aliquem*, in omnibus feudis ab inteſtato generaliter introductum, ac per conſequens, in prima ipſius parte de diverſis feudis, hoc eſt, dividuis fuiſſe loquutum, in ſecunda verò de individuis, ſcilicet, inter viventes Jure Francorum, inter quos, ſexus, & primogenituræ prærogativa ſervanda

erat,

erat, ſi enim hæc ſuccedendi forma per dictum textum fuiſſe aſſignata, fruſtra quærenda eſſet à Domino Rege Federico, qui poſt Dom. Jacobum ab anno 1296. uſque ad annum 1336. in Sicilia feliciter regnavit.

205 Deinde inſpecto Jure Longobardo, quod tunc in Regno vigebat, omnia feuda, quamvis dividua, erant ex pacto, & providentia, & non poterant in extraneos transferri, aut alienari, ut ſæpius probavimus, imò ſi alienari, aut ad extraneos transferri liceret, non haberent feudi naturam *Cap.1. de feud. non habent. propriam natur. feudi dict. cap.1. §. & ſi clientulus de alienat. feudi Hartman. Piſtor. de feud. 2.tom. quæſt.3. num.22. & ſeqq. Amicangelus dict. quæſt.1. num.45. verſic. amplius, & quæſt.5. num.24. verſ. his explicatis.* Nec in Regno fuerunt cognita feuda hæreditaria, uſque ad tempus Dom. Regis Federici, qui per dictum *Cap. volentes*, conceſſit facultatem alienandi feuda indiviſa (forma tamen non repugnante, ut diximus ſupra, & tenent DD noſtri communiter, videns *Giurba de feudis præludio 6. num 32. & 33. cum ſeqq.*) ex quo deinceps multi ex Dom. Regibus ſucceſſoribus, præcipuè Inclitus Rex Martinus feuda pro hæredibus conceſſerunt, ut ad omnes etiam extraneos poſſent tranſire, (juxta communem interpretationem dicti *Cap. volentes*, per quod verbum *hæres* ſimpliciter in conceſſione feudi appoſitum, intelligitur de quocumque hærede etiam extraneo, prout ſimiliter probavimus.) Ergo apertè colligitur, quod ante editionem dicti *Cap. Si aliquem*, nulla erant in Regno feuda hæreditaria, nec in alia forma, quam, vel illa communi ex pacto, & providentia juxta Jus Longobardum, vel illa Juris Francorum inter eos hoc jure in Regno viventes, & hinc eſt, quod dum textus conſtituit diverſitatem inter feudatarios, præciſè intelligendus ſit in prima parte de illis Jure Longobardorum viventibus & in ſecunda de viventibus Francorum Jure.

Ulteriùs non percepimus rationem, qua moveri po-
206 tuiſſet Dom. Rex Jacobus ad decernendum, quod in linea collaterali ab inteſtato ſuccedi deberet in feudis cum clauſula Juris Francorum, nihil diſponens in linea deſcendenti, nec in ſucceſſione teſtamentaria, quia ſi ob favorem conſervandarum Illuſtrium familiarum, voluiſſet, quod in feudis ſuccederetur jure primogenituræ, in quo & Regium ſervitium, & publica verſatur utilitas, idem, & fortiori ratione tuendum eſſet in prædicta diſpoſitione, & ſucceſſione teſtamentaria, & generaliter inter omnes per lineam rectam deſcendentes, ne feudatarii ad libitum ex teſtamento, vel inter vivos poſſent de feudis diſponere, (ſi ut DD. noſtri dicunt, feuda tunc ſub alia forma, quam ex pacto, & providentia, & ſecundùm Jus Longobardum, conceſſa erant.)

Abſurdum quippe eſſet ſtatuere, quod inter colla-
207 terales ab inteſtato locum haberet Jus Francorum, cujuſcumque formæ feuda eſſent (ut noſtri dicunt) omittere verò ſucceſſionem deſcendentium, inter quos eadem, & major militabat ratio conſervandi feuda indiviſa, & unus, & ſic primogenitus ſuccederet; licet enim in hoc *Cap. Si aliquem*, extendatur ad ſucceſſionem inter deſcendentes, hoc non ex verbis ipſius, ſed ex interpretatione Doctorum antiquorum deprehenditur, ut probavimus ſupra num.37. ſicut etiam eſſet abſurdum, relinquere feudatariis liberam feudorum diſpoſitionem in illis feudis non habentibus certam formam; prout agnovit Magnus Rex Alphonſus, decernendo poſtea ad Regni ſupplicationem, quod hujuſmodi feuda intelligerentur conceſſa ſub forma Juris Francorum, ut apparet per ipſius Regis Cap.456. quod deindè ad eamdem Regni ſupplicationem approbavit, & confirmavit Invictiſſimus Dominus Caro-
208 lus V. cap.246.

Quare non credimus per conſtitutionem dicti *Cap. Si aliquem*, fuiſſe introductum Jus Francorum in ſucceſſione feudorum ab inteſtato inter collaterales, nec nihil novum Statutum in prædicta ſuccedendi forma; niſi ſolum, quod dicta tranſverſalis ſucceſſio extenderetur uſque ad trinepotem, ut notat *Iſernia in dicta conſtit. ut de ſucceſſionibus in fine*, & in locis infra numer.211. laudandus, & quod ad illum gradum ſuccederent fratres, & conſanguinei etiam in feudis provenientibus à parentibus non communibus, extendendo, & declarando dictam *Conſtit. ut de ſucceſſionibus*, ut mox dicemus; in reliquis verò firmiter cenſemus dictam conſtitutionem in ſuo robore, & obſervantia remanſiſſe, & ſecundùm eam feuda dividua juxta Jus Longobardorum communi in Regno, etiam poſt dictum *Cap. Si aliquem*, extitiſſe, exceptis feudatariis Francorum Jure viventibus, inter quos individua, & ſolis primogenitis, uni poſt alium deferebantur, ſervata prærogativa ſexus, & hoc eſt, quod dictum Cap. declaravit, loquens in prima parte de feudis inter viventes Jure Longobardu, & in ſecunda inter Jure Francorum viventes.

Unde communis illa DD. Regni traditio, quod 209
per hoc *Cap. Si aliquem*, in ſucceſſione feudorum ab inteſtato ſervandum eſt Jus Francorum, & quod ſemper remanent informata cum prædicta clauſula, ſub quacumque forma prius fuiſſent conceſſa; nullo modo ex vi Cap. iſtius ſuſtineri poteſt, quia ſimilis diſpoſitio, ex eo non deducitur, & ſolum hodie ſuſtineri poterit ex vi generalis conſuetudinis in Regno, ab immemorabili tempore receptæ, & per præcitata Capitula, & alia noviſſima ex identitate rationis ob Regni utilitatem, familiarumque nobilium conſervationem approbatæ, quo jure utimur in omnibus feudis quaternatis, qui à Domino Rege tenentur in capite.

Nec oberit dicere, prædictum *Cap. Si aliquem*, in
Regno ſupervacaneum fuiſſe, ſed nihil de novo de- 210
crevit, ultra illud, quod jam cautum erat per *dictam conſtit. ut de ſucceſſionibus*, cum in ea eſſet proviſum, quod inter viventes Jure Francorum ſervari deberet prærogativa ſexus, & majoris ætatis, & quod fœmina minor natu in capillo præferretur majori natu maritata, & inter duas maritatas præcederet primogenita, & quod inter tranſverſales ſuccederent fratres ex utroque parente, vel ex altero tantum: ſorores, & fratrum filii, quod idem fuit repertum in dicto *Cap. Si aliquem.*

Nam reſpondemus prædictum Capitulum editum fuiſſe ad extenſionem, ampliationem, & declarationem dictæ conſtitutionis utiliſſimum, & in iſtius Regni beneficium extitiſſe non modicum. Primo, quia, licet in dicta conſtitutione admiſſi fuerunt fratres ex utroque parente, vel ex altero tantum; tamen altercationes erant inter Gloſſam, & DD. contendentes, quod fratres conſanguinei, aut uterini, ita demum poterant ſuccedere, ſi conjuncti eſſent ex latere, undè proveniebat feudum, ut videre eſt apud *Iſerniam in cap.1. num.8. de natura ſucceſſ. feudi, Ioſeph Cumia in præſenti, verbo non communibus num 1. & 2. cum ſeqq.* & hoc dubium ſuſtulit hoc *Cap.* Statuendo, quod ſuccederent fratres, & agnati, etiam ſi feudum proveniret à parentibus non communibus, ut notat *Cumia dicto num.2. ad finem.* & multis ex noſtris laudatis *Martianus diſput.3. num.7.* Licèt hodiè hoc ſit correctum per *Cap. noviſſ.* Dom. Imper. Caroli cap.258. quod declaravit debere eſſe conjunctos ex parte feudi, (tametſi apud Neapolitanos aliter ſe res habeat, *ex pragmat.18.22.24. & 27.* videndi *Doctiſſ. Regens Ant. de Marinis lib.1 reſol.126. ex n.9. & Amicang. quæſt.1. à num.12. & quæſt.5. à num.34.* qui alios referunt ex Partenopeis.)

Secundo, nam per *dict. conſtitut.* ſucceſſio feudo- 211
rum in linea collaterali, reſtricta fuit ad filios fratrum, & ſic ad tertium gradum, ut citiùs feuda reverterentur ad Regiam Curiam ob lineam finitam, contra

contra

Digitized by Google

tra illud, quod per conſuetudines feudorum fuerat proviſum, quibus inſpectis in infinitum, vel ſecundùm aliquos ſaltem ad ſeptimum gradum erat permiſſa, *Iſernia in cap.1. §. quod autem, de his qui feud. dar. poſſunt, & in cap.1. §. Capitanes de feudo Marchiæ*, ubi *Baldus*, de quo latè *Joſeph Cumia hic verbo ad trinepotem per tot. & à num.12. & cum Cannetio, & de Ponte* in terminis *Amicang. dict. quæſt.5. num.36.* & per noſtrum Cap. fuit ampliata uſque ad prædictum ſeptimum gradum, & ſic ad trinepotem, ut notat *Cumia ubi proximè num.13. verſ. ſed contrarium*, & fuit de mente *Iſernia in cap.1. de ſucceſſ. feud. num.8. paulò ante additionem, & ſub num.14. verſ. & videtur intelligi, & num.12. & in cap.1. §. ſed nec eſt alia juſtior, quæ ſit prima cauſa benef. amittend. n.40. & in cap.1. de his, qui feud. dare poſſ. num.22.*

212 Tertiò, quoniam in dicta conſtitutione non fuit propriè explicatum Jus Francorum, & tantummodo fuit dictum, quod ſervaretur ſexus, & majoris ætatis prærogativa; in noſtro autem textu fuit additum per declarationem, quod ſervari deberet prærogativa primogenituræ, prout eſt de Jure Francorum, ut ſic ceſſaret dubium, de quo inferius ſuper vocatione majoris nati, vel majoris ætate, quod jam ſupra tetigimus. Quarto in dicta conſtitutione fuerunt excluſæ ſorores maritatæ, & dotatæ, & in textu noſtro admiſſæ fuerunt, dummodo non concurrant cum ſororibus in capillos.

213 Ex quibus jam apparet quantum ampliata, & extenſa fuerit Prædicta conſtitutio per noſtrum *Cap. Si aliquem*, ut ſic non procedat contraria objectio. Sed tamen, non ob id dicendum eſt fuiſſe correctam in omnibus, hoc enim, nec Doctores noſtri firmare auſi ſunt, qui communiter dicunt hoc Capit. editum fuiſſe ad ampliationem prædictæ conſtitutionis, ut expreſsè, & de communi teſtatur *Cumia hic, verbo, proximior num.38.* ibi, *Secundo quia hoc capitulum non eſt factum ad mutandam, & corrigendam ſucceſſionem collateralium, quæ erat de jure communi feudorum, vel conſtitutionum Regni, ut qui uno modo ſuccedebant, alio modo ſuccedant, ſed eſt factum ad ampliandam ſucceſſionem, nam de Jure conſtitutionis Regni ſuccedebatur uſque ad tertium gradum, & hoc capit. ampliavit eam, uſque ad ſeptimum gradum, & quod ſit factum ad ampliandam ſucceſſionem, communiter DD. tenent hic, Cannet. fol.235. colum.1. num.10.* & expreſsè probat *Iſernia ubi proximè num.111. laudatus, & in dict. conſtitut. de ſucceſſionibus in fine.*

214 Et meritò, quia ſtatutum ſemper debet interpretari, ut minus corrigat jus commune *Pariſ. conſ.110. num.6. & conſ.84. num.13. vol.3.* & legum correctio vitanda eſt, *Cephalus conſ.323. num.18. vol.3. Tuſch. litt. C. concluſ.1036. & ſeqq.* latè *Caſtill. controv. lib.5. parte 2. cap.125. num.7. & ſeqq.* imò nec præſumitur *l. ſi quando, ff. de leg.1. l. Sancimus, C. de appellationibus*, nec in dubio facienda eſt *l.1. C. de inoffic. dot. l. ſi quando, C. de inoffic. teſtamento l. præcipimus, C. de appellat.* cum adductis *à Velaſco in locis commun. litt. C. num.279. & litt. L. num.37. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.660. num.2. Mangill. de imputat. quæſt.130. num.1. verſ. Item ratio*, ubi, quod nec ex paritate rationis, correctio in uno caſu facta, ad alium poteſt extendi.

215 Et ideo, quoad differentiam in dicta conſtitutione expreſsè aſſignatam inter feudatarios Jure Longobardo, & Francorum jure viventes; dicendum non eſt fuiſſe correctam, quia illud erat jus commune Regni, hoc autem ſpeciale, & ſi noſtrum ſtatutum illud corrigere voluiſſet, utique apertiùs expreſſiſſet juxta *Textum in l. unica, §. ſin autem ad deficientis, C. de cad. toll. l. ſi ſervus, §. præter ait verſ. non dixit, ff. de acquir. hæred.* cum infinit. congeſt. *à Velaſco litt. L. n.65.* Et non ſolum non expreſſit; ſed contrarium inſinuavit; dum eadem loquendi forma uſum fuit, prout fuerat expreſſa in dicta conſtit. ibi namque dicitur, *inter eos qui vivunt in Regno ſpecialiter Jure Francorum*, hic verò, *inter feudatarios, & ſubfeudatarios in eodem Regno Francorum jure viventes*: denotando, utrobique ſpecialitatem reſpectu aliorum, qui communi jure Longobardo vivebant, in quibus diverſa diſpoſitio erat obſervanda. Quod convincit nullo modo in textu noſtro actum fuiſſe de corrigendo jure communi, Regni approbato per dictam conſtitutionem, & uſque ad iſtius capit. editionem, & poſt eam obſervato: ut ſupra probavimus.

216 Nec rurſus obſtabit dicere, quod huic interpretationi repugnant verba capit. ibi, *frater, aut ex liberis ſuis uſque ad trinepotem, ille qui tempore mortis ſupererit defuncto proximior ſuccedit in feudo, habiturus illud cum onere ſervitii conſueti, &c.* ex quibus cum ſint concepta in ſingulari; contendunt DD. noſtri, unum ſolum eſſe vocatum, & hunc debere eſſe primogenitum uti digniorem, ac per conſequens inductum fuiſſe Jus Francorum generaliter, in quacumque ſucceſſione feudorum ab inteſtato, ut cum aliis conſiderat *Cumia dicto verbo Francorum Jure num.8. verſ. & pro hac opinione*, (qui horum verborum difficultate preſſus dixerat prius *in dicto verbo proximior, num.38. ad finem dicta conſtit.* quoad hoc tantum correctam eſſe per noſtrum *Cap. ſi aliquem.*)

217 Facillimè, namque hæc diluitur objectio, quia ſi mens, & intentio ſtatuentis fuiſſet inducere in Regno Jus Francorum generaliter in quacumque ſucceſſione feudorum ab inteſtato, prima pars Capituli fuiſſet otioſa, & ſuperflua, imò, & ſupervacua illa expreſſio ſpecialis, ibi, *inter feudatarios in eodem Regno Francorum jure viventes*, & ſolum diceret, defuncto feudatario, ſuccedat frater, aut ex liberis ſuis uſque ad trinepotem, ille, qui tempore mortis ſupererit proximior, & ſervetur Jus Francorum, ut maſculus fœminam, & juniorem major natu præcedat; at cum hoc non dixerit, & ſuperfluitas præſumenda non ſit, ſed potiùs rejicienda, ut eſt vulgare, & agnoſcit in terminis idem *Cumia verbo non communibus, num.9.* credendum eſt, non ſine miniſterio prædicta verba fuiſſe appoſita cum illa ſpecialitate, ſed ad denotandam diverſitatem inter primos, & ſecundos feudatarios, vel Longobardo, vel Francorum jure viventes.

218 Quod autem in ſingulari, non verò in plurali fuerit in dicta prima parte ordinata ſucceſſionis forma, non eſt in conſideratione habendum; quoniam verba illa ſtant exemplificativè ad deſignandum gradum, & ordinem ſuccedendi in perſona unius fratris, & ſuorum liberorum uſque ad trinepotem, ſcilicet, ut proximior ſuccederet uſque ad illum gradum, quæ gradus, & ordinis deſignatio conſtituit regulam ſervandam, caſu, quo concurrant plures fratres, aut ex liberis eorum alii in pari gradu uſque ad illum præſcriptum (hoc eſt, ſeptimum ſumptum à communi ſtipite, ut aliqui volunt, vel à fratre defuncti, ut meliùs alii tradunt) ut inter eos fratris liberos ſuccedant proximiores; mens enim, & intentio ſtatuentis erat extendere ſucceſſionem ad prædictum gradum, ampliando dictam conſtitutionem, & huic intentioni verba correſpondent, quatenus format ſucceſſionem ab uno fratre uſque ad ipſius trinepotem; cum expreſſione ejus, quod erat de jure communi feudorum, nempè, quod ſuccederent proximior, vel proximiores, & ad eam ſunt accommodanda juxta vulgares regulas.

219 Nec opus erat loqui in numero plurali; nam de hoc non erat quæſtio, imò potius de Jure communi Longobardo approbato per dictam conſtitutionem, & in Regno recepto, erat res ſine controverſia, quod feuda dividerentur inter agnatos exiſtentes in pari gradu, ut eſt probatum, & ſic intrant quamplures Juris regulæ, quæ comprobant neceſſariam non fuiſſe expreſſionem in numero plurali. Prima, quia expreſſum dicitur, quod ſubintelligitur à Jure, *L. licèt Imperator,*

Digitized by Google

rator, *ff. de legat.1. C. de teſtam. militis*, & quod ex eadem ratione deducitur, & in quo eadem verſatur *Surd. deciſ.254. num.40. & conſ.116. num.58.* & quod ex mente neceſſariò colligitur latè *Caſtill. controverſ. lib.5. part.2. cap. 125. num.11.* Secunda, quia nihil operaretur prædicta expreſſio, cum de Jure tacite inſit, ſicque eſſet otioſa, & inutilis *l.1. de legat.1. l.4. C. de fidejuſſoribus Fuſar. de ſubſtit. quaſt.249. num.8.* & proſequitur multa *Velaſco in loc. comm. litt.E. à n.112. uſque ad num.137.* Et denique Tertia, quia ſingularitas reſolvitur in pluralitatem, & è contra, quando eſt eadem ratio, *Text. in l. in uſu, ff. de verb. ſignificat. §. in principio inſtit. de Jure naturali*, ubi *Gloſſ. Cephal. conſ.149. num.21. vol.1* & meliùs *Gratian. diſcept. forenſ. tom.2. cap.219. num.15.* qui alios adducit, ex quibus evincitur, nullius roboris eſſe, quod in ſingulari, non verò in plurali regulata eſſet ſucceſſio, cum de Jure eſſet, quod ſuccederent plures in pari gradu exiſtentes, & hoc intelligatur expreſſum, militetque eadem ratio, ut in plurali accipiatur.

220 Sed ut omnis removeatur ſcrupulus, attentè conſideranda ſunt verba immediatè ſequentia, quæ, ni fallimur, noſtram coadjuvant interpretationem, & omnem tollunt difficultatem, proſequitur namque ſtatutum, & in eadem prima parte poſt ordinatam ſucceſſionem in perſona unius fratris, ſuorumque liberorum, ita inquit, *ad ſucceſſionem feudi, omnibus perſonis, feudatario, aut ſubfeudatario defuncto, ſimili gradu conjunctis eorum ordine admittendis*, (ſic legitur in codice capitulorum Regni, de mandato Proregis, & per D. Raimundum de Ramondetta Conſiſtorii Præſidem recollectorem, impreſſ. Venetiis anno 1573. non autem *eodem ordine*, ut per DD. noſtros legi ſolet; ſed ſive uno, ſive alio modo legatur, noſtræ ponderationis vim non diminuet.)

221 Licèt enim prædicta verba, variè ab Interpretibus accipiantur, ut colligi poteſt ex eorum expoſitionibus ad hunc capitulum, & magis communis acceptio ſit, quod in illis fuerunt vocati agnati exiſtentes in diverſis lineis præter lineam defuncti, ſcilicet patrui, & eorum filii, patrueles defuncti, & uſque ad gradum trinepotis, ut hi ſimili gradu conjuncti, eodem ordine admitterentur, hoc eſt, ut unus ſolus, & hic proximior in feudo ſuccederet, in quacumque linea fuiſſet repertus: ſicuti adnotavit *Cumia verbo eodem ordine num.4. verſ. quarto, & ultimo, & num.5. cum ſeqq.* tamen hæc expoſitio diſplicet, & ſupradictis adverſatur, ex quibus apparet nullo poſſe ſubſiſtere fundamento, quia præſupponitur id, de quo non conſtat ex textu, nempe, correctum fuiſſe Jus Longobardum, & introductum Jus Francorum in ſucceſſione ab inteſtato, quod à veritate prorſus eſt alienum.

222 Veriſſima igitur prædictorum verborum expoſitio eſt, quod in aliis fuerunt ad ſucceſſionem invitati, & admiſſi omnes agnati tranſverſales, *ſimili gradu*, hoc eſt, à fratre uſque ad trinepotem, & ſic infra ſeptimum gradum defuncto conjunctis, *eorum ordine*, ſcilicet, ſecundum eorum ſtrictiorem cum defuncto propinquitatem, vel, ut alii legunt, *eodem ordine*, nempè, quod proximiores ſemper ſuccedant computando gradus à fratre uſque ad trinepotem, & in feudum habeant cum onere ſervitii conſueti, ſive unus, ſive plures ſint.

223 Notanda quippe ſunt, Primo illa verba, *omnibus perſonis*, quæ univerſalia ſunt, & nihil excludunt, *ex Text. in l. Julianus, & in l. teſtatorem, ff. de legat.1.* cum aliis congeſtis *à Barboſa dictione 241. num.1.* ſicque admittunt æqualiter omnes agnatos collaterales in quacumque linea exiſtentes. Secundo, verba, *ſimili gradu*, quæ ſignificant æqualitatem, identitatem. *Menoch. conſ.124. n.60.* & melius *conſ.628. n.9.* ubi loquens de dictione *ſimiliter*, dicit, quod idem, ac *æqualiter*, *Surd. conſ.303. num.34. Barboſ. dictione367. num.1.* & repetit præcedentia ſecundum *Ruinum conſil.169. ſub num.2. vol.2. vel.3. Gabriel. lib.6. commun. tit. de clauſ. concluſ.91. num.21. Surd. deciſ.88. num.55.* & inducit diſpoſitionem ſimilem præcedenti, *Seraphin. deciſ.1384. num.1.* & ſic repetit eumdem gradum a fratre uſque ad trinepotem, in quo æqualiter omnes defuncto conjunctos vocat. Tertio, illa verba, *eorum, vel eodem ordine*, ſi enim legitur *eorum* ſunt relativa, & repetunt præcedentia cum ſuis qualitatibus, & reſtringunt diſpoſitionem ad perſonas nominatas, ut *in l. illis. C. de hæred. inſtituend. Menoch. conſ.200. num.3. & conſ.211. num.50. & conſ.390. num.13. Cephalus conſ.140. num.17. vol.1. Barboſa dict.103. n.4.* & non poſſunt verificari, niſi in omnibus expreſſis, *Seraphin. deciſ.26. num.2.* ſi autem legitur, *eodem*, etiam ſunt relativa, & referunt præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibus, ſignificantque identitatem in omnibus, & per omnia *Gloſſ. in l. cum hi, §. qui in perpetuum, ff. ſi ager. vectigalis. Menoch. lib.4. præſumpt.173. num.20. Rota apud Farinac. deciſ.453. num.2. in noven. centur. noviſſ. Surd. deciſ.15. num.1. Barboſa dict.99. num.1.* & ita, vel referuntur ad præcedentia immediatè, hoc eſt, ad omnes perſonas eorum ordine admittendas, ſcilicet, uni poſt alios infra prædictum gradum, ſervata inter eos proximioris gradus prærogativa, vel ad præcedentia mediatè, nempe ad ordinem aſſignatum, id eſt, quod à fratre uſque ad trinepotem ſemper ſervetur ille ordo, quod proximiores, qui ſuperſint tempore mortis feudatarii, illi ſuccedunt cum onere ſervitii conſueti.

224 Qualitercumque namque Text. iſte legatur, non poterit reperiri alius gradus antecedenter explicitus, non ſpecificè deſignatus, niſi ille a fratre uſque ad trinepotem, & infra illum, gradus proximior defuncto: nec alius ordo, niſi quod a fratre uſque ad trinepotem, ſuccedat ille, qui tempore mortis ſupererit defuncto proximior, habiturus feudum cum onere ſervitii conſueti; & ideò relatio, quæ inducitur ex verbis *ſimili gradu, & eodem ordine*, non poteſt fieri ad alium gradum, nec ad alium ordinem; ex quo ſequitur, quod cum ſtatutum admittit omnes perſonas defuncto conjunctas, ſimili gradu, & eodem ordine, intelligendum eſt, ut omnes admittantur exiſtentes infra illum gradum cum prærogativa proximitatis, & eodem ordine, ſcilicet, quod ſint proximiores defuncto computando gradus a fratre uſque ad trinepotem.

Si enim ſtatuens voluiſſet, quod unus ſolus ſuccederet, & quod ſervaretur Jus Francorum, ſæpiùs diximus, 225
id aliis verbis exprimere opus eſſe, & tali caſu hæc ultima verba non fuiſſent appoſita, quia deſignatio gradus à fratre uſque ad trinepotem, & diſpoſitio, quod infra illum ſuccederet ille agnatus, qui tempore mortis ſupereſſet defuncto proximior: ſatis conſultum erat omnibus agnatis tranſverſalibus, ſurſum deorſum & deorſum ſurſum, in quibuſlibet lineis, (exiſtentibus tamen intra prædictum gradum,) nam, vel erant deſcendentes ex alio, vel aliis fratribus defuncti, & tunc jam erat præſcripta forma ſpecialis, vocato uno fratre, & ex liberis ſuis uſque ad trinepotem; vel erant filii, aut deſcendentes ex patruo defuncti, ſcilicet, patrueles, & infra, & tunc etiam, data erat forma, computando gradus à patruo uſque ad ejus trinepotem, & caſu, quo unus ſolus deberet ſuccedere, ceſſabat quæſtio, utrum deficiente linea defuncti omnes aliæ lineæ eſſent æqualiter admittendæ ut per *Text. in dicto c.1. de natur. ſucceſſ. feudi*, minùs rectè conſiderat *Cumia dicto verbo eodem ordine dicto num.5. & ſeqq.* (qui ut difficultatem effugiat multa involvit, quæ difficiliora ſunt, & procedere non poſſunt, imò repugnantiam habent in ſe, ſupponendo inductum, & non inductum Jus Francorum, ut videre eſt apud eum num.6. cujus dicta non repugnamus, ne diutiùs immoremur.)

Certum namque eſt, quod in ſucceſſione individua, 22[6]
ut omnes vocati intelligerentur unus poſt alium,

ſufficeret dicere. *In linea tranſverſali ſuccedat proximior agnatus uſque ad ſeptimum gradum, vel à fratre uſque ad trinepotem ſexus, & primogenituræ prærogativa ſervata*, & ſic ſupradicta verba non fuiſſent neceſſaria. Unde modis omnibus evincitur, ad id fuiſſe appoſita, ut omnes pari gradu exiſtentes æqualiter admitterentur ſervato ordine proximitatis cum defuncto; à fratre uſque ad trinepotem, prout nunc de jure communi Longobardo expeditum erat in Regno. Cujus correctio per hoc ſtatutum, nec quidem excogitata fuit, ut ſupra oſtendimus.

227 Quam noſtri Statuti expoſitionem in ſupra relatis verbis præſenſit *Guigliermus de Perno*, hic, verbo *eodem ordine*, his verbis, *occurrit etiam, & tertius intellectus, qui mihi noviter occurrit legendo, textum hunc loqui, cum plures ſint de his perſonis prepoſitis, ſcilicet fratre, & liberis, qui ſunt defuncto conjuncti pari gradu; & determinari, quod ii pariter admittantur niſi inter viventes Jure Francorum, & hoc ſecundum aliquos.* Hactenus Pernus, qui eſt de antiquioribus Regni Doctoribus, & magnam habet auctoritatem, & licet eum rejiciat *Curtis dicto verbo eorum ordine num.4. verſ.3. dici poteſt, & num 4.* tamen potius rejicienda eſt expoſitio, cum qua ipſe tranſit, eo præcipuè, quia poſtea in verbo Francorum Jure, agnoſcens difficultatem illorum verborum, *inter feudatarios in eodem Regno Francorum jure viventes*, poſtquam retulerat primum intellectum, qui pro nobis facit, & cujus ſupra meminimus num.195. (quamvis illum non amplectitur, ſed potiùs ſecundùm quam refert ibidem num.8.) hæc verba ſubjungit num.9. ad finem: *Sed licet hodie per dictum Capitulum volentes, ſit expeditum, preſenti tamen Capitulo dubitatur, & magis congruit primus intellectus attentis verbis, ſed ſecundum mentem magis ſecundus, qui communiter approbatur.*

228 Undè cum ipſe fateatur inſpectis verbis ſtatuti non fuiſſe inductum generaliter Francorum Jus in ſucceſſione ab inteſtato, nulla ratione debuit Perni intellectum refellere, qui præcisè procedit inter feudatarios Jure communi Longobardo in Regno viventes, de quibus ſtatutum loquitur in illa prima parte, & quibus ſupra relata verba conveniunt, ut ſcilicet, omnes in pari gradu exiſtentes, æqualiter, & eodem ordine proximitatis admittantur.

229 Non enim ſuffragatur eidem dicere quod ſecundus intellectus ſecundum mentem ſtatuti magis congruit, & eſt communiter receptus, quia, licet, juxta vulgares regulas, mens, & intentio ſtatuentis, potius quam verba, debet attendi; Hoc tamen axioma multipliciter limitatur, & præcipuè non procedit quando, (ut in caſu noſtro) mens ſtatuentis (quam dictus Auctor, & alii apud eum confingunt) non deprehenditur ex verbis, nec alio modo probatur, imò contraria expreſsè colligitur, & ſumus in terminis ſtatuti, quod prætenditur eſſe revocatorium Juris Longobardi communis tunc temporis in hoc Regno, cujus correctio (ut alias diximus) non eſt præſumenda, niſi clara, & expreſſa appareat. & ſic ſubintrant aliæ firmiores regulæ in propoſito, ſcilicet, quod à legis verbis non eſt recedendum *l. non aliter, ff. de legat.3. cap. ult. ubi Gloſſ. de verbor. ſignific.* & ſemper interpretanda ſunt ſecundum propriam ſignificationem, *text. in d. l. non aliter, Tuſch. lit. V. conclul.91. tom.8.* in dubio (prout in præſenti ſecundum DD. contrarios) non eſt recedendum à proprietate verborum, *l. non aliter, & l.1. §. ſed ſi iis, qui navem verſ. in re igitur dubia, ff. de exercitoria actione, l. quidquid adſtringenda 99. ff de verb. oblig. l. proſpexit, ff. qui, & à quib. manum. Surd. conſ.315. num.18. & conſ.369. num.5.* & ſunt verba intelligenda ſecundum grammaticalem ſenſum, quod procedit non ſolum in contractibus, ſed etiam in legibus, & ſtatutis, *l.3. § hac verba il 2. ff. de negot. geſt. dict. l.1. §. is qui navem, ff. de exercit. Surd. conſ.425. num.31. & ſeqq. Seſſ. de inhibit. cap.4. §.5. num.19.* & ſecundum Jus commune, non autem jus ſpeciale ſunt accipienda *ex l. fin. C. de his, qui veniam ætat. impet.* proſequitur multa *Velaſco in loc. comm. lit. L. num.34. & 48. cum ſeqq. & lit. V. ex num.20.* Ideoque non ſtatuentis intentio, quæ nullo modo probatur, ſed ſtatuti verba juxta jus commune interpretanda, & ſecundum illud expreſsè in feudis dividuis loquentia, præcisè debent attendi, ab eis non recedendo.

Nec nos conturbat Authorum multitudo, qui contrarium intellectum tutati ſunt, nec quod *Pernus* parum ſibi conſtans *conſ.4. col.3.* à prædicta opinione, 230
& ſtatuti interpretatione receſſerit. Reſpondet, quippe, pro nobis Imperator Juſtinianus *in l.1. §. ſed neque, C. de vetere jure enucl.* ibi, *ſed neque ex multitudine Authorum quod melius, & æquius eſt judicatore, cum poſſit unius forſan, aut deterioris ſententia, & multos, & majores aliqua in parte ſuperare.* Plerique namque ex noſtris DD. ſatis perfunctoriè, difficultatem ortam ex textus Verbis tetigerunt, & illam contemnentes, tranſeunt, ſupponendo pro vero inductum fuiſſe Jus Francorum in ſucceſſione ab inteſtato, alii autem hanc ſuppoſitionem (ſeu potius illuſionem,) ut communem amplectentes; primam, & ſecundam partem confundentes: dicunt indiſtinctè, vocatum eſſe proximiorem defuncto tempore mortis ſuperſtitem, & hoc tempore conſiderandam eſſe primogenituram, & gradus proximitatem rejecta prærogativa lineæ; & denique alii lineam, & in ea proximiorem admitti debere firmant. Sed pauciſſimi ſunt, qui ad patres diſputaverint; de quibus feudis ſtatutum loquatur in illa prima parte, in qua vocavit proximiores, & de quibus in ſecunda, ubi ſexus, & primogenituræ prærogativam ſervandam conſtituit; & ex iis Curtis, & aliquos ſupra commemoravimus, adeò confuſè, & inconſideratè loquuti ſunt, ut nihil certum ex eorum dictis colligi poſſit.

Ob idque rationem deducendo, à juris feudalis, 231
Regni conſtitutionum, capitulorumque principiis, illamque ſolam ut ducem ſequendo, & à ſtatuti noſtri verbis nullatenus recedendo; concludimus pro ut ſupra, verbo *proximior* nihil diſponere circa ſucceſſionem feudorum inter viventes Jure Francorum, inter quos ſexus, & primogenituræ prærogativa ſervanda eſt, ſed ſolum procedere inter viventes Jure Longobardo, quo attento cum feuda eſſent dividua, & omnes exiſtentes in pari gradu æqualiter pro indiviſo eſſent ſucceſſuri, non poterat conſiderari primogenitura, ſed tantum gradus proximior, & ſexus, pro ut, jam ſupra diximus ex *cap.1. de natura ſucceſſ. feudi, cap.1. de eo, qui ſibi, & heredibus ſuis maſculis*, cum ſimilibus, ac per conſequens in feudis, & Baroniis, de quibus in præſenti cauſa, & in omnibus aliis, quæ nunc in Regno habent clauſulam Juris Francorum appoſitam in primis inveſtituris, vel ex diſpoſitione primorum acquiſitorum, aut ex generali conſuetudine, orta ex interpretatione Doctorum, vel ex dictis capitulis noviſſimis, non gradus proximior, ſed primogenitura, & lineæ prærogativa eſt conſideranda, quod nobis juri, & rationi conſentaneum videtur.

Verum, ut nulla ſuperſit difficultas, dato, & non conceſſo, quod verbum *proximior* intelligatur repeti- 232
tum in illa ſucceſſione inter viventes Jure Francorum, ita ut ſenſus ſit, quod inter eos, qui proximiores fuerint ſervari debeat ſexus, & primogenituræ prærogativa, rectè dici poteſt in iis terminis, proximiorem illum eſſe, qui in linea primogenita proximior reperitur, ut probat *Text. in dicto cap.1. de natur. ſucceſſ. feud.* ibi, *Et hoc eſt, quod dicitur ad proximiores pertinere, iſti verò proximiores dicuntur reſpectu aliarum linearum*; Nam licet illo Jure Longobardo inſpecto feuda eſſent dividua, & non poſſet conſiderari prærogativa primogenituræ, quæ in feudis tantum, & ſucceſſionibus individuis, locum habet; tamen linea proximior, à qua defunctus proceſſerat erat attendenda, & in ea omnes

Digitized by Google

oinnes in pari gradu exiſtentes aliis agnatis remotioris lineæ præferebantur. Ut notant ibidem *Iſernia num.31. Afflict. §. dummodo, num.3. Balzaran. de feud. lib.2. fol.121. num.11.* quos ſequuntur *Bald. conſ.200. num.2. lib.5. Sarmiento in l. cum ita legatur, §. in fideicommiſſo, num.12. ff. de legat.3.* per quem *text. in dicto cap.1.* Ita eleganter tenet *Don. Joan. del Caſtillo dicto lib.3. controverſ. cap.19. num.301. verſ. præcipuè* qui loquitur in noſtris terminis (videndus ex *num 299.*) & eum ſequuntur ex noſtris Sicul. *Cutell. ad l. Jacobi dicta nota 41. fol.60. verſ. nobis autem, Giurb. de feud. §.2. Gloſſ.10. num.5. & num.46. verſ. Ego vero, & num.50. circa med. & in conſuet. Meſſanenſ. cap.11. Gloſ.6. n.18. Amat. dicta reſolut.1. num.25. uſque ad num.28. & numer.50. 88. & 89. Mut. In hoc Cap. Si aliquem, n.55.* Parum ſibi conſtans *Cumia hic verbo proximior, num.23. 29. 39. & 40.* qui alios referunt, & de exteris *Ciriacus in dicto conſ. feud. art.1. à num.130. cum ſeqq. fol 24. & ibidem Boſſ. Savleger. dicto cap.89. num. 14. & 15.* qui noſtrum *Amat.* laudat, & ſequitur, & multis relatis *Don. Franc. Marcian. dicta diſput.3. num.26. & ſeqq.* ubi in terminis probat, quod vocato proximiore non excluditur repræſentatio, ac per conſequens prærogativa lineæ.

233 Eamdem interpretationem in majoratibus Hiſpaniæ, etiam, quod vocatus ſit proximior conſanguineus de tempore mortis ultimi poſſeſſoris tenent, & uti veriorem defendunt, ac ſequuntur *Molina dicto lib.3. cap.8. ex num.11.* ubi *ejus Addentes* multos referunt, & fundamentum eſt, quia verbum *proximior* debet accipi juxta diſpoſitionem Juris, & præſcriptum ordinem ſuccedendi jure primogenituræ, aliàs deſtrueretur ejus qualitas, & natura, quod ſucceſſio deferatur de primogenito; qua retenta ſententia reſpondent ad *Text. in l. ſi liberius præterito, §.1. ff. de bonis libertorum*, aliaque contra fundamenta rejiciunt, ac diſſolvuntur; Proſequuntur *Gutierez lib.3. practicar. quæſtion.68. per tot. Pater Molina de Juſtitia diſput.629. numer.2. verſ. dubiam deinde, Gratian. diſcept. forenſ. capit.419. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.485. num.40. Robles de repræſent. cap.11. num 33. & 34. lib.3. Reinoſſo obſerv.25. per tot. & ex num.5.* ubi, ſecluſa diſpoſitione *leg.40. Tauri*, & in puris Terminis Juris communis hanc ſententiam veriorem dicit, & multis pro ea laudatis, contrariis ſatisfacit argumentis, latè *Caſtill. lib.2. controverſ. cap.20. & dicto lib.3. cap.19. à num.190. & n.302.* ubi, etiam in fideicommiſſis familiæ relictis Jure communi attento defendit proximiorem dici, qui per repræſentationem, & melioris lineæ prærogativam proximior eſt, licet ſit gradu remotior; quod pluribus DD. relatis tum Hiſpanis, tum exteris comprobat, & defendit, quem ſequitur *Martian. ubi proximè.*

234 Quibus accedit, quod non ſumus in diſpoſitione hominis (in qua DD. contrariæ ſententiæ verbum *proximior* naturaliter, & vere non autem per fictionem intelligendum eſſe contendunt, ut conſtat ex argumentis eorum, quos congeſſerunt *Gutierez dicto lib.4. quæſt.67. Caſtill. dicto lib.2. cap.20.*) ſed ſumus in diſpoſitione legis, & ſtatuti, in quo per vocationem proximioris non cenſetur excluſa repræſentatio, & lineæ prærogativa ut teſtantur *Alexand. Decius, & Jaſon.* quos ſequitur *Tiraquell. de primogen. quæſt.40. ex num.11. uſque ad 25. & num.17. & ſeqq. Caſtill. dicto lib.2 cap.20. num.11.* ubi, quod licet ſtatutum recipiat ſtrictiſſimam interpretationem, & tantum valeat quantum ſonat *l. omnes populi* ubi *Bald. num.60.* & omnes DD. communiter poſt eum, *ff. de Juſt. & Jure* nihilominus, inquit, non cenſeri repræſentationem denegatam, & conferunt quæ de primog. Hiſpanorum loquens, ſcripſit poſtea *dicto lib.3. cap.19. num.303. cum Molina dicto lib.3. cap.8. num.11. & in Additionibus ad finem operis, num.12. in fine*, ubi in terminis *Reg. lib.2. tit.15. part.2* vocantis proximiorem conſanguineum,

dicit admitti repræſentationem, & quod nullo jure probatur differentia, quam nonnulli DD. Hiſpani conſtituunt inter vocationem proximioris, factam à lege, vel ab homine, ut ſi fiat à lege admittatur repræſentatio, ſecus verò ſi ab homine fiat, & ſic firmat, quod quando proximior vocatur per legem, aut ſtatutum procul dubio admittitur repræſentatio. *Addentes Molina dicto cap.8. num.11. uſque ad 15.* ubi in fine dicunt contrariam ſententiam ſolum in fideicommiſſis familiæ relictis locum habere poſſe, & in terminis *Marcian. dicta diſp.3. num.23.*

Præterea, in præſenti cauſa, conſideravimus, quod inter prædictos Comites concurrentes, nullus gradu 235
proximior, ſed ambo in pari gradu exiſtunt, & hoc caſu, potiorem eſſe prærogativam melioris lineæ, quam majoris ætatis (etiam, quod uterque ex eadem origine, hoc eſt maſculus ex maſculo reperiretur deſcendens) dixerunt *Amat. dicta reſolut.1. num.45. & 49. Baron. in allegat. impreſſ. poſt tom.2. de citation. num.61.* (quamvis ipſe pro gradu contra lineam ſe ſubſcripſerit) *Petr. de Gregor. & Joan Aloyſ. de Septimo in allegat. pro Marchione Hieracis*, ubi dicunt ætatem non eſſe in conſideratione, ubi eſt aliquod plus, prout eſt ex primogeniti linea eſſe. Secundùm quam opinionem judicatum fuit in cauſa Cannicati apud *Amat. ubi proximè, num.87. verſ. Domini*, & in cauſa Jarratanæ de anno 1655. & etiam in cauſa Calamenſanæ.

Cujus rei ratio eſt, quia ceſſat cauſa propter quam 236
Regni DD. primogenituræ prærogativam abnegarunt, ſcilicet, quod proximior in gradu à ſtatu vocatus debeat præferri, & ſic poteſt ſumi argumentum à ceſſante ratione legis, *Text. in l. quod dictum, ff. de pactis, Everhard. in tot. legal. loco 85.* cum aliis per *Seraphim de privileg. juram. privileg.21. num.2.* eo maximè, quoniam ſi ſtatutum noſtrum deſtruit naturam, & qualitatem primogenituræ, ut prædicti DD. ſupponunt, eſt correctorium Juris communis, & generalis conſuetudinis ſuccedendi in primogeniis, & debet interpretari, ut quantum fieri poſſit minus corrigat ex *Maſcard. de interpr. Statuti concl. 5.11. num 2. Conard. in l. unica, quæſt.7. à num.6 C. ſi de moment. poſſeſſ. Gozadin. conſ.19. num.5.* & in puncto dixerunt DD. num. præcedenti laudati.

Secundò objiciunt Advocati ex adverſo, quod in hoc *Cap. Si aliquem*, non primogenituræ prærogati- 237
vam, ſed majoris ætatis, de tempore ſucceſſionis delatæ, eſſe inſpiciendam; ad cujus comprobationem expendunt verba ibi, *ut maſculus fœminam: & juniorem major natu præcedat*, per quæ contendunt explicata, & declarata fuiſſe præcedentia, ibi, *ſexus, & primogenituræ prærogativa ſervetur*, & ita, inquiunt, non qualitas primogenituræ tempore nativitatis, ſed major ætas de tempore mortis ultimi poſſeſſoris debet attendi, ut dixit *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. parte 4. quæſt.10. per tot. & quæſt.5. verſ. tertio principaliter, & parte 8. q.6. n.7. & Maſtrill. in addit. ad dictam quæſt.10. lit. A.* cum aliis, quos ex noſtris referunt, & confirmari dicunt ex *verbis ſeqq.* ibi, *Sed ſi nulla remanente in capillo duæ, vel plures fuerint maritatæ, majori natu jus primogenituræ ſervetur, & alteram in dicta ſucceſſione præcedat*; ex quibus prætendunt amplius declaratum fuiſſe, quod ſtatutum fuerat loquutum, non de primogenitura, ſed de majori ætate vocando majorem natu.

Cui oppoſitioni abundè ſatisfecimus ſupra à n.183. 238
cum ſequentibus, ubi multis probavimus vocationem primogeniti; majoris natu, ſeu majoris ætate, in nihilo differri, & ex veriori ſententia admitti repræſentationem, & lineæ prærogativam, etiam quod ſimpliciter vocatus ſit major natu, vel major ætate, fortius tamen quando (ut in præſenti) major natu vocatur cum qualitate primogenituræ. Sed ex abundanti reſpondemus, prædicta verba ex adverſo ponderata, non reſtringendi, aut limitandi præcedentia; ſed de-

Google

monſtrandi gratia fuiſſe adjecta; & cum ſint acceſſoria ad primogenituram ita interpretanda ſunt ne illi derogent. *ex text. in clement. 2. in fine de præbend. Decian. conſ.31. num.18. lib. 1.* maximè cum præceſſerit diſpoſitio in oratione perfecta, quo caſu indubium eſt demonſtrandi gratia adjecta intelligi debere *ex Baldo in l. ſi cui legetur, & in l. quædam, ff. de legat.1. Caſtrenſ. conſ.339. num.3. verſ. pro inte.lectu lib.1. Natta conſ.34. num.6. Surd. conſ.279. num.6.* alias primogenituræ prærogativa à capitulo hoc conſiderata, deſtrueretur, & ſtatim ſe correxiſſe ſtatuentem dicendum eſſet contra regulam *textus in l. non ad ea, ff. de condit. & demonſtrat. Menoch. conſ.1130.* & ideo ita fieri debet interpretatio, ut prioribus verbis non contradicat. *Bart. in l. ultim. §. idem quæſiti, ff. de condit. indebit. Dec. conſ.562. Decianus conſ.101. num.20. & 21. lib. 3.*

Dicendum igitur eſt, prædicta verba apposita fuiſ-
239 ſe ad demonſtrandam, explicandamque naturam, & qualitatem primogenituræ, cujus prærogativa, & melioris ſexus in præcedentibus dictum fuerat, quod obſervari deberet, ut, ſcilicet, inter deſcendentes in linea primogenita in eodem gradu, maſculus fœminam, & major natu minorem præcederet, quod regulare eſt in primogeniis, & ita apud Hiſpanos concipiatur forma majoratus regularis, ex dictis in principio iſtius Articuli, nempè *De tal manera, que ſempre prefiera el Varon de la hembra, y el mayor al menor*, & ſive dictio illa *ut* ſtet exemplificativè, ſecundum *Farinac. in praxi crimin. quæſt.4. conſ.95. num.6.* ſive conſequutivè, juxta *Text. in l. ſi ſervus, §. ſi olivam, l. ſi ex plagiis, §. in clivo capitulino, & in l. ſi bonos, ff. ad legem aquil. Surd. conſ.115. num.89. num.3.* ſive oſtendat cauſam finalem, vel importet modum ex latè traditis à *Barboſa diction.439. num.1. & 2. cum ſeqq.* ſemper vera eſt ſuperior expoſitio, quod ſtat ad demonſtrandum, & explicandum, exemplificativè modum ſervandum in ſucceſſione jure primogenituræ, (prout proximè diximus,) ſicuti enim apud Advocatos alterius partis non ſufficit, quod quis ſit major natu, niſi proximior reperiatur, eo quod dicunt hanc proximitatis prærogativam à ſtatuto fuiſſe primo loco conſideratam, ita & eodem modo fateri debent non ſufficere eſſe natu majorem, ſi non habet prærogativam primogenituræ, hoc eſt, eſſe de linea primogenita, priùs etiam à noſtro capitulo requiſitam, & conſideratam.

240 Quod verò attinet ad ultima ſtatuti verba ibi, *ſed ſi nulla remanente in capillo, &c.* quæ de majori natu ſimpliciter Advocati ex adverſo intelligunt, dici poteſt; contra ipſos potiùs retorqueri interpretationem, quia noſtram expoſitionem evidentiſſimè comprobant. Ut enim ſtatutum prædictum magis, ac magis declarant ſe de vera primogenituræ prærogativa loqui, etiam inter fœminas in capillo, ſeu maritatas, non ſemel, ſed bis, verbo primogenita, & primogenitura uſum fuit, primo ibi, *niſi fortè de duabus concurrentibus eſſet primogenita maritata, & junior remanſerit in capillo, tunc enim Junior, quæ remanſerit in capillo primogenitæ maritatæ præferatur.* Secundo ibi, *majori natu jus primogenituræ ſervetur*; & ita dici poteſt hoc toties ſtatuentem voluiſſe repetere, ut omnem tolleret dubitationem, prout dixit *Juriſconſ. in l.2. §. ſed ſciendum, verſ. Ego puto, ff. de ædilitio edicto*, ibi, *Ego puto ædiles tollendæ dubitationis gratia bis, Ideſt de eodem idem dixiſſe, ne qua dubitatio ſupereſſet*; Et ut ex hac repetitione, & geminatione verborum, ſtatuentis enixa voluntas, & diſpoſitio, circa linealem, & veram primogenituram magis eluceſceret, ex vulgari *reg. leg. Baliſta, ff. ad ſenat. conſ. treb. cum ſimilibus.*

Ac proindè facillimè diluitur contraria objectio,
241 præcipuè conſiderando, quod ſtatutum non ſimpliciter dixit, *majori natu, ſucceſſio ſervetur*, ſed adjecit, *majori natu jus primogenituræ ſervetur*, denotans, non majoris ætatis, ſed primogenituræ, jus & prærogativam, quam primo requiſierat, attendendam, & conſiderandam eſſe, quod eſt ſummè notandum, eo quod in hac textus parte loquitur de duobus, vel pluribus ſororibus præcisè in linea primogenita exiſtentibus, non verò in diverſis lineis; Et nihilominus majorem natu vocat primogenitam, & jus primogenituræ eidem ſervandum conſtituit; quandoquidem inter exiſtentes in eadem linea, & pari gradu ſufficeret dicere, quod major natu deberet præferri, in quo dignoſcitur voluiſſe omnem tollere dubitationem, ut non de majori ætate, ſed de primogenitura vera, ac formali ſtatuti verba deberent intelligi.

Tertio opponunt prærogativam lineæ inter tranſ- 242
verſales etiam primam cauſam in ſucceſſione habentes, antequam ſucceſſionis caſus advenerit, conſiderari non poſſe: Et tunc, ab eo, qui ſucceſſionem occupavit, lineam incipere aſſerunt, ſed quia multa involvunt magnam DD. cavernam ex his, qui allegantur, & ſequuntur à Scribentibus in cauſa ſucceſſionis Regni Portugalliæ pro prudentiſſimo Rege Noſtro Domino Philippo II. cumulantes, eorum Adverſariorum dicta ſubſtantialiter reſumendo, ad id reducuntur, ſcilicet, quod ultra caſus, in quibus de jure communi conceditur repræſentatio, nempè, in linea deſcendenti uſque in infinitum, in tranſverſali uſque ad filios fratrum concurrentes cum patruis ad alterius patrui ſucceſſionem non datur prærogativa lineæ, ſolum enim agnoſcunt lineam poſſeſſoris, quam ingreſſam vocant, & de qua dicunt loqui *Text. in cap.1. de natur. ſucceſſ. feud.* Et hac extincta firmant, omnes alias lineas æqualiter admittendas, ad quod inducunt prædicti textus verba, ibi, *ſed omnibus ex hac linea deſinentibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur*, & in ſumma, dicere intendunt, lineam non conſiderari, quando pater, vel aſcendens, cujus perſonam quis repræſentare contendit, non habuit jus ſuccedendi firmiter radicatum, ſcilicet, jus de præſenti, certum, firmum, atque invariabile, quale eſt, quod habet filius primogenitus in vita parentis primogenii poſſeſſoris.

Verùm (præmiſſo, prout in principio præmiſimus,
caſum noſtrum diverſiſſimum eſſe ab eo, qui in ſucceſ- 243
ſione Regni Portugalliæ inter concurrentes diſceptabatur, diverſiſque legibus, & rationibus dicendum.) Reſpondemus, in caſu præſenti, in quo ſecundùm leges, & Regni Capitula ſucceſſio feudorum dignitatis defertur jure primogenituræ, & ejus prærogativa ſervata, duas deberi conſiderari lineas, unam poſſeſſoris, alteram primogeniti; ſi de linea ultimi poſſeſſoris quæramus, certum eſt non efficere lineam niſi illum, qui ſucceſſionem occupavit, & in majoratu ſucceſſit; ſi autem de linea primogenitorum quæramus, non eſt dubitandum, quod is, qui primò natus eſt illicò jus primogenituræ acquiſivit, & lineam ſecundogeniti excluſit, lineam primogenitorum inter ſe, & illos, qui ab ipſo deſcenderint conſtituens, ut probavimus ſupra, & eiſdem ferè verbis docet *Molina dicto lib.3. cap.6. num.35.* qui reſpondens ſimili objectioni quam propoſuit *num.34.* ità ut diximus concludit, quem ſequuntur omnes, quos *ejus Additio ibidem* cumulavit, & poſt *Joan. del Caſtillo controv. lib.5. cap.95. num.6. & 7.* noſter *Amat dict. reſol.1. n.34. & 52.*

Quod autem neceſſarium non ſit, quod pater, vel 244
aſcendens illius tranſverſalis, qui uti de meliori linea ad ſucceſſionem venit, & in ea aliis de inferioribus lineis præferri intendit, primam ſucceſſionis cauſam, & jus certum, ac invariabile in ea habuerit, ſed ſufficiat probabilis ſpes ſuccedendi, ſi caſus occurreret, & quod talis pater, ſeu aſcendens ſi viveret ſuccederet, tenet expreſſè *Molina dicto lib.3. cap.7. num.4.* ubi ad prædictam difficultatem reſpondens, inquit, *quæ omnia quando pater nullo tempore primogenituræ jus, nec in ſpe habere potuit intelligenda ſunt, veluti ſi erat ſpurius, aut naturalis, vel aliter à majoratus ſucceſſione à tempore nativitatis excluſus fuit. ſecus autem ſi pater aliquo*

tempore,

Digitized by Google

tempore jus primogenituræ ſaltem in ſpe , vel in potentia habaerit. Quem ſequuntur *Addentes ibidem cum Menoch. Peregrino, Mieres, Matsienzo, Robles,* & eleganter *Caſtillo* ; qui latiſſimè fundat , & contrariis ſatisfacit *dicto lib.3. cap.15. ex num.76. & cap.19. à num.172.* ubi fuſius, & demum ipſi *Addentes in verſ. ex quo* , hæc verba ſubjongunt ; *ex quo taxantur Avendan. in l.40. Tauri Gloſſ.14. num.20. Flores ad Gamam deciſ.308. verſ. mea autem opinio Cevallos lib.3. commun. quaſt.762. n.191. Rolandus in Reſponſo pro Tribultiis, num.73. uſque ad 77. & Molina noſter in allegatione Juris pro ſucceſſ. Regni Portagall. num.191. primæ allegationis , Menoch. conſil.269. num.65. lib.3. aſſeverantes repræſentationem non dari, quando ſpes ſuccedendi remota, incerta, atque variabilis eſt.*

245 Proſequuntur idem confirmantes noſter *Amat. dicta reſol.1. num.52. Papponius conſ.117. num.23. Giurba de feudis , §.2. Gloſſ.6. num.25. & 26. & Gloſſ.10. num.44. & 45.* qui *Martam* reprobat *Don. Joann. Bapt. de la Rea deciſ. Granat. 8. num.49. & 48. Cancer. variar. lib.3. cap.21. num.297. Suelveſ. conſ.95. à num.14. cum ſequent.* qui ſecundum hanc veriſſimam opinionem deciſum fuiſſe teſtantur , & *Reinoſſo dicta obſervat.24. ex num.25. cum ſeqq. & obſervat. 26. num.6.* & per totam , & ſequitur *Marcian. dicta diſput.10. à num.14. cum ſeqq.*

246 Cujus traditionis ratio , inter illos tranſverſales, qui licet tales ſint reſpectu ultimi morientis ; tamen deſcendunt à primis acquiſitoribus, ſeu diſponentibus, provenit ex eis , quæ ſuperius diximus , præcipuè numer.174. cum ſequentibus , quia unuſquiſque ab initio cenſetur vocatus , & ſubſtitutus unus poſt alium ordine primogenituræ, hoc eſt , linea recta de primogenito in primogenitum , & ſic venit ex proprio Jure, & propria vocatione nec opus habet , quod pater, vel aſcendens in primogenio ſucceſſerit , ſed ſolum , quod ſi viveret ſuccederet. Et ſi dicatur hoc eſſe effectum repræſentationis , nulla alia conſideratur , niſi juris primogenituræ , quod pater , vel aſcendens habuit, in cujus locum ſubintrat deſcendens , illius perſonam repræſentans , quatenus de ipſius linea primogenita primo vocata , & prædilecta deſcendit. Quæ repræſentatio ſemper attenditur , & conſideratur reſpectu primi diſponentis , & proximi aſcendentis , ſeu ſtipitis , à quo linea , in qua erat defunctus , & omnes aliæ lineæ cæterorum concurrentium originem ducunt. Licet enim proximitas ad ſuccedendum ſit attendenda reſpectu ultimi morientis ex receptiori ſententia quam per *Text. in l. cum ita, §. in fideicommiſſo , ff. de legat.2.* infinitis relatis probat *Amat lib.1. reſol.10. num.1.* ſic intelligendus circa ea , quæ ſcripſit *num.16. 17. & 18.* tamen repræſentatio , & linea deſumitur , & conſideratur ex perſona primi fundatoris. Cujus differentiæ rationem eleganter reddit *Reinoſſo dicta obſervat. 26. num.8. cum ſeqq.* poſt *Molinam lib.1. cap.6. num. 46. verſ. hac autem , & lib.3. cap.9. num 13.* ubi *Addit. Covarr. practic. quaſt. cap, 38. num. 10. Ant. Gomez in l.8. Tauri , num.19. Guttierez lib.3. practic. quaſt.66. num.14.*

247 Unde cum in præſenti cauſa ſimus inter illos tranſverſales , qui à primis deſcendunt feudorum acquiſitoribus , non eſt cur lineæ prærogativa , & in ea repræſentatio denegetur , prout ex adverſo contenditur, licet Don Joannes Branciforti Mazareni Comitis Patens, primam cauſam in ſucceſſione Don Fabritii communis avi non habuerit , cum in aptitudine , & potentia jus ſuccedendi eidem competierit immediatè poſt primogenitum Donnæ Margaritæ patrem , & hodiè ſi viveret tanquam proximior , & de meliori linea ſuccederet , ſicque ejus filio conveniunt omnia , quæ ex veriori , & ex receptiſſima ſententia in præcedentibus adduximus.

248 Ad textum verò *in dicto cap.1. de natur. ſucceſſ. feudi* in verbis ſupra relatis , de quibus magnum factum in voce , & in ſcriptis Advocati ex adverſo fecerunt, facillimo negotio reſpondemus , Textum loqui de feudis dividuis (ut ſæpiùs diximus , & ex eo patenter apparet) & ſic deficiente linea proxima, à qua defunctus proceſſerat , omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur ; quod non eſt intelligendum , prout ex adverſo explicatur , nempè , quod omnes in aliis lineis exiſtentes, nulla linearum habita ratione æqualiter admittantur ad concurrendum pro ſucceſſione, ita tamen ut ſervetur gradus , ſexus , & ætatis prærogativa ; (hoc enim ſtare non poteſt inſpecto illo Jure feudorum, quo feuda dividua erant , & ad omnes in eodem gradu exiſtentes æqualiter deferebantur , nec prærogativa majoris ætatis erat in conſideratione ; ſicuti nec obſervatio ſexus , cum extantibus maſculis clarum eſſet non poſſe ſuccedere fœminas etiam proximiores , niſi feudum eſſet fœmineum *cap.1. de eo , qui ſibi & hæredibus ſuis maſculis cap.1. de feudo fœmina* , & paſſim in uſibus feudorum.

Et ideò ita debet intelligi ; videlicet , quod omnes 249
agnati proximiores exiſtentes in pari gradu , & in alia qualibet linea æqualiter admittantur , hoc, quippe indicant prædicta verba *omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur* id eſt , non ad concurrendum , ſed ad ſuccedendum ſervata gradus prærogativa , & omnibus , qui in pari gradu exiſterint æqualiter admiſſi , & hoc eſt, quod dicunt , & dicere debent DD. ex adverſo allegati , ſcilicet *Oldrad. conſ.178. in fine , Bertrius conſ.47. num.3. verſ. ſed aliter , & in fine verſ. eſt advertendum Rub. Alexand. conſ.38. num.4. Præpoſit. cap.1. num.2. de ſucceſſ. fratr. ubi Baldus in 1. Ferrar. inter conſ. Bruni conſ.72. Joann. de lignano inter conſ. ejuſdem conſ.76. poſt num.5. Mantic. de tacit. lib.23. tit.28. num.41. & Roſenthal. de feud. cap.7. concluſ.57. num.14.* ibi , *omnes enim interpretes* , qui omnes loquuntur in feudo dividuo , & prout nos , textum illum interpretantur, quibus & addendus eſt *Balzaran. in eodem text. num.13.* ſed quantum hoc ſit à noſtro caſu diverſum , in quo de ſucceſſione individua uni ſoli jure primogenituræ deferenda agitur , nemo erit , qui non videat.

Denique , ut jam ad explicationem noviſſimorum 250
Regni Capitulorum tranſitum facere poſſimus , objiciunt verba capituli *conſtitutionem* 30. Invictiſſimi Regis Federici , ibi *ut in feudis etiam ſi avita , vel paterna non fuerint , verùm de novo quæſita , collaterale ab inteſtato ſuccedant , & inter eos ordo ſuccedendi ætatis , & ſexus prærogativa ſervetur* , ex quibus deducunt , quod in feudorum ſucceſſione , ſola major ætas inſpici debet.

Sed reſpondetur per illum textum nihil fuiſſe inno- 231
vatum circa ea , quæ per hoc *Cap. ſi aliquem* , fuerant diſpoſita , ſed ſolum declaratam , & ampliatam ejus diſpoſitionem , ad feuda de novo conceſſa ; ut in eis tranſverſales ſuccederent eodem ordine , & ſervata eadem prærogativa prout *in dicto Cap. Si aliquem* , fuerat proviſum , (in quo de feudis novis , non adeò clarè erat diſpoſitum.) Quod apertè colligitur ex dicto cap. conſtitutionem , ibi , *Conſtitutionem editam per prædictum Dom. Regem Iacobum fratrem noſtrum ſuper ſucceſſione feudorum lucidè præſenti dicto noſtra conſuetudinis declarantes , &c.* Unde evincitur quod non eſt nova diſpoſitio , ſed antiqua declaratio , quæ novum Jus non inducit. *Text. in l. hæredes palam 21. §. ſi quid poſt, ff. de teſtamentatis l. adeo , §. videtur tamen , ff. de acquir. rer. dom. Authent. de raptu mulier. §. ult. collat.9.* latè *Felin. in cap. ult. num.4. de conſtitutionibus Caſtillo lib.3. controverſ. cap.10. num.24. cum ſeqq. & tom.4. cap.19. ex num 18. & num.35.* noſter *Cutell. de donat. tract.1. diſcurſ.2. partic 10. num.25. & 26.* Et declaratio non circa modum, & formam ſervandam in ſucceſſione collateralium ab inteſtato (hoc enim clariſſimè erat cautum in dicto *Cap. Si aliquem* ,) ſed tantum circa feuda , in quibus forma præſcripta erat ſervanda, ut, ſci-

licet, etiam in feudis noviter quæſitis ſervaretur, ibi, *in feudis etiam ſi avita, vel paterna non ſint, ſed de novo quæſita*, & ſic illud capitulum intelligunt, multis relatis *Giurb. de feudis præludi.6. num.36. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. parte 4. quæſt.12. num.4.*

252 Senſus ergo illius capituli eſt, quod in feudis novis ſervetur idem ordo ſuccedendi, quod in dicto *Cap. Si aliquem*, fuerat præſcriptum, & ſic quod inter viventes Jure Longobardo proximiores à fratre uſque ad trinepotem ſuccederent, ſervata gradus prærogativa, & omnibus ſimili, & pari gradu defuncto conjunctis æqualiter admiſſis, & inter viventes Jure Francorum, ſexus, & primogenituræ prærogativa eſſet ſervanda. Et hoc eſt, quod verba demonſtrant reddendo ſingula ſingulis, ut verbum *ordo* referatur ad ordinem in prima parte dicti *Cap. Si aliquem*, aſſignatum ibi, *eodem ordine admittendis*, at verba illa *ætatis*, *& ſexus prærogativa*, ad prærogativam ſexus, & primogenituræ, in ſecunda parte, & inter viventes Jure Francorum requiſitam; illud enim verbum *ætatis*, brevitatis cauſa appoſitum, relativè eſt intelligendum, ut ſic ſignificet prærogativam primogenituræ, de qua in relato *Cap. Si aliquem*. Aliàs hoc cap. *conſtitutionem* illius correctorium eſſet (quod nullus ex noſtris DD. dicere auſus eſt, quandoquidem ejus verba repugnant,) & etiam dici poſſet, non gradum proximiorem, ſed majorem ætatem eſſe attendendam, quia de gradu nihil dixit, quod eſſet abſurdum, & quomodocunque ſit ſemper intelligi debet de prærogativa primogenituræ, ex iis, quæ diximus ſupra *num.183. & ſeqq.* quia hic repetere otioſum eſt.

Hæc quæ dicta ſunt procedunt in puris terminis
253 dicti *Cap. Si aliquem* ſtatuentis, quod inter viventes Jure Francorum ſervetur prærogativa ſexus, & primogenituræ; ſed dato, quod ex verbis in contrarium expenſis, & à nobis declaratis, quibus intenditur proximiorem defuncto de ipſius mortis tempore eſſe vocatum, & in pari gradu, illum, qui major natu fuerit repertus, excluſa repræſentatione, & lineæ prærogativa, aliqua ſupereſſet dubitandi ratio (quam ex Doctorum interpretationibus potius, quam ex verbis, & mente ſtatuentis oriri cenſemus) omnis jam ſublata eſt difficultas per noviſſima Regni Capitula, quibus inſpectis (licet non ceſſaverit cavillandi occaſio) in his feudis dignitatum, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, lineæ prærogativa, & melioris ſexus origo ratione conſervandæ agnationis, apertè conſiderata dignoſcitur; idcircoque omittimus referre, & refutare antiquorum DD. opiniones, qui pro gradu proximiore, & in paritate gradus, & ſexus pro majori natu ſuffragium dederunt, & accedimus ad explicationem prædictorum noviſſimorum Capitulorum Regni, in cujus diſcurſu nonnullos ex dictis Doctoribus, & alios ex recentioribus, qui pro lineæ prærogativa ſubſcripſerunt, etiam in terminis dicti *Cap. Si aliquem*, adducemus, atque laudabimus.

254 Primò, ſeſe offert Capitulum 118. Dom. Imperatoris Caroli, per quod, ut in principio diximus, declarando antiquorum opiniones in terminis dicti *Cap. Si aliquem*, & meliorem ex eis eligendo, lineæ prærogativam inter deſcendentes in infinitum obſervari debere deciſum fuit; & ſic, quod in ſucceſſione aſcendentium nepos, pronepos vel deſcendens ex filio primogenito præmortuo, præferendus eſſet filio ſecundogenito, non obſtante. quod ſecundogenitus in vita patris refutationem, & poſſeſſionem feudi obtinuiſſet; qua declaratione, ceſſavit contentio inter patruum, & nepotem, & per conſequens illa Antiquiorum traditio pro gradu proximiore, & in pari gradu, & ſexu pro majore natu.

In prædicto enim Capitulo, non ſolum fit mentio nepotis filii ex primogenito præmortuo, ſed expreſsè
255 nepotum in plurali commemoratio fit, ibi; *trovandoſi nepoti figli dello primogenito morto, ſuccedano, e ſiano preferiti in detti ſtati, e feghi, alli figli ſecundogeniti di detti Marcheſi, Conti, Baroni, e Feudatarii*, quibus verbis, apertè comprehenſi cenſentur pronepos, abnepos, trinepos, & omnes deſcendentes ex filio primogenito, quia appellatione nepotum omnes prædicti veniunt. *Ex doctrina Bart. in l. liberorum, num.17. ff. de verb. ſign. Alexandr. in l. Gallus, §. inſtituens, num.3. ubi Jaſon. num.8. 9. & 20. ff. de liber. & poſth. Ruin. conſ. 166. num.8. lib.1. Joſeph. de Ruſtic. in l. cum avus lib.6. cap.15. num.8. 9. & 10. Rovitus conſ.42. num.9. tom.1.* & infinitis relatis *Barboſ. de verb. appell. 163. num.6.* Et cum ſimus in terminis ſtatuti, loquentis in ſucceſſione feudi dignitatis, & generaliter, de quolibet feudo jam tunc in Regno individuo, & uni tantummodo deferendo, indubium eſt prædicta verba plurali numero concepta, non collectivè de pluribus nepotibus ex unico filio, ſed ordine ſucceſſivo de nepote, pronepote, & aliis deſcendentibus ex ſuperioribus Doctoribus eſſe accipienda.

Undè diluitur Advocatorum ex adverſo objectio, 256
contendentium verba prædicta exaudienda eſſe de multis nepotibus plurium Comitum, Baronum, & Feudatariorum, quia hanc interpretationem manifeſtè reſpuunt verba, ibi, *trovandoſi nepoti figli del primogenito morto*, quæ apertè indicant ſtatutum loqui de pluribus nepotibus unius tantum filii primogeniti; & quod iſte ſit verus, & communis intellectus dicti Capituli, & ſic, quod filius ſecundogenitus excludatur non ſolum propter nepotem ex primogenito præmortuo, ſi etiam propter nepotem, & alios deſcendentes, firmarunt *Muta in dicto Cap. ſi aliquem, num.146. & ex num.141. verſ. At hodie, Giurb. de feud. §.2. Gloſſ.4 à num.55. & §.2. Gloſſ.1. num.21. verſ. proinde*, qui alios allegant, & poſt *Camillum, & Intrigliol.* latè *Amat. dicta reſolut.1. ex num.63. Giurb. dicto §.2. Gloſ.6. ex num.18.*

Deindè, ſucceſſit dictum Capitulum 204. ejuſdem 257
Dom. Imperatoris, in quo, quia non fuerat antea declaratum in cap.118. quid obſervandum eſſet in ſexu fœminino, ſcilicet, quando ex primogenito præmortuo, non nepotes maſculi, ſed neptes fœminæ ſuperessent, ad tollendum omne dubium per viam declarationis fuit decretum, quod neptis ex primogenito excluderet Amitam, non verò patruum ſecundogenitum, & hoc favore agnationis conſervandæ, ut, ſcilicet feuda conſervarentur in domibus, & familiis, à quibus proceſſerant.

Supervenit denique dictum cap.18. Prudentiſſimi 258
Dom. Regis Philippi, per quod ad ſupplicationem Regni fuit proviſum in linea tranſverſali, quod morto primogenito, ſuccederet filius ex ſecundogenito ad excluſionem patrui tertiogeniti, vel ulterioris gradus, & quod filia ſecundogeniti excluderet amitam, non autem patruum tertiogenitum favore agnationis, & prout in dictis Capitulis 118 & 204. Dom. Imperatoris fuerat in linea deſcendenti declaratum, & diſpoſitum, cum qua, in omnibus, & per omnia fuit exæquata linea collateralis, ut conſtat ex verbis prædicti c.18. ubi, poſt quam fuiſſet narratum, quod in dictis duobus capitulis fuerat per Dom. Imperatorem proviſum, ita concluditur. *Si ſupplica à Voſtra Maeſtà che reſti ſervita provedere, e comandare che da qui innanti queſto medeſimo ſi habbia d'oſſervare in linea tranſverſale, &c.*

Ex quibus jam perſpicimus, tam in linea deſcenden- 25
ti, quam in tranſverſali, lineæ prærogativam eſſe admiſſam, quod quidem non per viam novæ legis. ſed cauſa antiquæ declarandæ, nempe, dicit, *Cap. ſi aliquem*, in verbis, ibi, *ille qui tempore morti ſuperstit defuncto*, quæ noſtris antiquis DD. anſam præbuerunt, ut lineam, & repræſentationem excluderent; fuit cum magna providentia elucidatum, ut ſic jam dici poſſit etiam in terminis dicti *Cap. ſi aliquem*, hoc ipſum fuiſſe determinatum, prout nos ſupra firmavimus in illius expoſitione.

expoſitione, & comprobant *Amat. dicta reſol. 1. n. 53. verſ. & ideo num. 62. & ad finem reſol. Intrigliol. de feud. cent. 2. art. 47. num. 5. & art. 36 num. 92. Annot. in dicto cap. ſi aliquem, verſ. ſed tractatum ante num. 63. num. 64. fol. 284. Cutel. ad l. Jacobi dicta nota 9.* qui omnes ſentiunt prædicta Capitula declaratoria eſſe, & de communi teſtantur, & in Regno ita receptum eſt.

260 Sed quia Advocati ex adverſo ponderando dictorum Capitulorum verba, contendunt non eſſe extendenda ultra caſus particulares, in quibus (ſecundum ipſorum interpretationem) loquuntur; ſcilicet, ultra caſum neptis concurrentis cum patruo ad ſucceſſionem Avi, vel alterius patrui, aliaque multa objiciunt veritati, & Juris rationi ex Diametro contraria (à nonnullis tamen Regni Interpretibus minus rectè excogitata) opere pretium dicimus, in explicatione dictorum Capitulorum præcipuè cap. 18. Dom. Regis Philippi, paulìſper immorari, ut vera, & congrua declaratione eiſdem donata, contrariis oppoſitionibus competenter ſatisfacere poſſimus.

261 Igitur, quod in prædictis duobus cap. 118. & 204. clariſſimè ſit diſpoſitum, tam inter maſculos, quam inter fœminas inter ſe, vel cum aliis maſculis concurrentes, lineæ prærogativam, & melioris ſexus originem in deſcendenti linea eſſe uſque in infinitum attendendam, nulla, ni fallimur, poteſt eſſe dubitatio, licet enim Advocati alterius partis pertinaciter inſtent pro reſtrictione iſtorum Capitulorum ad caſum patrui, & nepotis, dicantque in Regno controverſum eſſe, utrum comprehendant ſucceſſionem aviæ, & procedant inter patrueles, de quibus nihil fuit diſpoſitum, & non procedere contendant ex *Bolognet. conſ. 9. & Corſett. conſ. 9. & 10.*

262 Tamen convincunt argumento ad hominem; ipſi quippe fatentur de jure communi inter deſcendentes, ſuccedentes aſcendentibus dari repræſentationem uſque in infinitum, & inter tranſverſales uſque ad filios fratrum, concurrentes cum patruo, ad alterius patrui ſucceſſionem, & ipſorum præcipuum fundamentum eſt, quod prælatio conceſſa nepoti concurrenti cum patruo ad ſuccedendum Avo, vel alteri patruo, eſt effectus repræſentationis, quam prædicta Capitula conſiderarunt, prout de Jure communi fuerat inducta; (de cujus aſſertionis veritate inferius diſſerendum eſt.)

263 Ergo nullo pacto negare poſſunt, quod inter deſcendentes, inter quos prædicta duo Capitula diſponunt, locum habeat repræſentatio in infinitum, & ſic, quod quemadmodum conceſſa eſt nepoti, ut excludat patruum, ita & eodem modo, eademque ratione conceſſa cenſeatur pronepoti, & cæteris deſcendentibus, ſive agatur de ſucceſſione avi, ſive aviæ, & aut concurrant nepotes cum patruis, vel cum patruelibus, & ideo in re adeo clara, in qua etiam inſpecto ſundorum jure nullus eſt, qui rationabiliter poſſit contradicere juxta ſuperiùs annotata ex num. 187. tempus conſumere opportunum non judicamus.

264 At in dicto cap. 18. Dom. Regis Philippi, in cujus deciſione iſtius litis caſus eſt comprehenſus, (reluctantibus tametſi Adverſariis) idem, quod in deſcendenti linea, etiam in collaterali fuiſſe proviſum ſequentia demonſtrabunt.

265 Primò, quia hanc linearum deſcendentis, & tranſverſalis exæquationem, manifeſtè oſtendunt verba illa, *che da qui innanti questo medeſimo ſi habbia da oſſervare in linea tra ſverſale*, latinè, *de cætero hoc idem obſervari debeat in linea tra ſverſali*; nam dictio illa *hoc idem*, eamdem omninò in diverſis caſibus cenſuram, ſeu deciſionem importat. ex *Baldo conſ. 94. numer. 2. lib. 2. Tuſch. concl. 288. num. 1 & 2. litt. B. Ced. ſingul. 90. num. 1. Barboſa dict. 1 3. num. 1 & 5.* repetitque omnes qualitates in præcedenti diſpoſitione expreſſas, ac eamdem, quam in præcedenti ponit determinationem. *Gratus conſ. 21. ante num. 26. verſ. præterea lib. 1. & cum Deciano, Pariſio, Cened. & aliis infinitis, Barboſa ubi proximè num. 1.* quod in terminis æquiparationis lineæ collateralis cum linea deſcendenti, quoad repræſentationem dixerunt *Molin. de primog. lib. 3. cap. 7. num. 11. verſ. 3. ponderatur*, ubi *Addictio, Hodierna controverſ. forenſ. cap. 23. à num. 27.* & ex noſtris in puncto *Amat. dicta reſol. 1. num. 79. Coſta conſ. 67. n. 24. & ſeqq.*

Nec obſtat dicere (prout dicitur ex adverſa parte) 266
quod æquiparatio in dictis Capitulis facta non poteſt procedere, nec intelligi, quoad ea, quæ non expreſſa ſunt, ſed per interpretationem Juris deduci conceditur ex *Rot. Rom. apud Farinac. deciſ. 47. num. 3. tom. 1. in poſth. Ruin. conſ. 106. num. 3. lib. 4. Duran. deciſ. 36. num. 31. Paul. Rub. deciſ. 110. num. 3. & ſeqq. lib. Randenſ. conſ. 30. num. 128. & Fontanell. de pact. nupt. clauſul. 1. Gloſ. 10. parte 2. num. 21. & 24.* qui docent qualitates ſubintellectas, non cenſeri repetitas in clauſula, aut capitulo ſeparato niſi expreſsè oculis corporeis legantur (quod prius, & melius dixerant *Bart. in l. qui liberis, §. hac verba, ff. de vulg. & num. fin. & poſt Imol. Alexand. & Ripa. Mantica de conjecturis lib. 8. tit. 14. in fine: Surd. conſ. 123. num. 13. Peregr. de fideicommiſſ. art. 16. num. 43.* noviſſimè *Gagaset. de conditionib. 2. parte cap. 6. quæſt. 7. num. 20.*

Reſpondetur namque *in dicto cap. 18* expreſsè, & 257
non per interpretationem in deſcendenti linea admiſſam fuiſſe repræſentationem, & primogenituræ prærogativam in infinitum, ut conſtat ex dictis num. 254. eo enim, quod verbis expreſſis fuit conceſſa prælatio nepotibus ex filio primogenito ad excluſionem ſecundogeniti, verè & propriè, & non interpretativè linea primogeniti in ſucceſſione aſcendentium fuit antepoſita, & prælata ſecundogenito, & ejus lineæ, & per conſequens declarata prærogativa primogenituræ cum obſervatione lineæ, ut idem ſit obſervandum in linea ſecundogeniti, reſpectu tertiogeniti, & deinceps; Unde æquiparatio, & relatio facta in dicto cap. 18. de linea collaterali ad deſcendentem, de qua in cap. antecedentibus non habet neceſſe repetere qualitates ſubintellectas à Jure communi, quoad repræſentationem in linea deſcendenti; ſed nullo emendicato ſuffragio refert, & repetit prærogativam primogenituræ, & lineæ obſervationem ibidem expreſsè conſideratam in linea deſcendenti; ut quemadmodum in ea nepotes, & deſcendentes ex primogenito præferuntur ſecundogenito, ſic, & eodem modo in Collaterali, filius, nepos & deſcendens ex ſecundogenito præferatur tertio, & ulterioris gradus, ac ſimiliter deſcendentibus ex eis, ut ſervetur ordo primogenituræ, & lineæ prærogativa, quod dilucidius apparebit inferiùs, dum præbeamus reſponſum alteri contrariæ objectioni circa iſtam prælationem nepotibus conceſſam, quam prætenditur eſſe effectum repræſentationis à Juſtiniano inductæ, non autem prærogativæ linealis.

Præter quam quod, quando lex, aut ſtatutum ſe 268
ad aliam legem, vel ſtatutum refert, adeò verè, & propriè relatum eſt in referente, ut ſi relatum habeat certam declarationem interpretativam, eamdem pariter, & referens repetat, docent *Soccin. Senior. conſ. 166. num. 4. lib. 2. Tuſch. concluſ. 129. num. 9. litt. R.* & ſemper relatio ad legem, vel ſtatutum cenſetur facta cùm omnibus qualitatibus, quæ inſunt in relato, dummodo deducantur ex verbis etiam interpretativè non recedendo à Jure communi. *Aretin. in l. Titio, §. fin. ſecundo notab. de verb. oblig. Decius conſ. 63. Pariſ. conſ. 2. num. 53. lib. 2. Tuſch. ubi ſupra, num. 12.* & in lege, ſeu ſtatuto aliud ampliante, quod omnes clauſulæ, & qualitates contentæ in ampliato cenſeantur repetitæ in ampliante, notat *Bart. per text. ibi in l. nihil, ff. de conjugibus Alex. conſ. 13. num. 8. lib. 3. & Pariſ. conſ. 18. num. 44. lib. 3.*

Google

Et ideo, licet in dicto cap.118. lineæ obſervatio
269 inter deſcendentes veniret per interpretationem deductam ex ſola prælatione conceſſa nepoti in concurſu patrui ſecundogeniti, nihilominus cum prælatio iſta non poſſit de jure ſubſtineri, niſi ob prærogativam melioris lineæ (ut jam diximus ſupra, & repetemus inferius,) & ob id cenſeri debeat conſiderata prædicta prærogativæ in linea deſcendenti, neceſſariò dicendum eſſet, quod exæquata linea collaterali in dicto cap.18. per iſta verba relativa, & repetitiva ſuperius ponderata, & hoc ad ampliationem dicti cap.118. & 204. omnia in eis contenta, intelligi debere in illo repetita cum ſuis qualitatibus, etiam per interpretationem ſubintellectis.

270 Illa, quippe, DD. traditio, de qua præcedenti numer. 266. ab Advocatis alterius partis commendata, non ſemper, & in omnibus vera eſt, & ſolum procedit in diſpoſitione hominis, debetque intelligi, quando qualitates, quæ prætenduntur repetitæ virtute relationis ſunt odioſæ, & repugnantes, vel aliquod abſurdum, aut inconveniens ea tali relatione, ſeu repetitione reſultat, vel quod ſubintelligitur, non venit neceſſario ea legis, ſtatuti, aut juris communis diſpoſitione, ſed deducitur ea dubia interpretatione Doctorum, vel in aliis caſibus latè per eoſdem Doctores enarratis, apud quos videri poſſunt cum ſuis ampliationibus, & limitationibus.

Secus autem in diſpoſitione legis, & ſtatuti præci-
271 pue favorabilis, ut eſt noſtrum capit.18. & quando illud, quod repetitur, venit per declarationem interpretativam à jure neceſſariò ſubintellectam, quo caſu ex vulgari regula dicitur, & intelligitur expreſſum, & ut tale debet cenſeri intereſſe in referente; aliàs relatio, quæ in dicto cap.18. duabus vicibus fit ad dicta cap.118. & 204. prima ibi, *come ſi contiene in detti capitoli*, latinè, *prout in dictis Capitulis continetur* (quæ dictio *prout* eſt relativa, & repetitiva *Barboſ. dict.296. num.1.*) ſecunda ibi *queſto medeſimo, &c:* latinè *hoc idem* (quæ etiam repetit ut jam diximus ſupra) nihil haberet operari, contra ſui naturam, *l. aſſe toto, ff. de hæred. inſtit.* cum ſimilibus, & non ad id quod eſt favorabile, ſcilicet, quod prælatio conceſſa nepotibus extendatur ad omnes deſcendentes, ſed ad id, quod eſt odioſum, nempè; quod reſtringatur ad ſolum nepotem, facta intelligeretur contra communem traditionem, de qua *Jaſon. in l. talis ſcriptura 30. ff. de legat.1. num.40. verſ. ſexto limita Decius in cap. ſecundo requiris num.22. verſ.8. non ſit relatio, de appellat. Alexand. conſ.48. num.6. & 7. lib.1. Peregr. dict. art.16. num.40. Galganet. dict. 2.part. cap.6. quæſt.7. num.23. Cirias. tom.1. controv.147. num.67. Menoch. lib.4. præſumpt.181. num.14. Caſtillo lib.6. controv. cap.181. n.36.* qui dicunt, quod quando diſpoſitio relata continet favorem, & odium, ſemper relatio facienda eſt ad id, quod eſt magis favorabile, ad quod reſtringitur diſpoſitio referens, ut relatum æquetur, & conformetur referenti, juxta finem diſponentis, videndus *Caſſanate conſ.57.num.73.*

272 Nec ſupradictis adverſantur prædicti cap. verba ſequentia ibi, *cioè che morendo il frate primogenito ſenza figlio, ſuperſtite il nepote maſchio del frate ſecundo genito premortuo in tal caſo ſucceda il detto Nepote maſchio, e non l'altro frate terzo genito, vel ulterioris gradus*, latinè, *id eſt, videlicet, ſea ſcilicet, quod mortuo fratre primogenito abſque filio, ſuperſtite nepote maſculo ex fratre ſecundogenito præmortuo, tali caſu, ſuccedat prædictus nepos maſculus, & non alter frater tertiogenitus, vel ulterioris gradus*. Ex quibus verbis contendunt Advocati ex adverſo reſtricta, & limitata fuiſſe verba relativa antecedentia ibi, *queſto medeſimo, &c.* & in illo tantum caſu expreſſo Capitulum diſponere voluiſſe; ad quod probandum ponderant dictionem illam *cioè* latinè *id eſt* quam reſtrictivam eſſe ad diſpoſitionem, quæ ſubeſt eidem, ex *Baldo, Deciano, & Corſeto conſ.9. num.13.* aliiſque ex Regnicolis noſtris, intrepidè firmant.

Huic enim replicationi ſatisfacimus quod dictio 273
illa, *id eſt videlicet*, ſeu *ſcilicet* in noſtro Capitulo ſtat declarativè, & exemplificativè, non verò reſtrictivè, nam licet quandoque vim habeat reſtringendi, tamen multoties non reſtringit, ſed declarat diſpoſitionem, ut per *Textum in l. cum priorem*, ubi *Decius num.1. C. unde legitimi l.2. ff. de adopt.* & aliis probat *Barboſa dict.145. n.4.* & in eo omnes conveniunt, quod quando præcedit diſpoſitio generalis, & ſequitur exemplum per dictionem *id eſt*, ſeu *videlicet*, tunc dictio iſta non reſtringit, nec limitat, ſed exemplificat, ac declarat, ut teſtantur *Aretinus in l. qui liberis 8. num.3. notab. 3. ff. de vulgar. Decius in l. cum priorem num.2. C. unde legit. Cenedus ſingul. 97. num.5. in fine Barboſa dicta dict.145. num.4. ad finem Amat. dicta reſolut.1. poſt num.82. Coſta Sicul. dicto conſ.67. num.35.* Unde cum in textu noſtro præceſſiſſet diſpoſitio generalis, ibi, *li quali non diſponendo nella linea tranſverſale, mà ſolo nella deſcendente, ſi ſupplica à Voſtra Maeſtà, che reſti ſervita provedere, e commandare, che da qui innanti queſto medeſimo ſi habbia di oſſervare in linea tranſverſali*, & poſtea ſequatur, *cioè che morendo il fratre primogenito, &c.* apertè oſtenditur hoc non ad reſtringendum, ſed ad exemplificandum, & declarandum fuiſſe adjectum, & ita in terminis docent *Amat. dicto num.80. Coſtà num.84. D. Blaſius Joppulo in allegat. cauſa Cannicatti verſ. non obſtant illa verba videlicet fol. 19.*

Et comprobatur, ſumpto argumento ab eodem mo- 274
do loquendi qui perſpicitur in dicto cap.204. Imperatoris: ibi enim cum ageretur de declaratione cap. 118. ejuſdem Dom. Imperatoris, circa illud quod erat obſervandum in linea deſcendenti inter fœminas, inter ſe, vel cum maſculis concurrentes, facta prius relatione ejus quod in prædicto cap.118. fuerat diſpoſitum inter maſculos, hæc verba ſubjiciuntur: *Si ſupplicia à Voſtra Maeſtà ſia parimente ſervita declarare che eodem modo ſi oſſervi, e debbia oſſervare in ſeſſo feminino, videlicet che la filla femina dal figlio maſculo primogenito morendo detto maſculo in vita di ſuo padre. In tal caſo la detta figlia del maſculo ſia preferita à la zia ſorella del detto maſculo.*

Et tamen negari non poteſt (ut jam probavimus, 275
& fatentur Adverſarii) quod per dictum cap.118. fuit admiſſa repræſentatio, & prærogativa primogenituræ inter deſcendentes uſque in infinitum, & quod hoc idem per viam declarationis inter fœminas non concurrentes cum maſculis proximioribus, aut in pari gradu, per dictum cap.204. fuit in eadem deſcendenti linea declaratum.

Ergo dum in præfato Capitulo declaratorio, ex- 276
preſſio caſus particularis, per eamdem loquendi formam, & cum dictione *Videlicet* non operatur reſtrictionem, nec ad id fuit appoſita, ſed ad declarandum, & exemplificandum; ſequitur quod pariter, & eodem modo dicendum eſt, æquiparationem, & exæquationem factam in dicto cap.18. de linea tranſverſali cum aſcendente tam inter maſculos, quàm inter fœminas, non fuiſſe reſtrictam, & limitatam ex appoſitione caſus particularis cum eadem dictione *Videlicet*; ſive, *id eſt*: quia nec novum, nec inſolens eſt unam legem, aut Statutum, per alterum declarari, ſicut & poſteriores leges ad priores trahuntur, & per iſtas, illæ ſupplentur, & declarantur, *l. ſed poſteriores, ff. de legibus Maſcard. de interpret. ſtatut. concl. 2. à num.103.*

Deinde ſi diceremus dictionem prædictam reſtricti- 277
vam eſſe tam in *dicto cap.204.* quam in *dicto cap.18.* & in illis caſibus particularibus expreſſis, tantummodo hæc ſtatuta procedere: multa ſequerentur abſurda, & inconvenientia quæ menti, & intentioni ſtatuentium apertè repugnant; & dum illa ad ſedandas lites, juſtiſſimè fuerunt condita, (ut ſtatim apparebit) quam-

plurimis

plurimis quotidie probetur occaſio, fruſtrato fine legiſlatoris. & Regni, quod pro bono, & quiete publica prædictas declarationes humilibus precibus à Dominis Regibus impetravit.

278 Sequeretur namque, quod neptis filii primogeniti non poſſet excludere amitam magnam, nec aliam fœminam proximiorem, vel in pari gradu, majorem natu ex linea ſecundogeniti, aut ſecundogenitæ, & ſic quod inter fœminas inter ſe in linea deſcendenti non eſſet obſervatio lineæ ultra caſum neptis ex filio primogenito præmortuo concurrentis cum amita, quia cap.204. in hoc ſolo caſu expreſsè loquitur: imò eadem ratione præmortuo filio ſecundogenito, & ex eo remanente aliqua filia, ſi poſtea in vita patris decederet primogenitus ſine filiis, illa neptis ex ſecundogenito, qui non occupavit primogenituram, non excluderet amitam, quia nec in hoc caſu diſponit cap. quod totum eſſet abſurdiſſimum.

279 Item in linea tranſverſali, filius ſecundogeniti in patrui ſucceſſione non excluderet filium tertiogeniti natu majorem cum in hoc non diſponat dictum cap.18. quod, nec DD qui pro gradu proximiore, & pro illorum Capitulorum reſtrictione in contrarium allegantur; firmare auſi ſunt, utpotè temerarium, (videatur *Regens Corſett. conſ.11. ad finem*) pro filio namque ex ſecundogenito natu minore contra filium tertiogeniti natu majorem ſunt multæ deciſiones in Regno, & ultra relatas ab *Amat. ad fin. dict. reſol.1.* ita etiam fuit deciſum in cauſa Calamanzanæ, Comitatus Motucæ, & in cauſa Jarratanæ. Et etiam ſequeretur, quod nepos maſculus ex ſecundogenito in ſucceſſione patrui non excluderet amitam magnam, quia capitulum hoc non dicit, quod eſt majus abſurdum, cum hæc Regni Capitula (ut ex eis conſtat, & agnoſcunt DD. contrarii) ad agnationis favorem reſpexerint, prout inferius probabimus, & fatetur *Corſettus conſ.9. num.36. conſ.11. num.10 & in fine, conſ.18. num.18. verſ. iſta ergo de Suriana conſ.19. num.36. & 37.* & filius ad pattem *conſ.10. num.41.* & amplius ſequeretur, quod filius tertiogeniti non excluderet filiam ſecundogeniti, quia in cap. ſolùm dicitur, quod tertiogenitus excludat neptem ex ſecundo, quod etiam eſſet abſurdiſſimum ex eadem ratione.

280 Sequeretur ulterius quod ſi filius tertiogenitus habuiſſet poſſeſſionem feudi in vita fratris primogeniti, non poſſet filius ſecundogeniti illam vindicare, & in ſucceſſione patrui obtinere, quia capitulum circa poſſeſſionis continuationem nihil diſponit, & tamen quod continuatio poſſeſſionis fiat in verum ſucceſſorem vigore dicti cap.18. prout in linea deſcendenti virtute cap 118. communiter receptum eſt in Regno, ut per *Milanenſem deciſ.3. num.247. lib.1. Cumia ſuper ritu ordine ſuo, cap.38. num.387. Aponte deciſ.40. n.21. verſ. hac quatenus; Amat. reſol.39. num.113.* & ita fuit deciſum in cauſa de Soriana, cujus caſus erat ultra filios fratrum, alias cap. hoc fuiſſet inane, nam de facili eſſet primogenitus carens liberis, feudum refutare tertiogenito, excludendo à ſucceſſione filium ſecundogeniti præmortui. Et hoc idem abſurdum ſequeretur in ſucceſſione avi inter neptem ex primogenito, & amitam quæ in vita ſui patris actualem feudi poſſeſſionem habuiſſet, nam cum in dicto cap.204. nihil de continuatione poſſeſſionis fuerit diſpoſitum, poſſet amita contendere, quod ipſa præferri deberet nepti, & tamen omnes fatentur dictum cap.204. etiam diſponere ſuper continuatione poſſeſſionis ſicuti in dicto cap.118. *Milanenſ. Cumia, Aponte, & Amato, ubi proximè Intrigliol. deciſ.43. num.31. Corſettus conſ.19. numer.36. & 40.*

281 Ideò ne dicamus prædicta Capitula eſſe irridenda, & illuſoria, ſi in dictis, & ſimilibus caſibus non diſponerent, præciſè fateri debet (prout invitis dentibus fatentur multi ex Doctoribus contrariis) quod procedunt, & operantur extra caſus particulares ibidem demonſtrationis, & declarationis gratia expreſſatos, & operari habent in omnibus in quibus eadem ratio verſatur; ſcilicet prærogativa melioris lineæ ſexus, vel originis.

282 Nec rurſus obſtat alia ex adverſo ponderatio ſuper verbis, ibi *in tali caſu*, quæ dicunt ſtare reſtrictivè, & impedire omnem extenſionem. Nam reſpondetur, quod verba illa ſtant declarative, & demonſtrativè ad caſum præcedentem exempli gratia appoſitum, ſcilicet, quod mortuo fratre primogenito, ſuperſtite nepote ex filio ſecundogenito, tali caſu ſuccedat nepos, & non frater tertiogenitus, vel ulterioris gradus, quare non percipimus rationem ob quam adverſarii intendunt, quod verba prædicta ſtent reſtrictivè ad omnem capituli diſpoſitionem, & de hoc ſatis.

283 Sed progrediamur in explicatione capituli. Dicitur deinde in ejuſdem ſupplicibus precibus Dom. Regi porrectis, ita expoſtulari, cauſa dirimendarum litium, ibi, *per levar via le tante lite, e queſtioni donde naſcono gran ruine à quelli tali che ſuccedono.* Ex quo deducitur ejus diſpoſitionem generalem fuiſſe, non verò particularem; imò favorabilem, & ut talem extendendam, & latè interpretandam, *Farinac. in Addit. ad conſ.27. litt C. verſ. ſexta ſit concluſio tom.1. & conſ 177. num. 1. lib.2. Gratian. diſcept. cap.271. num.15. Nevizan. conſ.5. num.35. Borell. in ſumma deciſ. tit.63. numer.7. tom.1. Oſaſ us deciſ.22. num.8.* & multos laudat noſter *Baron. in allegat. impreſſ. poſt tom.2. de cuat. numer.29. 30. & 31.* & dum generalis eſt, debet ipſius ratio attendi, & ſecundùm illam diſpoſitio generaliter intelligi, quamvis ſpecialis caſus ſit expreſſus, *Bart. in l. regula, §. ſi quis jus, ff. de jur. & fact. ignor. Baldus in authent. quas actiones poſt num.4. C. de Sacroſ. Eccleſ. Pariſius conſ.83. à num.13. cum ſeqq. lib.3.* & infinitis relatis *Gimb. de feud § 2. Gloſſ.2. num.21. Montan. controverſ.2. num.4. Altograd. conſ.8. poſt num.31. verſ. quo fit, & ſeq. Hodierna controv. cap.23. à num.41.* & cum aliis *Baron.* in ſupra citata *allegat. num.18. cum ſeqq.*

284 Si enim prædictum Cap. ad unicum, & ſpecialem caſum, ſcilicet inter nepotem, & patruum eſſet reſtringendum, ut volunt Adverſarii, unica, & ſpecialis tantum lis inter eos fuiſſet perempta, & omnes aliæ extra illum caſum remanerent, prout in exemplis numer. præcedentibus appoſitis, & aliis ſimilibus; contra mentem Principis, & cum inconvenientibus ibidem ponderatis, unde dum non reſtringitur ad unam litem inter patruum, & nepotem, ſed generaliter, & indefinitè, inter tranſverſales diſponendo, dicit, *per levar via le tante liti, onde naſcono gran ruine à quelli tali che ſuccedono*, hæc ratio generalis, non ad illum caſum ſpecialem declarativè expreſſatum, ſed ad omnes caſus in quibus inter eoſdem tranſverſales, lites, & contentiones eſſe poſſunt ex identitate rationis, tum diſpoſitiones in caſu ſpecificato, tum dirimendarum litium generaliter expreſſæ, eſt extendenda, & ampliandа.

285 Vulgare enim eſt, quod in legibus, & ſtatutis ratio potius quam verba debet attendi, ex *Baldo in dicta authent. quas actione, col.2.* ubi *Jaſon. Pariſ. conſ.83, lib.3. num.17. & 23. Honded. conſ.34. à num.25 tom.1. Altograd. conſ.86.* ubi ſupra *Paul. de Caſtr. conſ.83, numer.2. & 3. lib.2. Mareſcott. variar. lib.2. cap.106. numer.15. multa Velaſc. in loc. comm. litt. R. ex num.4.* quod fortius procedit in caſu iſtius cap. in quo ratio eſt expreſſa, non autem ſubintellecta, & ex vi comprehenſionis non vero extenſionis, caſus, & perſonas in quibus diſponit determinat, & comprehendit ad tradita per *Decian. conſ.30. num.10. 11. & 12. lib.3. Baron. conſ.151. num.5. lib.2. Mart. Medic. examin.31. numer.26. Corſett. conſ.19. num.37.* & plura nos ſupra *Artic.2. num.36.*

286 Quæ omnia procedunt in ſtatutis correctoriis, in quibus ex identitate rationis datur extenſio de caſu ad caſum

Digitized by Google

caſum, & de perſona ad perſonam, etiam ſi de his nulla ſit facta mentio ut docent *Pariſ. dicto conſ.83. num.21. & 24. Paul. Caſtrenſ. dicto conſ.83. num.2. & 3. Riminald. conſ.235. lib.2. Dec. conſ.227. & 284. Natta conſ.346. & conſ.442. Cannett. in dicto Cap.Si aliquem dicto verbo, ſed tractandum num.62. fol.284. Allograd. dicto conſ.86.* ubi ſupra, & quamvis non deſint DD. qui contrarium tueantur, quorum aliquos Advocati ex adverſo in ſuis Allegationibus congeſſerunt, tamen in non correctoriis, ſed declaratoriis, nulla eſt dubitatio, & quod hæc noſtra Capitula declaratoria ſint *Cap. Si aliquem*, non autem correctoria, jam diximus ſupra ex *Cannetio, Intrigliolo, Amato, & Cutello*, probatque latè *D. Blaſcus Joppulo in allegat. cauſ. Cannicatti fol.18. verſ. nam ex Capitulo, & in Juſtificationibus cauſa Camemi, fol.13. verſ. & verba*, & deprehenditur ex verbis dicti Cap.218. ibi, *Si ſupplica à Voſtra Maeſtà ſi degni dichiarare*, & hæc eſt veritas, quidquid in contrarium dicant *Corſett.* & alii in contrarium allegati.

287 Quibus non obſtat alia Advocatorum ex adverſo conſideratio ſuper verbis ibi, *per levar via le tante liti, onde naſcono gran ruine à quelli tali, che ſuccedono:* dum dicunt actiones illas *quelli tali*, latinè, *illi tales*, omnimodam reſtrictionem importare, & ad perſonas ibi expreſſas tantum modo eſſe reſtringendas, ex proprietate dictionis *illi*, quæ refert ſolum perſonas expreſſas, & nominatas in proximo ſuperiori verſiculo *Barboſ. dict.147.* & alterius dictionis *talis*, quæ repetitiva eſt certæ, & determinatæ qualitatis, & perſonæ, idem *Barboſ. dict.398. num.2.* alias, (inquiunt) ſi dictiones iſtæ non reſtringerentur, ad certas perſonas ibi expreſſas, eſſent ſine dubio ſuperfluæ, & ſatis fuiſſe dicere *per levar via le liti*, & ideò ne dicatur abſurda interpretatio, quæ facit ſtatuti verba ſuperflua, & inania, admittere neceſſe eſt, quod illæ dictiones ſtant reſtrictivè.

288 Quia æſtimavimus hanc meram cavillationem eſſe, primò, nam verba quæ præceſſerant ante prædictam clauſulam, fuerant generalia, & apta comprehendere omnes caſus, qui inter tranſverſales evenire poterant, ex quibus lites ſperare poſſent, ut conſtat ex verbis ibi, *li quali non diſponendo nella linea tranſverſale, ma ſolo nella deſcendente:* linea enim eſt collectio plurium perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, ut communiter docent DD per *Text. in l. ſtemmata, ff. de gradibus, cap. quod de dilecto de conſang. & affin.* & ideò verbum linea univerſos deſcendentes in infinitum comprehendit *Alex. Raudenſ. conſ.30. num.33. lib.1. Rota per Farinac. deciſ.226. num.3. part 2. recent. Addentes Molina lib.3. cap.6. num.33.* Unde dum de linea tranſverſali, & ſic de pluribus perſonis in ea exiſtentibus, antecedenter mentionem feciſſet ſtatutum, jam apparet verba illa ſequentia, *a quelli tali che ſuccedono*, non poſſe reſtringi ad ſolas perſonas nepotis, & patrui, neptis, & amitæ, quæ tunc non erant commemoratæ: ſed præcisè ad omnes, qui in linea tranſverſali ſuccedere prætenderent, generaliter, & indefinitè eſſe referenda.

289 Quod & confirmant ſequentia verba ibi, *Si ſupplica a Voſtra Maeſtà che reſti ſervita provedere, e comandare che da qui innanti, queſto medeſimo ſi habbia di oſſervare in linea tranſverſale*, ex quibus apertè deducitur, rationem dirimendarum litium à Regno propoſitam, ut cauſam finalem ſupplicationis Dom. Regi porrectæ generaliter fuiſſe conſideratam inter perſonas ſuccedere habentes, utpotè de linea tranſverſali, & ſic nec ex antecedentibus, nec ex ſubſequentibus colligitur ſupradictas dictiones ſtare reſtrictivè ad certas, & determinatas perſonas, ut in contrarium minus rectè prætenditur.

290 Secundò, quoniam prædicta verba, *quelli tali* non appellant ſuper verbis, ibi, *per levar via le tanti liti*, ſed ſuper ſequentibus, quæ dictiones illas immediatè præceſſerant, *onde naſcono le ruine*, & ſic apparet, rationem dirimendarum litium, generalem fuiſſe, & eo modo prolatam, prout volunt Adverſarii, ne detur ſuperfluitas in hoc ſtatuto, videlicet *per levar via le tante liti*. Illa verò quæ ſequuntur nempè, *onde naſcono gran ruine*, ſtant ponderativè ad denotandum damnum, quod ex litibus oritur, & quod effugere pro bono Reipublicæ erat intentio Regni, & hoc damnum illos, qui ſuccedunt pati indefinitè exprimitur ibi, *à quelli tali che ſuccedono*, nulla certa perſona nominata, quaſi ſenſus ſit: ſtatutum velle declarare prærogativam lineæ, & primogenituræ in linea tranſverſali, ad dirimendas tot lites, ex quibus illi tales de prædicta linea, qui verè ſuccedere debent, ruinam patiuntur; qui quidem eſt proprius, & naturalis prædictorum verborum intellectus.

Præterea præ oculis habuimus iſtius Capituli Rubricam, quæ ſic ſe habet. *In ſucceſſione feudorum, deficiente linea primogeniti, filius ſecundogeniti præmortui præferatur tertiogenito, & item filia ſecundogeniti præferatur tertiogenita, non autem tertiogenito:* hæc enim Rubrica poteſt allegari ut lex, eo quod authoritate publica, hoc eſt de mandato Proregis, per Don Raimundum de Ramundetta Conſiſtorii S. R. C. præſidem, fuit confecta, & pro ſummario dicti Capituli appoſita, ad tradita per *Everardum loco de Rubro ad nigrum verſ. & quia dixi, & verſ. uno enim modo. Cravetta conſ.61. num.1. Abruzzo in ſuis practicabilib. rubrica num.48.* & ad minus habet authoritatem probabiliſſimæ opinionis, in Regno communiter receptæ, ut per *Amat. dicta reſol.1. num.82. Abruzzo* ubi proximè *numer.47.* omninò in puncto videndus, ſicque debet attendi, & quotidiè attenditur in deciſione cauſarum feudalium inter tranſverſales, de quibus, & eorum linea capitulum iſtud loquitur. 291

Et eodem modo, ac ſi eſſent leges attenduntur aliæ Rubricæ Capitulorum Regni, ut per *Cumian in dicto Cap. Si aliquem verbo antiquis, num.29 c.* & melius ſuper *Ritu in prælud. num.7. & 8. Cannetium in eodem Cap. Si aliquem verſ. At non erit num.6. fol.296. Corneum conſ 199. num.38. lib.2. Muta in Conſuetud. Panorm. cap.24. num.21. Aloyſius de Septimo in dicto Cap. Si aliquem, verſ. Sed hic cadit, fol 391.* quod in terminis iſtius Capituli negare auſi non ſunt alii Regnicolæ DD qui pro contraria parte contra lineæ prærogativam allegantur. *Scilicet Hieronymus de Neapoli, & Alarianus de Imperatore in cauſa Mirabella, & Scribentes in cauſa Limina, & Roccaflorida, & Scribentes in cauſa de Caputarſo.* 292

Cum igitur Rubrica iſta habeat orationem perfectam, nec per ſtatuti verba reſtringatur, omninò debet attendi, ab ea quæ nigrum ampliari, extendi, ac declarari: & pro textu ad cauſarum deciſionem poteſt allegari ex *Rota* apud *Ludoviſium deciſ.5. num.2.* quæ multos laudat, *Imola in Rubrica, ff. de verb. oblig. n.7. & 8. Berous conſ.151. à num.1. tom.2. Carpan. ad Statuta Mediolanenſ. cap.258. num.278 Natta conſ.282. num.10. vol.2. Socinus Sen. conſ.128. num.8. lib. 4. Burſat. conſ.12. num.16. lib.1. Corneus conſ.67. num.1. lib.1.* ubi, inquit, quod ſi rubrum ſtatuti diſponat, quod mulier dotata non ſuccedat, non ſolum excluditur ſoror, ſed etiam quælibet alia mulier propter generalitatem Rubricæ, & alia ad propoſitum adducit *Caſtrenſ. conſ.83. num.4. lib.2.* ubi, quod ſi Rubrica generaliter dicat mulierem extantibus maſculis non ſuccedere, textus autem dicat, quod mulier extantibus maſculis patri non ſuccedat, declarabitur textus à Rubrica, & mulier non ſuccedat patri, nec matri, avo, nec ſimilibus. *Alexand. conſ.1. verſ. præterea lib.4. & conſ.6. col.1. ad fin. verſ. ſecundo præſuppono lib.7. Bertaz. conſ. crim.35. num.1. lib.1. Maſcard de interpret. ſtatuti concluſ.2. num.197. Alegrad. conſ.86. ante n.14. verſ. unde tota difficultas, & num.15. cum multis ſeqq.* ubi in terminis Statuti Ferrariæ *Rubr.139. lib.2.* diſponentis 293

Digitized by Google

nentis de ſucceſſione maſculi, ibi, *ſi quis maſculus deceſſerit*, inquit, quod quia Rubrica illius generalis eſt, ibi, *de ſucceſſione ab inteſtato*, non obſtante expreſſione qualitatis maſculinitatis, de qua in ſtatuto, ſucceſſio etiam paſſiva fœminarum in eodem ſtatuto eſt comprehenſa ex Rubricæ generalitate, qui omninò videndus eſt.

294 Quod quidem in fortioribus terminis obſervatum videmus in hoc Regno, nempe in caſu cap.85. Dom. Imperatoris Caroli, per quod, licet, in nigro tantum diſponatur circa cauſas ſucceſſionis, & legati compromittendas inter conjunctas perſonas, tamen ex quo Rubrum generale eſt, & orationem perfectam continet ibi, *de quæſtionibus civilibus vertentibus inter conjunctas perſonas compromittendis*, ex hac generalitate nigrum ampliat, ut non ſolum in cauſis ſucceſſionis, & legati, verum etiam in omnibus aliis ex illius Capit. diſpoſitione conjunctæ perſonæ compromittere coguntur, ut in ſpecie dixerunt *Intrigliol. ſingul.198. lib.1. Burg. de laudemio part.3. inſpect.24. num.2.*

295 Ex quibus colligitur, tam in præſenti capitulo, quam in ipſius Rubrica linealem prærogativam fuiſſe conſideratam, & dum Rubrica per verba clariſſima, nullamque obſcuritatem habentia, ut à nigro opus ſit intellectum deſumere, lineam primogeniti in conditionem ponit, ut ſuccedat filius ſecundogeniti præmortui, præciſè fateri debet omnes perſonas de prædicta primogeniti linea conſideratas eſſe, ut per mortem ultimi ex illa linea ſuccedat filius ſecundogeniti præmortui, ex linea proximiore, à qua defunctus proceſſerat, hoc eſt, quod licet primogenitus decedens, non ſit frater, aut patruus, ſed ultra patruum, & ſic patruelis, & infra ſemper filius ſecundogeniti, aut ex ejus linea, qui ſupererit ſuccedere debeat, ut expreſsè tenet *Milanenſ. deciſ.8. num.238. lib.1.* qui tametſi in terminis dicti *Cap. Si aliquem*, contrarium in illa deciſione defenderit, tamen attento hoc cap.18. Regis Principis indubitanter firmat lineam eſſe conſiderandam.

296 Unde rejicienda venit alia Advocatorum ex adverſo conſideratio, dum dicitur dupliciter inſpici poſſe hanc primogeniti lineam, vel ob mortem primogeniti abſque liberis, vel cum liberis, qui deinde abſque eis deceſſerint; & ſic interpretandam eſſe Rubricam ut correſpondeat primo intellectui, qui magis accommodatur nigro, ſcilicet, quando linea primogeniti deficeret ob illius mortem abſque filiis.

Caret namque omni prorſus fundamento ſuperior
297 diſtinctio, & Rubricæ interpretatio, quia (ut alias diximus) linea eſt collectio plurium perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium; cujus lineæ caput eſt filius primogenitus reſpectu ſuorum deſcendentium, ſicut ſecundogenitus reſpectu ſuorum; & omnes dicuntur de ſtipite, ſeu trunco, hoc eſt, communi aſcendenti poſſeſſore, à quo proceſſerunt. Unde primogeniti linea non poteſt conſiſtere in ipſo ſolo primogenito, ſed potius in ipſorum filiis, & deſcendentibus, qui de linea primogeniti dicuntur, conſiderato communi ſtipite; & inter ſe reſpectu originis à diverſis filiis, deducto ordine geniture; nemo enim poteſt eſſe linea ſui ipſius, imò qui ab eo deſcendunt dicuntur de ipſius linea.

298 Et ſic Rubricæ verba non ſunt intelligenda de illo primogenito ultimo moriente abſque liberis (qui lineam non conſtituit, nec moriendo ſine illis conſtituere poteſt) ſed de deficientia lineæ primogeniti anteceſſoris, hoc eſt, patris illius primogeniti ultimo morientis, de cujus linea, dicitur moriens, & ſecundum hoc verificatur diſpoſitio Rubricæ, & Capituli, quoniam deficiente linea illius primogeniti anteceſſoris ob mortem omnium ſuorum filiorum tam primogeniti, qui ſucceſſit, quam aliorum, qui erant primogeniti fratres, verè dicitur, quod deficit linea primogenita effectiva, & contentiva, & locus eſt ſucceſſioni tranſverſalium provenientium ex linea ſecundogenita fratris illius primogeniti, cujus linea extincta eſt, habito reſpectu ad communem ſtipitem, quod probatur ex Doctrina *Caſtrenſis in l. maritus, num.5. verſ. ego, C. de procuratoribus*, quem ſequuntur *Jaſon. Decius*, & alii apud *Peregrin. de fideicomm. artic.22. num.23.* ubi, inquit, quod linea Titii incipit à filiis ejus.

Et hic intellectus ad dictum cap.18. etiam ſecluſa
rubrica proprius, & præciſus eſt, nam ſi fingeremus, 299
(prout quotidiè accidit) quod primogenitus feudi poſſeſſor deceſſiſſet nullo relicto fratre, nec ſorore, nepote, aut nepte, ſed tantum ſuperſtitibus conſobrinis, ſeu patruelibus (ut eſt caſus noſter) ſupervacua, & inanis eſſet ipſius diſpoſitio, dum ſpecialiter loquitur de fratre primogenito, qui fratribus, & nepotibus ſuperextantibus vita functus eſt: non enim poſſet habere locum in caſu prædicto, & ex eo ſequeretur, quod fruſtratus eſſet finis dirimendarum litium, qui motivum præbuit ſupplicationi Regni, & ipſa ſupplicatio, cui Principi libenter annuit pro caſibus futuris, & in qua bis, lineæ collateralis, collective, mentio facta fuit exprimendo, quod exæquaretur cum deſcendenti.

Ne ergo dicamus prædictum cap. nihil ulteriori- 300
bus tranſverſalibus poſt fratres, & eorum filios, diſpoſuiſſe, relinquendo materiam litium inter cæteros, conſanguineos, & abutendo proprietate verbi *linea* toties repetiti, veriſſimè affirmandum eſt, quod verba, ibi, *morendo il frate primogenito ſenza figlio*, exempli cauſa appoſita, ſunt intelligenda prout Rubrica, illa ſummavit, nempè, *deficiente linea primogeniti, &c.* illo namque caſu, ſcilicet, ob mortem ultimi primogeniti de linea effectiva, verè dicitur defecta linea primogenita, ut poſſit ſuccedere proximior de ſecundogenita, ſive ſit frater, nepos, patruelis, aut patruus, ut ſæpius diximus, & probavimus.

Cum qua interpretatione concurrunt, & notabiliter 301
conſonant alia verba prædicta Capituli, quæ in hunc locum conſulto reſervavimus, ibi, *ſucceda il detto nepote maſchio, e non l'altro frate terziogenito, vel ulterioris gradus*, omiſſis namque altercationibus inter noſtros DD. Regnicolas ſuper expoſitione, & vera intelligentia prædictorum verborum, *vel ulterioris gradus*: quibuſdam contendentibus, quod debent intelligi de gradu conſanguinitatis; ſcilicet, quemadmodum filius ſecundogeniti præmortui excludit patruum tertiogenitum, ſic & eodem modo excludat, ejus filios, & deſcendentes: aliis verò, quod de gradu ordinis, & geniture accipienda ſunt; nempè, ut eodem modo excludat quartogenitum, quintogenitum, & cæteros, uti videri poteſt apud *Amatum reſol 1. num.67. Corſettum conſ.11. num.12.* & ibi *Additionator filius num.40. cum ſeqq. Camettus in cap. volentes, & cap. Si aliquem, verbo ſed tractandum eſſet fol. 284. num 64. & 65.* Nos de uno, & altero gradu exaudienda eſſe cenſemus.

Movemur hoc præcipuo fundamento, quia Corſettus, & alii, qui de gradu ordinis verba illa acci-
piunt (ut ſic reſtringant iſtius capituli diſpoſitionem) 302
affirmant de gradu parentelæ; ſeu conſanguinitatis prædicta verba exaudiri non poſſe, quia diſpoſitio eſſet de indubitabili, nam ſi nepos excludit patruum gradu proximiorem, multò magis excludit filium patrui; & alios ipſius deſcendentes remotiores; ne igitur dicamus (inquiunt) diſpoſitionem eſſe de indubitabili, præciſè debet de gradu ordinis, & geniture intelligi.

At idem argumentum contra Corſettum, & ſuos
ſectatores retorquetur duobus mediis. Primo quoniam 303
ſi verba prædicta de gradu ordinis tantum, accipienda eſſet: pariter diſpoſitio eſſet de indubitabili; ſi

namque

Digitized by Google

namque nepos excludit patruum tertiogenitum, qui ut major natu excludit quarto, & quintogenitum; à fortiori dicendum eſt, illos à prædicto nepote excludi, ex vulgari regula, ſi vinco vincentem à fortiori vincam te *L. de acceſſionibus* 14. §. *Item, verſ. qui me, ff. de diverſ. & temp. præſcrip. Velaſco in loc. comm. lit. V. num.* 137. & ſic opus non erat hoc in prædicto capitulo exprimere.

304 Secundo, nam ſi ipſe Corſettus, & alii agnoſcunt, nepotem ex ſecundogenito excludere filios tertio, & quartogeniti, & hoc firmant eſſe indubitabile; negare non poſſunt etiam de gradu parentelæ prædictæ verba exaudiri poſſe, ſaltem quo ad declarandam lineæ prærogativam, quam ipſi immeritò impugnant. Patet, quia inter filios fratrum non datur de Jure communi repræſentatio etiam in ſucceſſione alterius patrui, quando non concurrunt cum patruo, ex veriori ſententia Azonis, (de qua inferius) ergo ſi nec linea, nec repræſentatio attenditur, præcisè in paritate gradus, & ſexus, prærogativa majoris ætatis conſideranda eſſet, dum autem filius ex ſecundogenito filium ex tertio, aut quartogenito (ſecundum prædictos DD.) excludit, nulla habita ratione majoris ætatis: velint nolint, fateri debent, hoc non ex alio capite, quam ob prærogativam melioris lineæ contingere poſſe, ac per conſequens, verba prædicta non otioſè fuiſſe adhibita ad deſignandum gradum parentelæ, & ſic incidunt in Scillam, cupientes vitare Caribdim.

305 Igitur, ne prædicta verba in noſtro Capitulo ſine virtute aliquid operandi contra vulgares regulas ſtare dicamus, rectius eſt illa intelligere de utroque gradu, & ordinis, & parentelæ: ut appareat fuiſſe cum miſterio oppoſita ad graduandam ſucceſſionem inter transverſales cum prærogativa melioris lineæ, ſive enim cum *Corſett. filio ad patrem dicto conſ* 11. *numer.* 42. *& ſeqq.* verbum, *gradus*, accipiamus de gradu ordinis, ſeu dignitatis, ſive in propria ſignificatione, ſcilicet, de gradu conſanguinitatis (quod totum, prædicta vox apta eſt comprehendere ſecundum ſubjectam materiam) ſemper, & in omni caſu, ſtat ad denotandam prærogativam primogenituræ, & melioris lineæ.

306 Quia in prima acceptione idem Corſettus agnoſcit ſignificare dignitatem, & ordinem primogenituræ inter filios, & fratres, quaſi, quarto, & quintogenitus ſint inferioris gradus ordinis, & dignitatis, quo ad ordinem nativitatis, quam primo, & ſecundogenitus, & in hoc ſenſu negari non poteſt capitulum loqui de gradu primogenituræ, in qua primogenitus habet primum gradum, ſecundogenitus ſecundum, & ſic de cæteris, qui gradu deſignant ordinem ſuccedendi in primogenio ſervata prærogativa illorum inter filios, & eorum deſcendentes. Sicut enim inter exiſtentes in eodem gradu dignitatis, & primogenituræ, ratione lineæ, attenditur proximitas gradus conſanguinitatis, & in pari gradu, ſexus, & major ætas: ſic ſimiliter, inter eos, qui ſunt in diverſo gradu lineæ, conſideratur proximitas gradus primogenituræ, & lineæ, & illi dicuntur proximiores gradu, qui ſunt de meliori linea, ut in puncto poſt *Paul. de Caſtro dicto conſ.* 164. *num.* 5. *lib.* 2. *& Avendan.* multos laudantem *in l.* 40. *Tauri Gloſſ.* 17. *num.* 23. *uſque ad* 26. dicit *Amat. dicta reſol.* 1. *num.* 83. qui citat *Corſettum ubi ſuprà*, & non aliàs probavimus hoc eodem Articulo num. 232. & hoc eſt, quod noſtrum Capitulum indicare voluit, dum illis verbis, *Ulterioris gradus*, uſum fuit: illis quippe ad perſonas fratrum relatis, neceſſe eſt, quod intelligantur de gradu primogenituræ, cum inter eos, qui in pari gradu ſunt, non poſſit conſiderari alter gradus ulterior.

307 In ſecunda verò & propria ſignificatione (in qua ut famoſiori poteſt accipi cum ſit verbum analogum juxta vulgares regulas) ſtat etiam ad demonſtrandam prærogativam lineæ, ut ſcilicet, ejus potentia, nepos ex ſecundogenito excludere habeat non ſolum patruum, aut patruos tertio, vel quartogenitos, ſed etiam eorum filios, qui ſunt in ulteriori gradu (quamvis majores natu, & cum illo nepote in pari gradu ſint) nam ſi gradus proximior, & major ætas patrui non profuit eidem, quo minus excluderetur à nepote, eo quod eſſet de meliori linea, à fortiori non poterat proficere filio patrui major ætas in paritate gradus, quod ita declarare voluit Cap. noſtrum, ut ceſſarent opinionum altercationes in terminis *Cap. ſi aliquem*, utrum in pari gradu, & ſexu, major ætas, & non primogenituræ prærogativa eſſet conſideranda, & hic intellectus in Regno communis eſt, & ſecundum eum fuit judicatum in cauſa Ramorſuræ, & in cauſa Impoſæ, & ultra *Amatum*, & alios ſupra agnoſcit *Milanenſ.* in cauſa Licodiæ, quamvis ibi contra capituli iſtius extenſionem ſcripſerit.

308 Eodem ſenſu accipienda ſunt ſimilia verba prædicti cap 18. *& eſſendo nepote femina figlia del frate, ò ſorella ſecundogenita, ſucceda, & eſcluda l'altra ſorella terzagenita, e non eſcluda il frate terzogenito, vel ulterioris gradus*; poſita namque ſunt in ſenſu contrario ad denotandum, & declarandum fœminis deſcendentes ex maſculis, vel fœminis melioris lineæ debere excludere alias fœminas proximiores, remotioris tamen lineæ; non verò prætextu ſtrictioris lineæ deſcendentis ex maſculo, poſſet excludere maſculos proximiores inferiorum linearum, ſcilicet, tertio, quarto, vel quintogenitos, nec etiam ulterioris gradus parentelæ, nempè eorum filios maſculos, qui tametſi ſint in pari gradu, & eos fœmina filia ex ſecundogenito ratione melioris lineæ vincere deberet, tamen agnationis favore, ut, ſcilicet, feuda perpetuentur in domo, & cognomine, à quo proceſſerunt, præferuntur fœminis in pari gradu, & etiam prætendi poſſet, quod in ulteriori; quoties militat idem favor conſervandæ agnationis ex identitate rationis expreſſæ in ſtatuto, ut defendit latè *Cannetius in dicto Cap. Si aliquem dicto verſ. ſed tractandum, fol.* 176. per totum quod non videtur negare *Corſett. conſ* 19. *num.* 36. *&* 37. *& filius ad patrem conſ.* 10. *numer.* 41. quamvis *pater in illo conſ.* 10. *numer.* 10. *& per tot. Cannetium impugnet*.

309 Sed, quia quæſtio iſta eſt extra caſum noſtrum non amplius immoramur, contenti hoc dicere ut faciamus ſatis ponderationi Advocatorum ex adverſo, qui ut verba illa *Ulterioris gradus* in prima cap. parte, de gradu ordinis, & dignitatis reſtrictè intelligerentur, deſumebant argumentum ab eiſdem verbis in ſecunda parte appoſitis; dicendo, quod ſi de gradu parentelæ acciperentur, ſequeretur, quod maſculus remotior excluderet fœminam proximiorem, contra communem (quam contendunt in Regno receptam) jam enim oſtendimus, hoc non obſtante abſque violentia debere intelligi de ulteriori gradu parentelæ juxta ſupradicta.

310 Unde jam apparet verba illa Rubricæ *deficiente linea primogeniti*, mirificè conveniri cum diſpoſitione nigri, in quo idem intellectus clariſſimè dignoſcitur, & tam ex mente, quam ex verbis aptiſſimè deducitur; ita ut abſque cavillatione non poſſit alius diverſus aſſignari.

Reſtat nunc pro iſtius Articuli complemento reſpondere nonnullis objectiunculis ex adverſo propoſitis contra hanc linealem prærogativam per nos in præſenti capitulo conſideratam, & ratione fulcitam; ſed quia multæ ſunt, & ſatis inculcatæ, medullitus illas reſumendo, ad tres tantum magis principales reducemus, quibus dirutis, omnis eliminabitur ſcrupulus, & articulus iſte erit expeditus.

311 Primo objiciunt prælationem in hoc Capitulo nepoti conceſſam in patrui ſucceſſione, ut patruum tertiogenitum excludat, eſſe effectum repræſentationis; non verò linealis prærogativæ. Dicunt enim in terminis

Digitized by Google

nis *Cap. Si aliquem*, vocantis proximiorem ſuperſtitem, controverſiam inter DD. fuiſſe ratione ſubintrantiæ filii in locum patris; Sed cum de Jure communi non haberet locum inter tranſverſales; niſi uſque ad filios fratrum, concurrentes cum patruo, ad alterius patrui ſucceſſionem, ideo cap. noſtrum ad tollendam difficultatem, & ſedandas contrarias opiniones, liteſque ſuper hoc reſecandas, decreviſſe, quod nepos locum patris ſubintrans per repræſentationem, patruum excluderet, pro ut de Jure communi fuerat conceſſum in *Authentica ceſſante*, *C. de legitim. hæredib.* & ultra hunc caſum nihil diſpoſuiſſe, relinquendo alios omnes ſub ejuſdem Juris diſpoſitione, ut in *Authent. poſt fratres*, *C. illo eodem tit.* & pro ut in dicto *Cap. Si aliquem.* fuerat determinatum, ad quod probandum plura adducunt, quæ non reperiuntur apud DD. ab eis allegatos, & magis confidenter allegant *Corſett. filium ad patrem conſ.* 10. *à num.* 12. *cum ſeqq. Giurb. de feud.* §. 1. *Gloſſ.* 1. *per tot. Intrigliol. cent.* 2. *art.* 47. *num.* 6. *Milanenſ. deciſ.* 8. *num.* 97.

312 Sed reſpondemus breviter, repetendo, quæ diximus in principio iſtius Articuli num. 177. quod hæc prælatio nepotis, ex ſecundogenito contra patruum tertiogenitum inter tranſverſales, & ex primogenito contra ſecundogenitum, inter deſcendentes, non poteſt eſſe effectus illius repræſentationis à Juſtiniano introductæ ex rationibus, & auctoritatibus ibidem adductis, ſed potius prærogativæ melioris lineæ, ut numeris præcedentibus, & ſubſequentibus oſtendimus.

313 Deinde, quia in cap. noſtro nullum verbum de repræſentatione invenitur, at verò de linea, & ejus prærogativa ſervanda, non ſemel, ſed pluries tam in rubro, quam in nigro, mentio facta fuit ut jam ſupra demonſtravimus, & apparet ex Text. Quare non eſt cur repræſentatio pro ratione aſſignetur, & vera ratio à ſtatuentibus aſſignata rejiciatur, ut benè adnotarunt *Amat. dicta reſol.* 1. *num.* 65. *Coſta dicto conſ.* 67. *num.* 22. & 23. *Joppul. in allegat. Cauſa Cannicati verſ. & quod fol* 17.

314 Ulterius, quoniam ipſimet DD. in contrarium allegati, præcipuè *Corſettus* fatentur, quod inter duos patrueles unum ex ſecundogenito, minorem natu, alterum ex tertiogenito natu majorem concurrentes ſine patruo ad ſucceſſionem patrui primogeniti, præfertur ille ex ſecundogenito, licet, major natu, & tamen in propoſito caſu non datur de Jure communi repræſentatio ex receptiori ſententia *Azonis* ut diximus ſupra, & probant poſt *Azon. in* §. *ſin autem defuncto Authent. de hæredib. ab inteſt. venient. Lanar. conſ.* 1. *num.* 53. *Marot. conſ.* 1. *per tot. Molina de primogen. lib.* 3. *cap.* 7. *numer.* 22. ubi *Additio, Theſaurus deciſ.* 162. ubi ita deciſum refert *Cancer. var. parte* 1. *cap.* 5. *num.* 15. & 16. *Alvarez de Ribera in Reſponſo pro ſucceſſ. Regn. Portugall. parte* 3. *art.* 1. *num.* 58. *fol.* 40. *à tergo*, qui quinque DD. column. pro hac opinione adducit, & *Reg. Tappia in ad dict. ad ipſum litt. A. fol.* 50. latè *Caſtillo lib.* 3. *controverſ. dicto cap.* 19. *ex num.* 77. & *ex num.* 81. qui infinitos laudat. Ergo erit effectus prærogativæ melioris lineæ, quomodo fuit deciſum in Regno in cauſa de Calamanzano, & in cauſa Jarratanæ, & alibi ſæpè, uec eſt qui contradicat.

315 Præterea ipſi Advocati ex adverſo fatentur, quod inter deſcendentes datur repræſentatio, & prærogativa primogenituræ in infinitum, ea ratione, quia filius primogenitus in vita patris dicitur quaſi dominus, & filius, nepos, cæterique deſcendentes dicuntur pars corporis patris, ac ſubintrat præſumptio *l. cum avus*, *ff. de condit. & demonſtr.* quam rationem dicunt ceſſare inter tranſverſales, eo quod cum comparatur frater ad fratrem non poſſunt ad eum applicari, quæ de filiis reſpectu parentum conſiderantur.

216 Sed allucinantur, nam eadem fere ratio militat inter tranſverſales in hac materia primogeniorum (quæ perpetua, & individua eſt,) & abſque ulla hæſitatione, inter illos, qui à primo fundatore, ſeu acquiſitore deſcendunt. Cum enim ex prima diſpoſitione, ſeu conceſſione, & inveſtitura omnes deſcendentes vocati, & invitati ſint ordine ſucceſſivo; quilibet habet jus proprium conſiderabile, & ſpem probabilem ſuccedendi, ſi caſus ſucceſſionis adveniat, & hoc jus, & ſpes probabilis radicatur in filiis cujuſlibet poſſeſſoris ordine primogenituræ, & unuſquiſque ex eis deſcendens illos repræſentat ordine ſuo.

317 Unde ſicut de jure communi in ſucceſſionibus dividuis, ea ratione conceſſa fuit repræſentatio inter deſcendentes in infinitum, & inter tranſverſales uſque ad filios fratrum, quia filius dicitur pars corporis patris, & non poteſt dici extinctus, aut non extare pater, qui filios relinquit cum remanſerit vera caro, & portio corporis ipſius, juxta illud *Eccleſ. cap.* 3. ibi *mortuus eſt pater ejus, & quaſi non mortuus, ſimilem enim reliquit poſt ſe:* ita & eodem modo, ac eadem ratione in ſucceſſionibus individuis conceditur repræſentatio, & prærogativa melioris lineæ, non ſolum inter deſcendentes ab ultimo primogenito poſſeſſore, ſed etiam inter tranſverſales reſpectu illius, deſcendentes tamen à primis inſtitutoribus (quia, ut ſæpè diximus) deſcendentes ſunt, & vocati ad primogenium, & ſemper verificatur prædicta ratio, quod filius eſt pars corporis patris, qui extinctus non eſt, imò ejus caro in filio remanſit, ut ſuccedere poſſit repræſentativè ſicut pater ſuccederet, ſi tunc vivus exiſteret: & habet etiam locum præſumptio *legis cum avus* ex adverſo expenſa, ut ſatis doctè, & eleganter conſiderat *D. Joan. del Caſtillo dicto lib.* 3. *controverſ. cap.* 19. *num.* 52. *in verſ. ex quibus apparet, & verſ. in bonis autem, & verſ. deinde, & num. ſeqq.* Et ultra ſuperius dicta probat *Text. in l. cum ſcimus*, *C. de agricol. & conſ. lib.* 11. *Peregr. conſ.* 17. *num.* 8. *lib.* 6. *Caſtrenſ. dicto conſ.* 164. *num.* 3. *vol.* 2. & aliis laudatis *Giurba de feud.* §. 2. *Gloſſ.* 10. *num.* 87. *verſ. Reſpond.* 1. & pluribus ex Hiſpanis noſtris relatis *Don Franciſcus Martianus dicta diſp.* 10. *num.* 15. 16. & 17. *cum ſeqq.*

318 Et licet nos, non ob beneficium repræſentationis, ſed ob melioris lineæ prærogativam, nepotis prælationem procedere probaverimus, eo quod ipſe, & omnes alii deſcendentes ex linea primogenita uſque in infinitum unus poſt alium ordine primogenituræ ſint vocati, & ſubſtituti, & proprio jure, ac ex propria vocatione ad ſucceſſionem veniant, ut in principio Articuli latè fundavimus; tamen non rejicimus, quod veniant repræſentando qualitatem primogenituræ, quæ à patre communicatur filio primogenito, & cujus ratione ſucceſſio patri competebat; in quo ſenſu procedunt ſuperius dicta num. præcedenti, prout magis communiter declarant DD. à nobis in hoc diſcurſu pro lineæ prærogativa allegati.

319 Sed illud conſtanter firmamus, hanc repræſentationem non eſſe illam, quæ de Jure communi dabatur in ſucceſſionibus dividuis, per quam ſolus gradus paternus, ſeu alterius aſcendentis repræſentabatur; ſed diverſam ampliorem, & uberiorem; (dum non tantum gradum, ſed perſonam, & omnes qualitates, quæ patri ad ſuccedendum proficuæ erant, repræſentantur per filium) ad ſimilitudinem tamen illius, & eiſdem rationibus, ac conſiderationibus introductum; In ſucceſſionibus individuis, inter eos, qui à primis fundatoribus deſcendunt, (licet tranſverſales ſint ultimi morientis.) De jure namque communi in ſucceſſione tranſverſali, non poterat ultra filios fratrum, repræſentationis beneficium concedi, quin graviſſimum oriretur ineonvenienaı, cum enim ſucceſſio dividua eſſet, & collaterales ultra prædictos filios fratrum in ſtirpes repræſentativè haberent ſuccedere: maxima daretur confuſio, & prædictum beneficium plus æquo damnoſum, patruis, ac aliis proximioribus conſanguineis exiſteret, dum alii remotiores, ad portiones ſuorum aſcendentium præmortuorum eſſent admittendi, con-

tra illud, quod cautum erat *legib. duodecim tab. & jure digeſtorum leg.2. §. hac hereditas, & §.legitimis, ff. de ſuis, & legit. leg.1.§.proximus, & §. gradatim,ff.unde cognati l. lege duodecim tab. verſ. hujuſmodi, C. de legitim. heredit. §.1. §.proximus, & §.ſi plures inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* & ideo noluit Imperator Juſtin. dictam repræſentationem extendere ultra filios fratrum, at in ſucceſſionibus individuis nullum inconveniens, nulla confuſio reſultat, & filius repræſentando perſonam patris, ſeu aſcendentis, tantum habet, quantum pater, vel aſcendens haberet ſi viveret ſucceſſionis tempore, eo quod erat vocatus jure primogenituræ, quod filio, & deſcendenti communicat, ut alium proximiorem excludat de linea inferiori, quem pater, vel aſcendens excluderet, utpotè de linea meliori, argumento eorum, quæ docet *Marian. diſput.1. à num.4. cum ſeqq.*

320 Unde quando concedamus in terminis dicti *Cap. Si aliquem*, difficultatem controverſam inter DD. fuiſſe ratione ſubingreſſionis filii in locum patris, & hanc tollere voluiſſe noviſſima Regni Capitula, concedendo repræſentationem (prout Advocati ex adverſo contendunt,) non ex eo ſequitur, quod ſtatuentes, illam reſtrictè, & limitatè concedere voluerint, ut inter transverſales non daretur ultra filios fratrum concurrentes cum patruis ad alterius patrui ſucceſſionem; Imo potius contrarium, & ſic in infinitum conceſſam fuiſſe colligitur, tum ex ratione per Adverſarios perpenſa, tum ex multis aliis in dictis Capitulis expreſſis, quas ſuis locis ponderavimus; quia difficultas illa ratione ſubingreſſionis in terminis prædicti *Cap. Si aliquem*, fundabatur in verbis illis, *qui ſupererit tempore mortis defuncto proximior*, quæ DD. antiquos allucinarunt, ut repræſentationem abnegarent etiam inter diſcendentes contra mentem ſtatuti, Juris communis, & feudalis diſpoſitionem, (videndus *Giurba* in eodem loco per Adverſarios non bene allegatus, nempè §.1. *Gloſſ.1. num.6. & 8.*) & pari ratione, inter transverſales nulla habita diſtinctione, ſi tales eſſent reſpectu primi acquirentis, aut ſolum ultimi poſſeſſoris.

321 Quare hanc irrationabilem, & iniquitate plenam DD. opinionem Domini Reges ad Regni ſupplicationem per dicta noviſſima Capitula eradicare, & extirpare dignati ſunt, declarando ſubingreſſionem habere locum, tam inter deſcendentes, quam inter collaterales cum ſubdeclarationibus ibidem expreſſis. Ac ideo ſi difficultas fuit ratione ſubingreſſionis filii in locum patris, & hæc fuit ſublata per prædicta Capitula: eodem modo, & eiſdem caſibus per modum exempli appoſitis, tum in una, quam in altera linea, non eſt amplius de ſubingreſſione dubitandum, cum in quacumque linea ſemper eadem ratione filius ingredi debeat locum patris: quod in ſucceſſione perpetua, & individua in infinitum contingere opus eſt, & ſi in deſcendenti linea in terminis Juris communis hoc negari non poterat, nulla eſt ratio, cur inter illos transverſales deſcendentes à primis acquiſitoribus non concedi prætendatur, quandoquidem ſtatuentes inter omnes ſubingreſſionem filii in locum patris decreverunt, exæquendo hanc lineam cum deſcendenti omnimoda paritate, non ut de Jure communi in ſucceſſionibus dividuis (de quo nulla mentio in ſtatutis noſtris) ſed prout in individuis, & perpetuis, ad ſimilitudinem illius juris inter deſcendentes.

322 Et ultra ea, quæ ſupra conſideravimus pro repræſentatione concedenda in feudorum ſucceſſione ex pacto, & providentia *num.187. cum ſeqq.* alii permulti DD. in puncto, illam concedunt inter transverſales deſcendentes à primis inveſtitis uſque in infinitum, quorum plures refert, & ſequitur *Giurba ubi ſupra, num.7.* & in feudis dividuis attento Jure Longobardo, quod transverſales in infinitum ſuccedant ſi deſcendentes ſint à primis acquiſitoribus latè *Henr. Roſenthal. in ſynop. feud. cap.7. concluſ.56. num.2. concluſ.57. & concl.ſ.58. num.1.* & utrobique in *Gloſſ.* Et ideo in his feudis, in quibus jure primogenii conceditur, nulla eſt dubitandi ratio, quin concedi debeat cum prærogativa primogenituræ, ut agnoſcit *Gloſſ. apud Roſenthal. dicta concluſ.57. litt. P. ad finem, cum Molina,* & aliis.

323 Doctores verò in contrarium allegati, nempè *Corſett. Giurb. Intrigliol. & Milanenſ.* in locis ſupra citatis, nihil adverſariis favent; nam dicere, quod in terminis *Cap. Si aliquem*, difficultas erat ratione ſubingreſſionis filii in locum patris, non eſt negare, quod illa difficultate ſublata per capitula noviſſima, locum habeat ſubingreſſio in omni linea, prout ex capitulis prædictis colligitur; & quod attinet ad *Corſettum*, qui conſulendo ſe pro reſtrictione capitulorum ſubſcripſit contra lineæ prærogativam, ejus opinio magis communiter rejicitur in Regno, *Giurb. in illa Gloſſ.1. num.15.* refert opinionem *Corſetti*, & illam non ſequitur (videatur in *num.18.*) & in tota illa *Gloſſ.* defendit repræſentationem in terminis *Cap. Si aliquem*, & poſtea in §..*Gloſſ.10* (ubi per nos allegatur) ſtat pro prærogativa lineæ contra antiquiores Regnicolas. *Intrigl. cent.2. art.47. num.6.* non facit ad rem, diſputat enim in illo articulo an cap.118. Dom. Imperatoris habeat locum in diſpoſitione ex teſtamento in feudo hæreditario (de quo loquitur, ut videre eſt num.9.) & concludit, quod non, niſi ſit ex pacto, & providentia, & in hoc ſuppoſito, dicit *dicto n.6.* quod dubium de Jure communi erat in ſucceſſione ab inteſtato, & quod ſic intelligi debet dictum cap. noviſſimum, & tamen aliis in locis prærogativam lineæ admittit, videndus *dicta cent.2. art.3. n.52. & 53. & art.42. n.62. Milanenſ. in deciſ.8. n.197.* nihil concludit, & in *n.238.* à nobis allegatus expreſsè in terminis iſtorum cap. ultra filios fratrum repræſentationem admittit, & ſic objectio iſta remanet evacuata.

324 Secundò, opponunt, non fuiſſe conſideratam prærogativam lineæ in his capitulis noviſſimis, & ex eo deducunt, quod patruus ſecundogenitus præfertur nepti ex primogenito præmortuo contra regulas primogeniorum, & prærogativam lineæ, cujus vigore in illis regionibus ubi ea admittitur, neptis ex primogenito excludit patruum ſecundogenitum, & ſic deinceps filia ex ſecundogenito excludit tertiogenitum ex *Molina lib.3 cap.6. num.49. Flores de Mena in addit. ad Gamam deciſ.59. Suelves conſ.95.*

325 Leviſſima tamen hæc oppoſitio nobis viſa eſt, cui ut congruum præbeamus reſponſum; eſt præmittendum breviter, fœminas de Jure communi feudorum extantibus maſculis remotioribus, penitus excluſas, ita demum per Regni conſtitutiones, *In aliquibus*, & *Ut de ſucceſſionibus*, eſſe admiſſas, dummodo cum maſculis proximioribus, aut in eodem gradu non concurrant, ut in terminis *Cap. Si aliquem*, tenent communiter omnes Noſtrates, quos infra in quarto Articulo laudabimus; cum autem per hæc noviſſima capitula fuerit declarata prærogativa lineæ, & in ea repræſentatio in infinitum, & hac ratione fœmina melioris lineæ haberet excludere maſculum, non ſolum in pari gradu, ſed etiam in proximiori exiſtentem, quod erat contra primævam feudorum naturam, & inſtitutionem, & adverſùs ſuccedendi formam in Regno receptam (imò contra rationem agnationis conſervandæ inter agnatos deſcendentes à primis feudorum acquiſitoribus, quorum domus, & familiæ publicè intererat perpetuari, & conſervari) hoc matura deliberatione Dom. Regibus, & Regni Proceribus intuentibus, ac conſiderantibus, in prædictis noviſſimis capitulis, antiquorum veſtigiis inhærendo maſculos agnatos in quantum poſſibile eſſet favore proſequi voluerunt; ita tamen, ut non in totum fœminas excluderet, ſed eas potius in illis caſibus, in quibus prædictus agnationis conſervādæ favor ceſſaret, admitteret.

Digitized by Google

mitterent, inter illaſque primogenituræ prærogativam
ſervari debere declararent.

326 His ſic peractis, dicimus, mentem, & intentionem
Dom Regum ſtatuentium verbis expreſſis in dictis
capitulis declaratam eam fuiſſe, ut in feudorum ſuc-
ceſſione ſaltem agnatio impropria, & ficta (quam
artificioſam DD. vocant) conſervari deberet, ut con-
ſtat ex dicto cap.204. Dom. Imperatoris, ibi, *à tal-
che li Stati, & Baronie vengano a conſervaſe, & per-
petuarſe in le caſate, & cognomi donde procedono*, &
rurſus in cap.18. Dom. Regis Philippi, ibi, *accioche li
detti Stati, Baronie, & Feghi venghino à conſervaſi, &
perpetuarſi nelle caſate & cognome donde procedono.* Ex
quibus manifeſtè apparet rationem prælationis maſcu-
lorum in ſtatutis expreſſam, non ob aliam cauſam,
quam ut conſervaretur agnatio fuiſſe adjectam, in quo
noſtrates conveniunt, ut ſupra n.308. tetigimus, & la-
tius in Art.4. demonſtrabimus (licet diſſentiant in pun-
cto extenſionis dictorum capitulorum, quod nobis pro
nunc diſputare non licet.)

327 Hæc autem prælatio maſculorum, ſive ſit perpe-
tua (ut, ſcilicet, ſtantibus agnatis fœminæ non ſuc-
cedant, prout ex ratione expreſſa deduci videtur) ſi-
ve ſit limitata, & reſtricta ad certos gradus (ut au-
tumant nonnulli ex noſtris) non offendit regulas pri-
mogenituræ, ſed ſolum inducit qualitatem attenden-
dam, & conſiderandam inter eos, qui ſunt de fami-
lia primi teſtatoris, aut acquirentis feudum; ut primo
loco admittantur maſculi ex maſculis, & his deficien-
tibus fœminæ & ex eis deſcendentes maſculi. Et quam-
vis hanc ſuccedendi formam DD. Hiſpani in contra-
rium laudati, & alii quamplurimi, quos in re adeo
clara conſultò omittimus, irregularem dicant, & com-
muniter, agnatitiam, (ſeu nudæ, & ſimplicis maſcu-
linitatis, quando fœminæ ſolummodo reperiuntur ex-
cluſæ:) non ob id negant eſſe primogenium, aut ma-
joratum, in eoque ſervari debere regulas primogenio-
rum, ſed ideo formam irregularem vocant; quia op-
ponitur regulari, & ordinariæ, in qua fœminæ pari-
ter, ut maſculi, admittuntur, & melioris ſint lineæ, &
intra lineam cum obſervatione gradus, & in pari gra-
du ſexus: quæ majoratus forma dicitur regularis, nam
eſt conformis conſuetudini Hiſpaniæ, & legibus parti-
tarum ſcilicet *l.2. tit.15 part.2.* quæ de ſucceſſione Re-
gni loquitur, videndus *Molina lib.3. cap.5. per tot.* &
alibi ſæpe.

328 Duæ enim conſiderandæ ſunt lineæ, altera ſubſtan-
tiæ, ſeu ſanguinis, altera vero qualitatis; in prima
ſunt omnes deſcendentes inſtitutoris, aut acquiſitoris
feudum ad ejus ſucceſſionem vocati; In ſecunda illi
tantum ſunt, qui habent qualitates requiſitas in fun-
datione, ſeu Inveſtitura ad ſuccedendum: utpotè ſi
ſunt vocati ſoli maſculi, prout in puncto dixit. ut *Cal-
dus conſ.334. num.10. lib.3. Ancaranus conſ.95. num.7.*
atque ideo, non ex eo, quod fœmina excluſa ſit pro-
pter maſculum, ſequitur quod non ſit conſideranda
linea, imò hoc dicere abſurdum eſt, quia tunc fœmi-
na, licet ſit in linea ſanguinis, & ſubſtantiæ, ut poſſit
ſuccedere deficientibus maſculis, tamen non eſt in li-
nea qualitatis, quæ ſequitur ſucceſſionem, quæ primo
loco conſideranda eſt, & in qua illi ſoli exiſtunt, qui
habent maſculinitatis qualitatem requiſitam, inter
quos illæ tres obſervationes attenduntur, ſcilicet, li-
nea, gradus, & ætas (in ſexu enim omnes pares eſſe
debent, alias non erunt in linea qualitatis, ut notiſſi-
mum eſt.)

329 Quare in hoc Siciliæ Regno ſtantibus prædictis no-
viſſimis capitulis, ex quibus agnationis, ſeu maſcu-
linitatis qualitas in feudorum ſucceſſione præfertur,
nunquam fœmina prætextu etiam melioris lineæ deri-
vatæ à maſculo primogenito poterit ſuccedere ad ex-
cluſionem maſculi proximioris, vel in pari gradu, qui
maſculus eſt in linea qualitatis, quæ reperitur privile-
giata, imò in linea deſcendenti, quilibet maſculus re-
motior erit fœminæ præferendus ſi ſit agnatus, & hæc
tantummodo ſuccedit ad excluſionem agnati tranſver-
ſalis, etiam ſi ſit patruus.

Deficiente verò linea ultimi poſſeſſoris, & ſic inter
ipſius tranſverſales deſcendentes de linea proxima, à 330
qua defunctus proceſſerat, quilibet agnatus, ſeu cogna-
tus proximior vel in pari gradu ſine dubio fœminæ
præfertur, & ex veriori ſententia fundata in ratione
expreſſa in dicto cap.18. etiam agnatus remotior illam
excludet, & ſolum ſuſtineri poterit, quod non exclnda-
tur a cognato remotiori inferioris lineæ, nam ſi iſte ex
linea primogenita deſcendat, fœminæ proximiori præ-
ferendum cenſemus, niſi concurrat cum materia in ca-
pillo, & ſic cum ſorore matris ipſius.

Inter ipſas autem fœminas ad ſucceſſionem abſque
maſculis concurrentes, primogenituræ, & melioris lineæ 331
prærogativa ſervanda eſt. Ita tamen, quod ſi in pari
gradu concurrant primogenita maritata, & minor natu
in capillo, hæc alteri præferatur, ex dicto *Cap. Si ali-
quem*, quod quantum ad hoc illibatum permanet, &
hoc etiam inter maſculos cognatos inter ſe concurren-
tes obſervandum cenſemus, ut ſic ille præferatur, qui ex
meliori deſcenderit linea, licet ſit gradu remotior, quod
ex mente, & verbis dictorum capitulorum expreſſiſſimè
deprehenditur (licet Noſtrates non ſic explicent, ſed
ſatis confuſè loquuti ſint.)

Quomodo eſt accipiendum vulgatum illud dicte-
rium, quod fœmina proximior præfertur maſculo re- 332
motiori; tolerabile ante editionem prædictorum capi-
tulorum ob communem antiquorum acceptionem, exi-
ſtimantium dictum *Cap. Si aliquem*, privilegiaſſe gra-
dum, & excluſiſſe repræſentationem, ſed jam intolera-
bile, & erroneum, ac contra lineæ prærogativam, & ag-
nationis qualitatem in dictis capitulis expreſſiſſimis
verbis conſideratam.

Unde jam apparet, quantum ſit frivola contraria
objectio ad impugnandam prærogativam linealem, cum 333
ideo fœmina deſcendens ex meliori linea, ſi cum maſ-
culo ad ſucceſſionem concurrat, illum non excludat,
quia ipſa non eſt in linea qualitatis à noſtris Capitulis
privilegiata, & antepoſita, nec cenſetur vocata niſi in
defectum maſculorum, & prout ſuperiùs explicavi-
mus, quod intelligendum eſt in illis feudis, in quibus
adeſt clauſula Juris Francorum, vel ſubintelligitur ex
diſpoſitione capitulorum Regni, ſecus autem ſi in pri-
ma inveſtitura vel teſtamento, aut alia primi acquiſito-
ris proviſione aliter cautum ſit: illud enim ſervabitur.

Denique ad excludendam lineam, numeroſam DD.
catervam, ac rerum Judicatarum in Regno quamplu- 334
ra exempla contra illam adducunt; ex quibus probare
intendunt reſtrictionem dictorum noviſſimorum ca-
pitulorum; & ita magis communiter eſſe recepta, &
obſervata.

Sed ut appareat, quam levis ponderis ſit hoc DD.
agmen, Reſpondemus quod de Regnicolis ferè om- 335
nes loquuntur in terminis dicti *Cap. ſi aliquem*, cujus
verbis allucinati, & eorum verum ſenſum non perci-
pientes, pro gradu proximiore, & in paritate gradus
pro majori natu concludunt; hi ſunt antiquiores,
*Saccura, a in compend. cap. Volentes verſ. ſi baro, Per-
nus conſ.11. Corſettus conſ.199. num 38. & 44. lib.2.
Petr. de Gregor. de conceſſione feud. parte 4. quæſt.4. nu-
mer.8. & 10. & quæſt.10. per tot. Aloyſius de Septim. in
cap. Si aliquem. Nicolaus Solima in Apoſtilla ad idem cap.
Ja cob. Ruſſo in conſ. cauſa Linguagroſſa 9. num.23. & 52.
Hieronymus Gimia apud Milanenſ. deciſ.9. ex num.31. &
num.47. & 48. & à num.82. Raudenſ. conſ.141. num.65. in-
ter conſ. ult. volunt. & conſ 1. num.65. & ſeq. lib.1. conſi-
liorum*, (& licet alios referant Advocati ex adverſo,)
Nos illorum non meminimus, quia ſunt Auctores qui in
una, aut altera cauſa, ut clientibus inſerviant uti ipſo-
rum Advocati, allegationes ſcripſerunt, quarum pau-

ciſſimæ prælaudatæ ſunt,& nonnullæ manuſcriptæ, raro inveniuntur.

De recentioribus verò , licet multos pro ſe referant
336 Adverſarii , ſi attentè legantur, pauciſſimi ſunt. *Cumia in dicto cap. Si aliquem, verbo eodem ordine num.7.& verbo gradu num.*34. 42. 72. 403. & ſequentibus loquitur in terminis illius capit. Et quamvis jam ſuo tempore eſſet editum dictum cap.218.Dom. Imperat. Caroli,tamen , quando ſcripſit non erat impreſſum , ut ipſe teſtatur *dicto verbo gradu* , *num.*38. Imò nec intellectum, nec practicatum ; & alia noviſſima capitula non fuerant à Dom. Regibus impetrata , & hoc non obſtante in eiſdem terminis *Cap. Si aliquem*, pto primogenituræ, & lineæ prærogativa concludit in verbo *proximior, numer.*23.29.39.40.*& ſeqq.*

Cannet.in dicto cap. Si aliquem, verſ. ſed permittendum
337 *num.*90. *&* 91.*fol.*247.*& verſ. an filius num.*19.*fol.*285. expreſsè loquitur in terminis prædicti cap. & nullum verbum facit de *cap.noviſſ.*& antea *in verſ. ſed tractandum per tot. & num.*62. *& ſeqq.* firmiter defendit extenſionem noſtrorum capitulorum & dicit non correctoria,ſed declaratoria eſſe.

338 *Maſtrill. ad Petr. de Gregor. dicta* 4.*part. quaſt.*10. *lit. A.* pro noſtra ſententia ſe ſubſcripſit , dum dicit opinionem, *Petr.de Gregor.*qui pro gradus prærogativa tenuit,eſſe correctam per noviſſima Regni Capitula.

339 *Milaneuſ.dicta deciſ.*8.*num.*224. 227. *&* 228. *lib.*1. loquitur etiam in terminis dicti *Cap Si aliquem* , & poſtea *num.*258. expreſſiſſimè in terminis noviſſ. Cap.pro eorum extenſione , & lineæ prærogativa ſuffragium dedit.

340 *Intrigliol. de feud.cent* 2 *art.*42. *num.*60. *&* 62. *& artic.*36.*num.*203 in nihilo favet adverſariis,quia punctum non diſputat in terminis dictorum *Cap.noviſſ.& in dict. art.*42 *num.*62. magis ſe inclinat ad lineam , cujus naturam non percipit , & citat *Molinam de primogen.lib.*3. *cap.*4 *num.*14. quem ſequi videtur , & antea *dicta cent.* 2.*art.*3 .*num.*52.*&* 53. (ubi pro nobis eſt allegatus) expreſſe ſequitur *Cumiam* dicto verbo *proximior* , & reſidet cum ejus opinione pro prærogativa lineæ.

341 *Corſett. conſ.*9. *num.*33. *conſ.*11. *num.*7. *conſ.*28. *& conſ.*26.*num.*4.*& filius ad patrem in addit.ad conſ.*10. *numer.*28. *uſque ad* 30. (quamvis ſtent pro reſtrictione prædictorum capitulorum) loquuntur in diverſiſſimis terminis, Ille enim, ſcilicet, Pater (qui cum *Bolognetto conſ* 9.*à num.*23.*&* 52. ſcripſit in cauſis , de quibus loquitur) agit , & ambo agunt de feudis in forma larga, & in illis , qui erant in forma ſtricta , aderat primi acquiſitoris expreſſa diſpoſitio ad favorem gradus ; in quo puncto ipſe *Corſettus* reſidet.At utterque tam pater, quam filius pro extenſione dictorum Capitulorum ea ut comprehenſiva conſuluerunt in omnibus caſibus,in qoibus agnationis conſervandæ favor poſſet conſiderari, ut videre eſt in *Conſil. à nobis ſupra citat.* nempè *conſ.*9.*num.*36.*conſ.*11.*num.*10.*conſ.*18.*num.*18. *verſ. Iſta ergo de Suriano,& conſ.*19.*num.*37.*&* 38.*& filius ad patrem conſ.*10.*num.*41. Imò & *pater dicto conſ.*26.*num.*4. in contrarium adductus, *verſ.in hoc tamen*;etiam in terminis *Cap. Si aliquem* , agnoſcit difficultatem in materia repræſentationis,propter conflictum opinionum, & ſic dicit,non eſſe in illam intrandum,quia ſunt infiniti, qui contrarium tenent, (hoc eſt repræſentationem eſſe concedendam.)

*Tobias Benſare apud Lunam conſ.*17. *num.*15. loquitur
342 in feudo in forma larga abſque clauſula Juris Francorum , ut ipſe fatetur *num.*31. & non diſputat quæſtionem in terminis cap.18. Dom.Reg. Philippi , ſed illud curſum tangit *n.*11. & nihilominus in illa cauſa Campifranci fuit contra illum deciſum ad favorem D. Franciſci , qui licet gradu remotioris, erat de meliori linea ut ſupra in v.Artic.retulimus.

343 *Muta in dicto cap.Si aliquem,num.*55.*&* 56.nihil contra Nos reſolvit imò *num.*55. lineam approbat ſequendo *Cumiam*,ſed poſtea *n.*144.*&* 145. expreſſiſſimè etiam in terminis illius cap. & indubitanter attentis noviſſimis,repræſentationem, & lineam in infinitum agnoſcit, & cum iſta reſidet opinione.

Giurba de feud.§.1.*Gloſſ.*1. jam diximus ſupra *num.*133.
in nihilo favere adverſariis. *In* §. *autem ſecundo n.*64. 344
(ubi etiam ex adverſo allegatur) ſolum dicit,quod in terminis *Cap. Si aliquem* , vocantis proximiorem , non datur repræſentatio, & propriùs *num.*63. multis probat excluſam non eſſe ex vocatione proximior. At poſtea in eodem §.2. *Gloſſ.*10. *per totam* , *& à num.*47. *&* 50. *verſ. quare audiendus* , ubi mox allegatur , lineæ materiam ex profeſſo tractat, & in illius favorem multa adducit , firmans eſſe obſervandam in his feudis primogenitorum.

Et licet , ab Adverſariis rurſus allegetur in eadem
*Gloſſ. num.*51. ubi inter duos patrueles ex duobus præ- 345
defunctis fratribus, ſentire videtur, quod ſit præferendus major natu , licet filius ſit ex fratre natu minore ; tamen,ne dicamus ipſum ſibi contrarium in antecedentibus & ſubſequentibus extitiſſe , ac voluiſſe deſtruere illud, quod ſatis punctualiter tranſcripſit ex DD. quos ibi laudat pro prærogativa lineæ inter omnes deſcendentes ex primo acquiſitore feudi , & in inveſtitura vocatos , intelligendum eſt illum in dicto *num.*51. *& uſque ad* 54.loquutum fuiſſe de tranſverſalibus,non deſcendentibus à primo acquiſitore , & in terminis Juris communis , ut apparet ex initio dicti *num.*51. ibi , *aut inſpecto Jure communi loquimur* , &c. & apertiſſimè *numer* 32. ubi rationes , quas reddit , & DD. quos indicant, loqui de prædictis tranſverſalibus , & in *verſ. tertio veriſimilitudo illa* in verbis ibi , *tum quia remotiores ſunt, de quibus non ita cogitaſſe teſtator videri poteſt* , *cum in primogeniis vocata linea,tranſverſales non continentur*, quæ verba de tranſverſalibus , qui deſcendunt à primo inſtitutore impoſſibile eſt,quod accipiantur.

Et indubitanter hic intellectus colligitur ex his,quæ
dicit *num.*53. quod totum correſpondet diſtinctioni li- 346
nearum , quam propoſuerat *num.*10. *ad finem,verſ. Ego vero* ; ubi tres lineas conſtituit, unam poſſeſſoris , alteram primogeniti , & tertiam *cujuſvis alterius ſucceſſoris remoti*, quarum primam,& ſecundam explicat uſque ad *num.*45. firmans , verum eſſe , quod de linea primogeniti (de qua Nos agimus) ſcripſerunt plerique DD.de Hiſpanis , & exteris à nobis in hoc Artic. laudatis , ut videre eſt ex *num.*27. *verſ. circa ſecundam.*De tertia verò linea incipit loqui *dicto num.*45. *verſ. circa tertiam* ; ubi aliquantulum ſe confundit , & labitur , quia exiſtimat eſſe diverſam à linea primogeniti,& tamen totum,quod ibidem ſcribit, conſonat cum hac linea , de qua eodem modo , & forma loquutus fuerat ex *dicto num.*27. cum revera hoc non conveniat tertiæ lineæ ab eo propoſitæ *dicto num.*10.*ad finem.*

Et nihilominus in *num.*40. *verſ.Ego vero*, ſuam opi-
nionem profetens,dicit,erraſſe eos,qui de Jure commu- 347
ni unam ſolam lineam (ſcilicet poſſeſſoris) dari ſcripſerunt , quod proſequitur uſque ad dictum *num.*50. ubi in *verſ.quare* , firmat non eſſe amplius audiendum *Petr. de Gregor part.*4.*quaſt.*10.qui pro gradu proximiore , & in pari gradu majori natu ſcripſit , & dicit ejus opinionem correctam eſſe per dictum cap.18.Dom.Regis Philippi, *quo præfertur linea(verba ſunt Giurba)ut ibidem perbellè ſummat Ramondetta* , *& interpretatur*, & eodem themate retento, ſequitur in *verſ. ſed illud quoque*, multa inculcans circa prædictam lineam primogeniti, & in *verſ cum tranſverſales*,in noſtris terminis loquens, inquit , *Cum tranſverſales* , *licet remoti reſpectu ultimi poſſeſſoris,attento ſtipite, deſcendentes à primo ſint* ; *eoque reſpectu* , *in linea deſcendentium conſtitui* ; *ac proindè non minus eorum ſuo loco, quam eorum , qui verè deſcendentes ſunt ratio haberi debet in lineis conſiderandis* , & videndus eſt uſque ad finem dicti verſiculi.

Quare proculdubio dicendum eſt, *Giurbam* , magni- 348
tudine

Digitized by Google

tudine materiæ confuſum, æquivocationem paſſum fuiſſe; dum incipiens loqui de prædicta tertia linea cujuſlibet remoti tranſverſalis, miſcuit, quod proprium erat lineæ primogeniti, inter illos tranſverſales a primo acquiſitore, ſeu ſtipite deſcendentes, (circa quos indubitanter firmaverat, & ſemper abſque hæſitatione firmavit, lineam conſiderandam & obſervandam eſſe.) Sed tamen in quæſtione propoſita circa lineam proprie & verè tranſverſalem, reſpectu primi acquirentis, ſuam propoſuiſſe opinionem in *dicto num.51. uſque ad* 54. loquens in terminis Juris communis, & hoc irreſolutum reliquiſſe.

349 Quod evidentiùs conſtat. Quia ex *num.55.* rurſus aſſumit materiam lineæ inter deſcendentes, & diſputat, utrum detur repræſentatio & tranſmiſſio, & multa corollariè infert extra choros ſaltando; & deinde *num.62.* iterum agit de linea & repetit, quæ propria ſunt lineæ primogeniti inter tranſverſales: & *uſque ad num.82.* conſtanter lineam defendit: Ex *num.83.* impugnat *Martam de ſucceſſ. legal. 3. parte quæſt. 1. art.2. à num.37. & ſeqq. vol.1.* qui contra lineam inſurrexit; (*Videatur num.85. verſ. Reſpondeo ſecundo; & num.87. & in verſ. Reſpondeo 1. & per tot. num.*) ex quibus apparebit pro linea firmiter ſe ſubſcripſiſſe in noſtris terminis.

350 De DD.Neapolitanis & exteris, quos pro ſe allegant Adverſarii non eſt curandum; Quoniam *Marta* communiter reprobatur, *Rovitus* tenuit contrarium, & ſic pro linea votavit, *in tom. ad Pragmat. Regni Neapol. tit. de feud. Pragmat.11. num.44. Loffredus ad Iſerniam, Aſflictus & Capycius*, ad rem non faciunt quia loquuntur in diverſis terminis *Conſallius ad Peregrinum*, in loco ab Advocatis ex adverſo allegatis, nempe *art.21. fol. 72. verſ. Tertio obſervo*; nihil dicit, & ſolum in dicto *art.21. fol. mihi 35. verſ. Secundo obſervo col.1.* inquit, quod quando ſtatutum, vel teſtator majorem requirit ætatem de tempore ſucceſſionis, ceſſat repræſentatio & ſubingreſſio; (de qua aſſertione, & ejus veritate jam ſupra diſcuſſum eſt;) *at in artic.20. fol. 30. verſ. Prima ergo ſit concluſio, cum ſeqq.* lineam in primogenitis defendit, *Regens Urſinus de feudis 2 parte quæſt 4. art.1. num.14 fol. 05. & art.1. num. 5. fol.111.* ſolum dicit, quod in hoc Regno ſtante *Cap. Si aliquem*, vocante proximiorem, patruus præfertur nepoti, & hoc impugnat in illis duobus Articulis, fundans, in feudis repræſentationem concedi, & nepotem patruo eſſe præferendum attento jure communi, & Regni conſtitutione, *ut de ſucceſſionibus*, ſicque non debuit *Urſinus* ad iſtius cauſæ deciſionem allegari, *Bilotta conſult.27. num.15. & ſeqq.* nihil contra nos concludit.

Regens Ganaverro (ab Adverſariis prætermiſſus) *conſ 5. ex num.15.* licet ex profeſſo materiam dicti *Cap. Si aliquem*, & noviſſimorum capitulorum 118. & 204. Dom. Imper. Caroli, ac 18. Sereniſſ. Reg. Philippi pertractaverit: Tamen ipſe nobis tribuit reſponſionem; Dum initio illius conſilii, ante ſummarium, & poſtea in calce, ſe ſubſcribens, inquit, prædictum conſilium ſcripſiſſe Drepani, dum ibidem eſſet hoſpes, & peregrinus, ut amico rem gratam faceret: ſcripſit igitur tanquam hoſpes, & peregrinus in materia prædictorum cap. Regni; (alioquin doctus, & non contemnendæ auctoritatis auctor) quod ex dictis ſupra in hoc articulo, in quo omnibus illius fundamentis tacitè ſatisfecimus, cuilibet intuenti ad oculum apparebit.

Doctiſſimus, denique *Donatus Antonius de Marinis*, ſupremi tui Italicarum rerum conſilii meritiſſimus Conſiliarius (etiam ab adverſariis prætermiſſus) *lib.1. quotidian. reſolut. cap.126. num.64.* nobis in nihilo adverſatur. Licet enim ibidem in collaterali linea, ultra filios fratrum ſubingreſſionem filii in locum patris, ſicque repræſentationem, non dari: & inter fratres patrueles omninò ceſſare, ac propterea majorem natu quamvis ex ſecundogenito: natu minori ex primogenito, præferendum firmaverit: Loquitur tamen in terminis conſtitutionis *ut de ſucceſſionibus*, per quam (ut jam ſupra notavimus) ſucceſſio feudalis in tranſverſali linea reſtricta fuit ad tertium gradum, hoc eſt, ad filios fratrum ſuccedentes patruo in concurſu alterius patrui, ut expreſsè advertit ibidem *numer.61.* relatis verbis prædictæ conſtit. ibi, *filii autem fratrum*, ac ideo, cum ſucceſſio in linea tranſverſali non ultra progrediatur; ceſſat inter alios poſteriores agnatos, quæſtio de repræſentatione, & prærogativa lineæ, quia non entis nullæ ſunt qualitates juxta vulgares regulas. Et quamvis ex noviſſimis gratiis Neapolitano Regno conceſſis, præfata ſucceſſio fuerit ampliata uſque ad quartum gradum, & ſic ad fratres patrueles, dummodo deſcendant per lineam maſculinam à primo Domino, & ſtipite feudi, ut conſtat ex *Pragmat.11. de feudis* ubi *Rovitus*, & poſt eum *Regens Urſinus de ſucceſſ. feudor. 2. parte quæſt* 10. per totam, quod & præcitato loco idem *Regens de Marinis* prænotavit. Nihilominus inter illos fratres patrueles, alteri patrueli ſuccedentes, non datur repræſentatio, nec locus eſt prærogativæ melioris lineæ; ſed major natu minori anteponitur, ut ipſemet auctor rectiſſimè reſolvit.

Ratio eſt, nam prædicta extenſio regno illo per Tuæ Majeſtatis glorioſiſſimos progenitores gratiosè conceſſa, fuit limitata ad ſolum illum caſum ſucceſſionis inter fratres patrueles alteri patrueli ſuccedere volentes: ita demum ſi à primo feudi acquiſitore per lineam maſculinam, tam defunctus, quam ſucceſſor deſcenderent, & abſque præjudicio patrui, & alterius proximioris agnati, cui vel ex gratia anteriori, vel ex diſpoſitione præfatæ conſtitutionis ſucceſſio competere poſſet, ut ſatis ad propoſitum ratiocinatur *Regens Urſinus de ſucceſſ. feud. 2. parte quæſt.6. art.1. num.3. cum ſeqq.* Eſſet autem in præjudicium patrui, & aliorum proximiorum, ſi prædictis patruelibus ex gratia admiſſis ad alterius patruelis ſucceſſionem repræſentatio, & prærogativa potioris lineæ fuiſſet communicata, prout per dictam conſtitutionem inter deſcendentes in infinitum, & inter collaterales, uſque ad tertium gradum fuerat conceſſa, juxta tradita per *Martinianum dict. diſput.2. 3. & 4 per tot.* quoniam hac extante prærogativa, patruelis de meliore linea repræſentando perſonam patris, excluderet patruum, & alios proximiores de jure, & per anteriores gratias ad ſucceſſionem admiſſos: ac propterea ne beneficium principis in tertii præjudicium cederet, contra regul. *leg.2. §. ſi quis à principe, & §. merito, ff ne quid in loco publico*, cum ſimilibus, non fuit communicata patruelibus prædicta prærogativa, ſed tantummodo conceſſum, quod ſuccederent in defectum aliorum proximior, dummodo per lineam maſculinam deſcenderent; & ſi forte duo, aut plures in illomet gradu reperirentur, major ætate deberet præferri; eo quod ſucceſſio inter eos, independenter à ſuis primogenitoribus & ex gratia fuit conceſſa, & compoſita, ut non ſemel ſacrum Conſil. Neapolitanum in caſibus occurrentibus deciſit teſte *Georgio alleg 12.* cujus meminit *Urſinus dicta 2. parte quæſt.9 art.1. num.9. & Rovitus in dicta pragm.11. de feudis n.71. verſ. ſed audio.*

Unde jam apparet reſolutionem *Doctiſſ. Regens de Marinis* fundatam eſſe in illius Neapolitani Regni particularibus legibus conſtitutionibus & gratiis; ſtante, quod Capitula Papæ Honorii, (qui dicitur auctor noſtri *Cap. Si aliquem*, extendentis ſucceſſionem feudorum in linea tranſverſali uſque ad trinepotem) non fuerunt in illo regno recepta, ut multis probat *Martian. dicta diſput.3.* ac ideo non poſſe adduci ad caſus etiam ſimiles, per noſtra capitula aliter determinatos, *l. cunctos populos, C. de ſumma Trinitat.* cum aliis ſupra *num.103.* nam in Regno noſtro ſtante diſpoſitione dicti *Cap. Volentes*, feudorum ſucceſſio in linea tranſver-

Et ideo, licet in dicto cap.118. lineæ obſervatio
269 inter deſcendentes veniret per interpretationem de-
ductam ex ſola prælatione conceſſa nepoti in concur-
ſu patrui ſecundogeniti, nihilominus cum prælatio
iſta non poſſit de jure ſubſtineri, niſi ob prærogati-
vam melioris lineæ (ut jam diximus ſupra, & repe-
temus inferius,) & ob id cenſeri debeat conſiderata
prædicta prærogativa in linea deſcendenti, neceſſariò
dicendum eſſet, quod exæquata linea collaterali in di-
cto cap.18. per illa verba relativa, & repetitiva ſupe-
rius ponderata, & hoc ad ampliationem dicti cap.118.
& 204. omnia in eis contenta, intelligi debere in illo
repetita cum ſuis qualitatibus, etiam per interpretatio-
nem ſubintellectis.

270 Illa, quippe, DD. traditio, de qua præcedenti nu-
mer. 566. ab Advocatis alterius partis commendata,
non ſemper, & in omnibus vera eſt, & ſolum proce-
dit in diſpoſitione hominis, debetque intelligi, quan-
do qualitates, quæ prætenduntur repetitæ virtute re-
lationis ſunt odioſæ, & repugnantes, vel aliquod ab-
ſurdum, aut inconveniens ex tali relatione, ſeu re-
petitione reſultat, vel quod ſubintelligitur, non venit
neceſſario ex legis, ſtatuti, aut juris communis diſpo-
ſitione, ſed deducitur ex dubia interpretatione Docto-
rum, vel in aliis caſibus late per eoſdem Doctores enar-
ratis, apud quos videri poſſunt cum ſuis ampliationi-
bus, & limitationibus.

Secus autem in diſpoſitione legis, & ſtatuti præci-
271 puè favorabilis, ut eſt noſtrum capit.18. & quando il-
lud, quod reperitur, venit per declarationem inter-
pretativam à jure neceſſariò ſubintellectam, quo caſu
ex vulgati regula dicitur, & intelligitur expreſſum, &
ut tale debet cenſeri intereſſe in referente; aliàs rela-
tio, quæ in dicto cap.18. duabus vicibus fit ad dicta
cap.118. & 204. prima ibi, *come ſi contiene in detti ca-
pitoli*, latinè, *prout in dictis Capitulis continetur* (quæ
dictio *prout* eſt relativa, & repetitiva *Barboſ. dict.296.
num.1.*) ſecunda ibi *queſto medeſimo*, *&c.* latinè *hoc
idem* (quæ etiam repetit ut jam diximus ſupra) nihil
haberet operari, contra ſui naturam, *l. aſſe toto, ff. de
hæred. instit.* cum ſimilibus, & non ad id quod eſt fa-
vorabile, ſcilicet, quod prælatio conceſſa nepotibus
extendatur ad omnes deſcendentes, ſed ad id, quod
eſt odioſum, nempè, quod reſtringatur ad ſolum ne-
potem, ſacta intelligeretur contra communem tradi-
tionem, de qua *Jaſon. in l. cùlis ſcriptura 30. ff. de le-
gat.1. num.40. verſ. ſexto limita Decius in cap. ſecundo
requiris num.22. verſ.8. non fit relatio, de appellat. Ale-
xand. conſ.48. num.6. & 7. lib.1. Peregr. dict. art.16.
num.40. Galganet. dict. 2.part. cap.6. quæſt.7. num.23.
Ciriac. tom.1. controv.147. num.67. Menoch. lib.4. præ-
ſumpt.181. num.14. Caſtillo lib.6. controv. cap.181. n.36.*
qui dicunt, quod quando diſpoſitio relata continet
favorem, & odium, ſemper relatio facienda eſt ad id,
quod eſt magis favorabile, ad quod reſtringitur diſpo-
ſitio referens, ut relatum æquetur, & conformetur re-
ferenti, juxta finem diſponentis, videndus *Caſſanate
conſ.57.num.73.*

272 Nec ſupradictis adverſantur prædicti cap. verba ſe-
quentia ibi, *cioè che morendo il frate primogenito ſenza
figlio, ſuperſtite il nepote maſchio del frate ſecundo geni-
to premortuo in tal caſo ſucceda il detto Nepote maſchio,
e non l'altro frate terzo genito*, *vel ulterioris gradus*,
latinè, *id eſt, videlicet, ſeu ſcilicet, quod mortuo fratre
primogenito abſque filio, ſuperſtite nepote maſculo ex fra-
tre ſecundogenito præmortuo, tali caſu, ſuccedat prædictus
nepos maſculus, & non alter frater tertiogenitus, vel
ulterioris gradus.* Ex quibus verbis contendunt Advo-
cati ex adverſo reſtricta, & limitata fuiſſe verba rela-
tiva antecedentia ibi, *queſto medeſimo*, *&c.* & in illo
tantum caſu expreſſo Capitulum diſponere voluiſſe;
ad quod probandum ponderant dictionem illam *cioè*
latinè *id eſt* quam reſtrictivam eſſe ad diſpoſitionem,
quæ ſubeſt eidem, ex *Baldo*, *Deciano*, *& Corſetto
conſ.9. num.13.* aliiſque ex Regnicolis noſtris, intre-
pidè firmant.

Huic enim replicationi ſatisfacimus quod dictio 273
illa, *id eſt videlicet*, ſeu *ſcilicet* in noſtro Capitulo ſtat
declarativè, & exemplificativè, non verò reſtrictivè,
nam licet quandoque vim habeat reſtringendi, tamen
multoties non reſtringit, ſed declarat diſpoſitionem,
ut per *Textum in l. cum priorem*, ubi *Decius num.1. C.
unde legitimi l.2. ff. de adopt.* & aliis probat *Barboſa
dict.145. n.4.* & in eo omnes conveniunt, quod quan-
do præcedit diſpoſitio generalis, & ſequitur exem-
plum per dictionem *id eſt*, ſeu *videlicet*, tunc dictio
iſta non reſtringit, nec limitat, ſed exemplificat, ac
declarat, ut teſtantur *Aretinus in l. qui liberis 8. num.3.
notab. 3. ff. de vulgar. Decius in l. cum priorem num.2. C.
unde legit. Cenedus ſingul. 97. num.5. in fine Barboſa di-
cta dict.145. num.4. ad finem Amat. dicta reſolut.1. poſt
num.82. Coſta Sicul. dicto conſ.67. num.35.* Unde cum
in textu noſtro præceſſiſſet diſpoſitio generalis, ibi, *li
quali non diſponendo nella linea tranſverſale*, *mà ſolo
nella deſcendente, ſi ſupplica à Voſtra Maeſtà, che reſti
ſervita provedere, e commandare, che da qui innanti
queſto medeſimo ſi habbia di oſſervare in linea tranſverſa-
li*, & poſtea ſequatur, *cioè che morendo il fratre primo-
genito, &c.* apertè oſtenditur hoc non ad reſtringen-
dum, ſed ad exemplificandum, & declarandum fuiſ-
ſe adjectum, & ita in terminis docent *Amat. dicto
num.80. Coſta num.84. D. Blaſius Joppulo in allegat.
cauſa Cannicatti verſ. non obſtant illa verba videlicet
fol. 19.*

Et comprobatur, ſumpto argumento ab eodem mo- 274
do loquendi qui perſpicitur in dicto cap.204. Impe-
ratoris: ibi enim cum ageretur de declaratione cap.
118. ejuſdem Dom. Imperatoris, circa illud quod erat
obſervandum in linea deſcendenti inter fœminas, in-
ter ſe, vel cum maſculis concurrentes, facta prius re-
latione ejus quod in prædicto cap.118. fuerat diſpo-
ſitum inter maſculos, hæc verba ſubjiciuntur: *Si ſup-
plica à Voſtra Maeſtà ſia parimente ſervita declarare che
eodem modo ſi oſſervi, e debbia oſſervare in ſeſſo femini-
no, videlicet che la figlia femina dal figlio maſculo primo-
mogenito morendo detto maſculo in vita di ſuo padre. In
tal caſo la detta figlia del maſculo ſia preferita à la zia ſo-
rella del detto maſculo.*

Et tamen negari non poteſt (ut jam probavimus, 275
& fatentur Adverſarii) quod per dictum cap.118. fuit
admiſſa repræſentatio, & prærogativa primogenituræ
inter deſcendentes uſque in infinitum, & quod hoc
idem per viam declarationis inter fœminas non con-
currentes cum maſculis proximioribus, aut in pari gra-
du, per dictum cap.204. fuit in eadem deſcendenti li-
nea declaratum.

Ergo dum in præfato Capitulo declaratorio, ex- 276
preſſio caſus particularis, per eamdem loquendi for-
mam, & cum dictione *Videlicet* non operatur reſtri-
ctionem, nec ad id fuit appoſita, ſed ad declarandum,
& exemplificandum; ſequitur quod pariter, & eodem
modo dicendum eſt, æquiparationem, & exæquatio-
nem factam in dicto cap.18. de linea tranſverſali cum
aſcendente tam inter maſculos, quàm inter fœminas,
non fuiſſe reſtrictam, & limitatam ex appoſitione ca-
ſus particularis cum eadem dictione *Videlicet*, ſive, *id
eſt*: quia nec novum, nec inſolens eſt unam legem, aut
Statutum, per alterum declarari, ſicut & poſteriores
leges ad priores trahuntur, & per iſtas, illæ ſupplentur,
& declarantur, *l. ſed poſteriores ff. de legibus Maſcard. de
interpret. ſtatut. concl. 2. à num.103.*

Deinde ſi diceremus dictionem prædictam reſtricti- 277
vam eſſe tam in *dicto cap.204. quam in dicto cap.18.* &
in illis caſibus particularibus expreſſis, tantummodo
hæc ſtatuta procedere: multa ſequerentur abſurda, &
inconvenientia quæ menti, & intentioni ſtatuentium
apertè repugnant; & dum illa ad ſedandas lites, ju-
ſtiſſimè fuerunt condita, (ut ſtatim apparebit) quam-
plurimis

plurimis quotidie probetur occaſio, fruſtrato fine legiſlatoris, & Regni, quod pro bono, & quiete publica prædictas declarationes humilibus precibus à Dominis Regibus impetravit.

278 Sequeretur namque, quod neptis filii primogeniti non poſſet excludere amitam magnam, nec aliam fœminam proximiorem, vel in pari gradu, majorem natu ex linea ſecundogeniti, aut ſecundogenitæ, & ſic quod inter fœminas inter ſe in linea deſcendenti non eſſet obſervatio lineæ ultra caſum neptis ex filio primogenito præmortuo concurrentis cum amita, quia cap.204. in hoc ſolo caſu expreſsè loquitur: imò eadem ratione præmortuo filio ſecundogenito, & ex eo remanente aliqua filia, ſi poſtea in vita patris decederet primogenitus ſine filiis, illa neptis ex ſecundogenito, qui non occupavit primogenituram, non excluderet amitam, quia nec in hoc caſu diſponit cap. quod totum eſſet abſurdiſſimum.

279 Item in linea tranſverſali, filius ſecundogeniti in patrui ſucceſſione non excluderet filium tertiogeniti natu majorem cum in hoc non diſponat dictum cap.18. quod, nec DD. qui pro gradu proximiore, & pro iſtorum Capitulorum reſtrictione in contrarium allegantur: firmare auſi ſunt, utpotè temerarium, (videatur *Regens Corſett. conſ.11. ad finem*) pro filio namque ex ſecundogenito natu minore contra filium tertiogeniti natu majorem ſunt multæ deciſiones in Regno, & ultra relatas ab *Amat. ad fin. dict. reſol.*1. ita etiam fuit deciſum in cauſa Calamanzanæ, Comitatus Motucæ, & in cauſa Jarratanæ. Et etiam ſequeretur, quod nepos maſculus ex ſecundogenito in ſucceſſione patrui non excluderet amitam magnam, quia capitulum hoc non dicit, quod eſt majus abſurdum, cum hæc Regni Capitula (ut ex eis conſtat, & agnoſcunt DD. contrarii) ad agnationis favorem reſpexerint, prout inferius probabimus, & fatetur *Corſettus conſ.9. num.36. conſ.11. num.10. & in fine, conſ.18. num.18. verſ. iſta ergo de Suriana conſ.19. num.36. & 37.* & filius ad patrem *conſ.10. num.41.* & amplius ſequeretur, quod filius tertiogeniti non excluderet filiam ſecundogeniti, quia in cap. ſolùm dicitur, quod tertiogenitus excludat neptem ex ſecundo, quod etiam eſſet abſurdiſſimum ex eadem ratione.

280 Sequeretur ulterius quod ſi filius tertiogenitus habuiſſet poſſeſſionem feudi in vita fratris primogeniti, non poſſet filius ſecundogeniti illam vindicare, & in ſucceſſione patrui obtinere, quia capitulum circa poſſeſſionis continuationem nihil diſponit, & tamen quod continuatio poſſeſſionis fiat in verum ſucceſſorem vigore dicti cap.18. prout in linea deſcendenti virtute cap.118. communiter receptum eſt in Regno, ut per *Milanenſem deciſ.3. num.247. lib.1. Cumia ſuper ritu ordine ſuo, cap.38. num.387. Aponte deciſ.40. n.21. verſ. hac quatenus; Amat. reſol.39. num.113.* & ita fuit deciſum in cauſa de Soriana, cujus caſus erat ultra filios fratrum, alias cap. hoc fuiſſet inane, nam de facili eſſet primogenitus carens liberis, feudum refutare tertiogenito, excludendo à ſucceſſione filium ſecundogeniti præmortui. Et hoc idem abſurdum ſequeretur in ſucceſſione avi inter neptem ex primogenito, & amitam quæ in vita ſui patris actualem feudi poſſeſſionem habuiſſet, nam cum in dicto cap.204. nihil de continuatione poſſeſſionis fuerit diſpoſitum, poſſet amita contendere, quod ipſa præferri deberet nepti, & tamen omnes fatentur dictum cap.204. etiam diſponere ſuper continuatione poſſeſſionis ſicuti in dicto cap.118. *Milanenſ. Cumia, Aponte, & Amato, ubi proximè Intrigliol. deciſ.43. num.31. Corſettus conſ.19. numer.36. & 40.*

281 Ideò ne dicamus prædicta Capitula eſſe irridenda, & illuſoria, ſi in dictis, & ſimilibus caſibus non diſponerent, præciſè fateri debet (prout invitis dentibus fatentur multi ex Doctoribus contrariis) quod procedunt, & operantur extra caſus particulares ibidem demonſtrationis; & declarationis gratia expreſſatos, & operari habent in omnibus in quibus eadem ratio verſatur; ſcilicet prærogativa melioris lineæ ſexus, vel originis.

Nec rurſus obſtat alia ex adverſo ponderatio ſuper verbis, ibi *in tali caſu*, quæ dicunt ſtare reſtrictivè, & impedire omnem extenſionem. Nam reſpondetur, quod verba illa ſtant declarativè, & demonſtrativè ad caſum præcedentem exempli gratia appoſitum, ſcilicet, quod mortuo fratre primogenito, ſuperſtite nepote ex filio ſecundogenito, tali caſu ſuccedat nepos, & non frater tertiogenitus, vel ulterioris gradus, quare non percipimus rationem ob quam adverſarii intendunt, quod verba prædicta ſtent reſtrictivè ad omnem capituli diſpoſitionem, & de hoc ſatis. 282

Sed progrediamur in explicatione capituli. Dicitur deinde in ejuſdem ſupplicibus precibus Dom. Regi porrectis, ita expoſtulari, cauſa dirimendarum litium, ibi, *per levar via le tante lite, e queſtioni donde naſceno gran ruine à quelli tali che ſuccedono.* Ex quo deducitur ejus diſpoſitionem generalem fuiſſe, non verò particularem; imò favorabilem, & ut talem extendendam, & latè interpretandam, *Farinac. in Addit. ad conſ.27. litt C. verſ. ſexta ſit concluſio tom.1. & conſ 177. num. 1. lib.2. Gratian. diſcept. cap.271. num.35. Nevizan. conſ.5. num.35. Borell. in ſumma deciſ. tit.63. numer.7. tom.1. Oſaſcus deciſ.22. num.8.* & multos laudat noſter *Baron. in allegat. impreſſ. poſt tom.2. de citat. numer.29. 30. & 31.* & dum generalis eſt, debet ipſius ratio attendi, & ſecundùm illam diſpoſitio generaliter intelligi, quamvis ſpecialis caſus ſit expreſſus, *Bart. in l. regula, §. ſi quis jus, ff. de jur. & fact. ignor. Baldus in authent. quas actiones poſt num.4. C. de Sacroſ. Eccleſ. Pariſius conſ.83. à num.13. cum ſeqq. lib.3.* & infinitis relatis *Giurb. de feud. § 2. Gloſſ.2. num.21. Montan. controverſ.2. num.4. Altograd. conſ.8. poſt num.31. verſ. quo fit, & ſeq. Hodierna controv. cap.23. à num.41.* & cum aliis *Baron.* in ſupra citata *allegat. num.18. cum ſeqq.* 283

Si enim prædictum Cap. ad unicum, & ſpecialem caſum, ſcilicet inter nepotem, & patruum eſſet reſtringendum, ut volunt Adverſarii, unica, & ſpecialis tantum lis inter eos fuiſſet perempta, & omnes aliæ extra illum caſum remanerent, prout in exemplis numer. præcedentibus appoſitis, & aliis ſimilibus; contra mentem Principis, & cum inconvenientibus ibidem ponderatis, unde dum non reſtringitur ad unam litem inter patruum, & nepotem, ſed generaliter, & indefinitè, inter tranſverſales diſponendo, dicit, *per levar via le tante liti, onde naſcono gran ruine à quelli tali che ſuccedono*, hæc ratio generalis, non ad illum caſum ſpecialem declarativè expreſſatum, ſed ad omnes caſus in quibus inter eoſdem tranſverſales, lites, & contentiones eſſe poſſunt ex identitate rationis, tum diſpoſitiones in caſu ſpecificato, tum dirimendarum litium generaliter expreſſæ, eſt extendenda, & ampliandа. 284

Vulgare enim eſt, quod in legibus, & ſtatutis ratio potius quam verba debet attendi, ex *Baldo in dicta authent. quas actione, col.2.* ubi *Jaſon. Pariſ. conſ.83. lib.3. num.17. & 23. Honded. conſ.34. à num.25 tom.1. Altograd. conſ.86.* ubi ſupra *Paul. de Caſtr. conſ.83. numer.2. & 3. lib.2. Mareſcott. variar. lib.2. cap.106. numer.15. multa Velaſc. in loc. comm. litt.R. ex num.4.* quod fortius procedit in caſu iſtius cap. in quo ratio eſt expreſſa, non autem ſubintellecta, & ex vi comprehenſionis non vero extenſionis, caſus, & perſonas in quibus diſponit, determinat, & comprehendit ad tradita per *Decian. conſ.30. num.10. 11. & 12. lib.3. Baron. conſ.151. num.5. lib.2. Mart. Medic. examin.31. numer.26. Corſett. conſ.19. num.37.* & plura nos ſupra *Artic.2. num.36.* 285

Quæ omnia procedunt in ſtatutis correctoriis, in quibus ex identitate rationis datur extenſio de caſu ad caſum 286

Google

caſum, & de perſona ad perſonam, etiam ſi de his nulla ſit facta mentio ut docent *Pariſ. dicto conſ.83. num.21. & 24. Paul. Caſtrenſ. dicto conſ.83. num.2. & 3. Riminald. conſ.235. lib.2. Dec. conſ.227. & 284. Natta conſ.346. & conſ.441. Cannett. in dicto Cap. Si aliquem dicto verbo, ſed tractandum num.62. fol.284. Altograd. dicto conſ.86.* ubi ſupra, & quamvis non deſint DD. qui contrarium tueantur, quorum aliquos Advocati ex adverſo in ſuis Allegationibus congeſſerunt, tamen in non correctoriis, ſed declaratoriis, nulla eſt dubitatio, & quod hæc noſtra Capitula declaratoria ſint *Cap. Si aliquem*, non autem correctoria, jam diximus ſupra ex *Cametio, Intrigliolo, Amaro; & Cutello*, probatque latè *D. Blaſius Joppulo in allegat. cauſ. Cannicatti fol.18. verſ. nam ex Capitulo, & in Juſtificationibus cauſa Camemi, fol.13. verſ. & verba*, & deprehenditur ex verbis dicti Cap.118. ibi, *Si ſupplica à Voſtra Maeſtà ſi degni dichiarare*, & hæc eſt veritas, quidquid in contrarium dicant *Corſett.* & alii in contrarium allegati.

287 Quibus non obſtat alia Advocatorum ex adverſo conſideratio ſuper verbis ibi, *per levar via le tante liti, onde naſcono gran ruine à quelli tali, che ſuccedono:* dum dicunt actiones illas *quelli tali*, latinè, *illi tales*, omnimodam reſtrictionem importare, & ad perſonas ibi expreſſas tantum modo eſſe reſtringendas, ex proprietate dictionis *illi*, quæ refert ſolum perſonas expreſſas, & nominatas in proximo ſuperiori verſiculo *Barboſ. dict.147.* & alterius dictionis *talis*, quæ repetitiva eſt certæ, & determinatæ qualitatis, & perſonæ, idem *Barboſ. dict.398. num.2.* alias, (inquiunt) ſi dictiones iſtæ non reſtringerentur, ad certas perſonas ibi expreſſas, eſſent ſine dubio ſuperfluæ, & ſatis fuiſſe dicere *per levar via le liti*, & ideò ne dicatur abſurda interpretatio, quæ facit ſtatuti verba ſuperflua, & inania, admittere neceſſe eſt, quod illæ dictiones ſtant reſtrictivè.

288 Quia æſtimavimus hanc meram cavillationem eſſe, primò, nam verba quæ præceſſerant ante prædictam clauſulam, fuerant generalia, & apta comprehendere omnes caſos, qui inter tranſverſales evenire poterant, ex quibus lites ſperare poſſunt, ut conſtat ex verbis ibi, *li quali non diſponendo nella linea tranſverſale, ma ſolo nella deſcendente*: linea enim eſt collectio plurium perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, ut communiter docent DD per *Text. in l. ſtemmata, ff. de gradibus, cap. quòd de dilecto de conſang. & affin.* & ideò verbum linea univerſos deſcendentes in infinitum comprehendit *Alex. Raudenſ. conſ.30. num.33. lib.2. Rota per Farinac. deciſ.226. num.3. part 2. recent. Addentes Molina lib.3. cap.6. num.33.* Unde dum de linea tranſverſali, & ſic de pluribus perſonis in ea exiſtentibus, antecedenter mentionem feciſſet ſtatutum, jam apparet verba illa ſequentia, *a quelli tali che ſuccedono*, non poſſe reſtringi ad ſolas perſonas nepotis, & patrui, neptis, & amitæ, quæ tunc non erant commemoratæ: ſed præciſè ad omnes, qui in linea tranſverſali ſuccedere prætenderent, generaliter, & indefinitè eſſe referenda.

289 Quod & confirmant ſequentia verba ibi, *Si ſupplica a Voſtra Maeſtà che reſti ſervita provedere, e commandare che da qui innanti, queſto medeſimo ſi habbia di oſſervare in linea tranſverſale*, ex quibus apertè deducitur, rationem dirimendarum litium à Regno propoſitam, ut cauſam finalem ſupplicationis Dom. Regi porrectæ generaliter fuiſſe conſideratam inter perſonas ſuccedere habentes, utpotè de linea tranſverſali, & ſic nec ex antecedentibus, nec ex ſubſequentibus colligitur ſupradictas dictiones ſtare reſtrictivè ad certas, & determinatas perſonas, ut in contrarium minus rectè prætenditur.

290 Secundò, quoniam prædicta verba, *quelli tali* non appellant ſuper verbis, ibi, *per levar via le tanti liti*, ſed ſuper ſequentibus, quæ dictiones illas immediatè præceſſerant, *onde naſcono le ruine*, & ſic apparet, rationem dirimendarum litium, generalem fuiſſe, & eo modo prolatam, prout volunt Adverſarii, ne detur ſuperfluitas in hoc ſtatuto, videlicet *per levar via le tante liti* Illa verò quæ ſequuntur nempè, *onde naſcono gran ruine*, ſtant ponderativè ad denotandum damnum, quod ex litibus oritur, & quod effugere pro bono Reipublicæ erat intentio Regni, & hoc damnum illos, qui ſuccedunt pati indefinitè exprimitur ibi, *à quelli tali che ſuccedono*, nulla certa perſona nominata, quaſi ſenſus ſit: ſtatutum velle declarare prærogativam lineæ, & primogenituræ in linea tranſverſali, ad dirimendas tot lites, ex quibus illi tales de prædicta linea, qui verè ſuccedere debent, ruinam patiuntur; qui quidem eſt proprius, & naturalis prædictorum verborum intellectus.

Præterea præ oculis habuimus iſtius Capituli Rubricam, quæ ſic ſe habet. *In ſucceſſione feudorum, deficiente linea primogeniti, filius ſecundogeniti præmortui præferatur tertiogenito, & item filia ſecundogeniti præferatur tertiogenita, non autem tertiogenito*: hæc enim Rubrica poteſt allegari ut lex, eo quod authoritate publica, hoc eſt de mandato Proregis, per Don Raimundum de Ramundetta Conſiſtorii S. R. C. præſidem, fuit confecta, & pro ſummario dicti Capituli appoſita, ad tradita per *Everardum loco de Rubro ad nigrum verſ. & quia dixi, & verſ. uno enim modo. Cravetta conſ.61. num.1. Abruzzo in ſuis practicabilib. rubrica num.48.* & ad minus habet authoritatem probabiliſſimæ opinionis, in Regno communiter receptæ, ut per *Amat. dicta reſol.1. num.82. Abruzzo* ubi proximè *numer.47.* omninò in puncto videndus, ſicque debet attendi, & quotidiè attenditur in deciſione cauſarum feudalium inter tranſverſales, de quibus, & eorum linea capitulum iſtud loquitur. 291

Et eodem modo, ac ſi eſſent leges attenduntur aliæ Rubricæ Capitulorum Regni, ut per *Cuniam in dicto Cap. Si aliquem verbo antiquis, num.191.* & melius ſuper *Riin in prælud. num.7. & 8. Cannetium in eodem Cap. Si aliquem verſ. At non erit num.6. fol.296. Corneum conſ 199. num.38. lib.2. Muta in Conſuetud. Panorm. cap.24. num.21. Aloyſius de Septimo in dicto Cap. Si aliquem, verſ. Sed hic cadit, fol 391.* quod in terminis iſtius Capituli negare auſi non ſunt alii Regnicolæ DD qui pro contraria parte contra lineæ prærogativam allegantur. *Scilicet Hieronymus de Neapoli, & Marianus de Imperatore in cauſa Mirabella, & Scribentes in cauſa Limina, & Roccaflorida, & Scribentes in cauſa de Caputarſo.* 292

Cum igitur Rubrica iſta habeat orationem perfectam, nec per ſtatuti verba reſtringatur, omninò debet attendi, ab ea quæ nigrum ampliari, extendi, ac declarari: & pro textu ad cauſarum deciſionem poteſt allegari ex *Rota* apud *Ludoviſium deciſ.5. num.2.* quæ multos laudat, *Imola in Rubrica, ff. de verb. oblig. n.7. & 8. Berons conſ.151. à num.1. tom.2. Carpan. ad Statuta Mediolanenſ. cap.298. num.278 Natta conſ.282. num.10. vol.2. Soccinus Sen. conſ.128. num.8. lib.4. Burſatt. conſ.12. num.16. lib.1. Corneus conſ.67. num.1. lib.1.* ubi, inquit, quod ſi rubrum ſtatuti diſponat, quod mulier dotata non ſuccedat, non ſolum excluditur ſoror, ſed etiam quælibet alia mulier propter generalitatem Rubricæ, & alia ad propoſitum adducit *Caſtrenſ. conſ.83. num.4. lib.2.* ubi, quod ſi Rubrica generaliter dicat mulierem extantibus maſculis non ſuccedere, textus autem dicat, quod mulier extantibus maſculis patri non ſuccedat, declarabitur textus à Rubrica, & mulier non ſuccedat patri, nec matri, avo, nec ſimilibus. *Alexand. conſ.1. verſ. præterea lib.4. & conſ.6. col.1. ad fin. verſ. ſecundo præſuppono lib.7. Bertaz. conſ. crim.35. num.1. lib.1. Maſcard de interpret. ſtatuti concluſ.2. num.197. Altograd. conſ.86. ante n.14. verſ. unde tota difficultas, & num.15. cum multis ſeqq.* ubi in terminis Statuti Ferrariæ *Rubr.139. lib.2.* diſponentis 293

nentis

Digitized by Google

nentis de ſucceſſione maſculi, ibi, *ſi quis maſculus deceſſerit*, inquit, quod quia Rubrica illius generalis eſt, ibi, *de ſucceſſione ab inteſtato*, non obſtante expreſſione qualitatis maſculinitatis, de qua in ſtatuto, ſucceſſio etiam paſſiva fœminarum in eodem ſtatuto eſt comprehenſa ex Rubricæ generalitate, qui omninò videndus eſt.

294 Quod quidem in fortioribus terminis obſervatum videmus in hoc Regno, nempè in caſu cap. 85. Dom. Imperatoris Caroli, per quod, licet, in nigro tantum diſponatur circa cauſas ſucceſſionis, & legati compromittendas inter conjunctas perſonas, tamen ex quo Rubrum generale eſt, & orationem perfectam continet ibi, *de quæſtionibus civilibus vertentibus inter conjunctas perſonas compromittendis*, ex hac generalitate nigrum ampliat, ut non ſolum in cauſis ſucceſſionis, & legati, verum etiam in omnibus aliis ex illius Capit. diſpoſitione conjunctæ perſonæ compromittere coguntur, ut in ſpecie dixerunt *Intrigliol. ſingul.* 198. *lib.* 1. *Burg. de laudemio part.* 3. *inſpect.* 24. *num.* 2.

295 Ex quibus colligitur, tam in præſenti capitulo, quam in ipſius Rubrica linealem prærogativam fuiſſe conſideratam, & dum Rubrica per verba clariſſima, nullamque obſcuritatem habentia, ut à nigro opus ſit intellectum deſumere, lineam primogeniti in conditionem ponit, ut ſuccedat filius ſecundogeniti præmortui, præcisè fateri debet omnes perſonas de prædicta primogeniti linea conſideratas eſſe, ut per mortem ultimi ex illa linea ſuccedat filius ſecundogeniti præmortui, ex linea proximiore, à qua defunctus proceſſerat, hoc eſt, quod licet primogenitus decedens, non ſit frater, aut patruus, ſed ultra patruum, & ſic patruelis, & infra ſemper filius ſecundogeniti, aut ex ejus linea, qui ſuperſit ſuccedere debeat, ut expreſsè tenet *Milanenſ. deciſ.* 8. *num.* 238. *lib.* 1. qui tametſi in terminis dicti *Cap. Si aliquem*, contrarium in illa deciſione defenderit, tamen attento hoc cap. 18. Regis Principis indubitanter firmat lineam eſſe conſiderandam.

296 Unde rejicienda venit alia Advocatorum ex adverſo conſideratio, dum dicitur dupliciter inſpici poſſe hanc primogeniti lineam, vel ob mortem primogeniti abſque liberis, vel cum liberis, qui deindè abſque eis deceſſerint; & ſic interpretandam eſſe Rubricam ut correſpondeat primo intellectui, qui magis accommodatur nigro, ſcilicet, quando linea primogeniti deficeret ob illius mortem abſque filiis.

Caret namque omni prorſus fundamento ſuperior
297 diſtinctio, & Rubricæ interpretatio, quia (ut alias diximus) linea eſt collectio plurium perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium; cujus lineæ caput eſt filius primogenitus reſpectu ſuorum deſcendentium, ſicut ſecundogenitus reſpectu ſuorum; & omnes dicuntur de ſtipite, ſeu trunco, hoc eſt, communi aſcendenti poſſeſſore, à quo proceſſerunt. Unde primogeniti linea non poteſt conſiſtere in ipſo ſolo primogenito, ſed potius in ipſorum filiis, & deſcendentibus, qui de linea primogeniti dicuntur, conſiderato communi ſtipite; & inter ſe reſpectu originis à diverſis filiis, deducta ordine geniture; nemo enim poteſt eſſe linea ſui ipſius, imò qui ab eo deſcendunt dicuntur de ipſius linea.

298 Et ſic Rubricæ verba non ſunt intelligenda de illo primogenito ultimo moriente abſque liberis (qui lineam non conſtituit, nec moriendo ſine illis conſtituere poteſt) ſed de deficientia lineæ primogeniti anteceſſoris, hoc eſt, patris illius primogeniti ultimo morientis, de cujus linea, dicitur moriens, & ſecundum hoc verificatur diſpoſitio Rubricæ, & Capituli, quoniam deficiente linea illius primogeniti anteceſſoris ob mortem omnium ſuorum filiorum tam primogeniti, qui ſucceſſit, quam aliorum, qui erant primogeniti fratres, verè dicitur, quod deficit linea primogenita effectiva, & contentiva, & locus eſt ſucceſſioni tranſverſalium provenientium ex linea ſecundogenita fratris illius primogeniti, cujus linea extincta eſt, habito reſpectu ad communem ſtipitem, quod probatur ex Doctrina *Caſtrenſis in l. maritus*, *num.* 5. *verſ. ego*, *C. de procuratoribus*, quem ſequuntur *Jaſon. Decius*, & alii apud *Peregrin. de fideicomm. artic.* 22. *num.* 23. ubi, inquit, quod linea Titii incipit à filiis ejus.

Et hic intellectus ad dictum cap. 18. etiam ſecluſa
rubrica proprius, & præciſus eſt, nam ſi fingeremus, 299
(prout quotidiè accidit) quod primogenitus feudi poſſeſſor deceſſiſſet nullo relicto fratre, nec ſorore, nepote, aut nepte, ſed tantum ſuperſtitibus conſobrinis, ſeu patruelibus (ut eſt caſus noſter) ſupervacua, & inanis eſſet ipſius diſpoſitio, dum ſpecialiter loquitur de fratre primogenito, qui fratribus, & nepotibus ſuperextantibus vita functus eſt: non enim poſſet habere locum in caſu prædicto, & ex eo ſequeretur, quod fruſtratus eſſet finis dirimendarum litium, qui motivum præbuit ſupplicationi Regni, & ipſa ſupplicatio, cui Principi libenter annuit pro caſibus futuris, & in qua bis, lineæ collateralis, collective, mentio facta fuit exprimendo, quod exæquaretur cum deſcendenti.

Ne ergo dicamus prædictum cap. nihil ulteriori- 300
bus tranſverſalibus poſt fratres, & eorum filios, diſpoſuiſſe, relinquendo materiam litium inter cæteros conſanguineos, & abutendo proprietate verbi *linea* toties repetiti, veriſſimè affirmandum eſt, quod verba, ibi, *morendo il frate primogenito ſenza figlio*, exempli cauſa appoſita, ſunt intelligenda prout Rubrica, illa ſuonnavit, nempè, *deficiente linea primogeniti*, *&c.* illo namque caſu, ſcilicet, ob mortem ultimi primogeniti de linea effectiva, verè dicitur defecta linea primogenita, ut poſſit ſuccedere proximior de ſecundogenita, ſive ſit frater, nepos, patruelis, aut patruus, ut ſæpius diximus, & probavimus.

Cum qua interpretatione concurrunt, & notabiliter 301
conſonant alia verba prædicta Capituli, quæ in hunc locum conſulto reſervavimus, ibi, *ſucceda il detto nepote maſchio*, *e non l'altro frate terziogenito*, *vel ulterioris gradus*, omiſſis namque altercationibus inter noſtros DD. Regnicolas ſuper expoſitione, & vera intelligentia prædictorum verborum, *vel ulterioris gradus*: quibuſdam contendentibus, quod debent intelligi de gradu conſanguinitatis; ſcilicet, quemadmodum filius ſecundogeniti præmortui excludit patruum tertiogenitum, ſic & eodem modo excludat, ejus filios, & deſcendentes: aliis verò, quod de gradu ordinis, & genituræ accipienda ſunt; nempè, ut eodem modo excludat quartogenitum, quintogenitum, & cæteros, uti videri poteſt apud *Amatum reſol.* 1. *num.* 67. *Corſettum conſ.* 11. *num.* 12. & ibi *Additionator filius num.* 40. *cum ſeqq. Cannetus in cap. volentes*, *& cap. Si aliquem*, *verbo ſed tractandum eſſet fol.* 284. *num* 64. *&* 65. Nos de uno, & altero gradu exaudienda eſſe cenſemus.

Movemur hoc præcipuo fundamento, quia Cor-
ſettus, & alii, qui de gradu ordinis verba illa acci- 302
piunt (ut ſic reſtringant iſtius capituli diſpoſitionem) affirmant de gradu parentelæ; ſeu conſanguinitatis prædicta verba exaudiri non poſſe, quia diſpoſitio eſſet de indubitabili, nam ſi nepos excludit patruum gradu proximiorem, multò magis excludit filium patrui, & alios ipſius deſcendentes remotiores; ne igitur dicamus (inquiunt) diſpoſitionem eſſe de indubitabili, præcisè debet de gradu ordinis, & genituræ intelligi.

At idem argumentum contra Corſettum, & ſuos
ſectatores retorquetur duobus mediis. Primo quoniam 303
ſi verba prædicta de gradu ordinis tantum, accipienda eſſet; pariter diſpoſitio eſſet de indubitabili; ſi

namque

Digitized by Google

namque nepos excludit patruum tertiogenitum, qui ut major natu excludit quarto, & quintogenitum; à fortiori dicendum eſt, illos à prædicto nepote excludi, ex vulgari regula, ſi vinco vincentem à fortiori vincam te *L. de acceſſionibus* 14. §. *Item*, *verſ. qui me*, *ff. de diverſ. & temp. præſcrip. Velaſco in loc. comm. litt. V. num.* 137. & ſic opus non erat hoc in prædicto capitulo exprimere.

304 Secundo, nam ſi ipſe Corſettus, & alii agnoſcunt, nepotem ex ſecundogenito excludere filios tertio, & quartogeniti, & hoc firmant eſſe indubitabile; negare non poſſunt etiam de gradu parentelæ prædictæ verba exaudiri poſſe, ſaltem quo ad declarandam lineæ prærogativam, quam ipſi immeritò impugnant. Patet, quia inter filios fratrum non datur de Jure communi repræſentatio etiam in ſucceſſione alterius patrui, quando non concurrunt cum patruo, ex veriori ſententia Azonis, (de qua inferius) ergo ſi nec linea, nec repræſentatio attenditur, præcisè in paritate gradus, & ſexus, prærogativa majoris ætatis conſideranda eſſet, dum autem filius ex ſecundogenito filium ex tertio, aut quartogenito (ſecundum prædictos DD.) excludit, nulla habita ratione majoris ætatis: velint nolint, fateri debent, hoc non ex alio capite, quam ob prærogativam melioris lineæ contingere poſſe, ac per conſequens, verba prædicta non otioſè fuiſſe adhibita ad deſignandum gradum parentelæ, & ſic incidunt in Scillam, cupientes vitare Caribdim.

305. Igitur, ne prædicta verba in noſtro Capitulo ſine virtute aliquid operandi contra vulgares regulas ſtare dicamus, rectius eſt illa intelligere de utroque gradu, & ordinis, & parentelæ: ut appareat fuiſſe cum miſterio oppoſita ad graduandam ſucceſſionem inter tranſverſales cum prærogativa melioris lineæ, ſive enim cum *Corſett. filio ad patrem dicto conſ* 11. *numer.* 40. *& ſeqq.* verbum, *gradus*, accipiamus de gradu ordinis, ſeu dignitatis, ſive in propria ſignificatione, ſcilicet, de gradu conſanguinitatis (quod totum, prædicta vox apta eſt comprehendere ſecundum ſubjectam materiam) ſemper, & in omni caſu, ſtat ad denotandam prærogativam primogenituræ, & melioris lineæ.

306 Quia in prima acceptione idem Corſettus agnoſcit ſignificare dignitatem, & ordinem primogenituræ inter filios, & fratres, quaſi, quarto, & quintogenitus ſint inferioris gradus ordinis, & dignitatis, quo ad ordinem nativitatis, quam primo, & ſecundogenitus, & in hoc ſenſu negari non poteſt capitulum loqui de gradu primogenituræ, in qua primogenitus habet primum gradum, ſecundogenitus ſecundum, & ſic de cæteris, qui gradu deſignant ordinem ſuccedendi in primogenio ſervata prærogativa illorum inter filios, & eorum deſcendentes. Sicut enim inter exiſtentes in eodem gradu dignitatis, & primogenituræ, ratione lineæ, attenditur proximitas gradus conſanguinitatis, & in pari gradu, ſexus, & major ætas: ſic ſimiliter, inter eos, qui ſunt in diverſo gradu lineæ, conſideratur proximitas gradus primogenituræ, & lineæ, & illi dicuntur proximiores gradu, qui ſunt de meliori linea, ut in puncto poſt *Paul. de Caſtro dicto conſ.* 164. *num.* 5. *lib* 2. *& Avendan.* multos laudantem *in l.* 40. *Tauri Gloſſ.* 17. *num.* 13. *uſque ad* 26. dicit *Amat. dicta reſol.* 1. *num.* 83. qui citat *Corſettum ubi ſuprà*, & non aliàs probavimus hoc eodem Articulo num. 232. & hoc eſt, quod noſtrum Capitulum indicare voluit, dum illis verbis, *Ulterioris gradus*, uſum fuit: illis quippe ad perſonas fratrum relatis, neceſſe eſt, quod intelligantur de gradu primogenituræ, cum inter eos, qui in pari gradu ſunt, non poſſit conſiderari alter gradus ulterior.

307 In ſecunda verò & propria ſignificatione (in qua ut famoſiori poteſt accipi cum ſit verbum analogum juxta vulgares regulas) ſtat etiam ad demonſtrandam prærogativam lineæ, ut ſcilicet, ejus potentia, nepos ex ſecundogenito excludere habeat non ſolum patruum, aut patruos tertio, vel quartogenitos, ſed etiam eorum filios, qui ſunt in ulteriori gradu (quamvis majores natu, & cum illo nepote in pari gradu ſint) nam ſi gradus proximior, & major ætas patrui non profuit eidem, quo minus excluderetur à nepote, eo quod eſſet de meliori linea, à fortiori non poterat proficere filio patrui major ætas in paritate gradus, quod ita declarare voluit Cap. noſtrum, ut ceſſarent opinionum altercationes in terminis *Cap. ſi aliquem*, utrum in pari gradu, & ſexu, major ætas, & non primogenituræ prærogativa eſſet conſideranda, & hic intellectus in Regno communis eſt, & ſecundum eum fuit judicatum in cauſa Ramorſuræ, & in cauſa Impoſæ, & ultra *Amatum*, & alios ſupra agnoſcit *Milanenſ.* in cauſa Licodiæ, quamvis ibi contra capituli iſtius extenſionem ſcripſerit.

Eodem ſenſu accipienda ſunt ſimilia verba prædicti 308
cap 18. *& eſſendo nepote femina figlia del frate, ò ſorella ſecundogenita, ſucceda, & eſcluda l'altra ſorella terzagenita, e non eſcluda il frate terzogenito, vel ulterioris gradus*; poſita namque ſunt in ſenſu contrario ad denotandum, & declarandum fœminis deſcendentes ex maſculis, vel fœminis melioris lineæ debere excludere alias fœminas proximiores, remotioris tamen lineæ; non verò prætextu ſtrictioris lineæ deſcendentis ex maſculo, poſſet excludere maſculos proximiores inferiorum linearum, ſcilicet, tertio, quarto, vel quintogenitos, nec etiam ulterioris gradus parentelæ, nempè eorum filios maſculos, qui tametſi ſint in pari gradu, & eos fœmina filia ex ſecundogenito ratione melioris lineæ vincere deberet, tamen agnationis favore, ut, ſcilicet, feuda perpetuentur in domo, & cognomine, à quo proceſſerunt, præferuntur fœminis in pari gradu, & etiam prætendi poſſet, quod in ulteriori; quoties militat idem favor conſervandæ agnationis ex identitate rationis expreſſæ in ſtatuto, ut defendit latè *Cannetius in dicto Cap. Si aliquem dicto verſ. ſed tractandum*, *fol.* 176. per totum quod non videtur negare *Corſett. conſ* 19. *num.* 36. *&* 37. *& filius ad patrem conſ.* 10. *numer.* 41. quamvis *pater in illo conſ.* 10. *numer.* 10. *& per tot. Cannetium impugnet*.

Sed, quia quæſtio iſta eſt extra caſum noſtrum non
amplius immoramur, contenti hoc dicere ut faciamus 309
ſatis ponderationi Advocatorum ex adverſo, qui ut verba illa *Ulterioris gradus* in prima cap. parte, de grado ordinis, & dignitatis reſtrictè intelligerentur, deſumebant argumentum ab eiſdem verbis in ſecunda parte appoſitis; dicendo, quod ſi de gradu parentelæ acciperentur, ſequeretur, quod maſculus remotior excluderet fœminam proximiorem, contra communem (quam contendunt in Regno receptam) jam enim oſtendimus, hoc non obſtante abſque violentia debere intelligi de ulteriori gradu parentelæ juxta ſupradicta.

Unde jam apparet verba illa Rubricæ *deficiente li-* 310
nea primogeniti, mirificè conveniri cum diſpoſitione nigri, in quo idem intellectus clariſſimè dignoſcitur, & tam ex mente, quam ex verbis aptiſſimè deducitur; ita ut abſque cavillatione non poſſit alius diverſus aſſignari.

Reſtat nunc pro iſtius Articuli complemento reſpondere nonnullis objectiunculis ex adverſo propoſitis contra hanc linealem prærogativam per nos in præſenti capitulo conſideratam, & ratione fulcitam; ſed quia multæ ſunt, & ſatis inculcatæ, medullitus illas reſumendo, ad tres tantum magis principales reducemus, quibus dirutis, omnis eliminabitur ſcrupulus, & articulus iſte erit expeditus.

Primo objiciunt prælationem in hoc Capitulo ne- 311
poti conceſſam in patrui ſucceſſione, ut patruum tertiogenitum excludat, eſſe effectum repræſentationis; non verò linealis prærogativæ. Dicunt enim in termi-
nis

nis *Cap. Si aliquem*, vocantis proximiorem ſuperſtitem, controverſiam inter DD. fuiſſe ratione ſubintrantiæ filii in locum patris; Sed cum de Jure communi non haberet locum inter tranſverſales; niſi uſque ad filios fratrum concurrentes cum patruo, ad alterius patrui ſucceſſionem, ideo cap. noſtrum ad tollendam difficultatem, & ſedandas contrarias opiniones, liteſque ſuper hoc reſecandas, decreviſſe, quod nepos locum patris ſubintrans per repræſentationem, patruum excluderet, pro ut de Jure communi fuerat conceſſum in *Authentica ceſſante*, *C. de legitim. hæredib.* & ultra hunc caſum nihil diſpoſuiſſe, relinquendo alios omnes ſub ejuſdem Juris diſpoſitione, ut in *Authent. poſt fratres*, *C. illo eodem tit.* & pro ut in dicto *Cap. Si aliquem*. fuerat determinatum, ad quod probandum plura adducunt, quæ non reperiuntur apud DD. ab eis allegatos, & magis confidenter allegant *Corſett. filium ad patrem conſ.*10. *à num.*12. *cum ſeqq. Giurb. de feud.* §.1. *Gloſſ* 1. *per tot. Intrigliol. cent.*2. *art.*47. *num.*6. *Milanenſ. deciſ.*8. *num.*97.

312 Sed reſpondemus breviter, repetendo, quæ diximus in principio iſtius Articuli num. 177. quod hæc prælatio nepotis, ex ſecundogenito contra patruum tertiogenitum inter tranſverſales, & ex primogenito contra ſecundogenitum, inter deſcendentes, non poteſt eſſe effectus illius repræſentationis à Juſtiniano introductæ ex rationibus, & auctoritatibus ibidem adductis, ſed potius prærogativæ melioris lineæ, ut numeris præcedentibus, & ſubſequentibus oſtendimus.

313 Deinde, quia in cap. noſtro nullum verbum de repræſentatione invenitur, at verò de linea, & ejus prærogativa ſervanda, non ſemel, ſed pluries tam in rubro, quam in nigro, mentio facta fuit ut jam ſupra demonſtravimus, & apparet ex Text. Quare non eſt cur repræſentatio pro ratione aſſignetur, & vera ratio à ſtatuentibus aſſignata rejiciatur, ut benè adnotarunt *Amat. dicta reſol.*1. *num.*65. *Coſta dicto conſ.*67. *num.*22. & 23. *Joppol. in allegat. Cauſa Cannicatti verſ. & quod fol* 17.

314 Ulterius, quoniam ipſimet DD. in contrarium allegati, præcipuè *Corſettus* fatentur, quod inter duos patrueles unum ex ſecundogenito, minorem natu, alterum ex tertiogenito natu majorem concurrentes ſine patruo ad ſucceſſionem patrui primogeniti, præfertur ille ex ſecundogenito, licet, major natu, & tamen in propoſito caſu non datur de Jure communi repræſentatio ex receptiori ſententia *Azonis* ut diximus ſupra, & probant poſt *Azon. in §. ſin autem defuncto Authent. de hæredib. ab inteſt. venient. Lanar. conſ.*1. *num.*53. *Marot. conſ.*1. *per tot. Molina de primogen. lib.*3. *cap.*7. *numer.*22. ubi *Additio*, *Theſaurus deciſ.*162. ubi ita deciſum refert *Cancer. var. parte* 1. *cap.*5. *num.*15. & 16. *Alvarez de Ribera in Reſponſo pro ſucceſſ. Regn. Portugall. parte* 3. *art.*1. *num.*58. *fol.*40. *à tergo*, qui quinque DD. column. pro hac opinione adducit, & *Reg. Tappia in ad dict. ad ipſum litt. A. fol.*50. latè *Caſtillo lib.*4. *controverſ. dicto cap.*19. *ex num.*77. & *ex num.*81. qui infinitos laudat. Ergo erit effectus prærogativæ melioris lineæ, quomodo fuit deciſum in Regno in cauſa de Calamanzano, & in cauſa Jarratanæ, & alibi ſæpè, nec eſt qui contradicat.

315 Præterea ipſi Advocati ex adverſo fatentur, quod inter deſcendentes datur repræſentatio, & prærogativa primogenituræ in infinitum, ea ratione, quia filius primogenitus in vita patris dicitur quaſi dominus, & filius, nepos, cæterique deſcendentes dicuntur pars corporis patris, ac ſubintrat præſumptio *l. cum avus*, *ff. de condit. & demonſtr.* quam rationem dicunt ceſſare inter tranſverſales, eo quod cum comparatur frater ad fratrem non poſſunt ad eum applicari, quæ de filiis reſpectu parentum conſiderantur.

316 Sed allucinantur, nam eadem fere ratio militat inter tranſverſales in hac materia primogeniorum (quæ perpetua, & individua eſt,) & abſque ulla hæſitatione, inter illos, qui à primo fundatore, ſeu acquiſitore deſcendunt. Cum enim ex prima diſpoſitione, ſeu conceſſione, & inveſtitura omnes deſcendentes vocati, & invitati ſint ordine ſucceſſivo; quilibet habet jus proprium conſiderabile, & ſpem probabilem ſuccedendi, ſi caſus ſucceſſionis adveniat, & hoc jus, & ſpes probabilis radicatur in filiis cujuſlibet poſſeſſoris ordine primogenituræ, & unuſquiſque ex eis deſcendens illos repræſentat ordine ſuo.

317 Unde ſicut de jure communi in ſucceſſionibus dividuis, ea ratione conceſſa fuit repræſentatio inter deſcendentes in infinitum, & inter tranſverſales uſque ad filios fratrum, quia filius dicitur pars corporis patris, & non poteſt dici extinctus, aut non extare pater, qui filios relinquit cum remanſerit vera caro, & portio corporis ipſius, juxta illud *Eccleſ. cap.*3. ibi *mortuus eſt pater ejus, & quaſi non mortuus, ſimilem enim reliquit poſt ſe*: ita & eodem modo, ac eadem ratione in ſucceſſionibus individuis conceditur repræſentatio, & prærogativa melioris lineæ, non ſolum inter deſcendentes ab ultimo primogenito poſſeſſore, ſed etiam inter tranſverſales reſpectu illius, deſcendentes tamen à primis inſtitutoribus (quia, ut ſæpè diximus) deſcendentes ſunt, & vocati ad primogenium, & ſemper verificatur prædicta ratio, quod filius eſt pars corporis patris, qui extinctus non eſt, imò ejus caro in filio remanſit, ut ſuccedere poſſit repræſentativè ſicut pater ſuccederet, ſi tunc vivus exiſteret: & habet etiam locum præſumptio *legis cum avus* ex adverſo expenſa, ut ſatis doctè, & eleganter conſiderat *D. Joan. del Caſtillo dicto lib.*3. *controverſ. cap.*19. *num.*52. *in verſ. ex quibus apparet, & verſ. in bonis autem, & verſ. deinde, & num. ſeqq.* Et ultra ſuperius dicta probat *Text. in l. cum ſcimus*, *C. de agricol. & conſ. lib.*11. *Peregr. conſ.*17. *num.*8. *lib.*6. *Caſtrenſ dicto conſ.*164. *num.*3. *vol.*2. & aliis laudatis *Giurba de feud.* §.2. *Gloſſ.*10. *num.*87. *verſ. Reſpond.* r. & pluribus ex Hiſpanis noſtris relatis *Don Franciſcus Martianus dicta diſp.*10. *num.*15. 16. & 17. *cum ſeqq.*

318 Et licet nos, non ob beneficium repræſentationis, ſed ob melioris lineæ prærogativam, nepotis prælationem procedere probaverimus, eo quod ipſe, & omnes alii deſcendentes ex linea primogenita uſque in infinitum unus poſt alium ordine primogenituræ ſint vocati, & ſubſtituti, & proprio jure, ac ex propria vocatione ad ſucceſſionem veniant, ut in principio Articuli latè fundavimus; tamen non rejicimus, quod veniant repræſentando qualitatem primogenituræ, quæ à patre communicatur filio primogenito, & cujus ratione ſucceſſio patri competebat; in quo ſenſu procedunt ſuperius dicta num. præcedenti, prout magis communiter declarant DD. à nobis in hoc diſcurſu pro lineæ prærogativa allegati.

319 Sed illud conſtanter firmamus, hanc repræſentationem non eſſe illam, quæ de Jure communi dabatur in ſucceſſionibus dividuis, per quam ſolus gradus paternus, ſeu alterius aſcendentis repræſentabatur; ſed diverſam ampliorem, & uberiorem; (dum non tantum gradum, ſed perſonam, & omnes qualitates, quæ patri ad ſuccedendum proficuæ erant, repræſentantur per filium) ad ſimilitudinem tamen illius, & eiſdem rationibus, ac conſiderationibus introductum; In ſucceſſionibus individuis, inter eos, qui à primis fundatoribus deſcendunt, (licet tranſverſales ſint ultimi morientis.) De jure namque communi in ſucceſſione tranſverſali, non poterat ultra filios fratrum, repræſentationis beneficium concedi, quin graviſſimum oriretur inconveniens; cum enim ſucceſſio dividua eſſet, & collaterales ultra prædictos filios fratrum in ſtirpes repræſentativè haberent ſuccedere: maxima daretur confuſio, & prædictum beneficium plus æquo damnoſum; patruis, ac aliis proximioribus conſanguineis exiſteret, dum alii remotiores, ad portiones ſuorum aſcendentium præmortuorum eſſent admittendi, con-

tra illud, quod cautum erat *legib. duodecim tab. & jure digeſtorum leg.a. §. hæc hereditas, & §. legitima, ff. de ſuis, & legit. leg.1. §. proximus, & §. gradatim, ff. unde cognati l. lege duodecim tab. verſ. hujuſmodi, C. de legitim. heredit. §. 1. §. proximus, & §. ſi plures inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* & ideo noluit Imperator Juſtin. dictam repræſentationem extendere ultra filios fratrum, at in ſucceſſionibus individuis nullum inconveniens, nulla confuſio reſultat, & filius repræſentando perſonam patris, ſeu aſcendentis, tantum habet, quantum pater, vel aſcendens haberet ſi viveret ſucceſſionis tempore, eo quod erat vocatus jure primogenituræ, quod filio, & deſcendenti communicat, ut alium proximiorem excludat de linea inferiori, quem pater, vel aſcendens excluderet, utpotè de linea meliori, argumento eorum, quæ docet *Marian. diſput.1. à num.4. cum ſeqq.*

320 Unde quando concedamus in terminis dicti *Cap. Si aliquem*, difficultatem controverſam inter DD. fuiſſe ratione ſubingreſſionis filii in locum patris, & hanc tollere voluiſſe noviſſima Regni Capitula, concedendo repræſentationem (prout Advocati ex adverſo contendunt,) non ex eo ſequitur, quod ſtatuentes, illam reſtrictè, & limitatè concedere voluerunt, ut inter tranſverſales non daretur ultra filios fratrum concurrentes cum patruis ad alterius patrui ſucceſſionem; Imo potius contrarium, & ſic in infinitum conceſſam fuiſſe colligitur, tum ex ratione per Adverſarios perpenſa, tum ex multis aliis in dictis Capitulis expreſſis, quas ſuis locis ponderavimus; quia difficultas illa ratione ſubingreſſionis in terminis prædicti *Cap. Si aliquem*, fundabatur in verbis illis, *quæ ſupererit tempore mortis defuncto proximior*, quæ DD. antiquos allucinarunt, ut repræſentationem abnegarent etiam inter diſcendentes contra mentem ſtatuti, Juris communis, & feudalis diſpoſitionem, (videndus *Giurba* in eodem loco per Adverſarios non bone allegatus, nempè §. 1. *Gloſſ.1. num.6. & 8.*) & pari ratione, inter tranſverſales nulla habita diſtinctione, ſi tales eſſent reſpectu primi acquirentis, aut ſolum ultimi poſſeſſoris.

Quare hanc irrationabilem, & iniquitate plenam
321 DD. opinionem Domini Reges ad Regni ſupplicationem per dicta noviſſima Capitula eradicare, & extirpare dignati ſunt, declarando ſubingreſſionem habere locum, tam inter deſcendentes, quam inter collaterales cum ſubdeclarationibus ibidem expreſſis. Ac ideo ſi difficultas fuit ratione ſubingreſſionis filii in locum patris, & hæc fuit ſublata per prædicta Capitula: eodem modo, & eiſdem caſibus per modum exempli appoſitis, tum in una, quam in altera linea, non eſt amplius de ſubingreſſione dubitandum, cum in quacumque linea ſemper eadem ratione filius ingredi debeat locum patris: quod in ſucceſſione perpetua, & individua in infinitum contingere opus eſt, & ſi in deſcendenti linea in terminis Juris communis hoc negari non poterat, nulla eſt ratio, cur inter illos tranſverſales deſcendentes à primis acquiſitoribus non concedi prætendatur, quandoquidem ſtatuentes inter omnes ſubingreſſionem filii in locum patris decreverunt, exæquendo hanc lineam cum deſcendenti omnimoda paritate, non ut de Jure communi in ſucceſſionibus dividuis (de quo nulla mentio in ſtatutis noſtris) ſed prout in individuis, & perpetuis, ad ſimilitudinem illius juris inter deſcendentes.

322 Et ultra ea, quæ ſupra conſideravimus pro repræſentatione concedenda in feudorum ſucceſſione ex pacto, & providentia *num.187. cum ſeqq.* alii permulti DD. in puncto, illam concedunt inter tranſverſales deſcendentes à primis inveſtitis uſque in infinitum, quorum plures refert, & ſequitur *Giurba ubi ſupra, num.7.* & in feudis dividuis attento Jure Longobardo, quod tranſverſales in infinitum ſuccedant ſi deſcendentes ſint à primis acquiſitoribus latè *Henr. Roſenthal. in ſynop. feud. cap.7. concluſ.56. num.2. concluſ.57. & concluſ.58. num.1.* & utrobique in *Gloſſ.* Et ideo in his feudis, in quibus jure primogenii conceditur, nulla eſt dubitandi ratio, quin concedi debeat cum prærogativa primogenituræ, ut agnoſcit *Gloſſ. apud Roſenthal. dicta concluſ.57. litt. P. ad finem, cum Molina,* & aliis.

Doctores verò in contrarium allegati, nempè *Cor- 323
ſett. Giurb. IntriglioL. & Milanenſ.* in locis ſupra citatis, nihil adverſariis favent; nam dicere, quod in terminis *Cap. Si aliquem*, difficultas erat ratione ſubingreſſionis filii in locum patris, non eſt negare, quod iſta difficultate ſublata per capitula noviſſima, locum habeat ſubingreſſio in omni linea, prout ex capitulis prædictis colligitur; & quod attinet ad *Corſettum*, qui conſulendo ſe pro reſtrictione capitulorum ſubſcripſit contra lineæ prærogativam, ejus opinio magis communiter rejicitur in Regno, *Giurb. in illa Gloſſ.1. num.15.* refert opinionem *Corſetti*, & illam non ſequitur (videatur in *num.18.*) & in tota illa *Gloſſ.* defendit repræſentationem in terminis *Cap. Si aliquem*, & poſtea in §...*Gloſſ.10* (ubi per nos allegatur) ſtat pro prærogativa lineæ contra antiquiores Regnicolas. *Intrigl. cent.2. art.47. num.6.* non facit ad rem, diſputat enim in illo articulo an cap.118. Dom. Imperatoris habeat locum in diſpoſitione ex teſtamento in feudo hæreditario (de quo loquitur, ut videre eſt num.9.) & concludit, quod non, niſi ſit ex pacto, & providentia, & in hoc ſuppoſito, dicit *dicto n.6.* quod dubium de Jure communi erat in ſucceſſione ab inteſtato, & quod ſic intelligi debet dictum cap. noviſſimum, & tamen aliis in locis prærogativam lineæ admittit, videndus *dicta cent.2. art.3. n.52. & 53. & art.42. n.62. Milanenſ. in deciſ.8. n.197.* nihil concludit, & in *n.238.* à nobis allegatus expreſsè in terminis iſtorum cap. ultra filios fratrum repræſentationem admittit, & ſic objectio iſta remanet evacuata.

Secundò, opponunt, non fuiſſe conſideratam præ- 324
rogativam lineæ in his capitulis noviſſimis, & ex eo deducunt, quod patruus ſecundogenitus præfertur nepti ex primogenito præmortuo contra regulas primogeniorum, & prærogativam lineæ, cujus vigore in illis regionibus ubi ea admittitur, neptis ex primogenito excludit patruum ſecundogenitum, & ſic deinceps filia ex ſecundogenito excludit tertiogenitum ex *Molina lib.3 cap.6. num.49. Flores de Mena in addit. ad Gamam deciſ.39. Suelves conſ.95.*

Leviſſima tamen hæc oppoſitio nobis viſa eſt, cui 325
ut congruum præbeamus reſponſum; eſt præmittendum breviter, fœminas de Jure communi feudorum extantibus maſculis remotioribus, penitus excluſas, ita demum per Regni conſtitutiones, *In aliquibus*, & *Ut de ſucceſſionibus*, eſſe admiſſas, dummodo cum maſculis proximioribus, aut in eodem gradu non concurrant, ut in terminis *Cap. Si aliquem*, tenent communiter omnes Noſtrates, quos infra in quarto Articulo laudabimus; cum autem per hæc noviſſima capitula fuerit declarata prærogativa lineæ, & in ea repræſentatio in infinitum, & hac ratione fœmina melioris lineæ haberet excludere maſculum, non ſolum in pari gradu, ſed etiam in proximiori exiſtentem, quod erat contra primævam feudorum naturam, & inſtitutionem, & adverſùs ſuccedendi formam in Regno receptam (imò contra rationem agnationis conſervandæ inter agnatos deſcendentes à primis feudorum acquiſitoribus, quorum domus, & familiæ publicè intererat perpetuari, & conſervari) hoc matura deliberatione Dom. Regibus, & Regni Proceribus intervenientibus, ac conſiderantibus, in prædictis noviſſimis capitulis, antiquorum veſtigiis inhærendo maſculos agnatos in quantum poſſibile eſſet favore proſequi voluerunt; ita tamen, ut non in totum fœminas excluderent, ſed eas potius in illis caſibus, in quibus prædictus agnationis conſervandæ favor ceſſaret, admitterent.

mitterent, inter illaſque primogenituræ prærogativam
ſervari debere declararent.

His ſic peractis, dicimus, mentem, & intentionem
326 Dom Regum ſtatuentium verbis expreſſis in dictis
capitulis declaratam eam fuiſſe, ut in feudorum ſuc-
ceſſione ſaltem agnatio impropria, & ficta (quam
artificioſam DD. vocant) conſervari deberet, ut con-
ſtat ex dicto cap. 104. Dom. Imperatoris, ibi. *à tal-
che li Stati, & Baronia vengano a conſervaſe, & per-
petuarſe in le caſate, & cognomi donde procedono*, &
rurſus in cap. 18. Dom. Regis Philippi, ibi, *acciocche li
detti Stati, Baronie, & Feghi venghino à conſervaſi, &
perpetuarſi nelle caſate & cognome donde procedono.* Ex
quibus manifeſtè apparet rationem prælationis maſcu-
lorum in ſtatutis expreſſam, non ob aliam cauſam,
quam ut conſervaretur agnatio fuiſſe adjectam, in quo
noſtrates conveniunt, ut ſupra n. 308. tetigimus, & la-
tius in Art. 4. demonſtrabimus (licet diſſentiant in pun-
cto extenſionis dictorum capitulorum, quod nobis pro
nunc diſputare non licet.)

327 Hæc autem prælatio maſculorum, ſive ſit perpe-
tua (ut, ſcilicet, ſtantibus agnatis fœminæ non ſuc-
cedant, prout ex ratione expreſſa deduci videtur) ſi-
ve ſit limitata, & reſtricta ad certos gradus (ut au-
tumant nonnulli ex noſtris) non offendit regulas pri-
mogenituræ, ſed ſolum inducit qualitatem attenden-
dam, & conſiderandam inter eos, qui ſunt de fami-
lia primi teſtatoris, aut acquirentis feudum; ut primo
loco admittantur maſculi ex maſculis, & his deficien-
tibus fœminæ & ex eis deſcendentes maſculi. Et quam-
vis hanc ſuccedendi formam DD. Hiſpani in contra-
rium laudati, & alii quamplurimi, quos in re adeo
clara conſultò omittimus, irregularem dicant, & com-
muniter, agnatitiam, (ſeu nudæ, & ſimplicis maſcu-
linitatis, quando fœminæ ſolummodo reperiuntur ex-
cluſæ:) non ob id negant eſſe primogenium, aut ma-
joratum, in eoque ſervari debere regulas primogenio-
rum, ſed ideo formam irregularem vocant; quia op-
ponitur regulari, & ordinariæ, in qua fœminæ pari-
ter, ut maſculi, admittuntur, & melioris ſint lineæ, &
intra lineam cum obſervatione gradus, & in pari gra-
du ſexus: quæ majoratus forma dicitur regularis, nam
eſt conformis conſuetudini Hiſpaniæ, & legibus parti-
tarum ſcilicet *l. 2. tit. 15 part. 2.* quæ de ſucceſſione Re-
gni loquitur, videndus *Molina lib. 3. cap. 5. per tot.* &
alibi ſæpe.

328 Duæ enim conſiderandæ ſunt lineæ, altera ſubſtan-
tiæ, ſeu ſanguinis, altera vero qualitatis; in prima
ſunt omnes deſcendentes inſtitutoris, aut acquiſitoris
feudum ad ejus ſucceſſionem vocati; In ſecunda illi
tantum ſunt, qui habent qualitates requiſitas in fun-
datione, ſeu Inveſtitura ad ſuccedendum ſuppoſè ſi
ſunt vocati ſoli maſculi, prout in puncto diaetunt *Cal-
dus conſ. 354. num. 10. lib. 3. Ancaranus conſ. 95. num. 7.*
atque ideo, non ex eo, quod fœmina excluſa ſit pro-
pter maſculum, ſequitur quod non ſit conſideranda
linea, imò hoc dicere abſurdum eſt, quia tunc fœmi
na, licet ſit in linea ſanguinis, & ſubſtantiæ, ut poſſit
ſuccedere deficientibus maſculis, tamen non eſt in li-
nea qualitatis, quæ ſequitur ſucceſſionem, quæ primo
loco conſideranda eſt, & in qua illi ſoli exiſtunt, qui
habent maſculinitatis qualitatem requiſitam, inter
quos illæ tres obſervationes attenduntur, ſcilicet, li-
nea, gradus, & ætas (in ſexu enim omnes pares eſſè
debent, alias non erunt in linea qualitatis, ut notiſſi-
mum eſt.)

329 Quare in hoc Siciliæ Regno ſtantibus prædictis no-
viſſimis capitulis, ex quibus agnationis, ſeu maſcu-
linitatis qualitas in feudorum ſucceſſione præfertur,
nunquam fœmina præteam etiam melioris lineæ deri-
vatæ à maſculo primogenito poterit ſuccedere ad ex-
cluſionem maſculi proximioris, vel in pari gradu, qui
maſculus eſt in linea qualitatis, quæ reperitur privile-
giata, imò in linea deſcendenti, quilibet maſculus re-
motior erit fœminæ præferendus ſi ſit agnatus, & hæc
tantummodo ſuccedit ad excluſionem agnati tranſver-
ſalis, etiam ſi ſit patruus.

Deficiente verò linea ultimi poſſeſſoris, & ſic inter
ipſius tranſverſales deſcendentes de linea proxima, à 330
qua defunctus proceſſerat, quilibet agnatus, ſeu cogna-
tus proximior vel in pari gradu ſine dubio fœminæ
præfertur, & ex veriori ſententia fundata in ratione
expreſſa in dicto cap. 18. etiam agnatus remotior illam
excludet, & ſolum ſuſtineri poterit, quod non exclu-
datur à cognato remotiori inferioris lineæ, nam ſi iſte ex
linea primogenita deſcendat, fœminæ proximiori præ-
ferendum cenſemus, niſi concurrat cum matetia in ca-
pillo, & ſic cum ſorore matris ipſius.

Inter ipſas autem fœminas ad ſucceſſionem abſque
maſculis concurrentes, primogenituræ, & melioris lineæ 331
prærogativa ſervanda eſt. Ita tamen, quod ſi in pari
gradu concurrant primogenita maritata, & minor natu
in capillo, hæc alteri præferatur, ex dicto *Cap. Si ali-
quem*, quod quantum ad hoc illibatum permanet, &
hoc etiam inter maſculos cognatos inter ſe concurren-
tes obſervandum cenſemus, ut ſic ille præferatur, qui ex
meliori deſcenderit linea, licet ſit gradu remotior, quod
ea mente, & verbis dictorum capitulorum expreſſiſſimè
deprehenditur (licet Noſtrates non ſic explicent, ſed
ſatis confuſè loquuti ſunt.)

Quomodo eſt accipiendum vulgatum illud dicte- 332
rium, quod fœmina proximior præfertur maſculo re-
motiori; tolerabile ante editionem prædictorum capi-
tulorum ob communem antiquorum acceptionem, exi-
ſtimantium dictum *Cap. Si aliquem*, privilegiaſſe gra-
dum, & excluſiſſe repræſentationem, ſed jam intolera-
bile, & erroneum, ac contra lineæ prærogativam, & ag-
nationis qualitatem in dictis capitulis expreſſiſſimis
verbis conſideratam.

Unde jam apparet, quantum ſit frivola contraria 333
objectio ad impugnandam prærogativam linealem, cum
ideo fœmina deſcendens ex meliori linea, ſi cum maſ-
culo ad ſucceſſionem concurrat, illum non excludat,
quia ipſa non eſt in linea qualitatis à noſtris Capitulis
privilegiata, & antepoſita, nec cenſetur vocata niſi in
defectum maſculorum, & prout ſuperiùs explicavi-
mus, quod intelligendum eſt in illis feudis, in quibus
adeſt clauſula Juris Francorum, vel ſubintelligitur ex
diſpoſitione capitulorum Regni, ſecus autem ſi in pri-
ma inveſtitura vel teſtamento, aut alia primi acquiſito-
ris proviſione aliter cautum ſit: illud enim ſervabitur.

Denique ad excludendam lineam, numeroſam DD.
catervam, ac rerum Judicatarum in Regno quamplu- 334
ra exempla contra illam adducunt; ex quibus probare
intendunt reſtrictionem dictorum noviſſimorum ca-
pitulorum; & ita magis communiter eſſe recepta, &
obſervata.

Sed ut appareat, quam levis ponderis ſit hoc DD. 335
agmen, Reſpondemus quod de Regnicolis ferè om-
nes loquuntur in terminis dicti *Cap. ſi aliquem*, cujus
verbis allucinati, & eorum verum ſenſum non perci-
pientes, pro gradu proximiore, & in paritate gradus
pro majori natu concludunt; hi ſunt antiquiores,
*Saccuraja in compend. cap. Volentes verſ. ſi baro, Per-
nus conſ. 11. Corſettus conſ. 199. num 38. & 44. lib. 2.
Petr. de Gregor. de conceſſione feud. parte 4. quæſt. 4. nu-
mer. 8. & 10. & quæſt. 10. per tot. Aloyſius de Septim. in
cap. Si aliquem. Nicolaus Solima in Apoſtilla ad idem cap.
Jacob. Ruſſo in conſ. cauſa Linguagroſſa 9. num. 23. & 52.
Hieronymus Gimia apud Milanenſ. deciſ. 9. ex num. 30 &
num. 47. & 48. & à num. 82. Raudenſ. conſ. 141. num. 65. in-
ter conſ. ult. volunt. & conſ 1. num. 65. & ſeq. lib. 1. conſi-
liorum*, (& licet alios referant Advocati ex adverſo,)
Nos illorum non meminimus, quia ſunt Auctores qui in
una, aut altera cauſa, ut clientibus inſerviant uti ipſo-
rum Advocati, allegationes ſcripſerunt, quarum pau-

ciſſimæ prælandatæ ſunt,& nonnullæ manuſcriptæ, ra-
ro inveniuntur.

De recentioribus verò, licet multos pro ſe referant
336 Adverſarii, ſi attentè legantur, pauciſſimi ſunt. Cumia
in dicto cap. Si aliquem, verbo eodem ordine num.7.& ver-
bo gradu num.34. 42. 72. 403. & ſequentibus loquitur
in terminis illius capit. Et quamvis jam ſuo tempore
eſſet editum dictum cap.218.Dom. Imperat. Caroli,ta-
men, quando ſcripſit non erat impreſſum, ut ipſe te-
ſtatur dicto verbo gradu, num.38. Imò nec intellectum,
nec practicatum; & alia noviſſima capitula non fue-
rant à Dom. Regibus imperrata, & hoc non obſtante
in eiſdem terminis Cap. Si aliquem, pro primogenituræ,
& lineæ prærogativa concludit in verbo proximior, nu-
mer.23.29.39.40.& ſeqq.

Cannet.in dicto cap. Si aliquem, verſ. ſed permittendum
337 num.90. & 91.fol.247.& verſ. an filius num.19.fol.285.
expreſsè loquitur in terminis prædicti cap. & nullum
verbum facit de cap.noviſſ.& antea in verſ. ſed tractan-
dum per tot. & num.62. & ſeqq. firmiter defendit exten-
ſionem noſtrorum capitulorum & dicit non correcto-
ria,ſed declaratoria eſſe.

338 Maſt.ill. al Petr. de Gregor. dicta 4.part. quæſt.10.
lit. A. pro noſtra ſententia ſe ſubſcripſit, dum dicit
opinionem, Petr.de Gregor.qui pro gradus prærogativa
tenuit,eſſe correctam per noviſſima Regni Capitula.

339 Milanenſ.dicta deciſ.9. num.224. 227. & 228. lib.1.
loquitur etiam in terminis dicti Cap Si aliquem, & po-
ſtea num.238. expreſſiſſime in terminis noviſſ. Cap.pro
eorum extenſione, & lineæ prærogativa ſuffragium
dedit.

340 Inrigliol. de feud.cent 2 art.42. num.60. & 62. & ar-
tic.36.num.203 in nihilo favet adverſariis,quia punctum
non diſputat in terminis dictorum Cap.noviſſ.& in dict.
art.42 num.62. magis ſe inclinat ad lineam, cujus na-
turam non percipit, & citat Molinam de primogen.lib.3.
cap.4 num.14. quem ſequi videtur, & antea dicta cent.
2.art.3.num.52.& 53. (ubi pro nobis eſt allegatus) ex-
preſſe ſequitur Cumiam dicto verbo proximior, & reſi-
det cum ejus opinione pro prærogativa lineæ.

341 Corſett. conſ.9. num.33. conſ.11. num.7. conſ.28. &
conſ.26.num.4.& ſi ius ad patrem in addit.ad conſ.10. nu-
mer.28. uſque ad 30. (quamvis ſtent pro reſtrictione
prædictorum capitulorum) loquuntur in diverſiſſimis
terminis, Ille enim, ſcilicet, Pater (qui cum Bolognetto
conſ 9.a num.23.& 52. ſcripſit in cauſis, de quibus lo-
quitur) agit, & ambo agunt de feudis in forma larga,
& in illis, qui erant in forma ſtricta, aderat primi ac-
quiſitoris expreſſa diſpoſitio ad favorem gradus; in
quo puncto ipſe Corſettus reſidet.At utterque tam pater,
quam filius pro extenſione dictorum Capitulorum ea
ut comprehenſiva conſuluerunt in omnibus caſibus,in
quibus agnationis conſervandæ favor poſſet conſide-
rari, ut videre eſt in Conſil. à nobis ſupra citat. nempè
conſ.9.num.36.conſ.11.num.10.conſ.18.num.18. verſ. Iſta
ergo de Suriano,& conſ.19.num.37.& 38.& filius ad pa-
trem conſ.10.num.41. Imò & pater dicto conſ.26.num.4.
in contrarium adductus, verſ.in hoc tamen;etiam in ter-
minis Cap. Si aliquem, agnoſcit difficultatem in mate-
ria repræſentationis,propter conflictum opinionum, &
ſic dicit,non eſſe in illam intrandum,quia ſunt infiniti,
qui contrarium tenent, (hoc eſt repræſentationem eſſe
concedendam.)

342 Tobias Benſare apud Lunam conſ.17. num.15. loquitur
in feudo in forma larga abſque clauſula Juris Franco-
rum, ut ipſe fatetur num.31. & non diſputat quæſtio-
nem in terminis cap.18. Dom.Reg. Philippi, ſed illud
curſum tangit n.11. & nihilominus in illa cauſa Cam-
pifranci fuit contra illum deciſum ad favorem D. Fran-
ciſci, qui licet gradu remotioris, erat de meliori linea
ut ſupra in v.Artic.retulimus.

343 Muta in dicto cap.Si aliquem,num.55.& 56.nihil con-
tra Nos reſolvit imò num.55. lineam approbat ſequen-
do Cumiam,ſed poſtea n.144.& 145. expreſſiſſimè etiam
in terminis illius cap. & indubitanter attentis noviſſi-
mis,repræſentationem, & lineam in infinitum agnoſcit,
& cum iſta reſidet opinione.

Girba de feud.§.1.Gloſſ.1. jam diximus ſupra num.133.
in nihilo favere adverſariis. In §. autem ſecundo n.64. 344
(ubi etiam ex adverſo allegatur) ſolum dicit,quod in
terminis Cap. Si aliquem, vocantis proximiorem, non
datur repræſentatio, & propriùs num.63. multis probat
excluſam non eſſe ex vocatione proximior. At poſtea
in eodem §.2. Gloſſ.10. per totam, & à num.47. & 50.
verſ. quare audiendus, ubi mox allegatur, lineæ mate-
riam ex profeſſo tractat, & in illius favorem multa ad-
ducit, firmans eſſe obſervandam in his feudis primo-
genitorum.

Et licet, ab Adverſariis rurſus allegetur in eadem
Gloſſ. num.51. ubi inter duos patrueles ex duobus præ- 345
defunctis fratribus, ſentire videtur, quod ſit præferen-
dus major natu, licet filius ſit ex fratre natu minore;
tamen;ne dicamus ipſum ſibi contrarium in antecedenti-
tibus & ſubſequentibus extitiſſe, ac voluiſſe deſtruere
illud, quod ſatis punctualiter tranſcripſit ex DD. quos
ibi laudat pro prærogativa lineæ inter omnes deſcen-
dentes ex primo acquiſitore feudi, & in inveſtitura
vocatos, intelligendum eſt illum in dicto num.51. &
uſque ad 54.loquutum fuiſſe de tranſverſalibus,non deſ-
cendentibus a primo acquiſitore, & in terminis Juris
communis, ut apparet ex initio dicti num.51. ibi, aut
inſpecto Jure communi loquimur, &c. & apertiſſimè nu-
mer 52. ubi rationes, quas reddit, & DD. quos indi-
cat, loqui de prædictis tranſverſalibus, & in verſ. ter-
tio veriſimilitudo illa in verbis ibi, tum quia remotiores
ſunt, de quibus non ita cogitaſſe teſtator videri poteſt, cum
in primogeniis vocata linea,tranſverſales non continentur,
quæ verba de tranſverſalibus, qui deſcendunt à primo
inſtitutore impoſſibile eſt,quod accipiantur.

Et indubitanter hic intellectus colligitur ex his,quæ
dicit num.53. quod totum correſpondet diſtinctioni li- 346
nearum, quam propoſuerat num.10. ad finem,verſ. Ego
vero; ubi tres lineas conſtituit, unam poſſeſſoris, alte-
ram primogeniti, & tertiam cujuſvis alterius ſucceſſoris
remoti, quarum primam,& ſecundam explicat uſque ad
num.45. firmans, verum eſſe, quod de linea primoge-
niti (de qua Nos agimus) ſcripſerunt plerique DD.de
Hiſpanis, & exteris à nobis in hoc Artic. laudatis, ut
videre eſt ex num.27. verſ.circa ſecundam.De tertia verò
linea incipit loqui dicto num.45.verſ. circa tertiam; ubi
aliquantulum ſe confundit, & labitur, quia exiſtimat
eſſe diverſam à linea primogeniti,& tamen totum,quod
ibidem ſcribit, conſonat cum hac linea, de qua eodem
modo, & forma loquutus fuerat ex dicto num.27. cum
revera hoc non conveniat tertiæ lineæ ab eo propoſi-
tæ dicto num.10.ad finem.

Et nihilominus in num.40. verſ.Ego vero, ſuam opi-
nionem proferens,dicit,erraſſe eos,qui de Jure commu- 347
ni unam ſolam lineam (ſcilicet poſſeſſoris) dari ſcri-
pſerunt, quod proſequitur uſque ad dictum num.50.
ubi in verſ.quare, firmat non eſſe amplius audiendum
Petr. de Gregor part.4.quæſt.10.qui pro gradu proximio-
re, & in pari gradu majori natu ſcripſit, & dicit ejus
opinionem correctam eſſe per dictum cap.18.Dom.Re-
gis Philippi, quo præfertur linea(verba ſunt Girba)ut ibi-
dem perbellè ſummat Ramondetta, & interpretatur, & eo-
dem themate retento, ſequitur in verſ. ſed illud quoque,
multa inculcans circa prædictam lineam primogeniti,
& in verſ cum tranſverſales,in noſtris terminis loquens,
inquit, Cum tranſverſales, licet remoti reſpectu ultimi
poſſeſſoris,attento ſtipite, deſcendentes à primo ſint; eoque
reſpectu, in linea deſcendentium conſtituti; ac proindè non
minus eorum ſuo loco, quam eorum, qui verè deſcendentes
ſunt ratio haberi debet in lineis conſiderandis, & videndus
eſt uſque ad finem dicti verſiculi.

Quare proculdubio dicendum eſt, Girbam, magni-
tudine 348

tudine materiæ confuſum, æquivocationem paſſum fuiſſe; dum incipiens loqui de prædicta tertia linea cujuſlibet remoti tranſverſalis, miſcuit, quod proprium erat lineæ primogeniti, inter illos tranſverſales a primo acquiſitore, ſeu ſtipite deſcendentes, (circa quos indubitanter firmaverat, & ſemper abſque hæſitatione firmavit, lineam conſiderandam & obſervandam eſſe.) Sed tamen in quæſtione propoſita circa lineam proprie & verè tranſverſalem, reſpectu primi acquirentis, ſuam propoſuiſſe opinionem in *dicto num.51. uſque ad 54.* loquens in terminis Juris communis, & hoc irreſolutum reliquiſſe.

349 Quod evidentiùs conſtat. Quia ex *num.55.* turſus aſſumit materiam lineæ inter deſcendentes, & diſputat, utrum detur repræſentatio & tranſmiſſio, & multa corollariæ infert extra choros ſaltando; & deinde *num.62.* iterum agit de linea & repetit, quæ propria ſunt lineæ primogeniti inter tranſverſales: & *uſque ad num.82.* conſtanter lineam defendit: Ex *num.83.* impugnat *Martam de ſucceſſ. legal. 3. parte quæſt. 1. art.2. à num.37.& ſeqq. vol.1.* qui contra lineam inſurrexit; (*Videatur num.85. verſ. Reſpondeo ſecundo; & num.87. & in verſ. Reſpondeo 1. & per tot. num.*) ex quibus apparebit pro linea firmiter ſe ſubſcripſiſſe in noſtris terminis.

350 De DD.Neapolitanis & exteris, quos pro ſe allegant Adverſarii non eſt curandum; Quoniam *Marta* communiter reprobatur, *Rovitus* tenuit contrarium, & ſic pro linea votavit; *in tom. ad Pragmat. Regni Neapol. tit. de feud. Pragmat.11. num.44. Loffredus ad Iſerniam, Aſflictus & Capycius*, ad rem non faciunt quia loquuntur in diverſis terminis *Conſallius ad Peregrinum*, in loco ab Advocatis ex adverſo allegatus, nempe *art.21. fol. 72. verſ. Tertio obſervo*; nihil dicit, & ſolum in dicto *art.21. fol. mihi 55. verſ. Secundo obſervo col.1.* inquit, quod quando ſtatutum, vel teſtator majorem requirit ætatem de tempore ſucceſſionis, ceſſat repræſentatio & ſubingreſſio; (de qua aſſertione, & ejus veritate jam ſupra diſcuſſum eſt;) *at in artic.20. fol. 30. verſ. Prima ergo ſit concluſio, cum ſeqq.* lineam in primogenitis defendit, *Regens Urſinus de feudis 2 parte quæſt 4. art.1. num.14 fol. 05. & art.2. num. 5. fol.111.* ſolum dicit, quod in hoc Regno ſtante *Cap. Si aliquem*, vocante proximiorem, patruus præfertur nepoti, & hoc impugnat in illis duobus Articulis, fundans, in feudis repræſentationem concedi, & nepotem patruo eſſe præferendum attento jure communi, & Regni conſtitutione, *ut de ſucceſſionibus*, ſicque non debuit *Urſinus* ad iſtius cauſæ deciſionem allegari, *Biletta conſult.27. num.15. & ſeqq.* nihil contra nos concludit.

Regens Ganaverro (ab Adverſariis prætermiſſus) *conſ 5. ex num.15.* licet ex profeſſo materiam dicti *Cap. Si aliquem*, & noviſſimorum capitulorum 118. & 204. Dom. Imper. Caroli, ac 18. Sereniſſ. Reg. Philippi pertractaverit: Tamen ipſe nobis tribuit reſponſionem; Dum initio illius conſilii, ante ſummarium, & poſtea in calce, ſe ſubſcribens, inquit, prædictum conſilium ſcripſiſſe Drepani, dum ibidem eſſet hoſpes, & peregrinus, ut amico rem gratam faceret: ſcripſit igitur tanquam hoſpes, & peregrinus in materia prædictorum cap. Regni; (alioquin doctus, & non contemnendæ auctoritatis auctor) quod ex dictis ſupra in hoc articulo, in quo omnibus illius fundamentis tacitè ſatisfecimus, cuilibet intuenti ad oculum apparebit.

Doctiſſimus, denique *Donatus Antonius de Marinis*, ſupremi tui Italicarum rerum conſilii meritiſſimus Conſiliarius (etiam ab adverſariis prætermiſſus) *lib.5. quotid'an. reſolut. cap.126. num.64.* nobis in nihilo adverſatur. Licet enim ibidem in collaterali linea, ultra ſilios fratrum ſubingreſſionem filii in locum patris, ſicque repræſentationem, non dari: & inter fratres patrueles omninò ceſſare, ac propterea majorem natu quamvis ex ſecundogenito: natu minori ex primogenito, præferendum firmaverit: Loquitur tamen in terminis conſtitutionis *ut de ſucceſſionibus*, per quam (ut jam ſupra notavimus) ſucceſſio feudalis in tranſverſali linea reſtricta fuit ad tertium gradum, hoc eſt, ad filios fratrum ſuccedentes patruo in concurſu alterius patrui, ut expreſsè advertit ibidem *num.61.* relatis verbis prædictæ conſtit. ibi, *filii autem fratrum*, ac ideo, cum ſucceſſio in linea tranſverſali non ultra progrediatur; ceſſat inter alios poſteriores agnatos, quæſtio de repræſentatione, & prærogativa lineæ, quia non entis nullæ ſunt qualitates juxta vulgares regulas. Et quamvis ex noviſſimis gratiis Neapolitano Regno conceſſis, præfata ſucceſſio fuerit ampliata uſque ad quartum gradum, & ſic ad fratres patrueles, dummodo deſcendant per lineam maſculinam à primo Domino, & ſtipite feudi, ut conſtat ex *Pragmat.11. de feudis* ubi *Rovitus*, & poſt eum *Regens Urſinus de ſucceſſ. feudor. 2. parte quæſt 10.* per totam, quod & præcitato loco idem *Regens de Marinis* prænotavit. Nihilominus inter illos fratres patrueles, alteri patrueli ſuccedentes, non datur repræſentatio, nec locus eſt prærogativæ melioris lineæ; ſed major natu minori anteponitur, ut ipſemet auctor rectiſſimè reſolvit.

Ratio eſt, nam prædicta extenſio regno illo per Tuæ Majeſtatis glorioſiſſimos progenitores gratioſè conceſſa, fuit limitata ad ſolum illum caſum ſucceſſionis inter fratres patrueles alteri patrueli ſuccedere volentes: ita demum ſi à primo feudi acquiſitore per lineam maſculinam, tam defunctus, quam ſucceſſor deſcenderent, & abſque præjudicio patrui, & alterius proximioris agnati, cui vel ex gratia anteriori, vel ex diſpoſitione præfatæ conſtitutionis ſucceſſio competere poſſet, ut ſatis ad propoſitum ratiocinatur *Regens Urſinus de ſucceſſ. feud. 2. parte quæſt.6. art.1. num.3. cum ſeqq.* Eſſet autem in præjudicium patrui, & aliorum proximiorum, ſi prædictis patruelibus ex gratia admiſſis ad alterius patruelis ſucceſſionem repræſentatio, & prærogativa potioris lineæ fuiſſet communicata, prout per dictam conſtitutionem inter deſcendentes in infinitum, & inter collaterales, uſque ad tertium gradum fuerat conceſſa, juxta tradita per *Martinianum dict. diſput.2. 3. & 4 per tot.* quoniam hac extante prærogativa, patruelis de meliore linea repræſentando perſonam patris, excluderet patruum, & alios proximiores de jure, & per anteriores gratias ad ſucceſſionem admiſſos: ac propterea ne beneficium principis in tertii præjudicium cederet, contra regul. *leg.2. §. ſi quis à principe, & §. merito, ff ne quid in loco publico*, cum ſimilibus, non fuit communicata patruelibus prædicta prærogativa, ſed tantummodo conceſſum, quod ſuccederent in defectum aliorum proximiorum, dummodo per lineam maſculinam deſcenderent; & ſi forte duo, aut plures in illomet gradu reperirentur, major ætate deberet præferri; eo quod ſucceſſio inter eos, independenter à ſuis primogenitoribus & ex gratia fuit conceſſa, & compoſita, ut non ſemel ſacrum Conſil. Neapolitanum in caſibus occurrentibus deciſit teſte *Georgio alleg 12.* cujus meminit *Urſinus dicta 2. parte quæſt.9 art.1. num.9. & Rovitus in dicta pragm.11. de feudis n.71. verſ. ſed audio.*

Unde jam apparet reſolutionem *Doctiſſ. Regens de Marinis* fundatam eſſe in illius Neapolitani Regni particularibus legibus conſtitutionibus & gratiis; ſtante, quod Capitula Papæ Honorii, (qui dicitur auctor noſtri *Cap. Si aliquem*, extendentis ſucceſſionem feudorum in linea tranſverſali uſque ad trinepotem) non fuerunt in illo regno recepta, ut multis probat *Martian. dicta diſput.3.* ac ideo non poſſe adduci ad caſus etiam ſimiles, per noſtra capitula aliter determinatos, *l. cunctos populos, C. de ſumma Trinitat.* cum aliis ſupra *num.103.* nam in Regno noſtro ſtante diſpoſitione dicti *Cap. Volentes*, feudorum ſucceſſio in linea tranſver-

Digitized by Google

ſali in infinitum extenditur ſolutis Regiæ Curiæ juribus conſuetis (ut eſt notiſſimum :) & per prædicta capitula noviſſima prætogativa lineæ, & in ea repræſentatio fuit in præfata linea collaterali, apertè declarata, ut ſupra oſtendimus.

Quomodo exaudiendi ſunt omnes alii DD. Neapolitani, qui inter patrueles alreti patrueli ſuccedentes, repræſentationem, & lineæ prærogativam, locum non habere ſcripſerunt: ac etiam ex eadem ratione regulantur, qui pro nobis ad favorem lineæ in hoc articulo adducti ſunt, ut intelligi debeant juxta terminos dictæ conſtit. *ut de ſucceſſionibus* capit. conſiderantes regni illius, de quo *Martianus*, & ab eo relati *dicta diſput.2. num.27. ver. quoniam* : & novarum gratiarum, ac non aliter, prout ex eiſdem non obſcurè percipitur.

351 Deciſiones verò cauſarum, quas in Regni Tribunalibus ex adverſo dicitur, fuiſſe obtentas ad favorem gradus proximioris, & in pari gradu pro majore natu; nempe in cauſis Solafani, Saccanorum contra conſilium Soccini, Caltabilottæ Linguægroſſæ, Comiſi, Feudi de Xiamuſco, & denique Fluminis Dionyſii; omnes prolatæ ſunt in terminis dicti *Cap. Si aliquem*, & ante editionem noviſſimorum capit. ſed in aliis diverſiſſimis à caſu noſtro, ſcilicet, in feudis novis; ſtante diſpoſitione primi acquiſitoris, aut in quibus non aderat clauſula Juris Francorum, vel non erat ſucceſſio ab inteſtato, ac ideò Adverſariis non proficiunt, nec nobis obſunt.

Aliæ autem deciſiones, quæ allegantur poſt publi-
352 cationem dictorum cap. noviſſ. nempè in cauſa Biſcaris, Camemi, Roccæfloridæ, & de Caputarſo, ſunt etiam in ſatis diverſis terminis; Quia in cauſa Biſcaris aderat diſpoſitio teſtamentaria Guilenni Raimundi, qui in pari gradu maſculum fœminæ, in diſpari verò proximiorem præferri diſpoſuit, & nullus ex concurrentibus erat de familia ultimi morientis, nec primi inveſtiti, ſicque non poterat attendi dictorum cap. proviſio. Sed nihilominus in M. R. C. deciſum fuit ad favorem Don Horatii de paterno, tanquam de meliori linea, & de ſententia Conſiſtorii non conſtat, quia tranſactione fuit cauſa ſopita, & Don Horatii ſucceſſores de facto prædictum feudum poſſident, videndus *Corſett conſ.11.num.5.verſ. rurſus voluit, & in fine conſ. verſ. ſed quidquid ſit.*

In cauſa Camemi; Jus ſucceſſionis delatum fuerat ante editionem dicti cap.18. Dom. Regis Philippi, &
353 ideò ejus diſpoſitio locum habere non potuit, cum ſolummodo pro caſibus futuris fuiſſet à Dom. Rege approbata, videndus *Amat. dicta reſolut.1. ad finem*, & nihilominus, ut ipſe *Amat.* teſtatur, extitit votum contrarium eximii Juriſconſ. *D. Blaſii Loppulo*, & Baronia prædicta remanſit apud illos, qui de meliori linea deſcendebant, non obſtante quod, qui ſuccedere prætendebat, uti de meliori linea, erat conſanguineus in ulteriori gradu, & non filius ex ſecundogenito, ut in caſu noſtro, imò nec militabat ratio conſervandi feudum in familia.

In cauſa Roccæ Floridæ aderat diſpoſitio teſtamentaria, quæ debuit attendi, & hac ratione excluſus fuit nepos ex primogeniti filio, per patruum ſecundogenitum, uti proximiorem: quod appatet ex eademmet deciſione, per quam feuda Sancti Baſilii, in quibus pro D. Petro Bonanno eadem militabat ratio, fuerunt adjudicata Donnæ Franciſcæ de Aragon, cui de eis fuit conceſſa manutentio juxta diſpoſitionem teſtamentariam primi acquiſitoris.

354 In cauſa denique de Caputarſo concurrebant maſculus, & fœmina in pari gradu, & ideo ad favorem maſculi, nempe, Baronis Sancti Juliani (licet de inferiori linea) fuit votatum, quia Iudices pro conſtanti habuerunt dictum cap.18. Dom. Regis Philippi habere locum, quia maſculus concurrit cum fœmina in pari gradu, quo caſu fœmina non poteſt ſe lætari prærogativa lineæ, quoniam non eſt in linea qualitatis ex dictis ſupra *num.327. & ſeqq.* & adhuc lis pendet in Tribunali Conſiſtorii S. R. C.

Ex quibus deducitur, omnia adverſæ partis funda- 355
menta eſſe diruta, & ſubſiſtere non poſſe: Ac ideo concludimus in caſu noſtro Mazareni Comitem utpote de meliori linea manuteneri debuiſſe in poſſeſſione prædictorum Statuum, & feudorum, prout in ſimilibus, & etiam diverſis terminis deciſum eſt in hoc Regno in quamplurimis cauſis, ſcilicet, Campifranci contra *conſ. Tobia Renſari, apud Lunam dicto conſ.17.* per duas ſententias conformes confirmatas in Sacro Rerum Italicarum Conſilio: Ramurſuræ, ſeu Surianæ in Trib. Conſiſtorii: Canicatti, de qua teſtatur *Amat. dicta reſolut.1.* 87. Jarratanæ, de Calamanzano & Biſcaris in M.R.C.

Et hanc opinionem faventem prærogativæ lineali
ſequuti ſunt præcipuè recentiores ex noſtris Siculis 356
melioris notæ, & politioris litteraturæ, in terminis *Cap. Si aliquem, Blaſius Lancea ibidem quæſt.3. verſ. profecto, & Joan. Aloyſius de ſeptimo in conſ.* Caccabi, Alcami & Calataſimi: In terminis *noviſſ. Cap. Milanenſ. Muta, Maſtrill. Amat. Coſta, Cutellus, Giurba, Baronius*, & alii in hoc diſcurſu laudati, quibus adhæſerunt celeberrimi Juriſconſulti ſcribentes in prædictis cauſis deciſis, & etiam in cauſa Licodiæ, in qua alii permulti de exteris ſe ſubſcripſerunt (quorum nomina reticemus, quia ipſorum conſultationes & allegationes non habentur præ manibus, & rarò repetiuntur) idcirco illam, utpotè veriorem, communiorem, & juris principiis, ac prædictorum capitulorum menti, & verbis conſonam amplectimur.

A prædictis denique non recedendo, non prorſus contemnendum judicavimus, quod ex parte Mazareni Comitis ad excludendam prærogativam majoris ætatis, in qua ſola Racudiæ Comes molem ædificii ſuperimpoſuit, ut illum ab hac ſucceſſione excluderet, ingenioſè, & non infeliciter fuit in allegationibus manuſcriptis propoſitum: nempè, prædictum Comitem Mazareni debere ſuccedere ex perſona Don Gabrielis Branciforti fratris primogeniti, licet muti, ſurdi, & imperfecti (de quo ſupra meminimus in facti narratione verſ. Don Joannes ſecundogenitus) eo quod præfatum Racudiæ Comitem ætate præcedit, & quamvis ipſe non ſuccedat, ut retineat, tamen ſuccedit ut reſtituat agnatis proximioribus.

Indigebat diſceptatio iſta longiori calamo, ac pleniori examine; ſed ne juſtificationes iſtæ in volumen creſcant, omittimus illam problematicè diſcutere, & ex ſuperabundanti, pro uberiori judicii noſtri comprobatione; illud contenti dicere ſumus: quod licet pro utraque parte ſint Doctores ſummæ auctoritatis, valdè probabile æſtimari poteſt, mutum & ſurdum, aut alias à natura imperfectum, à ſucceſſione feudi excluſum, per *textum in cap.1. an mutus, vel aliàs imperfectus, cap.1. §. mutus tit. Epiſcop. vel Abbat.* habitu & potentia capacem eſſe; quamvis actu feudum in eo non conſiſtat, propter impedimentum, quod illum inhabilem ad militare ſervitium reddit. Ex quo DD. firmant, quod ſi talis imperfectus filium habeat, ſuccedit filius ei non obſtante patris imperfectione, ut cum *Baldo, Tiraquello, Menochio, Intriglioło, Gregorio Lopez*, & aliis notant *Giurba de ſucceſſ. feudor. §.2. gloſſ.4. poſt num.40. verſ. declara uono, & gloſſ.11. à num.40. Maſtrill. ad Petr. de Gregor. de conceſſ. feudi, part.4. quæſt.8. litt. B. verſ. ſubintelligo Camill. de Lara ta in Theatro feud. parte 6. dilucidat.24. num.4. & Carolus de Graſſ. de effect. Cleric. effectu 4. num.39.* & ſi filium non habeat, ſed fratrem, iſte ſuccedit, ut poſt *Scribentes in dicto cap.1. an mutus, vel aliàs imperfectus* docent, *Luna conſil.3. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. dicta parte 4. quæſt.8. num 28. & 29. Paulus Criſtineus deciſ. Belgic.151. num.1. cum ſeqq. tom.1.* ac ſi fratrem non habeat ſuccedunt agnati proximiores. *Alvarot. de feud.*

Digitized by Google

*feud. tit. quæ ſit prima cauſa benef. amitt. cap.1. §. fin.nu-mer.*20. quem, & alios refert, & ſequitur *Intrigliol. de feud.cent.2.art.1. à num.*570. *Vſitaus de feud. 1.parte quæſt.*8. *art.1. num.*45 *Sonsbek de feud parte* 13.*n.*100. *verſ. tertia concluſio eſt. Balzaran. de feud. in rubr. tit. an mutus, num.*4.

Nec oberit dicere, prout ex adverſo dicebatur, talem à natura imperfectum pro mortuo haberi, vel ac ſi natus non eſſet, nam reſpondetur mutum, ſurdum, aut aliàs à natura imperfectum, ſuaptè natura ſucceſſibilem eſſe, & ſolum illi obſtare caſuale impedimentum, quod illum reddit inhabilem ad deſerviendum, ut docent *Andreas de Iſernia in dicto §. mutus tit. Epiſcop. vel Abbat. num.*5. *verſ. ſed quia, & num.*6. *Monach. de feud. 1.parte cap.*57. *num.*25. *&* 26. *videndus, num.*14. ac proindè *Baldum* ſequutus inquit *Balzaran. dict. tit. an mutus cap.1. num.*10. *verſ. ultimo nota,* quod feudum in muto & ſurdo, habitu ſaltem, licet non actu conſiſtit. Unde Doctores noſtri, qui in terminis *Cap. Si aliquem*, Vocantis proximiorem, patruum ſecundogenitum, nepoti ex filio primogenito prætulerunt: filium primogeniti, imperfecti adhuc viventis, patruo præferendum conſtanter aſſeruerunt, ut videre eſt apud *Petr. de Gregor. de conceſſ. feudi parte 4.quæſt.*8. *ad fin. Cumia dicto Cap. Si aliquem, verbo maſculus numer.*29. *Intrigliol. de feud. cent.2. art.3. num.*17. *&* 18. *Addit. ad conſil.3. Aloyſi: de Sept. num.*5. & in filio primogenito furioſi, qui verè incapax eſt magis, quam mutus & ſurdus, (hic enim ſi ſignis edoceri poteſt ex probabiliori ſententia matrimonium contrahere, & alios actus facere valet; ille autem ſi in furore perſeverat nullo modo capax eſt videndus *Thom. Sanchez de matrim. lib.1. diſput.*8. *à num.*12. *verſ. Paulus Zacharias in quæſt. Medico legal. lib.2. quæſt.*8. *de mutis, & Surd. num.*9.) quod ſtante ſtatuto vocante proximiorem, aut ſequentem in gradu, ſuccedat ad excluſionem patrui ſecundogeniti dixerunt *Caſtillo Sotomajor controverſ. lib 3.cap.*13. *num.*54. *&* 55. *Giurba de ſucceſſ. feud § 2.gloſſ.6.num.*84.

Ex quibus deducitur, mutum, ſurdum, aut imperfectum, non haberi pro mortuo, ſeu non nato, quandoquidem præcitati DD. ex ipſius imperfecti perſona, filium ejus ad ſucceſſionem admittendum eſſe aliis excluſis proximioribus intrepidè concludunt; quod evincit patrem ſaltem habitu ſucceſſibilem eſſe, & ab eo in filium ſucceſſionem derivari; non ita dicendum, ſi pro mortuo, aut non nato, imperfectus eſſet habendus.

Et fortius probatur ex *Textu in dicto cap.1. tit. an mutus, vel alias imperfectus*, ibi, *quidam tamen dicunt, eum qui talis natus eſt feudum retinere non poſſe, quia ipſum ſervire non valet.* Ex quibus verbis juncto principio illius textus manifeſtè colligitur, ſapientes Mediolanenſes, non alia ratione fuiſſe motos ad denegandam feudi retentionem taliter imperfecto, niſi quia militare ſervitium, ſtante illo impedimento præſtare non poterat, quod, & indicant verba ſequentia ibi, *Sic dicimus in Clerico & fœmina, & in ſimilibus,* quos certum eſt capaces eſſe ſucceſſionis, ſed ideò feudum non retinent, quia deſervire non poſſunt. Undè non rectè dicitur; imperfectum haberi pro mortuo, aut pro non nato, & ibidem non poſſe ſuccedere; & licet comparetur fœminæ, hoc magis evincit ſuaptè natura ſucceſſibilem eſſe, prout in Regnis utriuſque Siciliæ ex *d.conſtit. ut de ſucceſſionib.* videmus obſervatum in fœminis, quæ ſuccedunt in feudis, & deſerviunt per ſubſtitutos.

Ulterius, & ex eodem textu evincitur ſolam retentionem imperfecto prohiberi, & per conſequens ſucceſſionem de facto propter illud impedimentum: non autem ſucceſſionem de jure idcircoque dicunt DD. quod ſuccedit de jure, non ut ſibi feudum retineat, ſed ut reſtituat agnato proximiori, ut in puncto firmant. *Camillus de Larata in Theatr. feud. parte 6. dilucid.* 24.*num* 6. qui alios laudat. *Hotoman. de feud tit.6. Epiſc. vel Abbat. in cap.1. §. mutus, verbo retinere,* quem ſequitur *Hartman. Piſtor. lib.2. quæſt.*32. *num.*38. *verſ. nihil itaque. Balzaran. in Rubr. dict. tit. an mutus, vel alias imperf. num.*5.

Et hinc fit, quod huic imperfecto datur vita, & militia abſque onere ſervitii, *Joan. Aloyſ. de Septimo*, apud *Lunam conſ.3. num.9. ubi additio Petr. de Gregor. de vita & militia quæſt.4. num. 9. Intrigliol. de feud. centur.1. quæſt.57. num. 27. Giurba de feud. §.2. gloſſ.8. num.41. in fine*; quæ vita, & militia non poterit conſequi prædictus D. Gabriel imperfectus, ſi Mazareni Comes ejus frater in præfatis feudis non ſuccedit.

Quare concludimus in hoc Articulo Mazareni Comitem, vel ex prærogativa melioris lineæ, vel ex perſona dicti Don Gabrielis ipſius fratris qui Racudiæ Comitem ætate præcedit ut debuiſſe in prædictis Statibus, & feudis manuteneri.

ARTICULUS IV.

Mazareni Comiti debuit concedi prædictorum Statuum manutentio, ob qualitatem melioris originis, quia in pari gradu reperitur maſculus ex maſculo; at verò Racudiæ Comes maſculus ex fœmina.

SEcluſa prærogativa melioris lineæ, de qua in præcedenti Articulo: & ex ſola qualitate melioris ſexus, ſeu originis prædictum Mazareni Comitem, licet natu minorem, dicto Racudiæ Comiti majori natu præferendum, quamplurimis rationibus, nobis omnibus indubitanter placuit. Sed ſelectioribus propoſitis, breviter in hoc Articulo prædictæ prælationis fundamenta pro noſtri Judicii juſtificatione in medium proponimus. 357

In feudorum ſucceſſione, agnationis qualitas ſemper inter omnes alias ad ſuccedendum requiſitas, ita caput extulit, quantum lenta ſolet inter Viburna cupreſſus; nam ſive de primævo feudorum Jure loquamur, ſive de municipali in terminis Conſtitutionum & Capitulorum Regni, illam abſque controverſia conſideratam, & magni habitam reperiemus. 358

De jure communi feudorum regulariter loquendo, & ſecluſa conceſſione, ſeu inveſtitura aliter diſponente; fœmina à ſucceſſione feudi penitus fuit excluſa, & per conſequens maſculus ex ea deſcendens; tanquam ex radice ſucceſſionis incapaci, ut de primo fuit expreſſa Jura in *cap.1. verſ. & non filia de natur. ſucceſſ. feud.* ubi *Gloſſ. verbo filia cap.1. & quin verſ. hoc autem notandum de his, qui feud. dar. poſſ. cap.1. verſ ad filius vero, de ſucceſſ. fratr. cap.1. §. quin etiam, Epiſc. vel Abbat. Alvarot. de feud. tit. de gradibus, §.1.num.3. Lanar. repetit. feud. fol.*397. *num.*55. *Georg. repetit. feud. cap.*51. *num.*8. *Schrad. de feud. parte 7. cap.4. num.1. Borell. in ſumma deciſ. parte 1. tit. de feudis, num.*164. *Cumia in dicto cap. Si aliquem in prælud. num.*73. & aliis multis relatis, *Giurba de feud. prælud.6. num.19. & de ſecundo Gloſſ. in dicto cap.1. verbo filia de natur. ſucceſſ. feud. dicto cap.1. §. & quia verſ. hoc autem notand. de his, qui feud. dar. poſſ. dict. cap.1. de ſucceſſ. fratr. Bald. in l. quoties 12. num.2. C. de ſuis, & legit. Pariſ. conſ.2. num.27. & 28. lib.1. Petr. de Gregor. de feud. part.6. quæſt.16. n.4. & 5. & quæſt.17. num.4. Graſſ. de eff. Elib. Clericat. effect 4. n.35. 36. & 37. Afflict de feud. tit. de ſucceſſ. feudor §. filia n.1. Menoch. conſ.976. num. 1. cum ſeqq Scaccia de Judiciis lib.2. cap.9. n.1610. 1641. Alvarottus, Georgius, Lanar. & Schrader.* ubi proximè *Larata de feud. parte 9. dilucid.82. n.6. Arthaman. Piſtor. lib.2. quæſt.35 n.27.* 359

Imò, & ſi conceſſio facta ſit pro maſculis & fœmi-
360 nis, aut pro hæredibus utriuſque ſexus (quo caſu fœminæ, & ex eis deſcendentes ſucceſſionis ſunt capaces) dicunt communiter DD. quod eſt intelligendum deficientibus maſculis agnatis, etiam remotioribus, nam iis extantibus non admittuntur fœminæ, & ex eis cognati; quomodo accipiunt *Text. in cap. 1. de eo qui ſibi, hæredib. ſuis maſcul.* ut per *Alvarottum, & cæteros repetentes ibidem, Roſenthal. de feud. cap. 7. concluſ. 40. num. 12. Schrader dicta part 7. cap. 4. à num. 60. Arthumar. Piſtor. dicta quæſt. 35. num. 18. Facchineus controverſ. Jur. lib. 7. cap. 44. Sanleger. reſolut. civil. tom. 1. cap. 24. num. 4.* & multis laudatis *Andreola controverſ. 252. à num. 4. & ſeq. & controverſ. 253. à num. 1. parte 4.*

361 De jure verò municipali, ſi Regni conſtitutiones, *In aliquibus, & ut de ſucceſſionibus* inſpiciamus, communemque Doctorum ſequamur acceptionem; certum eſt fœminas miſerationis cauſa, & ſpeciali Jure, ita demum ad ſucceſſionem feudi fuiſſe admiſſas, ut non excludant maſculos proximiores, aut in pari gradu; ſed tantum illos, qui fuerint remotiores, ut firmat *Petr. de Gregor.* communiter in Regno receptus, *de conceſſ. feud. part. 6. quæſt. 16. num. 1. & ſeqq.* & ſic in paritate gradus incorrectum remanſit jus commune feudorum, ut docet *Iſernia in dicta conſtit. In aliquibus in princip. verſ. ſi de Jure feudorum*, & poſt eum *Rovitus ſuper pragm. 11. de feudis num. 16. verſ. nec prædictis refragatur, & num. 18. verſ. quæ omnia, & num. 22. verſ. quibus ſic V ſin. de feud. part. 2. quæſt. 63. art. 1. ſub num. 28. verſ. ſecundo. Reſpondetur Alexand. in conſ. cauſa Solafani. poſt Marinum var. reſolut. tom. 2. num. 46. & 47.*

Diximus hoc procedere ſequendo communem ac-
362 ceptionem dictarum conſtitutionum in his regnis utriuſque Siciliæ apud noſtros, & Neapolitanos expoſitores; nam ſi illarum tenores attenderemus, aliter & forraſsè verius dici deberet; nempe fœminas ad ſucceſſionem admitti in feudis ad excluſionem maſculorum remotiorum inter illos tantum feudatarios Francorum Jure viventes, non autem inter viventes Jure Longobardo, inter quos, extantibus maſculis etiam remotioribus fœminæ à ſucceſſione excluſæ erant, ut numeris præcedentibus probavimus; hoc enim expreſsè cavetur in dicta conſtitut. *ut de ſucceſſionibus*, in qua poſt quam in principio dixerat Imperator, filios, nepotes, proneputes, & deſcendentes utriuſque ſexus ad ſucceſſionem feudi eſſe admittendus, ſervata ſexus, & majoris ætatis prærogativa inter viventes ſpecialiter Jure Francorum, & quod mulier in capillo præferretur maritatæ & dotatæ, ſubjungit hæc verba, ad finem in *Verſ. Si autem*, ibi, *ſi autem vivant Jure Longobardo, collatis dotibus, in viriles partes ſucceſſione diviſa, portionem ſuam conjugata, ſeu conjugata quæunque ſint, potuerunt vindicare*, ex quibus deducitur differentiam fuiſſe conſtitutam inter viventes Jure Francorum, & Longobardo Jure viventes, & per conſequens illam prærogativam, quod in pari gradu maſculus fœminam excluderet, non verò in gradu ulteriori, ſolum fuiſſe conceſſam viventibus Jure Francorum, quod erat ſpeciale in Regno, relinquendo incorrectum Jus Longobardum inter hoc jure viventes, ut tunc fœminæ ſuccedere poſſent, quando nullus ſupereſſet maſculus etiam remotior; quomodo eſt intelligendum, quod conſtitutio dicit in dicto *verſ. ſi autem*, ut ſcilicet filiæ maritatæ, collatis dotibus, portionem ſuam poſſint vendicare in feudo, quando ob deficientiam maſculorum in illo ſuccedunt, quam differentiam, licet ſic non explicent agnoſcunt *Gloſſa & Iſernia ibidem* verbo *filia autem*, & verbo *excludunt*, & conducit ad ea quæ diximus ſupra *Artic. 3. ex numer. 298. cum ſeqq.* pro explicatione *Cap. ſi aliquem.*

Hæc licet ita ſint, non debemus à communi acce-
ptione recedere, quia jam in Regno Jure Francorum 363
vivitur præcipuè ab inteſtato, & etiam ex teſtamento, ſi forma contraria non appareat, & ſolum ſervatur Jus Longobardum in iis, quæ noſtris Capitulis, & Conſtitutionibus non repugnant, utpote jus commune Regni, ſicuti jam probavimus, & explicat latè *Giurba de feud. dicto prælud. 1. num. 20. & 21. & prælud. 6. num. 1. cum ſeqq.*

Si autem inſpiciamus diſpoſitionem dicti *Cap. Si* 364
aliquem, idem fere cautum reperiemus, quoad ſucceſſionem fœminarum, quod diſpoſitum erat per dict. conſtitutionem, *ut de ſucceſſionibus* inter viventes Jure Francorum; in illo namque ſexus, & primogenituræ prærogativa ſervari jubetur, ut maſculus fœminam excludere habeat, corrigendo Jus commune Longobardorum, in illo tantum caſu, quo fœmina gradu proximior cum maſculo remotiori, nempe de inferiori linea, & gradu concurrit, in quo omnes noſtri Regnicolæ conveniunt.

At ſi noviſſima attendamus capitula, hoc aliquan- 365
tulum immutatum perſpicimus, quia non ſolum in pari gradu, ſed etiam quando maſculus eſt remotior fœminam excludit; cum enim propter Antiquorum altercationes, opus eſſet prædictum *Cap. Si aliquem*, declarare, ut ſcilicet primogenituræ & lineæ prærogativa, & inter exiſtentes in linea, gradus proximitas, & melioris ſexus qualitas deberet attendi; æquiſſimè fuit proviſum; quod fœmina prætextu gradus proximioris non poſſet excludere maſculum ex maſculo de meliori linea, gradu tamen remotiorem; neque etiam alteram fœminam ex maſculo ſtrictioris lineæ, ut in dicto cap. 204. Imperat. & Dom. noſtri Caroli, & dicto cap. 18. Dom. Regis Philippi, quod ut jam diximus, favore agnationis ſtatutum eſt: ut feuda conſervarentur in Domo, & familia à qua proceſſerunt; intelligendo hoc modo diſpoſitionem dict. *Cap. Si aliquem*, in illis ſæpe repetitis verbis *ſexus, & primogenituræ prærogativa ſervetur, ut maſculus fœminam, & juniorem major natu præcedat*, videlicet, quod qualitas melioris ſexus à capitulo primo loco conſiderata, præcedere qualitatem primogenituræ in fœminis concurrentibus cum maſculis agnatis, argumentum *text. in l. 1. ff. de albo ſcribendo, l. quoties, ff. de uſufructu* cum vulgatis, & ſolum primogenitura in fœminis deberet attendi, quando melioris ſexus qualitas ceſſaret, juxta ſuperius dicta *art. 3. num. 330. & ſeq.* qua ratione dicunt noſtrates prærogativam ſexus potiorem eſſe, quàm ætatis, *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. parte 4. quæſt. 6. Muta in dicto Cap. Si aliquem, num. 218. & 243.* qui alios laudat.

Et quidquid ſit in terminis prædictarum conſtitu- 366
tionum, & dicti *Cap. Si aliquem*, in quibus DD. noſtri dicunt prælationem maſculis conceſſam in paritate gradus, eſſe ob favorem agnationis, ſi non propriè, quia fœminæ invitantur, ſaltem ſecundùm quid, ut notant *Afflict. in dicta conſtit. in aliquibus, num. 71. tom. 2. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. part. 4. quæſt. 6. num. 2. & 3. Cennin de feud. in dicto cap. Si aliquem, verbo ſexus, num. 13. & verbo maſculus, num. 114. Milan. dicta deciſ. 8. num. 146. lib. 1. Iavigliol. dicta cent. 2. art. 51. num. 10. Cannetius in cap. Si aliquem, verſ. ſed tractandum, num. 41. ſol. 281. Muta in dicto cap. Si aliquem, num. 233. Giurb. de feud. §. 1. gloſſ. 8. num. 5. & 6. Minadous deciſ. 36. numer. 9. & 10. Pratus diſcept. 4. num. 24.* eo quod antiquum Jus commune feudorum maſculos agnatos, excluſis fœminis, & deſcendentibus ex eis, in infinitum admittens, ſolummodo fuerit correctum, quando fœmina, aut cognatus proximior reperitur; ſicque in paritate gradus remanſerit illibatum, & incorrectum ex Doctoribus laudatis ſupra *n. 361.* quibus, & adſtipulantur idem *Afflict. ubi proximè, n. 3. Petr. de Gregor. dicta part. 4. quæſt. 1. n. 7. & 8. Giurba prælud. 6. n. 19.*

Negari

Negari minimè poteſt, quod per noſtra noviſſima
367 capitula ſupra citata; fuit contemplata agnatio, clariſſimis & expreſſiſſimis verbis, ibi, *à talche li Stati, e Baronie venghino a conſervarſi, & perpetuarſi nelle caſate, e cognome donde procedono*, illud enim verbum *caſate*, latinè *Domus*, ſignificat idem quod agnatio *leg. pronunciatio, §. penult. ff. de verb. ſignific. cap.1. ſchiſmaticis lib.6. Bart. in l.1. num.3. ff. de Silanianum, Simon de Pretis lib.3. interpret.3. dubitat.1. ſolut.11. n.9. Briſon. de verb. ſign. lib.4. verbo Domus fol.163. pag.2. Soccinus Junior conſil.103. num.32. & 33. vol.2. Thomas Marinus de feud. tit.3. num.18. Giurb. de feud. præl ud.4. num.17. verſ. aut ſi pro ſe, & illis de domo ſua*, quod non negat *Molin. de primogen. lib.3. cap.4. num.6.* dum in *num.11.* ſe explicat dicens, *niſi alia ſuadeant*, & ipſe loquebatur in terminis majoratus habentis ſubſtitutiones regulares, idemque ſignificat verbum *cognome*, *dicta l. pronunciatio, §. familia, ff. de verb. ſign.* cognati namque non ſunt de cognomine & familia, à qua feudum procedit, ut firmant DD. allegati num. præcedenti, & *Corſett. conſil.21. num.10.* & ſolum agnati cognomen ſuæ familiæ conſervant *Hiſpana lex 3. tit.21. part.2.* ibi, *Porque ſiempre los homes el nome del padre ponen primeramente dilante, Tiraquell. de nobilitate, c.18. num.21.*

368 Unde cum in dictis noviſſimis capitulis, ratio agnationis conſervandæ inter deſcendentes à primis feudorum acquiſitoribus, in cauſa fuerit, ut maſculus remotior excluderet fœminam proximiorem, imò & quod fœmina agnata, & de meliori linea (qualis eſt filia primogeniti) excluderetur à patruo ſecundo vel tertiogenito, contra ordinarias regulas primogenituræ: non eſt amplius dubitandum, quod non ſolum in paritate gradus, maſculus agnatus, licet ætate minor excludere habeat fœminam, & cognatum ex ea majorem natu; ſed etiam ſit præferendus fœminæ, & cognato proximiori, quoties eadem militat agnationis conſervandæ ratio; ut jam ſupra tetigimus in tertio Articulo ex *Corſetto conſ.9. num.36. conſ.11. num.10. & in fine* expreſsè in *conſ.18. num.17. & 18. & in verſ. iſta ergo de Suriana*, & melius *conſ.19. num.36. & 37. Corſett. filio ad patrem conſ.10. num.41. & Barone in allegat. Joancaſci poſt tom.2. citat. num.35.* qui licet in aliis caſibus extenſionem prædictorum capitulorum negare tentaverint, tamen ob rationem expreſſam agnationis conſervandæ, ex vi comprehenſiva ad alios expendunt.

369 Et in noſtris terminis ſecluſa etiam diſpoſitione prædictorum capitulorum, eſt concors omnium noſtrarum ſententia, à qua nulla hucuſque receſſit, quod in paritate gradus, agnatus, & ſic filius fratris præferri debeat cognato, & ſic filio ſororis, licet iſte ſit major ætate: ita expreſsè firmant *Pernus conſ.19. colum.2. verſ. Item eſt dubium. Petr. de Gregor. de feud. parte 4. quæſt.7. num 20. Cumia in dicto cap. Si aliquem verbo maſculus, num.109. & ſeqq. & verbo prærogativa, numer.8. Intrigliol. de feud. dicta cent.2. art.51. per tot. Muta in dicto cap. Si aliquem, num.241. Provinzal. ad Bertachinum verbo filius*, & de Neapolitanis in terminis dictarum conſtitut. Idem docuerunt *Molfeſ. ad conſuet. Neapol. part.4. quæſt.40. num 11. Larata de feud. parte 9. dilucid.36. num.10. & dilucid.82. num.6. Rovit. in pragm. Neap.11. tit. de feud. ante num.16. verſ. nec prædictis, & ante num.18 verſ. quæ omnia, & num.23. Urſin. de feud. parte 2. quæſt.3. art.1. num.28. verſ. ſecundo Reſpondetur*, & de exteris *Ancaran conſ.319 n.3. Ruin. conſ.49. num 6. & conſ.120. num.8. lib.1. & conſ.69. num.24. 25. & 26. lib.3. Alciat. conſ.15. num.6. lib.8* Quos & alios refert, & ſequitur *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.404. num.9. Peregr. de fideicom. art.26. num.2. verſ. compertum eſt autem, & num.17. verſ paſſus ut videtur. Curtius Junior. de feud. 3. part prin. num.26. inter tract. DD. tom.10. parte 2. fol.95. Mantic. de tacit. lib.12. tit.16. num.14. Arthman. Piſtor. lib.2. quæſt.35. num.27. Cioff. conſ.4. num.8. lib.2. Menoch. conſ.976. per tot. & à num.18. & 19. Scaccia de judiciis lib.2. cap.9. n.1662. & à n.2666. Cancer. variar. parte 3. cap.21. num.89. verſ. ad quod conducit Burſat. conſ.229. num.39. tom 3. Altograd. conſ.63. n.9. tom.2. Spada conſil.22. n.3.*

Cujus aſſertionis illa ratio redditur, quia quotieſ- 370
cumque conſideratur agnatio, maſculus ex fœmina non dicitur maſculus in concurſu maſculi ex maſculo, per quem verè agnatio conſervatur latè *Aguirre de ſucceſſ. Regn. Portug. num.24. & 28. fol.75. Altograd. conſ. 53. num 117. lib.1. Menoch. conſil 973. & 976. Piatus diſcept. forenſ. cap.4. num.27. & 28. Lara in compend. vitæ in homin. cap.30. num.72.* & ſicut maſculus ille agnatus, fœminæ præfertur, ita & maſculo ex eadem fœmina, ut poſt *Afflitt. Petr. de Gregor. Cumiam & Intrigliol.* ſupra laudatos docet *Camillus de Larata dicta part.9. dilucid.82. num.6. fol.426.* & quando aliquis excluditur propter favorem agnationis, excluduntur omnes illius deſcendentes. *Fab. de Anna conſil.92. n.68. lib.1. D. Joan. del Caſtillo controv. lib 5. cap.129. n.30.*

Unde deſcendendo ad caſum illius litis, extra om- 371
nem controverſiam nobis viſum eſt; Comitem Mazareni, utpotè maſculum ex maſculo, licet ætate minorem, præferri debere Racudiæ Comiti, maſculo ex fœmina, quamvis natu majori, quia ſtantibus prædictis capit. noviſſimis conſideratur agnatio, prout ſupra probavimus, & abſurdiſſimum eſſet dicere, quod quando prædictus Comes Mazareni excludere haberet Donnam Catharinam amitam, ſi hodie viveret, non obſtante, quod eſſet gradu proximior, juxta expreſſam dictorum capitulorum diſpoſitionem, non poſſit excludere ejus filium Racudiæ Comitem, in gradu, eo ſolum quod reperiatur major ætate, quia potentior eſt prærogativa ſexus, ut jam oſtendimus num 365. ad finem, (omittimus replicationem Advocatorum dicti Comitis Racudiæ, dum contendunt, quod ipſe non veniat repræſentando matrem, ſed ex perſona ſua propria, quia huic ſcrupulo faciemus ſatis infra ſuo loco reſpondentes objectioni ſuper non extenſione Capitulorum Regni) ac ideò ex hoc tantum capite omnibus aliis ceſſantibus [quæ non ceſſant] pro indubitato habuimus, eidem Mazareni Comiti manutentionem dictorum Statuum eſſe concedendam.

Quibus non obſtant, quæ ab Advocatis alterius partis in hoc puncto ſunt oppoſita, leviſſimi enim ponderis ſunt, & eis propulſatis, firmiora, ac ſtabiliora reddentur noſtra fundamenta.

Primò dicunt, jus commune feudorum non eſſe 372
receptum in hoc Regno, ad quod probandum allegant *Corſett. fil. in addit ad patrem conſil.7. num.6. & ſeqq.* qui id fundat *in dicta conſtit. In aliquibus tit. de ſucceſſ. filior. Comit. vel Baron.* ubi Imperator pravam appellat conſuetudinem illam introductam, per quam maſculi remotiores, fœminas proximiores excludebant, ex quo deducunt, quod ſi Jus commune feudorum eſſet in Regno receptum, utique non diceret, pravam eſſe dictam conſuetudinem, quæ conformis erat prædicto feudorum Juri, & etiam allegant *Minadoum in conſtit. Regni, fol.54. col.2. verſ. unde arguitur, & not.2. n.69. fol.80. col.2.*

Cui oppoſitioni reſpondemus: Tum *Corſettum* lo- 373
quutum eſſe contra communem DD. noſtrorum opinionem, dicentium, Jus Longobardum, & ſic uſus feudorum, fuiſſe jus commune iſtius Regni, & hodie ſervari in iis omnibus, in quibus correctum non reperitur per noſtras conſtitutiones, & capitula, prout probavimus ſupra *artic.3 num.194.* ex conſtitutione *Puritatem, de præſtandis Sacr. Bajul.* & ultra ibidem laudatos conſtanter tenent *Canneus in cap. volentes, fol.106. num.10. & ſeqq. & in cap. Si aliquem. fol.237. num.1. & 2. Intrigliol. de feud. cent.1 cap.4. à num.26. uſque ad 32. & per tot. Petr. de Gregor. de conceſſ. part.4. quæſt.1. num.1.*

Digitized by Google

num. 1.2.& 3.*cum ſeqq. Larath de ſeudis, parte* 2.*dilucid.* 22.*fol.*23. *& Franch. deciſ.*115.*per totam.*

Tum, *Corſetti* aſſertionem nullo modo probari poſ-
374 ſe ex dicta conſtitutione *in aliquibus*, eo quod dicatur prava conſuetudo illa, quæ maſculos remotiores, fœminis proximioribus proponebat; quia ibidem non fuit aſſignata forma ſuccedendi in feudis regularibus, ſeu regularibus quaternaris, (quæ poſtea data fuit in conſtitutione *ut de ſucceſſionibus tit.* immediatè ſequenti *de ſucceſſione nobilium in feudis*,) & ſolum fuit edita prædicta conſtitutio ad reformandam iniquam illam conſuetudinem introductam in ſucceſſione bonorum Comitum, & Baronum filias relinquentium, dum excluſis filiabus contra æquiſſimam Juſtiniani Imperatoris in *l. maximum vitium, C. de liberis præter*: remotiores agnati, non ſolum bona feudalia, in quibus ſecundum Jus commune feudorum ſuccedere poterant, ſed etiam libera, & allodialia ſibi vendicabant, & prædictas filias fœminas pro arbitrio maritabant, quod Federicus Imperator abrogavit per illam conſtitutionem damnando, ut pravam talem conſuetudinem ſuccedendi in allodialibus, & conſulendo miſeris fœminis; prout ibidem diſponitur, qui intellectus apertè colligitur ex lectura illius textus, & illum aſſignat *Aſſlictus* ibi in principio, & quod dicta conſtitutio non procedat in feudalibus, ſed tantum allodialibus, prout indubitatum firmat *Martia*[illegible] *di put.*5. *n.*25. *verſ. Minadous.*

Secundò objiciunt, quod ex quo per nuſtras con-
375 ſtitutiones, & capitula fœminæ ſunt habilitatæ, & admiſſæ ad ſucceſſionem feudorum, ſi maſculi proximiores exiſtant, non poteſt dici conſiderata agnatio, ſed ſolum prædilectio maſculini ſexus in paritate gradus, ac ideò concurrente maſculo ex fœmina, cum ex maſculo, ſi ille major natu reperiatur, præferendus eſt, quod multis Doctoribus tum Regnicolis, tum Neapolitanis, Hiſpanis & exteris, probare tentarunt, quos conſultò omittimus brevitati conſulentes, quia punctus eſt ſatis notus, & facillimo negotio ab eo nos expediemus.

376 Reſpondemus igitur, concluſionem prædictam, in terminis dictorum capitulorum Regni 204. Dom. Imperat. Caroli, & 18. Dom. Regis Philippi, non eſſe abſolutè veram, quia ut jam oſtendimus, & probant DD. noſtri ex verbis ſupra *num.*367. relatis, prælatio maſculis conceſſa non ſolum conſideratur, quando concurrunt cum fœminis in pari gradu, ſed etiam cum fœminæ ſunt gradu proximiores; ſicuti accidit in concurſu nepotis ex maſculo, cum amita, & neptis ex primogenito cum patruo ſecundogenito: his enim caſibus, licet amita ſit proximior excluditur à nepote; & quamvis filia primogeniti ſit de meliori linea cujus ratione proximior exiſtit, & in primogenito regulari eſſet præferenda: excluditur etiam a patruo ſecundogenito, & hoc ea expreſſa ratione: ut feuda conſerventur in familia, & cognomine unde proceſſerunt, qua moti noſtrates, capitula prædicta extendunt ad alios caſus expreſſos, in quibus conſiderari poſſit idem favor conſervandæ agnationis, ut conſtat ex dictis *num.*368.

Imò, quod magis eſt etiam in terminis dictarum
377 conſtitut. *In aliquibus, ut de ſucceſſionibus, & cap. Si aliquem*, illa prælatio maſculis in pari gradu conceſſa, dicunt multi ex noſtratibus, quod reſpexit favorem agnationis, relinquendo uſque ad illum gradum jus commune feudorum incorrectum: quod negari non poteſt, maſculus agnatos etiam remotiores ſemper fœminis, & earum deſcendentibus, ob eundem agnationis favorem prætuliſſe, ut bene probant ſupra laudati *num* 366.

378 Qua ratione dicit *Joſeph. Cumia in dicto cap. Si aliquem, verſ. omnino itaq. num.* 10.11. 12. 42.*&* 51.& verbo *in capillo. num.*8. *cum ſeqq.* fuiſſe prælatam ſororem in capillo, ſorori maritatæ; quia ſcilicet, mulier innupta eſt agnata, & familiam conſervat melius, quam nupta, de quo latius inferius.

Eſt ergo diſtinguendum inter agnationem, verè & propriè ſumptam, & illam, quam fictam, & im-
proptiam, ſeu artificioſam communiter DD. vocant: 379
ſi de vera, & propria agnatione loquatur, certum eſt tantummodo dari poſſe in maſculis deſcendentibus ex maſculis per lineam rectam maſculinam, *princip. inſtit. de legitima agnatorum ſucceſſione d. l. pronunciatio, §. familiæ verſ. communi jure d. l. familiæ appellat. ff. de verbor. ſign ſit.* cum aliis adductis à *Molin. de primog. lib.*3. *cap.*5. *a num.*1. *& per totum*, ubi *ejus Addentes*, late *Caſtillo Sotomajor lib.*6. *controverſ. cap.* 129. *cum tribus ſeqq. Don Joan. Baptiſta de la Rea deciſ. Granat.*34. *part.*2. qui de hac materia ex profeſſo agentes alios cumulant. Si autem de ficta, & artificioſa; negari non poteſt, eam conſiderari inter maſculos cognatos, & ſic deſcendentes ex fœminis, ut fatentur omnes proximè citati, & alii infiniti, quos recenſere otioſum eſt.

Dum autem DD noſtri dicunt per conſtitutiones,
& capitula Regni conſideratam fuiſſe agnationem, non 380
loquuntur, nec intelligendi ſunt, de illa vera & propria, in qua ſoli comprehenſi cenſentur maſculi ex maſculis agnatis, hæc enim non conſideratur, quando in diſpoſitione, aut ſtatuto vocantur fœminæ, ſeu cognati, (niſi vocati ſint in defectum agnatorum, vel poſt plures gradus ſubſtitutionum inter maſculos ex maſculis, ad quos reſtricta eſt agnationis conſervandæ ratio, juxta diſtinctionem *Molina dicto lib.*3. *cap.*5. *num.*50. *verſ. ex quibus*, communiter receptus: ut per *Addentes ibidem dicto num.*50. *verſ. aut agnatio, & verſ. primus caſus, & verſ. tertius caſus*, qui infinitos laudant, *Caſtill. dicto lib.*6. *controverſ. cap.* 133. *num* 11. *cum ſeqq. & cap.*92. *per tot.*) ſed exaudiendi ſunt de prædicta ficta, & artificioſa agnatione, quæ conſideratur inter maſculos deſcendentes ex fœminis ſecundùm DD. ſtatim laudandos.

Et quidem non abſolutè, ita ut quandiu extet maſ-
culus ex maſculo, deſcendentes ab illa fœmina, ſeu 381
cognato, qui prius ſucceſſionem occupavit, non poſſit alia fœmina, vel cognatus de meliori linea, & gradu in primogenito ſuccedere (prout illam intelligunt DD. quos refert, & ſequitur *Larrea dicta deciſ.*34. *num.*2. *&* 49. *& deciſ.*54. *num* 7. 11. *&* 21.) nam ſi hoc concederem s excluderetur filia, aut nepos maſculos ex ea, ultimi poſſeſſoris, per maſculum remotiorem de linea maſculina primi vocati, ſeu cognati, qui ſucceſſionem occupavit, quod non patiuntur noſtra Capitula, ſed reſtrictè & limitate ad certos gradus, & ſub certa forma irregulari, à nobis explicata ſupra in tertio Articulo *num.*330. cum duobus ſequent. ut quamdiu commodè poſſit, abſque præjudicio filiorum, & deſcendentium ultimi poſſeſſoris, conſervetur agnatio, vel propriè vel impropriè, ne feuda tranſeant ad alienas familias, à quibus non proceſſerunt: dum conſervari poſſunt abſque detrimento in illis, in quibus ſemel ingreſſa eſt ſucceſſio, quod non explicant DD. noſtri.

Replicant Advocati ex adverſo, in caſu iſtius litis,
nullo modo conſiderari poſſe agnationem, nec veram, 382
nec fictam, quia omnia feuda, ſuper quibus erat controverſia proceſſerant à Donna Dorothea Barreſi, & Branciforte nepte, & refutataria Principis Don Franciſci, & proaviæ communis, & ſic ſucceſſio diſceptabatur inter cognatos deſcedentes ex prædicta fœmina, & prætendentes ſuccedere alteri fœminæ cognatæ, utpotè nuptæ in aliena familia, qua ratione præferendus erat dictus Racudiæ Comes, qui cum alio cognato in pari gradu major natu reperiebatur, & veniebat ad ſucceſſionem fœminæ cognatæ juxta diſtinctionem *Cumia in dicto cap. Si aliquem verbo ſexus num.*13. *& ſeqq.*

Digitized by Google

-ſeqq. præcipuè *num.16. verſ. Aut fœmina*; Eo fortius quia ipſius mater Donna Catharina fuerat nupta in familia de Branciforte, ex *Cravetta conſ.831. & 877. Vega conſ.63. Altamandell.conſ.86. & 87.* cum aliis per eum allegatis.

383 Sed nihilominus non eſſe recedendum à prædicta reſolutione cenſuimus. Quia ſuperior replicatio in nihilo ſtringit. Primo nam dato pro vero (ut verum eſt) per noſtras Conſtitutiones, & Capitula conſideratam fuiſſe agnationem, ſi non veram, ſaltem fictam, & eo modo commodius potuit attendi, ut feuda conſervarentur in familia primi inveſtiti, aut ultimi morientis: non evanuit, ſeu ceſſavit ratio conſervandæ agnationis; eo quod deficientibus maſculis agnatis feuda tranſierint in Donnam Dorotheam, nuptam in extranea familia, & Domo de Branciforte; inter ejuſdem quippe deſcendentes eſt attendenda ratio agnationis conſervandæ, fictè & artificioſè, prout ſupra explicuimus, ut extantibus maſculis ab ea deſcendentibus per lineam maſculinam præferentur aliis qui aliam mediam fœminam deſcendunt; ſicuti in terminis reſolvunt *Cephalus conſ.581. vol.4. Menoch. conſil.172. vol.2. & conſil.315. num.41. vol.4. Peregr. de fideicomm. art 20. num.29. Epiſcopus Valenzuola*, & aliis quos ſequitur *D. Joan. de la Rea deciſ. Granat. 54. numer. 11. ad finem*, quicquid in contrarium ſentiat *Perez de Lara de vita hom.cap.10.à n.119.cum ſeqq.*

384 Et in feudis eſt communiſſima reſolutio; quod licet deveniant ad fœminam ob maſculorum defectum, & ſic tranſeant in alienam familiam, non amittunt propriam naturam & formam, ſed eam retinent, & dum ſunt penes fœminam dormiunt, quouſque naſcantur maſculi ex ea, quibus natis, reaſſumunt feuda naturam ſuam, ex quo à ſtipite maſculo initium habuerant, & iſti maſculi, & ex eis deſcendentes ejuſdem maſculini ſexus, præferuntur fœminis, & cognatis proximioribus; Ita eleganter *Caſtrenſ.conſ.176.num.2. lib.1. Cacheranus conſ.6. num.4. & ſeqq. vol 2. Everardus Junior conſ.41. num.19 vol.1. & conſ.20. num.1. uſque ad 16. & conſ.29. num.14. & conſ.50. num.44. vol.2. Roſenthal. de feud. cap.7. concluſ.40. num.7. & ſeqq. Valentinus Foſter. de ſucceſſ. cap.19. axiom.7. numer.11. & ſeqq. Milan. deciſ. 1. num.64. 65. 66. & 67. lib. 1. Intrigliol. de feud. cent.1. quæſt 27. num.12. & 13.*

385 Secundò quia tametſi Advocati ex adverſo, multis adductis præſertim ex noſtris DD. Hiſpanis; probare intenderint, maſculum ex fœmina proximiorem, aut in pari gradu majorem natu, præferendum eſſe maſculo ex maſculo remotiore, aut natu minore; nam maſculus ex fœmina eſt æquè maſculus, & in pari ſexu, & gradu, eſt attendenda major ætas ex *Phœbo, Pereira, Flores de Mena, Molina Theologo, Gama, Randenſi*, & aliis: Adhuc tamen extra chorum cantare arbitrati ſumus, quoniam prædicti, & alii permulti DD. qui in illa prolixa, & ſuis apud Hiſpanos, & etiam exteros, controverſa diſceptatione: utrum ex ſimplici, ſed repetita vocatione maſculorum cenſeatur contemplata agnatio? negativam ſententiam tutati ſunt, & ſic pro maſculo ex fœmina ſe ſubſcripſere; niſi expreſſè, aut indubitatis conjecturis conſtet teſtatorem reſpexiſſe ad rationem conſervandæ agnationis; (videndi *Molina, Addentes, Caſtillo, & la Rea in locis ſupra citatis, num. 3-9.* & ultra eos, *Lara de vita hom. dicto cap.30. à num. 16. Valenzuola conſil.97. Seſſe deciſ.254 num.3. & num 52. uſque ad 220.* & in reſponſo poſt eam *num.5. & deciſ 374. & 412. parte 4. Cæſar. Barzi deciſ.97. num.11. Riccius collect.886. parte 4. Fontanell. de pact. clauſ.4. Gloſſ.25. à num 13. Mareſcot. lib.2. variarum, cap.149. num.2. Anton Faber. de error b. decad.28 err 8. num.6.* & alii relati à *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.404. Paſchal. de virib. patr. pot. parte 4. cap.9. num.41. cum ſeqq. & Peregrin. de fideicomm. art.26. ex num.11.* qui alios multos cumularunt) eo moventur fundamento, quod in tali ſimplici maſculorum vocatione non ſit conſiderata agnatio, ſed ſolum ſexus maſculinus ad excluſionem fœminarum, quibus propter earum fragilitatem dominari non convenit, quo caſu maſculi ex eis cenſentur vocati, & non excluſi, ex hoc ita concludunt quando talis maſculus ex fœmina eſt de meliori linea, & excludi prætenditur per maſculum ex maſculo remotiorem, & de linea inferiori, ut ex eorum lectura apparet.

At ſic eſt, quod per noſtras conſtitutiones, & noviſſima capitula expreſſè eſt conſiderata agnatio, ut feuda conſerventur in Domo, & cognomine eorum à quibus proceſſerunt, ut ſatis probatum remanet. Ergo ſequitur, quod concurrentibus maſculo ex maſculo agnato, ſecundum ſuperiorem traditionem: & maſculo ex fœmina in pari gradu, illo de meliori linea, & hoc de linea fœmininæ inferiore; eſt extra omnem controverſiam, illum præferri decere, etiam in ſententia prædictorum DD. (qui in caſu quo ex diſpoſitione, vel ſtatuto conſideratur agnatio, fatentur maſculum ex maſculo de linea inferiore præferendum eſſe maſculo ex fœmina de meliori linea, & fortius quando ſunt in pari gradu, & ille iſtum præcedit in linea:) Ultra quod multi ex præcitatis DD. loquuntur in diſpoſitione hominis, & in majoratibus Hiſpaniæ, & aliud dicendum eſt in vocatione Statuti, ubi ſemper conſideratur ratio agnationis conſervandæ, ut expreſſè dixerunt *Bardellon. conſ.81 num. 36. Capic. Latr. deciſ.127. num.48. & 49. Seſſe dicta deciſ.254. num.284. & reſponſ. num.7.* in terminis Statutorum Italiæ *Caſtillo Sotomaior. tom.6. dicto cap.129. num. 51. verſ. Omnes ferè præcitati.* qui prædictam diſtinctionem confirmat. 386

Et quamvis prædicti Advocati dixerint, quod inter duos patrueles non attenditur linea, ſed in pari gradu major ætas, (cui replicationi abunde ſatisfactum eſt in tertio Articulo) adhuc, ex hac qualitate melioris originis, invitis dentibus fateri debent, non poſſe excludi Comitem Mazareni, per Racudiæ Comitem, & per conſequens, eis non ſuffragari *Deciſiones Phœbi, Pereira, Gama, Flores de Mena, Molina Theologi*, & aliorum ſupra relatorum, qui loquuntur in caſu quo nec conſideratur agnatio, nec attenditur prærogativa lineæ, ut ex eis apertè dignoſcitur. 387

Tertiò, quia à veritate deviat aſſerere, Donnam Margaritam Branciforti cui ſuccedi prætendimr, non fuiſſe agnatam, & verius eſt talem fuiſſe, & uti tali ſuccedendum eſſe, non obſtante, quod fuiſſet nupta Don Federico Columna ipſius unico viro à quo vidua remanſit. Certum enim eſt fœminam ex maſculo deſcendentem agnatam eſſe, *d leg pronunciatio ad fin. ff. de verbor.ſignific.l.2 ff.de legitim.hered. leg. duodecim tabul. C.eodem titulo, §.cæterum inſtit de legit agnat.ſucceſſ. Gloſſ. marginal.verbo non videtur in l. voluntas 4. de fideicomm. Pariſ. conſ.35.in princip. & num fin. lib.3. Simon da Prætis interpret.ult.volunt.ult.vol.interpr.3.dubit.1 ſolut.11. numer.66.& 67. Molin. de primog. lib.1. cap.6. num.39.* & ibi *Addentes num 34 & 35. ad finem. Idem Molin. lib.3. cap.5.num.3. Caſtillo lib 2. controverſ.cap.8.à num.19.* & ex noſtris Siculis *Corſett.conſ.18.n.18. verſ. iſtud probatur*, qui alios laudat latè *Altograd.* multos referens *conſil. 86. num.46.* 388

Quam agnationem non perdit fœmina licet nupta ſit in aliena familia ut probant *Text. in d l. voluntas 4. de fideicom. ubi Paulus, & Jaſon in princip. & Bald. num.7. Decius in l. fœmina num. 92. ff. de reg. jur. Pariſ. conſ.47. num.56. lib.3. Molina dicto lib. 1. capit.6. num.39.* ex noſtris *Cumia in dicto cap. Si aliquem, verbo maritata, num.10. Muta in eodem cap. num.235. & 236. Vincent. Pericone in cauſa Suriana verſ. ſecundo negando.* 389

Et fortius cum Donna Margarita non habuerit filios,

filios, & vidua remanſerit, quo caſu familiam conſervare dicitur ex *Inrigliol. de feud. cent. 2. artic.55. num. 12.*

390 Undè deducitur nos eſſe in primo caſu diſtinctionis aſſignatæ à *Cumis in dicto verbo ſexus*, *num.*12. nempè quando ille cui ſucceditur agnatus eſt, quo caſu firmat agnatum præferendum cognato, & ſic habendam eſſe rationem agnationis, quod clarius concludit in *verbo maſculus*, *num.*77. ac ideò ex doctrina iſtius Doctoris nullum commodum conſequitur Racudiæ Comes.

391 Quartò, quia ſtantibus noviſſimis capitulis, in verbis ſupra relatis *num.*367. *Acciocbe li detti Stati, Baronie*, &c. debet conſiderari Domus, cognomen, & familia ultimi morientis poſſeſſoris feudi, cui ſucceditur, & cujus proximitas ad ſuccedendum attenditur, ex dictis ſopra in 2. Art. & adductis ab *Amato dicta reſol.*10. *num.*8. *Corſett. filio ad Patrem conſil.* 25. *num.*29. *& ſeqq.* aliàs ſi ob finitam lineam maſculinam primi acquirentis, deveniret feudum ad fœminam, vel maſculum cognatum ab illo deſcendentem, ceſſarent prædicta capitula, cum eorum ratio non poſſet verificari, concurrentibus cognatis ad alterius cognati ſucceſſionem, per quos familia primi acquiſitoris propriè non conſervatur, & ſic in prædicto caſu, filius ſecundogenitus non eſſet præferendus nepti ex primogenito, nec frater tertiogenitus nepti ex fratre ſecundogenito, qui non ob gradus proximitatem, ſed propter agnatitiam qualitatem præferuntur contra ordinarias regulas primogenituræ, ſcilicet prærogativam lineæ, aut, ut Adverſarii volunt, beneficium repræſentationis, quod abſurdiſſimum eſſet dicere; Ac ideò inferendum non eſt ſufficere, quod ſuccedere volens ſit de familia ultimi morientis ut expreſsè agnoſcit *Corſett. conſ.*11. *num.*10. *& conſ.*18. *num.*10. ubi ea ratione negabat, conſiderari agnationem in caſu illorum conſiliorum, quia prætendens ſucceſſionem, non erat de cognomine primi acquiſitoris, nec ultimi morientis, firmans hoc ultimum ſat eſſe, ut conſideraretur agnatio, & in his terminis, omni caret dubio, Comitem Mazareni utpotè de familia, & cognomine Donnæ Margaritæ filiæ D. Franciſci Brauciforti illius patrui, & neptis D. Fabritii communis Avi, ultimæque poſſeditricis, præferendum eſſe Racudiæ Comiti, qui cognatus eſt ex aliena familia.

392 Quintò, quoniam non eſt abſolutè verum, maſculum ex fœmina nupta in familia præferri maſculo ex maſculo, & DD. in contrarium allegati limitantur, & taxantur per alios quamplures, qui multis rationibus illorum dicta oſtendunt, non poſſe procedere, niſi quando prælatio conceſſa fuit cuilibet maſculo de familia, ut benè loquit *Rauden. conſ.*3. *num.*25. *lib.*1. qui in *tractatu variar. cap.*39. *num.*409. ubi punctum repetit, eam rationem reddit; nam maſculus ex maſculo verè, & naturaliter agnationem, & familiam conſervat, maſculus verò ex fœmina non niſi per fictionem, & artificium, & proſequuntur multa *Bero conſ.* 96. *lib.*1. *Socin. Jun. conſ.*15. *lib.*4. *Curt. Junior. conſ.*117. *verſ. circa ſecundam novam conſiderationem. Bellon. Jun. conſ.*2. *à num.*73. *Perez de Lara de vita hom. dict. cap.*3. *à num.*99. *Prat. diſcept. forenſ. cap.*4. *à num.*56. *lib.*1. *Jacob. Federic. poſt conſ.*93. *Altograd. lib.*2. *ſub num.*67. *verſ. Marianus Jovinus, & verſ. Auguſt. Bero. Rovitus conſ.*17. *lib.*1. ubi ſcripſit contra *Peregrinum conſil.*50. *lib.*3. *Alberghin. inter conſ. Fuſarii* 18. qui ſcripſit contra Bartholomæum Stella videndus *num.*51. *verſ. Tertio comprobatur*, ex quibus deducitur non eſſe attendendam hanc Racudiæ Comitis qualitatem, à perſona ejus patris deductam, præcipuè cum ipſe non deſcendat à Donna Dorothea, in quam prædicta feuda tranſierunt, nec ſi de familia de Santapau & Barreſi, à qua illa provenſunt, ſed de familia de Branciforti, & diverſa linea, quæ habetur, ut extranea.

393 Objiciebant denique Advocati ex adverſo, non debere extendi prædicta capitula, & eorum rationem ultra perſonas in eiſdem expreſſas: ac ideò cum controverſia de ſucceſſione eſſet inter duos patrueles, qui caſus ibidem comprehenſus non invenitur, abſonum erat dare extenſionem, quam illa ſtatuta non admittunt.

394 Sed reſpondemus ſat à nobis fundatam, dictorum capitulorum extenſionem in 3. Artic. remanere, etiam quoad conſervandam agnationem ob rationem in eis expreſſam, ultra perſonas ibidem exemplificativè commemoratas, quod & in hoc Artic. tetigimus *num.*368. & præterea dicimus favorem filii ſecundogeniti, hoc eſt Comitis Mazareni in prædictis Capitulis expreſsè comprehenſi, durare mortua filia tertiogenita, ſcilicet, Donna Catharina matre Comitis Racudiæ, ibidem propter illum excluſa, ac ſi hodie viveret; quia jus, quod ille habuit ex capite invitativo ad ſucceſſionem in concurſu amitæ; non poteſt amitti ob ipſius mortem concurrente ejus filio eadem ratione excluſo, cum prælatio prædicto Comiti conceſſa uti filio ex ſecundogenito, fundetur in agnationis favore, quem filius fœminæ excluſæ diſrumpere non valet, utpotè deſcendens ex eadem infecta radice, optimè ad propoſitum *Anton. Faber de errorib. dicta decad.* 28. *error.* 10. *num.*10. ibi, *at qui non poteſt filia facere, ut hic nepos videatur filius maſculus teſtatoris, quandoquidem nec illa ipſa maſculus eſt, ut nec ipſe fœmina*, quod præſentetar *Tiraquell. de primog. quæſt.*12. *ex num.*6. & demum facit regula communiter à Doctoribus tradita, quod excluſa fœmina propter maſculos, ejus omnes deſcendentes cenſentur excluſi, *cap.* 5. *hoc autem notandum, de his qui feudum dare poſſ.* & poſt *Joan. Andr. in cap. ad Apoſtolica de ſent. & re judic. lib.*6. *& in addit. ad ſpeculat. tit. de teſtam. circa finem*, tradunt *Bald. Aretin. Claudius de Seiſel Caſtrenſis*, & alii apud *Peregr. de fideicom. art.*26. *ex num.*4. *Menoch. conſ.*172. *ex num.*15. *Tiraquel.* ubi ſupra à *num.*12. & poſt *Palacios Rub. Cifuentes, & Greg. Lop. Molina dicto lib.*3. *cap.*5. *num.*45. *& 46. Altieres de majorat.* 2. *parte quæſt.*6. *n.*220. *Giurba de feud* §.1. *Gloſſ.*8. *n.*16. *in fin. &* §.2. *gloſſ.*6. *num.*6. *cum adductis ſupra num.*370.

395 Et quamvis ex adverſo dicebatur, Racudiæ Comitem, non venire ad ſucceſſionem repræſentativè ex perſona matris, ſed ex ſua propria perſona uti maſculus deſcendens à primis feudorum acquiſitoribus, ob idque juxta communem diſtinctionem (de qua poſt *Cardin. Mantic. de conject. lib.*8. *tit.*18. *num.*49. *& lib.*11. *tit.*20. *num.*7. *Guttier. lib.* 3. *practicar. quæſt.*67. *num.*20. *Menoch. conſ.*802. *num.*61. *& 62. lib.*5. *Rota deciſ.*15. *num.*6. *& 7. parte* 2. *diverſorum Gregor. Lop. in l.*3. *tit.*13. *part.*6. *gloſſ. magna quæſt.*22. *verſ. Sed an excluſis Molina lib.*3. *cap.*5. *num.*39. *& 41.* & alios quos refert *Hondod. conſ.*72. *num.*42. *cum ſeqq. lib.*1. teſtantur *Addentes Molina dicto lib.*3. *cap.*5. *num.*51. *verſ. in qua materia*, & alii laudati à *Caſtillo Sotomajor. lib.*2. *controverſ. cap.*4. præferendum eſſe dicto Comiti Mazareni, quem in pari gradu, & ſexu præcedebat ætate, non obſtante, quod illius mater eſſet excluſa, ſi forte concurreret cum prædicto Comite ejus nepote.

Tamen huic difficultati, quam ad hunc locum ſupra *num.*371. reſervavimus, nunc ſatisfacimus; & dicimus non obſtare ſupradictis; quia omnes DD. dicentes filium fœminæ excluſæ poſſe ſuccedere in primogenito ſi ex perſona ſua ad ſucceſſionem veniat, loquuntur, expreſsè, & intelligendi ſunt, eo caſu, quo filius ex propria perſona independenter à matre, vocationem habet, veluti cum excluſis fœminis, vocantur deſcendentes maſculi, & nec expreſsè, neque ex indubitatis conjecturis deducitur, habitum fuiſſe reſpectum ad agnationem conſervandam, ſed ſolum ad nudam maſculinitatem, in quibus terminis, tam ſupra citati duobus numeris præcedentibus, quam alii permulti,

Digitized by Google

multi, quos longum eſſet recenſere, firmant maſculum ex fœmina excluſa, de meliori linea, & gradu, debere ſuccedere, ad excluſionem agnati remotioris, quia venit ex perſona ſua, & ex propria vocatione. At quando habitus eſt reſpectus ad agnationem, nullus ex eis dicit, nec dicere poteſt maſculum ex fœmina (qui cognatus eſt) habere vocationem in concurſu maſculi ex maſculo agnato, imò omnes fatentur illum non habere, nec poſſe ſuccedere quantumvis proximior & de meliori linea exiſtat, cum non habeat qualitatem ad ſuccedendum requiſitam ex perſona ſua, nec ex perſona matris, per quam prætendit prærogativam primogenituræ, & continuationem lineæ, nam ut inquit *Bald. in l.maximum vitium,num.4.C.de liberis præteritis*, licet in filio mutetur ſexus, non tamen mutatur qualitas, & ratio excluſiva, & in ſententia *Pauli de Caſtro conſ.241. n.5.lib.1.* eſt major ratio excluſionis filii, quam matris; ille enim eſt cognatus, hæc verò agnata, & ideò ſolummodo non admittitur, quia principium dat alteri diverſæ familiæ dictæ *l. pronunciatio ad fin. ff. de verb. ſignific.*

396 • Undè in caſu iſtius litis nihil proficit Racudiæ Comiti dicere, quod venit ad ſucceſſionem ex perſona ſua, & non ex perſona matris, quia ut jam ſæpiùs diximus, per noſtra capitula conſideratur agnatio; cujus ratio expreſsè aſſiſtit nepoti in concurſu amitæ, propter eum excluſæ, & hæc excluſio eidem favorabilis, durat eo vivente, non ſolum reſpectu prædictæ amitæ præmortuæ, ſed etiam reſpectu filiorum ejus, fortiori ratione cum ſint cognati, & gradu remotiores, qui cum non habeant vocationem in concurſu agnatorum ſaltem in pari gradu, imò ſint excluſi de jure feudorum incorrecto per noſtras conſtitutiones quidquid ſit quando proximiores reperiuntur, non poſſunt ex perſona propria ad ſucceſſionem venire: Ac ideò abſque ulla dictorum capitulorum extenſione: Comes Mazareni præcisè excludit dictum Racudiæ Comitem, tam ex perſona ſua, quam ex perſona matris, juxta ſuperius dicta, quæ non debilitantur contraria iſta oppoſitione.

Quæ omnia attendentes, & præ oculis illud præcipuè habentes, quod dictus Comes Mazareni; uti maſ- 397 culus ex maſculo, eſt admiſſus ad ſucceſſionem prædictorum feudorum; tum ex expreſſa Juris feudalis, & communis diſpoſitione: tum ex Regni conſtitutionibus, ac Capitulis; Dictus verò Racudiæ Comes nepotè maſculus ex fœmina excluſus de Jure communi; ſolum per dicta noſtra Statuta miſerationis cauſa, eſt in ſubſidium vocatus ex perſona matris, quæ fuit habilitata: Nobis viſum eſt ex hoc ſolo capite, & qualitate agnatitia (quando tot aliæ in ſuperioribus articulis compoſitæ penitus ceſſarent) verum, & legitimum illorum ſucceſſorem illam debere declarari, illique manutentione concedi, virtute capituli 43. Invictiſſimi Regis Ferdinandi continuantis poſſeſſionem in hæredem ſcriptum, & verum de Jure ſucceſſorem in feudis (qualis eſt prædictus Mazareni Comes ex teſtamento ultimæ poſſeditricis, inſtituentis eum, qui de Jure ſuccedere debet.) Quia dum concurrit excluſus de Jure feudorum, & tantum vocatus in ſubſidium; cum ſimpliciter admiſſo, & vocato tam illo jure, quam per Regni Capitula; certè quidem ille vocatus in ſubſidium intelligi debet vocatus ordine ſucceſſivo poſt illum, qui etiam de Jure admiſſus eſt, quandoquidem in pari gradu, jus illud remanſit per dicta Capitula incorrectum, & per alia noviſſima aliquantulum ampliatum, quoties militat ratio agnationis conſervandæ; Idcitcoque cum qualitas ſexus potentior ætatis qualitate, nihil refert, quod in hac vincat, qui in illa vincitur; imò ob ejus defectum non eſt vocatus, nec poteſt concurrere, ſicut nec ejus mater, per quam fuit admiſſus. Et ſic concludimus in præſenti Articulo.

ARTICULUS V.

Principes de la Trabia & Reſuttana, qui ad cauſam venerunt prætendentes manutentionem in poſſeſſione Status, & Marchionatus Mirelli non habent bonum jus in hoc judicio, ac ideo juſtiſſimè fuit unicuique eorum denegata manutentio dicti Status: ſalvis juribus ad judicium plenarium & petitorium.

DIximus ſupra Artic. 2. ex num.23. non liquidò 398 conſtare, cui ex aſcendentibus iſtius familiæ de Barreſi, & ſub qua forma conceſſam fuiſſe Terram, & Baroniam Militelli, ſed ſolum ex aliquibus ſcripturis deprehendi, quod fuerit conceſſa in anno 1393. per inclytum Regem Martinum, Blaſco Barreſi, & deinde Antonello ejus filio, pro ſe, & hæredibus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, & quod à Blaſco primogenito dicti Antonelli, uſque ad Don Vincentium Barreſi, qui obiit anno 1567. abſque filiis, & cui ſucceſſit Donna Catharina ſoror, nupta poſtea Don Fabritio, Buteræ Principi, fuit ſemper continuata ſucceſſio de primogenito in primogenitum directæ lineæ, & omnes ſucceſſivè Inveſtituras acceperunt probata morte Anteceſſoris, & primogenitura ſucceſſoris, juxta tenorem ſuorum privilegiorum, nullo alio expreſſo, ut conſtat ex Inveſtituris in proceſſu exhibitis.

Nunc autem pro iſtius Articuli faciliore expeditione, arbore promiſſo (de quo folio præcedenti.) Sup- 399 ponendum eſt in facto, quod in anno 1568. poſſidente dicta Terra, & Caſtro Militelli, præfata Donna Catharina Barreſi, uti hærede D. Vincentii fratris virtute ipſius teſtamenti, & prout diximus dicto 2. *Artic. num.15. & 26.* Blaſcus Barreſi Principis de la Trabia Proavus, tentavit in hac R. M. C. rei vendicatoriam dicti Status contra dictam Donnam Catharinam, aſſerendo ad ipſum pertinere, eo quod dictus Antonellus, Blaſci, primi acquiſitoris filius, per ſuum ſolemne teſtamentum confirmatum poſtea per Dominum Regem Alphonſum in anno 1444. diſpoſuerat, & ordinaverat, quod in dicta Terra, & Caſtro ſuccederent, Blaſcus ejus primogenitus, & omnes alii primogeniti maſculi, ex eo deſcendentes in infinitum, fœminis ſemper excluſis, & quod in defectum maſculorum de linea directa Blaſci ſuccederet maſculus primogenitus de linea ſecundogenita, & ob iſtius defectum devolveretur ſucceſſio ad maſculum primogenitum de linea tertiogenita; Et ſi primogenitus iſtius tertiæ lineæ decederet ſine filio maſculo, poſſet ſuccedere ejus filia, & ex ea maſculi deſcendentes: illa verò abſque filiis maſculis defuncta, transiret ſucceſſio ad filiam primogenitam de directa linea dicti Blaſci, & ad filios maſculos ejuſdem. Quibus extinctis, ſuccederet filia primogenita de linea ſecundogenita, ejuſque filii & deſcendentes maſculi; ita tamen, quod tales deſcendentes ex fœminis, deberent ſe cognominare de Barreſio; quibus omnibus defectis vocaverat filios ſecundo, & tertiogenitos ipſius Antonelli teſtatoris, eorumque deſcendentes, ſervato eodem ordine primogenituræ.

Sub qua diſpoſitione, dixit, ſucceſſionem dicti 400 Status perveniſſe ad Joannem Baptiſtam, Barreſi nepotem ex filio primogenito dicti Blaſci, à quo Joanne Baptiſta proceſſiſſe Antonium filium primogenitum; Nicolaum ſecundo, & Blaſcum tertiogenitum; Ex Antonio, Carolum, ex hoc Carolo Vincentium & Catharinam: ex Nicolao ſecundogenito, Franciſcum, & ex hoc Carolum & Beatricem: Et quia dictus Vincentius deceſſerat abſque filiis, & ex dicto Nicolao ſecundogenito ſolum remanſerat, Beatrix, aſſeren-

bat prædictus Blaſcus, ad ipſum uti maſculum tertiogenitum dicti Joannis Baptiſtæ ſpectare ſucceſſionem, excluſa prædicta D. Catharina, quam ut injuſtam, & intruſam poſſeditricem, petiit condemnari ad reſtitutionem dicti Status cum fructibus à die indebitæ occupationis.

401 Inter alias ſcripturas ad effectum miſſas præſentavit prædictum aſſertum Teſtamentum Antonelli Barreſi conditum (ut ſupponitur) Militelli, die prima Martii xi. Ind. anno 1431. per acta Notarii Antonii de Stephano, tranſumptatum ſemel, & iterum abſque citatione intereſſe habentium, & cum aliis defectibus, de quibus infra ſuo loco; ac etiam edidit prædictum Privilegium Domini Regis Alphonſi de anno 1444. in quo enunciativè dicitur, quod confirmatur teſtamentum Antonelli Barreſi, in quo diſpoſuit de prædicta Baronia Militelli; ſed non calendatur tale teſtamentum, nec dicitur coram quo Notario fuit confectum.

402 Ex parte dictæ Donnæ Catharinæ conventæ, inter alia fuit oppoſitum de falſitate prædicti aſſerti Teſtamenti per viam cedulæ denunciatoriæ, & interrogatoriæ, ut dictus Don Blaſcus reſponderet, an eo uti vellet pro vero, & authentico: Cum proteſtatione illum accuſandi criminaliter de uſu falſorum inſtrumentorum; ſed cum non reſpondiſſet ſimpliciter affirmando, prout de Jure tenebatur, fuerunt ab utraque parte diverſæ cedulæ præſentatæ, & formatus fuit Articulus, qui demum remanſit indeciſus, eo quod præfatus Actor directè reſpondere recuſavit, & cauſa in negotio principali concluſa, in illo ſtatu fuit relicta.

403 Moritur deinde prædictus D. Blaſcus inſtituto hærede univerſali D. Joanne Barreſi ipſius filio primogenito, qui non curavit præfatam litem proſequi, & denique deceſſit abſque filiis maſculis, unica relicta filia Donna Eliſabetha Barreſi, quæ patri extitit hæres univerſalis, ex qua natus eſt D. Octavius Barreſi, & Lanza Princeps de la Trabia ipſius primogenitus & hæres, unuſque ex oppoſitoribus, qui nec in vita matris, nec poſt illius mortem uſque quo dicta Donna Margarita ab Auſtria, & Branciforte naturæ debitum ſolvit, de prædicta lite rei vendicatoria recordatus éſt, imò illa derelicta, & multis menſibus poſt introductam cauſam inter dictos Comites Mazareni, & Racudiæ venit ad illorum excluſionem, prætendens manutentionem dicti Status Militelli.

404 Præſentavi inter alias ſcripturas ad effectum miſſas, ſimplicem copiam prædicti teſtamenti extractam ex conſimili dicti proceſſus ſuper rei vendicatoria prædicti Status ab eodem Principe in ipſius Domo conſervati (originalis enim non fuit repertus in Archivio iſtius M. R. C. ſed amiſſus, & deperditus, & non potuit conſtare, an facto, & culpa cujuſdam Advocati & Procuratoris prædictæ Donnæ Margaritæ, an ob calliditatem alterius Agentis, & Sollicitatoris dicti Principis; de utroque namque fuit nobis facta informatio per fidem Archiviarii, & nonnullas teſtium depoſitiones tunc temporis receptas, ex quibus valdè dubia remanſit dicti proceſſus amiſſio, & cujus facto contigerit, quod in prædicto ſummariiſſimo judicio non licuit examinari, ac etiam alteram copiam dicti privilegii Sereniſſimi Regis Alphonſi de anno 1444. in forma probante; pariterque aliam copiam teſtamenti prædicti Blaſci Antonelli primogeniti de anno 1455. in quo enunciative fit mentio de præfato Antonelli ſui genitoris teſtamento, abſque deſignatione datæ, diei, menſis, anni, & Notarii.

Et virtute prædictarum ſcripturarum petiit manu-
405 teneri in poſſeſſione dicti Marchionatus, dicens ſe eſſe verum, & legitimum ſucceſſorem, utpote pronepotem dicti D. Blaſci Barreſi maſculum de linea maſculina dicti Joannis Baptiſtæ primogeniti de linea directa Blaſci primi vocati, in eumque, ob defectum aliorum maſculorum de prædicta linea Joannis Baptiſtæ, nempe Antonii, & Nicolai, ipſius filiorum, continuatam fuiſſe dictam poſſeſſionem ex noſtro ſtatuto continuante (de quo pluries in præcedentibus Articulis,) & ex teſtamento prædictæ Donnæ Margaritæ ultimæ morientis, quæ dum illum in dictis Statibus, & feudis particularem hæredem inſtituit, qui de jure ſuccedere deberet, ipſum Principem inſtituere velle judicari debebat, cum ipſe eſſet verus, ac indubitatus de Jure ſucceſſor, ſtante prædicto teſtamento, per quod ſucceſſio regulanda erat.

Deinde venit ad idem manutentionis Judicium Don 406
Joſeph Barreſi, & Napoli Princeps Reſuttanæ, prætendens dicti Marchionatus manutentionem ad excluſionem tam dicti Principis de la Trabia, quàm dictorum Comitum Mazareni & Racudiæ, & dixit ad illum ſpectare ſucceſſionem, eo quod eſſet maſculus deſcendens ex Nicolao filio ſecundogenito prædicti Joannis Baptiſtæ, a quo proceſſerant Franciſcus, & ex eo Carolus, & Beatrix ipſius filii, & quod tempore mortis dicti Don Vincentii primogeniti de linea directa maſculina dicti Blaſci, remanſerant vivus dictus Carolus primogenitus Franciſci de prædicta ſecunda linea maſculina, (prout vixit uſque ad annum 1618.) ideoque eidem Carolo, & non Blaſco tertiogenito ex dicto Joanne Baptiſta, fuerat debita, & delata ſucceſſio excluſa prædicta Donna Catharina, & quod ob mortem dicti Caroli abſque filiis ſucceſſerat prædicta Beatrix ejus ſoror, quæ vixerat uſque ad annum 1639. quo tempore deceſſerant prædicti Blaſcus, & Joannes ejus filius, nulluſque extiterat maſculus de tertia linea, ad quem ſucceſſio prædicta tranſire poſſet, & ob mortem Beatricis, fuerat devoluta ſucceſſio ad dictum Principem ejus nepotem ex filia unica Donna Eliſabetha illius matre, qui nunc temporis natus non erat, & primogenitus. Ad quam fundandam intentionem præſentavit eaſdem ſcripturas, teſtamenta & privilegium, quorum ſupra meminimus in eadem forma, & prout fuerunt editæ per Principem de la Trabia.

Fuit denique per utramque partem de legitima- 407
tione perſonarum earumdem ſufficienter edoctum, quoad deſcendentiam ab illis perſonis, per quas ſuccedere prætendebant, in quo omnes litigantes extiterunt concordes.

Et in eo extitit diſcordia, quod dicti Comites Mazareni, & Racudiæ excipiendo dixerunt, prædictos Principes de la Trabia, & Reſuttana non eſſe audiendos eiſque manutentionem denegandam; tum quia prædictum teſtamentum Antonelli Barreſi non erat authenticum, ſed ſimplex copia alterius copiæ abſque aliqua comprobatione, & vehementiſſimam patiebatur falſitatis præſumptionem, ſicque non debebat admitti in ſummariiſſimo manutentionis judicio ad regulandam dicti Status ſucceſſionem; tum etiam quoniam incredibile erat Donnam Margaritam voluiſſe inſtituere in ſuo teſtamento dictum Principem de la Trabia, cujus Proavus tentaverat ab ea, & ſuis Anteceſſoribus evincere dictum Statum Militelli, ſe confitendo injuſtam poſſeditricem, & obligando ſe ad fructuum perceptorum reſtitutionem; ex quo deſcendebat non habere pro ſe dictum Principem, Statutum continuans poſſeſſionem in hæredem; & hanc eandem exceptionem per conſequens patiebatur dictus Princeps de Reſuttana, qui infringebat Jus, quos poſſederant dicta Donna Margarita, & ſui; tum denique ex aliis multis capitibus & cauſis, quas ne otioſe longiores ſimus, omittimus.

Inter dictos vero Principes de la Trabia & Reſutta-
na, contentio erat ſuper prælatione linearum, ille 408
enim ajebat ipſius lineam, (licèt tertiogenitum ex Joanne Baptiſta communi ſtipite) præferendam eſſe

iſtius

Digitized by Google

iſtius ſecundæ lineæ; quia quamvis Don Joannes ipſius Avus deceſſerat ſine filiis maſculis, tamen cum hic eſſet ultimus maſculus de prædicta tertia linea, ad quem per mediam perſonam dicti Blaſci ſui patris ſucceſſio fuerat devoluta, tranſmiſit illam ad filiam Eliſabetham, dicti Principis Trabiæ matrem, ex diſpoſitinne expreſſa dicti Antonelli teſtatoris; & prædicta Eliſabetha ad eundem Principem filium, etiam expreſſè vocatum, uti in conditione poſitum, ſi ſine liberis maſculis deceſſiſſet; Juxta ſupradicta *num.* 399. Hic autem de Reſuttana aſſerebat præferendum eſſe, eo quod in ejus ſecundam lineam, (ſcilicet deſcendentem à prædicto Nicolao) ſucceſſio ob mortem Don Vincentii fuerat devoluta, & non poterat tranſire ad Blaſcum tertiogenitum, ſtante quod in dicta ſecunda linea reperiebatur maſculus de linea directa maſculina Blaſci primi vocati, qualis erat dictus Don Carolus nepos prædicti Nicolai, fortius cum dictus Carolus vixiſſet uſque ad annum 1618. quo tempore defecti erant omnes maſculi de prædicta tertia linea Blaſci, & ſolum extabat dicta Donna Eliſabetha mater Principis Trabiæ, ad quam non poterat tranſire ſucceſſio, cum nondum ejus linea fuiſſet ingreſſa; quo caſu tantummodo habebat vocationem uti filiam ultimi poſſeſſoris, & de prædicta linea ingreſſa, ac per conſequens nec ad ejus filium Principem Trabiæ. Ideo dubio procul, ob mortem dicti Caroli debebat ſuccedere dicta Beatrix ejus ſoror, Avia dicti Principis Reſuttanæ, quæ erat de linea ingreſſa, & à nullo poterat excludi maſculo, de prædicta tertia linea jam defecta, & ob mortem dictæ Donnæ Beattieis aviæ defunctæ in dicto anno 1639 ad ipſum jam natum ſucceſſio ſpectabat, utpotè ejus nepotem maſculum ex filia Donna Eliſabetha.

410 Hæc in facto, qua potuimus brevitate prælibavimus, quia conducunt ad celeriorem expeditionem eorum, quæ nunc dicemus. Licet enim multa incidunt diſcutienda pro juſtificatione noſtri Decreti, per quod dictis Principibus, prædicti Marchionatus manutentio fuit denegata, & Mazareni Comiti conceſſa; tamen ſuppoſito facto jam præmiſſo, in quo ſubſtantialiter eſt comprehenſum totum, quod in effectibus, & ſcripturis ab utraque parte prolixè fuit involutum, paucis agemus, ne in negotio adeò fundamentis deſtituto, tempus dilapidando Tuæ Catholicæ Maj. Prudentiſſimos, ac Conſultiſſimos Senatores tædio afficiamus.

411 Ad tria igitur capita reducitur ratio excluſionis prædictorum Principum Trabiæ & Reſuttanæ; Primo, quia teſtamentum Antonelli, per quod prætendebant regulari ſucceſſionem, non eſt authenticum, nec reperitur in forma probanti. Secundò, nam vocati non ſunt, ſeu inſtituti in teſtamento Donnæ Margaritæ ultimæ morientis, ac ideo habent pro ſe ſtatutum continuans, nec poſſunt admitti in hoc ſummariiſſimo Judicio. Tertiò, quoniam dato citra veri præjudicium, quod teſtamentum Antonelli fuiſſet verum, & ſolemne, & per illud præſens ſucceſſio eſſet regulando, competit ſine controverſia dictu Comiti Mazareni ſecundum illius expreſſas clauſulas, & pro nunc ſunt excluſi prædicti Principes omittimus diſputare, utrum Trabiæ Princeps poſſit venire ad hoc judicium pendente, & indeciſa cauſa rei vendicatoriæ tentatæ per Proavum Don Blaſcum tot retro annis, & quamvis ſit idem caſus, in cujus terminis loquitur *Don Franciſc. de Paz tract. de tenuta cap.* 42. concedimus eidem, quod potuerit id facere ex perſona ſua, & ex jure, quod pro nunc ei competere prætendit, ſed non repræſentativè ex perſona dicti Proavi, cujus qualitatem maſculinitatis de linea maſculina, non poteſt repræſentare, ſtante in medio ipſius matre, quæ non fuit ſucceſſibilis, ut eſt notiſſimum.

Quoad primum ſunt quamplura vitia, quæ prædi-
412 ctum patitur teſtamentum, non enim apparet Protocollum, ſeu matrix, aut imbreviatura: ex quo, quando alia non concurrerent, fidem, prædictum teſtamentum non meretur; ut probat expreſsè *Text. in authentic. de Tabellionibus*, ubi dicitur, quod non facto, aut facto, & non repertò Protocollo, inſtrumentum præſumitur falſum, *l. contractus, C. de fid. inſtr & l. publicati, C. de teſtam. Bald. in Rubr. C. de fide inſtrum. num.* 39. *poſt medium verſ. adde hoc verum*, quem refert & ſequitur, *Roman. in l. ſciendum, n.* 67. *verſ. attende tamen, ff. de verb. oblig. & conſ.* 174. *n.* 7. latè multis aliis laudatis *Don Gabr. de Parexa de inſtrument. edit. tit.* 1. *reſol.* 5. §. 1. *num.* 14. *parte prima*; & ſtante ſuſpicione falſitatis, qua dictum teſtamentum laborat ex oppoſitione contra illud facta per partes, tam in judicio rei vendicatorio, quam in præſenti ſummariiſſimo, præciſè debebat exhiberi Protocollum, ut ex eo veritas appareret, ut ex *l. final. C. de fid. inſtrum poſt Bartol. tradit Caſtrenſ. in dicta l. contractus num.* 14. *verſ. ſecundum vero, C. illo titulo: Parexa ubi proximè dicto num.* 41. *Farinac. de Falſit. quæſt.* 153. *ex num.* 133. *uſque ad* 145. quod ſine dubio procedit in præſenti cauſa, cum nec Protocolli amiſſio uſquam fuerit probata, juxta *text. in l. ſi creditor, 4. C. de pignorat. act. l. teſtium l. illata 4. C. de fid. inſtrum. d. l. publicati, & ibi Gloſſ. C. de teſtam.* junctis traditis à *Parexa ubi ſupra num.* 47. & licet ſimus in antiquis, hoc tamen non relevat, ut inferius probabimus.

Deindè non eſt exhibitum originale (hoc eſt pri-
mum exemplar, quod à matrice extrahitur per Nota- 413
tium, ſeu tabellionem à patribus rogatum, ut his quibus intereſt edatur, de quo loquuntur Jura in *l.* 2. *ff. de fid. inſtrum. l. fin. ff. quemadmodum teſtamenta aperiant. l. cenſus, & monumenta, ff. de probat. l.* 4. *& l. Pompon ff. famil. erciſc. cap.* 1. *de fid. inſtrum. Covar. Parlador. Caſtillo Sotomajor*, & alii laudati à *D. Gabriele Parexa de inſtrum. edit. parte* 1. *tit.* 1. *reſol.* 2. §. 2. *num.* 1.) ſed ſimplex copia alterius copiæ extractæ è prædicto conſimili, nullam habente authoritatem, nec comprobationem, & quod magis eſt teſtamentum prout fuit editum in dicta cauſa rei vendicatoria, eſt copia alterius copiæ, ſemel & iterum, abſque partis citatione tranſumptatum, ut ex ejus viſione ad oculum apparet; nam primo ſupponitur tranſumptatum dictum teſtamentum in anno 1527. ad inſtantiam Don Antonii de Barteſio per acta Notarii Matthei de Vitali terræ Militelli, & dicitur fuiſſe exemplatum, & ſumptum ex publico inſtrumento confecto, & celebrato manu egregii Notarii Antonii de Stephano ad perpetuam rei memoriam; & poſtea ad finem hæc verba reperiuntur. *Ex actis quondam Notarii Antonii de Stephano extracta eſt præſens copia præſentis teſtamenti per me Don Ludovicum de Paganella Notarium Apoſtolicum per abſentiam Notarii Patiſtide Paganella genitoris mei detentoris, & conſervatoris dictorum Actorum*, ex quibus colligitur non fuiſſe tranſumptatum teſtamentum originale extractum, & primo exemplatum à matrice manu Notarii Antonii de Stephano, apud quem aſſeritur fuiſſe celebratum, ſed ſolum copia ſimplex extracta manu cujuſdam Notarii Apoſtolici abſque ulla ſolemnitate.

Imò ultra contrarietatem, quæ viſibiliter legitur in 414
dicto principio, & fine præfati tranſumpti, eſt etiam notandum, quod in dicta cauſa rei vendicatoria non fuit exhibitum illud tranſumptum confectum manu Notarii Matthei de Vitali, ſed alia, quæ dicitur ex ejus actis extracta per Notarium Joannem Baptiſtam Bartulotra de Terra Militelli de ejus voluntate, & manu aliena in anno 11. Indit. 1567. & demum prædictum tranſumptum non fuit repertum in actis Matthei de Vitali, ut apparet per fidem Notarii conſervatoris actorum ejuſdem in proceſſu à partibus præſentatam, de qua infra.

Unde locum ſibi vendicat vulgaris & communis 415
regula, quod non eſt tribuenda fides copiæ, ſeu exemplo inſtrumenti ex *dicto cap.* 1. *de fide inſtrument. dicta*

l. ultima, ff. quemad. teſt. am aperiant. l. 2. ff. de fid. inſtrum. lex Regia Hiſpaniæ 1 c4. *tit.* 18. *parte* 3. *l.* 2. *tit.* 14. *part.* 6. *Covarr. pract. cap.* 21. *Parlad. quotid. lib.* 2. *cap. fin.* 1. *parte* §. 12. *limit.* 1. latè *Caſtill. controverſ. lib* 2. *cap.* 16 *ex num.* 51. *Don Franciſco de Paz de tenuta cap.* x0. *per totum*, latiſſimè *D. Gabriel de Parexa dicta parte* 4. *tit.* 1. *reſol.* 3. & 4. *per totum*

416 Quæ regula præcipuè procedit, quando (ut in præſenti) tot concurrunt, ex quibus ſuſpecta redditur prædicta exemplatio, & copia teſtamenti; omniaque deficiunt, quæ de Jure requiruntur ut exemplis inſtrumentorum credantur, non enim aderat juſta cauſa, illius tranſumptandi; cum ſupponatur tunc temporis conſervari matricem, ſeu Protocollum apud acta Antonii de Stephano, ex quibus poterat aliud exemplum ſumi, ſervatis ſervandis juxta *Textum in cap. cum Tabellio de fide inſtrum. Covarr. dicto cap.* x1. *num.* 2. & cum aliis *Parexa dicta reſol.* 3. § 3. *num.* 126. & ſic ob defectum cauſæ enervatur inſtrumenti tranſumptati fides *ex cap. fin. de inſtrum.* ibi *propter vetuſtatem, vel aliam juſtam cauſam, cap. cum dilecta de confirmat. utili, vel inutili,* ibi *prædicta privilegia quaſi jam vetuſtate conſumpta. Covarr. ubi ſupra, num.* 4. *verſ. requiritur.* Nec præceſſit citatio ſucceſſorum in dicta Baronia, aut ſaltem immediati, quibus D. Antonius Barreſi non poterat præjudicare exemplando dictum teſtamentum, & confitendo eſſe titulum ſuæ ſucceſſionis; Juxta Doctrinam *Bald. in l. fin. num.* 7. *C. de confeſſis, Peregr. de fideicom. art. fin. num.* 61. & hic citationis defectus efficit ut inſtrumentum non dicatur ſolemniter extractum, nec faciat fidem in præjudicium tertii latè pluribus (ut ſolet) laudatis, *Parexa dicta reſol.* 3. §. 3. *num.* 1x0. *cum ſeqq.* ubi materiam iſtius citationis optimè proſequitur; & denique ex dictis ſupra *num.* 413 & 414. deducitur multa alia defuiſſe, quæ præcitati DD. dicunt ſervari debere, ut exemplo alicujus Inſtrumenti fides in Judicio ſit præſtanda.

417 Nec obſtabit dicere (prout ex adverſo dicebatur) prædictum exemplum, ſeu tranſſumptum eſſe ſatis antiquum excedens tempus centum annorum, ex quo ſolo, illi fidem adhibendam eſſe autumabant, juxta tradita à *Boerio deciſ.* 36. *num.* 10. *verſ. & quamvis Afflict. deciſ.* x5. *n. fin Menoch. de præſumpt. lib.* x. *præſumpt.* 78. *num.* 11. *Covarr. Gratian. Maſca d. Azeved. Greg. Lopez, & Rot. Rom. apud Farinac.* quos refert *Parexa dicta reſol.* 3. §. x. *num.* 35. & 36.

418 Nam reſpondetur, verius eſſe non ſufficere ſolam inſtrumenti antiquitatem, ut fides ei ſit præciſè adhibenda, cum poſſibile ſit inſtrumenta confici, quæ antiqua videantur in data: & alia appareant ex inſpectione: attamen recenter ſcripta ſint, ut conſiderant *Aimon. de antiquit. temp.* 3. *parte*, §. *vidimus, num* 6. 7. & 8. & *ex Puteo deciſ.* 186. *num.* 2. *lib* 1. *Gratian. diſcept.* 554. *num* 38 & 41. *Ludoviſ. deciſ.* 393. *num.* 2. & 5. *Rota deciſ.* 187. *num.* 10 & 11. *tom.* 5. *in recent. edit. Anno* 1636. *Buratt. deciſ.* 290. *n.* 8. & *ibi additio litt. C. Farinac. deciſ.* 681. *num.* 1. *verſ. Et licet ſola data, parte* 1. *in poſthum.* tradit *Parexa dicta reſol.* 3. §. 2. *n.* 39.

419 Ideò ut inſtrumenta antiqua exemplata fidem mereantur, duo, vel ex iis unum debet neceſſario præcedere & probari; primum, uſus & obſervantia talis inſtrumenti, ex qua valde adminiculatur ex dictis ſupra *Artic.* 1. *num.* 12. cujus probatio ei incumbit, qui ſe in inſtrumento fundat. *Abbas in cap.* x. *in fin. de cenſib. Felin in cap. cum Bertoldus, num.* x6. *de re judicata Rota deciſ.* 294. *num.* 4. & 8. *Ruin. conſ.* 104. *num.* 15. & *ſeqq. lib.* 5. *Alex Ludoviſ* & alii plures, quos refert, & ſequitur *Parexa dicta reſol.* 3. §. 3. *num.* 138. qui omnes aſſeverant non ſufficere, quod probetur obſervantia in genere, vel æquivocè, ſed ſpecifice in caſu, quo inſtrumentum loquitur. Secundum, quod adſint teſtes deponentes de notariatu per famam, vel exhibeantur alia inſtrumenta confecta ab eodem Notario, de quo dubitatur, ut probatio fiat per comparationem, ex *Bald. in l. comparationes, num.* 13. *C. de fide inſtrum. Aimon. de antiquit. dicta* 3. *parte ſect.* 1. §. *vidimus, num.* 8. & *ſeqq. Afflict. deciſ.* x51. *in fin. Maſcard. de probat. concl.* 1067. *num.* 12. *Gratian. diſcept.* 554. *num.* 38. & 39. & cum eis *Parexa dicta reſol.* 3. §. 2. *n* 40. & §. 3. *n.* 60. 61. & 62.

Quod totum deficit in caſu noſtro; quia prædictum teſtamentum non apparet, quod fuerit obſervatum; 420 imò nec præſentatum in judicio; niſi in prædicta cauſa rei vendicatoria, in qua cum fuiſſet oppoſitum de falſitate, ſeu non exiſtentia illius; non fuit deciſum, nec purgata præfata exceptio & copia in hoc judicio præſentata non conſtat, ſi eſt conſimilis illi, quæ in dicto proceſſu edita fuit, & nullum aliud inſtrumentum eſt exhibitum, nec exhiberi poteſt ad faciendam comparationem litterarum, cum non appareat exemplum originale, nec illud tranſſumptum, quod confectum dicitur à Matthæo de Vitali, & demum de tot Notariis, per quorum manus dictum inſtrumentum exemplatum prætenditur, præcipuè de illo de Paganella, qui dicit illam copiam extraxiſſe ex actis Antonii de Stephano, cum eſſet Notarius tantum Apoſtolicus, non eſt probatus notariatus.

Præter quam quod, ex abundanti (prout & præcedentia quæ tantum iſtios Articuli exornandi cauſa 421 ſcribimus) proponimus; prædictum teſtamentum, adminiculo antiquitatis non eſſe fulcitum; nam licet ab ejus confectione lapſi ſint pluſquam anni ducenti: tamen exemplum, quod præſentatum ſupponitur in dicta cauſa rei vendicatoria, eſt recentiſſimum, nempe de ann. 1567. anno uno ante initium illius litis; à qua ad præſens ejus fides enervata invenitur, & quando computetur tempus ab eo anno in quo dicitur tranſumptatum per acta Matthei de Vitali; hoc contigit in anno 1527. quadraginta annis elapſis ante prædictæ litis ingreſſum, & inſtrumentum non fuit extractum illo tunc, per manus dicti Notarii, ſed illius Bartulotta in dicto ann. 1567. ſicque evidenter perſpicitur, antiquitatis fomentum non habere.

Nec revelat, quod in prædicta fide, de qua ſupra 422 *num.* 414. dicitur deficere acta dicti Notarii Matthei de Vitali à die 14. Maii 15. Indit. 1527. uſque ad diem 12. Septembris ejuſdem anni, quo medio tempore ſupponitur fuiſſe tranſſumptatum ſcilicet 15. Junii illius anni, & quod hæc actorum occultatio, & ſubreptio attribuenda eſt dicto Don Vincentio Barreſi, Militelli Domino, & ejus ſorori Donnæ Catharinæ, quæ ut ſuam conſervaret poſſeſſionem, intereſſe habebat in prædicta occultatione, juxta *text. in l.* 2. §. *divus, ff. de Jure fiſci*, ibi, *& ea ſubtracta eſſe creduntur, quæ nocitura cauſa ejus fuerint*, ubi *Gloſſ. & Bart. num.* 3. *Cravetta conſ.* 134. *num.* 27. & *conſ.* 178. *num.* 5. *lib.* 1. *Farinac. deciſ. Rota* 418. *num.* 5. *tom.* 2. *recent.* qua ratione & etiam Donnæ Margaritæ, & ſuis prædeceſſoribus (inquiunt) eſt imputanda ſubtractio proceſſus dictæ cauſæ rei vendicatoriæ.

Nam ſit ſatis hanc objectionem, (quæ ſolum fun- 423 datur in præſumptione juxta præcedentes Doctrinas) excludi multis aliis conſiderationibus; quia ſi prædictum teſtamentum ſubtractum fuiſſet ex actis dictis Notarii de Vitali deficerent totum regiſtrum, vel aliqua folia, ſed non inſtrumenta conficienda, aut confecta per quatuor ferè menſes, prout in fide concluditur, quo tempore poſſibile eſt, quod non in prædicta terra ob ejus exiguam vicinitatem, abſentiam, vel infirmitatem Notarii, nulla conficerentur inſtrumenta, & ſic prædicta fides non probat per neceſſe, ſubtractionem dicti inſtrumenti, quia non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, juxta vulgares regulas.

Deinde quia ſi verum eſt, quod Adverſarii affirmant, ſcilicet, prædictum teſtamentum extitiſſe penes 424 acta dicti de Vitali (quod Mazareni, & Racudiæ Co-

mites

mites diffitentur) non poteſt ejus ſubtractio imputari dicto Don Vincentio, nec ejus ſorori Donnæ Catharinæ; imò nec alicui ex Anteceſſoribus, dicti Caſtri poſſeſſoribus, & patet, nam copia illius, quæ edita fuit per Blaſcum Barreſi in dicta cauſa rei vendicatoria fuit exemplata, (ut ſupponitur) per Notarium Joannem Baptiſtam Bartulotta, qui dicit illam extraxiſſe ex actis Matthei de Vitali, & hoc in prædicto anno 1567. quo tempore mortuus fuit dictus Don Vincentius, dictaque ejus ſoror in Baronia ſucceſſit, & illius pacificam poſſeſſionem apprehendit, ut diximus in *primo Artic. num.* 25. *&* 26. Ergo ſi tunc temporis fuiſſet apud acta dicti de Vitali, proculdubio non potuiſſet ſubtrahi à prædicto D. Vincentio antea defuncto, & conſequenter non fuerat ſubtractum per ejus Anteceſſores; nec credibile eſt hoc facere potuiſſe Donnam Catharinam, quæ bona fide, & virtute literarum iſtius M. R. C. in poſſeſſionem eſt ingreſſa, & non fuit pulſata in judicium uſque ad annum ſequentem 1568. quando jam (ut aſſeritur) erat exemplatum prædictum teſtamentum per dictam de Bartulotta.

425 Ulterius, exceptio non exiſtentiæ talis teſtamenti, & cedula proteſtatoria præſervata ex parte Donnæ Catharinæ in prædicta cauſa rei vendicatoria, fuit recepta in anno 1569. ut conſtat ex actis in hoc judicio factis, duobus tantum annis elapſis poſt dictam exemplationem, quare ſi verum erat, prædictam copiam eſſe extractam ex actis Manbei de Vitali, apud quem fuerat tranſſumptatum originale, deberet dictus Blaſcus petere in M. C. quod concederentur litteræ parte citata, ut totum Regiſtrum, ac Protocollum adduceretur ad præſentiam Judicum, ex cujus viſione apparet veritas, ut jam notavimus; Vel in caſu, quo regiſtrum non fuiſſet repertum, vi & potentia Donnæ Catharinæ, querelam proponere contra dictum Notarium de Bartulotta actorum conſervatorem, ut illud exhiberet, aliave faceret ad demonſtrandam dicti Inſtrumenti occultationem, prout de Jure cavetur, quod quidem fortiſſimum præberet argumentum contra dictam Donnam Catharinam, & in ipſius Blaſci ſavorem ad obtinendum in cauſa.

426 At ſic eſt, quod tacuit, nolens directè reſpondere dictæ poſitioni, diffidendo de veritate dicti Inſtrumenti, & differendo litem: Ergo non eſt verum dicere, quod Donna Catharina illud ſubſtraxit & occultavit, & eadem ratione, nec præſumi poteſt ejus ſucceſſores hoc feciſſe, aut proceſſum dictæ cauſæ rei vendicatoriæ occultaſſe; nullum quipe damnum vitare, nullam utilitatem conſequi, ex tali occultatione prætendere poterant, quando actio, & prætenſio dicti Blaſci in illo tantum inſtrumento erat fundata, quo non exiſtente vero nec authentico [prout notorium erat non exiſtere] nullum illis præjudicium ex litis proſequutione, nec ex alia inſtrumenti virtute, prætenſione, poterat generari, ſicque non procedit præſumptio *d. l.* 2. §. *divus*, *ff. de Jure Fiſci*, cum aliis ſuperius adductis.

427 Potiùs autem ex dictis in præcedentibus numeris deducitur falſi ſuſpicione laborare dictam copiam extractam per prædictum de Bartulotta anno 1567. commentitiamque, & ſuppoſitam eſſe, dum in adeò exiguo temporis intervallo duorum tantum annorum, dictus Blaſcus ejus comprobationem, pulſatus omiſit, cum poſſet ſi vera eſſet, facillimè impedimentum removere, & victoriam litis adipiſci, quod non eſt credendum inconſultò feciſſe in cauſa ſic ardua, & magni momenti, ex quo magis evincitur Barones Militelli, non potuiſſe ſubtrahere inſtrumentum, quod non fuit in rerum natura.

428 Nec nurſos ad rem facit, quod in prædicto Privilegio Sereniſſ. Regis Alphonſi, & teſtamento Blaſci primogeniti dicti Antonelli fiat mentio de iſtius teſtamento, & ad illud relatio habeatur; nam licet dicatur hæc eſſe verba enunciativa diſpoſitivè prolata, probarique dictis duobus inſtrumentis antiquiſſimis & authenticis, ac facere plenam probationem, ut per Doctores in *cap. cum olim de cenſibus*, quos laudat & ſequitur, *Barboſ. in Collectanea ad illum textum num.* 6. *&* 7. & poſt eum *Parexa dicta reſol.* 3. §. 2. *num.* 10. hoc ſolum probat, & concludit prædictum Antonellum feciſſe teſtamentum, & diſpoſuiſſe de dicto Caſtro, & Terra Militelli, formam autem illius teſtamenti, & diſpoſitionis nullatenus probat; nec concludit eſſe idem, quod ab adverſa parte aſſeritur conditum penes acta Antonii de Stephano, & poſtea tranſumptatum, & exemplatum per alios Notarios; de quo eſt dubitatio, & præſens quæſtio; cum non calendatum in dicto privilegio, nec in teſtamento Blaſci, & ideò prædicta enunciativa nullius ponderis eſt, nec adverſis partibus prodeſt, dum ſolemne, & authenticum teſtamentum non exhibuerint, juxta *Textum in authent. ſi quis in aliquo documento, C. de edendo ubi DD. Parexa tit.* 4. *reſol. unica*, §. 2. *à num.* 42.

429 Ex quibus omnibus deducitur prædictum teſtamentum non ſolum eſſe copiam, ſeu exemplum alterius exempli, ſed nullam mereri fidem uti de falſo ſuſpectum, & non habens veritatis fomentum. Ac ideò non debuiſſe admitti ad regulandam ſucceſſionem in præſenti ſummariiſſimo Judicio manutentionis juxta expreſſum *Textum in l. fin. C. de edicto Divi Adriani tollend.* ubi omnes Scribentes: ſicut nec ex illius textus deciſione admittitur in judicio, quod Hiſpani vocant de Tenuta, licet mixturam habeat proprietatis, ex *Molina de primogen lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 44. ubi *ejus Addentes Mieres de Majorat.* 3. *part. quæſt.* 17. *num.* 8. *Paz de Tenuta cap.* 26. *num.* 7. nec in remedio poſſeſſorio legis de Soria *Gregor. Lopez in l.* 2. *tit.* 14. *parte* 6. *Verbo carta de teſtamento*, nec in qualibet alia via executiva *Parlad. rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. parte* 1. §. 12. *limit.* 2. *num.* 14. latè *Don Gabriel de Parexa dicto tit.* 1. *reſol.* 3. §. 3. *&* 4. *per tot.* & in terminis ſummariiſſimi manutent. *Ludovi. Poſthius tit. de manut. obſerv.* 70. *num.* 1.

430 Et cum ille, qui manutentionem prætendit, teneatur probare ſe vocatum, & oſtendere ſcripturam teſtamenti, & fundationis authenticum, eo quod in hoc Judicio actoris partes ſuſtineat *l.* 2. *ff. de probationibus cum vulgatis*, & prædictum teſtamentum ejus viſione notoriè appareat non eſſe authenticam, otioſum eſt etiam diſputare, an in hoc judicio admittatur exceptio falſitatis, quam Advocati ex adverſo admitti negant, ſufficit enim pro nunc oſtendere non eſſe præſumptionem pro inſtrumento, ſed evidentiam contra illud, quo caſu admittenda eſt ex *Molina lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 68.

431 Quoad ſecundum, certum eſt non poſſe dictos Principes de la Trabia, & Reſuttana cenſeri vocatos, & inſtitutos in teſtamento Donnæ Margaritæ, etiam, quod verum eſſet, & authenticum prædictum aſſertum Antonelli teſtamentum, quia per illa verba, *ſuccedat, qui de jure ſuccedere debet*, intelligitur inſtitutus, & vocatus, qui ab inteſtato ſucceſſurus eſt: juxta *Textum in l. conficiuntur* 8. §. *fin.* cum aliis pluries in præcedentibus Articulis repetitis, & hic cenſetur ille, qui proximior defuncto, & in meliori linea, ejus mortis tempore invenitur ſecundum diſpoſitionem capitulorum Regni (prout probavimus in tertio Art.) quæ ut leges municipales, attendenda ſunt in ſuccedendo ex *Fuſario de ſubſtitutionib. quæſt.* 377. *num.* 2. qui multos laudant, & per ea eſt interpretanda voluntas ultimæ morientis, quæ cum eis in dubio cenſetur ſe voluiſſe conformare, ut per *Everard. Jun. conſ.* 14. *quæſt. unic. num.* 4. *vol.* 2. *& conſ.* 4. *vol.* 1. *num.* 36. *Amat lib.* 1. *reſol.* 10. *num.* 68. 69. *&* 70.

432 Prædicti autem Principes non ſunt proximiores, nec de linea ultimæ poſſeditricis, ſed remotiores, & de aliis

lineis inferioribus, pro nunc excluſis, & ex quo dictus
Trabiæ Princeps, & ſui Anteceſſores prætendebant in-
fringere titulum, quo dicta Donna Margarita Baro-
niam prædictam poſſidebat, aſſerendo illam injuſtam
fuiſſe poſſeditricem, incredibile eſt illum inſtituere vo-
luiſſe; ſicut nec Principem de Reſuttana, qui eodem
Jure, licet ex diverſa linea, prædictam impugnat ſuc-
ceſſionem, quia ut jam ſupra tetigimus, nulla erat
cauſa, ob quam ipſa fateri deberet, ſe injuſte poſſe-
diſſe, ſe condemnando ad reſtitutionem fructuum per-
ceptorum: ut in terminis conſiderat *Intrigliol. deciſ.*42.
*num.*8.9.*&* 10. qui hac ratione dicit deciſum fuiſſe in
Regno per M. R. C. ad ſavorem proximioris ultimo
morienti juxta prædicta Capitula.

Quibus non obſtat deciſio in cauſa Campifranci,
433 & alia cujus meminit *Milanenſ.deciſ.3. lib.*1. quia præ-
terquam quod jam ſcimus ſententias latas in dicta cau-
ſa Campifranci ad favorem Don Stephani Regii in
hac M. C. & in Conſiſtorio S. R. C. revocatas eſſe per
Tuum Supremum Italiæ Conſilium, & cauſam deci-
ſam ad favorem Donnæ Porſiæ Guaſcone uti proxi-
miori, & de linea defuncti Principis Don Antonini
Lucchiſi; ſumus in caſu diverſo; nam inſtitutio facta
à dicto D. Antonino fuit in his verbis concepta, *ſuc-
cedat is, qui de Jure ſuccedere debet juxta formam vin-
culorum, & fideicommiſſorum Anteceſſorum*: quo caſu
poterat cavillari potuiſſe teſtatorem, quod ſuccede-
retur vinculanti, & fideicommittenti; at in verbis, qui-
bus concepta fuit inſtitutio à Donna Margarita facta,
nempe *ſuccedat ille tantum, qui de jure ſuccedere debet*:
nulla datur occaſio cavillandi, cum teſtatrix ſibi ipſi,
& ſecundum juris diſpoſitionem ſuccedendum eſſe de-
claraverit.

Et hanc teſtatricis voluntatem clarius eliciebamus
434 (prout revera elicitur) ex ipſius teſtamento: ubi in
prædicta inſtitutionis clauſula cautè adjecit, ſe velle
quod ſucceſſor in dictis feudis teneretur ſolvere om-
nia onera, & debita ſuper ipſis impoſita, & non ſolu-
ta, tam pro tempore, quo illamet poſſedit, quàm de
tempore ante ejus poſſeſſionem: ſi enim agnoſceret
ſe injuſtam poſſeditricem, & non eſſe tutam in con-
ſcientia quoad Statum Militelli, velletque illud reſti-
tuere alio vero ſucceſſori, non illum gravaret, ut ſol-
veret onera impoſita, & credita per ipſam contracta,
ad cujus ſolutionem illa tenebatur, quandoquidem de-
bebat fructus reſtituere, & dictum Statum ab omni-
bus oneribus liberum reddere; quod evincit de hoc
non cogitaſſe, imò voluiſſe ſuum ſucceſſorem grava-
re, ad id, ad quod de Jure adſtrictus non erat, uti
illa, quæ de re propria, & juſtè poſſeſſa diſponebat
ad favorem ejus, qui eidem teſtatrici non alteri ſuc-
cedebat.

Unde pro conſtanti habuimus, nullum ex dictis
435 duobus principibus fuiſſe inſtitutum, & vocatum in
teſtamento ultimæ morientis, ac ideò quando prædi-
ctum aſſertum teſtamentum Antonelli fumum aliquem
veritatis habere poſſet, nobis viſum eſt non potuiſſe
illis manutentionem concedi virtute prædicti Statuti
continuantis, quod etiam in feudalibus hæredi ſcrip-
to tantum conceditur, aut ab inteſtato illi, qui pro-
ximiorem ſe, & de meliori linea probavit, ut appa-
ret ex dicto cap.43. Sereniſſ. Regis Ferdinandi, de
quo latè *Amat. lib.*1. *reſolut.*39. *per totam*, qui multos
laudat, & ex noſtratibus alii infra referendis, ſicque
illorum prætenſiones ad judicium plenarium eſſe re-
ſervandas.

Et licet per Advocatos ex adverſo (ſupponendo
436 prædictum Antonelli teſtamentum eſſe authenticum, &
in præſenti judicio admittendum) dupliciter replica-
batur. Primò nos verſari in poſſeſſorio mixto, eo quod
erat inſtitutus, qui de Jure ſuccedere deberet, quo
caſu de hærede liquido non conſtabat, & opus is ha-
bebat ſe talem demonſtrare ſecundum *Amat. dicta re-
ſolut.*39. *ex num.*123. quem Advocati ad id allegabant.
Secundo, quod in Regno ex receptiſſima praxi in iis
Supremis Tribunalibus non hæres ſcriptus (qui nul-
lam habet claram, & liquidam deductionem) ſed ve-
rus ſucceſſor, ſubſtitutus, ſeu fideicommiſſarius, pro
quo aſſiſtunt merita in ſummariiſſimo Judicio diſcu-
tienda, manuteneri jubetur: ſicuti teſtantur *Lana con-
ſil* 16.*n.*65. ubi *additio Milanenſ.deciſ* 3.*num.*147.*&* 150.
*lib.*1.*Cutell. deciſ.*27.*tom.*2. *Giurb.obſerv.*54.*n.*12. *verſ.
primus eſt*, *& Intrigliol.deciſ.*42.

Tamen in nihilo illis proficere judicavimus, nam
quoad primum ipſe *Amatus* in contrarium adductus, 437
inquit in *num.*124. quod quando probabiliter de vero
hærede non dubitatur, veluti ſi ex teſtamento conſtet
propter ejuſdem apertam, & apparentem fidem, vel
ab inteſtato compertum eſt, quis ſit verus ſucceſſor,
tunc poſſeſſorium merum, non mixtum cenſendum
eſt, & in his terminis Nos eſſe apparet, quia inter
contendentes de ſucceſſione ſunt duo, ſcilicet dicti
Comites Mazareni & Racudiæ. qui ſe fundant in te-
ſtamento claro, per quod inſtitutus eſt, qui de Jure
ſuccedere debet; qualis intelligitur, proximior habens
qualitates requiſitas in primis Inveſtituris, & Regni
Capitulis, abſque eo, quod probare habeant in facto
aliud præter deſcendentiam ab ultimo ſtipite, ad dig-
noſcendum gradum, & lineæ proximitatem de quo
in continenti potuit conſtare per ſcripturas publicas
(prout re vera conſtitit.) & ſic punctus Juris tan-
tummodo erat diſcutiendus, qui in Tribunalibus ſupe-
rioribus, dici non poteſt quod altiorem requirat inda-
ginem, ut in ſimili docent cum aliis *Salgad. de reg. pro-
tect.* 2.*parte quaſt.*18. *ex num.*50. *Carleval. de judiciis
tit. diſputat.*5. *num.*15.*cum ſeqq.* latè & optime *Argellus
de acquirenda poſſeſſ. quaſt.*2. *artic.*4.*ex num.*7. nec quod
in ejus deciſione ſit ſuperſedendum, eo quo alii oppoſi-
tores non poſſint de jure ſuo incontinenti docere,
oſtendendo ſe eſſe inſtitutos, aut vocatos; imò iſtorum
prætenſio debet in aliud judicium tanquam altiorem
requirens indaginem reſervari ex *l* 3.§ *ibidem, ff ad ex-
hibendum l. fin. ff.de compenſationib.* cum aliis adductis
ſupra *art.*1.*num* 14.

Quod autem ibidem dicit *Amat. dicto num.*123.125. 438
& ſeqq. nempe, quod quando dubium eſt, quis hæres
ſit, taliter, quod neceſſariò de jure dominii debeat
diſceptari ad fundandum quis ſit hæres, aut ſucceſſor,
& ſubſtantiandam cauſam poſſeſſionis; tunc poſſeſſo-
rium mixtum, non merum ſit dijudicandum; tam ad
admittendas probationes, longioreſque inducias con-
cedendas, quam appellationem, quo ad utrumque ef-
fectum amplectandam; & nullatenus eſt in Regno re-
ceptum; nam quoties prætenditur poſſeſſionis conti-
nuatio, & in ea manutentio, virtute prædicti Statuti
Sereniſſ. Regis Ferdinandi, ſemper dicitur poſſeſſorium
merum, & ut tale ſummariſſimè diſceptatur, nec in
eo appellatio ſuſpenſiva admittitur, & licet nonnun-
quam de meritis ſoleat diſceptari, hoc tantum permit-
titur ex æquitate ad confortandum poſſeſſorium, prout
dicemus num. ſequenti. Imò & ipſe *Amat.* non loqui-
tur abſolutè in terminis noſtri Statuti, ſed in aliis di-
verſis, ſcilicet *legis* 45. *Tauri*, & apud Hiſpanos, ut
exemplificat *num.*126. cujus legis remedium, licet ſit
ſummarium, & in eo admittantur exceptiones reſpi-
cientes proprietatem, dum incontinenti probari poſ-
ſint, altioremque indaginem non requirant, ut per
Molin dicto lib 3.*cap.*13. non tamen conceditur appella-
tio, nec ſupplicatio à ſententia in eo lata, quam de
Tenuta vocant ex nova *Pragm.an.*1593. *hodie lex* 5. *tit.*
19.*lib.*4.*nova recopil. videndus Paz de Tenuta cap.*4. *per
tot.* ſicque *Amati* doctrina non obſtat.

Secundum verò, quod prædicti Advocati replica- 439
bant, viſum eſt nobis non procedere in caſu iſtius litis,
quia DD. Regnicolæ ſupra laudati, quibus addi poſ-
ſunt in terminis *D. Franciſc. de Paz de Tenuta*, *cap.*33.

per

per tot. Neguerol. alleg.26. num.329. Fontanell. de pactis clauſ.7. Gloſſ.3. parte 10. num.78. & alii, quos referunt, & ſequuntur *Capi. Latr. deciſ.108. lib.1.num.45. Theodor. alleg.18. num.70. & 71. Urſill. ad Afflict.deciſ.364. ad fin.* loquuntur, quando merita aſſiſtunt ſubſtituto, aut fideicommiſſario, & ſunt adeò clara, quod nulla ex cauſa turbidari poſſunt; Hæres verò in Teſtamento ſcriptus, nihil habet opponere contra illius immiſſionem, & certo certius apparet ipſum in proprietate nullum fovere jus, quo caſu cum dolo faciat, qui petit, quod ſtatim reſtitoturus eſt, & circuitus ſit vitandus, juxta vulgares regulas, manutentio fideicommiſſario, aut ſubſtituto verbis directis conceditur, ut per *Amat. dicta reſolut.39. num.149. cum ſeqq. & num.179.* quod quidem, in caſu noſtro clarè conſtat locum habere non poſſe, cum dicti Principes, qui ſe ſubſtitutos, aut vocatos dicunt, non doceant quod ſuæ intentionis fundamentum eſt, & eorum prætenſio, non ſolum turbida, ſed evidenter frivola ex ſuperius dictis appareat.

440 Denique quoad tertium, ut penitus dirura dictorum Principum oppoſitio remaneat, pro vero præſupponimus, nullum hodie extare maſculum agnatum ex linea directa maſculina Blaſci primi vocati, nam prout ex Arbore conſtat, & diximus ſupra in facti narratione, ultimus maſculus, qui ſupervixit de prædicta linea fuit Don Carolos Barreſi defunctus in anno 1618. Fingamus igitur dictum D. Carolum, ſecundum prædictum teſtamentum, debuiſſe ſuceedere, & ſucceſſiſſe in Baronia contentioſa, & poſito, quod ipſe abſque liberis maſculis deceſſit; relicta ſorore Donna Beatricæ, tempore, quo in tertia linea deſcendente à Blaſco tertiogenito Joannis Baptiſtæ, tantum ſupervivebat Donna Eliſabetha, Trabiæ Principis mater (à qua jam ipſe erat procreatus,) & in linea primogenita, Donna Catharina, ejoſque filii Don Franciſcus, & Don Joannes Branciforti, ex quibus proceſſerunt Donna Margarita, & Don Joſeph Comes Mazateni; Diſcutiamus cujus cauſa potior ſit in ſuccedendo prædicto Carolo abſque prole defuncto; num Beatrix ejus ſoror? num Donna Catharina filia primogeniti? aut denique Donna Eliſabetha filia Don Joannis, & neptis Blaſci tertiogeniti? hæc quippe in prædicto teſtamento vocata eſt primo loco, & poſt eam ejus filii maſculi, in qoorum defectum ſubſtitura eſt filia primogeniti, & ejus liberi; iiſque deficientibus invitata eſt filia ſecundogeniti de ſecunda linea Blaſci.

441 Punctus iſte longiori indigebat diſcuſſione, quia pertinet ad materiam reintegrationis lineæ, quæ apud DD. præcipuè Hiſpanos ſatis controverſa eſt. Sed Nos, quibus nec opus eſt, nec in his juſtificationibus licet, diutiùs in re hac immorari: reſolutivè firmamus, ſucceſſionem in themate propoſito ſpectare ad Donnam Catharinam, & ejos filium maſculum primogenitum, & hodie ad Comitem Mazareni ejus nepotem, excluſis ſecundo & tertiogenita, & dictis Principibus earum filiis; nam licet ſecundogenita, nempe, ſoror Don Caroli uti de linea ingreſſa potuiſſet ſuccedere, & Baroniam poſſidere pro tempore vitæ ſuæ, tamen ex quo deceſſit ſine filio maſculo, relicta tantum filia Donna Eliſabetha matre Reſuttanæ Principis, fecit locum dictæ Donnæ Catharinæ ſubſtituræ, & ejus filio maſculo, ac iſtius deſcendentibus maſcolis, in quorum linea maſculina, ſucceſſio convalidata, & radicata eſt. (Quicquid ſit de fructibus percipiendis per dictum Carolum, ejuſque ſororem tempore vitæ ſuæ, de quibus nunc non eſt quæſtio.)

442 Ratio eſt, quia filia fœmina ex ultimo maſculo tertiæ lineæ deſcendentis a Blaſco primo vocato, non alia ratione prædilecta, & prælata fuit, niſi quia reperiebatur in linea, quam teſtator præſupponebat ingreſſam per ſucceſſionem maſculi, illius parentis, ad quem diſpoſuerat tranſire debere ob deficientiam agnatorum ex prima, & ſecunda linea; in quo teſtator, ſe ille, qui teſtamentum ordinavit, ſequutus eſt legalem diſpoſitionem, qua cavetur, quod in materia primogenituræ, non fiat tranſitus de una linea ad alteram, dum de linea in quam ſucceſſio ingreſſa eſt ſuperſunt aliquæ perſonæ ſucceſſibiles, juxta *text. in cap.1. de natur. ſucceſſ. feud. Molin. lib.3. cap.5. num.14. & cap.6. n.32.* cum aliis adductis ſupra *num.173. art.3.* Et cum in prædicto teſtamento ob conſervationem agnationis fuerint vocati maſculi ex maſculis, quod cauſam præbuit, ut excluſis fœminis, & earum deſcendentibus de linea ingreſſa, tranſiret ſucceſſio ad maſculos alterius lineæ, uti ad eos qui erant in linea qualitatis, conſonum erat prædictæ legali diſpoſitioni, ut extinctis omnibus maſculis agnatis ſuccederet filia ultimi, ex privilegio lineæ ingreſſæ, & non filia primogeniti, quæ remanſerat excluſa propter maſculos aliarum, quoniam ceſſante fine conſervationis agnationis, ob quem concedebatur tranſlineatio, nulla erat cauſa, ob quam excluſa filia ultimi poſſeſſoris rediret ſucceſſio ad aliam fœminam anterioris lineæ, contra ordinarias regulas primogeniorum, ut doctè, & latè multis perpenſis rationibus, & fundamentis conſiderant, & reſolvunt *Addentes Molin. lib.3. cap 5. num.72. Caſtill. lib 5. controv. c.91. n.61. 62. & 63. cum ſeqq.* qui aliis pluribus pro hac opinione relatis, ſatisfaciunt contrariis, & de veriori, & communiori apud Suprema Hiſpaniæ Tribunalia teſtantur.

443 Confirmatur alia conſideratione deducta ex prædicta vocationis forma; nam volens Teſtator, quod extincta linea agnatorum ſuſcitaretur agnatio ficta, & artificioſa in maſculis deſcendentibus ex fœminis, diſpoſuit, quod ſi filia ultimi poſſeſſoris maſculi, abſque filiis maſculis deceſſiſſet, rediret ſucceſſio ad filiam maſculi de linea primogenita, cui etiam ſubſtituit ejus filios maſculos, in quorum defectum vocavit fœminam ſecundogenitæ lineæ, & ſuos. Ex quibus evincitur diſponentem non prædilexiſſe filiam maſculi tertiogeniti, niſi quatenus erat de linea ingreſſa; in qua natis maſculis poterat ejus intentio adimpleri, eo quod eſſent ejuſdem qualitatis, ac alii maſculi ex fœminis de anterioribus lineis, & nulla poſſet conſiderari diverſitatis ratio, cum omnes prædictæ fœminæ diſponenti eſſent ignotæ, circa quas conjectura prædilectionis deſumi non poteſt, ex his quæ latè adducit *Caſtill. dicto c.91.* Ergo dum maſculis deficientibus voluit ſucceſſionem cedire ad fœminam primogenitam anterioris lineæ, dubium non eſt, rationem prælationis fuiſſe fundatam in prærogativa lineæ jam ingreſſæ, in qua extantibus maſculis poterat continuari ſucceſſio, quibus deficientibus conceſſa eſt prælatio fœminæ de linea primogenita, quæ ideò fuit prædilecta, nam illius filii maſculi poterant agnationem fictam conſervare, & eadem ratione illis extinctis, fuit facta tranſlineatio ad filiam ex ſecundogenita linea, & ejus filios.

Undè deducitur, quod cum non potuiſſet tranſire 444 ſucceſſio ad ultimum maſculum agnatum de linea tertiogenitæ, nempè, ad Don Joaonem filium primogenitum Blaſci actoris in prædicta cauſa rei vindicatoria, niſi evacuata linea maſculina ex filio ſecundogenito dicti Joannis Baptiſtæ, in qua erat dictus Don Carolus, qui præoccupare habebat ſucceſſionem, & vixit uſque ad annum 1618. quo tempore dictus Blaſcus, & ejos filius Don Joannes præmortui erant, relicta filia, & nepte Don Eliſabetha matre dicti Principis Trabiæ, hæc nullo modo potuit ſuccedere ex prærogativa lineæ jam ingreſſæ, quia nunquam ingreſſa fuit nec ingredi potuit, deficiente in ea maſculo agnato, tempore, quo ob interitum aliorum, qui illum præceſſerant, ſucceſſio eidem deferri poterat, per quem ejus filia ſuccedere habebat, uti filia ultimi poſſeſſoris, & non alia ratione juxta ſuperiores regulas.

445 Idcircoque, dato quod ſucceſſio non deberet ſtatim redire ad filiam maſculi de linea primogenita, ſcilicet

ad dictam Donnam Catharinam primo loco vocatam, & ad ejus primogenitum maſculum Don Franciſcum, tunc temporis natum, ſed ob eandem rationem, & prærogativam lineæ ingreſſæ, ſuccedere haberet dicta Donna Beatrix ſoror Don Caroli ex ſententia, quam etiam in ſorore ultimi poſſeſſoris uti de linea contentiva, tuentur *Addentes Molinæ dicto lib.3. cap.5. n.72. verſ. ex qua rerum Judicatarum Caſtill.dicto lib.5.cap.91. à num.29. & cap.93. à num* 48. tamen innegabile eſt, quod defuncta Donna Beatrice abſque filiis maſculis (prout revera deceſſit, relicta tantum filia Donna Eliſabetha Reſuttanæ Principis matre) illico ſucceſſio rediit ad Donnam Catharinam ſubſtitutam ſpecialiter in defectum filiorum maſculorum ex fœmina ultimi maſculi, ut eſt punctualis deciſio *D. Joannis Baptiſtæ de la Rea 2. parte deciſ. Granat. deciſ. per totam*; quæ ſola ſufficit, quia doctè, & eleganter, ut ſolet, omnia in hoc puncto cumulavit, & à *num.*24. ſatisfecit objectioni quam *num.*3. propoſuerat pro nepote maſculo ex filia, & matre fœmina, inferioris lineæ ingreſſæ ob defectum Agnatorum de linea primogenita (in qua ſe fundabant Advocati dicti Principis, immemores prædictæ deciſionis, & rationis legalis) contra maſculum ex filia fœmina de linea primogeniti, excluſa, voluntate teſtatoris, propter ejuſdem filiam, cui in defectum filiorum maſculorum, ſubſtituta fuerat prædicta filia primogeniti, & poſt eam illius filii maſculi, (ut in caſu prædicti teſtamenti) probant multis rationibus, & Doctoribus appellatione filiorum maſculorum non venire nepotes ex filia fœmina, ad quem Nos remittimus, ne illum tranſcribamus.

Et ſic concludimus, quod in caſu, quo prædictum aſſertum teſtamentum, verum & authenticum demonſtraretur; Succeſſio dicti ſtatus inſpecto præſenti tempore, & ſaltem à die mortis dictæ Donnæ Beatricis pertineret, & pertinere habuit dicto Comiti Mazareni nepoti ex filio maſculo ſecundogenito prædictæ Donnæ Catharinæ, ad quam regreſſa eſt, & in ea convalidata, excluſis prædictis Principibus, & Comite Racudiæ, quod non immeritò (licet altiorem requirat indaginem) potuit in prædicto ſummariſſimo Judicio conſiderari, ac magis juſtificandam manutentionem conceſſam dicto Comiti Mazareni: non obſtante prædictorum Principum prætenſione.

Hæc ſunt Sacra Catholica Regia Majeſtas, quæ in hac exagitata controverſia, Nos ad pronunciandum, prout ſupra, coëgerunt, ac impellerunt. Eaque omnia, & ſingula iterum per Tuæ Majeſtatis Regios Supremos, ac digniſſimos Italicarum rerum Senatores, eliminanda, & corrigenda, Tuis ſacris pedibus, eos reverenter humiliterque deoſculando tranſmittimus, & ſubjicimus.

His jam peractis juſtificationibus, quibus ultima manus fuit appoſita die vigeſimotertio Decembris prædicti anni 1660. imò & proceſſus copia exarata, omnes prædicti contendentes ad amicabilem devenerunt concordiam, & liti ceſſerunt ad favorem Comitis Mazareni, qui omnibus prædictis Statibus, & Baroniis retentis, una cum dignitate Magnatis Hiſpaniarum, ſe contentavit, quod præfatus Racudiæ Comes ſuus patruelis, ac frater, ex duplici matrimonio ſororis iſtius cum dicto Comite Mazareni, & hujus ſororis, cum illo de Racudia, poſſeſſionem caperet Terræ, & Principatus Petræpretiæ ſub certis conditionibus, pactis, & reſervationibus pro dicto Comite Mazareni adjectis, quapropter juſtificationes iſtæ ad Supremum Italiæ Conventum non fuerunt tranſmiſſæ. Sed in gratiam amicorum, & ob communem utilitatem prælo datæ ſunt, ſalva in omnibus omni meliori cenſura, &c.

CONTROVERSIA

Digitized by Google

CONTROVERSIA FEUDALIS

DE LEGITIMA SVCCESSIONE ILLUSTRISS. D. CO. OCTAVII TARASCONIS

IN FEVDO CALESTANI

OPVS SEX ARTICVLIS DISTINCTVM,

In quibus præcipue feudales quæſtiones circa diviſionem Feudi dignitatis, ampliſſimam primi acquirentis facultatem, neceſſarium vel non Domini Aſſenſum in diſpoſitione feudi, clauſulam in inveſtituris apponi ſolitam *jure feudi antiqui*, & feudi pretium, methodo non obſcura enucleantur.

AUCTORE LÆLIO BOSCOLO,
DE COLLEGIO JUDICUM PARMÆ.

THEMA CONTROVERSIÆ.

DOMINI Comites Carolus Leo, & Abbas Claudius Germani de Fliſco origine Itali, nativitate tamen, ac domicilio Galli, tunc Feudatarii inſignis Feudi Caleſtani optimè conſcii, quod ex diuturna eorum abſentia, & vulgari cura, ac induſtria Miniſtrorum ſæpè proprio potius lucro, quàm rei familiari Domini deditorum feudales redditus quotidiè minuebantur, ac ejuſdem loco dignitas labefactabatur in dies, ruebatque in præceps, cogitarunt, & decreverunt ejuſdem feudi alienationem, ad quem effectum D. Comes Claudius è Gallicis Oris Parmam petiit.

Quamplures emptores obvii fuère, ad omnes è contractus limine appellabat unica animadverſio, quod agebatur de alienatione feudi ex pacto, & providentia jamdiu in progenie Fliſca antiqui.

Inter illos cum quibus habitus fuerat ſermo de venditione prædicta, adfuit Dominus tunc Eques, & nunc bon. mem. Comes Camillus Taraſconus, qui participato negotio cum eximio I. C. ac Excellentiſſimo tum legali peritia, tum dignitate Co. Hieronymo Moriſco olim meritiſſimo Præſide Excelſi Conſilii Juſtitiæ & gratiæ Parmæ, ac Placentiæ communi amico, poſt ſeriam cogitationem conſilium habuit, quod per ipſos Dominos Comites venditores porrigerentur preces Sereniſſimo Duci noſtro directo Domino, in quibus exponerent feudum cecidiſſe in commiſſum, ac fuiſſe devolutum ad Sereniſſimam Ducalem Cameram ob inobſervantiam Decreti nuncupati Caprarolæ, ſimulque efflagitarent, ut ex gratia ſpeciali illud eis de novo concedere dignaretur ad effectum deveniendi ad præfatam venditionem pro pretio concordando, ea conditione, ut Jura Sereniſſimæ Cameræ tranſirent in D. Equitem emptorem minimè affecta aliqua hypotheca, nexu, ſeu obligatione deſcendente ex perſonis Dominorum Comitum de Fliſco, quo pacto ſic prius devolutum, & poſtmodum de novo conceſſum in perſona eorumdem Comitum venditorum evadebat novum, quod proinde poterat jure optimo, Domino aſſentiente, alienari. Res ita peracta, eodem enim Domino Comite Præſide dictante, formatus fuit ſupplex libellus tenoris ſequentis.

SERENISSIMO SIGNORE.

POſſedono li Devotiſſimi & Humiliſſimi di V. A. S. Vaſſalli, e Servitori Co. Carlo Leone, & Abbate Co. Claudio fratelli Fieſchi figlioli, e deſcendenti del fù Co. Franceſco nato del q. Co. Scipione il feudo, e Contea di Caleſtano, Arpicella, Marzolara, e Vigolone, con le loro pertinenze, Giuriſditione, & ogni altra raggione, e beni allodiali ſituati nel Ducato di Parma, de quali, come di feudo nuovo aperto, & legitimamente devoluta alla Ducal Camera (per l'inoſſervanza del Co. Scipione, e di detto Co. Franceſco à quanto devevano, in virtù della precedente inveſtitura, e decreti già publicati) ne fù inveſtito dalla Glor. & immor. memoria del Sereniſſimo Sig. Duca Ranutio Avo Paterno di V. A. il detto Co. Franceſco del 1600. il 4. Settembre per ſe ſuoi figlioli, e deſcendenti, maſchi, legitimi, e naturali, e non legitimati, come di ſeudo honorifico nobile, e gentile, con eſpreſſa conditione, & obligatione (& non altrimente) d'habitar egli, ſuoi figlioli, e deſcendenti compreſi in detta inveſtitura con tutta la loro famiglia ne ſtati di V. A. ſecondo la forma, & diſpoſitione delli Statuti, e Decreti del Stato; e preſtare à S. A. e ſuoi Sereniſſimi Succeſſori quei ſervitii perſonali, à quali ſono tenuti, & foſſero ricercati, ſotto la plena (in caſo di contraventione in ciaſcun di detti caſi) della privatione d'eſſo feudo, ipſo Jure, & facto da incorrerſi à favore della Ducal Camera, & altre pene impoſte dalle Leggi, Statuti e Decreti ſu-

pra

pra accennati, come della Inveſtitura predetta rogata dal q. Ranutio Pico Notario, e Secretario di S.A. qual eſſebiſce.

Et perche detto Co. Carlo Leone, & Abbate Claudio conoſcono per la loro lontananza da Stati di V. A. & che gli intereſſi della loro caſa non gli hanno permeſſo, ne permettono l'habitatione, come ſopra dovuta, anzi ſupplicando detti Oratori V. A. per l'habilità dell'habitatione fuori delli Stati di V. A. ſino li 26. Novembre 1646. & ottennero reſcritto ſotto li 22. Decembre di detto anno la gratia per un biennio ſpirato li 22. Decembre 1648. non havendo detti Co. fratelli Oratori habitato come ſopra il detto feudo, perciò in virtù dell'obligatione inſerta in detta inveſtitura, & del Decreto di Caprarola è ricaduto alla Ducal Camera, ipſo jure, & facto, nulladimeno confidati detto detti Co. fratelli Oratori nel ſommo della Sereniſſima ſua benignità, ſperano che ſia l'A. V. per fargli grati rimettetli la detta caducità (per l'effetto infraſcritto) poiche eſſi bramano di far vendita di detto feudo, ſua Giuriſdittione, e beni al Cavaglier Comillo Taraſconi per il prezzo frà loro convenuto (intervenendovi però il beneplacito, e conſenſo di V. A. Salvo ſempre la ſuperiorità di V. A. & la diſpoſitione del Decreto del Maggior Magiſtrato, e non altrimente) con la quale vendita viene detto feudo, & ſue entrate à ſtar preſſo detto Caviglier, nato, & habitante ne Sereniſſimi ſuoi ſtati, quale con la perſona, & entrate di eſſo feudo, e beni potrà più facilmente preſtare à V. A. quelli oſſequi, & ſervitii perſonali, che ſi devono, il che per la lontananza, & cauſe ſupracontate non è conceſſo à detti Co. Fieſchi Oratori di fare; Per tanto col preſente memoriale eſſo Co. Abbate Claudio Fieſchi à ſuo nome proprio, & come Procuratore ſpeciale del Co. Carlo Leone ſuo fratello, & detto Cavagliero Taraſconi di V. A. humiliſſimo, & devotiſſimo Subdito, & Servitore.

Humilmente la ſupplicano far gratia al detto Co. & Abbate Claudio Fieſchi, anco come Procuratore ſpeciale del detto Carlo Leone ſuo fratello (qual dovrà ratificare la preſente preghiera anco con la detta Confeſſione della detta devolutione, & ciò che in virtù di quella ſi farà) di concedergli di nuovo (& à fine di far la ſudetta vendita al detto Cavaglier Camillo Taraſconi) & non altrimenti il detto feudo, come nuovo aperto, e devoluto come ſopra, e poi di poterlo vendere al detto Cavaglier Camillo Taraſconi per ſe ſuoi figlioli, e deſcendenti in perpetuo, & à chi darà per il prezzo frà loro concordato, & al detto Cavaglier Taraſconi di poterlo liberamente comprare, reportando poi dall'A. V. la dovuta inveſtitura, & preſtargli il neceſſario giuramento di fedeltà, dichiarando anco, come così ſi ſupplica V. A. di voler dichiarare, che la ſucceſſione delle raggioni della detta devolutione, quale V. A. ſi compatierà di fare alli detti Co. Fieſchi Oratori, s'intenda fatta con queſto patto, e conditione, che immediatamente paſſino le medeme raggioni al detto Cavagliero Taraſconi Oratore; e ſuoi Succeſſori, ſi che non poſſino cadere ſotto qualſivoglia hippoteca, obligo, ò vincolo, che detti Co. Fieſchi haveſſero ſopra loro beni, & tutto ciò di che vien ſupplicato V. A. reſti ſervita dichiarare che vaglia ne più ne meno, come ſe foſſe conceſſo di moto proprio, & ſenza alcuna inſtanza delle parti, & queſto anco, per ſua ſcienza, & anco con la pienezza della ſua poteſtà Ducale, con ordinare, che non ſi poſſa opporre alcuna eccettione, obtetione, ſurettione, o diffetto d'intentione, ò alcuna altra eccettione anco maggior di queſte, e che non ſiano tenuti detti Oratori à verificare coſa alcuna, di quello, che ſi contiene in queſta ſupplica, mà che il tutto s'habbia per pienamente provato con la ſola eſibitione della medema ſupplica, & che parimente non ſiano tenuti detti Oratori di far interinare queſta gratia in Camera, diachiarando di più, che non ſi poſſino opporre de qualſivoglia perſona, ne giudicare in contrario, e facendoſi altrimente, il tutto ſia di niun valore ipſo Jure, & facto, derogando à detti effetti ac Decreto qual comincia, *providere volemes*, nel qual particolarmente ſi diſpone, che non vaglia alcuna remiſſione, ò donatione ſe non ſono ſpecificati tutti gli beni de quali ſi tratta, al decreto che omincia, *Solet*, al decreto che comincia, *Meminimus* alla conſtitutione *de Dictatura*, *& Signatura*, §. *non dicatur*, *&* §. *in gratiis*, & ſotto il titolo *de Interonatione*, *& verificatione alienatorum*, al Decreto di Caprarola publicato del 1602. al Decreto fatto dell'anno 1499. il di 11. Novembre, overo del Ré Lodovico de *Interinationibus*, all'altro dell'anno 1522. 18. Maggio, overo del Duca Franceſco publicato li 9. Giugno 1595. alla Conſtitutione *Signatura* 1560. il di 15. Novembre predetto, overo ad ogni altra legge, e decretto, che foſſe in contrario, havuti tutti quei per eſpreſſi, non obſtante il Decreto *de derogationibus exprimendis* fatto dal Sereniſſimo Signor Duca Ottavio il 30. Genaro 1562. & publicato il 31. detto qual comincia, *in hunc uſum*, à quali tutti per queſta volta ſola ſi denegarà V. A. per gratia ſpeciale derogare, chi di tanta gratia ne reſtaranno detti Oratori à V. A. obligatiſſimi, e di così conſeguire confidano, *& quam Deus*, &c.

Sottoſcritta. *Jo. Co. Claudio Fiſchi à mio nome, & à nome come Procuratore del Co. Carlo Leone mio fratello Oratore confeſſo, e ſupplicio come ſopra.*

Sottoſcritta. *Jo. Ottavio Taraſconi à nome, e come Procuratore del Cavagliere Camillo Taraſconi Oratore affirmo, è ſupplico quanto ſopra.*

Cui ſupplici libello à clementiſſima humanitate C. S. Ser. obtinuere, Oratores benigniſſimum reſcriptum hiſce verbis.

Concedimus, mandamus & derogamus in omnibus, & per omnia prout petiiur non obſtantibus, &c.

Quare deventum eſt ad propoſitum venditionem pretio convento ſcutorum triginta trium mille, confecto ſuperinde publico documento ut in actis.

Quoniam verò in mox relatis precibus Domini tum venditor, tùm emptor expoſuerant, quod poſt acquiſitionem præfati feudi ipſe D. Comes acquirens deberet, ut etiam jure cautum eſt, reportare inveſtituram à Celſitudine Sua, eique debitum polliceri Juramentum fidelitatis, noviſſimas preces porrexit Sereniſſimo Domino hujuſce tenoris.

SERENISSIMO SIGNORE.

Eſſendoſi compiacciuto V. A. S. con ſuo reſcritto fatto ſotto il di 16. Genaro corrente 1650. alla ſupplicia data dall' Abbate, e Co. Claudio Fieſchi à ſuo nome, & à nome, e come Procuratore del Co. Carlo Leone ſuo fratello far gratia à detti Co. Fieſchi di poter vendere il feudo (in titolo di Contea eretto) die Caleſtano, Arpicella, Marzolara, e Vigolone, con loro territorii, e giuriſdittioni, regali, mero miſto Imperio e poteſtà del gladio, & ogni qualſivoglia beni, e ragioni ſpettanti, e poſſeduti da detti Co. Fieſchi in detti luoghi, loro Territorii al devotiſſimo, & humiliſſimo di V. A.S. Vaſſallo, Servo & Oratore Cavagliere Camillo Taraſconi Parmeggio con le loro entrate, regali, & allodiali (ſe ve ne ſono) con obligo al detto Cavagliere Taraſconi Oratore di riconoſcer per ſe ſuoi figlioli, e deſcendenti Maſchi in infinito in feudo da V. A. li detti luoghi entrate, regali, e loro giuriſdittioni venduteli come ſopra con la riſerva del Decreto del Maggior Magiſtrato, e delli Minerali, che foſſero in detti luoghi & altre ſolite da riſervarſi da

eſprimerſi

Digitized by Google

eſprimerſi nell' Inveſtitura feudale da farſi da V. A. in detto Cavagliere Taraſconi, e ſuoi deſcendenti, & eſtenderſi in conformità della gratia di V. A. ſtipulato un inſtromento di tal vendita alli 17. del corrente meſe di Gennaro 1650. qual s'eſſebiſce, nel quale vi è il patto di riconoſcere da V. A. il detto feudo in titolo di Contea già eretto di detti luoghi, e ricever dall' V. A. l'Inveſtitura feudale, e come in detto inſtromento di vendita di ſopra eſſebito.

Reſta al detto Cavagliere Camillo Taraſconi Oratore di ſupplicarla (per pienamente godere della gratia conceduta gli) come humiliſſimamente la ſupplica di reſtar ſervita (per effetto della ſua benignira) di confirmare, corroborare con la pienezza della ſua Poteſtà Ducale non ſolo il reſcritto fatto alla ſupplica delli detti Co. Fieſchi, & detto Oratore ſotto il dì 16. del corrente meſe, quale è regiſtrato nel infraſcritto inſtromento, mà etiamdio il medemo inſtromento di vendita fatta dalli detti Co. Fieſchi al detto Oratore con tutto ciò, che in eſſo ſi contiene, & qual inſtromento s'eſſibiſce à V. A. eſſer regiſtrato à piedi del preſente memoriale, & di più ſeparare omninamente il detto luoco di Caleſtano, e pertinenze dalla Città di Parmà, e Magiſtrati ſuoi, & concederli ſucceſſivamente in feudo di Contea eretto, e come ſopra, qual habbia la natura di feudo antico, Nobile, e gentile, & avito al detto Cavagliere Camillo, per lui ſuoi figlioli deſcendenti, maſchi, legitimi, e naturali, nati, e procreati, e che naſcerano, e ſaranno procreati di legitimo matrimonio in infinito, li detti luoghi, e feudi di Caleſtano Arpicella, Marzorala, e Vigolone, e loro pertinenze, con le Entrate, Datii, Regali, & altre raggioni vendutegli come ſopra, e ſpecialmente (ſi che la ſpecialità non deroghi la generalità) la Giuriſdittione intiera così civile, come eriminale, mero, e miſto Impero, & podeſtà del Gladio in detti luoghi, e Territorii e ſue pertinenze, & ogn'altra raggione in eſſi, e come ſopra, quantunq. foſſe degna di ſpetiale eſpreſſione, la quale s'habbia qui per eſpreſſa, di modo che l'inveſtitura feudale s'habbia per fatta, e conceſſa al detto Cavagliero Taraſconi Oratore, come ſopra in virtù del reſcritto, quale V. A. ſi compiacerà di fare alla preſente ſupplica, & s'intenda accetata, e ſtipulata dal medeſimo Oratore, à ſuo nome, e come ſopra, & habbia la medeſima forza, e vigore, come ſe foſſe ſeguita per publico inſtromento, con l'obligatione generale, e ſpeciale di tutti li beni, e con la clauſola della ſincera, & immaculata fede, la quale in virtù della Conſtitutioni Ducali ha la medeſima forza, che il giuramento formale, e con la tradittione attuale dello ſtocco in ſegno di vera, e real tenuta, & anco in virtù della ſodetta vendita ſi trova appreſſo al detto Oratore. Nel quale s'intendino anco transferite per maggior validità, & fermezza della preſente Inveſtitura, tutte le raggioni di devolutione, che in qualunque modo competevano alla Camera Ducale contro li detti Co. Fieſchi non ſolo per il capo eſpreſſo nella precedente ſupplica, mà anco per qualſivoglia altra cauſa non eſpreſſa, ſi che detto Oratore, & ſuoi Deſcendenti ſuccedino omninamente in luoco della Camera Ducale, e poſſino ſervirſi della detta C[illegible]ſſione, e tranſlatione per eſcludere qualſivoglia perſona, che li voleſſe moleſtare, per evincere da loro il detto feudo di Caleſtano

D[illegible]rando V. A. che s'intenda ſempre riſervato per l'A. V. e la Ducal ſua Camera, l'oſſervanza del Decreto del M[illegible] Mag. ſtrato, & del Decreto, *Meminimus*, & al[illegible] riſervarſi in ſimil conceſſioni, & vincendevolmente [illegible] s'intendano riſervate al detto Oratore, e non compreſi nella preſente conceſſione li b[illegible] allodiali, quali [illegible] Oratore, e ſuoi figli, e deſcendenti maſchi, [illegible] poſſino acquiſtare nell' avenire in detti luoghi, [illegible] pertinenze, ma che ſiano quelli ſuoi proprii, e ne poſſino eſſi, e ſuoi Deſcendenti in perpetuo diſporre à loro piacere.

In oltre detto Oratore humiliſſimamente ſupplica V. A. farli gratia (ſtando il perdetto acquiſto, & altri come ſopra) ch'egli, e doppo lui gli altri ſopra nominati quali ſuccederanno in detto feudo, poſſino e debbano eſſere denominati Conti di detti luoghi di Caleſtano, Arpicella, Marzolara, e Vigolone, così in voce, come in ſcritto, & in ogni attione publica, e privata, e come tali ſiano tenuti, e reputati da ogn'uno, in ogni tempo, luogo & occaſione, e quanto al giuramento di fedeltà, quale eſſo Oratore come Feudatario dovrebbe preſtare à V. Altezza (come ſommamente brama) ſupplica V.A. concederli, che non gli corra tempo alcuno, ma che ſia tenuto di preſtarlo ſempre, & ogni quando ne ſia richieſto per parte di V. A.

Di più ſupplica l'A. V. di concederli, che poſſa (ſe così li parerà) erigere una primogenitura in detto feudo, & preferire li ſuoi deſcendenti primogeniti à gl'altri ſuoi deſcendenti, con ordine ſucceſſivo, & in quella forma, e modo che ſtimarà bene, ſenza che li ſecondogeniti, & altri habbiano alcuna raggione di contradire alla detta primogenitura, la quale adeſſo per all'hora s'intenda confermata coll'autorità di V. A. & in caſo il detto Oratore non erigeſſe la detta primogenitura come ſopra, ſia lecito in caſo che detto feudo ſia poſſeduto da un ſolo de' ſuoi deſcendenti di conſtituire eſſo la primogenitura à favore pure de' ſuoi deſcendenti legitimi & naturali, come ſopra, che quando foſſero più poſſeſſori di detto feudo, che poſſino concordarſi unitamente à conſtituire la medeſima primogenitura à favore de' loro deſcendenti, con la prelatione de' primogeniti; & ordine ſucceſſivo frà eſſi in infinito, ſi che la detta primogenitura vaglia in virtù dell'autorità di V. A. ne più, ne meno, come ſe foſſe inſerta nella preſente ſupplica.

Supplica per anco l'Oratore V. A. à dichiarare (con la pienezza della ſua Poteſtà Ducale) che ſtando la conceſſione come ſopra ordinata, non ſi poſſa dalla Ducal Camera apprendere il detto feudo in tutto, ne in parte ogni quando mancando qual ch'uno d'eſſi deſcendenti d'eſſo Oratore come ſopra, ſenza figlivoli maſchi, e foſſe luoco alla ſucceſſione d'altri deſcendenti capaci d'eſſo feudo, mà poſſino quelli quali ſaranno compreſi nella detta Inveſtitura andare al poſſeſſo liberamente di detto feudo, come ſopra, ſempre, & ogni quando verrà il caſo, non oſtante per queſta parte li Decreti, *Solebant*, *Meminimus*, & altri, che diſpongono dell' apprehenſione da farſi, quando uno feudatario muore ſenza deſcendenti, & anco la Conſtitutione Ducale in quella parte che diſpone nella medeſima forma.

Come anco il medeſimo Oratore riverentemente ſupplica V. A. comandare, che la preſente conceſſione e ſeparatione come ſopra con tutto ciò, che ſi contiene in detto inſtromento di vendita, vaglia, ne più ne meno, come ſe foſſe fatta per publico inſtromento, & con tutte le ſolennità ſolite farſi in ſimil'attioni ſupplendo l'A. V. per ſua certa ſcienza, & con la medeſima pienezza della ſua Ducale Podeſtà ad ogni, e qualunque diffetto di raggione, ò di fatto, che ſi poſſa in qualche modo conſiderare nel reſcritto già conceſſo, & nell' inſtromento della vendita, & anco nella preſente conceſſione; Ordinando di più, che non ſi poſſa opporre contra la preſente conceſſione, e come ſopra alcuna eccettione d'obrettione, ò ſurrettione, ò diffetto d'intentione, ò qualſi voglia altra eccettione, benche foſſe maggiore dell'eſpreſſe, togliendo la facoltà ad ogni e qualſi voglia Miniſtro (benche principale) di poter fare dette oppoſitioni, ò altre maggiori di queſte, ne di giudicare con la preſente diſpoſitione, anzi dichiarando,

tando, che tutto ciò, che ſi farà, ò ſi faceſſe contro come ſopra, ſia di niun'valore, momento & efficacia, non oſtante à tutte, e ciaſcuna delle predette coſe, le Leggi, Conſtitutioni, Statuti, Decreti, & ogn'altra coſa quali poſſono eſſere, ò far'in contrario, & anco ſpecialmente tutti quelli Decreti, e Conſtitutioni nell'antecedente memoriale, & anco le lettere di V. A. ſcritte agl'Antiani di Parma ſotto il dì 22. Marzo 1648. (ſi che la ſpecialità non deroghi alla generalità) & à quali tutti oſtanti, e come ſopra, ſi compiacerà V. A. con la medeſima pienezza della ſua Ducal Podeſtà (per queſta volta ſola) di derogare con tutto che habbino clauſule derogatorie, in ampliſſima forma, & anco al Decreto del Sereniſſimo Sign. Duca Ottavio di Glor. mem. Tritavo di V. A. che ſia in Cielo publicato del 1562. del Gennaro, *De derogationibus exprimendis*, ha vendole qui tutte per eſpreſſe letteralmente, & in individuo per maggior validità, fermezza, & efficacia di tal derogatione, e ſempre come meglio, &c. è così detto Cavagliero Taraſconi Oratore ſpera ottenere dal ſommo della benignità di V. A. quam Deus, &c.

L'inſtromento della vendita ſopra e ſebito à V. A. è del tenore infra ſcritto.

Et ad has pariter emanavit humaniſſimum reſcriptum omninò approbativum eorum omnium, quæ Orator ſupplex petierat hiſce verbis.

Concedimus, confirmamus, mandamus, ac derogamus in omnibus, & per omnia pro ut petitur non obſtantibus, &c.

Vivebant acquiſitionis tempore ſex Liberi ab eodem D. Comite Camillo legitimè progeniti; at non multò poſt turbato naturæ ordine obiit D. Co. bon. mem. Alexander ejus primogenitus poſt ſe relictis quamplurimis filiis.

Anno elapſo 1664. D. Comes Camillus cogitavit poſtremum ſuum condere Elogium, in quo (poſt conſultos peritiſſimos viros circa ejus facultatem diſponendi de feudo prædicto) illud prælegavit D. Co. Octavio ejus tertiogenito cum ordine primogenituræ in ejus linea, qua extincta vocavit ſtipites aliorum filiorum, poſtpoſita omninò linea dicti D. Co. Alexandri filii ſui primogeniti prædefuncti.

Tandem veritus, quod voluntati ſuæ minimè acquieſcerent cæteri filii, & inter alios Liberi relicti per dictum D. Co. Alexandrum, juſſit quod ſi quo unquam caſu redargueretur, ac irrita fieret (quod non credebat) præfata ſua diſpoſitio, ita ut in ipſo corpore feudi ſortiri non poſſet effectum, intendebat illam ſibi locum vendicare in pretio feudi, quod eo caſu eodem prælegati titulo una cum omnibus melioramentis ipſi D. Co. Octavio relinquebat. Diſpoſitio D. Co. teſtantis legitur hiſce verbis.

Et quamvis D. Comes Camillus certò ſciat quod nullo Jure dicti DD. ejus filii, & Nepotes queant reclamare à dicto prælegato, non ſolum circa diſpoſitionem allodialium; ſed etiam feudalium, & vel ipſius corporis feudi, cum feudum ipſum Caleſtani ſit feudum novum, emptitium, per D. Comitem titulo oneroſo acquiſitum, quare in ſimilibus acquirens de talibus feudis diſponere poteſt non ſolùm inter filios, & deſcendentes in inveſtitura comprehenſos, unum ex eis gratificando, ſed imò poteſt etiam de ipſo diſponere in præjudicium ejus filiorum, & deſcendentium etiam ad favorem extraneorum: Attamen quatenus dicti ejus filii, vel nepotes, vel quilibet alius contra præceptum, & enixam voluntatem D. Comitis Teſtatoris, & declaratum exiſteret (quod ipſe non credit) favore reclamantium, & non acquieſcentium, & in eventum in quem præfata diſpoſitio vel à linea primogeniti, vel à quoque alio impugnaretur, ita ut illud prælegatum in corpore feudi effectum non ſortiretur, illud idem una cum omnibus aliis ſubſtitutionibus, & diſpoſitionibus ut ſupra, & prout ſupra factis, (dempta tamen ſubſtitutione ſi qua, &c. ad favorem reclamantis, vel reclamantium, & vel ab eo, vel ab eis deſcendentium ordinata) factum cenſeatur in integro ipſius feudi pretio, & valore, prout de Jure ſibi melius, & pinguius de illo diſponendi competit facultas, in quo quidem pretio, & valore ſolvendo habito etiam reſpectu omnium melioramentorum, ne dum in eo factorum, ſed etiam fiendorum, & facta æſtimatione tempore mortis dicti D. Teſtatoris, & vel moleſtiæ motæ gravati ſint, & cenſeantur dicti feudi Succeſſores ad favorem dicti D. Comitis Octavii, ac primogenitorum ab eo deſcendentium, & ſucceſſivè aliorum ut ſupra vocatorum, repetitis hic omnibus judiciis, diſpoſitionibus, ac ſubſtitutionibus de quibus ſupra, & prout ſupra, quia ſic &c. omni &c.

Defuncto non multò poſt D. Co. Teſtatore, D. Co. Octavius adeptus fuit vigore paterni judicii tenutam feudi; At ſtatim ecce in arenam judicii deſcendit D. Co. Hieronymus primogenitus ex filiis relictis per dictum D. Co. Alexandrum prætendens, quod neglecta Co. acquirentis voluntate feudum ad eum pertineret.

Diſceptatur in præſenti controverſia quid Juris.

INDEX ARGUMENTORUM.

ARGUMENTUM I. ARTICULI.

DE legitima ſucceſſione in feudo Caleſtani, præſcindendo à diſpoſitione D. Co. Camilli, ſed tantum inſpecta forma inveſtituræ.

ARGUMENTUM II. ARTICULI.

AN quando, & quomodo primus acquirens feudi ex pacto, & providentia valeat de eo diſponere.

Expenditur doctrina Bart. in *l. qui Roma* 122. §. *Flavius Hermes. De verb. oblig.*

ARGUMENTUM III. ARTICULI.

AN primus inveſtitus in feudo empto non à Domino, ſed à Vaſſallo etiam poſt recurſum habitum ad Dominum pro neceſſaria Inveſtitura dici debeat acquirens titulo oneroſo, an potius lucrativo ad effectum dijudicandæ in eo facultatis diſponendi vel non, de feudo hoc pacto quæſito.

Feruntur hac occaſione nonnulli §. §. ſupplicis libelli, qui eſſe dicitur loco inveſtituræ, ac de eorum genuino ſenſu opportunè diſceptatur.

Penditur Conſ. 55. Belloni Junioris.

ARGUMENTUM IV. ARTICULI.

AN diſpoſitio teſtamentaria D. Co. Camilli in ea parte, in qua D. Co. Octavio prælegavit feudum, mereatur redargui ob non requiſitum Domini aſſenſum.

ARGUMENTUM V. ARTICULI.

AN demum controverſæ Co. acquirentis diſpoſitioni obicem ponat, quòd feudum tametſi alias novum, aſſumpſerit naturam antiqui, quemadmodum ipſum D. Co. efflagitaſſe conſtat in *ejus precibus*.

ARGUMENTUM VI. ARTICULI ET FINALIS.

IN quo, data ſuppoſitione, quòd præter D. Co. Octavium adeſſet aliquis legitimus feudi Succeſſor, oſtenditur

Digitized by Google

ditur, quòd foret inevitabile onus ei impoſitum per D.Co. Camillum in poſtremo ſuo teſtamento erogandi integrum pretium Caleſtani eidem D. Co. Octavio, quatenus conſtaret ipſius D. Co. teſtantis voluntati, deſectu facultatis, minimè obtemperandum, quoad ipſum corpus feudi.

DOMINE UT VIDEAM.

Controverſiæ feudalis vertentis inter Illuſtriſſimos Dominos Comites ex Patricia gente Taraſcona Hieronymum Actorem parte ex una, & Octavium reum ex altera, quam ad Imperium SERENISSIMÆ ISABELLÆ ESTENSIS FARNESIÆ, cujus fauſtiſſima recordatio omnium penes animos in ævum perennabit, tractandum ſuſcepi, momentum ingens, ac pondus ad trutinam voco. Tu, Sereniſſimæ Palladis gentilis AQUILA, Auguſtis ex alis plumam ſupple, magnanimo ex corde ſpiritus adde, acies imbecillas ad tuorum luminum radios, quos in te ſplendidè enutrit ſol ipſe virtutis, liberaliter acue, ut ſummæ provinciæ favore Domini Comitis Octavii mihi commiſſæ pro dignitate reſpondeam. Et verò id me non infeliciter facturum præſcia mente conjicio, tum quia non tantum feudales coronas, ſed etiam Auguſtas, ac Regias conſueverunt aquilæ læto omine præſagire. Æmilian. *de natura Anim. lib. 13. cap. 1.* tum quia cauſa agitur coram integerrimo ſimul, ac ſapientiſſimo Ordine, adeo ut *tot oculis ſpectata, tot inſinuata ſenſibus, tot inſuper in tuto locata manibus debeat exiſtimari,* ut ajebat Juſtin. *in l. hac conſultiſſima in fin. C. qui teſtam. fac. poſſ.*

Quoniam verò præſens hæc diſceptatio binas habere poteſt inſpectiones, alteram nempe ſi controverſia ſpectetur in præciſis terminis acquiſitionis feudi ante factam de eo diſpoſitionem à D. bon. mem. Co. Camillo acquirente, alteram verò ejuſdem D.Co. judicio præſuppoſito, utramque in diſcrimen vocabimus, differentes priori in Articulo, quinam ſucceſſiſſent in feudo controverſo, ſpectato acquiſitionis tenore, ac forma inveſtituræ, ſi D. Co. Camillus vel deceſſiſſet inteſtatus, vel nihil in poſtremo ejus Elogio ſuperinde caviſſet, in aliis verò ſequentibus Articulis ipſius Comitis acquirentis propugnabitur diſpoſitio; ſic ergo.

ARTICULUS I.

De legitima ſucceſſione in feudo Caleſtani, præſcindendo à diſpoſitione D. Co. Camilli, ſed tantum inſpecta forma Inveſtituræ.

SUMMARIUM.

1 *Omnes filii de Jure communi feudali æque ſuccedunt in feudis minoribus.*
2 *Feudum Caleſtani minimè erectum in Comitatum in conceſſione de eo facta Domino Comiti Camillo remiſſive ad articulum tertium verſiculo præterea prædicta num. 48.*
3 *Diſpoſitio §. Præterea Ducatus in cap. 1. de prohibit. feud. alienat. per Federic. individuum facit feudum dignitatis; Quod tamen intellige ut num. ſequentib.*
4 *Feudum dignitatis ad unicum primogenitum ſpectat. Contra tamen vide num. 50. & ſeq.*
5 *Laudatur Illuſtriſſimus D. Conſiliarius Altogradus.*
6 *Dignitas ſuperveniens feudo aliàs dividuo illud indiviſibile reddit.*
7 *Feuda dignitatis, Ducatibus exceptis, ex conſuetudine in Italia dividua ſunt.*
8 *Idem apud Gallos, & Allobrogas.*
9 *Id etiam in Germania.*
10 *Præ cæteris autem locis recenſita conſuetudo viget in Lombardia.*
11 *Allegantur Doctores atteſtantes de conſuetudine Genuæ, Ferrariæ, Forijulii, Mediolani, Tuſciæ & Marchiæ.*
12 *Conſuetudo generalis probatione non indiget.*
13 *Doctoribus de conſuetudine mentionem facientibus fides habenda non eſt.*
Intellige tamen ut num 14. & 15.
16 *In materia feudali Jus quæritur a conſuetudine.*
17 *Conſuetudo dividendi feuda dignitatis omninò ſervanda.*
18 *Hujuſmodi conſuetudo eſt de facili admittenda tanquam non inductiva novi Juris, ſed interpretativa antiqui.*
19 *Ad eam inducendam duo actus ſuffi iunt.*
20 *Probatur de facili admittenda tanquam favorabilis, cum per illam feudalis ſucceſſio ducatur ad priorem originem ſuam.*
21 *Res de facili revertitur ad ſui naturam.*
22 *Favorabilis eſt diſpoſitio, qua rem trahimus ad primæva Jura.*
23 *Feuda ex Longobardis ſumpſere exordia.*
24 *Secundum Jus Longobardorum feuda omnia ſunt dividua.*
25 *In ſtatu Parmenſi feuda etiam dignitatis æqualiter dividi conſueverunt, in quibus præſcripta non eſt in Inveſtitura forma ſuccedendi Jure primogenituræ, vel appoſita clauſula, ſecundum Jus Francorum.*
26 *In feudo Caleſtani, quando poſſidebatur à Dominis Comitibus de Fliſco, omnes fratres æque ſuccedebant.*
27 *Diſpoſitio §. Præterea Ducatus reſtringitur, quando ſemel feudum dignitatis dividi conſuevit.*
28 *Res ſemel effecta alienabilis durat perpetuò alienabilis.*
29 *Res Eccleſiaſtica ſemel in emphyteuſim conceſſa continuò evadit Emphyteutica.*
30 *Cauſa alias non denegabilis, veluti meri, vel mixti imperii ſemel delegata à Principe, mutat naturam ſuam, & efficitur in perpetuum delegabilis.*
31 *Actio natura ſua non tranſitoria ad hæredes ſi ſemel ad eos transferatur, poſtea continuo ad eos tranſmittitur.*
32 *Individuitas feudi dignitatis intelligitur quoad ipſam dignitatem, non verò quoad exercitium, & adminiſtrationem Juriſdictionis, ac redditum, proventum, commoditatem, & bona temporalia.*
33 *Servitutes, dempto uſufructu, tametſi individua, reſpectu tamen commoditatis dividua probantur.*
34 *Jus patronatus, licet individuum, quoad commoditatem dividi poteſt.*
35 *Res minorum, in quibus regulariter interdicta eſt diviſio, rectè dividuntur quoad uſum, adminiſtrationem, ac fructuum perceptionem.*
36 *Jus Tutelæ pluribus in ſolidum decreta individuum eſt, adminiſtratio tamen Tutelæ rectè inter Contutores dividitur.*
37 *Licet Domino inconſulto feudalis diviſio, aliave alienatio vetita ſit, diviſio tamen permittitur gratia uberioris culturæ, & commoditas ipſa alienari permiſſa eſt.*
38 *Feudum dignitatis non patitur diviſionem, quæ fieret per ſeparationem territorii, vel hominum admittit tamen diviſionem in abſtracto commoditatis, & fructuum.*
39 *Jus ſervitutis eſt totum in toto, & totum in qualibet parte.*
40 *Si ex duobus fratribus inveſtitis alter decedat ſine liberis, pars deficientis devolvit ad Dominum, & tamen jus ſuperſtitis diminutum dici nequit, quod pluribus probatur.*
41 *Diviſio commoditatis, ac fructuum tenet, quamvis*

facta Domino irrequiſito.

42 *Fructus ex corpore feudi percepti Burgenſatici cenſentur.*

43 *Opinio admittens in feudo dignitatis diviſionem exercitii, commoditatis, ac fructuum eo nititur fundamento, quod feudum pro indiviſo ad omnes fratres pertineat.*

44 *Fundamentum tamen improbat D. Altogradus. Verum propugnatur hoc eodem Artic. numer. 50. cum ſeq.*

45 *Menoch. conſ. 163. notatur palidonia. Vindicatur tamen ab objecta nota num. 64.*

46 *Ratio textus in §. præterea Ducatus, eſt utilitas ſubditorum, Principis, ac Vaſſallorum.*

47 *Ratio eadem communis utilitatis urgere videtur in diviſione dignitatis, ac in diviſione adminiſtrationis, ac exercitii Juriſdictionis, commoditatum, ac fructuum.*

Intellige tamen ut num. 65. cum ſeq.

48 *Prohibitio diviſionis feudi dignitatis poſita eſt generaliter cum exceptione feudorum inferiorum.*

49 *Textum in §. præterea Ducatus quomodo aliqui legant, unde D. Altogradus elicit argumentum individuitatis feudi etiam quoad proventus, & commoditates.*

Vide tamen num. 72. & [illegible].

50 *Feudum dignitatis quamvis indiviſibile, non ad unicum primogenitum, ſed ad omnes filios pro indiviſo ſpectat.*

51 *Non valet illatio, Jus feudi indiviſibile eſt, ergo uni tantum defertur, & num. 56.*

52 *Compatibilia ſunt, quod feudum dividi nequeat, & tamen duo ſimul ſint Domini.*

53 *Doctor cenſetur illam tenere ſententiam, quam refert ultimo loco.*

54 *Plures poſſunt rem unam pro indiviſo poſſidere.*

55 *Feudales conſuetudines paſſivam à jure communi interpretationem recipiunt.*

57 *Diſpoſitio §. præterea Ducatus, ultra id, quod verba ſonant, porrigenda non eſt, ſed immo tanquam exorbitans à jure communi, Civili, Canonico, Prætorio, & conſuetudinario feudorum ſtrictè intelligenda.*

58 *De jure civili tum Digeſtorum, tum Codicis, tum Authentic. filii æqualiter admittuntur ad ſucceſſionem parentum abſque diſtinctione ſexus, vel patriæ poteſtatis.*

59 *Subſtitutio facta inter liberos cenſetur ea lege ordinata, ut filii ſuccedant æqualiter.*

60 *De jure Canonico omnes pariter filii admittuntur ad ſucceſſionem.*

61 *Id pariter de jure Prætorio.*

62 *Id ipſum cautum de jure conſuetudinario feudorum.*

63 *Diſpoſitio exorbitans, & correctoria juris communis, quatenus applicari poteſt ad unum caſum, non trahenda ad duos, & num. 67.*

65 *Quod ſervare individuitatem feudi concernat utilitatem ſubditorum, Principis & ſplendorem familiarum, non probat alios filios in eo non ſuccedere. Probatur exemplo majoratuum, ac Primogeniorum in allodialibus.*

68 *Diviſio commoditatum, & exercitii Juriſdictionis in feudo dignitatis, quibus modis fieri poſſit.*

69 *Idem damnum orietur ſubditis ex diviſione exercitii Juriſdictionis, ac ex diviſione ipſius corporis feudi.*

Contrarium tamen vide num 70.

71 *Alii modi remiſſivè dividendi exercitium Juriſdictionis, ac commoditates feudi.*

74 *Exceptio declarat, de quibus regula loquitur.*

75 *Exceptio debet eſſe de regula.*

76 *Exceptio ita debet intelligi ut conveniat regulæ.*

77 *Eo ipſo quod cenſura §. Præterea Ducatus, feudum dignitatis dividi prohibetur, videtur hujuſmodi feudum ſupponi commune, cum ea ſola dividantur, quæ ſunt communia Argumentum Soccini Sen. conſ. 31. num. 9. in 4.*

78 *Diſparitates vertentes inter caſum ſuper quo D. Conſ. Altograd. concinnavit ſuam primam controverſiam, ac hypotheſim noſtram, & num. ſequenti.*

80 *Judicatum contra D. Altogradum etiam in caſu ſuo.*

81 *Aliud eſt feudum dignitatis individuum eſſe, ut in eo locum habeat Jus accreſcendi, aliud verò, quod ita individuum ſit, ut vel pluribus pro indiviſo quoad ſubſtantiam, vel ſingulis pro diviſo quoad commoditates, & fructus pertinere nequeat.*

82 *Omnes fere Doctores propugnantes individuitatem feudi in eo ſenſu loquuntur, ut ſcilicet in eo locum habeat Ius accreſcendi.*

83 *Honorifica mentio D. de Luca in Rom. Cur. famigerati cauſarum Patroni.*

84 *Feudum dignitatis indiviſibile non eſt, quando contrarium conventum eſt in Inveſtitura.*

85 *Quando pluribus feudum dignitatis conceditur, locum in eo non habet diſpoſitio §. Præterea Ducatus.*

86 *Secluſa acquirentis diſpoſitione in hac facti ſpecie potiſſimum attenditur Principis inveſtientis intentio.*

87 *In ſupplici libello per bon. mem. Co. Camillum porrecto, ſupponitur ſimultanea omnium filiorum ſucceſſio.*

88 *Præfati Art. diſcuſſa eſt legitima ſucceſſio feudi Caleſtani ſub ea ſuppoſitione, quod Dominus Co. Camillus inteſtatus deceſſiſſet, vel ejus diſpoſitio nequaquam eſſet attendenda, idque ad omnino oppugnandam, ac ſternendam prætenſionem Domini Co. Hieronymi, qui ſolus experitur pro aſſecutione feudi controverſi.*

PRæſentis enodatio quæſtionis vulgaris eſſet negotii, niſi verba vix duo ſcripta in ſupplici libello,
de quo in themate, eam poſtularent altioris indaginis:
ſi enim controverſia eſſet de feudo ſimplici, & ut in- 1
quiunt, minori, rem compertam facerent Juris feudalis notiſſimæ deciſiones (has infrà oportuno loco
feremus) quibus ad legitimam feudorum ſucceſſionem omnes filii æque admittuntur; At quoniam ipſe
D. Comes ſupplex rogavit Sereniſſimum directum Dominum pro ejuſdem feudi erectione in Comitatum ibi
In feudo di Concia eretto (quod tamen pro nunc extra
noxam veri pacificè admittimus, alibi enim probabi- 2
tur, quod hoc feudum erat jam antea in Comitatum
erectum, ac proinde hæc verba fuiſſe merè enunciativa qualitatis eidem jam antea infixæ) idque ope benigniſſimi reſcripti obtinuiſſe dicitur, unde effectum
videtur feudum dignitatis, dubiam facit præſentem reſolutionem diſpoſitio §. *Præterea Ducatus in cap. 1. de*
probibit. feud. alienat. per Federic. ubi cautum legimus, 3
quod *Ducatus, Marchionatus de cætero non dividantur*,
quæ Guntherus penes Borell. *ſum. deciſ. Tit. 34. de feudis, num. 131. in fin.* metro ſic explicavit.

Marchia, ſeu Comitis poſſeſſio, ſive Ducatus Integra
permaneant. Quamobrem cæteris filiis D. Co. acquirentis poſthabitis, primo aſpectu potiores eſſe videntur partes Illuſtriſſimi D. Co. Hieronymi D. Co. acquirentis Nepotis ex bon. mem. Co. Alexandro primogenito prædefuncto, tum quia feudum tanquam di-
gnitatis reddit indiviſibile præfati cenſura paragraphi, 4
tum quia uti tale ad unicum primogenitum ſpectare
neceſſe eſt, ut pluribus probari poſſet, pro quibus tamen omnibus allegare ſufficit ingenioſam controverſiam primam in ordine plurima eruditione refertam
Illuſtriſſimi D. mei D. Conſiliarii Altogradi, Viri peritia legali adeò exculti, ut habere meruerit laudatorem ſupremum orbis Areopagum, Romanum ſcilicet
Rotam 5

Rotam, quæ *in Bononienſ. fideicom. de Monteremiis* 1665. *verſic. ſed è contra coram Reverendiſſimo Thaja*, poſtquam eum ad differentiam inſignis Juriſconſulti Lælii Genitoris ſub nomine Altogradi Junioris allegaverit, ſubjunxit, qood in ibi citata *controverſia*, & *aliis ſeniori Juriſprudentia egregiè patrizat*, in hac autem controverſia validiſſimè propugnantur partes primogeniti, tum auctoritate, tum ratione, adeò ut vix aliquid intactum exiſtimari queat. Argumenta non ferimus ab eo petenda pro libito.

Ad quorum confirmationem ejuſdem primogeniti ad fora certaſſe videtur D. Sacca *in inſigni reſponſo red-*
6 *dito pro D. Co. bon. mem. Ant. Maria Terzio in cauſis & Siſſia, & Belvederii inter ejus reſponſa edito reſponſ.* 50. *in ordine*, uti pluribus in locis, & præſertim *à numer.*46. pluribus probat, quod feuda cætero qui dividua, ſi tamen erigantur in Comitatum per hujuſmodi ſupervenientem dignitatem individua fiunt ratione adjuncti.

Verùm his minimè obſtantibus, oſtendimus, quòd feudum controverſum, ubi D. Comes Camillus deceſſiſſet inteſtatus, vel ejus diſpoſitio attendenda non eſſet, non ad Illuſtriſſimum D. Co. Hieronymum primogenitum filium, ſed ad omnes filios æqualiter ſpectaſſet.

Et primi quidem fundamenti loco eſt univerſalis
7 Italiæ conſuetudo, quod feuda etiam dignitatis, exceptis Ducatibus, dividua ſint, de hac teſtantur.

1. Joan. Andr. ad Speculat. *tit. de feud. poſt med. verſic. non omittam.*
2. Jaſon. *in l. ſtipulationes non dividuntur la ſeconda n.* 3. *verſic.* 3. *limita de verb. oblig.*
3. Dec. *in cap. prudentiam in princ. num.* 64 & 67. *de offic. deleg & conſ.* 389. *n.* 3.
4. Alex. *conſ.* 18. *num.* 6. *in ſecundo*, & *conſ.* 30. *n. primo in ſexto.*
5. Barbaria inter *conſ.* ejuſdem Alex. *in* 4. *conſ.* 55. *in ordine num.* 18.
6. Guglielm. de Benedict. *in cap. Raynucius verbis in eodem teſtamento relinquens primo num.* 185. *vc. ſic. prætereà talis dignitas de teſtamentis.*
7. Ruin. *conſ.* 29. *num.* 19. *lib.* 5.
8. Par. *conſ.* 10 *num.* 15. *in primo.*
9. Curt. Sen. *conſ.* 68. *num* 12 *cum ſeqq.*
10. Socin. Sen. *conſ.* 68. *n.* 25. *in primo*, & *conſ.* 252. *ſub n.* 19 *verſ. ſecundo dico ac conſ.* 278. *n.* 1. *verſ. ſed præmiſſis in ſecundo.*
11. Soccin Jun. *conſ.* 31. *num.* 8. & 11. *lib.* 4.
12. Menoch. *conſ.* 2. *num* 289.
13. Hieronym. Schiurpff. *cent.* 2. *conſ.* 1. *num.* 1.
14. *Burcaſer plures referens conſ.* 1. *n.* 39.
15. Anton Ciof. *conſ.* 2. *n.* 13.
16. Riminal Jun. *conſ.* 18. *num.* 51. *conſ.* 57. *numer.* 33. & *plenè in cauſa Parmen. de Simmonettis* 513. *num.* 112.
17. Pancirol. *conſ.* 1. *num.* 18 & 21. *verſ. ſecundo reſpondetur.*
18. Cravett. *conſ.* 995. *num.* 29. *verſic. ſeptimo reſpondetur.*
19. *Aldobrandin. conſ.* 1. *n.* 294.
20. Decian. plures cumulans *conſ.* 22. *num.* 28. *in* 5.
21. Gratt. *conſ.* 4. *num.* 29. *lib.* 1.
22. *Gozadin. plures allegans conſ.* 62. *num.* 4. quod licet ferat tanquam ratio dubitandi, in ſolutione tamen contrariorum eandem conſuetudinem Italiæ admittit.
23. Crottus *conſ.* 55 *num.* 20 *in primo.*
24. Caball. *tom.* 2. *conſ. deciſ.* 13. *circa finem. ſub num. ſignato* 50. (licet incuria impreſſoris, nam eſt *n.* 74.) ubi plures allegat & teſtatur de communi obſervantia totius Italiæ in feudis quarumcumque dignitatum, & Regnis, ac Ducatibus exceptis.
25. Tiraquell. *de Jur. Primogen. quæſt.* 4. *n.* 17.
26. Utſell. *in exam. Ap. concluſ.* 42. *num.* 501.
27. Thomas *tract. var. tom.* 1. *tract* 8. *tit.* 10. *num.* 52. & 56.
28. Sanleger. *q. civil. cap.* 34. *n.* 11.
29. Gail. *pract. obſerv. lib.* 2. *obſerv.* 152. *n.* 2.
30. Caſſaneus *ad Conſuetud. Burgund. rub.* 3. *de fid.* 5 §. 6. *num.* 10.
31. Hartman. *pract. obſerv. lib.* 2. *tit.* 54. *de feudis obſerv.* 19. *num.* 5.
32. Mantic. plures referens *de tacit. lib.* 23. *tit.* 27. *num.* 25.
33. Bellon. *de Jur. accreſ. cap.* 6. *quæſt.* 37. *num.* 106.
34. Joan. Lecirier. *de primogenit. quæſt.* 11. *concluſ.* 3. *num.* 9.
35. Rot. poſt Merlin. *de legitim. deciſ.* 67. *n.* 14.

Ex feudiſtis verò.

36. Andreas *in cap.* 1. §. *omnes filii*, *num.* 1. *verſic. licet hodie ſi de feudo fuerit controverſia in cap. prim. numer.* 4. *de feud. March. in cap.* 1. *numer.* 22. *verſic. unde ſi Baronia juncta ibi gloſſa*, Liparvuli *in verbo Long. litt. V. de capitaneo qui*, &c. & *in dicto* §. *præterea Ducatus num.* 35. *verſic. licet hodie videmus.*
37. Alvarot. *in c.* 1. §. *omnes filii num.* 9. *ſi de feudo fuerit controverſia.*
38. Curt. Jun. *de feud. part.* 4. *ſub num.* 122. *verſic. octavo poteſt colligi limitatio.*
39. Clar. §. *feudum q.* 44. *n.* 2. *ibidemque.*
40. Harprect. *num.* 6.
41. Roſenthal. *in Synopſi feudali cap.* 9. *membr. p. concluſ.* 56. *num.* 5. *innumeros longa ſerie ferens ſub gloſ. b.*
42. Larath. *in Theatr. feudal part.* 7. *dilucid.* 51. *num.* 6.
43. De Ponte *de ſucceſſ. feudal. lect.* 12. *alias* 3. *num.* 6.
44. Guglielm. Haunton. *lib.* 3. *cap.* 9. *verſic. Hincq.* & *in tota Italia.*
45. Anton. Capyc. *in inveſt. feud. ſub rub. feud. diviſio verſic. ſublimita* 1. *fol.* 105.

Quemadmodum eadem viget Conſuetudo apud Gal- 8
los, & Allobrogos, teſtibus Rebuff. *in declarat. feudal. num* 27. Ricc. *collect* 2154. Riminal. Jun. *conſ.* 513. *n.* 115. Roſenthal *dicta concluſ.* 56. *num.* 5.

Quam pariter adeſſe in Germania multiſque aliis re- 9
gionibus ferunt Socin Sen. *conſ.* 68. *num.* 23. *in primo.* Barbat. inter Conſ. Alex. *conſ.* 55. *num.* 18. *num.* 4. Dec. *in c. prudentiam, num.* 64 & 65. & *conſ.* 389. *n.* 3. Thomaſ. *dicto tract.* 8. *T.* 10. *num.* 56. Clar. §. *Feudum, q.* 44 *num.* 2. *ibidemque.* Harpreckt *num.* 6. Alvarot. *in dicto c.* 1. §. *Omnes filii n.* 9. De Ponte *dicta lect.* 12. *num.* 6.

Præ cæteris autem locis citra controverſiam admit-
titur hujuſmodi feuda dividua fore in Lombardia, 10
idque ex longa conſuetudine, cujus memoria non eſt ut inquit Andreas *ſuperius citatus in dicto* §. *Omnes filii*, & *in* §. *Præterea Ducatus*, & poſt eum authumant Jaſon *in l. ſtipulationes non dividuntur la ſeconda n.* 21. *verſio tertio limita de verb. oblig.* Dec. *in dicto c. prudentiam*, *num.* 65. & *conſ.* 389. *num.* 3. Guglielm. de Benedic. *in c. Raimutius verbo*, *in eodem teſtamento relinquens pag.* 185. *de teſtament.* Socin. Sen. *conſ.* 68. *numer.* 27. *in p.* & *conſ.* 278. *ante num.* 2. *in* 2. Socin. Jun. *conſ.* 31. *num.* 11. *in fin. lib.* 4. Alex. *conſ.* 18. *num.* 6. *lib.* 2. & *conſ.* 30. *num.* 1. *in p. in* 6. Curt. Sen. *conſ.* 68. *num.* 13. Riminald. Jun. *conſ.* 18. *num.* 51. *conſ.* 57. *numer.* 33. & *in cauſa Parmenſi de Simonettis conſ.* 513. *n.* 123. Thomaſ. *dicto T.* 10. *num.* 56. Mantic. *de tacit. lib.* 23. *Tit.* 27. *num.* 26. Joannes Lecirier *De Primogenit. quæſt.* 21. *concluſ.* 3. *num.* 9. Marin. Frecc. *de Sub feud. T. p. rub.* 2. *de orig. Baronum*, *num.* 18. *fol. mihi* 11. Alvarot. *in dicto* § *Omnes filii num.* 9. Roſenthal. *alleg. concluſ.* 56. *num.* 5. Intrigliol. *quæſt.* 39. *à num.* 28. *cent. p.* De Ponte *dicta lect.* 12. *numer.* 6. Larath. *pag.* 9. *dilucid.* 22. *num.* 8.

Quamobrem eamdem ſervari conſuetudinem Ge-
nuæ teſtatur Angelus penes Intrigliol. *d. quæſt.* 39. *n.* 32. 11
Ferrariæ, Forijulii, ac Mediolani Curt. Sen. *conſ.* 68. *num.* 13. Alvarot. *dicto* §. *Omnes filii num.* 9. Intrigliol.

ubi ſupra num.39. ſicut etiam conſuetudinem Tuſciæ
refert Socin, Jun. *dicto conſ.31.num.8.in fin.* ac demum
de conſuetudine Marchiæ Alberic. penes Menoch.
conſ.2.num.289.

12 Quæ quidem conſuetudo, vel tanquam generalis
probatione non indiget, ut in propoſito inquit Me-
noch. *conſ.163. num.8.* vel ſatis comperta eſt teſtimo-
13 nio tot Doctorum, qui eam aſſeverant; licet enim re-
cepta ſit Juris regula, quòd Doctoribus de conſuetu-
dine mentionem facientibus fides habenda non ſit
Rot. coram S.M.Gregor. *decif.274.num 5. ibique.* Ad-
14 dent. *num.8.* id tamen reſtriogitur. Primò ut ſaltem
onus probandi contrarium transferat in adverſam par-
tem Cravett. *conſ.166. num.9.* & in terminis noſtræ
15 quæſtionis *conſ.995. num.19. verſic.ſeptimo reſpondetur,*
ubi inquit de hoc dubitationem non eſſe, Menoch.
conſ.2. num.289. Grat. *dicto reſponſ.4. num.30. in primo.*
Secundo reſtringitur non procedere in iis Curiis, &
foris in quibus Doctores de conſuetudine atteſtaotes
ſunt verſati juxta conciliationem Surdi, quam ferunt,
ac probant Addent.ad Gregor. *ubi ſupra dicto num.8.* &
Rot. *in rec.p.4.tom.3.decif.530.num.3. & p.6. decif.193.
num.14.* & pro qua alios refert Carleval. *de Judic. T. p.
diſput.2.quaſt.2.num.62. verſ. nam Doctori*; Quare cum
plures ex Doctoribus ſuperius recenſitis ſint Itali, fe-
rantque conſuetudinem generalem in Italia vigentem,
illis omninò deferendum eſt, juxta relatam Surdi di-
ſtinctionem, quam oportune, ad probandum Docto-
ribus atteſtantibus non de particulari conſuetudine
unius loci, ſed de conſuetudine generali credendum
fore, affert Rot. *dicta decif.193. num 14. p 6. rec.* &
confert Bart. *in l.de quibus 31. in 2. lectura q.4. in prin-
cipali num.21. in princ. verſic. Quandoque redigitur in
ſcriptis. De legibus.*

Porro cum in materia feudali Jus quæſitum videa-
16 tur a conſuetudine Riminal. *conſ.18. num.27.* ut ipſa
docet feudalium legum nomenclatura, nuncupantur
enim conſuetudines feudales (eſto præſcripta ſit in
præfato § *Præterea Ducatus* feudorum dignitatis Indi-
viduitas) hæc, contraria obſtante conſuetudine de
qua ſupra, in feudis Italis minimè ſervabitur. Becc.
conſ.56.num.31. & in puncto propoſitæ quæſtionis, hu-
juſmodi conſuetudinem dividendi feuda dignitatis in
17 feudorum ſucceſſoribus omnino ſervandam probant
Bald. aliique plures relati per Cabal. *conſ. decif.13. ſu-
perius alleg. to in fine verſiculo, qua quidem conſuetudo.*
Schiurpff. *cent.2. conſ.1. num.2.* Intrigliol. *quaſt.39. à
num.34. uſque ad* 40. & in cauſa Parmenſi ſuperius re-
cenſita Riminald. Jun. *conſ.513. num 13.* & hæc ſanè
18 conſuetudo eſt de facili admittenda, tanquam non in-
ductiva novi juris, ſed ambigui Interpretativa, eſt
enim interpretata Jus, quod antea eſſe poterat ambi-
guum, ut inferius ambiguum probabitur, an ad unum
primogenitum ſpectaret feudum dignitatis, vel potius
ad omnes filios benè Menoch. *conſ.163. num.7. verſic.*
19 *Et hæc quidem*, ubi quod propterea ad eam inducen-
dam duo actus ſufficiunt, nec longioris temporis cur-
20 ſus ſit neceſſarius, immo eadem facili admittenda, tan-
quam favorabilis, cum per illam feudalis ſucceſſio du-
catur ad priorem originem ſuam; res enim de facili ad
ſui naturam revertitur, ut inquit Bart. *in l. ſi unus ex*
21 *Argentariis*, §. *Pactus ne peteret in princ. de pact.* & fa-
vorabilis eſt diſpoſitio, quam rem trahimus in primæ-
va jura gloſ. *in c. ſtatutum 3. in verbo numerandum ver-
ſic. item per hanc redditur. De præbend. in 6.* & facit can.
22 *ab exordio diſtinct.35.* pluribus Barboſ. *axiom.225. nu-
mer.5. cum ſeqq.* Feuda ſiquidem ex Longobardis exor-
23 dium ſumpſere ſecundum Fracc. *de Subfeud. lib.1. de
origine feud. num.86. rub. p. de origin. feud.* Secundum
24 quod Longobardorum jus feuda omnia ſunt dividua
Andreas *in cap.1.§.Omnes filii,n 5. verſic. & ſi jure Lon-
gobard. De natura ſucceſſionis feudi,c.1.num.22.verſic.un-
de ſi Baronia de Capuaneo,qui &c. in c.§.Sancimus n.10.
quo tempore miles*, & in puncto feudi dignitatis *in dicta
§. Præterea Ducatus,num.36.verſic.ſi verò vivant de pro-
hibit.feud.alienat.per Federic.*

Probatur ſecundò dividuitas ſuperius allegata, non
ſolùm ex generali Italiæ, & peculiari Lombardiæ con- 25
ſuetudine, immo Parmenſis Status, in quo videmus
dividi æqualiter inter fratres feuda omnia quantumvis
in Marchionatum, ſeu Comitatum erecta, in quibus
præſcripta non eſt Inveſtituræ forma ſuccedendi jure
primogenituræ, vel appoſita clauſula, ſecundum Jus
Francorum, (ut in feudis Marchionatus Prolexini,Ra-
varani, Varani Marchionum, & Melgariorum,Zibelli,
Tabiani, aliiſque pluribus) probatur inquam non ſo-
lùm ex generali recenſita conſuetudine, ſeu ex ipſa in- 26
dividua, quæ continuò ſervata fuit inter Dominos
Comites de Fliſco priores Vaſſallos in ſucceſſione in
hoc ipſo feudo Caleſtani; conſtat enim ex una parte ex
ſupplicibus libellis Sereniſſimo directo Domino por-
rectis, de quibus in Themate, & ex ipſo venditionis
documento, quod idem feudum jam antea erat in Co-
mitatum erectum, ut ex primo ſupplici libello in prin-
cipio. *Poſſedono li devotiſſimi, & humiliſſimi di V. A. S.
Vaſſalli, e Servitori Conte Carolo Leone,& Abbate Conte
Claudio Fieſchi li Feudo, e Contea di Caleſtano, &c.* & in
ſecundo ibi: *far gratia poter vendere il Feudo in Titolo
di Contea eretto*, & paulò poſt, *nel quale v' è il patto di
riconoſcere da V. A. il detto Feudo in titolo di Contea gia
eretto, &c.* & conſtat ex alia parte utrumque fratrem
tam Comitem Carolum Leonem primogenitum, quam
Comitem Claudium ſecundogenitum, ipſo etiam Se- 27
reniſſimo D. approbante, deveniſſe ad dictam aliena-
tionem Caleſtani. Scimus autem objectatam diſpoſitio-
nem §. *Præterea Ducatus* limitari, quando ſemel feudum
dignitatis dividi conſuevit, tametſi in poſterioribus
Inveſtituris, nil ſuperinde decernatur Intrigliol. *cent.1.
feudali, quaſt.39.a num.116.uſque ad num.125.*quo loco
regulam pluribus exemplificat, ac exornat, ut in re 28
alienari prohibita, quæ ſemel effecta alienabilis, per- 29
petuò alienabilis durat; in re Eccleſiæ, quæ ſemel in 30
emphyteuſim conceſſa, continuò emphyteutica evadit;
In cauſa alias non delegabili,veluti meri vel mixti Im- 31
perii, quæ ſemel à Principe delegata, mutat naturam
ſuam, & efficitur in perpetuum delegabilis, & demum
in actione natura ſua non tranſitoria ad hæredes, ad
quos tametſi ſemel transferatur,poſtea ſemper tranſmit-
titur, quæ etiam tulit Schrader. *de feudis p. 8. cap.2.
num.42.* & Liparulus ad Andream *in §. Præterea Duca-
tus, num.35. verbo conſuetudine littera N. verſic. ſeptimo
feudum dignitatis.*

Præterea quod dicitur de individuitate feudi dig-
nitatis (eſt tertium fundamentum concluſionis firma-
tæ ſupra ſub num.6. verſ. Verum his minimè obſtan-
tibus.) Intelligitur quoad ipſam dignitatem, non verò
quoad exercitium, & adminiſtrationem Juriſdictionis, 32
ac redditum, proventum, commoditatem, & bona
temporalia.

1. Bart. *in l. inter Tutores 37.n.6.de adminiſtrat.tut.& Cur.*
2. Felin. *in c. quæ in Eccleſiarum 7. n.90. verſic.1. ut non procedat junct. verſic. cæterum quamvis de Conſtitut.*
3. *Jaſon. in l. ſtipulationes non dividuntur la ſeconda numer.31.verſic.limitata iſtam concluſionem.*
4. Guglielm. de Benedict. *in c. Raynutius verb. in eod. teſtam.relinquens num.185.de teſt.*
5. Alberic. *in dicta litter.F. verbo feudum verſic.an exigatur ſpeciale mandatum ante medium.*
6. *Tiraquell.innumeris de Jure primogen.quaſt.4.n.52.*
7. Socin. Sen. *conſ.68.num.29.lib.1.& conſ.278.num.2. in ſecundo.*
8. Socin. Jun. *pluribus allatis conſ.31. num.9.cum duobus ſeqq. in 4.*
9. Curt. Sen. *conſ.68.ſub num.13. verſic. quinto accedit,* ubi quod id ſine dubio procedit, & eſt concluſio marmorea.

10. Ruin-

10. Ruin. *conſ.29. num.16. in 5.*
11. Alex. *conſ.18. num.6. lib.2.*
12. Roland. à Val. *conſ.80. num.27. in p.*
13. Menoch. *conſ.2. num.286. conſ.298. n.2. & conſ.439. num.16.*
14. Riminald. Sen. *conſ.95. num.47.*
15. Riminald. Jun. *conſ.33. num.33. & 513. num.114. cum ſeqq.*
16. Cravett. *conſ.318. num.1. & 995. num.19. verſic. quinto reſpondetur.*
17. Decian. *reſponſ.22. num.26. lib.5.*
18. Dominus Sacca *reſponſ.50. num.31.*
19. Lanar. *conſ.59. num.27.*
20. Cephal. *conſ.3. num.82.*
21. Capyc. Galeot. *lib.2. contr.p. num.42.*
22. Gail. *pract. obſer. lib.2. obſer.153. num.2.* ubi quod cautum eſt de Jure feudali.
23. Pacian. *de probat. pluribus concluſionem confirmans lib.2. cap.36. num.62.*
24. Borell. *in Sum. deciſ. quamplures congerens T. 34. de feudis num.232. cum ſeq. lib.p.*
25. Ricc. *in collect. deciſ. part.6. collect.2154.*
26. Bellon. *de Jur. accreſc. cap.6. quaſt.37. num.97. & num.101. cum ſeq. omnino videndus.* Ex Feudiſtis vero.
27. Bald. *in c. imperialem, §. Præterea Ducatus, num.3. circa fin. verſic. Item Juriſdictiones, & num.5. pariter in fin. verſic. vel apud Dominum de prohibit. feud. alienat. per Federic.*
28. Cumias *in pralud. ad c. ſi aliquem de ſucceſſ. feudali num.226.*
29. Guglielm. Hannetonus *de Jure feudi lib.3. cap.9. poſt med. verſic. ſanè ſubſcriptorum feudorum.*
30. Rebuff. *in declarat. feudali num.26. circa fin.*
31. Anton. Capyc. *in Inveſt. feudali ſub titulo feudorum diviſio verſic. ſublimitas. octavo fol.166.*
32. Curtius *de feudis p.4. ſub num.122. limit.9. verſic. nova eſt limitatio.*
33. Joannes Sichard. *conſ. feudali, p. num.49. cum ſeq.*
34. Schrader *de feud. dicta p.8. cap.2. ſub num.39. verſic.4. licet cum verſic. ſeq.*
35. Nardus Liparulus ad Iſern. *in dicto §. Præterea Ducatus, num.35. in verbo conſuetudine litt. N. verſic. quarto limitatur.*
36. De Ponte *ſucceſſ. feudali lect.12. alias 3. ſub num.10. verſic. hac omnia*, ubi ait ſic conciliari contrarias ſententias pleniſſimè. Intrigliol. *dicta quaſt.39. à num.74. uſque ad 97.*
37. Camerar *in cap 1. De Succeſſ. feud. num.105. inter repet. feud. noviſſ. editas per Donat. Anton. Marin.*
38. Roſenthal. *de feud. cap.9. membr. p. concluſ. 56.*

33 *num.12. & 13.* ubi quod in hoc fere omnes concordant innumeros allegando ſub gloſſis ſ. & t. Sic videmus in via, itinere, Actu, Aquæductu, cæteriſque ſervitutibus (præter uſumfructum in hoc diſſimilis naturæ ab aliis, quia hic tantum affert utilitatis totus reſpectu totius, quantum pars reſpectu partis, ſed aliæ ſervitutes debentur perſonæ, vel rei juxta neceſſitatem, quæ neceſſitas indiviſibilis eſt, ut ſcitè animadvertit Bart. Cepol. & alii, quos refert Intrigliol. mox referendus *num.80.*) videmus inquam in ſervitutibus, quod licet individuæ ſint *l. ſtipulationes la ſeconda, quæ eſt lex 72. in prin. de verb. oblig. l. uſus pars 20. de uſu, & habit. Bart. in l. pro parte 11. circa med. verſic. hoc non puto de ſervit. l.2. §. Si uſusfructus legatus ſit num.1. & 3. ad l. falc.* Intrigliol. *cent.1. de feud. quaſt.39. num.79.* nihilominus reſpectu commoditatis ſunt dividuæ in temporibus, & menſuris *l. Arbor 19. §. commun. divid. l. Lucio 4. cum l. ſeq. de aqua quot. & aſt. l. via 5. de ſervit.* bene gloſ. *final. in l. ſi partem 25. de ſervit. ruſtic. præd.* Intrigliol. *ubi ſupra num.81.* Roland. *in predicto conſil.81. num.29.* Curt. *de feud. dicta part.4. ſub num.122. limitat.9. verſic. ſimile dicimus in ſervitutibus* Sichardus *conſ. feud. primo num.52.*

Sic pariter in Jure patronatus quod licet Individuum. Lambertin. *de Iure patronat. lib.p. quaſt 3. principalis partis 1. fol. mihi 43.* quo tamen ad ejus commoditatem dividi poteſt, puta ſi conveniant Patroni de præſentando alternis vicibus *Clementin. 2. de Iur. patronat.* Intrigliol. in terminis præſentis quæſtionis *allegato loco, num.90. cum duobus ſeqq.* Roland. *pariter ſupra num.30.* 34

Sic etiam in rebus minorum, in quibus regulariter vetita eſt diviſio, niſi minores provocentur in Judicio fam. erciſ. ad diviſionem *l. inter 17. C. de Prædiis, & aliis rebus, &c. l. ſi pupillorum 7. de rebus eorum*, & tamen rectè dividuntur quoad uſum, adminiſtrationem, ac fructuum perceptionem *arg. l. Lucius 39. & ibi* Gloſ. *in verbo patrimonium, & Bald in ſum. ar fam. erciſ.* Roland. *ibidem num.31.* ac Intrigliol. *dicto loco num 96.* Ruin. *conſ.29. num.16. in 5.* 35

Sic Jus tutelæ pluribus in ſolidum decretæ eſt individuum, & tamen adminiſtratio tutelæ rectè inter Contutores dividitur Bart. *in l. inter tutores 37. num.5. verſic. dic ergo de adminiſtratione tut.* unde idem Bart. opportunè ducit argumentum ad Feudum Comitatus, quod licet individuum juxta Sanctionem §. *Præterea Ducatus*, dividuum tamen eſt quoad adminiſtrationem, & exercitium Juriſdictionis, dicens valde diligenter notandum, quia habuerat in facto, quæ rectè aſſumit Roland. *recenſito conſ.81. n.36. cum ſeq.* ut innuit etiam Sichard. *conſ. feudal.1. n.51.* 36

Sic demum licet irrequiſito directo Domino, feudorum diviſio interdicta ſit, licet Jus feudale dari nequeat in ſolutum, vel alio quovis titulo alienari, diviſio tamen permittitur gratia commodioris, ac uberioris culturæ, ipſaque commoditas alienari poteſt, ac dari in ſolutum, ut ſingula comprobat Roland. *ubi ſupra, n.32. cum quatuor ſeqq.* 37

Ex quibus ſatis facilè intelligere poſſumus, feudum quidem dignitatis non pati diviſionem, quæ fieret per ſeparationem Territorii, vel hominum realem, & abſolutam juxta Sanctionem §. *Præterea Ducatus*, non verò vetitam eſſe diviſionem commoditatis & fructuum, unde feudum nullam pateretur Sectionem niſi fortè ab abſtracto, & intellectualiter, in quo ſenſu nullam fore dubitationem quin quæcumque dignitatum feuda dividua ſint, teſtatur Bellon. *de Iur. accreſ. dicto cap.6. quaſt.37. num.103.* ad inſtar ſervitutis, quæ *ut ſupra* probatum eſt, licet individua realiter, & abſolutè, diviſionem tamen recipit, quoad commoditatem, & uſum, unde Bart. *in l. via 23. §. Final. de ſervit. ruſtic. præd.* rectè obſervat Jus ſervitutis eſſe totum in toto, & totum in qualibet parte, quod Bellon. *ubi ſupra 104. cum ſeqq.* dixit de dignitate feudo adjecta, quare ſi ex duobus fratribus cum Comitatus Titulo inveſtitis alter ſine liberis decedat, non habebit ſuperſtes totum feudum, ſed pars defuncti devolveret ad dominum, nec tamen ob id dici poterit Jus ſuperſtitis in aliquo diminutum, quia totum id ei remanet, quod fuit ex Inveſtitura aſſecutus, unde adhuc, ipſe diceretur dicti loci Comes, mox relato argumento, quod dignitas eſſe cenſeatur tota in tota, & tota in qualibet parte, ita enim Comes dicitur, tam qui minimam feudi partem poſſidet, quam qui totum, nec aliquis unquam dictus eſt Semicomes, aut cum alia adjectione partem demonſtrante, in hoc concernit individuitas feudi dignitatis, & huc collimat pluries recenſiti §. Præterea Ducatus diſpoſitio Bellon. *ubi ſupra à n.101. uſque ad 106.* 38 39 40

Hæc autem commoditatis, ac fructuum diviſio feudi dignitatis tenet, quamvis facta Domino irrequiſito, ac inconſulto, quoniam fructus eſt ex corpore feudi percepti burgenſatici cenſentur, ut poſt Bald. & alios probet Camerar. relatus à Com *ad Cap. ſi aliquem in prælud. num.229.* Hæc adverſus in ſuperius laudata 41 42

Digitized by Google

prima ſua controverſia tribus potiſſimum fundamentis
acerrimè invehit Illuſtriſſimus D. Altogradus, quo-
43 rum primum illud eſt *num.79. cum tribus ſequentibus*,
quoniam ſuperius allata concluſio, qua diximus, feu-
da dignitatum individua quidem eſſe quoad ipſam di-
gnitatem, quoad exercitium verò Juriſdictionis, com-
moditatem, ac fructus æque dividi poſſe inter omnes
fratres, eorum oitatur opinione, qui tenent feudum
Regale licet individuum, ad omnes fratres æqualiter
44 pertinere, ſed pro indiviſo, quod tamen omnino ipſe
autumat falſum, verius ac receptius dicens, non ad
omnes fratres in ſolidum, ſed ad unum tantum primo-
45 genituo tranſire, redarguens Menoch. eo quod poſt-
quam primogeniti partes propugnaſſet *conſ.158.num.71.*
ceciniſſet ſtatim palinodiam *conſ.163.* admittens omnes
filios ad feudalem ſucceſſionem.

46 Secundum verò fundamentum educit ea ipſa ratio-
ne textus in objectato §. *Præterea Ducatus*, quæ qui-
dem cum illa unica ſit communis utilitatis tum Subdi-
torum, quibus utilius eſt per unum, quàm per plures
regi, ac gubernari, tum Principis, cujus intereſt unum
potius divitem habere Vaſſallum, quam plures pau-
peres, tum denique familiarum ipſorummet Vaſſallo-
47 rum, quarum eſſe nequit patrimonium tam pingue,
quod multiplici diviſione non reducatur ad minimum,
eadem omnino ratio urgere videatur in diviſione dig-
nitatis, ac in diviſione adminiſtrationis, ac exerci-
tii Juriſdictionis, commoditatum & fructuum, eo
enim pacto ſubditi regerentur per plures, Domini
Vaſſallos haberent inopes, eorumque ſplendor fa-
miliæ minueretur, quæ non per Titulum, non per
dignitatem, ſed per divitias ſuſtinetur, ac pro-
pagatur.

48 Tertium denique argumentum allatum *num.89. ver-
ſic. hoc idem* præbet elegans animadverſio verborum
textus prædicti, in quo prohibitio diviſionis feudi dig-
nitatis poſita eſt generaliter cum exceptione feudorum
49 inferiorum, legendo textum hoc pacto. *Præterea Du-
catus, Marchia, Comitatus de cætero non dividantur,
aliud autem feudum ſi conſortes voluerint dividatur, ita
ut omnes qui partem feudi habent*, ſi ergo (ratiocina-
tur D. Altogradus) à generali illa regula, inferiora
feuda excipiuntur, quorum diviſio permittitur quoad
fundos, ſequitur quod prohibitio diviſionis feudo-
rum, & ſic proventuum, ac commoditatum, quæ per-
cipiuntur ex fundis, cuio exceptio eſſe debeat de re-
gula.

His tamen omnibus ſufficienter, judicio ſaltem meo,
ſatisfieri poſſe exiſtimo, primo quidem reſpondetur,
50 immò verius videri feudum dignitatis tametſi indivi-
ſibile, non ad unicum primogenitum, ſed ad omnes
filios pro indiviſo ſpectare, hoc enim ratiocinium, jus
feudi dignitatis indiviſibile eſt, ergo niſi uni deferri
poteſt, improbat Aretin. *conſ.162. num.4. in fin. verſic.*
51 *Sed iſta conſequentia non eſt bona*, cum rectè ſimul ſtare
poſſint, ac fœdere amico ad invicem compatiantur,
quod feudum dividi non poſſit, nec debeat, & tamen
52 duo ſimul ſint Domini, ſeu Vaſſalli, nec repugnet,
quod pro indiviſo ad duos, vel plures ſimul defera-
tur, ut omnes ſimul imperent, atque adminiſtrent, ut
poſt Bald. Aretin. Alex. Curt. Sen. Ruin. Gulielm. Be-
nedict. Socin. Jun. Tiraquell. Roderic. Suarez. Nat-
tam, & Alipran. dum bene tuetur Menoch. *conſ.163.
num.20.* dicens verſic. *& cum hæc*, quod cum ſit hæc
magis recepta opinio, ab ea temere eſſet recedere, pro
cujus confirmatione affert per extenſum locum Baldi
in conſ.275. num.6. in ſecundo, qui ſic loquutus, *& ad
evidentiam præmitto, quod quædam ſunt jura diviſibilia,
quædam indiviſibilia, item indiviſibilium quædam ſunt com-
municabilia, quædam non; Nam ſi duo ſunt Comites, de
Jure communi Comitatus bene eſt communis inter eos, ſed
non partibilis, quia dignitates non recipiunt ſectionem ut
extr. de præbend. c. majoribus, & l.1. ff. de offic. conſulis
& in cap.1. §. Præterea Marchia de prohibit. feud. alien.
per Federic. ſed conſuetudine, ut dictum eſt ſupra, primo-
genitus ſolus eſt Comes, & gerit titulum adminiſtratoriæ
dignitatis, & idem in Comitiſſa, quando in conſuetudine
ſuccedit fœmina*, hæc Bald. & hoc quidem conforme
videtur cum littera textus *in cap.1. §. omnes filii ſi de
feudo defuncti contentio, &c.* ibi *omnes filii ejus, qui feu-
dum acquiſierit fidelitatem facere debent, maximè ſi indi-
viſum habent*, & docuiſſe videtur Andreas *in cap.1. jux-
ta principium de feudo Marchiæ*, ubi loquendo de hu-
juſmodi feudis inquit, *hodie verò ſuccedunt filii, & deſ-
cendentes maſculi, ſed non dividunt*, & clarius *in §. Præ-
terea Ducatus paulo ante num.36.* ubi poſt relatam con-
trariam ſententiam docentem, ſolum majorem natu in
feudis dignitatis ſuccedere, aliorum refert opinionem
volentium; non primogenitum, ſed omnes filios pro
indiviſo ſuccedere, quæ ſententia ab ipſo probata cen-
ſetur, tum quia juxta eam videtur ratiocinari in quæ-
ſtionibus, quas ſubjungit, tum quia illam refert ulti-
mo loco *ad gloſſ. in l. qui filium 74. §. Fabius in verbis,
& alia ad trebell.* Surd. *conſ.95. num.12. & deciſ.264.* 53
num.7. Venturin. *conſ.1. num.29.* Hæc verba Andreæ;
*Alii dicunt quod non habet major natu, niſi quando pro-
batur vivere Jure Francorum, & omnes filii ſunt hæredes,
& habent Comitatum pro indiviſo.* Andream pro hac
ſententia allegatum ſequitur de Ponte *de ſucceſſ. feu-
dali. lect.12. alias 3. num.2. cum ſeqq.* & in terminis plu-
ribus tuetur Buccaferrus *conſ.1. num.36. junct. ſeqq.* &
demum poſt Bald. Alvarot. Præpoſit. Laudenſ. Raven.
Iſern. Afflict. Henneton. Tiraquel. Vveſembeccium,
Curtium, Mozium, Caſſaneum, Ardizonum, Zaſium,
Pariſ. Socin. Sen. Aretin. Menoch. Brun. Gulielm. de
Benedict. Soarez, Socin. Jun. Rubeum. Aleaan. Nevi-
zan. Nattam, Nervium, Camerar. & Capyc. quos refert
ſub gloſſ. G. propugnat Roſenthal. *de feud. c.9. membr.1.
concluſ.55 num.9.*

Quæ hinc argumento ipſe Roſenthal mox allega-
tus argutè comprobat. Altero nempe, quod, cum ex 54
una parte plures poſſint rem unam pro indiviſo poſſi-
dere, ut ſecundùm Juris communis principia diximus
in ſervitutibus, Jure patronatus, ac aliis quæ dividi, 55
aut ſui natura, aut lege vetantur, & cum ea alia parte
feudales conſuetudines paſſivam à Jure communi in-
terpretationem recipiant, ut fusè ipſe probarat *in c.1.
quæſt.15. num.32.* & in puncto quæſtionis noſtræ *dicto
cap.9. concluſ.55. num.9. in fine*, licet prohibita legatur
diviſio in dicto §. *Præterea Ducatus*, non inde neceſſa-
ria rectè ducitur conſequentia, quòd non omnes filii 56
pro indiviſo queant ſuccedere, debeat ſolus primo-
genitus ad excluſionem aliorum, de quo nec verbum
in eodem § *Præterea*, cum maximè [& hoc ſecundum
Roſenthal. argumentum] præfati cenſura paragraphi
ultra id quod verba ſonant porrigenda non ſit, ſed 57
immo ſtricto interpretationis fræno coercenda tam-
quam exorbitans à Jure communi, Civili, Canonico,
Prætorio, Conſuetudinario feudorum. De Jure enim 58
civili tum Digeſtorum, tum Codicis, tum Authentico-
rum, filii æqualiter admittuntur ad ſucceſſionem Pa-
rentum abſque diſtinctione ſexus, vel patriæ poteſta-
tis *l.1. §. Suos hæredes de ſuis, & legitimis l. lege 14. c.
eodem l. inter filios 11. C. fam. ercíſ. l. ut liberis 17. C. de
collat. authentic. in ſucceſſ. C. de ſuis, & legitimis lib. Au-
thentico de hæred. ab inteſt. §. Si quis igitur*, & legunt
Thyrones *in §.1. de hæred. quæ ab inteſt.* quare videmus 59
quod ſubſtitutio inter liberos facta, ea lege ordinata
cenſetur, ut filii ſuccedant æqualiter Intrigliol. *cent.1.* 60
feud. quæſt.39. num.128. De Jure Pontificio docent Ab-
bas, cæteri *in cap. Raynutius, & in c. Raynaldus extr. de
teſtam.* De Jure Prætorio eſt text. *in l.1. C. unde liberi.* 61
De Jure demum conſuetudinario feudorum id ipſo- 62
rum cautum legitur in *cap.1. §. Omnes filii ſi de feudo
defuncti contentio ſit in cap.1. §. Reſpondeo de natura
ſucceſſionis feudi*, aliiſque pluribus in locis relatis per
Intrigliol. *ubi ſupra à num.131. uſque ad 135.* unde tan- 63
quam adeò exorbitans, ac correctoria, quatenus appli- 64
cari,

cari poteſt ad unum caſum, non trahenda ad alios, ſed immo quantum fieri poteſt reducenda ad communes regulas arg. *text. in l. 2. C. de noxalibus.* Intigliol. *dicto loco n.* 136. Schrader. *p.* 8. *cap.* 2 *n.* 40.

Menoch. autem, quem D. Altograd. *dicto num.* 31. carpit, notatque ſibi ipſi contrarium *in dicto conſ.* 163. *num.* 20. eis, quæ ſuſtinuerat *conſ.* 158. *num.* 71. defendi poteſt, quod in hoc loco intelligat feudum ſpectare ad primogenitum quoad titulum Comitatus, ac ipſum ſolum gerere dignitatem, quod dicto pariter *conſ.* 163. admittit juxta ſenſum Baldi, & aliorum ibidem relatorum, prout ibi clarè ſe explicat *verſic. altera eſt difficultas* juncto *verſic. præterea loquuntur*, non tamen ad primogenitum ſolum ſpectare etiam quoad totalem commoditatem, Juriſdictionis adminiſtrationem, proventus, ac redditus.

Quod verò [ſicut ornatiſſimè innuit D. Altogradus
65 *ſub num.* 83.] utilitas non ſolum Subditorum, & Principis, ſed ſplendor etiam familiarum Vaſſallorum poſtulet feudorum dignitatis individuitatem etiam quoad commoditates, & exercitium Juriſdictionum, aſſum-
66 ptum neceſſario non probant; Enim vero non negatur erectionem primogenituræ nedum in feodis, ſed etiam in allodialibus concernere utilitatem, ac conſervationem familiarum, quo collimant Majoratus Hiſpani, primogenia, ac feudales Inveſtituræ Jure Francorum, immò tendere etiam in ſplendorem. ac beneficium Dominorum, quorum, ut diximus, ſummoperè intereſt conſpicuos habere Vaſſallos, & ulterius etiam concernere ſubditorum utilitatem, ſicut ſupra hoc ipſo Articulo *num.* 46. innuimus, & fuſiori calamo ad ornamentum reſponſi feremus Articulo. *num.*

Sed dicimus quod quemadmodum, licet primogenituræ etiam in allodialibus ſuo modo id præſtent, tum reſpectu utilitatis familiarum, tum reſpectu ſupremi Principis, cujus eodem pacto intereſt Proceres Regni habere divites, hoc tamen communi jure cautum non legitur, ita neque in feudalium ſucceſſione id neceſſariò quoad mutuum exercitium Juriſdictionis, ac participationem fructuum, ac proventuum contro-
67 verſi §. *Præterea Ducatus* cenſura convincat, quæ cum de ſola diviſione loquatur, non trahenda ad alium caſum, ſed immo veluti exorbitans, & correctoria Juris communis, ut ſupra tulimus, reſtringenda ad ſolam feudi diviſionem, non ad diviſionem commoditatum, ac fructuum.

Præterea licet urgere videatur animadverſio D. Altogradi *num.* 84. quod ſi fieri poſſet diviſio commodi-
68 tatum bonorum feudalium, ex duobus potiſſimum modis deberet contingere, videlicet per temporum alternationem, vel per diviſionem Caſtrorum, quando feuda plura in ſe Caſtra continent, datis inter ipſos fratres cautionibus de ſe invicem in tali exercitio non
69 impediendo, quo pacto verum eſſet dicere, quòd Subditi non ab uno, ſed à pluribus regerentur, & idem damnum ex tali diviſione exercitii Juriſdictionis, & commoditatum, quàm ex abſoluta ipſiuſmet feudi ſe-
70 paratione oriretur, ita ut *pro eo tempore* [ut inquit Joannes Lecirier] *quo unus adminiſtraret adeo Populi ſanguinem exhauriret ut vix precarium relinqueret Spiritum.* His tamen reſponderi poſſet. Primò viſum eſſe Alex. & aliis relatis per Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 60. ubi quod valde congruit, & pro bono publico optimum remedium eſt, ut quilibet alternis Juriſdictionem ſolus exerceat, quod pariter idem Pacian. *num. præced.* potiſſimum laudabile dixerat.

Secundò replicari poteſt, quod ſi duo allegati modi
71 diviſionis commoditatis, ac Juriſdictionis patiuntur objectatas notas, dantur alii, quos recenſet Pacian. *ubi ſupra à num.* 59. & cum *in c. ſi aliquem in rubr. de ſucceſſ. feudal. n.* 12. *fol. mihi* 64. quibus participes fiunt omnes filii feudalium redditum, ac commoditatum, nec ſubditi reguntur à pluribus.

72 Poſtrema verò conſideratio D. Altogradi *num.* 89. *verſic. hoc idem*; de qua ſupra mentionem habuimus num. 48. propoſitam conciliationem, ſeu reſtrictionem ad regulam Individuitatis feudorum non ſatis impugnat; primo quia in meis Codicibus, ubi D. Altogradus legit. *partem fundi* [in quo tota vis reſidet argumenti,] leguntur verba *partem feudi*.

Secundò, quia, dato etiam quòd ſcriberentur ob- 73
jectata verba, *partem fundi*, hinc potiùs exiſtimarem elici poſſe argumentum, individuitatem, de qua regula textus in §. *Præterea* loquitur, cenſeri quoad ipſum corpus feudi non quoad commoditates, & fructus. Cum enim idem textus à regula generali excipiat feuda minora, admittendo quod ita dividi queant, ut unuſquiſque Vaſſallus fundi feudalis partem aſſequatur, ergo (mutuato argumento à D. Altogrado) ita intelligenda eſt prohibita diviſio feudorum dignitatis, non ita ut plures filii habere nequeant vel pro indiviſo totum feudum, vel pro diviſo partes commodita-
tum, ac redituum, ſed ut habere nequeant partes fun- 74
di feudalis, de quo ſolùm loquitur exceptio juxta principium quo dicimus, quod exceptio declaret de quibus regula loquitur Surd. *conſ* 352. 430. *num.* 7. 445. *num.* 27. *&* 453. *num.* 28. cum ea eſſe debeat del regula
Barboſ. *axiom.* 85. *num.* 6. & ita debeat intelligi, ut ipſi 75
regulæ conveniat Surd. *conſ.* 367. *num.* 29. Immo ex lit- 76
tera ejuſdem textus colligit alio medio. Socin. Jun. 77
conſ 31. *num.* 9. *cum ſeqq. lib.* 4. feudum dignitatis, tametſi indiviſibile, ad omnes filios pertinere, cum eo ipſo quòd ibidem vetita ſit diviſio, ſupponi neceſſe ſit commune pluribus, cum ea ſola dividantur, quæ ſunt communia, ut colligitur ex *l. 1. communi divid. & fam. erciſ.*

Generaliter autem clara diſcriminis ratio aſſignari 78
poteſt inter caſum D. Altogradi, & hypotheſim noſtram, primò enim quod feudum Guiliæ, de quo ibi erat quæſtio, ad primogenitum ſpectaret, videbatur optimo probari argumento, eo quod expreſſe cautum erat in Inveſtitura ſuccedendum cum ordine primogenituræ, ut *ibidem* conſtat *num.* 89. *verſ. ſed ceſſat*, & alibi pluries.

Secundo quod in eo caſu non ſolum quoad nu- 79
dam dignitatem, ſed etiam quoad fructus, & commoditates primogenitus deberet ſuccedere, videbatur juſtè inferri, ex eo quod (ut ibi conſtat *num.* 14.) directus Dominus Comitem acquirentem Marchionem creaverat cum ordine primogenituræ dicti Feudi ejuſque Jurium, & pertinentiarum, quorum nomine comprehenduntur Juriſdictio, merum Imperium, Molendina, Hoſpitia, Cenſus, Furni, Sylvæ, Nemora, Venatio, Piſcatio omneſque alii redditus, ac fructus concernentes Jus feudale, ut ipſe D. Altogradus *ibidem* rectè probat *num.* 15.

Licet his etiam omnibus minimè refragantibus, & 80
ſi caſum D. Altogradi longè clariorem redderent pro primogenito, adhuc tamen contra eum ab Excelſo Ducali Mutinæ Conſilio deciſum fuit, ut ipſe D. Altogradus naturali ſua ingenuitate, ac veritatis amore ductus mihi profeſſus fuit.

Quæ demum à D. Sacca *objectato conſ.* 55. *præſertim* 81
à num. 46. excitantur de individuitate feudi dignitatis in eo ſenſu proponuntur, ut ſcilicet qualitas dignitatis adjecta, ita individuum efficiat feudum, ut in eo locum habeat Jus accreſcendi, ne ſcilicet portio deficiens alterius ex fratribus devolvat ad Dominum, ut rectè ibidem ipſe explicat *num.* 49. *&* 50. non vero excludit, quod ſimile feudum vel pluribus pro indiviſo quoad ſubſtantiam feudi, vel ſingulis pro diviſo, quoad ratam commoditatis, & fructus pertineat, cum immo hujuſmodi fructuum diviſionem, vel ſimultaneam
omnium fratrum ſucceſſionem pro indiviſo idem D. 82
Sacca expreſſe admittat *num.* 30. *&* 31. & in hoc ſenſu, ſi rectè pendantur quamplures ex Doctoribus, qui ferri ſolent ad probandam feudorum individuitatem loquuntur, ſicut mirè, ac profunde animadvertit erudi-

tiſſima Romanæ Phœnix Juriſprudentiæ Illuſtriſſimus
83 D. Joannes Baptiſta de Luca, Vir omni ſcientiarum
genere mirum in modum apprimè ornatus, ac inſignis
Feudiſta in *Reſponſo* reddito pro veritate ad quæſitum
ei factum per D. Comitem Camillum, numquid in
poſtremo ejus teſtamento, quod tunc condere cogita-
bat, poſſet valide ad favorem alterius ex filiis de feu-
do diſponere *verſic. primo quia*, quod quidem reſpon-
ſum infra in pede præſentis diſceptationis primo loco
publici Juris fiet.

At hæc omnia dicta ſint ex abundanti; rem om-
nino compertam facit in hypotheſi noſtra ipſamet In-
84 veſtitura. Certum eſt indiviſibilitatem in feudo digni-
tatis locum non habere, quando contrarium in In-
veſtitura conventum eſſe deprehenditur. Schrader. *par-
te* 8. *cap*. 2. *num*. 41. *verſic. decimo hæc concluſio fallit*,
85 unde videmus, quod quando pluribus feudum digni-
tatis conceditur, dubio procul *dicti* diſpoſitio §. *Præ-
terea Ducatus* nequaquam attenditur, quia ex inter-
86 pretata Principis mente [quæ potiſſimum in hujuſ-
modi Controverſiæ ſpecie attenditur Socin. Sen. *con-
ſil*. 68. *num*. 31. *circa fin. verſic. nulli autem eſt dubium
in primo*] ad ſingulos inveſtitos feudum ſpectat pro
virili Grat. *reſponſ*. 4. *num*. 3n. *lib*. 1. quamobrem in ca-
ſu noſtro ſervatis terminis quæſtionis propoſitæ in
87 præſenti Articulo, quod ſcilicet D. Comes acquirens
nullam feciſſet diſpoſitionem de feudo, ſed ſucceſſio
deferenda eſſet inſpecta præciſe Inveſtitura, clarum
eſſet tùm ipſius acquirentis, tùm Sereniſſimi Directi
Domini mentem non fuiſſe, quod unus ſolum ſucce-
deret, dum in ſupplici libello, qui eſt loco inveſtitu-
ræ benigno ipſius Domini reſcripto in omnibus appro-
bato ſupponitur ſimultanea plurium ſucceſſio ibi,
*quando foſſero più poſſeſſori di detto feudo, che poſſano
concordarſi unitamente à conſtituire la medema Primoge-
nitura a favore de loro deſcendenti*.

Hæc omnia hic innuenda duximus, non quia ig-
88 notum ſit in hujuſmodi feudali ſucceſſione totum ne-
gotium facere primi acquiſitoris voluntatem, cui li-
berum eſſe probabitur *ſequentibus Articulis* alterare
formam in Inveſtitura præfinitam, novamque decer-
nere, ac libere inter filios in poteſtate præſertim exi-
ſtentes, & maxime de feudo titulo oneroſo quæſito
diſponere; ſed quia vidimus adverſus Co. Octavium
prælegatarium Judicium moviſſe ad totum feudum uni-
cum D. Co. Hieronymum, quaſi fortè non ſolùm po-
nenda eſſet ad partes ultima D. Co. Camilli voluntas,
ſed etiam negligenda prorſus feudalis Inveſtitura, &
ſolum pro deciſione hujuſce caſus legenda littera re-
cenſiti §. *Præterea Ducatus*; Quamobrem neceſſarium
exiſtimavimus priori hoc in Articulo diſcurere legi-
timam ſucceſſionem in noſtro feudo, poſito quod
D. Co. Camillus de eo non diſpoſuiſſet, vel admiſ-
ſo, citra noxam veri, ejus diſpoſitionem minimè
ſubſiſtere, quæ tamen ut omninò probetur, atten-
denda ſit.

ARTICULUS II.

An, quando, & quomodo primus acquieens feudi ex pacto, & providentia valeat de eo diſponere.

Expenditur Doctrina Bart. in *l. qui Roma* 122. §. *Flavius Hermes de verb. oblig*.

SUMMARIUM.

1 *Difficultas primi acquirentis diſcuſſa in præſenti Articulo maximæ indaginis, teſtimonio plurimorum DD.*

2 *Non potuit D. Co. Camillus diſponere de feudo Caleſtani ad favores unius tantum ex filiis in præjudicium aliorum filiorum.*

Contra tamen num. 14. *& per totum artic.*

3 *Rationes dubitandi contra facultatem prælegandi feudum controverſum. & numeris ſequentibus.*

4 *Poſtquam Pater ſtipulatus eſt feudum pro filiis, Jus taliter illis quæſitum eſt, ut poſtmodum nequeat inviti eo privari.*

Intellige tamen ut num. 62. *cum ſeq. uſque ad n*. 108. *verſus num*. 167. *cum ſeq.*

5 *Per paternam ſtipulationem filio acquiritur utilis actio.*

Intellige tamen ut num. 169.

6 *Licet filio nulla competat querela adverſus paternam alienationem per actum etiam gratuitum factam in ejus fraudem, ſi tamen Pater quamvis legitimus adminiſtrator alienaret res ipſorum filiorum, hi conquererentur juſtiſſimè.*

7 *Extende etiamſi Pater prædictorum bonorum uſumfructum habuiſſet.*

8 *Nemo, præter eum qui jus habet quæſitum in re, de illo rectè diſponit.*

9 *Nemo præter Dominum rei dominium transferre poteſt.*

10 *Diſpoſitio feudi facta à primo acquirente ad favores unius tantum ex filiis, præjudicium infert, tum cæteris filiis, tum Domino.*

Contra tamen num. 151. *cum ſeqq.*

11 *Præjudicium filiorum infertur ex Doctrina Bart. in l. ut juris jurandi* 7. §. *Si liberi num*. 6. *de oper. libert.*

Enodatur tamen difficultas, num. 170.

12 *Fundamenta, quæ videntur ſuadere præjudicium Domini.*

Vide tamen num. 160. *cum ſeqq. &* 171. *& latius Art*. 4.

13 *Jura, & DD. propugnantes partes filiorum neglectorum à Patre.*

14 *Concluſio: Libera, ac omnimoda D. Co. Camilli, tanquam primi acquirentis facultas diſponendi de feudo.*

15 *Concluſio prædicta propugnatorem habet Iſern.*

16 *Recenſentur Doctores, qui eamdem ſi ſtincte inter quos plures de communi.*

17 *Sunt propoſitiones identicæ, quoad libera ſit facultas primi acquirentis diſponendi de feudo, & quid, cum dum novum alienari queat.*

18 *Feudum novum illud eſt, quod fuit à diſponente acquiſitum.*

19 *Et quod initium habuit in perſona Inveſtit. nec provenit per ſucceſſionem à majoribus.*

20 *Si vera eſt concluſio, primum feudi acquiſitorem poſſe in præjudicium deſcendentium illud alienare etiam in extraneos, multò faciliùs admitti debet, quod illud queat gravare, vel alterare in præjudicium comprehenſorum in Invieſtitura.*

21 *Primus acquirens facultatem habet reſtringendi formam feudi.*

22 *Item facultatem mutandi eamdem formam.*

23 *Etiamſi feudum conceſſum fuerit cum clauſula Juris Francorum, vocando omnes filios æqualiter cum præjudicio primogeniti.*

24 *Etiam feuda recta facto acquirentis mutari queunt, ac taliter alterari, ut omnes qualitates recipiant contra propriam naturam.*

25 *Hinc Feudiſtarum principium, quo inquiunt primum acquirentem non ligari forma.*

26 *Magis attenditur diſpoſitio acquirentis, quàm forma conceſſionis.*

27 *Emphyteuta acquirens facultatem habet tum diſponendi de emphyteuſi in præjudicium filiorum, tum etiam prælegandi uni ex vocatis in Inveſtitura.*

28 *Generalis eſt Regula, Patrem præjudicare poſſe in re ab eo acquiſita, plus legando, vel totum legando uni, dummodo non ſit datus ordo præciſus vocatis.*

29 *Dona*

Digitized by Google

29 *Donatione facta alieni, ejuſque filiis, Donatarius poteſt aliquem ex filiis meliorare, nec cogitur bona donata aqualiter ſuis filiis relinquere.*

30 *Summa nititur aquitate quemlibet in re à ſe quaſita poſſe legem imponere, quam malit.*

31 *Quod ſine facultate procedit, quando conquerentes de alienatione non leguntur nominati, ſed aptius numer. 138. cum ſeqq.*

32 *Inter primum acquiſitorem, & primum ſucceſſorem feudum ex pacto indicatur hareditarium, licet quoad alios deſcendentes habeatur tanquam ex pacto.*

33 *Vaſſallus inveſtitus de feudo novo, inveſtitus cenſetur cum facultate teſtandi de feudo.*

34 *Feudum novum non habet agnatos.*

35 *Filii, & Agnati nihil in feudo novo pratendere poſſunt, niſi ex acquirentis perſona*

36 *Ob paternum delictum filii privantur feudo novo.*

37 *Primus acquirens per non ſolutionem canonis, vel deteriorationem fundi prajudicat filiis vocatis in emphyteuſi ex pacto.*

38 *Filii aſſequentes feudum, vel emphyteuſin etiam ex pacto, judicio acquirentis imputant in legitimam.*

39 *Vel ea ratione, quia cenſetur quoddam militia genus, vel quia obvenit ad inſtar peculii profectitii, vel quia ipſi filii habere dicuntur beneficio Genitoris acquirentis, qui cum potuiſſet, noluit de eo diſponere.*

40 *Concluſio imputationis in legitimam feudi, vel emphyteuſis, tunc maximè procedit, quando hac fuere quaſita are Patris, & titulo oneroſo.*

41 *In feudo ex pacto conſideratur perſona primi acquirentis, cui ſuccedit, & à quo haberi dicitur & num. ſeqq.*

42 *Etiamſi evaſerit antiquum.*

43 *Ac tranſierit per mille manus.*

44 *In feudo hareditario ſuccedimur ultimo decedenti.*

45 *Admittendus in feudo ex pacto debet eſſe hares primi acquirentis.*

46 *In ſucceſſione feudali, proximitas metienda non eſt à poſtremo poſſeſſore, ſed ab acquirente.*

47 *Trinum ferri ſolet pro primo acquirente Argumentum, quorum primum petitur ex generali principio, quemlibet poſſe pro libito alienare id, quod acquirit.*

48 *Secundum Argumentum ex eo deſumitur, quod ingenuis hominibus interdicenda non ſit rerum, ſua maximè quaſitarum induſtria, adminiſtratio.*

49 *Tertium Argumentum ducitur a contrario ſenſu, ex quo nempe, quod à Jure feudali vetita ſit alienatio feudi antiqui, vel paterni, videatur permiſſa alienatio feudi novi.*

50 *Feruntur alia argumenta probantia magis in individuo poteſtatem acquirentis diſponendi de feudo ex pacto, & providentia, & pluribus ſeqq.*

51 *Rogatus poſt mortem ſuam rem aliquam familia relinquere, poteſt unum tantum eligere.*

52 *Etiam remotiorem in gradu.*

53 *In patronatu, licet Juris aqualiter competat ad Libertos, eiſque uti filiis, non uti heredibus, Genitor tamen Libertos uni tantum ex ſuis validè reliquit.*

54 *Primus Iuriſpatronatus acquirens de eo pro ſuo libito diſponit in prajudicium vocatorum.*

55 *Hujuſmodi Argumento DD. uti conſueviſſe ad probandam facultatem acquirentis pralegandi feudum uni ex filiis, innuit Speculat.*

56 *Mulier convolans ad ſecunda vota, lucra ex priori conjugio quaſita cogitur reſervare filiis ejuſdem matrimonii ex diſpoſitione l. 3. in principio, C. de ſecundis nuptiis poteſt tamen inter eos eligere quem velit.*

57 *Quod ea ratione cautum eſt, quia lucrum illud provenit ex facto, & perſona ipſius mulieris.*

58 *Hodie de Iure Authent. correcta eſt diſpoſitio dicta l. 3. de ſecundis nuptiis, non tamen correcta ratio.*

59 *Sape evenit legem corrigi, rationem vero legis nequaquam.*

60 *Jus filio quaritur ad feudum ex Patris contractu per aquitatem.*

61 *Jure ſibi nondum delato quod Patris beneficio conſequi ſperat filius uti non debet contra ipſum Patrem.*

62 *Fertur doctrina Bart. in l. qui Roma, §. Flavius Hermes de verb. oblig.*

63 *Doctrina Bart. reſtringitur eo dumtaxat in caſu, quo aliquis non acceptaverit donationem nomine tertii abſentis, ſecus data alicujus acceptatione, tunc enim Jus perfectè quaſitum irrevocabile cenſetur.*
Intellige tamen ut n. 65. cum ſeqq.

64 *Juramentum ſupplet praſentiam, ſtipulationem, & acceptationem abſentis, ac proinde impedit revocationem Juris eidem quaſiti.*
Intellige tamen, ut n. 84. cum ſeqq.

65 *Doctrina Bart. in §. Flavius Hermes, poteſt bino caſui applicari, primo nempè de quo peculiariter diſſeruit Bart. quando extraneus ſtipulatus eſt pro Eccleſia, vel alio quovis abſente, quem non habebat in poteſtate, & hoc caſu accedente acceptatione alicujus cenſeri poteſt Jus perfectè ei quaſitum [licet in hoc etiam caſu, alii contra] Secundus verò caſus eſt, quando quis ſtipulatur pro ſe, & pro illis quos habet in poteſtate, & conceſſio fit principaliter contemplatione ſtipulantis, & hoc caſu Jus eſt revocabile ad nutum Genitoris, vel Avi.*

67 *Jus deſcendens ex paterna ſtipulatione eſt profectitium, ideoque revocabile.*

68 *Hoc Jus, quod ex paterna ſtipulatione filiis quaritur, revocabile eſt, non ſolum expreſſe, ſed etiam tacitè, & revocatum intelligitur, quando Pater ſtipulatus de feudo, vel emphyteuſi, quomodocumque diſponit: Et numeris ſequentibus, ac pracipuè numer. 75. 82. & 167.*

69 *Periculoſum non eſt tribuere Genitori facultatem adimendi jus filio quaſitum, quia veriſimiliter filiis non nocebit, ſed ſalubrius capiet conſilium.*

70 *Concluſio, quod jus per ſtipulationem non quaratur irrevocabile exiſtentibus ſub poteſtate, eo nititur fundamento, quod filius quidquid ſibi quarit, ex donatione ipſius Patris, & infra in reſolutione objectorum num. 166.*

71 *Et tunc maximè, quando Pater ſtipulatus pro filiis, aliquid expoſuiſſet de ſuo.*

72 *Hujuſmodi autem donatio non valet, niſi Genitor perſeverat in primava voluntate uſque ad mortem.*

73 *Jure donationis, Pater non obligatur filio ſaltem civiliter.*

74 *Donec filius degit in poteſtate, nihil ſibi poteſt acquirere.*

76 *Hodie etiam Jure antiqua quoad profectitia immutata ſunt.*

77 *Donatio petita ex paterna ſtipulatione, cenſetur donatio cauſa mortis.*

78 *Donatio cauſa mortis eſt revocabilis ad libitum donatoris.*

79 *Jus revocandi à ſucceſſione regulatur.*

80 *Quidquid filio quaritur ex paterna ſtipulatione eſt profectitium, cum profectitium dicatur illud omne, quod vel à Patre, vel à paterna Subſtantia, vel à Tertio Patris intuitu, & contemplatione, defertur.*

81 *Et tunc maximè quando, vel paterna virtus, vel induſtria, vel pecunia interveniant, & nondum liquet filiorum merita praceſſiſſe.*

82 *Ius ad feudum quaſitum pro ſe, & filiis eſt profectitium, & per conſequens revocabile, licet ſit adventitium in perſona primi acquirentis, & infrà*

infrà in reſolatione objectionum, num. 167.

83 *Filius in peculio profectitio non habet titulum, ſed nudam adminiſtrationem cum profectitia in totum Patri acquirantur.*

84 *Iuramentam ſortitur naturam primordialem, & conditionem actus ſuper quo interponitur.*

86 *Promiſſio non revocandi oppoſita in donatione cauſa mortis, recipit intellectum, niſi donantem pœniteat, & num. 174.*

87 *Per Juramentum, vel pactum, nemo obligatur, niſi conſentiat ille, cui fit.*

88 *Licet Juramento Deus O. M. adducatur in teſtem promiſſionis jurata, cum tamen facta ſit Homini, non Deo per modum voti, Deus non acceptat, donec homo, cui jurans obligatur, acceptet.*

89 *Diſcrimen quod faciunt nonnulli inter juramentum aſſertorium, & promiſſorium, non probatur à Rota.*

90 *Quando Pater ſtipulatur feudum, vel Emphyteuſim pro ſe, & filiis, ſtipulari cenſetur ordine ſucceſſivo, ideoque Ius tantum quaſitum eſt poſt mortem, ſeu tantum in ſpe, vel ut alii inquiunt Ius nondum formatum.*

91 *Ubi cadit ordinata Charitas, Parentes, & filii invitantur ordine ſucceſſivo.*

92 *Ius ex ſtipulatione Genitoris eſt quarendum non quaſitum, ideoque facilius tolli poteſt, quod exemplis exornatur.*

93 *Alii inquiunt quòd jus ex eadem ſtipulatione ſi dici poſſet quaſitum, verè tamen eſſet conditionale, & infra num. 168.*

94 *Proponitur quorumdam objectum contendentium Ius quaſitum filio ex paterna ſtipulatione fore irrevocabile, ex quo transfertur in tempus poſt mortem Patris, quando ſcilicet filius ſolutus eſt à nexu Patria poteſtatis. Satis fit tamen cum Surdo, n. 95. 96. & 97.*

98 *Eſt ſpeciale privilegium dotis Ius ad dotem quari irrevocabile filia ex ſtipulatione Patris, qui in dote eſt debitor neceſſarius.*

99 *A dote ad alios contractus argui nequit.*

100 *Ad ſtipulationem neceſſarium eſt intervenire Nuncium, vel Epiſtolam.*

101 *Antequam liqueat de abſentis acceptatione donatio quoque revocatur, etiamſi quilibet pro donatario acceptaverit, prater Iudicem, & Notarium.*

102 *Etiam dato ſtatuto, quod alteri per alterum quari poſſit.*

103 *Ac in contractu Conſtituti clauſula acceſſiſſet.*

104 *Nec ullum diſcrimen eſt inter ſtipulationem Patris, & Tertii cujuſlibet prater Notarium, & Iudicem, juxta ſententiam Caſtrenſ. Dec. Curt. Iun. à Surd. relat.*

Qui ab impugnationibus nonnullorum vindicantur, num. 105.

106 *Licet pater ſtipulari poſſit pro filiis etiam nondum natis, non tamen infertur ſtipulatio[n]em irrevocabilem.*

107 *Stipulatio requirit praſentiam ſtipulantis.*

108 *Admittitur quamplures numero, & auctoritate conſpicuos propugnare partes filiorum, volentes Patrem poſſe de feudo novo ex pacto diſponere.*

109 *Longè tamen communior probatur opinio tribuens Patris hujuſmodi facultatem.*

110 *Allegatione octoginta Doctorum, & quamplurium ex eis ſapius, ac multis in locis probatur controverſiam eſſe ſine difficultate, quando feudum quaſitum eſt erogatione integri pretii.*

111 *In hac quaſtione rectè allegantur Doctores loquentes de emphyteuſi, & numeris ſeqq. pracipuè 115.*

112 *De emphyteuſi ad feudum, & à converſo rectè ducitur Argumentum.*

113 *Feudum, & Emphyteuſis ſunt ejuſdem natura, fraternizant, aſſimilantur, iiſdemque reguntur regulis, niſi expreſſe contrarium ſit Iure cautum, cum aliis ſimilibus, qua feruntur numeris ſequentibus.*

114 *Pater feudum acquirens erogatione pecunia, cenſetur inveſtitus cum facultate de eo diſponendi.*

117 *Feudum etiam ex pacto pecunia quaſitum, tanquam profectitium, imputatur in legitimam.*

118 *A receptiori, & celebriori ſententia, minimè recedendum, quod pluribus exornatur.*

119 *Feruntur rationes, & argumenta, quibus utuntur ad probandam facultatem Patris diſponendi in prajudicium filiorum de feudo titulo oneroſo quaſito, & num. ſeqq.*

120 *Tunc dicitur feudum dubio procul titulo quaſitum oneroſo, quando pro ingreſſu pecunia quantitas eſt numerata.*

121 *Non ita strictè proceditur in rebus acquiſitis ſudore, ſicut in aliis.*

122 *Feudum emptum ſapit naturam allodialem, ac computatur inter ementis bona.*

123 *In feudo empto non ſucceditur ex natura feudi, ſed ex natura Contractus.*

124 *De illo judicatur ſicut de cateris bonis, qua filius habet à Patre.*

125 *Feudum emptionis titulo quaſitum dicitur magis contractus emptionis, quam gratuita donatio.*

126 *Adeo ut nulla queat conſiderari differentia inter Allodialia, & feudalia, niſi favor Eccleſia, ſeu Domini reſpectivè, qui ceſſat re non exeunte de comprehenſis in Inveſtitura.*

127 *Ubi feudum fuit ex Domini liberalitate conceſſum alicui, & filiis, hi habere dicuntur tanquam quid adventitium à Domino concedente, non à Patre ſtipulante; Quando verò ipſe Pater propria pecunia acquiſivit etiam pro filiis, filii nihil habeat à Principe concedente, ſed omnia verò recognoſcunt à Patre ſudores, vel pretium, vel merita erogante.*

128 *Fertur tanquam obſervatio Iſernia, quod feudum numerato pretio acquiſitum pro ſe & filiis non cenſeatur ex pacto, & providentia, ſed potius dici debeat ex providentia acquirentis, cui proinde quaritur tam quoad proprietatem, quàm quoad uſumfructum.*

129 *Conceſſio Principis facta Patri, ac filiis ſimul ſi Patris benemerita extant, vel erogatio intervenit pecunia, nullaque comperta eſt affectionis cauſa erga filios, facta intelligitur contemplatione ſolius Patris, eique propterea in totum quaritur.*

130 *Feudum contemplatione Genitoris filiis conceſſum videtur provenire à Patre.*

131 *In hac controverſia pracipuè attenditur cujus contemplatio fuerit habita.*

132 *Quando prudenter arguimus conceſſionem factam favore acquirentis, data etiam ſtipulatione pro filiis, nullum jus eis quaritur, ſed tunc ſtipulatio appoſita intelligitur favore ſolius ſtipulatoris.*

133 *Secluſa etiam, & non conſiderata praſtatione pecunia, adhuc feudum ſatis probatur conceſſum contemplatione acquirentis, eo ipſo quod non probatur conceſſum contemplatione filiorum.*

134 *Filii cum quibus in acquiſitione feudi nullum negotium geſtum eſt dici nequeunt contemplati.*

135 *In dubio feudalis conceſſio praſumitur acquirentis contemplatione.*

136 *Extende quando & non fuiſſet erogatum nullum pretium.*

137 *Et tunc praſertim, quando neſcimus, quod praceſſerint ulla merita filiorum.*

138 *Tunc conceſſio cenſetur facta favore ſolius acquirentis, quando ſtipulatio filiorum concepta eſt ſub nomine collectivo nequaquam expreſſis nominibus propriis filiorum.*

139 *Opinio tribuitur Andrea, cujus locus affertur.*

140 *Sententia, qua negat Patri facultatem diſponendi de feudo, in eo conſenſu intelligenda, quando filii in ſtipulatione fuerunt nominatim nuncupati.*

141 *Tanta eſt vis argumenti ducti à contemplatione perſona, ut etiamſi de ipſis filiis expreſſa mentio facta fuiſſet, adhuc quando habentur conjectura, quod conceſſio fuiſſet facta contemplatione acquirentis, ei ſolummodo feudum tribuendum eſſet.*

142 *Attendendum non eſt, in quos ſermo dirigatur, ſed quorum contemplatione, actus fuerit geſtus.*

143 *Si acquirens titulo oneroſo pro libito diſponit de feudo jure communi inſpecto etiam in extraneos, multo facilius admittendum eſt, quòd poſſit mutare formam feudi alterum praferendo.*

144 *Primogenitura erectio prajudicialis non eſt Inveſtitura feudi ex pacto.*

145 *Erectio primogenitura dicitur potius declaratio quàm immutatio Inveſtitura.*

146 *Filiis qui reſpectu primi acquirentis nullum Jus habent, nullum factum intelligitur prajudicium.*

147 *Prajudicium tunc ſolum illatum dicitur, ſi lucrum auferatur, quod ſit quaſi debitum.*

148 *Prajudicium inferri dicitur habenti jus formatum, & certum.*

149 *Prajudicium reſpectu juris querendi ſatis eſt à remotis, ideoque non conſiderabile.*

150 *Habens facultatem poteſt eâ uti, licet in conſequentiam aliquibus damnum, aut prajudicium ſubſequatur.*

151 *Facilius admitti debet primogenitura erectio in feudo Juriſdictionem habente multiplici fundamento.*

152 *Juriſdictio natura ſua indiviſibilis eſt.*

153 *Melius ab uno, quàm à pluribus Reſpublica regitur.*

154 *Reipublica intereſt ſplendorem familiarum Vaſſallorum conſervari, ac augeri.*

155 *Familiarum ſplendor, dignitas, ac memoria labefactatur ex diviſione bonorum, quod pluribus exornatur.*

156 *Negotia ſegnius per plures expediuntur.*

157 *Populis utilius eſt ab uno regi, quàm à pluribus, & ab uno tantum pro ſervitiis ac onerum praſtatione gravari.*

158 *Inter plures habentes regimen ejuſdem gentis de facili oriuntur diſcordia.*

159 *Diſcors regnantium multitudo Regnorum operatur excidia.*

160 *Ex unitate ſervitii praſtatio gratior, ac utilior redditur.*

161 *Principis intereſt unicum potius divitem habere Vaſſallum, quàm plures pauperes.*

162 *Per feudi individuitatem, ſervitium ipſum melius conſervatur.*

163 *Diſputandum non eſt de validitate diſpoſitionis, qua concernit bonum tum publicum tum privatum.*

164 *Vaſſallus poteſt, immo debet feudi conditionem meliorem facere.*

165 *Diluuntur fundamenta ex adverſo excitata, & numer. ſeq.*

172 *Stipulatio intelligitur ſecundum naturam Contractus, ſuper quo interponitur.*

173 *Verba generalia reſtringuntur ad ea, qua ſunt de natura rerum in contractu deductarum.*

176 *Plura permittuntur in parte, qua prohiberentur in toto.*

177 *Deciſiones Doctorum diverſa ab Articulo, de quo eſt quaſtio, non efficiunt, generales diſtinguenda, & conciliandа incerta.*

178 *Longè diſtat refutatio feudi in manibus Domini, à pralegato ejuſdem ad favorem unius ex filiis.*

179 *Donatione facta alicui, & filiis donatarius nequit omnes filios privare, rectè tamen poteſt unum ex illis meliorare.*

180 *Item poteſt donatarius rem donatam inter ipſos filios inaqualiter diſtribuere.*

IN ipſo excitati limine Articuli in magno veluti ac 1
ſpatioſo mari jactata mens hæret neſcia, unde quæ-
ſtionis ducat exordia; *vix enim ſic me Deus amet, credi
poteſt quam in alto controverſia pelago hac quaſtio agita-
tur*, quemadmodum exclamat in propoſito Galvan.
*conſ.*8. *num.*11. imitatus Nattam *conſ.*495. qui de præ-
ſenti altercatione conſultus eam primis in verbis pro-
fitetur arduam, ac per difficilem, & Michaelem Craſſ.
ſentent. §. *Legatum quaſt.*14 *num.*19. teſtantem alter-
cationem ita enodatu difficilem, ut propter varias In-
terpretum ſententias vix diſcerni queat, quænam ſit
opinio communis, quibus perterritus etiam Yabanez
de Faria *in addit. ad cap.*18. *l.*2. Covarr. *num.*33. peri-
culoſum protulit in quæſtione ita perplexa propriam
propalare ſententiam, quos equidem ipſa controverſiæ
diſcuſſio, ac enodatio juſtificat, cum inde facili de-
prehendatur negotio, quanti exiſtat momenti ac pro-
pterea de illius difficultate ulterior teſtimonio mini-
mè dato ejuſdem accingimur ad examen.

Videbatur ergo primo aſpectu decidendum in hy- 2
potheſi noſtra, bon. mem. Comitem Camillum de Ta-
raſconis non potuiſſe in præjudicium aliorum filio-
rum, ac Nepotum ex filio præmortuo dictum Feudum
Caleſtani, quod pro ſe ejuſque filiis, ac deſcendenti-
bus acquiſiverat, prælegare dicto Comiti Octavio Ter-
tiogenito.

Multis multi hoc probant argumentis, eam tamen 3
profitetur principalem rationem. Surd. *conſ* 305. *n.*13.
quam etiam Galvan. ab eo mutuavit *dicto conſ.*8. *nu-
mer.*27. quia ſcilicet poſtquam Pater ſtipulatus eſt Feu- 4
dum pro filiis, Jus videatur taliter illis quæſitum, ut
poſtmodum nequeant per quemcunque actum illo pri-
vari juxt. reg. *l. id quod noſtrum* 11. *de reg. Jur.* per pa-
ternam ſiquidem ſtipulationem filio acquiritur utilis
actio *l. quodcunque* 45. §. *Si quis ita. De verb oblig.* 5
unde plures, quos remiſſivè apud Natt. & Cephal. in-
dicat idem Galvan. ſupra *num.*17. inferunt, non poſſe
Patrem ullo pacto in hoc Jure præjudicium inferre.
Quare licet filio nulla competat querela adverſus pa-
ternam alienationem per actum quoque gratuitum 6
univerſi fere patrimonii factam etiam in ejus fraudem
Galvan. *ibid. num.*19. ſi tamen ipſe Pater tametſi legi-
timus adminiſtrator alienaret, vel minimam inferret
noxam in rebus ipſorum filiorum, illi conquererentur
juſtiſſime, & revocarent alienationem, non ſecus ac
alienaſſet extraneus, ut probant omnes in *l.*1 *C. de bon.* 7
matern. & in *l. cum emancipatis* 3. *C. de prad. minor.* li-
cet prædictorum bonorum uſumfructum habuiſſet *l.*2.
*l.*4. *in princ.* ibi *eaſdem res quoque modo alienandi, vel
pignoris, ſeu hypotheca jure obligandi facultate eis penitus
interdicta*, & §. parentibus, & *l.*6. §. *non autem
verſ. ſed tantummodo, C. de bonis qua liber.* Nemo enim
præter eum, qui Jus habet quæſitum in re, faculta- 8
tem habet de illo diſponendi, nec alius præter Domi-
num rei dominium transferre debet, *l. nemo* 6. *& toto
T. Codicis de reb. alien. vel non alienand. l. mater* 3. *C. de* 9
rei vendic. l. cum nemo 5. *C. de acquir. poſſ. l.*2. *& tot.
T. ff. de reb. eor. quaſt. ſub tutela, &c.* Galvan. *conſ.*8.
*num.*18.

Quæ quidem validè confirmari poſſe videntur ex
præjudicio nedum aliorum filiorum, ſed etiam ipſius 10
directi Domini: Et quidem quoad filiorum præjudi-
cium ex doctrina Bart. *in l. ut Iuriſiurandi* 7. §. *Si liberi* 11
*num.*6. *De oper. libert.* ubi movet controverſiam Patris
acquirentis emphyteuſim pro ſe, & filiis ſuis maſcu-
lis, & fœminis, qui maſculum hæredem inſtituat uni-
verſalem, & fœminam in certa quantitate, jubendo
quòd eſſet tacita, & contenta, nec quidquam ulte-
rius poſſet prætendere, quærit Bart. numquid filia iſta
pati debeat hoc præjudicium, quod eſſlagitare ne-
queat portionem ſuam bonorum emphyteuticorum, &
reſpondet veritatem eſſe, quod filiæ intactum rema-
neat Jus petendi dicta bona duplici ratione, prima
nempè quia filia bona emphyteutica non habet uti
hæres

hæres patris, ſed potiùs à Domino concedente, ut ha-
bemus in feudo per text. *in cap.* 1. *in princ. de ſucceſſ.*
feud. ſecunda verò, quia jure cautum reperitur in *l. ſi*
cum dotem 23. §. *Si Pater ſolut. matr.* quòd patri ita
demum licet jus filiæ minuere ſibi ex ipſius patris ſti-
pulatione quæſitum, ſi eam hæredem inſtituerit, vel
ei tantumdem reliquerit quantùm ſua detrahit diſpoſi-
tione, juxta quam ſententiam ipſe Bart. etiam conſu-
luit *conſ.* 55. *D. Amans num.* 1. *& conſ.* 60. *quæſtio iſta*
habet duo dubia num 2. *part.* 1.

12 Quo verò ad præjudicium Domini prædicta confir-
mantur, quia uno tantum filio electo ad feudi ſucceſ-
ſionem, cæteris filiis excloſis, ipſius Domini juribus
derogatur, cujus intereſt, quod omnes ſuccedant, ut
plures habeat Vaſſallos ad text. *in cap.* 1. §. *Omnes filii*
ſi de feudo defuncti contentio ſit inter Dominum, &c. ſicut
intereſt quoque noſtra plures habere debitores, ut re-
ctè probant finalia verba *l.* 4. *de libertat. legat.* ibi, *intereſſe*
enim creditores duos reos habere, & dicit gloſ. *in l. penult.*
§. *Penult. in verbis quod in veritate. Ne quis eum qui in*
Ius, &c. Natta *conſ.* 475. *num.* 3.

Pro hac eadem ſententia, quæ filiis favet adverſus
13 hanc patris facultatem, non eundo etiam per argu-
menta, nequaquam deeſſe videntur juris auctoritates,
& teſtimonia Doctorum, habet ſi quidem text. in *c.* 1.
in princ. de ſucceſſ. feud. ibi, *nulla ordinatione defuncti*
in feudo manente, vel videmus, & ſtrenue defenditur a
pluribus, quos ferunt Natta *conſ.* 475. *num* 4. *&* 501.
num. 7. *cum ſeqq.* Galvan. *dicto conſ.* 8. *num.* 15. & ple-
niſſimè præ cæteris Caſtill. *quotid. controv. lib.* 4. *cap.* 5.
num. 24. noviſſimè tenet hanc partem Del Bene *de im-*
munit. eccl. p 2. *cap.* 17. *dub.* 16. *num.* 45. *cum ſeqq.* &
copioſum videtur in patrocinium filiorum *conſ.* 8.
Marci Antonii Peregr. *per tot.* maxime *a numer.* 37.
lib. 1.

Verùm his minimè attentis, veritas eſt, quod di-
14 ctus D. Comes Camillus uti primus acquirens non ſo-
lum potuerit prælegare dictum feudum, ſed immò po-
tuiſſet etiam in præjudicium filiorum de eo diſpone-
re ex fastigerata concluſione, qua dicimus, quod pa-
ter primus acquirens præjudicium inferre poteſt pro
ſui libito filiis in feudo ex pacto & providentia Iſern.
15 *in cap. primo*, § *& ſi bellum num.* 10. *verſic. quid ergo ſi*
dictum ſit, juncto *verſic. ſed illud loquitur in feudo pa-*
terno, ubi poſt relata plura jura in contrarium quæ
loquuntur in feudo paterno, & antiquo concludit,
quod ſi feudum eſt novum ex pacto, & providentia
conceſſum Titio & liberis, poterit primus acquirens
illud alienare *de alienat. feud. patern.* & ſic Iſern. *dicto*
16 *loco* refert pro hac parte Petrus de Gregor. *de conceſſ.*
feud. part. 3. *quæſt.* 7. *num.* 2. Bald. *in authentic. ſi duas*
ruinas num 10. *C de Sacroſ. Eccleſ.* Rip. *in l. in quar-*
tam num. 129. *ad l. falcid.* Picus *in l. Titia num.* 123.
verſic. hac concluſio de legat. ſecundo. Imol. *in c potuit*
num. 68. *verſic. in contrar. extr. de locat. & conduct.*
Craſſ. *ſentent.* §. *Legatum dicta quæſt.* 24. *num.* 20. di-
cens hanc ſententiam ſine dubio tenendam in conſu-
lendo, & judicando. Alex. *conſ.* 28. *latè pluribus allatis*
num. 2. *lib.* 5. Ruin. *conſ.* 154. *num.* 11. *circa med. verſic.*
& iſta eſt clara, & vera reſponſio lib. 1. Caſtrenſ. *con-*
ſil. 179. *num.* 3. *lib.* 1. Ancharan. *conſ.* 143. *num.* 3. Hon-
ded. *conſ.* 14. *num.* 47. *lib.* 2. Rovit. *conſ.* 35. *num.* 7. Si-
giſmond. Lofred. *conſ.* 52. *num.* 1. ubi quod id proce-
dit ſub quocumque tenore feudum receptum ſit, niſi
eſſet receptum pro ſe, & Titio filio nominato ſolum
per nomen proprium, & quod hanc opinionem om-
nes ſequuntur nemine diſcrepante, quem refert, &
ſequitur Monald. *conſ.* 38. *num.* 4. *in p.* innumeros citat
Surd. *conſ.* 395. *num.* 9. *cum ſeqq.* & latiùs etiam per
duas columnas *conſ.* 305. *num.* 32. & plenè firmaverat
innumeris cumulatis *conſ.* 24. atteſtando de communi,
& quod ab hac ſententia recedendum non eſt, nec in
judicando, nec in conſulendo, & latè pariter Galvan.
conſ. 8. ferè *per tot.* & præſertim *num.* 45. ubi de com-
muni, & magis communi Doctorum ſententia, &
num. 88. Thomingbi. *plena deciſ.* 23. Palma *pluribus re-*
latis conſ. 3. *num.* 18. Speculat. *de emphyteuſ. in princ.*
quæſit. num. 100. *in med. verſic. cum enim Pater.* Gale-
rat. *de renunc. tom.* 2. *cent. p. renum.* 39. *num.* 18. Ceva-
los *communes contra communes quæſt.* 326. Clar. §. *Feu-*
dum quæſt. 40. *num.* 6. *& quæſt.* 41. *num.* 2. *verſic. nam*
feudum novum, plures allegans alios atteſtantes de
communi, alios verò quod ſit omnino ab omnibus
approbata Scacc. *de feud. lib.* 2. *cap.* 9. *num* 1455. *&* 2546.
& in ſpecie quod Pater poſſit prælegare uni ex filiis
ibidem ſub num. 2463. *verſ. ad ſecundam extenſionem.* Al-
ciat. *in Lugdun. impreſſ. lib.* 9. *conſ.* 33. *num.* 20. Am-
broſ. de Vignante, Jacob. à Sancto Georgio, & Chri-
ſtophorus de Nicellis *conſ.* 47. *num.* 8. *inter conſ. feud.*
diverſ. pluribus Marchabrun. *conſ.* 54. *num.* 62. *cum*
ſeqq. Tuſch. de magis communi *litt. F. concluſ.* 185. *nu-*
mer. 35. Hartman. Piſtor. *tom.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 45. *verſ.*
neque etiam tradit, ubi quod nullo in loco vel Com-
muni, vel Feudali Jure cautum reperitur Patrem feu-
dum à ſe acquiſitum ſive pro ſe, & hæredibus, ſive
pro ſe, & filiis alienare non poſſe Urſell. *in exam. ap.*
concluſ. 28. *num.* 26. Michalor. *de fratr. p.* 1. *cap.* 38. *n.* 21.
Trentacinq. *var. reſol. volum.* 1. *lib.* 3. *reſolut.* 3. *num.* 4.
Shrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 6. *num.* 15. ubi quod alie-
natio hæc feudi novi à Vaſſallo facta in præjudicium
filiorum, & Agnatorum indiſtinctè rata eſt, Giurba
plurima Doctorum turba allata *de feud.* §. 2. *gloſſ.* 3. *nu-*
mer. 30. *&* 89. probans quod alienatio valet non ſo-
lum facta ad favorem unius ex filiis, ſed etiam extra-
nei, & pluribus pariter allegatis aſſeverat, ac quoad
prælegatum favore unius ex filiis indubitatum teſtatur
Caſtill. *quotid. contr. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 36. Milanenſ. *de-*
ciſ. 8. *num.* 42. ubi refert atteſtantes hanc partem tene-
re omnes Siculos, ac nunquam audiviſſe de hoc du-
bitari in magna Curia, alios pariter dicentes eſſe ve-
ram, communem, & indubitatam ſententiam, adeò
ut totus mundus miratus fuerit de certa contraria de-
ciſione quondam lata, & alios demum quòd nemo au-
deret contra eam diſputare; innumeros pariter pro
hac opinione refert Zuccard. *deciſ.* Luc. 66. *num.* 16. di-
cens ſæpiùs deciſum in Rota, adeò ut non ſit amplius
dubitandum, quin iſta opinio communis, & ab illa
Rot. ſemper obſervata Franc. *deciſ.* 1. *num.* 30. *& de-*
ciſ. 368. *num.* 5. *Afflict. deciſ.* 112. *num.* 6. *&* 248. *num.* 2.
Petr. de Gregor. *de conceſſ. feud. part.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 19.
Mar. Mut. *Super conſuet. Sen. Panorm. cap.* 26. *num* 42.
Marta. *De Succeſſ. legal. part.* 1. *quæſt.* 23. *art.* 3. *num.* 39.
obi in ſpecie de facultate primi acquirentis erigendi
primogenituram in feudo ex pacto, & *num.* 4. *ac part.* 4.
quæſt. 21. *art.* 19. *num.* 39. innumeros Gaſpar Manz. *de*
teſt. tit. 13. *quæſt.* 5. *num.* 28. Peregr. *de fideicom. art.* 52.
num. 83. *verſic. feudum autem novum, & deciſ.* 150. *nu-*
mer. 30. innumeros cumulans Rot. coram Cavaler. *de-*
ciſ. 398. *num.* 1. & in rec. *part. p. deciſ* 438. *num.* 1. &
noviſſimè Chriſtinæus *deciſ. Curia Belgica tom.* 6. *deciſ.*
37. *num.* 11. quorum alii loquuntur ſecundùm terminos 17
primi acquirentis, alii verò ſecundùm terminos feudi
novi, quod in ſubſtantia idem eſt, cum illud dicatur 18
feudum novum, quod fuit à diſponente acquiſitum,
eſt text. *in cap.* §. *Novam qui teſtes ſunt neceſſarii ad*
novam inveſtituram probandam. Bellon. Jun. *conſ.* 9. *n.* 2.
Marta *de ſucceſſ. legal. part.* 1. *quæſt.* 23. *art.* 3. *num.* 17.
Peregr. *in conſ. pro Sereniſſimo Raynutio Farneſio nun-*
quam delenda memoria quod eſt conſ. in ordine ſecundum
lib. primi num. 38. pluribus Joannes Baptiſta Bilocta
conſul. 10. *num.* 2. *cum ſeqq.* Baròn. *in allegat. in pede*
tom. 2. *de citat. num.* 101. & quod initium habuit in per- 19
ſona inveſtiti, nec proveuit per ſucceſſionem à majo-
ribus Raudenſ. *de Analogis latè cap.* 34. *num.* 194. *verſic.*
novum autem. Sonsbekius *de feud. part.* 3. *num.* 2. Maſ-
card. *de probat. conſ.* 771. *num.* 14. latè Intriglioł. *de feud.*
quæſt. 23. Chaſſaneus *rub.* 3. *de Fiedz.* §. 5. *num.* 15. Ca-
bal. *reſolut. crim. caſ.* 182. *num.* 2. Pacian. *de probat. lib.* 2.
cap. 38.

cap.38. num.55. Tuſc. litt. F. concluſ.141. num.3. Com.
Opin. diver. tom.1 lib.6. verbo feudum fol. mihi 352.ver-
ſic. feudum novum dicitur. Theſaur. deciſ.146. num.3.
deciſ. conſ.390. num.4. Surd. conſ.351. num.19. ſed il-
lud qui habuit ſolum à ſe ipſo, & à Domino conce-
dente, ad text. in cap. prim. de duobus fratribus à ca-
pit. inveſt. Larath. in Theatr. feudal. part.7. dilucidat.2.
num. 1.

20 Si autem vera eſt ſententia tot Doctorum robora-
ta ſuffragio, primum feudi acquiſitorem poſſe in deſ-
cendentium præjudicium illud alienare, multò faci-
liùs admitti poterit, quòd illud queat gravare, vel alte-
rare in præjudicium comprehenſorum in Inveſtitura
Iſern. & alii relati per Cyriac. contr.23.num.4. Id. Bel-
lon. conſ.9. num.34. Gratian. diſcept. forenſ. cap.511.nu-
mer.2. ac ipſius feudi formam ne dum reſtringere, ſed
etiam mutare, prout quoad facultatem reſtringendi
21 formam probat Baron. ſupra num.103. & quoad facul-
22 tatem mutandi idem Baron. eod. loco num.103. nulla-
tenus, attento, quòd feudum non ſolùm ſit ex pacto,
& providentia quæſitum pro ſe, & filiis, alterum eo-
23 rum vocando excluſis cæteris, ſed etiamſi ſit cum clau-
ſula, Juris Francorum, vocando omnes filios æqua-
liter cum præjudicio Primogeniti. Giurb. de ſucceſſ. feud.
§.1. gloſſ.8. num.45. juncto num.55. & §.2. gloſſ.3. n.30.
24 & 89. Idem Baron. ſupra dicto num.103. in med. (la-
tiùs probabitur Artic. ſeq. à num. 11.) imò etiam
feuda ipſa recta facto acquirentis mutari poſſe, & ita
alterari, ut omnes qualitates contra propriam natu-
ram recipiant, ac dimiſſa feudi recta natura, feuda
remaneant, teſtatur Camerar. quem ſequitur idem
Giurb. dicto §.1. gloſ.8. num.45. in fine, undè originem
25 duxiſſe reor famigeratum illud Feudiſtarum principium
quo aiunt, primum acquiſitorem non ligari forma, de
quo idem Giurb. dicto num.45. dicens quòd id nunquam
vidit controverti in Regno, & hodiè dicit indubium,
& §.2 gloſſ.3, num.30. adeo ut edoctus a magno Iſernia
ibidem relato dixerit Intrigl. de feud. cent.1. quæſt.53.
num 790. quòd in primo acquirente magis attenditur
26 ejus diſpoſitio quàm forma ipſa conceſſionis.

27 Idem pariter verificari in emphyteuſi ex pacto, &
providentia, probant multi ex ſuperius recenſitis Do-
ctoribus, & in ſpecie quoad facultatem diſponendi in
præjudicium filiorum, communem oſtendit Cævalos
quæſt.126. & quoad facultatem eam prælegandi uni ex
vocatis in inveſtitura poſt multos relatos, veram ſup-
ponit Angel. conſ.73. num 4. & demonſtrat Clar. §. Em-
phyteuſis, quæſt.16. num.1. circa fin. ubi quòd ſibi ſem-
28 per ea placuit opinio, ut ſcilicet illud quod ego acqui-
ro poſſim etiam Jure mero alienare, quod etiam aſſe-
veraverat in feudo in §. feudum, quæſt.40. num.6. verſic.
eſt enim, & generaliter præſcindendo à feudo, & em-
phyteuſi, videtur firmari poſſe univerſale principium,
quòd pater præjudicare poſſit in re ab eo acquiſita
29 plus legando, vel totum legando uni, dummodo non
ſit datus ordo præciſus vocatis Tuſc. lit. A. concluſ.439.
num. 6. & litt. F. concluſ.283. num 85. junctis nonnullis
30 ſequentibus, quemadmodum videmus quod donatione
facta alicui ejuſque filiis poteſt donatarius aliquem ex
filiis meliorare, nec de Jure tenetur bona donata æqua-
liter ſuis filiis relinquere, ſed rectè inter ipſos diſtri-
buit inæqualiter, ut latiſſimè comprobat Sotomayor
lib.4. quotid. controv. cap.5. vidend. à num.15. uſque ad
48. & lib.5. cap.68 per totum; Summa enim verò ni-
titur æquitate, quòd quilibet in re à ſe de novo quæ-
31 ſita poſſit legem quam vult imponere vulgat. l. in re
mandata 12. C. mandati. Franc. deciſ.307. num.2. quæ
ſine difficultate procedere probat Gratian. cap. 511.
num.4 quando conquerentes de alienatione facta in eo-
rum præjudicium non leguntur nominari, de quo ap-
tius ſuo loco.

32 Quamobrem rectè aiunt, quod inter primum ac-
quiſitorem, & primum ſucceſſorem feudum ex pacto
judicatur hæreditarium, licet quoad alios deſcenden-
tes habeatur tanquam ex pacto Surdus conſ.427. nu-
mer.8. ante med. Franch. deciſ.368. num.5. Amendol. ad
eund. Franch. ad dec. primam num.38. benè Baron. in di-
ctis allegat. poſt tom.2. de cit. num 103. in med. Joan.
Thom. de Marin. de genere, & qualitate feudorum tit.3.
ſub num.16. verſic. præterea ex alio. Capyc. Latr. con-
ſult.10. num.27. conſ.27. num 39. & conſult.79. num.8.
& 70. Marta de ſucceſſ. leg. part.1. quæſt.13. art.3. n.38.
& 41. Fab. de Anna conſ 4. num.41. 5. num.3. & 32.
num.19. Giurb. de ſucceſſ. feud. §.1. gloſſ 8. num 45. ver-
ſic. feuda, & num.46. & §.2. gloſ.3. num 30. verſic. tum
quia hæreditarii, & num.89. ubi quod idcircò iiſdem
regitur regulis quibus hæreditarium, Mangil. de im-
put. quæſt.36. num.50. noviſſimè Urſin. ad feud. part 1.
quæſt.3. Art.2. num.28. & art.4. num.4. hancque An-
dreæ, & communem Doctorum ſententiam in cap.1.
de alienat. feud. patern. teſtatur de Ponte lect. 11. alias
20. num.15. & in repetitione cap. prim. ſi Vaſſallus feu-
do privetur lect.2, alias 22. num.13. & Vaſſallus ipſe
primus acquirens inveſtitus de feudo novo cenſetur,
& idem eſt ac ſi fuiſſet inveſtitus cum facultate, quod
poſſet de feudo teſtari. Jacob. Tract. feudal. allat. per
Gabriel. com. opin. lib 3. de Jur. emphyteut. concluſ.2. 33
num.44. junct. num. præced. & per Port. com. opin. lib.4.
concluſ.22. verſ. 3. limita, quo id tendit quod dixit
Bald. in cap.1 §. Hoc quoque num.2. in med. de ſucceſſ.
feud. videlicet feudum novum non habere Agnatos,
quaſi dixerit Bald. nemo eſt qui contradicere poſſit ſi 34
pro libito ſuo acquirens de eo diſponat Giurb. poſt
Pern. Corſet. & Mut. §.2. gloſſ 3. num.30. verſic. tum
quia feudum novum, & num.89. Petr. de Gregor. de
conceſſ. feud. part.3. quæſt.7. num.8. Hieronym. de Fimia
in conſ. impreſſ. poſt deciſ.8. Milev. nſ. num.141. Baron. 35
in addict. allegat. num.105. nec ipſi filii, & Agnati ali-
quid prætendere poſſunt, niſi ex ejuſdem acquirentis 36
perſona, ideoque ob paternum delictum illos privari
feudo infertur ex textu junct. gloſ. in cap.1. ſi Vaſſallus
feudo privetur. Bart. Bald. & alii innumeri relati per
Farinac. in prax. crim. quæſt.25. num.75. latè Caball. re-
ſol. crim. caſ.182. num.4. quemadmodum per non ſolu-
tionem Canonis, vel deteriorationem fundi ipſe primus 37
acquirens præjudicat filiis vocatis in emphyteuſi ex
pacto, & providentia, Specul. l.4. parte 3. de emphyteuſ.
ſub num.100. poſt med. quæſito 78. (undè infert quòd
ſi filii genitore canonem non ſolvente privantur em-
phyteuſi, quam pro illis fuerat ſtipulatus, quod eſt
odioſum, multò fortiùs id concedi debet patre præle-
gante, quod eſt favorabile ad text. in l. cum quidam 19.
de liber. & poſth.) Rot. de communi coram Cavaler. de- 38
ciſ.398. num.3. quamobrem ſi filii acquirentis Judicio
emphyteuſim non ſolùm hæreditariam, ſed etiam ex
pacto aſſequuntur, imputant in legitimam Com. opin.
tom.1. lib.6. verbo feudum columna 3. verſic. feudum à Pa-
tre acquiſitum. Burſat. conſ.4. num.16. in fin. Albert. Brun.
conſ. feud. 135. verſ. quod ſi dicatur legitimam. Mart. de
ſucceſſ. leg. part.1. q.25. art.11. num.26. vel quia cenſetur
quoddam militiæ genus, vel quia obvenit ad inſtar 39
peculii profectitii Larath. in Theatr. feud part.9 diluci-
dat.65. vel tandem quia ipſi filii habere dicuntur ejuſ-
dem Genitoris acquirentis beneficio, qui cum potuiſ-
ſet, noluit de ea diſponere Cancer. var. reſol. part.1.
cap.12. num 65. junct. num.68. Michalor. de fratr. part.1.
cap.38. num.35. tunc dubio procul, quando feudum, vel
emphyteuſis fuit quæſita ære patris, & ſic titulo onero- 40
ſo (de quo infrà) ex latè tradit. per Merlin. de legit.
l.2. tit.1. q.5. num.24. cum ſeqq. Mangil. de imput. quæſt.57.
num.21. Rot. in rec. vidend. part.1. deciſ.703. num.1. Fa-
cbin. contr. fer. lib.4 cap.23. verſic. reſpondeo ſi pater eme-
rit, immò primi acquirentis perſona videtur ſolum- 41
modò conſiderari in feudo ex pacto, & providentia, in
hoc enim eidem acquirenti ſucceditur, & ſucceſſor di-
citur ab eo habere Cumuncul. deciſ.26. num.3. & ex ejus
beneficio innumeros allegat Peregr. conſ.22. n.3. lib.2. 42
etiamſi ſit antiquum Carol. Tapia deciſ.2. num.420. & 43

ſin. Galvan. *conſ.*8. *num.*43. Mangil. *de evict. quaſt.*56. *num.*22.

61 Quinto Giurba *de ſucceſſ. feud.* §. 2. *gloſ.* 3. *numer.*30. *verſic. tum quia filius*, probat ex eo quod filius jure ſibi nondum delato, quod Patris beneficio conſequi ſperat, uti non debeat contra ipſum Patrem.

Sexto alii hanc acquirenti indulgent facultatem 62 diſponendi de feudo non obſtante ſtipulatione pro filiis ex eo moti, quia ubi ex actu meo alicui Tertio Jus quæritur, poſſum contraria voluntate illi præjudicium inferre, facit doctrina originaria Bart. *in l. qui Roma* 122. §. *Flavius hermes num.*1. *de verb. oblig.* ibi. *Quidam donavit alicui, ut poſt certum tempus eſſet cuſtodium Eccleſia, iſte donator vult iſtud pactum remittere, quaritur an poſſit, videtur quod non, quia Eccleſia eſt jam quaſita actio utilis l. quoties, C. de donat. quæ ſub modo. Tu dic contra, ſicuti quaritur Jus ſervo, & tamen iſta pactio poteſt tolli voluntate donatoris ſolius, vel utriuſque l.*3. *& quod ibi notatur ſupra de ſervis export.* hæc Bart. quem in hoc propoſito referunt Ancharan. *conſ.*143. *num.*3. Soccin. Sen. *conſ.*25. *num.*15. *lib.*1. Mangil. *de evict. quaſt.*56. *num.*20. Ger. Spin. *conſ* 16. *num.*80. Surd. *conſ.*305. *num.*32. *circa fin. verſic. allegatur pro hac parte & num.*40. Galvan. qui alios plures in puncto affert *conſ.*8. *num* 51. & Thoming. *deciſ.*23. *num.*1.

63 Et licèt doctrinam Bartoli multi contendant reſtringere eo ſolummodò in caſu, quo aliquis non acceptaverit donationem nomine Tertii abſentis, cujus commodo donatio cedere debet, eo quia nullum Jus nunc illis cenſeatur quæſitum, quod verò ſecus eſſe aſſerunt, quando alienam ſtipulationem quiſpiam pro donatario acceptavit, tunc enim Jus perfectè quæſitum per contrahentium pœnitentiam irrevocabile contendunt illi Tertio, multos dant Surdus *dicto conſ.*305. *ſub num.*13. *&* 14. Galvan. *ſupra num.*51. *circa med.* & Ger. Spin. *conſ.*16. *num.*82. & tunc maximè quando oppoſitum foret Juramentum, quod ſupplere videtur præſentiam, ſtipulationem, & acceptationem abſentis, 64 ac proindè impedire revocationem Juris eiſdem quæſiti, ut poſt Covar. & alios proponit Ger. Spin. *conſ.*16. *num* 95. quod equidem Juramentum ſi non præſtitum legitur in caſu noſtro, ex tenore tamen ſupplicis libelli, & Ducali ad eumdem reſcripto approbativo omnium, & ſingulorum in eo petitorum pro interpoſito habetur, ut compertum faciunt illa verba, *& habbia la medema forza, e vigore come ſe foſſe ſeguita per publico Inſtromento con l'obligatione generale, & ſpeciale di tutti i boni, e con la clauſula della ſincera, & immaculata fede, laquale in virtù delle Conſtitutioni Ducali hà la medeſima forza che il giuramento formale.*

Adhuc tamen memorata conciliatione minimè vis 65 evaditur argumenti, quod ut conſtet, animadvertimus primò veram controverſiæ reſolutionem altiorem concordiam expoſcere, diligentius enim advertendum docent Surd *dicto loco ſub num.*40. *cum ſeqq.* Mangil. *dicta quaſt.*56. *à num.*13. & Galvan. *loco pariter ſuperius allato*, quòd Theorica Bart. poteſt bino caſui applicari, 66 primo nempè de quo ſpecificè diſſerit Bart quando extraneus pactus ſeu ſtipulatus eſt pro Eccleſia, vel alio quovis abſente, quem non habeat in poteſtate, quo quidem caſu accedente acceptatione alicujus vereri poſſumus jus aliquod perfectè quæſitum (licèt quod ſtipulatione etiam ac acceptatione pro abſente per Notarium, vel alium facta revocatio ſubſiſtat, ſi facta antequam abſens, pro quo ſtipulatio interpoſita fuerat donationem ratificaverit, probet, ac pluribus relatis dinumeratiſque cum Theſauro Auctoribus pro utraque certantibus magis communem, ac veriorem ſententiam authumet Ger. Spin. *dicto conſ.*16. *num.*84. ubi *num.*85. id pariter ampliat, etiamſi in donatione intervenerit traditio per retentionem uſusfructus, vel clauſula conſtituti, refellens inſuper *num.*86. quæ de tacita ratificatione ex ſola ſcientia ipſius Tertii eruta conſiderari ſolet.) Secundus verò caſus qui hypotheſi noſtræ applicatur eſſe poteſt, quando quis ſtipulatur, & acceptat pro ſe, & pro illis quos habet in poteſtate, & conceſſio ſit principaliter contemplatione ſtipulantis (de hoc latè loco ſuo) hoc equidem caſu, in quo ut inquiunt Surd. & Mangil. res caret difficultate, licet Pater, vel Avus per actum ſtipulandi pro filiis, & nepotibus dicatur tacitè donare, hæc tamen donatio uti merè profectitia nullum Jus parit, quod per paternam, vel aviam pœnitentiam adimi nequeat; nullumve operatur effectum, niſi perſeverantibus Avo, vel Patre in primæva voluntate uſque ad extremum vitæ ſpiritum, ſuam ab ipſorum obitu ſibi vindicet confirmationem juxta notas deciſiones *allata l. filia C. fam. erciſc. & l. ſi donationes quas parentes, C. de donat. inter. vir. & uxor.* (ut infrà latiùs dicantur) quod etiam notaverant Ancharan. *conſ.*143. *num.*3. Socin. Sen. *conſil.*25. *num.*14. *verſ. quinimò lib.*1. & rectè Cephal. *conſil.*617. *num.*74. *cum ſeqq.* & confert plenum caput Gratian. 405. in ordine, ubi, quod Jus deſcendens ex 67 paterna ſtipulatione cum ſit profectitium, poteſt à Patre ſemper revocari in præjudicium filiorum in poteſtate exiſtentium ad diſcrimen ſtipulationis alicujus Tertii ex qua Jus oritur irrevocabile, quam diſtinctionem optimam, & juridicam nuncupat *num.*9. & communem, ac veram *num.*19. eamdem pariter affert Cavagnol. *in obſerv. legal. & juridic. ad conſ.*161. *Menoch. num.*6. *cum ſeqq.* illamque ſequuntur Cephal. *conſil.*617. *num.*75. *junct. num.*77. Natta *conſ* 475. *num.*14. *circa med. verſ. nam dico*, & primo eam docuit Bald. *in authentic. ſi quis ruinas, num.*10. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Vel ergo parente vivente nullum Jus, vel illud revocabile omnino pro libito Patris, vel Avi, ex eorum ſtipulatione quæritur filio fam. vel Nepoti, ita Surd. *dicto conſ.*305. *num.*41. Id monens ſummè notandum, licèt dicat paucos animadvertere, cum quo ratiocinantur Galvan. *allato num.*51. hoc autem Jus, quod ex paterna ſtipulatione patris acquirentis emphyteuſim, vel feudum pro ſe ejuſque filiis, & deſcendentibus acquiri dicimus iiſ- 68 dem filiis, & quod ſupra indicavimus revocabile eſt nedum expreſsè, ſed etiam tacitè, & revocatum intelligimus, quando ipſe acquirens de feudo, vel emphyteuſi diſponat, ita quod per ſolam perſeverantiam in priori voluntate uſque ad ejus mortem, confirmatio arguatur ſecundum notabilem animadverſionem Aretini quem ad id laudant Surd. pluries allato *conſ.*305 *num.*42. & Galvan. *dicto conſ.*8. *num.*51. *in fin. verſ. dicitur autem*, Gratian. *cap.*495. *num.*8. *& ferè per tot. cap.* Ruin. *conſ.*42. *n.*11. *lib.* 1. ſatis enim intelligitur revocare conceſſionem quam fecerat filio, cùm de feudo alterius favore diſponit Surdus *conſ.*51. *num* 38. *verſ. nec etiam reſiſtit* Gratian. *ſupra num.*7. Natt. *dicto conſ.*475. *num.*7. ſive diſponat alienando, ſive teſtando, ſive onus quodcomque imponendo, ſive renunciando, ſive aliter quomodocumque contrahendo Giurb. §. 2. *num.*30. *verſ. ampliatur primo, & num.*89. quam equidem facultatem adimendi Jus filiis quæſitum (ſi quæſitum dici poteſt de quo infra) per 69 paternam ſtipulationem periculoſum non videtur tribuere ipſi genitori primo acquirente, quia veriſimiliter deſcendentibus non nocebit abſque magna cauſa, ſed imò ſalubrius conſilium capiet juxta teſtimonium Papin. *in l. nec in ea lege* 22. *ad l. Julian de Adult* plura Rot. *in rec. p.*3. *deciſ.*299. *n.*2. in puncto Surd. *dicto conſ.*305. *num.*32. *in fin.*

Secundum membrum præfatæ diſtinctionis in mox 70 relato fundamento allatæ *ſub num.*66. *verſ ſecundus verò caſus* de Genitore, vel Avo habente filios, vel Nepotes reſpectivè in poteſtate, quod per illorum ſtipulationem jus irrevocabile eis non quæratur ut etiam ſupra libatum eſt, fundamento nititur illius concluſionis, qua dicimus, quod quando Pater ſtipulatur ipſi filio, quidquid ſit quæritur ex paterna ſtipulatione, videtur filius habere ex donatione ipſius Patris *argum. l. filia* 18. *junct. gloſſ. in verbis ejus judicium, & ibi* Paul. de

Digitized by Google

Caſtr. C.fam. erciſc. Anchatan. conſ.143. num.2. Ruin.
conſ.42.num.11.lib 1. Natt. conſ.501.num.13. Mangil. de
evict.queſt.56.num.16.Surd.conſ.305 n.32. circa fin verſ.
& quando Pater,& 351. num.27.& ſub num.39. verſ. non
71 igitur. Galvan. conſ.8. num.33. & tunc maximè quando
Pater ſtipulatus pro filiis in acquiſitione aliquid expo-
ſuiſſet de ſuo, puta pretium ut in puncto Cephal.
conſ.617. num.74. Tuſch. litt.A. concluſ.439 num.22.
(de quo latius infra) hujuſmodi autem paterna dona-
72 tio non valet, niſi perſeveret Genitor in primæva vo-
luntate uſque ad mortem indiga confirmationis, quam
ſola donantis mors ſibi poteſt tribuere, juxta text. in
l. donationes quas Parentes 25. C. de donat. inter vir. &
uxor & in l.2. à contrario ſenſu in princ. junct. gloſ. in
verbo adminiculo de inoffic. donat. Gratian. cap.405. n.18.
ſi enim prior revocata elicitur Patris voluntas, revo-
cata pariter intelligitur donatio, ad text. in dicta l.filia,
ibi: Si non poſtea contrarium ejus judicium probetur. Surd.
dicto conſ.305. num.32. circa fin. & dicto conſ.351. n.28.
Gratian. dicto cap 425. num.3. cum ſeqq. & cap.663.
num.17. junctis numeris 13. & 14. Cephal. conſ.617. nu-
mer.75. Tuſch. litt A. conſ.439. num.22. Mangil. dicta
quæſt.56. num.18. & egregie diſcurrit omninò videndus
Petrus de Gregor. de conceſſ. feud. part.3. q.7. num 47.
73 cum ſeqq. Nec jure recentiæ donationis Pater obliga-
tur ipſi filio ſaltem civiliter, qui donec degit in pote-
ſtate donantis (quidquid ſit quoad obligationem na-
74 turalem) nihil ſibi poteſt acquirere, l. ſive emancipatis
17. & l. cum de bonis 11. C. de donat. Galvan. pluribus
75 allegatis num.33. cum ſeqq. Quamobrem liberum eſt ipſi
Patri beneficium hoc in filios per ſtipulationem colla-
tum revocare in teſtamento, ut vel uni tantum ex fi-
liis prælegat feudum, vel adimat omnibus, vel trans-
ferat in extraneum, ita poſt Bald. & innumeros alios
76 idem Galvan. vidend. num.30. quia cum Jura antiqua
quoad profectitia immutata ſint ut notant in l. placet.
78. de acquiren. hæred. & probat text in l.cum oportet 6.
ib.: Non ex ejus ſubſtantia, C. de boniſque liberis. Socin.
Sen. dicto conſ 25. num.15. lib.1. poteſt Pater vel in par-
te, vel in totum marte ſuo de eo diſponere, juribus &
Doctoribus allegatis per Gozadin. conſ.15 num.18. & con-
fert text. in dicta l. filia, C. fam. erciſ. & latius inferiùs
afferenda.

77 Hæc procedunt, ſi intelligamus tacitam hanc do-
nationem erutam ex Parentis ſtipulatione cenſeri do-
nationem inter vivos, licet potius videatur eſſe cauſa
mortis juxta doctrinam Bart. in l. mortis cauſa 31. de do-
nat. cauſa mortis, ubi quod Pater ſtipulando emphy-
teuſim, illam eis cenſetur donare cauſa mortis, & ſic
filii videntur adjecti, ut capiant poſt ejus obitum, &
in l. ſi mihi, & Titio 110. in princ. num.5. de verb. oblig.
quo loci inquit, quod licet quoad Patrem acquiren-
tem pro ſe, & filiis, conceſſio intelligatur facta inter
vivos, quoad filios tamen cenſetur donatio cauſa mor-
78 tis, & mortis cauſa capio; Quare dubio procul po-
terit ipſe Pater vivens quandocumque illis adimere il-
lud Jus per text. in l. qui mortis 30. de donat. cauſa mor-
tis. Natta conſ.501. num.10. poſt Socin. Sen. conſ.25.
num 13. in fin. lib.1. licet quando etiam Jus ex paterna
ſtipulatione quæſitum, quæſitum cenſeretur Jure do-
nationis inter vivos, quæ non niſi morte Genitoris
confirmatur, ut dictum eſt, ſi Pater vivens de feudo
vel emphyteuſi diſpoſuerit, ipſi filii neque Jus ullum
haberent revocandi feudum ab eo, cujus favore Pater
diſpoſuit fundamentis ſuperius latis, & ea quoque ra-
tione, quia cum nullum Jus tunc habeant ſuccedendi
in eo, neque habere debent Jus ullum revocandi, cum
revocandi Jus à ſucceſſione reguletur, Giurb. §.2. gloſ.3.
79 num.89. in fine.
80 Hinc intelligimus, quod quidquid filio ex eadem
Patris ſtipulatione quæritur, judicatur profectitium,
Gozadin. conſ.15. num.18. & conſ.75. num.14. cum
profectitium dicatur illud omne, quod vel à Patre, vel
à Paterna ſubſtantia, vel à Tertio patris intuitu, &
contemplatione defertur filio l. profectitia 5. in princ.
de Jur. dot. & facit text. in l. ſed & ſi plures 10. §. in
arrogato de vulgari. Bart. in rubr. ff. de pecul. in fin.
verſic. item poteſt. Surd. ſæpè repetito conſ 305. nu-
mer. 63. Menoch. conſ.309. num.8. Valaſc. de Jur. em-
phyteut. quæſt.49. num.8. Ruin. conſ.42. num.11. verſic.
quia quidquid habet filius lib.1. Natt. conſ.475. num.12.
501. num.15. circa fin. & 503. num.4. Rovit. ſuper
Pragm.1. de Tit. ſeu inſcript. abuſ. num.71. quando 81
maxime vel paterna virtus, vel induſtria, vel pecu-
nia interveniat Gratian. cap.405. num.10. juncto nu-
mer. 11. cap.554. num.21. & cap.663. num.13. cum
ſequenti; & minimè liquet filiorum merita præceſſiſſe
Ancharan. conſ. 143. num. 3. quamvis etiam Caſtill.
poſt Surd. quotid. controv. lib.4. cap.5. num.26. cum
ſeqq. ad ſaturitatem probet, profectitium reputari
quidquid conceditur filio Patris contemplatione, li-
cet Pater nihil refundat de ſuo, quodque donatum
filio Patris intuitu cenſetur ab ipſo Patre donatum,
vel ſaltem primo loco donatum Patri, & à Patre bre-
vi manu ipſi filio, unde in puncto quod Jus ad feu-
dum novum quæſitum pro ſe & filiis, in filiorum, & 82
nepotum perſonis ſit profectitium, & per conſequens
revocabile, licet ſit adventitium in perſona primi ac-
quirentis Galvan. conſ.8. num.50. & fere per totum. Surd.
conſ.305. num.65. & ſparſim pluribus in locis per totum
conſ. & conſ.351. num.38. verſic. non etiam reſiſtit. Gra-
tian. cap.405. fere per tot. & præcipuè num.4. 7. 10. 11.
& 18. Natta conſ.501. num.13. Socin. Sen. conſ. 25. 83
num.14. in 1. qui hac ratione probant Genitorem pri-
mum acquirentem poſſe pro libitu ſuo diſponere de
feudo ex pacto & providentia, revocando eam dona-
tionem, quæ ex ipſius ſtipulatione in filium tranſlata
cenſetur, ſiquidem cum hoc Jus deſcendat à Patre in
filium mediante ejus contractu (fortiùs ubi etiam
ejus concurrerent merita vel pecunia) peculium dici-
tur profectitium Gratian. d. cap 405. à num.3. in quo
quidem peculio filius non habet titulum, ſed nudam
adminiſtrationem arg. text. in l. centum 13. C. fam. er-
ciſ. Gratian. ibid. num.5. cum bona profectitia in to-
tum Patri acquirantur, DD. in l. cum oportet, C. de bo-
niſque liberis. Caſtill. latè dicto cap.5. lib.4. num.32. un-
de indubitatum eſt quod poteſt filiis præjudicare Gra-
tian. cap.554. num.21. verſic. in profectitiis autem & 663.
num.14.

Ad ea verò quæ ſupra num. 64. objectabantur de
juramento quod ſuppleat præſentiam, atque accepta- 84
tionem abſentis, ut propterea impedire videatur re-
vocationem Juris eidem quæſiti per dictum contractum
ſeu ſtipulationem.

Reſpondeo etiam quando Juramentum ad favores
abſentis interpoſitum eſt, revocationem donationis ab-
ſenti factæ non impediri ut ex ſententia Alciat. Grat.
Cagnol. Bover. Dec Pariſ. Roman. Purpurat. Cravet. Di-
dac. Burgenſ. & Addent. ad Alex. penes Theſaurum ibi
relatum probat Ger. Spin. conſ.16. num.97. & multiplici
quidem ratione.

Primò ſcilicet quia cum Juramentum ſortiatur na- 85
turam primordialem, & conditionem actus, ſuper quo
interponitur ad text. in l. final. qui ſatiſd. cog. non de-
bet ſtipulationem pro abſente factam ante ejus acce-
ptationem irrevocabilem facere, cum natura ſua, ut
ſuperiora ſuadent, ante acceptationem revocabilis ſit,
optimè Sanchez in fortioribus terminis expreſſæ do-
nationis de matr. lib.1. diſp.7. num 24. quod maximè
procedit in caſu noſtro, in quo verſamur in ſtipula-
tione per Genitorem facta pro filiis in poteſtate, quam
ſupra verſic. hoc procedunt num.77. diximus ſapere do-
nationem cauſa mortis, quæ cum natura ſua revoca-
bilis ſit, tamquam ſpecies ultimæ voluntatis, cuique
ambulatoriæ uſque ad extremum vitæ ſpiritum, irrevo-
cabilitatem deſumere non debet à Juramento, quod cō-
tractui cui adjungitur naturam ſequitur, & non alterat, 86
cum imò etiamſi in ſimili donatione appoſita foret
donantis

donantis promiſſio non revocandi, hanc ex diſpoſitionis qualitate interpretationem ſibi vindicaret, niſi donantem pœniteat, ut edoctus à Bald. probat in propoſito Natta *conſ.*475. *num.*17. de quo meminimus etiam infrà verſic. *demum ad id quod dicetur in fine præſentis Articuli num.*

87 Secundo quia per Juramentum, vel pactum, nemo obligatur, niſi ille conſentiat, cui fit, ut ex Archidiacono aliiſque arguit idem Sanchez *ubi ſupra verſic. item quia.*

88 Tertio quoniam licèt juſiurandi religione in contractu adhibiti Deus Opt. Max. adducatur in teſtem talis promiſſionis, cum tamen ſit facta homini non Deo, per modum voti, Deus minime acceptat, donec homo ipſe, cui jurans obligatur, acceptet, ergo ante acceptationem talem actui firmitatem Juramentum non præſtat quin remaneat revocabilis, ita Sanchez *dicto loco* plures ferens, & inter cætera Guttierez, quem in priori editione his contrariam ſecutum ſententiam rectiùs poſteà ad veritatem quæſtionis animadvertendum mutaſſe refert in poſtrema editione opinionem.

89 Et licèt Theſaur. *deciſ.*78. *num.*8. *verſic. pro concordia* verius multiplicem Doctorum claſſem, qui in contrariam iverunt ſententiam conciliare ſtuduerit utramque diſſidentem opinionem, ut ſcilicet quando ſumus in Juramento aſſertorio non impediatur revocatio, ſecus verò in Juramento promiſſorio, quando nempè donans, vel ſtipulans pro alio expreſsè promittit cum Juramento non revocare, nec contravenire, dicens quòd ipſe ita pro concordia diſtinguebat, pro ut in donatione inter virum, & uxorem, attamen hoc non urget in caſu noſtro, tum quia nullum Juramentum promiſſorium interpoſitum legimus, tum etiam quia in donatione in virum, & uxorem, ad quam ſe refert Theſaurus, præallegatam conciliationem de Juramento aſſertorio, vel promiſſorio infirmam, ac minimè ſubſiſtentem probat Rot. coram Burart. *deciſ.*873 *num.*5. & coram Merlin. *deciſ.*287. *num.*10. *cum ſeqq.*

90 Septimò demum eadem facultas in patre acquirente diſponendi de feudo acquiſito pro ſe & filiis confirmatur ex eo quod, quando Pater ſtipulatur ſibi & filiis ſuis, feudum vel emphyteuſim cenſetur ſtipulari ordine ſucceſſivo, quia ubi cadit ordinata charitas,
91 Parentes ac filii invitantur ſemper ſimili ordine ſucceſſivo. Doctores in *l. Gallus, §. quidem rectè, de liber. & poſtum.* Gratian. *cap.*405. *num.*7. Socin. Sen. *conſ.*25. *num.*14. *in* 1. Caſtill. *lib.*4. *cap.*5. *num.*36. Tobias Non. *conſ.*6. *num.*1. ita quod Genitore ſtipulante vivente nullum Jus quæſitum cenſeatur filiis, ſed tantùm poſt mortem ipſius Patris (ſeu ut alii aiunt) Jus quæſitum tantùm in ſpe, & non in re Natt. *conſ.*475. *num.*17. *verſic. nam ad hoc, & conſ.*501. *num.*12. *verſic. unde videtur, & num.*22. *verſic. nam ad hoc*, benè Nonius *loco ſupra citato*, ſeu etiam ut inquit Joan. Thom. de Marin. *de gener. & qualit. feud. tit.*3. *num.*16. *verſic. quid dicemus*, Jus nondum formatum, ſed ſolùm quandam ſpem poſt mortem Patris, juxta Bartoli doctrinam *in dicto §. Quidem rectè* relati à Natta *dicto conſil.*475. *num.*7. *& conſ.*501. *dicto num.*12. Caſtil. *quotid. controv. lib.*4. *num.*36. Galvan. *conſ.*8. *num.*47. Intrigliol. *de feud. cent.*1. *quæſt.*10. *num.*79. *num.*3. quare non prohibetur pater alienando feudum Jus nondum radicatum, & quærendum impedire, Ancharan. *ubi ſupra*, & bene Natta, & Nonius *mox relati*, Galvan. videndus concluſionem plurium auctoritate, & in ſpecie Collegii Bononienſis apud Honded. comprobans
92 *loco pariter quo ſupra num.*48. *&* 49. faciunt plura apud Ger. Spin. *conſ.*16. *à num.*76. Quamobrem hoc Jus filiorum potiùs dici debet Jus quærendum poſt parentis mortem, quatenus in prima voluntate perſeveret, quàm quæſitum, & ideò faciliùs tolli poteſt *arg. l. qui aut in* 6. *in princ. quæ in fraudem credit.* ſic & filius ſervus præjudicare poſſunt Patri, & Domino in quærendis, licèt non in quæſitis *ad text. in l. final. cum ibi notatis, C. ad acquir. poſſ.* & ſolus Prælatus poteſt Eccleſiæ præjudicare in quærendis juxta notata *in l. jubemus la prima, C. de Sacroſ. Eccleſ.* quæ cum aliis in propoſito refert Natta *conſ.*501. *num.*43. *cum ſeqq. & exornat. Becc. conſ.*56. *num.*36. *cum ſeqq.* ubi quòd licèt Princeps poſt aditam hæreditatem nequeat in præjudicium vocatorum Spurium legitimare, id tamen poſſit ante aditam in præjudicium etiam fideicommiſſariorum, quæ cum aliis pluribus comprobat *ibidem numeris ſequentibus*, quæ pariter confirmat Giurb. *de ſucceſſ. feud. §.*2. *gloſſ.*6. *num.*69. *cum ſeqq.* plurimis aliis adductis regulis, quòd nempè faciliùs concedatur retentio quam petitio, quod par non ſit cauſa retinendi, & de novo acquirendi aliiſque ſimilibus. Quate- 93
nus autem quis adhuc contenderet, quod hoc Jus ex paterna ſtipulatione quæſitum rectè dici queat jus quæſitum, omni in caſu ſaltem dici deberet jus quæſitum conditionale omninò pendens à Genitoris perſeverantia Galvan. *dicto conſ.*8. *paulò ante numerum* 59. Gratian. *cap.*405. *num.*12. Natta vidend. *conſ.*475. *numer.*17. *verſic. nam ad hoc reſpondetur, &* 501. *num.*22. *circa fin.*

Et quamvis Surd. *eod. conſ.*305. *num.*60. hoc unum 94
præ cæteris ingerere poſſe difficultatem agnoſcat, quod ſcilicet ſi in feudo, vel emphyteuſi conceſſa pro ſe, & filiis filii vocati cenſeantur ordine ſucceſſivo, licèt vive patre admitti nequeant, negari certè non poſſit, quin ipſo Patre vivente Jus ſaltem ipſis filiis quæſitum intelligatur ſuccedendi poſt patrem, à quo media ipſius ſtipulatione Jus collatum fuit in tempus, quo filii futuri ſunt ſui Juris à nexu patriæ poteſtatis ſoluti, ideoque tunc ſaltem profectitium dici nequeat hoc Jus, & conſequenter à patre lædi non poſſit poſt ſtipulationem.

Huic tamen objecto rectè occurrit idem Surd. *ibidem primo* probando, quòd non deſinit hoc Jus eſſe 95
profectitium eo quod quæratur filio à recenſito paterni nexu imperii ſoluto, quia quocumque tempore habeat, ſi habet à Patre profectitium reputatur gloſ. Magiſtralis, ac Bart. *in l. cum oportet* 6. *C. de bonis quæ liberis.* Surd. *ſupra num.*61. 62. *&* 65. Galvan. *ſupra n.*49. *verſ. quod ſi quis objiciat ante med.*

Reſpondet ſecundò, quòd ſi nullum Jus genitore 96
vivente filiis intelligitur quæſitum, jam habemus intentum, quia non poterit filius conqueri quòd Pater diſponendo de feudo non valuerit Jus ſibi tollere, quia privatio ſupponit habitum, *notis Juribus*, & ut inquit Bald. *in l. licet* 8. *num.*2. *C. de bonis quæ liberis*, carentiæ ſunt habentium: ſi verò dicamus quod jus quæſitum ſit, ſed revocabiliter, id eſt patre perſeverante in eadem voluntate uſque ad mortem, indebitè Jure illo filius experiri contenderet, quando per mutationem voluntatis ſibi prorsùs ademptum, & revocatum agnoſceret; ita poſt Salicet. & Natt. diſcurrit in puncto ipſe Surd. *num.*64. & cum eo Galvan. *conſ.*8. *num* 49. *verſ. ſecundo eſt.*

Demùm objectæ difficultati ſatisfacit Surd. dicen- 97
do, quod negari non poteſt, quin Pater ſtipulando feudum pro filio jure profectitiæ donationis cenſeatur ipſum filium vocare, quòd notant etiam Ancharan. *dicto conſ.*143. *num.*3. & benè Natt. *conſ.*475. *num.*7. *cum aliis ſuperiùs adductis verſ. hinc intelligimus*, ſive emolumentum quæratur ſtatim in ſpe, ſive poſt mortem ſuam in re, & cum effectu, quamobrem quòd pater velit filium habere ſtatim, vel in tempus, & ita celerius, vel tardius non immutat ſubſtantiam actus, nec efficere poteſt quin ſit donatio cum circunſtantia temporis, quæ citra ipſius actus corruptionem adeſſe, & abeſſe poteſt, ideoque accidentaria, ipſo etiam Dialecticorum teſtimonio, quæ propterea non facit actum differre ſpecie, unde ſemper remanet donatio perfecta à Patre, & conſequenter ſemper revocabilis, quamvis effectus acquiſitionis in id tempus fuerit collatum,

quo filii futuri ſunt ſui Juris, ita concludit Surd. *dicto conſ.*305. & cum eo pertranſit Galvan. *ubi ſupra num.*50.

98 Et quidem ſi ex ſtipulatione pro filiis in quocumque contractu appoſita Jus filiis quæreretur irrevocabile, hoc immeritò tanquam ſpeciale deſignaretur in actione dotis, inter cujus privilegia hoc enumeratur, quòd ſi filiæ jus ad dotem quæratur ex paterna ſtipulatione, nequeat Pater Jus filiæ imminuere, & ea quidem ratione, quæ aliis contractibus communis non
9 eſt, quia Pater in dote eſt debitor neceſſarius, ultra quod à dote ad cæteros contractus argui nequeat, cum illa Reipublicæ ſavore plurimis donata ſit privilegiis, *l.*1. & ibi Doctores *ſolut. matrim.* ita poſt Natt. *citatis conſiliis* 475. *num.*15. & 501. *num.*23. (quibus in locis reſolvit fundamenta Bart. *conſ.*55. & 60. & *in l. Jurisjurandi de oper. libert.* quæ initio præſentis Articuli excitavimus ex adverſo) & poſt Socin. Sen. *præfat. conſ.*15. *num.*15. *lib.*1. diſcutrit Gratian. *dicto cap.*405. *num.*13. & 14.

Porrò hæc omnia noſtra in hypotheſi dicta viden-
100 tur ex abundanti; non enim ſcimus in noſtru hoc caſu ullam legitimam, & ad ſtipulationem neceſſariam interveniſſe perſonam, quæ fuerit pro filiis Domini Comitis Camilli ſtipulata, & acceptaverit; certum eſt autem nullum Jus quæri, niſi intervenerit Nuntius, vel epiſtola per text. gloſ. & Doctores, quos in propoſito articuli noſtri allegat Surd. *conſ.*351. *num.*29. ubi magiſtraliter addit requiri etiam, quando intervenit Nuncius, quòd ad hoc fuerit ſpecialiter deſtinatus; Præterea antequam de abſentis liqueat acceptatione
101 rectè ipſa quoque revocatur donatio, etiamſi quilibet pro donatario acceptaverit præter Judicem, & Notarium, quia abſenti per quamcumque ſtipulationem præter prædictas jus non quæritur irrevocabile, Natta *conſ.*501. *num.*19. niſi abſens acceptationem illam ratificet, & ab acceptante aſſequatur Jurium ceſſionem, ut poſt gloſ. & Caſtrenſ. idem Surd. *ibid.* firmat *num.*31. quod *num.*32. ampliat cum Curtio Jun. ubi etiam ad-
102 eſſet ſtaturum, quod alteri per alterum quæri poſſit,
103 & inſuper in contractu conſtituti clauſula acceſſiſſet,
104 id quoque extendens *num.*32. 33. & 34. ad paternam ſtipulationem juxta ſententiam Caſtrenſ. Decii, ipſius Curtii Jun. ac aliorum probantium, nullum fieri diſcrimen inter ſtipulationem Patris, & Tertii cujuſlibet præter Judicem, ac Notarium, quibus tanquam publicis perſonis jura hanc facultatem jure merito indulgent.

105 Et quamvis præſatos Caſtrenſem, ac Decium ab aliquibus viderit reprehenſos Surd. *alleg. num.*34. rectiſſimè tamen ab omnium vindicat impugnationibus quoad caſum noſtrum, obſervando illos quidem redargui, & benè, quatenùs volunt, quod ex ſtipulatione Notarii non acquiratur Jus irrevocabiliter, a nemine vero reprehendi, quatenùs de aliorum acceptatione, aut ſtipulatione loquuntur.

Et licèt regulariter pater ſtipulari poſſit pro filiis
106 etiam nondum natis, non tamen infertur quod revocari nequeat ipſa ſtipulatio, quin imò eo ipſo quod eſt pater qui ſtipulatur pro filio, hoc ſtipulationis beneficium profectitium dicitur, ideoque pro libitu genitoris revocabile, ut his ferè verbis dicto loco autumat Surd. *verſic. Et quamvis* plurima probans auctoritate Doctorum, & præcipuè Bart. anteſignani *in recenſito*, §. *Flavius*, quòd ſi quis alicui donec cum pacto quòd poſt donatarii mortem res donata tranſeat in Tertium, poteſt utique donator diſcedere à conventione ad præjudicium illius Tertii.

107 Prædicta etiam adducta videntur fortioribus in terminis, nam noſtro in caſu neque adeſt D. Comitis ſtipulatio & acceptatio pro filiis, neque adeſſe potuit, cum ipſe in conceſſione ſibi facta præſens non fuerit, *l.*1. *in princ. de verb. oblig.* §. *Item verborum*, & *ibi* gloſ. *in verbo abſentes de inutil. ſtipulat.* nulla Notarii intervenit acceptatio, nulla ante revocationem comperta eſt Comitis Alexandri ejuſque filiorum acceptatio, unde farendum videtur D. Co. Camillum quodcumque Jus potuiſſe ipſis filiis adimere, & quamcumque revocare conventionem ipſis ſavorabilem, ut hiſce ferè verbis concludit Surd. *dicto num.*35. *pluries citat. conſil.*351.

Verum eſt, his omnibus minimè obſtantibus, quam- 108
plures numero, & multos auctoritate acerrimè defendere Patrem non poſſe feudum novum ex pacto non ſolum alienare in extraneos, ſed neque prælegare alteri ex filiis, inter quos multi communem contendunt ſententiam, pluribuſque propugnant, adeò ut Valaſc. de Jur. emphyteut. *quæſt.*49. *num.* 6. dicat, cavendum eſſe ab eis qui hanc facultatem tam liberali manu in-
dulgent (licèt ab eo potiùs benè cavendum eſſe dixe- 109
rit Michalor. de fratribus *part.*1. *cap.*38. *ante num.*24. cum immò longè communior ſit, ut ipſe teſtatur, opinio ſuperiùs firmata pro hac patris poteſtate) ſuperio-
ra tamen ſatis credimus comprobare, quòd ubi agi- 110
tur de feudo acquiſito, de Patre acquirente, de ſtipulatione pro filiis in poteſtate, de conceſſione facta Patris contemplatione res tranſeat ſine difficultate, quando maximè, (ut noſtro verſamur in caſu) controverſia eſt ſuper diſpoſitione facta de feudo titulo oneroſo, erogatione ſcilicet integri pretii quæſito juxta famigeratam conciliationem unanimi Doctorum voto probatam, qua dicimus primum acquirentem titulo oneroſo liberam habere diſpoſitionem de feudo, licèt ſecus in acquirente titulo lucrativo, quam tuentur infraſcripti Doctores in fonte viſi, quorum.

Anteſignanus eſt Bald. *in l.*1. *num.*32. *C. per quas perſonas nobis acquiratur*, & *conſ.*110. *num.*2. *ibi Niſi tunc eſſet emptio ex pecunia patris lib.*5.

2. Aretin. *in l. idem Julianus* 41. §. *ſi quis alicui colum.*2. *verſ. ego tamen de legatis primo.*

3. Pinel. *in* 3. *parte l.*1. *num.*98. *verſ. hoc autem tutius, C. de bonis matern.*

4. Marant. *in l. is poteſt*, *num.*30. *de acquirend. hæredit.*

5. Crot. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres num.*243. *de verb. oblig.*

6. Rubeus *in l. Gallus*, §. *Quidam rectè num.*189. *de liber. & poſthum.*

7. Lucas de Pen. *in l.*1. *C. de impen. Lucrativ. deſcript. lib.* 10.

8. Caldas Pereir. *in comment. ad* §. *Sed hæc cap.*2. *num.*27 *inſtitut. de inoff. teſt.*

9. Barboſ. *in collect. DD. ad cap. potuit* 4. *num.*155. *de locato.*

10. *Corn. conſ.*37. *num.*13. *in med. verſic. concludit conſ.*51. *num.*1. *circa med. verſic. & hanc conſultationem*, ubi diſtinctionem ſatis rationabilem authumat, & *conſ.*282. *num.* 10. ubi quod ita conſultum fuerat Peruſiæ per famoſiſſimum Doctorem Joannem Perutii cum ſubſcriptione Capræ *lib.*3.

11. Soccin. Sen. *conſ.*25. *num.*14. *in* 1. & *conſ.*27. *num* 10. *lib* 3.

12. Soccin. Jun. *conſ.*72. *num.*35. *ante med. verſic. qui etiam hanc opinionem lib.* 2. & *conſ.*160. *num.*44. *lib.* 2.

13. Calcan. *num.*73. & *column.* 5. *poſt med. verſic. & ita eſt.*

14. Gozzadin. *conſ* 75. *num.*14.

15. Jaſon. *conſ.*57. *num.*7. 8. 9. *in primo.*

16. Tobias Nonius *conſ.*6. *num.*2.

17. Celſius Ugo *conſ.*26. *num.*3. *verſic. ſic etiam legari poteſt.*

18. Ruin. *conſ.*42. *num.* 11. *junct. num.* 17. *verſic. nec obſtant allegata in contrarium*, & *conſ.*48. *num.*5. *lib.* 1.

19. Cravet. *conſ.*135. *num.*8. ubi quod id ſine dubio procedit.

20. Burſatt.

20. Burſatt. in cauſa Parmenſi DD. Comitum Siſſiæ *conſ.4.num.15.cum ſeqq.*

21. Emilian. *conſ.11.num.6.*

22. Cephal. *conſ.3. num.114. 12. num.24. & 617. numer. 174. junct. num. præcedenti 74. cum quatuor ſeqq.*

23. Lancellot. *inter conſ.ultim.volunt.parte 2.conſ.48. num.9.* ubi quod hæc limitatio nunquam fuit ab aliquo reprobata, & quod quotidie practica hæc ſervat etiam in fortioribus, & durioribus terminis, quodque hæc declaratio, ſed limitatio evidentem habet rationem, & æquitatem.

24. Gabriel *conſ.95.num.5.& 8. lib.2.*

25. Becc. *conſ. 56. num.21. & 35. verſic. & in terminis.*

26. Riminald. Jun. *conſ.18. num.39.* ubi quod hæc opinio non habeat contradictorem,& in cauſa Parmenſi D. Comitis Horatii Simonetæ *conſ. 513. num.19. cum ſeqq.*

27. Marcabrun. ab Anguil. *conſ. 54. num.72. cum ſeqq.*

28. Turret. *conſ.61. num.45. & 66.*

29. Grilenzonius *conſ.114. num.10.*

30. Menoch. *conſ.158. num.69. conſ.161. num.6.* ubi inquit ſolum Guilelmum Hannotonium reperiri contradictorem, *& latè conſ.309. num.18. cum ſeqq. & numer.27.& ferè per tot.& de præſumpt.lib.4 præſumpt.130. num. 12.*

31. Cavagnol. *obſerv.legal. & Juridica in dictum conſil.161.*Menoch.*num.617.& 42.*

32. Galvan.latiſſimè videndus *conſ.8.num.28.& 58. verſ.poſtremò omnium loco fin.*

33. Natta *conſ.475. num.9.* ubi quod doctrina Baldi eſt magni ponderis, quia valdè maturè ibidem locutus fuit, *& num.18.* ubi quod Doctores tenentes, quòd in feudo novo non poſſit Pater unum filiorum aliis præferre, vel diſpares portiones diſtribuere, malè loquuntur, vel ſaltem eorum opinio hujus fœdere diſtinctionis concilianda, & *conſ.501.num 15.verſic.novo adduco, & conſ.503.num.3.*

34. Peregr. *conſ.8. num.32. lib.1.* dicens quòd indubitata profecto res eſt.

35. Plot. *ad conſ.129.* Martini Laudenſ. *n.62.*

36. Palma *conſ. 3. num. 24.* ubi quòd ſine dubio procedit.

37. Nicolaus Reuſner. latè, & benè *lib.3. conſ.21. num.65.*

38. Surd. *conſ. 305. num. 36. 351. num.27. 395. num. 11. & 427. ſub numer. 21. verſ. ego autem juncto numer. 13. & deciſ. 209. num. 17. & 209. num. 1. in fin.*

39. Gratian. *cap.372. num.7. 405. num.1. 11. & 12.* ubi quod hæc eſt opinio verior, & magis communis, & quampluries ſequuta eſt Rot. 511. *num.1. & ſeqq. cap.554. num.20. & 21. ac demum cap.663. num 12. uſque ad 17.*

40. Galeot. vidend. contr. *lib.2. contr.48. à num.48.* ubi refert eſſe doctrinam quam ubique extollunt Doctores omnes civiliſtæ,& feudiſtæ.

41. Mareſcot. pariter vidend. *var. reſol. lib.1.cap.74. num.2.* ubi quod non ſolùm eſt diſtinctio vera, ſed communis.

42. Proſper Tripeſ. *inter allegationes* diverſorum *poſt deciſiones* Anelli *allegat.28.num.2.*

43. Ripa *obſervat.370.num.2.*

44. Gabriel *lib.3. com. opin. de Jur. emphyteut. concluſ.2.num.27.*

45. Port. *com. opin. lib. 4. concluſ. 21. verſic. tertio limita.*

46. Tiraquell. *de retract. Lignagier. §.11.gloſ.6.n.25. verſ. ſed & in feudo.*

47. Ancharan. Jun. *quæſt.famil. quæſt.19. num.47. & 9. lib.1.*

48. Ægid. Boſſ. *Tit. de Principe,num.311.circa med. verſic. ſed in alio feudo.*

49. Valaſc. *de Jur.emphyteut.quæſt.49.n.7.*

50. Ariſminus Tepat. *tit.38.de feudo novo cap.4.verſic. ſecundus eſt caſus.*

51. Sola *in comment. ad novas Conſtitutiones patriæ Ciſmontanæ rub. de alienat. bon. feudal. num. 6.* videndus.

52. Tuſc. *litt.A.concluſ.439. num.22.*

53. Petr. Gregor. *Syntag. Jur. univerſ. part.1. lib.6. de rebus cap. 18. num.4. verſic. & in tam varia quæſtione.*

54. Rebel. *de oblig. juſtit. part. 2. lib.13. quæſt.15. num.3. & 6.*

55. Laurent. de Palat. *ſuper ſtatut. quod extantibus maſculis filia non ſuccedant,num.168.*

56. Farinac. *in fragment. poſt repert. contract. verbo emphyteuſis num.3.poſt medium.*

57. Mangil. *de imput. quæſt.436.num.23. junctis numer.31.& 54. & quæſt.37. num.20. & de evict. quæſt.56. num.32.*

58. Fachinens *contr. Jur. lib.7. cap.8. circa fin. verſic. & ideo illud argumentum*, ubi quod Jus ex pecunia Patris proveniens extinguit omne Jus, quod poſſet competere filiis ex contractu vel gratia Domini, & facit etiam *lib. 4. cap. 23. verſ. reſpondeo ſi pater emerit.*

59. Merlin. *de legitima lib. 2. Tit. 1. quæſt. 5. numer. 17.*

60. Joannes del Caſtil. pluribus ornatiſſimè glomeratis *quotid. contr. lib.4. cap.5. num.35.* ubi dicit eſſe ſingularem doctrinam, *& num. 3.* addens quod huic conciliationi ſcribentium omnium huc uſque nemo contradicit.

61. Sanleger. *in quæſt. civil. cap. 70. num. 2. cum ſeqq.*

62. Marta *de ſucceſſ. legal. part.3.quæſt.12. art.5.numer.35. in fine.*

63. Gaſpar Mantius *de teſtament. T.12. quæſt.36. n.9. cum ſeqq.junct.num.17. in fin.*

64. Fulgin. latiſſimè *de Jur. emphyteut. ſub tit. de contractibus emphyteuticis, quæſt.24. à num.18. uſque ad 21.* ubi quod hæc opinio non habet difficultatem, & ſolùm reperiri Hannotonium contradictorem.

65. Michalor. *de fratr. vidend. cap.38. num.22. cum ſeqq. part.1.*

66. Urſell. *in exam. up. concluſ.28.num.19.*

67. Salgad. *in Labyrint. credit. remiſſivè part.3.cap.3. num.44.*

68. Antonell. *de tempore legali lib.3. cap.55. n.66.*

69. Ambroſin. *deciſ.fori Epiſcopalis Peruſini 14.n.17. verſic. & quamquam.*

70. Joſeph Ludovic. *deciſ.Luc.66. num.9.* ubi quod ita in aperto marte eſt concludendum.

71. Cornazzan. *deciſ. ejuſd.* Rot. Lucen.1. *n.75.*

72. Milaneni *deciſ.8.num.40.*ubi quod procedit ſine difficultate.

73. Dexart. *deciſ. Sardiniæ 28. numer. 31. verſic. hinc eſt.*

74. Rota Romana *in Roman. de Lilio 7. Febr.1582.* coram Seraphin. *num.17. inter ejus impreſſas 559. in ordine.*

In Romana de Laute 17. Maii 1585. coram S. M. Clemente VIII. *allat. in deciſ.* coram Coccin. *in Peruſin. de Alſan. inferius afferend.*

In Romana domus de Creſiis 4. Februarii 1605.coram Litta *relata in mox citanda* coram Cavaler. *in Romana emphyteuſis.*

In dicta Romana Emphyteuſis coram Cavaler. 12. *Novembris* 1612.*num.13.inter rec. deciſ.435.part.1.impreſſa etiam inter alias.*Cavaler.219.*in ordine.*

In Bononienſ. de Bovis 11. Novembris ejuſdem anni 1612. coram Sacrato *num.1. inter rec. part.1. deciſ. in*

 ordin.

ordine 438. *repetita poſt conſ.* 44. Giovagnon. *part.*2. *num.* 87.

In eadem cauſa de Boviis coram eod. Sacrato 12. *Decembris ejuſdem anni citata in inferius afferenda deciſione* coram Merlin. *in Ravennatenſ. concurſus.*

In Romana domus 28. *Junii* 1613. coram tunc Decano *relata in deciſ. infra citand.* coram Burat. *Urbevetan. pecuniaria.*

In Romana legitime 14. *Januarii* 1616. coram Veroſpio *part.*1. *rec. deciſ.*703. repetit. poſt Merlin. *de legitima* 53. *in ordine*, ubi egregiè quæſtionem diſcutit pluribus cumulatis.

In Viterbien. Caſtrorum 14. *Decembris ejuſdem anni* 1616. cum Sacrato *num.*2. *inter rec. part.*4. *tom.*1. *deciſ.*366.

In dicta Romana concurſus 18. *Novembr.* 1623. coram Merlin. *num.*15. *impreſſ.* poſt Merlin. *de legitima dec.*94. & inter ejuſdem Merlin. 86.

In dicta Urbevetanen. pecuniaria 6. *Novembris* 1624. coram Burat. *numer.* 3. *inter ejus impreſſas* 822. *in ordine.*

In Peruſin. de Alfan. 4. *Decembris* 1624. coram Coccin. *num.*3. poſt Merlin. *de legitima deciſ.*125. ubi inquit eſſe communem diſtinctionem.

In Ravennatenſ. ſeu Lauretana emphyteuſis 27. *Iunii* 1625. coram Burat. *numer.* 5. *inter ejus impreſſas deciſ.* 884.

In Ravennatenſ. Emphyteuſis 22. *Maii* 1628. coram Coccin. *inter rec. deciſ.*176. *part.*5. *tom.*1. *num.*10.

In Tarviſina feudi 13. *Iunii* 1631. coram Quiepo *p.*6. *rec. deciſ.*50. *num.*2.

Eleganter ac latè videnda *in Ceſenatenſi Emphyteuſis* 4. *Decembris* 1635. coram Merlino *à num.*4. *inter rec. part.* 4. *tom.*3. *deciſ.*741. *& inter ejus impreſſas* 699. *in ordine.*

In Ariminenſi Molendini 7. *Maii* 1638. coram Ghiſlerio *num.*1. *inter rec. part.*8. *deciſ.*38. *juncta dec.* coram Seraphin. *ſupra relat.* 559.

In Romana Salviani 13. *Aprilis* 1643. coram Cerro *num.*21. *inter rec. part* 9. *deciſ.* 1667. *impreſſas etiam poſt* Merlin. *de pignor. deciſ.*57. *in ordine.*

In Romana domus 29. *Maii* 1647. coram Peutingerio *poſt Labyrint. credit.* Salgadi *deciſ.*35. *num* 10.

Ferentill. ad Burat. *ad deciſ.* 822. *litt. A. num.* 6. ubi quod ab hac diſtinctione non eſt recedendum in praxi.

Oliverius Beltramin. *latè ad deciſ.*529. S. M. Greg. *num.*23.

75. Thomingi *deciſ.*33. *num.*4. *&* 14.

76. Ex feudiſtis Curt. Jun. *de feudis part.*4. *principali n.*132. *verſ. ſecundum facit fol. mihi* 283.

77. Joan. Thomas de Marinis *de gener. & qualit. feud tit.*3. *num.*16. *circa princ.*

78. Intrigliol. *de feud. cent.*1. *quæſt.*10. *num.*78. *junct. num.*81.

79. Portius de Gregor. *omninò videndus de conceſſ. feud. part.*3. *quæſt.*7. *num.*16. 17. 50. *& per totam quæſtionem*, in qua profundè articulum diſcutit ac reſolvit.

80. Mar. Giurba *de ſucceſſ. feud.* §. 1. *gloſſ.*8. *num.*45. *poſt med. &* §. 2. *gloſſ.*3. *num.*30. *verſ. amplia. primo circa med.*

111 Prædictorum autem Doctorum nonnulli loquuntur in emphyteuſi, quos tamen allegamus in propoſi-
112 to feudi eo hortati principio, quod de emphyteuſi ad feudum, & è converſo rectè ducatur argumentum, gloſ. *in cap.*1. *in verbis aut utrumque an agnatus vel filius defuncti.* Mantic. *de tacit. lib.*25. *tit.*4. *num.*8. Cancer. *var. reſol. part.*1. *cap.*12. *num.*2. Carleval. *de Judiciis tit.*3. *diſput.*23. *num.*29. *circa med.* Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.*1. *quæſt.*23. *num.*3. Oldus *de reſtitut. in integr. part.*2. *quæſt.*98. *num.*5. Fachin. *lib.*1. *conſ.*79. *numer.*8. Urſell. *in exam. apum concluſ.*142. *num.*66. innumeros allegat. Intrigliol. *de feud. quæſt.*12. *num.*1. *& ſeqq.* inter quos multi teſtantur de communi, *ubi numer.* 6. id ea ratione eorum intelligit, quia feudum & emphyteuſis ſunt ejuſdem naturæ, ideoque ut Iſernia, & alii ibidem aſſerunt *num.*8. inter ſe fraternizant, & aſſimilantur, noviſſimè Franciſcus de Amaya *in l. unica, C. ſi liberalitatis Imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit lib.*10. *num.*16. unde dicimus quod feudum & emphyteuſis iiſdem reguntur regulis Surd. *de aliment. tit.*9. *quæſt.*10. *num.*39. Intrigliol. *dicta quæſt.*12. *num.*9. niſi expreſsè contrarium jure cautum reperia-
tur Fontanell. *deciſ.*281. *num.*8. Fachin. *ubi ſupra dicto* 113
*num.*8. adeò ut inter emphyteuſim, ſi feudum tantam cognoverit familiaritatem & cognationem, ut nihil inter ipſa fore diſcriminis crediderit Speculat. ad id relatus per Parlad. *in ſequicenturia quot. different. differentia* 71. *in princ.* & Com. opinion. *tom.*1. *lib.*5. *ver-
bo emphyteuſis verſ. magnam eſſe cognationem*, ſic quòd 114
emphyteuta & feudatarius omninò æquiparentur ſen-
tit Iſern. relatus per Puteum *de redintegr. feud. cap.*105. 115
*num.*2. *& cap.*207. *num. pariter.* 2. & in puncto noſtræ quæſtionis, quod rectè arguatur ab emphyteuſi ad feudum probant Galvan. *dicto conſ.*8. *num.*58. & Peregr. ſimiliter *conſ.*8. *num.*19. *in primo*, quodque in ipſiſſima noſtra quæſtione Doctores promiſcuè allegari ſoleant, ſive loquantur de Emphyteuſi, ſive de feudo teſtantur Michalor. *de fratr. dicto cap.*38. *num.*22. *ante med. verſic. & quod dicitur parte prima*, & benè Galvan. *mox relatus dicto num.*58.

Hinc dicimus quod Pater feudum acquirens ero- 116
gatione proprii æris cenſetur inveſtitus cum facultate, quod poſſit de feudo teſtari Gabriel *cum opin. dicto lib.* 3. *de Jure emphyteut. concluſ.*2. *num.*43. *junct. num.*44.

Unde rectè inferunt feudum etiam ex pacto & pro- 117
videntia per Patrem pecunia acquiſitum tamquam perfectitium imputari in legitimam juxta ſententiam Andreæ, quem refert Rot. *in rec. part.*1. *deciſ.*703. *numer.*5. Brun. *conſ. feudal.* 135. *verſic. quod ſi dicatur legitimam.* Clar. §. *feudum quæſt.*46. *num.*2. dicens eſſe magis communem ſententiam, illamque fuiſſe de mente Bart. Mangil. latè *de imput. q.*37. *num.*21. *& per totum*, fusè etiam Merlin. *de legitima lib.*2. *tit.*1. *q.*5. *num.*24. *cum ſeqq.* Marta *de ſucceſſ. legal.*1. *q.*15. *art.*11. *num.*26. latè Manzius *de teſtam. tit.*12. *quæſt.*16. *num.*10. *junct. num.*17. *in fine.*

Quibus attentis in dubium eſſe conſtat præfatam 118
ſententiam tot comprobatam ſuffragiis in judicando fore amplectendam, quippe quia à receptiori, ac crebriori ſententia minimè recedendum ad textus *in Inſtit. de hæred. inſtit. in principio*, ibi: *ſecundum plurium ſententias* in l. un. ibi *ſanè crebrior apud Veteres opinio eſt de off. quæſt.* & in *l. athletas* 4. *in princ.* ibi *& generaliter ita omnes opinantur de his quæ not. infam.* Barboſ. *in collect. ad cap. providentiam* 21. *num.*8. *de off. & pot. Iud. deleg.* Thoming. in puncto noſtræ quæſt. *deciſ.*23. *n.*15. Porro quod à pluribus ſapientibus quæritur, faciliùs invenitur Bald. *in l. juris ignorantiam* 6. *num.*5. *C. qui admitti & acrius eſt multorum quam unius vel alterius cujuſpiam de quacumque re Iudicium*, ut ajebat Philoſophus quem laudat Thoming. *ubi ſupra*, ac proindè Summus Pontifex *in clem.*1. §. *quod etiam de ſent. excom. integrum fore dixerit Iudicium quod plurimorum ſententiis comprobatur*, & eo maximè in caſu (ut in noſtro) in quo vix inveniatur qui contrariam ſecutus fuerit ſententiam, tunc enim ea DD. opinio contradictorem non habens reputatur deciſio legis. Surd. *deciſ.*229. *num.* 36. Rot. *in rec. part.*5. *tom.*1. *deciſ.* 122. *num.*16.

Multiplex autem pro ſubſtinenda hac Genitoris fa- 119
cultate non ſolùm prælegandi feudum ex pacto & pro-
videntia quæſitum titulo oneroſo (puta quando pro 120
ingreſſu perſolverit pecuniæ quantitatem. Rota relata per Fulgineum *de Iur. emphyteut. ſub tit. de contractibus emphyteuticis*, *quæſt.*24. *num.*18.) alteri ex filiis, ſed

etiam

etiam alienandi in extraneos adduci ſolet fundamen-
tum: Illud primo loco fert Surd. conſ.305. num.2 cir-
ca fin. quia ſcilicet non ita ſtricte proceditur in rebus
121 acquiſitis ſudore ac laboribus alicujus ſicut in aliis ar-
gument. eorum, quæ notantur in l. Ariſto 18. & ibi gloſ.
in figuratione cenſus, & in verbis non contrahi. de donat.
& in l.1. C. de Jur. dot.

122 Secundam fert ratiooem, quia feudum emptum na-
turam ſapit allodialem. Borell. de magiſtrat. edictis
lib.1. cap.2. à num.79. Theſaur. deciſ.146.num.9. Surd.
conſ.427. num.8. in fin. Burſat. late conſ.4.num.16. ver-
ſic. cum feudum. Tuſc. lit. F. concluſ.186. num.133. ubi
teſtatur de magis communi opinione. Menoch. late
conſ.489. num.15. Cacheran. conſ.38. num.27. ac com-
123 putatur inter ementis bona, cenſeturque in ejus patri-
monio, non obſtante quod ſit ex pacto Marta de ſuc-
ceſſ. legal. innumeros cumulans part.3. quæſt.12. num.35.
ideoque in eo non ſucceditur ex natura feudi, ſed ex
natura contractus Bald. & alii relati in conſ.1. Horatii
Jerutii in Urbinatenſ. prætenſi feudi inter additiones ad
124 deciſiones Vivii num.12. fol. mihi 83. ac de illo judica-
tur, ſicut de cæteris bonis quæ filius habet a Patre
Surd. conſ.417.num.8. in fine, idem Cacheran. ſupra nu-
125 mer.28. Gilenzonius conſ.144.num.15.& 16. Menoch.
ubi ſupra num.18. Reuſner. lib.3. conſ.11. num.64. unde
feudum emptionis titulo quæſitum dicitur magis con-
tractus emptionis, quam gratuita donatio Jaſon. Are-
tin. Silvan Brun. Corn. Curt. Sen.& Jun. Soccin. Becc.
Clar. Gabriel, & Berous quos refert, & ſequitur Bur-
ſat. conſ.4.num 15. adeò ut nulla queat conſiderari dif-
126 ferentia inter bona allodialia per Patrem acquiſita, de
quibus poteſt ad libitum diſponere, & feudalia vel
emphyteutica quæſita re, & pecunia, niſi forte reſpe-
ctus & favor Eccleſiæ, ſeu Domini reſpectivè qui ceſſat,
quando res non exit de comprehenſis in Inveſtitura,
ut benè innuit Lancellott. inter conſ. ultim. volunt. di-
verſ. tom.2. conſ.48. num.10. circa med. verſic. & habet
hæc declaratio evidentem rationem & æquitatem, de quo
alibi late.

127 Tertium fundamentum ex eo educunt, quia ubi feu-
dum fuit ex Domini liberalitate conceſſum alicui, &
filiis, filii habere dicuntur tanquam quid adventitium
à Domino concedente, non a Patre ſtipulante, & con-
ſequenter tolli nequit, aut minui à ſolo Patre DD. in
l.1 C. de bonis matr. Natta conſ.503. num.3. & 4. Gra-
tian. cap.554. num.20. quando verò ipſe Pater ſibi
propria pecunia feudum quæſivit etiam pro filiis, ipſi
filii nihil habent à Principe concedente, ſed omnia
verè recognoſcunt à Patre, qui vel ſudores, vel pre-
tium vel merita erogavit Surd. conſ.427. ſub num 11.
verſic.3. non reſiſtit, Menoch. conſ 158. num.69. (dicens
ſolidam ac urgentem rationem) & ut inquit Galvan.
mox citandus, recognoſcunt magis ex marſupio, acci-
pientis tanquam quid profectitium, ideoque poteſt
Pater ad libitum revocare conceſſionem, & in alium
transferre Bald. apud Nattam conſ.475. num.11. verſic.
ſeptim. adduco, & melius num.14. verſic. nam dico, &
conſ.503. num.3. & 4. Gratian. cap.405. num 22. 554.
num.21. & 663. num.13. & 14. Surd. dicto conſ.503.
num 36. & melius conſ.351. num.28. verſic. in propoſito
autem, Cephal. conſ.617. num 74. cum tribus ſeqq. Gal-
van. dicto conſ.8. num.28. Gratian. cap.405. numer. 11.
junct. numeris præcedentibus, & benè Menoch. con-
ſil.309. num.19. & poſt illos Tondut. Quæſt. civil.
128 cap.80. num.4. & Urſel. in exam. Ap. concluſ.42. n.512.
quo tendit etiam lepida obſervatio Iſerniæ quam in
propoſito laudat, & ſequitur Menoch. dicto conſ.309.
num.18. & etiam adduxerat conſ.161. num.10. & 158.
num.70. qua edocemur, quod feudum numerato pre-
tio acquiſitum pro ſe, & filiis non cenſetur ex pacto
& providentia dantis, & conſequenter dicendum eſt
nullum Jus quæſitum fuiſſe filiis beneficio conceden-
tis, ſed totum dici debet ex providentia acquirentis,
cui tam quoad proprietatem, quam quoad uſumfru-
ctum quæſitum fuit, & qui propterea pro libito de eo
diſponit, ut inquit etiam Giurba de ſucceſſ. feud. §.2.
gloſſ.3. num.30. verſ. amplia primo.

Poſtremum tandem fundamentum mox relato ſatis 129
affine ab eo deducunt, quia quando Princeps aliquid
concedit Patri ac filiis ſimul, ſi patris benemerita ex-
tant, vel erogatio intervenit paternæ ſubſtantiæ, ſeu
nulla comperta eſt cauſa affectionis ipſius Principis
erga filios, conceſſio illa facta intelligitur contem-
platione ſolius Patris, cui proinde res in totum quæ-
ritur abſolutè. Menoch. ſecutus Iſern. & plures alios
quos affert conſ.309. num.20. laudatus à Caſtill. quotid.
controv. lib.4. cap.5. num.37. Manzius de teſtament. quæ-
ſtion.38. num.33. T.12. Sola in novas conſtitut. patriæ Ciſ-
mont. Rub. de alienat. bonor. eod. ante num.11. verſic.
contemplatione verò, ac propterea cum feudum Patris
contemplatione conceſſum, conceſſum etiam videa-
tur ipſis filiis ejuſdem contemplatione Genitoris, qui
pro illis in feudo ex pacto fuit ſtipulatus imò ve-
rius feudum ipſum à Patre provenire cenſeatur, quaſi
quod dominus conceſſit filiis patris contemplatione, 130
pater ipſe videatur filiis donare uno actu occultato ſi-
cut poſt Bald. alioſque quamplures explicat Rovit.
ſuper Pragm. prima de Tit. ſeu Inſcript. abuſ. num.70.
illud idem contrario ipſius patris judicio & facto eis
adimi non prohibetur dicta l. filia à contrario ſenſu, C.
fam. ercif. Galvan. pluries allegat. conſ.8. num.57. in 131
hac enim materia potiſſimum attenditur, cujus con-
templatio fuerit habita in contractu, ut is poſſit libe-
rè de bonis diſponere. Rot. in puncto videnda coram 132
Merlin. deciſ.699. num.8. & quando prudenter elici-
tur conceſſio facta favore acquirentis per ipſius ſtipu-
lationem pro filiis nullum Jus illis quæritur, cum
ſtipulatio tunc intelligatur appoſita favore ſolius ſti-
pulatoris, ut nempè ipſe queat feudum vel emphyteu-
ſim ſuæ relinquere poſteritati, nec in ea redire de-
beant ad Dominum. Yabannez ad cap.18. lib.2. Covar.
numer.33. verſic. aut concedens, quæ pluribus ſimili-
bus confirmat Thoming. deciſ. 23. numer. 8. uſque
ad 12.

Imò, ſecluſa etiam aut non conſiderata præſtatio- 133
ne pecuniæ, quæ noſtro in caſu in acquiſitione Cale-
ſtani intervenit, adhuc ipſius D. Co. Camilli contem-
platione conceſſum ſatis probari videtur eo ipſo quod
non probatur conceſſum contemplatione filiorum Gal-
van. ubi ſupra num.38.

Noſtra autem in hypotheſi filios contemplatos om-
ninò ignoramus, cum quibus in acquiſitione hujus 134
feudi nullum negotium contractum eſt, ut inquit Petr.
Gregor. quem in propoſito refert Cumias in cap. ſi ali-
quem verb. antiquis ſub num.82. ubi è contra ſatis pa-
tere videtur ipſius Comitis acquirentis unica conceſ-
ſum contemplatione, non ſolum quia id in dubio præ- 135
ſumitur, ut poſt Craſſ. & Alciat. probant idem Galvan.
dicto loco num.39. junct. num. præced. Gratian. cap.405.
num.15. Natta conſ.475. num.12. verſic. tertio adduco.
Thomingi. deciſ.23. num. 2, & 14. vidend. quando
etiam non fuiſſet erogatum ullum pretium Roſenthal. 136
de feud. cap.9. membr.2. concluſ.66. num.49. quam fuiſ-
ſe opinionem Iſerniæ teſtatur Gabriel. com. opin. de
Jur. emphyteut. concluſ.2. num.8. maximè quando neſ-
cimus, quod præceſſerint ulla filiorum merita. Ancha- 137
ran. conſ.145. num.3. ſed principaliter quia conceſſio 138
feudi facta eſt pro Co. Camillo, & filiis ſub nomine
collectivo, minimè expreſſis nominibus propriis ac in-
dividualibus filiorum. Giurb. de ſucceſſ. feud. § 2. gloſ.3.
num 31. & num.94. Tuſc. lite. F. concluſ.439. num.19. di-
cens poſt Caſtrenſ. quod iſta eſt veritas Loffred. conſ.52.
num.1. Galvan. dicto conſ.8. num.40. Altobrandin. con-
ſil.94. num.45. quod millies dixiſſe Andream inquit
Joannes Thomas de Marinis de gener. & qualit. feud.
tit.3. num.16. verſic. quid dicemus nos, latè Garſias Ma-
ſtrill. in addit. ad Petr. de Gregor de conceſſ. feud. part.3.
cap.7. lite. B. alios refert gloſſam quam dicit probatam
Galeot.

Galeot. *contr. lib.2. contr.48. num.43.* ubi reprobat Ca-
139 net. quem ait ferè ſolum contra ſentientem, & *pluri-
bus* pariter benè firmat Caſtill. *dicto cap.5. ante num.44.*
& ad id clarus inter cæteros videtur locus Andreæ *in
cap.1. §. & ſi bellum num.10. circa fin. verſic. ſed illud
loquitur*, juncta ibi Apoſtill. *in litt.T. & V. de alienat.
feud. patern.* ubi habet hæc verba, *ſed illud loquitur in
feudo paterno, quod ipſe Pater non quæſivit, hic Pater
quæſivit in quo alia ratio videtur ſcilicet quia videtur da-
ri liberis, quando non nominantur, patris contemplatio-
140 ne*, quod repetit *paulò ante num.*12. undè Sola *ad Con-
ſtit. Sabaudiæ in commentariis ad novas Conſtitutiones ru-
brica de alienat. bonor. feud. ſub num.9. verſic. quod ſi ve-
rior*, inquit, quod ſententia, quæ aſſerit Patrem præ-
legare poſſe feudum novum ex pacto & providentia
præſertim pecunia quæſitum, videtur indubitata, & ſi
qui id negant, in hoc ſenſu intelligendi, acquirentis
ſcilicet non pro ſe ac filiis collective, ſed pro filiis no-
minatim vocatis.

141 Imò etiam à fortiori quando conceſſio non niſi ac-
quirentis contemplatione facta cenſetur, etiamſi de
ipſis filiis facta fuiſſet expreſſa mentio in Inveſtitura,
adhuc ſi credimus Galvano *dicto conſ.8. num.43.* dici
poſſet ipſum acquirentem reputari cauſam finalem, ei-
que dumtaxat tribuendum feudum, ita quod de eo
poſſet diſponere in ipſorum filiorum præjudicium Af-
flict. vidend. *in cap.1. num.10. verſic. pro ſolutione de alien.
142 feud. pat.* ea ratione quia conſiderandum eſſet, non in
quos dirigeretur ſermo, ſed quorum contemplatione
actus fuiſſet geſtus *arg. text. in l. ſervo legato 72. §. Si
teſtator de legat.1* quod pariter ſentit Menoch. *conſ.309.
num.20. verſic. non enim.*

143 Cum ergo ex prædictis videatur ſatis difficile revo-
care poſſe in controverſiam, quin prædictus acquirens
titulo præſertim oneroſo rectè pro libito diſponat de
feudo etiam in extraneos, multò faciliùs admittendum
videtur & dubio omni procul, quod queat in præju-
dicium filiorum feudi formam mutare. Cumias *in cap.
ſi aliquem verbo antiquis num.182.* quodque rectè poſſit
144 in eo favore alterius ex filiis contemplatis in Inveſti-
tura primogenituram erigere, cum primogenituræ ere-
ctio de natura ſua præjudicialis non cenſeatur Inveſti-
turæ feudi ex pacto & providentia, ut pluribus quæ-
ſtione diſputata ad partes reſolvit Giurba *dicto tract. de
ſucceſſ. feud. §.1. gloſ.8. num.43. junct. num.45. cum ſeqq.*
probans auctoritate Decii, & Cephali, quod hujuſ-
145 modi erectio dicitur potiùs declaratio, quam immu-
tatio Inveſtituræ, quod non negatur primo acquiren-
ti, nec cæteri filii ulla poſſunt querimonia proſequi
146 proprium Genitorem; qui cum reſpectu primi acqui-
rentis nullum Jus habeant, nullum pariter ſibi factum
præjudicium valent prætendere, quod tunc ſolùm illa-
147. tum dicimus, ſi lucrum auferatur, quod ſaltem ſit, quaſi
148 debitum. Giurb. *dicto §.1. & gloſſ.8. num.52.* ſic pro-
priè dicitur præjudicium inferri habenti Jus forma-
tum & certum, ut inquit Cravet. penes eund. Giurb.
ibid. ubi etiam hac eadem ratione rectè firmat, quod
nedum primus acquirens, ſed etiam Princeps poteſt in
149 Jure quærendo præjudicare, quia ſine dubio, ut ſupra
innuimus, faciliùs tollitur, quam Jus quæſitum, un-
de præjudicium reſpectu Juris quærendi ſatis eſſe à re-
motis, & non conſiderabile teſtantur Sarnien. Decian.
Alba, & idem Cravet. quos in propoſito refert Giurb.
num.53. quæ pluribus exornat Mart. *de ſucceſſ. legal.1.
q.23. art.3. num.47. cum ſeqq.* quare cum primus acqui-
150 rens hanc habeat facultatem, uti poteſt jure ſuo, eſto
in conſequentiam aliquibus damnum, aut præjudi-
cium ſubſequatur, optimè in propoſito Ger. Spin. *con-
ſil.16. num.76. junctis ſeqq.*

151 Hoc autem promptiori animo admittendum in feu-
do Juriſdictionem habente ſuadet legalis non ſolùm,
ſed etiam politica ratio,

Tum propter ejuſdem Juriſdictionis naturam,

Tum propter intereſſe Reipublicæ,

Tum propter ſubditorum utilitatem,

Tum denique propter directi Domini peculiare ſer-
vitium.

Juriſdictionis inquam naturam, quæ indiviſibi-
lis eſt, qualem eam agnoverunt Bart. Bald aliique 152
innumeri penes Giurb. *de ſucceſſ. feudal. gloſ.8. nu-
mer.62.*

Intereſſe Reipublicæ, cum melius ab uno, quam à
pluribus Imperii regantur habenæ *l.2. §. noviſſimè de* 153
origin. Jur. ibi: *Noviſſimè ſicut ad pauciores juris con-
ſtituendi via tranſiſſe ipſis, rebus dictantibus, videbatur:
per partes evenit, ut eſſet neceſſe Reipublicæ per unum
conſuli.* Giurb. innumeros referens *ubi ſupra* Marta *de
ſucceſſ. legal. dicta quæſt.23. Art.3. num.40.* benè Bucca-
ferr. *conſ.2. num.1.* ejuſdemque Reipublicæ intereſt
ſplendorem familiarum Vaſſallorum conſervari ac au- 154
geri D. Conſiliarius Altograd. *ſæpius laudata contr.1.* 155
num.67. quorum equidem familiaris ſplendor, digni-
tas, ac memoria labefactatur, atque corrumpitur ex
diviſione bonorum; nam juxta Divinum Oraculum,
omne Regnum in ſe diviſum deſolabitur, *Luca 11.* & ut
aiebat Philoſophus, dualitas omnis ad deſtructionem
ordinatur ſubjecti, unitas ad conſervationem D. Al-
tograd. *ibid. num.48.* Ambroſius de Vignate, Jacobin.
à Sancto Georgio, & Chriſtophorus de Nicellis *in co-
rum conſilio in fin. inter conſilia feudalia diverſ.47. in or-
dine.* Cephal. *conſ.12. num.23.* Caſtrenſ. *conſ.179. num.3.
verſ. vel melius part.1.* Peregr. *conſ.10. num.5. in p.* & re-
cte Becc. *conſ.56. num.34.* nec enim tam pingue eſt pa-
trimonium, quod multiplici diviſione non reducatur
ad minimum. D. Altograd. *ſupra num.85.* ut proindè
præcipuus finis erectionis primogeniturarum exiſtime-
tur familiarum dignitas, & conſervatio D. Altograd.
ibid. num.49.

Subditorum verò utilitatem, quia regulariter ſeg-
niùs per plures negotia expediuntur. Becc. *dicto 56.* 156
num.34. quia populis utilius eſt ab uno regi, quàm à
pluribus pro ſervitii ac onerum præſtatione gravari. 157
D. Altograd. *loco citato 68. & num.85.* ubi quod infe-
lices ſubditi graviùs Dominorum egeſtate pulſantur,
quàm incurſionibus hoſtium, quia denique ſæpiùs in 158
populorum regimine per plures acto de facili oriun-
tur in ſubditorum perniciem diſcordiæ *ad text. in l. cum
p. cta 79. §. Dulciſſ. de legat.2.* Cephal. *dicto conſ.12. n.23.*
& Caſtrenſ. pariter *ubi ſup.* quod eleganti declamatio-
ne proſequebatur Lunan. *in p.* penes Intrigliol. *q.39.
num.154.* ſic inquiens,

Nulla fides Regnis ſociis, omniſque poteſtas,
Impatiens conſortis erit, nec gentibus ullis,
Credite, nec longè fatorum exempla petantur.
Fraterno primi maduerunt ſanguine Muri.

Quæ quidem diſcors Regnantium multitudo Regno- 159
rum etiam operatur excidia juxta illud Saluſtii *in Bello
Jugurt. circa princ. verſic. equidem concordia res parvæ
creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur*, undè ſummo-
perè noxiam Principum pluralitatem quamplurimis
probat idem Becc. *loco mox relato*, ac Cephal. *conſ.694.
num.15. cum ſeqq.*

Peculiare tandem Domini Intereſſe, quia ex unita- 160
re ſervitii præſtatio gratior, & utilior redditur, cum
Principi interſit unicum potiùs Divitem habere Vaſ- 161
ſallum, quàm plures pauperes, ejuſque Majeſtas eo
magis effulgeat, quo nobiliores ſubditos habet, imò
per feudi individuitatem ſervitium ipſum meliùs con-
ſervatur, quemadmodum minutatim diviſo obſequio 162
ipſe Dominus eodem fortè penitus fraudaretur, ut
ſingillatim eruditè probat idem D. Altograd. *ſupra nu-
mer.50. cum ſeqq.*

Quamobrem cum agatur de diſpoſitione concer- 163
nente nedum privatum familiæ, ſed publicum etiam
bonum Reipublicæ, Principis, Subditorum nulla pa-
titur ratio, quin dicamus eam valere, ut in hujuſmo-
di Articulo concludit Buccaferrus *dicto conſ.2. num.2.*
Porrò Vaſſallus poteſt feudi conditionem meliorem fa- 164
cere,

Digitized by Google

cere, ut Jure feudali cautum probat Cephalus *con-
ſil.694. num.14.*
165 His autem pro vera Articuli reſolutione excitatis
fundamentis, ſupereſt ut contraria, quæ ab initio tuli-
mus ex adverſo diluantur.
166 Ad primum enim ſuper Jure ad feudum quæſito ex
paterna ſtipulatione reſpondemus, quòd cum hoc Jus
proveniat à Patre acquiſitore, reputatur eidem quaſi
ex quadam donatione, quæ tanquam facta filiis exi-
ſtentibus in ſua poteſtate per ſolam pœnitentiam revo-
catur juxta ſæpiùs allata Jura, & tradita per Surd.*con-
ſil.305.ſub num.39.verſ.non igitur repugnat.*
Reſpondetur ſecundò, quod jus illud eſt profecti-
167 tium, ut ſuperiùs pluribus comprobatum, idcoque to-
tum quæſitum Patri, ac propterea revocabile. Galvan.
dicto conſ.8.ſub num.68.verſic.quod utrumque reſpondetur.
Thoming.*deciſ.23.à num.8.*
168 Tertiò quod verè potiùs dici debet Jus quæren-
dum, quod proinde faciliùs tollitur, vel ſi quæſitum,
conditionale, Patre ſcilicet in eadem voluntate per-
ſeverante, idem Galvan. *ubi ſupra paulo ante nu-
mer. 59.*
169 Ad illud verò quod quæratur filio utilis actio ex
paterna ſtipulatione, & Jus quod nobis quæſitum eſt
ſine facto noſtro nobis ipſis tolli nequeat, reſpondet
Natta *conſ.501. num.22.* quod Jus ſolum quæritur in
ſpe, ideoque facillimè amiſſibile, & latius etiam ſatis-
facit Thoming.*deciſ 23.num.15.*vidend.
Doctrinam Bartoli *in l. ut Jus Jurandi, & in objecta-*
170 *tis conſiliis* non difficile evadimus, ideò enim Bartolus
ſtatuit filiam inſtitutam in re certa non excludi à por-
tione bonorum emphyteuticorum, quia non apparc-
bat clarè de ipſius patris voluntate, quod ſcilicet ip-
ſam vellet excluſam à bonis emphyteuticis, quæ Pa-
ter acquirens fuerat ſtipulatus etiam pro filiabus, eo
ſolùm quod filiam in re certa inſtituerat. Natta *con-
ſil.475. num 14. poſt med.verſic.ſupereſt modo ut ad con-
trarias, & 501. num.23.* utrobique ſubjungens, quod
licèt Bart. *ibidem* adducat duo fundamenta etiam adver-
ſus poteſtatem patris prælegandi emphyteuſim vel feu-
dum, ea tamen non concludunt; nam textus *in cap.1.
de ſucceſſione feudi*, intelligitur parte alienante feudum
in extraneum, vel de parte etiam prælegante feudum
antiquum ad favorem unius ex filiis, cæteris neglectis
æquè vocatis: text. verò *in l.ſi cum dotem*, loquitur in
dote, cujus præcipuum eſt, & ſpeciale,ut jus quæratur
irrevocabile, ſicuti ſuprà notavimus *verſic. & quidem ſi
ex ſtipulatione.*
171 Demum ad id quod dicitur de Domini præjudicio
reſpondet Natta *conſ.473. paulo ante numerum 16. verſ.
& ad illam rationem* Primò, quod, cum feudum præ-
ſertim titulo oneroſo quæſitum, fuerit conceſſum Pa-
tris contemplatione, & non filiorum, Dominus ve-
riſimiliter illud conceſſiſſet patri ſtipulanti etiam pro
uno tantum filio, quod per quam diſertè liquet ex
ſupplici libello de quo in Themate ibi. *Di più ſupplica
l'A.V. di concedergli che poſſa, ſe coſi gli parare, erige-
re una Primogenitura in detto feudo, e preferire il ſuoi
deſcendenti Primogeniti à gl'altri ſuoi deſcendenti con or-
dine ſucceſſivo, & in quella forma e modo che ſtimera
bene, ſenza li Secondogeniti, & altri habbino alcuna ra-
gione di contradicere alla detta Primogenitura, &c.* un-
172 dè ex quo fuiſſet impetratus à Domino ſi poſtulaſſet,
ex ipſius interpretata mente admitti debet. Secundò
reſpondet, quod cum ſtipulatio intelligatur ſecundum
naturam contractus ſuper quo interponitur, & cum ſit
de natura feudi novi quæſiti maximè titulo oneroſo,
quod nullum Jus ſaltem irrevocabile quæratur filiis,
ſed ſit in facultate Genitoris acquirentis eligendi alte-
rum ex illis, id ipſum videtur tacitè inter partes con-
ventum, undè nequeat Dominus conqueri, quòd non
omnes filii ſuccedant, quæ pluribus exornat Natta vi-
173 dendus *ubi ſupra num.17.* ad inſtar verborum genera-
lium, quæ reſtringuntur ad ea quæ ſunt de natura re-
rum in contractu deductarum, ut *ibidem* pendit ipſe
Natta; latiùs idem comprobatur à Curino in *Reſp. edi-
to inter conſ.* Venturin. 43. *in ordine num.61.* qui pari-
ter poſt Innocent.Butr.& Bald. eadem confirmat exem- 174
plo promiſſionis non revocandi appoſita in donatione
cauſa mortis, quàm quidem intelligi indicat, ut ſu-
pra innuimus, niſi donantem pœniteat ſecundùm ipſius
donationis naturam, quæ itidem aſſumpſiſſe videtur
Cyriac. *contr.189. à num.27.* At hoc Domini præjudi-
cium, ac intereſſe fuſiùs in peculiari articulo de con-
ſenſu ejuſdem Domini diſcutietur.
Ad evitandas verò auctoritates Doctorum, qui ex 175
adverſo ferri poſſent, diſtinguere oportet, an ſermo
illorum ſit in feudo antiquo, an novo, an de aliena-
tione facta in extraneum, an verò in comprehenſum,
an a primo acquirente, an verò ab eo qui Jure ſuc-
ceſſionis poſſedit, an ab acquirente gratis, ac benevo-
lentia Domini, an verò ab acquirente re, pecunia, vel
meritis: nam certè, ut inquit Menoch. *conſ.163. n.6.*
quotquot ex adverſo allegari poſſunt loquuntur in
feudo gratis conceſſo, vel loquuntur quando diſpoſi-
tio eſſet facta extra familiam contemplatam in Inveſti-
tura, non verò quando facta fuiſſet, in comprehenſum,
nam aliud eſt quod primus acquirens pro ſe, & filiis
nequeat de feudo extra filios diſponere, aliud quod
ipſum feudum nequeat repudiare, vel refutare, ita
quod omnes filii excludantur, aliud verò quòd uni
tantùm ex filiis aſſignetur, multa enim permittuntur 176
in parte, quæ in toto prohiberentur ad textus *in l. ſed
& ſi hoc 61.* ubi Bart. *§. final.de condit.& demonſtr. & in
l.in hoc Judicium 14 § conveniat. com. divid.* Natta *conſ.
475.num.17.verſ.nam non quæritur, & conſ 501.num.25.*
Becc. *conſ.56. num.42.* latè exornans, vel tandem lo-
quuntur in acquiſitione facta pro ſe, & filiis proprio
nomine nuncupatis, ut ſi dictum eſſet pro ſe, ac Domi-
nico filio juxta exemplum relatum per Tuſc. *lit.A. al-* 177
*legata concluſ.439.num.19.cum aliis ſuperius relatis ver-
ſu noſtra autem in hypotheſi:* Doctorum ſiquidem deci-
ſiones contrariæ quæ diverſæ à propoſito Articulo non
officiunt, quæ generales diſtinguendæ, conciliandæ-
que incertæ.
Nec *conſilium* 8. Peregrini *in primo*, quod retulimus
in oppoſitum, videtur urgere, quia loquitur in caſu, 178
quo in præjudicium vocatorum facta fuerat refutatio
in manibus Domini, *ibidem* enim Peregrinus fatetur
primò, quod ubi feudum fuiſſet quæſitum titulo one-
roſo, indubitata profectò res eſſet (ut ipſe loquitur *ibi-
dem num.23.*) quòd poſſet prælegari uni ex filiis *&
num.49.* quo loci reſpondet ad Doctores, quos pro con-
traria parte allegatas, ſubſtinentes quod pater poteſt
prælegare feudum ex pacto uni ex filiis excluſis cæte-
ris, reſpondet inquam aliud eſſe refutare feudum Do-
mino vel extraneo, aliud cedere uni ex filiis, hoc enim
caſu dici poteſt, quod feudum remaneat in filiis & in
ſanguine, licèt non in omnibus quod dicit tolerari in
jure (ut nos etiam verſiculo præcedenti ſupra tetigi-
mus) ac probat primo in jure libertorum *adducta l.1.
& tot. tit. de aſſignand. libert.* ſecundo in lucris dotalibus
ex *l.fœminæ in princ.C.de ſecund. nupt.* & demùm ex ge-
nerali principio ſuperiùs etiam allato, quod in parte
quandoque conceditur, quod in univerſum prohibetur:
Quæ ſatis in propoſito confirmari queunt ex eo quod 179
videmus in donatione facta alicui, & ejus filiis, quia li-
cèt donatarius nequeat omnes filios privare, ut ſuprà
etiam innuimus, rectè tamen in illa poteſt unum ex fi- 180
liis meliorare, ſeu inter ipſos inæqualiter eam diſtri-
buere, ut poſt diſputatam quæſtionem ad partes & lon-
ga ac ornatiſſima ſerie relatos hinc inde Doctores, du-
ctis etiam argumentis à feudo ac emphyteuſi ex pacto
& providentia, clarum relinquit Joannes Sotomayor
*lib.4.quotid.controverſ.cap.5.*videndus *à num.15.uſque ad
48.& lib.5.cap.68.per totum.*

ARTICULUS

Digitized by Google

ARTICULUS III.

An primus Inveſtitus in feudo empto non à Domino, ſed à Vaſſallo etiam poſt recurſum habitum ad Dominum pro neceſſaria Inveſtitura dici debeat acquirens titulo oneroſo, an potius lucrativo ad effectum dijudicandæ in eo facultatis diſponendi vel non de feudo hoc pacto quæſito.

Feruntur hac occaſione nonnulli §. §. ſupplicis libelli, qui eſſe dicitur loco Inveſtituræ, ac de eorum genuino ſenſu oportunè diſceptatur.

Penditur Conſ.55. Belloni Junioris.

SUMMARIUM.

1 *Potiſſima difficultas petita ex recurſu per D. Co. Camillum ad Sereniſſimum directum Dominum pro erectione feudi in Comitatum juxta ratiocinium Belloni Iun. conſ.55.*

2 *Animadvertitur Bellonum conſulere in caſu oppoſito.*

3 *Maximum diſcrimen inter caſum Belloni, & hypotheſim noſtram.*

4 *Prima diſcriminis ratio ducitur ex Domini præjudicio.*

5 *Clauſula Iuris Francorum operatur ut primogeniti tantum ſuccedant.*

6 *Secunda diſparitatis ratio ea allegatur, quia Dominus concedendo Inveſtituram feudi ſimplicis videtur ſolum habuiſſe in contemplatione primum inveſtitum, quando verò feudum conceſſum eſt cum clauſula Iuris Francorum Dominus eſt, qui præfigit formam ſucceſſionis ſpecialiter obſervandam, & numeris ſequentibus.*

7 *Feudum ex pacto ſola Iuris Communis diſpoſitione attenta ad omnes filios æqualiter tranſit.*

9 *Locus Petri de Gregorio probans allatam diſparitatem.*

10 *Primus feudi acquiſitor licet poſſit alterare formam feudi ſimplicis ex pacto conceſſi pro ſe & liberis, non tamen poteſt alterare formam in præjudicium primogeniti, ſi conceſſum pro ſe, & filiis primogenitis.*

11 *Laudatur Bellon. Iun.*

12 *Verior, ac receptior eſt apud Feudiſtas ſententia primum feudi acquiſitorem etiam cum clauſula Iuris Francorum, ſeu cum expreſſa primogenituræ erectione non ligari forma, ſed ad illud vocare poſſe omnes filios in præjudicium primogeniti.*

13 *Sicuti primus acquirens poteſt in feudo novo primogenituram conſtituere, ita & conſtitutam alterare.*

14 *Maximè quando feudum quæſitum eſt titulo oneroſo.*

15 *Et tunc ſine dubio quando primogenitus primi acquiſitoris tempore conceſſionis, aut mutationis formæ extitiſſet in poteſtate Patris.*

16 *Auctoritates per Bellon. pro contraria ſententia allegatæ aſſumptum non probant, & numeris ſequentibus uſque ad 24.*

17 *Non valet Argumentum à feudo ad Majoratum.*

18 *Regulæ feudales non rectè aptantur majoratibus Hiſpanis.*

19 *Tunc ſolum à Iure Cæſareo ad Conſuetudines feudales ducitur Argumentum, quando ea decidi nequeunt ex Sanctionibus Iuris feudalis.*

20 *Feudalis Materia ſuis ſpecialibus legibus regitur.*

21 *Majoratus Hiſpani irrevocabiles ſunt attenta cenſura legis peculiaris illius Regni.*

23 *Doctori qui ſibi contradicit credendum non eſt.*

24 *Quando Ius alicui quæſitum ex diſpoſitione & facto alterius eidem invito auferri poſſit remiſſivè.*

25 *Quando primogenitura conſtituta non eſt à Patre, ſed à Principe ex mera gratia nequit Pater primogenito præjudicium inferre.*

26 *Nequit Pater diſponere de feudo in præjudicium filiorum, ſi gratis conceſſum.*

27 *Primogenitura, & ſi conſtituta in feudo emptitio provenit ex beneficio Patris.*

28 *Contra tamen num 28. cum ſeqq.*

29 *Feudum poſt erectam à Principe primogenituram, & poſtquam erectum eſt in Comitatum mutaſſe cenſetur primævam naturam.*

30 *Feudum quatenus eſt feudum Comitatus dici nequit profectum à Patre.*

31 *Pater non tribuit dignitatem Comitatus, ſed Princeps.*

32 *Extende etiamſi feudum ſit emptitium.*

33 *Non conſideratur res quæ in Comitatum erigitur, ſed ipſa erectio ad dignoſcendum à quonam feudum proficiſcatur.*

34 *Licet res foret allodialis, poſtquam erecta eſt in primogenituram, vel Comitatum à Principe, Primogeniti non a Patre, ſed ab ipſo Principe Ius habere dicuntur.*

65 *Occurritur mox relatis ratiociniis Belloni, & examinantur ſingulæ auctoritates Doctorum ab eo latorum, & numeris ſequentibus uſque ad 45.*

46 *Feudum propter minimam qualitatem de novo per Dominum ſuperadditam, dum maneat in eadem linea, in qua erat antiquum non evadit abſolutè novum.*

47 *Nova Feudi Inveſtitura antiquæ non derogat, ſed prima Intellectum præſtat ad aliam.*

48 *Probatur in feudo controverſo Caleſtani nullam de novo factam erectionem in Comitatum, & numero 53.*

49 *Dictio (Iam) importat actus perfectionem in præterito tempore.*

50 *Feudatarius recurſum habens ad Principem, ac declarans ſe velle feudum ab eo recognoſcere, cenſetur illud tacitè in ejus manibus refutare, ut ſibi de novo concederet.*

Intellige tamen ut num.52. cum ſeqq.

51 *Recipiens rem propriam in feudum, vel emphyteuſim videtur illam Domino donare, & brevi manu rurſus ab eo recipere.*

54 *Ut feudatarius per recurſum ad Principem ob erectionem feudi in Comitatum cenſeatur tacitè illud refutare duo requiruntur, primum ſcilicet quòd ſucceſſivè concedatur ſub forma à prima diverſa, & quod conceſſio fiat de novo, hoc eſt poſt perfectam acquiſitionem jam factam.*

55 *D. Co. Camillum habuiſſe recurſum ad Sereniſſimum directum Dominum pro ſolo aſſenſu ac Inveſtitura cum clauſulis conſuetis probatur ex precibus per eum porrectis.*

56 *Ex proœmio finalis intentio deprehenditur.*

57 *Vel falſa opinio primum feudi acquirentem titulo oneroſo poſſe de feudo diſponere, vel quod recurſus ad Principem pro Inveſtitura eaque obtenta cum clauſulis conſuetis non præſtent impedimentum, quia ipſe primus acquirens ſua uti nequeat facultate.*

58 *Opinio quod primus acquirens poſſit de feudo titulo oneroſo quæſito diſponere procedit non ſolum in acquiſitione facta à Principe, ſed etiam in acquiſitione facta à Vaſſallo, & latius ex profeſſo n.80. cum ſeqq.*

59 *Vaſſallus prior alienare nequit non reſervato Domini aſſenſu.*

60 *Feudatarius acquirens nequit ullo pacto omittere recurſum ad Dominum pro obtinenda Inveſtitura, & num.62. cum ſeqq.*

61 *Æquum non eſt, quod ubi integrum feudi pretium fuit à Vaſſallo erogatum Vaſſallo priori, iterum idem*

Digitized by Google

idem pretium Domino perſolvatur.

63 *Onus potiſſimum feudatarii eſt fidelitatis Juramentum præſtare.*

64 *Adeò ut ſi negligat per annum, & diem amittat feudum.*

65 *Vas & Subſtantia feudi eſt fidelitas.*

66 *Feudatarius tenetur Dominum recognoſcere.*

67 *Item Emphyteuta toties quoties fuerit requiſitus.*

68 *Feudatarius tenetur petere Inveſtituram, & numeris ſeqq. uſque ad 72.*

69 *Licet aliqua Jura diſponerent feuda ſola Inveſtitura acquiri, poſtea jure cautum fuit quod etiam acquiri poſſent ſucceſſione, dummodo ſequatur Inveſtitura.*

70 *Inveſtitura nil aliud eſt, quam apprehenſio poſſeſſionis feudi.*

72 *Feudum emptum eſt verum feudum, ac regulari debet ſecundum omnes leges & conſuetudines feudales.*

73 *Feudi definitio.*

74 *Feudum nuncupatur beneficium, eo quod natura ſua procedat ex benevolentia dantis.*

75 *Licet fuerit integrum pretium priori Vaſſallo erogatum, adhuc quomodo cenſeri poſſit proceſſiſſe ex Domini munificentia, & numeris ſeqq.*

76 *Sua omnia Princeps facit, quibus ſuam impartitur auctoritatem.*

78 *Feudum dicitur acquiſitum titulo oneroſo, & non lucrativo, quando acquirens numeravit pretium.*

79 *Filii acquirentes titulo oneroſo verè dicuntur habere à Patre, non à Domino.*

82 *Sive feudum emptum ſit à Domino, ſive ab alio cum Domini aſſenſu ſemper dicitur profectitium.*

83 *Feudum etiam emptum ab alio Vaſſallo dici nequit quod habeatur ex concedentis beneficio.*

84 *Dominus conſentiendo alienationi feudi nihil tribuit de ſuo, ſed cum poſſet actum impedire denegando conſenſum, præbendo ſollit obſtaculum, & num. 86.*

85 *Dominus præbendo aſſenſum alienationi feudi factæ à Vaſſallo perficit actum, res tamen haberi dicitur à priori Vaſſallo.*

86 *Niſi præter aſſenſum ipſe Dominus ſpecialiter promiſiſſet obſervare, vel manutenere feudum.*

87 *Venturin. conſ. 37. num. 62. credidit feudum à Vaſſallo quæſitum Domino aſſentiente dici non poſſe acquiſitum titulo oneroſo.*

88 *Contrarium tamen eſt verius, ut numeris ſequentibus junctis numeris 80. & 81.*

89 *In quo ſenſu Roſenthal. in Synopſi feudali cap. 7. concluſ. 34. à Venturin. allegatus loquatur, & numeris ſeqq.*

91 *Fœmina non ſuccedit in feudo emptitio, & pro vera admiſſa contraria opinione, ea ſolùm concedenda eſſet in feudo empto à Domino.*

92 *Pro excluſione fœminæ à feudali ſucceſſione omnis interpretatio ſumenda eſt.*

93 *Naturæ feudi repugnat quod fœmina admittatur ad feudum.*

94 *Venturini ac aliorum opinio quòd feudum emptum à Vaſſallo Domino aſſentiente, dici nequeat quæſitum titulo oneroſo eſt fortè vera, quando in quæſtione eſt Domini præjudicium & num. 95.*

96 *Fieret præjudicium Domino fœmina admiſſa in feudo ſub prætextu quod fuiſſet emptum.*

97 *Inter cætera Vaſſalli munera, quæ tenetur Domino exhibere, numerantur ſervitia militaria, conſilium, Voti conſtantia, Taciturnitas, & intereſſentia ad perſonale ſervitium.*

98 *Venturinus corrigitur.*

99 *D. I. C. Reghini digna mentio.*

100 *Iennitur D. Co. Camillum non ſolum integra erogatione pretii facta prioribus Vaſſallis, acquiſiviſſe feudum, ſed titulo pariter oneroſo fuiſſe aſſecutum aſſenſum Domini, & num. 118.*

101 *Exponuntur nonnulli paragraphi ſupplicis libelli, ex quibus videtur D. Comitem voluiſſe omnino recognoſcere feudum à Sereniſſimo directo Domino. Intellige tamen ut num. 102. cum ſeq. uſque ad num. 118.*

103 *Etiamſi in Inveſtitura feudi empti ab alio Vaſſallo exponeret directus Dominus quod feudum de novo concederet, adhuc neglecto verborum cortice intelligeretur conceſſiſſe ſolum aſſenſum.*

104 *Si Princeps in inveſtitura feudi empti utatur verbo (indulgemus) ſeu (donamus) vel ſimilibus, adhuc feudum intelligitur quæſitum per contractum, non ex Domini privilegio.*

105 *In feudo novo valet tranſactio facta per acquirentem, non obſtante quod legerentur in Inveſtitura verba, in Comitatum erigimus, conferimus, & donamus.*

108 *Quando etiam à principio ipſum feudum verè conſtituitur à Domino, & ab eo utile dominium transfertur in Patrem, adhuc feudum deſcendit non à ſolo Domino abſolutè ſed mediante Patris contractu, ac propterea quoad filios videtur profectitium.*

109 *Intellige tamen ut num. 109.*

110 *Quando prætenderetur D. Co. Camillum à Sereniſſimo directo Domino aliquid aſſecutum præter conſenſum, certò non aliud, quam benignum indultum, quod ipſe D. Comes, ejuſque filii ac deſcendentes denominarentur Comites.*

111 *Plurimum differunt ipſum corpus feudi ab ejuſdem Titulo, ſeu dignitate.*

112 *Quamvis de feudo empto à communi Patre teneatur primogenitus dare Secundogenitis partem pretii, non tamen tenetur dare partem pecuniæ cum qua Titulus fuit emptus.*

113 *An in contributione pretii quam facit Primogenitus ſuccedens in feudo novo, habenda ſit ratio dignitatis feudo adjectæ.*

114 *Aliud eſt feudum aliud dignitas, quæ licèt dici debeat conceſſa à Principe, feudum remanet in ſui natura novi, emptitii, & oneroſi.*

115 *Separari poteſt Principis nomen à Principatu illudque retineri, licèt hic penes extraneos reſideat.*

116 *Denominatio, Titulus, & Dignitas Principis deferri potius videntur Jure Sanguinis, quam hæreditario.*

119 *Quando Domino penè ignota eſt filiorum perſona, etiamſi feudi conceſſio tota tribueretur Domino concedenti, adhuc præſumendum eſt quod illos vocaverit contemplatione Genitoris, ac propterea Jus filiorum quæſitum ex Domini vocatione reputaretur profectitium.*

120 *Procuratorem conſtitutum à D. Co. Camillo pro acquiſitione feudi exceſſiſſe fines mandati.*

121 *Poſtremus ſecundus libellus qui eſt loco Inveſtituræ eſt omninò relativus ad primas preces, & ad Inſtrumentum acquiſitionis feudi.*

122 *In prioribus precibus petitur facultas vendendi feudum D. Co. Camillo pro ſe ejuſque filiis & deſcendentibus & quibus dederit.*

123 *Virtute clauſulæ (& quibus dederit) competit inveſtito facultas alienandi feudum etiam in extraneos quocumque Titulo, ſive inter vivos, ſive in ultima voluntate etiam Domino irrequiſito, maximè in primo acquirente.*

124 *Clauſula (& quibus dederit) æquiparatur clauſulæ (pro ſe ejuſque hæredibus & deſcendentibus quibuſcumque.)*

125 *Licet juxta Civiliſtarum doctrinam clauſula (& quibus dederit) ita intelligenda, ut alienatio fieri poſſit in ſanguine conjunctos, reſolvendo tamen quæſtiones per terminos feudiſtarum per hanc clauſulam data eſt facultas ita alienandi in quoſlibet, ut etiam feuda dari poſſint in allodium.*

126 *In Inſtrumento acquiſitionis feudi Caleſtani nullum verbum de filiis, & deſcendentibus, ſed potius oppoſitam ſtipulationem pro hæredibus.*

127 *Clauſula cæterata poſt verbum (ſtipulanti) vel (acceptanti) extenditur pro ſe ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque.*

128 *Item poſt verbum (præſenti.)*

129 *Item & poſt verba (pro ſe.)*

130 *Feuda ubi expreſſe non leguntur acquiſita pro filiis uti filiis, præſumuntur acquiſita pro filiis uti hæredibus.*

131 *Clauſula (ſi ita ſibi placuerit) & (in ea forma & modo qua ſibi videbitur) appoſita in ſecundo ſupplici libello vim Inveſtituræ habente æquivalent clauſulæ (quibus dederit.)*

132 *Etiam ad effectum liberæ facultatis diſponendi de feudo.*

133 *Saltem in comprehenſos in Inveſtitura.*

134 *Bellonus quatenus ſumeretur in ſenſu nobis contrario, notandus eſſet de Palinodia.*

135 *Declamatio Marta adverſus fidem conſulentium noſtri temporis.*

136 *Series facti & exitus controverſiæ in qua patrocinium præſtitit Bellonus objectato, conſ. 55.*

137 *D. Co. Camillus antequam ultimum conderet elogium conſuluit D. Advocatum de Luca, ut ſibi candidè pro veritate exponeret, nunquid poſſet de feudo controverſo diſponere.*

138 *Non habenda ratio de reſponſo ſeu Conſilio Doctoris contra quem judicatum fuit.*

139 *Orificius olim Præſes Neapolitani Senatus conſueverat dicere allegantibus ſibi conſilia, quod voluiſſet videre ſententias ſuper iis latas.*

140 *Exempla magnorum Tribunalium plurimum attendenda pro deciſionibus cauſarum.*

1 VEra dabitur ex adverſo in ſuperiori Articulo allata concluſio tot Doctorum votis commendata, tot Tribunalium probata ſuffragiis, quod primus acquirens titulo oneroſo pro arbitrio ſuo de feudo vel emphyteuſi ex pacto rectè diſponat, ſecus verò in feudo vel emphyteuſi quæſita titulo lucrativo ex benefica Domini munificentia, imò forſan hinc Domini Actores præſentem altercationem enodari contendent eorum favore; ſi enim feudum Caleſtani fuiſſet relictum in ſimplicibus terminis emptionis, & in priſtina ſui natura, utique negari non poſſet, quin cenſeretur ab acquirente provenisse, qui proindè de eo tanquam profectitio, & ex ſua providentia acquiſito potuiſſet liberè diſponere: Verùm poſtquam ad Sereniſſimum Directum Dominum recurſum habuit D. Comes ſupplex rogando pro erectione in Comitatum his verbis, quæ in ejus ſupplici libello leguntur. *Reſta al detto Cavaglier Camillo Taraſconi di ſupplica-la per pienamente godere della gratia conceduttagli, come humilmente la ſupplica, di reſtar ſervita per effetto della ſua benignità di confirmare, e concedergli ſucceſſivamente in feudo di Contea eretto, e come ſopra, qual habbia la natura di feudo antico, nobile, e gentile, & avito al detto Cavaglier Camillo per lui ſuoi figlioli deſcendenti Maſchi legitimi e naturali, nati e procreati, e che naſceranno, e ſaranno procreati di legitimo matrimonio in infinito li detti luoghi e feudo di Caleſtano, &c.* poſtquam inquam pro dicta erectione in Comitatum rogavit, idque obtinuit, contendent fortè Domini Adverſarii, quod feudum mutaverit priſtinam ejus naturam, & factum feudum dignitatis amplius dici nequeat à Patre profectum; neque enim Pater eſt qui Comitatus dignitatem tribuit feudo, quia nec poterat, ſed Princeps ex mera gratia & liberalitate: Nec quidquam facere videtur, quod ipſummet feudum eſſet empititium, quia non res quæ in Comitatum erigitur, ſed ipſamet erectio conſiderari debet, ut dicatur ab aliquo proficiſci; Itaque licèt res eſſet paterna, imò allodialis, quia tamen fuit erecta in Comitatum à Principe, ab hoc non à Patre dicuntur filii Jus habere. Iſta eſt ratiocinatio, quam ſuis ipſis verbis mutavimus à Bellono Juniore *conſ. 55. num. 32. & 33.* & quam allegatione Abbatis, Tiraquelli, Rolandi, & Menochii probari prætendit.

Ut autem objectum hoc, quod ſatis primo aſpectu urgere videtur, ac premere, ſternatur radicitus, 2
præmittendum eſt Bellonum conſulere in caſu oppoſito, ac tueri partes ipſius primogeniti: Quæſtio enim erat, numquid primus acquirens feudi empti poſtea per Principem in Comitatum & primogenituram erecti poſſet poſtmodum in ejuſdem primogeniti præjudicium de feudo diſponere, vel illud alienando, vel imponendo aliquod onus ſuper eo, quod ipſi primo acquirenti non licere Bellonus contendit, & ſi conſiderentur ſingulæ auctoritates in toto Conſilio adductæ, id probant non propter ſucceſſivam erectionem in Comitatum, ſed propter formam ſpecificè ac individualiter à Domino in Inveſtitura decretam ſuccedenti Jure primogenituræ. Thema enim conſilii ponit his verbis: *Feudum novum erectum in primogenituram, an & quando poſſit à primo acquirente alienari vel onus ſuper eo conſtitui in præjudicium primogeniti.* Quamobrem quando etiam admitterentur concluſiones om- 3
nes Bellono ibidem firmatæ non urgerent in caſu noſtro, in quo feudum à Domino erectum fuiſſe non conſtat in primogenituram, nec quæſtio eſt, nunquid acquiſitor poſſit vel cæteros filios in præjudicium primogeniti admittere ad ſucceſſionem feudi, vel ipſum primogenitum prægravare, ſed controverſia eſt, an ipſe acquiſitor poſſit feudum ex pacto & providentia in forma, ut inquiunt communi alteri ex filiis prælegare in præjudicium cæterorum, qui caſus dubio procul ſunt oppoſiti, & plura diſcriminis fundamenta ferri poſſunt, quare illud primo acquirenti non liceat, hoc verò ei permittatur.

Et quidem prima diſpar ratio ea poteſt allegari, qua- 4
re poſſit primus acquiſitor prælegare feudum ex pacto uni ex filiis, nequeat autem filios omnes vocare ad feudum conceſſum cum clauſula Juris Francorum (hoc eſt conceſſum ea lege, ut primogeniti tantùm
ſuccedant *Iſern. in cap. Imperialem, §. præterea num. 35.* 5
de prohibit. feud. alienat. per Federic. Joan. Thomas de Marin. *de generibus & qualitate feudorum tit. 13. de feudo Juris Francorum num. 15.* Burſat. *conſ. 148. num. 37.* Gimb. *prælud. 6. num.* [illegible] *gloſſ. ante num. 32.*) ea allegari poteſt, [illegible] præjudicium Domino, [illegible] in forma alia ſit ad feudum, cogitans ad ſe facilius reverſurum eo ſcilicet decedente ſine filio, quam ſi ad illud evocaſſet omnes liberos inveſtitus, unde adeſt fundamentum adimendi hanc facultatem primo acquirenti, alteratio ſcilicet ſine Domini conſenſu contra ejus voluntatem, ac in ipſius præjudicium formæ prædictæ ſucceſſionis, argumento eorum quæ tradit Petr. de Gregor. *de conceſſ. feud. part. 3. quæſt. 7. num. 12. 35. & 40.* quæ non ſolum non militant in oppoſito in caſu prælegantis uni tantum ex filiis feudum ex pacto quæſitum in forma communi, ſed conferre potiùs videntur ad hanc facultatem indulgendam, tanquam ad actum tendentem in utilitatem ejuſdem Domini.

Secunda potiſſimum diſparitatis ratio ea eſſe po- 6
teſt, quia Dominus concedendo inveſtituram feudi ſimplicis ex pacto & providentia videtur ſolùm habuiſſe in contemplatione primum inveſtitum, cujus etiam intuitu admiſit ipſum poſſe feudum tranſmittere ad ejus poſteritatem, ac propterea nullam ipſe Dominus decernit formam ac methodum ſuccedendi, ſed eam relinquit in diſpoſitione juris communis, ſic enim in conceſſione facta Tirio pro ſe ejuſque filiis, ac deſcendentibus in ordine ad ſucceſſionem nulla videtur poſſe conſiderari peculiaris forma, nulla voluntas, nullum miniſterium Domini, ſed videtur quod ipſe

ipſe ſolum Titium habuerit in mente, in reliquis quo ad ejus progeniem, ſinendo quod ſucceſſio regulari deberet prout de Jure, non inſpecta potius perſona unius filii, quam alterius, ſi quidem de propria ſui natura, ſola juris communis feudalis diſpoſitione attenta, feudum ad omnes filios æqualiter tranſit, *cap.1. in princ. de ſucceſſ. cap.1. §. ſi quis per triginta verſic. omnes filii ſi de feudo defuncti contentio ſit inter Dominum & Agnatos, cap.1. circa fin. verſic. Reſpondeo ad ſolos, & ad omnes de natura ſucceſſ. feud. c. penult. in princ. de prohibit. feud. alienat. per Lotarium.* Giurb. *de ſucceſſ. feud. præl ud.6. num.20.* Intrigliol. *de feud. cent.1. quæſt.7. n.9.*
8 quando verò inveſtitura expreſsè decernitur, quod ſuccedatur Jure Francorum, vel quod pertranſeat de primogenito in primogenitum, Dominus eſt qui præfigit formam ſucceſſionis ſpecialiter obſervandam, & influit, ac inſpirat vitam, eſſe, modum ac ſolemnitatem vivendi in ipſum feodum, ut eleganter loquitur Pern. penes Petrum de Gregor. *dicta quæſt.7. part.3. num.35.* à quo liceat tranſcribere hic, ut jacent, aliquos nume-
9 ros, ex quibus perbellè noſtra hæc confirmatur: inquit igitur de Gregor. *num.31. ubi ſupra. Invenio in hac ardua difficultate & Doctorum varietate, quod D. Gulielm. de Pern. ſummus inter modernos ſiculos Feudiſta in conſ.11. incipient. in inquiſitione Terræ Heracliæ. tetigit iſtam quæſtionem quaſi in individuo, numquid in perſona primi acquiſitoris feudi ſit omnino attendenda, vel obſervanda aliqua forma conceſſionis, & ibi dicit, quod cum eſſet Judex Magnæ R. C. in contingentia facti una cum aliis evaſerunt declarationem, ſeu determinationem hujus quæſtionis propter contrarietates Andr. de Iſern. ſuperiùs allegati, ipſe tamen conatur ibi reducere dictas contrarietates quodam fœdere diſtinctionis ad concordiam, ut ſic facienda vis & differentia inter formam & formam, ut ſi facta fuerit conceſſio feudi Titio & filiis vel liberis ſuis, etiam de ſuo corpore legitimè deſcendentibus & non ultra, nec additio quod vivatur, Jure Francorum, tunc qualitercumque fiat conceſſio feudi his perſonis in tali feudo novo, hæc forma perſonalis non attendatur, ſed ipſa perſona primi acquirentis, cujus reſpectu principaliter eſt facta conceſſio arg. l. ſi quis nec cauſam & l. rogaſti in princ. ff. ſi cert. pet. & ita ſecundum eum ibi loquitur Andreas de Iſern. ſi rectè inſpiciatur in dicto cap.1. de alienat. feud. pat. quia licet loquatur de conceſſione de feudi ex pacto & providentia concedentis, non tamen loquitur: quando in ea conceſſione eſt appoſita clauſula Juris Francorum, & inde eſt quod dixit idem Andreas de Iſern. in cap.1. §. quid ergo in 3. columm. de inve. de re alien. fac. quod poteſt primus acquiſitor alienare feudum ſine conſenſu filiorum, ex quo non attenditur alia perſona quam principalis, cui primo facta fuit conceſſio, & Dominus principaliter eligit Patrem & ſervitium ejus magis ſibi gratum, quam filiorum, ut dixit Andreas de Iſern. in cap.1. Epi. vel Abba. ſuper illis verbis text. & ad Dominum revertatur per text. in l. inter artifices, ff. de ſolut. cum aliis adductis ibi per eum: Ubi autem forma conceſſionis feudi eſt circa modum & qualitatem & ſolemnitatem vivendi, ut puta quando Princeps ſtatuit, & informat & qualificat ſpecialiter feudum, ut vivatur Jure Francorum, & hanc vitam introducit & ſtatuit, certè hæc forma eſt, & ideò penitus & omninò attendenda & obſervanda & in nihilo prætermittenda, nec ab ea recedendum & hoc caſu loquitur Andr. de Iſern. in dict. cap.1. §. omnes filii, qui propriè loquitur in conceſſione feudi ſub clauſula Juris Francorum, & ſic apparet quod Andr. de Iſern. non eſt ſibi contrarius, ſed potiùs diverſus ſecundùm diverſas formas conceſſionum, & ratio differentiæ inter iſtas formas ſecundùm eum ea eſt, quia hæc forma, quod vivatur Jure Francorum, tanquam influens & inſpirans vitam, & eſſe, & modum, & ſolemnitatem vivendi, totam conceſſionem apprehendit, & informat, & afficit tam ipſum primum acquirentem, quam poſteros ſuos præſertim cum hæc forma non poſſit dici principaliter introducta ejus contemplatione, ſed favore Principis & in odium primi acquiſitoris, & reſtrictionem formæ ut ſit aliquando ad ipſum Principem feudum reverſurum, & inde eſt, quod dixit Andr. de Iſern. in cap.1. § præterea ducatus in 4. columm. verſic. ſed ſi dicatur conceſſum, de prohibit. feud. alienat. per Frideric. quod hodiè novæ infeudationes fiunt in Regno Jure Francorum, quibus ſoli primogeniti admittuntur & aliis præferuntur, & hoc vergit in odium & reſtrictionem feudatarii primi acquiſitoris, ut nequeat liberè in alios diſponere, ut ibi per eum, qui ſucceſſivè aſſignat aliam rationem, quia idem judicari debet in novo feudo quod in antiquo, niſi in aliquo eorum quid ſpecialiter & diverſum conſtituatur ita firmat Andreas in cap.1. in 4. columm. verſic. in ſumma de alienat. feud. pater. ſed cum in conceſſione feudi apponitur forma prædicta, ut vivatur Jure Francorum, nulla ſit differentia inter feudum novum & antiquum, ergo ſecundum eum quod obſervatur in uno obſervandum eſt in alio, & ideò ſicut obſervatur in antiquo, ita obſervabatur etiam in novo, ſed in antiquo certiſſimi juris eſt, quod non poteſt hæc forma prætermitti, imo neceſſario ſuccedit, & ſuccedere debet primogenitus tantùm, ut notat id in Andreas in dicto cap.1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud. ergo idem obſervandum erit in novo, & ita terminavit idem Andreas in dicto §. omnes filii & ita in effectu reſidet Pern. in diſcurſu conſ. præallegat.* Huc uſque de Gregor.

Hanc ipſam diſparitatis rationem agnovit, proba- 10
vitque Cyriac. *controv.23.* ubi *num.32.* reſpondendo ad objectum, quod ſibi excitaverat *num. 4.* quod primus feudi acquiſitor poſſit alienare feudum, gravare ſucceſſorem, alterare formam in præjudicium comprehenſorum, reſpondet hanc in primo acquirente facultatem adeſſe, ubi feudum ſit conceſſum in forma ſimplici pro ſe & liberis, ſecus verò ſi pro ſe & ſucceſſive filio primogenito, ac deinceps primogenitis in infinitum, quibus inquit diſpoſitione ſua præjudicium inferre non poſſe, cum Jus ex ipſa Inveſtituræ forma, ipſaque conceſſione intelligatur quæſitum, ſic inquit Cyriac. *Sed nec reſpectu alterius partis donatæ eidem D. Marchioni, & ſic generaliter reſpondendo argumento, dico, quod primus acquiſitor feudi ſimplicis poteſt præjudicare ſucceſſoribus, ſed non feudi primogenii, etiamſi ſit primus inſtitutor primogenituræ, quia ſtatim erecta primogenitura omnibus futuris primogenitis nedum natis, qualis erat tunc Marchio Alphonſus, ſed etiam naſcituris dicitur Jus quæſitum, vivente etiam prædeceſſore, & primo inſtitutore, maximè quia acceptatio fuit facta etiam pro futuris primogenitis ibi (acceptantes pro ſe, & eorum hæredibus, & deſcendentibus maſculis legitimis & naturalibus & ut infra) & infra iſti nominantur, ita Purpurat, &c.*

His contenti ſumus præ dignitate ſummi Doctoris 11
in Juriſperitia optimè meriti, ac in legali Republica ſupra omnium invidiam perpetua digni commendatione evitaſſe objectatum conſilium Belloni, licet fortè aliqui non defuiſſent, qui facili etiam negotio fundamenta omnia ab ipſo ibidem allata in ſuo quoque
caſu feudi primogenii evertiſſent; ſi enim præcipuos 12
maximè feudiſtas conſulamus, vera potiùs oſtenditur contraria ſententia, primum nempè feudi acquiſitorem, etiam cum clauſula Juris Francorum, ſeu cum expreſſa primogenituræ erectione non ligari forma, ſed imò ad illud vocare poſſe omnes filios in præjudicium primogeniti Petr. de Gregor. *de conceſſ. feud. dicta part.3. & quæſt.7.* in qua altè ac profunde, ut aſſolet, diſcuſſa quæſtione, ſolutiſque omnibus contrariis hanc partem inconcuſsè firmat *num.37.* eam dicens *num.44.* veram ac indubitatam Intrigliol. *de feud. cent.1. quæſt.10. num.76. 51. num.60. 53. 190. num.47. & 48. num.83.* latiſſimè Cumias in *cap. Si aliquem verbo antiquis numer.182. cum ſeqq.* Ubi communis eſt opinio ab omnibus P. P. Regni probata. Giurb. *de ſucceſſ. feud. prælud.3. num.40. in fin. §.1. gloſſ.8. num.45.* ubi quod nec amplius controverti in Regno vidit, ac quod hodie

prorſus indubium eſt,& *num*.55. *&* §.2. *gloſſ*.3.*num*.89.
verſic. contrarium dixi verius. Canet. videndus *in ex-
travagant. volentes verſic. ſed quid ſi fuerit adjecta fol.
mihi* 82. ubi refert Pern. teſtantem hanc opinionem,
æquiorem, & veriorem, hancque tenere omnes Si-
culos, alioſque refert dicentes magnam Curiam illam
amplecti, & quod non audiuntur diſputationes in
contrarium afferendo etiam Jacobum Chirch. dicen-
tem, quòd totus mundus miratus fuit de quadam ſen-
tentia contra hanc opinionem lata, & demum quod
hanc opinionem prius tènuit Joan. Andreas *in Conſti-
tutione conſtitutionem divæ mem.* à qua propterea opi-
nione cum ſit hodie recepta, & contra eam nemo au-
deat diſputare, ut ipſe loquitur, monet in Judicando
recedendum non eſſe, Milanenſ. *deciſ*.8. *num*.23. 28.
30. 39. 40. 54. *&* 321. Theſaur. Jun. *quaſt. forenſ.lib*.3.
13 *quaſt*.23. *num*.5. ubi innomeros allegat, demonſtrans,
quod quemadmodum in feudo novo poteſt primoge-
nituram inter vocatos conſtituere, ita poteſt conſtitu-
tam alterare; ſeu etiam onus adjicere. Surd. *conſ*.351.
num.26. Carolus Tapias *deciſ*.2. *num*. 264. Maria *de
ſucceſſ. leg.part*.1.*quaſt*.23.*num*.42. *art*.3. Baron. *in alle-
gat. poſt ſecundum volumen de citat. num*.203. *circa fin.*
14 quæ quidem opinio maximè vera videtur, quando feu-
dum fuiſſet quæſitum titulo oneroſo juxta ſuperiùs
allatam receptiſſimam omnium ſententiam. Intrigliol.
ſupra num.71. de Gregor. *eod. loco num*.50.Giurb. *allat.*
§.1. *gloſſ*.8.*num*.45. & indubitata prorsùs,quando pri-
15 mogenitus primi acquiſitoris tempore conceſſionis,aut
mutationis formæ extitiſſet in Patris poteſtate Intrigl.
relat. loc. num 79.

Nec auctoritates Doctorum per Bellonum allatæ
16 *num*.22. ſi ſufficienter pendantur videntur contrarium
probare, nam nonnulli ut Caſtrenſ. Jaſ. Ludovic. Bo-
lognin. Tiraquel. Peregrin. Gomez. & Aufrer. lo-
quuntur in majoratu, & primogenio allodiali, & illo-
rum aliqui in majoratu ſecundum Hiſpanas erecto,
quos propterea allegare non juvat ad probandum con-
troverſum aſſumptum, primò quia non benè arguitur
de majoratu ad feudum, ut latè diſcuſſio articulo, al-
17 latiſque hinc indè fundamentis compertum reliquit
Intrigliol. *de feud. cent*.1.*quaſt*.67.quod obſervat etiam
Covar. *var. reſol. lib*.1. *cap*.15. *num*.14. *circa princ. ver-
18 ſic. & primo*, quemadmodum è contra deciſiones ac re-
gulæ feudales non benè aptantur majoratibus Hiſpa-
niæ. Valenzuel. *conſ*.13. *num*.20. ubi *num*.22. advertit,
quod ſi mediocris adhibeatur diligentia reperientur
19 res plures, in quibus feuda à Majoratibus differunt;
regulares enim eſt, ita demùm à Jure Cæſareo ad con-
troverſias feudales duci argumentum, quando eæ de-
ciſæ non inveniuntur de jure feudorum, quoniam
20 feudalis materia ſuis ſpecialibus legibus regitur ad
text. *in cap*.1. *de feudi cognitione*. Urſin. *de ſucceſſ.feud.
part*.1. *quaſt*.2. *art*.2. *num*.13. Secundo quia Hiſpanum
21 Majoratum irrevocabilem facit lex peculiaris illius
Regni, de qua meminit idem Caſtrenſ. *cit. conſ*.164.
num.1. *in* 2.

Præterea Caſtrenſ. ibidem loquitur de majoratu ex
22 Regis munificentia inſtituto ac donato, quare etiamſi
feudales regulæ Majoratui, & regulæ primogenio-
rum feudo aptarentur, adhuc attentis etiam noſtris
principiis, cum verſaretur in majoratu gratis titulo
lucrativo & non oneroſo quæſito rectè pro filiis Ca-
ſtrenſis reſpondit.

Martin. Laudenſ. & Joannes le Cirier *de primoge-
nitura locis adductis* non loquuntur de quæſtione pro-
poſita.

Bec. *conſ*.468. præterquam quod loquitur in feudo
antiquo, nil aliud adducit *allegat. num*.48. quam di-
ctum Caſtrenſis *conſilium* 164. quod vidimus non re-
ctè allegari ad probandum primum feudi acquiſitorem
titulo oneroſo non poſſe de eo diſponere, ſicuti pariter
conſ.498. *num*.19.

Bolognin. loquitur de Majoratu; hujus irrevocabili-
tatem arguit ex conſuetudine Regni; ejus opinio rata
non videtur, quia irrevocabilitatem contendit, non
obſtante expreſſo pacto in majoratus conſtitutione ap-
poſito, quod revocari poſſet ad libitum, ut patet ex
Themate Conſilii, quod propterea redarguunt tradita
per Molin. *de primogeniis Hiſpaniæ lib*.4. *cap*.2. *num*.78.
undè nominatim dictum Bolognini conſilium reprobat
Peregr. *conſ*.69.*num* 14.*verſ.ad ſextum lib*.1.

Purpurat. *conſ*.500. omitti poterat, quia loquitur
in revocatione primogenituræ factæ non à primo ac-
quirente, ut conſtat *ex themate conſilii*, ſed in revoca-
tione facta à Pronepote ipſius acquirentis, & ſic in feu-
do antiquo, ſicuti pariter.

Natta, Roland. & Cephal. primus *alleg. conſ*.502.
num.42. ut conſtat *num*.40. *præced.* ibi, *ſic etiam dico,
quod Juri primogenituræ, quod in dictis feudis competit
D. Philippo opera, & cura primogenitorum ſuorum, &
ex contractu etiam inito per primum inveſtitum cum Ho-
minibus Caburl, ut ei per dictam ſubſtitutionem non po-
tuerit derogari*, id ipſum clarè apparet ex *tot. conſ.* Se-
cundus *conſ*.10. *num*.37. *in* 3. ubi loquitur in primo-
genitura erecta in conceſſione Imperatoria facta Avo
illius qui contendebat, undè manifeſtum eſt Rolan-
dum non actitaſſe ibi quæſtionem primi acquirentis,
Tertius demum *conſ*.12. ut conſtat *ex ipſo argumento
Conſilii* quod ita ſcribit. *Pater an poſſit cum conſenſu
Principis reducere feudum antiquum ad primogenituram,
& deindè idem Pater poſſit renunciare dicto Juri primo-
genituræ.*

Iſern. *in cap*.1. §. *præterea num*.38. *verſic. ſi dicatur
de prohibit. feud. alienat. per Federic.* loquitur indi-
ſtinctè, quod quando feudum provenit ex munificen-
tia Domini, ſi ad illud ex tenore inveſtituræ omnes
filii vocantur, nequeat Pater illis præjudicium affer-
re, quod non urget contra nos, qui admittimus in
feudo ex dantis munificentia proveniente paternam
non valere ordinationem.

Guglielmum Pernam *conſ*.12. non legi: Scio tamen
eundem *conſ*.11. *immediatè præcedente* à Canet. *in extra-
vagant. volentes verſic. ſed quid ſi fuerit adjecta num*.8.
fol.83. allegari pro contraria opinione ſibi viſa æquio- 23
ri ac veriori, unde quatenus etiam diceret id ad quod
allegatur, ei parum deferendum videtur, cum Doctori
qui ſibi contradicit credendum non ſit teſte Becc. *con-
ſil*.143,*num*.4.*tom*.2.

Thomas de Marin. *de feud. tit*.12. *de feud. Jur.Franc.
num*.15. loquitur pariter de feudo antiquo, ſic enim
quæſtionem excitat. *Quæro an Pater alienare poſſit hu-
juſmodi feudum Juris Francorum antiquum, in quo ſuc-
cedit primogenitus, &c.*

Menochio *conſ*.161. *allegat. num*.14.vel deferendum
non eſt, quia pro confirmatione prædictæ concluſio-
nis adducit ſolùm Iſerniam loco ſuperiùs allegato,quem
vidimus id non probare, vel ſaltem alibi viſum con-
trarium defendiſſe, ut innuit Petr. de Gregor. *dicta
quaſt*.7. *ſub num*.31. & Pern. *conſ*.12. qui ut ſupra dixi-
mus apertiſſimam cecinit palinodiam, dum conſilio
immediatè præcedenti contrariam ſententiam verio-
rem dixerat, ac æquiorem, vel intelligenda eſt in
feudo gratis conceſſo, ut conciliari poſſint ea quæ in-
nuit allegato *num*.14. cum adductis *præcedenti num*.6.
in quo rectè probavit, quòd primus acquirens po-
terat pro ſui libito diſponere de feudo titulo oneroſo
quæſito.

Aufrerius *in addit. ad deciſ*.450. Capell. Toloſan.lo-
quitur in majoratu, & licèt hanc teſtetur ſequi ſen-
tentiam Gallica Parlamenta, contrariam tamen ibi-
dem Capell. Toloſan. ſuſtinuit, ipſeque Aufrerius poſt
adducta fundamenta pro hac ipſa Capellæ ſententia
ſic concludit. *Aliæ quamplures rationes ad partem iſtam
adduci poſſent, quam ego credo de Juris rigore veriorem.*
Hinc non temerè argui poteſt quanti habenda ſit
Belloni

Belloni ſententia inſpecto primo fundamento quod
num 22. tulit ex Doctorum auctoritate.

24 Fundamentum autem ſecundum in ordine ex eo de-
ductum, quòd Jus alicui quæſitum ex diſpoſitione &
facto alterius non poſſit ei ſine voluntate ipſius aufer-
ri, ſufficienter evertunt tradita in præcedenti articulo
verſic. ſexto alii hanc acquirenti indulgent facultatem,
*num.*62. *cum pluribus ſeqq.*

Fundamentum tertium, quod ſpeciali indiget exa-
mine, cum inde præſertim eruatur objectum in noſtra
25 hypotheſi, in eo conſiſtit, quòd cum primogenitura
in themate Belloni conſtituta non fuerit à Patre, ſed
à Principe ex mera ejus gratia & liberalitate, & ideò
filii hoc Jus non habeant ex paterna diſpoſitione, ſed
ex ſpeciali Principis beneficio, nequeat Pater id eis au-
ferre, ducto argumento à feudo novo ex pacto & pro-
26 videntia, de quo non poteſt Genitor ipſe diſponere in
præjudicium filiorum, ſi gratis conceſſum ſit, quia
filii illud non habent ex Patris proviſione, ſed ex Prin-
cipis beneficio, quæ ſingillatim *ibidem* comprobat al-
legatione Doctorum, proceditque ulteriùs ſibi exci-
tando objectum, quòd prima fronte videri quidem po-
27 terat primogenitura illa re & effectu ex beneficio Pa-
tris proveniſſe, ea ratione quia conſtituta fuerat in
feudo emptitio, quod ſine dubio profectitium erat, ut-
potè ex proviſione, & contractu Patris comparatum,
At ſtatim reſpondet (undè tota vis argumenti contra
nos emergit) quòd ſi feudum fuiſſet relictum in ſim-
28 plicibus terminis emptionis, & in priſtina ſui natura,
utique non potuiſſet negari, quin fuiſſet dicendum,
proveniſſe à Patre, huncque de eo tanquam profecti-
29 tio, & ex ſua providentia acquiſito potuiſſe in præju-
dicium filiorum diſponere. Verùm poſtquam fuerat à
Principe erectum in Comitatum, & primogenituram
eo modo mutaverit priſtinam ſuam naturam, quod
probat allegatione Oſaſchi *deciſ.*23. *num.*24. ſubjun-
gendo verius eſſe feudum non poſſe, quatenus feudum
30 erat Comitatus, dici profectum à Patre, cum Pater
31 non ſit, qui Comitatus dignitatem tribuat feudo, ſed
32 Princeps ex mera gratia, & liberalitate, minimè atten-
33 to quod eſſet feudum emptitium, quia non res, quæ
in Comitatum erigitur, ſed ipſamet erectio conſide-
randa eſt ad dignoſcendum à quonam feudum profi-
ciſcatur, ut propterea licèt res foret paterna, & allo-
dialis, poſtquam tamen erecta eſt in primogenituram
& Comitatum à Principe, ab hoc non à Patre dicantur
34 primogeniti Jus habere, quod probat latius Abbate
*conſ.*85.*num.*1.*in* 1. Tiraquel. *de Jur. primogen. quæſt.*21.
*num.*7. Roland. *conſ.*10.*n.*40.*in* 3. & Menoch. *conſ* 401.
35 *num.*19. *&* 304. *num.*10. Hæc Bellonus quæ ut ſuffi-
cienti claritate diluantur, admittimus primo loco irre-
vocabilitatem primogenituræ à Principe ex mera ejus
gratia conſtitutæ, ad inſtar feudi novi Domini bene-
ficientia conceſſi juxta conciliationem ſuperiùs in pro-
ximo Articulo innumera firmatam Doctorum au-
ctoritate.

36 Animadvertimus ſecundo loco, quòd Bellonus *poſt*
dictum numerum 31. *verſic. non eſt quòd aliquis objiciat,*
ſimul duo involvit, primum nempè primogenituram
irrevocabilem, tanquam erectam à Principe, Secun-
dum quod feudum relictum non fuerat in primæva ſua
natura, ſed tanquam erectum in Comitatum à Domi-
no ab ejuſdem munificentia ſolum deberet recognoſci
elargitum, non verò à Patre acquirente profectum:
Doctores autem ferè omnes ab Auctore allegati de
37 primo tantùm loquuntur, poſtremum autem eorum
aliqui non tangunt, aliqui verò vix libant, & in di-
verſo omninò propoſito, undè judicare debemus, quod
vir doctiſſimus diſcurrendo congruenter ad hypothe-
ſim ſuam, totum faciat fundamentum, non ſuper ob-
jectata erectione in Comitatum, de quo Doctores alle-
gati non loquuntur ad præſens propoſitum, ſed ſuper
forma ſuccedendi per viam primogenituræ à Princi-
pe decreta, & certè ſi ipſe fuiſſet ſuperindè requiſitus
reſponſum dediſſet, quod attulit eximius Doctor Fon-
tanella *deciſ.*329. *num.*4. in fin. *Nolo quod mihi defe-* 38
ratur aut credatur, niſi in eo quod dicunt Doctores quos
allego juxta vulgare principium de quo Cyriac. *con-*
troverſ 521. *num.*21. Altograd. Sen. *conſ.*47. *num.*52.
in ſecundo, quæ animadverti quoque Bart. *in l. non*
ſolum, §. *ſi liberationis*, *num.*7. *&* *ibi Addentes lit.* F.
de liberatione legata, quod etiam vulgatiſſimum axio-
ma dixit Cavagnol. *deciſ. conſultiva* 81. *numer.* 5.
lib. 2.

Et quidem Abbas *allegata conſ.*85. *in* 1. non con- 39
trovertimr ullam diſpoſitionem primi acquirentis, nec
ullum verbum de feudo, ſermo ibi tantùm eſt de cele-
bri illa quæſtione circa prælationem Nepotis in ſuc-
ceſſione ab inteſtato in primogenitura allodiali con-
tendentis cum Patruo, in qua concluditur pro Nepote
primogenito, quem dicit conſequi hoc Jus non à Pa-
tre, ſed ex ſpeciali diſpoſitione Regis, qui primoge-
nituram erexit.

Idem prorsùs firmat Tiraquel. *oppoſito loco*, dum lo- 40
quendo de primogenio, & Majoratu allodiali Jus ad
illud probat filiis competere ex Principis authorantis
contractum diſpoſitione.

Roland. pariter nec verbum de primo acquirente,
imò ut ſuperiùs etiam tetigimus, expreſsè loquitur de
feudo antiquo in quo quærit *num* 37. *verſic. circa ulti-*
mum, numquid præjudicare poſſet vocato in Inveſti-
tura jure primogenituræ conceſſa cuidam Jacobo cer-
ta feudi diviſio *ibidem* expreſſa, & negativè reſpon-
det, motus inter alia *num.*39. ex eo quod cum Pater
nequeat præjudicare in feudo paterno & antiquo, ne-
que poſſit præjudicium inferre in primogenitura, quæ
ad feudi antiqui naturam accedit, & *num.* 40. in
contrarium allegato ſolum dicit, quod quando Jus
primogenituræ competit ex diſpoſitione vel privilegio
Principis nequeat Pater filio Jus tollere, quod non à
Patre conſequitur, ſed à Principe, & ſic hi tres Do-
ctores probant Belloni aſſumptum quoad conſtitutio-
nem primogenituræ, non quoad recurſum feudatarii
habiti ad Principem ad effectum ut illud in Comitatum
erigeret.

Menoch. verò *allegatis conſiliis* 401. *num.*19. *&* 504. 41
*num.*10. agit ſolùm quæſtionem ſuperiùs in priori Ar-
ticulo diſcuſſam, dum probare contendit quòd Feu-
dum Mirandulæ (Thema conſilii ſui) tamquam feu-
dum dignitatis ad unum tantùm primogenitum ſpecta-
bat ex legis providentia.

Supereſt ut reſpondeatur ad Oſaſch. *deciſ.*23. *ſub* 42
*num.*24. adducto à Bellon. *dicto num.*22. ad proban-
dum, quòd feudum poſtquam fuit à Principe ere-
ctum in Comitatum priſtinam ſuam mutavit naturam,
ſicque ubi primò cenſebatur improprium, & quaſi pro-
fectum à Patre, poſtmodum recognoſcatur à Princi-
pe, undè intelligi poſſit per quam facilè in paterna
diſpoſitione ampliùs non remanſiſſe: Oſaſchus itaque
allegato num. verè affert præfatam concluſionem ex-
preſsè dicens, qualitatem Comitatus additam feudo
illud efficere novum, ſed non inde facit illationem,
quam facit Bellon. quòd nequeat per acquiſitorem
alienari; Arguit potiùs quod illud feudum Canellarum
de quo in Pedemontano Senatu tunc controvertebatur
inter Agnatum prætendentem portionem deficientis ſi-
bi accreſcere tanquam feudum antiquum ex pacto, &
fœminam filiam unius ſtipitis contendentem admitti ad
excluſionem Patrui, arguit inquam quòd feudum il-
lud tanquam novum ob dictam formam Comitatus
additam de recenti jure optimo erat alienabile (ut de
facto ad probandum alienabile feudum per acquiſito-
rem novæ formæ tanquam novum eumdem Oſaſchum
hoc ipſo loco affert Maſtrill. *deciſ.*56. *num.*20.) Imò
tantùm abeſt, ut ex dicta Oſaſchi doctrina argui queat 43
præfatam erectionem in Comitatum operari, quod no-
viter inveſtitus nequeat de feudo diſponere, ut hoc
ipſo argumento Auctores ab Oſaſcho allegati utantur

ad probandam omnimodam facultatem in inveſtito diſponendi de dicto feudo erecto in Comitatum, & hoc Jure effecto novo, etiamſi per prius antiquo: Is enim Auctor dictam concluſionem aſſumpſit à Grat. *reſponſ.4. colon.*2. (eſt *ſub num.*19.) *in primo*, cui in
44 poſtrema editione junxit Cephalum *conſ.*12. *num.*13. & 14. Primus conſulit in cauſa Parmenſi vertente inter DD. de Corrigio occaſione tranſactionis initæ per quendam D. Gibertum de Corrigio cum DD. Marchionibus de Sala, in qua ad probandum in dicto Giberto facultatem tranſigendi, affert hoc Argumentum, quòd feudum aliàs antiquum fuit ad ejus favorem erectum in Comitatum per verba: *In Comitatum erigimus, conferimus, & donamus*, quæ tanquam indicativa novæ diſpoſitionis, & novæ formæ efficiunt feudum novum, ſuper quo primum Inveſtitum inferunt poſſe contrahere, ideòque à Maſtrill. *dicta deciſ.*56. *num.* 20. ipſe quoque Gratus hoc loco una
45 cum Oſaſco citatur ad probandum primum acquiſitorem novæ formæ poſſe de feudo tanquam novo diſponere. Cephalus verò *adducto conſ.*16. *numeris allegatis* diſertis verbis probat feudum effectum novum ob dictam qualitatem Comitatus ei additam, & pro intentu ſuo indè arguit *num.*16. quod Pater primus Inveſtitus poſt dictam novam formam ob erectionem in Comitatum validè diſpoſuerat de feudo, regula attenta, quòd paterna diſpoſitio in feudo novo rata eſſe debeat.

46 Licèt, ut quod ſentio ingenuo fatear candore, mihi vera non videatur indiſtinctè honum ſententia, quòd feudum propter aliquam minimam qualitatem per Dominum in eo de novo appoſitam dum maneat in eadem linea ac progenie in qua erat antiquum, dici debeat abſolutè novum, & obnoxium reddi regulis feudi novi. Ipſe Cæſar Urſill. cæteroque partialiſſimus Afflicti *in annot. ad deciſ.*112. ubi Afflictus dictam ſententiam *num.* 5. tenuerat, illum videtur redarguere *num.*7. quod ipſe meliùs loquens *in Commentariis ſuper Conſtitutionibus Regni* ait feudum non eſſe, nec reputari novum, niſi quoad illam novam qualitatem adjectam, & non in aliis, quòd poſt ibidem ab eo allegatos aliis citatis tenet Intrigliol. *de feud. Cent.*1 *quæ-*
47 *ſtion.*23. *num.*5. & pluribus Valenzuel. *conſ.*160. *num.*86. quibus eximiè conferunt tradita per Giurb. *de ſucceſſ. feud. à num.*62. ubi *num.*65. notat, quòd nova feudi Inveſtitura aliam habens formam Inveſtituræ antiquæ non derogat, ſed prima intellectum præſtat ad aliam, quòd latè etiam firmaverat Hug. *conſ.*16. *num.*24. *verſic. hinc eſt.*

48 Præterea prædicta adducta pro reſponſione ad tradita per Bellon. *dicto num.*32. quibus maximè niti videntur partes Dominorum Adverſariorum, lata videntur protsùs ex abundanti noſtro hoc in caſu, in quo nulla de novo facta fuit in Comitatum erectio: Sola utriuſque ſupplicis libelli Sereniſſ. Domino porrecti, ut in Themate, ac Inſtrumenti acquiſitionis feudi lectura liquidiſſimè comprobat per prius feudum Caleſtani in Comitatum erectum. In primo ſiquidem ſupplici libello lego. *Poſſedono li devotiſſimi, & humiliſſimi di V. A. S. Vaſſalli e Servitori Conte Carlo Leone, & Abbate Conte Claudio fratelli Fieſchi figlivoli, e deſcendenti del fu Conte Franceſco nato del Conte Scipione il feudo, e Contea di Caleſtano* In fronte verò Inſtrumenti ſcribitur, *Cum ſic ſit, quod infraſcripti Domini Comes Carolus Leo, &c. habeant, &c. feudum in titulum Comitatus erectum Caleſtani, &c.* & in corpore ibi, *venditionem ceſſionem de dicto feudo Caleſtani, &c. in Comitatum erecto ut ſupra.* In altero verò ſupplici libello clarius etiam, & citra omne dubium hoc idem compertum faciunt illa verba: *Eſſendoſi compiacciuto V. A. S. con ſuo reſcritto fatto ſotto il dì 16. Genaro corrente 1650. alla ſupplica data dall' Abbate e Conte Claudio Fieſchi à ſuo nome Procuratore del Conte Carlo Leone ſuo fratello far gratia à detti Conti Fieſchi di poter vendere il feudo in titolo di Contea eretto di Caleſtano, Arpicella, Marzolara, è Vigolone con loro Territorii, e Giuriſditioni, Regali, mero miſto impero, e poteſtà del Gladio, &c.* & infra eod. verſic. *nel quale v'è il patto di reconoſcere de V. A. il detto feudo in titolo di Contea già eretto di detti luoghi, e ricevere dall' A. V. l'inveſtitura feudale, &c.* ubi conſidero dictionem illam (*Jam*) ibi *in titolo di* 49
Contea già eretto, quæ importat actus perfectionem in præterito tempore. Barboſ. *dictione* 139. *num.*1. Quamobrem, admiſſo etiam quòd attenta erectione in Comitatum in caſu Belloni, tunc à Principe facta, feudum propter primævam naturam mutuatam intelligeretur omninò profectum ab ipſo Principe, qui novam hanc qualitatem feudo tribuit, non à Genitore, qui ante erectionem acquiſivit, hoc inquam admiſſo ſine præjudicio veritatis, ceſſat objectum in caſu noſtro, in quo Sereniſſimus Dominus feudum noſtrum in Comitatum non erexit, ſed apertiſſimè patet ex facto, jam per prius in Comitatum erectum, ac venditum cum hac qualitate ante obtentam eandem Inveſtituram; unde omni ex parte ſatisfactum cenſemus traditis per Bellon. *dicto num.*32. & 33. (bina alia fundamenta, quartum ſcilicet in ordine, In quo deducit, quòd in feudo dignitatis ſolus primogenitus ſuccedere debeat, & quintum, quòd omni in caſu diſpoſitio ſine Principis auctoritate irrita ſit, in aliis penſantur & diluuntur Articulis, illud nempè de feudo dignitatis in primo, hoc verò de Principis licentia in ſequenti.)

Non latet, quod poterat recenſita Belloni ſententia 50
per ipſum ſatis validè confirmari, ex eo quod feudatarius recurſum habens ad Principem, ac declarans, ſe velle feudum jam acquiſitum ab eodem Domino rurſùs recognoſcere in feudum cenſeatur tacitè in manibus ipſius domini illud refutare, ut ſibi de novo concederet Bald. quem refert & ſequitur Afflictus *deciſ.*112. *num.*5. *circa fin. verſic. idem dicit Bald.* quemadmodum
videmus in recipiente rem propriam in feudum vel 51
emphyteuſim, quo caſu recognoſcens ſibi præjudicat. Rota innumeros referens *in rec. part.*6. *tom.*2. *deciſ.*613. *num.*5. cum videatur illam Domino donare, & brevi manu prædicto feudali, vel emphyteutico titulo recipere, ut poſt Bald. & plures alios innuit Surdus *conſil.*135. *num.*107. Et verè in Belloni Themate loquendo
in ſummis apicibus, ut inquit Dominus meus de Luca 52
in ejus ſecundo reſponſo brevi ſed ſuccoſo, omnique referto acumine in hac cauſa reddito, *verſic. conſiderando etiam* (datur ſecundo loco in fine præſentis diſceptationis) loquendo inquam in ſummis apicibus, in caſu Belloni intelligi poſſet de eo feudatario, qui jam perfectè feudum acquiſiviſſet, & deindè ex intervallo curaſſet adjici dignitatem, hoc enim caſu cenſeri fortè poſſet per quendam actum occultum donationis feudum refutatum in manu Domini condonato eidem pretio erogato, & deinde tanquam ex integro illud ſub diverſa natura acceptum ex nova gratia, & liberalitate, quo in ſenſu fortè ſalvari potuiſſet Belloni ſententia, & in quibus terminis cenſendum eſt illum locutum, aliàs non poſſet ſalvari à palinodia, dum *conſ* 9. conſulendo in caſu, in quo quidam Scalia emerat feudum à quodam Melchiore de Rippi aſſecuta poſtmodum à Domino Duce Mantuæ Inveſtitura ut conſtat *ex facti ſpecie*, tenuerat ac probaverat *num.*54. quod jure ſuo dictus Scalia tamquam primus acquirens potuiſſet feudum illud uni ex filiis prælegare.

At illa ceſſant in caſu noſtro, ut acutiſſimè D. de 53
Luca obſervavit, in quo feudum noſtrum nulla in hac conceſſione fuit à Principe dignitate inſignitum, cum jam antea fuiſſet in Comitatum erectum, & quatenus etiam, quod abſit, erectio tunc facta fuiſſet, non fuiſſet facta poſt feudum jam perfectè acquiſitum, ſed
ſimultanee cum aſſenſu per Dominum præſtito dictæ 54
acquiſitioni: Et verè Afflictus *dicto loco mox relato*, Petrus de Gregorio *de conceſſ. feud. part.*3. *quæſt* 7. *n.*10. & quotquot pro ea tacita refutatione & ſucceſſiva
conceſſione

Digitized by Google

conceſſiòne allegari poſſent loquuntur, ut videre eſt,
prædictis duobus præſuppoſitis, primo nempè quod
concedatur ſub forma à prima diverſa, puta adjecta
nova dignitate, quæ prius feudo non inerat, & con-
ceſſio fiat de novo, hoc eſt poſt perfectam acquiſitio-
nem jam factam, quæ, ut inferiùs ſufficienter demon-
ſtrabitur, præſupponit jam obtentam à Principe Inve-
ſtituram, quare ad hunc effectum dici non poſſet no-
va conceſſio, quando quis poſt feudum primo acqui-
ſitum, reſervato conſenſu Directi Domini, eundem
Dominum pro conſenſu rogaret, ac ab eo obtineret
poſtulatam Inveſtituram, hæc enim, ut probabitur, eſt
de ſubſtantia perfectæ acquiſitionis, & quaſi illius pars
integralis, ſicque dici non poſſet nova conceſſio, niſi
denuo, poſt primam integralem acquiſitionem idem
feudum concederetur.

Porro quidnam præſtiti D. Co. Camillus ſupplici
55 ſuo libello, quidnam rogavit? nonne pro ſolo aſſen-
ſu acquiſitioni feudi, ac pro ſola ejuſdem inveſtitura
cum formis, clauſulis, ſolemnitatibus, ac derogatio-
nibus in ſimilibus de ſtylo jam noto ab omnibus indi-
ſtinctè apponi ſolitis, conſuetis, ac reſpectivè neceſſa-
riis? certiſſimè conſtat pluribus in locis præfatæ ejus
ſupplicationis, tùm ex proœmio, ex quo finalis inten-
56 tio deprehenditur *arg. text. in l. ult.* & ibi gloſ. *in verbo
modus in fine*, & Bart. *num. 3. de hæred. inſtit.* Duran.
deciſ. 18. pariter num. 3. Rot. *in rec part. 2. deciſ. 782. n. 6.*
Lanar. *in propoſito conſ. 64. num. 12.* Bucaferrus *reſponſ. 5.
num. 10.* latiſſimè Alexand. Raudenſ. *de analogis, cap. 34.
num. 123. cum ſeqq.* ibi, *nel quale v'è il patto di ricono-
cere da V. A. il detto feudo in titolo di Contea già eretto di
detti luoghi, e ricevere dall' A. V. l'Inveſtitura feudale, e
com in detto Inſtromento di vendita, &c.* tum infià, *di
modo che l'inveſtitura feudale, e come in detto Inſtromento
di vendita, &c.* tum infià, *di modo che l'inveſtitura feu-
dale s'habbi per fatta, e conceſſa al detto Cavaglier Taraſ-
coni Oratore e come ſopra in virtù del reſcritto, qual V. A.
ſi compiacerà di fare alla preſente ſupplica, &c.* & etiam
ex priori ſupplici libello eorum del Fliſo, ad quem por-
rectus à D. Co. Camillo eſt omninò relativus ibi. *Spe-
rano che ſia l'A. V. per fargli gratia di rimettergli la detta
caducità, per l'effetto infraſcritto, poiche eſſi bramano di
far vendita di detto feudo ſua giuriſditione al Cavaglier
Camillo Taraſconi per il prezzo frà loro convenuto, inter-
venendovi però il beneplacito e conſenſo di V. A.* & clarius
ibi, *humilmente la ſupplicano far gratia al detto Conte, &
Abbate Claudio Fieſchi anche come Procuratore, &c. e
poi di poterlo vendere al detto Cavaglier Camillo Taraſco-
ni per ſe, ſuoi figlioli, e deſcendenti in perpetuo & à chi da-
rà per il prezzo frà loro concordato, & al detto Cavaglier
Camillo Taraſconi di poterlo liberamente comprare, e ri-
portando poi dall' A. V. la dovuta Inveſtitura, e preſtargli
il neceſſario giuramento di fedeltà.*

57 Quamobrem de duobus alterum fateri compellimur,
vel quòd ſit falſa opinio allata in antecedenti Articu-
lo, quod feudum titulo oneroſo quæſitum poſſit per
primum acquiſitorem alienari maximè in comprehen-
ſos in Inveſtitura, & hoc pacto notanda de lapſu pri-
ma orbis Tribunalia, & potiſſimum Romana Rota, tot-
que alii Doctores inter quos multi teſtantur eam opi-
nionem vix unum Hanetonium hucuſque habuiſſe
contradictorem, vel quòd recurſus ad Principem di-
rectum feudi dominum pro Inveſtitura, hæcque ab
eo gratis obtenta cum clauſulis, formis, ac ſolemni-
tatibus apponi conſuetis non præſtent impedimentum,
quin dictus primus acquirens titulo oneroſo recenſi-
ta utatur facultate; ſi enim vera eſt prædicta opinio
pro primo acquirente firmata, neceſſariò fatendum eſt
Principis aſſenſum, Juramentum fidelitatis à Vaſſallo
præſtitum, ac feudalem Inveſtituram nullatenus dicto
acquiſitori obſtare.

58 Nam ex una parte opinio prædicta, quod primus
acquiſitor poſſit de feudo titulo oneroſo quæſito diſ-
ponere procedit non ſolum in acquiſitione facta à
Principe, ſed etiam in acquiſitione facta à Vaſſallo
priori feudi poſſeſſore, ut ſtatim probabitur, & ad-
mittit ipſe Bellon. *dicto conſ. 9. num. 34. juncta facti ſpe-
cie*, & ex alia parte prior feudatarius alienare nequit 59
non reſervato Domini aſſenſu *cap. 1. de prohibit. feud.
alienat. per Lothar. & cap. 1. de prohibit. feud. per Fede-
ri*, nec feudatarius acquirens poteſt ullo pacto omit-
tere recurſum ad Dominum pro obtinenda Inveſtitu- 60
ra, ut mox patebit, nec juſtum eſſe poteſt, quòd ubi
integrum feudi pretium fuit à Vaſſallo erogatum, ite-
rum idem pretium perſolvatur Domino; ergo vel fal- 61
ſum eſt quòd primus acquirens titulo oneroſo de feudo
nequeat diſponere, vel prætendendum non eſt, quòd
Juramentum fidelitatis, ac Inveſtitura obtenta à Domi-
no poſt feudi acquiſitionem, hanc primo acquirenti
titulo oneroſo adimat facultatem.

De hoc Judices rogo ipſoſmet Adverſarios num-
quid D. Co. Camillus acquirens poſt acquiſitum feu- 62
dum Caleſtani à Dominis Comitibus de Fliſco potuiſ-
ſet negligere præſtationem Juramenti, ac non eſfla-
gitare feudalem Inveſtituram cum formis, ac clauſu-
lis, quæ in ſimilibus omnibus, nedum in hac regio-
ne, ſed alibi etiam, ut notorium eſt, apponi conſueſ- 63
cunt. Scimus equidem onus potiſſimum Feudatarii eſſe
fidelitatis juramentum, quod Domino polliceri com-
pellitur *cap. 1. de capit. Conrad. cap. 1. de forma fidelita-
tis, cap. 1. de nova forma fidelitatis & Can. de forma 22.* 64
quæſt. 5. adeò ut ſi negligat per annum, & idem illud
præſtare amittat feudum *dicto cap. 1. de Capit. Conradi
cap. 1. in princ. quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi
cap. final. de prohib. feud. alienat. per Lothar.* Aldobrand. 65
conſ. 1. num. 324. in 1. undè vas, & ſubſtantiam feudi eſſe
fidelitatem dixit Ponte *conſ. 67. num. 3.* Quemadmo- 66
dum pariter tenetur Dominum recognoſcere. Merlin.
deciſ. 795. num. 17. ad inſtar emphyteutæ, qui debet 67
Dominum recognoſcere toties quoties fuerit requiſi-
tus. Fulgin. *de jure emphyt. ſub Tit. de renovat. quæſt. 9.
num. 2.* Ubald. *deciſ. 337. num. 4.* cogiturque ab eo
feudalem petere Inveſtituram *dicto cap. 1. in princ.
quæ fuit prima cauſa, & dicto cap. 1. de capit. Con-* 68
radi & cap. 1. quo tempore miles, &c. ita ut ſine ea poſ-
ſeſſio feudi novi acquiri nequeat gloſ. & Doctores
quos refert Rebuff. *tom. 3. commentar. in Conſtitutio-
nes Gallicas ſub Rubrica de materiis poſſeſſoriis art. 1.
gloſſ. 1. num. 22.* Chriſtinæus *in deciſ. Curiæ Belgicæ vo-
lum. 5. deciſ. 3. num. 1. cum ſeqq.* Pacian. *de probat. lib. 1.
cap. 38. num. 64.* Joannes Baptiſta Vincemola *inter conſ.
feud.* diverſ. *conſ. 1. num. 42.* *Joan Gallic. ibid. conſ. 2.* 69
num. 28. & 60. ubi quod licet aliqua Jura diſponerent
feuda ſola Inveſtitura acquiri, ſtatutum poſtea fuit,
quòd etiam acquiri poſſent ſucceſſione, dummodo ſe-
queretur Inveſtitura. Franc. ab Eccleſ. *ibid. conſ. 40.
num. 2.* undè hodie duo adſunt modi acquiſitionum
feudi ſucceſſio ſcilicet, & inveſtitura. Paris de Puth.
de reintegr. feud. cap. 120. num. 1. ſic Inveſtituram nil 70
aliud eſſe intelligimus quàm apprehenſionem poſſeſ-
ſionis feudi, & eum dici in feudo inveſtiri, qui feudi,
poſſeſſionem nanciſcitur. Azor *inſtitut. moral. part 3.
lib. 3. cap 6. verſic. porrò Inveſtitura*, ita quod feudum
ſine Inveſtitura nullo modo conſtitui queat, vel poſſi- 71
deri *cap. 1.* ubi Bart. & Doctores *quibus modis feudum
conſtitui poteſt.*

Unde proceſſiſſe arbitror eam Baldi ac aliorum
ſententiam, qui ſuſtinent, quod feudum emptitium,
& mediante pretio acquiſitum ſit verum feudum, ac 72
regulari debeat ſecundum omnes leges & conſuetudi-
nes feudales, ut plurima Doctorum citatione probat
Rot. coram Merlin. *deciſ. 670. num. 12.* & latè diſcurrit
Sonsbæius *in comment. ad uſus feudi part. 4. à num. 7.* Bi- 73
mius *conſ. 58. num. 7. tom. 1.* Mart. *conſ. 2. num. 45. verſic.
ad ſextum* Zuccard. *conſ. 8. num. 71.* licet feudum de-
finiatur, quod ſit benevola rei immobilis, vel æqui-
pollentis conceſſio alicui facta; ſuiſque hæredibus
maſculis legitimis per Inveſtituram cum utilis domi-

nii tranſlatione retenta proprietate ſub fidelitate, &
exhibitione ſervitiorum honeſtorum, ut ex Obert. *in*
74 *cap. 1. §. hujus autem, in quibus cauſis feudum amitta-*
tur, obſervavit idem Sousbexius *ubi ſupra num. 1.* un-
dè dicimus, feudum nuncupari beneficium, eo quod
natura ſua ex benevolentia dantis procedat Mantic.
75 *de tacit. lib. 23. tit. 2. num. 2.* Chaſſaneus *in Conſuet. Bur-*
gund. rub. 3. tit. des Fiedz. in princ. num. 7. licet enim
in feudi acquiſitione pretium fuerit erogatum priori
Vaſſallo, hincque excludi videatur benevola Domi-
ni conceſſio, cum tamen emptor debeat à Domino
petere Inveſtituram, & ab eo ipſum feudum recog-
noſcere, feudum ipſum ſub formalitate (licet in
ſubſtantia acquirens illud vere habeat ex marſupio
ſuo) intelligi poteſt ex Domini munificentia proceſ-
ſiſſe. Lanar. *conſ. 8. num. 12. 17. num. 2. verſic. ſecun-*
76 *do dicunt, & 89. num. 19.* cum ſua omnia faciat Prin-
ceps, quibus ſuam impertitur auctoritatem *l. 1. §. ve-*
ſtra, C. de veter. Jure enucl. §. hac igitur in prohem. Di-
geſt. ita Theſaur. in propoſito *deciſ. 146. num. 9. verſic.*
nec obſtat. pluribus Marta *de ſucceſſ. legal. part. 4. qua-*
77 *ſtion. 21. art. 19. num. 52. & 53.* ideoque feudum etiamſi
non ſit gratuito conceſſum, adhuc dicitur bene-
ficium, ac plurimum habere gratiæ. Mantica *ſupra*
num. 10. imò magis participare de gratia, quam de
contractu. Joannes Crot. *conſ. 78. num. 3. volum. 1.* Mar.
Anguiſſola *conſ. 23. num. 14.* Porrò hæc ſemper debent
in feudi acquiſitione intervenire, aſſenſus ſcilicet Do-
mini, ac Inveſtitura (prout intervenere noſtro in ca-
78 ſu) & tamen dicimus feudum acquiri titulo oneroſo,
& non lucrativo, quando acquirens feudi erogat pre-
tium. Rot. relata per Fulgin. *de Jur. emphyt. ſub rub.*
de contr. emphyt. quæſt. 24. num. 18. Grilenzonius *con-*
ſil. 144. num. 11. Rot. videnda *in proximè allegenda Ca-*
79 *ſenatenſ. Emphyteuſ. num 35.* & quod filii hoc pacto
acquirentis verè dicuntur habere feudum à Genitore
non à Domino, ſicuti teſtantur innumeri, quos alle-
gat & ſequitur Surd. *conſ. 427. ſub num. 12. verſic. ter-*
tio non reſiſtit alias, iterum dico, ea opinio diſtinguens
inter acquiſitorem titulo oneroſo, & lucrativo foret
80 falſa, & de ſubjecto non ſupponente, cum tamen illa
procedat ſive emptio facta ſit à Domino, ſive à Vaſ-
ſallo, quo caſu, ut ſupra probatum eſt, citra omnem
aleam dubitationis expectari debet aſſenſus Domini, ac
Inveſtitura, quæ nequaquam tollunt, quòd primus
acquirens nequeat diſponere de feudo, teſte ipſo Bel-
lono *relat. conſ. 9. num. 34. juncta facti ſpecie*, ex qua,
ut dictum eſt, conſtat de acquiſitione feudi à Vaſſallo,
obtenta ſucceſſive à Domino Inveſtitura, qua non ob-
ſtante, probat Bellon. quod ille feudi acquiſitor feudi
rectè poterat feudum prælegare.

81 Quòd autem ea opinio diſtinguens inter acquiren-
tem titulo oneroſo, & lucrativo, & concedens ipſi
acquirenti titulo oneroſo facultatem diſponendi de
feudo diſtinctè procedat, ſive acquiſitio facta fuerit à
Domino, ſive à priori Vaſſallo cum Domini aſſenſu,
poſt Decian. *reſponſ. 58. num. 49. verſic. attamen proce-*
dit etiam quando à Vaſſallo volum. 2. Menoch. *conſ. 498.*
à num. 18. verſic. nec obſtat. Peregr. *conſ. 22. num. 6.*
verſic. & quamvis lib. 2. Theſaur. *deciſ. 546. num. 8. ver-*
ſic. nec obſtat. Gozadin. *conſ. 75. num. 14. junct. Thema-*
te. Fachineum *conſ. 14. num. 2. in primo.* Surd. *conſ. 427.*
vidend. num. 13. verſic. & non curo quòd feudum fuerit
à Domino, vel ab alio cum Domini conſenſu, quos al-
legat, & ſequitur Rot. *ſtatim citanda* (quibus ego
addo Alciatum *in Lugdunenſ. impreſſ. lib. 3. conſ. 6. nu-*
mer. 6. & Bellon. Jun. *dicto conſ. 9. num. 34. juncta facti*
ſpecie. Bero. *conſ. 65. num. 45. in primo.* Reuſner. *lib. 3.*
conſ. 11. num. 65. juncto num. 57. verſiculo quod feudum
ſit empititium) optimè compertum fecit dicta Rota *in*
Caſanatenſ emphyteuſ. 14. Decembris 1635. coram Mer-
lin. *inter ejus impreſſas deciſ. 699. in ordine à num. 31.*
his verbis, quo ſatis aptè ferri poſſunt pro dirimenda
quæſtione, & quæ ut lector relevetur ab incommo-

do adeundi librum, tranſcribimus ut jacent. *Præci-
pua autem difficultas* (inquit Rota) *ut ingenuè etiam ab Informantibus pro Laura aſſerebatur, erat in eo poſita, an verè Paulus ſenior dici poſſit primus acquirens ex titulo oneroſo, ex quo non emit à Domino directo, ſi enim non acquiſiviſſet titulo oneroſo, non potuiſſet præjudicare Lauræ comprehenſæ in Inveſtitura, quia hoc caſu inveſtiti non dicuntur habere bona ex beneficio acquirentis, ſed ex beneficentia Domini, nec dicitur contemplata principaliter ſola perſona acquirentis, & bona conſiderantur non tanquam profectitia, ſed tanquam adventitia, in quibus Pater non poteſt præjudicare filiis, & illis beneficium tertii, ac jus quæſitum auferre, ut diſtinguit Bald. in l. 1. num. 32. C. per quas perſonas nob. acquir. Aretin. in l. cum Servus §. ſi quis alicui num. 7. verſic. prima concluſio, ff. de legat. 1. Crot. in l. qui Romæ, §. duo fratres n. 141. ff. de verb. oblig. Curt. Jun. de feud. part. 4. num. 132. verſic. quid ergo concludend. Surd. conſ. 305. num. 36. & conſ. 351. num. 28. Menoch. dicto conſ. 561. num. 11. cum ſeqq.*

Verùm Dominis viſum fuit bona hæc emphyteutica per Paulum Seniorem re vera ex titulo oneroſo fuiſſe acquiſita, quamvis emptio fuerit facta à tertio, non autem à Domino directo, ſemper enim ſubſiſtit, quòd non ex liberalitate Domini, ſed ex propria pecunia bona illa habuit, & filii, ac Nepotes non fuiſſent in Inveſtitura vocati, ſi Paulus non emiſſet, neque hujuſmodi bona accepta referre debent beneficio Domini, ſed marſupio Pauli, cujus intuitu conceſſa fuit inveſtitura bonorum emptorum, filii autem ex pacto Patris vocati, & Domino directo incogniti nihil vel pecuniæ, vel laboris, vel meritorum præſtiterunt, & ſic non fuit habita contemplatio eorum, ſed tantùm Pauli & ejus pecunia quæ ponderantur ad effectum dignoſcendi titulum oneroſum acquiſitionis, juxta theoric. Bald. in dicta l. 1. num. 32. C. per quas perſonas nob. acquir. Menoch. conſ. 286. num. 8. & 12. conſil. 309. num. 19. ubi quod tali caſu totum Jus remanet radicatum in perſona Patris, & dicto conſ. 161. num. 28. & ſeqq. Natta conſ. 504. num. 3. & ſeqq. & conſ. 674. n. 14. D. Galvan. conſ. 8. num. 28. 37. 42. & ſeqq. aſſerentes nummos, vel merita acquirentis efficere bona profectitia, ita ut dari, & adimi ab ipſo poſſint, & cenſeri data ab eo filiis, dum per contrarium Judicium non mutatur voluntas, quod etiam advertit Surd. conſ. 19. num. 18. & Manent. conſ. 43. num. 112. lib. 1. Caſtill. quotid. controv. part. 4. cap. 5. num. 38. & 43.

Et quamvis Eccleſia non receperit pecuniam à Paulo, tamen certum eſt, quod Paulus, à quo cauſam metiri debemus, ſuſtinuit onus impenſæ, & pretium numeravit aliis Inveſtitis ab Eccleſia, à quibus facilè antea Eccleſia, vel pecuniam, vel merita acceperat.

Ideoque neque Inveſtituram denegare poterat Paulo, dum non habebat impedimentum, & hinc excluditur liberalitas Domini directi, nihil enim dedit de ſuo, quia dominium directum penes ipſum remanſit, dominium autem utile, quod jam erat evulſum ab Eccleſia ex contractu emptionis, Paulus acquiſivit à primis emphyteutis, & ſic Eccleſia ſolùm conſenſit tranſlationi dominii utilis de primis poſſeſſoribus in Paulum, tota autem acquiſitio bonorum profecta eſt ex pecunia ipſius Pauli ſoluta iiſdem poſſeſſoribus, nullaque contemplatio habita fuit filiorum, ſed tota fuit Pauli Senioris, qui pecuniam ſolverat, ita in his terminis, quod nihil ferat, an emptio facta fuerit à Domino directo, an ab alio Emphyteuta, ſeu Vaſſallo, ad hoc ut primus acquirens dicatur acquiſitor ex titulo oneroſo, & ſic de bonis poſſit liberè diſponere tradunt Gozadin. conſ. 75. num. 14. junct. Themate conſilii. Theſaur. deciſ. 146. num. 9. verſic. Non obſtat, & luculenter Surd. conſil. 427. num. 13. 14. & 15. conſ. 305. num. 35. verſic. prædicta autem ſententia, & num. 36. ubi quod ſufficit etiam rem fuiſſe in ſolutum à Creditore acceptam. Peregr. conſil. 22. num. 6. verſic. & quamvis lib. 2. Decian. conſ. 58. num. 49. lib. 2. Menoch. conſ. 498. verſic. non obſtat. D. Fachin. conſ. 14. lib. 1.

Non

Non obſtat quod Curt. Sen. conſ.49. num.4. ad med.
verſic. nec eſt bonum. Garzon. de Fæm'u. ad feud. reci-
pien. column.21. in 6. reſtrict. verſic. Tertio declaratur
Schrader. de feud. part.2. cap.4. num.56. Intrigliol. de
feud. cent.1. quæſt.41. num.34. Rovit. conſ.89. num.28.
dicant neceſſe eſſe, quòd pecunia ſolvatur Domino dire-
cto, nec ſufficere ſi ſolvatur tertio, quoniam prædllegati
Authores loquuntur ad effectum, ut feudum dicatur verè
emptitium, adeo ut in eo ſuccedere poſſit fœmina, quæ
regulariter à ſucceſſione feudi repellitur, cap.1. §. hoc au-
tem notan. qui feud. dar. poſſun, c. feudum, ſi de feudo
fuerit controverſ. ſed non negant, quin feudum tali caſu
dicatur ex titulo oneroſo, quamvis à tertio emptum, &
quin de eo poſſit diſponi in alias perſonas, præter fœminas
non prohibitas, & prædicta opinio Curt. Sen. habet gra-
viſſimos contradictores, ſcilicet Gozadin. Surd. Peregrin.
Decian. Menoch. & Fachin. in locis ſuperiùs adductis.
Hæc Rota, quæ paucis viſa eſt omnia objecta prævi-
diſſe illaque miro, ut conſtat, ordine diluiſſe, unde
allegari meretur judicio meo pro deciſione noſtræ al-
tercationis, licèt ipſa loquatur in terminis emphyten-
ſis, & non verſemur in quæſtione feudali, non ſolum
ex traditis in *Articulo præcedenti, verſiculo, prædictorum*
autem Doctorum, num.112. cum ſeqq. ſed etiam quia
Doctores omnes à Rota hic allegati loquuntur in ter-
minis feudi, & ipſa pariter expreſsè etiam loquitur &
82 de Emphyteuta, & de Vaſſallo *num.37.* Quamobrem
ſive feudum fuerit emptum à Domino, ſive ab alio
cum Domini aſſenſu quomodocumque ære paterno
83 quæſitum fuerit, ſemper dicitur profectitium, & ubi
emptum ab alio Vaſſallo dici nequit, quòd ex conce-
84 dentis beneficio habeatur. Dominus enim conſentien-
do alienationi feudi, quæ fit ab alio, nihil utique tri-
buit de ſuo, ſed cum poſſet actum impedire denegan-
do conſenſum, tollit, præbendo, de medio obſtacu-
lum, quæ ſingillatim plurium allegatione comprobat
Surd. *dicto conſ.427. num.14.* ad diſcrimen conceſſio-
nis factæ per ipſum Dominum rei, quæ erat ſua libera
in feudum, tunc enim dicitur totum dare, & tunc
rectè intelligitur ab ipſo concedente feudum haberi;
at quando res ipſa jam erat infeudata, & per Vaſſallum
alienatur in non vocatum, tunc quidem Dominus da-
re dicitur quidquid habet, ſed hoc quod dat in hoc
uno dumtaxat conſiſtit, quod tollit impedimentum de
85 medio; benè eſt verum, quod tollendo obſtaculum
perficit actum, atque ideò res dicitur haberi à Vaſſal-
lo, & actum venditionis perfici à Domino. Eſt Theo-
rica quam à Camerario Surdus mutuavit *ſuperiùs re-*
lato loco num.15. & conferunt tradita per Hieron. Gar-
zon. *de fœm. ad feud. recip. vel non. in ſexto reſtrictione*
verſic. at prima opinio circa fin. in 2. parte 10. tom. tract.
magn. fol.170. à tergo ibi, *ego teneo conſenſum, &c.* ubi
86 quando feudum emitur à Vaſſallo non habetur à Do-
mino niſi conſenſus, nec inveſtitus feudum ab eo aſ-
ſequi videtur, niſi præter aſſenſum ipſe Dominus ſpe-
cialiter promiſiſſet obſervare vel manutenere feudum,
tunc enim ipſe diceretur vendere; id quod pariter latè
deducit Joannes Franc. de Ponte *conſ.3. num. 1. cum*
87 *ſeqq.* & ferè per totum, dum poſt Andream obſervat
Principem alienationi feudi aſſenſum præſtantem non
cenſeri aliquid de ſuo donare vel remittere.

Et licet Venturin. *conſ.37. num.62. junct. num. ſeq.*
88 hiſce minimè aſſentiat volens, quod quando feudum
emitur ab ipſo Domino, quæſitum quidem dicatur ti-
tulo oneroſo, ſecùs verò ſi quæſitum à Vaſſallo Do-
mino aſſentiente allegando ad ſuæ confirmationem di-
89 ſtinctionis Roſenthal. *in ſinopſi feudal cap.7. concl.34.*
num.2. attamen ſi benè legatur *tota dicta concluſio 34.*
compertum habebitur, eundem Roſenthal. non ſatis
ejus aſſumptum probare, vel ſaltem hujuſmodi diſcri-
men in ſenſu ſuo fortè non ſine ratione excogitatum
minimè congruere terminis noſtræ quæſtionis, *ibi*
90 enim (ſicut etiam animadverterat Rota *in Caſanatenſ.*
emphyteuſ. ſuperiùs relata) Auctor quærit, numquid
fœmina in feudo emptitio ſuccedat, & licet *num.2.*
per Venturinum allegato quæſtionem referat à non-
nullis definiri fœminarum ad vota, dummodò Vaſ-
ſallus feudum emerit à Domino, ſecus ab alio Vaſſal-
lo cum ejuſdem Domini aſſenſu, ipſe tamen *num.7. cum*
ſeqq. fœminam indifferenter non ſuccedere in feudo 91
emptitio tamquam communem, & in Camera proba-
tam ſententiam, quavis diſtinctione poſtpoſita, ſtatuit
ac firmat: Bene eſt verum, quod in gloſſa cap. inquit,
quod poſito, ſed non dato fœminam ſuccedere in feu-
do empto, præfatam diſtinctionem omninò retinen-
dam cenſeret, data his verbis ratione: *Cum hoc feu-*
dum reſpectu Domini ſit omnino gratuitum, nec illi obeſſe
debeat, quod hic Vaſſallus ab alio Vaſſallo, quem domi-
nus gratis de eo inveſtierat, hoc enim, ex quibus con-
ſtat, quod hæc diſtinctio approbatur à Roſenthal. ad
effectum tantummodo excludendi fœminam, pro cujus 92
excluſione omnis interpretatio capienda eſt, cum na-
turæ feudi repugnet, quod ad feudum admittatur, ut 93
ipſe pariter Roſenthal animadvertit *eod. cap.7. concl.33.*
num.8. vel veriùs, judicio meo, ex relata cauſali *ibi,*
nec illi obeſſe debet, &c. liquet eandem diſtinctionem ad-
mitti, quando in quæſtione eſt domini præjudicium, 94
quibus in terminis omnes Doctores in dicta gloſſa al-
legati, qui ſuperindè aliquid innuunt, expreſsè lo-
quuntur; videlicet quando fœmina hoc prætextu quod
feudum fuerit emptitium, delinquente Agnato, vel
maſculina linea extincta ſuccedere attentaret, & in quo
ſenſu nos quoque doctrinam juridicam probaremus;
ſiquidem reſpectu ejuſdem Domini, cui nihil novus
Vaſſallus præſtitit (& cui præjudicium inferretur, ut
infra demonſtrabimus, fœmina ad feudalem ſucceſſio-
nem admiſſa) feudum emptum ab alio Vaſſallo dice-
retur quæſitum titulo lucrativo, undè quoad Domi-
num, qui gratis aſſenſum præſtitit, feudum, quod ero-
gatione pecuniæ priori Vaſſallo numeratæ ultimus in-
veſtitus fuiſſet aſſecutus, dici non poſſet titulo onero-
ſo acquiſitum, nam aliàs ſine manifeſta violatione ve-
ritatis (ubi præſcindatur à Domini præjudicio) ſi Vaſ-
ſallus pretium integrum uſque ad obolum erogaſſet
ſive Vaſſallo, ſive Domino, nunquam dici poſſet ſi-
bi feudum fuiſſe donatum, illudque titulo non niſi
oneroſo fuiſſe acquiſitum, ut rectè innuit Rota *ſupra*
adducta deciſ. ac Doctores *ibidem allegati,* & Surdus
præ cæteris.

Et quidem ſumma ratione concedi poſſe videtur, 95
quod Domini reſpectu feudum non dicatur lucrativo
titulo acquiſitum, nec ei præjudicium ullum factum
cenſeri debeat, licet in ſubſtantia quæſitum fuerit in-
tegra pretii numeratione ab alia Vaſſallo, ex vulgari
regula *res inter alios acta, &c.* quòd ſanè præjudicium
fieret Domino, ſi fœmina admitteretur in feudo eo 96
prætextu, quòd eſſet emptitium, & pluribus quidem
rationibus; Primò nempè quia fœmina imbellis inepta
foret ad tuendum armis directum Dominum; Secundò
quia illum comitari non poſſet, cum publica mini-
mè patiatur honeſtas, fœminas cœtui virorum inter-
eſſe; Tertiò quia propter fragilitatem diſcurſus in re-
bus peragendis pacis bellique tempore eidem Domi-
no imbecille daret conſilium; Quartò quia de ea mo-
dicum confidere poſſet ob lubricitatem voti, cum qua-
ter mutetur in hora; Et quintò denique ob periculum
ſecreti, cum fœmina tacere neſciat, propter quæ fœ-
minam excluſam à feudali ſucceſſione ex Baldo autu-
mat Roſenthal. *eod. cap.7. concluſ.31. num.2.* & tamen 97
hæc ſunt munia Vaſſalli, quæ inter cætera Domino
cogitur exhibere ſervitia ſcilicet militaria, conſilium,
Voti conſtantiam, taciturnitatem arcani præſtare, &
cœtui intereſſe virorum. Roſenthal. *ibid.* undè ſucce-
dente fœmina inepta in his Domino inſervire, ma-
nifeſtum eſt quod ei illatum intelligeretur præju-
dicium.

Quamvis hæc omnia in hypotheſi noſtra omninò
ceſſare debeant, data ſiquidem quacumque diſtinctio-

ne,

ne, ac etiam pro vera admiſſa Theorica Venturini
98 (quamplurimum auctoritatis ſibi vendicare putamus
uti probatam ab eodem Venturino viro quidem acu-
tiſſimo, ac in controverſiis examinandis diligentiſſi-
mo, cujus eximiam virtutem veluti ab erudito Præ-
ceptoris cinere redivivam habemus tanquam in Phæ-
99 nice in D.I.C. Franciſco Reghino Patritio Pontremu-
lenſi in hac Urbe Advocato mihi præcipua dilectione
conjuncto, cujus Juris lucubrationes plurima erudi-
tione ſemper refertas ſæpiùs typis editas admirari ſo-
leo, & nunc ſummoperè diù expetitum publici Juris
factum exopto ejus Reſponſum in hac eadem cauſa
redditum pro Domino Comite Hieronymo Taraſcono
Adverſario Domini Comitis Octavii, cujus jura pro
100 tenui Minerva mea ego tueor in præſentia) admiſſa
inquam relata diſtinctione, adhuc in caſu noſtro mi-
nimè urgeret, eo quia Dominus Comes Camillus non
ſolùm titulo oneroſo à Dominis Comitibus del Fliſco,
quibus integrum pretium numeravit, acquiſivit feu-
dum, ſed titulo pariter oneroſo aſſecutus fuit aſſenſum
Domini, cui erogavit (ut *infrà num.*118. *verſic. Præterea
ſciendum eſt*, exponemus) pecuniarum quantitatem,
eamque habito reſpectu ad id quod ab eodem Domino
adeptus fuit, ſatis notabilem.

101 Nec eſt quod rurſus hic quis objiciat, quòd in ſup-
plici libello ad effectum habendi neceſſariam Inveſti-
turam porrecto, non ſemel Dominus Comes acquirens
ſupplex roget C. S. S. quatenùs ſibi plura ex gratia
concedat, & in ſpecie, ut dignetur ex ſua benigni-
tate confirmare reſcriptum factum priori libello Do-
minorum de Fliſco, & ſucceſſivam Caleſtani venditio-
nem, imò etiam ut ſibi in feudum eundem locum con-
cederet, quem convenerat ab eodem Celſitudine ſua
recognoſcere in feudum ibi: *Con obligo al detto Cava-
glier Taraſconi Oratore di reconoſcere per ſe ſuoi figlioli, e
deſcendenti maſchi in infinito in feudo da V. A. li detti
luoghi, &c.* & paulò poſt: *nel quale v'è il patto di rico-
noſcere da V. A. il detto feudo in titolo di Contea già eret-
to.* Et infrà: *Reſta al detto Cavaglier Camillo Oratore di
ſupplicarla (per pienamente godere della gratia conceduta-
gli) come humilmente la ſupplica di reſtar ſervita per
effetto della ſua benignità di confermare, e coroborare con
la pienezza della ſua Podeſtà Ducale non ſolo il reſcritto,
&c. mà etiamdio il medemo Inſtromento di vendita, e con-
cedergli ſucceſſivamente in feudo, &c.*

102 Quoniam cum apertè liqueat feudum emptum à
Dominis de Fliſco, nilque Domino Comiti traditum à
Celſitudine ſua, quæ utique directum dominium ſibi
retinuit, nec tranſtulit utile, quod apud ipſum non
erat, ſpecioſæ ex dicendi formulæ, ac ab humili re-
verentis Vaſſalli obſequio ſcriptæ, nil aliud ſignificant,
quàm obſequentiſſimam aſſenſus Sereniſſimi implora-
tionem, quod ſatis compertum faciunt ea verba prio-
ris ſupplicis libelli eorum de Fliſco ibi: *Sperano che ſia
l'A. V. per fargli gratia, di rimettergli la detta caducità,
poich' eſſi bramano di far vendita di detto feudo, ſua giu-
riſditione, e beni al Cavaglier Camillo Taraſconi per il
prezzo frà loro convenuto, intervenendovi però il bene-
103 placito, e conſenſo di V. A.* imò ſi ex Inveſtitura ſimilis
feudi empti ab alio Vaſſallo diceret expreſsè directus
Dominus, quod feudum illud de novo concederet, ne-
glecto verborum cortice, genuina foret interpretatio
pro nuda conceſſione conſenſus, ut rectè obſervavit
Camerarius penes Surd. *ubi ſupra num.*15. *in fine*, &
conferunt tradita per Bald. *in l. qui ſe Patris* 3. *n.*34.
C. de bonor. poſſ. unde liber. quem ſequuntur Jaſon. *con-
ſil.*57. *num.*7. *in primo*, dicens multum ſingulare. Ger.
Spin. *conſ.*16. *num.*44. Intrigliol. *de feud. Cent.* 1. *quæ-
ſtion.*18. *num.*18. ubi quod ſi Princeps in Inveſtitura
104 feudi empti utatur verbo: *Indulgemus*, vel: *donamus*,
vel alio ſimili, feudum intelligitur quæſitum per con-
tractum, non ex Domini privilegio, vel munificen-
tia, imò etiamſi adeſſent verba: *donamus & ex cauſa
donationis pleno Jure transferimus*, adhuc contractus
feudi non intelligeretur tranſlatus in contractum ſim-
plicis donationis, ut, reprobato Oldrado, decidit Rota
coram Merlin. *deciſ.*70. *num.*18. & juvat demum ad 105
hæc Grat. *reſponſ.*4. *in primo*, ubi probat in eo feudo
tanquam novo non habere locum Jus accreſcendi, nec
propterea revocari poſſe tranſactionem ſuper eo fa-
ctam per acquirentem, non obſtante quod in caſu ſuo
(ut conſtat *num.*9.) in Inveſtitura legerentur verba:
in Comitatum erigimus, conferimus, & donamus.

Præterea quidnam importet noſtro in caſu, quod 106
D. Eq. Camillus recognoſcere vellet Caleſtanum in
feudum à Principe, & quid in mente habuerit hac di-
cendi formula indicandi, conſtat non obſcurè ex eo
quod juxta ſuperiùs allata verba libelli per eum por-
recti refert id conventum in libello dato per Dominos
de Fliſco ibi. *Eſſendoſi compiacciuto V. A. S. con ſuo
reſcritto fatto ſotto il dì* 16. *Genaro corrente* 1650. *alla
ſupplica data dall' Abbate e Conte Claudio, &c. con obli-
go al detto Cavaglier Camillo Taraſconi Oratori di rico-
noſcere, &c. in feudo da V. A. li detti luoghi, &c.* & ta-
men in dicto libello aliud ſuperindè non exprimitur,
niſi quod ipſe D. Eques deberet reportare à C. S. S. In-
veſtituram conſuetam, ei pollicendo fidelitatis Jura-
mentum his verbis, *reportando poi da V. A. la dovuta
Inveſtitura, e preſtargli il neceſſario Giuramento di fedel-
tà, &c.* ſicuti etiam in eodem libello refertur, conven-
tum in Inſtrumento acquiſitionis feudi; quod ipſe D.
Comes deberet recognoſcere dictum locum in feudum
his verbis: *Eſſendoſi in conformità della gratia di V. A.
ſtipulato un' Inſtromento di tal vendita, &c. nel quale v'è
il patto di reconoſcere da V. A. il detto feudo, &c.* & tamen
in dicto Inſtrumento non leguntur ſuper hoc alia ver-
ba quam iſta: *attentis gratia, beneplacito, conſenſu, &
licentia C. S. S. & diſpoſitione Majoris Magiſtratus, &
interveniente de novo conſenſu C. S. quatenus opus ſit &
non aliter, &c.*

Et quamvis etiam admitti poſſit ſine veri præjudi- 107
cio, quod attento dicto ſupplici libello, verè D. Co.
Camillus voluerit ab ipſo Domino Caleſtanum reco-
gnoſcere in feudum Comitatus, etiam in ſenſu impor-
tante, quod voluerit aſſequi à Domino aliquid aliud
præter conſenſum & Inveſtituram, puta privilegium,
ac indultum, quod dictus D. Eques Camillus acqui-
rens, ac ab eo deſcendentes denominarentur Comites,
ut in eo legitur poſtulatum, adhuc parum opitularetur
Dominis Comitibus Actoribus, non ob id, quod in his 108
terminis obſervat Surd. *dicto conſ.*417. *ſub num.*15. *ver-
ſic. addo* nempè quòd, quando etiam a principio ipſum
feudum verè conſtituitur à Domino, & ab eo utile
transfertur dominium in Patrem, qui cum ipſo D. con-
trahit, adhuc feudum deſcendit non à ſolo Domino
abſolutè, ſed mediante Patris contractu, ejuſque ſti-
pulatione, ita quod quoad Patrem ſuſcipientem feu-
dum deſcendat quidem à ſolo Domino, ſed quoad fi-
lios proveniat à Patre, qui pro illis ſtipulatur, ideoque
Jus filiis quæſitum per paternam ſtipulationem cenſeri
debeat profectitium, ut ratiocinatur idem Surd. *ſuprà
ante num.*16. *& ſub num.*45. *verſic. quod ſi feudum*, &
*antea num.*13. *pluribus allegatis*; non inquam ex hoc 10
fundamento, quia ſi feudum fuiſſet gratis, & ex Do-
mini beneficentia ac liberalitate conceſſum, foret filiis
quæſitum Jus omninò irrevocabile ad feudum, de quo
proindè tanquam habito titulo lucrativo, primus In-
veſtitus, congruenter diſcurrendo juxta conciliationem
in alio articulo firmatam communi Doctorum voto
probatam, non poſſet diſponere.

Sed parum juvaret Dominos Comites Actores, quo- 110
niam certè non aliud prætendi poſſet, D. Comitem aſ-
ſecutum, quàm erectionem feudi in Comitatum, be-
nignam videlicet conceſſionem, quod ipſe D. Comes
acquirens, ejuſque filii, ac deſcendentes denomina-
rentur Comites; nam quoad feudum, ſcimus acquiſi-
tum cum ejuſdem Principis aſſenſu à Dominis Comi- 111
tibus del Fliſco: plurimum ſiquidem differunt ipſum
Corpus

Corpus feudi ab ejuſdem feudi titulo, ſeu dignitate adjecta, ut apertiſſimè conſtat ex tradit. per Capyc. Latr. *conſul.23. num.74. cum ſeqq.* ubi quod quamvis de feudo empto à communi Patre teneatur Primogeni-
112 nis dare Secundogenitis partem pretii, non tamen tenetur dare partem pecuniæ, cum qua titulus fuit emptus, ſecutus Rovit. *lo o ibid. allegato*, qui idipſum etiam meliùs docuit *ſuper Pragmatic.25.de feud.num.58.*
113 ubi tractando de contributione integri pretii, quam Primogenitus ſuccedens in feudo novo facere tenetur fratribus, quærit an in hujuſmodi contributione habenda ſit ratio dignitatis eidem feudo adjectæ, ſicque ſupponit aliud eſſe feudum, aliud dignitatem, quodque licèt hæc dici debeat conceſſa à Principe, adhuc
114 illud remaneat in ſua natura novi emptitii, & onerosi, quæ optimè prævidit, ac ſcitè excitavit adversùs Bart. *in l.1. §. nec caſtrenſe num.7. de collat. bon.* diſertiſſimus Ant. Faber. *de error. Pragmat. decad.41. errore 10. num.4.* licèt ipſe benignius indulgere potuiſſet Bartolo ſuam reprehenſionem dum allata *dicto num.7.* sa s benè conciliari poterant cum iis quæ tulerat *num.4.* ubi huic ipſi Fabri, & aliorum ſententiæ favere videtur docens, quod in controverſia collationis conſiderandum non ſit, quantùm Pater erogavit in quærenda militia filio, ſed conſiderari debeat æſtimatio militiæ vendibilis, ac ſubdens quod non confertur militia quantum ad dignitatem, ſed hæc ex ſupputatione detrahi debeat; quam quidem Theoricam à Bart. deſumptam tulit in propoſito Merlin. *de legitim lib.2. Tit.1. quæſt.5. num.8.* Hanc ipſam animadverſionem fecit Doctiſſimus D. de Luca *in ſuperius commendato ſecundo reſponſo in hac cauſa dato verſic. quodque aliud*, quæ pariter confirmant tradita per I.C. Petrum Petracinium *in conſult.* Capyc.Latr. *conſult.14.num.21.* ubi
115 quod ſeparatur Principis nomen à Principatu, illudque retinere poſſit, tametſi hic penes extraneos reſideat; & *num.*23. ubi quod denominatio, titulus & di-
116 gnitas Principis deferri potiùs videntur jure ſanguinis, quam hæreditario, ac hujuſmodi conceſſio facta à Principe, ſeparata intelligitur ab ipſa conceſſione feudalium.

117 Quare jus quod virtute Inveſtituræ prædictæ ſibi poſſent quæſitum prætendere Domini Comites Adverſarii, totum in ſubſtantia verſari videretur circa ipſum feudi Titulum, quem unicum dici poteſt à Principe efflagitatum ac obtentum; Quare concluſiones omnes quæ ferri poſſent pro ipſis Dominis Comitibus Actoribus, in hoc unum collimare poſſe videntur, quòd nempè D. Comes Camillus non potuiſſet contraria ſua diſpoſitione præjudicium ipſis tanquam ab eo deſcendentibus, ac à Principe in Inveſtitura in hoc contemplatis inferre, quin participarent de dicto Titulo & dignitate Comitatus, ac propterea denominarentur Comites, quod tantùm abeſt D. Co. Camillum unquam in animo habuiſſe, ut potiùs in ipſo poſtremo ejuſdem Elogio quandocumque de eis mentionem fecit, ſub hac Comitum denominatione continuò nuncupaverit.

118 Præterea ſciendum eſt, quòd ipſe D. Comes Camillus recenſitam facultatem, quòd ipſe ejuſdemque deſcendentes nominarentur Comites (etiam ſi admittatur, quòd D. Eques Camillus voluerit feudum recognoſcere à Domino, quatenùs ab eo aſſecutus fuit gratiam, quòd ipſe, ejuſque deſcendentes poſſent denominari Comites) adhuc, non ex mera Principis gratia obtinuit, ſed titulo ſatis oneroſo, cum Sereniſſimæ Ducali Cameræ ad hunc effectum perſolverit pretium Ducatorum mille Argenteorum, quod equidem habito reſpectu ad pretium integrum feudi erogatum de Principis conſenſu, Dominis de Fliſco (quibus ad hunc effectum Celſitudo ſua remiſit feudi caducitatem ut ex eorum ſupplici libello ibi: *Null ad meno onſidati deti Conti fratelli nel ſommo della Sereniſſima ſua benignità, ſperano che ſia l'A.V. per fargli gratia di rimittergli la detta caducità per l'effetto infraſcritto, poiche eſſi bramano di far vendita di detto Feudo, ſua Giuriſditione, e beni al Cavaglier Camillo Taraſconi per il prezzo fra loro convento.* & infrà: *H m mente la ſupplicano, &c. di concedergli di nuovo, &c. il detto feu o, &c. e poi di poterlo vendere al detto Cavaglier Camillo Taraſconi per ſe ſuoi figlioli, e deſcendenti in perpetuo, & a chidara per il prezzo frà loro concordato, & al detto Cavaglier Taraſconi di poterlo liberamente comprare, riportando poi dall' A.V. la dovuta Inveſtitura, e preſtargli il neceſſario Giuramento di fedeltà &c.*) quod inquam pretium ducatorum mille habito reſpectu ad pretium integrum feudi de Principis conſenſu erogatum Dominis de Fliſco pro acquiſitione dominii utilis, non videtur tenue pro ſola Comitalis nomenclaturæ acquiſitione; undè ex quocumque latere res conſpiciatur, undequaque feudum hoc acquiſitum apparet titulo oneroſo, nilque prorsùs, ac omninò habitum titulo lucrativo ex mera gratia & liberalitate, ſicque filii, quibus ſanè jus ullum ad feudum non deſcendiſſet, ſi à Domino Comite acquirente feudum emptum non fuiſſet, non à Sereniſſimo Principe illud debent recognoſcere, ſed à Patre.

Omni in caſu, quando etiam memorati feudi con- 119
ceſſio tota daretur Domino concedenti, adhuc tamen quia illi penè ignota erat filiorum perſona, præſumitur quòd eos vocaverit contemplatione Genitoris. Surd. *dicto conſ.427. num.16. verſic. ſecunda eſt ratio*, & nos latè in priori Articulo monſtravimus; quare hic quoque repetitur ibidem ſufficienter diſcuſſum, quòd ſcilicet Jus filiis quæſitum ex prædicta Domini vocatione reputari debeat profectitium, juxta allegat. text. *in l. profectitia 4. de Jur. dot.* ibi, *Profectitia dos eſt, quæ à Patre vel Parente profecta eſt de bonis vel facto ejus*, & ibi, *quid ſi Patri donaturus dedit? Marcellus lib 6. Digeſtorum ſcripſit hanc quoque à Parente profectam eſſe, & eſt verum.* Surd. *dicto conſ.427. num.17.*

Hinc ſatis clarè licet inferre, numquid ullum vali-
dum fundamentum ſumi queat contra D. Comitem 120
feudi prælegatarium ex objectato ſupplici libello, cujus tamen difficultatem breviori, ac faciliori via nonnulli fortè evaſiſſent, animadvertendo, quod ille porrectus non fuerit à D. Co. Camillo, ſed à D. Comite Octavio ejus Procuratore, qui tamen non ſatis diligenter viſus fuit ſervare fines mandati juxta præſcriptum *l. diligenter 5. mandati, cum vulgatis*; quamvis enim haberet facultatem preces porrigendi Sereniſſimo Principi, ea tamen reſtricta legitur à clauſula (*in præmiſſis*) hoc eſt preces porrigendi pró obtinendo aſſenſu & beneplacito à Celſitudine ſua: enim verò nil aliud in mandato continetur, quàm ipſius D. Comitis Octavii electio in Procuratorem ad faciendum Inſtrumentum emptionis feudi nomine D. Comitis ejus Patris, *reſervato, & accedente conſenſu, & beneplacito Sereniſſimi D. Ducis noſtri.* Quamobrem aliquis objicèret quod gratis, & ultra ſibi commiſſa omninò D. Procurator in dicto ſupplici libello appoſuerit, præter illa quæ meri aſſenſus, ac Inveſtituræ imploratiomi concernerent. At nos qui exiſtimamus nullum indè oriri impedimentum ad infringendum, ac evitandum implementum diſpoſitionis D. Comitis, ad præſidium hujuſce exceptionis non convolamus.

Unum ſolummodò ex abundanti innuimus ad indi- 121
candam amplitudinem facultatis D. Comitis acquirentis, quod poſtremus hic ſupplex libellus à D. Co. Octavio procuratorio nomine porrectus Sereniſſimo Domino eſt omninò relativus ad priorem libellum eidem Sereniſſimo porrecto per Dominos Comites de Fliſco, & per ipſum D. Co. Camillum, & ad Inſtrumentum acquiſitionis feudi prædicti, imò in illo horum confirmatio enixè, & expreſsè efflagitatur his verbis: *Reſta al detto Cavaglier Camillo Taraſconi Oratore di ſupplicarla, &c. di confirmare e corroborare con la pienezza della ſua Podeſtà Ducale non ſolo il reſcritto fatto alla*

Digitized by Google

126 *In Inſtrumento acquiſitionis feudi Caleſtani nullum verbum de filiis, & deſcendentibus, ſed potius oppoſitam ſtipulationem pro hæredibus.*

127 *Clauſula cæterata poſt verbum (ſtipulanti) vel (acceptanti) extenditur pro ſe ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque.*

128 *Item poſt verbum (præſenti.)*

129 *Item & poſt verba (pro ſe.)*

130 *Feuda ubi expreſsè non leguntur acquiſita pro filiis uti filiis, præſumuntur acquiſita pro filiis uti hæredibus.*

131 *Clauſula (ſi ità ſibi placuerit) & (in ea forma & modo quæ ſibi videbitur) appoſita in ſecundo ſupplici libello vim Inveſtituræ habente æquivalent clauſulæ (quibus dederis.)*

132 *Etiam ad effectum liberæ facultatis diſponendi de feudo.*

133 *Saltem in comprehenſos in Inveſtitura.*

134 *Bellonus quatenus ſumeretur in ſenſu nobis contrario, notandus eſſet de Palinodia.*

135 *Declamatio Marta adverſus fidem conſulentium noſtri temporis.*

136 *Series facti & exitus controverſiæ in qua patrocinium præſtitit Bellonus objectato, conſ. 55.*

137 *D. Co. Camillus antequam ultimum conderet elogium conſuluit D. Advocatum de Luca, ut ſibi candidè pro veritate exponeret, numquid poſſet de feudo controverſo diſponere.*

138 *Non habenda ratio de reſponſo ſeu Conſilio Doctoris contra quem judicatum fuit.*

139 *Orificius olim Præſes Neapolitani Senatus conſueverat dicere allegantibus ſibi conſilia, quod voluiſſet videre ſententias ſuper iis latas.*

140 *Exempla magnorum Tribunalium plurimum attendenda pro deciſionibus cauſarum.*

1 VEra dabitur ex adverſo in ſuperiori Articulo allata concluſio tot Doctorum votis commendata, tot Tribunalium probata ſuffragiis, quod primus acquirens titulo oneroſo pro arbitrio ſuo de feudo vel emphyteuſi ex pacto rectè diſponat, ſecus verò in feudo vel emphyteuſi quæſita titulo lucrativo ex benefica Domini munificentia, imò forſan hinc Domini Actores præſentem altercationem enodari contendent eorum favore; ſi enim feudum Caleſtani fuiſſet relictum in ſimplicibus terminis emptionis, & in priſtina ſui natura, utique negari non poſſet, quin cenſeretur ab acquirente proveniſſe, qoi proindè de eo tanquam profectitio, & ex ſua providentia acquiſito potuiſſet liberè diſponere: Verùm poſtquam ad Sereniſſimum Directum Dominum recurſum habuit D. Comes ſupplex rogando pro erectione in Comitatum his verbis, quæ in ejus ſupplici libello leguntur. *Reſta al detto Cavaglier Camillo Taraſconi di ſupplicarla per pienamente godere della gratia concedutagli, come humilmente la ſupplica, di reſtar ſervita per effetto della ſua benignità di confirmare, e concedergli ſucceſſivamente in feudo di Contea eretto, e come ſopra, qual habbia la natura di feudo antico, nobile, e gentile, & avito al detto Cavaglier Camillo per lui ſuoi figlioli deſcendenti Maſchi legitimi e naturali, nati e procreati, e che naſceranno, e ſaranno procreati di legitimo matrimonio in infinito li detti luoghi e feudo di Caleſtano, &c.* poſtquam inquam pro dicta erectione in Comitatum rogavit, idque obtinuit, contendent fortè Domini Adverſarii, quod feudum mutaverit priſtinam ejus naturam, & factum feudum dignitatis amplius dici nequeat à Patre profectum; neque enim Pater eſt qui Comitatus dignitatem tribuit feudo, quia nec poterat, ſed Princeps ex mera gratia & liberalitate: Nec quidquam facere videtur, quod ipſummet feudum eſſet emptitium, quia non res quæ in Comitatum erigitur, ſed ipſamet erectio conſiderari debet, ut dicatur ab aliquo proficiſci; Itaque licèt res eſſet paterna, imò allodialis, quia tamen fuit erecta in Comitatum à Principe, ab hoc non à Patre dicuntur filii Jus habere. Iſta eſt ratiocinatio, quam ſuis ipſis verbis mutavimus à Bellono Juniore *conſ. 55. num. 31. & 33.* & quam allegatione Abbatis, Tiraquelli, Rolandi, & Menochii probari prætendit.

Ut autem objectum hoc, quod ſatis primo aſpectu urgere videtur, ac premere, ſternatur radicitus, 2 præmittendum eſt Bellonum conſulere in caſu oppoſito, ac tueri partes ipſius primogeniti: Quæſtio enim erat, numquid primus acquirens feudi empti poſtea per Principem in Comitatum & primogenituram erecti poſſet poſtmodum in ejuſdem primogeniti præjudicium de feudo diſponere, vel illud alienando, vel imponendo aliquod onus ſuper eo, quod ipſi primo acquirenti non licere Bellonus contendit, & ſi conſiderentur ſingulæ auctoritates in toto Conſilio adductæ, id probant non propter ſucceſſivam erectionem in Comitatum, ſed propter formam ſpecificè ac individualiter à Domino in Inveſtitura decretam ſuccedenti Jure primogenituræ. Thema enim conſilii ponit his verbis: *Feudum novum erectum in primogenituram, an & quando poſſit à primo acquirente alienari vel onus ſuper eo conſtitui in præjudicium primogeniti.* Quamobrem quando etiam admitterentur concluſiones om- 3 nes Bellono ibidem firmatæ non urgerent in caſu noſtro, lo quo feudum à Domino erectum fuiſſe non conſtat in primogenituram, nec quæſtio eſt, nunquid acqoiſitor poſſit vel cæteros filios in præjudicium primogeniti admittere ad ſucceſſionem feudi, vel ipſum primogenitum prægravare, ſed controverſia eſt, an ipſe acquiſitor poſſit feudum ex pacto & providentia in forma, ut inquiunt communi alteri ex filiis prælegare in præjudicium cæterorum, qui caſus dubio procul ſunt oppoſiti, & plura diſcriminis fundamenta ferri poſſunt, quare illud primo acquirenti non liceat, hoc verò ei permittatur.

Et quidem prima diſpar ratio ea poteſt allegari, qua- 4 re poſſit primus acquiſitor prælegare feudum ex pacto uni ex filiis, nequeat autem filios omnes vocare ad feudum conceſſum cum clauſula Juris Francorum (hoc eſt conceſſum ea lege, ut primogeniti tantùm ſuccedant *Iſern. in cap. Imperialem, §. præterea num. 35.* 5 *de probibit. feud. alienat. per Federic.* Joan. Thomas de Marin. *de generibus & qualitate feudorum tit. 13. de feudo Juris F*[illegible] Burſar. *conſ. 148. num. 37.* Gimb. *prælud.* [illegible] *gloſſ.* [illegible] *ante num. 32.*) ea allegari po[illegible] præjudicium Domino, q[illegible] ſit ad feudum, cogitans ad ſe facilius [illegible] eo ſcilicet decedente ſine filio, quam ſi ad illud evocaſſet omnes liberos inveſtitus, unde adeſt fundamentum adimendi hanc facultatem primo acquirenti, alteratio ſcilicet ſine Domini conſenſu contra ejus voluntatem, ac in ipſius præjudicium formæ prædictæ ſucceſſionis, argumento eorum quæ tradit Petr. de Gregor. *de conceſſ. feud. part. 3. quæſt. 7. num. 12. 35. & 40.* quæ non ſolum non militant in oppoſito in caſu prælegantis uni tantum ex filiis feudum ex pacto quæſitum in forma communi, ſed conferre potiùs videntur ad hanc facultatem indulgendam, tanquam ad actum tendentem in utilitatem ejuſdem Domini.

Secunda potiſſimum diſparitatis ratio ea eſſe po- 6 teſt, quia Dominus concedendo inveſtituram feudi ſimplicis ex pacto & providentia videtur ſolùm habuiſſe in contemplatione primum inveſtitum, cujus etiam intuitu admiſit ipſum poſſe feudum tranſmittere ad ejus poſteritatem, ac propterea nullam ipſe Dominus decernit formam ac methodum ſuccedendi, ſed eam relinquit in diſpoſitione juris communis, ſic enim in conceſſione facta Titio pro ſe ejuſque filiis, ac deſcendentibus in ordine ad ſucceſſionem nulla videtur poſſe conſiderari peculiaris forma, nulla voluntas, nullum miniſterium Domini, ſed videtur quod ipſe

ipſe ſolum Titium habuerit in mente, in reliquis quo
ad ejus progeniem, ſinendo quod ſucceſſio regulari
deberet prout de Jure, non inſpecta potius perſona
unius filii, quam alterius, ſi quidem de propria ſui na-
tura, ſola juris communis feudalis diſpoſitione atten-
ta, feudum ad omnes filios æqualiter tranſit, *cap.1. in
princ. de ſucceſſ. cap.1. §. ſi quis per triginta verſic. omnes
filii ſi de feudo defuncti contentio ſit inter Dominum &
Agnatos, cap.1. circa fin. verſic. Reſpondeo ad ſolos, & ad
omnes de natura ſucceſſ. feud. c. penult. in princ. de pro-
hibit. feud. alienat. per Lotarium,* Giurb. *de ſucceſſ. feud.
prælud.6. num.20.* Intrigliol. *de feud. cent.1. quæſt.7. n.9.*
8 quando verò inveſtitura expreſsè decernitur, quod ſuc-
cedatur Jure Francorum, vel quod pertranſeat de pri-
mogenito in primogenitum, Dominus eſt qui præfigit
formam ſucceſſionis ſpecialiter obſervandam, & in-
fluit, ac inſpirat vitam, eſſe, modum ac ſolemnitatem
vivendi in ipſum feudum, ut eleganter loquitur Pern.
penes Petrum de Gregor. *dicta quæſt.7. part.3. num.35.*
à quo liceat tranſcribere hic, ut jacent, aliquos nume-
9 ros, ex quibus perbellè noſtra hæc confirmatur: inquit
igitur de Gregor. *num.31. ubi ſupra. Invenio in hac ardua
difficultate & Doctorum varietate, quod D. Gulielm. de
Pern. ſummus inter modernos ſiculos Feudiſta in conſ.11.
incipient. in inquiſitione Terræ Heracliæ, tetigit iſtam quæ-
ſtionem quaſi in individuo, numquid in perſona primi ac-
quiſitoris feudi ſit omninò attendenda, vel obſervanda ali-
qua forma conceſſionis, & ibi dicit, quod cum eſſet Judex
Magnæ R. C. in contingentia facti una cum aliis evaſe-
runt declarationem, ſeu determinationem hujus quæſtio-
nis propter contrarietates Andr. de Iſern. ſuperiùs alle-
gati, ipſe tamen conatur ibi reducere dictas contrarietates
quotam fœdere diſtinctionis ad concordiam, ut ſic fa-
cienda vis & differentia inter formam & formam, ut ſi
facta fuerit conceſſio feudi Titio & filiis vel liberis ſuis,
etiam de ſuo corpore legitimè deſcendentibus & non ultra,
nec additio quod vivatur, Jure Francorum, tunc qua-
litercumque fiat conceſſio feudi his perſonis in tali feudo
novo, hæc forma perſonalis non attendatur, ſed ipſa per-
ſona primi acquirentis, cujus reſpectu principaliter eſt fa-
cta conceſſio arg. l. ſi quis nec cauſam & l. rogaſti in princ.
ff. ſi cert. pet. & ita ſecundum eum ibi loquitur Andreas
de Iſern. ſi rectè inſpiciatur in dicto cap.1. de alienat. feud.
pat. quia licet loquatur dè conceſſione de feudi ex pacto
& providentia concedentis, non tamen loquitur: quando
in ea conceſſione eſt appoſita clauſula Juris Francorum,
& inde eſt quod dixit idem Andreas de Iſern. in cap.1.
§. quid ergo in 3. column. de inve. de re alien. fa. quod
poteſt primus acquiſitor alienare feudum ſine conſenſu
filiorum, ex quo non attenditur alia perſona quam prin-
cipalis, cui primo facta fuit conceſſio, & Dominus prin-
cipaliter eligit Patrem & ſervitium ejus magis ſibi gra-
tum, quam filiorum, ut dixit Andreas de Iſern. in cap.1.
Epi. vel Abba. ſuper illis verbis text. & ad Dominum re-
vertatur per text. in l. inter artifices, ff. de ſolut. cum
aliis adductis ibi per eum: Ubi autem forma conceſſionis
feudi eſt circa modum & qualitatem & ſolemnitatem vi-
vendi, ut puta quando Princeps ſtatuit, & informat &
qualificat ſpecialiter feudum, ut vivatur Jure Franco-
rum, & hanc vitam introducit & ſtatuit, certè hæc for-
ma eſt, & ideò penitus & omninò attendenda & obſer-
vanda & in nihilo prætermittenda, nec ab ea recedendum
& hoc caſu loquitur Andr. de Iſern. in dict. cap.1. §. om-
nes filii, qui propriè loquitur in conceſſione feudi ſub
clauſula Juris Francorum, & ſic apparet quod Andr. de
Iſern. non eſt ſibi contrarius, ſed potiùs diverſus ſecun-
dum diverſas formas conceſſionum, & ratio differentiæ
inter iſtas formas ſecundùm eum ea eſt, quia hæc forma,
quod vivatur Jure Francorum, tanquam influens & in-
ſpirans vitam, & eſſe, & modum, & ſolemnitatem vi-
vendi, totam conceſſionem apprehendit, & informat, &
afficit tam ipſum primum acquirentem, quam poſteros
ſuos præſertim cum hæc forma non poſſit dici principali-
ter introducta ejus contemplatione, ſed favore Principis
& in odium primi acquiſitoris, & reſtrictionem formæ
ut ſit aliquando ad ipſum Principem feudum reverſurum,
& inde eſt, quod dixit Andr. de Iſern. in cap.1. § præ-
terea ducatus in 4. column. verſic. ſed ſi dicatur conceſ-
ſum, de prohibit. feud. alienat. per Frideric. quod hodiè
nova infeudationes fiunt in Regno Jure Francorum, qui-
bus ſoli primogeniti admittuntur & aliis præferuntur, &
hoc vergit in odium & reſtrictionem feudatarii primi ac-
quiſitoris, ut nequeat liberè in alios diſponere, ut ibi per
eum, qui ſucceſſivè aſſignat aliam rationem, quia idem
judicari debet in novo feudo quod in antiquo, niſi in ali-
quo eorum quid ſpecialiter & diverſum conſtituatur ita
firmat Andreas in cap.1. in 4. column. verſic. in ſumma
de alienat. feud. pater. ſed cum in conceſſione feudi appo-
nitur forma prædicta, ut vivatur Jure Francorum, nulla
ſit differentia inter feudum novum & antiquum, ergo ſe-
cundum eum quod obſervatur in uno obſervandum eſt in
alio, & ideò ſicut obſervatur in antiquo, ita obſervaba-
tur etiam in novo, ſed in antiquo certiſſimi juris eſt, quod
non poteſt hæc forma prætermitti, imo neceſſario ſucce-
dit, & ſuccedere debet primogenitus tantum, ut notat idem
Andreas in dicto cap.1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud.
ergo idem obſervandum erit in novo, & ita terminavit
idem Andreas in dicto §. omnes filii & ita in effectu re-
ſidet Pern. in diſcurſu conſ. præallegat.* Huc uſque de
Gregor.

Hanc ipſam diſparitatis rationem agnovit, proba- 10
vitque Cyriac. *controv.23.* ubi *num.32.* reſpondendo ad
objectum, quod ſibi excitaverat *num. 4.* quod pri-
mus feudi acquiſitor poſſit alienare feudum, gravare
ſucceſſorem, alterare formam in præjudicium com-
prehenſorum, reſpondet hanc in primo acquirente fa-
cultatem adeſſe, ubi feudum ſit conceſſum in forma
ſimplici pro ſe & liberis, ſecus verò ſi pro ſe & ſucceſ-
ſive filio primogenito, ac deinceps primogenitis in in-
finitum, quibus inquit diſpoſitione ſua præjudicium
inferre non poſſe, cum Jus ex ipſa Inveſtituræ forma,
ipſaque conceſſione intelligatur quæſitum, ſic inquit
Cyriac. *Sed nec reſpectu alterius partis donatæ eidem D.
Marchioni, & ſic generaliter reſpondendo argumento,
dico, quod primus acquiſitor feudi ſimplicis poteſt præju-
dicare ſucceſſoribus, ſed non feudi primogenii, etiamſi
ſit primus inſtitutor primogenituræ, quia ſtatim erecta
primogenitura omnibus futuris primogenitis nedum natis,
qualis erat tunc Marchio Alphonſus, ſed etiam naſcitu-
ris dicitur Jus quæſitum, vivente etiam prædeceſſore, &
primo inſtitutore, maximè quia acceptatio fuit facta etiam
pro futuris primogenitis ibi (acceptantes pro ſe, & eorum
hæreditatibus, & deſcendentibus maſculis legitimis & na-
turalibus & ut infra) & infra iſti nominantur, ita Pur-
purat, &c.*

His contenti ſumus præ dignitate ſummi Doctoris 11
in Juriſperitia optimè meriti, ac in legali Republica
ſupra omnium invidiam perpetua digni commenda-
tione evitaſſe objectatum conſilium Belloni, licet for-
tè aliqui non defuiſſent, qui facili etiam negotio fun-
damenta omnia ab ipſo ibidem allata in ſuo quoque
caſu feudi primogenii evertiſſent; ſi enim præcipuos 12
maximè feudiſtas conſulamus, vera potiùs oſtenditur
contraria ſententia, primum nempè feudi acquiſito-
rem, etiam cum clauſula Juris Francorum, ſeu cum
expreſſa primogenituræ erectione non ligari forma,
ſed imò ad illud vocare poſſe omnes filios in præjudi-
cium primogeniti Petr. de Gregor. *de conceſſ. feud dicta
part.3. & quæſt.7.* in qua altè ac profunde, ut aſſolet,
diſcuſſa quæſtione, ſolutiſque omnibus contrariis hanc
partem inconcuſsè firmat *num.37.* eam dicens *num.44.*
veram ac indubitatam Intrigliol. *de feud. cent.1. quæſt.10.
num.76. 51. num.60. 53. 190. num.47. & 48. num.83.*
latiſſimè Cumias in *cap. Si aliquem verbo antiquis nu-
mer.182. cum ſeqq.* Ubi communis eſt opinio ab om-
nibus P. P. Regni probata. Giurb. *de ſucceſſ. feud. præ-
lud.5. num.40. in fin. §.1. gloſſ.8. num.45.* ubi quod nec
amplius controverti in Regno vidit, ac quod hodiè

protſus indubium eſt,& *num*.55. & §.2. *gloſſ*.3.*num*.89. *verſic. contrarium dixi verius*. Canet. videndus *in extravagant. volentes verſic. ſed quid ſi fuerit adjecta fol. mihi* 82. ubi refert Pern. teſtantem hanc opinionem, æquiorem, & veriorem, hancque tenere omnes Siculos, alioſque refert dicentes magnam Curiam illam amplecti, & quod non audiuntur diſputationes in contrarium afferendo etiam Jacobum Chirch. dicentem, quòd totus mundus miratus fuit de quadam ſententia contra hanc opinionem lata, & demum quod hanc opinionem prius tènuit Joan. Andreas *in Conſtitutione conſtientionem diva mem*. à qua propterea opinione cum ſit hodie recepta, & contra eam nemo audeat diſputare, ut ipſe loquitur, monet io judicando recedendum non eſſe, Milanenſ. *deciſ*.8. *num*.23. 28. 30. 39. 40. 54. & 321. Theſaur. Jun. *quæſt. forenſ.lib*.3.
13 *quæſt*.23. *num*.5. ubi innumeros allegat, demonſtrans, quod quemadmodum in feudo novo poteſt primogenituram inter vocatos conſtituere, ita poteſt conſtitutam alterare; ſeu etiam onus adjicere. Surd. *conſ*.351. *num*.26. Carolus Tapias *deciſ*.2. *num*. 264. Marta *de ſucceſſ. leg.part*.1.*quæſt*.23.*num*.42. *art*.3. Baron. *in allegat. poſt ſecundum volumen de citat. num*.203. *circa fin.*
14 quæ quidem opinio maximè vera videtur, quando feudum fuiſſet quæſitum titulo oneroſo juxta ſuperiùs allatam receptiſſimam omnium ſententiam. Intrigliol. *ſupra num*.71. de Gregor. *eod. loco num*.50.Giurb. *allat*. §.1. *gloſſ*.8.*num*.45. & indubitata prorsùs,quando pri-
15 mogenitus primi acquiſitoris tempore conceſſionis,aut mutationis formæ extitiſſet in Patris poteſtate Intrigl. *relat. loc. num* 79.

Nec auctoritates Doctorum per Bellooom allatæ
16 *num*.22. ſi ſufficientet pendantur videntut contrarium probare, nam nonnulli ut Caſtrenſ. Jaſ. Ludovic. Bolognin. Tiraquel. Peregrin. Gomez. & Aufrer. loquuntur in majoratu, & primogenio allodiali, & illorum aliqoi in majoratu ſecundum Hiſpanas erecto, quos propterea allegare noo juvat ad probandum controverſum aſſumptum, primò quia non benè arguitur de majoratu ad feudum, ut latè diſcuſſio articulo, al-
17 latiſque hinc indè fundamentis compertum reliquit Intrigliol. *de feud. cent*.1.*quæſt*.67.quod obſervat etiam Covar. *var. reſol. lib*.1. *cap*.15. *num*.14. *circa princ. ver-*
18 *ſic. & primo*, quemadmodum è contra deciſiones ac regulæ feudales non benè aptantut majoratibus Hiſpaniæ. Valenzuel. *conſ*.13. *num*.20. ubi *num*.22. advertit, quod ſi mediocris adhibeatur diligentia repericotur
19 res plures, in quibus feuda à Majoratibus differuot; regulares enim eſt, ita demùm à Jure Cæſareo ad controverſias feudales duci argumentum, quando ex deciſæ non inveniuntur de jure feudorum, quoniam
20 feudalis materia ſuis ſpecialibus legibus regitur ad text. *in cap*.1. *de feudi cognitione*. Urſin. *de ſucceſſ.feud. part*.1. *quæſt*.2. *art*.2. *num*.13. Secundo quia Hiſpanum
21 Majoratum irrevocabilem facit lex peculiaris illius Regni, de qua meminit idem Caſtrenſ. *cit. conſ*.164. *num*.1. *in* 2.

Præterea Caſtrenſ. ibidem loqnitur de majoratu ex
22 Regis munificentia inſtituto ac donato, quare etiamſi feudales regulæ Majoratui, & regulæ primogeniorum feudo aptarentur, adhuc attentis etiam noſtris principiis, cum verſaretur in majoratu gratis titulo lucrativo & non oneroſo quæſito rectè pro filiis Caſtrenſis reſpondit.

Martin. Laudenſ. & Joannes le Cirier *de primogenitura locis adductis* non loquuntur de quæſtione propoſita.

Bec. *conſ*.468. præterquam quod loquitur in feudo antiquo, nil aliud adducit *allegat. num*.48. quam dictum Caſtrenſis *conſilium* 164. quod vidimus non rectè allegari ad probandum primum feudi acquiſitorem titulo oneroſo non poſſe de eo diſponere, ſicuti pariter *conſ*.498. *num*.19.

Bolognin.loquitur de Majoratu; hujus irrevocabilitatem arguit ex conſuetudine Regni; ejus opinio nua non videtur, quia irrevocabiliratem contendit, non obſtante expreſſo pacto in majoratus conſtitutione appoſito, quod revocari poſſet ad libitum, ut patet ex Themate Conſilii, quod propterea redarguunt tradita per Molin. *de primogeniis Hiſpaniæ lib*.4. *cap*.2. *num*.78. undè nominatim dictum Bolognini conſilium reprobat Peregr. *conſ*.69.*num*.14.*verſ.ad ſextum lib*.1.

Purpurat. *conſ*.500. omitti poterat, quia loquitur in revocatione primogenituræ factæ non à primu acquirente, ut conſtat *ex themate conſilii*, ſed in revocatione facta à Pronepote ipſius acquirentis, & ſic in feudo antiquo, ſicuti pariter.

Natta, Roland. & Cephal. primus *alleg. conſ*.502. *num*.42. ut conſtat *num*.40. *præced*. ibi, *ſic etiam dico, quod Jus primogenituræ, quod in dictis feudis competit D. Philippo opera, & cura primogenitorum ſuorum, & ex contractu etiam inito per primum inveſtitum cum Hominibus Caburi, ut ei per dictam ſubſtitutionem non potuerit derogari*, id ipſum clarè apparet ex *tot. conſ.* Secundus *conſ*.10. *num*.37. *in* 3. ubi loquitur in primogenitura erecta in conceſſione Imperatoria facta Avo illius qui contendebat, undè manifeſtum eſt Rolandum non actitaſſe ibi quæſtionem primi acquirentis, Tertius demum *conſ*.12. ut conſtat *ex ipſo argumento Conſilii* quod ita ſcribit. *Pater an poſſit cum conſenſu Principis reducere feudum antiquum ad primogenituram, & deindè idem Pater poſſit renunciare dicto Juri primogenituræ*.

Iſern. *in cap*.1. §. *præterea num*.38. *verſic. ſi dicatur de prohibit. feud. alienat. per Federic.* loquitur indiſtinctè, quod quando feudum provenit ex munificentia Domini, ſi ad illod ex tenore inveſtituræ omnes filii vocantur, nequeat Pater illis præjudicium afferre, quod non urget contra nos, qui admittimus in feudo ex dantis monificentia proveniente paternam non valere ordinationem.

Guglielmum Pernam *conſ*.12. non legi: Scio tamen eundem *conſ*.11. *immediatè præcedente* à Canet. *in extravagant. volentes verſic. ſed quid ſi fuerit adjecta num*.8.
fol.83. allegati pro contraria opinione ſibi viſa æquio- 23
ri ac veriori, unde quatenus etiam diceret id ad quod allegatur, ei parum deferendum videtur, cum Doctori qui ſibi contradicit credenduo non ſit teſte Becc. *conſil*.143,*num*.4.*tom*.2.

Thomas de Marin. *de feud. tit*.12. *de feud. Jur.Franc. num*.15. loquitur pariter de feudo antiquo, ſic enim quæſtionem excitat. *Quæro an Pater alienare poſſit hujuſmodi feudum Juris Francorum antiquum, in quo ſuccedit primogenitus, &c.*

Menochio *conſ*.161. *allegat. num*.14.vel deferendum non eſt, quia pro confirmatione prædictæ concluſionis adducit ſolùm Iſerniam loco ſuperiùs allegato,quem vidimus id oon probare, vel ſaltem alibi viſum contrarium defendiſſe, ut innuit Petr. de Gregor. *dicta quæſt*.7. *ſub num*.31.& Pern. *conſ*.12. qui ut ſupra diximus apertiſſimam cecinit palinodiam, dum conſilio immediatè præcedenti contrariam ſententiam veriorem dixerat, ac æquiorem, vel intelligenda eſt in feudo gratis conceſſo, ut conciliari poſſint ea quæ innuit allegato *num*.14. cum addoctis *præcedenti num*.6. in quo rectè probavit, quòd primus acquirens poterat pro ſui libito diſponere de feudo titulo oneroſo quæſito.

Aufrerios *in addit. ad deciſ*.450. Capell. Toloſan.loquitur in majoratu, & licèt hanc teſtetur ſequi ſententiam Gallica Parlamenta, contrariam tamen ibidem Capell. Toloſan, ſuſtinuit, ipſeque Aufrerius poſt adducta fundamenta pro hac ipſa Capellæ ſententia ſic concludit. *Aliæ quamplures rationes ad partem iſtam adduci poſſent, quam ego credo de Juris rigore veriorem.*

Hioc non temerè argui poteſt quanti habenda ſit

Belloni

Belloni ſententia inſpecto primo fundamento quod
num 22. tulit ex Doctorum auctoritate.
24 Fundamentum autem ſecundum in ordine ex eo deductum,
quòd Jus alicui quæſitum ex diſpoſitione &
facto alterius non poſſit ei ſine voluntate ipſius auferri,
ſufficienter evertunt tradita in præcedenti articulo
verſic. ſexto alii hanc acquirenti indulgent facultatem,
*num.*62. *cum pluribus ſeqq.*

Fundamentum tertium, quod ſpeciali indiget examine,
cum inde præſertim eruatur objectum in noſtra
25 hypotheſi, in eo conſiſtit, quòd cum primogenitura
in themate Belloni conſtituta non fuerit à Patre, ſed
à Principe ex mera ejus gratia & liberalitate, & ideò
filii hoc Jus non habeant ex paterna diſpoſitione, ſed
ex ſpeciali Principis beneficio, nequeat Pater id eis auferre,
26 ducto argumento à feudo novo ex pacto & providentia,
de quo non poteſt Genitor ipſe diſponere in
præjudicium filiorum, ſi gratis conceſſum ſit, quia
filii illud non habent ex Patris proviſione, ſed ex Principis
beneficio, quæ ſingillatim *ibidem* comprobat allegatione
Doctorum, proceditque ulteriùs ſibi excitando
objectum, quòd prima fronte videri quidem poterat
27 primogenitura illa re & effectu ex beneficio Patris
proveniſſe, ea ratione quia conſtituta fuerat in
feudo emptitio, quod ſine dubio profectitium erat, utpotè
ex proviſione, & contractu Patris comparatum,
At ſtatim reſpondet (undè tota vis argumenti contra
nos emergit) quòd ſi feudum fuiſſet relictum in ſim-
28 plicibus terminis emptionis, & in priſtina ſui natura,
utique non potuiſſet negari, quin fuiſſet dicendum,
proveniſſe à Patre, huncque de eo tanquam profectitio,
29 & ex ſua providentia acquiſito potuiſſe in præjudicium
filiorum diſponere. Verùm poſtquam fuerat à
Principe erectum in Comitatum, & primogenituram
eo modo mutaverit priſtinam ſuam naturam, quod
probat allegatione Oſaſchi *deciſ.*23. *num.*24. ſubjungendo
verius eſſe feudum non poſſe, quatenus feudum
30 erat Comitatus, dici profectum à Patre, cum Pater
31 non ſit, qui Comitatus dignitatem tribuat feudo, ſed
32 Princeps ex mera gratia, & liberalitate, minimè atten-
33 to quod eſſet feudum emptitium, quia non res, quæ
in Comitatum erigitur, ſed ipſamet erectio conſideranda
eſt ad dignoſcendum à quonam feudum proficiſcatur,
ut propterea licèt res foret paterna, & allodialis,
poſtquam tamen erecta eſt in primogenituram
& Comitatum à Principe, ab hoc non à Patre dicantur
34 primogeniti Jus habere, quod probat latius Abbate
*conſ.*85. *num.*1. *in* 1. Tiraquel. *de Jur. primogen. quæſt.*21.
*num.*7. Roland. *conſ.*10. *n.*40. *in* 3. & Menoch. *conſ* 401.
35 *num.*19. & 504. *num.*10. Hæc Bellonus quæ ut ſufficienti
claritate diluantur, admittimus primo loco irrevocabilitatem
primogenituræ à Principe ex mera ejus
gratia conſtitutæ, ad inſtar feudi novi Domini beneficientia
conceſſi juxta conciliationem ſuperiùs in proximo
Articulo innumera firmatam Doctorum auctoritate.
36 Animadvertimus ſecundo loco, quòd Bellonus *poſt*
dictum numerum 31. *verſic. non eſt quòd aliquis objiciat*,
ſimul duo involvit, primum nempè primogenituram
irrevocabilem, tamquam erectam à Principe, Secundum
quod feudum relictum non ſuerat in primæva ſua
natura, ſed tamquam erectum in Comitatum à Domino
ab ejuſdem munificentia ſolum deberet recognoſci
elargitum, non verò à Patre acquirente profectum:
Doctores autem ferè omnes ab Auctore allegati de
37 primo tantùm loquuntur, poſtremum autem eorum
aliqui non tangunt, aliqui verò vix libant, & in diverſo
omninò propoſito, undè judicare debemus, quod
vir doctiſſimus diſcurrendo congruenter ad hypotheſim
ſuam, totum faciat fundamentum, non ſuper objectata
erectione in Comitatum, de quo Doctores allegati
non loquuntur ad præſens propoſitum, ſed ſuper
forma ſuccedendi per viam primogenituræ à Principe
decreta, & certè ſi ipſe fuiſſet ſuperindè requiſitus
reſponſum dediſſet, quod attulit eximius Doctor Fon-
tancella *deciſ.*329. *num.*4. in fin. *Nolo quod mihi defe-* 38
ratur aut credatur, niſi in eo quod dicunt Doctores quos
allego juxta vulgare principium de quo Cyriac. *con-*
troverſ 521. *num.*21. Altograd. Sen. *conſ.*47. *num.*52.
in ſecundo, quæ animadverti quoque Bart. *in l. non*
ſolum, §. *ſi liberationis*, *num.*7. & ibi *Addentes lit. F.*
de liberatione legata, quod etiam vulgatiſſimum axioma
dixit Cavagnol. *deciſ. conſultiva* 81. *numer.* 5.
lib. 2.
Et quidem Abbas *allegata conſ.*85. *in* 1. non con- 39
trovertitur ullam diſpoſitionem primi acquirentis, nec
ullum verbum de feudo, ſermo ibi tantùm eſt de celebri
illa quæſtione circa prælationem Nepotis in ſucceſſione
ab inteſtato in primogenitura allodiali contendentis
cum Patruo, in qua concluditur pro Nepote
primogenito, quem dicit conſequi hoc Jus non à Patre,
ſed ex ſpeciali diſpoſitione Regis, qui primogenituram
erexit.
Idem prorsùs firmat Tiraquel. *oppoſito loco*, dum lo- 40
quendo de primogenio, & Majoratu allodiali Jus ad
illud probat filiis competere ex Principis authorantis
contractum diſpoſitione.

Roland. pariter nec verbum de primo acquirente,
imò ut ſuperiùs etiam tetigimus, expreſsè loquitur de
feudo antiquo in quo quærit *num* 37. *verſic. circa ultimum*,
nunquid præjudicare poſſet vocato in Inveſtitura
jure primogenituræ conceſſa cuidam Jacobo certa
feudi diviſio *ibidem* expreſſa, & negativè reſpondet,
motus inter alia *num.*39. ex eo quod cum Pater
nequeat præjudicare in feudo paterno & antiquo, neque
poſſit præjudicium inferre in primogenitura, quæ
ad feudi antiqui naturam accedit, & *num.* 40. in
contrarium allegato ſolum dicit, quod quando Jus
primogenituræ competit ex diſpoſitione vel privilegio
Principis nequeat Pater filio Jus tollere, quod non à
Patre conſequitur, ſed à Principe, & ſic hi tres Doctores
probant Belloni aſſumptum quoad conſtitutionem
primogenituræ, non quoad recurſum feudatarii
habiti ad Principem ad effectum ut illud in Comitatum
erigeret.
Menoch. verò *allegatis conſiliis* 401. *num.*19. & 504. 41
*num.*10. agit ſolùm quæſtionem ſuperiùs in priori Articulo
diſcuſſam, dum probare contendit quòd Feudum
Mirandulæ (Thema conſilii ſui) tamquam feudum
dignitatis ad unum tantùm primogenitum ſpectabat
ex legis providentia.
Supereſt ut reſpondeatur ad Oſaſch. *deciſ.*23. *ſub* 42
*num.*24. adducto à Bellon. *dicto num.*22. ad probandum,
quòd feudum poſtquam fuit à Principe erectum
in Comitatum priſtinam ſuam mutavit naturam,
ſicque ubi primò cenſebatur improprium, & quaſi profectum
à Patre, poſtmodum recognoſcatur à Principe,
undè intelligi poſſit per quam facilè in paterna
diſpoſitione ampliùs non remanſiſſe: Oſaſchus itaque
allegato num. verè affert præfatam concluſionem expreſsè
dicens, qualitatem Comitatus additam feudo
illud efficere novum, ſed non inde facit illationem,
quam facit Bellon. quòd nequeat per acquiſitorem
alienari; Arguit potiùs quod illud feudum Canellarum
de quo in Pedemontano Senatu tunc controvertebatur
inter Agnatum prætendentem portionem deficientis ſibi
accreſcere tanquam feudum antiquum ex pacto, &
fœminam filiam unius ſtipitis contendentem admitti ad
excluſionem Patrui, arguit inquam quòd feudum illud
tanquam novum ob dictam formam Comitatus
additam de recenti jure optimo erat alienabile (ut de
facto ad probandum alienabile feudum per acquiſitorem
novæ formæ tanquam novum eumdem Oſaſchum
hoc ipſo loco affert Maſtrill. *deciſ.*56. *num.*20.) Imò
tantùm abeſt, ut ex dicta Oſaſchi doctrina argui queat 43
præfatam erectionem in Comitatum operari, quod noviter
inveſtitus nequeat de feudo diſponere, ut hoc
ipſo argumento Auctores ab Oſaſcho allegati utantur

ad probandam omnimodam facultatem in inveſtito
diſponendi de dicto feudo erecto in Comitatum, &
hoc Jure effecto novo, etiamſi per prius antiquo: Is
enim Auctor dictam concluſionem aſſumpſit à Grat.
reſponſ.4. colum.2. (eſt *ſub num.19.*) *in primo*, cui in
44 poſtrema editione junxit Cephalum *conſ.12. num.13.*
& 14. Primus conſuluit in cauſa Parmenſi vertente in-
ter DD. de Corrigio occaſione tranſactionis initæ per
quemdam D. Gibertum de Corrigio eum DD. Mar-
chionibus de Sala, in qua ad probandum in dicto Gi-
berto facultatem tranſigendi, affert hoc Argumen-
tum, quòd feudum aliàs antiquum fuit ad ejus fa-
vorem erectum in Comitatum per verba: *In Comita-
tum erigimus, conferimus, & donamus*, quæ tanquam
indicativa novæ diſpoſitionis, & novæ formæ effi-
ciunt feudum novum, ſuper quo primum Inveſtitum
inferunt poſſe contrahere, ideóque à Maſtrill. *dicta
deciſ.56. num.* 20. ipſe quoque Gratus hoc loco una
45 cum Oſaſco citatur ad probandum primum acquiſito-
rem novæ formæ poſſe de feudo tanquam novo diſpo-
nere. Cephalus verò *adducto conſ.16. numeris allegatis*
diſertis verbis probat feudum effectum novum ob di-
ctam qualitatem Comitatus ei additam, & pro inten-
tu ſuo indè arguit *num.16.* quod Pater primus Inve-
ſtitus poſt dictam novam formam ob erectionem in
Comitatum validè diſpoſuerat de feudo, regula at-
tenta, quòd paterna diſpoſitio in feudo novo rata eſſe
debeat.
46 Licèt, ut quod ſentio ingenuo fatear candore, mi-
bi vera non videatur indiſtinctè horum ſententia,
quòd feudum propter aliquam minimam qualitatem
per Dominum in eo de novo appoſitam dum maneat
in eadem linea ac progenie in qua erat antiquum, dici
debeat abſolutè novum, & obnoxium reddi regulis
feudi novi. Ipſe Cæſar Urſill. cæteroque partialiſſimus
Afflicti *in annot. ad deciſ.* 112. ubi Afflictus dictam ſen-
tentiam *num.* 5. tenuerat, illum videtur redarguere
*num.*7. quod ipſe meliùs loquens *in Commentariis ſu-
per Conſtitutionibus Regni* ait feudum non eſſe, nec re-
putari novum, niſi quoad illam novam qualitatem
adjectam, & non in aliis, quòd poſt ibidem ab eo al-
legatos aliis citatis tenet Intrigliol. *de feud. Cent.1. quæ-*
47 *ſtion.23. num.*5. & pluribus Valenzuel. *conſ.160. num.*86.
quibus eximiè conferunt tradita per Giurb. *de ſucceſſ.
feud. à num.*62. ubi *num.*65. notat, quòd nova feudi
Inveſtitura aliam habens formam Inveſtituræ antiquæ
non derogat, ſed prima intellectum præſtat ad aliam,
quòd latè etiam firmaverat Hug. *conſ.16. num.24. ver-
ſic. hinc eſt.*
48 Præterea prædicta adducta pro reſponſione ad tra-
dita per Bellon. *dicto num.*32. quibus maximè niti vi-
dentur partes Dominorum Adverſariorum, lata viden-
tur prorsùs ex abundanti noſtro hoc in caſu, in quo
nulla de novo facta fuit in Comitatum erectio: Sola
utriuſque ſupplicis libelli Sereniſſ. Domino porrecti,
ut in Themate, ac Inſtrumenti acquiſitionis feudi le-
ctura liquidiſſimè comprobat per prius feudum Cale-
ſtani in Comitatum erectum. In primo ſiquidem ſup-
plici libello lego. *Poſſedono li devotiſſimi, & humiliſſi-
mi di V. A. S. Vaſſalli e Servitori Conte Carlo Leone, &
Abbate Conte Claudio fratelli Fieſchi figliuoli, e deſcen-
denti del fu Conte Franceſco nato del Conte Scipione il
feudo, e Contea di Caleſtano* In fronte verò Inſtrumen-
ti ſcribitur, *Cum ſic ſit, quod infraſcripti Domini Comes
Carolus Leo, &c. habeant, &c. feudum in titulum Comi-
tatus erectum Caleſtani, &c.* & in corpore ibi, *venditio-
nem ceſſionem de dicto feudo Caleſtani, &c. in Comitatum
erecto ut ſupra.* In altero verò ſupplici libello clarius
etiam, & citra omne dubium hoc idem compertum fa-
ciunt illa verba: *Eſſendoſi compiacciuto V. A. S. con ſuo
reſcritto fatto ſotto il dì 16. Genaro corrente 1650. alla
ſupplica data dall' Abbate e Conte Claudio Fieſchi à ſuo
nome Procuratore del Conte Carlo Leone ſuo fratello far
gratia à detti Conti Fieſchi di poter vendere il feudo in
titulo di Contea eretto di Caleſtano, Arpicella, Mazzo-
lara, è Vigolone con loro Territorii, e Giuriſditioni, Re-
gali, mero miſto impero, e poteſtà del Gladio, &c.* & in-
fra eod. verſic. *nel quale v'è il patto di reconoſcere de V.
A. il detto feudo in titolo di Contea già eretto di detti
luoghi, e ricevere dall' A. V. l'inveſtitura feudale, &c.*
ubi conſidero dictionem illam (*Jam*) ibi *in titolo di* 49
Contea già eretto, quæ importat actus perfectionem in
præterito tempore. Barboſ. *dictione* 139. *num.*1. Quam-
obrem, admiſſo etiam quòd attenta erectione in Co-
mitatum in caſu Belloni, tunc à Principe facta, feu-
dum propter primævam naturam mutuatam intellige-
retur omninò profectum ab ipſo Principe, qui novam
hanc qualitatem feudo tribuit, non à Genitore, qui
ante erectionem acquiſivit, hoc inquam admiſſo ſine
præjudicio veritatis, ceſſat objectum in caſu noſtro, in
quo Sereniſſimus Dominus feudum noſtrum in Comi-
tatum non erexit, ſed apertiſſimè patet ex facto, jam
per prius in Comitatum erectum, ac venditum cum hac
qualitate ante obtentam eandem Inveſtituram; unde
omni ex parte ſatisfactum cenſemus traditis per Bellon.
*dicto num.*32. *&* 33. (bina alia fundamenta, quartum
ſcilicet in ordine, in quo deducit, quòd in feudo di-
gnitatis ſolus primogenitus ſuccedere debeat, & quin-
tum, quòd omni in caſu diſpoſitio ſine Principis aucto-
ritate irrita ſit, in aliis penſantur & diluuntur Articu-
lis, illud nempè de feudo dignitatis in primo, hoc verò
de Principis licentia in ſequenti.)
Non latet, quod poterat recenſita Belloni ſententia 50
per ipſum ſatis validè confirmari, ex eo quod feudata-
rius recurſum habens ad Principem, ac declarans, ſe
velle feudum jam acquiſitum ab eodem Domino rur-
sùs recognoſcere in feudum cenſeatur tacitè in mani-
bus ipſius domini illud refutare, ut ſibi de novo con-
cederet Bald. quem refert & ſequitur Afflictus *deciſ.*112.
num.5. circa fin. verſic. idem dicit Bald. quemadmodum
videmus in recipiente rem propriam in feudum vel 51
emphyteuſim, quo caſu recognoſcens ſibi præjudicat.
Rota innumeros referens *in rec. part.6. tom.2. deciſ.*613.
*num.*5. cum videatur illam Domino donare, & brevi
manu prædicto feudali, vel emphyteutico titulo reci-
pere, ut poſt Bald. & plures alios innuit Surdus *con-
ſil.*235. *num.*107. Et verè in Belloni Themate loquendo
in ſummis apicibus, ut inquit Dominus meus de Luca 52
in ejus ſecundo reſponſo brevi ſed ſuccoſo, omnique
referto acumine in hac cauſa reddito, *verſic. conſideran-
do etiam* (datur ſecundo loco in fine præſentis diſce-
ptationis) loquendo inquam in ſummis apicibus, in
caſu Belloni intelligi poſſet de eo feudatario, qui jam
perfectè feudum acquiſiviſſet, & deindè ex intervallo
curaſſet adjici dignitatem, hoc enim caſu cenſeri fortè
poſſet per quendam actum occultum donationis feu-
dum refutatum in manu Domini condonato eidem pre-
tio erogato, & deinde tamquam ex integro illud ſub
diverſa natura acceptum ex nova gratia, & liberalita-
te, quo in ſenſu fortè ſalvari potuiſſet Belloni ſenten-
tia, & in quibus terminis cenſendum eſt illum locutum,
aliàs non poſſet ſalvari à palinodia, dum *conſ.*9. con-
ſulendo in caſu, in quo quidam Scalia emerat feudum
à quodam Melchiore de Rippi aſſecuta poſtmodum à
Domino Duce Mantuæ Inveſtitura ut conſtat *ex facti
ſpecie*, tenuerat ac probaverat *num.*34. quod jure ſuo
dictus Scalia tamquam primus acquirens potuiſſet
feudum illud uni ex filiis prælegare.
At illa ceſſant in caſu noſtro, ut acutiſſimè D. de 53
Luca obſervavit, in quo feudum noſtrum nulla in hac
conceſſione fuit à Principe dignitate inſignitum, cum
jam antea fuiſſet in Comitatum erectum, & quatenus
etiam, quod abſit, erectio tunc facta fuiſſet, non fuiſ-
ſet facta poſt feudum jam perfectè acquiſitum, ſed
ſimultaneè cum aſſenſu per Dominum præſtito dictæ 54
acquiſitioni: Et verè Afflictus *dicto loco mox relato*, Pe-
trus de Gregorio *de conceſſ. feud. part.3. quæſt.7. n.*10.
& quotquot pro ea tacita refutatione & ſucceſſiva
conceſſione

Digitized by Google

conceſſione allegari poſſent loquuntur, ut videre eſt,
prædictis duobus præſuppoſitis, primo nempè quod
concedatur ſub forma à prima diverſa, puta adjecta
nova dignitate, quæ prius feudu non inetat, & con-
ceſſio fiat de novo, hoc eſt poſt perfectam acquiſitio-
nem jam factam, quæ, ut inferiùs ſufficienter demon-
ſtrabitur, præſupponit jam obtentam à Principe Inve-
ſtituram, quare ad hunc effectum dici non poſſet no-
va conceſſio, quando quis poſt feudum primo acqui-
ſitum, reſervato conſenſu Directi Domini, eundem
Dominum pro conſenſu rogaret, ac ab eo obtineret
poſtulatam Inveſtituram, hæc enim, ut probabitur, eſt
de ſubſtantia perfectæ acquiſitionis, & quaſi illius pars
integralis, ſicque dici non poſſet nova conceſſio, niſi
denuo, poſt primam integralem acquiſitionem idem
feudum concederetur.

Porro quidnam præſtiti D. Co. Camillus ſupplici
55 ſuo libello, quidnam rogavit? nonne pro ſolo aſſen-
ſu acquiſitioni feudi, ac pro ſola ejuſdem inveſtitura
cum formis, clauſulis, ſolemnitatibus, ac derogatio-
nibus in ſimilibus de ſtylo jam noto ab omnibus indi-
ſtinctè apponi ſolitis, conſuetis, ac reſpectivè neceſſa-
riis? certiſſimè conſtat pluribus in locis præfatæ ejus
ſupplicationis, tùm ex proœmio, ex quo finalis inten-
56 tio deprehenditur arg. text. in l. ult. & ibi gloſ. in verbo
modus in fine, & Bart. num. 3. de hæred. inſtit. Duran.
deciſ. 18. pariter num. 3. Rot. in rec part. 2. deciſ. 782. n. 6.
Lanar. in propoſito conſ. 64. num. 12. Bucaferrus reſponſ. 5.
num. 10. latiſſimè Alexand. Randenſ. de analogis cap. 34.
num. 123. cum ſeqq. ibi, nel quale v'è il patto di ricono-
cere da V. A. il detto feudo in titolo di Contea già eretto di
detti luoghi, e ricevere dall' A. V. l'Inveſtitura feudale, o
com in detto Inſtromento di vendita, &c. tum infrà, di
modo che l'inveſtitura feudale, o come in detto Inſtromento
di vendita, &c. tum infrà, di modo che l'inveſtitura feu-
dale s'habbi per fatta, e conceſſa al detto Cavaglier Taraſ-
coni Oratore o come ſopra in virtù del reſcritto, qual V. A.
ſi compiacerà di fare alla preſente ſupplica, &c. & etiam
ex priori ſupplici libello eorum del Fliſo, ad quem por-
rectus à D. Co. Camillo eſt omninò relativus ibi. Spe-
rano che ſia l'A. V. per fargli gratia di rimettergli la detta
caducità, per l'effetto infraſcritto, poiche eſſi bramano di
far vendita di detto feudo ſua giuriſditione al Cavaglier
Camillo Taraſconi per il prezzo frà loro convenuto, inter-
venendovi però il beneplacito e conſenſo di V. A. & clarius
ibi, humilmente la ſupplicano far gratia al detto Conte, &
Abbate Claudio Fieſchi anche come Procuratore, &c. e
poi di poterlo vendere al detto Cavaglier Camillo Taraſco-
ni per ſe ſuoi figlioli, e deſcendenti in perpetuo & à chi da-
rà per il prezzo frà loro concordato, & al detto Cavaglier
Camillo Taraſconi di poterlo liberamente comprare, e ri-
portando poi dall' A. V. la dovuta Inveſtitura, e preſtargli
il neceſſario giuramente di fedeltà.

57 Quamobrem de duobus alterum fateri compellimur;
vel quòd ſit falſa opinio allata in antecedenti Articu-
lo, quod feudum titulo oneroſo quæſitum poſſit per
primum acquiſitorem alienari maximè in comprehen-
ſos in Inveſtitura, & hoc pacto notanda de lapſu pri-
ma orbis Tribunalia, & potiſſimum Romana Rota, tot-
que alii Doctores inter quos multi teſtantur eam opi-
nionem vix unum Hanetonium hucuſque habuiſſe
contradictorem, vel quòd recurſus ad Principem di-
rectum feudi dominum pro Inveſtitura, hæcque ab
eo gratis obtenta cum clauſulis, formis, ac ſolemni-
tatibus apponi conſuetis non præſtent impedimentum,
quin dictus primus acquirens titulo oneroſo recenſi-
ta utatur facultate; ſi enim vera eſt prædicta opinio
pro primo acquirente firmata, neceſſariò fatendum eſt
Principis aſſenſum, Juramentum fidelitatis à Vaſſallo
præſtitum, ac feudalem Inveſtituram nullatenus dicto
acquiſitori obſtare.

58 Nam ex una parte opinio prædicta, quod primus
acquiſitor poſſit de feudo titulo oneroſo quæſito diſ-
ponere procedit non ſolum in acquiſitione facta à
Principe, ſed etiam in acquiſitione facta à Vaſſallo
priuti feudi poſſeſſore, ut ſtatim probabitur, & ad-
mittit ipſe Bellon. dicto conſ. 9. num. 34. juncta facti ſpe-
cie, & ex alia parte prior feudatarius alienare nequit 59
non reſervato Domini aſſenſu cap. 1. de prohibit. feud.
alienat. per Lothar. & cap. 1. de prohibit. feud. per Fede-
ri. nec feudatarius acquirens poteſt ullo pacto omit-
tere recurſum ad Dominum pro obtinenda Inveſtitu- 60
ra, ut mox patebit, nec juſtum eſſe poteſt, quòd ubi
integrum feudi pretium fuit à Vaſſallo erogatum, ite-
rum idem pretium perſolvatur Domino; ergo vel fal- 61
ſum eſt quòd primus acquirens titulo oneroſo de feudo
nequeat diſponere, vel prætendendum non eſt, quòd
Juramentum fidelitatis, ac Inveſtitura obtenta à Domi-
no poſt feudi acquiſitionem, hanc primo acquirenti
titulo oneroſo adimat facultatem.

De hoc Judices rogo ipſoſmet Adverſarios num-
quid D. Co. Camillus acquirens poſt acquiſitum feu- 62
dum Caleſiani à Dominis Comitibus de Fliſco potuiſ-
ſet negligere præſtationem Juramenti, ac non effla-
gitate feudalem Inveſtituram cum formis, ac clauſu-
lis, quæ in ſimilibus omnibus, nedum in hac regio-
ne, ſed alibi etiam, ut notorium eſt, apponi conſueſ- 63
cunt. Scimus equidem onus potiſſimum Feudatarii eſſe
fidelitatis juramentum, quod Domino polliceri com-
pellitur cap. 1. de capit. Conrad cap. 1. de forma fidelita-
tis, cap. 1. de nova forma fidelitatis & Can. de forma 22. 64
quæſt. 5. adeò ut ſi negligat per annum, & idem illud
præſtare amittat feudum dicto cap. 1. de Capit. Conradi
cap. 1. in princ. qua fuit prima cauſa beneficii amittendi
cap. final. de prohib. feud. alienat. per Lothar. Aldobrand. 65
conſ. 1. num. 324. in 1. undè vas, & ſubſtantiam feudi eſſe
fidelitatem dixit Ponte conſ. 67. num. 3. Quemadmo- 66
dum pariter tenetur Dominum recognoſcere. Merlin.
deciſ. 795. num. 17. ad inſtar emphyteutæ, qui debet 67
Dominum recognoſcere toties quoties fuerit requiſi-
tus. Fulgin. de jure emphyt. ſub Tit. de renovat. quæſt. 9.
num. 2. Ubald. deciſ. 337. num. 4. cogiturque ab eo
feudalem petere Inveſtituram dicto cap. 1. in princ.
qua fuit prima cauſa, & dicto cap. 1. de capit. Con- 68
radi & cap. 1. quo tempore miles, &c. ita ut ſine ea poſ-
ſeſſio feudi novi acquiri nequeat gloſ. & Doctores
quos refert Rebuff. tom. 3. commentar. in Conſtitutio-
nes Gallicas ſub Rubrica de materiis poſſeſſoriis art. 1.
gloſ. 1. num. 22. Chriſtinæus in deciſ. Curiæ Belgicæ vo-
lum. 6. deciſ. 3. num. 1. cum ſeqq. Pacian. de probat. lib. 2.
cap. 38. num. 64. Joannes Baptiſta Vincemola inter conſ.
feud. diverſ. conſ. 1. num. 42. Joan Gallic. ibid. conſ. 2. 69
num. 28. & 60. ubi quod licet aliqua Jura diſponerent
feuda ſola Inveſtitura acquiri, ſtatutum poſtea fuit,
quòd etiam acquiri poſſent ſucceſſione, dummodo ſe-
queretur Inveſtitura. Franc. ab Eccleſ. ibid. conſ. 40.
num. 2. undè hodie duo adſunt modi acquiſitionum
feudi ſucceſſio ſcilicet, & inveſtitura. Paris de Puth.
de reintegr. feud cap. 220. num. 2. ſic Inveſtituram nil 70
aliud eſſe intelligimus quàm apprehenſionem poſſeſ-
ſionis feudi, & eum dici in feudo inveſtiri, qui feudi,
poſſeſſionem nanciſcitur. Azor inſtitut. moral. part. 3.
lib. 3. cap. 6. verſic. porrò Inveſtitura, ita quod feudum
ſine Inveſtitura nullo modo conſtitui queat, vel poſſi- 71
deri cap. 1. ubi Bart. & Doctores quibus modis feudum
conſtitui poteſt.

Unde proceſſiſſe arbitror eam Baldi ac aliorum
ſententiam, qui ſuſtinent, quod feudum emptitium,
& mediante pretio acquiſitum ſit verum feudum, ac 72
regulari debeat ſecundum omnes leges & conſuetudi-
nes feudales, ut plurima Doctorum citatione probat
Rot. coram Merlin. deciſ. 670. num. 12. & latè diſcutit
Sonsbæius in comment. ad uſus feudi part. 4. à num. 7. Bi- 73
mius conſ. 58. num. 7. tom. 1. Mart. conſ. 2. num. 45. verſic.
ad ſextum Zuccard. conſ. 8. num. 71. licet feudum de-
finiatur, quod ſit benevola rei immobilis, vel æqui-
pollentis conceſſio alicui facta; ſuiſque hæredibus
maſculis legitimis per Inveſtituram cum utilis domi-

Ii iiij nii

nii tranſlatione retenta proprietate ſub fideliate, & exhibitione ſervitiorum honeſtorum, ut ex Obert. *in*
74 *cap. 1. §. hujus autem, in quibus cauſis feudum amittatur*, obſervavit idem Sonsbekius *ubi ſupra num. 1.* undè dicimus, feudum nuncupari beneficium, eo quod natura ſua ex benevolentia dantis procedat Mantic.
75 *de tacit. lib. 23. tit. 2. num. 2.* Chaſſaneus *in Conſuet. Burgund. rub. 3. tit. des Fiedz. in princ. num. 7.* licet enim in feudi acquiſitione pretium fuerit erogatum priori Vaſſallo, hincque excludi videatur benevola Domini conceſſio, cum tamen emptor debeat à Domino petere Inveſtituram, & ab eo ipſum feudum recognoſcere, feudum ipſum ſub formalitate (licet in ſubſtantia acquirens illud vere habeat ex marſupio ſuo) intelligi poteſt ex Domini munificentia proceſſiſſe. Lanar. *conſ. 8. num. 11. 17. num. 2. verſic. ſecun-*
76 *do dicunt*, & 89. *num. 19.* cum ſua omnia faciat Princeps, quibus ſuam impertitur auctoritatem *l. 1. §. veſtra, C. de veter. Jure enucl. §. hac igitur in proœm. Digeſt.* ita Theſaur. in propoſito *deciſ. 146. num. 9. verſic.*
77 *nec obſtat.* pluribus Marta *de ſucceſſ. legal. part. 4. quaeſtion. 21. art. 19. num. 52. & 53.* ideoque feudum etiamſi non ſit gratuito conceſſum, adhuc dicitur beneficium, ac plurimum habere gratiæ. Mantica *ſupra num. 10.* imò magis participare de gratia, quam de contractu. Joannes Crot. *conſ. 78. num. 3. volum. 1.* Mar. Anguiſſola *conſ. 23. num. 14.* Porrò hæc ſemper debent in feudi acquiſitione intervenire, aſſenſus ſcilicet Domini, ac Inveſtitura (prout intervenere noſtro in ca-
78 ſu) & tamen dicimus feudum acquiri titulo oneroſo, & non lucrativo, quando acquirens feudi erogat pretium. Rot. relata per Fulgin. *de Jur. emphyt. ſub rub. de contr. emphyt. quaeſt. 24. num. 18.* Grilenzonius *conſil. 144. num. 11.* Rot. videnda *in proximè allegandа Ca-*
79 *ſenaten. Emphyteuſ. num 35.* & quod filii hoc pacto acquirentis verè dicuntur habere feudum à Genitore non à Domino, ſicuti teſtantur innumeri, quos allegat & ſequitur Surd. *conſ. 427. ſub num. 12. verſic. tertio non reſiſtit alias*, iterum dico, ea opinio diſtinguens inter acquiſitorem titulo oneroſo, & lucrativo foret
80 falſa, & de ſubjecto non ſupponente, cum tamen illa procedat ſive emptio facta ſit à Domino, ſive à Vaſſallo, quo caſu, ut ſupra probatum eſt, citra omnem aleam dubitationis expectari debet aſſenſus Domini, ac Inveſtitura, quæ nequaquam tollunt, quòd primus acquirens nequeat diſponere de feudo, teſte ipſo Bellono *relat. conſ. 9. num. 34. juncta facti ſpecie*, ex qua, ut dictum eſt, conſtat de acquiſitione feudi à Vaſſallo, obtenta ſucceſſive à Domino Inveſtitura, qua non obſtante, probat Bellon. quod iſte feudi acquiſitor feudi rectè poterat feudum prælegare.

81 Quod autem ea opinio diſtinguens inter acquirentem titulo oneroſo, & lucrativo, & concedens ipſi acquirenti titulo oneroſo facultatem diſponendi de feudo diſtinctè procedat, ſive acquiſitio facta fuerit à Domino, ſive à priori Vaſſallo cum Domini aſſenſu, poſt Decian. *reſponſ. 58. num. 49. verſic. attamen procedit etiam quando à Vaſſallo volum. 2.* Menoch. *conſ. 498. à num. 18. verſic. nec obſtat.* Peregr. *conſ. 22. num. 6. verſic. & quamvis lib. 2.* Theſaur. *deciſ. 146. num. 8. verſic. nec obſtat.* Gozadin. *conſ. 75. num. 14. junct. Themate.* Fachineum *conſ. 14. num. 2. in primo.* Surd. *conſ. 427. vidend. num. 13. verſic. & non curo quòd feudum fuerit à Domino, vel ab alio cum Domini conſenſu*, quos allegat, & ſequitur Rot. *ſtatim citanda* (quibus ego addo Alciatum *in Lugdunenſ. impreſſ. lib. 3. conſ. 6. numer. 6.* & Bellon. Jun. *dicto conſ. 9. num. 34. juncta facti ſpecie.* Bero. *conſ. 65. num. 45. in primo.* Reuſner. *lib. 3. conſ. 11. num. 65. juncto num. 57. verſiculo quod feudum ſit empititium*) optimè compertum fecit dicta Rota *in Caſanatenſ emphyteuſ. 14. Decembris* 1635. coram Merlin. *inter ejus impreſſas deciſ. 699. in ordine à num. 31.* his verbis, quo ſatis aptè ferri poſſunt pro dirimenda quæſtione, & quæ ut lector relevetur ab incommodo adeundi librum, tranſcribimus ut jacent. *Præcipua autem difficultas (inquit Rota) ut ingenuè etiam ab Informantibus pro Laura aſſerebatur, erat in eo poſita, an verè Paulus ſenior dici poſſit primus acquirens ex titulo oneroſo, ex quo non emit à Domino directo, ſi enim non acquiſiviſſet titulo oneroſo, non potuiſſet præjudicare Lauræ comprehenſæ in Inveſtitura, quia hoc caſu inveſtiti non dicuntur habere bona ex beneficio acquirentis, ſed ex beneficentia Domini, nec dicitur contemplata principaliter ſola perſona acquirentis, & bona conſiderantur non tanquam profectitia, ſed tanquam adventitia, in quibus Pater non poteſt præjudicare filiis, & illis beneficium tertii, ac jus quæſitum auferre, ut diſtinguit Bald. in l. 1. num. 32. C. per quas perſonas nob. acquir. Aretin. in l. cum Servus §. ſi quis alicui num. 7. verſic. prima concluſio, ff. de legat. 1. Crot. in l. qui Romæ, §. duo fratres n. 141. ff. de verb. oblig. Curt. Jun. de feud. part. 4. num. 132. verſic. quid ergo concludend. Surd. conſ. 305. num. 36. & conſ. 351. num. 28. Menoch. dicto conſ. 161. num. 11. cum ſeqq.*

Veriùm Dominis viſum fuit bona hæc emphyteutica per Paulum Seniorem re vera ex titulo oneroſo fuiſſe acquiſita, quamvis emptio fuerit facta à tertio, non autem à Domino directo, ſemper enim ſubſiſtit, quòd non ex liberalitate Domini, ſed ex propria pecunia bona illa habuit, & filii, ac Nepotes non fuiſſent in Inveſtitura vocati, ſi Paulus non emiſſet, neque hujuſmodi bona accepta referre debent beneficio Domini, ſed marſupio Pauli, cujus intuitu conceſſa fuit inveſtitura bonorum emptorum, filii autem ex pacto Patris vocati, & Domino directo incogniti nihil vel pecuniæ, vel laboris, vel meritorum præſtiterunt, & ſic non fuit habita contemplatio eorum, ſed tantùm Pauli & ejus pecuniæ quæ ponderantur ad effectum dignoſcendi titulum oneroſum acquiſitionis, juxta theoric. Bald. in dicta l. 1. num. 32. C. per quas perſonas nob. acquir. Menoch. conſ. 286. num. 8. & 12. conſil. 309. num. 19. ubi quod tali caſu totum Jus remanet radicatum in perſona Patris, & dicto conſ. 161. num. 28. & ſeqq. Natta conſ. 504. num. 3. & ſeqq. & conſ. 674. n. 14. D. Galvan. conſ. 8. num. 28. 37. 42. & ſeqq. aſſerens nummos, vel merita acquirentis efficere bona profectitia, ita ut dari, & adimi ab ipſo poſſint, & cenſeri data ab eo filiis, dum per contrarium Judicium non mutatur voluntas, quod etiam advertit Surd. conſ. 19. num. 18. & Manen. conſ. 43. num. 112. lib. 1. Caſtill. quotid. controv. part. 4. cap. 5. num. 38. & 43.

Et quamvis Eccleſia non receperit pecuniam à Paulo, tamen certum eſt, quod Paulus, a quo cauſam metiri debemus, ſuſtinuit onus impenſæ, & pretium numeravit aliis Inveſtitis ab Eccleſia, à quibus facilè antea Eccleſia, vel pecuniam, vel merita acceperat.

Ideoque neque Inveſtituram denegare poterat Paulo, dum non habebat impedimentum, & hinc excluditur liberalitas Domini directi, nihil enim dedit de ſuo, quia dominium directum penes ipſum remanſit, dominium autem utile, quod jam erat evulſum ab Eccleſia ex contractu emptionis, Paulus acquiſivit à primis emphyteutis, & ſic Eccleſia ſolùm conſenſit tranſlationi dominii utilis de primis poſſeſſoribus in Paulum, tota autem acquiſitio bonorum profecta eſt ex pecunia ipſius Pauli ſoluta iiſdem poſſeſſoribus, nullaque contemplatio habita fuit filiorum, ſed tota fuit Pauli Senioris, qui pecuniam ſolverat, ita in his terminis, quod nihil ferat, an emptio facta fuerit à Domino directo, an ab alio Emphyteuta, ſeu Vaſſallo, ad hoc ut primus acquirens dicatur acquiſitor ex titulo oneroſo, & ſic de bonis poſſit liberè diſponere tradunt Gozadin. conſ. 75. num. 14. junct. Themate conſilii. Theſaur. deciſ. 146. num. 9. verſic. Non obſtat, & luculenter Surd. conſil. 427. num. 13. 14. & 15. conſ. 305. num. 35. verſic. prædicta autem ſententia, & num. 36. ubi quod ſufficit etiam rem fuiſſe in ſolutum à Creditore acceptam. Peregr. conſil. 22. num. 6. verſic. & quamvis lib. 2. Decian. conſ. 58. num. 49. lib. 2. Menoch. conſ. 498. verſic. non obſtat. D. Fachin. conſ. 44. lib. 1.

Non

Non obſtat quod Curt. Sen. conſ.49. num.4. ad med.
verſic. nec eſt bonum. Garzon. de Fœmin. ad feud. reci-
pien. column.21. in 6. reſtrict. verſic. Tertio declaratur
Schrader. de feud. part.2. cap.4. num.56. Intrigliol de
feud. cent.1. quæſt.41. num.34. Rovit. conſ.89. num.28.
dicant neceſſe eſſe, quòd pecunia ſolvatur Domino dire-
cto, nec ſufficere ſi ſolvatur tertio, quoniam prædllegati
Authores loquuntur ad effectum, ut feudum dicatur verè
emptitium, adeo ut in eo ſuccedere poſſit fœmina, quæ
regulariter à ſucceſſione feudi repellitur, cap.1. §. hoc au-
tem notan. qui feud. dar. poſſint, c. feudum, ſi de feudo
fuerit controverſ. ſed non negant, quin feudum tali caſu
dicatur ex titulo oneroſo, quamvis à tertio emptum, &
quin de eo poſſit diſponi in alias perſonas, præter fœminas
non prohibitas, & prædicta opinio Curt. Sen. habet gra-
viſſimos contradictores, ſcilicet Gozadin. Surd. Peregrin.
Decian. Menoch. & Fachin. in locis ſuperiùs adductis.
Hæc Rota, quæ paucis viſa eſt omnia objecta prævi-
diſſe illaque miro, ut conſtat, ordine diluiſſe, unde
allegari meretur judicio meo pro deciſione noſtræ al-
tercationis, licèt ipſa loquatur in terminis emphyteu-
ſis, & non verſemur in quæſtione feudali, non ſolum
ex traditis in *Articulo præcedenti, verſiculo, prædictorum*
autem Doctorum, num.112. cum ſeqq. ſed etiam quia
Doctores omnes à Rota hic allegati loquuntur in ter-
minis feudi, & ipſa pariter expreſsè etiam loquitur &
82 de Emphyteuta, & de Vaſſallo *num.57.* Quamobrem
ſive feudum fuerit emptum à Domino, ſive ab alio
cum Domini aſſenſu quomodocumque ære paterno
83 quæſitum fuerit, ſemper dicitur profectitium, & ubi
emptum ab alio Vaſſallo dici nequit, quòd ex conce-
84 dentis beneficio habeatur. Dominus enim conſentien-
do alienationi feudi, quæ fit ab alio, nihil utique tri-
buit de ſuo, ſed cum poſſet actum impedire denegan-
do conſenſum, tollit, præbendo, de medio obſtacu-
lum, quæ ſingillatim plurium allegatione comprobat
Surd. *dicto conſ.427. num.14.* ad diſcrimen conceſſio-
nis factæ per ipſum Dominum rei, quæ erat ſua libera
in feudum, tunc enim dicitur totum dare, & tunc
rectè intelligitur ab ipſo concedente feudum haberi;
at quando res ipſa jam erat infeudata, & per Vaſſallum
alienatur in non vocatum, tunc quidem Dominus da-
re dicitur quidquid habet, ſed hoc quod dat in hoc
uno dumtaxat conſiſtit, quod tollit impedimentum de
85 medio; benè eſt verum, quod tollendo obſtaculum
perficit actum, atque ideò res dicitur haberi à Vaſſal-
lo, & actum venditionis perfici à Domino. Eſt Theo-
rica quam à Camerario Surdus mutuavit *ſuperiùs re-*
lato loco num.15. & conferunt tradita per Hieron. Gar-
zon. *de fœm. ad feud. recip. vel non. in ſexto reſtrictione*
verſic. at prima opinio circa fin. in 2. parte 10. tom. tract.
magn. fol.170. à tergo ibi, *ego teneo conſenſum, &c.* ubi
86 quando feudum emitur à Vaſſallo non habetur à Do-
mino niſi conſenſus, nec inveſtitus feudum ab eo aſ-
ſequi videtur, niſi præter aſſenſum ipſe Dominus ſpe-
cialiter promiſiſſet obſervare vel manutenere feudum,
tunc enim ipſe diceretur vendere; id quod pariter latè
deducit Joannes Franc. de Ponte *conſ.3. num. 1. cum*
87 *ſeqq* & ferè per totum, dum poſt Andream obſervat
Principem alienationi feudi aſſenſum præſtantem non
cenſeri aliquid de ſuo donare vel remittere.

88 Et licet Venturin. *conſ.37. num.62. junct. num. ſeq.*
hiſce minimè aſſentiat volens, quod quando feudum
emitur ab ipſo Domino, quæſitum quidem dicatur ti-
tulo oneroſo, ſecùs verò ſi quæſitum à Vaſſallo Do-
mino aſſentiente allegando ad ſuæ confirmationem di-
ſtinctionis Roſenthal. *in ſinopſi feudal cap.7. concl.34.*
89 *num.2.* attamen ſi benè legatur *tota dicta concluſio* 34.
compertum habebitur, eundem Roſenthal. non ſatis
ejus aſſumptum probare, vel ſaltem hujuſmodi diſcri-
men in ſenſu ſuo fortè non ſine ratione excogitatum
minimè congruere terminis noſtræ quæſtionis, *ibi*
90 enim (ſicut etiam animadverterat Rota *in Caſanatenſ.*
emphyteuſ. ſuperiùs relata) Auctor quærit, numquid
fœmina in feudo emptitio ſuccedat, & licet *num.2.*
per Venturinum allegato quæſtionem referat à non-
nullis definiri fœminarum ad vota, dummodò Vaſ-
ſallus feudum emerit à Domino, ſecus ab alio Vaſſal-
lo cum ejuſdem Domini aſſenſu, ipſe tamen *num.7. cum*
ſeqq. fœminam indifferenter non ſuccedere in feudo 91
emptitio tamquam communem, & in Camera proba-
tam ſententiam, quavis diſtinctione poſtpoſita, ſtatuit
ac firmat: Bene eſt verum, quod in gloſſa cap. inquit,
quod poſito, ſed non dato fœminam ſuccedere in feu-
do empto, præfatam diſtinctionem omninò retinen-
dam cenſerer, data his verbis ratione: *Cum hoc feu-*
dum reſpectu Domini ſit omnino gratuitum, nec illi obeſſe
debeat, quod hic Vaſſallus ab alio Vaſſallo, quem domi-
nus gratis de eo inveſtierat, hoc emit, ex quibus con-
ſtat, quod hæc diſtinctio approbatur à Roſenthal. ad
effectum tantummodo excludendi fœminam, pro cujus 92
excluſione omnis interpretatio capienda eſt, cum na-
turæ feudi repugnet, quod ad feudum admittatur, ut 93
ipſe pariter Roſenthal animadvertit *eod. cap.7. concl.33.*
num.8. vel veriùs, judicio meo, ex relata cauſali *ibi,*
nec illi obeſſe debet, &c. liquet eandem diſtinctionem ad-
mitti, quando in quæſtione eſt domini præjudicium, 94
quibus in terminis omnes Doctores in dicta gloſſa al-
legati, qui ſuperindè aliquid innuunt, expreſsè lo-
quuntur; videlicet quando fœmina hoc prætextu quod
feudum fuerit emptitium, delinquente Agnato, vel
maſculina linea extincta ſuccedere attentaret, & in quo
ſenſu nos quoque doctrinam juridicam probavimus;
ſiquidem reſpectu ejuſdem Domini, cui nihil novus
Vaſſallus præſtitit (& cui præjudicium inferretur, ut
infra demonſtrabimus, fœmina ad feudalem ſucceſſio-
nem admiſſa) feudum emptum ab alio Vaſſallo dice-
retur quæſitum titulo lucrativo, undè quoad Domi-
num, qui gratis aſſenſum præſtitit, feudum, quod ero-
gatione pecuniæ priori Vaſſallo numeratæ ultimus in-
veſtitus fuiſſet aſſecutus, dici non poſſet titulo onero-
ſo acquiſitum, nam alias ſine manifeſta violatione ve-
ritatis (ubi præſcindatur à Domini præjudicio) ſi Vaſ-
ſallus pretium integrum uſque ad obolum erogaſſet
ſive Vaſſallo, ſive Domino, nunquam dici poſſet ſi-
bi feudum fuiſſe donatum, illudque titulo non niſi
oneroſo fuiſſe acquiſitum, ut rectè innuit Rota *ſupra*
adducta deciſ. ac Doctores *ibidem allegati*, & Surdus
præ cæteris.

Et quidem ſumma ratione concedi poſſe videtur, 95
quod Domini reſpectu feodum non dicatur lucrativo
titulo acquiſitum, nec ei præjudicium ullum factum
cenſeri debeat, licet in ſubſtantia quæſitum fuerit in-
tegra pretii numeratione ab alio Vaſſallo, ex vulgari
regula *res inter alios acta, &c.* quòd ſanè præjudicium
fieret Domino, ſi fœmina admitteretur in feudo eo 96
prætextu, quòd eſſet emptitium, & pluribus quidem
rationibus; Primò nempè quia fœmina imbellis inepta
foret ad tuendum armis directum Dominum; Secundò
quia illum comitari non poſſet, cum publica mini-
mè patiatur honeſtas, fœminas cœtui virorum inter-
eſſe; Tertiò quia propter fragilitatem diſcurſus in re-
bus peragendis pacis bellique tempore eidem Domi-
no imbecille daret conſilium; Quartò quia de ea mo-
dicum confidere poſſet ob lubricitatem voti, cum qua-
ter mutetur in hora; Et quintò denique ob periculum
ſecreti, cum fœmina tacere neſciat, propter quæ fœ-
minam excluſam à feudali ſucceſſione ex Baldo autu-
mat Roſenthal. *eod. cap.7. concluſ.31. num.2.* & tamen 97
hæc ſunt munia Vaſſalli, quæ inter cætera Domino
cogitur exhibere ſervitia ſcilicet militaria, conſilium,
Voti conſtantiam, taciturnitatem arcani præſtare, &
cœtui intereſſe virorum. Roſenthal. *ibid.* undè ſucce-
dente fœmina inepta in his Domino inſervire, ma-
nifeſtum eſt quod ei illatum intelligeretur præju-
dicium.

Quamvis hæc omnia in hypotheſi noſtra omninò
ceſſare debeant, data ſiquidem quacumque diſtinctio-
ne,

ne, ac etiam pro vera admiſſa Theorica Venturini
98 (quamplurimum auctoritatis ſibi vendicare putamus
uti probatam ab eodem Venturino viro quidem acu-
tiſſimo, ac in controverſiis examinandis diligentiſſi-
mo, cujus eximiam virtutem veluti ab erudito Præ-
ceptoris cinere redivivam habemus tanquam in Phæ-
99 nice in D.I.C. Franciſco Reghino Patritio Pontremu-
lenſi in hac Urbe Advocato mihi præcipua dilectione
conjuncto, cujus Juris lucubrationes plurima erudi-
tione ſemper refertas ſæpiùs typis editas admirari ſo-
leo, & nunc ſummoperè diù expetitum publici Juris
factum exopto ejus Reſponſum in hac eadem cauſa
redditum pro Domino Comite Hieronymo Taraſcono
Adverſario Domini Comitis Octavii, cujus jura pro
100 tenui Minerva mea ego tueor in præſentia) admiſſa
inquam relata diſtinctione, adhuc in caſu noſtro mi-
nimè urgeret, eo quia Dominus Comes Camillus non
ſolùm titulo oneroſo à Dominis Comitibus del Fliſco,
quibus integrum pretium numeravit, acquiſivit feu-
dum, ſed titulo pariter oneroſo aſſecutus fuit aſſenſum
Domini, cui erogavit (ut *infrà num.* 118. *verſic. Præterea
ſciendum eſt*, exponemus) pecuniarum quantitatem,
eamque habito reſpectu ad id quod ab eodem Domino
adeptus fuit, ſatis notabilem.

101 Nec eſt quod rurſus hic quis objiciat, quòd in ſup-
plici libello ad effectum habendi neceſſariam Inveſti-
turam porrecto, non ſemel Dominus Comes acquirens
ſupplex roget C. S. S. quatenùs ſibi plura ex gratia
concedat, & in ſpecie, ut dignetur ex ſua benigni-
tate confirmare reſcriptum factum priori libello Do-
minorum de Fliſco, & ſucceſſivam Caleſtani venditio-
nem, imò etiam ut ſibi in feudum eundem locum con-
cederet, quem convenerat ab eodem Celſitudine ſua
recognoſcere in feudum ibi: *Con obligo al detto Cava-
glier Taraſconi Oratore di reconoſcere per ſe ſuoi figlioli, e
deſcendenti maſchi in infinito in feudo da V. A. li detti
luoghi, &c.* & paulò poſt: *nel quale v'è il patto di rico-
noſcere da V. A. il detto feudo in titolo di Contea già eret-
to.* Et infrà: *Reſta al detto Cavaglier Camillo Oratore di
ſupplicarla (per pienamente godere della gratia conceduta-
gli) come humilmente la ſupplica di reſtar ſervita per
effetto della ſua benignità di confermare, e coroborare con
la pienezza della ſua Podeſtà Ducale non ſolo il reſcritto,
&c. ma etiamdio il medemo Inſtromento di vendita, e con-
cedergli ſucceſſivamente in feudo, &c.*

102 Quoniam cum apertè liqueat feudum emptum à
Dominis de Fliſco, nilque Domino Comiti traditum à
Celſitudine ſua, quæ utique directum dominium ſibi
retinuit, nec tranſtulit utile, quod apud ipſum non
erat, ſpecioſæ ex dicendi formulæ, ac ab humili re-
verentis Vaſſalli obſequio ſcriptæ, nil aliud ſignificant,
quàm obſequentiſſimam aſſenſus Sereniſſimi implora-
tionem, quod ſatis compertum faciunt ea verba prio-
ris ſupplicis libelli eorum de Fliſco ibi: *Sperano che ſia
l'A. V. per fargli gratia di rimettergli la detta caducità,
poich' eſſi bramano di far vendita di detto feudo, ſua giu-
riſditione, e beni al Cavaglier Camillo Taraſconi per il
prezzo frà loro convenuto, intervenendovi però il bene-*
103 *placito, e conſenſo di V. A.* imò ſi ex Inveſtitura ſimilis
feudi empti ab alio Vaſſallo diceret expreſsè directus
Dominus, quod feudum illud de novo concederet, ne-
glecto verborum cortice, genuina foret interpretatio
pro nuda conceſſione conſenſus, ut rectè obſervavit
Camerarius penes Surd. *ubi ſupra num* 15. *in fine*, &
conferunt tradita per Bald. *in l. qui ſe Patris* 3. *n.* 34.
C. de bonor. poſſ. unde liber. quem ſequuntur Jaſon. *con-
ſil.* 57. *num.* 7. *in primo*, dicens multum ſingulare. Ger.
Spin. *conſ.* 16. *num.* 44. Intrigliol. *de feud. Cent.* 1. *quæ-
ſtion.* 18. *num.* 18. ubi quod ſi Princeps in Inveſtitura
104 feudi empti utatur verbo: *Indulgemus*, vel: *donamus*,
vel alio ſimili, feudum intelligitur quæſitum per con-
tractum, non ex Domini privilegio, vel munificen-
tia, imò etiamſi adeſſent verba: *donamus & ex cauſa
donationis pleno Jure transferimus*, adhuc contractus
feudi non intelligeretur tranſlatus in contractum ſim-
plicis donationis, ut, reprobato Oldrado, decidit Rota
coram Merlin. *deciſ.* 70. *num.* 18. & juvat demum ad 105
hæc Grat. *reſponſ.* 4. *in primo*, ubi probat in eo feudo
tanquam novo non habere locum Jus accreſcendi, nec
propterea revocari poſſe tranſactionem ſuper eo fa-
ctam per acquirentem, non obſtante quod in caſu ſuo
(ut conſtat *num.* 9.) in Inveſtitura legerentur verba:
in Comitatum erigimus, conferimus, & donamus.

Præterea quidnam importet noſtro in caſu, quod 106
D. Eq. Camillus recognoſcere vellet Caleſtanum in
feudum à Principe, & quid in mente habuerit hac di-
cendi formula indicandi, conſtat non obſcurè ex eo
quod juxta ſuperiùs allata verba libelli per eum por-
recti refert id conventum in libello dato per Dominos
de Fliſco ibi. *Eſſendoſi compiacciuto V. A. S. con ſuo
reſcritto fatto ſotto il dì* 16. *Genaro corrente* 1610. *alla
ſupplica data dall' Abbate e Conte Claudio, &c. con obli-
go al detto Cavaglier Camillo Taraſconi Oratore di rico-
noſcere, &c. in feudo da V. A. li detti luoghi, &c.* & ta-
men in dicto libello aliud ſuperindè non exprimitur,
niſi quod ipſe D. Eques deberet reportare à C. S.S. In-
veſtituram conſuetam, ei pollicendo fidelitatis Jura-
mentum his verbis, *reportando poi da V. A. la dovuta
Inveſtitura, e preſtargli il neceſſario Giuramento di fedel-
tà, &c.* ſicuti etiam in eodem libello refertur, conven-
tum in Inſtrumento acquiſitionis feudi; quod ipſe D.
Comes deberet recognoſcere dictum locum in feudum
his verbis: *Eſſendoſi in conformità della gratia di V. A.
ſtipulato un' Inſtromento di tal vendita, &c. nel quale v'è
il patto di reconoſcere da V. A. il detto feudo, &c.* & tamen
in dicto Inſtrumento non leguntur ſuper hoc alia ver-
ba quam iſta: *attentis gratia, beneplacito, conſenſu, &
licentia C. S. S. & diſpoſitione Majoris Magiſtratus, &
interveniente de novo conſenſu C. S. quatenus opus ſit &
non aliter, &c.*

Et quamvis etiam admitti poſſit ſine veri præjudi- 107
cio, quod attento dicto ſupplici libello, verè D. Co.
Camillus voluerit ab ipſo Domino Caleſtanum reco-
gnoſcere in feudum Comitatus, etiam in ſenſu impor-
tante, quod voluerit aſſequi à Domino aliquid aliud
præter conſenſum & Inveſtituram, puta privilegium,
ac indultum, quod dictus D. Eques Camillus acqui-
rens, ac ab eo deſcendentes denominarentur Comites,
ut in eo legitur poſtulatum, adhuc parum opitularetur
Dominis Comitibus Actoribus, non ob id, quod in his 108
terminis obſervat Surd. *dicto conſ.* 427. *ſub num.* 15. *ver-
ſic. addo* nempè quòd, quando etiam a principio ipſum
feudum verè conſtituitur à Domino, & ab eo utile
transfertur dominium in Patrem, qui cum ipſo D. con-
trahit, adhuc feudum deſcendit non à ſolo Domino
abſolutè, ſed mediante Patris contractu, ejuſque ſti-
pulatione, ita quod quoad Patrem ſuſcipientem feu-
dum deſcendat quidem à ſolo Domino, ſed quoad fi-
lios proveniat à Patre, qui pro illis ſtipulatur, ideoque
Jus filiis quæſitum per paternam ſtipulationem cenſeri
debeat profectitium, ut ratiocinatur idem Surd. *ſuprà
ante num.* 16. *& ſub num.* 45. *verſic. quod ſi feudum, &
antea num.* 13. *pluribus allegatis*; non inquam ex hoc 10
fundamento, quia ſi feudum fuiſſet gratis, & ex Do-
mini beneficentia ac liberalitate conceſſum, foret filiis
quæſitum Jus omninò irrevocabile ad feudum, de quo
proindè tanquam habito titulo lucrativo, primus In-
veſtitus, congruenter diſcurrendo juxta conciliationem
in alio articulo firmatam communi Doctorum voto
probatam, non poſſet diſponere.

Sed parum juvaret Dominos Comites Actores, quo- 110
niam certè non aliud prætendi poſſet, D. Comitem aſ-
ſecutum, quàm erectionem feudi in Comitatum, be-
nignam videlicet conceſſionem, quod ipſe D. Comes
acquirens, ejuſque filii, ac deſcendentes denomina-
rentur Comites; nam quoad feudum, ſcimus acquiſi-
tum cum ejuſdem Principis aſſenſu à Dominis Comi- 111
tibus del Fliſco: plurimum ſiquidem differunt ipſum
Corpus

Corpus feudi ab ejuſdem feudi titulo, ſeu dignitate adjecta, ut apertiſſimè conſtat ex tradit. per Capyc. Latr. *conſul.23. num.74. cum ſeqq.* ubi quod quamvis de feudo empto à communi Patre teneatur Primogeni-
112 tus dare Secundogenitis partem pretii, non tamen tenetur dare partem pecuniæ, cum qua titulus fuit emptus, ſecutus Rovit. *loco ibid. allegato*, qui idipſum etiam meliùs docuit *ſuper Pragmatic.25. de feud.num.58.*
113 ubi tractando de contributione integri pretii, quam Primogenitus ſuccedens in feudo novo facere tenetur fratribus, quærit an in hujuſmodi contributione habenda ſit ratio dignitatis eidem feudo adjectæ, ſicque ſupponit aliud eſſe feudum, aliud dignitatem, quodque licèt hæc dici debeat conceſſa à Principe, adhuc illud remaneat in ſua natura novi emptitii, & onero-
114 ſi, quæ optimè prævidit, ac ſcitè excitavit adversùs Bart. *in l.1. §. nec caſtrenſe num.7. de collat. bon.* diſertiſſimus Ant. Faber. *de error. Pragmat. decad.41. errore 10. num.4.* licèt ipſe benignius indulgere potuiſſet Bartolo ſuam reprehenſionem dum allata *dicto num.7.* ſa .s benè conciliari poterant cum iis quæ tulerat *num.4.* ubi huic ipſi Fabri, & aliorum ſententiæ favere videtur docens, quod in controverſia collationis conſiderandum non ſit, quantùm Pater erogavit in quærenda militia filio, ſed conſiderari debeat æſtimatio militiæ vendibilis, ac ſubdens quod non conferatur militia quantum ad dignitatem, ſed hæc ex ſupputatione detrahi debeat; quam quidem Theoricam à Bart. deſumptam tulit in propoſito Merlin. *de legitim. lib.2. Tit.1. quaſt.5. num.18.* Hanc ipſam animadverſionem fecit Doctiſſimus D. de Luca *in ſuperius commendato ſecundo reſponſo in hac cauſa dato verſic. quodque aliud*, quæ pariter confirmant tradita per I. C. Petrum Petracinium *in conſult.* Capyc. Latr. *conſult.14. num.21.* ubi
115 quod ſeparatur Principis nomen à Principatu, illudque retinere poſſit, tametſi hic penes extraneos reſideat; & *num.*23. ubi quod denominatio, titulus & di-
116 gnitas Principis deferri potiùs videntur jure ſanguinis, quam hæreditario, ac hujuſmodi conceſſio facta à Principe, ſeparata intelligitur ab ipſa conceſſione feudalium.

117 Quare jus quod virtute Inveſtituræ prædictæ ſibi poſſent quæſitum prætendere Domini Comites Adverſarii, totum in ſubſtantia verſari videretur circa ipſum feudi Titulum, quem unicum dici poteſt à Principe efflagitatum ac obtentum; Quare concluſiones omnes quæ ferri poſſent pro ipſis Dominis Comitibus Actoribus, in hoc unum collimare poſſe videtur, quòd nempè D. Comes Camillus non potuiſſet contraria ſua diſpoſitione præjudicium ipſis tanquam ab eo deſcendentibus, ac à Principe in Inveſtitura in hoc contemplatis inferre, quin participarent de dicto Titulo & dignitate Comitatus, ac propterea denominarentur Comites, quod tantùm abeſt D. Co. Camillum unquam in animo habuiſſe, ut potiùs in ipſo poſtremo ejuſdem Elogio quandocumque de eis mentionem fecit, ſub hac Comitum denominatione continuò nuncupaverit.

118 Præterea ſciendum eſt, quòd ipſe D. Comes Camillus recenſitam facultatem, quòd ipſe ejuſdemque deſcendentes nominarentur Comites (etiam ſi admittatur, quòd D. Eques Camillus voluerit feudum recognoſcere à Domino, quatenùs ab eo aſſecutus fuit gratiam, quòd ipſe, ejuſque deſcendentes poſſent denominari Comites) adhuc, non ex mera Principis gratia obtinuit, ſed titulo ſatis oneroſo, cum Sereniſſimæ Ducali Cameræ ad hunc effectum perſolverit pretium Ducatorum mille Argenteorum, quod equidem habito reſpectu ad pretium integrum feudi erogatum de Principis conſenſu, Dominis de Fliſco (quibus ad hunc effectum Celſitudo ſua remiſit feudi caducitatem ut ex eorum ſupplici libello ibi: *Null'ad meno confidati deti Conti fratelli nel ſommo della Sereniſſima ſua benignità, ſperano che ſia l'A. V. per fargli gratia di rimittergli la detta caducità per l'effetto infraſcritto, poiche eſſi bramano di far vendita di detto Feudo, ſua Giuriſditione, e beni al Cavaglier Camillo Taraſconi per il prezzo fra loro convento.* & infrà: *Humilmente la ſupplicano, &c. di concedergli di nuovo, &c. il detto feudo, &c. e poi di poterlo vendere al detto Cavaglier Camillo Taraſconi per ſe ſuoi figlioli, e deſcendenti in perpetuo, & a chiedaria per il prezzo frà loro concordato, & al detto Cavaglier Taraſconi di poterlo liberamente comprare, riportando poi dall' A. V. la douuta Inveſtitura, e preſtargli il neceſſario Giuramento di fedeltà &c.*) quod inquam pretium ducatorum mille habito reſpectu ad pretium integrum feudi de Principis conſenſo erogatum Dominis de Fliſco pro acquiſitione dominii utilis, non videtur tenue pro ſola Comitalis nomenclaturæ acquiſitione; undè ex quocumque latere res conſpiciatur, undequaque feudum hoc acquiſitum apparet titulo oneroſo, nilque prorsùs, ac omninò habitum titulo lucrativo ex mera gratia & liberalitate, ſicque filii, quibus ſanè jus ullum ad feudum non deſcendiſſet, ſi à Domino Comite acquirente feudum emptum non fuiſſet, non à Sereniſſimo Principe illud debent recognoſcere, ſed à Patre.

Omni in caſu, quando etiam memorati feudi con- 119
ceſſio tota daretur Domino concedenti, adhuc tamen quia illi penè ignota erat filiorum perſona, præſumitur quòd eos vocaverit contemplatione Genitoris. Surd. *dicto conſ.427. num.16. verſic. ſecunda eſt ratio*, & nos latè in priori Articulo monſtravimus; quare hic quoque repetitur ibidem ſufficienter diſcuſſum, quòd ſcilicet Jus filiis quæſitum ex prædicta Domini vocatione reputari debeat profectitium, juxta allegat. text. *in l. profecti ia 4. de Jur. dot.* ibi, *Profectitia dos eſt, quæ à Patre vel Parente profecta eſt de bonis vel facto ejus*, & ibi, *quid ſi Patri donaturus dedit? Marcellus lib 6. Digeſtorum ſcripſit hanc quoque à Parente profectam eſſe, & eſt verum.* Surd. *dicto conſ.427. num.17.*

Hinc ſatis clarè licet inferre, numquid ullum vali-
dum fundamentum ſumi queat contra D. Comitem 120
feudi prælegatarium ex objectato ſupplici libello, cujus tamen difficultatem breviori, ac faciliori via nonnulli fortè evaſiſſent, animadvertendo, quod ille porrectus non fuerit à D. Co. Camillo, ſed à D. Comite Octavio ejus Procuratore, qui tamen non ſatis diligenter viſus fuit ſervare fines mandati juxta præſcriptum *l. diligenter §. mandati, cum vulgaris*; quamvis enim haberet facultatem preces porrigendi Sereniſſimo Principi, ea tamen reſtricta legitur à clauſula (*in præmiſſis*) hoc eſt preces porrigendi prò obtinendo aſſenſu & beneplacito à Celſitudine ſua: enim verò nil aliud in mandato continetur, quàm ipſius D. Comitis Octavii electio in Procuratorem ad faciendum Inſtrumentum emptionis feudi nomine D. Comitis ejus Patris, *reſervato, & accedente conſenſu, & beneplacito Sereniſſimi D. Ducis noſtri.* Quamobrem aliquis objicèret quod gratis, & ultra ſibi commiſſa ea omninò D. Procurator in dicto ſupplici libello appoſuerit, præter illa quæ meri aſſenſus, ac Inveſtituræ implorationem concernerent. At nos qui exiſtimamus nullum indè oriri impedimentum ad infringendum, ac evitandum implementum diſpoſitionis D. Comitis, ad præſidium hujuſce exceptionis non convolamus.

Unum ſolummodò ex abundanti innuimus ad indi- 121
candam amplitudinem facultatis D. Comitis acquirentis, quod poſtremus hic ſupplex libellus à D. Co. Octavio procuratorio nomine porrectus Sereniſſimo Domino eſt omninò relativus ad priorem libellum eidem Sereniſſimo porrecto per Dominos Comites de Fliſco, & per ipſum D. Co. Camillum, & ad Inſtrumentum acquiſitionis feudi prædicti, imò in illo horum confirmatio enixè, & expreſsè efflagitatur his verbis: *Reſta al detto Cavaglier Camillo Taraſconi Oratore di ſupplicarla, &c. di confirmare e corroborare con la pienezza della ſua Podiſtà Ducale non ſolo il reſcritto fatto*

alla

alla ſupplica delli detti Conti Fieſchi, e detto Oratore fatto il dì 16. corrente meſe, &c. quale è regiſtrato nell' Infraſcritto Iſtromento, ma etiam dio il medeſimo Iſtromento di vendita fatta dalli detti Conti Fieſchi al detto Oratore, con tutto ciò che in eſſo ſi contiene, e qual iſtromento s'eſſibiſſe, &c. In dicto autem priori libello petitur facultas vendendi dictum feudum D. Co. Camillo pro ſe ejuſque filiis & deſcendentibus in perpetuum, & quibus dederit his verbis: *E poi di poterlo vendere al detto Cavaglier Taraſconi per ſe ſuoi figlioli, e deſcendenti in perpetuo, & a chi darà*, cujus quidem clauſulæ (*& quibus dederit*) nota eſt virtus operandi, quod competat Inveſtito facultas alienandi feudum. Curtius Jun. *de feud. part.4. num.141. verſic contrariam tamen* (ubi de communi Feudiſtarum opinione teſtatur, dicens haberi textum fortiſſimum, & inevitabilem de hoc *in cap.1. de feudo non habente propriam naturam feud.*) Barboſ. *clauſ.57. num.1.* etiam in extraneos quocunque titulo, ut reprobatis contrariis veram ac communem teſtatur articulo plenè diſcuſſo Marta videndus *de clauſulis part.2. clauſ.38. num.5.* & per totum. Albert. Brun. *conſ. feudal.38. num 3.* ſive inter vivos, ſive in ultima voluntate, plures congerit Fab. de Anna *conſ.53. num.23. lib.1.* Barſat. *conſil.4. num.3.* Surd. *conſil.440. num.12. & 475. num.30. & 551. per totum.* D Sacca *Reſponſ.231. num.17. cum ſeqq.* etiam Domino irrequiſito, quia illius conſenſus cenſetur datus ab initio, ut rectè probat Camerar. apud eumdem Martam *num.7.* Barboſ. *ubi ſupra num.6.* & plures citat Fulgin. *de Jure emphyteut. ſub Rubrica de alienat. quæſt.1. num.144.* quod videtur ſine dubio admittendum ſaltem in primo acquirente ex tradit. per Rot. coram S. M. Gregor. *deciſ.529. num.2.* & ibi Addent. *num.22. lit.B.* undè inquiunt æquiparari hanc clauſulam, *quibus dederit*, clauſulæ: *pro ſe ſuiſque hæredibus & deſcendentibus quibuſcumque*, idem Barboſ. *ubi ſupra num.8.* quæ latiſſimè proſequitur Monac. *de recta feud. interpret. pleno cap.39.*

Adeò ut poſtpoſita Civiliſtarum doctrina volen-
125 tium hujuſmodi clauſulam, *& quibus dederit*, ita intelligendam, ut alienatio fieri duntaxat poſſit in ſanguine conjunctos, qui aliàs eſſent ſucceſſuri, reſolvendo quæſtiones per veros terminos Feudiſtarum, dicendum ſit, per hanc clauſulam datam eſſe facultatem ita alienandi in quoſlibet, ut etiam poſſit diſtrahi liberè & in allodium, quo caſu in perſona feudatarii, cui conceſſio facta eſt, dicitur feudum, in perſona verò illius, cui à feudatario liberè alienata eſt, cenſetur allodium, ut relato Iſernia, Baldo, & aliis pluribus probat Marta *citato loco num.8.* & benè *de ſucceſſ. legali. part.1. quæſt.18. art.3. num.13. cum ſeqq.* quibus addo Curt. Jun. *de feud. part.4. num.142. circa fin.* qui punctum hiſce verbis diſcutit. *Tertiò, & ultimò mirabilius advertendum puto, & ponderandum in hac materia quòd text. in dicto cap.1. de feudo non habente propriam naturam feudi, ſuper quo fundant ſe omnes Doctores prædlegati, probat unum mirabile, ad quod non ſolet in practica adverti, quod non ſolùm illa verba (& quibus dederit) vel æquipollentia operantur quod ille in quem fuerit facta talis alienatio retinebit illam rem liberam, & expeditam, & tanquam allodialem non autem Jure feudi, & illum text. intelligunt gloſſa ibi Andreas de Iſernia, Baldus Alvarot. & communiter Feudiſtæ, quod ego reputo mirabile, & ſingulare & perpetuò memoriæ commendandum.*

Contractus autem venditionis Caleſtani, ut patet ex ipſo inſtrumento, factus fuit juxta facultatem traditam à reſcripto emanato ad dictum Libellum omninò confirmatorio omnium in eo petitorum, vendendi ſcilicet feudum D. Equiti Taraſcono pro ſe, ejuſque filiis & deſcendentibus, & quibus dediſſet per hæc verba: *Concedimus, mandamus, & derogamus in omnibus, & per omnia prout petitur, non obſtantibus, &c.*

Idipſum confirmatur ex Inſtrumento acquiſitionis 126
ejuſdem feudi, in quo nec verbum de filiis, & deſcendentibus, ſed potiùs interpoſitam intelligimus ſtipulationem pro hæredibus, ſi animadvertamus ad clauſulam cæteratam appoſitam poſt ſtipulationem notarii, & Domini procuratoris nomine domini Equitis acquirentis, ibi: *Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Abbas Co. Claudius, &c. fecit, & facit dicto Illuſtriſſimo D. Octavio Taraſcono filio dicti Illuſtriſſimi D. Equitis Camilli Taraſconi uti illius Procuratori, ut ſupra, ac nobis Notariis infraſcriptis ſtipulantibus, & venditionem, ceſſionem, &c.* & infra: *Ita quidem, &c. & ceſſit nominibus quibus ſupra & in ſolidum ut ſupra dicto Illuſtriſſimo D. Octavio Procuratori ut ſupra præſenti, &c.* Porrò 127
notum eſt, quod clauſula cæterata poſt verbum, *ſti-* 128
pulanti, vel *acceptanti*, & poſt verbum, *præſenti*, extenditur *pro ſe ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, ut de primo probant Barboſ. *clauſ.103. num.9.* Barat. *deciſ.310. num.7.* Rot. *in rec. deciſ.387. num.3.* de ſecundo verò Rot. *diverſ. part.1. deciſ.393. num.1. & part.9. rec. deciſ.290. num.5.* ubi in puncto quòd clauſula cæterata poſt verbum *præſenti*, indicat ſtipulationem pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque, quemadmodum etiam quando reperitur appoſita poſt verba, *pro ſe*, ut probat Rota *in rec. part.1. deciſ.707. num.10.* cum maximè hoc ideo ſuadeat juris præſumptio, quæ feudo 129
(ubi expreſsè non legantur acquiſita pro filiis uti filiis) etiamſi acquiſita exprimantur pro filiis ſimpliciter, 130
præſumimus acquiſita pro filiis uti hæredibus non uti filiis, ut poſt Bald. & alios probat Tuſc. *lit. A. concl.439. num.12.*

Demùm id pariter videtur confirmari ex clauſulis, *ſi* 131
ita ſibi placuerit, & in ea forma, & modo, quæ ſibi videbitur, appoſitis in poſtremo ſupplici libello vim Inveſtituræ habente §. *di più ſupplica l'A. V.* ubi D. Comiti acquirenti conceditur facultas erigendi primogenituram; quandoquidem clauſula, *quidquid placuerit*, æquipollet clauſulæ, *quibus dederit*, ut probant in ſpecie
ad hunc eumdem effectum valendi liberè de feudo diſ- 132
ponere Georg. de Eccleſia, Marc. Salvac. & Reg. conſil. & requeſtr. Magiſter. *in eorum conſilio inter conſ. feudal. Diverſ. in ordine conſ.48. num.9.* unde ſaltem inter
comprehenſos in Inveſtitura, (ubi maximè ut hic, ap- 133
poſita eſt circa Methodum præferendi deſcendentes ipſius Inveſtiti) quòd hæc clauſula, *quidquid placuerit*, liberam importet facultatem in acquirente diſponendi, dummodo non in extraneum latè comprobant Ambroſius de Vignate, Jacobus à Sancto Georgio, Chriſtophorus de Nicellis *in conſ. ubi ſuprà inter conſ. feud. 47. poſt num.8. verſic. non obſtant modo allegata in contrarium.*

Quamobrem his omnibus attentis, videmus, quantum diſtet hypotheſis Belloni *allegato conſ.55.* à caſu noſtro, quantaque urgeant hic ad ſuadendam liberam facultatem in D. Comite Camillo diſponendi de noſtro feudo, quæ illic non militabant, tametſi veram fateremur Belloni ſententiam, quam tamen ſuperiùs non
ſatis tutam probavimus; imò quatenus ſumatur in ſen- 134
ſu contra nos objectato, contrariam illis quæ idemmet auctor conſuluerat *conſ.9. num.74. juncta facti ſpecie*, unde hic cadere ſatis apte videtur declamatio Martæ *de clauſulis clauſula 58. partis ſecundæ num.4. in fin.*
quòd mirum non ſit, ſi nulla fides Conſulentibus noſtri 135
temporis, eorumque ſcriptis habenda ſit, qui ad lucri faciendum tantum elucubrarunt. Si opiniones veriſſimi eſſent, eoſdem pudeat ſet opiniones directò contrarias amplexos eſſe, & multò minùs excuſandi ſunt, qui in uno eodemque volumine conſilia adverſantia collocarunt, hæc Marta in conſimili feudali contentione, hos pariter jure merito carpit Rot. *in rec. part.9. tom.2. deciſ.438. num.12.*

Demùm ad ſternendum penitùs præfatum Bellon. 136
conſ.55. libet hic pro coronide præſentis Articuli candide compertum facere exitum cauſæ, in qua idem Bellon.

Bellon. tunc in Jure allegavit. Sufficeret quidem hoc certo ſcire teſtimonio ipſiuſmet Bellon. *in principio ejuſdem conſ.* nempe priori inſtantia pronunciatum adverſus partem pro qua ille conſulebat, nec adhuc conſtare, fundamenta allata in ſuo reſp. ad ſecundos Judices adeò invaluiſſe, ut eos ad diverſa traxerint vota, ſicut eximiè obſervavit in *Secundo ejus reſponſo* poſtremo loco in calce *præſentis controverſiæ* edito ad reſolutionem dubii petiti ab eodem Belloni *conſ.* Dominus meus de Luca, cujus oculatiſſimæ indagini propoſita fuit difficultas, ut præ ſumma ejus peritia in omnibus ſed præcipuè in feudalibus altercationibus ſincere ex-
137 poneret, numquid ratiocinia Belloni eo loco illum moverent à priori opinione, quam ante conditum Teſtamentum Domino Comiti Camillo ſignificaverat, & quæ fuit regula ejus ultimæ diſpoſitionis circa prælegatum feudi. Studioſiſſimus tamen fui è Taurinenſibus oris compertum habere præciſum, & poſtremum exitum cauſæ, & conſcius fui rem hoc pacto actitatam.

Actores erant in dicta cauſa Dominæ Margarita Comitiſſa Ormeæ vidua, ac Diana nupta D. Joanni Baptiſtæ Provano, & Rea D. Comitiſſa Paula relicta Domini Caroli Provani de Druent Comitiſſa Alteſſani omnes Sorores, & filiæ D. Comitis Nicolai communis genitoris, qui poſt acquiſitionem Feudi Alteſſani recurſum habuerat ad Principem directum Dominum, rogaveratque pro erectione in Comitatum & confirmationem primogenituræ, & poſteà moriens gravaverat dictam Comitiſſam Paulam primogenitam ad erogandos aureos bis mille ſororibus ſuis ex pretio dicti feudi: electi fuerunt Arbitri præfatæ ac aliarum controverſiarum vertentium inter dictas Dominas Sorores Domini Senator, ac Conſiliarius Rovaxenda, Bernardinus Clerici, & Bartholomæus Leona, qui ſub die 4. *Decembris* anni præteriti 1610. eorum Laudum tulerunt omninò contrarium Dominæ Comitiſſæ Paulæ, dum eam juxta Paternam diſpoſitionem gravarunt ad ſolutionem præfatæ ſummæ. Laudum in authentica forma ab ea Civitate procuratum eſt tenoris ſequentis.

Noi Ricardo Ceſare de Signore di Rovaſenda Conſiliere, e Senator Ducale, Bernardino Clerici, e Bartolomeo Leona Avocati in Torino Arbitri, Arbitratori, & amicabili Compoſitori eletti, cioè Bernardino Clerici per la Molt'Illuſtre Signora Paola relaſſata dal fu Signor Carlo Prova a Sig. di Druento, & Bartolomeo Leona per le Molt'Illuſtre Signore Margarita Conteſſa d'Ormea vedoa, & Diana moglie del Signor Gio. Batiſta Provana, & Senator Rovaſenda communemente da eſſe tutte aſſonto per le differenze fra loro vertenti come ne gl'Inſtromenti di promiſſo rogati, cioè quello di detta Madama di Druente ſotto li quattordici d'Aprile mille ſeicento à M. Gio. Angelo Torrerii, & quello di dette Signore Margarita, & Diana ſotto li ventidoi d'eſſo meſe d'Aprile à M. Gio. Margaria, e come anco nelle prorogationi d'eſſo compromiſſo ſotto li quattordici, e quindici d'Ottobre proſſimo paſſato rogato al nob. Ven. Caſtellano Antonio Coppo d'Altezzano, & altri doi Inſtromenti di prorogatione rogati li vintuno di Novembre al detto Nodaro Coppo, & altri doi Inſtromenti di nominatione di me ſodetto Senatore Rovaſenda per commune Arbitro rogati, l'uno ſotto l'ultimo di detto Novembre proſſimo paſſato, & l'altro ſotto il primo del preſente meſe di Decembre al detto Nodaro Coppo, a quali tutti reſpettivamente s'habbi l'opportuna relatione. Veduti eſſi Inſtromenti di compromeſſi, e di prorogationi, & inſieme le pretenſioni in eſſer riferite, & altre a parte ſporte, e propoſteci con gl'inſtromenti delli Teſtamenti del fu Signor Nicolao Henry Conte d'Altezzano, & Signor di Crimni padre di dette Dame compromittenti, quello della fu Dama Violante di Savoia loro Madre con li loro Codicilli, il teſtamento del Sig. Conte Ottavio loro fratello, l'acquiſto & inveſtitura d'Alteſſano, & inſtromenti di dote di detta Signora Violante, & d'eſſe Signore compromittenti con ogn'altre raggioni, & Scritture, quali a dette Signore è parſo di preſentarci, e ſentiti anco gl'Agenti d'eſſe Dame, e fatta la dovuta conſideratione ſi ſoura eſſe pretenſioni riſpoſte, e repliche, raggioni, &c. Scritture, che ſopra ogn'altra coſa allegata, ſi in ragioni, che in fatto, invocato il divino agiuto laudiamo, arbitriamo, & arbitramentiamo come ſegue.

Primo che fra dette Dame ſorelle reſti bona pace e concordia come conviene fra Dame Chriſtiane.

Più ſopra la prima pretenſione, che detta Signora Paola Madama di Druento ſia tenuta, e debba pagare del ſuo proprio à dette Signore Conteſſa Margarita, e Diana ſue ſorelle ſcudi doi mila d'oro per caduna in conſideratione della Primogenitura d'Alteſſano in lei pervenuta in virtù, & conforme al teſtamento paterno con gl'intereſſi dal giorno del compromeſſo à ragione del cinque per cento fra ſei meſi proſſimi, quali duranti le pagarà l'intereſſe alla ragione ſodetta del cinque per cento.

Omittimus reſiduum laudi, quia concernit deciſionem aliarum quæſtionum vertentium inter Dominas Sorores, quæ ad rem præſentem non faciunt. Laudo minimè acquievit quoad dictum primum caput D. Comitiſſa Paula; ſed petita reductione ad arbitrium boni viri ſeu facta novo compromiſſo, cauſa commiſſa fuit Dominis Senatoribus Fanzono, Junctinæ, & Theſauro ſuſcipiente interim patrocinium Comitiſſæ reclamantis Bellon, qui *dicto conſ.* 55. ejus partes tueri acerrimè ſatagebat, & de facto (quoniam verum eſt, quod, ut vulgare ajebat adagium, habent etiam ſua ſydera lites, & ſententiæ quandoque non injuria inter caſus fortuitos recenſentur, ut poſt Medic. dixit Altograd. Sen. *in pede conſ.* 50. *in primo*) obtinuit revocationem primæ ſententiæ ſub die 22. *Junii* anni ſequentis 1611.

Verùm introducta cauſa in excelſo Senatu ſub die 14. *Febrarii* 1612. per ampliſſimum ordinem pronunciatum fuit, revocandam poſtremam arbitramentalem ſententiam, & primam confirmandam hiſce verbis.

CARLO EMANUEL.

Pronunciamo doverſi reparare il Laudo delli 22. di Giugno 1611. & della cui reduttione ſu tratta, come lo ripariamo. Confirmando il Laudo delli 4. di Decembre 1610. quale mandiamo eſſequirſi ſecondo ſua forma, mente, e tenore compenſate le ſpeſe, &c.

Subſcripta *Vivaldo Preſidente.*

Subſcripta *Caleril Interp.*

Senatuſconſulto neque obtemperare voluit D. Comitiſſa Alteſſani, ſed pro reviſione rogavit Sereniſſimum Principem, eamque obtinuit, ut ex ſupplici libello & benigno reſcripto tenoris ſequen.

SERENISSIMO SIGNORE.

Il fù Conte Nicolo d'Henry nel ſuo teſtamento gravò Madama di Druent. ſua figlia di pagare à due ſue Sorelle ſcudi due mila d'oro per una, caſo che il feudo d'Alteſſano eretto da V. A. in Primogenitura con titolo di Contado à lei perveniſſe; Il qual eſſo ſendo per la morte del fu Conte Ottavio di Cremici ſenza figli veauto, pretendendo eſſa Dama di Druent di non eſſer tenuta al pagamento di tal ſomma, per non haverla il Padre come primogenita potuta gravare, fù tal differenza compromeſſa in un Senatore e due Avocati, da quali fù detta Dama condannata nella ſodetta ſomma, & altre partite de qual nel laudi. Indi eſſendoſi per reparatione d'eſſo Laudo fatto di nuovo compromeſſo in tre Senatori, è ſtata da loro aſſoluta, e finalmente eſſendoſi la cauſa in prima inſtanza eitata nell'Eccelſo Senato, e ſtato per ſentenza confirmato il primo Laudo, dal che ſentendoſi oltre modo gravata detta Dama, ſi per eſſer coſa chiara in ragione che il Primogenito non può eſſer gravato, maſſime ſenza conſenſo del Prencipe, dal quale è ſtata erretta la primogenitura

nitura, come anco perche ſotto preteſto di al Primogenitura eſſe Dama è ſtata privata dell' heredità della Madre, come prontamente ſarà vedere; ha pereio imerpoſta la reviſione di tal ſentenza, la quale intendendo proſeguire, & ſacendoſi fede de gl'atti & aggravio ricorre da V. A. & la ſupplica ſi degni admettere detta reviſione, e quella comettere a l'eſteſſo Senato concedendorgli lettere opporeune con inhibitione in forma, e dichiaratione dell'eſſequtione, che ſi farà in perſona d'una d'eſſe Sorelle ò de loro Procuratori ſia valida &c.

Amittitur reviſio in forma li 21. *Marzo* 1612.

Subſcripta *Milliet.*

Verùm exitus ſecundæ Senatus ſententiæ non magis fœlix fuit D. Comitiſſæ Clientulæ Belloni, dum reviſionis cauſa terminata fuit ſub die 9. *Junii* 1614. his verbis:

Pronunciamo non eſſer luogo a'la reviſione domandato, ma doverſi confirmar, come confirmiamo la Sentenza de qual ſi tratta, compenſate &c.

138 Hæc ferenda duxi, tum quia hinc ſatis compertum ſit de eo Belloni *conſilio* non habendam rationem, ex quo contra eum judicatum eſt. Franc. *decis.*260.
139 *num.*6. ubi quod Orificius tunc Præſes Neapolitani Senatus conſueverat dicere ſibi allegantibus conſilia, quòd voluiſſet videre ſententias ſuper iis latas, tum etiam quia prædicta Senatuſconſulta juvare poſſe videntur ad deciſionem præſentis jurgii; licèt enim exem-
140 plis judicandum non ſit, ea tamen in hujuſmodi contingentiis non floci habenda, ad tradita per D.Saccam *conſ.*100. *num.*14. *cum duobus ſeqq.* & per Valenzuel. *conſ.*166. *num.*58.

ARTICULUS IV.

An diſpoſitio teſtamentaria D. Co. Camilli in ea parte, in qua D. Com. Octàvio prælegavit feudum, mereamur redargui ob non requiſitum Domini Aſſenſum.

SUMMARIUM.

1 *Feuda non ſunt de perpetuò alienari prohibitis.*

2 *Feuda non aſſimilantur rei Sacræ, nec Campo Martio.*

3 *Prohibitus tamen eſt modus alienandi, ne ſcilicet fiat ſine Domini aſſenſu.*

4 *Diſpoſitio de feudo Caleſtani per D. Com. Camillum facta fuit Domino ignaro, ac propterea irrita eſſe videtur, tum inſpecto intereſſe Domini, tum filiorum.*
*Contra tamen num.*13. *& per totum.*

5 *Intereſſe Domini in alienatione facta eo irrequiſito deſcendit ex triplici fonte num.*7. *&* 8.
*Vide tamen à num.*72. *uſque ad* 79.

9 *Diſpoſitio in comprehenſos fieri nequit cum alteratione formæ in Inveſtitura decreta.*
*Intellige ut num.*77.

10 *Violata videtur in noſtro caſu Inveſtitura, dum poſtergantur filii pro quibus D. Co. acquirens fuerat ſtipulatus eorum unico tantùm electo.*
*Vide tamen num.*77.

11 *Sicuti Vaſſallus transferendo feudum in Agnatum remotiorem proximiori præjudicium inferret, qui proindè rectè revocaret feudum, ita alienando in unum ſolum ex pluribus vocatis cæteris præjudicium facit, qui propterea pro portione ad eos ſpectante diſpoſitionem rectè redarguunt.*
*Vide infrà num.*65. *cum ſeqq. & num.*79.

12 *Roſenthal. eſt acerrimus propugnator Jurium cæterorum exiſtentium in æquali gradu.*
Quomodo vero recipienda ejus ſententia.
*Vide num.*68. *cum ſeqq. & num.*80.

13 *Concluſio: neque ex capite aſſenſus Domini novo requiſiti impugnari poteſt controverſum feudi prælegatum.*

14 *Licet Doctores admittant feudi novi alienationem cum Domini aſſenſu, hinc tamen non infertur feudalem diſtractum eo non interveniente irritum eſſe.*

15 *A dicto Doctorum ſumi nequit argumentum à contrario ſenſu.*

17 *Maximè in controverſia feudali, cum in jure feudali hujuſmodi argumentum à contrario ſenſu non rectè ducatur.*

18 *Nil refert, num aſſenſus Domini præcedat, numve ſubſequatur, & num.*18.

19 *Alienatio rei feudalis abſque conſenſu ab initio non eſt totaliter nulla, ſed manet in pendenti propter ſpem reconvalidationis.*

20 *Dominus Com. Camillus expreſsè petiit, ac obtinuit facultatem erigendi Primogenituram, & præferendi Primogenitum ſecundo, tertio, & ulteriori gradu genito.*

21 *Declaratio Inveſtituræ licita eſt Vaſſallo Domino inſcio.*

22 *Non debet poſtulari licentia, quando conceſſio facta eſt cum clauſula (& quibus dederit.)*

23 *Quod alienatio feudi ſine Domini conſenſu nequaquam ſubſiſtat procedit quoad Domini præjudicium, non quoad Agnatos.*

24 *Agnati allegare nequeunt defectum prædicti aſſenſus, ſed ſolùm à Domino proponi poteſt, & numeris ſequentibus.*

27 *Exceptio de Jure Tertii allegari nequit, quando non eſt ipſo Jure excluſiva juris agentis.*

29 *Vaſſallus poſſidens Agnatis opponentibus exceptionem omiſſi aſſenſus replicare poteſt, Amici quoad vos liberas ædes habeo.*

30 *Jus Tertii allegari nequit, etiamſi ſit ipſo Jure excluſivum intentionis Adverſarii quando Jus illud principaliter pertinet ad tertium.*

31 *Jus tertii allegari nequit, non ſolùm agendo, ſed nec replicando.*

32 *Dominus è contra allegare non poteſt defectum conſenſus Agnatorum.*

33 *Feudum ex pacto novum alienatum in extraneum revocat directus Dominus, & non filius aut Agnatus.*

34 *Interdicta non eſt diſpoſitio de feudo inter comprehenſos in Inveſtitura etiam Domino irrequiſito.*

35 *Cum Dominus ſingulos comprehenſos in Inveſtitura habuerit ab initio pro Vaſſallis, ejus reſpectu dici nequit alienatio.*

36 *Agnatus comprehenſus in Inveſtitura dici nequit novus Vaſſallus, ſed antiquus.*

37 *In alienatione emphyteuſis facta in comprehenſos in Inveſtitura non debetur Laudemium.*

38 *Lex feudi alienationem prohibens cogitavit de extraneo, non de agnato, imo lex ipſa conſentit, quando alienatio ſit in comprehenſos & num. ſeq.*

40 *Alienatio facta in comprehenſis alienatio non eſt, ſed refutatio.*

41 *Alienatum non videtur, quod eſt in Agnatorum linea conſervatum.*

42 *Alienatione prohibita non cenſetur prohibita conventio inter fratres.*

43 *Licet per teſtatorem injuncta ſit inſtitutis prohibitio alienandi, Cohæredes rectè contrahere poſſunt ad invicem ſuper bonis hæreditariis.*

44 *Patronus qui ſine Ordinarii conſenſu Juſpatronatus alienare nequit, illud rectè donat, Ordinario inſcio, alteri Compatrono.*

45 *Valet Argumentum à Patronatu ad emphyteuſim.*

46 *Singuli in aliqua Univerſitate comprehenſi ejuſdem pars reputantur.*

47 *Valet*

y Google

47 *Valet alienatio rei alienari prohibita facta ab Univerſitate in aliquem ejuſdem Univerſitatis.*

48 *Canonici ſunt membra Eccleſiæ, cujus caput eſt Epiſcopus.*

49 *Valet alienatio per Epiſcopum facta in Capitulum inconſulto Pontifice.*

50 *Enumerantur quinquaginta duo Doctores, qui indiſtinctè probant validam alienationem feudi inter comprehenſos in Inveſtitura Domini aſſenſu non requiſito.*

51 *Idipſum receptum eſt in alienatione emphyteuſis Domino ignaro.*

52 *Hoc maximè admitti debet in feudo titulo oneroſo quæſito.*

53 *Extende primò concluſionem firmatam ſupra num.34. etiamſi ſtatuto prohiberetur omnis contractus de feudo non conſentiente Domino factus.*

54 *Extende ſecundò etiamſi adeſſet in Inveſtitura expreſſa conventio non alienandi ſine Domini aſſenſu, quia hinc ſolum prohibita intelligeretur alienatio in extraneos.*

55 *Extende tertiò ut quamvis in Inveſtitura conventum eſſet, quod ille, in quem fieret alienatio, deberet capere Inveſtituram, nam adhuc intelligi deberet ſi alienatio facta fieret in extraneum.*

56 *Extende quartò ſive alienatio fiat inter vivos, ſive in ultima voluntate.*

57 *Imo magis ſuſtineri debet alienatio in comprehenſum in Inveſtitura, quæ fit per ultimam voluntatem, quàm quæ fieret inter vivos.*

58 *Extende quintò non ſolùm ſi alienatio in comprehenſum fiat in proximè ſucceſſurum, ſed etiamſi in remotiorem.*

59 *Nihil intereſt Domini inveſtientis, utrum bona feudalia reſideant penes proximiorem, vel remotiorem, dummodo Familiam contemplatam non egrediantur.*

60 *Argumenta quibus probatur alienationem feudi in remotiorem validam eſſe.*

61 *Non videtur intelligi poſſe, quomodo Domini interſit, quod feudum præmaturè ad illum tranſeat, ad quem, licèt ſero, quandoque ex ejus voluntate debet pervenire.*

62 *Alienare prohibitus extra familiam poteſt alienare in familia eligendo etiam remotiorem in gradu.*

63 *In legibus feudalibus remotior non ſit deterioris conditionis, ac proximior.*

64 *In iis quæ ſunt uſus frequentiſſimi ſi leges peculiare Jus obſervari voluiſſent, præſumendum eſt, quod expreſsè providiſſent.*

65 *Extende ſextò concluſionem de qua ſuprà num.34. procedere non ſolùm ſi alienatio fieret in remotiorem, ſed etiamſi fiat in alterum ex pluribus agnatis paribus in gradu*

66 *Idem judicatur de pluribus proximioribus reſpectu partis ipſis tangentis, quod de remotiore reſpectu proximioris.*

67 *Vaſſallus in quem totum feudum fuit tranſlatum habetur pro remotiore, quoad portionem in qua non ipſe, ſed Frater, aut alius in æquali gradu erat ſucceſſurus.*

70 *Conſideratur diſtinctè & ſeparatè in hujuſmodi controverſia intereſſe Domini, & intereſſe Agnatorum.*

71 *Doctores qui ex adverſo allegari poſſent, vel loquuntur quando eſſemus in feudo antiquo, vel eo in caſu, in quo acquirens non poſſet ex alio capite de feudo diſponere.*

74 *Ut faciliùs & citiùs feuda reverterentur ad Dominum, quando primo fuerunt introducta, & cognita, concedebantur ad libitum Dominorum, poſtea ad annum, deinde ad vitam Inveſtiti, ſucceſſivè prærogata ſucceſſio ad unum ex filiis, quem Dominus elegiſſet, poſteà ad omnes filios, & demum ad Nepotes.*

Quamvis feuda non ſint de perpetuo alienari pro- 1
hibitis, nec rei Sacræ, campove Martio aſſi-
milentur, ut poſt Iſern. & Camerar. ajebat Bilocta
*conſul.*10. *num.*10. neque eorum commercia prohibi- 2
ta ſint, prohibitum tamen fore modum, ne ſcilicet 3
hujuſmodi feudales conventiones fiant ſine Domini
aſſenſu aſſeveravit Bald. ab eod. Bilocta *ibid.* relatus
*num.*11.
Quamobrem controverſiam Caleſtani diſpoſitionem
à D. Co. Camillo factam Sereniſſimo Directo Domi- 4
no irrequiſito, ac penitùs ignaro ad favores D. Co.
Octavii, cæteris filiis paribus in gradu, ac Nepotibus
ex primogenito prædefuncto excluſis, nequaquam ſub-
ſiſtere primo ſuadetur aſpectu, tum ejuſdem Domini,
tum cæterorum filiorum, ac reſpectivè Nepotum in-
ſpecto intereſſe, Domini inquam triplici ratione con- 5
ſiderata ab eodem Camerario apud Surd.*deciſ.*143.*n.*40.
verſic.& non reſiſtit.
Primò ſcilicet ratione damni, cum alias omnes filii, 6
pro quibus indiſtinctè in acquiſitione feudi fuerat ſti-
pulatus ſuccedere debuiſſent, onde plures habuiſſet
Vaſſallos ad text. *in cap.*1. §. *omnes filii, ſi de feudo de-
functi content. ſit, &c.* quod ejuſdem Domini intereſſe
videtur, ſicuti noſtra quoque intereſt plures habere de-
bitores Natta *conſ.*475. *num.*3.
Secundò ratione voluntatis, ne Dominus habeat
Vaſſallum quem nolit, arg. text. *in c. Imperialem, cum* 7
ibi notat.de prob.feud.alienat.per Federic.
Tertiò ratione ordinis, ne feudum modò ab eo di- 8
verſo quem ipſe in Inveſtitura præfinierit transferatur,
licèt enim diſpoſitio fiat in comprehenſos, fieri ta-
men non poteſt cum alteratione formæ in Inveſtitura
decretæ, quàm violare Vaſſallo non licet, Domini 9
ſaltem conſenſu non impetrato, ut ex text. *in cap.*1. *de
alienat. feud. patern.* Jaſon. & Surd. probat Rota *in
Leodien. fideicom.* 10. *Junii* 1615. coram *Pirovano in-
ter rec. part.*6. *deciſ* 679, *num.*3. ſicuti actum dignoſ-
citur manifeſtè in caſu noſtro, in quo poſtergatis 10
aliis, pro quibus Dominus Comes acquirens fueret
ſtipulatus indiſtinctè, unicum tantùm filium admitti
voluit.
Cæterorum verò filiorum conſiderato intereſſe ſub- 11
ſiſtere nequaquam videtur hujuſmodi diſpoſitio facta
Domini neglecto conſenſu, quoniam quemadmodum
Vaſſallus, transferendo feudum in Agnatum remo-
tiorem, præjudicium proximiori inferret, qui prop-
terea idem feudum rectè revocaret, ut ex innumeris
probat Surd. *conſ.*305. *num.*17. ita ſimiliter alienando
in unum ſolùm ex pluribus vocatis, & quo quibus
omnibus in limine feudalis conventionis fuerat ſtipu-
latus cæteris præjudicium facit; ut proindè ſinguli
eundem gradum obtinentes, juſtè revocare poſſe vi-
deantur pro portione ad eos ſpectante, ut probarunt
Bald. aliique longa ſerie relati per Surd. *loco mox alle-* 12
*gato, num.*18. & ut cæteros ſileamus, ſufficiat pro om-
nibus allegare acerrimum propugnatorem partium cæ-
terorum exiſtentium in æquali gradu Roſenthal. *de
feud. cap.*7. *concluſ.*7. *à num.*9. ubi quòd Vaſſallus ſine
Domini conſenſu neque de feudo novo inter liberos,
& deſcendentes vi primæ Inveſtituræ in eos ſucceſſu-
ros diſponere queat, id uni filiorum prælegando, &
aſſignando, quare cæteri hanc aut ſimilem ordinatio-
nem ratam habere non cogantur, ſed rectè portionem
ſibi debitam auferre, repetere, aut revocare poſſint,
damnando contrariam ſententiam tamquam planè im-
probabilem.
Verùm hiſce aliiſquè ſimilibus, quæ ex adverſo pro- 13
poni poſſent, & quorum plura in præſentis decurſu
Articuli oportuno loco ferentur, ad altius examen vo-
catis, neque ex hoc capite reprehendi poſſe oppugna-
tam feudi diſpoſitionem, pluribus demonſtratur.
Primò quia, & ſi Doctores quamplurimi dicant, 14
feudi novi alienationem permitti, cum Domini aſſen-
ſu, minùs tamen rectè hinc infertur, quod ejuſdem

Domini conſenſu non interveniente feudalis diſtractus
15 16 irritus ſit, cum à dicto Doctorum ſumi nequeat argu-
mentum à contrario ſenſu, quod imò argumentum
neque duci poteſt in legibus feudi. Hoc utinur me-
dio ſingulis plurium allegatione munitis. Surd. *con-
ſil.*351. *num.*43.

17 Probatur ſecundò, omiſſum Domini aſſenſum non
omninò irritam facere feudi diſpoſitionem, ea ratio-
ne quia ſi adhuc obtentus non eſt, tractu temporis ha-
beri poteſt, ſi quidem non refert, non ille præcedat,
numve ſubſequatur feudalem contractum, ſicuti edo-
cemur à magno Iſernia pluribus concluſionem exor-
nante *in cap. Imperiale, num.*14. *de prohibit. feud. alie-
nat. per Federic. Ibidemque* Apoſtilla *litteris r & ſ.* ſe-
quentis paginæ. Fulgin. *de contr. emphyt. ſub rubric. de*
18 *alienat. quaſt.*1. *verſic. final. & latius, quaſt.*3. *num.*10.
ubi quòd conſenſus prædictus æquè bene obtinetur
ante contractum, in contractu, & poſt, latè etiam Bi-
locta *conſult.*10. *num.*8. quo loci aliis etiam adductis,
19 probat alienationem rei feudalis abſque aſſenſu non
dici ab initio totaliter nullam, ſed manere in penden-
ti, propter ſpem reconvalidationis ex ſuperveniencia
Regii aſſenſus, in quantum enim eſt alienatio, valida
eſt, cum perſona ad diſponendum ſit libera, ſed pro-
pter quoddam extrinſecum dominicum ſcilicet bene-
placitum, impeditur, quod quidem beneplacitum, quan-
do obtinebitur, tollet illud obſtaculum, & omninò fiet
valida alienatio, ita Bilocta ex Fabro *allegato num.*9.
hanc dicens *num* 23. regulam apud feudiſtas indubita-
tam. Argumentum brevibus innuit Natta *conſ.* 475.
*num.*11. *verſ. reſpondetur quod ſi non eſt habitus*, & tulit
in propoſito Palma *conſ*5. *num.*21.

20 Probatur tertiò ex eo quod D. Co. Camillus expreſ-
sè in feudali Inveſtitura poſtulaverit, nec obtinuerit
facultatem erigendi Primogenituram, & præferendi
Primogenitum ſecundo, tertio, & ulteriori gradu ge-
nito, & prout ſibi viſum fuerit per illa verba ſuperiùs
etiam allegata. *Di più ſupplica l'A. V. di concedelgli,
che poſſa, ſe coſì gli parerà, erigere una Primogenitura in
detto feudo, e preferire li ſuoi Deſcendenti primogeniti
agl'altri ſuoi deſcendenti con ordine ſucceſſivo, & in quella
forma e modo che ſtimera bene; ſenza che li ſecundogeni-
ti, & altri habbino alcuno ragione di contradire alla detta
Primogenitura, la quale adeſſo per all'horas s'intenda con-*
21 *firmata con l'autorità di V. A.* Quamobrem erectione
controverſiæ primogenituræ in linea Tertiogeniti, non
videtur diſpoſitionem diverſam feciſſe ab illa conven-
ta in dicta Inveſtitura, ſed potiùs declaraſſe qualis fue-
rit ejus mens in præfato ſupplici Libello, quidque ibi
efflagitare cogitaverit, quòd ei licitum fuiſſe videtur,
ulteriori Domini aſſenſu non requiſito ad tradit per
Rot. *in rec. parte* 1. *deciſ.*405. *num.*1.

Probatur quartò, quia cum ex recenſitis *Articulo*
22 *præcedenti*, feudum conceſſum fuerit cum clauſula (&
quibus dederit) nulla debebat rursùs poſtulari licen-
tia, cum tunc Vaſſallo permittatur facultas pro libito
diſponendi, ut probat Camillus de Medicis *conſ.*47.
*num.*8. ac teſtantur innumeri, quos noviter cumulavit
Manzius *de teſtamentis T.*13. *quaſt.*5. *num.*31. ubi teſta-
tur de veriori ac communiori Sententia, contra quam
propterea perperam reſpondiſſe Alexandrum.

Probatur quintò, quoniam concluſio admittens alie-
23 nationem feudi ſine Domini conſenſu minimè ſubſi-
ſtere, procedit quoad Domini præjudicium, nam quoad
Agnatos, ſive Dominus conſenſerit, ſive non, ſuſti-
24 netur diſpoſitio, nec ab ipſis allegari poteſt defectus
25 prædicti aſſenſus. Surd. *conſ.*305. *num.*35. qui ſolùm
à Domino proponi poteſt, adeò ut nemo præter illum
ad id admittatur. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*511. *num.*1.
Cephal. *conſ.*3. *num.*122. Oldrad. *conſ.*139. *circa med.
verſ. ſexto cum iſta bona.* Alex. *conſ.*173. *num.*7. *in ſe-
cundo*, ferens pro hac opinione Bart. & Bald. Natt.
*conſ.*475. *num.*14. Surd. *dicto conſ.*305. *num.*34 50. 51.
& 52. *concluſ.*351. *num.*42. & *deciſ.*235. *num.*2. *in fin.*

Riminald. Jun. *in cauſa Parmenſi feudi Ciſſia conſ.*513.
*num.*79. Mangil. *de evict. quaſt.*56. *num.*30. Alba *con-
ſil.*67. *num.*7. *verſic. & pariter non obſtat.* Menoch. *con-
ſil.*158. *num.*11. & *conſ.*1094. *num.*17. *cum ſequentibus.*
Buccaferrus *reſponſ.*2. *num.*23. & ea quidem ratione,
quia Agnatos allegare defectum conſenſus Domini eſt 26
dare, ut inquiunt, de Jure tertii. Rot. *in rec. deciſ.*463.
*num.*5. *part.*2. Galvan. *conſ.*8 *num.*61. Surd. *dicto con-
ſil.*305. *num.*51. Buccaferrus *ubi ſupra*, quod non per-
mittitur, *l. loci corpus* 4. §. *competit ſi ſervitutis vendi-* 27
cetur cum vulgatis, quando exceptio de Jure tertii non
eſt ipſo jure excluſiva juris agentis juxta notam theo-
ricam Bart. *in l.*2. *de except. rei judic.* qualis non eſt ob- 28
jectata exceptio neglecti aſſenſus, cum alienatio ſic fa-
cta nulla non ſit ipſo Jure, ſed ita demùm ſi velit ipſe
Dominus. Surd. *dicto conſ.*305. *num.*35. & 50. *in fin.* 29
Alex. *conſ.*173. *num.*7. ubi plena Apoſtilla *litterar. lib.*2.
quare Vaſſallus poſſidens Agnatis opponentibus hu-
juſmodi notam replicare poſſet, Amici quoad vos li-
beras ædes habeo, ut ajebat I. C. *in dicto* §. *competit in* 30
fine, imò neque jus tertii allegari poteſt, etiamſi ſit ipſo
jure excluſivum intentionis adverſarii, quando Jus il-
lud principaliter pertinet ad tertium. Gerius Spinus
agens de Jure Principis *conſ.*16. *num.*37. ubi quòd id
procedat tam agendo, quàm replicando, aliaque plu-
ra congerit in propoſito, probans *num.*40. regulam fore 31
generalem, quod Jus Principis per alium deduci ne-
queat in Judicium, ſed per ipſum Principem tantùm.
Hac ratione, neque Dominus è contra allegare poſſet 32
defectum conſenſus Agnatorum, quia hoc ſua non in-
tereſſet, ſed pertineret ad ipſos Agnatos. Surd. *ibid.
num.*51. & *deciſ.*343. *num.*21.

De facto videmus, quòd ſi feudum ex pacto & pro- 33
videntia novum fuerit alienatum in extraneum, dire-
ctus Dominus revocabit alienationem, & non filius,
aut alius deſcendens, vel Agnatus, ut poſt Clar. *in*
§. *feudum, quaſt.*66. *num.*7. alioſque atteſtantes de com-
muni docuit Scacc. *de Jud. lib.*2. *cap.*9. *num.*1504. 1536.
& 1547.

Probatur denique ſextò, quia nequaquam interdi-
cta eſt feudalis conventio, ſeu diſpoſitio inter com- 34
prehenſos in Inveſtitura, ſed ea Vaſſallo permittitur,
Domino minimè effecto conſcio, ſive ejuſdem Domi-
ni intereſſe, ſive voluntatem, ſive etiam poteſtatem
pendamus, intereſſe inquam, quia tunc certum eſt nul-
lum ei præjudicium inferri ut dicit Clar. *in* §. *feudum
quaſt.*40. *num.*6. (& latiùs infra probabitur) volunta-
tem verò, quia omnes perſonæ uſque ab initio fue-
runt per ipſum D. Inveſtientem approbatæ Rot. *in rec.
part.*3. *deciſ.*679. *num.*2. Surd. *deciſ.*343. *num* 11. pote-
ſtatem denique quia cum in feudi conceſſione admi-
ſerit omnes, quos Inveſtitura complectebatur, non
poſſet inconſtanter rejicere alterum ex eis in cujus gra-
tiam facta eſſet diſpoſitio arg. *text. in l. Pomponius ſcri-
bit* 10. *de neg. geſt.* & *in l. ſi quis teſtibus* 12. *C. de teſt.* Surd.
*dicta deciſ.*343. *num.*14. qui propterea *allegato num.*11.
ſicuti pariter Rota *citato loco*, rectè probat novum aſ-
ſum exigi non debere.

Imò cum Dominus ſingulos in Inveſtitura compre- 35
henſos habuerit ab initio pro Vaſſallis, ſeu Emphy-
teutis reſpectivè, neque dici debet illius reſpectu alie-
natio Clar. §. *emphyteuſis, quaſt.*14. *circa fin. verſ. cum* 36
enim Dominus, nec Agnatus in Inveſtitura comprehen-
ſus dici poteſt novus Vaſſallus, ſed antiquus Giurb.
de ſucceſſ. feud. §.1. *gloſſ.*16. *num.*3. Surd. *ubi ſupra nu-* 37
*mer.*13. qui ex Ripa infert, hac ratione non deberi in
emphyteuſi Landemium, nec novam capiendam Inve-
ſtituram, quod pariter probarunt multi relati per Pe-
regr. *conſ.*21. *num.*1. *in fin.* & *conſ.*27. *in princ. lib.*1. &
abundè compertum facit Fulgin. *de Jur. emphyteut. ſub
rubrica de Laudem. quaſt.*8. *num.*28.

Confirmantur hæc primò quia hæc feudi alienatio- 38
nem prohibens de extraneo cogitavit, non de Agnato.
Giurb. *dicto loco n.*2. facit Buccaferrus *reſponſ* 2. *n.*20.

junct.

39 *junct. præcedenti*, imò legem ipſam conſentire, quando alienatio fit in comprehenſos, inquit Scacc. *de Jud. lib.2.cap.9. num.1491.*

Confirmantur ſecundò, quia alienatio facta in com-
40 prehenſos verè alienatio non eſt, ſed quædam potiùs refutatio Alex. *in l. ſi domus 74. §. ſin. d num.7. verſic. quia talis de legat.* 1. Cyriac. *controv.* 189. *num.13. & 543. num.15.* Mangil. *de evict. quæſt.56. num.23.* Giurb. *dicto §.1. gloſſ.16. num.2. in fin.* plures congerit
41 Fulgin. *ſupra relatus dicta quæſt.8.num.31.* Quamobrem dicimus, quòd alienatum non videtur quod eſt in Agnatorum linea conſervatum, ad text. *in l. voluntas 4. C. de fideicom.* ubi decernitur, quod alienatione prohibita, non cenſetur prohibita conventio inter fratres, &
42 *in l.1. § cæteri, C. de imponenda lucrativa deſcriptione lib.10.* ubi probatur, quòd licèt Curiale prædium abſque lucrativa deſcriptione ab extraneis acquiri nequeat, id locum non habeat, quando prædium ejus lucro cedit, qui Civitatis ejuſdem Ordini ſit obſtrictus. Tholoſan. *Syntagmata Jur. univerſ. part.1. lib.6. cap.17.num.4.* Decian. *conſ.55. num.70. in 3.* Surd *dicto conſ.305. num.23.* & latè *præfata deciſ.343.num.10.* Mangil. *ſupra num.23.* Giurb. pariter *ſupra num.1.* Cephal. *conſ.593. num.32.* Amadæus à Ponte *in quæſtion. Laudem. quæſt.12. num.18.* Silvan. *conſ.3. num 80.* Portius
43 Imolenſ. *conſ.65. num.31. verſic. ulterius*, qua ratione licèt per teſtatorem injuncta ſit inſtitutis prohibitio minimè alienandi, attamen rectè cohæredes ad invicem inter ſe ſuper bonis hæreditariis contrahunt, ac diſtrahunt, ut innumeris probat Fuſar. *de ſubſtit. quæſtione 316. num.1.* Similiter videmus, quòd Patronus, qui
44 ſine ordinarii conſenſu nequit Juſpatronatus alienare juxta notata in *cap. illud 8. ubi* Canoniſtæ *extr. de Jurepatronat.* illud rectè donat eodem Ordinario irrequiſito alteri compatrono ad text. *in c. ex Inſinuatione 14 ubi gloſ. in verbo contulit ſet verſic. verius videtur, eod. tit. & in Clementin.2 junct. ibi gloſſ. in verbo liberè eod.* Hoc utuntur argumento Ripa *in l. qui Roma 122 § duo fratres num 88. verſic. quarto facit de verb. oblig.* Portius *dicto conſ.55. num.27.* & Cothul. *de emphyteuſ. ſub titulo de cauſa privationis ob alienationem irrequiſito Domino*
45 *factam limit.6. num.3.* Porrò paſſim arguimus à Patronatu ad emphyteuſim. Cournus *in propoſito conſ.25. numer.21. in ſecundo*, & ab emphyteuſi ad feudum, ac è contra, ſicut *ſupra* tulimus *priori Articulo*, & in puncto hujuſce quæſtionis idem Portius *ibidem num.29. cum ſeqq.*

46 Sic pariter dicimus, quòd ex quo ſinguli in aliqua Univerſitate comprehenſi ejuſdem pars reputantur *arg. l. plane 4. quod cujuſcumque univerſitatis*, cum aliis
47 cumulatis per Portium *ſupra num.36.* in eorum alte-
48 ros rectè alienantur ab eadem Univerſitate alienari prohibita; quare cum Canonici ſint Eccleſiæ membra, cujus caput eſt Epiſcopus, *cap. novit.4. de iis quæ ſiunt à Prælatis*, tenet alienatio per ipſum Epiſcopum facta in Capitulum Pontifice inconſulto, ut poſt gloſ. *in*
49 *clementin. 2. in verbo Eccleſiam, verſic. dicit etiam, de rebus Eccleſiæ non alienandis*, pluribus expendit idem Portius *ubi ſupra num.36.cum duobus ſequen.*

50 Hanc autem concluſionem, quam pro ſexto fundamento ſuperiùs dedimus, quòd indiſtinctè nullo Domini requiſito aſſenſu Vaſſallus diſponere poſſit inter comprehenſos in Inveſtitura tenent.

1. Ripa *in l. qui Roma 122. §. duo fratres, num.87. de verb. oblig.*

2. Surd. videndus *conſ.305.* (quod ſuper hoc Articulo Rot. in rec. & coram Duran. *infra allegand.* aliique ferè omnes qui poſt eum ſcripſerunt canonizatunt) *num.15. & 50.cum ſeqq. & conſ.351.poſt num.44.verſic. tertio reſpondeo.*

3. Galvan. *conſ 8. num.61.* ubi pluribus concluſionem compertam reddit.

4. Bellon. Jun. *conſ.9. num.35.*

5. Buccaferrus videndus *conſ.2. num.3. 20. 21. 22. & 23.* ubi in puncto de primogenitura erecta in feudo ex pacto & providentia, & *reſponſ.7. numer. 55.*

6. Palma *conſ.3. num.20.*

7. Peregr. latè *conſ.21. circa princ. verſic. reſpondeo verius de Jure eſſe, conſ.23.num.7. & conſ 27.num.1. in princ.* ubi quod hæc concluſio eſt indubitata *lib.1.*

8. Natta *conſ.475. num.14.*

9. Giovagnan. *reſponſ.44. num.45. in ſecundo.*

10. Baron. *in allegat. in pede ſecundi voluminis decitat. num.103.*

11. Manfredus Govean. *in ſuo reſponſo quod legitur in pede Voluminis conſiliorum feudalium* Diverſorum *inter cætera reddita in cauſa Feudi Mantuæ in ordine conſil.9. num 7.*

12. Decian. *conſ.26. num 65.lib.2. & conſ.55.num.69. lib.3.*

13. Albert. Brun. *conſ. feudal.44.num.13.*

14. Cravett. *conſ 303 num.4.*

15. Corneus *conſ.29. num.18.in ſecundo.*

16. Alciat. in Lugdunenſ. impreſſ. *libro tertio conſil.38. num.3.*

17. Silvan. *conſ.3.num.80.cum ſeqq.*

18. Anton. Cibſ. *conſ.2.num.13 verſ.addo.*

19. Borella *conſ.5. num.10.*

20. Bertazzol. *conſ. civil.122.num.2.& 3.verſic. & in alienatione feudi.*

21. Cephal. latè *conſ 694.num.20.cum ſeqq.*

22. Ab. Anguill. *conſ.26. num.3.7.*

23. Federicus Campixanus *inter conſ.* Corſetti *conſil.22.in ordine num 9.*

24. Hermannus Vultejus *inter conſ.* Diverſ. Academiæ Marpurgenſis *vol.2. conſ. in ordine 25 num. 15.* quod licet dubitationis loco ferat, idipſum tamen in reſolutione contrarii admittit quoad præjudicium directi Domini *num 91.*

25. Menocb. plures ferens *conſ.158. num 88. & conſil.1094. num.19.* ubi in puncto de primogenitura erecta in alterum ex filiis, & *in tract. recuperand.remed.9. num.259.*

26. Gozadin. *conſ 29. num.9.*

27. Portius Imolenſ. *dicto conſ.65. à num 26.*

28. Cyriac.*controv.189 num.13.380.num.30.& 543. num.15. & 19.*

29. Gratian. *cap.551.num.7 & 8.*

30. Theſaur. Jun. *quæſt. forenſ lib.3.quæſt.23. num.5. junct.num.9.verſic.tum quia res agitur.*

31. Mantic. de tacit.*lib.23.T.25.num.8.*

32. Tuſc. lit.E. *concluſ 207. n.136.*

33. Tholoſan. *Syntagmat. Jur. univerſi part.1. lib.6. cap.17.n.4.junct.num.præcedent.*

34. Tiraquel. *de retract. lignager §. 11. gloſſ. 6. num.10.*

35. Urſel. *in exam. apum concluſ.87.n.14.*

36. Mangil. *de evict. quæſt.56. num.22. cum pluribus ſeqq.*

37. Gaſpar Manzius *de teſtam.tit.13.quæſt.5.num.30.* ubi inquit ſine dubio procedere.

38. Scacc. *de Judic. lib.2. cap.9.num.1491.& n.1548. junct. num. ſequenti in fine*, dicens conſenſum directi Domini eſſe quidem hoc caſu bonum, ſed non neceſſarium.

39. Amad. à Pont. *in quæſt. Laudem. quæſtion.12. num.17.*

40. Maur. Burg. *de Laudem.in addit. ad inſpectionem 30.num.41.part.2.*

41. Rot. diverſ. *part.1. deciſ.284. num.2.* in rec. *p.3. deciſ 679. num.2. 3. & 4. deciſ.253. num.2. part.4. rec.* & ibid. *deciſ.311. num.8.* & coram Duran. *deciſ.145. num.26.*

42. Clar. *in §. feudum, quæſt.4. num 6. verſ. & certè mirum eſt, & clariùs in §. emphyteuſis, quæſt.14. ibidemque.*

43. Joannes Harpretus *in ſuis notis num.9.*

44. Afflict. *in cap.1. num. 16. de Vaſſal. qui cont. conſt. Loth.*

45. Jacob. de Ardizon. *in Sum.feudali,c.109.*

46. Joan. Blanc. *in epit.feud.lib.2.c.1.n.77.*

47. Anton. Monach. *de recta feudi Interpret. cap.52. num.32.*

48. Regens Lanar. *in §.ſed etiam res per quos fiat Inveſtit. ſub n.27.verſ.ſeptimò pro hac parte.*

49. Gurb. pleniſſimè *de ſucceſſ. feudali*, §.1.*gloſ.16. ferè per totum, & præcipuè num.2. circa fin. verſ. cum nec in perſonas & num.4.*

50. Schrader. *de feud. part.7. cap.2. num.22.* & latiùs omninò videndus *part.8. cap.2.num.62.* ubi innumeros allegat.

51 Vvurmſer *pract.for.de feud.obſerv.4 num.8.*

52. Petrus de Gregor. *de conceſſ feud.* altiſſimè punctum examinans *part.3.quæſt.7.à num.16.&* 50. pro qua opinione allegari conſuevit text. *in c. unic.* §. *ſed etiam res*, ibi: *Niſi tibi vel alii proximiori*, ubi gloſ. *in dicto verbo proximiori, per quos fiat Inveſtitura.*

51 Quod pariter in emphyteuſi foſe ſcilicet licitam alienationem inter comprehenſos nullo Domini petito aſſenſu, aſſeveravit Batt. *in dict. l. ſi domus* 74. § *final. num.3. Ibidemque.* Alexand. *num.7. de legat.1. & in dicta l. qui Roma* 122. §. *duo fratres num. 24. verſic. circa primum*, ubi Ripa *num.87. de verb. oblig.* Decian. *dicto reſponſ. 55. num. 71. verſ. & ſimiliter alienatio in 3.* Surd. *allegat. conſ.305. num.33. & deciſ.343. numer.12.* Galvan. *dicto conſ.8. num 51.* Giovagnon. *reſponſ.44. num.45. lib.2.* Marſil. *ſingular.18.* Mangil. *de evict. quæſt.56. num.25.* Vivius *comm. concluſ.241.* Gozadin. *conſ. 10. num.9.* Clar. *in dicto §. emphyteuſis, quæſt.14.* pleniſſimè Corbul. *de emphyteuſi, tit. de cauſa privationis ob alienationem irrequiſito Domino factam, limit.6.* Anna Jun. *conſ.83. num.1.* elegantiſſimum *eſt conſilium* pluries *ſupra relatum* 65. Portii Imolenſ. fere *per tot.* & præcipuè *à num.26.* latè Mantic. *de tacit. lib.28. tit.28. à num. 45.* & poſt cæteros Fulgin. *de Jur. emphyteut. ſub rubrica de Laudem. dicta quæſt.8. num. 28.*

Hoc autem tunc maximè debet pacificè admitti,
52 quando verſamur in diſpoſitione primi acquirentis facta de feudo oneroſo titulo acquiſito, ſicut eximiè animadvertit idem Petrus de Gregorio *relatis locis*, à quo mutuos volumus numeros 16. & 59. præallegatos, quos ad Lectoris commoditatem ferimus per extenſum. *Ex quibus infero tria* (verba Petri de Gregorio) *primo quod ſi hujuſmodi conceſſio facta fuiſſet ex re Patris fortè titulo emptionis, vel ex alia cauſa oneroſa Patri, & filio ſuo in poteſtate, quod tunc poſſet Pater primus acquiſitor ſine conſenſu Regio mutare formam primæ conceſſionis feudi, revocando tacitam donationem collatam in perſonam filii primogeniti nominati & eam conferre in alium filium ſecundogenitum non nominatum in conceſſione feudi.* Rurſus num.50. eadem hiſce confirmat: *Limito tertio prædictam concluſionem procedere, quando conceſſio feudi facta fuit Patri primo acquiſitori ſub clauſula Juris Francorum beneficio Regis concedentis, quia tunc non poſſet ſolus Pater mutare formam conceſſionis in præjudicium primogeniti, niſi Regio conſenſu interveniente, ex quo beneficium tertii non poſſet ei auferri ſine facto ſuo a g. l. ſi poſt mortem, §. final. ff. de bon. contr. tab. Secus autem eſſet ſi titulo emptionis, vel alterius contractus fuiſſet feudum per patrem acquiſitum, quia tunc ſolus Pater primus acquiſitor poſſet formam hujuſmodi conceſſionis feudi mutare, cum non agatur de præjudicio Regis qui conceſſit, quia ſicuti non poſſet ſolus Pater mutare formam conceſſionis, quando feudum quæſitum fuit gratis, & beneficio concedentis, ita ſolus mutare poterit quando non ex beneficio concedentis, ſed ex re ſua Pater feudum acquiſivit, & ita voluit idem Bald. in d.l.1. in ult. colum.C.per quas perſonas, quem refert idem Jaſon. in dicta l.2. colum.107. in princ. C. de Jur. emphyteutic.* Hucuſque de Gregorio.

Quæ in fortiori etiam caſu admittuntur, quamvis 53
Statuto prohiberetur omnis contractus de feudo, non conſentiente Domino factus. Schrader. *dicta part.8. cap.2. num.62. verſic. & hæc concluſio procedit*, imò amplius ſi adeſſet pariter in Inveſtitura expreſſa conventio non alienandi ſine Domini aſſenſu, quia hinc pro- 54
hibita ſolùm intelligeretur alienatio facta in extraneos. Surd. *pluries laudato conſ.305. num.33. circa finem, & deciſ.343. num.12.* Mangil. *dicta quæſt.56. num.26.* Gozadin. *conſ.10 num.9. verſic. imo ampliatur*, & fortius Fulgin. *circa quæſt.8. tit. de Laudem. num.30.* pluries allegans Schrader. *ſupra dicto num. 62. verſic. ſecundo hæc concluſio*, ubi quòd procedit, non obſtante expreſſa conventione inter Dominum & Vaſſallum in 55
limine feudalis conceſſionis inita, quòd non liceret feudum ullo pacto alienare abſque conſenſu Domini; quemadmodum itidem ſi in Inveſtitura conventum legeretur, quod ille, in quem fieret alienatio, deberet capere Inveſtituram, adhuc intelligeretur, ſi facta foret alienatio in extraneum, ſi enim fieret in comprehenſum, non obſtante allegata conventione, aliam Inveſtituram nequaquam efflagitandam obſervavit Portius *dicto conſ.65. num 45.verſic. Item illa verba*

Proceditque inſuper recenſita concluſio, quod Do- 56
mino inſcio, ſuſtineatur feudalis alienatio facta in comprehenſos in Inveſtitura, ſive alienatio fiat inter vivos, ſive in ultima voluntate, egregiè Cravett. *plenis conſiliis 712. & 713* (in quorum ultimo novem fundamentis concluſionem inconcuſsè ſtabilivit) quem ad id referunt & ſequuntur Galvan. *dicto conſ.8. numer.61.* Surd. *dicto conſ.5. num 33. & dicta deciſ. 343. num.43.* Buccafertus *dicto conſ.3. num.3.* & Mangil. *de evict. dicta quæſt.56. num 28.* imò magis ſuſtineri de- 57
bet alienatio, quæ fit per ultimam voluntatem, quàm ea quæ fieret inter vivos per contractum oneroſum, quia relicta per ultimam voluntatem Agnato data videntur tanquam aliquo pacto, vel aliquo tempore ſucceſſuro, quæ verò per contractum dantur, videntur tanquam in extraneum transferri, ut aiebat Surd. *dicta deciſ.343. num.43.*

Quod autem diximus de facultate Vaſſalli transfe- 58
rendi feudum Principe inconſulto in comprehenſum in Inveſtitura, intelligitur non ſolùm ſi alienatio fiat in proximè ſucceſſurum ab Inteſtato (de quo nulla cadit difficultas, cum ea ſit refutatio à Jure feudali admiſſa, ut obvia ſunt ejuſdem Juris principia) ſed etiam ſi fiat in remotiorem, ſicut probant Doctores longa ſerie ſuperius relati (ubi non ſicut aliqui, qui utramque quæſtionem involventes, ac confuſim intermiſcentes allegant Auctores, alteros ſuſtinentes licitam alienationem in remotiorem, alteros verò ſolùm dicentes validam in proximè ſucceſſurum quidquam de alio caſu non innuentes, conſultò ſeparavimus, ferentes eos ſolùm, qui vel de priori caſu loquuntur, vel generalem regulam ſtatuunt) inter quos disertè id probant Cyriac. *dicta controv 109. num.14.* Decian. *conſ.55. num.70. in 3.* Peregr. *conſ.21. num.1. in primo.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.511. num.8.* Afflict. *in cap.1. num.16. de Vaſſal. qui contra conſt. Loth.* Surd. *conſ.305. num.33. circa fin. & 51. pariter in fine*, ubi dicit adeſſe ſuper hoc Jura clara *conſ.308. num.35. & conſ.351. numer.45.* & latiſſimè *deciſ.343.* ubi pro hac ſententia duodecim tulit argumenta, ac concluſionem probat omninò indubitatam. Palma *conſ.3. num.20.* Campixan. *inter conſ Fea.* Corſet. *conſ.22. in ordine num.9.* Lanar. *in §. ſed etiam res ſub num.27. cum ſeqq. per quos fiat Inveſtitura.* Cravett. *conſ.712.* dicens non videri de hoc controverſiam. Silvan. *conſ. 3. num.80.* Cephal. *conſil.694. num.22. cum ſeqq.* ubi inquit reſtringere generalem diſpoſitionem juris feudalis permittentis feudi alienationem Domino inconſulto in agnatos ad diſpoſitionem in agnatos proximiores, eſt divinare Fulgin. *tit. de Laudem quæſt.7. num.16. & quæſt.8. num.78. & Tit. de alienat. quæſt.1. num.193.* Amad. à Pont. *dicta quæſt.*

quaſt. Laudem. 12. *num.*10. ubi communem, ac verio-
59 rem teſtatur Sententiam. Govean. *in dicto reſponſ. feudal. num.*7. ubi quod nihil intereſt Domini inveſtientis, utrum bona feudalia penes proximiorem, vel remotiorem reſideant, dummodo familiam contemplatam non egrediantur plenè Giurb. §. 1. *gloſſ.*16. *à numer.*3. hanc veram & communem ſententiam teſtatur, ac tuetur Roſenthal. *de feud. cap.*9. *membr.*1. *concluſ.*52. *num.*9 pro qua *ſub littera N.* triginta allegat Doctores, licèt dicat valere irrevocabiliter, de quo tamen infrà, & admittit pariter Vulrejus *ſuperius relato conſ.*25. *inter conſ.* Diverſ. Academ. Marpurgenſ.
60 *num* 97.

Id autem quoad Agnatum remotiorem pluribus à Surdo comprobatur, ut innuimus, *relata deciſ.*343. atque inter cætera ex eo movetur *num.* 34. quod ſi alienatio in remotiorem fiat cum conſenſu proximiorum ſuſtinetur ipſo Domino irrequiſito, ſive tacitè expreſsè proximè ſucceſſuri conſentiant, ut Jura, gloſſa, & Doctores *ibidem* relati authumant, ſignum evidens, quod Domini aſſenſus conſiderabilis non eſt, nec de ejus agitur præjudicio, alias enim eo invito, tametſi conſentirent agnati alienatio rata eſſe non deberet, argutiſſimè & late hoc ipſo utitur argumento Lanar. *in* §. *etiam reſ. per quos fiat Inveſtitura à numer.*28. & quidem non ſatis intelligi poſſe videtur,
61 quomodo Domini interſit, quod præmaturè feudum ad illum tranſeat, ad quem licet ſerò, quandoque ex ejus diſpoſitione debet pervenire. Surd. *conſ.*305. *num.*33.

62 Sic pariter ex conjecturata teſtatoris mente prohibitus alienare extra familiam poteſt in familia alienare eligendo etiam remotiorem in gradu, ſicuti innuimus *in Articulo ſecundo, verſic. proprius autem*, ubi plures id probantes adduximus, quibus modo addimus hoc ferens argumentum in hac ipſa quæſtione conſenſus directi Domini Deciani *conſ.*26. *num.*94. *lib.* 2.

63 Porrò hoc quoque probari videtur ex ipſis legibus feudi, in quibus Agnatus quamvis remotior videtur paris conditionis cum proximiore, dum enim in *cap.*1. *de alienat. Patern. feud.* decernitur inter Agnatos alienationem concedi, nec diſtinguuntur proximi à remotis, non perperam videtur poſſe de utriſque intelligi indiſtinctè; ſiquidem non credendum, quòd ſi Jura aliter ſenſiſſent in remotioribus, quàm in proximo ſucceſſuris, id præteriiſſent ſilentio, cum res uſus ſit frequentiſſimi; eſt argumentatio Giurbæ *dictis* §. 1. *& gloſſ.*16. *num* 4.

65 Procedit deinde relata concluſio ſexti fundamenti, non ſolùm ſi alienatio fieret in remotiorem, ut mox tulimus, ſed etiam ſi alienatio fiat (ut in caſu noſtro) in alterum ex pluribus Agnatis paribus in gradu. Duran. *deciſ.*141. *num.*26. non obſtante quod ille ſolus
66 non eſſet in feudo ſucceſſurus, ſed omnes ſimul; Idem enim judicamus de pluribus proximioribus reſpectu partis ipſis tangentis, quod de remotiore reſpectu proximioris, ut poſt Bald. Jacobin. Ruin. Præpoſit. Zaſium, Brunum, Tiraquell. Burſat. Schrader. Afflict. Practic. Papienſ. Cur. Jun. & Surd. Sen. animad-
67 vertit Surd. *dicta deciſ.*343. *ante num.*42. *verſic. infertur etiam*; ubi quòd Vaſſallus, in quem totum feudum fuit tranſlatum, habetur pro remotiore, quoad portionem, in qua non ipſe, ſed frater, aut alios in æquali gradu conſtitutus erat ſucceſſurus, & ille econtra qui erat in illa parte ſucceſſurus, dicitur hoc reſpectu proximior agnato acquiſitori, concludens, quòd quemadmodum inſcio Domino ſuſtinetur alienatio facta in remotiorem, ita ſuſtineri debet, quæ facta eſt in unum ex proximioribus, multis extantibus in eodem gradu, qui alienatione non facta ſuccedere debuerant.

68 Nec adducta de alienatione in remotiorem compre-
henſum (quæ ut *præcedenti verſic.* diximus, militant in alienatione facta in alterum ex partibus in gradu) turbat conſideratio Roſenthal. *de feud. cap.*9. *membr.*1. *concluſ.*52. *num.*14. dicentis concluſionem illam moderandam, ut ſcilicet refutatio in agnatum remotiorem ſine domini conſenſu, & Agnati proximioris ſubſiſtat, ſed tamen revocabiliter, hoc eſt ut Agnatus proximus quando feudi ſucceſſio ei delata, vel alias feudum ipſi apertum eſt, id poſſit Jure ſuo revocare.

Quoniam neque nos id inficiamur, & admittit pa- 69
riter Surd. *deciſ.*343. *pluribus in num.* & alii paſſim, quia veriſſima & indubitata eſt declaratio, id tamen æquè verum, ac indubitatum contendimus, quod quando eſſemus in caſu in quo nemo ex Agnatis redarguere poſſet feudalem diſtractum, alienatio foret valida irrevocabiliter, tum Agnatis conſideratis, tum Domino, hoc quidem, cum ejus minimè interſit, an alteruter ex admiſſis in Inveſtitura ſuccedat, illis verò ex quo ſupponimus facultatem non habere impugnandi diſpoſitionem, veluti quando feudum fuiſſet conceſſum cum facultate alienandi, quando eſſet hæreditarium, ſive conceſſum cum clauſulis, *& quibus dederit*, vel. *ad habendum*, *&c.* ſive eſſemus in primo acquiſitore [qui eſt caſus noſter] in quibus terminis quamplures ex adductis in primo fundamento loquuntur, probantes, quod aſſenſus Domini omiſſus non inficiat diſpoſitionem de feudo, vel emphyteuſi ex pacto factam in comprehenſos in Inveſtitura, quia hoc caſu conſenſus prædictus non eſt neceſſarius, nec alii Agnati poſſunt reclamare, quando diſpoſitio fit à primo acquirente, & feudum, vel emphyteuſis eſt acquiſita titulo oneroſo.
Conſideratur ſiquidem diſtinctè & ſeparatè intereſſe 70
Domini, & intereſſe Agnatorum, quod equidem tam quoad Dominum, quam quoad Agnatos ceſſat; ſi diſpoſitio ſit de feudo novo titulo oneroſo quæſita facta in comprehenſum; quoad illud conſiderata voluntate, dum in Inveſtitura ſingulos in univerſa Linea inveſtitos contentus fuit admittere in Vaſſallos, quoad hos verò conſiderata poteſtate, cum ipſi nequeant impedire primum acquirentem, quin de feudo ſic quæſito
diſponat. Surd. videndus *conſ.*305. *ante num.*50. *verſ.* 71
*porro uſque ad num.*53. ubi hæc innuiſſe videtur, & in hoc ſenſu hujuſmodi feudi diſpoſitionem omninò ratam eſſe debere, invitis etiam Agnatis probarunt plurimi ex ſuperius allatis & in ſpecie Surd. *ubi ſupra numer.*33. *&* 50. *cum ſeqq. & conſ.*355. *poſt num* 44. *verſ. tertio reſpondeo.* Buccaferrus *conſ* a *fere per totum.* Galvanus *conſ.*8 *num.*61. Natta *conſ.*475. *num.*14. Bonon. *in allegat. in fin. ſecundi voluminis de citat. num.*103. Menoch *conſ.*1,8. *num* 88. *&* 1094. *num.*19. Mangil. *de evict. quaſt.*56. *num.*52. *cum ſeq.* Petr. de Gregor. *de conceſſ. feud. part.*3. *quaſt.*7. *num.*16. *&* 50. & plenum eſt *cap.*511. Gratian. atque ſervatis his terminis locutus fuit Surd. *dicta deciſ.*343. *iis in locis*, in quibus admittit in præjudicium Agnatorum proximiorum non operari diſpoſitionem factam in gratiam remotioris, hoc eſt, quando admitteremus veram, diſputationis gratia, ſententiam [quam in terminis feudi titulo oneroſo quæſiti unicum Hannetonium habere propugnatorem teſtatus fuit Menoch. *conſ.*61. *num.*8. ſicuti eum in eodem propoſito tulimus *art.*2. *ſub num. marginali* 110. in enumeratione Doctorum ſignatum *num.*30.] quod primus feudi acquiſitor nequeat de feudo diſponere in vocatorum præjudicium, ſicut ipſe proteſtatus fuit *in principio deciſionis* eam ſic exorſus. *Poſſe primum feudi acquiſitorem de eo diſponere in præjudicium vocatorum, communis Doctorum recipit opinio, ſed aliud proponitur dubium, an ſi demus contraria ſententia locum, vel ſi feudum ſit antiquum, poſſit Vaſſallus abſque Domini conſenſu de feudo diſponere, &c.* His autem ſic pro vera Articuli reſolutione firmatis, ſupereſt ut objectata in ipſo *Articuli ingreſſu* ſternantur.

Quamobrem trino argumento, quod inſpecta per- 72
ſona Domini conſideravimus, deſcendentes ex trino motivo, nempè ex damno, quod inde Domino emer-

 geret,

geret, cum ſcilicet minores haberet Vaſſallos, ex voluntate, quia haberet Vaſſallum quem nollet, ex ordine, quoniam alteraretur forma ſucceſſionis in Inveſtitura ab eo ordinata, brevibus reſpondet Surd. *deciſ.343. num.40. verſic. & non reſiſtit*, ſingula tamen pendentes.

73 Primo circa damnum hinc domino deſcendens reſpondemus, non facilè aſſignari poſſe in quonam hoc verſetur, imò verius dici poſſet præ electionem factam alterius ex filiis cum erectione primogenituræ in ejus linea concernere manifeſtam Domini utilitatem, ea ratione quia, cum ex natura conceſſionis feudi ex pacto, ſi fuiſſet relictum in primæva ſua qualitate, omnes filii eorumque deſcendentes æqualiter fuiſſent admiſſi, & hoc modo reſtricta, ac limitata fuerit ſucceſſio ad unicum tantùm filium ejuſque lineam, feudum conſtitutum fuit in ſtatu faciliùs revertendi ad ipſum Dominum, ut probant tradita per de Gregorio
74 *de conceſſ. feud. part.1. quæſt.7. num.12. 35. & 40.* & expreſsè Lanar. *conſ.8 in princ. & num.2.* quanto enim pauciores ſucceſſores in feudo admittuntur, tanto citiùs feuda finiri neceſſe eſt, & ad Dominum reverti; atque hac de cauſa à principio, quando feuda fuerunt introducta, & cognita, primò concedebantur ad libitum Dominorum, poſtea ad annum, deindè ad vitam inveſtiri, ſucceſſivè prorogata ſucceſſio ad unum ex filiis, quem Dominus elegiſſet, poſtea ad omnes filios, deindè ex *l. Corradi* ad Nepotes ex filio, ſicut exponitur *in cap. primo, § & quia vidimus, de his qui feudum dare poſſunt*; Quamobrem dum Feudatarius plures habens hæredes in potentia aliquos excludit, & feudi ſucceſſionem aliquo pacto reſtringit, proprius inhærere dicitur primævæ feudorum naturæ ac diſponere in beneficium atque commodum Domini, ut animadvertit idem Lanar. *dicto num.2. verſic. ut ſic ſine dubio:* porrò electo uno tantum ex filiis, ſi ille decederet ſine filiis, fratres (qui alias in feudo ex pacto & providentia æqualiter vocabantur, ſi pater prædilectione alterius ex filiis aliter non caviſſet) nequaquam ſuccederent, cum in feudo novo Tranſverſales excludantur *dicto cap.1. §. ſin autem unus de his qui feudum dare poſſunt, cap. 1. in fine de ſucceſſ. feudi cap. 1. §. ſi duo fratres, de feudo Marchiæ, &c. 1. in princ. de benef. fratr.*

Non ignoramus, quòd hæc non militant in caſu noſtro, tum ex benigno Sereniſſimi indulto, quod altero ex deſcendentibus Domini Co. Camilli decedente liberis non relictis, Agnati ex aliorum fratrum lineis deſcendentes ſuccedant, ut in ſupplici libello petitum fuit *verſic. ſupplica per anche l'Oratore.* Tum ex conceſſione feudi in vim Antiqui Nobilis, & Aviti, quæ idipſum operatur, quod Tranſverſales ſuccedant, cum ex ſimili clauſula feudum cæteroque novum, quo ad hoc aſſumat naturam antiqui, ut probant innumeri cumulati per Bellon. Jun. *conſ.9. num.11. cum ſeqq.* ea tamen adduximus ad demonſtrandum, quod de natura ſua reſtrictio formæ ad unicum tantùm filium, non damnum, ſed potiùs, inſpectis regulis Juris Communis feudalis, commodum Domini importat.

75 Præterea ſi vera eſſet Frecciæ obſervatio *de ſubfeudis lib.1. tit.1. num.92.* quam repetit *lib.2. §. ſupereſt ut alia num.13. fol.mihi* 173. & refert etiam Capyc. Latr. *conſult. 3. num.40.* hoc ipſum quòd feudum poſt mortem deveniat ad unum tantum filium, non eſt favor Defuncti, ſed potius ipſius Domini, ut ſcilicet habeat perſonam de genere ſibi magis gratiam ac devotam, & ne feudum dividatur in plures, quod Domini intereſt integrum retineri, ne in plures partes diviſum ad nihilum redigatur. Intrigliol. *de feud. cent. prima, quæſt.7. num.6.* ubi mox relatam Frecciæ ſententiam amplectitur, vel ſaltem ejus dignitas vileſceret. Joſeph. Ramon. *conſ. final. num.506.* quæ Bar. Bald. aliiſque pluribus allegatis aſſumpſit Buccafernus *conſ.2. num.3.* ubi quod ex erectione primogenituræ in feudo meliùs conſervantur feuda, & ſervatur unio & pax, ſicuti latiùs innuimus *Art.2 a num.151.*

Secundum pariter Argumentum ductum ex contra- 76
ria Domini voluntate, ne habeat Vaſſallum quem nolit, pari facilitate evaneſcit, quia non dicitur Dominus habere Vaſſallum contra ſuam voluntatem, quando feudum ad eum tranſit, quem Dominus pro tali admiſit, dum in Inveſtitura voluit comprehenſum, pluribus Surd. *conſ.405. num 33. verſ. nam dicitur*, & plures pariter allegat Menoch. *conſ.158. num.88.* ſicuti emphyteuſi obſervavit Cobola *de emphyteuſ. tit. de cauſa privat. ob alienationem irrequiſito Domino factam limit.6. num.2.*

Tertium denique petitum ex ordine, ne ſcilicet al- 77
teretur & mutetur forma ab eodem Domino præfinita in Inveſtitura, diluitur, accommodata diſtinctione, aut enim mutatio, quæ prætenditur in forma ſuccedendi complectitur novas perſonas in Inveſtitura minimè comprehenſas, aut mutatio reſpicit tantummodò vocationem, & admiſſionem remotioris, primo caſu objectio urget, ſecundo verò non militat, cum nihil Domino interſit, ut remotior ſuccedat vel non, nec aliquod ipſius præjudicium conſiderari poteſt, ſed tantùm proximiorum, qui beneficio prioris Inveſtituræ deberent ſuccedere, unde ſi vel hi conſenſerint, vel impugnare nequeant diſpoſitionem ſuperindè factam, mutatio formæ ſuſtinetur Domino irrequiſito. Rot. *in Leodien. fideicom.* 10. *Junii* 1615. coram Pirovano *in rec. part.6. deciſ.679. num.4.* iterùm confirmata coram eodem *die* 27. *Aprilis* 1616. *part.4. rec. tom.1. deciſ.293.* & rursùs propoſita cauſa iterum confirmata coram eod. Auditore *die* 17. *Junii* 1616. *ibidem deciſ.311.* & Afflict. *in cap.1. num 16. de Vaſſall. qui contr. conſ. Loth. num* 16. inquit, hujuſmodi alienationem in remotiorem, Domino inſcio factam, non dici in ejus contemptum, ſed quoad eum factam licitè.

Generaliter autem quoad allegatum Domini inter- 78
eſſe, tam ratione damni, quam ratione voluntatis & ordinis hic rursùs peti poſſunt, quæ *in pede ſecundi Articuli* attulimus pro reſponſione pariter objectorum, *verſiculo demum ad id quod dicitur, num.111.* ubi primò quod cum feudum controverſum fuerit multo ære D. Co. Camilli quæſitum, præſumitur ſibi conceſſum ejuſdem contemplatione, non contemplatione filiorum, & proindè libera fuerit in acquirente facultas diſponendi ad favores unius tantùm ex filiis cum veriſimili etiam conjectura voluntatis ipſius Domini, qui id conceſſiſſet, ſi fuiſſet rogatus, ut animadvertit Natta *ibidem* relatus; ſecundò, quod cum ſtipulatio intelligatur ſecundùm naturam contractus ſuper quo interponitur, & natura ſimilis feudi taliter acquiſiti ſit, quòd acquirens poſſit de eo diſponere, non ſolùm illud prælegando uni ex filiis, pro quibus fuit ſtipulatus, ſed etiam alienando in extraneum, idipſum conventum videtur inter Dominum, & acquirentem, ut proindè idem Dominus conqueri nequeat, quod non omnes filii ſuccedant, ut *ibidem* probavimus.

Deſcendendo autem ad Argumentum deductum ex 79
intereſſe cæterorum filiorum parium in gradu ex Surdo *conſ.305. num.17.* eidem facili negotio ſatisfactum intelligimus, ex allatis *in 2. Articulo*, & pluries ſupra repetitis, hoc eſt filios minimè impugnare poſſe paternam diſpoſitionem per Genitorem primum acquirentem factam de feudo novo titulo oneroſo quæſito; ſi enim Pater potuiſſet, jure communi feudali inſpecto, nedum in remotiorem de feudo diſponere, ſed etiam in penitùs extraneum quoad intereſſe ipſorum filiorum (licèt aliud ſit quoad intereſſe Domini) quia Genitore vivente nullum Jus filiis in poteſtate exiſtentibus quæſitum erat, fruſtra allegant alienationem factam Domino irrequiſito in alterum tantùm ex filiis non ſubſiſtere, quemadmodum Surd. ad ea quæ objectatis numeris 17. & 18. excitaverat reſpondet *ſub num.47. verſ. ex hoc ipſo fonte.*

His

80 His autem ſtantibus, facile dignoſci poteſt, quanti habendæ ſententia Roſenthal. *allegat. concluſ. 7. cap. 7.* quæ ita demum ſuſtineri poſſe videtur, ſi admittatur ibidem loqui de feudo gratis conceſſo (ut etiam conſtat ex eo quod pro corroboratione dictæ ſententiæ ſe remittit *ad gloſſ. h. h. & 101. quæſtionis 69. cap. 6.* ubi clarè patet, ſermonem eſſe de feudo donato his verbis, *in eo omnes concordant, quod ſine donantis, aut promittentis voluntate tolli, aut mutari nequeat*) vel de ſtipulatione extranei, vel Patris non habentis filium in poteſtate, aliàs dicta opinio omninò videretur deſtituta fundamento, id unum ſi quidem allegat *numer. 12.* pro ratione, quæ ſcilicet ſolus acquirens jus alteri ſtipulatum mutare, ſeu auferre nequeat, niſi id promittentis conſenſu fiat, quod tamen fusè *ſecundo Articulo* vidimus non militare in filiis acquiſitionis tempore exiſtentibus patria poteſtate, quibus propterea nullum Jus ex Genitoris ſtipulatione quæritur irrevocabile.

ARTICULUS V.

An demum controverſiæ Co. acquirentis diſpoſitioni obicem ponat, quòd feudum tametſi aliàs novum, aſſumpſerit naturam antiqui, quemadmodum ipſum D. Co. efflagitaſſe conſtat in *ejus precibus.*

SUMMARIUM.

1 *In ſupplici libello per D. Co. Camillum porrecto petitum legimus à Sereniſſimo Directo Domino, quòd dignaretur feudum concedere Jure antiqui.*

2 *Hujuſmodi clauſula (in antiquum) vel (jure antiqui) efficit, ut feudum evadat tale, ac ſortiatur ipſam naturam feudi paterni, antiqui & aviti, & num. 3. Intellige tamen ut num. 14.*

3 *Vaſſallus nequit in præjudicium comprehenſorum diſponere de feudo antiquo.*

4 *Vaſſallus nequit in præjudicium comprehenſorum diſponere de feudo antiquo.*

5 *Pater in feudo novo empto jure antiqui nequit filio præjudicare.*

Contra tamen num 6. ac per totum Artic.

6 *Recenſitam clauſulam non operari objectatam metamorphoſim, ut feudum verè novum mutetur in antiquum quidam ſuſtineant.*

7 *Feudum novum jure antiqui conceſſum plurimùm differt à verè antiquo.*

8. *Refertur dura controverſia diſputata coram Collegio Mediolanenſi ſuper viribus hujus clauſulæ.*

9. *Clauſula prædicta non mutat, nec alterat naturam feudi.*

Contrarium tamen receptum videtur ut num. 10.

11 *Clauſula (in antiquum) operatur ut feudum fiat antiquum, quando prolata per verba diſpoſitiva, ſecus ſi per verba demonſtrativa, indicativa, ſeu enunciativa, quæ concluſio applicatur hypotheſi noſtræ num. 12.*

13 *Relativum (Quod) apponi ſolet demonſtrationis gratia.*

14 *Clauſula prædicta operatur quòd feudum naturam, & qualitates antiqui aſſumat in eis quæ concernunt Domini præjudicium, non verò in eis in quibus verſatur præjudicium inveſtiti, & numeris ſequentibus ferè per totum art.*

15 *Vaſſallo committente aliquod delictum feudum novum revertitur ad Dominum, ſed quando eſt antiquum remanet apud filios vel deſcendentes.*

16 *Decedente Vaſſallo nullis poſt ſe relictis liberis, ſi feudum eſt novum devolvit ad Dominum, ſi verò antiquum ſuccedunt Tranſverſales.*

17 *Dinumerantur viginti quatuor Doctores hanc conciliationem probantes.*

18 *Referuntur rationes quibus aliqui mox recenſitam doctrinam confirmant, & num. ſeqq.*

19 *Quilibet renunciare poteſt favori pro ſe introducto.*

20 *Conceſſa in favorem non debent in odium retorqueri.*

21 *Beneficia & privilegia Principatum favore illius qui gratiam conſequitur latiſſimam recipiunt interpretationem.*

22 *Poſtremum hoc fundamentum oſtenditur omninò militare, ac urgere in caſu noſtro.*

23 *Hujuſmodi clauſula non videtur quis voluiſſe ſibi ipſi in ſui odium manus ligare.*

24 *Inſpicienda ſemper eſt mens potiùs quàm verba.*

25 *Si vera eſſet concluſio, quod per clauſulam (in antiquum) adempta eſſet primo acquirenti facultas diſponendi de feudo, fruſtratoria eſſet concluſio paſſim recepta, quod feudum novum titulo oneroſo quæſitum remaneat ſibi libera acquirentis diſpoſitione.*

26 *In omnibus inveſtituris hæc clauſula apponi ſolet, adeo ut ſcripta potiùs cenſeatur de ſtylo Notariorum Principis, vel conſuetudine eorum qui inveſtituras extendunt, quàm de voluntate aut deliberatione partium.*

27 *Applicatur doctrina caſui noſtro.*

28 *Clauſula de ſtylo Notariorum apponi ſolita parùm operatur.*

29 *Clauſula acceſſoria regulatur ſecundùm principalem diſpoſitionem cui adjicitur.*

30 *In dubio fienda interpretatio contra eos qui ſe fundant ſuper aliqua diſpoſitione.*

31 *Etiam ſi feudum Caleſtani evaſiſſet antiquum, adhuc quia conſtat fuiſſe conceſſum contemplatione D. Co. Camilli qui pretium erogavit, tum priori Vaſſallo pro Corpore feudi, tum Domino pro titulo, inveſtitura, ac aſſenſu, rata eſſe deberet ejuſdem D. Co. diſpoſitio.*

32 *Feudum etiam antiquum rectè per eum alienatur, cujus contemplatione conceſſum eſt, juxta auream Iſerniæ Theoricam, quæ ibidem fertur.*

33 *Iſerniæ auctoritas quanta in feudalibus controverſiis.*

34 *Optima ratione ille cujus gratia, ac intuitu res data eſt de ea diſponere poteſt.*

35 *Non juvaret Dominum Adverſarium, quod virtute prædictæ clauſulæ factum fuiſſet antiquum.*

36 *In feudo antiquo ſuccedere nequit, qui hæres non eſt mediatè, vel immediatè primi inveſtiti.*

37 *Diluuntur objecta, & numeris ſeqq.*

38 *Primus acquiſitor rectè diſponit de feudo pecunia quæſito, ac obtento jure antiqui.*

39 *Clauſula, quibus dederit, efficit feudum hæreditarium.*

40 *In feudo hæreditario clauſula, in antiquum, non præbet impedimentum quin alienari queat.*

Legimus in ſupplici libello vim inveſtituræ habente (ut videre eſt) per D. Co. Camillum enixè 1 poſtulatum à Sereniſſimo Directo Domino, quatenùs vellet Caleſtanum ſibi concedere in feudum quod naturam haberet antiqui, his verbis: *E concedergli ſucceſſivamente in feudo di Contea eretto, qual habbia la natura di feudo antico, nobile, gentile, & Avito*, idque à celſitudine ſua humaniſſimè conceſſum medio benigno reſcripto ad ejuſdem preces emanatos approbativo eorum omnium, quæ ibidem petebantur.

Hanc autem clauſulam (*in antiquum*) vel (*Jure antiqui*) operari ex magis recepta Scribentium ſen- 2 tentia, ut verè feudum tale reputetur, ac antiqui naturam induat, & aſſumat, videtur dubio procul admittendum, & compertum haberi ex Doctoribus longa ſerie numeratis à D. Sacca *reſponſ. 50. numer. 29.* Bellon. Jun. *conſ. 9. num. 11.* Surd. *conſ. 15. numer. 22.* Bim. *conſ. 162. num. 9. tom. 1.* Seraphin. *deciſ. 341. numer. 23.* Magon. *in florent. 54. num. 28. cum ſeqq.* Marta *vot. 189. num. 9. cum ſeqq.* Larath. *in theatr. feud. p. 7. dilucid. 5.*

dilucid.5.num.2. & part.9. dilucid.47. Cyriac. *contr.4. num.36.* (ubi quod ſortitur naturam feudi paterni, antiqui, & aviti cum omnibus ejus effectibus, ac ſi verè conceſſum fuiſſet Patri, Avo, Proavo, & ſuperioribus aſcendentibus, addens *num 38.* quod id non procedit ex fictione legis, ſed ex veritate) ac aliis paſſim, quæ opinio tribuitur originaliter Baldo *in cap.1. num.2. de*
4 *alienat. feud. patern.* quod propterea videtur ſufficienter irritam facere diſpoſitionem D. Co. Camilli, juxta notam juris feudalis regulam ab omnibus admiſſam, quòd Vaſſallus in præjudicium comprehenſorum in inveſtitura diſponere nequeat de feudo antiquo, ut pleni ſunt tit. *de alienatione feudi paterni; de prohibit. feudi alienat. per Frideric. ac de prohibit. feud. alienat. per*
5 *Lothar.* quemadmodum in puncto, quòd in feudo novo empto jure antiqui nequeat Pater præjudicare filio allegatis Ruino, Pariſ. Celſ. Ug. Petro Antonio Anguiſſola, Boſſio, Fereto, & Fumigliolo, tuetur Menochius *conſ 141. num.57.*

6 Ad evadendam, ac oppugnandam propoſitam difficultatem, non confugimus ad eorum Caſtra, qui in diſcrimen vocant, numquid relata clauſula, tantæ ſit facultatis, ut in feudo revera novo (quod uti tale è diametro opponitur feudo antiquo) hanc queat operari metamorphoſim, quòd naturam & qualitates inducat antiqui, ex quibus plurimi (ducta etiam paritate a feudo verè antiquo, quod renovatione inveſtituræ, non evadit novum, ſed primævam retinet qualitatem) contendunt mordicus verè novum eo ſolo verbali dicterio propriam minimè mutare naturam, plures noviſſimè refert Chriſtinæus *in deciſ. Curia Belgica, volum.6. in conſuet. feudal. deciſ.5. num.13. & 14.* quorum anteſignanum faciunt Oldrad. *conſ.178.* ab omnibus hujuſce opinionis fautoribus in hoc articulo commendatus, ut videre eſt apud Ludovic. Caſanat. *conſ 56. num.13.* qui per integram columnam allegat Doctores Oldrad. ſecutos; latè inter alios quæſtionem examinat, fundamenta utrinſque ſententiæ ferendo ac pendendo Tiraquel. *de retract. lignagier. §.23.* ubi *à numer.34. uſque ad 40.* propugnatur opinio nolentium, quod allegata clauſula mutare queat rei ac veritatis ſubſtantiam, quæ ſatis benè proſequitur Jaſon. videndus *conſ.57. num.36.* & Zaſ. *conſ.13. num.15. cum ſeqq. lib 1.* huic adhæſiſſe videtur Cyr. *contr.595 num.6. juncto num.4.* & *num.12.* ubi quod ex receptiſſimis om-
7 nium traditionibus feudum novum jure antiqui conceſſum plurimum differt à feudo verè antiquo. Peregr. *deciſ.7. num.6. verſ. non obſtant deciſ. circa medium*, ibi *ſecundo di.c.b.m*, & præ cæteris omnibus latiſſimè *integro penè cap.34* Raudenſ. *de Analogis* [ubi longa lucubratione diſputatur articulus, ac revocatur in campum acris controverſia, quæ ſuperindè acta fuit inter
8 Collegium Bononienſe, Curt. Sen. Paleot. Danielem Landulfum ex una parte propugnatores virtutis clauſulæ *Jure antiqui feudi* ac Collegium Ferrarienſe, Bartholomæum Socinum, Jaſonem, Bologninum, Jacobinum de Sancto Georgio, & Chriſtophorum Albericum ex alia parte; per eundem Curtium oretenus diſputatus coram Collegio Mediolanenſi Ducali delegato] & præcipuè *num.139. cum pluribus ſequentibus numer.160. itidem cum ſequentibus, & num. pariter 257. cum ſeqq.* referens *num.281.* jure meritò pronunciatum contra Curtium, Collegium Bononienſe, alioſque ſupra
9 recenſitos; Quamobrem hac attenta opinione rectè innuiſſe videtur Burſattus *in cauſa Parmenſi de Simonettis*
10 *conſ.349. num.17.* quod clauſula iſta non mutat, nec alterat naturam feudi. Non inquam hac via evidere putamus propoſitam difficultatem, quia ſaltem ex Actorum numero longè receptius fatemur, controverſam clauſulam id verè operari [in quo ſenſu de quo infra] quod feudum novum naturam aſſumat antiqui juxta ſuperius relatam Baldi ſententiam communi majoris partis Doctorũ voto probatam. Quamobrem cognoſcimus, quod foret [ut aiunt] contra ſtimulum calcitrare.

Nec pariter eorum juvari volumus animadverſione 11
admittentium, feudum virtute clauſulæ prædictæ antiquum cenſeri, quando clauſula eſt prolata per verba diſpoſitiva, & conceſſiva, pura ſi dictum eſſet, *concedimus feudum in vim antiqui, & aviti, &c.* ſecus verò verò ſi clauſula concepta ſit per verba demonſtrativa, indicativa, ſeu enunciativa, ut poſt Alciat. *de præſumpt. regula 3. præſumpt.28. circa fin. verſic. limitatur etiam*, rectè advertunt Gabriel *lib.3. com. opin. rub. de feudis concluſ.1. num.5.* Anna Jun. *conſ.44. num.63. & conſ.66. num.37. in 2.* Intrigliol. *de feud. cent.1. q.24. num.62.* Non inquam juvari putamus hac animadverſione, quamvis ea non omninò videretur aliena à caſu 12
noſtro, penſatis verbis ſuperius relatis ſupplicis libelli, *e concedergli ſucceſſivamente in feudo di Contea eretto, qual habbia la natura di feudo antico.* Porrò quemadmodum non efflagitatur erectio feudi in Comitatum erectum eſſe, ſicuti oſtendimus *Articulo tertio verſic. præterea prædicta num.48.* ſed potiùs ea verba *in feudo di Contea eretto*, ſtare videntur indicativè ſeu enunciativè, ità etiam judicandum videretur de ſequentibus verbis, *qual habbia la natura di feudo antico*, conſiderata etiam natura relativi [*quod*] apponi ſoliti demonſtrationis cauſa, ut probant tradita per Barboſ. 13
dict.322. num.2.

Sed hoc unum animadverti rogamus pro vera hu- 14
juſce Articuli enodatione, quòd præſens controverſia fieri poteſt duplici reſpectu, tum ſcilicet in ordine ad Dominum inveſtientem, tum verò ad Vaſſallum inveſtitum: primò nempè controverti ſolet, numquid virtute dictæ clauſulæ feudum naturam & qualitates antiqui aſſumat in eis, quæ concernunt præjudicium Domini concedentis, puta eo in caſu in quo Vaſſallus 15
propter aliquam culpam, ſeu delictum privaretur feudo, tunc ſiquidem, quando feudum eſt novum revertitur ad dominum, ſed quando eſt antiquum remanet apud filios, vel deſcendentes Vaſſalli delinquentis, ſi- 16
militer decedente Vaſſallo nullis poſt ſe relictis liberis, vel deſcendentibus, ſi feudum eſt novum devolvit ad Dominum, cum tranſverſales in eo non ſuccedant, *cap.1. §. ſin autem de his qui feuda dare poſſunt, cap.1. § final. de ſucceſſ. feud. cap.1. §. ſi duo fratres, de feudo Marchia, cap 1. de benef. fratr.* ſi verò eſt antiquum non ſpectat ad Dominum, ſed tranſverſales in eo ſuccedunt, *cap.1. de naturali ſucceſſ. feud.* & in his ac ſimilibus caſibus procedit opinio, quòd ſcilicet quando appoſita ſunt illa verba (*in antiquum*) vel (*jure antiqui*) feudum ſortiatur naturam & qualitates antiqui, interpretando verba ipſius Principis concedentis latiſſimè quantum fieri poteſt in ejus præjudicium juxta vulgares regulas, ut inquit Clar. *mox referendus*, & in quo ſenſo quotquot Doctores ferri ſolent in hujuſmodi quæſtione loquuntur.

Aut verò quæſtio eſt quoad illos effectus, in quibus verſatur præjudicium ipſius Vaſſalli inveſtiti, puta quia ſi eſt feudum novum, omnimodam habet facultatem de eo diſponendi, quod tamen facere nequit in feudo antiquo, & in his caſibus, naturali etiam ratione cogente, ne ſcilicet verba appoſita in favorem retorqueantur in odium [ut inferius conſiderabimur] concedendum eſt, feudum ſub hac forma datum non debere cenſeri antiquum in ipſius ſuſcipientis præjudicium eſt ratiocinatio, Clar. *§. feudum, quæſt.8. num.3. & 4.* dicens fore notabilem declarationem, ſecundum illam anno eo tunc præterito conſuluiſſe in caſu magni ponderis in Regno Neapolitano, & lætatum fuiſſe, quòd repererat ſecundum eam priùs reſpondiſſe Riminaldum *conſ.96. inferius referend.* quod typis editum fuerat poſt primam publicationem operum ejuſdem Clari.

Quamobrem in propoſito, quòd Pater poſſit feudum novum prælegare vel alienare, etiam ſi conceſſum jure Aotiqui.

Præter Clarum *loco ſuperiùs relato* probarunt. 17

2. Har

2. Harpreſt. ad eund. Clar. *quæſt.8. num.5. in fine litera D.*

3. Sola *in commentariis ad novas. Conſtitutiones Patria Ciſmontana Rubrica de alienatione bonorum feudalium num.10. verſic. ſed contra*, ubi plures allegat, dicens minimè dubitandum, quin hæc ſit communis opinio in iis caſibus, in quibus alias Pater de feudo novo diſponere poteſt, & iterum communem annuntians reprobato Menochio, Ruino, & Boſſio *ad Conſtitutiones Sabaudiæ ſub rubrica de feudis in gloſ.4. ad ſecundam partem Decreti Yclant. in fine verſic. quod adeo verum eſt fol. mihi* 117.

4. Becc. *conſ.56. num.28.* ubi quod reſpectu effectuum concernentium præjudicium Domini, dictæ clauſulæ latiſſimè danda eſt interpretatio, quo verò ad effectum reſpicientes præjudicium Vaſſalli in ejus tantum favorem ſit intelligenda, ſubdens hanc declarationem notandam in practica; idipſum probat, & ab hac ſententia minimè recedendum monet in Praxi *conſil.151. num.22.*

5. Palma *conſ.3. num.23.* ubi pro præſenti conciliatione plurimos refert.

6. Riminald. Sen. ſeu veriùs Collegium Ferrarienſe ſicut teſtatur Laudenſ. *de Analogis cap.34. num.68. verſic. ad ſecundum*, ubi quod ipſe vidit ejuſdem Conſilii originale ſubſcriptum ab Ugone Egnatio Notario dicti Almi Collegii *pleno conſ.96.*

7. Riminald. Jun. *in cauſa Parmenſ. de Simonetis conſ.513. num.90.*

8. Burſat. *conſ.4. num.24. verſ. quia reſpondetur.*

9. Bellon. Jun. *conſ.9. num.34. juncta facti ſpecie, & numeris præcedentibus*, ubi in terminis de erectione primogenituræ, & prælegato facto favore alterius ex filiis de feudo ex pacto & providentia conceſſo cum clauſula (*Jure antiqui.*)

10. Natta *conſ.504. num.21. & 505. num.15.*

11. Berett. *conſ.33. num.15.*

12. Alciat. *conſ. 32. ſatis arbitror. lib. 3. in poſtrema Lugdunenſi impreſſ. & in alia priori 195. in ordine 33.*

13. Milanenſ. *deciſ.8. num.40. juncto num. ſequenti*, ubi in puncto de feudo titulo oneroſo quæſito.

14. Menoch. *conſ.158. num.20. & num.66. junct.79. in fine verſic. quemadmodum novum.*

15. Addent. ad Theſaur. *deciſ.146. in fin.* ubi poſt relatos pro hac ſententia Doctores in eandem inclinaſſe refert Senatum ſuper feudo Tarvemetarum.

16. Perep. *deciſ.6. verſic. non obſtant deciſiones circa finem, ibi: Ad dicta &c.*

17. Rot. *in rec. part.4. tom.3. deciſ.541. num.6.*

18. Alexander Raudenſ. *de Analogis cap.34. numer.341.* reprehendens Clar. eo quia reliquerat cogitandum, numquid hæc opinio foret recipienda in Praxi.

19. Matta videndus hanc faciens Iſerniæ opinionem *de clauſulis part.2. clauſ.31. num. 13. & 14.* quod pariter approbat *de ſucceſſione legali, part.3. quæſt.3. articulo 2. num.37.*

20. Valaſch. *de jur. emphyteut. quæſt.42. num.2.* ubi quod apud ſe dubitationem non habebat.

21. Intrigliol. *de feud.* pluribus datis *cent.5. part.18. num.14.*

22. Roſenthal. *in Sinopſi juris feudalis, cap.2. concluſ.15. num.2.* ubi id plurimum allegatione *in gloſ. a. & b.* comprobat, redarguens Menoch. adducto *conſil.101.* licet ipſe Roſenthal. ad hujuſmodi acquirentis diſpoſitionem de feudo Domini requirat aſſenſum, diſcurrendo congruenter ad quæ laturus erat *cap.7. concluſ.7. à num.9.* quod tamen in quo ſenſu admitti poſſit, eodem Roſenthal. teſte ac Judice *dicto cap. 9. membr. 1. concluſ.52. num. 9.* præcedenti Articulo diſcuſſum fuit.

23. Caſanate *conſ.56. num 91.* ubi hac conciliatione componendos exiſtimat, Bald. & Oldradum, hunc volentem quidquam operari controverſam clauſulam illum verò abſolutè propugnantem, quod feudum ejuſdem clauſulæ efficacia verè evadat antiquum, à quo Caſanate (quoniam ejus conſilia non ita obvia ſunt, & pancis Clari ſententiam egregiè explicat) mutuum recipimus dictum numerum 65. hiſce inſerendum, inquit igitur Caſanate *eam concertationem inter Bald. & Oldrad. & utriuſque ſequaces diſtinctione conciliari, nempè Baldi opinionem procedere pro Tranſverſalibus, quatenus eſſet in præjudicium concedentis, Oldradi verò & ſequacium ſententiam circa Tranſverſales pro ſolis deſcendentibus, quatenus eſſet in favorem vel præjudicium ipſius recipientis, vel aliorum, præter concedentem, ita pulchrè diſtinguens utramque opinionem conciliat Julius Clar. §. feudum. quæſt.8. num.4. dicens tamen cogitandum, quia ſi poſſet ſuſtineri in practica eſſet notabilis declaratio, & ſecundùm illam ſe conſuluiſſe in cauſa magni ponderis in Regno Neapolitano, & lætatum eſſe, quia reperit, quod ſecundum eam prius conſuluerat Riminaldus Sen. conſ.96. num.41.*

Veriùs ſi Julius Clar. ſciviſſet dictum conſilium non eſſe Riminaldi, ſed Collegii Ferrarienſi, & ſecundum illud, tot Illuſtres legum Vertices reſpondiſſe, & pronunciaſſe Rot. Roman. Ducem ac Collegium Mediolanenſe, non ſubjunxiſſet eſſe cogitandum, an in practica ſuſtineri poſſit, ut advertit Alexander Raudenſ. de Analogis, cap.34. num.341. referens pro eadem diſtinctione Tiraquel. & Alciatum. Quam diſtinctionem admiſit & ſecutus Franc. Bec. conſ.36. num.28.

Et cum hac opinio Collegii Ferrarienſis Julii Clari, Raudenſ. & Bec. alias concilict & ad concordiam reducat; vero propius videtur accedere, & omnino ſequenda eſt ut dicit Matthæus Vveſembec. conſ.5. num 9. conſil.27. num 26. Nevizan. in Sylva Nupt. lib.5. num.32. Hæc Caſanate.

Et demum acutiſſimus Ant. Faber quem hanc differentiam, & conciliationem cognoviſſe ac probaſſe conſtat *de error. Pragmat. Decad. 4. error. 10. num.3. verſic. id enim poteſt junct. numeris præcedenti verſic. At rurſum.*

Recenſitæ autem conciliationis multiplex aſſignatur ratio, prima ſcilicet data ab aliquibus licet ſatis identica cum concluſione, quia ea verba appoſita cenſentur in præjudicium Domini concedentis. Valaſch. *de Jur. emphyteut. quæſt.43. num.2.* Berett. *conſ.33. numer.15.* Matta *de clauſulis part.2. dicta clauſ.31. num.13.* ac in favorem Inveſtiti. Sola *ſuper novas Conſtitutiones, patr. Ciſmont. Rubrica de alienat. bon. feud. num.10. verſic. quum verba illa*, & benè Rota *mox referenda.* Quam obrem dubitandum non videtur, quin illis ipſe inveſtitus renunciare queat vulgata *l. ſi quis in conſcribendo 29. C. de pact.* Sola *ubi ſupra.* 18

19

Secunda eſt ratio primæ conſecutivæ, quia in favorem conceſſa non debent in odium retorqueri *notis Juribus.* Sola *ibidem verſic. nec in ipſius odium.* Beretta *loco allegato* benè Bec. *allæ. conſ.151. num. final.* Alciat. *dicto conſ.32. num.3. in tertio*, id quod in pluries diſcuſſa Tarviſiana Feudi inquit Rot. *deciſ.541. num.6. partis quarta rec. tom.3.* 20

Tertia quæ magis arridere videtur, quam innuit etiam Clar. ubi ſupra, ea eſt, quia agimus de Principis beneficio, ac privilegio, quæ favore illius, quæ gratiam & beneficium conſequitur latiſſimam recipiunt interpretationem contra ipſum Principem concedentem Batt. *in l. ſi quando 2. num.4. C. de bonis vacan. lib.10.* Ruin. *conſ.161. num.8. lib.5.* & innumeris cumulatis. Barboſ. *axiomat.36. num.2.* 21

Si autem fuit unquam vera memorata diſtinctio, 22 meruitque quòd pacificè admitteretur, multò verius ſine controverſia, concedendum eſt hoc noſtro caſu, eam ſibi locum vendicare debere, ſi quidem quando in Inveſtitura emanata à Domino Inveſtiente feudum novum jure antiqui conceditur, admitti poteſt aliquod dubitandi argumentum, numquid ipſe Dominus juxta eandem

Google

eandem conciliationem haberet in mente concedendi
feudum ſub hac forma, ut antiqui naturam haberet
in iis ſolum, quæ ipſius inveſtientis præjudicium con-
cernunt, non verò quæ præjudicium Vaſſalli, an po-
tiùs intenderent, quod indiſtinctè feudum evaderet an-
tiquum tam ejuſdem inveſtientis, quàm Inveſtiti præ-
judicio inſpecto, quod equidem in caſu noſtro pro-
babiliter aſſirmari non poſſe videtur, cum ipſe D. Co-
mes Camillus in ejus precibus rogaverit pro conceſſio-
ne dicti feudi in antiquum. Quamobrem à conjectu-
rata Comitis Oratoris mente longè diſtare videtur,
quod à Sereniſſimo directo Domino hujuſmodi con-
ceſſione ſupplex petierit, feudum ſibi fieri antiquum
quoad effectus concernentes ipſius præjudicium, ac
propterea poſtulaverit ipſum à Domino privari facul-
tate de eo diſponendi, quæ ſibi tanquam primo acqui-
23 renti ex titulo oneroſo competebat: Id quod rectè ob-
ſervavit Roſenthal. *cap.2. concluſ.15. num.2. in fin.* ubi
quod hac clauſula non videtur quis in ſui odium ſibi
manus ligare velle; Quare cum ſatis conſtare videatur,
hanc conceſſionem in antiquum non eo animo ac in-
tentione efflagitatam, ut quoad petentis præjudicium,
feudum aſſequeretur naturam & qualitates antiqui,
concludendum eſt, quod hoc reſpectu, tale non eva-
ſerit, ſed remanſerit novum, cum ſemper inſpicienda
24 potius ſit mens, quàm verba *l.3. C. de liber. præterit.*
Schrader. in propoſito ejuſdem clauſulæ *part.2. cap.3.
num.69. verſi. ſin vero hæc clauſula cum num. ſeqq.* & la-
tiſſimè Raudenſ. videndus *de Analogis, cap.34. num.151.
ac reſponſ.34 num.19 tom.1.*

25 Præterea ſi verum eſſet præfatam clauſulam adimere
facultatem primo acquirenti titulo oneroſo diſponen-
di de feudo, ſeu illud uni ex Liberis prælegandi, con-
cluſio ab omnibus indiſtinctè recepta, ac firmata, quòd
feudum novum oneroſo titulo acquiſitum ſub libera
acquirentis diſpoſitione remaneat, fieret omninò fru-
ſtratoria, cum in omnibus Inveſtituris clauſula hæc
26 *in antiquum* vel *jure antiqui* apponi ſoleat, ſicuti te-
ſtantur poſt Bald. *in cap.1. §. hoc quoque in fine de ſuc-
ceſſ. feudal.* Jaſon. *conſ.1. num 14. poſt med. verſic be-
ne ſa ii lib.3.* Intrigliol. *de feud. cent.1. quæſt.24. nu-
mer.1.* ut de Inveſtituris in Pedemontana Regione fa-
ctis teſtatur Cravett. *conſ.624. num. 3.* quare Faber.
*de error. Pragmat. dicta Decad.41. error. 10. num.2.
verſic. at rurſum*, dicit hanc hodie vulgarem eſſe in-
veſtiturarum clauſulam; adeò ut potiùs ſcripta cenſea-
tur de Stylo Notariorum Principis vel ex abundantia
cordis eorum, qui Inveſtituras extendunt, quàm de
voluntate, aut deliberatione partium, ut autumat
idem Jaſon. *conſ.152. num.15. in 2.* & poſt eum aſſeve-
rat Raudenſ. *de Analogis dicto cap.34. num.155.*

27 Quod actum fuiſſe comperimus in caſu noſtro, in
quo ſi ſpectamus mandatum factum per dictum D. Co.
Camillum ad acquirendum dictum feudum, porri-
gendaſque preces Sereniſſimo Domino pro neceſſario
aſſenſu, ac Inveſtitura, nec verbum quidem in eo le-
gitur, quod peti debuiſſet objectata conceſſio, in an-
tiquum, unde omninò ineptè contra ejus diſpoſitio-
28 nem allegari videtur, tum ex trita regula *l. diligenter,
ff. mandati*, ut in propoſito advertit idem Raudenſ. *ubi
ſuprà num.46. verſic. nam in facto*, tum ex alio prin-
cipio, quo dicimus, quod clauſula de Stylo Notario-
29 rum apponi ſolita parum operetur. Item Raudenſ. *di-
cto num.155. & reſponſ.34. num.20. in primo*, vel ſal-
tem tanquam clauſula acceſſoria regulari debeat ſe-
cundum principalem diſpoſitionem, cui adjicitur, ex
cumulatis per Barboſ. *clauſ.1. num.3.* unde quemad-
modum in manu primi acquirentis eſt diſpoſitio de
feudo à ſe acquiſito, ita pariter in ejus manu erunt
clauſulæ omnes acceſſoriæ in conceſſione appoſitæ, ad
quod congerit Cravetta *conſ.624. num.13. verſic. ter-
tio in fine.*

30 Ex quibus ſanè non videtur negari poſſe, quin ſal-
tem ambiguum ſit, an dicta clauſula tantæ ſit efficā-
ciæ, ut operetur, quod feudum evadat antiquum
quoad effectus reſpicientes præjudicium Vaſſalli, qua-
re in dubium fienda eſſet interpretatio contra Domi-
nos Actores, ſi ſuper ea ſe fundarent *ad text. in l. ve-
teribus 40. de pactis.* Raudenſ. *in puncto eod. cap.34. n 156.*
dicens eſſe auream determinationem Alexandri Docto-
ris veritatis.

At dato, citra veri præjudicium, quod efficacia 31
ejuſdem clauſulæ, feudum hoc indiſtinctè antiqui na-
turam induiſſet, cum tamen ex pluries repetitis in ſe-
cundo præſertim Articulo num.129. verſic. *Poſtremum
tandem fundamentum*, controverſum feudum manifeſtè
deprehendatur conceſſum contemplatione D. Comitis
Camilli, qui de aſſenſu Domini integrum pretium
numeravit, ac ab eodem Domino erogatione juſtæ re-
cognitionis adeptus fuit denominationem Comitis, aſ-
ſenſum, ac inveſtituram, adhuc dicendum videretur,
quòd ipſe potuiſſet de eo diſponere: ſic docuit Iſernia 32
in cap.1. num.19. de alienat. feud. patern. quòd feu-
dum etiam antiquum rectè per eum alienatur, cujus
contemplatione prædeceſſoribus ſuis conceſſum fue-
rat, puta ſi Titio, ac ejus filio Sempronio, & ſucceſ-
ſivè Sejo Nepoti conceſſum fuerit feudum, liqueatque
verè vel præſumptivè ejuſdem Seji contemplatione
conceſſum, ipſe Sejus de eo rectè diſponeret, tametſi
feudum ſit antiquum, cum jam ſupponatur de eo pri-
mo inveſtitus Titius ejus Avus, additque Iſernia,
quòd quia raro evenit ſucceſſorum ſæpius nondum
progenitorum contemplatione concedi, indiſtinctè *in
cap.1. de alienat. feud. patern.* hujuſmodi feudi aliena-
tio legitur interdicta, quia Jura ſunt de his, quæ fre-
quentiùs accidunt, non tamen ibidem excludatur præ-
dictus caſus quantumvis de raro contingens. Ad hu-
juſce aureæ Theoricæ comprobationem, libet ipſa
Iſerniæ verba ſcribere, ut jacent, quæ ſunt infraſcri-
pta ſicuti ea legit Liparulus *ibidem. Item attende ex
præmiſſis, quod idem erit in feudo paterno antiquo, quod
in novo dictum eſt, nam ſi paternum conſtaret datum con-
templatione ejus qui vellet alienare (ſicuti hoc pleniùs ali-
bi examinavimus) cum ſuum eſſet quod ſui contemplatio-
ne donatur, poſſet alienare, ſicut & novum, puta dedi,
fundum Titio, & filio Sempronii & Seio filio Sempronii
ut poſt mortem eorum haberent, & conſtaret verè vel præ-
ſumptivè ex his quæ ſupra dicta ſunt, quod contemplatio-
ne Seji voluit ad ipſum Sejum pervenire poſt mortem
Avi, & Patris, ſicut in proxima reſponſione tactum eſt,
at quia hæc raro eveniunt, quod contemplatione ſuccedē-
tium poſteriorum dentur, maximè cum non ſint adhuc nati
poſteriores ſuccedentes, ideo in feudo paterno (de quo non
conſtabat datum contemplatione alienari volentis) deter-
minavit hoc capitulum de alienat. feud. patern. an invitis
his qui ad ſucceſſionem venturi erant poſſet alienari; jura
quidem conſtituuntur in his quæ frequenter, non quæ ra-
ro, ff. de legibus l. nam ad ea, ff. de uſucap. l. juſto in
princ. nec ex hoc ſit dictum caſ. in raro evenientem, quando
contemplatione poſterioris ſcilicet ſuccedentis datum eſſet
& ſic quantum ad effectum, idem in uno, id eſt paterno
quam in alio, hoc eſt novo, ſed in novo faciliùs appare-
ret, cujus contemplatione datum eſſet feudum, ſicut ex
ſuperioribus planè patet, poſtquam autem feudum antiquum
pervenit ad quartum ſuccedentem, vel ad quintum, faci-
liter labitur de memoria labili, & fragili, & infirma qua-
liter datum fuit.* Hæc Andræas, cujus quidem opinio 33
omninò amplectenda eſt, tum præ maxima Auctorita-
te tanti Doctoris (quem profitentur ſummum feudi-
ſtam Intrigliol. *de feud. cent.1. quæſt.4. num.10.* Magi-
ſtrum artis idem *quæſt.12. num 8.* feudorum patrem ac
communem omnium Præceptorem. Urſin. *de ſucceſſ.
feud part.2. quæſt.7. art.3. num.1.3.* ac Aurigam in feu-
dis Joannes Franciſcus de Ponte *prælud. feud. lect.1. in
princ.* Bartholomæus Camerar. *in repetitione capituli
primi an Agnatus poſt* deciſ. Minado. *verſic. oppono 1.
fol. mihi 381. num 2.* addens quòd ipſe ſolus feuda no-
vit, & *verſic. quare num. 110. fol.448.* ubi quòd Aucto-
ritas

Digitized by Google

ritas Iſerniæ tanta eſt in feudali materia, ut ab ea ne-
dum in claris, ſed etiam in dubiis minimè ſit rece-
dendum, cum ſit inſtar multorum noviſſime idem
Urſin. ſupra relatus *parte 1. quæſt.8. art.1.num.24.* tum
quia eundem ſequuntur videndi Afflict *ſuper eod.cap.1.
de alienat. feud. patern. num.10. verſic. pro ſolutione*, di-
34 cens eſſe perpetuò menti tenendum, quia alibi dictum
non reperitur, & Roſenthal. *cap.9. membr.2. concl.66.
num.39.* ubi quod Iſernia à nullo in hoc puncto repre-
henditur, tum denique quia optima nititur ratione,
quod ille queat de re diſponere, cujus gratia, ac in-
tuitu data eſt, non conſideratio cui primo data, quod
enim alteri datur, mea contemplatione mihi datum
cenſetur, ut in propoſito pluribus juribus datis Afflict.
in dicto cap.1. num.9. verſic. & illud quod facit, & pluries
ſuprà dictum fuit *Articulo ſecundo dicto verſiculo. Po-
ſtremum tandem fundamentum num.129. & verſic. imo à
fortiori num.141.*
35 Præterea quod virtute relatæ clauſulæ, feudum eva-
ſerit antiquum, præjudicium etiam prætenſioni Do-
36 minorum Comitum Actorum, qui hæredes non ex-
titerunt Domini Comitis Camilli, cum in antiquo feu-
do ſuccedere nequeat, niſi qui hæres eſt mediatè vel
immediatè primi Inveſtiti, ſicut in feudo per hujuſmo-
di clauſulam prætenſo antiquo ratiocinatur Cyriac.
contr.595.num.13.
37 His poſitis non obſtat *conſ.161.* Menoch. *num.57.*
(quem ibi hallucinari inquit Roſenthal. *cap.2. con-
cluſ.15. gloſſ.6*) primò quia Doctores ab eo allegati
qui indiſtinctè dicunt, quod virtute clauſulæ, in an-
tiquum, ſeu Jure antiqui, feudum antiqui naturam
aſſumat, non probant id fieri quoad effectus reſpicien-
tes favorem Inveſtiti adversùs conciliationem pluri-
morum voto firmatam, & Ruinus, Boſſius ac An-
guiſſola, qui videntur hac via interdicere alienatio-
nem in feudo novo, non ferunt ullam Auctoritatem id
probantem in individuo, ſed eos ſolùm qui generali-
ter dixerunt, feudum ex pacto conceſſum evadere an-
tiquum, quod nos quidem admittimus in iis tantum
quæ Domini concedentis præjudicium concernunt:
ſecundò quia idem Menochius videtur ibidem loqui
in feudo titulo lucrativo quæſito; movetur enim ex
eo, quod ſi feudum novum ex pacto, & providentia
per acquirentem alienari nequit, multò minùs alienari
poterit novum jure antiqui conceſſum. At *Artic.2.
num.110.* vidimus hanc concluſionem ita demum ad-
mittendam, ſi feudum ſit titulo lucrativo conceſſum,
aliàs enim ſi oneroſo, indubitatum eſt primum acqui-
rentem poſſe de eo diſponere, ipſo etiam Menochio
Judice *in eodem conſ.161. num.6.* ubi refert ſolùm Han-
netonium inveniri contradictorem, quare quòd in feu-
do pecunia quæſito, ac obtento Jure antiqui, primus
acquiſitor queat de eo diſponere animadvertit *Mila-
38 nenſis deciſ.8. num.40. juncto num. ſeq.* Hac via Meno-
chius poſſet fortè ſalvari à palinodia, cum ipſe *ſupe-
rius relato conſ.158. num.20.* videatur omninò relatam
probare conciliationem.
39 Hic etiam ultimo loco repetimus, quod propter
clauſulam, *quibus dederis*, in priori DD. Comitum
de Fiſco libello appoſitam, ac in ſecundo tacitè re-
petitam, tum inſtrumento feudalis acquiſitionis con-
ſiderato, tum attenta petita in eodem ſecundo Li-
bello confirmatione eorum omnium, quæ conceſſa
fuerunt in primo ut innuimus Articulo tertio, ver-
ſic. *Unum ſolummodò ex abundanti num.121.* quæ qui-
dem clauſula ut ibidem probavimus, æquivalet clau-
ſulæ *pro ſe & hæredibus*, prætendi poteſt noſtrum feu-
dum fore hæreditarium, in quo clauſula prædicta, in
40 antiquum, non præbet impedimentum, quin poſſit
alienari, ut idem Menoch. admittit *conſ.158. num.62.
junct. num.79.*

ARTICULUS VI.

ET FINALIS.

In quo, data ſuppoſitione, quod præter D. Co. Octavium adeſſet aliquis legitimus feudi Succeſſor, oſtenditur quod foret inevitabile onus ei impoſitum per D. Com. Camillum in poſtremo ſuo teſtamento erogandi integrum pretium Caleſtani eidem D. Com. Octavio, quatenus conſtaret ipſius D. Com. teſtantis voluntati defectu facultatis minimè obtemperandum quoad ipſum corpus feudi.

SUMMARIUM.

1 *Reo ſufficit offuſcare intentionem Actoris.*
2 *D. Co. Camillus prælegavit pretium feudi D. Com. Octavio, quatenus diſpoſitio non potuiſſet ſuſtineri in corpore ipſius feudi.*
3 *Unuſquiſque rei ſuæ eſt moderator, & arbiter, cum ſimilibus.*
4 *Adverſus legatum factum de pretio non urgent difficultates quæ proponi ſolent adverſus diſpoſitionem factam de feudo.*
5 *Pretium feudi eſt res allodialis, & burgenſatica, non verò feudalis & num. ſequenti.*
7 *Pretium rei non eſt ipſa res, nec res loco pretii in particularibus ſuccedit, & numeris ſeq.*
8 *Pretium rei furtivæ non eſt furtivum.*
10 *Pretia rerum ſunt pecunia.*
11 *Pecunia dari nequeunt in feudum.*
12 *Pretium feudi eſſe dicitur in hæreditate, ac bonis Patris.*
13 *Æquiſſimum eſt Patrem poſſe de pretio feudi diſponere favore cujuſlibet.*
14 *Si feudum ſit cum clauſula, Juris Francorum, vel cum ordine Primogenituræ, Primogenitus tenetur conferre pretium integrum feudi.*
15 *Feudum individuum diviſionem recipit per pecuniam.*
16 *Idem eſt rem dividi non poſſe de facto, & non poſſe dividi de Jure.*
17 *Res allodiales dividendæ inter plures, quæ commodam non patiuntur diviſionem integræ uni dantur, cæteris verò æſtimatio traſtatur.*
18 *Collatio per primogenitum fienda de pretio feudi ſumma nititur æquitate, rationibus relatis in numeris ſeqq.*
19 *Si feudum emptum non fuiſſet repertum in hæreditate.*
20 *Verius videtur pretium feudi neque abſceſſiſſe ab hæreditate acquirentis.*
21 *Imò cenſeri velut repertum in arca Patris.*
22 *Pecunia quæ fuit quaſi in feudum, naturam burgenſaticam nunquam dimiſit, vel quatenus dimiſiſſet, tempore mortis Patris cenſetur retrotrahi ad primævam ſuam naturam, & num. ſeqq.*
24 *Si pretium non eſſet conferendum, poſſe Parentes omnia bona erogando in acquiſitione feudalium fraudare filios in eorum legitima.*
25 *Feudum dicitur legitima Primogeniti: Intellige tamen numeris ſeqq.*
27 *Quæ à Doctoribus in hujuſmodi Articulo ſtatuuntur militant etiam in feudo ex pacto & providentia, & num. ſeqq.*
29 *De Jure communi feudorum non erat cognitum feudum hæreditarium, ſed omnia feuda erant ex pacto, & providentia.*
30 *Hæredis nomen in jure feudali intelligitur pro hærede Sanguinis.*
31 *Hæredis nomine tempore Andreæ intelligebatur filius maſculus, & ſic hæres Sanguinis.*

32 Primogenitus etiamſi vellet abſtinere à ſucceſſione bonorum Genitoris, adhuc cogeretur conferre pretium feudi.
33 Valor feudi computatur in bonis defuncti occaſione calculationis legitimæ.
34 Legitima quæ propter individuitatem feudi aſſignari nequit aliis filiis in ipſo feudi corpore, præſtatur in æſtimatione.
35 Valet illatio, pretium confertur, ergo eſt hæreditarium, vel verius licet hæreditarium non eſſet, tale fieri dicitur dum redigitur in communionem & numer. ſequenti.
37 Licet Pater expreſſè nihil diſponat de pretio feudi, ſufficit, ut omnes filii ejuſdem pretii participes fiant, quod cohæredes inſtituat in allodialibus.
38 Feudum novum ex pacto titulo oneroſo quæſitum imputatur in legitimam, etiamſi Primogenito vel tanquam dignitatis, vel ex tenore Inveſtituræ neceſſariò debeatur, & num. ſeq.
40 Non repugnat, quod aliqua imputari debeant, quæ neceſſario præſtanda ſunt.
41 Argumenta quæ prima fronte excludere videntur imputationem.
42 Quæ extra patrimonium Defuncti capiuntur minimè imputantur.
43 Quod imputandum eſt debet eſſe neceſſario ex bonis debitoris.
44 Magis latè patet regula collationis, quam regula imputationis.
45 Plura conferuntur, quàm imputentur.
46 Clericus non ſuccedit in feudo.
47 Si Clericus Primogenitus inſtituatur in allodialibus, vel Patri acquirenti ab inteſtato ſuccedat, conſequi debet a ſucceſſore feudi empti à Patre pretium ejuſdem feudi.
48 Creditores experiri poſſunt adverſus Succeſſorem feudi pro debitis acquirentis, & multo magis pro contractis beneficio feudi ut num. 57. cum ſeqq.
49 Bona fideicommiſſo ſubjecta obnoxia ſunt æri alieno fideicommittendi.
50 Quemadmodum bona Majoratui ſuppoſita pro debito inſtitutoris ut num. 50.
51 Inventarium non juvat ſucceſſori feudi ex pacto, ne teneatur pro debitis Acquirentis.
52 In æſtimando valore feudi, an attendi debeat tempus emptionis, an tempus mortis Vaſſalli.
53 Impenſæ omnes ac melioramenta reſici debent per legitimum feudi ſucceſſorem hæredi Vaſſalli meliorantis.
54 Melioramenta ſunt res omnino hæreditariæ ac burgenſaticæ.
55 Licet melioramenta provenientia tum ex acquiſitione allodialium circumadjacentium, ac incorporatorum, tum ex operibus manufactis tanquam inſeparabilia ſpectent fortè ad Primogenitum feudi ſucceſſorem, adhuc ea quoad æſtimationem ſpectarent ad hæredem meliorantis.
59 Succeſſores in beneficiis obnoxii ſunt debitis contractis occaſione eorumdem beneficiorum.
60 Donec pretium erogatum in feudo, ac impenſæ meliorationum præſtentur hæredi vel legatario Vaſſalli acquirentis & meliorantis reſpectivè competit retentio.
61 Agnatus vel Dominus prætendentes feudum, non refectis melioramentis repelluntur exceptione doli mali.
62 Melioramentorum refectio præſtanda ſive feudum aperiatur Domino, ſive Agnato.
63 Omnes difficultates quæ prætendi poterant urgere adverſus prælegatum feudi, ceſſant in prælegato pretii, & numeris ſeqq.
64 Fœmina tametſi a feudo excluſa ſuccedit in melioramentis, & pretio feudi.
65 Extraneus quilibet eſt capax eorumdem meliorationum ac pretii.
66 Difficultas individuitatis feudi petita ex §. Præterea Ducatus, ceſſat in prælegato feudi & numer. 5 ſeqq.
67 Valet argumentum a ratione tacita ceſſante, non ſecus ac à ratione expreſſa ceſſante.
70 In diſpoſitione pretii feudi nullus requiritur Domini aſſenſus.
71 Dominus feudi non eſt Dominus pretii.
72 Pro pretio feudi non debetur ſervitium aliquod, quod debetur pro re feudali.
73 Acquirens rectè diſponit de pretio non obſtante clauſula (in antiquum) ſeu (jure antiqui) ſcripta in Inveſtitura.
74 Primogenitus ſuccedens in feudo cum clauſula (in antiquum) tenetur conferre pretium, ubi locus Antonii Fabri opportunè ſertur.
Quemadmodum fertur imputare in legitimam, ut numer. 75.
76 Animadvertitur caſum noſtrum non eſſe inter anguſtias quæſtionis an legato feudo debeatur æſtimatio, nam diſcrimen, ac diſparitas utriuſque controverſiæ referuntur, num. 81. & 82.
77 Legato feudo æſtimationem deberi verius probatur. Idque ex ſecundaria intentione num. 78.
79 Quoties debita eſt res quæ ex aliquo impedimento præſtari nequit, debetur ex conjecturata diſponentis mente ejus æſtimatio.
Præſertim ſi res relinquatur conjunctæ perſonæ ut numer. 80.

QUamvis præcedentibus in Articulis præcipuæ
difficultates oppugnantes D. Com. acquirentis
diſpoſitionem vocatæ fuerint in arenam, eæque quan-
tum potuerit Minerva mea, leviſſimæ licet Armatu-
ræ, agitatæ, concuſſæ, victæ; ſi tamen tenuitas falle-
ret ingenii, vel præcipuus ad cauſam Amor cœcutienti
oculi blandirentur, imò ſi cuncta ad enodandas pro-
poſitas dubitationes dictitata hucuſque neque ſuffice-
rent ad offuſcandam prætenſionem D. Actoris, quod
D. Com. Octavio uti Reo ſatis eſſet ad victoriam. Surd.
conſ. 260. num. 64. 173. num. 59. & 234. num. 42. ad- 1
huc ipſe D. Adverſarius evadere non poſſet difficul-
tatem numerandi integrum pretium ipſi D. Com. præ-
legatario.

Nitida eſt, ac clara diſpoſitio per D. Com. Camil- 2
lum ſuperindè teſtamentariis edita in tabulis (ſicut *in
Themate* innuimus) in qua D. teſtantis voluntatem om-
ninò ſervandam jura omnia tum naturæ, tum gentium,
tum Cæſaris autumant indiſtinctè, juxta vulgares &
paſſim obvias regulas, quibus dicimus unumquemque
fore rei ſuæ moderatorem & Arbitrum, iniquum eſſe,
non fore liberum homini ingenuo de rebus ſuis liberè
diſponere, cum ſimilibus penes Barboſ. *axiom. 199.* 3
quæ ſi tulimus, & juxta Doctorum vota militare dedu-
ximus *Articulo ſecundo à num. 47.* in diſpoſitione facta 4
de feudo novo tametſi ex pacto & providentia, multo
minùs admittenda ſunt urgere in legato facto de pre-
tio feudi, adverſùs quod non pugnant difficultates, quæ
adverſùs diſpoſitionem factam de Corpore feudi pro-
poni ſolent.

Portò pretium feudi res eſt allodialis, & ut aiunt, bur- 5
genſatica Larath. *in theatr. feudal. part. 9. dilucid. 73. n. 6.
11. 12. 13. 16. 28. & ferè per totam dilucid.* Capyc. Latr.
conſult. 25. num. 4. Rovit. *ſuper pragmat. Regu. pragmat. 25.
de feudis num. 46.* non verò feudalis, *argum. text. in ca-* 6
pit. 1. §. ſi Vaſſallus il ſecondo in fine, ibi, *nec quod accepit
tranſactionis nomine feudum eſt. Si de feudo defuncti con-
tentio ſit, &c.* Larath. *ibid. num. 5. 11. & pluribus in locis
ſparſim per dilucidationem prædictam,* innumeros Giurb.
*ad Conſuet. Meſſan. cap. 11. gloſ. 8. num. 7. & dictis §. gloſſ.
ac num. de ſucceſſ. feu. ad. ſuperius allegatis.* Tum quia nec 7
pretium rei eſt ipſa res ad text. *in l. venditor ex hæredi-
tate 21.* & *ibi* Bart. *num. 1 de hæredit. vel act. vendit.* & in
l. feud. Cornelianum 28. in princ. de novat. quemadmodum
quod

8 *quod ex re furtiva redigitur furtivum non eſſe nemini du-*
bium eſt, ut loquitur Ulpian. *in l. qui iſtas* 49. §. *final.*
de furt. plura in propoſito Larath. *ubi ſupra dicto nu-*
mer. 11. Giurb. pariter *ad Conſuet. Meſſan. alia: cap.* 11.
gloſ. 8. *num* 7. *de ſucceſſ. feudal.* § 2. *gloſſ.* 7. *num.* 43.
Fab. de Anna *conſ.* 123. *num.* 5. *cum ſeqq.* Gail. *de pig-*
nor. obſervat. 11. *num.* 3. nec rei loco in particularibus
9 pretium ſuccedit *dictis l. qui vos*, *& venditor ex hære-*
ditate ſupra allegatis, gloſ. *in verbo quis poteſt*, & DD.
in l. ſi & rem & pretium 25. *de petit. hæred.* Manent. *de-*
ciſ. 58. *num.* 2. Larath. *ibid. num.* 19. latè Giurb. *locis ſu-*
perius latis.

10 Tum quia pretia rerum ſunt pecuniæ *l* 1. *junct. ibi*
gloſſ. *in verbis ex ſubſtantia*, *de contrahend. empt.* Va-
11 lenzuel. *conſ.* 30. *num.* 19. pecuniæ autem dari nequeunt
in ſeudum, ut latè demonſtrant Roſenthal. *in Syno-*
pſi, *cap.* 4. *plena concluſ.* 7. & Larath. *dicta dilucid.* 73.
num. 6.

Quamobrem idem feudi pretium, tanquam omninò
12 allodiale, & burgenſaticum extare dicitur in hæredi-
tate ac bonis Patris. Larath. *ibid. num.* 6 *in fin.* 11. *&* 13.
13 quem idcircò æquiſſimum eſt poſſe de eo in poſtrema
ſua voluntate liberè diſponere favore cujuſlibet, ut op-
timè idem Larath. ſtatuit *ibi num.* 21. *junct. numeris præ-*
ced. ac ſeqq.

14 Hac ratione dicimus, quòd ſi feudum ſit cum clau-
ſula *Juris Francorum*, vel ſit acquiſitum cum expreſſo
ordine primogenituræ, primogenitus tenetur confer-
re, ac communicare cæteris fratribus pretium inte-
grum feudi, ut ſcitè animadvertit Andreas (qui dici-
tur à Rovito *ſupra citata pragmatica* 25. *de feud. num.* 17.
primus Auctor hujuſce opinionis) *in c. Imperialem*, §.
præterea Ducatus in 2. *addit. num.* 39. *verſic. ſed ſi Pater*,
ibi *& quia res non poteſt conferri*, *quia indiviſibilis præ-*
ſtetur partis æſtimatio de prohibit. feud. alienat. per Fede-
ric. Andream cæteri ſequuntur plena manu relati per
Capyc. Latr. *conſult.* 25. *num.* 3. & rectè eandem pro-
pugnant ſententiam Camerar. *in repet. dicti* §. *præterea*
Ducatus verſic. ad idem affero, ubi latè, ac profundè Ar-
ticulum diſcutit *fol. mihi* 838. Luc. de Penn. *in l.* 1. *n.* 15.
C. de imponen. lucrat. deſcript. lib. 10. Rovit. *mox rela-*
tus. Marta *de ſucceſſ. legal.* 1. *part. quæſt.* 4. *art* 2. *num.* 8.
quæſt. 11. *art.* 4. *num.* 15 *quæſt.* 23. *art.* 3. *num.* 43. *& part.* 3.
n. 1. *art.* 3 *num.* 11. Hartman. Piſtor. *quæſt. juris libri* 2.
parte poſter. quæſt. 38. *num.* 66. *verſic. ubi vidimus* Petr.
de Gregor. *de conceſſ. feudali parte* 3. *quæſt.* 7. *num.* 6. La-
rath. fusè dicta *dilucid.* 73. *num* 15. Laudenſ. *de primog.*
quæſt. 36. plenè Giurb. *de ſucceſſ. feudal* §. 1. *gloſſ.* 8 *n.* 48.
Lanar. *conſ.* 80. *num* 49 Camil. de Medic. *conſ* 124. *n.* 3.
(ubi inquit clarum eſſe Secundogenitum in feudo em-
pto per Patrem habere partem pretii) *& num. ſeqq.* ferè
per tot. conſ. Loffred. *conſ.* 1. *num* 181. *verſic. nec ad rem*
facit junctis *numeris præcedentibus*, quare Cravet. *con-*
ſil. 995. *num* 19. *verſic. ſexto reſpondetur*, ſecutus Socin.
15 ac Rip. inquit, quod feudum individuum diviſionem
recipit per pecuniam, non ſecus ac cæteræ res allodia-
les ac burgenſaticæ videndæ inter plures quæ commo-
16 dam non patiantur diviſionem (enim verò idem eſt
rem dividi non poſſe de facto, & non poſſe dividi de
17 jure. Rovit. *ſupra num.* 35.) nam & hæ quidem divi-
duntur, non ut inter conſortes diſtribuantur, ſed ut uni
integræ cedant, reliquis verò partium ſuarum æſtima-
tio præſtetur *l.* 3. *C. communi divid.* §. *eadem interveniunt*
Inſtit. de off. jud. plura poſt Iſern. Bald. alioſque nectit
eruditè Thoming. *deciſ.* 2. *num.* 11.

18 Hujuſmodi autem collatio ſumma nititur æqui-
tate.

19 Primò quia ſi feudum emptum non fuiſſet, pretium
fuiſſet repertum in hæreditate, ut inquit Mart. *de ſuc-*
ceſſ. legal. dicta part. 1. *quæſt.* 4. *art.* 2. *num* 8. Faber. *de er-*
ror. pragmat. Decad. 41. *error.* 10. *num* 3. *in fin.* ac innuunt
Lanar. *conſ.* 80. *num.* 49. ac Larath. *dicta dilucid.* 73. *nu-*
mer. 14. *part.* 9. & ſic ratione emptionis tantò minùs
remanſit in patrimonio, in quo ſi non abſceſſiſſet po-
teraant aliis filiis ſuccedere, ſicut inquit pluribus alla-
tis, confirmatque exemplo emphyteuſis quæſitæ à Pa-
tre cum qualitate majoratus Rovit. *dicta pragmat.* 25.
de feud. num. 17. optimè Camill. de Medic. *dicto con-*
ſil. 124. *num.* 8. *cum ſeqq.* ac propterea æquum eſt, quòd
cæteri filii tantam accipiant pecuniæ quantitatem,
quanta ipſis vel ab inteſtato, vel ſecundùm diſtribu-
tionem factam per Genitorem in teſtamento debita
fuiſſet, ſi teſtator ipſe de fortunis ſuis in feudi acqui-
ſitionem nihil convertiſſet, ſed repetiretur adhuc in
eius hæreditate, à qua cauſa feudalis acquiſitionis abſ-
ceſſit. Thoming. *dicta deciſ.* 2. *num.* 23. *verſic. ex qui-*
bus. Quamvis etiam dici poſſet, & fortè veriùs neque 20
pretium in effectu abſceſſiſſe à patrimonio, cum po-
tiùs in eo duraverit licèt incorporatum cum ipſo feu-
do, ſemper tamen allodiale ac burgenſaticum, impin-
guando hæreditatem ipſius Patris acquirentis, ut rectè
idem Rovit. firmat *ubi ſupra num.* 33. *&* 45. *verſic. rema-* 21
net igitur junct. num. 46. Imò cenſeri velut repertum in
Arca Patris ſcribit Capyc. Galeot. *in addit. ad conſ.* 124.
Camilli de Medic. num. 30. (adversùs quod licèt argue-
re videatur, ultimo tamen reſidet in hac ſententia) &
ad hæc confert Larath. *ſupra num.* 16. *in fin.* ubi, quòd 22
pecunia illa naturam burgenſaticam à principio ante
emptionem feudi nunquam dimiſit, vel quatenus ali-
qua umbra, ſeu nebula mutationis ſuæ burgenſaticæ 23
naturæ in emptione feudi adeſſet (quam tamen um-
bram non adeſſe, nec abeſſe poſſe inquit Larath. *ibi*
num. 12. cujus verbis utor) adeò ut cenſeri poſſet Ge-
nitore vivente tanquam implicata in feudo effecta feu-
dalis naturæ, adhuc tempore mortis Patris, & Succeſ-
ſionis filii, cui feudum ſpectaret, ipſa retraheretur ad
primævam ſuam naturam allodialem, & rurſus cenſere-
tur ejuſdem qualitatis, ac ſi in feudi acquiſitione non
fuiſſet erogata, pluribus latè ipſe Larath. *dicto num.* 12.
cum duobus ſeq.

Secundò deprehenditur juſta collatio prædicta, quo- 24
niam aliàs ſi filiis Secundogenitis præſtanda non eſſet
ſaltem in æſtimatione quota feudi quæſiti pro primo-
genito, ſequeretur, quòd Parentibus vel univerſam eo-
rum ſubſtantiam, vel ſaltem potiſſimam partem in feu-
dalia erogantibus pateret via nihil, vel ſaltem valdè
parùm cæteris relinquendi, ſicque eos debito fraudan-
di ſubſidio, quod naturæ & æquitati vehementiſſimè
repugnare jure optimo animadvertit Thom. *dicta de-*
ciſ. 2. *num.* 24. *cum ſeqq.* & latiſſimè proſequitur Hart-
man. Piſtor. *quæſt. juris lib.* 2. *part. poſter. quæſt.* 38. *n.* 70.

Nec communicatio iſta pretii meretur redargui ex 25
eo quòd feudum vel dignitatis, vel quæſitum jure
primogenituræ dicatur legitima Primogeniti, cum enim
hujus intelligatur legitima, non in quota ipſius cor- 26
poris feudi, ſed in pretio ipſe ritè ac rectè gravari po-
teſt à teſtatore, quantumvis invitus dempta ejus le-
gitima juxta ſupputationem de jure fieri conſueram
in dicto pretio, ut poſt Camerar. alioſque & in ſpe-
cie Frecc. deridentem eos, qui exiſtimant totum feu-
dum eſſe legitimam Primogeniti, ac proindè neque in
ejus æſtimatione gravari poſſe probat Rovit. *ſuper Pra-*
gmat. 4. *de feudis num.* 124. *num. ſeqq.* qui licet loqua- 27
tur in feudo hæreditario, idipſum tamen omnino ſta-
tuendum in feudo ex pacto & providentia, non tamen
antiquo, ſed novo, ut de hoc, allegatis Iſern. Lof-
fred. Coeſet. Petr. de Gregor Peregrin. Tuſc. Tiraquel.
Roſenthal. Anna, Marta, Maſul. ad Capyc. & Thoro
loquitur Giurb. *de ſucceſſ. feudali*, §. 1. *gloſſ.* 8. *num.* 44.
inter quos benè explicat Marta *nedum parte* 3. *quæſt.* 1.
art. 3. *num.* 9. qui locus fertur à Giurb. ſed dixerat etiam
part. 1. *quæſt.* 23. *art.* 3. *num.* 43. & ea quidem manifeſta
ratione, quia feudum ex pacto novum æquiparatur hæ- 28
reditario ut plenè diximus *art.* 2. *num.* 32. *cum ſeq.* Nec
dubitandum eſt quin Andreas quem ſupra allegavi-
mus *verſic. hac ratione dicimus num.* 14. loquendo de
collatione fienda per Primogenitum cenſeatur loqui de
feudo ex pacto & providentia (ideoque meritò in ſi-

mili feudo allegatur in propoſito à Galvan. Marta &
pluribus aliis *ſupra* allatis) quia de jure communi feu-
29 dorum non erat cognitum feudum hæreditarium, ſed
omnia feuda erant ex pacto & providentia, & licet in
multis locis fiat mentio hæredis ut in *rubro*, *& nigro*
de eo qui ſibi & hæredibus ſuis, aliiſque in locis, hære-
dibus tamen uxor & nomen *ibidem* pro hærede ſangui-
30 nis intelligitur, ut colligitur ex text. *in cap.1. §. ſimi-*
liter de lege Corradi quem cum aliis allegat Gizzarel. *de-*
*ciſ.*28. *num.*19. ubi rectè obſervat pluribus relatis, quod
31 tempore ipſius Andreæ verbum (*hæres*) intelligebatur
ſecundum ſubjectam materiam de Jure communi feu-
dorum pro filio maſculo, & ſic de hærede Sanguinis
tantùm.
32 Quæ autem de collatione diximus adeò vera eſſe
conſtat, ut etiamſi Primogenitus (cui ex tenore In-
veſtituræ pertineat feudum) vellet eſſe ſuo feudo con-
tentus, & abſtinere à ſucceſſione aliorum bonorum
Genitoris defuncti, adhuc à cæteris filiis jure cogere-
tur conferre pretium ipſius feudi ad quod ipſe omninò
tenetur, ſive velit, ſive nolit hæres eſſe Patris, ac ſuc-
cedere in reliquis ejus bonis ſive non, ut probat, & de-
ciſum teſtatur Rovit. *dicta pragmat.*25. *de feud. n.*25.
dicens quod fatuum eſſet contrarium admittere, &
*num.*46.
33 Ex hac autem inconcuſſa concluſione collatio-
nis abſolutè fiendæ nonnullæ ducuntur neceſſariæ
illationes, & quidem prima quod valor feudi compu-
tari debeat bonis defuncti in calculatione legitimæ.
plures Fab. de Anna *conſ.*25. *num.*27. *& conſ.*26. *nu-*
*mer.*21. & conferunt omnes quos *ſupra num.*14. alle-
gavimus probantes Primogenitum cogi ad collationem.
34 Secundò quod legitima, quæ propter individuita-
tem feudi aſſignari nequit aliis in ipſo corpore eis præ-
ſtanda ſit in æſtimatione, ut poſt Iſern. advertit. Latr.
*de iſ.*2. *num.*6. *junct. num. ſeq.* benè de Medicis *con-*
*ſil.*124. *num* 12. *&* 13. Burſat. *conſ.*132. *num.*29. *&* 30.
Fab. de Anna *conſ.*25. *num.*28. latè Petr. Caball. *conſ.*
*deciſ.*140. *num.*8. *verſic. & ſi ex tenore Inveſtitura*, ubi
expreſsè loquitur in feudo ex pacto, & providentia,
noviſſimè Manzius *de teſtament. T.*12. *quaſt.*37. *num.*10.
& 11. qui *quaſt. ſeq.* à *num.*35. in longè fortioribus
terminis favore etiam filiarum fœminarum cæteroqui
feudalis ſucceſſionis incapacium hoc idipſum admit-
tendum abundè, ac fusè comprobat, quarum etiam
favore adeſt erudita *deciſio ſecunda* Thoming. ſed nu-
meris omnibus abſoluta, omnique acumine, ac ſub-
tilitate referta eſt in hoc articulo favore fœminarum
ratiocinatio Hartman. Piſtor. *quaſt. jur. lib.*2. *part. po-*
ſter. allegata, *quaſtion.* 38. *per totam*, *& præcipuè à*
num. 63.
35 Tertia quod ſi pretium hoc confertur, ergo cen-
ſentur hæreditarium, omnia enim quæ conferuntur
dicuntur remanere in effectu in hæreditate defuncti ut
36 per *l. certum* 13. *C. fam. erciſc.* inquit Lanar. *conſ.*80.
*num.*49. & benè Larath. *dicta dilucid.*73. *num.*16. *part.*9.
vel ſaltem eſto antea in hæreditate non ſint, fieri di-
cuntur hæreditaria, dum rediguntur in communionem,
ut poſt Azonem explicat Mangil. *de imput. in præfat.*
*tractat. num.*10. Si igitur hujuſmodi pretium reputatur
hæreditarium, dabiturne locus dubitandi, num teſta-
tor de eo liberam habeat diſpoſitionem?
37 Et quidem liberam adeò diſpoſitionem habet ipſe
teſtator acquirens de dicto pretio feudi ſpectantis Pri-
mogenito, ut etiamſi condendo ejus Elogium nihil de
eo favore ſecundò vel tertiò geniti ſpecificè expreſſe-
rit, adhuc ut hi participes fiant pretii præfati, ſuffi-
cit, quod eos cohæredes in allodialibus inſtituat, ea
ſemper ratione, quia pretium illud reputatur allodia-
le, ac enumeratur inter cætera bona burgenſatica, Ca-
pyc. Latr. *conſult.*25. *num* 4. Quare mirum videri non
debet, ſi Genitori teſtanti, ac expreſsè diſponenti de
æſtimatione prædicta feudi, omni exceptione poſtpoſita,
ſit obtemperandum.

Mirum potiùs videri deberet, quòd Primogenitus, 38
vel cæteri filii quibus pervenit feudum novum ex pa-
cto & providentia titulo præſertim oneroſo quæſitum,
illud imputare cogantur in legitimam, ut plurium
allegatione probavimus *art.*2. *num.*38. *&* 117. juxta
ſententiam paſſim canonizatam à Rot. *ut deciſ.* 53. poſt
Merlin. *de legitima*, *& alibi* ſæpiùs, & pro qua præter
utrobique allegatos addi poſſunt Surd. *conſ.*427. *nu-*
*mer.*6. *&* 46. Ricc. *collect.*2254. *circa finem verſic. ſed*
hoc intellige. Petr. Caball. *conſ. deciſ.*140. *num.*6. Tho-
ming. *deciſ.*2. *num* 16. Hartman. Piſtor. *quaſt. jur. lib.*2.
*parte poſteriori quaſt.*38. *num.*4. *cum ſeqq.* ubi latè, alii-
que, quos in ultima editione addidit ipſe Merlin. *de le-*
*gitima citato lib.*2. *tit.*1. *quaſt.*5. *num.*24. non obſtante
quòd feudum eiſdem Primogenito vel ex natura ſua 39
veluti dignitatis (data citra noxam veri ſententiam de
qua *art. primo num.*44.) vel ex expreſſo ordine Primo-
genituræ in Inveſtitura convento de neceſſitate debe-
rerut, cum illa quoque imputari poſſint, quorum cum 40
neceſſitate conjuncta eſt præſtatio, ut probat Thoming.
*ſuprà num.*31.
Mirum inquam hoc potiùs videri deberet, cum de 41
ipſo feudo dubitari poſſit, num illud debeatur potiùs
ex diſpoſitione Domini concedentis, quàm Patris ſti-
pulantis, num perveniat beneficio ipſius acquirentis,
an verius providentia legis cum aliis ſimilibus in hiſ-
ce controverſiis ſolitis circumferri, & tamen certum
eſt hujuſmodi feudum imputandum, ſignum evidens,
quòd neque corpus ipſum feudum tempore imputatio-
nis hoc eſt mortis Genitoris, cenſetur extra illius pa- 42
trimonium, cum ea quæ extra patrimonium defuncti
capiuntur, nullatenùs imputentur in quartam jure na-
turæ debitam *l. ſcimus* 36. *§. repletionem, C. de inoff. te-*
ſtam. à qua concluſione neminem recedere poſt Bart. &
Socin. Jun. teſtatur Mangil. *de imput. quaſt.*11. *num.*1.
*& quaſt.*27. *num.*12. ubi inquit fore regulam certam, ſed
quod imputandum eſt debet eſſe neceſſario ex bonis 43
Genitoris, ad text. *in l. quoniam novella* 29. *cum ibi no-*
tatis, C. eod. idem Mangil. *eod. tractat. quaſt.*12. *num.*1.
& quidem tempore ſuæ mortis *argum. text. in l. in quan-*
titate 73. *in princ. ad l. falc.* quam fore regulam Bart.
inquit Mangil. *quaſt.*14. *num* 4.
Si autem feudum ipſum imputandum eſt per Primo- 44
genitum in legitimam, multò magis admitti poteſt per
eum conferendum eſſe pretium, tum quia regula col-
lationis magis latè patet quàm regula imputationis,
plura enim conferuntur, quàm imputentur. Merlin. *de*
*legitima lib.*2. *tit.*4. *quaſt.*1. *num.*2. tum quia pretium 45
feudi, tanquam allodiale, & burgenſaticum, quoad
exiſtentiam in patrimonio defuncti, & ſic quoad libe-
ram facultatem de eo diſponendi non videri debet ob-
noxium iiſdem, vel ſaltem majoribus difficultatibus
quàm corpus ipſum feudi, ut per ſe patet.
Ex eodem fonte promanat concluſio, quam favore 46
Clerici Primogeniti Doctores aſtruunt, quod ſcilicet
cum ipſe propter clericalem ordinem non ſuccedat in
feudo, *cap.*1. *an mutus*, *cap.*1. *§. qui Clericus*, *ſi de*
feudo defuncti contentio, *&c.* de quo latè Giurb. *de ſuc-*
*ceſſ. feudal. §.*2. *gloſſ.*4. *num.*42. & latiſſimè Urſinus *ſimi-*
*li tractatu part.*1. *quaſt.*9. *art.*1. ſi hæres in allodialibus
inſtituatur, ſeu ab inteſtato ſuccedat, habebit pretium 47
feudi empti à Patre, tanquam rem burgenſaticam, ac
hæreditate feudatarii defuncti relictam. Larath. pleniſſi-
mè *p.*9. *ſæpè laudata dilucid.*73. *per totam*, & præcipuè
*num.*11. *in fin.*12. 17. *&* 27. *cum ſeqq.*
Et eodem demùm nititur fundamento, quòd ſi ac- 48
quirens fecerit debita (ut dubio procul plura, & qui-
dem valdè gravia contraxit D. Com. Camillus ut *infra*
etiam innuemus) creditores rectè experiri poſſint ad-
versùs ſucceſſorem feudi pro quantitate ſaltem æſtima-
tionis, quemadmodum videmus in bonis fideicommiſſo 49
ſubjectis, quæ obnoxia ſunt æri alieno fideicommitten-
tis ad text. *in l. cum fidei hæredis* 9. *de fideicom. libert.*
latè Molin. *de primogen. Hiſpanis lib.*1. *cap.*10. *num.*2.
&

50 & latiùs Fuſar. *quæſt.*541. Surd. *in propoſito conſ.*351.*nu-
mer.*12. ubi *num.*14. quòd pariter rectè alienantur bo-
na Majoratui ſuppoſita pro ſanando debito inſtituto-
ris, adeò ut nec juvaret Inventarium, ut in hiſce ter-
minis feudi ex pacto probat, ac deciſum in Regno te-
ſtatur Marta *de ſucceſſ. legal. part.*4. *quæſt.*12. *art.*5. *nu-
mer.*38. *verſic.* *ubi probat junctis numeris præcedentibus,
& præcipuè num.*34. ac idipſum docent Joan. Thom.
de Marin. *de gener. & qualit. feud. T.*3. *rub. de feudo ex
pacto, & providentia novo num* 18. *cum ſeqq. & T.*5.
rub. de feudo hæreditario, *num.*39. *& final.* ac eleganter
Fab. de Anna *integro conſ.*4. *tom.*1. & de hoc pleniſſi-
ma eſt *deciſ.*28. Gizzarelli ad defenſam Senatuſconſulti
antea emanati à S. Conſilio in cauſa ibidem recenſita,
in qua licet in controverſia eſſet feudum hæredita-
rium, regulæ tamen ibidem allatæ urgere debent in
feudo ex pacto novo ratione ſuperiùs repetitæ æquipa-
rationis cum hæreditario, ut etiam in eadem Gizzarelli
deciſ. innuitur *num.*3. Quare ſatis facilè colligi poteſt
inevitabile fore diſpoſitionem acquirentis de pretio
52 feudi, tamquam de re allodiali, burgenſatica, ac om-
ninò ſua. Larath. pluries *allegata deciſ.*73. *num* 21.
junctis num. præced. & ſeqq. ut proindè ſola ſit inter
Doctores controverſia, an in æſtimando valore feudi
attendi debeat tempus emptionis, an mortis Vaſſalli,
in qua veriorem propugnant ſententiam, quòd tem-
pus mortis Capyc. Latr. *conſ.*25. *à num.*5 *uſque ad* 24.
Marta *de ſucceſſ. legal. part.*1. *quæſt.*23. *art.*5. *num.*44.
Giurb. *de ſucceſſ. legal.* § 1. *gloſ.*8. *num* 49. Amican-
gelus *quæſt. feudal.* 15. quam communiorem, & tam-
quam opinionem ab Iſernia probatam ſequendam ſua-
det Cap. Galeot. *ad conſ. Camill. Medic. num.*39. *cum
tribus ſeq.*

Quamobrem quando allata in ſuperioribus Articu-
lis, ut præſentis initio dicebamus, non ſuſtinerent diſ-
poſitionem D. Comitis Camilli in prælegato feudi, ad-
huc quia legitimi Succeſſores in eo tenerentur inte-
grum pretium erogare D. Comiti Octavio juxta de-
mandata per eundem D.Co. acquirentem, locus eis re-
linqueretur prudenter dubitandi, numquid expediret
conſecutio feudi cum onere numerandi præfatam æſti-
53 mationem habito etiam reſpectu ad omnes impenſas,
ac melioramenta, & ut inquiunt, emponemata à die
acquiſitionis uſque in præſens facta (quæ nihil in no-
ſtro caſu ſupponuntur in magna & notabili quantita-
te, ut promptiam dicunt adeſſe liquidationem) de
quibus nulla omninò cadere poteſt difficultas, de quo
lariſſimè agunt Monachus *de rect. feud. interpret. c.* 65.
&.66. Roſenthal. *in Synopſi feudal. cap.*7. *concluſ.*21.
*num.*21. *concluſ.*47. *num.*11. *concluſ.*54. *num.*1. *& con-*
54 *cluſ.*60. *num.*4. ac pleniſſime *cap.* 10. *concluſ.*43. & alii
ſtatim referendi, cum ſint res omninò hæreditariæ, ac
burgenſaticæ. Monach. *dicto cap.*65. *num.*83 *cum ſeqq.*
Tota enim controverſia fit inter Doctores de augmen-
to intrinſeco, quod provenit ex ſolo beneficio tem-
poris intermedii inter acquiſitionem, & mortem Pa-
tris, nulla verò per imaginationem de augmento ex-
trinſeco, ſive illud provenerit ex acquiſitione allodia-
55 lium circumadjacentium, & unitorum, ac incorpora-
torum ſive ex operibus manufactis, ac melioramentis,
quæ quatenus etiam tanquam fortè inſeparabilia à cor-
pore feudi ſpectarent ad primogenitum feudi Succeſ-
ſorem, adhuc quoad æſtimationem omninò penderent
à paterno judicio, ideóque integrè & plenè ad eum
ſpectarent quoad æſtimationem, cujus favore de illis
Pater diſpoſuiſſet. Latro *conſult.*25. *à num.*38. *uſque ad*
42. benè Rovit. *pragm.* 25. *de feud. num.*55. *verſ. redeun-
do vero de ſumma ad viam.* Menoch. *conſ.* 89. *per tot.*
Fulvius Lanar. Nepos ad Joan. Antonium *in cap.* 1. *de
ſucceſſ. feud. ſub littera E. num.*45. Brun. *conſ. feudal.* 106.
*num.*2. ubi *in fine* acri objurgatione redarguit Domi-
nos, & Agnatos obligationem prædictam reficiendi me-
lioramenta ſurda aure negligentes.

56 Id, quod pariter tranſit ſine ulla difficultate eſt, quòd
legitimus feudi Succeſſor (data ſemper diſputationis
ergo ſuppoſitione invaliditatis prælegati in corpo-
re feudi) teneretur ſanare debita omnia per D.
Com. Camillum facta pro acquiſitione feudi contro-
verſi.

De ære alieno ſanando à filio ſuccedente in feudo
novo indiſtinctè uſque ad integram feudi æſtimatio- 57
nem dictum eſt *ſupra num* 48. *verſ. & cætera demum*, eſt-
que concluſio quæ non videtur pati probabilem dubi-
tationem, ea tamen in individuo de debitis contractis 58
pro acquiſitione conſervatione, ut beneficio ipſius feu-
di quæ percutit terminos noſtræ hypotheſis, in qua
debita omnia facta fuerunt pro prædicta feudi acqui-
ſitione, ut mihi ſupponitur faciliimæ probationis, imò
notorium, & non latere ipſos Dominos Adverſarios)
vix habet contradictorem, quam propterea docent
Nardus ad Andream *in cap.* 1. *an Agnatus, vel filius ſub
num.*3. *in fin. lit. I.* Bald. *conſ.*232. *num* 2. *verſic. niſi de-
bita lib.*3. Ant. Capyc. *in repet. l. Imperialem de prohibit.
feud. alienat. per Federic. fol. mihi* 22. *verſic. limita, niſi
Vaſſallus.* Frecc. *de ſubfeud. authoritate* 29. *num.*10.
verſic. fallit, quando debita fol. mihi 361. Michael Palaez
*tract. in jurat. quæſt.*26. *ſub num.*2. *verſic. limitat. etiam.*
Albert. Brun. *conſ. feudali* 104. Roſenthal. *in Synopſi,
cap.*10. *quæſt.*43. *num* 175. Surd. *conſ.*351. *num.*15. *in fin.
cum numeris ſeqq.* Lanar. *conſ.*80. *num.*52. Joan. Franc.
de Ponte *deciſ.*4. *num* 28. *cum ſeqq.* ubi latè inquiens
*eod. num.*28. hanc fore reſtrictionem ad regulam, qua
dicimus feudum ſine aſſenſu Domini non poſſe dici
obligatum. Alba *conſ.* 90. *num.*16. *& conſ.*337. ubi *n* 5.
regulam confirmat exemplo ſatis urgenti beneficiorum 59
Eccleſiaſticorum, quæ licet multo minus obligari
queant quàm feuda, obnoxia tamen fiunt debitis eorum
occaſione contractus, quorum propterea onus Succeſſo-
res ſubire coguntur.

Donec autem pretium erogatum in feudo, ac im- 60
penſæ meliorationum re & effectu præſtentur hæredi
(eique ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato venienti
juxta tradit. per Roſenthal. *dicto cap.*7. *concluſ.*60. *nu-
mer.*4.) vel legatario Vaſſalli acquirentis & melio-
rantis reſpectivè eis competit feudi retentio, ut de
primo rectè probat Lanar. *conſ.*80. *num* 51. de ſecun-
dis verò plena eſt deciſio Guid. Pap. 69. ex quia colli-
gitur hanc fuiſſe Iſerniæ, Baldi, ac aliorum Feudi-
ſtarum ſententiam. Intrigliol. *de feud. cent.*1. *quæſt.*59.
*num.*15. Monach *dicto cap.*65. *num* 82. *&* 103. *& c.*66.
*num.*9. Roſenthal. *dicto cap.*7. *concluſ.*47. *num.*11. *&
concluſ.*54. *num.*1. plura de Ponte *dicta deciſ.*4. *num.*33.
ubi de communi, à quibus pariter edocemur Domi- 61
num, vel Agnatum prætendentem feudum ad ſe ſpe-
ctare ſubmoveri exceptione doli mali. Porrò meliora- 62
mentorum refectio præſtanda ſive feudum aperiatur
Domino, ſive Agnato. Roſenthal. *dicta concluſ.* 47.
num 10.

Id unum pro præſentis Articuli complemento ne- 63
ceſſarium ducimus animadvertere, quod tum quoad
prædicta melioramenta in quibus certum eſt non ſo- 64
lùm fœminam hæredem vel legatariam, licet cætero-
quì à feudo excluſam, ſuccedere, ut probant plures ex
ſupra allegatis *num.*53. & in ſpecie Roſenthal. *dicto
cap.*7. *citata concluſ.* 47. *&* 54. ſed etiam extraneum
quemcumque ut pariter *ibidem* allegati probant, & præ 65
cæteris ipſe Roſenthal. *eadem concluſ.*60. *num.*4. & In-
trigliol. *ubi ſupra n.*4 tum etiam quoad pretium ipſum
feudi ceſſare difficultates omnes, quæ prætendi poſſent
militare in diſpoſitione ipſius feudi.

Primo enim ea omnia quæ *priori in Articulo* in con- 66
trarium propoſuimus ex eo petita, quod feudum dig-
nitatis ſit individuum, & Primogenito ſpectet omni-
nò ceſſant in diſpoſitione facta de pretio, quod quan-
cunque recipit diviſionem, ut quæ diximus *ſupra nu-
mer.*14. ſufficienter demonſtrant, & in puncto innuit 67
Craver. *conſ.*995. *ſub num* 29. *verſic. ſexto reſpondetur.* Si
enim licet arguere à ratione tacita ceſſante, ſicuti rectè

68 argumentamur à ratione expreſſa ceſſanre, ut inquit Camerar. *mox citandus* & ratio tacita qua nititur cenſura §. *praterea Ducatus* eſt, quod feudum non dividatur, ne multiplici ſectione in perniciem tum Domini, tum Subditorum reducatur ad nihilum, ſubnota ratione diviſionis, præfati Sanctio §. ceſſabit, quam quidem feudi diviſionem ceſſare per præſtationem æſtimationis pater; ita bene Camer. *in dicto* §. *praterea Ducatus verſic. ad id affero doctrinam Iſernia in impreſſione parva fol. mihi* 838.

69 Secuuda difficultas ex eo deducta, quòd feudum ex pacto, & providentia videatur filiis poriùs ex providentia legis deberi, quam ex judicio acquirentis, conſtat non militare in pretio, quod non eſſe feudale, ſed rem prorsùs allodialem, ac burgenſaticam pluribus pariter *ſupra* probarum extitit.

70 Tertio quod redargui poſſe videatur feudalis diſtractus, vel alteratio formæ in Inveſtitura præfinitæ ex neglecto Domini aſſenſu, procul eſt à diſpoſitione facta de prerio, quæ oon exigit ullum Domioi aſſenſum, non ſecus ac ſi pretium eſſet in arca, & hæreditare. Proſper Tripes inter *allegationes* Diverſ. poſt *deciſ.* Anelli *allegatione* 28. *num.* 11. Manent. *deciſ.* 58. *num.* 8. 71 Dominus ſiquidem feudi non eſt Dominus pretii, & pro boc non debetur ſervitium aliquod, prout debetur pro 72 re feudali, quare cum licentia, ſeu aſſenſus reſpiciat ipſam rem feudalem, nulla eſt ratio, cur requiri debear in diſpoſitione facta de pretio. Manent. *ibidem dicto num.* 8.

73 Quartò denique ſi quam ingerere poteſt difficultatem in feudo (quam tamen vere non ingerit, ut *articulo præcedenti* demonſtratum eſt) conceſſio cum clauſula (*jure antiqui*) ea omnino ceſſarer in pretio, nam quatenus etiam donaretur Adverſariis, quod virtute hujuſmodi clauſulæ feudum antiqui naturam aſſumeret etiam in præjudicium inveſtiti, adeò ut Pater acquirens non poſſet diſpoſitione ſua alterare formam inveſtituræ, adhuc qui ſuccederer in feudo immunis non eſſet ab onere præſtandi ſummam ab ipſo acquirente erogatam, ut de filio Primogenito ſuccedente in feudo quæſito cum ſimili clauſula obligato conferre hujuſmodi pretium ratiocinatur Faber *de error. pragmat. Decad.* 41. *error.* 10. *num.* 2. & 3. à quo, cum liber non ſatis vulgaris, ac obvius ſit, liceat ad ornamentum con- 74 cluſionis ipſa acutiſſimi Auctoris verba referre: inquit igitur Faber *dicto num.* 2. *At rurſum quid ſi feudum ſit novum quidem & emphythenſis nova, ſed ſic tamen datum datave ut in feudum antiquum avitumque habeatur, qua vulgaris hodie Inveſtiturarum clauſula eſt, ans in emphyteuſim antiquam & avitam? Quatenus enim agitur de feudo antiquo, vel de emphyteuſi antiqua, ſive eccleſiaſtica illa ſit, ſive privata, conſtat inter omnes, ſi modò nec feudum hareditarium ſit vel mixtum, nec emphyteuſis harediaria, vel mixta, ſed ex pacto & providentia, etiamſi non ſint expreſſa nomina filiorum (qua nec hoc caſu exprimi potuiſſent) filiis ex Inveſtitura venientibus per Patrem prajudicari nullo modo poſſe, nec ſi velit uni ex filiis ea omnia pralegare*, & infrà *num.* 3. *His ergo caſibus cum jus quaratur filiis etiam in vita Patris, neceſſariò dicendum eſt, vel conferri debere pecuniam, qua in eam rem à Patre expenſa fuit, vel malam eſſe ratione Bartoli, &c.* & paulo poſt. *Ne eſt contrarium, quod iiſdem Interpretibus placet neque feudum antiquum, neque emphyteuſim antiquam imputari debere in legitimam filiorum, neque conferri tanquam qua adventitia eſſe videantur, ut tractat Clar. in dicto §. feudum, quaſt.* 46. *num.* 1. *id enim poteſt in eo quidem feudo verum eſſe quod revera ſit antiquum, & in ea emphyteuſi qua revera ſit antiqua, ſed non in feudo novo dato in feudum antiquum, nec in emphyteuſi nova data in antiquam. Hac enim negari non poteſt, quin profectitia ſint, cum à Patre ipſo ſunt acquiſita, nec quod in feudum antiquum, vel in antiquam emphyteuſim accepta ſunt, ad aliud pertinet, niſi ut eam habeant naturam quantum ad Jus Inveſtitura & conceſſionis, quod ad perſonas dantis & accipientium non etiam ut eo minùs profectitia videri poſſint. Puto igitur Fratrem qui ex pecunia & beneficio Patris feudum habeat, vel emphyteuſim, licet non niſi poſt mortem Patris, ſi tamen ex eo Jure habeat, quod jam in Patris vita cœperit, quodque per Patrem ei auferri non potuerit obligatum eſſe, ut conferat non quidem feudum ipſum vel emphyteuſim, cujus leges & conditiones violarentur, ſi ad alium pervenirent ex facto hujus fratris, quam ad quos ex pacto pervenire debeat, ſed quamtam pecuniam Pater impendit, ex qua ſolus hic filius nunc lucrum ſentiat, quoniam ſi feudum emptum non fuiſſet, aut emphyteuſis, pecunia nunc reperiretur in hareditate, ac inter omnes Succeſſores divideretur.* Hæc Faber, ex quibus methodicè ſimul & eleganter indicatur feudi novi ſucceſſorem neque præſidio clauſulæ (*in antiquum*) ſeu (*Jure antiqui*) poſſe evitare collationem prerii, quare, quod pariter feudum 75 imputandum ſit in legitimam, non obſtanre eadem clauſula à Pedemontano Senatu judicatum refert Sola *ad novas Conſtitutiones Patria Ciſmontana rubrica de alienat. bon. feud. ſub num.* 10. §. *ſed contra circa ſin. verſ. feudum hoc propterea fol. mihi* 685.

Neque hic opus eſt eam diſcutere quæſtionem, nun- 76 quid legato feudo debeatur à Vaſſallo legitimo Succeſſore æſtimatio, quoniam termini quæſtionis noſtræ ſunt longè remoti ab ambagibus illius controverſiæ, ut infra obſervabimus, licèt ſi ea opportunè occurrerer enodanda, fortè concludendum foret præfatam 77 æſtimationem utique præſtandam, ot plenè probat Lanar. *conſ.* 80. ubi *num.* 1. de veriori, communiori, paſſim recepta, ac in Regno per Sacrum Conſilium approbata ſententia, de Ponte *conſ.* 88. ubi plenè quæſtio agitatur. Eminentiſſimus Mantica *de conject. ultim. vo-* 78 *lunt. lib.* 9. *Tit.* 12. *à num.* 8. *uſque ad finem tituli*, ubi contrariis occurrit, & in ſpecie argumento petito ex *l. apud Julianum* aliàs incipit *Idem Julianus* 41. §. *conſtat. de legat.* 1. & hanc allegatis Baldo, Mantica, Capyc. Speculatore, Fabro Cur. Jun. Imola, Covarn. Molin. & Menoch. ſuſtinet Buccaferrus *reſponſ.* 2. *nu-* 79 *mer.* 17. idque, ut inquiunt Feudiſtæ, ex ſecundaria intentione; fuit enim prima teſtantis intentio ad feudum, ſecundaria ad æſtimationem, illa impleri nequit ratione aſſenſus minimè obtenti, vel naturæ ipſius feudi non tranſitorii ad Legatarium, hæc verò nullum habet impedimentum, idem Lañar. poſt Bald. alioſque Feudiſtas *ibidem num.* 11. & latè pariter de Ponte *allegato conſ.* 88. *à num.* 4. Enim verò quoties debita eſt res, quæ ex aliquo impedimento præſtari nequit, debetur ex 80 conjecturata diſponentis mente ejus æſtimatio, *l. ſed ſi res aliena* 42. *l. ſi quis Inquilinus* 115. *de legat.* 1. præſertim ſi res relinquatur conjunctæ perſonæ *Argumento l. cum alienam rem* 10. *C. de legat.* quod in individuo legati feudi probari voluit ex *cap.* 1. *de fratribus de novo beneficio Inveſtitis cum ibi notatis.* Amicangelus *quaſt. feudali* 14. *num.* 17.

At hæc ex abundanti, non enim iſta eſt noſtra quæ- 81 ſtio, ut manifeſtè patet. Nam, præter quam quòd controverſia illa, an legato feudo debeatur æſtimatio, fieri ſolet à Doctoribus in terminis feudi antiqui, ut ex eorum inſpectione conſtat, ſi enim agamus de legato feudi novi titulo oneroſo acquiſiti, non eſt locus huic altercationi, quia legato feudo ſuſtinetur ex primaria intentione legatum ipſum in ipſo corpore feudi, ſicut plenè *ſecundo Articulo*, ideoque locus non eſt recurrendi ad ſecundariam diſponentis intentionem pro aſſecutione æſtimationis, præfata juris diſceptatio ſit in legato feudi, in noſtro verò caſu D. Co. Camillus non ſimpliciter legavit feudum, ſed ulterius proſecutus eſt, 82 dum expreſsè, ac explicitè (quatenus ejus voluntas prætextu aliquo, vel à linea Primogeniti vel ab aliis æqualibus in gradu fuiſſet impugnata) pretium ejuſdem feudi legavit; plurimùm autem differunt feudum, & feudi pretium, illud eſt feudalis naturæ, hoc allodiale, & burgenſaticum, illud quoad dominium directum

rectum ſpectat ad Dominium, & quoad utile, Vaſſallo defuncto, ad filios, vel Agnatos, ideoque res eſt omninò aliena, hoc verò omninò & plenè ſpectat ad Vaſſallum acquirentem dum vivit, & poſt ejus obitum remanet in hæreditate allodiali, de illo vetitum eſt commercium, Domino irrequiſito: (iſta de feudo hic admittimus, non quia intentio ſit recedendi à concluſionibus propugnatis *ſuperioribus in Articulis*, ſed ad indicandum, quod quatenus hæc concederentur in prælegato feudi, adhuc non militarent in prælegato pretii) de hoc verò nulla prorsùs eſt ratio, cur dominicum beneplacitum expoſci debeat, illud recognoſcitur potiùs ex legis providentia, hoc omninò ex voluntate diſponentis, illud tandem devolvit ex jure ſucceſſorio feudorum, hoc verò debetur juxta juris Civilis Sanctiones, quæ diſcrimina rectè prævidiſſe conſtat Camerar. *in dicto §. præterea Ducatus fol. mihi* 848. dum in propoſito inquit, *Cogita in primis rogo, Jus hoc ſuccedendi in feudo non oriri ex eodem fonte, quia Feudum ex legis quoque ac dantis providentia habetur ſecundum Iſern. in cap.1. de ſucceſſ. feud. partem vero pretii fratres habent ex voluntate Patris, qui filio pretium feudi donavit, & collationem non prohibuit. Quamobrem cæteris fratribus pars pretii, non autem feudi æſtimatio ex via collationis in hæreditate burgenſatica debetur, uti apertè Iſern. &c.* & infrà *pagina* 850. inquit, *nam ſi conſideramus ipſum feudum ad illud venit filius jure ſucceſſorio feudorum, ſecundum Bald. & omnes in capitulo primo de ſucceſſione feudi, pars autem pretii debetur fratribus excluſis à lege feudali de jure Civili ex capite collationis, tum conſiderata patrimonii burgenſatici ipſius Patris diminutione, &c.*

Quibus omnibus attentis, ſive quæſtio fiat de facultate D. Co. Camilli prælegandi feudum, ſive ad examen vocetur diſpoſitio circa prælegatum pretii partes Domini Co. Octavii Rei conventi videntur omninò poſitæ in tuto, ſalvo tamen ſemper ſaniſſimo Judicio Illuſtriſſimorum, & Excellentiſſimorum Dominorum meorum, quorum oculatiſſimæ cenſuræ me, meaque omnia libentiſſimè exhibeo, & humilliter ſubjicio.

Id unum ſupereſſe videtur quod poſt alienæ, propriæ patrocinium ſumet cauſæ, propugnando, vel ſaltem excuſando effuſam nimis prolixitatem, qua præſens controverſia, volumine inſpecto, laborare videtur ad exemplum Romani Oratoris, qui inter declamationis pro aliorum cauſis orationem concinnè elaboravit pro domo ſua, vel ad imitationem Redenaſchi, qui in individuo pleno fere *conſ.*18. in legalibus diſceptationibus nimiam loquendi parſimoniam redarguit, ſuamque Aſiaticam methodum tuetur uſque ad panegyrim; & quidem noſtro hoc in caſu non à longe petenda foret cum Redenaſco profuſi defenſio ſermonis, dum ſcabroſitas feudalis materiæ, momentum hodiernæ lucubrationis, pluralitas difficultatum, opinionum varietas, earumque conciliatio, verè pati non videbantur, quod inter anguſtias Laconicæ reſolutionis cohiberentur.

Verum neglecto patrocinio prolixitatis, malo confidere diſcretæ Lectorum humanitati, hancque mihi aliquo pacto promereri exhibitione compendii mox ferendi, quod in eorum gratiam ſuppreſſis citationibus, amputatis multis, atque omnibus expreſſè collectis expromere volui, ut ſine tædio nimiæ verboſitatis integram controverſiam unico habeant ſub aſpectu, monſtratis numerica indicatione in margine cujuſque paginæ locis controverſiæ, in quibus concluſiones ſingulæ allegationibus ornantur: Quamobrem ſit.

Controverſiæ Compendium.

PRæcipuo igitur beneficio Lectoris ſimulque documento Accurſii in *l. prima §. quibus in verbo leges, C. de novo Cod. fac.* à quo edocemur quod *docilem facit, qui ſummam rei breviter comprehendit*, paucis complectimur dictata hucuſque.

Quæſtio iſta de legitima ſucceſſione in feudo Caleſtani bina poteſt diſcuti inſpectione, altera ſcilicet ſpectato præcisè tenore inveſtituræ, ac conſiderata feudi qualitate, altera verò præſuppoſita diſpoſitione D. Co. acquirentis.

Si ſecundo hoc modo controverſiam rimemur, & in Domino Com. diſponente ſufficiens probetur facultas; jam quæſtio eſt plana favore D. Com. Octavii, quia de voluntate ſat conſtat ex oculari teſtamenti inſpectione.

At quoniam diſceptatur ex adverſo de præfata facultate D. Comitis ea mente, ut impugnata diſpoſitione per eum facta favore Tertiogeniti, ſucceſſio ſumere deberet normam ab inveſtitura, & à qualitate feudi, primo loco neceſſarium duximus, hiſce adverſario admiſſis ſine præjudicio veritatis, animadvertere, quinam forent admittendi ad feudalem ſucceſſionem.

Linea Primogeniti eſt in judicio, contendens ad eam legitimè deberi ſucceſſionem hujuſce feudi, tanquam feudi Comitatus, & dignitatis nixa diſpoſitione §. *Præterea Ducatus de prohib. feudi alienat. per Federic.*

Ego verò probavi hoc caſu filios D. Com. acquirentis legitimos ſucceſſores.

Primo attenta univerſali conſuetudine non ſolum Italiæ (2) ac plurium locorum, (3) & præſertim Lombardiæ, (4) ſed etiam Parmæ in ſpecie, (5) imò in individuo ipſiuſmet feudi Caleſtani inter priores Vaſſallos dividi conſueti, (6) quæ quidem univerſalis Italiæ conſuetudo vel probatione non indiga, tanquam generalis (7) vel ſat comprobata teſtimonio Doctorum (8) omninò ſervanda eſt in ſucceſſione feudali, (9 & admittenda tanquam favorabilis. (10)

1 *Art.1. à num.1. uſque ad 6. p.4. & 5.*
2 *num.7. cum ſeq.*
3 *num.2. & 9. pag.7.*
4 *num.10.*
5 *num.25. pag.9.*
6 *num.26.*
7 *num.12. pag.7.*
8 *num.13. cum ſeqq.*
9 *num.16. fol.9.*
10 *num.30.*

Secundò quia quod dicitur cenſura prædicti §. *Præterea Ducatus* intelligi debet quoad ipſam dignitatem feudi, non verò quoad exercitium & adminiſtrationem Juriſdictionis, fructus, ac commoditates feudi, quæ dividua ſunt inter omnes filios (11) ad inſtar ſervitutum, (12) Juriſpatronatus, (13) ac aliorum, (14) aut ſui natura, aut lege dividi prohibitorum, diviſibilium tamen quoad commoditates, vel exercitium, ut proinde in effectu feudum dignitatis tametſi individuum non ad unum tantum primogenitum, ſed ad omnes fratres æqualiter pertineat pro indiviſo (15) ſumendo interpretationem paſſivam à jure communi, quo cautum eſſe conſtat plura, ut ſupra innuimus, eſſe poſſe indiviſibilia & tamen ſpectare ad plures pro indiviſo (16) & non protrahendo diſpoſitionem §. *Præterea Ducatus* ultra id quod verba ſonant, ſed illum potiùs ſtrictè interpretando tanquam exorbitantem, & correctorium juris communis Civilis, Canonici, Prætorii, ac Conſuetudinarii feudorum. (17)

11 *num.32.*
12 *num.33. fol.11.*
13 *num.34. eod. fol.13.*
14 *num.35. 36. & 37.*
15 *num.43. cum ſeq. fol.10. junctis numeris* 50. *cum ſeq.*

ſeq. uſque ad 64. fol.13.14. & 15.

16 *num.54. cum ſeq. fol.14.*

17 *num.57. eod. fol.14 & num. ſeq. fol.15.*

Vera quidem eſt indiviſibilitas feudi in Comitatum erecti (quam quoad exercitium , commoditatem , ac redditus , non ſatis ſuadent ut aliqui exiſtimant communis utilitas Principis , vel Subditorum, vel ipſius Vaſſalli) (18) in eo ſenſu quod nempè qualitas dignitatis adjecta ita feudum efficiat individuum, ut in eo locum habeat jus accreſcendi , vel non decreſcendi , ne ſcilicet portio deficiens alterius ex fratribus devolvat ad Dominum , non verò ut excludat cæteros fratres , quin vel omnes ſuccedant pro indiviſo quoad ſubſtantiam feudi vel ſinguli pro diviſo , quoad ratam commoditatis ac fructuum. (19)

18 *num.46. fol.13. junctis num. 65. cum ſex ſeq. fol.15. & 16.*

19 *num.81. pag.17.*

Quamvis præfatæ conſiderationes eſſe videantur omninò ex abundanti in caſu noſtro , in quo ſi nulla adeſſet diſpoſitio D. Com. acquirentis , vel ea foret irrita , adeò ut regulari deberet ſucceſſio ex tenore inveſtituræ , hæc ipſa admittit manifeſtè ſimultaneam filiorum ſucceſſionem ibi , *quando foſſero più poſſeſſori di detto feudo.* (20)

20 *num.84. cum ſeq. fol.18.*

Verùm quoniam habemus diſpoſitionem D. Com. Camilli , hæc ceſſant , ſicut cauſa teſtati ceſſare facit cauſam inteſtati, diſpoſitionem , inquam , habemus D. Comitis Camilli , eamque validam tanquam de feudo novo factam per primum acquirentem , (21) cui ſi plenaria competit facultas alienandi feudum ex pacto, & providentia in extraneos ſecundum receptiſſimam ſententiam Doctorum (12) multo benignius ei indulgenda eſt facultas alterandi formam, vel præeligendi unum tantùm ex filiis , ſi ſit acquiſita pro omnibus, vel omnes vocando ſi inveſtitura habeat clauſulam Juris Francorum vel decretus ſit ordo præciſus Primogenituræ.

21 *Art.2.num.14.cum ſeq.pag.27.*

22 *dicto n.m.14 cum ſeq.*

23 *num 20. cum ſeq. & latius art.3.num.12 cum trib. ſeq. fol.68.*

Hinc emanant regulæ.

Quod primus acquiſitor non ligatur forma. (24.)

24 *num.15.fol 30.*

Quod inter primum acquirentem , & primum ſucceſſorem, feudum ex pacto judicatur hæreditarium, iiſdemque regitur regulis. (25.)

25 *num 32.*

Quod Vaſſallus primus acquirens cenſetur inveſtitus cum clauſula , quod poſſit de feudo teſtari. (26)

26 *num.33. pag.31.*

Quod feudum novum non habet Agnatos, eo ſenſu quod ſi acquirens de eo diſponat , nemo eſt qui poſſit diſpoſitionem arguere. (27)

27 *num.34.*

Et demum quod filii aliquid prætendere nequeunt in feudo niſi ex ejuſdem acquirentis perſona (28) quæ proindè ſolum conſideratur & cui ſolùm ſucceditur (29) ad diſcrimen hæreditarii.

28 *num.35.*

29 *num.41. fol.32.*

In quo ſucceditur ultimo decedenti (30) ut propterea in ſucceſſione proximitas metienda ſit non à poſtremo poſſeſſore , ſed ab eo ipſo acquirente. (31)

30 *num.43.*

31 *num.46. fol.33.*

Argumenta paſſim obvia hanc comprobantia in primo acquirente facultatem diſponendi de feudo petuntur à vulgaribus regulis , quod quilibet poteſt pro libito alienare id quod acquirit , nilque ſit tam naturale , quàm quod omnis res per cauſas per quas naſcitur reſolvatur, & eadem quæ generationis , corruptionis etiam ſit via. (32)

32 *num.47.*

Quod ingenuis hominibus rerum ſuarum , ſua maxime quæſitarum induſtria , interdicenda non ſit adminiſtratio. (33)

33 *num.48. fol.33.*

Quod cum jure feudali vetita ſolummodò legatur alienatio feudi antiqui & paterni , videtur tacitè permiſſa alienatio novi. (34)

34 *num.47.*

Ea verò quibus utuntur ad probandam in individuo poteſtatem diſponendi de feudo ex pacto & providentia ad hæc reducuntur. Primò ſcilicet quia idem eſt ſi ſtipulatio hoc pacto concepta ſit, concedis mihi, & filiis , ac mihi , & familiæ (35) & tamen rogatus poſt mortem ſuam relinquere familiæ unum poteſt ex familia eligere cui relinquat (36) tametſi remotiorem. (37)

35 *num.50. fol.34.*

36 *num.51.*

37 *num.52.*

Secundo illatione facta à filiis Patronorum , quibus licet uti filiis jus æqualiter ad Libertos competar , Patet tamen illos uni tantum ex filiis validè relinquit. (38)

38 *num.53. cum ſeq. fol.34.*

Tertio Argumento ducto à *l.3. C. de ſecund. nupt.* qua cautum eſt , quòd mulier convolans ad ſecunda vota lucra ex priori conjugio quæſita cogitur reſervare filiis ejuſdem matrimonii , inter quos tamen eligere poteſt quem malit lucrum illud habere præcipuum, (39) quæ lex licèt correcta ſit in diſpoſitione , vivit tamen in ratione. (40)

39 *num 56.*

40 *num.58. cum ſeqq. fol 35.*

Quartò alii eo quod Jus filio quæritur ad feudum ex Patris contractu per æquitatem , ergo , inquiunt , eadem æquitate tolli poteſt ipſo Genitore volente. (41)

41 *num.60.*

Quintò quia nefas eſt filium adversùs Patris voluntatem uti jure nondum ſibi delato quod Patris beneficio conſequi ſperat. (42)

42 *num.61. fol.35.*

Sextò quia cui actu meo quæro Jus contraria pariter adimo voluntate (43) non obſtante quavis ſtipulatione & acceptatione , ſi ille pro quo quis ſtipulatur ſit in ſtipulantis poteſtate , & conceſſio fiat principaliter ipſius ſtipulantis contemplatione (44) jus enim ex hujuſmodi ſtipulatione proveniens eſt tacita donatio, quæ licet facta per contractum (verius tamen fortè cauſa mortis) (45) filiis vel Nepotibus in poteſtate exiſtentibus ab Avo , vel Patre nullum jus illis partit , niſi perſeverantibus donatoribus in priori voluntate uſque ad extremum vitæ ſpiritum (46) ita quod eis viventibus vel nullum jus quæritur , vel illud revocabile (47) tum expreſsè, tum tacitè, puta diſpoſitione facta de feudo. (48)

43 *num.62.*

44 *num.65. junctis præced. & ſeq. fol.36.*

45 *num.77. fol.88.*

46 *num.66. verſic. ſecundus caſus fol.36. & num.70. cum plur. ſeq. fol.38.*

47 *num.67. verſ. vel ergo fol.371.*

48 *n.m.68. fol.37.*

Enim verò hoc quod filio quæritur ex paterna ſtipulatione cenſetur profectitium reſpectu filii (49) (licet reputetur adventitium reſpectu Genitoris acquirentis.) (50) In profectitiis autem filius non habet Titulum , ſed nudam tantùm adminiſtrationem

cum

Digitized by Google

cum Patri quærantur in totum (51) juxta veteres Juris antiqui Sanctiones, quæ in boc remanent immutatæ (52)

49 *num. 67. fol. eodem, & numer. 80. cum ſeq. fol.39.*

50 *num 82. ead. pag.39.*

51 *num.83. fol.40.*

51 *num.76. fol.38.*

Nec irrevocabilitas rectè emendicari poteſt à Juramento, quando adeſt, tum quia illud diſpoſitionem non alterat, ſed ſortitur naturam primordialem, & conditionem actus ſuper quo interponitur, [53] tum quia per Juramentum nemo obligatur niſi ille cui juratur conſentiat, [54] tum denique quia licèt juramento Deus Opt. Maxim. adducatur in teſtem talis promiſſionis, cum tamen ea facta ſit homini non Deo per modum voti, Deus minimè acceptat, donec homo ipſe cui jurans obligatur, acceptet [55] hæcque ſive Juramentum fuerit aſſertorium, ſive promiſſorium. [56]

53 *num.85. fol.40.*

54 *num 87. fol.51.*

55 *num.88. fol.41.*

56 *num.89.*

Septimò tandem hæc in Patre acquirente facultas diſponendi de feudo probatur ex eo, quod quando Pater ſtipulatur ſibi & filiis ſuis feudum vel emphyteuſim, ſtipulari cenſetur ordine ſucceſſivo, quia ubi cadit ordinata charitas Parentis, & filii ordine invitantur ſucceſſivo [57] quare Patre vivente nullum Jus cenſetur filiis quæſitum, ſed tantùm poſt mortem Patris, unde Jus filiorum dicitur quærendum, ſeu in ſpe, ſeu nondum formatum, vel radicatum, [58] quod propterea facilius tolli poteſt, quam Jus quæſitum. [59]

57 *num.90. fol.48.*

58 *num.91.*

59 *num.97. fol.92.*

Et licet Genitore vivente dici poſſit Jus quæſitum ſuccedendi poſt mortem ejuſdem Patris, à quo per ejus ſtipulationem collatum fuit in tempus, quo filii futuri ſunt ſui Juris à nexu paterni Imperii ſoluti [60] adhuc tamen nunquam deſinit boc Jus eſſe profectitium, cum deſcendat à Patre. [61] Ideoque dici nequit quæſitum, niſi revocabiliter, boc eſt perſeverante Patre in priori voluntate [62] quod enim Pater velit filium babere ſtatim vel ad tempus, & ita celeriùs vel tardiùs tanquam accidens non immutat ſubſtantiam actus. [63]

60 *num.54. fol.42.*

61 *num.95.*

62 *num.96. fol. eod.42.*

63 *num.97.*

Quæ tamen dicta videntur ex abundanti, dum in caſu noſtro nulla legitima & ad ſtipulationem neceſſaria intervenit perſona, quæ pro filiis D. Co. Camilli fuerit ſtipulata: Nullum autem Jus quæritur, niſi intervenerit Nuncius vel Epiſtola. [64]

64 *num.109. fol.43.*

Quamvis etiam ſi nuncius pro abſente ſtipulatus fuerit, adhuc tamen antequàm liqueat de ejus acceptatione, revocatur tacita illa donatio, quæ elicitur ex ſtipulatione, quicumque ſit [præter Judicem & Notarium] qui pro abſente acceptaverit, etiamſi ipſe Pater in hoc non diſſimilis à quolibet tertio [65] licèt Pater in noſtro caſu non acceptaverit, nec acceptare potuerit pro filiis, tum non fuerit præſens. [66]

65 *num.501. cum quinque ſeq. cap.44.*

66 *num.107.*

Ex quibus inconcuſſa videtur concluſio de plenaria ac omnimoda acquirentis facultate diſponendi de feudo ex pacto, & providentia, quæ quidem tum ex dinumeratione Doctorum, tum ex pondere rationum videtur omninò receptior, at quando diſpoſitio facta eſſe de feudo titulo oneroſo [erogatione ſcilicet pretii] [67] quæſito ut in caſu noſtro, res omninò eſſet indubitate, & opinio vix unum Hannetonium ex univerſa Doctorum claſſe haberet contradictorem [68] tunc enim verè Pater cenſetur inveſtitus cum facultate teſtandi de feudo [69] illudque idcircò filii ad quos judicio Patris pervenit imputant in legitimam. [70]

67 *num.129. fol.50. & art.3. num.76. fol.79.*

68 *num.110. pag.45.*

69 *num.16. pag.49.*

70 *num.127. pag.50.*

Multiplex ratio ferri ſolet, prima quia non ita ſtrictè proceditur in rebus acquiſitis ſudore, ac laboribus alicujus, ſicut in aliis. [71]

71 *num.121.*

Secunda quia feudum emptum naturam ſapit allodialem, ac computatur inter ementis bona, ut proindè in eo non ſuccedatur ex natura feudi, ſed ex natura contractus cum ſimilibus. [72]

72 *num.122. cum ſeqq.*

Tertia quia ubi feudum fuit liberalitate Domini conceſſum facilius credi poteſt, quod filii habeant tanquam quid adventitium à Domino concedente, non à Patre ſtipulante, quando verò Pater ſibi propria pecunia feudum quæſivit etiam pro filiis, hi nil habere cenſentur à Domino, ſed omnia à Patre pretium erogante. [73]

73 *num.127. pag.51.*

Quarta quia hoc caſu conceſſio facta intelligitur contemplatione ſolius Genitoris [74] quod maximè in hujuſmodi Articulo ſpectatur [75] cum præſertim id præſumatur in dubio [76] & tunc clarum ſit, quando conceſſio facta eſt acquirenti pro ſe, & filiis nomine collectivo. [77]

74 *num.129. cum ſeq. pag.52.*

75 *num.131.*

76 *num.135. pag.53.*

77 *num.138.*

Quæ ſi ſufficienter probare videntur liberam facultatem in acquirente titulo oneroſo diſponendi indefinitè, ac pro libito de feudo, multò fortius ſuadere debent facultatem erigendi Primogenituram favore unius ex filiis, cum primogenituræ erectio præjudicialis non ſit Inveſtituræ feudi ex pacto & providentia. [78] Imò ſit potiùs declaratio, quàm immutatio formæ in Inveſtitora decretæ. [79] Quod etiam benignius indulgendum videtur in feudo juriſdictionem habente [80] tum propter Juriſdictionis naturam, quæ indiviſibilis eſt (81) tum propter intereſſe Reipublicæ, quæ melius (82) ſplendidius (83) ac perennius (84) ab ono regitur quam à pluribus, tum propter ſubditorum utilitatem, quibus ſummè noxia eſt Regnantium pluralitas (85) tum denique ob intereſſe Domini, cujus majeſtas magis effulget ſervitio paucorum Vaſſallorum divitiis affluentium, quam turba multorum preſſorum egeſtate. (86)

78 *num.144. pag.54.*

79 *num.45.*

80 *num.151. fol.54.*

81 *num.152.*

82 *num.513.*

83 *num.154. fol.55.*

84 *num.155.*

85 *num.156. cum ſeq.*

86 *num.160. cum ſeq.*

Nec recurſus per Vaſſallum acquirentem habitum ad Dominum pro erectione feudi in Comitatum operatur quod feudum ipſum tanquam effectum dignitatis dicatur proficiſci ab ipſo Domino, & ampliùs dici nequeat empritium quare non poſſit ulterius de eo diſponere (87) nam (quidquid ſit quando in erectione in Comitatum Dominus decreviſſet Primogenituram, quam ipſe acquirens vellet diſpoſitione ſua alterare) (88)

ſeq. uſque ad 64. fol. 13. 14. & 15.

16 *num. 54. cum ſeq. fol. 14.*

17 *num. 57. eod. fol. 14 & num. ſeq. fol. 15.*

Vera quidem eſt indiviſibilitas feudi in Comitatum erecti (quam quoad exercitium, commoditatem, ac redditus, non ſatis ſuadet ut aliqui exiſtimant communis utilitas Principis, vel Subditorum, vel ipſius Vaſſalli) (18) in eo ſenſu quod nempè qualitas dignitatis adjecta ita feudum efficiat individuum, ut in eo locum habeat jus accreſcendi, vel non decreſcendi, ne ſcilicet portio deficiens alterius ex fratribus devolvat ad Dominum, non verò ut excludat cæteros fratres, quin vel omnes ſuccedant pro indiviſo quoad ſubſtantiam feudi vel ſinguli pro diviſo, quoad ratam commoditatis ac fructuum. (19)

18 *num. 46. fol. 13. junctis num. 65. cum ſex ſeq. fol. 15. & 16.*

19 *num. 81. pag. 17.*

Quamvis præfatæ conſiderationes eſſe videantur omninò ex abundanti in caſu noſtro, in quo ſi nulla adeſſet diſpoſitio D. Com. acquirentis, vel ea foret irrita, adeò ut regulari deberet ſucceſſio ex tenore Inveſtituræ, hæc ipſa admittit manifeſte ſimultaneam filiorum ſucceſſionem ibi, *quando foſſero più poſſeſſori di detto feudo.* (20)

20 *num. 84. cum ſeq. fol. 18.*

Verùm quoniam habemus diſpoſitionem D. Com. Camilli, hæc ceſſant, ſicut cauſa teſtati ceſſare facit cauſam inteſtati, diſpoſitionem, inquam, habemus D. Comitis Camilli, eamque validam tanquam de feudo novo factam per primum acquirentem, (21) cui ſi plenaria competit facultas alienandi feudum ex pacto, & providentia in extraneos ſecundum receptiſſimam ſententiam Doctorum (22) multo benignius ei indulgenda eſt facultas alterandi formam, vel præeligendi unum tantùm ex filiis, ſi ſit acquiſita pro omnibus, vel omnes vocando ſi inveſtitura habeat clauſulam Juris Francorum vel decretus ſit ordo præciſus Primogenituræ.

21 *Art. 2. num. 14. cum ſeq. pag. 27.*

22 *dicto num. 14 cum ſeq.*

23 *num 20. cum ſeq. & latius art. 3. num. 12. cum trib. ſeq. fol. 68.*

Hinc emanant regulæ.

Quod primus acquiſitor non ligatur forma. (24.)

24 *num. 15. fol 30.*

Quod inter primum acquirentem, & primum ſucceſſorem, feudum ex pacto judicatur hæreditarium, iiſdemque regitur regulis. (25.)

25 *num 31.*

Quod Vaſſallus primus acquirens cenſetur inveſtitus cum clauſula, quod poſſit de feudo teſtari. (26)

26 *num. 33. pag. 31.*

Quod feudum novum non habet Agnatos, eo ſenſu quod ſi acquirens de eo diſponat, nemo eſt qui poſſit diſpoſitionem arguere. (27)

27 *num. 34.*

Et demum quod filii aliquid prætendere nequeunt in feudo niſi ex ejuſdem acquirentis perſona (28) quæ proindè ſolum conſideratur & cui ſolùm ſuccedituR (29) ad diſcrimen hæreditarii.

28 *num. 35.*

29 *num. 41. fol. 32.*

In quo ſucceditur ultimo decedenti (30) ut propterea in ſucceſſione proximitas metienda ſit non à poſtremo poſſeſſore, ſed ab eo ipſo acquirente. (31)

30 *num. 43.*

31 *num. 46. fol. 33.*

Argumenta paſſim obvia hanc comprobantia in primo acquirente facultatem diſponendi de feudo petuntur à vulgaribus regulis, quod quilibet poteſt pro libito alienare id quod acquirit, niſque ſit tam naturale, quàm quod omnis res per cauſas per quas naſcitur reſolvatur, & eadem quæ generationis, corruptionis etiam ſit via. (32)

32 *num. 47.*

Quod ingenuis hominibus rerum ſuarum, ſua maxime quæſitarum induſtria, interdicenda non ſit administratio. (33)

33 *num. 48. fol. 33.*

Quod cum jure feudali vetita ſolummodò legatur alienatio feudi antiqui & paterni, videtur tacitè permiſſa alienatio novi. (34)

34 *num. 47.*

Ea verò quibus utuntur ad probandam in individuo poteſtatem diſponendi de feudo ex pacto & providentia ad hæc reducuntur. Primò ſcilicet quia idem eſt ſi ſtipulatio hoc pacto concepta ſit, concedis mihi, & filiis, ac mihi, & familiæ (35) & tamen rogatus poſt mortem ſuam relinquere familiæ unum poteſt ex familia eligere cui relinquat (36) tametſi remotiorem. (37)

35 *num. 50. fol. 34.*

36 *num. 51.*

37 *num. 52.*

Secundo illatione facta à filiis Patronorum, quibus licet uti filiis jus æqualiter ad Libertos competat, Pater tamen illos uni tantum ex filiis validè relinquit. (38)

38 *num. 53. cum ſeq. fol. 34.*

Tertio Argumento ducto à *l. 3. C. de ſecund. nupt.* qua cautum eſt, quòd mulier convolans ad ſecunda vota lucra ex priori conjugio quæſita cogitur reſervare filiis ejuſdem matrimonii, inter quos tamen eligere poteſt quem malit lucrum illud habere præcipuum, (39) quæ lex licèt correcta ſit in diſpoſitione, vivit tamen in ratione. (40)

39 *num 56.*

40 *num. 58. cum ſeqq. fol 35.*

Quartò alii eo quod Jus filio quæritur ad feudum ex Patris contractu per æquitatem, ergo, inquiunt, eadem æquitate tolli poteſt ipſo Genitore volente. (41)

41 *num. 60.*

Quintò quia nefas eſt filium adversùs Patris voluntatem uti jure nondum ſibi delato quod Patris beneficio conſequi ſperat. (42)

42 *num. 61. fol. 35.*

Sextò quia cui actu meo quæro Jus contraria pariter adimo voluntate (43) non obſtante quavis ſtipulatione & acceptatione, ſi ille pro quo quis ſtipulatur ſit in ſtipulantis poteſtate, & conceſſio fiat principaliter ipſius ſtipulantis contemplatione (44) jus enim ex hujuſmodi ſtipulatione proveniens eſt tacita donatio, quæ licet facta per contractum (verius tamen fortè cauſa mortis) (45) filiis vel Nepotibus in poteſtate exiſtentibus ab Avo, vel Patre nullum jus illis partit, niſi perſeverantibus donatoribus in priori voluntate uſque ad extremum vitæ ſpiritum (46) ita quod eis viventibus vel nullum jus quæritur, vel illud revocabile (47) tum expreſsè, tum tacitè, puta diſpoſitione facta de feudo. (48)

43 *num. 62.*

44 *num. 65. junctis præced. & ſeq. fol. 36.*

45 *num. 77. fol. 88.*

46 *num. 66. verſic. ſecundus caſus fol. 36. & num. 70. cum plur. ſeq. fol. 38.*

47 *num. 67. verſ. vel ergo fol. 371.*

48 *num. 68. fol. 37.*

Enim verò hoc quod filio quæritur ex paterna ſtipulatione cenſetur profectitium reſpectu filii (49) (licet reputetur adventitium reſpectu Genitoris acquirentis.) (50) In profectitiis autem filius non habet Titulum, ſed nudam tantùm adminiſtrationem

cum

cum Patri quærantur in totum (51) juxta veteres Juris antiqui Sanctiones, quæ in hoc remanent immutatæ (52)

49 *num.* 67. *fol. eodem* , *& numer.* 80. *cum ſeq. fol.*39.
50 *num* 82. *ead. pag.*39.
51 *num.*83. *fol.*40.
51 *num.*76. *fol.*38.

Nec irrevocabilitas rectè emendicari poteſt à Juramento, quando adeſt, tum quia illud diſpoſitionem non alterat, ſed ſortitur naturam primordialem, & conditionem actus ſuper quo interponitur, [53] tum quia per Juramentum nemo obligatur niſi ille cui juratur conſentiat, [54] tum denique quia licèt juramento Deus Opt. Maxim. adducatur in teſtem talis promiſſionis, cum tamen ea facta ſit homini non Deo per modum voti, Deus minimè acceptat, donec homo ipſe cui jurans obligatur, acceptet [55] hæcque ſive Juramentum fuerit aſſertorium, ſive promiſſorium. [56]

53 *num.*85. *fol.*40.
54 *num* 87. *fol.*51.
55 *num.*88. *fol.*41.
56 *num.*89.

Septimò tandem hæc in Patre acquirente facultas diſponendi de feudo probatur ex eo, quod quando Pater ſtipulatur ſibi & filiis ſuis feudum vel emphyteuſim, ſtipulari cenſetur ordine ſucceſſivo, quia ubi cadit ordinata charitas Parentis, & filii ordine invitantur ſucceſſivo [57] quare Patre vivente nullum Jus cenſetur filiis quæſitum, ſed tantùm poſt mortem Patris, unde Jus filiorum dicitur quærendum, ſeu in ſpe, ſeu nondum formatum, vel radicatum, [58] quod propterea facilius tolli poteſt, quam Jus quæſitum. [59]

57 *num.*90. *fol.*48.
58 *num.*91.
59 *num.*97. *fol.*92.

Et licet Genitore vivente dici poſſit Jus quæſitum ſuccedendi poſt mortem ejuſdem Patris, à quo per ejus ſtipulationem collatum fuit in tempus, quo filii futuri ſunt ſui Juris à nexu paterni Imperii ſoluti[60] adhuc tamen nunquam deſinit hoc Jus eſſe profectitium, cum deſcendat à Patre. [61] Ideoque dici nequit quæſitum, niſi revocabiliter, hoc eſt perſeverante Patre in priori voluntate [62] quod enim Pater velit filium habere ſtatim vel ad tempus, & ita celeriùs vel tardiùs tanquam accidens non immutat ſubſtantiam actus. [63]

60 *num.*54. *fol.*42.
61 *num.*95.
62 *num.*96. *fol. eod.*42.
63 *num.*97.

Quæ tamen dicta videntur ex abundanti, dum in caſu noſtro nulla legitima & ad ſtipulationem neceſſaria intervenit perſona, quæ pro filiis D. Co. Camilli fuerit ſtipulata: Nullum autem Jus quæritur, niſi intervenerit Nuncius vel Epiſtola. [64]

64 *num.*109. *fol.*43.

Quamvis etiam ſi nuncius pro abſente ſtipulatus fuerit, adhuc tamen antequàm liqueat de ejus acceptatione, revocatur tacita illa donatio, quæ elicitur ex ſtipulatione, quicumque ſit [præter Judicem & Notarium] qui pro abſente acceptaverit, etiamſi ipſe Pater in hoc non diſſimilis à quolibet tertio [65] licèt Pater in noſtro caſu non acceptaverit, nec acceptare potuerit pro filiis, cum non fuerit præſens. [66]

65 *num.*501. *cum quinque ſeq. cap.*44.
66 *num.*107.

Ex quibus inconcuſſa videtur concluſio de plenaria ac omnimoda acquirentis facultate diſponendi de feudo ex pacto, & providentia, quæ quidem tum ex dinumeratione Doctorum, tum ex pondere rationum videtur omninò receptior, at quando diſpoſitio facta eſſe de feudo titulo oneroſo [erogatione ſcilicet pretii] [67] quæſito ut in caſu noſtro, res omninò eſſet indubitate, & opinio vix unum Hannetonium ex univerſa Doctorum claſſe haberet contradictorem [68] tunc enim verè Pater cenſetur inveſtitus cum facultate teſtandi de feudo [69] illudque idcircò filii ad quos judicio Patris pervenit imputant in legitimam. [70]

67 *num.*129. *fol.*50. *& art.*3. *num.*76. *fol.*79.
68 *num.*110. *pag.*45.
69 *num.*16. *pag.*49.
70 *num.*127. *pag.*50.

Multiplex ratio ferri ſolet, prima quia non ita ſtrictè proceditur in rebus acquiſitis ſudore, ac laboribus alicujus, ſicut in aliis. [71]

71 *num.*121.

Secunda quia feudum emptum naturam ſapit allodialem, ac computatur interementis bona, ut proindè in eo non ſuccedatur ex natura feudi, ſed ex natura contractus cum ſimilibus. [72]

72 *num.*122. *cum ſeqq.*

Tertia quia ubi feudum fuit liberalitate Domini conceſſum facilius credi poteſt, quod filii habeant tanquam quid adventitium à Domino concedente, non à Patre ſtipulante, quando verò Pater ſibi propria pecunia feudum quæſivit etiam pro filiis, hi nil habere cenſentur à Domino, ſed omnia à Patre pretium erogante. [73]

73 *num.*127. *pag.*51.

Quarta quia hoc caſu conceſſio facta intelligitur contemplatione ſolius Genitoris [74] quod maximè in hujuſmodi Articulo ſpectatur [75] cum præſertim id præſumatur in dubio [76] & tunc clarum ſit, quando conceſſio facta eſt acquirenti pro ſe, & filiis nomine collectivo. [77]

74 *num.*129. *cum ſeq. pag.*52.
75 *num.*131.
76 *num.*135. *pag.*53.
77 *num.*138.

Quæ ſi ſufficienter probare videntur liberam facultatem in acquirente titulo oneroſo diſponendi indefinitè, ac pro libito de feudo, multò fortius ſuadere debent facultatem erigendi Primogenituram favore unius ex filiis, cum primogenituræ erectio præjudicialis non ſit Inveſtituræ feudi ex pacto & providentia. [78] Imò ſit potiùs declaratio, quàm immutatio formæ in Inveſtitura decretæ. [79] Quod etiam benignius indulgendum videtur in feudo juriſdictionem habente [80] tum propter Juriſdictionis naturam, quæ indiviſibilis eſt (81) tum propter intereſſe Reipublicæ, quæ melius (82) ſplendidius (83) ac perennius (84) ab uno regitur quam à pluribus, tum propter ſubditorum utilitatem, quibus ſummè noxia eſt Regnantium pluralitas (85) tum denique ob intereſſe Domini, cujus majeſtas magis effulget ſervitio paucorum Vaſſallorum divitiis affluentium, quam turba multorum preſſorum egeſtate. (86)

78 *num.*144. *pag.*54.
79 *num.*45.
80 *num.*151. *fol.*54.
81 *num.*152.
82 *num.*513.
83 *num.*154. *fol.*55.
84 *num.*155.
85 *num.*156. *cum ſeq.*
86 *num.*160. *cum ſeq.*

Nec recurſus per Vaſſallum acquirentem habitum ad Dominum pro erectione feudi in Comitatum operatur quod feudum ipſum tanquam effectum dignitatis dicatur proficiſci ab ipſo Domino, & ampliùs dici nequeat emptitium quare non poſſit ulterius de eo diſponere (87) nam (quidquid ſit quando in erectione in Comitatum Dominus decreviſſet Primogenituram, quam ipſe acquirens vellet diſpoſitione ſua alterare) (88)

(88) primo in hypotheſi noſtra feudum de novo erectum non fuit in comitatum, ſed jam antea hanc qualitatem habebat (89) ſecundo id procederet in Feudatario quia jam perfectè feudum acquiſiviſſet, ac deindè ex intervallo rogaſſet pro erectione in Comitatum, ac petiiſſet adjici dignitatem, (90) quæ ceſſant in caſu noſtro, quia quatenùs etiam fuiſſet tunc facta erectio (quam tamen antea habebat) non fuiſſet facta poſt feudum jam perfectè acquiſitum, ſed ſimultaneè cum aſſenſu per Dominum præſtito acquiſitioni (91) cum maximè hoc eodem noſtro in caſu, objectato libello (qui eſſe dicitur loco inveſtituræ & ex quo fundamenta deſumit Adverſarius) dignoſcitur D. Com. Camillum, nil aliud petiiſſe, quam Domini aſſenſum acquiſitioni feudi jam factæ, ac ejuſdem feudi inveſtituram cum clauſulis, ac cantelis in ſimilibus apponi ſolitis ac neceſſariis. (92) Nec enim negotium facere debent nonnullæ dicendi formulæ ſcriptæ in ſupplici libello D. Com. acquirentis, quæ videntur importare ipſius voluntatem fuiſſe recognoſcendi ab ipſo Domino Caleſtanum in feudum, eæ ſiquidem penſato contextu tum ipſius libelli D. Com. Camilli, tum libelli prioris per eundem una cum Dominis Comitibus de Fliſco porrecti nil aliud importare poſſunt, quàm obſequentiſſimam Sereniſſimi aſſenſus implorationem. (93)

87 *Art.3. num.1. cum ſeq. & per totum Art. fol.63. cum ſeqq.*

88 *num.3. fol.64 & num.ſeq. fol.65. cum ſeqq.*

89 *num.48. pag.74.*

90 *num.52. pag 75.*

91 *num.51. fol.76.*

92 *num.55 ead fol.76.*

93 *num.121. fol.85.*

Et quidem hoc ipſum aſſerere, quod recurſus novi Vaſſalli habiti ad Dominum pro aſſenſu ac inveſtitura obicem ponat, ne ipſe Vaſſallus acquirens de feudo integra pretii erogatione quæſito queat diſponere, redarguit receptiſſimam omnium ſententiam, quod acquirenti titulo oneroſo libera ſit diſpoſitio de feudo. (94) Nam ex una parte concluſio procedit, ſive emptio feudi ſacta ſit à Principe, ſive à Vaſſallo Principe aſſentiente, (95) & ex alia parte Feudatarius nequit omittere hujuſmodi recurſum ad ipſum Dominum pro præfatis aſſenſu, inveſtitura, ac præſtatione juramenti. (96)

94 *num.57. num.77.*

95 *num.58. pag.ead. & num.81. fol.80.*

96 *num.59. cum ſeq. pag.77.*

Et verè ſive feudum fuerit emptum à Domino, ſive ab alio cum Domini aſſenſu, ſi ære paterno quæſitum eſt, ſemper cenſebitur profectitium neque unquam dici poterit donatum à Domino (97) Dominus enim conſentiendo alienationi feudi nihil tribuit de ſuo, ſed id ſolum præſtet, quod cum poſſet actum impedire denegando aſſenſum, præbendo tollit obſtaculum. (98)

98 *num.84.*

In uno quidem caſu recognoſcerem diſcrimen inter feudum emptum à Domino, & emptum à Vaſſallo, Domino conſentiente, quod ſcilicet primo caſu dici poſſit emptitiom, & quæſitum titulo oneroſo, ſecuodò verò nequaquam, nempè quando eſſet in quæſtione Domini præjudicium, puta ſi ageretur de admittenda fœmina cætero qui à feudo excluſa ad feudalem ſucceſſionem. (99)

99 *num.94. & 95. fol.83.*

Verùm quando etiam admitteretur, quod Sereniſſimus Dominus aliquid aliud conceſſiſſet præter nudum aſſenſum per benignum reſcriptum factum precibus Domini Com. Camilli petentis erectionem in Comitatum, adhuc certè nil aliud ab eo pretendi poſſet Dominum Comitem conſecutum quàm erectionem in Comitatum, hoc eſt privilegium ſeu indultum, quod ſucceſſores in feudo denominarentur Comites, unde argumentum nil aliud convinceret niſi quod in hoc, tanquam Domini beneficio ad eos ſpectante non facto Patris, non potuiſſet eis inferri præjudiciom. Ad hæc nil urgerent in ſucceſſione corporis feudi quod plurimum differt à feudi titulo, ſeu dignitate (100) quare argumentum in hoc Adverſariis patrocinaretur, quod Pater contraria ſua diſpoſitione non potuiſſet ejus jus adimere, quod denominarentur Comites. (101)

100 *num. 107. fol.86. juncto num.110. cum ſeqq. fol.87.*

101 *num.117.*

Licet inhærendo continuò regulæ magiſtrali feudi oneroſè quæſiti, adhuc titulus prædictus videretur poſſe dici fuiſſe in libera diſpoſitione D. Com. Camilli, cum illum requiſierit à Domino erogatione mille Ducatorum & ſic titulo ſatis oneroſo, habito reſpectu ad aſſenſum quem antea idem Sereniſſimus Dominus dederat Dominis Comitibus de Fliſco vendendi feudum C. Com. Camillo, & ad iotegrum ejuſdem feudi pretium eiſdem Comitibus venditoribus erogatum. (102)

102 *num.118. pag.28.*

Quatenùs autem (ut modo mihi occurrit) aliquod ex adverſo fieret fundamentum ſuper confeſſione per Dominos Comites de Fliſco facta in eorum precibus devolutionis feudi ad Cameram Ducalem ob inobſervantiam decreti Caprarolæ, quaſi inde inferatur quod D. Com. Camillus non potuerit habere feudum ab ipſis Dominis Comitibus, qui eo jam privati remanſerant ex pœnali cenſura præfati decreti, ſed illud neceſſarin habuerit ab ipſo Domino, dum maximè per eoſdem Comites venditores, & per ipſum Comitem acquirentem, tum in priori, tum in poſtremo ſupplici libello enixè poſtulatum eſt, quod jura dicta devolutionis, quæ competebant Cameræ Sereniſſimæ tranſire deberent in D. Comitem, ita quod ſuffectus eſſet in omne jus & locmo ejuſdem Cameræ.

Quatenus inquam hæc fierent ratiocinia, negotio non difficili evaneſcerent, animadvertendo, quod caducitas fuit remiſſa Dominis Comitibus de Fliſco ad effectuno faciendi venditionem feudi (cum vero venditio fieri non potuiſſet niſi jus dominii utilis rediiſſet ad venditorem, ſiquidem nemo dat quod non habet) hoc autem, quod jura devolutionis tranſire deberent in D. Com. Camillum, ipſe non habuit titulo lucrativo, dum id omne actum eſt, ut pro pretio concordando fieret dicta venditio, ſicuti cantant preces, & eſſentia poſtulat venditionis, quæ requirit pretium pro forma, quare titulus lucrativus eſt reſpectu DD. Comitum de Fliſco, quibus remiſſa fuit caducitas, & benigniſſimus Princeps conceſſit pretium feudi erogari, quod eidem Principi ſpectabat attenta devolutione, unde quoad D. Com. Emptorem, qui numeravit integrum feudi pretium Comitibus venditoribus, Domino ita indulgente, perindè eſt ac ſi ipſi Domino erogaſſet: Si enim ego debeo Titio creditori meo centum quæ de ejus voluntate ſolvam Sempronio, dici nequit quod Titius (licet ei nihil ſolverim) mihi quidquam fuerit dono elargitus.

Hæc ipſa conſideratio videtur tollere objectum *hoc eodem tertio Articulo* alio medio reſolutum, quod facultas diſponendi de feudo titulo oneroſo quæſito procedat, quando acquiſitio facta eſt à Domino, non à Vaſſallo, dum, hac concluſione pro vera admiſſa ſine noxa veritatis, dici poſſe videtur noſtra io hypotheſi feudum jam devolutum acquiſitum à Domino erogatione integri pretii eidem mediis Dominis Comitibus ceſſionariis, ſeu conceſſionariis, vel in effectu donatariis numerati.

Præterea quando etiam conceſſio tota daretur D. concedenti, adhuc quia ei ignota erat perſona filiorum, præſumendum eſſet, quod illos vocaſſet contemplatione Genitoris, ideoque ſemper eorum jus eſſet profectitium. (103)

103 *Art.3.*

103 *Art.3. num.119.pag.*88.

Alii faciliùs evaſiſſent omnes difficultates ex objectato ſupplici libello petitas obſervando procuratorem Domini Comitis Camilli exceſſiſſe fines mandati. (104)

104 *num.*24. *pag.*89.

Ampliſſima etiam facultas D. Comitis diſponendi de feudo argui poſſet, (ſi opus eſſet) ex clauſulis, *& cui dederit* (105) *& ſi ita ſibi placuerit & modo quo ſibi videbitur* (106) quarum utraque dici poteſt appoſita in inveſtitura D. Com. Camilli (107) & quæ ampliſſimam de jure communi tribuunt facultatem diſponendi in quoſcunque extraneos (108) quod reſpectu extraneorum quando peculiari lege vetitum eſt, ut eæ aliquid operentur, deberent ſaltem tribuere facultatem alienandi *cui*, *vel quibus dediſſet* ex inveſtitis. (109)

105 *num.*121.*fol.eod.&c.ſeqq.fol.*90.

106 *num.*131.*pag.*91.

107 *num.*122. *pag.*90. *cum ſeq. uſque ad num.*134. *fol.*92.

108 *num.*123.*fol.*99.

109 *num.*133. *pag.*91.

Nec Domini Com. Camilli diſpoſitio redargui poteſt ob non requiſitum ad eam Domini aſſenſum.

Primo quia licet Doctores, dicant alienationem feudi novi permitti cum hujuſmodi aſſenſu, non tamen inde rectè infertur, quod eo non interveniente feudalis contractus irritus eſſe debeat, cum in jure feudali argumentum à contrario ſenſu non rectè ducatur. (110)

110 *Art.*4.*num.*14 *fol.*99.

Secundo quia cum aſſenſus iſte obtineri queat, dici non poſſet alienatio nulla, ſed potius manet in ſuſpenſo. (111)

111 *num.*17.

Tertio quia cum in inveſtitura D. Comes expreſsè obtinuerit à D. facultatem erigendi primogenituram cum clauſula *& in quella forma, e modo che ſtimerà bene*, quod id fecerit favore Tertiogeniti, non videtur nova diſpoſitio diverſa ab illa, de qua eſt ſermo in ipſa inveſtitura, ſed potiùs prioris ſuæ mentis declaratio. (112)

112 *num.*20. *pag.*110.

Quarto quia non requiritur ubi appoſita clauſula *& quibus dederit*. (113)

113 *num.*42.

Quinto quia id procederet quoad præjudicium Domini, cui ſoli competit hunc neglecti ſui conſenſus allegare defectum. (114)

114 *num.*23. *cum ſeqq.*

Sexto denique quia minimè interdicta eſt alienatio inter comprehenſos in inveſtitura, (115) etiamſi fiat in remotiorem, (116) & ſeu etiam fiat in alterum ex Agnatis paribus in gradu, non obſtante quod ille ſolus non eſſet in feudo ſucceſſurus, ſed omnes ſimul. (117)

115 *num.*34.*pag.*101. *uſque ad num.*38.*pag.*106.

116 *num.*58.*ead.pag.*106.

117 *num.*65.*pag.*108.

Quod verò à nonnullis dicitur alienationem in comprehenſum remotiorem valere revocabiliter, hoc eſt ut Agnatus proximus quando feudi ſucceſſio ei delata eſt, poſſit pro ſui libito revocare, haberet locum quando non eſſemus in diſpoſitione primi acquirentis valentis ut dictum eſt liberè diſponere de feudo titulo oneroſo quæſito, ſed vel in diſpoſitione de feudo antiquo; vel de novo, quæſito titulo lucrativo. (118)

118 *num.*68.*junctis ſeq. pag.eadem* 108.

Nec Domino damnum infert hujuſmodi diſpoſitio, eo irrequiſito, facta, quando maximè conſtituta eſt Primogenitura in linea unius ex pluribus inveſtitis, quinimò potiùs concernere dicitur ejus utilitatem(119) neque ipſe dicitur habere Vaſſallum quem nolit, dum pro tali à principio admiſit, volens cum in inveſtitura comprehenſum; (120) Nec demum hæc alteratio formæ vetita eſt, dum non admittuntur ad feudum perſonæ, quas prior ipſa Domini conceſſio non complectatur. (121)

119 *num.*73.*pag.*110.

120 *num.*76.*fol.*111.

122 *num.*77.*ead.pag* 111.

Clauſula *Jure antiqui* vel *in antiquum*, quæ legitur in noſtro Supplici libello (relictis effugiis tum nolentium quod ea aliquid operari queat,) (122) tum eorum, qui obſervant numquid concepta ſit per verba diſpoſitiva, an verò per demonſtrativa (123) non operatur quòd feudum evadat antiquum in præjudicium inveſtiti eo effectu, ut nequeat de eo diſponere quamvis primus acquirens, ſed operatur, quod evadat antiquum in eis, quæ ejuſdem inveſtiti favores, & præjudicium Domini concedentis concernunt, puta eo in caſu, quo Vaſſallus acquirens propter aliquam culpam privaretur feudo, illud enim, quod tanquam novum reverti deberet ad Dominum, per dictam clauſulam effectum antiquum remanet apud filios Vaſſalli delinquentis: ſimiliter decedente Vaſſallo nullis poſt ſe relictis deſcendentibus, ſi feudum eſt novum devolvit ad Dominum, cum Tranſverſales non ſuccedant in feudo novo, ſi verò conceſſum fuerit jure antiqui, reputatur verè antiquum, ad effectum ut Tranſverſales admittantur. (124)

122 *Art.*5.*num.*6.*fol.*115.

123 *num.*11.*cum duob ſeq.fol.*116.

124 *num.*14.*fol.*116.*num ſeq.fol.*117. *cum ſeq.*

Præcipuæ rationes ſunt, altera quia conceſſa in favorem, non debent in odium retorqueri. (125) Altera verò quia agimus de Principis beneficio, ac privilegio, quæ favore illius, qui gratiam ac beneficium conſequitur latiſſimam recipiunt interpretationem contra ipſum Principem concedentem. (126)

125 *num.*20.*fol.*119.

126 *num.*21. *fol.*129.

Quæ conciliatio maximè vera deprehenditur in caſu noſtro, dum non fuit Princeps, qui hanc conceſſionem hoc pacto facere voluerit imperio ſuo, (quo caſu fortè locus eſſet dubitandi, numquid ipſe voluiſſet feudum evadere antiquum ſolum in ejus præjudicium; an verò indiſtinctè tam in ipſius, quam in inveſtiti præjudicium) ſed fuit D. Comes acquirens, qui ab eodem Sereniſſimo Domino popoſcit ſimilem conceſſionem, unde omninò inveriſimile eſt quod habuerit in mente rogandi Dominum, quod illum privaret abſque ulla ſua utilitate facultate, quæ ſibi competebat, tanquam primo acquiſitori diſponendi de feudo. (127)

127 *num.*92. *pag.*120.

Alii inquiunt hanc clauſulam, vel tanquàm apponi ſolitam de ſtylo Notariorum in nulla conſideratione habendam, (128) alii verò tanquam acceſſoriam contractus regulari debere ſecundùm principalem diſpoſitionem cui adjicitur. (129)

128 *num.*28.*fol.*121.

129 *num.*29.

At admiſſo quod efficacia clauſulæ feudum controverſum evaſiſſet verè antiquum, adhuc cum conceſſum cenſeatur contemplatione D. Com. Camilli, qui priori Vaſſallo de Aſſenſu Domini pretium integrum erogavit, & ab eodem Domino erogatione juſtæ recognitionis adeptus fuit denominationem Comitis, Aſſenſum, ac Inveſtituram, rata eſſe deberet ejus diſpoſitio juxta auream Iſerniæ Theoricam. (130)

130 *num.*31.

Verùm quando præfatis omnibus minimè refragantibus, adhuc verum eſſet (quod verum ſane nunquam crederem) adhuc D. Com. Camilli diſpoſitionem minimè attendendam, quoad prælegatum feudi, adhuc legitimi ſucceſſores evitare non poſſent erogationem integri

integri pretii prædicti juxta ordinationem ſubalternè ab eodem D. Com. Camillu factam in ipſo poſtremo ſuo Elogio, (131) quandoquidem pretium feudi eſt allodiale, & burgenſaticum, (132) atque extare dicitur in hæreditate, ac bonis Patris, (133) qui idcircò abſque ulla difficultate poteſt de eo diſponere favore cujuſlibet. (134)

131 *Art.6. in principio, & per totum fol.126. cum ſeq.*

132 *num.5. fol.127.*

133 *num.12.*

134 *num 13. fol.128.*

Sic videmus quòd ſi feudum ſit cum clauſula *Juris Francorum* Primogenitus tenetur conferre, ac communicare cæteris fratribus pretium integrum feudi, quod licet in ſe individuum recipere dicitur diviſionem hac via, non ſecus, ac omnes aliæ res allodiales dividendæ inter plures, quæ commodam non patiuntur diviſionem (135) non obſtante quod ſimile feudum dici ſoleat legitima Primogeniti, quod intelligitur non de toto feudo, ſed de quota pretii, (136) & non obſtante etiam quod ipſe Primogenitus vellet eſſe ſuo feudo contentus, & abſtinere a ſucceſſione aliorum bonorum Genitoris gravantis, (137) & hac ratione in fortioribus etiam terminis edocemur Primogenitum ipſum imputare feudum in legitimam quantumvis ei vel ex qualitate feudi, vel ex expreſſo ordine Primogenituræ decreto in Inveſtitura feudum de neceſſitate debeatur. (138)

137 *num.32. fol.130.*

138 *num.38. fol.131.*

Sic pariter dicimus quod cum Clericus Primogenitus ob clericalem ordinem non ſuccedat in feudo, ſi hæres in allodialibus inſtituatur, vel ſuccedat ab inteſtato, habet partem pretii feudi empti à Patre tanquam exiſtentia in Paterna hæreditate. (139)

139 *num.46. fol.132.*

Et demùm videmus quod ſi acquirens fecerit debita, creditores poſſunt jure optimo experiri adversùs ſucceſſorem pro rata ſaltem æſtimationis, exemplo bonorum fideicommiſſo ſubjectorum; quæ obnoxia ſunt æri alieno fideicommittentis (140) nullatenus opitulante, ad evadendum hoc onus, beneficio Inventarii. (141)

140 *num.48.*

141 *num.51. fol.133.*

Quare quando etiam in manu Adverſarii relinqueretur deciſio controverſiæ validitatis diſpoſitionis D. Com. Camilli de ipſo corpore feudi, adhuc ante omnia exiſtimarem proſpiciendum, nunquid expediret feudi conſecutio cum onere numerandi dictum pretium habito inſuper reſpectu ad omnes impenſas, ac melioramenta, quæ ſunt in maxima quantitate (142) & cum onere ſanandi omnia debita contracta per D. Co. Camillum pro acquiſitione ejuſdem feudi, quæ ſunt graviſſima, & de quibus nulla per imaginationem eſſe poteſt dubitatio. (143)

142 *num.53.*

143 *num.56. fol.134.*

Denique id ultimo loco innuimus, quod difficultates omnes quæ urgere videntur in feudi diſpoſitione ceſſant in diſpoſitione pretii, nam prima de individuitate feudi dignitatis non urget in pretio, quod nullo Jure dividi prohibetur. (144)

144 *num.66. fol 135.*

Secunda quod feudum videatur filiis deberi potius ex providentia legis, quàm Patris, non militat in pretio, quod è paterno marſupio res omninò allodialis exivit. (145)

145 *num.69.*

Tertia de non requiſito Domini aſſenſu, quia diſpoſitio de pretio nullum exigit Domini conſenſum, ſed perindè ac ſi eſſet in Arena Patris, ab ejus libero pendet arbitrio. (146)

146 *num.70. fol.136.*

Quarta tandem petita ex clauſula *jure antiqui* non impedit quin pretium præſtari debeat, dum feudum ipſum hoc pacto quæſitum & confertur, & imputatur. (147)

147 *num.75.*

Imò hujuſmodi diſpoſitio D. Co. Camilli eſt etiam remota à difficultatibus quæſtionis, quæ fieri ſolet, num legato feudo debeatur æſtimatio, quia ipſe non feudum legavit, ſed ipſam æſtimationem (148) (licèt ea quoque legatarii ad vota à quamplurimis definiatur) (149) manifeſtum enim diſcrimen inter utramque diſpoſitionem intercedit, in prima enim legatur res feudalis ſpectans quoad directum ad Dominum, & quoad utile, non alienabilis, ut prætenditur, Domino inſcio, in ſecunda verò relinquitur res omninò allodialis quoad utrumque dominium juris ipſius legantis, ac proindè omninò independens à voluntate cujuſlibet. (150)

148 *num.76. fol.137.*

149 *num.77.*

150 *num.82. fol.138.*

Sic ſentio, ſalvo ut ſupra. Ad Laudem, & gloriam D. O. M. ac DEIPARÆ Virginis intemeratæ ſub Auguſto Sanctiſſimæ CRUCIS Vexillo.

Sub. Lælius Boſculus I. C.

RESPONSUM ILLUSTRISSIMI, ET Reverendiſſimi D. Advocati de Luca redditum D. bon. mem. Com. Camillo tunc viventi, & interroganti pro veritate de facultate ſua diſponendi de feudi Calestani, & de quo Reſponſo in præſenti Controverſia fit mentio Art.1 num.83. & alibi ſæpiùs.

PARMEN. FEUDI.

COmes Camillus Taraſconus quatuor habens filios maſculos, cum aſſenſu Sereniſſimi Ducis Parmæ, emptionis titulo acquiſivit ab illis de Fliſco Feudum Caleſtani cum annexis, & poſt acquiſitionem obtinuit ab eodem Duce eandem acquiſitionem ſibi confirmari per viam ſupplicis libelli cum brevi reſcripto habente vim Inveſtituræ approbativo omnium contentorum in eodem libello, in quo ſupplicatur nedum pro confirmatione dictæ venditionis, ſed etiam pro conceſſione in feudum Comitatus tanquam de feudo antiquo, nobili, gentili, & avito pro eodem Camillo, ejuſque filiis, & deſcendentibus maſculis in infinitum, cum facultate ſe Comites denominandi, & cum facultate erigendi in dicto feudo Primogenituram ac præferendi Primogenitum, & cum formis eidem Camillo beneviſis, & quatenùs ab ipſo hujuſmodi erectio non fieret, talis facultas tributa cenſeatur Succeſſori, quatenus eſſet unus, & ſi eſſent plures, eis in id concordantibus, quoque uno vel pluribus ex eis deſcendentibus deficientibus aliis ſuperſtitibus, non poſſit Camera Ducalis quidquam prætendere, ſed portio deficiens deveniat ad alios ſuperſtites, ut in eodem libello debente habere vim formalis & ſolemnis Inveſtituræ.

Defuncto autem, turbato naturæ ordine, filio Primogenito ſuperſtitibus tribus filiis maſculis, cum dictus Comes Camillus neglecta linea dicti primogeniti prædefuncti intendat in dicto feudo primogenituram erigere ad favorem Tertiogeniti, quæritur pro veritate, an id ei licitum ſit, alia Domini directi licentia non requiſita.

Affirmativè abſque dubio reſpondendum cenſeo, quia cum verſemur in feudo novo empritio, per ipſum titulo oneroſo acquiſito, firma receptaque concluſio eſt, ſibi licitum eſſe, Inveſtitura durante, de

feudo

Feudo diſponere in præjudicium ejus filiorum, & deſcendentium, etiam ad favorem extraneorum, multò magis inter filios & deſcendentes in Inveſtitura comprehenſos unum ex eis gratificando, ex ea manifeſta ratione, quòd filii & deſcendentes, potiùs ex providentia & donatione Patris, quam ex munificentia & gratia Concedentis vocati dicuntur, unde quoad eos dicitur ſpecies peculii profectitii in dominio, & libera diſpoſitione patris perſeverantis, & ex alia quod feudum pacti & providentiæ novum reſpectu primi acquirentis titulo oneroſo cenſetur hæreditarium, ita ut Succeſſores ad illud non veniunt niſi tanquam hæredes auctoris factum impugnare non valentes, ut firmant Iſernia *in cap.* 1. §. *& ſi libellum de alien. pater, num.*10. ubi Alvarot. Afflict. & cæteri, quos in terminis erectionis Primogenituræ, ſeu diſpoſitionis ad favorem unius ex filiis, aliis excluſis, latè congerunt Surd. *conſ.*351. *num.*24. ubi *in fine* habetur, quod licèt nonnulli diſcrepent, ab hac tamen Iſerniæ opinione in judicando, & conſulendo recedendum non eſt, *& num.*25. *cum ſeqq.* Pauzirol. *conſ.*1. Roſenthal. *de feud. cap.*7. *concluſ.*7. *in princip.* Schrader. *part.*8. *cap.*6. *num.*15. Curte in Diverſ. feud. *cap.*15. Capyc. Latr. *conſult.*23. *num.*6. ubi licèt dicat contrariam ſibi in puncto juris videri veriorem, ab iſta tamen non eſſe recedendum. Rovit. *pragm* 1.1. *de titulorum abuſu numer.*126. *cum ſeqq.* Giurb. *de ſucceſſ. feud.* §.1. *gloſſ.*8. *num.*45. *& ſeq.* ubi fatetur paſſim receptum, quod etiam tanquam abſolutum ſupponunt Bellon. Jun. *conſil* 9. *num.*34. *&* 35. *& conſil.*55. *per tot.* Rot. *deciſ.*50. *num.*2. *part.*6. *recent.* Quod etiam in emphyteuſi receptum eſt ex plenè deductis per Rotam apud Merlin. *deciſ.*699 quæ eſt repetita *deciſ.*141. *part.*4 *recent. tom.*3. & in aliis frequenter, quia eſt concluſio hodiè plana.

Contraria verò procedunt, vel ubi feudum gratuitò conceſſum eſt, ita ut filii, & deſcendentes ex gratia & munificentia concedentis vocati cenſeantur, vel in feudo antiquo pacti & providentiæ ſucceſſuri ex perſona propria independentes à Patre, cujus non teneantur eſſe hæredes, & ſi ſunt, Inventarium ſuffragetur; Vel ubi agitur de alienatione feudi in extraneum à lege Inveſtituræ non vocatum, idque non ex jure filiis & deſcendentibus vel agnatis quæſito, ſed ex alienationis infectione reſultante à legali prohibitione alienationis in extraneos abſque Domini aſſenſu *in l. Imperialem de prohibit. feud. alienat. per Feder.* ad quem effectum, & ex qua ratione & non aliàs recipienda eſt opinio, quam cæteris allegatis tenent Roſenthal. *d. cap.*7 *concluſ.*7. & alii per Capyc. Latr. *d. concluſ.*23. *num* 7. *&* 8. ut id recipiendum ſit, quatenus Domini aſſenſus accedat, & non aliàs, quia dum agitur de diſpoſitione inter comprehenſos in Inveſtitura, ceſſat ratio dictæ prohibitionis.

Sive opinio volentium etiam inter filios vel comprehenſos in Inveſtitura neceſſarium eſſe Domini aſſenſum, & de qua Roſenthal. *dicta concluſ.*7. recipienda eſt ob Inveſtituræ alterationem, & ubi contingit ejus formam ſeu legem immutari, quia nempe conceſſo feudo ad formam Juris Francorum individuo, & pro ſolo Primogenito, acquirens velit, privando Primogenitum, illud transferre in Secundo, vel Tertiogenitum, ſive ejuſdem feudi naturam immutando, illud reducere ad formam Juris Longobardorum, per quod in feudo utpote dividuo omnes filii, & deſcendentes ſimultaneè ſuccedant, vel demum ubi conceſſo feudo ad formam dividuam Juris Longobardorum acquirens erigendo Primogenituram velit illud reducere ad diverſam formam individuam Juris Francorum, tunc etenim quia eſt facere contra voluntatem Domini concedentis atque legem ab eo præſcriptam immutare, ſeu deſtruere, probabiliter dici poſſe videtur ejuſdem Domini aſſenſum requiri, quia eſt apponere onus, vel imprimere novam qualitatem in corpore feudi, quod ex eade n *l. Imperialem*, ſine Domini aſſenſu fieri non poteſt, atque in his terminis, dictaque ratione militante, ſuſtentabilis eſt opinio exigentium aſſenſum, cum aliàs omni prorſus fundamento omnique ratione deſtituta eſſet; & cum hac diſtinctione de plano conciliantur Feudiſtarum opiniones, quæ diſſentientes videntur.

Et his terminis retentis procedunt plenè deducta per Bellon. Jun. *conſ.*55. ad probandum non poſſe primum acquirentem in præjudicium Primogeniti, vel ejus lineæ alias de feudo diſponere, quia in eo caſu agebatur de Primogenitura jam erecta de aſſenſu, & auctoritate Domini directi, ſine cujus aſſenſu diſſolvi non poterat, & per cujus validam, & perfectam erectionem, jam perfectè, & irrevocabiliter jus Primogenito ejuſque lineæ quæſitum erat, & in hoc ſenſu dictiſque terminis retentis recipienda ſunt indigeſtè conſarcinata per confuſum Laratham *in ejus theatr. feud, part.*9. *dilucid.*3.

Iſtæ autem omnes difficultates in propoſita facti ſpecie ceſſant ſtante expreſſo Domini aſſenſu in dicto ſupplici libello petito, & conceſſo, ut tam primus acquirens, quàm ſucceſſores feudi naturam alterare poſſint, illudque ad formam Juris Francorum, & Primogenituræ redigere, cum hac differentia, quod reſpectu ipſius acquirentis, ſimpliciter, ac indefinitè pro ejus libito, & ſecundum formam ſibi benè viſam dicta facultas conceſſa eſt, ſucceſſoribus verò, quatenus plures exiſterent (ut par erat) non niſi de omnium ſimultaneo conſenſu, ideoque ceſſant ex facto omnes quæſtiones, nec aliqua ratio ſubeſſe videtur, ſub cujus fundamento linea Primogeniti adversùs hujuſmodi diſpoſitionem à primo acquirente faciendam conqueri valeat, cum nullum Jus peculiare ex Inveſtitura ſeu dicto ſupplici libello vim Inveſtituræ obtinente ſibi quæſitum ſit; Adeo ut ſi Camillus mutato conſilio nullam facere diſpoſitionem, ſed ab Inteſtato decedere eligeret, abſque dubio omnes filii capaces pariformiter ſuccederent, neque majus jus haberet primo, ac ultimo genitus, cum facultas erigendi primogenituram non redacta ad uſum, ſeu exercitium nullius remaneat operationis, atque de regulari, ac originaria natura feudorum, niſi conſtet ex particulari conſuetudine vel forma conceſſionis, ſeu Jure Municipali redacta eſſe ad formam Juris Francorum (prout ſubfeuda utriuſque Siciliæ) dicuntur conceſſa ad formam Juris Longobardorum prout ſunt frequentiùs ac ferè omnia feuda Lombardiæ ex benè deductis per Minadorum *conſ.*1. Galeot. *lib.*2. *contr.*1. *&* 2. apud quos doctè, & eruditè de hac feudorum originaria qualitate, ac diverſa natura in aliquibus immutata tractatur.

Unica difficultas, quæ in hac facti ſpecie pro jure lineæ Primogeniti cadere poſſet, conſiſtit in Dignitate Comitatus eidem feudo annexa, per quam feudum immutaſſe videtur ſuam antiquam & regularem naturam, cum feuda Dignitatum hodie ſint individua Jure Primogenituræ deferenda ex plenè deductis per Galeot. *ubi ſupra.* Bellon. Jun. *de Jure accreſcendi, cap.*6. *quæſt.*37. *num.*77. *cum ſeqq.* ac alios paſſim, ſed de facili hæc difficultas ceſſat ex duobus.

Primo quia licet veriſſima ſit hæc propoſitio Individuitatis feudi Dignitatis quoad ipſius ſubſtantiam, ad effectum ut una vel pluribus perſonis defectis, portio deficiens non devolvatur ad Dominum, neque in ea intret jus ſucceſſorium, ſed potiùs intret jus accreſcendi, vel non decreſcendi, ex iis, quæ iſtos terminos radicitùs examinando probavi in graviſſima cauſa Mutinen. Succeſſionis feudorum inter DD. de Rangonis, in qua juxta meum ſenſum ab Excelſo Mutinæ Conſilio, ipſa etiam Ducali Celſitudine approbante, deciſum fuit; Attamen quoad commo-

dum, fruitionem, exercitium, ac tituli decorem, in Lombardia de recepta conſuetudine ſunt etiam dividua, ita ut æqualis ſit omnium filiorum, & deſcendentium, conditio ac ſucceſſio, & de qua conſuetudine teſtantur Joan. Andr. *in addit. ad Specul. rubr. de feud. verſ. non omitt.um.* Iſern. *in d. l. Imperialem*, §. *præterea Ducatus de prohib. feud. alien. per Feder.* ubi Bald. Alvarot. Belvif. & alii. Socin. *conſ.68. poſt num.25. & 27. lib.1.* Bellon. Jun. *de Jur. accreſc. loco citat.* Minad. *dicto conſil.1. num.27.* Galeot. *d. lib.2. contr.4. num.21.* & cæteri, & ſic in effectu nullum Jus particulare Primogenito quæſitum eſt.

Secundo quia ex eodem Supplici libello apertè liquet, neque Concedentis, neque Acquirentis voluntatem fuiſſe per hujuſmodi Tituli, ſeu Dignitatis adjectionem alterare antiquam feudi naturam dividuam ſuper omnium capacium æqualis gradus ſimultanea ſucceſſione, dum ibidem expreſsè ſupponitur plurium filiorum, vel deſcendentium ſimultanea ſucceſſio, & poſſeſſio cum ſola facultate reducendi ad formam individuam Primogenituræ, quatenus placeat; unde verſamur omninò in claris, & ex facto ceſſat omnis umbra dubitandi.

Demum obſtare non poteſt ex privilegio in eodem ſupplici libello petito, feudum cenſendum eſſe, antiquum, gentile, & avitum, undè propterea intrare poteſt difficultas, quod in feudo antiquo pacti, & providentiæ ceſſet hæc facultas competens in feudo novo emptitio, & acquiſito titulo oneroſo, quoniam hujuſmodi clauſulæ in omnibus ferè feudalibus Inveſtituris apponi ſolitæ percutiunt nudum Feudatarii privilegium, ſive ad effectum gaudendi prærogativis feudo antiquo, non autem novo competentibus, ut eſt præſertim illa nobilitatis, quia feudum antiquum, & avitum nobilitat, non autem novum emptitium, ſive ad effectum latioris ſucceſſionis, quia in feudo novo non ſuccedunt agnati tranſverſales, ſed ſoli deſcendentes ex corpore acquirentis, ſicuti in feudo antiquo cum pluribus ſimilibus effectibus inter feudum novum, & antiquum ponderatis per Capyc. *Inveſtitur. feudali verbo feudi genera verſ. Antiquum, & verſ. Novum pagina 210. cum ſeqq.* hic tamen non examinandis, & in quibus terminis loquuntur quotquot Feudiſtæ hujuſmodi clauſularum virtutem, & operationem ponderantes.

Sed non exindè ſequitur per hujuſmodi fictionem tolli ipſam rei veritatem in præjudicium ipſiuſmet acquirentis, & ut ſibi præcluſa ſit ea diſponendi vel gratificandi facultas, quæ aliàs ſibi competeret, quia ſic eſſet retorquere favorem in odium, ac privilegium in pœnam, & privationem, hoc enim nullus Feudiſtarum aſſerit, atque contrarium docet praxis totius Orbis, in quo iſta materia eſt in uſu, quia omnes ferè Inveſtiturarum formulæ præſertim in utriuſque Siciliæ Regnis habent has clauſulas, & tamen datur diſtinctio feudi novi, & antiqui, ac primi acquirentis vel Succeſſoris, cum præſertim non ceſſet ratio acquiſitionis cum pecunia allodiali, quæ in hoc patrimonio durare dicitur.

Ideoque tutè cenſeo D. Comitem Camillum tanquam primum acquirentem titulo oneroſo, poſſe de hoc feudo abſque alio Domini aſſenſu diſponere inter filios abſque obligatione ſervandi ordinem Primogenituræ, cujus erectionis facultas conceſſa eſt quoad formam imprimendam, ac ordinem ſucceſſionis, non autem quoad perſonam, ut potiùs in illa Primogeniti quam alterius filii inſtitui debeat.

Cæterùm ſi quæ unquam difficultas in propoſito excogitabilis eſſet (quod non credo) illa procedere poſſet quoad diſpoſitionem de ipſo Corpore feudi, ſive quoad valoris augmentum intrinſecum poſt acquiſitionem ſequutum, nulla verò per imaginationem quoad ejuſdem feudi pretium, quo mediante quæſitum fuit; hoc enim non dicitur feudale, ſed eſſe in hæreditate, & patrimonio allodiali ipſius Patris acquirentis; Ita ut etiam in feudis Juris Francorum jure Primogenituræ de neceſſitate deferendis, pretium remaneat in hæreditate allodiali, ac primogenitus feudi præcipuus ſucceſſor tenetur integrum pretium refundere, ſeu communicare fratribus, vel aliis quibus acquirens mandabit, ex deductis per Rovit. *pragm.25. de feud. & deciſ.38.* & Capyc. Latr. *conſult.25.* apud quos habentur cæteri cumulati, cum ſit propoſitio apud Feudiſtas indubitata, quia ſola controverſia cadit, an id procedat in Secundogenitis lineæ Collateralis, ſive in tempore regulandi pretium, an ſcilicet attendi debeat illud acquiſitionis, vel illud mortis acquirentis, & cujus commodo cedat augmentum intrinſecum medii temporis inter acquiſitionem & mortem, ſed nemo dubitat pretium ſaltem attento tempore acquiſitionis eſſe in patrimonio allodiali acquirentis ad iſtius liberam diſpoſitionem, ita ut in eo integro poſſit Primogenitus feudi ſucceſſor gravari.

Et ideò ad abundantiorem cautelam, conſulo eidem Com. Camillo, ut in erectione Primogenituræ adjiciat, quod in eventum in quem hæc erectio poſſit à linea primogeniti, vel quocumque alio impugnari, ita ut illa in ipſo corpore feudi effectum non ſortiretur, facta cenſeatur in integro ipſius feudi pretio, & valore, prout de jure ſibi melius & pinguius de illo diſponendi facultas competit, & in quo pretio, ſeu valore ſolvendo ad favorem filii Tertiogeniti ejuſque deſcendentium ordine Primogenituræ, ac ſucceſſive aliorum ad primogenituram vocatorum, dicti Feudi ſucceſſores quicumque tam primus quam ſequentes omnes gravati ſint & cenſeantur, quia cum hac cautela ceſſat omnis dubitatio, & hæc mihi videtur veritas.

Sub. Joh. Baptiſta de Luca.

A tergo, Parmen. Feudi. *Pro Illuſtriſſimo D. Com. Camillo Taraſcono.*

Reſponſum D. de Luca pro veritate.

ALIUD RESPONSUM EJUSDEM

D. de Luca poſt mortem D. Com. Camilli datum D. Co. Octavio objicienti allegatis in priori Reſponſo Conſilium 55. Bellon. Jun. & de quo Reſponſo pluries eſt habita memoria in præſenti Controverſia, & præſertim Artic.3. num.52.

PARMEN. FEUDI.

Quicquid de caſu tractato per Bellon. Jun. *conſil.55.* ex quo licet deciſionem fuiſſe in contrarium à qua ipſe non dicit fuiſſe receſſum, undè propterea rectè admonent noſtri præſertim Franch. *deciſ. 260. num.6.* quod quando allegantur conſilia, videre oportet deciſiones deſuper editas potiùs attendendas, quia Conſulentium auctoritas utpotè ad pecuniam vel Clientis affectionem ſemper eſt ſuſpecta.

Nos non verſamur in eo puncto, quando ſcilicet Pater qui feudum acquiſivit, & in eo Primogenituram cum Principis auctoritate erexit, poſſit illam revocare, ſeu aliàs ad Primogenituram vocatos gravare, quo caſu non intrant peculiares termini feudales ex juribus vel conſuetudinibus feudalibus regulandi, ſed proceditur cum terminis, & regulis generalibus juris communis in bonis indifferentibus.

Strictè igitur ad leges & terminos feudorum, an ſcilicet primus Acquiſitor feudi, cui Dignitatem adjici curavit cum formula pacti, & providentiæ poſſit de illo diſponere in præjudicium eorum, qui ex lege inveſtitura vocati ſunt.

Ad

Ad quatuor diverſos effectus vel caſus de hujuſmodi quæſtione agi ſolet, primò nempe an poſſit feudum refutari in manu Domini, ut illud pro ſe retineat, vel alteri concedat, ſecundò an poſſit alienari in extraneos in inveſtitura non comprehenſos, ſive ad eorumdem extraneorum favorem gravari, tertiò an poſſit alienari ſeu alias diſponi inter filios, & alios in inveſtitura comprehenſos, & quartò circa ejuſdem feudi pretium.

De primo, & ſecundo agunt multi, pro quibus omnibus allegare ſufficit Peregrin. *conſil* 8. *ex numer*. 29. *lib*. 1. ubi latè, & magiſtraliter materiam examinat, & de his caſibus vel effectibus agunt aliqui materia non multum digeſta allegati per Bellon. Jun. *dicto conſ*. 55. *ex num*. 7. eoſdemque terminos percutiunt deducta per Capyc. Latr. *conſult*. 23. ubi de onere adjecto feudo novo ad favorem extranei: ſed quicquid ſit de his caſibus inanis labor eſt de illis agere utpotè ab illo noſtræ quæſtionis extraneis, neque ſatis laudabilis Curiæ Romanæ ſtylus concedit abſque manifeſta nota evagationem in ſuperfluis.

Tertius eſt caſus noſter, à ſcilicet pater acquirens feudum dividuum in forma Juris Longobardorum pro ſe filiis & deſcendentibus cum forma pacti & providentiæ poſſit in ipſo corpore feudi unum vel aliquos ex filiis gratificari, alios verò excludere.

Iſte caſus longè diſtat à præcedentibus, minoremque patitur difficultatem, quoniam aliud eſt diſponere de feudo in Dominum, vel extraneum omninò privando filios, alioſque hæredes ſanguinis, aliud verò eſt diſponere inter eoſdem, ut benè obſervant Natta *conſil*. 501. *num*. 25. & Peregrin. *dicto conſ*. 8. *numer*. 49. *lib*. 1. qui ad id ponderant bona jura prohibentia parentem non poſſe diſponere de bonis extra filios, ſed non prohibentia prælectionem, ſeu gratificationem inter eos.

Alia item notabili differentiæ ratione ponderata inter unum caſum, & alterum, quod ubi diſponitur in extraneos in inveſtitura non comprehenſos, eſt violare de directo legem inveſtituræ, atque conſtituere novos Feudatarios à Domino non contemplatos; ideò rectè procedit opinio volentium id abſque Domini aſſenſu fieri non poſſe ex deductis per Capyc. Latr. *dicta conſult*. 23. *num*. 7. *&* 8. ſed ubi diſpoſitio eſt inter ipſas perſonas comprehenſas, tunc nulla concurrit inveſtituræ violatio, nullaque fit injuria Domino, cujus proindè conſenſus in jure non deſideratur.

In noſtris igitur præciſis terminis gratificandi de feudo novo unum ex pluribus filiis, & deſcendentibus, pro quibus illud receptum eſt, per feudiſtas conſiderantur

Quatuor caſus, unus nempe ubi feudum conceſſum eſt Patri, & filiis jam natis, & nominibus appellativis, ita ut eorum perſona æquè principaliter cum illa patris conſiderata ſit; Alter ubi conceſſio facta eſt patri, & filiis aliiſque deſcendentibus etiam naſcituris & nomine collectivo, ſed eſt ex mera gratia & liberalitate concedentis, ita ut clarè appareat omnes ab iſto pariformiter dilectos, & contemplatos eſſe; Tertius ubi res eſt dubia, num ſcilicet concedens principaliter contemplatus fuerit ſolum patrem, in cujus gratiam acceſſoriè & conſecutivè ejuſdem filios, & deſcendentes etiam vocaverit, & demum quartus ubi conceſſio eſt ea cauſa oneroſa, quia mediante pecunia æquivalenti, vel ob merita exigentia ea debito juſtitiæ præmium de condigno, conceſſio facta ſit patri acquirenti pro ſe, ejuſque hæredibus Sanguinis.

Primo, & ſecundo caſu receptum eſt patrem non poſſe præjudicare filiis, & deſcendentibus utpote æque principaliter vocatis, & dilectis, in tertio eſt magna quæſtio habens Doctores hinc inde, ſed in quarto feudi quæſiti ea titulo onèroſo præſertim mediante pecunia æquivalenti ejus valori, & ſic formaliter emptitii nemo dubitat, ut per Loffred. *conſ*. 52. *num*. 1. ubi dicit neminem dubitare. Clar. §. *feudum*, *quæſt* 41. *num*. 2. *in fin*. Franch. *deciſ*. 1. *num*. 30. & cæteri apud Menoch. *conſ*. 161. *in tertio caſu à num*. 6. *ad* 10. Peregrin. *dicto conſil*. 8. *num*. 32. Roſenthal. *de feud. cap*. 9. *membr*. 2. *concluſ*. 66. & admittit idem Bellon. Jun. *dicto conſil*. 55. *in reſponſionibus ad objecta poſt num*. 37. *verſic*. *Neque adverſantur*, & revera tam in feudo quam in emphyteuſi eſt concluſio receptiſſima, ut in alia probavi, ſolumque in feudis reſpectu alienationis in extraneos cadere poteſt difficultas ſuperiùs inſinuata circa violationem inveſtituræ, ac injuriam, ſeu præjudicium Domini, quæ difficultas ceſſat in diſpoſitione inter ipſos in inveſtitura comprehenſos, unde nulla ſubeſſe videtur cauſa dubitandi.

Et licet Bellon. Jun. *dicto conſil*. 55. *num*. 32. *& poſt num*. 37. *verſic*. *Neque adverſatur*, admittendo dictam regulam tanquam indubitatam conetur evitare objectum ex eo quod feudum dici non poſſet amplius emptitium, & ex cauſa oneroſa utpotè poſt acquiſitionem ex mera Principis liberalitate erectum in Comitatum.

Nihilominus commendandum eſt ingenium Scribentis cauſæ inſervire volentis, de reliquo enim inſulſa eſt reſponſio indigna certè tanto Doctore, quando ſcribendo ad veritatem id aſſeruiſſet, quia nulla juris ratio, vel auctoritas adeſt, ex qua dicendum ſit erectionem Dignitatis alicui feudo ex intervallo adjectam facere quod feudum de emptitio, & oneroſo fiat purum, & lucrativum, Dignitas enim immutat ſolum feudi naturam quoad ordinem ſucceſſionis, quia prius erat dividuum, in quo ad formam Juris Longobardorum omnes ſuccedant, deinde verò efficitur individuum ad formam Juris Francorum uni tantùm cum ordine Primogenituræ deferendum, quòd neque procedit in feudis Lombardiæ, quia licet habitu ſint individua, actu tamen tam quoad exercitium, quam quoad fruitionem de conſuetudine ſunt dividua, ut abundè probavi in præcedenti reſponſo, quod etiam ad oculum comprobat ipſemet aſſenſus præſtitus à Sereniſſ. Duce, dum poſt erectionem in Comitatum concedendo facultatem erigendi in Primogenituram præſupponit, aliàs hujuſmodi erectione non ſequuta, ſucceſſionem omnium filiorum, & deſcendentium: igitur dicta Belloni reſponſio nihil penitùs valet utpote omni rationis, & auctoritatis fundamento deſtituta.

Quodque aliud ſit feudum novum, aliud verò Dignitas eidem feudo adjecta, liquet ex deductis per Doctiſſimum Feudiſtam Rovitum *ſuper pragm*. 25. *de feud. num*. 58. ubi tractando de contributione integri pretii, quam Primogenitus ſuccedens in feudo novo facere tenetur fratribus Secundogenitis, quærit an in hujuſmodi contributione habenda ſit ratio Dignitatis eidem feudo adjectæ, & ſic ſupponit aliud eſſe feudum aliud eſſe Dignitatem, quodque ipſa Dignitas dicatur à Principe conceſſa, feudum verò remaneat in ſui natura novi emptitii & oneroſi.

Conſiderando etiam diverſitatem caſuum inter noſtrum, & illum de quo agit Bellon. ibi enim Pater jam perfectè acquiſierat feudum, cui deindè ex intervallo curavit adjicere Dignitatem, undè loquendo in ſummis apicibus forſan dici poſſet eundem Feudatarium per quemdam actum occultum donationis refutaſſe feudum in manu Domini condonando eidem pretium erogatum, & deindè tanquam ex integro illud ſub diverſa natura recepiſſe ex nova gratia, & liberalitate, ex iis quæ firmant Feudiſtæ in recipiente rem propriam in feudum, vel emphyteuſim ad text. *in l. cenſualis*, *& l. quiſquis*, *ff. de acquir. poſſ.* Jacobin. *in inveſtitura verbo Dictique Vaſſalli num*. 21. 24. *&* 27. Surd. *conſ*. 135. *num*. 107. Rot. *deciſ*. 614. *numer*. 5.

mer.5. part.5. recentior. in caſu antem noſtro iſta erectio præſupponitur etiam præcedeos, ut liquet ex Supplici libello in principio ibi: *il feudo in titolo di Contea eretto*, & quatenus hujuſmodi erectio tunc fieret eſt ſimultanea cum ipſa acqoiſitione feudi, ſeu cum aſſenſu dictæ acquiſitioni præſtito, unde propterea etiam ex diverſa facti qualitate ceſſat prædictæ auctoritatis applicatio.

Omniſque penitus difficultas ceſſat ex eadem inveſtitura per Sereniſſimum in dicto Supplici libello conceſſa, per quam ſuppletur defectus aſſenſus Domini, ſive aliud objectum juramenti, aliud quod eſſet ſeudum ex mera gratia, utpote ad Cameram Ducalem devolutum, quoniam licet juxta formam inveſtituræ vocari eſſent omnes filii, & deſcendentes Camilli, nibilominus datur facultas eidem tanquam primo acquirenti, & Succeſſoribus de aliorum iotereſſatorum conſenſu immutandi ejuſdem feudi naturam, atque in ejus Succeſſione cum ordine primogenituræ gratificandi unum, & excludendi alios, igitur neque in mente Principis concedentis, neque in illa Camilli acquirentis unquam fuit deferendi hujuſmodi feudum omnibus filiis, & deſcendentibus irrevocabiliter, ſed potius evidenter conſtat de contrario, unde ex hoc pro meo judicio præſens caſus remanere videtue omnino planus, nullam penitus rationem habendo de *dicto conſil. 55.* Belloni, in quo unicè ſupponitur adeſſe aliorum deſcendentiom objectum ex diverſis facti circunſtantiis, ac etiam quia dicti Doctoris aſſertio io eo quod ad rem noſtram pertinet, verè nullum habet auctoritatis, vel rationis fundamentum.

Minuſque videtue habenda ratio de clauſula inveſtituræ, quod cenſeretue conceſſum *in feudum antiquum, gentile, & avitum*, quoniam ut magiſtraliter obſervant Doctiſſimus feudiſta Clarus *in §. feudum quæſtion. 8. numer.* 4. & latius Riminal. Sen. *conſil. 96. numer. 31. cum ſeqq.* iſta clauſula eſt rectè operativa ad favorem inveſtiti in præjudicium Domini quoad Succeſſionem tranſverſalium, alioſque effectus inveſtito favorabiles, io quibus terminis, & ad quem Succeſſionis effectum loquuntue omnes plenè allegati per Cyeiac. *controv. 4. num 36. cum ſeq.* Bellon. Jun. *conſil. 9. numer. 12.* Roſentbal. *de feud. capit. 2. con. luſ.* 13. & omnes, ſecus autem ad alios effectus acquirenti præjudiciales, præſertim iſtum ne poſſit de feudo diſponere, de quo in ſpecie Riminald. *dicto conſil.* 96. & boc jure paſſim utimue, quia hodie fere nulla in mundo datue feudi inveſtitura, quæ non habeat iſtam clauſulam, & tamen paſſim, vel quoad facultatem diſponendi, vel quoad pretium remanens in hæreditate allodiali participandum Secundogenitis, vel Creditoribus bæreditariis, paſſim per omnes feudiſtas receptiſſima eſt diſtinctio feudi novi, & antiqui, ac feudi gratuiti, vel oneroſi, & emptitii, unde iſtud objectum videtur nullios omninò ponderis.

Cæterum ubi hæc omnia ceſſarent, adhuc inevitabile remanet alterum fundamentum circa pretium feudi, quod ſempee dicitur remanere in hæreditate allodiali, de quo pater liberè diſponere poteſt, ita ot obtineri non poſſit ſine qualitate hæreditaria, unde ſi feudi acquiſitor contrahat æs alienum, hujuſmodi feudi Succeſſor quamvis jure proprio, & ex pacto, & providentia urgeri poteſt per Creditores ad iſtius pretii reſtitutionem, & ſi Feudatarius relinquat hæredem Clericum, vel alias incapacem feudi, ita ut iſtius Succeſſio pertineat ad remotiorem agnatum, iſte tenetur ſolvere pretium hæredi; Prout ſi feudum eſt Juris Francorum, io quo ſuccedat ſolus Primogenitus, iſte tenetue communicare omnibus Secundogenitis integrum pretium feudi ex eo quod iſtud dicitur eſſe in hæreditate allodiali, ut de his omnibus poſt antiquiores Lanar. *conſil.* 80. *num* 49. Larath. *in theatr. feudal. part. 9. dilucidat. 73. numer. 27. cum ſeqq.* Capyc. Latr. *conſult.* 25. Rovit. *ſuper pragmat. 15. de feud.* & cæteri communiter; Unde interrogarem Sapientes filiorum Alexandri, ſi Comes Camillus deceſſiſſet ære alieno preſſus, poſſentne illi evitare qualitatem hæreditariam, & onus ſolvendi debita quatenus hujuſmodi feudi valor importaret, quia ſi non poſſent id evitare, minus poterunt effugere paternum judicium circa prælegatum factum Com. Octavio ſaltem in pretio feudi juxta Conſilium à me datum.

Neque in boc intrare videtur quæſtio an legato feudo alteri quàm legitimo Succeſſori debeatue ejus æſtimatio per illum, qui in feudo ſucceſſit, de qua Aponte *conſil.* 13. 52. & 88. *lib.* 1. Fab. de Anna *conſil.* 87. & 131. Franch. *deciſ.* 1. Rovit. *in pragmat. 3. de titulorum abuſu num. 136. cum ſeq* Pratus *obſerv.* 2. de Marin. *reſolut.* 45. *num.* 50. *lib.* 2. Merlin. *controv.* 81. *centur.* 2. Lanar. Jun. *in cap. 1. num. 46. de ſucceſſ. feudi*; apud quos cæteri, non enim eſt iſte caſos noſter, quia pater non legavit ſimpliciter feudum, in quibus terminis intrat quæſtio, ſed ulterius proſequutus eſt diſponendo, quod quando ipſum corpus feudi prælegare non poſſet prælegebat pretium, qoo caſu nemo dubitat, quia eſt diſpoſitio de re libera, & mere allodiali, unde propterea ſive ex uno, ſive ex altero fundamento D. Comes Octavius pro meo judicio videtur omnino tutus, neque probabiliter de jactatis moleſtiis timere debet.

Sub. Joh. Baptiſta de Luca.

A tergo, Parmen. Feudi. *Pro Illuſtriſſimo D. Com. Octavio Taraſcono.*

Diſcurſus pro veritate D. de Luca.

APPENDIX

PLACENTINA SUCCESSIONIS SEU CASTRI,

Pro CARDINALI BONCOMPAGNO Cum DUCE LUDOVICO SFORTIA.

Reſponſum in cauſa pendente in Conſilio Placentino.

De eadem materia de qoa ſupra *diſc.* 43. An ſcilicet & quando agnatus ſeudorum ſocceſſor ſic necne legitimus contradictor hæredi extraneo feudatarii morientis in poſſeſſorio per ipſum intentato ad bona poſſeſſa per defunctum.

Et aliqua circa ultimam inveſtituram diverſam à prima; An attendenda ſit necne, vel potius prima attendi debeat.

SUMMARIUM.

1 *Caſus controverſia remiſſivè.*

2 *Referuntur tractantes materiam legitimi contradictoris.*

3 *Ubi non adeſt ratio diſparitatis inter defunctum, & hæredem, non intrat quæſtio legitimi contradictoris.*

4 *De attendendo ultimo ſtatu.*

5 *Ubi quis non eſt contradictor primo hæredi, non poteſt eſſe talis ſecundo hæredi.*

6 *Quando in caſu, de quo num. 2. agnatus dicatur legitimus contradictor.*

7 *Datur diſtinctio, ubi quæſtio eſt circa accidentia, ſed certa eſt qualitas feudalis.*

8 *Secus ſi ipſa qualitas feudalis negatur, ac prætenditur*

bona

bona eſſe allodialia, quia tunc agnatus non eſt contradictor.

9 *Expenditur* Natta conſ.502.

10 *Ubi exceptio conſiſtit in puncto juris dicitur incontinenti probata.*

11 *An feudum poſſit erigi in primogenituram remiſſivè.*

12 *Exceptio juris dubii aſſimilatur exceptioni facti, ac dicitur altioris indaginis.*

13 *Quod non ſit deferendum Conſulentibus.*

14 *Aſſertiva Papæ probat veritatem.*

15 *Caſtrum in dubio præſumitur allodiale.*

16 *Copia non probat.*

17 *Error non præſumitur, ſed eſt perfectè probandus per allegantem.*

18 *Quod Dux Mediolani poſſederit Placentiam, & Bononiam.*

19 *De geſtis per* Benedictum XIII. *Antipapam, &* Joannem XXII. *qui ſuſtineatur.*

20 *Stant ſimul geſta per aliquem intruſum, ſeu illegitimum poſſeſſorem ſuſtineri, ſed non prævalere geſtis per legitimum Dominum.*

DISCURSUS CIV.

a POſtquam typis jam data erant omnia ut ſupra contenta in hoc libro, expectante moras amanuenſium conficientium judicem materiarum, ut publicaretur, ex parte Cardinalis Boncompagni requiſitus fui ad ſcribendum in eadem cauſa pendente in Conſilio Placentino, ſuper qua pluribus retroactis annis ab eodem conſilium in congreſſu pro ejus directione petitum fuit, juxta ſuperius deducta *diſc.*43. Quare præſuppoſita eadem facti ſerie ibi enarrata cum juxta informationes datas ex parte Ducis Ludovici Sfortiæ oppoſitoris, ac etiam ex motivis ab ipſo Conſilio editis, cauſa reſtringeretur ad punctum, an ex quibuſdam inveſtituris, ſeu verius recognitionibus Ducum Mediolani Placentinam Civitatem tunc poſſidentium, formam pacti & providentiæ continentibus, tale bonum jus præfati Ducis agnati ſuper qualitate feudali controverſi caſtri Arquati cum annexis reſultaret, ut dicendus veniret legitimus contradictor Cardinali extraneo hæredi Ducis Fiani ultimi poſſeſſoris, qui ſucceſſionis feudalis etiam incapax erat, ita ut in intentato judicio poſſeſſorio adipiſcendæ ex interdicto quorum bonorum, vel retinendæ ex ſtatuto continuativo dictum bonum jus oppoſitoris obſtaret,

Pro clariori, magiſque methodica reſolutione duas conſtituebam inſpectiones, unam in puris terminis judicii poſſeſſorii, & an præfatus agnatus dicendus eſſet legitimus contradictor ad illud impedimentum nec ne; Et alteram in bono jure, ſuper omnimoda prætenſæ feudalis qualitatis excluſione, vel ſaltem pro inducenda turbiditate dicti boni juris per oppoſitorem prætenſi, ut dictum effectum facere non poſſet.

Quoad primam, cum ſenſu etiam veritatis, inſiſtebam in eadem conſideratione, de qua *dicto diſc.*43. quod ſcilicet apud omnes iſtam quæſtionem legitimi contradictoris tractantes inter extraneum incapacem

2 hæredem ultimi morientis, ac agnatum, tam in materia feudali, quam etiam emphyteutica vel fideicommiſſaria, necnon in ſpirituali ſeu beneficiali inter contendentes de beneficii libertate vel patronali qualitate reſpectivè, omnes quæſtiones in hac materia legitimi contradictoris cadunt & tractantur, quando caſus præbet diverſam eſſe qualitatem hæredis ab illa defuncti poſſeſſoris, ita ut non verificetur conjunctio extremorum, à quo, & ad quem, quia nempe defunctus eſſet feudi capax, hæres verò incapax, & non aptus in hujuſmodi bonis differentibus in ſuis auctoris locum ingredi, ejuſque perſonam in omnibus repræſentare, atque in his terminis procedunt omnes quæſtiones, de quibus poſt antiquiores ab eis relatos *Roſenthal. de feudis cap.*7. *concluſ.*48. *cum pluribus ſequent. & Argel. in tract. de legitimo contradictore ex quæſt.*17. *ad* 20. ubi latius & ex profeſſo materia tractata, expenduntur omnes caſus ſeu quæſtiones, quæ in propoſito cadere poſſunt, tam circa capacitatem, vel incapacitatem hæredis ex ultimo moriente ſuperſtitis, ut frequenter contingit inter fœminam filiam, vel ſororem, aut alias proximiorem ultimi morientis, & maſculum agnatum remotiorem, vel inter morientis filios legitimatos, & collaterales agnatos legitimos cum ſimilibus, ſive ſuper qualitate feudi, an eſſet tale, quod etiam ad extraneos, vel incapaces in præjudicium agnatorum tranſmitti potuerit, cum ſimilibus ibidem deductis, ſemper tamen retento dicto præſuppoſito diverſæ qualitatis militantis inter defunctum & hæredem, itant cadat probabilis difficultas, an iſte illum in omnibus repræſentare valeat necne.

Quidquid autem ſit de hoc articulo in prædictis caſibus, ſuper quibus, contentus ſola relatione ad præfatos materiam tractantes, juxta nimium laudabilem Curiæ ſtylum ſuperflua, & à præciſo caſu quæſtionis extranea reſecantem, inanem cenſui laborem immorari; In noſtro præciſo caſu controverſiæ advertebam ceſſare quæſtionem in radice, ſeu diſputandi occaſionem, dum inter defunctum, & hæredem non militabat illa diſparitas ſeu diverſa qualitas, quæ eſt occaſio quæſtionis, quoniam ex deductis *dicto diſc.*43. 3
quamvis ex diverſis impedimentis, pariformiter erat incapax ſucceſſionis feudorum Dux Fiani defunctus, qui ſpatio 20. circiter annorum iſtud caſtrum cum annexis judiciali etiam auctoritate, contradicente quoque agnato poſſederat, ac erat Cardinalis hæres, & ſic nulla vigebat differentia inter defunctum & hæredem, quo caſu quantum videre tunc licuit, nullus adeſſe videtur contradictor, qui ad iſtos ſpeciales terminos deſcendat, dum omnes procedunt cum dicto præſuppoſito diverſæ qualitatis inter morientem & hæredem, unde ceſſet conjunctio extremorum; ſecus autem, ubi jam res controverſa conſtituta eſt in ſtatu, quod etiam extraneus ſeu incapax illam tanquam liberam ſeu allodialem poſſederit, tunc enim de plano intrare obſervabam concluſionem in materia beneficiali 4
frequentem ſuper ultimo ſtatu ad terminos *textus in cap. conſultationibus de jure patronatus, ubi communiter DD. & in cap. cum de beneficio de præbendis num.*6. cum concordantibus, de quibus in hac materia ultimi ſtatus ſequendo magiſtrale *conſil. Calderini* 23. *de præbendis apud Burat. & Adden. deciſ.*736. *Adden. ad Gregor. deciſ.*77. *Rota deciſ.*6 *num.*14. *&* 13. *part.*10. *rec. & frequenter.*

Prorsùs enim improbabile eſt, quod ſi moriente illo, qui ſit feudi vel emphyteuſis pactionatæ capax, aut de genere vocatorum ad fideicommiſſum, ſuperſtite hærede extraneo & incapaci, ita ut urgeat ratio differentiæ inter defunctum & hæredem impeditiva con- 5
junctionis extremorum, à quo & ad quem, adhuc tamen talis hæres incapax in concurſu agnati obtineat cum ſubſequuto effectu abſque eo quod agnatus eſſet legitimus contradictor, & quod, bonis in hoc ſtatu jam conſtitutis, nullaque militante rationis diverſitate, alter agnatus dici poſſit legitimus contradictor, cum tunc nulla ſubeſſe videatur nec auctoritas nec ratio, quæ id ſuadeat, & hic erat caſus controverſiæ, quoniam ſequuta morte Cardinalis Franciſci agnati & capacis feudi, ſuperſtite Duce Fiani ejus hærede ſucceſſionis feudalis incapaci, rectè intrabat dicta quæſtio ob diverſam qualitatem militantem inter defunctum & hæredem, & nihilominus hoc non obſtante, atque agnato contradicente, talis hæres incapax, & in

in feudalibus extraneus obtinuit cum ſubſequuto effe-
ctu, continuando poſſeſſionem pacificam per longum
& ſatis conſiderabile tempus annorum 20 uſque ad obi-
tum, igitur argumento *textus in auth. multo magis, &c.*
prorſus improbabile, ac fabulæ ſpeciem dicebam, ut
nunc agnatus, ceſſante dicta diverſæ qualitatis ratione,
dicendus eſſet legitimus contradictor.

Præterea etiam in caſibus collectis per *Roſenthal, &*
6 *Iuin per Argel. locis citatis*, in quibus ob diverſam
qualitatem inter defunctum & hæredem hujuſmodi
quæſtiones intrant, illæ ut plurimum percutiunt ca-
ſum, in quo non dubitetur de qualitate feudali, ſeu
alias differenti, ſed iſto præſuppoſito retento, contro-
verſia ſolum cadat ſuper accidentibus, nempè ſuper
ipſius feudi natura & qualitate, an ſcilicet illius eſſent
capaces fœminæ, vel alii ex ultimo moriente ſuperſti-
tes, qui habeant agnati vel Domini oppoſitionem, &
ſic non ſuper ſubſtantia feudi, ſed ſuper accidentibus,
an ſcilicet feudum ſit unius vel alterius naturæ juxta
caſum diſputatum per *Surd. conſ.573.* & alios de quibus
in celebri *Saſſinaten. feudi coram Dunozetto inter ſuas
deciſ.748. & 760.* repetita *poſt controv. Contrii deciſ.18.
& 19. & in eadem apud Otthob. deciſ.265. & in Man-
tuana feudi 29. Novemb. 1655. & 25. Maii 1657. co-
ram Verospio*, de qua cauſa habetur actum ſupra *diſc.
10.* cum ſimilibus, & tunc pariter intrat recepta diſtin-
ctio, de qua apud *Roſenthal. d.cap.7.concluſ.49. cum ſe-*
7 *quent. & Argel. locis citatis*, an bonum jus agnati oppo-
ſitis ſit clarum & incontinenti probatum, vel potius
turbidum & altioris indaginis, ut primo caſu ſit con-
tradictor, non autem ſecundo.

Secus autem ubi negatur ipſa ſubſtantia, ſeu quali-
tas feudi in genere, quia nempe prætendatur caſtrum,
8 ſeu rem eſſe allodialem, non autem feudalem, tunc
enim ubi contrarium non ſit omninò certum & in-
controvertibile, quod agatur de feudo vero, pro hæ-
rede in poſſeſſorio reſpondendum venit, ut magis in
foro receptum eſſe habetur apud *Roſenthal. ubi ſupra
concluſ.48. & 49. ac etiam concluſ.52.* ubi quod dici
poteſt contradictor, quando abſque ulla indagine &
circuitu per exhibitionem non controverſæ inveſtitu-
ræ de jure agnati conſtet, eademque diſtinctio, an
hæres acceptet vel neget qualitatem feudalem, habe-
tur apud *Argel. dicta quæſt.17. art.2. num.5. & 6. quæ-
ſtion.18. art.1. num.1. cum ſequent. & art.5. num.16. &
ſequent. & art 6. & 7. quæſt.19. art.1. cum ſequent. &
quæſt.20.* dum in omnibus eatenus conſideratur agnatus
legitimus contradictor, quatenus non controvertatur,
ſed certa ſupponatur ſubſtantia feudi in genere, ſolaque
controverſia ſit ſuper accidentibus, & an agatur de feu-
do unius ac alterius naturæ.

Atque in his terminis, & cum hoc præſuppoſito
loquitur *Natta conſ.502.* in quo nimium ſe fundabat
9 agnatus, ac etiam ſuper hac auctoritate circumferre-
bantur motiva conſilii, quoniam in eo caſu non con-
trovertebatur, quod ageretur de feudo, ſed quæſtio
erat, an illud eſſet dividuum, quod alias dici ſolet
Juris Longobardorum, in quo omnes filii vel agnati
æqualis gradus ſuccederent, vel potius effectum eſſet
individuum, alias Juris Francorum ſoli primogenito
debitum, ob quandam erectionem in primogenituram,
de qua conſtabat per inſtrumentum publicum faciens
probationem probatam, unde propterea dictus Con-
ſulens infert ad regulam *dolo facis &c.* ſive ad aliam
10 receptam propoſitionem, quod ubi agitur de excep-
tione conſiſtente in puncto juris, ſeu quod alias in-
continenti cum ſola jurium ſeu documentorum inſpe-
ctione, & cum librorum apertura abſque alia extrin-
ſeca probatione decidi poteſt, dicatur exceptio incon-
tinenti probata, in poſſeſſoriis etiam & executivis ſeu
alias privilegiatis judiciis admittenda, de qua etiam
propoſitione cæteris relatis habetur *apud Gratian. diſ-
cept.740. num.48. Capyc. Latr. conſult.77. num.23. Tap-
pia deciſ.1. numer.33. Add. ad deciſ.470. part.4. rec.
tom.2.*

Et nihilominus adhuc dicti Conſulentis auctorita-
ti, ut frequentius faciendum eſt, advertebam nullate- 11
nus deferendum eſſe, cum potius per eum ſuſtineatur
punctus minus verus ſuper facultate feudatarii, qui
non ſit primus acquirens immutandi naturam feudi an-
tiqui & pactionati, illud erigendo in primogenituram,
ac faciendo individuum, quod in præjudicium alio-
rum agnatorum fieri non poteſt, ut advertitur infrà
in Taurien. ſeu Aſten. feudi diſc.107. ubi, quod magis
communiter reprobata eſt opinio *Cephali conſ.3.* qui
ſcripſit in eodem caſu, de quo agit *Natta*, cum eatenus
hujuſmodi poteſtas concedatur, quatenus, vel con-
ſuetudo ita permittat, vel ſuprema Principis auctori-
tas accedat, vel agatur de primo acquirente titulo one-
roſo liberam diſponendi facultatem erigendi primo-
genituram, ſive alias immutandi naturam feudi, aut
ordinem ſuccedendi, habentur etiam ſuprà *in Muti-
nen. Mantuana, & Parmen. diſc.9.10. & 12.* Unde al-
tior inſpectio in dicto caſu *Natta* non conſiſtebat, ut
ipſe malè opinatur, in ipſo facto erectionis primogeni-
turæ juſtificato incontinenti per inſtrumentum publi-
cum, in quo conſiſtit, ſed conſiſtebat in puncto juris,
an ſcilicet dicta primogenituræ erectio fieri potuerit
nec ne, quo caſu, vel dici poteſt incontinenti conſtare
de contrario ob regulam prohibitivam ut ſuprà, vel eſt
articulus dubius, qui aſſimilatur dubietati facti, &
conſequenter reputatur altioris indaginis, ut adverti- 12
tur *per Peregr. de fideic. art.46. num.35. Capyc. Latr.
conſult.78. num.33. Rot. deciſ.187. num.18. & 19. par-
te 10. rec. deciſ.160. num. fin. part.11. & frequenter.*
Hinc propterea ita me ſemper conſtituo in opinione
non deferendi auctoritatibus conſulentium ad pecu- 13
niam ſeu cauſæ opportunitatem, niſi bene ponderato
caſu, de quo ipſæ loquuntur, omnibuſque illius facti
circumſtantiis, & an bene vel malè loquantur, atten-
dendo, ut advertit *Cyriac. controv.50. num.3. & ſeq.* quid
dicatur, non quis dicat.

Tantum autem in hac facti ſpecie abeſſe dicebam,
ut jus agnati, qui ſe prætendebat legitimum contra-
dictorem, eſſet in propoſito clarum & incontinenti
probatum, quod potius, incontinenti conſtare vide-
retur de ejus malo jure, ſive de nimia ſui juris dubidi-
tate, tum ob ultimum ſtatum contrarium ut ſuprà, tum
etiam quia ex litteris Apoſtolicis *Pauli III.* ſub datum
17. Kal. Septembris 1538. editis motu proprio, & ex
certa ſcientia conſtat, atque ibi aſſeritur, controver-
ſum caſtrum Arquati majoribus Boſii ſecundi conceſ-
ſum fuiſſe *in perpetuum, francum, & liberum allodium
pro ſe, liberis, & deſcendentibus quibuſcumque, & qui-
bus dare vellent etiam extraneis*; Atque de jure aſſertio
facta per Pontificem, præſertim motu proprio & ex
certa ſcientia probat veritatem, eique deferendum eſt, 14
donec perfectè & concludenter probetur error ſeu fal-
ſum præſuppoſitum ex collectis *per Buratt. & Adden.
deciſ.540. & 621. Adden. ad Greg. deciſ.239. latè deciſ.
168. num.18. & ſequent. part.10. rec. & paſſim.* Multò ma-
gis dum tali narrativæ ſeu aſſertioni aſſiſtit juris præ-
ſumptio, quod ſcilicet caſtra & bona præſumuntur po-
tius allodialia quàm feudalia, ex collectis *per Apont. de-* 15
ciſ.2. Rota deciſ.93. num.29. & 31. part.5. rec. ac ſatis fre-
quenter ſuprà in aliis *hoc tit.*

Pro convincendo errore iſtius narrativæ, ex parte
agnati oppoſitoris adducebantur duæ inveſtituræ feu-
dales factæ per Ducem Mediolani, ſeu verius recog-
nitiones & præſtationes homagii erga dictum Ducem,
ita dennò inveſtientem de annis 1470. & 1477. ex qui-
bus conſtabat de formula pacti & providentiæ, adver-
sùs quas replicabatur, quod tanquam ſimplices copiæ
nullam fidem merentur, ut ultra generalia, de quibus
*gloſſ. & DD. in cap.1. de fide inſtrumentorum Maſcard.
de probat. concluſ.711. Rota deciſ.51. num.4. & 5. part.9.* 16
rec.

rec. in ſpecialibus terminis copiæ inveſtituræ feudalis ex *Mandell. conſ.* 111. *& ſequent. & Menoch. conſil.*906. *bene Rota deciſ.* 187. *num.*1. *& ſequent. part.*5. *rec.* Verùm hæc reſponſio tollebatur ex facto, dum ſupponebatur exhibitas eſſe ipſas inveſtituras authenticas.

Aliam tamen credebam eſſe ſolidam reſponſionem,
17 quod ad effectum convincendi errorem, iſte qui in dubio non præſumitur, probandus eſt plenè & concludenter, excludendo contrariam poſſibilitatem ex collectis *per Menoch. lib.*6. *præſumpt.*22. *Surd. deciſ.*104. *num.*18. *Burat. & Adden. deciſ.*592. *num.*1. *&* 4. quæ probatio in præſenti non aderat, quoniam dictæ litteræ *Pauli III.* enunciant quidem aliqua privilegia conceſſa per Duces Mediolani, tunc ſe gerentes pro Do-
18 minis Placentinæ Civitatis ejuſque diſtrictus, ſed non continent præciſam relationem ad tales inveſtituras, unde propterea dici poſſet, quod referens convinceretur à relato, dum enunciantur etiam conceſſiones Apoſtolicæ, quæ ſub hac diverſa forma fieri potuerunt, vel etiam poſtea ſub Pontificatibus, *Leonis X. Adriani VI. & Clementis VII.* qui pacificè poſſederunt poſt ceſſatam dicti Ducis poſſeſſionem potiùs intruſivam & de facto, quàm ex legitimo dominio, eodem modo, quo eundem Ducem occupaſſe & poſſediſſe civitatem Bononiæ conſtat apud *Cravettam conſ.*184. *num* 79. *lib.*2. Ideoque prorſus incongruum eſſe dicebam, ut in concurſu inveſtituræ ſeu narrativæ factæ per Papam verum dominum cum illa alterius, qui non eſt dominus, ſed intruſus, huic potiùs quàm illi deferendum eſſet; Ea etiam notabili circumſtantia accedente, quod conſtabat de ineffectuatione ſeu inobſervantia dictarum inveſtiturarum Ducis Mediolani, ob ſucceſſionem in hujuſmodi caſtro, cum ſubſecuto effectu pacificæ poſſeſſionis uſque ad obitum cujuſdam Sforzini illegitimi, qui ſine dubio attenta dictarum inveſtiturarum formula erat incapax hujuſmodi ſucceſſionis, juncta etiam ultima obſervantia ſeu ultimo ſtatu præfati ultimi poſſeſſoris, cujus obitus iſtam controverſiam cauſaverat.

Inſiſtebatur nimium ex parte dicti agnati in eo, quod conſtaret, plures alias inveſtituras & conceſſiones factas per dictum Ducem Mediolani, per Sedem Apoſto-
19 licam approbatas eſſe, atque effectum ſortitas & ſortiri de præſenti; Sed hoc non videbatur motivum in propoſito conſiderabile, quoniam multa pro bono pacis ac ſcandalis evitandis per legitimum ac verum dominum tolerantur & confirmantur, quamvis ab illegitimis & intruſis conceſſa ſint, ut habemus in geſtis *per Benedictum XIII. Antipapam, & Joannem XXII.* ac alius ſimiles, quæ fuerunt approbata, ſeu confirmata per Concilium Conſtantienſe, vel Apoſtolicas Conſtitutiones, ut apud *Roias deciſ.*335. *num.*4. *apud Coccin. deciſ.*295. *num* 11. *deciſ.*59. *part.*10. *rec. & in aliis*; Aliud enim eſt agere, an conceſſiones, aliaque geſta per hu-
20 juſmodi intruſos & poſſeſſores de facto valeant & attendenda ſint, aliud verò, an & quæ magis in concurſu prævalere debeant, geſta ſcilicet & narrata per legitimum Dominum, vel per intruſum & illegitimum, & ſic ſtant benè ſimul, ſuſtineri quidem geſta per dictos Duces, non tamen prævalere geſtis per Pontificem, vel convincere poſſe de errore dictam narrativam, quæ ex Pontificiis conceſſionibus vera eſſe poteſt, ſtante præſertim dicta obſervantia, per quam omnes difficultates ceſſare videbantur, unde propterea reflectendo etiam ad ſolam veritatem, in hoc judicio poſſeſſorio agnatus nullo modo dici poteſt legitimus contradictor.

† Eſt idem caſus de quo ſupra *diſc.*43.

CAMERINEN. JURISDICTIONIS

Pro COMITIBUS DE STELLUTIS

Cum HORTENSIO PELLEONO.

Caſus diſputatus in Camera, & reſolutus pro Pelleono.

De eadem materia, de qua ſupra in hac eadem cauſa *Diſc.*67. ſuper nullitate alienationis feudi cum aſſenſu Domini, ſi hic non accedat etiam ſuper aliquo pacto accidentali, ob cujus defectum actus corruat in totum; An id procedat ſolum in feudis, vel etiam in bonis juriſdictionalibus allodialibus Status Eccleſiaſtici, quæ per Apoſtolicas Conſtitutiones alienari prohibita ſunt.

SUMMARIUM.

1 *Caſus contraverſia.*
2 *Pacta adjecta alienationi feudi vitiant totum actum, ſi ſuper eis non adeſt aſſenſus, qui ſit præſtitus alienationi.*
3 *Quod non procedat in bonis allodialibus, & quæ non ſint feudalia.*
4 *Contrarium veriùs, ut procedat in omnibus alienationibus, in quibus eadem ratio militat.*
5 *Ubi militat eadem ratio, idem jus ſtatui debet.*
6 *Quare concluſio, de qua num.*2. *tractetur per DD. in feudis, magis quàm in aliis bonis.*
7 *Reſignatio beneficii facta cum beneplacito Apoſtolico eſt nulla in totum, ob aliqua pacta ſimoniaca, ſeu alias illicita.*
8 *In alienatione bonorum Eccleſiæ utile per inutile vitiatur, & actus corruit in totum.*
9 *Concluſio de qua numer.* 2. *procedit etiam in ſubfeudis.*
10 *Subfeuda regulantur jure allodialium, & de jure communi, non autem jure feudorum.*
11 *De alio caſu, in quo juriſdictionalia allodialia regulata ſunt jure feudorum.*
12 *Conſtitutiones Apoſtolicæ continent ſtrictiorem prohibitionem, quàm illam juris feudorum.*

DISCURSUS CV.

CUm in hac eadem cauſa diſputata *in Camera ut*
*ſupra diſc.*67. ad repellendum actorem ſe fun- 1
dantem in inſtrumento emptionis portionis hujus caſtri, ex parte illorum de Stellutis, ego pro eis ſcribens deducerem nullitatem contractus reſultantem ex Conſtitutionibus Apoſtolicis *Sixti V. Clementis VIII. & Urbani VIII.* ſtrictiſſimè prohibentibus quaſcunque alienationes bonorum juriſdictionalium in Statu Eccleſiaſtico exiſtentium, non obſtante beneplacito Apoſtolico ipſi principali contractui præſtito, ob neglectam approbationem reſervationis, nedum uſusfructus, ſed etiam dominii ſub vocabulo *patronantia*, ipſius venditoris vita durante, unde propterea juxta magis communem & receptam opinionem iſtud pactum non ex intervallo ſed contemporaneè adjectum vitiat totum actum ex deductis *per* 2
*Ponte. conſ.*12. *& de poteſt. Proreg. tit. de refutat. feudorum*, §.3. *Rovit. pragm.* 4. *de feud. num.*9. *cum ſeqq. Marcian. diſput.*80. *Franch. deciſ.* 126. *Hodiern. ad Surd. conſ.*173. *num.*9. *Salgad. in labyrint. part.* 1. *capit.* 34. *num.*22. *&* 23. *ac alios de quibus dicto diſc.*67. apud quos promiſcuè agitur, tam de pacto de retrovendendo, quàm de reſervatione uſusfructus aut ſimili conventione, quæ ipſius feudi onus, ſervitutem, vel diviſionem importet; Tribunal verò, ut ibi inſi-

nuavi, admittendo concluſionem eſſe veram in feudis,
3 de quibus allegati loquuntur, crediderit eam non ap-
plicari ad caſum controverſiæ, in quo agitur de bo-
nis allodialibus, quamvis juriſdictionalibus nullam ha-
bentibus qualitatem feudalem, niſi illam remotam &
impropriam, quæ conſideratur pro alto dominio, &
ſuperioritate Papæ, ut frequenter in aliis *hoc titulo*, in
propoſito hujuſmodi caſtrorum & bonorum juriſdi-
ctionalium Status Eccleſiaſtici ſub natura allodii ma-
gis quàm feudi, quæ propterea certum eſt non re-
gulari jure feudorum, ſed jure communi adinſtar
aliorum bonorum indifferentium, & conſequenter
intrare terminos *capit. Imperialem de prohibita feu-
di alienatione per Feder.* cum quibus ſuperius allega-
ti, & cæteri procedunt, fortius vero Regnicolæ cum
terminis Conſtitutionis *Conſtitutionem Divæ memo-
riæ* dictam alienandi prohibitionem magis ampliantis.

Conceſſâ vero nova audientia, cum ſenſu etiam
veritatis, dicebam pro meo judicio iſtud videri æqui-
4 vocum clarum, quoniam concluſio prædicta non pro-
venit ex peculiari qualitate feudorum, in quibus an-
tequam ederetur *dict. cap. Imperialem de prohibit. feud.
alienatione per Federicum*, hæc non procedebant, ſed
provenit ex ipſa prohibitione, quæ facit ut bona pro-
hibita efficiantur differentia, & extra commercium
qualiacumque ſint; atque vis ſeu ratio concluſionis
non conſiſtit in qualitate feudali, ſed in infectione
actus ob defectum beneplaciti, quod ſub decreto irri-
tanti requiritur, ut illud intervenire debeat, ne dum
in ipſo contractu, ſed in omnibus aliis pactis, con-
ventionibus & oneribus, ubi hæc non adjiciuntur ex
intervallo, ſed contemporaneè, & correſpective tan-
quam per unicum actum, idque propter individuum
voluntatis, quam abeſſe præſumitur in totum, niſi
contractus in omnibus ejus partibus impleatur, atque
hæc eſt ratio generalis dictæ concluſionis generaliter
proinde procedere debentis in omnibus caſibus & con-
tractibus, quibus eadem ratio convenit ex vulgari
5 axiomate, ſuper quo plura colligit *Barboſ. axiom.* 197.
num. 3. *& ſeqq.* ut ubi eadem eſt ratio, idem jus ſtatui
debeat; Et ſic ut idem dicendum ſit in alienationibus,
aliiſque contractationibus bonorum quæ ſubjacent fi-
deicommiſſis, & majoratibus expreſſam nedum legis,
ſed etiam hominis prohibitionem habentibus, & de
quibus principaliter agi profitentur *Salgad. ubi ſupra,
& alibi in eodem tract.* ac cæteri apud eum, pacifican-
do generaliter terminos feudorum cum illis majora-
tuum, ac etiam officiorum aliorumque jurium Re-
galium, necnon beneficiorum Eccleſiaſticorum & ſi-
milium bonorum differentium extra commercium exi-
ſtentium, in quibus eadem militet ratio, cum fre-
6 quentius agatur de feudis, quia in iſtis eſt antiquior
prohibitio, moderno ſolum tempore introducta in hu-
juſmodi bonis juriſdictionalibus allodialem magis
quàm feudalem naturam habentibus, dum id origi-
natum eſt à *Conſtit.* 3. *Sixti V.* quæ neque generalem
prohibitionem continet, ſed reſtrictam ſolum ad tres
contractus venditionis, donationis, & permutationis,
ampliatam deinde per *Clement. VIII.* & alios ſuc-
ceſſores Pontifices, Prout in primogenituris, fideicom-
miſſis & majoratibus modernus eſt uſus illarum pro-
hibitionum hominis, quæ inficiunt actum ipſo jure,
potiſſime in Hiſpania, ubi cum majoratus facerent il-
lam figuram, quam in Italia & Germania faciunt
feuda dignitatis, prohibitiones reſultant magis ab au-
ctoritate Regia, per viam legum generalium, vel par-
ticularium adjectarum in ſingulorum majoratuum ere-
ctionibus quam ex ipſorum teſtantium diſpoſitioni-
bus, ideò non mirum ſi antiquiores de feudis ſolum
loquuntur, quia tunc in eis tantum frequentius hujuſ-
modi quæſtiones cadebant ob non adhuc uſu receptam
ſeu introductam talem prohibitionem etiam in allo-
dialibus.

Unde etiam in beneficialibus, nedum prohibita eſt
ipſa reſignatio ad favorem abſque Apoſtolica auctori-
tate ſub reſervatione penſionis, aut alia conventione
temporanea, quæ ſimoniaca remanet, ſed ſi tam reſi-
gnatio quam ipſa penſionis reſervatio fiunt cum Apo- 7
ſtolica auctoritate, quæ tamen non interveniat in ali-
quo pacto accidentali, puta extinguendi penſionem
pro certa ſumma, ſive præſtandi cedulam bancariam,
aut quid ſimile, adhuc actus vitiatur in totum, atque
cenſetur ſimoniacus, ut cæteris deductis firmatur *in
Toletana Archipresbyteratus* 13. *Junii* 1657. *coram Al-
bergato* & admittitur *in aliis ejus revocatoriis* 3. *Junii*
1658. *&* 10. *Martii* 1659. *coram eodem, quæ* duæ poſterio-
res ſunt impreſſæ *poſt Zuffum de legitim. proceſſ. de-
ciſ.* 40. *&* 43. dum à prima receditur ex ſola cir-
cunſtantia facti quod narratum eſſet Papæ id ap-
probanti, ſed non legeretur in litteris, quia de ſtylo
officiales Datariæ in ſupplicationibus ſolent hæc can-
cellare, ut habetur *in eadem cauſa Toletana ſub tit. de
beneficiis.*

Ac etiam habemus frequens in materia alienationis
bonorum Eccleſiæ juxta terminos *extravag. Ambitioſæ* 8
de rebus Eccleſ. non alienan. quod utile per inutile vi-
tietur, atque actus totus corruat etiam in parte licita
ob mixturam conventionis, illicitæ quamvis ſuper
contractu principali adſit beneplacitum, idque ob in-
dividuum voluntatis, quoties alia conventio eſt con-
temporanea ex collectis *per Molinam & add. de primo
lib. cap.* 21. *num.* 28. *Merlin. deciſ.* 826. *num.* 3. *Rot. in
Boianen. affictus* 5. *Junii* 1662. *Albergato & frequenter*,
& conſequenter ſive agatur de feudis, ſive de quibuſ-
cumque aliis rebus eamdem prohibitionem habenti-
bus, eadem ratio.

Et probatur ex eo quod dicta concluſio recepta eſt
etiam in feudis planis & de tabula, ut tanquam abſo-
lutum habetur *apud Franch. dict. deciſ.* 136. *num.* 5. *&
apud Hediern. dict. deciſ.* 173. *num.* 11. & tamen hæc
ubi ſunt purè & ſimpliciter talia, non autem quater-
nata juxta ſubfeudorum diſtinctionem, de qua ſupra 10
in Mantuana diſc. 7. regulantur jure bonorum allodia-
lium indifferentium, non autem jure feudorum ex de-
ductis per *Rovit. deciſ.* 42. *numer.* 1. *& per tot. cum aliis
dict. diſc.* 7.

Atque magis ad rem, & in terminis ſpecialibus bo-
norum juriſdictionalium Status Eccleſiaſtici haben-
tium dictam prohibitionem, quod circa beneplaci- 11
tum ponderari, ac attendi ſoleant ea quæ per feudiſtas
circa aſſenſum ponderantur, inſinuabam rigorem cum
quo in propoſito idem Tribunal proceſſerat *in Civi-
tatis Caſtelli Juriſdictionis de qua ſupra diſc.* 66. cum
modernæ præſertim Conſtitutiones Apoſtolicæ circa
hujuſmodi bonorum alienationis prohibitionem la-
tius patere videantur quam *d. l. Imperialem*, dum ne- 12
dum graviores pœnæ adjiciuntur, atque prohibitio
extenditur ad contractus forſan ſub dicta lege non
comprehenſos, ſed etiam prohibetur ipſe tractatus
alienandi vel contrahendi, ideoque dicebam contra-
riam reſolutionem negantem præfatæ concluſionis ap-
plicationem ad caſum; Verùm repropoſita cauſa, ad-
huc perſtitum fuit in deciſis ex eodem fundamento
quod doctrinæ loquantur de feodis, & quod hæc ſint
bona allodialia, & tamen ſupra *in Civitatis Caſtelli
diſc.* 66. idem Tribunal in materia invaliditatis aſſen-
ſus ſeu beneplaciti Apoſtolici proceſſit cum feudis,
& cum longe majori rigore, Talia ſunt fata cauſa-
rum, quæ quotidiè experimur ex ingeniorum varie-
tate, unde propterea non immerito licium & cauſa-
rum eventus inter caſus fortuitos numerari in quando-
que ſolent.

† Agitur de his ſupra *diſc.* 67.

NEAPOLITANA CONCURSUS CREDITORUM

Pro CARDINALI ET FRATRIBUS DE RAGGIIS

Cum ALIIS CREDITORIBUS.

Caſus deciſus per S. Conſilium Neapolitanum pro Raggiis.

De aſſenſu ſuper obligatione feudorum dignitatis, An & quando præſtari poſſit in Regno Neapolitano per illius Proregem, vel præſtari debeat per Regem.

Et aliqua de feudo empto de aliena pecunia in perſona alterius, cujus fiat, an domini pecuniæ, vel ejus ſub cujus nomine emptum eſt, ita ut intret nec ne regula *plus valere quod agitur, &c.*

Et an in feudis intret ſeparatio bonorum in concurſu inter creditores hæredis cum aſſenſu, & creditores defuncti ſine aſſenſu.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries cum punctis diſputatis.*
2 *Deciſio cauſæ.*
3 *Debita contracta per hæredem gravatum de ordine, & præcepto teſtatoris dicuntur eſſe ipſius teſtatoris.*
4 *Creditores defuncti etiam poſteriores, vel in ſola perſonali præferuntur creditoribus hæredibus, quantumvis anterioribus, & privilegiatis, ac etiam legatariis.*
5 *Quod procedat etiam in feudis.*
6 *Contrarium verius, quod in feudis non habeat locum beneficium ſeparationis bonorum.*
7 *Idem in officiis remiſſivè.*
8 *Emptio facta per unum nomine alieno, & ad illius commodum illi acquiritur.*
9 *Fallit in feudis in quibus attenditur nudum factum, non admittitur ſimulatio.*
10 *Quid de hærede gravato acquirente bona cum pecunia hæreditaria.*
11 *Quid importet declaratio, ſeu recognitio veritatis, & ceſſio, quam acquirens faciat ad beneficium domini pecuniæ.*
12 *Prorex Regni Neapolitani dare non poteſt aſſenſum ſuper alienatione, vel obligatione feudorum titulatorum.*
13 *Declaratur quomodo, & quando id procedat.*
14 *Gratiæ, & proviſiones in Regno Neapolitano debent expediri in forma privilegii & executoriali infra annum.*
15 *Declaratur quando id procedat.*
16 *De geſtis per officiales ita publicè gerentes, quod ratione publicæ fidei ſubſtineantur.*

DISCURSUS CVI.

1 DE Anno 1608. Paris Pinellus, de pecunia Cardinalis Pinelli patrui emit feudum ſeu Statum Civitæ Sancti Angeli in Aprutio pro pretio ducatorum 120. m. deinde vero de anno 1611. mortuo Cardinali perfecit emptionem feudorum Aquævivæ, & Joviæ ab ipſo Cardinali vivente tractatam & concluſam, atque ab eodem moriente demandatam tam pro pretio ducatorum 350. m. in quorum partem in ſe accollavit tot debita Ducis Hadriæ venditoris in ſumma ducatorum 156. m. Cum autem de anno 1618. dictus Paris obiiſſet abſque filiis, unde propterea factus eſt caſus ſubſtitutionis per dictum Cardinalem ordinatæ ad favorem lineæ Joannis Auguſtini Pinelli, atque ob diminutionem valoris dictorum feudorum Joviæ & Aquævivæ, nec non ob augmentum debiti ex fructibus interim decurſis, dicti creditores accollati regreſſum quoque habuiſſent ad dictum Statum Civitæ Sancti Angeli; Hinc propterea exorta inter eos, ac Mutium Pinellum dicti Joan. Auguſtini filium & Cardinalis hæredem fideicommiſſarium lite in S. Conſilio Neapolitano, duæ ex parte dicti fideicommiſſarii opponebantur exceptiones, Primo quod iſte Status utpote emptus de pecunia Cardinalis ad ejus commodum, & incommodum, ut idem Paris agnoverat & declaraverat, ad dictam hæreditatem ſpectaret, ideoque vel non eſſet affectus debitis dicti Paridis ut ſupra occaſione dictæ alterius emptionis poſt mortem Card. contractis, vel quod ex beneficio ſeparationis bonorum potior eſſet conditio ipſius Mutii ejuſdem Cardinalis creditoris, quamvis ſine regio aſſenſu; Et ſecundo, quod cum fundamentum creditorum conſiſteret in Regio aſſenſu, cujus ratione prætendebant antelationem creditoribus defuncti ſeu alii anterioribus creditoribus ejuſdem Paridis, tale fundamentum corrueret ex defectu aſſenſus utpote præſtiti per Proregem, cujus poteſtas *ex pragm.4. de feudis cap.9.* non ſe extendit ad feuda dignitatis ſeu titulata, tam circa alienationem quam circa obligationem; cumque inter dictos creditores adeſſent Cardinalis ac alii fratres de Raggiis, ex parte dicti Cardinalis ſuper præmiſſis difficultatibus, de proprio ſenſu conſultus fui.

Reſpondi non omnino tutum & adæquatum judicium in iſtis illorum Tribunalium particularibus materiis dari poſſe per tunc verſantem Romanam Curiam continuato ſpatio annorum 20. prævia etiam abſentia ab illis Tribunalibus quorum praxi adoleſcens incubueram alio ſpatio annorum quinque, in quibus in morbum thyſis verè prolapſus dictam civitatem deſerere atque ſub nativo aëre vivere ex medicorum conſilio coactus, in munere prius Vicarii Capitularis, deinde Generalis occupatus, cum conſueto patrio otio, in facilibus ac planis materiis Eccleſiaſticis verſatus fueram.

Ut autem adeo benevolo, & tali quali notitia quam dicta adoleſcentiæ praxis, ac librorum revolutio præbere poterant, Reſpondi, etiam cum ſenſu veritatis, dictas exceptiones parum relevantes videri, atque juſtitiam creditoribus aſſiſtere, prout eventus comprobavit, nam ita de anno 1665. per S. Conſilium favore creditorum judicatum fuit, & de qua deciſione teſtatur modernus elaboratis *de Luca Melphienſis in additionibus ad Franch. deciſ.75. num.16.* atque deciſio mihi viſa eſt juſta & probabilis. 2

Expendendo igitur dictas exceptiones, quatenus pertinet ad primam omnis difficultas ceſſare videbatur ex ſolo facto, quoniam dictam ſecundam emptionem feudorum Joviæ & Aquævivæ ab ipſo Cardinali vivente præparatam, de ejuſdem præcepto dictus Paris hæres perfecerat, & conſequenter iſtud dicendum etiam veniebat debitum dicti Cardinalis ejuſque hæreditatis, *ad text. in l. filius familias, §. divi, ff. de leg.1. & leg. peto §. prædium, ff. de leg.2. cum concordan. collectis per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 541. num.1.* & cæteris allegatis firmatur, *per Rotam. in Bonon. pecuniaria 2. Maii 1661. coram Albergato impreſſ. poſt Rodriquez. de concurſu credit. deciſ.25. & in eadem 12. Martii & 19. Junii 1662. coram Emerix*, & habetur pluries deductum *ſub titulo de fideic.* præſertim *in Bononien. ſeparationis bonorum de Dondinis*, & in aliis, quia idem eſt æs alienum contractum eſſe ab ipſo fideicommittente, ac ab hærede gravato de ejus ordine ſeu mandato. 3

Et nihilominus, ubi etiam hæc facti circumſtantia ceſſaret, ita ut iſtud eſſet debitum præfati Paridis hæredis gravati, non autem Cardinalis teſtatoris, quodque admitteretur dictum feudum ſeu Statum Civitæ Sancti Angeli utpote emptum de pecunia Cardinalis, ac ad ejus commodum & incommodum, ſibi ejuſque hæreditati acquiſitum eſſe, adhuc tamen potior remanebat conditio dictorum creditorum hæredis cum aſſenſu, quàm creditorum teſtatoris ſine aſſenſu; Licet enim

enim receptum juris principium ſit, ut ex beneficio ſe-
4 parationis bonorum , in bonis allodialibus & indiſ-
ferentibus , creditores defuncti quamvis poſteriores,
vel in ſola perſonali in iſtius bonis vincant credito-
res hæredis quantumvis hypothecarios , anteriores &
privilegiatos *l. 1. & tot. tit. ff. de ſeparat. bonorum*
Franch. deciſ. 374. Surd. deciſ 310. quod etiam ad le-
gatarios quamvis conditionales purificata extenſione
extenditur ut *deciſ.269. part.6. deciſ.17. part.7. rec. &*
pluries.

Quod procedere etiam in feudis ſuſtinent *Anna* &
cæteri apud *Capyc. Latr conſult.99.* ubi partes credi-
torum defuncti latè ſubſtinere conatur , attamen in
5 feudis hujus Regni Neapolitani , magis probabilis vi-
detur , atque in illis Tribunalibus recepta eſt contra-
ria opinio quam cæteris relatis ſubſtinent *Joan. Andr.*
6 *de Georgio alleg.18. & Theodor. alleg.83.* ut in feudis lo-
cum non habeat d. titulus *de ſeparatione bonorum* , ſed
regulando ſolam anterioritatem ab aſſenſu , ex d to-
tes hæredis illum habentes vincant creditores defun-
cti illum non habentes vel habentes poſteriorem , cum
regula *cap. qui prior* , ab aſſenſus tempore normam re-
cipiat, quoniam ille eſt qui animat & informat actum,
7 atque jus reale in hujuſmodi bonis prohibitis impri-
mit ; Quod etiam Curiæ praxis docet in officiis ve-
nalibus , in quibus ille qui habet reſervationem de-
creti , quæ ubi datur habentibus jus crediti , non au-
tem dominii , idem eſt ac aſſenſus ſuper feudis , eſt
omnibus potior ac primum locum obtinet , ut pluries
in ſua materia officiorum *ſub tit. de Regaliis* , cum ſi-
milibus.

Præterea obſervabam hæc deduci ad ſuperabundan-
tiam , cum non ſubſiſteret facti præſuppoſitum , ut
hoc feudum ex dicta prima acquiſitione proveniens
eſſet in dominio Cardinalis ejuſque hæreditatis , dum
non ſub ejus nomine , ſed ſub illo Paridis illud cum
Regio aſſenſu emptum fuerat , ipſeque Paris in quin-
8 ternionibus Regiæ Curiæ inter feudatarios deſcriptus.
Quamvis enim in rebus allodialibus indifferentibus
locum habeat *tit. plus valere quod agitur , quàm quod ſi-*
mulatè concipitur, proindeque acquiſitiones per aliquem
de aliena pecunia, & ad commodum ipſius Domini pe-
cuniæ, ita declarante acquirente factæ illi acquirantur,
ex deduct. per Cavaler. deciſ.221. & 243. Burat deciſ. 153.
part.7. rec & frequenter.

Attamen id non procedit in feudis in quibus ſpe-
ctatur nudum factum , illeque dicitur feudatarius ſub
cujus nomine feudum acquiſitum eſt , & quem Rex
9 habet deſcriptum in ſuis quinternionibus , qui ſolum
remanet domini pecuniæ debitor, ſive quoad ejus præ-
judicium pati tenetur , ut Dominus pecuniæ ad cujus
commodum verè ac realiter acquiſitio facta eſt, habeat
ipſius feudi tenutam ac facultatem percipiendi fructus
& emolumenta , jure tamen ſimplicis commoditatis,
prout nudi facti eſt , non percutiendi ipſius feudi ſub-
ſtantiam , neque jus in illo vel ad illud tribuentis , ut
cæteris relatis *Apone conſ.45. num.14 & ſeq. lib.2. Ga-*
leot. lib.1. controv.28. num.16 & ſeqq. de Marin. reſol.38.
lib.2. Rot. in Roſſanen. decimarum coram Bichio impreſſ.
apud eundem Marin. ubi ſupra , & repetita 100 part.9.
recent. ac habetur pluries in præcedentibus inſinuatum,
unde propterea dicta hæreditas Cardinalis remanebat
ſolùm creditrix Paridis hæredis gravati in dicta pecu-
nia , eodem modo quo , etiam in bonis allodialibus &
indifferentibus , hærede gravato acquirente ad pro-
prium nomen bona de pecunia hæreditaria , ipſa bona
efficiuntur de ejus dominio ipſo remanente ſolùm de-
10 bitore fideicommiſſi in dictæ pecuniæ reſtitutione,
quod ſolum limitari ſolet , ubi præcedit expreſſum te-
ſtatoris præceptum de inveſtiendo pecuniam hæredita-
riam ad commodum hæreditatis ex collectis *in Cataen.*
coram Cerro deciſ 308. num.3. & ſeqq. part.11 recent. & ha-
betur in ſua materia *ſub tit. de fideicommiſſ. in eadem Ca-*
taen. & in aliis frequenter.

Neque præmiſſis obſtare videbatur , quo idem Pa- 11
ris facta acquiſitione prædicta , & agnoſcendo verita-
tem illico præfati Cardinalis patruo ceſſiſſet dicti feu-
di regimen , adminiſtrationem , juriſdictionem , ac
fructus & emolumenta , quoniam ut habetur ſupra *in*
Tiburtina caſtrorum diſc.62. & in Romana ſeu Status Ec-
cleſiaſtici infeudationum diſc.61. & in aliis , hujuſmodi
ceſſiones non tangunt ſubſtantiam feudi , neque domi-
nium aut aliud jus reale ceſſionario tribuunt , ſed ſo-
lum important dictam commoditatem , ut nudi facti
eſt , quod etiam in ſpecie advertitur *in dicta Roſſanen.*
coram Bichio, ac apud Marin. & aliis ubi ſupra.

Quare difficultas reſtringi videbatur ad ſecundam
exceptionem ſuper prætenſa invaliditate aſſenſus ex
defectu poteſtatis Proregis , ejuſque collateralis Con- 12
ſilii, dum agebatur de feudo titulato ſeu dignitatis, ſtan-
te diſpoſitione *dicta pragmat.4. de feudis cap.9. edita de*
anno 1531.

Iſtud verò objectum mihi bene tolli videbatur cum
reſponſione data per iſtorum creditorum Advocatos,
quod ſcilicet dicta pragmatica moderata eſſet per
aliam *pragm.17. eod. tit. de feudis editam de anno* 1561. 13
ut dictus defectus poteſtatis percuteret formalem alie-
nationem feudorum titulatorum per viam tranſlatio-
nis dominii , non autem eorum obligationem , ut ex
contextu dictæ pragmaticæ clarè patet , & de qua ha-
bilitatione mentionem facit *de Marin. reſolut.32. in*
princ. l.2. Et quamvis per litteras Regias expeditas de
anno 1578 & in Regno publicatas de anno ſequenti,
denuo hujuſmodi facultas reſtricta fuerit , reſtituendo
priſtinam prohibitionem , unde propterea *per pragm.21.*
de feudis ſtatutum eſt , ut ex tunc in aſſenſibus in fu-
turum præſtandis apponeretur clauſula *exceptis feudis*
titulatis , quæ ſemper ſubintelligeretur quamvis appo-
ſita non eſſet , nihilominus ob novam gratiam ſuper-
ventam de anno 1586. de qua mentionem faciunt *Tap-*
pia l.6. juris Regni tit.22. in annot. ad Pragm.27. de feu-
dis , & cæteri Regnicolæ , eadem poteſtas quoad obliga-
tionem tantùm , non autem quoad alienationem rein-
tegrata fuit.

Remanere ſolùm videbatur difficultas, quod iſta no-
va gratia utpote non executoria, infra annum vim non
haberet , potiſſimè quia neque deſuper expeditum fue- 14
rat privilegium in forma Regiæ Cancellariæ juxta *pra-*
gmat. primam de privileg. & pragm.3. de fide memorial. &
de quibus habetur etiam actum per Rotam occaſione
Regii aſſenſus *in Romana cenſus ſeu depoſiti coram Du-*
nozetto inter ſuas deciſ.604. & 622.

Verùm non videbatur relevans difficultas, quoniam
hæc procedunt in gratiis & aſſenſibus particularibus
conceſſis ſuper certis negotiis ad inſtantiam privato- 15
rum , non autem ſuper decretis & proviſionibus edi-
tis per viam legis generalis , ut advertitur per *Larat.*
conſ.2. num.47. & Theodor. alleg.53. num.7. cum ſeqq.
Quod in ſimili habemus *in regula Cancellariæ de non*
judicando juxta formam ſupplicationis litteris non expedi-
tis , quia procedit in gratiis particularibus ob jus offi-
cialium Cancellariæ, non autem in iis quæ decernuntur
per viam legis ſeu proviſionis generalis.

Et quoad executoriationem infra annum , illa im-
plicitè ac de facto ſatis ſequota erat cum tot multipli-
catis actibus tam longo temporis ſpatio & cum adeo
longæva & continuata obſervantia, & tamen ubi etiam
de hac poteſtate , attenta formula ſeu verbis decreto-
rum dubitari poſſet pro actibus futuris , nullatenus ta- 16
men veniebat de præteritis ; Tum ex regula *text. in l.*
Barbatius , ff. de offic. Prætoris ; Tum quia injuſtum eſ-
ſet ac irrationabile , ut ſub hac bona & publica fide
contrahentes ita decepti remaneant , ex deductis in
propoſito per *Apont. conſ.1. vol.1. num.36. & ſeqq. &*
latè in allegationibus impreſſis in addit. ad deciſ. Sanfe-
licis fol.43. num.24. & 25. Ac etiam quia ubi aliquis
officialis publicè & palam , ac per plures actus reitera-
tos aliquid gerit , præſumitur quod ſufficientem ha-
beat

beat à Principe auctoritatem expreſſam vel tacitam, ut ſatis bene *Bald.* qui dicit notandum & menti tenendum *in l. exemplo ad fin. verſ. extra quæritur, C. de probat. Felin. in cap. cum inter num.11. verſ. limita de offic. legat. Pariſ. conſ.104. num.54.lib.1. Gabriel. de probat. concluſ.4. num.11. adden. ad deciſ. ult. num.11. de conſuetud. in novis*; Fuit hæc de primis adnotariooibus ad propriam inſtructionem, & memoriam editis, ſed ex inadvertentia Amanuenſis ejus impreſſio inter primas neglecta fuit.

De contentis in hoc diſc.106. plenè agitur per *Caſar. de Afflict. controv.*40. qui fuit cauſæ Advocatus in partibus; Cumque agatur de legibus localibus quæ in dies, vel ob diverſaio praxim, ſeu ob novas gratias, & proviſiones variantur; idcircò materia remanet incapax regulæ certæ & generalis; atque incongruum videtur, ut ii, qui in diverſo Principatu, diverſiſque Tribunalibus verſantur, nimium ſe diffundant, ſed deferendum eſt verſatis in Regione, illiſque Tribunalibus.

TAURINEN.

Seu ASTEN. FEUDI

Pro COMITIBUS MONASTEROLI DE SOLARIO;

Cum COMITE JOANNE BAPTISTA ETIAM DE SOLARIO.

Reſponſum in cauſa vertente in Senatu Pedemontano.

An & quando feudum ſit alienabile in præjudicium agnatorum, & præſertim an alienari poſſit in agoatos comprehenſos in inveſtitura remotiores in præjudicium proximorum; Et qátenus oon, infra quantum tempus jus petendi revocationem alienationis præſcribatur; Et de probatione proximitatis ſeu agnatitiæ qualitatis.

Et incidenter aliqua de differentiis in hoc propoſito inter feuda regulanda ad terminos juris communis feudorum, & feuda Regnorum utriuſque Siciliæ.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De qualitate feudorum utriuſque Siciliæ, ut non regulentur jure communi feudorum, & de pluribus differentiis inter hæc feuda & alia.*
3 *De punctis ſeu inſpectionibus controverſia.*
4 *De probatione reſultan • à ſacramento feudatarii.*
5 *Quando & ad quem effectum dicta, vel ſimilis probatio generica attendatur.*
6 *Quando proximitas vel deſcendentia ſit ſpecificè probanda per gradus diſtinctos.*
7 *De eadem materia probationis deſcendentia vel conjunctionis in materia jurispatronatus, vel fideicommiſſi, & quando requiratur ſpecifica per gradus diſtinctos, & quando ſuffi iat generica.*
8 *Quod feudatarius poſſit diſponere de feudo in agnatum remotiorem excluſi proximiore.*
9 *Contrarium verius, ac declaratur quando id liceat.*
10 *An feudum antiquum dividuum poſſit erigi in primogenituram remiſſivè.*
11 *De rationibus ob quas non competit facultas de qua num. 8.*
12 *De differentia inter fideicommiſſum conſervatorium & fideicommiſſum reſtitutorium, & quando gravatus poſſit diſponere in remotiorem in genere.*
13 *Facultas data per teſtatorem deſcendentibus alienandi inter ſe ſe, quomodo intelligenda ſit.*
14 *Ubi conceſſio eſt pro hæredibus & ſucceſſoribus, feudum eſt alienabile & liberæ diſpoſitionis.*
15 *Declaratur quomodo & quando id procedat.*
16 *De feudis mixtis, & quæ qualitas hæreditaria requiratur.*
17 *Quod per clauſulas* ad habendum, *&* quicquid placuerit *feudum fiat alienabile.*
18 *Declaratur quando dicta clauſula id operentur, & quando non.*
19 *Stant ſimul feudum eſſe reſtrictum ad certum genus vel tempus, & interim eſſe alienabile.*
20 *An in hoc differant diſpoſitio per contractum, vel per ultimam voluntatem, & an pervertatur vel non pervertatur natura feudi.*
21 *Quod ubi in inveſtitura eſt præſcriptus ordo ſuccedendi, ille non poſſit alterari, & quid operentur clauſula dantes facultatem alienandi.*
22 *An facultas data dividendi vel alienandi inter ſeſe tollat ordinem ſucceſſionis.*
23 *De decretis Ducalibus Sabaudiæ ut pro debitis feudatarii feuda pacti & providentiæ alienentur.*
24 *De Bulla Baronum poteſt excipiendo opponi coram quocumque judice.*
25 *De aliquibus ponderationibus ſuper feudi alienabilitate.*
26 *Infra quantum tempus agnatus debeat revocare alienationem factam in alium agnatum, & de materia remiſſive.*

DISCURSUS CVII.

De anno 388. Amadeus de Sabaudia *Princeps Achaiæ* nuncupatus poſſidens caſtrum *Caſalis Graſſi*, emptionis titulo quæſitum ab illis de Romagnano & de Provano, ſub reſervarione beneplaciti Comitis Sabaudiæ, ac jurium feudi directi dominii & ſuperioritatis, caſtrum prædictum conceſſit in feudum, pro medietate Joanni Philippo & Agaſſino fratribus de Solario, & pro alia medietate Philippo etiam de Solario prædictorum conſobrino condominis loci Morettæ, pro ſe eorumque hæredibus & ſucceſſoribus, cum clauſulis *ad habendum, & quicquid placuerit perpetuo facien.* & cum promiſſione evictionis pro convento pretio ſub *introgii* ſeu *introgiorum* vocabulo explicato, florenorum 6500. auri ad rationem ſolidorum 32. Viennen. pro quolibet floreno, ſub diverſis pactis, & conditionibus, præſertim ad rem facientibus, quod conceſſio intelligatur pro liberis & deſcendentibus maſculis, legitimis, & naturalibus, fœminis omninò excluſis, & cum reciproca, tam inter deſcendentes cujuſtibet lineæ diſcretive, quam de linea ad lineam, excluſis etiam profitentibus in Religione, quibus omnibus defectis reveiteretur ad concedentem; Adjecta etiam facultate dividendi feudum prædictum ioter ſeſe, atque per diviſionem, ſeu aliter uni, vel pluribus in toto, vel in parte adjudicandi, itaut qui habuerint teneantur ad ejus onera proportionabiliter, & qui non habuerint ſint exempti; Cum autem quædam dicti caſtri portio poſſideretur per Comitem Joannem Paulum Solarium, hic de menſe Aprilis 1665. illam cum quibuſdam oneribus donavit Comitibus Monaſterioli etiam de Solario, quos ipſe donator cum juramento aſſeruit eſſe agnatos & de eadem deſcendentia ſucceſſionis dicti feudi capaces, quales etiam dicti donatarii ſe probarent, unde poſſeſſionem adepti ſunt, atque ſequuta dicti donatoris morte in proximo menſe Junii, Comes Franceſchinus de Solario, qui ſe proximiorem agnatum prætendebat, agnoſcendo per actum extrajudicialem dictam ſucceſſionem, ac jus revocandi, proteſtatus eſt ex juſtis cauſis tunc impedientibus deducere non poſſe ejus jura ſuis debitis & opportunis temporalibus deducenda, quæ moriens de anno 1657. renunciavit Comiti Joanni Baptiſtæ filio, qui poſt plurium annorum ſilentium, de anno 1664. judicium

dicium deſuper inſtituit in eo celebri Senatu Pedemontano, unde deſuper ex parte dictorum Comitum reorum conventorum conſultus ad cauſæ opportunitatem, cum præſertim ex parte eorum Agentis expreſſa eſſet ſpes per ipſos concepta de me tanquam Regnicola, ob magnam feudalis materiæ peritiam, quæ in ea regione habetur.

Dixi in hac parte, quod licet verum ſit præſuppoſitum magnæ peritiæ & doctrinæ Regnicolarum utriuſque Siciliæ in hac feudali materia, nihilominus eorum doctrina & auctoritas in propoſito parum, aut nihil prodeſſe poterat, ob magnam illorum feudorum
2 alterationem, & ſucceſſivè differentiam cum aliis feudis, quæ juxta generales conſuetudines, ſeu jus commune feudorum regulanda ſunt, & quod jus quodammodo omnino exulare videtur ab illis feudis, quæ cum particularibus ipſorum Regnorum Conſtitutionibus, Capitulis, Pragmaticis & gratiis fere in omnibus regulentur. Præſertim verò ibi omnino extraneæ remanent quæſtiones in hac facti ſpecie cadentes, tam circa facultatem alienandi inter agnatos, quam circa facultatem revocandi alienationes jure agnationis, vel proximitatis competentem, cum per Conſtitutionem accipientem *Conſtitutionem divæ memoriæ*, excepto ſulo caſu refutationis puræ, & non pactionatæ in proximè ſucceſſurum, non detur valida alienatio, vel diſpoſitio ſine Regio aſſenſu, quo deficiente, facultas revocandi ipſimet alienanti expreſsè conceditur, in viridi obſervantia exiſtens, eo autem accedente non datur caſus revocationis faciendæ per agnatos jure agnationis & inveſtituræ, præſertim in hoc Regno Siciliæ citerioris ob annexam qualitatem hæreditariam; Unde hujuſmodi quæſtio aliquando cadere poteſt in altero Regno Siciliæ ulterioris, in feudis tamen antiquis habentibus formam pacti, & providentiæ, quæ ibi *forma ſtricta* nuncupatur; prout non cadunt quæſtiones in hujuſmodi Pedemontanis, aliiſque ſuperioribus Italiæ partibus frequenter contingibiles, ſuper ſucceſſione ad defectam portionem feudi per plures poſſeſſi, cum ibi, vel ob dictam Conſtitutionem *Conſtitut. Divæ memoriæ*, juxta unam opinionem, vel de conſuetudine juxta alteram omnia feuda effecta ſint individua cum ordine primogenituræ per unam tantum perſonam poſſidenda, atque, ut ibi dicitur, *Juris Francorum*; Et ex quo reſultat raro, vel unquam ibi diſputari quæſtiones ſuper difficili modo probandi agnationem ſeu majorem, vel minorem proximitatem, ut in iſta controverſia ſequebatur, ſtante ordine lineari primogenituræ, cadentibus ſolum aliquando quæſtionibus circa concurſum plurium prærogativarum reſpectivè, lineæ ſcilicet, ætatis, gradus, & ſexus juxta caſum, de quo ſupra *in Panormitana diſc.*13. cum præſuppoſito tamen certæ probationis attinentiæ omnium concurrentium per gradus diſtinctos, præſertim verò in hoc Regno citra, ubi ſucceſſio nimium reſtricta eſt collateralium ad ſolum tertium gradum civilem, ex gratiis ampliata ad quartum æqualem, vel inferiorem, non autem ſuperiorem, & cum aliis reſtrictionibus, unde propterea non datur caſus, quod incerta ſit probatio conjunctionis per gradus diſtinctos; atque jus prothomiſeos, ſeu prælationis datur magis ex ſtylo, ſeu quadam æquitate juxta ea, quæ habentur ſupra *in Montis peluſii diſc.*36. quam ex illa ratione facultatis revocandi poſt mortem, cui proprie innititur illud jus prothomiſeos, quod de jure communi feudorum competit, juxta deducta *in Januen. diſc.*37.

Quare procedendo cum ſolis terminis juris communis feudorum, & cum DD. Germanis, ac Lombardis, potius quam Regnicolis, diſtinguebam cauſam in tres inſpectiones; unam facti ſuper proximitate, an ſcilicet actor ſe probaret reis conventis proximiorem, ut
3 per neceſſe tenebatur, cum proximioritas eſſet ſuæ intentionis fundamentum; alteram juris ſuper facultate revocandi dictam alienationem, vel potius ipſa inter agnatos quamvis remotiores, utpote ſub inveſtitura contentos fieri potuerit necne; & tertiam, poſita dicta revocandi facultate, an illa præſcripta dici valeat, utpote non intentata intra annum, itaut tot annorum ſilentium præjudicium actori generaſſet.

Solidius verò reorum conventorum fundamentum mihi conſiſtere videbatur in prima inſpectione, in qua, juxta cauſæ ſtatum tunc præſuppoſitum, etiam cum ſenſu veritatis, dicebam abſolutoriæ locum fore ob non bene ab actore fundatam ejus intentionem ſuper qualitate majoris proximitatis, ex vulgari quotidiano axiomate, quod reo & poſſeſſori ſufficit vincere per non jus actoris, cum in aliis duobus ſubſequentibus, licet more Advocati cauſæ inſervientis plura deducerem, tam circa facultatem alienandi, præſertim inter comprehenſos in inveſtitura, ex iſtius clauſulis & verbis, quam circa præſcriptionem juris revocandi ex annali ſilentio reſultantem; Attamen conſiderabam aliquam cadere poſſe difficultatem ipſis requirentibus juxta ſtylum libere, ac ſincere inſinuatam.

Quatenus igitur pertinet ad dictum primum punctum majoris proximitatis per actorem prætenſæ, illius probatio verè non aderat per gradus diſtinctos, ut
omnino in hoc propoſito neceſſarium eſt, uni ſcilicet 4
agitur in concurſu cum aliis agnatis, & de eodem genere feudi capacibus, itaut ſit quæſtio ſolum pertinentiæ ratione majoris proximitatis; licet enim ſcribentes pro actore nimium inſiſterent in eo quod proximitas ſufficienter probata eſſet cum ſacramento ab ipſo præſtito *ad text. in cap.*1. *de contentione inter dominum & fidem cap. ſacramentum de conſuetudine recti feudi, & cap. finali ſi de inveſtitura inter dominum & Vaſſallum* cum concordantibus, de quibus poſt antiquiores de more collectos habetur apud *Roſenthal. cap.*6. *concluſ.*79. *& latius cap.*12. *concluſ.*79. *& latius cap.*12. *concluſ.*14. *& num.*66. Ac etiam aliæ darentur probationes ſuper deſcendentia à primis acquirentibus; Attamen id non percutiebat punctum, ſeu effectum quæſtionis, quoniam etiam in reis & poſſeſſoribus concurrebant eædem probationes generales ſuper dicta deſcendentia, & agnatitia qualitate, corroboratæ quoque à ſacramento, ſeu juramento præſtito per donatorem, & quod ipſimet præſtare poterant, ſed omnia hæc per-
cutiebant agnatitiam qualitatem in genere, ad effectum 5
ſcil. capacitatis feudi, ſive pro ejuſdem feudi probatione in contentione cum Domino pro evitanda devolutione, & ne tanquam incapax repelli poſſet, cum tunc in antiquis ſufficiant probationes, etiam adminiculativæ ſuper deſcendentia in genere à primo inveſtito, ſive ſuper deſcendentia ab eo, qui fuit in pacifica poſſeſſione feudi, atque agnitus fuit tanquam feudatarius, dum in contentione cum Domino nulla requiritur probatio per gradus diſtinctos, quia ſive ſit proximior, ſive remotior nihil refert, cum ſufficiat eſſe de genere vocato.

Secus autem ubi quæſtio eſt cum aliis agnatis in
concurſu ad apertam ſucceſſionem, vel fortius ad eos 6
poſſeſſores ſpoliandos, atque feudum ab eis vindicandum ex motivo proximioritatis, quoniam tunc iſta tanquam intentionis fundamentum perfectè & concludenter probanda eſt per gradus diſtinctos, & ex qua diſtinctione convincatur proximioritas, ut in terminis feudalibus ita diſtinguendo habetur *apud Roland. conſil.*32. *num.*24. *lib.*3. *& Roſenthal. cap.*7. *concluſ.*59. *num.*20. verſic. *nam ſi pars adverſa quoque ſit de comprehenſis.*

Quod habemus etiam quotidianum in terminis juriſpatronatus, an ſcilicet agatur cum Eccleſia, vel cum
Ordinario contendenre de libertate, vel inter compa- 7
tronos contendentes de pertinentia, ex collectis *apud Lotter. de beneficiis lib.*2. *cap.*11. *num.*95. *cum ſeq. Rota deciſ.*498.

*ciſ.*498. *num.*1. *part.*9. *deciſ.*159. *num* 9. 255. *num.*6. *&*
301. *num.*11 *part.*10. *& ſæpius*; Ac etiam in materia
fideicommiſſaria, quod ſi comparens probat ſe eſſe de
genere vocato, tunc alio non comparente, præſumi-
tur proximior, atque ſola probatio generica ſufficit,
ſecus autem in concurſu plurium, quorum unus alte-
rum excludere intendebat, cum ſimilibus; atque hoc
pro meo judicio, reflectendo etiam ad veritatem, cum
iſtius ſenſu loquendo, videbatur ſolidum motivum,
quo mediante actor repellendus veniebat cum reorum
abſolutoria, dum ob temporis antiquitatem penè im-
poſſibilis ſupponebatur hæc ſpecifica & perfecta proba-
tio per gradus diſtinctos.

Quo vero ad ſecundam inſpectionem juris, quare-
8 nus ſcilicet adeſſet dicta ſpecifica probatio, ex qua
conſtaret actorem eſſe defuncto proximiorem, reos au-
tem remotiores, Quamvis more Conſulentis cauſæ in-
ſervientis, & pro ſcripturæ ornatu deducerem plenè
& ingenioſè in propoſito deducta per *Cephal. conſ.*307.
*ex num.*18. *cum ſeq.* ac etiam pro ratione dubitandi in-
ſinuata *per Silvan. conſil.*15. *ex num.*21. *ad* 31. ad pro-
bandum, quod etiam in feudis antiquis pacti & pro-
videntiæ licita ſit alienatio in agnatos quamvis remo-
tiores, quoniam ſufficit non egredi genus vocatum,
ut prohibitioni alienandi controventum non dicatur;
attamen ſincere quoque inſinuabam hujus motivi fal-
laciam, quoniam iſta concluſio ſuper licita aliena-
tione inter illos de agnatione, ſeu genere vocato,
non curata graduum, ſeu majoris proximitatis di-
ſtinctione, rectè procedit, quoad Dominum, ne reſ-
puere poſſit eum, in quem alienatio facta eſt, dum
eſt de genere volito, ſive ad effectum evitandi pœnas
contentas in prohibitione alienandi per legem, vel
hominem adjecta, ac etiam pro ſubſtinenda alienatio-
ne durante vita, ſeu jure alienationis, Secus autem
9 ad effectum ſucceſſionis, quoniam non poteſt feuda-
tarius pervertere ordinem ſucceſſionis à jure, vel ab
inveſtitura præſcriptum, ut verius cæteris collectis
probant *Silvan. d. conſ.*15. *à num.*1. *ad* 21. *& num.*31.
cum ſeq. ubi reſpondet ſexdecim fundamentis in con-
trarium ponderatis *à num.*21. *ad* 31. *Hartman. Piſtor.*
*tom.*2. *quæſt.*6. *num.*21. *cum ſeq. Roſenthal. cap.*9. *mem-*
*br.*1. *concluſ.*52. *& cap.*10. *concluſ.*39. *num* 8. & nomi-
natim reprobato, *Cephalo d. conſ.*307. *Giurb. de ſucceſſ.*
feudorum, §.2. *gloſſ.*3. *num.*103. *cum ſeq.* & omnes, ita-
ut videatur hodie concluſio non admittens in foro
controverſiam.

Si enim juxta ea, quæ habentur ſupra *in Mutinen.*
& in Mantuana, *& in aliis diſc.*9. *cum ſeq.* verius eſt,
10 rejecta ſententia *Nattæ conſ.*502. & ſequacium, ceſ-
ſantibus feudi alienabilitate, vel Principis auctorita-
te, per eam, qui non ſit primus acquirens, non poſſe
in feudo pacti & providentiæ, vel mixto erigi primo-
genituram, quæ ſubjectæ materiæ nimium congrua
reputatur, ob defectum poteſtatis præjudicandi ſecun-
dogenitis æqualis gradus; Multo minus danda eſt hæc
poteſtas præeligendi remotiorem cum excluſione pro-
ximioris, atque fatuæ remanerent tot quæſtiones, quæ
11 apud feudiſtas habentur, tam circa neceſſitatem pro-
bandi proximioritatem per gradus diſtinctos ut ſupra,
quam circa illam apud antiquos ſatis involutam, li-
cet hodie planam quæſtionem ſuper proximitate regu-
landa magis ex perſona primi acquirentis, quam ulti-
mi morientis, vel econtra; necnon ſuper repræſenta-
tione vel ſubingreſſione in gradum corruptum proprii
parentis, ut ita remotior proximiori æqualis reddatur,
ex iis quæ in hoc propoſito habentur ſupra in *Muti-*
nen. de Rangoniis diſ. 8 *& in aliis.*

Quod etiam habemus in materia fideicommiſſaria
quotidianum ad materiam *textus in l. unum ex familia,*
ff. de legatis ſecundo, *& l. peto*, §. *fratre*, *ff. eodem cum*
12 *concord.* quod ſcilicet aut agitur de fideicommiſſo or-
dinario in caſu alienationis, quod noſtri conſervato-
rium vocant, & tunc ſufficiat non alienari extra genus,
non curata gradus proximitate, Aut de alio fideicom-
miſſo in caſu mortis, quod reſtitutorium dicimus, &
tunc ſecus, quia repoſitum eſſe non debet in poteſta-
te gravati pervertere ordinem ſucceſſionis à teſtatore,
vel à jure præſcriptum, ut ſatis frequenter in ſua ma-
teria *ſub tit. de fideicommiſſis*, præſertim *in Romana fi-*
deicommiſſi de Boncompagnis, ubi id admittitur tanquam
abſolutum in caſu, quo fideicommiſſum reſtitutorium
in caſu mortis ſit expreſſum, cum ſola quæſtio cadat,
ubi illud deducitur implicitè & virtualiter ex ipſa pro-
hibitione alienationis extra familiam, ſive ex ratione
eidem prohibitioni adjecta, quo etiam caſu, adhuc ma- 13
gis receptum videtur talem ordinem perverti non poſ-
ſe; idque adeo verum, ut etiamſi per fideicommitten-
tem data ſit expreſſa facultas alienandi inter ſeſe, ad-
huc intelligatur durante vita, ſeu jure alienantis, &
pro evitandis pœnis, non autem, ut ita pervertatur or-
do ſucceſſionis in caſu mortis juxta plenè deducta *per*
*Bellon. conſ.*1. & habetur pluries *ſub d. tit. de fideicom.*
præſertim *in Parmen. fideicommiſſi de Venturis*; & de quo
in terminis feudalibus habetur actum *apud Roſenthal.*
*cap.*9. *membr.*1. *concluſ.*42. *& Fab. de Anna conſ.* 53. *apud*
quos cæteri.

Alicujus majoris ponderis videbatur alterum fun-
damentum naturæ hujus feudi, ejuſque alienabilita-
tis reſultantis à dictæ inveſtituræ clauſulis & verbis,
& ad quod ſolum motivum ſe reſtrinxerunt duo alii
docti ac primarii hujus Curiæ Advocati per eoſdem
reos conventos conſulti; & quam alienabilitatem,
ſcribendo ut ſupra more Advocati deducebam ex
pluribus, non ſingulariter, ſed unitim ponderandis,
cum ſolita vulgari regula, *ut ſingula quæ non pro-*
ſunt, &c.

Primò ſcilicet à conceſſione facta *pro hæredibus &*
ſucceſſoribus, quod denotat feudum eſſe hæreditarium, 14
& conſequenter alienabile ex latè in propoſito dedu-
ctis *per Cephal. d. conſ.*307. *num.*40. *& ſeq.* & generali-
ter omnibus fere collectis & expenſis *per Rotam in Sar-*
*ſinaten. feudi coram Dunozetto inter ſuas deciſ.*784. *&*
760. repetit. *poſt controv. Contrii deciſ.*18. *&* 19. *& in ea-*
*dem coram Otthobono inter ſuas deciſ.*265.

Verum id videbatur parum tutum, quoniam cum ex
ſubſequenti declaratione inveſtitura expreſſè reſtricta 15
eſſet ad deſcendentes maſculos legitimos naturales,
excluſis etiam ex ipſis hæredibus ſanguinis, tam fœ-
minis, quam naturalibus tantùm, ac etiam legitimis
religioſis, indubitata erat excluſio qualitatis hæredi-
tariæ puræ, ex qua reſultat alienabilitas, unde propte-
rea intrare non poterat conſideratio canonizata in di-
ctis *Sarſinaten.* cum aliis in eadem cauſa deductis *per*
*Capyc. Latr. conſult.*75. quod ſcilicet verbum, *hæredi-*
bus, adjectum verbo *filiis*, *& deſcendentibus* ſtaret am-
pliativè, cum ſolùm prætendi poſſet ſtare qualificati-
ve, ac inducere qualitatem mixtam, in quo, quicquid
de particulari conſuetudine receptum ſit in feudis Re-
gni Neapolitani, generaliter verius eſt, vel ſufficere
hæreditariam qualitatem primi acquirentis abſque illa
ultimi morientis, vel quod non ſtet per ſucceſſorem 16
ſanguinis, quin ſit etiam hæres rei familiaris *ex de-*
*duct. deciſ.*499. *num.*5. *&* 6. *part.* 5. *recent.* vel ſi dicta qua-
litas hæreditaria ultimi juxta alteram opinionem ne-
ceſſaria eſt, quod ſuffragetur beneficium inventarii,
quo mediante ipſum feudum jure proprio à reliqua hæ-
reditate ſeparari poſſit, ut pluries in præcedentibus in-
ſinuatum habetur, & eſt concluſio vera, & conſequen-
ter dici non poteſt feudum alienabile.

Secundo ponderabam clauſulas *ad habendum*, *&*
quicquid placuerit faciendum; Ubi enim iſtæ duæ clau-
ſulæ ſint ſimul junctæ, tunc ceſſare videtur omnis quæ- 17
ſtio, ſolùm cadens in caſu quo clauſula *ad habendum*
ſit ſola, num ſcilicet æquipolleat alteri, *& quicquid*
placuerit faciendum, *&c.* ſed ubi iſta quoque adeſt, tunc

videtur ceſſare omnis quæſtio ex plenè deductis in terminis feudalibus, & pro feudi alienabilitate *apud Roland.conſ.34. num.78. cum ſeq. lib.4.Sacca conſ.3. Menoch.conſ.61.Cacheran.deciſ.164. Ludrch.conſ.1. num.8. cum ſeq. Roſenthal.cap.9.membr.1.concluſ.42.num 5.& in gloſſ.litt.C.& D.Fab.de Ann.conſ.53.num.26.Bellon.Jun. conſ.30.num.1. cum ſeqq. & alios*; & generaliter in materia emphyteutica *deciſ.26.part.3.recent. ubi latè adden. Buratt.deciſ.87.& frequenter.*

Et licet receptum ſit, hujuſmodi clauſulas non eſſe
18 operativas, ubi inveſtitura expreſſam reſtrictionem habet ad certas generationes, & ad certum genus perſonarum, aut certum tempus, ne alias ita detur contradictio vel ſubitanea correctio, ex iis, quæ ex *Baldo, Decio, & aliis* habentur in propoſito materiæ emphyteuticæ plene *apud Merlin. deciſ.532. num.9. cum ſequent. deciſ.427. num.12. cum ſequent. part.9. rec. deciſ.209. num 3. part.10. & 277. num.9. part.11. & frequenter.* Attamen dicebam id rectè procedere quoad ipſum Dominum ita conceſſionem reſtringentem, & ne finitis generationibus prætendi poſſet rem eſſe tranſitoriam & tranſmiſſibilem ad extraneos, aut non comprehenſos, ſecus autem inveſtitura durante, cum ſtent bene ſimul, inveſtituram quoad Dominum ulterius non protrahi, & tamen illa durante, atque in præjudicium comprehenſorum in ea, rem eſſe alienabilem, & liberæ diſpoſitionis juxta plene deducta *apud Fab.de*
19 *Ann. dicto conſ 53. & Surd. dicto conſ 573. num 21. cum ſequent. Rota deciſ.86. part.5. rec. Mantuana feudi 27. Januarii & 30. Maii 1659. coram Veroſpio, in quibus concordantes.*

Ut enim patet ex allegatis, præſertim *ex Surd. & Fab. de Ann. ubi ſupra*, & aliis apud eos, quæſtio eſt ubi diſpoſitio per feudatarium fiat per viam ultimæ
20 voluntatis, ſed ubi fit per actum inter vivos, tunc videntur concordare; ſive quæſtio cadit, ubi de hoc ageretur ad effectum inducendi alterationem qualitatis vel naturæ feudi, ut iſto exiſtente maſculino diſponi poſſit in fœminam cum ſimilibus ex deductis *per Fab. de Anna dicto conſ.53. Roſenthal. dicto cap.9. concluſ.40. num 7. & 13.* ſed ubi diſpoſitio fit non alterata natura feudi intra idem genus vel ſexum vocatum, atque per actum inter vivos, tunc ceſſare videtur omnis quæſtio, ne alias dictæ clauſulæ, fatuæ, ac ſine operatione remaneant.

Verum & hoc fundamentum non omnino tutum videbatur ex eadem ſuperius dicta ratione contradictionis vel ſubitaneæ correctionis, cum enim in inveſtitura adjecta eſſet in utraque linea maſculina quædam ſpecies fideicommiſſi perpetui, & reciproci, non ſo-
21 lum inter illos de qualibet linea diſcretivè, ſed quod magis, de linea ad lineam, utique contrarietas vel correctio videretur, ita reddere rem ad libitum alienabilem, ut iſte ſuccedendi ordo inanis remaneret, & quamvis *Surd. dicto conſ.573.* dicat talem ordinem, ita præſcriptum non remanere inanem, utpote operativum in caſu non factæ diſpoſitionis, & juxta quam auctoritatem judicatum fuit *in Bononien. ſeu Nonantulana de Pepulis ſub tit. de emphyteuſi diſc.52.* attamen ex latius ibi in propoſito deductis, id parum probabile videtur, quoniam ubi etiam per hujuſmodi clauſulas res eſſet alienabilis in ordine ad concedentem, qui non poſſet alienationem impedire, vel retractare, ſeu ob illam prætendere devolutionem, non tamen prohibitum fuiſſe videtur ipſis primis acquirentibus titulo oneroſo, tanquam per fideicommiſſum conventionale in ipſomet acquirendi actu adjectum, hunc ordinem præſcribere, unde propterea proximiores, magis ex diſpoſitione acquirentium, quàm concedentis ita jure fideicommiſſi vocari cenſeantur, atque ex eodem fideicommiſſi jure non liceat poſſeſſori talem ordinem pervertere, diſponendo in remotiorem neglecto proximiore; & ſic ceſſat fatuitas clauſularum, quarum operatio ita adeſſe dicitur in ordine ad concedentem, qui alias abſque hujuſmodi clauſulis, cum agatur de feudo, impedire poſſet alienationem, vel factam retractare, ac devolutionem prætendere ex prohibitione juris feudalis *in cap. Imperialem de prohib. feud. alienat. per Feder.* Ac etiam quia alienabilitas bene operativa remanet in ipſis primis acquirentibus, non autem in ſucceſſoribus, qui ſtante acquiſitione titulo oneroſo, ab acquirentibus magis, quam ab infeudante obtinere dicuntur, ideoque ab eis gravari potuerunt, ut ſtante reſtrictiva ſuper dictis clauſulis advertitur per *Bellon. Jun.d.conſ.30.num.70. cum ſeqq.*

Tertio deducebam alienabilitatem ab expreſſa facultate in eadem inveſtitura conceſſa, dividendi, ſeu 22
aliter agendi, ut feudum in aliquos obveniat, aliis excluſis, ponderando illud verbum, *aliter*, diſcretive ad diviſionem; ſed pariter iſtud motivum non videbatur tutum, ac potius urgere in contrarium, dum conventa facultas in iſto caſu diviſionis arguere ſeu ſupponere videtur regulam prohibitivam in contrarium; Ac etiam quia id ita expreſſum fuit, ut inter ipſos agnatos ſeu deſcendentes occaſione dividendi alia bona, ita ad tollendam confuſionem ac magnam feudi aliorumque bonorum diviſionem, prudenter ac bona fide portiones conſtitui poſſent; non tamen ut abſque cauſa, & per contractum lucrativum, ſeu etiam oneroſum redundantem in lucrum alienantis, penes quem etiam ejus jure reſoluto alienationis utilitas in pretio remaneret, licitum ſit dictum ſuccedendi ordinem intervertere, ex iis quæ ſupra *ex Bellon. Jun. conſil.1. & Roſenthal. cap.9. membr.1. concl.42.* ac aliis apud eos habentur, ut etiam expreſſa facultas alienandi inter ſe data per teſtatorem non tollat ordinem fideicommiſſi reſtitutorii, vel inveſtituræ.

Demum Conſulentis more acuendo ingenium, & cumulando motiva, ponderabam decreta Ducalia hujus Principatus continentia quamdam ſpeciem Bullæ 23
Baronum, & quæ ſupra ad ejuſdem Bullæ materiam ſatis frequenter enunciata habentur; Verum pariter motivum non videbatur tutum, quoniam, ut ſatis juſte & rationabiliter hujuſmodi decreta interpretata fuerunt per illum Senatum apud *Cacheran. deciſ.169. & ſequent.* intelligenda veniunt in debitis veris, atque ex neceſſaria vel ſaltem juſta & rationabili cauſa contractis, non autem tribuunt facultatem donandi, quam neque concedit Bulla Baronum; eſt bene verum, quod cum hæc non eſſet omninò gratuita donatio, ſed cum onere diſſolvendi quædam debita dicti feudatarii donatoris, pro hac rata oneris, quatenus debita ſint talis qualitatis, quod pro eis intrarent dicta decreta, illa jure exceptionis ſuffragari poſſent, nam etiam in Bulla Baronum habemus, quod quamvis per eam præſcripta ſit certa forma implorandi officium judicis ſeu auctoritatem Congregationis Baronum, cui 24
privativè competit hæc facultas exequendi & vendendi bona, fideicommiſſis & inveſtituris non obſtantibus, attamen excipiendo, ad inanem circuitum evitandum, coram quocunque judice de illa opponi poteſt juxta firmata *in Urbevetana coram Dunozetto inter ſuas deciſ.914. num.10.* & pluties advertitur ſupra ad eamdem materiam hujus Bullæ.

Hæc ponderabam in ſola ratione diſcurſiva ſeu dubitandi, determinatum tamen judicium pro veritate deſuper non conſtituendo, cum in cauſis extra Curiam, non viſis juribus alterius partis, neque habita illa omnimoda facti, ejuſque circunſtantiarum notitia, quæ defendendo cauſas præſentialiter habetur, illud non de facili efformari poſſit, verum niſi diverſæ concurrerent facti circunſtantiæ, quoad repellendum hunc actorem, abſque neceſſitate aſſumendi has altiores inſpectiones ſuper natura feudi, ejuſque alienabilitate, in tuto eſſe videbantur jura poſſeſſorum ex primo fundamento non probatæ proximioritatis concludenter & per

per gradus diſtinctos ut ſupra, & ex hoc tute locus videbatur abſolutoriæ.

Adhuc tamen quatenus pertinet ad dictum punctum alienabilitatis feudi, ſaltem intra ipſum agnatorum genus in inveſtitura contentum, ex tot circunſtantiis inſimul junctis, à probabilitate aliena non videbatur
25 hæc prætenſio; licet enim ſingula dicta motiva ſingulariter, & de per ſe conſiderata ſuas ut ſupra paterentur difficultates, attamen ſimul juncta videbantur alicujus momenti, dum potiſſimè non agitur ad effectum omnimodæ alienabilitatis in quoſcumque extraneos, & cum omnimoda privatione totius generis ſeu agnationis, ſed intra illud, intra quod, ut ſupra conſtat, concedentem, & acquirentes non abhorruiſſe perverſionem ordinis cum incluſione aliquorum, & excluſione aliorum ejuſdem generis; Ponderando potiſſimè rationem commercii, ob quam ubi feudorum uſus eſt frequens, alienabilitas de facili admittitur, atque uſu recepta eſt, quamvis inveſtituræ formula, ſeu tenor diverſimode diſponat, ut habemus in feudis Mantuanis, de quibus ſupra *in Mantuana feudi diſc.* 10. *&* 11. ubi de pluribus ſimilibus alterationibus; Atque in regione huic Principatui adjacente, Status ſcilicet Avenionenſis & Comitatus Venuſini ſeu Venaiſini habemus, quod feuda redacta ſunt ad inſtar allodialium, ut ex *Ludovic. Bello, Bertrand. Tondut. & aliis Rota deciſ.* 58. *num.* 4. *& deciſ.* 112. *num.* 9. *part.* 11. *recent.* Et in ipſomet regno Neapolitano, ubi per illam Conſtitutionem, quæ incipit *Conſtitutionem divæ memoriæ* ſtrictioris proceditur, nam etiam primus acquirens titulo oneroſo abſque Regio aſſenſu alterare non poteſt legem ſeu ordinem inveſtituræ, cujus contrarium de jure procedit ex deductis *ſupra in Parmen. diſc.* 12. adhuc tamen ex illorum ſapientum interpretatione, ac recepto uſu, donec feudatarius habet ſucceſſores, & in iſtorum non autem Regis præjudicium, de facto, ac ſpectato effectu illa feuda redacta videntur ad naturam allodialium, dum non ſolum pro ære alieno, ſed etiam pro legatis, aliiſque voluntariis diſpoſitionibus ſucceſſor feudi ut ſupra, quamvis veniens ex lege inveſtituræ gravari poteſt uſque ad integrum ejus valorem, ac propterea poteſt cogi in actione perſonali ad vendendum feudum, ut ex pretio ſatisfaciat cum ſimilibus; Et in ſpecie in hoc principatu, quicquid ſit quoad præjudicium Domini, ex iis, quæ habentur apud *Bellon. Jun. conſ.* 45. quoad ſucceſſores tamen ſatis conferre videntur dicta decreta Ducalia, potiſſimè cum dicta moderatione, quod non egrediatur genus vocatum in Inveſtitura.

Super tertia verò inſpectione concernente punctum præſcriptionis hujuſmodi facultatis revocandi, non multum immoratus fui, Tum quia retento dicto præſuppoſito non probatæ proximioritatis, hæc inſpectio inanis remanet, nam etiamſi ipſamet die ſeqoutæ alienationis hæc revocatio intentata eſſet, neque proficeret,
26 Tum etiam quia ubi agitur de alienatione facta, non in extraneum, ſed in agnatum ſub inveſtitura comprehenſum, nimium vulgaris eſt theorica juris ſuper termino anni & diei præſcripto ad hujuſmodi revocationem proximiori competentem, quæſtiones autem deſuper cadentes ſuper excuſatione hujuſmodi ſilentii, ac reſtitutionis in integrum, vel ratione ætatis, vel ratione ignorantiæ, aut impedimenti, ſeu alias ex clauſula generali, *ſi qua mihi*, &c. & de quibus, cæteris collectis *Roſenthal. cap.* 9. *membr.* 2. *concluſ.* 83. *cum pluribus ſequent.* ſunt potius facti quàm juris, quia totum pendet à ſingulorum caſuum particularibus circunſtantiis, ob quarum notitiam deficientem judicium deſuper efformari non poterat, neque maturè diſcurri; ſatis etiam conſiderabilem putando eam circunſtantiam, quod non agebatur de pervertendo ordinem in præjudicium filii vel fratris, aut proximi, cujus proximitas eſſet certa.

URITANA,

Seu JANUEN. LEGATI

Inter MARCHIONEM URITANUM

Et FEDERICUM ET CAROLUM OMNES DE IMPERIALIBUS.

Votum arbitramentale.

Si pro vita militia debita ſecundogenitis in feudis antiquis relinquatur eis poſt certam ætatem aliqua ſumma. An ætas ſeu tempus faciat conditionem, vel potius dilationem, ad effectum caducationis, vel reſpective tranſmiſſionis legatario ante præfinitum tempus decedente.

Et an pro tali legato, ſeu aliàs pro vita militia debeatur intereſſe, quomodo & quando.

Paragium debitum fœminis ex feudo an tranſmittatur per eas morientes innuptas.

Legitima primogeniti in feudo antiquo regni Neapolitani, An ſit tertia totius feudi, nulla facta detractione vitæ militiæ & paragii, vel potius tertia ejus, quod ſupereſt facta dicta detractione.

Et quomodo feuda æſtimentur, eorumque valor probetur.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De capitibus prætenſionum, ſeu controverſiarum hinc inde.*
3 *Quomodo probetur valor bonorum, & quomodo teſtes debeant de illo deponere.*
4 *Quomodo probetur, ſeu firmetur valor feudorum.*
5 *Hæreditas in dubio præſumitur opulenta, & idonea.*
6 *In feudis Regni Neapolitani ſucceſſor ſanguinis habere debet qualitatem hæredis rei familiaris.*
7 *De peculiari exorbitanti natura, ſeu qualitate feudorum dicti regni.*
8 *Quomodo decernantur mandata pro debitis, & legatis contra hæreditatem, quæ allegetur inſufficiens.*
9 *De decreto quatuor aularum S. Conſilii Neapolitani ad favorem hæredum cum beneficio inventarii, etiamſi ſe obligent nomine proprio.*
10 *Quomodo detrahantur debita feudatarii defuncti ex utroque patrimonio feudali & allodiali, & de contributione.*
11 *In legitima debita filiis feudatarii defuncti alteratum non eſt jus commune.*
12 *Legitima primogeniti in feudo antiquo eſt tertia pars feudi, ſeu triens.*
13 *De opinione* Joannis de Amicis, *ut ſit ſemis.*
14 *Quomodo dictum triens ſit regulandum, & an prius detrahi debeant vitæ militia, & paragii onera.*
15 *Quod paragium detrahatur ante legitimam à toto patrimonio feudali.*
16 *Licitum eſt arguere à vita militia ad paragium; & è contra.*
17 *Vita militia eſt onus feudi.*
18 *Quomodo detrahatur dos debita fœminis excluſis per ſtatuta propter maſculos.*
19 *De ratione, ob quam legitima primogeniti ſit triens.*
20 *Vita militia regulatur ad normam legitimæ.*
21 *Quod in hac materia deferendum non ſit feudiſtis aliorum locorum extra regnum, & de ratione.*
22 *Fœminæ excluſæ per maſculos à ſucceſſione paterna & materna, non deſinunt eſſe ſuæ, & dos ſuccedit loco legitimæ ad omnes effectus.*
23 *Quomodo taxetur ibi dos de paragio, & an ſit regulanda ad limites legitimæ.*
24 *Quomodo taxetur paragium debitum ex bonis feu-*

dalibus pro monialibus habentibus modicam dotem.

25 *Vita militia debetur etiam filio diviti.*

26 *Pater tenetur dotare filiam, etiam divitem, & aliunde proviſam.*

27 *An paragium debitum fœmina in feudo transmittatur ſi decedat ante matrimonium.*

28 *Aliqua de generali natura feudorum dividua, & Juris Longobardorum, & quare effecta ſint individua.*

29 *De ratione ob quam in primogenitis, & majoratibus melior ſit conditio fœminarum pro dote, quam maſculorum ſecundogenitorum.*

30 *An, & quando ætas legatarii adjecta legato faciat conditionem, vel dilationem ad effectum caducationis, vel reſpectivè tranſmiſſionis ſi moriatur ante ætatem.*

31 *Referuntur jura in hoc pugnantia, & datur diſtinctio.*

32 *Quod in caſu faciat conditionem.*

33 *Ablativus abſolutus facit conditionem.*

34 *Quod non ſit immorandum in fabula verborum, ſed ſpectari debeat ſubſtantia voluntatis, & de fabula jubentis vocari defunctum.*

35 *De argumentis denotantibus ætatem, ſeu tempus facere dilationem, non autem conditionem.*

36 *De argumentis in contrarium denotantibus ætatem adjectam eſſe ſubſtantiæ, & facere conditionem.*

37 *Quid importet legatum certæ quantitatis in ſorte pro vita militia ſecundogeniti.*

38 *De conſuetudine Januenſium circa ordinationem fideicommiſſorum, ac relinquendi bona libera ſucceſſoribus.*

39 *Reſpondetur argumentis, de quibus num. 35.*

40 *De cautela Soccini ut legitima cadat ſub fideicommiſſo, vel alia diſpoſitione teſtatoris.*

41 *An, & quando valeat præceptum teſtatoris, ut pendente ſolutione legati quantitatis ſolvatur intereſſe.*

42 *An pro vita militia non ſoluta in tempore debeatur intereſſe.*

43 *Quare pro legitima debeantur fructus ipſo jure, & quando.*

44 *Etiamſi vita militia convertatur in debitum ſortis non debetur intereſſe ſine mora & de ratione.*

45 *In Regno Neapolitano data mora pro credito quantitatis debetur intereſſe etiam ſine requiſiteis.*

46 *In eodem regno non debetur intereſſe alterius intereſſe, ſed debetur intereſſe pro fructibus cenſus, & de ratione differentiæ.*

47 *Quando etiam pro fructibus cenſus, ſeu tertii neque debeatur intereſſe.*

48 *De aliis punctis controverſis remiſſivè.*

DISCURSUS CVIII.

Michael Imperialis Jannenſis poſſeſſor Marchionatus Uritani, quem de anno 1573. David ejus
1 pater, pretio aureorum circiter 130. m. emerat à Regia Curia, ſive à Sancto Carolo Borromeo ejus poſſeſſore (cujus illud memorabile legitur, quod hujuſmodi venditionis pretium ſibi obventum aureorum 40. m. una die in pauperes erogavit) moriens de anno 1616. ſuperſtitibus novem filiis maſculis omnibus reſpectivè minoribus, pupillis & infantibus, quorum natu minor fuit, omnium tamen ingenio, ac animi dotibus major Laurentius hujus cognominis adeò qualificatus Cardinalis, & quinque filiabus, in ejus teſtamento ſcripto hærede univerſali Davide primogenito, tam in feudalibus, quàm in allodialibus ſeu burgenſaticis, adhuc in minori ætate conſtituto, filiabus dotem reliquit, carnalibus vel ſpiritualibus nuptiis congruam, & de paragio; Alios autem octo filios maſculos ita providit, ut ſcilicet uſque ad ætatem 18. annorum ſolum victum, & veſtitum haberent, à dicta verò ætate uſque ad illam annorum 25. ultra victum & veſtitum, aliquam honeſtam menſtruam præſtationem nobilibus juvenibus pro eorum extraordinariis occurrentiis dari ſolitam etiam per patres viventes, Abindè citra uſque ad 30. annos completos, illis, qui in communione vivere vellent annuos ducatos mille pro quolibet; Completa verò dicta ætate, ſingulis, quatenus non efficerentur Religioſi vel milites S. Joannis Hieroſolymitani ducatos 25. m. pro legitima, vita militia, & quacumque portione, concedendo hæredi dilationem quinquennii, intra quod ad ſortis ſolutionem urgeri non poſſet, illum tamen obligando ad ſolvendum interim intereſſe ad rationem ſeptem pro centenario, ordinata inter dictos filios reciproca ſubſtitutione pupillari & compendioſa in portione morientis naturaliter abſque filiis, vel civiliter per ingreſſum Religionis, ac adhibendo cautelam, quam vulgo dicimus *Soccini*, ut nolentes acquieſcere diſpoſitis, cenſeantur ſolum inſtituti in legitima de jure debita, pro qua ingredientibus Religionem vel militiam ut ſuprà reliquit ſcut. 5. m. Quia verò ſuſpicabatur Franciſcum unum ex dictis filiis perfectum judicium habiturum non eſſe, diſpoſuit, quod de alimentis contentus eſſe deberet, dando in præmiſſis omnibus facultatem Marchioniſſæ Mariæ Magdalenæ uxori augendi, vel minuendi juxta ipſius teſtatoris ſenſum eidem communicatum.

Poſt mortem uxoris, ad paucos annos obiit David primogenitus, ſuperſtite Michaele filio infante, necnon obierunt, Anna una ex dictis filiabus innupta, & ante ætatem 30. annorum Joſephus & Auguſtinus duo ex dictis filiis, Michael verò, qui fuerat ſub tutela & baliatu, primò dictæ Marchioniſſæ aviæ, & ſecundo Caroli patrui, factus major, in cauſam dicti legati de anno 1642. ſolvit præfato Carolo ducatos 12500. & Federico alteri patruo ducatos 17. m. circiter, eodemque anno ab eiſdem interpellatus fuit ad ſolutionem reliquatus, quia per eum denegata, ac oppoſita etiam adversùs Carolum exceptione redditionis rationum, nec non deductis pluribus prætenſionibus adverſus utrumque tam ex perſona propria, quam uti hæredes dictæ Marchioniſſæ matris & aviæ reſpectivè, Hinc plures inter eos exortæ fuerunt lites & controverſiæ, tam in Senatu civitatis Januæ, quàm in ſacro Concilio Neapolitano, ad quas demum terminandas initum fuit compromiſſum in quemdam doctum & probatum Advocatum hujus Curiæ, & Me de jure tantum, per Marchionem Andream dicti Michaelis ante acceptationem defuncti innovatum cum Carolo tantum, adjecta conventione, ut procedendum eſſet juxta leges, conſuetudines & ſtylos Regni Neapolitani, illorumque Regiorum Tribunalium.

Plura verò erant hujuſmodi litium & prætenſionum
capita hinc inde, potiſſima verò ex parte prædictorum
Caroli & Federici actorum conſiſtebant in aſſequutione
ne reſidui dicti legati, ejuſque intereſſe ſeu fructibus, 2
ac etiam fructibus fructuum, necnon in portionibus
prædictorum aliorum fratrum, & Annæ ſororis, quæ obiit innupta, & hæc percutiebant iſtam materiam feudalem, reliqua enim prætenſionum capita percutiebant diverſas materias, & de quorum aliquibus habetur in hac eadem cauſa *ſub tit. de credito* occaſione mutui & reſpectivè ceſſionis cum Carolo tantùm, & *ſub tit. de fideicommiſſis*, occaſione ſubſtitutionis exemplaris in portione dicti Franciſci mentis infirmitatem patientis.

Quatenus igitur pertinet ad primum & principale caput aſſequutionis dicti integri legati ducatorum 25. m. in ſorte principali pro quolibet, Cum unica exceptio hæredis rei conventi conſiſteret in inſufficientia virium hæreditariarum, detractis ære alieno, ſua legitima, & dotibus quatuor fœminarum, ex quibus duæ in ſæculo, & duæ ſpiritualiter nuptæ erant; Quæſtio erat potius facti quam juris ſuper utriuſque patrimonii feudalis & allodialis ſtatu, qui non obſtantibus exactiſſimis diligentiis, firmari non potuit ob maximam partium diſcrepantiam, cum actores teſtibus deſuper

inductis

Google

inductis ſupponerent aſſem hæreditarium importare ſcutos circiter 900. m. reus verò, teſtibus etiam inductis, prætenderet importare ſolum 400. m. utraque probatione hinc inde facta imperfecta exiſtente, nullaque fide digna, cum teſtes ad inducentium opportunitatem ac affectionem deponentes, alias non adducerent rationes vel ſcientiæ cauſas, niſi de audimi, vel de proprio judicio, quod nullatenus ſufficere credidimus, etiam ex ſola regula generali, quam habemus in quacumque materia indifferenti ſuper valoris proba-
3 tione, quod ſcilicet cum id conſiſtat, non in ſenſu corporis, ſed in judicio intellectus, teſtes quamvis non requiſiti oſtendere debent ſe benè informatos, bonas & concludentes ſcientiæ cauſas ſeu rationes aſſignando, ut in propoſito probandi valorem bonorum in ſorte principali ad effectum læſionis vel ſimilem, habetur, cæteris collectis, latè apud *Buratt. & Adden. deciſ.538. & in Piſauren. reſciſſionis contractus* 14. *Junii* 1665. *coram Bevilaqua*, de qua cauſa habetur actum *ſub tit. de emptione & venditione diſc.*24. & ad effectum probandi valorem in fructibus habetur apud *Lotter. de benefic. lib.*1. *quaſt.*43. *& lib.*3. *quaſt.*10. & pluries *ſub tit. de Beneficiis* ac ſub altero *de Penſionibus*.

Multo magis ubi agitur de firmando ſtatu univerſitatis duplicis diverſi patrimonii, feudalis, & allodialis inſimul commixti, cum tunc juxta illorum Tribunalium frequentem, & rationabilem ſtylum, non de-
4 feratur teſtibus, aliiſque ordinariis probationum ſpeciebus, ſed fiant formales æſtimationes cum judicio peritorum in officium, quos ibi *Tabularios* appellant, cum interventu etiam & aſſiſtentia judicis, diſtinguendo feudalia ab allodialibus, utpotè diverſi valoris, nec non juxta regulam beneficialiſtarum, ex libris ærariorum aliiſque juſtificationibus faciendo peræquationem fructuum plurium annorum, ex quibus neque uniformis æſtimatio in ſorte reſultat, ſed difformis juxta nobilitatem & qualitatem ipſorum feudorum, necnon eorum ſituationem, aliiſque ſpectatis circunſtantiis augentibus vel reſpectivè minuentibus valorem, inſpecta præſertim majori vel minori aptitudine ad induſtrias cum ſimilibus; Et conſequenter impoſſibile viſum fuit cum hujuſmodi adeo vagis & contrariis probationibus ſtatum firmare, & ſucceſſivè, certum ac determinatum judicium interponere, an dicta utraque hæreditas feudalis & allodialis, factis detractionibus, vel reſpectivè in concurſu faciendis ad hæc legata integrè ſolvenda idonea eſſet nec ne.

Hinc proinde, alio meliori modo deficiente, cenſuimus procedere per determinationes in abſtracto, ac per quotas circa detractiones, ut deinde certificato valore per futuram æſtimationem, liquidatio reſulta-
5 ret; Atque ſtante recepta propoſitione, quod in dubio hæreditas præſumitur locuples & idonea ad omnia onera & legata, donec per hæredem allegantem inſufficientiam, docto de legitimo inventario illum excuſante à ſolutione de proprio, reddantur rationes, atque allegata inſufficientia probetur, *Covar. in cap. ſi hæredes num.*9. *de teſtamentis*, *& cæteri apud Buratt. & Adden. deciſ.*589. *num.*23. *& ſequent. Rot. deciſ.*112. *num.*6. *part.*11. *rec. & ſeqq.* Ideirco cenſuimus per ipſam hæreditatem, ipſumque hæredem de bonis hæreditariis, non autem de propriis, quatenus factis debitis detractionibus ſupereſſent, deberi integrum legatum, atque in ejus aſſequutione fundatam eſſe actorum intentionem, habita ratione, tam bonorum allodialium, quam feudalium.

Licet enim teſtator non eſſet primus acquirens, non inde tamen hæres primogenitus prætendere poterat præcipuam pertinentiam feudorum; Tum quia legatum prædictum erat in cauſam vitæ militiæ ad quam
6 primogenitus ſuccedens in feudo antiquo tenetur erga ſecundogenitos, ut infra; Tum etiam, quia licet hujuſmodi feuda habeant formam pacti & providentiæ, ac Juris Francorum cum omnimoda prohibitione feudatarii abſque regio aſſenſu diſponendi de corpore feudi, etiamſi eſſet primus acquirens titulo oneroſo propter Conſtitutionem, quæ incipit *Conſtitutionem divæ memoriæ*; Attamen ob admixtam qualitatem hæreditariam, nedum primi acquirentis, ſed ultimi morientis, ſucceſſor impugnare non poteſt ejus factum, a quo proinde gravari poteſt uſque ad integrum valorem feudi, etiamſi contra dicti ultimi morientis expreſſam voluntatem, illamque impugnando, ſuccedat ex
ſola lege Inveſtituræ, juxta deducta per *Franch. de- 7
ciſ.*1. cum aliis de quibus frequenter ſupra in præcedentibus, Unde propterea ipſorum feudorum qualitas ſeu natura videtur nimium exorbitans, ac fortè ab omnibus aliis diverſa, quod ſcilicet ſuccedatur etiam invito moriente, & contra ejus judicium expreſsè impugnatum jure proprio inveſtituræ, & tamen quod ita ſuccedens ſervare teneatur factum talis morientis uſque ad integrum valorem, etiam quoad legata & onera voluntaria, cadente ſolum quæſtione, magis voluntatis, quàm poteſtatis, an legato ſeu alias relicto ipſo feudo alteri proximè non ſucceſſuro, debeatur æſtimatio nec ne, cum diſtinctio, an id ſequatur ſcienter vel ignoranter, ſive an titulo univerſali inſtitutionis, vel titulo particulari legati, percutiat voluntatem, ut in
præcedentibus: Et ſic quoad condemnandam utramque 8
hæreditatem feudalem & allodialem ad integrum legatum, factis tamen detractionibus, ut infrà, nullam habuimus difficultatem, ita etiam docente quotidiana praxi generali etiam cum privatis, qui ad differentiam feudatariorum apud feudiſtas pagani ſeu burgenſes dici ſolent, quoniam ubi pro legatis, vel debitis petitur mandatum adversùs hæreditatem & bona hæreditaria, quamvis hæres beneficiatus opponat de inſufficientia, illud non denegatur pro integra ſumma contra bona hæreditaria, ſed hærede beneficiato opponente tanquam tertio de juribus ſuis, per quandam ſpeciem illius cautelæ, quam vulgo in Curia dicimus *cautelam Angeli*, non conſumatur executio niſi firmato ſtatu, ac facta liquidatione, an vires ſuppetant necne, cum aliàs
eſſet ita moleſtare hæredem beneficiatum in perſona 9
& bonis propriis, contra expreſſam diſpoſitionem text. in *l. final. Cod.de jur. deliber.* quæ ſi ubique attenditur, multo magis in hoc Regno, ubi ad tollendam non levem controverſiam, quæ inter ſcribentes habetur, an per obligationem factam ab hærede nomine proprio ad favorem creditorum vel legatariorum renunciatum cenſeatur dicto beneficio inventarii, per decretum generale editum per illud S. Conſilium junctis Aulis de anno 1623. & quod vulgò dicitur *decretum quatuor Aularum* regiſtratum per *Thor. in compend.deciſ. in ſupplemento* verbo *hæres*, ſtatutum eſt hæredem ſibi non præjudicare niſi expreſsè & ſpecialiter renunciet dicto beneficio, ac etiam huic decreto, de cujus tamen intelligentia habentur aliqua in *Neapolitana dotis de Loffredis ſub tit. de dote*.

Quatenus igitur pertinet ad detractiones, vel prius, vel in concurſu, hæredi reo convento ex hoc utroque
patrimonio competens, illam cenſuimus primam, pri- 10
vilegiatam, ac indubitatam æris alieni teſtatoris, quod potiſſimum conſiſtebat in ſcutis 32. m. auri pro dote dictæ Marchioniſſæ uxoris, & in quadam vitalitia præſtatione ad favorem Andreæ Imperialis ejus fratris ſecundogeniti, cum aliis partitis licet non magni momenti.

Hoc autem æs alienum diximus detrahendum eſſe de utroque patrimonio per æs & libram, ſeu proportionabiliter pro rata valoris, nulla adhibita diſtinctione intervallata Regio aſſenſu, & ſine, cum id petentiat concurſum ipſorum creditorum quoad potioritatem inter eos; Ac pariter non attento, an una vel altera bonorum ſpecies pro eis obligata, vel ſubjugata ſit, nam adhuc intrat dictum æquale contributum, exceptis oneribus merè realibus, ſeu occaſionibus, ex iis, quæ ſuper hac materia habentur ſupra in *Romana ſeu*

dalibus pro monialibus habentibus modicam dotem.

25 *Vita militia debetur etiam filio divìti.*

26 *Pater tenetur dotare filiam, etiam divitem,& aliunde proviſam.*

27 *An paragium debitum fœminæ in feudo tranſmittatur ſi decedat ante matrimonium.*

28 *Aliqua de generali natura feudorum dividua,& Juris Longobardorum,& quare effecta ſint individua.*

29 *De ratione ob quam in primogenitis, & majoratibus melior ſit conditio fœminarum pro dote,quam maſculorum ſecundogenitorum.*

30 *An, & quando ætas legatarii adjecta legato faciat conditionem, vel dilationem ad effectum caducationis, vel reſpectivè tranſmiſſionis ſi moriatur ante ætatem.*

31 *Referuntur jura in hoc pugnantia, & datur diſtinctio.*

32 *Quod in caſu faciat conditionem.*

33 *Ablativus abſolutus facit conditionem.*

34 *Quod non ſit immorandum in fabula verborum, ſed ſpectari debeat ſubſtantia voluntatis, & de fabula jubentis vocari defunctum.*

35 *De argumentis denotantibus ætatem, ſeu tempus facere dilationem, non autem conditionem.*

36 *De argumentis in contrarium denotantibus ætatem adjectam eſſe ſubſtantiæ, & facere conditionem.*

37 *Quid importet legatum certæ quantitatis in ſorte pro vita militia ſecundogeniti.*

38 *De conſuetudine Januenſium circa ordinationem fideicommiſſorum, ac relinquendi bona libera ſucceſſoribus.*

39 *Reſpondetur argumentis,de quibus num.35.*

40 *De cautela Socini ut legitima cadat ſub fideicommiſſo, vel alia diſpoſitione teſtatoris.*

41 *An,& quando valeat præceptum teſtatoris, ut pendente ſolutione legati quantitatis ſolvatur intereſſe.*

42 *An pro vita militia non ſoluta in tempore debeatur intereſſe.*

43 *Quare pro legitima debeantur fructus ipſo jure, & quando.*

44 *Etiamſi vita militia convertatur in debitum ſortis non debetur intereſſe ſine mora & de ratione.*

45 *In Regno Neapolitano data mora pro credito quantitatis debetur intereſſe etiam ſine requiſitis.*

46 *In eodem regno non debetur intereſſe alterius intereſſe, ſed debetur intereſſe pro fructibus cenſus, & de ratione differentiæ.*

47 *Quando etiam pro fructibus cenſus, ſeu tertii neque debeatur intereſſe.*

48 *De aliis punctis controverſis remiſſivè.*

DISCURSUS CVIII.

Michael Imperialis Januenſis poſſeſſor Marchionatus Uriani, quem de anno 1573. David ejus
1 pater, pretio aureorum circiter 130. m. emerat à Regia Curia, ſive à Sancto Carolo Borromeo ejus poſſeſſore (cujus illud memorabile legitur, quod hujuſmodi venditionis pretium ſibi obventum aureorum 40. m. ona die in pauperes erogavit) moriens de anno 1616. ſuperſtitibus novem filiis maſculis omnibus reſpectivè minoribus, popillis & infantibus, quorum natu minor fuit*, omnium tamen ingenio, ac animi dotibus major Laurentius hujus cognominis adeò qualificatus Cardinalis, & quinque filiabus, in ejus teſtamento ſcripto hærede univerſali Davide primogenito, tam in feudalibus, quàm in allodialibus ſeu burgenſaticis,adhuc in minori ætate conſtituto, filiabus dotem reliquit, carnalibus vel ſpiritualibus nuptiis congruam,& de paragio; Alios autem octo filios maſculos ita providit, ut ſcilicet uſque ad ætatem 18. annorum ſolum victum, & veſtitum haberent, à dicta verò ætate uſque ad illam annorum 25. ultra victum & veſtitum, aliquam honeſtam menſtruam præſtationem nobilibus juvenibus pro eorum extraordinariis occurrentiis dari ſolitam etiam per patres viventes, Abindè citra uſque ad 30. annos completos, illis, qui in communione vivere vellent annuos ducatos mille pro quolibet; Completa verò dicta ætate, ſingulis, quatenus non efficerentur Religioſi vel milites S. Joannis Hieroſolymitani ducatos 25. m. pro legitima, vita militia, & quacumque portione, concedendo hæredi dilationem quinquennii, intra quod ad ſortis ſolutionem urgeri non poſſet, illum tamen obligando ad ſolvendum interim intereſſe ad rationem ſeptem pro centenario, ordinata inter dictos filios reciproca ſubſtitutione pupillari & compendioſa,in portione morientis naturaliter abſque filiis,vel civiliter per ingreſſum Religionis, ac adhibendo cautelam, quam vulgo dicimus *Soccini*, ut nolentes acquieſcere diſpoſitis, cenſeantur ſolum inſtituti in legitima de jure debita, pro qua ingredientibus Religionem vel militiam ut ſuprà reliquit ſcut.5. m. Quia verò ſuſpicabatur Franciſcum unum ex dictis filiis perfectum judicium habiturum non eſſe, diſpoſuit, quod de alimentis contentus eſſe deberet, dando in præmiſſis omnibus facultatem Marchioniſſæ Mariæ Magdalenæ uxori augendi, vel minuendi juxta ipſius teſtatoris ſenſum eidem communicatum.

Poſt mortem uxoris, ad paucos annos obiit David primogenitus,ſuperſtite Michaele filio infante, necnon obierunt, Anna una ex dictis filiabus innupta, & ante ætatem 30. annorum Joſephus & Auguſtinus duo ex dictis filiis,Michael verò, qui fuerat ſub tutela & baliatu, primò dictæ Marchioniſſæ aviæ, & ſecundò Caroli patrui, factus major, in cauſam dicti legati de anno 1642. ſolvit præfato Carolo ducatos 12500. & Federico alteri patruo ducatos 17. m. circiter,eodemque anno ab eiſdem interpellatus fuit ad ſolutionem reliquatus, quia per eum denegata, ac oppoſita etiam adversùs Carolum exceptione redditionis rationum, nec non deductis pluribus prætenſionibus adverſus utrumque tam ex perſona propria, quam uti hæredes dictæ Marchioniſſæ matris & aviæ reſpectivè, Hinc plures inter eos exortæ fuerunt lites & controverſiæ, tam in Senatu civitatis Januæ, quàm in ſacro Concilio Neapolitano, ad quas demum terminandas initum fuit compromiſſum in quemdam doctum & probatum Advocatum hujus Curiæ, & Me de jure tantum, per Marchionem Andream dicti Michaelis ante acceptationem defuncti innovatum cum Carolo tantum, adjecta conventione, ut procedendum eſſet juxta leges, conſuetudines & ſtylos Regni Neapolitani, illorumque Regiorum Tribunalium.

Plura verò erant hujuſmodi litium & prætenſionum capita hinc inde, potiſſima verò ex parte prædictorum Caroli & Federici actorum conſiſtebant in aſſequutione reſidui dicti legati, ejuſque intereſſe ſeu fructibus, 2
ac etiam fructibus fructuum, necnon in portionibus prædictorum aliorum fratrum, & Annæ ſororis, quæ obiit innupta, & hæc percutiebant iſtam materiam feudalem, reliqua enim prætenſionum capita percutiebant diverſas materias, & de quorum aliquibus habetur in hac eadem cauſa *ſub tit. de credito* occaſione mutui & reſpectivè ceſſionis cum Carolo tantùm,& *ſub tit. de fideicommiſſis*,occaſione ſubſtitutionis exemplaris in portione dicti Franciſci mentis infirmitatem patientis.

Quatenus igitur pertinet ad primum & principale caput aſſequutionis dicti integri legati ducatorum 25. m. in ſorte principali pro quolibet, Cum unica exceptio hæredis rei conventi conſiſteret in inſufficientia virium hæreditariarum, detractis ære alieno, ſua legitima, & dotibus quatuor fœminarum, ex quibus duæ in ſæculo, & duæ ſpiritualiter nuptæ erant; Quæſtio erat potius facti quam juris ſuper utriuſque patrimonii feudalis & allodialis ſtatu, qui non obſtantibus exactiſſimis diligentiis, firmari non potuit ob maximam partium diſcrepantiam, cum actores teſtibus deſuper

inductis

inductis ſupponerent aſſem hæreditarium importare ſcutos circiter 900. m. reus verò, teſtibus etiam inductis, prætenderet importare ſolum 400. m. utraque probatione hinc inde facta imperfecta exiſtente, nullaque fide digna, cum teſtes ad inducentium opportunitatem ac affectionem deponentes, alias non adducerent rationes vel ſcientiæ cauſas, niſi de auditu, vel de proprio judicio, quod nullatenus ſufficere credidimus, etiam ex ſola regula generali, quam habemus in quacumque materia indifferenti ſuper valoris proba-
3 tione, quod ſcilicet cum id conſiſtat, non in ſenſu corporis, ſed in judicio intellectus, teſtes quamvis non requiſiti oſtendere debent ſe benè informatos, bonas & concludentes ſcientiæ cauſas ſeu rationes aſſignando, ut in propoſito probandi valorem bonorum in ſorte principali ad effectum læſionis vel ſimilem, habetur, cæteris collectis, latè apud *Buratt. & Adden. decis.*538. *& in Piſauren. reſciſſionis contractus* 14. *Junii* 1665. *coram Bevilaqua*, de qua cauſa habetur actum *ſub tit. de emptione & venditione diſc.*24. & ad effectum probandi valorem in fructibus habetur apud *Lotter. de benefic. lib.*1. *quæſt.*43. *& lib.*3. *quæſt.*20. & pluries *ſub tit. de Beneficiis* ac ſub altero *de Penſionibus*.

Multo magis ubi agitur de firmando ſtatu univerſitatis duplicis diverſi patrimonii, feudalis, & allodialis inſimul commixti, cum tunc juxta illorum Tribunalium frequentem, & rationabilem ſtylum, non de-
4 feratur teſtibus, aliiſque ordinariis probationum ſpeciebus, ſed fiant formales æſtimationes cum judicio peritorum in officium, quos ibi *Tabularios* appellant, cum interventu etiam & aſſiſtentia judicis, diſtinguendo feudalia ab allodialibus, utpotè diverſi valoris, necnon juxta regulam beneficialiſtarum, ex libris ærariorum aliiſque juſtificationibus faciendo peræquationem fructuum plurium annorum, ex quibus neque uniformis æſtimatio in ſorte reſultat, ſed difformis juxta nobilitatem & qualitatem ipſorum feudorum, necnon eorum ſituationem, aliiſque ſpectatis circunſtantiis augentibus vel reſpectivè minuentibus valorem, inſpecta præſertim majori vel minori aptitudine ad induſtrias cum ſimilibus; Et conſequenter impoſſibile viſum fuit cum hujuſmodi adeo vagis & contrariis probationibus ſtatum firmare, & ſucceſſivè, certum ac determinatum judicium interponere, an dicta utraque hæreditas feudalis & allodialis, factis detractionibus, vel reſpectivè in concurſu faciendis ad hæc legata integrè ſolvenda idonea eſſet nec ne.

Hinc proinde, alio meliori modo deficiente, cenſuimus procedere per determinationes in abſtracto, ac per quotas circa detractiones, ut deinde certificato valore per futuram æſtimationem, liquidatio reſulta-
5 ret; Atque ſtante recepta propoſitione, quod in dubio hæreditas præſumitur locuples & idonea ad omnia onera & legata, donec per hæredem allegantem inſufficientiam, docto de legitimo inventario illum excuſante à ſolutione de proprio, reddantur rationes, atque allegata inſufficientia probetur, *Covar. in cap. ſi hæredes num.*9. *de teſtamentis, & cæteri apud Buratt. & Adden. decis.*589. *num.*23. *& ſequent. Rot. decis.*112. *num.*6. *part.*11. *rec. & ſeqq.* Idcirco cenſuimus per ipſam hæreditatem, ipſumque hæredem de bonis hæreditariis, non autem de propriis, quatenus factis debitis detractionibus ſupereſſent, deberi integrum legatum, atque in ejus aſſequutione fundatam eſſe actorum intentionem, habita ratione, tam bonorum allodialium, quam feudalium.

Licet enim teſtator non eſſet primus acquirens, non inde tamen hæres primogenitus prætendere poterat præcipuam pertinentiam feudorum; Tum quia legatum prædictum erat in cauſam vitæ militiæ ad quam
6 primogenitus ſuccedens in feudo antiquo tenetur erga ſecundogenitos, ut infra; Tum etiam, quia licet hujuſmodi feuda habeant formam pacti & providentiæ, ac Juris Francorum cum omnimoda prohibitione feudatarii abſque regio aſſenſu diſponendi de corpore feudi, etiamſi eſſet primus acquirens titulo oneroſo propter Conſtitutionem, quæ incipit *Conſtitutionem divæ memoriæ*; Attamen ob admixtam qualitatem hæreditariam, nedum primi acquirentis, ſed ultimi morientis, ſucceſſor impugnare non poteſt ejus factum, à quo proinde gravari poteſt uſque ad integrum valorem feudi, etiamſi contra dicti ultimi morientis expreſſam voluntatem, illamque impugnando, ſuccedat ex ſola lege Inveſtituræ, juxta deducta per *Franch. de-* 7
*ciſ.*1. cum aliis de quibus frequenter ſupra in præcedentibus, Unde propterea ipſorum feudorum qualitas ſeu natura videtur nimium exorbitans, ac fortè ab omnibus aliis diverſa, quod ſcilicet ſuccedatur etiam invito moriente, & contra ejus judicium expreſsè impugnatum jure proprio inveſtituræ, & tamen quod ita ſuccedens ſervare teneatur factum talis morientis uſque ad integrum valorem, etiam quoad legata & onera voluntaria, cadente ſolum quæſtione, magis voluntatis, quàm poteſtatis, an legato ſeu alias relicto ipſo feudo alteri proximè non ſucceſſuro, debeatur æſtimatio nec ne, cum diſtinctio, an id ſequatur ſcienter vel ignoranter, ſive an titulo univerſali inſtitutionis, vel titulo particulari legati, percutiat voluntatem, ut in præcedentibus: Et ſic quoad condemnandam utramque 8
hæreditatem feudalem & allodialem ad integrum legatum, factis tamen detractionibus, ut infrà, nullam habuimus difficultatem, ita etiam docente quotidiana praxi generali etiam cum privatis, qui ad differentiam feudatariorum apud feudiſtas pagani ſeu burgenſes dici ſolent, quoniam ubi pro legatis, vel debitis petitur mandatum adverſus hæreditatem & bona hæreditaria, quamvis hæres beneficiatus opponat de inſufficientia, illud non denegatur pro integra ſumma contra bona hæreditaria, ſed hærede beneficiato opponente tanquam tertio de juribus ſuis, per quandam ſpeciem illius cautelæ, quam vulgo in Curia dicimus *cautelam Angeli*, non conſumatur executio niſi firmato ſtatu, ac facta liquidatione, an vires ſuppetant necne, cum aliàs eſſet ita moleſtare hæredem beneficiatum in perſona 9
& bonis propriis, contra expreſſam diſpoſitionem text. in *l. final. Cod. de jur. deliber.* quæ ſi ubique attenditur, multo magis in hoc Regno, ubi ad tollendam non levem controverſiam, quæ inter ſcribentes habetur, an per obligationem factam ab hærede nomine proprio ad favorem creditorum vel legatariorum renunciatum cenſeatur dicto beneficio inventarii, per decretum generale editum per illud S. Conſilium junctis Aulis de anno 1623. & quod vulgò dicitur *decretum quatuor Aularum* regiſtratum per *Thor. in compend. decis. in ſupplemento verbo hæres*, ſtatutum eſt hæredem ſibi non præjudicare niſi expreſsè & ſpecialiter renunciet dicto beneficio, ac etiam huic decreto, de cujus tamen intelligentia habeotur aliqua in *Neapolitana dotis de Loffredis ſub tit. de dote.*

Quatenus igitur pertinet ad detractiones, vel prius, vel in concurſu, hæredi reo convento ex hoc utroque patrimonio competens, illam cenſuimus primam, pri- 10
vilegiatam, ac indubitatam æris alieni teſtatoris, quod potiſſimum conſiſtebat in ſcutis 32. m. auri pro dote dictæ Marchioniſſæ uxoris, & in quadam vitalitia præſtatione ad favorem Andreæ Imperialis ejus fratris ſecundogeniti, cum aliis partitis licet non magni momenti.

Hoc autem æs alienum diximus detrahendum eſſe de utroque patrimonio per æs & libram, ſeu proportionabiliter pro rata valoris, nulla adhibita diſtinctione intervallata Regio aſſenſu, & ſine, cum id percutiat concurſum ipſorum creditorum quoad potioritatem inter eos; Ac pariter non attento, an una vel altera bonorum ſpecies pro eis obligata, vel ſubjugata ſit, nam adhuc intrat dictum æquale contributum, exceptis oneribus merè realibus, ſeu occaſionibus, ex iis, quæ ſuper hac materia habentur ſupra in *Romana ſeu*

Roſſanen. & in Romana Contributionis in Columna diſc.21. & 22. & in aliis.

Altera detractio dicto hæredi competens ante legata, vel reſpectivè in concurſu, erat legitima ſibi debita, circa quam in patrimonio allodiali nulla adfuit dubitandi occaſio, cum in hoc jus commune in nihilo alteratum ſit, neque primogenitus feudi ſucceſſor ali-
11 quam habeat ſpecialem prærogativam, ideoque ad ejuſdem juris communis limites, cum numerus eſſet longè ultra quinque, legitima erat ſemiſſes totius patrimonii allodialis, ſeu burgenſatici repartienda inter omnes filios, tam maſculos quam fœminas, cum iſtæ quoque in eo Regno, non obſtante Conſtitutione incipien. *In aliquibus* earum excluſiva, remaneant ſuæ, atque dos ſuccedat loco legitimæ: ideoque faciant numerum & partem ut infià; Et conſequenter hæredi competebant quinque portiones, propria ſcilicet, & quatuor ſororum carnaliter & reſpective ſpiritualiter nuptarum, & ab eo dotatarum reportata ceſſione jurium, portio autem Annæ defunctæ innuptæ & ab inteſtato inter omnes fratres & ſorores ſuperſtites repartienda remanebat.

Major difficultas ſeu dubitandi occaſio fuit circa legitimam dicti primogeniti in patrimonio feudali, dum agebatur de feudis antiquis, quorum ſucceſſio ſibi jure primogenituræ præcipua debetur cum obligatione præſtandi fratribus ſecundogenitis vitam mili-
12 tiam, & ſororibus paragium; Non dubitatur enim hodie, rejecta opinione *Joannis de Amicis* & alicujus ſequacis, omninò veram ac receptam eſſe traditionem *Camerarii in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus litt.R.* ut legitima primogeniti ſit triens, ob rationem reſultantem ab ipſo jure communi, quod ſcilicet legitima ſit tertia pars ejus, quod quis habiturus eſſet ab inteſtato, onde cum iſto caſu primogenitus integrum feudum præcipuum habiturus fuiſſet, exinde ſequitur,
13 legitimam eſſe tertiam partem, ut cæteris relatis *Capyc. Latr. conſult.121.num.4. de Marin. reſol.230. lib.1. & latius in addit. ad Reverter. deciſ.1. Marcian. diſput.76. num.1. cum ſequent.* ex quibus conſtat, rejectam eſſe opinionem *Joan. de Amicis in repet. feudal. tit. de his, qui feud. dare poſſ. §. ſed hic pulchrum, num.11.* cum quo inadvertenter pertranſit *Rovit. pragmat.25. de feudis, numer.4.* ut ſcilicet legitima primogeniti ſit integra medietas feudi, alia medietate remanente pro vita militia ſecundogenitorum, & paragio fœminarum, nam ita eſſet nihil relinquere ad diſpoſitionem feudatarii morientis, qui tamen, ob qualitatem hæreditatiam hujuſmodi feudis annexam, diſponere poteſt de integro valore feudi.

Poſita igitur dicta concluſione, ut legitima primogeniti ſit triens, per Nos Arbitros, (neutra partium hæc indagante,) excitata fuit difficultas, quomodo
14 hujus trientis detractio facienda eſſet; An ſcilicet de toto eo, quod ſupereſt, detractis debitis, nulla ratione habita onerum vitæ militiæ & paragii, ut agentes pro Marchione reo convento prætendebant, ad enervandum patrimonium, ac inducendam inſufficientiam vitium hæreditariarum, quod quaſi dicta onera cum
15 reliquo beſſe adimpleri debeant, Vel potius onera prædicta tanquam ſpecies æris alieni detrahi debeant de toto aſſe, & de eo quod ſupereſt primogenitus habere trientem.

Super hoc autem puncto, adhibitis illis diligentiis, quæ conceduntur verſantibus Curiam Romanam, ac viventibus extra illa Tribunalia, à quibus ego dum hæc ſequuta ſunt. 30. circiter annorum ſpatio aberam, inveniri non potuerunt tractantes caſum in ſpecie, præ-
16 ter *Marcian. dicta diſput 76. num 6. & ſeq.* ubi de hoc ſolum agit occaſione paragii, non autem vitæ militiæ & concludit detractionem eſſe prius faciendam de toto aſſe tanquam ſpecies æris alieni.

Idem quoque nobis viſum eſt dicendum eſſe de vita militia, tam auctoritate, quam ratione; Auctoritate ſcilicet præfati docti feudiſtæ aliàs Magiſtri mei *Marciani d. diſput.76.* ubi id firmat in paragio, quod ferè in omnibus fraternizat cum vita militia, eandemque habet rationem, ideoque exceptis caſibus differentiæ collectis per *Capan. de vita militia quæſt.5. à num.1. ad 10.* validum eſt argumentum ab uno ad alterum, ut ex *Iſernia, Maſtrillo, Loffredo & aliis Franch.deciſ.61.n.2. & 3.Capan.dicta quæſt.5.num.final.*

Idem etiam probatur ratione multipliciter. Primò quia vita militia dicitur onus feudi. *Minad. conſ.10. num.2.Giurb.deciſ.14.num.24. Bilott.concl.feudal.16.nu-* 17
mer.1.& ſeqq.Fab.de Ann.dicto conſil.4. num.49. & ſeqq. Capan.quæſt.6.& ſeqq. & omnes, cum ſolum quæſtio ſit, an ſit onus feudi in proprietate tanquam portio, vel ſolum ſit onus fructuum; Et propterea dum eſt onus non proveniens à voluntate parentis, ſed à jure, debet detrahi tanquam ſpecies æris alieni, ad inſtar dotis à ſtatuto demandatæ fœminis excluſis ſimpliciter, juxta veriorem ſententiam, de qua, rejecta opinione *Bartol.* 18
& Imol. cum quibus pertranſit *Brunus de ſtatut.art.13. quæſt.3.* plenè *Giovagnon. conſ.9. lib.2. num.14. & ſeq. Theſaur.deciſ.159.num.19.& 21. Merlin. de legit. lib.1. tit.4.quæſt 6.num.11.& ſequens. Rota deciſ.4.& 5.99.& 100. poſt eundem & ſæpius.*

Secundò quia dicta originalis doctrinam *Camerarii*, hodie recepta, ut legitima primogeniti in feudo antiquo ſit tertia, aliud non habet fundamentum, niſi dictam regulam, quod legitima eſt illa, quæ importet 19
tertiam partem ejus, quod quis habiturus eſſet ab inteſtato, unde cum primogenitus ab inteſtato non ſuccederet in toto feudo libero & præcipuo, ſed cum onere vitæ militiæ ac paragii,& ſic in eo minus; Idcirco retenta eadem proportione debet habere ſolum tertiam partem ejus quod remanet ex toto aſſe feudali,detracto prius eo,quod importat hoc onus.

Et tertiò quia ſequeretur alias,quod feudatarios moriens ferè de nihilo diſponere poſſet de feudo hæreditario, atque totum remaneret abſorptum à dicta legitima primogeniti, nec non à vita militia ſecundogenitorum, & à paragio fœminarum; Siquidem ex 12.unciis, ita primogenitus caperet præcipuas pro ejus legitima quatuor, ex reliquis autem octo, ſecundogeniti caperent alias ſex, quoniam magis receptum eſt vitam 20
militiam utpotè ſubrogatam loco legitimæ, ad iſtius limites taxandam eſſe, ut ſit triens vel ſemis juxta numerum filiorum, ut patet ex *Iſernia, Afflicto, Capycio, Apont. Fab. de Anna, Minadoo,* & aliis plenè collectis per *Marin. in addit. ad Reverter.deciſ.1. num.2.* ubi dicit communem,& per *Capan.de vita militia,quæſt.6. Petr.de Gregor.eod.tract.quæſt.7.* rejecta opinione ſuperius relata *Joan. de Amicis*, quam tuetur *Staiban. apud Capan. ubi ſupra*, unde remanerent ſolùm duæ unciæ in hæreditate feudatarii morientis non omninò immunes ab onere paragii fœminarum, quod utique eſt in jure nimis abſurdum,quoniam parentes à lege obligantur erga filios ad ſolum trientem vel ſemiſſem reſpective juxta numerum filiorum, reliquum autem remanere debet ad liberam eorum diſpoſitionem.

Obſervando in hoc deferendum non eſſe illis feudiſtis, qui dicunt totum feudum eſſe legitimam primogeniti cum ſolo onere vitæ militiæ loco alimentorum præſtandæ ſecundogenitis, quaſi quod totum feudum 21
inter filios ita repartiendum ſit abſque extraneorum mixtura; Hoc enim rectè procedit in feudis antiquis pacti & providentiæ, & cum hoc præſuppoſito loquuntur præſertim DD. Siculi, cum in eo Regno Siciliæ ultra Pharum, quamvis eadem ſit formula inveſtituræ *pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, qualis eſt etiam in hoc altero Regno Siciliæ citra; Attamen diverſam habuit intelligentiam & praxim, quoniam ibi feuda cenſentur in forma pacti & providentiæ puri,hic verò in forma mixta, quod ſcilicet ſucceſſio debeatur quidem ſolis hæredibus ſanguinis cum ordine individuo primogenituræ, atque ut dicitur ad formam Juris Francorum,

Francorum, eodem modo, qoo in dicto altero Reg-
no, ſed cum qualitate hæreditaria, nedum primi ac-
quirentis, ut de jure vetius eſt ſolum requiri in feudis
mixtis, ſed etiam ultimi morientis, per quem ſuccellor
gravari poteſt uſque ad integrum valorem feudi, etiam
ſi contra ejus judicium ex lege inveſtituræ ſuccedatur
ut ſupra, ex deductis per *Franch. & adden. deciſ.* 1. &
eſt hodie abſolutum, Et conſequenter oportet relin-
quere beſſem vel ſemiſſem in hæreditate morientis, &
ad ejus diſpoſitionem.

Tertia erat detractio, proportionabiliter tamen &
in concurſu competens dicto Marchioni primogenito
ex perſona quatuor fœminarum, ut ſupra carnaliter
& reſpectivè ſpiritualiter nuptarum, quarum ipſe eſt
ceſſionarius, Et circa hoc proceſſum fuit cum diſtin-
ctione inter duas nuptas in ſæculo, & alias duas in-
greſſas Monaſterium, Quo enim ad primas, cum con-
gruè nuptæ Magnatibus conſpicuam habuiſſent do-
tem, attenta illorum temporum conditione longè ex-
cedentem utrumque paragium patrimonii feudalis &
allodialis, nulla cadere videbatur difficultas ſolum mi-
litans in aliis duabus ſpiritualiter nuptis cum inferio-
ri dote Monaſterio dari ſolita, utrumque paragium
prædictum nuptarum non adæquante; Et in hoc dicta
patrimonia diſtinguendo, quatenùs pertinet ad allo-
diale, proceſſum fuit cum terminis juris communis, ut
ſcilicet dictis fœminis facientibus numerum & partem,
propria legitimæ portio æqualiter cum maſculis com-
peteret; Licet enim in eo Regno per *Conſtitutionem* in-
cipien. *In aliquibus*, fœminæ propter maſculos æqua-
lis gradus excludantur à ſucceſſione patris, ac etiam
ab illa matris, non ex verbis legis, ſed quia ita com-
muniter ſapientes Regni illam interpretati ſunt, ut
apud *Franch. deciſ.* 171. *Capyc. Latr. deciſ.* 135. *& paſſim*;
Non tamen exindè illæ deſinent eſſe ſuæ habentes jus
22 legitimæ, cujus loco dos ſuccedit, tam ad effectum
rejectionis onerum & conditionum, quàm ad effectum
fructuum ipſo jure conſtante matrimonio, ac etiam ad
effectum tranſmiſſionis, quamvis decedant innuptæ,
cum ſimilibus; Atque exinde reſultat, juxta generalem
regulam, quam habemus in dote demandata per hu-
juſmodi ſtatuta excluſiva ſuccedente loco legitimæ, ut
ubi conſtituitur patre vivente, ſufficiat eam eſſe con-
23 gruam ſeu de paragio, ubi verò ipſo moriente, vel
poſt ejus mortem, non poſſit eſſe minor legitima, quam-
vis eligat ingredi Monaſterium, ubi longè minor dos
neceſſaria eſt, ſive domi cœlibem vitam ducere velit,
ut frequenter in ſua materia *ſub tit. de dote*, & in ſpe-
cialibus terminis hujus Conſtitutionis habetur apud
Franch. deciſ. 559. *&* 618. *Capyc. Latr. conſult.* 93. *A-
pont. conſil.* 65. *lib.* 1. *Galeot. lib.* 2. *controverſ.* 8. 15. *&* 16. *de
Marin. ad Revert. deciſ.* 1. *&* 52. *& communiter*; Rema-
nente ſolum quæſtione in filiabus Magnatum, an etiam
poſt mortem patris dos ex quadam conſuetudine poſſit
eſſe minor legitima, quæ tamen quæſtio in præſenti
non intrabat, quoniam licet ageretur de Magnate, at-
tamen patrimonium allodiale detractis oneribus non
erat adeo conſiderabile, cum major aſſis conſiſteret in
feudalibus.

Quo verò ad aliud paragium in patrimonio feudali,
cum, ut infrà, occaſione portionis alterius fœminæ,
quæ obiit innupta, crediderimus nuptiis non ſequutis
nullum jus in hoc paragio acquiri, idcircò quamvis
fortè ob eam manualem peritiam, quæ per verſantes
in curia in his illius regionis peculiaribus materiis non
habetur, ſicuti per illos, qui eas quotidie practicant
(partibus nullam ſuper his, ac præmiſſis ſuper legiti-
ma primogeniti opem ferentibus) videre non licuerit
id in ſpecie tractatum, atque ad hujuſmodi diſtinctio-
nes ſeu præciſum caſum deſcendentes, Nihilominus
procedendo, vel à ſimili, vel per rationes, viſum fuit
hanc minorem dotem Monialium regulandam eſſe jure
æris alieni feudatarii defuncti, proportionabiliter &
pro rata detrahendi tanquam per concurſum ex utro-
que patrimonio, eo modo quo ut ſupra de debitis di-
ctum eſt, quamvis etiam dicta portio legitimæ debita
in allodialibus ad hujuſmodi congruam dotem ſufficе-
ret, quoniam ducto argumentu a vita militia, à qua
extra caſus, qui excepti habentur, licitum eſt arguere
ad paragium & econtra ex ſuperius allegatis, Quem-
admodum vita militia debetur ſecundogenitis quam-
vis divitibus & aliunde bene proviſis, ut late per plura
media probat *de Marin. reſolut.* 45. *lib.* 2. ubi refert ita 25
deciſum, ita dicendum videtur in hoc paragio ex
omnimoda rationis identitate, Potiſſime verò in hoc
Regno Siciliæ citra, ubi ob ſupradictam qualitatem
hæreditariam annexam etiam feudis antiquis, & ſuc-
ceſſivè ob facultatem ultimo morienti competentem
diſponendi de integro valore feudi ut ſuprà, ita dictus 26
valor in ejus hæreditate ſeu aſſe exiſtere dicitur, &
conſequenter intrat hodie recepta propoſitio, de qua
in ſua materia *ſub tit. de dote*, præſertim *diſ.* 1. quod
pater idoneus tenetur filiam quamvis divitem & aliun-
de proviſam dotare.

Ex eadem verò diſtinctione reſultare cenſuimus de-
terminationem alterius puncti ſuper portione dictæ
Annæ alterius fœminæ, quæ obiit innupta, ut ſcilicet
portio legitimæ in allodialibus per ipſam ad fratres
tanquam inteſtatos ſucceſſores tranſmiſſa eſſet, ex ra-
tionibus & auctoritatibus de quibus ſupra.

Quo verò ad alterum paragium feudale, quamvis
Petr. de Gregor. in tract. de vita & militia, quæſt 39. &
alii Regnicolæ, ponendo quæſtionem in genere, an 27
paragium tranſmittatur, affirmativè concludere vi-
deantur; Attamen non diſtinguunt unam vel alteram
paragii ſpeciem, rectéque intelligi poſſunt in dicto
paragio allodiali ſuccedente loco legitimæ, non autem
in hoc feudali, quod noſter intellectus capere non po-
tuit, ut nuptiis non ſequutis eſſet tranſmiſſibile vel
ceſſibile; Ut enim advertitur pluries in præcedentibus,
præſertim in *Mutinen. deciſ.* 8. *& in Panormitana diſc.* 15.
feuda antiquitus, ac attenta eorum originaria natura
etiam in his Regnis erant dividua, atque ut dici ſolet,
Juris Longobardorum, unde omnes filii æqualiter ſucce-
debant, eo modo, quo nunc cernimus in Lombardia 28
aliiſque Italiæ partibus, Atque jure feudali attento,
feudorumque propria natura inſpecta, ſola ſucceſſiu
eſt maſculorum, non autem fœminarum, quæ per di-
ctorum regnorum leges, cum juris exorbitantia, habili-
tatæ ſunt, ut *in dicta Panormitana*, Et conſequenter abſ-
que dubio in feudis majus jus habent maſculi ſecun-
dogeniti, quàm fœminæ; Unde cum in hujuſmodi feu-
dis individuis Juris Francorum maſculi nihil acquirant
tranſmiſſibile, cum vita militia, ſive juxta unam opi-
nionem ſubrogata loco alimentorum, ſive juxta alteram
loco dictæ portionis in qua alias ſecundogenitus ſuc-
cederet, ex hinc inde relatis per *de Marin. ad Revert.
deciſ.* 66. *num.* 1. *& ſeqq.* aliud non tribuat niſi jus vita-
litium in fructibus non autem aliquam portionem
tranſmiſſibilem in ſorte principali, idcirco prorſus im-
proprium, ac irrationabile videbatur, ut ita fœminæ
melioris conditionis eſſe debeant, quàm maſculi, dum ut
ſuprà longè minus jus habent.

Et quamvis in primogeniis & majoratibus eadem
adamuſſim intret ratio, & tamen praxis doceat con-
trarium, quod ſcilicet fœminæ ex fideicommiſſo juxta
terminos *auth. res quæ Cod. commun. de legat.* dotem 29
extrahunt in ſorte atque extractam tranſmittunt, ut
pluries in ſua materia *ſub tit. de dote*, quod non con-
ceditur maſculis habentibus ſolum, ad inſtar, quod-
dam ſubſidiarium jus alimentorum; Attamen id pro-
venit, quoniam ita exigit neceſſaria ratio honeſtatis
& favoris Reipublicæ, ut fœminæ virum inveniant, &
ſic poſtquam ſequuto matrimonio dos legitimè extra-
cta fuit & ſeparata à fideicommiſſo, vel majoratu, ac
effecta de patrimonio mulieris, ſecus autem antea.

Quoad aliam eorundem actorum prætenſionem in
eos tranſmiſſæ portionis Joſephi & Auguſtini fratrum

defunctorum ante ætatem 30. annorum, in qua pater pro vita militia, ac toto eo, &c. dictum legatum ducatorum 25. millium ſingulis filiis reliquit, Quæſtio reducebatur ad punctum, an dictæ ætatis tempus à teſtatore adjectum eſſet ſubſtantiæ legati, ita ut faceret conditionem, vel potius contineret dilationem ac modum ſolvendi, Primo enim caſu concordabant ſcribentes hinc inde, ut ob defectum legatariorum ante tempus legatum effectum eſſet caducum, ideoque nihil remaneret tranſmiſſibile; Econverſo autem quod in altero intraret tranſmiſſio, ut in ſpecie legati in legatarii certam ætatem collati, cæteris collectis ita diſtinguendo habetur apud *Menoch. lib. 4. præſumpt. 201. à num. 42.*
30 *ad 47. Caſtill. lib. 4. controv. cap. 56. num. 70. cum ſeqq. Capyc. Latr. deciſ. 107 num. 24. & communiter*, quoniam dicta theorica generaliter & abſtracte eſt vera & recepta, quæſtio autem ſolum apud ſcribentes ſatis involuta, eſt potius facti & applicationis in caſibus individuis, an ſcilicet in una vel altera diſtinctionis parte verſaremur.

Et ſuper hoc, pro conciliandis juribus, quæ litteraliter ad invicem pugnare videntur, etiam in caſu quo
31 adſit dictio, *cum* nempè in *l. ex his, C. quando dies legat. &c. & l. ſi cui §. hoc autem, ff. de legat. 1. l. ſi ita ſcriptum, ff. de manumiſſ. teſtam. l. publica, §. 1. ff. de condit. & demonſtr. l. ſi ſervus, ff. de ſtatu liber.* recepta diſtinctio eſt.

Quod aut legatum habet orationem perfectam, deinde verò per aliam orationem adjicitur tempus, in quo præſtari debet, & tunc adjectum cenſeatur præſtationi, & intrat tranſmiſſio & hic eſt caſus text. in *d. l. ex his, C. quando dies legat. cedat*, ubi præcedit oratio pura & perfecta legati, ibi, *Do, lego, Æmiliæ filiæ meæ & ſecundæ decem*, deinde verò adjicitur per alteram orationem tempus præſtationis, ibi, *quæ legata accipere debebunt, cum ad legitimum ſtatum pervenerint*, & cum hoc ſenſu, iſtiſque terminis retentis loquuntur *Menoch. d. conſ. 201. num. 46. Noal. de tranſmiſſ. caſu 3. numer. 13. Galganett. de cond. & demonſtr. part. 2. cap. 6. q. 8. Capyc. Latr. d. deciſ. 107. num. 24. & omnes.*

Aut verò unica eſt oratio, quæ ipſum legatum, ac etiam tempus complectatur; quia nempe dicatur, *relinquo, ſeu præſtari volo Titio cum 30. erit annorum, ſive ſi ad ætatem 30. annorum pervenerit* cum ſimilibus, & tunc procedunt dicta alia jura diſponentia facere conditionem, ac inducere caducationem *Menoch. d. capit. 201. num. 42 & ſeq. Noal. d. caſu 3. num. 6. & ſeq. Galganett. ubi ſupra Capyc. Latr. d. deciſ. 107. num. 24. Caſtill. dicto cap. 56.*

Applicando igitur ad rem, Attentis verbis teſtamenti, viſum eſt verſari in hac ultima diſtinctionis parte,
32 dum ipſum legatum, ac tempus ſub unica oratione, ac verbo regebantur, ibi, *& à ciaſcuno compita la ſua età d'an. 30. non facendoſi Cavaliere di Malta ò Regolare, il mio erede ſia obligato pagarli ducati 25. m.* Unde caſus eſt fortior quàm ille, de quo loquuntur mox allegata jura ſuper diſpoſitione concepta cum dictione *cum*, vel *quando*, dum in præſenti eſt per ablativum ab-
33 ſolutum, qui de ſui natura importat conditionem *ad text. in l. à teſtatore, ff. de condit. & demonſtr. cum concord. relatis per Surd. deciſ. 268. num. 11. Greg. deciſ. 492. num. 7. Buratt. deciſ. 696. num. 2. & paſſim.* Unde quemadmodum ſi teſtator adjeciſſet hujus ætatis perfectionem cum dictione, *ſi*, abſque dubio diſpoſitio cenſenda eſſet conditionalis, atque tale tempus adjectum diceretur ſubſtantiæ legati, ita quoque concurrente ablativo abſoluto, qui in eandem dictionem reſolvitur, conſequenter deducta apud *Menoch. d. cap. 201. num. 46. & Noal. de tranſmiſſ. cap. 3. num. 13. ac ſimiles*, qui adducebantur per ſcribentes pro actoribus, non applicabantur ad caſum.

Cum iſtis terminis, benè ac fundatè procedebat doctus collega, cui ego adhærebam, cum videantur veræ, ac receptæ diſtinctiones & theoricæ; Ego autem in hujuſmodi ambiguæ voluntatis quæſtionibus potius facti quam juris, ex genio, & ſtylo immorari non ſolitus in cortice & formulis verborum, quæ frequentius magis Notariorum, ſeu alias diſtantium, quàm ipſo- 34
rum teſtantium eſſe ſolent, ſed attendendi ſubſtantiam voluntatis ex facti circumſtantiis, totoque contextu teſtamenti deſumendam, ut faciendum eſſe cæteris relatis admonent *Mant. de conject. lib. 3. tit. 3. num. 9. Rot. apud Otthobon. deciſ. 254. in fine*, & habetur frequenter in materia ultimarum voluntatum in propoſito tranſmiſſionis, vel ſimili *ſub tit. de fideicommiſſis*; Ut enim ex *Theſ. Jun. & aliis*, advertit *Cyriac. controv. 205. num. 88. & ſequent.* illa fabula, quæ joci gratia inter forenſes circumferri ſolet de judice mandante evocari defunctum, atque ab eo exquiri, quænam fuerit ejus voluntas, capienda eſt juxta prudentem allegoriam quod judex induere debet perſonam defuncti, atque ita tanquam à ſeipſo exquirere, quod veriſimiliter volitum ſit, Atque in his terminis ſpecialibus advertitur per *Fontanell. de pact. clauſ. 6 gloſſ. 3. part. 2. num.* 18.

Procedendo autem cum hac regula pro meo ſenſu vera, & omninò attendenda, atque examinando ea quæ hinc inde, pro una, vel altera voluntate confluunt; Pro tranſmiſſariis, ut dicta ætas non ſubſtantiam legati, ſed ſolam dilationem percuteret, tria facere videbantur, Primò quod ageretur de legato facto filiis, quibus legitima ab initio & purè debita eſt, ideoque cen- 35
ſetur, quod ad limites legalis diſpoſitionis, ita tempus pro dilatione, magis quàm pro conditione adjectum cenſeatur, potiſſimè quia legatum conceptum quoque eſt cum honorabili titulo inſtitutionis; Secundò quia eiſdem legatariis, in cujuſlibet portionem adjecit ſubſtitutionem pupillarem, ac etiam compendioſam, unde inferebatur, quod ita præſupponit teſtator ab initio dictis filiis quæſitam eſſe portionem, in qua verificari poſſet ſubſtitutio; Et tertiò ratione abſurdi alias reſultantis, quia ſi dicti filii, vel eorum aliqui ante ætatem 30. annorum uxorem ducerent, ac filios procrearent, nihil ad eos tranſmittere poſſent, ſed eos omninò deſtitutos relinquere cogerentur.

Econverſo autem, quod ſubſtantia legati collata eſſet in dictum tempus, quod proinde faceret conditionem, plura magis ſpecialia, magiſque ſtringentia concurrere nobis viſum eſt, ea inſimul & unitim capiendo cum conſueta regula, *ut ſingula quæ non proſunt*, &c. ac inſpecta tota maſſa diſpoſitionis; Primò ſcilicet & principaliter attento ipſo contextu diſpoſitionis, quo- 36
niam iſta non incipit à dicto legato in ſorte cum præfinitione ætatis, ſeu temporis, unde intrat dicta quæſtio, ut eſt caſus allegatorum jurium, & cum quo præſuppoſito procedunt omnes dictam quæſtionem tractantes, quoniam poſt proviſum primogenitum cum inſtitutione hæredis (quæ in eo Regno cum ſtylo oppoſito illi Curiæ & Status Eccleſiaſtici, tanquam caput & principium teſtamenti, quod ab ea incipere debet, ſemper præcedit,) cum duobus ſubſequentibus capitulis, ſeu periodis diſtinctis ſecundogenitos providit pro intermedio tempore uſquequo ad dictam perfectam ætatem pervenirent, legando ſcilicet ſola alimenta uſque ad ætatem 18. annorum, ab iſta verò uſque ad 25. addendo aliquam menſtruam ſubventionem, & à 25. ad 30. annuos ducatos mille; In alio verò ſubſequenti capitulo, ſeu periodo, cum eis jam ita viris perfectis diſpoſuit ſuper dicta ſumma ducatorum 25. m. unde iſta diſpoſitio non incipit, niſi cum illis, qui jam dictam ætatem compleverint, ideoque ponderabamus verſari extra caſum dictæ quæſtionis, cum non ſit unita, ſed ſint plures ſeparatæ diſpoſitiones juxta temporum diſtinctiones.

Secundò corollariè & in comprobationem præcedentis, quoniam ubi teſtator præſuppoſuit fieri caſum ultimæ diſpoſitionis in ſorte, mandavit, quod ceſſare deberent aliæ præcedentes diſpoſitiones, ibi, *e ceſſino gl'alimenti & altre commodità in tutto e per tutto.* ergo habuit iſtas diſpoſitiones tanquam diverſas &

alternatas

Digitized by Google

alternatas, ita ut generatio unius cauſaret corruptionem alterius.

Tertiò in diem, ob diſcretivum modum loquendi, quoniam uſque quo filii pervenirent ad dictam ætatem, teſtator loquutus eſt de eorum alimentis, ſeu annua præſtatione ducatorum mille ut ſuprà, nunquam agendo de aliqua ſorte principali, neque de modo, vel tempore illam ſolvendi; Poſtquam verò dictam ætatem perfeciſſent, tunc præſupponendo eos legatarios dictæ ſummæ in ſorte principali, adhibuit terminum dilationis conceſſæ hæredi ad ſolvendum, ac etiam alium terminum intereſſe interim præſtandi ad rationem tot pro centenario, ergo ex iſto tempore, & prius præſuppoſuit filios creditores hujus ſummæ, quodque ex tunc eis jus quæreretur.

Quartò fortiter conjungendo inſimul ætatem in qua tunc erant filii, qui ferè omnes erant infantes & pupilli, Ac etiam cauſam legandi, quæ penè tota erat vita militia eis debita ad vitam abſque aliqua ſorte principali, cum ut ſuprà ferè totus aſſis conſiſterer in feudalibus; Improbabile ſiquidem eſt, quod prudentiſſimus teſtator, cui juata communem uſum præſerrim Magnanum & feudatariorum principaliter cordi erat ſuſtinere divitias & decorem ipſius domus repræſentatæ in primogenito feudorum, ac dignitatum poſſeſſore, ita ea tunc in adeo tenera & periculoſa ætate hæreditatem ac domum gravare voluerit in ſumma adeo notabili ſortis principalis pro illis, qui ad ſtatum viri perfecti non pervenientes, ad matrem ac alios hanc portionem tranſmitterent; Hujuſmodi ſiquidem legata quæ pro vita militia fiunt ſecundogenitis in aliqua determinata ſumma, aliud continere non dicuntur, niſi quandam ſpeciem tranſactionis, ſeu eatinctionis annuæ præſtationis vitalitiæ cum unica ſumma in ſorte principali, eo modo, quo in dies practicamus earinctiones penſionum Eccleſiaſticarum, ut in ſpecie advertitur per
37 *Merlin. lib. 2. controv.* 10. ubi benè firmatur. hujus ſummæ tranſmiſſio, quamvis ipſa vita militia non tranſmittatur, quoniam dicitur pretium vendirionis dicti juris vitalitii, Ad inſtar venditionis incertæ aleæ, & prout in dies practicantur emptiones ad vitam, tam officiorum, quàm domorum aliorumque bonorum; Igitur prorſus improbabile videbatur, quod adeo prudens teſtator curando utile beneque regulatura negotium facere pro hæreditate & domo, ita dictam compoſitionem ex tunc atque in adeo fragili & periculoſa ætate ſtatuere voluerit, ſed benè quando de valido & vegeto ſtatu filiorum aſſecuratos eſſet.

Quintò in idem & corollariè, attenta conſuetudine hujus prudentiſſimæ Nationis Januenſis, cujus ſtylus eſt, ut ego præſertim plura, ac plura vidi eorum teſtamenta ac diſpoſiriones, & de quorum aliquibus babetur *ſub tit. de fideicommiſſis*, quod ſcilicet, exceptis primogenituris, quæ in feudis, villis, palatiis, vel aliis con-
38 ſpicuis ſtabilibus ordinari ſolent, abſtinent à fideicommiſſis, curando ut bona ſint libera, utpote ita apta induſtriis & negotiationibus, quibus mediantibus adeò magnæ divitiæ ab eis comparantur, ſed hanc libertatem non præbent niſi poſt perfectam ætatem 25. vel 30. annorum, interim verò eos ſubjiciunt fideicommiſſis ac ſtrictiſſimis prohibitionibus; Et hoc propriè facere voluit prudens teſtator adeo numeroſam prolem habens, quoniam uſque quo filii eſſent in dicta minus perfecta ætate dupliciter periculoſa, tam ratione mortis, quàm ratione imprudentiarum, & diſſipationum, voluit, quod viverent in domo & ad menſam primogeniti; Deinde verò poſtquam effecti eſſent viri perfecti, ac habiles induſtriis & negotiationibus, non cogerentur ita torpeſcere, ſed aliquod haberent peculium, quo mediante majorem ſtatum ſibi comparare poſſent, ut eventus docuit; Si enim legatum eſſet perfectum ab initio, ætas autem vel tempus percuteret ſolam dilationem, ita ſequeretur, quod dicti filii in adoleſcentia, ac imperfecta & periculoſa ætate dictam proprietatem pro modico numerato pretio vendere ſeu cedere potuiſſent, ſi enim, damus tranſmiſſibilitatem, dare etiam debemus ceſſibilitatem, quod utique omnino veriſimile eſt à teſtatore nolitum eſſe, potiſſimè quia in regno major ætas, per quam reſultat libera facultas de bonis ſuis diſponendi, redacta eſt ad ſatis periculoſam ætatem annorum 18.

Sextò pariter in idem, ac in præmiſſorum comprobationem, quod illi filio, quem teſtator ut ſupra credidit mentis infirmum, ac imperfecti judicii etiam poſt dictam perfectam ætatem, nihil in ſorte relinquere voluit tanquam ex ceſſante ratione, ob quam eam aliis relinquebat, illum providendo ſolum de alimentis.

Et ſeptimò demum ac fortiter, quod per ablativum abſolutum duplicem adjecit conditionem, complementi ſcilicet dictæ ætatis, & perſeverantiæ in ſtatu ſæculari, unde duo reſultant, Primò quod ſi dictum legatum ab initio eſſet perfectum, adeo ut dictis filiis jus quæſitum eſſet, in caſu quo religionem ingrederentur, opportuiſſet procedere per viam privationis & caducitatis, quod factum non eſt, atque non eſt extra aliquam difficultatem, an fieri poſſet, quoties non proceditur per viam conditionis impedientis jus quærendum, ac ſe opponentis principio acquiſitionis, ſed per viam privationis & pœnæ juxta diſtinctionem, de qua pluries *ſub tit. de fideicommiſſis*, & ſub altero *de Matrimon.* Et ſecundo quod prorſus improbabile eſſet, ut teſtator ipſos filios diu uſque ad ſenium viventes in ſtatu Equitum Hieroſolymitanorum de facto in ſæculo viventium cum decore natalibus congruo, inhabilitare voluerit, & quod voluerit alios cito morientes poſſe tranſmittere ſeu cedere extraneis, ut clare ad ſenſum.

Iſta inſimul unita una cum theorica juris deſumpta ex contextu & formula verborum ut ſupra, viſa ſunt nobis abſque dubio longè magis præponderantia, quàm alia ſuperius ponderata in contrarium, tam attenta numero, quàm pondere, cum ea viderentur magis vaga, imò æquivoca; Primum enim argumentum deductum ex eo quod ageretur de diſpoſitione cum filiis, 39
fundatum eſt magis in defectu poteſtatis, à qua voluntas regulari ſolet, qui defectus rectè procedit in bonis allodialibus, in quibus legitima debetur filiis libera in ſorte principali tanquam quota bonorum, quæ ratio non intrabat in præſenti, ubi hoc legatum ut ſuprà importare dicitur quandam compoſitionem juris vitalitii ſuper feudis; Et ulterius neque talis voluntas in teſtatore aderat, dum adjecit vinculum ſubſtitutionis, unde dicta argumenta non connectunt, neque poſſunt inſimul uniri, ſed potius unum deſtruit alterum; Et ſecundum adhuc erat æquivocum, dum ſubſtituto pupillaris compatibilis erat cum hujus legati imperfectione, utpote verificabilis in bonis propriis ipſorum pupillorum ex materna ſucceſſione, ac aliundè venientibus, ac etiam in ipſa legitima debita in corporibus & patrimonio allodiali, quatenus paterno judicio acquieſcendum non eſſet; Et quoad compendioſam, adhuc remanebat verificabilis in caſu obitus abſque filiis poſt dictam ætatem dum indefinite concepta eſt.

Ad abſurdum vero ponderatum pro tertio argumento, ubi ſcilicet iſti filii morerentur ante ætatem cum filiis, duo ponderabantur; Primò ea veriſimiliter deficiente voluntate, ſeu cogitatione teſtatoris, quod iſti filii ſecundogeniti uxores ſuſcepturi, ac alias domos conſtituturi eſſent; Et ſecundò quod in omnem eventum, quando id contingeret, tanquam in caſu omiſſo intraret, Vel ſuppletio legis juxta terminos text. in *l. cum avus, ff. de condit. & demonſtr. & l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſis*, Vel tranſmiſſio legati conditionis ex præſumpta veriſimili voluntate teſtatoris juxta ea, quæ in dicta duplici limitatione ſatis frequenter habentur in ſua materia *ſub tit. de fideicommiſſis*, & ſic non videbantur argumenta adeò ſtringentia, quod aliis ut ſupra præponderare poſſent.

Unde

Digitized by Google

Unde propterea ſola ratio dubitandi percutere vi-
40 debantur defectum poteſtatis quoad legitimam dictis fi-
liis in corporibus debitam ex patrimonio allodiali, cu-
jus reſpectu intraret abſque dubio tranſmiſſio, rejecto
onere ſubſtitutionis; Sed ultra quod ita ageretur de
modica re, dum patrimonium allodiale non erat mul-
tum conſiderabile, Ceſſabat difficultas, quia teſtator
eum nolentibus acquieſcere ejus judicio adhibuit il-
lam cautelam, quam vulgò dicimus *Soccini*, de qua ple-
nè apud *Otthobon. deciſ.* 100. & ſæpiùs in ſua materia
ſub tit. de legitima & detractionibus, dictique filii pater-
no judicio jam acquieverant, dum in eorum teſtamen-
tis de propriis portionibus ad formam paterni teſta-
menti diſponere profeſſi ſunt.

Demùm quoad intereſſe per actores petitum pro
dicto reſiduo legati, quatenus pertinet ad quinquen-
nium dilationis conceſſæ per teſtatorem, nulla cade-
41 bat difficultas, retentis etiam rigoroſis opinionibus
cum quibus proceditur in Curia, quoniam cum lega-
tarii prohibiti eſſent petere, & conſequi ſortem, tunc
ceſſat illud mutuum implicitum ſeu interpretativum,
quod cauſare ſolet difficultatem, etiam ubi teſtatoris
præceptum adeſt, ubi ſors peti poteſt juxta diſtinctio-
nem de qua *Rot. deciſ.* 97. *poſt Pacif. de Salviano*, *Cava-
ler. deciſ.* 591. *Buratt & Adden. deciſ.* 144. *Leotar. de uſur.
quæſt.* 18. *& ſæpius ſub tit. de uſuris & intereſſe*, & juxta
quas Curiæ opiniones abinde citra gravis urgeret diffi-
cultas contra actores, quoniam in Curia pro legato
quantitatis data etiam mora non debentur uſuræ vel
intereſſe abſque aliorum requiſitorum juſtificatione ut
tit dicta ſua materia.

Verùm quia nobis in compromiſſo præciſa lex per
partes injuncta fuit, cum clauſulis, & verbis adimen-
tibus conſenſum ab actu judicandi juxta leges, con-
ſuetudines, ac ſtylos Regni Neapolitani, illorumque
Regiorum Tribunalium, unde propterea noſtrum erat
aſſumere perſonam duorum Conſiliariorum illius ſa-
cri Conſilii, ac ſi ibi eſſemus; Hinc proinde cum hoc
legatum penè in totum ſuccederet loco vitæ militiæ
ut ſupra, cum portio legitimæ debitæ ex patrimonio
allodiali importaret quid modicum illudque infructi-
ferum, partibus quoque vel nullam vel ſatis modi-
cam in hoc opem ferentibus, examinavimus punctum,
An pro vita militia in tempore non ſoluta deberetur
intereſſe.

Atque primo aſpectu nobis videbatur tale intereſſe
deberi ex iis quæ cæteris relatis firmant *Staiban. reſo-
lut.* 170. *& ſequent. alter Staibanus ejus filius in tract. de
intereſſe lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt. unica*, *Merlin. lib* 2. *controv.* 10.
42 reprobando *Molpheſ. conſ.* 9. *num.* 30. & alios contra-
rium tenentes, Comperimus tamen contrarium fuiſſe
deciſum in caſu de quo agit *Merlin. d. controv.* 10. ac
etiam in altero de quo *Staibanus*, ut ipſe refert *dicta re-
ſol.* 171. *in fine*, nimium de illa conquerendo, Quod-
que ſub die 28. *Junii* 1642. ita deciſum fuit per S. C.
per viam legis generalis, & de qua deciſione teſtatur
de Marinis reſol. 246. *lib.* 1. *num.* 10. *& in addit. ad Re-
verter. deciſ.* 1. *num* 5. ut ſcilicet non debeatur intereſſe,
niſi à die interpellationis, & poſt contractam moram; Et
quidem, id probabilius viſum eſt, quoniam æquivocum
videtur in hoc procedere cum terminis legitimæ, pro
qua currunt fructus ipſo jure etiam abſque mora, cum
id proveniat ratione dominii fructuum productivi, eo
43 quia legitima dicitur quota bonorum, reſpectu tamen
bonorum fructiferorum, atque ad illorum ratam juxta
terminos, & proportionem *text. in l. curabit, C. de action.
empti ex deductis per Leotardum de uſuris, quæſt.* 18. *n.* 19.
& ſeq. Rovit. conſ. 20. *lib.* 1 *Otthobon. deciſ.* 38. *&* 81. Quæ
ratio non intrat in vita militia, quæ utpotè inducta pro
alimentis, debetur ex fructibus non aptis producere
alios fructus, & in quibus non intrat præſumptio inve-
ſtimenti in occaſiones fructiferas, & ex qua præſump-
tione utpotè notoria, & habita pro probata, in illis Tri-
bunalibus decernitur intereſſe lucri ceſſantis, etiam non
probatis requiſitis, *Caſtren. in l.* 3. *ff. de eo quod certo loco*,
quoties tamen adeſt mora regularis, vel irregularis.

Et quamvis in hac facti ſpecie iſta vita militia con-
verſa eſſet in debitum ſortis principalis, attamen dici
non poteſt pretium legitimæ competentis in bonis, vel
juribus fructiferis, quo caſu, etiam pro debito quanti- 44
tatis currunt ipſo jure etiam ſine mora fructus recom-
penſativi, tanquam ex pretio rei fructiferæ debito jure
impliciti contractus emptionis & venditionis, qui ita
occultari dicitur, *ut apud allegatos*, dum ut ſupra di-
ctum eſt, iſtud potius eſt pretium venditionis dicti juris
vitalitii, ſeu extinctionis ejuſdem, per quandam ſpeciem
compoſitionis, ad inſtar extinctionis in dies practicatæ
penſionum Eccleſiaſticarum, ideoque eſt purum credi-
tum quantitatis, pro quo ſine mora, etiam in illis Tri-
bunalibus indubitatum eſt nullum intereſſe deberi;
Poſita vero mora regulari, vel irregulari, ſive debitum
proveniat ex cauſa legali, ſeu etiam ex cauſa mutui,
paſſim ibi decernitur intereſſe abſque neceſſitate illius
extrinſecæ juſtificationis dictorum aliorum requiſito- 45
rum, quæ deſiderantur in Curia, cum ibi ex more re-
gionis habeantur pro probatis, ut pluries in ſua mate-
ria *ſub tit. de uſuris*; Et propterea à die interpellatio-
nis, & non antea, poſt elapſum dictum quinquennium
decrevimus tale intereſſe aſſequendum ex fructibus bo-
norum hæreditariorum, de quibus hæres reus conven-
tus teneretur reddere rationem, illudque decrevimus
ad eandem rationem ſeptem pro centenario, Tum ſe-
quendo taxam ipſiuſmet teſtatoris, Tum etiam, quia at-
tenta præſertim illorum temporum conditione, illud
eſſe intereſſe juſtum, & moderatum, adeò ut non ad
minorem rationem per illud ſacrum Conſilium decer-
ni ſoleat, teſtetur *Capyc. Latro deciſ.* 21. *num.* 10. *poſt
medium*, & videtur habere ſpeciem notorii in regione
in illis Tribunalibus.

Omninò autem rejecimus prætenſionem intereſſe di- 46
cti alterius intereſſe, quoniam illud ſolum in illis
Tribunalibus decernitur pro fructibus cenſuum, quos
ibi vocant *tertias*, ex ea probabili ratione, quod cum
ſors principalis cenſus ſit irrepetibilis, ac demortua,
ipſi fructus habent ſpeciem ſortis principalis ſtantis
de per ſe; Et ex qua ratione, ſecluſo obſtaculo formæ
præſcriptæ per *Bullam Pii V.* probabilis eſt opinio, quæ
in illis Tribunalibus tenetur convertendi tales fructus
in ſortem principalem, Secus autem ubi agitur de in-
tereſſe acceſſorio ad debitum quantitatis repetibile, ob
ſolam rationem moræ, quoniam tunc in illis quoque
Tribunalibus intereſſe alterius intereſſe non debetur,
ut cæteris relatis, præſertim ex magiſtrali *deciſ. Franch.*
254. plenè firmatur per *Capyc. Latr. conſult.* 59. *& per
Rovit. deciſ.* 9. quæ prodiit in eodem caſu de quo agit
Capyc. Latr. Idque adeò verum, quod licet pro fructibus
cenſus debeatur intereſſe, ut ſupra, attamen, cum ex 47
illorum Tribunalium ſtylo, decocto debitore ſeu for-
mato concurſu in ejus bonis, contractus cenſuales ha-
beantur pro reſciſſis, exinde ſequitur, quod pro ſorte
ita effecta repetibili, & converſa in creditum, donec
ſequatur illius ſolutio, debetur quidem intereſſe ad
eandem rationem, ad quam converſi erant fructus cen-
ſus, ſed non debetur aliud intereſſe, ut advertitur
apud *Rovit. in pragmat. tertia de ceſſione bonorum n.* 20.
& ſequentibus.

De pluribus autem aliis prætenſionum capitibus,
hinc inde actum fuit, quorum major pars conſiſtebat 48
in nudo facto, de iis verò, quæ aliquam juris inſpectio-
nem habent, actum habetur in hac eadem cauſa, *ſub
tit. de fideicommiſſis*, ſuper puncto ſubſtitutionis exem-
plaris in perſona Franciſci imperfecti, & *ſub tit. de cre-
dito in Januen. cambii ſeu ceſſionis* ſuper puncto mutui,
& ceſſionis reſpectivè inter ſolum Carolum & Mar-
chionem Gabrielem juniorem.

† NOn acquieverunt hæredes Caroli Laudo, quam-
vis in pleriſque partibus eſſet eis favorabile,
quodque ad componendam hujuſmodi diuturnam
litem,

litem, aliquod arbitrium, ad eorum favorem potiùs dilatatum eſſet, unde curarunt committi cauſam appellationis in Rota coram *Rondanino*, coram quo ſuper canonizatione & executione laudi, duæ prodiere reſolutiones, ſub diverſa tamen nuncupatione, *Neapolitana ſeu Januen. laudi* 12. *Junii* 1671. & 18. *Martii* 1672. ad quarum normam, expedito mandato executivo in vim obligationis contentæ in compromiſſo, illoque canonizato per ſignaturam Juſtitiæ cum clauſula, *ſine præjudicio exequutionis*, coram *Albergato*, ac dato dubio. An dictum decretum Rotale eſſet confirmandum, vel infirmandum, pro infirmatione reſponſum fuit, ſub diebus, 10. *Junii* 1675. & 1676. ex capite injuſtitiæ laudi in ea parte, in qua negatur tranſmiſſio legati ſcutorum viginti quinque millium, per eos, qui ante ætatem à Teſtatore in conditione poſitam obierunt, quaſi quod expreſsè contrarium diſponat *Text. in leg. Sejus Saturnius, ff. ad Trebell.* reſervando videre de aliis capitibus, & an laudum ob individuitatem corruat in totum: Quare ubi Deus ſuperviventiam concedat, expectabitur ulterior progreſſus ac exitus, & fortè infra cum diſcurſu particulari aliquid adnotabitur, quamvis Ego in cauſa non ſcripſerim, neque aliquam habuerim applicationem, quoniam licet ex parte Marchionis fuerim requiſitus ad ſcribendum, nullaque adeſſet prohibitio ſubſtinere, coram Judice appellationis, vel recurſus proprium judicium arbitramentale adhuc tamen abſtinere volui.

Et de vita militia, de qua agitur *in præced. diſc.* habetur etiam infra *diſc.* 124.

NEAPOLITANA,

Seu BENEVENTANA ASSISTENTIÆ.

Pro MARCHIONE RINUCCINO,

Cum MONTE MISERICORDIÆ NEAPOLIS.

Reſponſum.

De invaliditate Regii aſſenſus ſuper obligatione feudorum impetrati poſt mortem contrahentis abſque novo conſenſu hæredis; Et quid ubi impetratus eſt eo vivente, ſed expeditus poſt mortem.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De judicio aſſiſtentiæ practicato in Regno Neapolitano.*
3 *De remedio aſſociationis, & an competat etiam contra tertium.*
4 *Quod idem ſit aſſiſtentia, ac aſſociatio.*
5 *Vel quod idem ac Salvianum.*
6 *Quod potius continent mixturam trium remediorum, nempè prædictorum, & hypothecaria, ſed ſemper hypotheca eſt neceſſaria.*
7 *Super feudis in Regno Neapolitano non datur hypotheca, vel quodcunque aliud jus abſque regio aſſenſu.*
8 *Aſſenſus non ſuffragatur, niſi ſit expeditus in forma regiæ Cancellariæ.*
9 *Ex aſſenſu regulatur hypotheca, unde etiam creditores hæredis cum aſſenſu vincunt creditores defuncti ſine aſſenſu.*
10 *Aſſenſus impetratus poſt mortem debitoris eſt invalidus, & de ratione.*
11 *Quid favore dotis, referuntur opiniones hinc inde.*
12 *Quid ſi eſt obtentu regia decretatio in vita, ſed poſt mortem expeditur in forma regia Cancellariæ.*
13 *Gratia dicitur eo ipſo perfecta per ſolam Signaturam.*
14 *Quare, & ad quos effectus neceſſaria ſit expeditio litterarum in beneficiis, ac penſionibus, & aliis gratiis.*
15 *An beneplacitum Apoſtolicum non exequutum proſit, ſi Prælatus decedat.*
16 *An concluſio de qua num.10. procedat contra Eccleſiam vel piam cauſam, vel potius ei ſuffragetur limitatio de qua num.11.*
17 *Examinatur dicta limitatio de qua num.11. favore dotis an ſit vera.*
18 *In prohibitis ante aſſenſum perficientem contractum licita eſt pœnitentia.*
19 *Quod concluſio de qua num.11. procedat de uſu ſtylo particulari.*
20 *Conſuetudines non extenduntur.*
21 *Privilegia competentia doti vel piæ cauſæ quomodo, & quando procedant ac intelligenda ſint.*

DISCURSUS CIX.

DE menſe Junii 1590. Albericus Carafa ut emeret vel redimeret feudum Gildonæ, impoſuit 1
cenſum in ſorte ducatorum 4. millium ad favorem montis Miſericordiæ, cui de menſe Julii ſequentis acceſſerunt cum obligatione æque principaliter & inſolidum, Octavius, & Oliverius etiam de Carafis, obligantes in forma omnia eorum bona tam feudalia quàm allodialia ſeu burgenſatica; De menſe autem Septembris ſequentis obiit Octavius poſſeſſor feudi *Baſilicis*, ſuperſtite Iſabella unica filia & hærede, & de menſe Novembris pariter ſequentis, Albericus tam ſuo, quàm coobligatorum nomine Regium aſſenſum in forma conſueta Regiæ Cancellariæ ſuper dicto inſtrumento cenſuali impetravit; Cum autem Iſabella prædicta, cum Regio aſſenſu in forma valida deinde vendidiſſet dictum feudum *Baſilicis* Marchioni Rodul-
pho, à quo tranſitum fecit in Marchionem Rinuc- 2
cium, contra iſtum adminiſtratores dicti Montis ſuper dicto in vim dicti inſtrumenti cenſualis Regio aſſenſu ut ſupra vallati in Sacro Conſilio Neapolitano obtinuerunt aſſiſtentiam tanquam in bonis dicti Octavii debitoris, cum ſubſequuta etiam executione, ante cujus omnimodam conſummationem, ejuſdem Marchionis rei conventi defenſores, excitati ab eo ſomno, in quo plurium annorum ſpatio ſteterant, adverterunt ad dicti Regii aſſenſus inefficaciam ob ejus impetrationem ſequutam poſt mortem præfati Octavii, unde meritò conſuluerunt abſtinendum fore ab ulteriori effectuatione jam concluſæ tranſactionis, Quare deſuper pro parte dicti Marchionis pro veritate de meo judicio conſultus,

Reſpondi, quod niſi aliæ ignotæ concurrerent facti circunſtantiæ, præſuppoſitaque hac facti ſerie, clarum videbatur, dictam ſententiam in judicio aſſiſtentiæ, cum omnibus exinde ſequutis corruere debere, atque excitatum motivum eſſe ſolidum; Quicquid enim ſit ſuper natura ſeu quidditate hujus judicii aſſiſtentiæ in eo regno inducti & practicati *ex pragmatica prima eodem tit. de aſſiſtentia*, ſuper qua ultra omnium pragmaticarum generalia commentaria *Rovit.* particularia edidit *Barbatus*, atque ſcripſerunt *Gait. in ejus tractatu de credito* aliique Regnicolæ frequenter, An ſcilicet
contineret ſimplex remedium aſſociationis ex *l. 3. Cod.* 3
de pignor. de quo latè Menoch. de adipiſc. remed. 5. Cenc. de cenſ. quæſt. 94. Barbat. dict. tract. de aſſiſten. & Rota frequenter præſertim in Bituntina cenſus coram Corrado deciſ. 373. part. 9. rec. in Romana cenſus coram Bichio 26. Junii 1647. ubi ac etiam deciſ. 149. & 150. poſt Cenc. & ſæpius, rejecta contraria opinione, verius firmatur hoc remedium competere etiam contra tertium poſſeſſorem titulo ſingulari, atque hoc jure paſſim vivitur in Curia, quicquid in contrarium teneant deducti apud *Annam allegat. 147. & Rovit. pragmat. 1. de conſervator. in fine.*

Quaſi quod idem ſit aſſiſtere ac aſſociari, capiendo
hoc vocabulum *aſſiſtentia*, pro illa quam judex ita præ- 4
ſtet concedendo familiæ aſſociationem, ut credidit *Rot. pluries, præſertim in Juvenatien. ſeu Melphicten. bono-*

rum 15;

rum 15. Januarii 1646. coram Corrado in principio impreſſ.
5 *Poſt controv. Contrii deciſ.27.* licèt quandoque credi-
derit eſſe idem ac *Salvianum, præſertim in Licien. coram
Veroſp. deciſ.51. part.11. rec.9.* Vel potius, ut verius
videtur, contineat quandam mixturam, tam dictorum
duorum remediorum, quam alterius hypothecariæ, ut
plenè diſcurrit *Rovit. ſuper dicta pragmat. t. de aſſiſten-*
6 *tia*, & habetur actum pluries *ſub tit. de judiciis*; Hoc
unum eſt, quod quacunque opinione retenta, ſemper
pro neceſſario & eſſentiali requiſito adeſſe debet hypo-
theca illorum bonorum, ſuper quibus illa petitur tan-
quam talis judicii fundamentum.

Abſolutum verò eſt ſuper feudis exiſtentibus in di-
cto Regno, nedum ob generalem prohibitionem juris
communis feudorum contentam *in cap. Imperialem de
probib. feudi alien. per Feder.* ſed per aliam particularem
latius patentem contentam in Conſtitutione incipien.
7 *Conſtitutionem divæ memoriæ*, quæ utriuſque Siciliæ ci-
tra & ultra Regnis communis eſt, non dari feudorum
hypothecam, vel quodcunque jus in re, vel ad rem
abſque regio aſſenſu, ita ut excepto caſu refutationis
puræ & non pactionatæ in proximè ſucceſſurum, ali-
cujus tamen contractus cohærentia veſtitæ, non detur
caſus validi contractus ſuper feudis abſque dicto Re-
gio aſſenſu, qui non ſufficit conceſſus per Regiam de-
cretationem, niſi expediatur etiam ejus privilegium in
8 fonna Regiæ Cancellariæ juxta illarum pragmaticarum
expreſſam diſpoſitionem, atque ex Regnicolarum com-
muni ſenſu firmatur etiam per *Rotam coram Dunozetto
inter ſuas deciſ 622. & 604.*

Unde propterea, cum aſſenſus ſit ille, qui animat
& informat actum, atque hypothecæ impreſſionem
cauſat, exinde reſultat abſolutum & in praxi quotidia-
9 num principium, quod creditores cum aſſenſu, quam-
vis poſteriores vincunt anteriores illo carentes, ſeu
eum habentes poſteriorem; Quinimò quod magis, re-
jecta opinione, quam tenent *Anna allegat.30. Capyc.
Latr. conſult.99 & cæteri apud eos*, magis recepta eſt
opinio, de qua *Georg. allegat.18. Theodor. allegat.83.
& alii*, ut in feudis locum non habeat *titulus de ſepa-
ratione bonorum*, ideoque contra juris communis re-
ceptiſſimam regulam, quam habemus in bonis allodia-
libus indifferentibus, creditores hæredis cum aſſenſu
vincunt in feudo quamvis hæreditario creditores de-
functi ſine aſſenſu.

Quibus ita ſtantibus, de plano reſultabat in hac fa-
cti ſpecie, quoad bona feudalia dicti Octavii, de qui-
bus agebatur defectus hypothecæ, & conſequenter ine-
ptia dicti judicii, non obſtante Regio aſſenſu, ut ſu-
pra in dicto contractu cenſuali expedito, utpote impe-
trato de menſe Novembris, & ſic poſt mortem dicti
Octavii defuncti de menſe Septembris præcedentis, un-
10 de non accedente novo conſenſu hæredis, ille remanet
invalidus & inefficax, ex ea clara ratione, quod cum
aſſenſus ſit, ut ſupra ille, qui informat & animat actum,
qui proinde eſt reputandus ex nunc tanquam novus,
& de tempore ipſius aſſenſus ex integro geſtus, id non
remanet verificabile ex defectu extremorum ſeu con-
ſenſuum, cum jam defecta ſit, atque in rerum natura
amplius non exiſtat perſona debitoris contrahentis,
juxta receptiſſimam theoricam *Iſernia in d. cap. Imperia-
lem, num.15. & 16. & in addit. de qua cæteris relatis
Capyc. Latr. conſult.52. & deciſ.137. num.15. Giizzarell.
deciſ.2. in princ. Rovit. pragm.1. de fide memorialium in
princip. de Marin. reſol.25. lib.1. pariter in princip. & in
addit. ad Reverter. deciſ.368. num.2. Salgad. in labyrint.
part.1. cap.33. num.1. cum ſeqq.* & omnes abſque con-
troverſia, quæ ſolum eſſe videtur circa limitationem
tradi ſolitam favore dotis, an ſcilicet ex iſtius privile-
gio obtineri poſſit aſſenſus etiam poſt mortem debito-
11 ris, quod negat *Apont. de poteſtate Proregis tit. de aſ-
ſenſibus Regis ſuper dote, §.1. & ſequitur Salgad. in la-
byrinth. ubi ſupra ex num.11.* ubi hanc opinionem plenè
tueri ſtudet, Quamvis in Regno magis communis &
recepta videatur affirmativa, ut per *Loffred. conſ.31.
Melpheſ. conſ.3. Franch. deciſ.86.126. & 620. Mone.m.
in cap. Imperialem num.206. de Marin. ad Reverter. de-
ciſ.228.* apud quos concordantes, ex ratione, de qua
infra *num.17.*

Tunc autem ſubſequens mors debitoris non tolle-
ret validitatem ſeu efficaciam Regii aſſenſus, quando
ille jam obtentus eſſet cum Regia decretatione ipſo 12
debitore vivente, ſolemnitas autem perficiens actum
expeditionis in forma Regiæ Cancellariæ ſequeretur
poſt mortem, ut advertit *Rovit. in pragm.1. de fide me-
morialium num.3.* Et meritò, quoniam de jure gratia
Principis dicitur ipſo jure perfecta per ſolam decreta-
tionem, ſeu ſupplicationem ſignatam, expeditio au-
tem litterarum eſt ſolemnitas extrinſeca ex ejuſdem 13
principis lege requiſita pro intereſſe officialium, ac ad
alios effectus, potius pro executione & effectuatione
gratiæ, quàm pro ejus ſubſtantia *Caſſador. de iſ.4. de
cauſ. poſſ. & propr. Gomeſ. ad regul. Cancell. de non judi-
can. sext. formam ſupplicationis Mantic. deciſ.286. n.10.
Rovit. pragm.1. de fide memorialium*, benè *Rot. in Cæſarau-
guſtana penſionis 17. Martii 1653. Pentingerio.*

Atque ita receptum & quotidianum habemus in
Curia in adeò frequenti materia beneficiorum ſeu pen- 14
ſionum Eccleſiaſticarum, aliiſqoe gratiis, & indultis;
Licet enim adſit regula Cancellariæ, *de non judicando
juxta formam ſupplicationis*, atque ad normam *Conſtitu-
tionis Julii III.* proviſus de beneficio ſi litteris non ex-
peditis ſe ingerit in illius poſſeſſione, ac fructuum per-
ceptione, plures pœnas incurrat, illam præſertim pri-
vationis; Idemque de penſionario exigente penſionem
litteris non expeditis; Attamen id non percutit ſub-
ſtantiam & perfectionem gratiæ regulandæ ex tempore
ſupplicationis, ſed ſolum executionem ſeu effectua-
tionem, unde conſenſus præſtitus in dorſo ſupplica-
tionis ſeu alias quamvis litteris non expeditis ſufficit;
Prout exigi poteſt penſio pro terminis decurſis ante ex-
peditionem litterarum, regulando gratiam ex tempore
ſupplicationis ſeu reſervationis, ut in ſuis reſpectivè 15
materiis *ſub tit. de beneficiis, & ſub altero de penſionibus*,
cum ſimilibus; Atque receptum habemus in materia
beneplaciti Apoſtolici ſuper alienatione bonorum Ec-
cleſiæ, quod illud nnn obtinetur poſt mortem Præ-
lati, qui re integra poteſt revocare, ſed poſt illud im-
petratum licet non exequutum aliaſque extrinſecas ſo-
lemnitates non impletas, ſubſequens mors, vel pœni-
tentia non præjudicat ex *deduct. per Duran. deciſ.365. &
397. & ſæpius.*

His ſtantibus, ſacrum Conſilium ſuſpenſa ulteriori
exequutione ſententiæ admiſit hanc partem ad reſti-
tutionem in integrum, in cujus gradu cauſa pendet
cum probabili exitu favorabili; Relatum tamen fuit 16
actoris defenſores ad evitandum objectum per eos jam
agnitum ſolidum, & inſuperabile recurſum habere ad
privilegium cauſæ piæ cui ſupponitur competere dotis
privilegia ex pluries dictis per *Tiraquell. privil. piæ cau-
ſæ 147. cum ibi collectis per Ricc. & Thor. in add. & ſæ-
pius alibi per utrumque eod. tract.* unde cum dos ut ſu-
pra habeat hoc privilegium, ut poſt mortem debito-
ris etiam ſine novo hæredis conſenſu aſſenſus obtineri
valeat, ita dicebant ſequi potuiſſe favore dicti piiſſi-
mi Montis abſque dubio privilegiis piæ cauſæ potiri
debentis.

Super hoc autem novo motivo conſultus, dixi etiam
pro veritate, illud pro meo judicio nullam habere ſub-
ſiſtentiam; Licet enim dicta limitatio favore dotis vi-
deatur in eo regno ejuſque Tribunalibus magis com-
muniter recepta ob originalem traditionem *Barthol. de
Capua* Doctorem magnæ auctoritatis io regione, ut
patet ex *Franch. deciſ.80. 126. & 620. Loffred. conſ.31.
in princip. & aliis apud Marin. ad Reverter. deciſ.228.
num.2.* ubi recenſentur *Afflict. Capyc. Camerar. Anna,
& alii*; Attamen id recipiendum eſt potius in reveren-
tiam auctoritatis majorum, & quia ſic illis ſapientibus
viſum

Digitized by Google

viſum fuerit, ut in pleriſque aliis articulis ſeu concluſionibus in eo regno praxis docet, non autem quia de jure communi ex ejus diſpoſitione vel ratione id procedat; Siquidem *Bartholomæus de Capua* originarius concluſionis auctor ad id movetur per text. in *l. ſi ego, §. ſed etſi ff. de jure dotium*, & cum eodem ſenſu procedunt *Loffred. Franch. & cæteri*, quod continere videtur æquivocum manifeſtum, non ſolum ex valde bonis conſiderationibus, quæ impugnando hanc opinionem ſuper dicti textus intellectu fiunt per *Salgad. in labyrinth. dicta part. 1 cap. 33. ex num. 13. ad finem*, ubi nervosè contrarium de jure verius eſſe ſubſtinet, Sed etiam quia ratio aſſignata per textum conſiſtit in eo quod hæres mortuo dotis promiſſore ex quodam dotis favore cogi etiam poteſt, cum certo præſuppoſito à fortiori, quod niſi ipſe principalis promiſſor obiiſſet, cogi etiam poſſet, quaſi quod regulando voluntatem à poteſtate, ſeu neceſſitate ac ſubjectione coactionis, voluntas ſubintelligatur, quæ ratio abſolutè adaptabilis non eſt alienationibus vel obligationibus illorum feudorum abſque Regio aſſenſu.

Quidquid enim ſit in terminis generalibus aliarum rerum prohibitarum ſuper facultate revocandi ſeu pœnitendi re integra, & ante perfectum contractum, in quo adhuc verius videtur talem facultatem intrare ex
18 deductis per eundem *Salgad. dicto cap. 33 num. 11. & ſequent. & part. 2. c. 21. num. 36. cum ſequent. Surd. conſ. 484. num. 8.* cum aliis ex profeſſo in materia deductis in *Romana ſeu Albanen. vineæ pro Nunez ſub tit. de donationibus*, ubi quod idem procedat in contractibus ſuper beneficiis, penſionibus, officiis, locis Montium, emphyteuſi, bonis majoratuum & aliis in commercio ſine alterius aſſenſu non exiſtentibus.

In dicto tamen regno, quatenus pertinet ad feuda, indubitata eſt facultas pœnitendi ſeu revocandi, quod-
19 que ipſemet principalis promiſſor ſeu contrahens non poteſt invitus cogi ad perſeverandum in contractu, per expreſſam ac litteralem legem municipalem uſu paſſim receptam in Conſtitutione *Conſtitutionem divæ memoriæ.* Ideoque ratio dicti textus prorſus incongrua & inadaptabilis remanet, dictaque concluſio referenda potius venit cuidam uſui ſeu ſtylo particulari non improbabiliter apud modernos inducto ſeu tenro ob implicitum aſſenſum generalem favore dotium ex gratiis ab inino concurrentem, juxta ea, quæ de hujuſmodi aſſenſu generali habentur pluries ſupra præſertim *diſc. 26.*

Si ergo id provenit, non ex privilegio clauſo in corpore juris communis, ſed ex quadam conſuetudine, ſeu
20 ſtylo particulari illius regionis, extra quam in puncto juris contrarium omninò verius eſt; Hinc proinde reſultat admittendam non eſſe hujuſmodi extenſionem ratione æquiparationis, cum ea procedat in privilegiis generalibus de jure communi competentibus, de quibus agunt *Tiraquell. & addentes ubi ſup.* & cæteri apud eos, non autem, ubi ex particulari ſtylo, ſeu conſuetudine, cujus peculiaris natura eſt, quod ſtrictè ad ejus præciſos limites, atque in ipſo individuo attendi ſolum debeat, non autem extendi de caſu ad caſum, loco ad locum, ſeu actu ad actum, etiam rationis identitate concurrente juxta receptum *conſ. 237. num. 3. Oldradi, de quo Gregor. deciſ. 45. & 162 Buratt. & adden. deciſ. 379. Mantic. deciſ. 357. num. 4. cum aliis plenè deductis in Majoricen. Canonicatus coram Meltio & Cerro deciſ. 34 & 37. poſt Zuffum de legitim. proceſſus*, & frequenter, cum videatur hodie principium planum.

Præterea etiam ipſiuſmet dotis favore; ſive iſtud dicamus ſpeciale competens de jure communi, ſive ex
21 conſuetudine & ſtylo particulari ut ſupra, id procedit, quatenus agatur de contractu inito directè in cauſam dotis, puta de obligatione dotantis pro dote conſtituenda, ſeu viri & aliorum pro eadem reſtituenda; Secus autem ſi agatur de contractu merè indifferenti cum tertio, quamvis jus, vel intereſſe dotis admixtum ſit, puta quia ſoluta per conſtituentem, vel reſtituta per virum dote in pecunia, iſta ſub diverſo contractu cum tertio inveſtiatur in cenſum, vel alium contractum, cum in iſto contractu & reſpectu tertii, abſque dubio non intrent privilegia dotalia utilitaria reſpective pro dote conſtituenda, vel reſtituenda; Et ſucceſſive idem dicendum venit de cauſa pia in omnibus caſibus, in quibus illa privilegiata ſit, quod ſcilicet intelligatur, quatenus agatur de diſpoſitione in ipſam piam cauſam, principaliter directa in Deum, ac facta ex motivo pietatis & pro ſalute propriæ animæ, ſecus autem ſi agatur de contractu merè correſpectivo ad limites juſtitiæ commutativæ inito cum Eccleſia, vel pia cauſa, tanquam cum privato, cum tunc jure cujuſlibet privati regulari debeat, neque intret peculiaris ratio pietatis, Ut in propoſito concluſionis, quod in obligationibus, aliiſque contractibus ad pias cauſas non requirantur ſolemnitates ſtatutariæ, habetur particulariter actum in *Romana cenſus pro Clementia Cecchina ſub tit. de credito, ſeu contractibus*; Et hic erat caſus, cum hujuſmodi contractus initus non eſſet ad favorem Montis pii ex motivo, ſeu cauſa pietatis, ſed juri merè privato, & per contractum correſpectivum, atque ex hoc omnis difficultas ceſſare videbatur.

† SUper aſſenſu poſt mortem, plura deducunt de Luca *ad Franch. deciſ. 86. 126. & 620. Adden. ad Marin. reſol. 25 lib. 1.* idem *Marin. in addit. ad Reverter. deciſ. 513. Marott. diſcept. 33.* & generaliter de aſſenſu non ſuffragante poſt lapſum terminum invita altera parte, & declarante contractum reſolutum, apud *Bich. deciſ. 660.* ubi concordantes, & conferunt quæ in materia pœnitentiæ ante aſſenſum in illis contractibus, qui ab ipſo aſſenſu perfectionem recipiunt latè deducuntur *ſub tit. de Donat. diſc. 61.*

NULLIUS JURIS PROTHOMISEOS

Pro AGNATIS CONSORTIBUS FEUDI

Cum FEUDATARIO VOLENTE ALIENARE.

Reſponſum pro veritate.

An jus prothomiſeos competens agnatis adverſus extraneum feudi emptorem locum habeat, ubi non alienatur ipſum feudum, ſed ſolum ejus commoditas; Et quatenus de ſtricto jure non intret ipſum jus prothomiſeos; An ad inſtar concedenda ſit prælatio, ubi agnati ſunt conſortes in poſſeſſione ejuſdem feudi; Et quale remedium eis competat, ubi res eſt in fieri, atque ad alienationem adhuc non eſt deventum.

SUMMARIUM.

1 *Caſus controverſiæ.*
2 *De jure prothomiſeos competente in feudis antiquis pacti, & providentiæ.*
3 *Quid in feudis novis, vel mixtis.*
4 *De rationibus quibus dictum jus prothomiſeos innititur.*
5 *Competit jus prothomiſeos etiam in alienatione facta dominio directo, & de ratione.*
6 *Commoditas feudi poteſt alienari ſine aſſenſu.*
7 *Jus prothomiſeos non habet locum in donatione, vel permutatione & tranſactione.*
8 *Quod jus prothomiſeos ſit exorbitans & odioſum.*
9 *Ceſſio commoditatis non tangit feudi ſubſtantiam, nullumque jus tribuit in re, vel ad rem.*
10 *De concluſione de qua num. 8. an jus prothomiſeos ſit odioſum, vel favorabile.*
11 *Quod in feudis ſit favorabile, & de ratione, & de jure feudorum ut ſit antiquius jure communi quoad uſum.*
12 *De rationibus, ob quas etiam in alienatione commoditatis*

moditatis intrare debet jus prothomiſeos.

13 *In Regno Neapolitano vaſſallis datur prælatio adverſus novum emptorem feudi, ac etiam adverſus novum conductorem.*

14 *Facilius danda eſt eſt prælatio, ubi alienatio fieret in peroſiorem.*

15 *Agnati, vel conſortes, quibus competit jus prothomiſeos poſt factam alienationem facilius jus habent illam impediendi, & quomodo.*

DISCURSUS CX.

A Plurium ſæculorum citra, Pontificia & Imperiali auctoritatibus, poſſidentibus quibuſdam no-
1 bilibus de Illuſtri familia ab eodem ſtipite deſcendentibus aliqua feuda in forma indubitata pacti & providentiæ, cum unicus ex proprio Colonello ſuperſtes abſque prole intenderet, ut ſupponebatur extraneo ſuam portionem alienare, in ſola tamen commoditate, ut ita excluſum remaneret jus prothomiſeos de jure feudali competens aliis agnatis, per iſtos deſuper conſultus, quomodo ſcilicet id impediri poſſet, ſeu quatenus ſequatur, an de juſtitia eis competeret retractus, ſeu prælatio.

Reſpondi, quod ubi ageretur de formali alienatione ipſius portionis feudalis importante tranſlationem juris realis, ac tangere ſubſtantiam feudi, tunc caſus eſſet indubitatus pro affirmativa, dum agitur de feudo
2 antiquo pacti & providentiæ per textus litterales in *cap.1. §. Titius ſi de feudo defuncti cap.1.§. ſed & res per quos fiat inveſtitura, & in cap.1. §. porro qualiter olim feud. poter. alienari, ubi gloſſ. Iſernia. Afflict. Alvarot.* & cæteri communiter ad nimiam ſatietatem collecti per *Sehrader. de feud. part.8. cap.7. Roſenthal. eod. tract. cap.9. membr.2. concl.87. n.1. & in gloſſ. lit. A. Hartman Piſtor. part.2. quæſt.11. & 12. Berlich. concluſ 57. lib.2. Maſtrill. deciſ.8. n.1. & ſeqq.* & omnes abſque contradicente.

Sola enim quæſtio cadit in feudis novis, ſive in an-
3 tiquis mixtis habentibus annexam qualitatem hæreditariam, nedum primi acquirentis, ſed etiam ultimi morientis, ut ſunt illa Regni Neapolitani, & in qua nimium certant feudiſtæ Neapolitani; Negativam enim tenent *Capyc. Latro conſult.27. 28. & 96. de Marin. reſol.116. lib.2. ſcribentes apud Rumm. in addit. ad Affl. de jure prothomiſ. fol.64.* Affirmativam verò *Rovit. in conſ. impreſſ. poſt deciſ 11. Aponte & inter ejus commentar. ſuper pragm. in rubr. de feudis, & idem Aponte dicta deciſ.11. & alii per Capyc. Latr. & Add deciſ.57. num.2.* ubi quod hæc opinio eſt magis recepta, & habetur ſupra in *Montis Peluſii diſc.36.* Sed quidquid ſit, extraneum dicebam de his quærere, dum agebatur de feudo indubitanter antiquo pacti, & providentiæ puro, quo caſu nemo dubitat; Tunc enim non ſolum intrat ratio æquitatis, cui innituntur *Aponte, Rovit. & ſequaces,* & ſuper qua eſt quæſtio, an jus prothomiſeos feudale tali ratio-
4 ni innixum ſit nec ne, ſed intrat abſque dubio altera in qua omnes concurdant, illius ſcilicet præventivæ revocationis, quæ agnatis moriente feudatario alienante competeret, etiam pretio non oblato; Unde propterea per hujus remedii intentationem magis conſulitur, tam feudatario alienanti jus ſuum, quam extraneo illud ementi, ideoque nulla ſupereſſe videtur dubitandi ratio ex deductis ſupra *diſc.36. ac etiam in Jannen. diſc 37.*

Er ſtante hac ultima ratione, certum videtur dicto retractui locum eſſe, quamvis & in ipſummet Dominum alienatio fieret, quoniam reſoluto jure alienantis, adhuc agnatis juxta ordinem vocationis com-
5 perit jus neceſſariæ ſucceſſionis, & conſequenter jus revocandi alienationem, ex quo reſultat jus prothomiſeos, cum hæc alienatio facta in Dominum in hoc privilegiata eſſe videatur, atque differre ab ea, quæ ſine aſſenſu fieret in extraneum, quod ita aſſenſum habere dicitur ad effectum evitandi pœnas, ac etiam nullitatem actus ab initio, etiam durante jure alienantis, ſed non tollit dictum jus ſucceſſionis, ex plenè deductis per *Roſenthal. d. cap.9. membr.1. concluſ.52. num.3. & in gloſſ. lit. B.*

Difficultas igitur ſolum eſſe videbatur, quatenus di-
ctus alter alienandi modus teneretur, commoditatis 6
ſcilicet, prout facti eſt non tangentis ſubſtantiam feudi, quod non dubitatur etiam ſine aſſenſu fieri poſſe ex iis, quæ pluries *hoc eodem tit. ſupra* firmata habentur, præſertim *in Romana, ſeu Status Eccleſiaſtici infeudationum, diſc.61.* Atque de ſtricta juris cenſura contra agnatos pro d. juris prothomiſeos incompetentia ita reſpondendum videbatur, quoniam tam jura feudalia, quàm feudiſtæ, de quibus ſupra loquuntur de alienatione, quæ fieret per contractum emptionis & venditionis, vel alium æquipollentem, ſecus ſi per alterum donationis, permutationis, tranſactionis, & ſimilem in quo cum non poſſit retrahens dare idem, quod dat extraneus, ille non intrat ex collectis *per eundem Roſenthal. d cap.9. concluſ.90. num.4. & ſeqq.*
& in gloſſ. ibidem & conferunt quæ generaliter in ma- 7
teria retractus habentur *ſub tit. de ſervit.* ut non procedat in alienatione per donationem, permutationem, tranſactionem, & ſimiles; Cumque ex ibidem deductis, ac etiam *ſupra in Romana, ſeu Sabinen. prælationis diſcurſ.38.* ex veriori magiſque recepta ſententia hoc jus
prothomiſeos cenſeatur odioſum & exorbitans, id- 8
circò ejus extenſio de caſu ad caſum admittenda non eſt.

Et fortius quia cum ex deductis *d. diſc.61.* & alibi pluries ſupra, alienatio commoditatis nullum jus tribuat in re, vel ad rem, neque feudi ſubſtantiam tangat, ſed ille in quem talis alienatio facta eſt, habea-
tur tanquam nudus miniſter & procurator alienan- 9
tis, percipiendo ejus nomine fructus, illoſque poſtquam ſeparati ſunt ab eorum cauſa productiva, & effecti allodiales applicando ſibi ipſi, & in rem propriam; Hinc proinde reſultat, quod ſicuti feudatario deputante procuratorem, vel œconomum, aut gubernatorem irrevocabilem, non poſſent agnati id prohibere, atque prælationem prætendere, cum id nullibi in jure cautum habeatur, ſic à pari cum idem videatur caſus.

His tamen non obſtantibus, contrarium in facti 10
ſpecie probabilius credebam ex ejus particularibus circumſtantiis; illud in primis prænotando, quod quidquid ſit de ſuperius inſinuata quæſtione in terminis generalibus retractus competentis ex jure municipali, in qua plerique tenent illud eſſe favorabile, utpote conforme etiam juri divino, ac naturali æquitati, ut plenè deducitur *in voto Præſidis viarum regiſtrato deciſ. 173. part.4. recent.* Ubi etiam tenenda eſſet opinio contraria, quam ſequitur Curia juxta aliud votum, *de quo deciſ.783. ultima part.2. rec. & in Perſina retractus 4. Maii 1637. coram Coccino*, quæ eſt in materia magiſtralis, id provenit ex diſpoſitione text. *in l. dudum, C. de contrahen. empt.* cum concordantibus inducentibus vendendi, ſeu alias de bonis ſuis diſponendi libertatem, quaſi quod ita jus commune corrigatur, atque ab ejus diſpoſitione hoc jus municipale exorbitet, *ut ſupra dictis diſc.36 & 38.* & pluries in dicta ſua materia de retractu *ſub tit. de ſervit.*

Hæc autem ratio non videtur adaptabilis feudis, 11
quoniam quando jus non ſcriptum, ſeu conſuetudines feudales à legibus Longobardorum ut plurimum derivatæ, poſt longum intervallum in ſcripturam redactæ fuerunt per *Gherardum, & Obertum*, nunc nulla habebatur notitia, nulluſque uſus in Italia Juris Civilis Romanorum juxta compilationem Juſtiniani, ut patet ex legali hiſtoria diſtincte deducta in *Neapolit. ſub tit. de ſervitut. diſc.1.* ac etiam magis ſummatim inſinuata *d. diſc.36. & diſc.2. hoc eod. tit.* Ideoque dici non poteſt, quod hoc jus feudale editum eſſet in correctionem juris communis, cum quo tunc vivebatur, quia tunc tale jus ignotum erat, ac etiam quia ipſimet juri
ignota

Digitized by Google

ignora ſunt feuda ; Et conſequenter ceſſante dicta ratione, ob quam jus prothomiſeos in aliis rebus indifferentibus reputatur exorbitans, & correctorium, potius intrare videntur rationes contrariæ opinionis illud reddentes favorabile, æquitativum, ac benignè intelligendum.

Quibus ita prænotatis, tam æquitatis, quam con-
12 gruentiæ, ac etiam rectæ adminiſtrationis juſtitiæ rationes in hac facti ſpecie dictam prælationem exigere videbantur, quoniam non agitur de caſu, in quo tale jus petant illi agnati proximè ſucceſſuri, qui feudum non poſſidentes, habent ſolum jus, vel ſpem futuræ neceſſariæ ſucceſſionis, ob quam ſecum ferentem jus revocandi alienationem, etiam non reſtituto pretio, datur hoc privilegium, ſeu facultas ; Sed agitur de agnatis compoſſeſſoribus eorumdem feudorum pro eorum portionibus, dum agitur de feudis dividuis ad formam Juris Longobardorum, idéóque alia duplex intrat ratio, una conſortii, & altera utilitatis vaſſallorum, rectæque adminiſtrationis juſtitiæ, ut numerus dominorum, quo magis fieri poteſt reſtringatur, & ex quibus rationibus ita fuiſſe deciſum de anno 1617. per Collaterale Conſilium Neapolis teſtatur *Lanar. Jun. in addit. ad Lanar. ſen. in repet. d. §. ſed etiam res, & Donade, de renunciat. tom. 2. cap. 26. num. 106. ut advertitur d. diſc. 38.*

Et magis proximè, ut eadem prælatio quæ in Regno Neapolitano de recepto uſu competit vaſſallis ad-
13 versùs novum feudi emptorem, competat etiam adversùs conductorem deciſum teſtatur *Capyc. Latr. deciſ. 168. num. 9. & 30.* ubi etiam per totam deciſionem de prælatione conſortis in dominio etiam in locatione, & ſic ex identitate rationis intrat extenſio, potiſſimè, ac extra dubium attendenda, ubi ille cui fieret talis alienatio eſſet potentior, undè facto caſu ſucceſſionis difficilis redderetur recuperatio, ex iis quæ proximè habentur *apud Natt. conſ. 491. cum concord. in Placentina*
14 *ſub tit. de emphyt. diſc. 29.*

His autem poſitis, ſi jam ſequuta alienatione daretur jus illam ita retractandi, multò magis dicebam de plano competere eiſdem agnatis jus inhibendi conſorti, ne alienaret, niſi ipſis offerentibus illud idem, quod ſine fraude ab alio inveniatur, & per illud remedium quod dicunt conſervativum feudiſtæ *in d. c. 1. §. porro, & c. 1. §. ſed & res per quos fiat inveſtitura, cum concord. per Roſenthal. d. c. 9. membr. 2. concluſ. 86. num. 3.*
15 *& in gloſſ. ibid. lit. B. & C. & concluſ. 90. in princ.* Et confert etiam vulgatum dicterium, *quod turpius ejicitur, &c.* quo utuntur etiam Juriſtæ, *ut per Alex. conſil. 213. num. 7. lib. 6. conſ. 174. num. 13. & 175. num 42.* Ac etiam alterum, quod *facilius impediantur facienda, quam retractentur jam facta* ex collectis *per Barboſ. axiom. 93. num. 30. cum ſeqq.* Atque ita in præſenti quæſito mihi pro veritate viſum fuit reſpondere.

† DE Jure prothomiſeos habetur ſupra *diſc. 36. & ſeqq.* cum ibi notatis, & de Ceſſione commoditatis, etiam in prohibitis ſupra *diſc. 61. & tit. de Emphyt. diſc. 44. & tit. de Penſ. diſc. 2. & 68. & ſeqq.*

---

† ROMANA, SEU NULLIUS FEUDI, &c.

Conſilium pro directione, ſuppreſſis nominibus.

De mutatione naturæ, vel ſtatus rei, quod de allodiali efficiatur feudalis, recognoſcendo alterum in dominum, an importet reſtrictionem, cui ſubjacet feudum ab alio acceptum, juxta leges feudales ; Vel potiùs retineat in reliquis antiquam naturam ; Et præſertim an ſub nomine hæredum veniant ſolùm illi ſanguinis, vel etiam extranei, ad eamdem materiam, de qua ſuprà *diſc. 55. & 63.*

Card. de Luca Theatr. Tom. I.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries, cum ratione dubitandi.*
2 *Bulla de non infeudando, comprehendunt etiam extenſionem lineæ.*
3 *De operatione, vel interpretatione verbi hæredum, & ſucceſſorum, & quid, ubi adeſt verbum quorumcumque.*
4 *Quid, ubi præcedit verbum filiorum, & deſcendentium.*
5 *An, & quando geſta per procuratorem ultra fines mandati valeant.*
6 *Quod mandatum deſerviat pro interpretatione in dubio.*
7 *De differentia inter caſum feudi ſuſcepti ab infeudante, & inter feudum in re propria.*
8 *An prohibitio alienationis ſit compatibilis cum feudo hæreditario, & tranſmiſſibili ad extraneos.*

DISCURSUS CXI.

POſſidente ab antiquo ex ſucceſſione majorum, quodam Domicello, Caſtrum juriſdictionale, cum vaſ- 1
ſallis, jure illius improprii, & ſubordinati allodii, juxta cujus naturam per Barones, & Domicellos Romanos, & Status Eccleſiaſtici poſſidentur Oppida, & Caſtra, ac etiam aliquæ Civitates ex pluries in præcedentibus inſinuatis ; Incertum eſt quibus motivis annis decurſis, Præfatus Domicellus per procuratorem juramentum fidelitatis præſtitit Papæ, cui idem Caſtrum ſuppoſuit, atque ab eo in feudum recepit pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum ſub obligatione recognitionis ſingulis annis in una libra ceræ albæ elaboratæ, ſub pœnis, in Conſtitutione Gregorii XIII. contentis, alienatione penitus interdicta ; Cùm autem idem Domicellus, vel ejus filius, Caſtrum alteri vendere vellet, atque beneplacitum Apoſtolicum ſuper emptione non denegaretur, in forma conſueta, abſque ſcilicet præjudicio Jurium Cameræ, & ad præſcriptum Conſtitutionum Pii V. & Innocentii IX. aliorumque Pontificum, de non Infeudandis ; Hinc pro parte ejus, qui emere intendebat, deſuper conſilium petitum fuit, an dicta emptio tutè fieri poſſet.

Reſpondi reſolutionem pendere ab interpretatione dd. verborum, *pro hæredibus & ſucceſſoribus*, quæ continentur in recognitione ſeu inveſtitura feudali, an ſcilicet, intelligenda eſſent juxta naturam, ſeu ſtrictam ſignificationem feudalem, pro hæredibus ſanguinis tantùm vel potiùs juxta naturam bonorum allodialium, & indifferentium pro hæredibus & ſucceſſoribus etiam extraneis ; Iſto etenim ſecundo caſu credebam, quod tutè emptio fieri poterat, dum nulla ſequebatur mutatio linearum, atque extraneus emptor venit ſub nomine ſucceſſoris titulo ſingulari ; E converſo autem in primo caſu emptio ſuffragari, & ſi ſuſtineri poterat durante linea vel deſcendentia venditoris, dum ad præſcriptum Bullæ Beati Pii V. de non infeudandis, de qua frequenter in præcedentibus & præſertim *diſc. 14. & 61.* Juxta declarationem factam per Conſtitutionem Innocentii IX. non ſolùm interdicta eſt infeudatio feudi, jam devoluti, vel cujus devolutio immineret, ſed etiam quicumque actus, per quem ſequeretur lineæ prorogatio, atque major feudi duratio. 2

Quatenus itaque pertinet ad hunc punctum, probabiliter reſpondendum debere credidi, de lata & benigna dictorum verborum interpretatione ex duplici fundamento. Primò ſcilicet quoniam licet in inveſtitura recepta per procuratorem, qui nomine dicti Domicelli abſentis, juramentum præſtitit, verba eſſent concepta *pro hæredibus & ſucceſſoribus* ſimpliciter ; Attamen in mandato procuræ dicitur *pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque* ; Iſtud etenim verbum ſeu adjectum univerſale *quibuſcumque*, in hoc propoſito ceſſare 3

 facit

facit omnem quæſtionem, quæ cadit, ubi dicatur *pro hæredibus & ſucceſſoribus* ſimpliciter, cum illud verbum *quibuſcumque* tanquam amplum & effrænatum, comprehendit omnes hæredes etiam extraneos, omneſque ſucceſſores, non ſolum univerſales, ſed etiam particulares ex iis, quæ paſſim habemus in materia emphyteutica, quoties præſertim agatur de emphyteuſi Eccleſiaſtica, cujus regularis natura eſt, non egredi hæredes ſanguinis; Et in his terminis feudalibus latè habetur in deciſionibus, quæ hinc indè prodierunt in celebri *Sarſinaten.feudi apud Coccin. deciſ.2305. repetit. apud Capyc. Latr.conſultat.75.num.279.& apud Dunozet. deciſ.748.& 760.repetit. Poſt Contrium deciſ.18. & 19. etiam fuit apud Otthob. deciſ.265.*

Difficultas etenim in eo caſu cadebat, ex eo quod 4 præcederet verbum *filiis*, an ſcilicet iſta alia verba magis ampla *hæredum & ſucceſſorum*, ſtarent famulativè vel qualificativè, ut primo loco deciſum fuit *coram Coccino*; Vel potiùs ampliativè ut ultimo loco deciſum fuit *coram Dunozetto & Otthobono*, ſed quando non præcedit dictum verbum *filiorum & deſcendentium*, quod denotat ſucceſſores ſanguinis, tunc accedente dicto verbo amplo, & effrænato *quibuſcumque* caſus videtur extra omnem dubitationem, dum huic verbo tradi ſolent etiam quædam improbabiles operationes enuntiatæ *ſub tit.de renunciat.diſc.4.& in ejus adnotationibus.*

Et quamvis, ubi inveſtitura reſtrictionem haberet ad ſolos hæredes ſanguinis, adeo ut dignoſceretur con- 5 trarietas inter mandatum & inveſtituram, amplitudo verborum mandati, nullius remaneret operationis ſtante ſubſequuta ratificatione inveſtituræ, per quam tollitur illa nullitas, quæ reſultare dicitur ab exceſſu finium mandati, dum hic exceſſus operatur, ut principalis non remaneat obligatus ex facto procuratoris ultra fines mandati, quatenus ipſe ratum non habuerit, ſecus autem ratihabitatione accedente, ex deductis *tit.de credito diſc.*84.& alibi pluries.

Attamen, cùm verba inveſtituræ ſunt ambigua vel apta comprehendere, etiam hæredes & ſucceſſores extraneos, dum nullum præcedit verbum *filiorum, & deſ-* 7 *cendentium* ſeu alias reſtrictivum hæredum ſanguinis, hinc proindè mandatum rectè deſervire poteſt pro interpretatiooe.

Et ſecundò in idem ponderabam diſtinctionem, de qua ſuprà *diſc.56. & 63.* quod ſcilicet magna ſit differentia inter caſum illius veræ, & propriæ inveſtituræ feudalis, per quam infeudans concedit in feudato rem ſuam; Et alterum caſum hujus inveſtituræ, potiùs impropriæ, & intellectualis, per quam infeudans nihil dat de ſuo, ſed potius acquirit, quia nempè infeudatus agnoſcit rem ſuam in feudum ab ipſo infeudante, habente rei dominium intellectuale ob præambulam occultam donationem. Primo etenim caſu, ſtrictius, & rigoroſius proceditur, ut cenſeatur donatum vel conceſſum quid minus, & cum ea lege, quæ eſt connaturalis qualitati bonorum, atque ot quo citius fieri poteſt ea redeant ad ſuam cauſam & unitatem.

Et nihilominus etiam iſto caſu conceſſio interpretanda videtur à ſua cauſa, an ea ſcilicet ſit lucrativa, vel oneroſa ut in caſu quo ſit lucrativa intret dicta ſtricta prohibitio ob ſtrictam naturam, vel interpretationem donationis. In altero autem reflecti debeat ad quantitatem pretii, ex qua deſumi ſolet quid ſit voluntas Partium, iſtudque eſt magnum argumentum ad probandum quid in contractum deductum ſit, juxta vulgatam, & receptam propoſitionem, frequenter in omni ferè materia inſinuatam; ſive reflectendum eſt ad alias facti circunſtantias, ex quibus deſumi valeat una, vel altera veriſimilis voluntas, cujus potiùs facti, quàm juris revera eſt quæſtio, undè propterea pro meo ſenſu erroneum videtur procedere cum ſolis generalitatibus, ad has diſtinctiones & circumſtantias non reflectendo.

In altero autem, in quo infeudans nihil det de ſuo, ſed potiùs in actu infeudationis occultari dicatur dicta præambula donatio, quam feudatarius infeudanti faciat, tunc utique diverſa intrat interpretatio ex eadem ratione, ut cenſeatur donatum quid minùs; Ac etiam habendo reſpectum ad finem vel effectum, ob quem hujuſmodi actus ſequi ſolent, qualis eſt, ut ille Princeps, ob fines politicos ampliationis, vel munitionis ejus principatus, acquirat illius loci dominium directum & altum, ejuſdemque loci Dominum, & poſſeſſorem habeat in ejus Vaſſallum & fidelem; Econverſo autem, ex parte illius, qui ſupponit rem ſuam, aliàs liberam illi ſervituti, finis eſt ita obtinendi illam protectionem, ſuumque dominium ponendi in tuto ab aliorum oppreſſionibus, juxta caſus, de quibus *d.diſc.54. & 63.* In reliquis autem, ex veriſimili voluntate utriuſque, res remanet in ejus primæva natura, quoties contrarium expreſsè non dicatur, ut in conſimili caſu, ſequutum fuit in ſtatu Plumbini, de quo *d.diſc.54.* quod recepta fuit inveſtitura in forma pacti, & providentiæ cum reſtrictione ad ſolos deſcendentes inveſtiti, excluſis agnatis, deſcendentibus ab eodem primo ejuſdem ſtatus conquiſitore.

Alii in idem conſulti ex parte ejuſdem futuri emptoris, difficultatem habebant circa dictam reſtitutionem, ob alienationis prohibitionem in inveſtitura contentam, quaſi quod eſſent inter ſe contraria, feu- 8 dum eſſe tranſitorium ad hæredes, & ſucceſſores quoſcumque, & prohibitam eſſe alienationem; Verùm iſtud mihi non videbatur motivum conſiderabile, quoniam cum de tempore hujus inveſtituræ conceſſæ per Pontificem Paulum V. jam prodiiſſent Conſtitutiones Sixti V. & Clementis VIII. ſtrictè prohibentes alienationem, etiam illorum Caſtrorum, & bonorum juriſdictionalium, quæ in natura allodii in hoc principatu à Baronibus, & domicellis poſſidentur, ad omnes tranſmiſſibilia; Idcirco iſta prohibitio adjecta videtur pro exequutione, & obſervantia dictarum Conſtitutionum, ac etiam ad alios fines & effectus, compatibiles cum tranſmiſſibilitate ad hæredes, etiam extraneos, ut frequens, & quotidiana praxis docet io Urbe in conceſſionibus emphyteuticis, merè hæreditariis, & tranſmiſſibilibus ad hæredes etiam extraneos, continentibus tameo ſtrictiſſimam alienandi prohibitionem ſine conſenſu Domini directi, qui abſque juſta cauſa denegari non poteſt eodem modo, quo habetur *ſub tit.de regal.* in officiis venalibus, tam ſcilicet ad effectum ſolutionis laudemiorum, aliorumque emolumentorum, quàm etiam ut Dominus ſciat qualitatem perſonæ, ad quam bona transferenda ſunt, ne transferantur in potentiorem, aut aliàs talis qualitatis, quod juſtè denegare valeat aſſenſum; ſive ut ipſe iſta occaſione recognoſcatur, meliuſque conſervetur probatio ſui dominii, vel occurratur aliis fraudibus & præjudiciis, quæ ſibi parari poſſunt; Et per conſequens ſtat benè ſimul prohibitio alienandi ſine conſenſu cum tranſmiſſibilitate ad quoſcumque.

---

† THOLOSANA FEUDORUM DE Luxemburgo, ſeu de Ligny.

Pro Principe Bernardo cum Principiſſa Maria.

RESPONSUM.

De ordine ſucceſſionis feudorum inter plores lineas, earumque maſculos, & fœminas reſpectivè; Et an idem ordo alterari poſſit per feudatarium in præjudicium ſucceſſorum.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De puncto ad quem reſtringebatur difficultas cauſa.*
3 *Quod non placeret via per quam alii ambulabant.*
4 *Fœmina de linea admiſſa vincunt maſculos alterius linea.*

5 *Linea*

5 *Linea jam admiſſa, ſed excluſa, remanet tanquam extranea in concurſu lineæ excludentis.*
6 *De proprio ſenſu pro directione cauſæ.*
7 *Quando intret prærogativa lineæ cum ordine graduali ſupra gradum, & ſexum.*
8 *Quod tota vis hodie conſiſtat in applicatione.*
9 *Ordo ſucceſſionis feudi antiqui non poteſt alterari per poſſeſſorem.*
10 *De aſſenſu, vel beneplacito præſumpto.*
11 *An, & quando tranſactio afficiat ſucceſſores, venientes jure proprio.*
12 *De eodem aſſumpto, de quo num. 9.*
13 *Quomodo intelligi debeat diſpoſitio ſuper ſucceſſione majoris natu, vel capitis domus.*

DISCURSUS CXII.

PRinceps Ludovicus de Luxemburgo, poſſeſſor antiqui feudi de Ligny, cum dignitate Comitatus, de
1 anno 1505. in codicillis iſtud feudum, cum annexis, reliquit capiti armorum, ſeu domus, ejuſque deſcendentibus ſub ſtrictiſſima alienationis prohibitione; iſtaque diſpoſitio effectum ſortita eſt in Carolo, ex fratre nepote, à quo tranſiit in Antonium filium, cúmque hic eſſet quoque poſſeſſor alterius feudi Brienny pariter Comitatus dignitate decorati, utrumque feudum, ſeu Comitatum de anno 1555. donavit Joanni primogenito, inter quem, ac Antonium, & Franciſcum fratres (ſequuta morte patris) ortæ fuerunt controverſiæ, ſopitæ per concordiam de anno 1561. per quam dicta donatio effectum ſortita eſt, dictique Comitatus penes ipſum primogenitum remanſerunt aliis fratribus obtinentibus quædam alia feuda & bona.

De anno verò 1572. inter eoſdem fratres inita eſt conventio, ut præfatus Comitatus de Ligny, ad formam dictorum Codicillorum Ludovici, deberet ſemper eſſe præcipuus maſculi majoris natu, qui deferret nomen, & inſignia domus de Luxemburgo, cum aliis pactis ad rem non facientibus, ſuper aliis caſtris, & Baroniis; defunctoque dicto Joanne, ſuperſtitibus Carolo, Diana, & Aloyſia filiis, eodemque Carolo ſine prole defuncto, orta eſt controverſia ſuper dicto feudo, ſeu Comitatu de Ligny, inter Aloyſiam aviam dicti Principis Bernardi & Franciſcum prædictum fratrem ſecundogenitum Joannis, atque de anno 1611. in vim dictæ conventionis anni 1572. Franciſcus obtinuit favorabile arreſtum, cui Aloyſia per quandam concordiam acquievit, undè propterea Franciſcus donec vixit, Comitatum poſſedit, ipſoque defuncto, in eo ſucceſſit Henricus filius, quo pariter ſine prole defuncto, ſuperſtite Carlotta, contra iſtam, præfata Aloyſia, litem inſtituit, reaſſumptam per dictum Principem Bernardum, Aloyſiæ nepotem ex Carolo filio, contra dictam Mariam Carlottæ filiam, cujus vir, nomen, & inſignia de Luxemburgo acceperat eodem modo, quo fecerunt præfatus Bernardus, & Carolus ejus pater; Iſtaque diuturna lite adhuc pendente, ſuper ejus meritis ex parte ejuſdem Bernardi, conſultus fui.

In diſcurſu autem tranſmiſſo, ſuper quo reſponderi petebatur, duo continebantur præſuppoſita; Primò nempè, quòd feudum eſſet antiquum in provincia, in qua vivatur juxta leges, ſeu conſuetudines feudales, quódque in eadem provincia vigeat lex particularis, expreſsè diſponens, ut feuda decorata dignitate ſint individua deferenda cum ordine primogenituræ; Et ſecundò, quòd fœminæ, earumque deſcendentes eſſent quoque capaces, ad inſtar feudorum, quæ ſunt in Regnis utriuſque Siciliæ, ex deductis ſuprà *diſc.* 13.

Atque in eodem diſcurſu deſuper tranſmiſſo, non im-
2 pugnando, ſed potiùs præſupponendo præfatam conventionem anni 1572. ad favorem maſculorum, totum fundamentum conſtituebatur pro Bernardo, in prærogativa lineæ, quòd ſcilicet cùm contentio eſſet inter æquè fœminas, vel deſcendentes ex eis; hinc proindè linea primogenita, de qua erat Bernardus, prævalere deberet, quodque propterea per mortem Henrici ultimi maſculi, ſucceſſio aperta eſſet Aloyſiæ, filiæ Joannis primogeniti potiùs, quàm Carlottæ filiæ Henrici ultimi poſſeſſoris, ita inſiſtendo ſuper ordine graduali, de quo ſuprà *diſc. 13. & latiùs in decif. Siciliæ, in eo caſu edita, & regiſtrata hoc eodem lib. & tit. de fideicomm. diſc. 15. & 34. & in ejus annotationibus*; Et cum hoc ſenſu poſtſcripta præſuppoſitum fuit proceſſiſſe.

Alios in Curia, & extra, deſuper conſultos, majorem, imò totam vim conſtituendo in comprobatione concluſionis ſuper dicta prærogativa lineæ, quæ vincere debet tam gradum, quàm ſexum & ætatem, magnum deſuper faciendo cumulum allegationum, atque admittendo, quòd ſucceſſio regulanda eſſet ex perſona Henrici ultimi de linea maſculina ſecundogenita.

Quamvis autem, ſtantibus dictis præſuppoſitis, ac juxta ea quæ proponebantur, non tamen viſis juribus alterius partis, pro eodem Bernardo reſpondendum fo- 3
re, mihi quoque viſum fuerit; quódque in iſta ſucceſſione potiores eſſent ejus partes; Non tamen placuit illa via, quæ ut ſuprà tenebatur; ſiquidem admiſſo Jure 4
Franciſci, & Henrici ejus filii, ad formam præfatæ conventionis, adeò ut ſucceſſio regulanda eſſet ex perſona dicti Henrici; tunc ad favorem Carlottæ, ejuſdem Henrici filiæ, potiùs reſponderi debuiſſet, ex eadem concluſione, de qua *d. diſc. 34. de fideicomm.* ubi allegantur *Fontanell. Caſtrill. & alii antiquiorum relatores*, quòd ſcilicet fœmina ſuperſtes de linea admiſſa, ſeu ingreſſa, vincat maſculos alterius lineæ remotioris; Et per conſequens, quòd non daretur ordo retrogradus, ut defuncto maſculo de linea ſecundogenita, qui excludit fœminam de linea primogenita, iſta fœmina excluſa reaſſumeret ſuum jus ſuccedendi ex prærogativa lineæ, quamvis ſit remotior in excluſione filiæ maſculi deficientis, dum potiùs intrat regula, quòd fœmina ſemel excluſa, remanet perpetuò excluſa, per excludentem ejuſque poſteritatem, ideóque ſucceſſio regulanda eſt ex perſona excludentis inter cujus deſcendentes intraret idem ordo gradualis cum prærogativa lineæ; nulla ratione habita alterius lineæ primogenitæ, dum illa jam annihilata 5
fuerat, ideóque habenda venit pro jam extincta, ſeu effecta extranea per admiſſionem alterius lineæ maſculinæ ſecundogenitæ, quæ contendebat de continuatione, juxta diſtinctiones, de quibus *in annot. ad diſc. 15. de fideicommiſſ.*

Credebam itaque, ut potiùs inſiſtendum eſſet in iſta concluſione continuationis ſucceſſionis ex eadem linea, etiam favore fœminarum, in excluſionem alterius 6
lineæ jam excluſæ, vel non admiſſæ, quodque ex eadem, bonum jus aſſiſteret Bernardo, ex diverſo tamen præſuppoſito, impugnando ſcilicet validitatem dictæ conventionis anni 1572. & per conſequens, quod ea non obſtante, per mortem Joannis primogeniti, ſeu Caroli ejus filii, ſucceſſio aperta eſſet ad favorem Aloyſiæ, filiæ, ac ſororis reſpectivè in excluſionem Franciſci, ita negando initium ingreſſus in lineam Franciſci, ſtipitis Mariæ adverſariæ, ex eadem regula prædicta, quod fœmina ſuperſtes ex linea primogenita admiſſa, vincat maſculos tranſverſales, ac remotiores alterius lineæ ſecundogenitæ, & ſubſidiariè vocatæ.

Tunc etenim caderet hæc inſpectio ſuper prærogativa lineæ, quæ vinceret gradum, ac ſexum, & ætatem, 7
quando omninò defecta eſſet linea poſſeſſoris, adeò ut ageretur de novo concurſu plurium perſonarum, ex diverſis lineis, quæ omnes venirent ex integro pro novo ingreſſu, juxta caſum ſucceſſionis Regni Portugalliæ, cum aliis *in dd. annot. ad diſc. 15. de fideicomm.* ſed ubi poſſeſſor, in cujus lineam ſucceſſio legitimè ingreſſa eſt, reliquit prolem, quæ ſit capax, tunc locus eſt continuationi, quæ eatenùs ceſſat, quatenus obſtet incapacitas, vel prælatio ratione ſexus, juncti cum qualitate agnatitia, quatenus agnationem reſtetur, vel lex contempletur, ex latè deductis *in d. decif. Siciliæ.*

Hinc proindè, eædem erant concluſiones juris, quæ utrique contendentium aſſiſtebant, punctus autem erat in applicatione, ad quam hodie revera omnes penè
8 controverſiæ reſtringuntur, quoniam ſi dicta conventio anni 1572. eſſet valida, concluſiones aſſiſtebant Carlottæ, & Mariæ ejus filiæ, dum ſucceſſio regulanda erat ex perſona Henrici. E converſo autem, ſi non eſſet valida, aſſiſtebant Aloyſiæ, & Bernardo ejus nepoti, dum ſucceſſio regulanda erat ex perſona Joannis patris, vel Caroli, fratris Aloyſiæ; ac propterea ſemper magis, ac magis edocemur, quam erroneum ſit procedere cum generalitatibus, vel totam vim conſtituere in concluſionibus, earumque comprobatione cum inani allegationum cumulo, non benè diſtinguendo caſus, neque reflectendo ad eorum diverſas circunſtantias, ex quibus revera cauſarum deciſiones pendent.

Reſtricta itaque pro meo judicio difficultate ad punctum validitatis, vel invaliditatis dictæ conventionis anni 1572. pro ejus invaliditate reſpondendum vi-
9 debatur, quoniam cùm ageretur de feudo antiquo pacti & providentiæ, decorato dignitate, ideoque tam de jure feudorum, quàm fortiùs ex legibus regionis, regulando ad formam Juris Francorum, cum ordine primogenituræ, ita clarum remanebat, quod Joannes primogenitus, non potuit præjudicare ejus filiis, & deſcendentibus, cùm id ſolùm concedatur in feudis novis acquiſitis titulo oneroſo, ex relatis ſupra *diſcur.* 9. *&* 10. ubi concordantes fruſtra tranſcribendi; Quoties non accedat explicitus conſenſus Domini, qui ſit Princeps ſupremus habens poteſtatem derogandi legibus, atque tollendi jus tertii, adeò ut accedant copulativè voluntas & poteſtas, ex ibidem deductis.

De iſto autem Principis aſſenſu præſupponebatur non conſtare: Neque illic deduci poterat præſumptus
10 ob diuturnam obſervantiam legitimi temporis, juxta ea, quæ habentur *tit de dote diſc.*143. *& tit. de alien. & contract. prohib. diſc.*1. *&* 3. & in terminis feudalibus *poſt Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *de aſſenſ. quæſt.* 18. *Fab de Ann. conſil.* 112 *num.* 1. cum non aſſiſteret factum, ob interruptionem obſervantiæ cum litibus, quinimò cum receſſibus à dicta conventione infra annos triginta.

Supponebatur, quod per alteram partem conſtitueretur fundamentum in eo, quod dicta conventio anni 1572. ſequuta eſſet per viam tranſactionis, quæ proindè apta eſſet obligare ſucceſſores, venientes etiam
11 ex perſona propria ex deductis ſupra *diſc.* 49. Verùm iſtud videbatur fragile fundamentum, cum nulla deſuper adeſſet lis probabilis, adeo ut verificari poſſet illa bona fides, cujus ratione tranſactio eſſet obligatoria ſucceſſorum venientium ex propria perſona; Et quod magis eſt, nil per eam reſervabatur ſucceſſoribus per lineam fœmininam ex primogenito; Et per conſequens nullus ſupereſſe videbatur prætextus, cujus ratione iſta concordia eſſet ſubſtentabilis.

Minuſque videbatur ſubſiſtere alterum fundamen-
12 tum præfatæ diſpoſitionis codicillaris Principis Ludovici de anno 1505. quoniam cùm etiam in eo ſupponeretur, quod feudum eſſet antiquum, idcircò intrabat idem defectus poteſtatis; Ac etiam quia hæc diſpoſitio continebat idem, quod importat jus commune feudale in feudis individuis, cui etiam conformat jus particulare regionis, quòd ſcilicet feudum deberet ſemper eſſe præcipuum capitis armorum, ſeu capitis do-
13 mus, quod ſonat in idem, ac dicere ut ſpectare deberet ad primogenitum, ſeu natu majorem, quod regulandum venit ex ordine linearum; Et per conſequens, data capacitate fœminarum, eo modo quo in præfatis Regnis utriuſque Siciliæ, per mortem Caroli filii Joannis primogeniti, ex tunc feudum apertum fuit Aloyſiæ, maléque occupatum per Franciſcum à qua Maria jus metiebatur.

Ita mihi reſpondere viſum eſt, recedendo à via, per quam alii ambulare videbantur; Non potuit autem omninò certum, ac maturum judicium deſuper efformari, cum ignota eſſent fundamenta, ſeu præſuppoſita alterius partis, ita reſpondendo cum præſuppoſitis diſcurrentis pro hac parte.

JANUEN. FEUDORUM.

PRO PRINCIPE AB AURIA.

Conſilium pro directione.

Conceſſio feudi Patri, & filiis an cenſeatur ordine ſimultaneo, & ſucceſſivo, & quid de conceſſione facta viro, & uxori; An feudatarius alterare poſſit ordinem ſucceſſionis in præjudicium vocatorum.

Et de renovatione petenda per novum ſucceſſorem feudi, an peti valeat ante factum caſum ſucceſſionis, ſine conſenſu poſſeſſoris.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Senſus Auctoris ſuper directione.*
3 *Diſtinguuntur puncti, ſive inſpectiones.*
4 *Conceſſio facta patri, vel matri, & filiis, an intelligatur ordine ſimultaneo, vel ſucceſſivo.*
5 *Quomodo intelligenda ſit conceſſio facta viro, & uxori.*
6 *De poteſtate Principis alterandi inveſtituram, & tollendi jus agnatorum.*
7 *De ſucceſſione conſortis in feudo individuo.*
8 *De renovatione petenda per novum feudi ſucceſſorem.*
9 *Conceſſio renovationis facta ante factum caſum ſucceſſionis, non præjudicat facultati diſponendi, quam feudatarius habeat.*
10 *De poteſtate Principis tollendi jus tertii, eique præjudicandi.*
11 *Quando conſenſus poſſeſſoris feudi requiratur in renovatione, quæ alteri concedatur.*
12 *De errore Pragmaticorum.*
13 *Quando dicatur conceſſio ex cauſa oneroſa.*
14 *Aliqua alteratio non immutat naturam feudi antiqui.*
15 *An ſolemnitates ſtatuti loci originis feudatarii, requiratur in actibus, qui fiant in feudo diverſi Principatus.*

DISCURSUS CXIII.

COnceſſis per Imperatorem Carolum V. de anno 1551. Auguſtino Lando, Principi Vallis Taræ, feudis Bardi, cum titulo Marchionatus, & Compiani cum titulo Comitatus, in forma pacti, & providentiæ
pro deſcendentibus maſculis cum ordine primogenitu- 1
ræ; Cùm Fridericus Auguſtini ex filio nepos primogenitus feudorum poſſeſſor unicam haberet filiam Mariam Polixenam deſtinatam uxorem Melphiæ Principi Joan. Andreæ ab Auria; De anno 1626. ex gratia ſpeciali cum ſolutione ſcutorum 50. mill. ſub nomine laudemii, rejecta oppoſitione Hyppoliti agnati, obtinuit ab Imperatore Ferdinando II. prædictorum feudorum novam inveſtituram pro dictis Maria Polixena, & Jo. Andrea, eorumque filiis, & deſcendentibus maſculis, cum eodem ordine primogenituræ, idemque ordo ſtatutus fuit in tabulis dotalibus, de anno ſequenti initis ſuper matrimonio; Prædictoque Friderico defuncto, iidem conjuges de anno 1640. in Regno Sardiniæ, cujus Præfecturam, vel Præſidatum nomine Regis Joan. Andreas exercebat, primogenituram quoque ordinarunt, in Andrea communi filio; Atque de anno 1641. defuncto etiam Joan. Andrea; Maria Polixena obtinuit ab Imperatore renovationem feudorum, pro ſe tantum ejus vita durante, & poſt ejus mortem pro

dicto

dicto Andrea, qui tamen factus major, atque prætendens ordinem, vel jus ſimultaneum, curavit de anno 1648. obtinere aliam renovationem, dicti juris ſimultanei canonizatoriam, quæ tamen de anno 1654. per ſententiam conſilii aulici moderata fuit, illam reducendo ad limites renovationis anni 1641. ſuper ordine ſucceſſivo; Defunctoque etiam Andrea, ſuperſtite Joan. Andrea pupillo, ejus tutor de anno 1659. curavit renovationem obtinere cum clauſula præſtationis juramenti, poſtquam pupillus factus eſſet major, undè propterea cum idem factus major peteret admitti ad præſtationem juramenti, ab eodem Conſilio aulico prodiit reſcriptum, quod audiretur pro ejus juribus præfata Maria Polixena avia, dictorum feudorum poſſeditrix; Atque in hoc ſtatu, in otio Villæ Tuſculanæ, ex parte præfati Principis Joan. Andreæ conſultus fui, an expediret acquieſcere conſenſui quem avia benevolè præſtare offerebat renovationi, ſub clauſula ſine ejus præjudicio, ut propterea nonniſi poſt ejus mortem effectum ſortitura eſſet ordine ſucceſſorio; Vel potius neglecta oblatione, ea citata, petitionem proſequi in forma contentioſa.

2 Reſpondi, quod neutrum pro meo ſenſu faciendum erat, dum iſta renovatio vel non erat neceſſaria, vel non ſufficiebat, undè propterea videbatur diligentia & impenſa inanis, cujus nullus erat effectus, adeò ut cum æquivoco procedere viderentur ejuſdem Principis conſiliarii, qui opportunam imò neceſſariam hujuſmodi renovationem putabant, ad effectum ponendi ejus jura in tuto, ac ſe aſſecurandi ab aliqua ſuſpicata dicti Principiſſæ gratificatione in hujuſmodi feudorum ſucceſſione.

In hoc itaque Reſponſo, in præfato otio edito, tres

3 pro aliqua dictorum Conſiliariorum inſtructione, & pro æquivocis tollendis conſtituebam inſpectiones. Primò ſcilicet circa ordinem ſucceſſionis inter ipſum Principem, & præfatam ejus aviam annexum, & ſimultaneum, vel ſucceſſivum. Secundò ſuper renovatione, de qua agebatur, an pro ea requireretur Principiſſæ aviæ conſenſus; Et tertiò ſuper dicta concepta ſuſpicione gratificationis, alterius filii ſecundogeniti.

4 Quatenus pertinet ad primum, dixi quod pro meo ſenſu juſta videbatur ſententia Conſilii aulici, lata de anno 1654. quæ defert integram pertinentiam feudorum Principiſſæ, donec viveret, quodque jus Andreæ ejus filii primogeniti eſſet ſucceſſorium poſt mortem matris, non autem ſimultaneum, quoniam cum de tempore primæ inveſtituræ anni 1626. idem Andreas filius adhuc in rerum natura non eſſet, adeo ut cadere non poſſet ratio meriti, vel affectionis perſonalis, hinc proindè de plano ſequitur, quod conceſſio feudi facta patri vel matri, & filiis, intelligenda veniat ordine ſucceſſivo, non autem ſimultaneo, qui solùm intrat in illa inveſtitura feudali, quæ conceſſa fuerit patri, & filio per nomina appellativa, & in ratione coæqualis meriti & ſervitii, ſecus autem ubi conceſſio facta eſſet ex cauſa oneroſa, vel meritoria, quæ ſolùm patrem reſpiceret, quoniam tunc etiam ſi filius eſſet in rerum natura, atque per nomen appellativum vocatus, adhuc ejus vocatio cenſenda eſſet ordine ſucceſſivo potiùs, quam ſimultaneo, juxta veriorem, magiſque receptam diſtinctionem, de qua ſuprà *hoc eod. tit. diſc.* 75. ubi referuntur concordantes fruſtra tranſcribendi; Multò igitur magis iſto caſu, in quo utraque circumſtantia concurrebat, quod ſcilicet filius adhuc non erat in rerum natura, atque conceſſio revera non erat nova, ſed ſolùm continebat alterationem antiquæ, ut infrà.

5 Ratio dubitandi pro ſimultanea, & coæquali ſucceſſione filii cum matre, in eo conſiſtere videbatur, quòd cum dicta nova inveſtitura anni 1626. facta eſſet, tam Joan. Andreæ viro, quàm Mariæ Polixenæ uxori ſimultaneè, adeò ut eſſent ambo coæqualiter feudatarii, hinc proindè viri tranſmiſſum eſſet in filium primogenitum, ejus hæredem, & ſucceſſorem in Principatu Melphiæ, aliiſque feudis, non autem in uxorem, cujus nulla eſt ſucceſſio in feudis; quinimò neque in bonis indifferentibus in concurſu filiorum, vel collateralium uſque ad decimum gradum.

Id autem continere dixi æquivocum clarum, quoniam ubi etiam iſta eſſet conceſſio omninò nova & ex integro, adhuc tamen cùm illa eſſet principaliter in gratiam uxoris, ejuſque patris, juxta præmiſſam facti ſeriem, & (quod magis eſt) ageretur de feudo dignitatis individuo, ita vir adjunctus videbatur potiùs acceſſoriè & famulativè pro exercitio illius adminiſtrationis, quam ipſe in bonis uxoris habere dicitur; dominium verò, ſeu jus inveſtituræ eſſet potiùs penes ipſam mulierem, cujus intuitu principaliter conceſſio facta ſit, ad inſtar totum, quæ in caſu converſo de inveſtitura obtenta per virum pro ſe, & uxore habentur *ſub titul. de emphyt. diſc.* 41. ubi concordantes.

Multò verò magis cùm iſta non eſſet nova conceſſio, ſed ſolùm immutatio inveſtituræ antiquæ, quod 6
ſcilicet cùm illa eſſet pro deſcendentibus maſculis tantùm, unde propterea cum per mortem dicti Friderici excluſa propria filia, feuda deferri debuiſſent ad proximiorem agnatum deſcendentem ab Auguſtino primo acquirente; Imperator Dominus directus utendo illa ſuprema poteſtate, de qua habetur actum *ſub tit. de regal. diſc.* 148. tollendo jus agnati, habilitare voluit fœminam aliàs incapacem, ita illam fingendo maſculum, eique adjungendo virum tanquam ſtipitem filiorum, & deſcendentium maſculorum, pro quibus antiqua feudi natura non immutata, etiam iſta nova conceſſio facta erat; Ad inſtar illius conceſſionis officii, cujus ſit incapax fœmina, quæ fiat viro, ipſius tamen fœminæ intuitu, & contemplatione, quod ſcilicet vir ſtare dicitur famulativè, ſive tanquam adjunctus in ratione adminiſtrationis, non autem dominii, vel juris proprii tranſmiſſibilis ad proprios ſucceſſores, *ut diſc.* 35. *de regalib.*
ideoque viro moriente, nullus intrabat ordo ſucceſſorius, quinimò neque illud jus accreſcendi, vel non decreſcendi, quòd licèt plures poſſeſſores feudi habitualiter individui, conſideratur ſuprà *diſt.* 8. ſed ſolùm ejus mors, importaret ceſſationem adminiſtrationis, vel illius 7
juris, quod marito feudatariæ, vel Principiſſæ, durante matrimonio competeret, ut habetur *ſub tit. de dote diſc.* 146.

Hinc circa ſecundam inſpectionem, ſeu punctum renovationis, quæ diſputandi occaſionem præbebat, reſultare dicebam; quod incongrua, & intempeſtiva eſſet petitio, utpotè non neceſſaria, vel non ſufficiens, ob dilemma clarum, quod, Aut Principiſſa poſſeditrix feudi, habet facultatem faciendi ſuſpicatam gratificationem, ſeu diſpoſitionem favore alterius filii ſecundogeniti, aut 8
non; ſi non habet, (ut omninò verius eſſe dicebam,) & tunc nil refert, quod non adeſſet hæc renovatio, cum nullibi in jure feudali cautum ſit, ut feudi ſucceſſor teneatur ante factum caſum ſucceſſionis, renovationem petere; atque juramentum præſtare, dum id faciendum eſt poſt adeptam ſucceſſionem intra annum, & diem, ex iis, quæ habentur ſuprà *diſc.* 52. & 59. niſi lex inveſtituræ terminum breviorem præfigat, ut contingit in feudo Regni Neapolitani ex deductis apud *Aponte deciſ.* 1. cum ſimilibus.

Aut verò dicta feudataria poteſt diſponere, ſive per- 9
vertere ordinem ſucceſſionis, & tunc pariter, nil ſuffragaretur, quod proximè ſucceſſiturus, cui in caſu non factæ diſpoſitionis ſucceſſio debita ſit, hanc intempeſtivam renovationem obtineat, atque cum juramenti præſtatione recipiatur, ſeu recognoſcatur à Domino, quoniam id ſolùm operativum eſt reſpectu ipſius Domini, qui contentetur recipere hanc anticipatam ſolutionem illius debiti, quòd poſt factum caſum intra dictum terminum ſolvendum erat, cum præſuppoſito tamen, quod futurus eſſet debitor ille, à quo ſolutio anticipata recipiatur; ſed non exinde ſublata cenſetur facultas, quam feudatarius haberet diſponendi, vel gratificandi.

Quamvis emiſſa ex veteri ſententia, in foro externo recepta, Dominus, quando eſt Princeps ſupremus, dero-
10 gare poſſit juri tertii, quod ex ejus conceſſione, vel alias jure poſitivo manat, quidquid aliqui terminos involvendos, atque non diſtinguendo illum Dominum directum, qui ſit privatus vel inferior, & alterum qui ſit ſupremus, præſertim omninò independens, aliqui de hac poteſtate dubitent ex inſinuatis ſuprà *in annot. ad diſc. 9. & 12. & diſc.* 148. *de regal.* atque de facto docet praxis iſtorum feudorum in facti ſerie inſinuata.

Nihilominus, ut advertitur in locis proximè citatis, & præſertim *d. diſc.* 148. *de regal.* ubi latiùs de hac materia poteſtatis tollendi jus tertii, id non præſumitur, atque de tali voluntate debet clarè conſtare, quod utique per hujuſmodi conceſſiones, & renovationes probari non dicitur.

11 Hinc de conſequenti inſpectio, an requireretur conſenſus feudatarii viventis, ac poſſeſſoris feudi, extranea remanebat à caſu quæſtionis, tum talis conſenſus deſiderari ſolet in inveſtituris abuſivis, ſeu præventivis, quæ de feudo pleno, etiam ſub hoc vocabulo renovationis, quod pro aliquarum regionum moribus adhiberi ſolet, fiat extraneo, tanquam de feudo jam devoluto, id eſt ex nunc pro tunc, pro quando caſus fieret, quoniam cum hujuſmodi abuſivis conceſſionibus de bonis viventium, ab illis Doctoribus, qui confundunt terminos juris communis, cum terminis feudalibus, conſiderari ſoleat illa ratio, quæ reſultat à voto captandæ mortis; Hinc proindè ad removendum hoc obſtaculum, deſiderari ſolet iſte conſenſus, ex iis, quæ in materia hujuſmodi abuſivæ inveſtituræ habentur *ſub tit. de regal. diſc.* 3. *tit. de emphyt. diſc.* 1. & 2. *ac etiam tit. de penſion. diſc.* 1. & *alibi*; Ideóque edocemur continuum, & quotidianum adeò frequenter inſinuatum errorem profeſſorum hujus facultatis, inepto more pragmatico procedentium cum ſola littera auctoritatum, non reflectendo ad terminorum, & caſuum diverſitates.

Demùm, quatenus pertinet ad tertiam inſpectionem, an ſcilicet Principiſſa avia feudorum poſſeditrix, dictam
12 ſuſpicatam gratificationem facere poſſet; Dicebam, quod niſi accederet ſuprema, & abſoluta poteſtas Imperatoris, qui ex certa voluntate ordinem ſucceſſionis pervertere velit, caſus erat indubitatus pro negativa, etiam ubi dicta inveſtitura anni 1526. eſſet omninò nova, atque feudum novum importaret in ipſa Principiſſa prima feudataria, dum non per hoc ipſa dici poterat prima acquirens titulo oneroſo, Tum quia dicta ſumma ſcutorum, ſeu tallatorum 50. mill. quæ ſub nomine laudemii ſoluta fuit, dici non poteſt cauſa oneroſa, quæ verè & propriè dicitur, quando adæquet valorem, vel ei approximet juxta caſum illius conceſſionis, de qua ſuprà *diſc.* 54. & *ſeqq.* & 59. & in pleriſque aliis *in hoc eod. tit.* & *in altero de emphyt.* vel ſaltem quod excedat medietatem, adeò ut intret illa præponderantia, quæ conſide-
13 rari ſolet in materia jurispatronatus, ex deductis *tit. de jurepatronat. diſc.* 10. & 65. Tum etiam quia dicta ſumma ſoluta non fuerat per ipſam Principiſſam inveſtitam, ſed per Principem Federicum patrem, ex cujus providentia potius hoc beneficium obtinebatur, ideóque ipſa rectè dici poterat prima acquirens ex cauſa lucrativa.

Dicebantur autem hæc ad ſuperabundantiam, dum veriùs eſt, quod iſta eſſent feuda antiqua, ex dicta inveſtitura Imperatoris Caroli V. uſque ab anno 1551.

Iſta verò anni 1626. aliud non continet niſi quan-
14 dam diſpenſationem agnatis præjudicialem, ut filia feudatarii, habere deberet in eorum excluſionem pro maſculo, atque ceſſet capax ſucceſſionis, quam aliàs obtinere non potuiſſet, ideóque pro iſta diſpenſatione potiùs dicta ſumma, quàm pro nova conceſſione feudi dicta ſumma ſoluta fuit.

Credebant diſcurrentes de partibus, ut tranſmiſſæ notulæ oſtendebant, quod potiſſimum fundamentum
15 iſtius defectus poteſtatis pervertendi ordinem ſucceſſionis & primogenituræ, proveniret ab erectione primogenituræ, facta per dictos conjuges de anno 1640. in Inſula Sardiniæ, ut ſuprà; Et quoniam ille actus munitus non erat illis ſolemnitatibus, quæ ex ſtatutis Civitatis Januæ requiruntur in contractibus mulierum; Hinc proindè magnum aſſumebant laborem in diſputatione quæſtionis, de qua in ſua materia *ſub tit. de alienat.* & *contract. probibit.* ac etiam *ſub tit. de donation.* an ſcilicet, & quando in contractibus, qui fiunt per ſubditum extra territorium ſtatuentis, requirantur hujuſmodi ſolemnitates ſtatutariæ. Iſtum autem dicebam inanem laborem: Tum quia, ſecluſa etiam præfata conventione, jus primogeniti erat certum ac indubitatum, ut ſuprà; Tum etiam quia, ad inſtar eorum, quæ habemus in beneficialibus, in his, quæ concernunt feudum, feudatarius dicitur in omnibus ſubditus Domini feudi, non autem alterius Domini, vel ſuperioris loci originis, vel domicilii, dum ita eadem perſona materialis, formaliter conſideratur multiplex, & omninò diverſa ex deductis *diſc.* 90. *de juriſd.* & *pluries in præcedentibus.*

† JANUEN. FEUDI ARQUATI.

Pro Marchione Julio Spinola cum Marchione Gherardo fratre.

Caſus diſputatus in Ceſareo conſilio Aulico, ubi pendet.

An habente facultatem pervertendi ordinem primogenituræ, gratificante ſecundogenitum, deindéque revocante hunc actum, & faciente novam diſpoſitionem inutilem ob diviſionem feudi, reviviſcat prima diſpoſitio favore ſecundogeniti, vel potius primogenitus ſuccedat in vim inveſtituræ tanquam ab inteſtato.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *In feudis dignitatis ſucceditur cum ordine primogenitura, & num.* 6.
3 *Per ſecundum teſtamentum revocatur primum, etiamſi ſecundum non habeat effectum.*
4 *De alio caſu, in quo condito duplici teſtamento neutrum ſubſiſtat.*
5 *Quid in milite, & num.* 12.
6 *De eodem, de quo num.* 2.
7 *Diviſio feudi eſt prohibita, & eſt ſpecies alienationis.*
8 *Si habens facultatem, illa malè utatur, actus eſt, ac ſi non eſſet factus.*
9 *De revocatione primi teſtamenti per ſecundum etiam inefectuatum, ut num.* 3.
10 *Qualitas hereditaria cum beneficio legis & inventarii præſervat omne jus.*
11 *De eadem materia revocationis teſtamenti.*
12 *De eodem, de quo num.* 5. *in milite.*
13 *De ſecundo teſtamento condito ad ſuggeſtiones, aut cum malis artibus extorto, an operetur revocationem primi.*
14 *An habens poteſtatem erigendi majoratum, poſſit erigere duos vel plures & de pluribus ſpeciebus majoratuum.*
15 *Feudum individuum cum ordine primogenitura dari poteſt etiam in bonis aliàs liberis & allodialibus receptis in feudum.*
16 *De difficultate, qua cadere poſſet in cauſa.*

DISCURSUS CXIV.

Cum Philippus Spinola ex majorum ſucceſſione poſſeſſor unius quindeni antiqui Imperialis feudi dividui Arquati acquiſiri ab aliis agnatis de Spinolis condominis, aliis treſdecim quindenis, ac etiam quibuſdam bonis allodialibus intra ejuſdem feudi fines exiſtentibus

Digitized by Google

tibus obtinuiſſet ab Imperatore domino directo illud erigi in feudum individuum regale & dignitatis cum titulo liberi Marchionatus Imperialis & cum juribus regalibus cudendi monetas,creandi Doctores & Notarios, aliaque ſimilia gerendi, quæ hujuſmodi Imperialibus feudatariis dignitatis competere ſolent ſtaturo in ſucceſſione ordine primogenituræ, qui feudis individuis dignitatis adinſtar Regnorum eſt connaturalis cum conſueta primogeniti ſucceſſoris pro tempore obligatione ſuppeditandi ſecundogenitis alimenta ſeu vitam militiam; ita tamen, ut eidem facultas competeret pervertendi in primo ſucceſſionis gradu ordinem primogenituræ, adeo ut excluſo primogenito gratificari poſſet ſecundo vel ultimò genitum; Ipſe verò duos haberet filios, Julium ſcilicet primogenitum & Gherardum ſecundogenitum, inter ſe pro fratrum conſuetudine parum concordes in teſtamento condito de anno 1664. Gherardum ſecundogenitum hæredem univerſalem instituit, dictique feudi ſucceſſorem elegit; Ejus verò morte imminente ſub die 14. Maii 1669. ſequuta inter dictos fratres quadam concordia, mediante opera & interpoſitione pro more Civitatis Januenſis cujuſdam qualificati Notarii,iſtoque dictam concordiam inſinuante patri, hic eadem die per acta ejuſdem Notarii aliud condidit teſtamentum, in quo expreſsè revocato primo in omnibus ejus partibus & præſertim in primogenitura feudi ordinata favore Gherardi, ambos filios æqualiter hæredes univerſales instituit in dicto feudo ſub reſervatione beneplaciti Imperialis, duas favore utriuſque eorumque deſcendentium ordinando primogenituras.

Sequuta verò morte teſtatoris Gherardus acceptando ſecundum teſtamentum ejus vigore coram Prætore Civitatis Januæ communis patriæ declaratus fuit hæres pro dimidia; Julius autem pariter cum beneficio legis & inventarii ejuſdem ſecundi teſtamenti vigore paternam hæreditatem pro ſua virili adivit cum proteſtatione tamen de non confundendis juribus & actionibus ea perſona propria ſibi competentibus, quibus præjudicium non inferri declaravit; Imperator autem ſuper dicta duplici primogenitura beneplacitum denegavit; Atque hinc ſuper dicti feudi ſucceſſione introducta cauſa in Cæſareo Aulico Conſilio tanquam Judice competenti prodiit ſententia deferens totum feudum Gherardo ſecundogenito, unde in gradu reviſionis per Julium ad ejus jura tuendum requiſitus.

Pro dictæ ſententiæ infirmatione,totiuſque feudi delatione Julio primogenito ad formam inveſtituræ Imperialis utroque teſtamento neglecto verius de jure reſpondendum eſſe cenſui; Ubi etenim Philippus communis Pater ab inteſtato deceſſiſſet,tunc abſolutum, atque
2 extra omnem controverſiam eſſe dicebam, quod tam de jure,quàm clariùs ex lege inveſtituræ feudum,utpote jam effectum individuum & dignitatis cum ordine primogenituræ,deferendum totum debitum eſſe Julio primogenito, quodque Gherardus ſecundogenitus aliud prætendere non poſſet niſi alimenta,ſeu vitam militiam ea deductis ſuprà *diſc.8. & 9. & ſæpius*. Atque hinc ſequi advertebam cauſæ,vel controverſiæ nodum reſtringi ad punctum validitatis vel efficaciæ prædictorum teſtamentorum & an primum vel ſecundum vel potius neutrum attendi deberet, quodque iſta poſterior pars eſſet probabilior,ut neutrum attendendum eſſet.

3 Non videbatur etenim attendendum primum,utpotè jam revocatum per poſterius in ſuo genere validum & perfectum *ad vulgar.text.in §.poſteriore inſtit. quib.mod. teſtam.infirment.cum concordan.per Harprecht. ibid. n. 1. & ſeqq.relatis*,atque habetur *ſub tit.de teſt.diſc.33. & ſæpius.*

Idque verum etiamſi poſterius effectum non ſortiatur, quia nempè hæres in eo ſcriptus prædecedat, vel nolit aut non poſſit eſſe hæres; Ac propterea rectè datur caſus,quod ille, qui duo vel plura confecerit teſtamenta, decedat inteſtatus, quia nempè priora ſublata ſunt per poſteriora, iſtud verò ſine effectu remaneat, ut litteraliter diſponitur *in d. §. poſteriore ubi omnes.*

Idque in praxi aliquando contigit,non ſolum ob caſus in allegato textu recenſitos, ſed etiam ex defectu formæ probantis quia nempè teſtature coram Notario & teſtibus in numero opportuno teſtante in forma teſtamenti nuncupativi nuncupatione implicita per relationem ad ſchedulam clauſam tertio vel Notario con- 4
ſignatam juxta formam traditam per *Bart.in l.ſi ita ſcripſero ff. de condit.& demonſtrat.* de qua plenè & ex profeſſo agitur *in d. tit. de teſtam. diſc.1.* quoniam per hoc poſterius teſtamentum revocatum remanet primum & tamen poſterius remanere poteſt ſine effectu ob defectum non benè probatæ identitatis ſchedulæ, ad quam relatio habita ſit, ideóque duplici teſtamento non obſtante, teſtator decedat inteſtatus, ut per *Alex. conſ.37. n.1 & 3.lib.1.Mart.de ſucceſſ.legal.part.4. quæſt.4. art.5. num.52.& ſeqq.* & firmatum fuit *per Rot.in Ravennaten. teſtamenti ſuper primo 5. Junii 1671. coram Vicecomite*; atque agitur in ſua ſede *ſub tit.de teſtam.in Supplemento.*

Clariùs verò ac extra omnem dubitandi rationem, quoniam in poſteriori teſtamento nominatim & expreſſe revocatur diſpoſitio, quæ in priori facta erat ſuper 5
primogenitura & ſucceſſione in hoc feudo,undè propterea cadere non poterat illa dubitandi ratio, quæ iſta expreſſione non facta reſultare poſſe ponderabam ex diſpoſitione *text.in l.quærebatur 20. & l.militis 37. §.1. ff.de militar.teſtam.*ut militi (qualis eſt feudatarius) concedatur id,quod pagano denegatur, decedendi ſcilicet cum duplici teſtamento, in quorum uno de caſtrenſibus & in altero de paganicis diſponere voluerit, dum expreſsè patebat, quod in poſteriore de utroque patrimonio diſponere voluit,atque in utroque primum revocare, irritumque reddere.

Sublato autem primo teſtamento abſolutum eſſe dicebam, quod Gherardus ſecundogenitus prætendere 6
non poſſet totum feudum in eo ſibi relictum; Ac propterea quod ſententia remaneret ſine dubio injuſta, ſolúmque reſtringi videbatur quæſtio ad poſterius teſtamentum, in quo eidem Gherardo ſuæque poſteritati relinquitur feudum pro medietate, an ſcilicet ſaltem obtinere deberet.

Et in hoc juxta jam notorios ac abſolutos terminos feudales, de quibus *d.diſc.8. & 9. ac ſæpius*, negativè reſpondendum eſſe dixi,quoniam feuda dignitatis etiam ubi per legem inveſtituræ non exprimatur, ſunt individua *ex conſtitutione Friderici Imperatoris in l. Imperialem, §.præterea Ducatus de prohibit.feudi alienat.per Frideric.&* eſt communis ſenſus penè omnium feudiſtarum, quos plenè de more cumulat *Roſenthal.de feud. c.9. concluſ.55.in prima gloſſ.lit. A.Menoch.conſ.401.num.18. & ſeqq.Bellon.Jun.conſ.55. num.35.* ex auctoritate *Oldrad. conſ.237.& Abb. conſ.3. lib.2. cum concordantibus ſuprà d.diſc.8.& 9.& in aliis.*

Multò verò magis, dum accedebat etiam expreſſa lex inveſtituræ, per quam demandatur hæc individuitas cum ordine primogenituræ, quam etiam ipſemet primus inveſtitus alterare non poſſet,dum ei ſolùm conceſſa fuit facultas gratificandi inter filios ordinem juris vel naturæ ſolùm pervertendo; Ita etenim diſpoſitione legis addita diſpoſitione hominis caſus remanet extra omne principium dubitandi.

Neque de jure dubitandum eſſe dicebam, quod feudi diviſio importat ſpeciem prohibitæ alienationis, ut expreſsè diſponitur in eadem *l. Imperialem*, atque cæteris relatis firmant *Roſenthal.d. concluſ.55. Bellon. Jun.* 7
d.conſ.55.num.22.& 30. cum ſeqq. & num.36. cum ſeqq. Menoch. conſ.161. & ſeqq. & in fortioribus terminis illius impropriæ diviſionis, quæ reſultat à ſola reſervatione uſusfructus vel alterius oneris & ſervitutis latè occaſione refutationis pactionatæ deducitur ſuprà *diſcurſ.76.& in aliis.*

Neque alicujus ponderis videbatur, quod Philippo in inveſtitura attributa eſſet facultas gratificandi, vel præeligendi, quoniam illa rectè conſiderabilis eſſet,

quandò

quando idem Philippus tali facultate benè uſus eſſet,
8 ſed cum illa potiùs in poſteriori teſtamento abuſus fue-
rit, eamque malè fecerit contra legem ipſius inveſti-
turæ hinc proindè habenda venit pro infecta atque
bona debentur ei, cui inveſtitura defert juxta *conſ.
Bald.* 473. *lib.*2. *num* 2. *Caldeſ. de nomin. emphyt. lib.*2.
*tit.*62.*quæſt.*10.*num.*31.*& ſeqq. Molin. de primogen.lib.*2.
*cap.*11. *Rota apud Buratt. deciſ.*744 *& deciſ.*244.*n.*13.
part. 12. *rec. cum aliis in tit. de fideicom. diſc.* 32. *nu-
mer.* 4. *& diſc.*57. *num.* 11. Ideoque intrat vulganum
axioma, quod potuit noluit, quod voluit adimplere
nequivit.

Et quamvis in poſteriori teſtamento Philippus pro
dicta feudi diviſione mandaverit obtineri debere Cæ-
ſareum beneplacitum; Attamen cum Imperator illud
non conceſſerit, exindè ſequitur, quod diſpoſitio inva-
lida & infecta ſit, cum hujuſmodi reſervatio proficua
eſſe ſoleat ad præſervandum à temeritate & à pœna ca-
ducitatis de jure impoſita alienationi, quæ fiat irrequi-
ſito Domino, non autem ut actus validitatem inducat
ex notoriis.

Minuſque ex eo, quod beneplacitum non conce-
datur inferri poteſt, ut attendi debeat primum teſta-
9 mentum, quoniam cum iſtud ex ſupra deductis jam re-
vocatum, atque annihilatum fuerit, hinc nulla juris
diſpoſitio vel ratio ſuadet, ut primum teſtamentum an-
nihilatum reviviſcere debeat, quoniam ſi cum ſenſu
vel diſcurſu naturali procedendum eſſet, attendendo
ſolùm veriſimilem defuncti voluntatem dici etiam poſ-
ſet, quod quando teſtator ordinat ſecundum teſtamen-
tum, per quod primum revocatur, id ea intentione agat,
ut iſtius poſterioris vigore hæreditas adeatur, illudque
ſuum ſortiatur effectum & per conſequens, quando
iſtud præſuppoſitum ceſſet, quia nempè ſcriptus hæres
prædecedat vel nolit, non poſſit eſſe hæres ſeu aliàs de-
ficiat conditio, tunc deberet primum teſtamentum re-
viviſcere; Et tamen contrarium expreſsè cautum eſt in
jure *in d. §. poſteriore inſtit. quibus mod. teſtam. infirm.*
ideoque iſta conſideratio nullum habet juris funda-
mentum.

Obſtare verò non poſſe dicebam Julio primogenito
10 acceptationem ſecundi teſtamenti, cujus vigore hæ-
reditatem adivit, quoniam id ſequutum fuit cum be-
neficio legis & inventarii, per quod alio non expreſſo
conſervantur omnia jura adeuntis omneque ejus præ-
judicium evitatur, perindè ac ſi non eſſet hæres cum
hodiè ex dicto beneficio hæres non ſit verè & propriè
talis, ſed potius habeatur tanquam hæreditatis legalis
adminiſtrator ad notiſſimum *text. in l. fin. C. de jur. deli-
ber.* cum concordantibus apud *Mantic deciſ.*226. *Ho-
diern. controv.*31.*num.*18. *Gratian. diſcept.*799. *num.*42.*&
ſeqq. Capyc. Latr. conſult.*13. *num.*2.*&* 3. *Rovit. deciſ.*48.
*num.*11.*& ſeqq. Salgad. in labyr. part.*3. *cap.*7. *num.*20. *&
ſeqq.* & pluries *ſub tit de hæred. & ſub tit. de credit.* multò
magis dum adeſt expreſſa proteſtatio ſuorum jurium
præſervativa.

Ac etiam quia, ſi non poteſt etiam expreſſus con-
tractus alienationis reddere iſtam validam, adeo ut ipſi-
met alienanti ratione evidentis nullitatis licitum ſit
venire adversùs factum proprium, illudque impugnare,
ut apud feudiſtas eſt jam notorium, paſſimque recep-
tum ex pluries deductis in præcedentibus, multò minùs
obſtare poteſt iſte actus implicitus.

Prout è converſo admittitur; quod ejuſdem teſta-
menti acceptatio facta per Gherardum ei non præjudi-
caret in jure, quod aliàs ſibi competeret ſuper hoc feu-
du, ſed punctum eſſe dicebam in eo, quod ipſe nullum
jus haberet, quod amittere potuerit, dum nullum ſibi
competit ex inveſtitura, atque illud quod in quadam
ſpe competere potuiſſet ex priori teſtamento, nunquam
ei quæſitum fuit, dum illud utpote per poſterius revo-
catum, nullum habuit effectum, ideóque habendum
eſt, ac ſi nullo modo factum eſſet.

Ineffectuatio autem poſterioris teſtamenti reſpectu
feudi, operari non poterat reviviſcentiam primi jam re-
vocati, quoniam in jure unicus datur hujus reviviſcen-
tiæ, ſeu verius nunquam ſequutæ revocationis caſus,
quando ſcilicet poſterius teſtamentum detegatur nul-
lum, ratione imperfectionis, adeo ut habendum ſit pro
non extante in rerum natura, tanquam imperfectum, ſed
ubi illud eſt in ſuo genere validum & perfectum ex ali-
quo tamen accidenti ob præmorientiam vel incapaci-
tatem ſive voluntatem hæredis aut ob aliud accidens
non ſortiatur effectum, tunc non per hoc primum te-
ſtamentum reviviſcit, ſed teſtator decedere dicitur inte-
ſtatus juxta *d. text. litteralem in §. poſteriore inſtit. quibus
mod. teſtam. infirmentur* cum aliis, de quibus in *d. Raven-
naten. teſtamenti ſuper primo coram Vice Comite.*

Multu verò magis ac extra omne dubium, ubi in- 11
fectuatio non ſit in toto, neque ſubſtantia teſtamenti
corrumpatur, ſed illud ſuum ſortiatur effectum in uni-
verſa hæreditate paganica ſeu allodiali, quæ eſt majo-
ris importantiæ, & per quam perſona defuncti in uni-
verſo jure activo & paſſivo magis repræſentatur; In-
effectuario autem ſit in aliqua diſpoſitione particulari,
quæ pro non ſcripta habenda ſit, ut paſſim habemus de
legatis, aliiſque diſpoſitionibus, quæ in teſtamento fiant
de rebus alienis, aut de rebus ſacris, ſanctis & religioſis,
de quibus diſponi non poſſit, vel de legatis, quæ fiant
perſonis incapacibus vel prohibitis ſive de conditioni-
bus turpibus vel impoſſibilibus, aut aliàs à jure damna-
tis ex latè deductis *ſub tit. de teſtament. diſc.*73. Quoniam
his vitiatis, atque habitis pro non ſcriptis, non per hoc
vitiatum remanet teſtamentum.

Potiſſimè verò ubi agatur de feudatario, qui verus
miles dicitur, eique congruunt ea, quæ in jure civili 12
de antiquis militibus diſpoſita ſunt, ut duplex patrimo-
nium, ac duplicem hæredem inſolidum habeat, atque
ſicuti decedere poteſt cum duplici teſtamento pro pa-
trimoniorum diverſitate juxta ſuperius allegata jura *in
l.*20. *& in l.*37 *ff. de militar. teſtam.* ita quoque dece-
dere poſſit pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus,
atque ita duplicem diverſum habere hæredem, non ſo-
lùm ex ejus clara & expreſſa voluntate ſive ex illa vo-
luntate implicita, quam lex in inteſtata ſucceſſione
præſumit, ſed etiam contra ejus judicium, quia nempè
in teſtamento inſtituendo hæredem extraneum in utro-
que patrimonio allodiali & feudali agnatus ad feuda-
lem ſucceſſionem à lege inveſtituræ vocatus impugnat
Teſtatoris judicium, eoque invito ſit ejus hæres, &
tamen firmus remanet alter hæres allodialis, firmumque
remanet teſtamentum in hæreditate paganica, ſeu allo-
diali in altera verò feudali intrat ſucceſſio inteſtata
juxta celebrem & magiſtralem *deciſ. primam Franch. cum
concordan. per plures Adden. ibid. & pluries in præcedenti-
bus diſc.*20. *cum ſeqq.*

Nullibi verò cautum eſt, ut ob invalidam diſpoſi-
tionem feudalium factam in poſteriori teſtamento re-
viviſcat primum jam revocatum & annihilatum; Po-
tiſſimè, ut præmiſſum eſt, ubi revocatio & annihilatio
non provenit ex ſola diſpoſitione juris per poſteriorem
ordinationem; Sed provenit etiam ab expreſſa & ſpe-
cifica ejuſdem diſponentis voluntate, ut in præſenti,
dum ultra genericam revocationem præcedentium diſ-
poſitionum in ultimo teſtamento contenta expreſsè &
præcisè devenitur ad revocationem ſpecialis diſpoſitio-
nis, quæ in priore facta fuerat de feudo & per conſe-
quens dicebam, quod juſtitia Julii primogeniti videtur
manifeſta, nullam de jure admittens probabilem dubi-
tandi rationem.

Objiciebatur ex parte Gherardi de correſpectivita-
te, quod ſcilicet Philippus pater cum præſuppoſito di- 13
ctæ concordiæ inter filios inductus eſſet ad revocan-
dum primum teſtamentum; Verùm id nullatenus ob-
ſtare dicebam, quoniam ex deductis *in tit. de teſtam.
diſc.*33. ad effectum, ut poſterius teſtamentum dici va-
leat dolo, maliſque artibus extortum, ac propterea non
ſit aptum præjudicare primo teſtamentario, copulativè
requiritur,

requiritur, quod præſuppoſitum fuerit falſum cum doloſa machinatione, quodque illud fuerit cauſa præciſa & immediata ſecundi teſtamenti, quorum neutrum in facto verificatur, quoniam cum concordia erat vera & ſic præſuppoſitum, quod tunc factum fuit, dici non poterit falſum atque Julius nunquam teſtatorem alloquutus eſt, neque aliquem dolum vel machinationem adhibuit, ſed ſolùm dici poſſe conſiderabam, quod ipſe Gherardus ita illuſus fuiſſet, quod nil facit ad rem circa deceptionem teſtatoris cum machinationibus & falſis præſuppoſitis.

Supponebatur item quod ex parte ſecundogeniti
14 conſtitueretur fundamentum in auctoritate *Molin. de primogen. lib.2. cap.4. num.47. & ſeqq.* aliorumque Hiſpanorum, de quibus *Caſtil. tom.6. cap.121 num.50. & ſeqq.* ut ex Regia auctoritate conceſſa pro erectione unius majoratus fieri poſſet erectio duorum.

Verùm id prorſus inane videbatur fundamentum, quoniam ut advertitur ſub *tit. de fideicommiſſ. diſc.7. & 53. & tit. de Regal. diſc.161.* & alibi pluries Hiſpaniarum Majoratus, de quibus allegati auctores, aliique Hiſpani loquuntur, ſunt de triplici ſpecie; Primò nempè ubi agatur de illis Civitatibus, Oppidis & locis, quæ adinſtar noſtrorum feudorum Italiæ vel Germaniæ conceduntur alicui, ejuſque deſcendentibus ex munificentia Regis vel in remunerationem ſervitiorum cum ordine primogenituræ ſeu majoratus; Secundò in illis majoratibus ſimplicibus, qui in bonis privatis indifferentibus ex privata diſpoſitione eriguntur abſque privilegio vel auctoritate Regis eodem modo, quo in Italia ordinamus primogenituras & majoratus, de quibus *ſub tit. de fideic. diſc.1. cum pluribus ſeqq.* Et tertiò in illis majoratibus, qui dicuntur qualificati de utraque ſpecie participantes, quia ſcilicet erigantur ab aliquo privato in ejus proprii bonis indifferentibus, vel etiam in juriſdictionalibus & qualificatis in Civitatibus & Oppidis ab eo quæſitis ex cauſa oneroſa, ſed deſuper obtineatur auctoritas Regis ad effectum nobilitatis & præeminentiarum, ac etiam magis ſtabiliendi habilitatem, adeo ut ſit privilegium facultativum conceſſum in gratiam illius, qui poterat eo non uti, atque poterat de illis bonis diverſimodè diſponere.

De hac tertia ſpecie mixta loquuntur præfati DD. admittentes poteſtatem ordinandi duos vel plures majoratus, non autem prima ob diverſitatem rationis, dum in prima ſpecie Princeps eſt ille, qui diſponit, atque legem rei ſuæ adjicit; In altero autem diſponit privatus de rebus ſuis liberæ diſpoſitionis, ſolùmque adjicit ſuæ diſpoſitioni majorem firmitatem cum auctoritate Regia; Unde propterea quidquid ſit de veritate & praxi præfati aſſumpti in tertia ſpecie (cum error ſit manifeſtus abſque certa praxi locorum & Tribunalium diverſarum Regionum determinatè loqui in ſola fide aliquorum ſcribentium) ceſſat applicatio ad caſum, quoniam feudis congruit prima ſpecies, non autem tertia.

Siquidem eo ipſo, quod per Principem imprimitur feudo dignitas cum voluntate qualificandi ipſum feudum, adeo ut ſit dignitas realis, non autem perſonalis juxta diſtinctionem, de qua ſuprà *diſc.9. & 44.* & in aliis; Hinc reſultat per neceſſariam conſequentiam ex diſpoſitione juris qualitas individua inalterabilis à feudatario.

Idque verum etiamſi id ſequutum ſit in Caſtris & locis, quæ prius eſſent allodialia & liberæ diſpoſitio-
15 nis ex recepta feudiſtarum & aliorum propoſitione frequenter in præcedentibus inſinuata & præſertim *diſc.4. 53. & 56.* & in aliis, quod ſcilicet feudum etiam in vera & ſtricta ejus forma conſtitui poteſt in bonis propriis ac liberis & allodialibus, quæ ob aliquem finem à Principe recipiantur, ſeu recognoſcantur in feudum, atque feudalis qualitas in eis imprimitur, dum ita occultatur actus donationis factæ per infeudantem infeudanti, à quo recognoſcat in feudum.

Hactenus ſcribendo ad cauſæ opportunitatem tanquam Advocatus; Reflectendo autem ad veritatem credebam, quod quatenus pertineat ad ipſum corpus feudi, præmiſſa eſſent de jure vera, quodque de ſtricta juris cenſura ex dictas regula, *quod prius, nolui, &c.* factus eſſet caſus inteſtatæ ſucceſſionis ad præſcriptum inveſtituræ feudalis, qua attenta ſucceſſio extra controverſiam debita eſſet primogenito.

Difficultatem verò cadere poſſe conſiderabam in ejuſdem feudi pretio, ſeu valore ſaltem pro illis tredecim quindenis, quæ præfatus Philippus quæſierat, ac etiam pro bonis allodialibus ab eodem quoque acquiſitis, quoniam licet quoad ipſum Dominum, alioſque agnatos diverſarum linearum iſtud eſſet feudum antiquum; Attamen quoad Philippum videbatur feudum novum, utpotè ab ipſo ex cauſa oneroſa acquiſitum & per conſequens, quòd in ejus hæreditate adeſſet pretium, tanquam allodiale ad cujus participationem primogenitus feudi ſucceſſor teneretur erga ſecundogenitum æquè hæredem in allodialibus juxta ſuperiùs deducta *diſc.12. & 19. & 21.* & in aliis.

Verùm id erat extra caſum vel punctum controverſiæ, in quo ſolùm agebatur de ſucceſſione in ipſo corpore feudi, ac propterea id cadere potiùs videbatur in alia controverſia, quæ pendebat coram Magiſtratibus & Judicibus propriæ patriæ ſuper hæreditate allodiali & ſic extra punctum quæſtionis.

---

† SIGNINA.

Pro Duce Ludovico Sfortia, cum DD. Franciſco & fratribus de Sfortiis.

Caſus pendet in Rota.

De feudi dividuitate vel individuitate etiam dividuum effici potuerit individuum ex concordia, vel alia conventione in præjudicium ſucceſſorum.

Et de aliquibus ad materiam immiſſionis vel poſſeſſionis adipiſcendæ in vim inveſtituræ.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De punctis cauſa.*
3 *Quare Signatura guſtet de meritis cauſarum.*
4 *Vigore inveſtituræ feudalis competit immiſſio ex remedio* l. fin. C. de edict. Divi Adr.
5 *De legitimo contradictore, qui faciat ceſſare judicium poſſeſſorium.*
6 *Non datur immiſſio, ubi adſit tranſactio vel res judicata.*
7 *De tranſactione, an obliget ſucceſſores feudi ex perſona propria.*
8 *De feudis dividuis & individuis.*
9 *Quando tranſactio non importet novum jus ſed comprehenſionem & corroborationem ſtatus aliqui.*
10 *De diſtinctione inter obſervantiam præſcriptivam & interpretativam.*
11 *An vocatione ſucceſſorum ſanguinis in numero plurali faciat perneceſſe feudum dividuum.*
12 *Quod expediat magis feudum eſſe individuum.*
13 *De capacitate Clericorum in feudis Status Eccleſiaſtici.*
14 *De differentia inter præſidium præſcriptionis, & illud præſumptionis.*
15 *Feudum dignitatis regulariter eſt individuum.*
16 *De qualitate antiquorum titulatorum.*
17 *Quod id ſit conſiderabile ad effectum individuitatis feudi.*
18 *De conſuetudine Lombardiæ, aliorumque locorum ſuper dividuitate feudorum etiam dignitatis.*
19 *Quod atteſtationibus Doctorum non ſit deferendum, ubi*

ubi præſertim non ſint verſati de regione, & de ra-[illegible]

20 *De abuſu collectorum & prag[illegible]orum*

21 *Participantibus de fructibus & emolumentis feudi individui, quæ actio competat.*

DISCURSUS CXV.

1 Signinam Civitatem, quam ex conceſſione Pauli tertii in feudum ab eo tempore poſſederant Sfortiades Comites S. Floræ pro debitis Ducis Marii primogeniti ad præſcriptum Bullæ Baronum vendidit Congregatio Baronum, ſed ad aliquod breve tempus ob dictæ venditionis nullitatem; Dux Ludovicus Marii filius, ac etiam tres ejuſdem Marii fratres judicium reintegrationis intentarunt adversùs Emptorem; Emanata ſententia, & effectum quoque ſortita, in perſona Ducis Ludovici tantùm, qui jure primogenituræ poſſidebat dictum Comitatum S. Floræ, aliaque hujus familiæ Caſtra, & feuda, de quorum aliquibus in Ducatu Placentino habetur mentio ſupra *diſc.* 43. *&* 104.

Poſt decurſum autem annorum circiter triginta, pluribus exortis controverſiis inter præfatum Ducem Ludovicum ex una, & Cardinalem Fridericum patruum, ac filios D. Pauli alterius patrui prædefuncti, adeò ut hydræ ſpeciem redolerent, quod uno reciſo capite, ſeptem alia prodirent, inter alias fuit iſta immiſſionis contra Ducem poſſeſſorem, pro eorum portionibus iotentatæ à præfatis collitigantibus ad hanc Civitatem, in vim præfatæ inveſtituræ Pauli tertii; coram A. C. ex commiſſione Papæ, procedente cum voto aliorum duorum Prælatorum, ſive adjunctorum, Emanataque ſententia favore Actorum, per Signaturam gratiæ, commiſſa fuit appellatio, etiam ad effectum ſuſpenſivum, in Rota, ubi pendet.

In diſputationibus deſuper habitis, tam coram A. C. & adjunctis, quàm etiam in Signatura Gratiæ, ſuper modo reſcribendi, ad effectum etiam ſuſpenſivum, quem
2 actores in vim Ægidianæ non intrare contendebant; Duo erant puncti, ſive inſpectiones; Primò nempè ordinis, ſuper competentia, vel incompetentia præfati judicii poſſeſſorii; Et ſecundò ſuper meritis, ad oſtendendam injuſtitiam, cujus ratione admitti deber appel-
3 latio, etiam in judiciis ſummariis, & exequutivis, ut frequenter alibi inſinuatur, & præſertim *ſub tit. de judiciis diſc.* 37. *&* 44. *& in relat. Curiæ diſc.* 30. *&* 31.

4 Quatenus itaque pertinet ad primum punctum ordinis, non negabam ſcribens pro Duce Ludovico, Reo convento concluſionem ex parte Actorum deductam, ac pluries inſinuatam, præſertim *hoc tit. diſc.* 42. *& ſub tit. de Emphyt. diſc.* 25. ut vigore inveſtituræ feudalis competat remedium *Textus in l. final. C. de edict. D. Adr. tollend.* ſive ad inſtar, ex auctoritatibus ibi allegatis.

5 Dicebam tamen, quod cum eiſdem terminis fideicommiſſariis, vel beneficialibus, quos adeò frequentes in praxi habemus in propoſito hujus interdicti poſſeſſorii, præſatus Dux dicendus erat legitimus contradictor; utpotè veniens ex eadem inveſtitura, & ſic ex eodem fonte, eodemque titulo, ſuper cujus interpretatione erat quæſtio, an ſcilicet eadem inveſtitura intelligenda eſſet de feudo dividuo ad formam Juris Longobardorum, vel de individuo deferendo, cum ordine primogenituræ ad formam Juris Francorum; Et per conſequens, quod intrarent termini legitimi contradictoris, ob cujus interventum ceſſat hoc judicium poſſeſſorium privilegiatum, & procedendum eſt in judicio ordinario petitorii, ex iis, quæ in materia beneficiali habentur *tit. de benefic. diſc.* 75. *& ſub tit. de judic. d. diſc.* 44. & alibi pluries, cum ſit concluſio certa, quoties omnes veniunt ex eodem fonte, eodemque titulo, abſque illa diſparitate tituli melioris, vel deterioris, quæ conſiderari ſolet in beneficialibus, ratione ſubrogationis gratioſæ, & in terminis inveſtituræ emphyteuticæ advertitur *in Fanen. ſeu Senogallien. bonorum ſuper immiſſione* 14. *Martii* 1646. *coram Melzio impreſſ. poſt Laiſell. deciſ.* 36.

Clarius verò in hac facti ſpecie, ex duplici circumſtantia, quarum utraque tendebat in idem, eundemque operabatur effectum; Primò nempè ob tranſactionem initam de anno 1632. inter præfatum Ducem Marium primogenitum, & patrem Ducis Ludovici & prædictos Cardinalem Fridericum, ac Paulum Actorum patrem, ſuper obſervantia, & continuatione primogenituræ in hujus Domus feudis, ac bonis in eadem tranſactione deductis; Et ſecundò ob dictam ſententiam concedentem reintegrationem ſoli Ludovico primogenito, quamvis omnes alii idem judicium inſtituiſſent, eis acquieſcentibus, cum diuturno ſpatio annorum circiter triginta.

Undè propterea intrat, de jure vera, & frequenter in praxi recepta concluſio, de qua apud *Cavaler. deciſ.* 550. *num.* 4. *deciſ.* 89. *num.* 9. *part.* 6. *recent. Faventina Primogenituræ* 23. *Junii* 1666. *coram Bevilaqua impreſſa poſt Torres de Pact. futura ſucceſſ. deciſ.* 34. & frequenter, ac etiam advertitur *d. diſc.* 44. *de judic.* quod ſcilicet interdicta poſſeſſoria, iſtud præſertim immiſſionis, non intrant, quando adſit obſtaculum alicujus rei judicatæ, vel tranſactionis, quæ ſonat in idem, eandemque vim habet, dum prius oportet illam de medio tollere, cum re judicata, vel cum tribus conformibus declarantibus, quod non afficiat. 6

Et multò magis, ubi in promptu conſtet, vel ſufficiens detur fumus efficaciæ tranſactionis, ut tanquam bona fide inita, obliget etiam ſucceſſores, quamvis venientes independenter, & ex perſona propria, ex iis, quæ in 7
his terminis feudalibus, habentur ſuprà *diſc.* 49. Atque in iodividuo hujus tranſactionis, poſt iſtas diſputationes inter eaſdem Partes, occaſione alterius controverſiæ, ſuper Oppido Proceni, in qua Dux erat Actor, iſti verò Actores erant rei excipientes, de hac eadem inveſtitura, firmatum fuit *per Rotam in Romana, ſeu Toànen. Caſtri Proceni* 10. *Junii* 1672. *&* 13. *Martii* 1673. *coram Calatain*; Ideoque etiam in ſenſu veritatis, qualem quoque agnovit Signatura, dicebam, quod intrarent termini legitimi contradictoris, & per conſequens, quod incongruum eſſet hoc judicium poſſeſſorium privilegiatum.

Quo verò ad alium punctum, ſuper meritis negotii principalis; Ultra inſpectionem nudi facti, an inveſtitura eſſet authentica, & in forma probanti, necne; Præſuppoſita etiam ejus veritate, cum quæſtio reduceretur ad naturam, ſeu qualitatem iſtius feudi, an eſſet divi- 8
duum, vel iodividuum; Dicebam, quod, licet feuda, juxta eorum antiquam, & originariam naturam eſſent dividua ad formam Juris Longobardorum, ac propterea nulla ratione habita de prærogativa primogenituræ, omnes deſcendentes capaces à primo inveſtito, coæquali jure veniant, ex iis, quæ pluries in præcedentibus inſinuantur, & præſertim *diſc.* 8. *&* 13. ubi allegantur *Minad. Galeot. Marcian.* & alii, qui iſtos terminos examinant; Nihilominus, ut ibidem advertitur, non implicat, ut ex antiqua conſuetudine univerſali regionis, vel ex particulari illius feudi, vel illius domus, in omnibus feudis in ea exiſtentibus, aut ex antiquis conventionibus à ſubſequuta obſervantia diuturna corroboratis, diverſam ſortiantur naturam individuam, ad formam juris Francorum, deferenda cum ordine primogenituræ.

Et hic erat caſus, quoniam per ſæculum, & ultra, iſtud feudum inſignitum titulo Ducatus, fuerat penes 9
primogenitum, qui fecit pro tempore figuram capitis domus, iſque ſolum Dux appellatus eſt, non autem alii fratres ſecundogeniti, eorum deſcendentes; Ideoque ultima tranſactio anni 1632. quam etiam afficere Actores, ex perſona propria, utpote bona fide inita firmatum eſt in allegatis deciſionibus *coram Calatain*, re verà non eſt concordia nova, quæ novum, atque ab antiquo diverſum ſtatum induceret, ac firmaret, ſed potius fuit confirmatio, ſeu agnitio ſtatus antiqui.

Quinimò dicebam, quod iſta antiqua conſuetudo, munita etiam pluribus conventionibus, neque dicenda eſſet

eſſet præſcriptiva, ſive clarè inductiva novi juris, ac
deſtructiva ejus, quod alias certitudinaliter de jure
competeret, quo caſu intrant difficultates, quæ ca-
dere ſolent in hac materia præſcriptionis, quæ ni-
mium rarò, ac penè unquam ad praxim eſt reducibilis,
in iis, quæ novis ſucceſſoribus jure feudi antiqui, ac
fideicommiſſi competunt ex propria perſona, ex iis,
quæ habentur *ſub titul. de judic. diſc. 21. num. 7. & ſeqq.*
Et ſuper quo aſſumpto magnam vim conſtituebant
Scribentes pro Actoribus, quoniam potius dici poteſt
conſuetudo, vel obſervantia interpretativa voluntatis
dubiæ Principis infeudantis, an ſcilicet, juxta unam,
vel alteram naturam hoc feudum concedere voluerit,
dum id non exprimitur, & per conſequens voluntas,
quæ ad unum, vel alterum caſum eſt referibilis, ita am-
bigua remanet, & capax interpretationis undè propte-
rea intrant termini obſervantiæ interpretativæ, po-
tiùs quam præſcriptivæ.

Et quamvis Scribentes pro Actoribus, in eo inſiſte-
rent, quod voluntas dicenda potiùs eſſet clara, dum
inveſtitura cantat de deſcendentibus maſculis in ge-
11 nere, & in numero plurali, de ſui natura apto com-
prehendere omnes, idque apud Judices primæ inſtan-
tiæ, plauſum habuerit; Attamen id pro meo ſenſu
continebat potiùs levitatem, nimiumque debile fun-
damentum videbatur, quoniam vocabulum, *omnes*,
apponitur ad denotandam habitualem capacitatem, &
comprehenſionem omnium de illo ſanguine, vel gene-
re, compatibiliter tamen cum reſtrictione ad majorem
natum, ſeu primogenitum, circa actum, ſeu eo modo,
quo in Jurepatronatus, vel præſentandi, aliiſque
ſimilibus paſſim habemus; Et in his terminis feuda-
libus, comprobat actualis praxis inveſtituræ feudorum
in Regnis utriuſque Siciliæ, quod cantat, *pro ſe, &
hæredibus, ex corpore deſcendentibus*, ideoque omnes
habitualiter vocati ſunt; Et tamen actualiter, ſucceſ-
ſio inter eos defertur jure ſingulari, & cum ordine
primogenituræ.

Item pro veriſimili voluntate Papæ infeudantis,
quod ſcilicet hoc feudum concedere voluerit in natura
12 individua ad formam juris Francorum; Ultra ratio-
nem generalem, ex qua pene ubique irrepſit hic uſus
primogeniorum, & majuratuum, pro majori ſcilicet
ſplendore, & conſervatione decoris familiæ, cum
bonorum unione in una perſona, ex deductis ſupra
diſc. 9. & 10. & in aliis; Conſiderabam quoque con-
ſuetudinem particularem Domus ejuſdem Pontificis,
quod ſcilicet cum in ea, etiam ante ſuperventam Pon-
tificiam dignitatem, adeſſent feuda Farneſii, & Late-
ræ, & alia, ſervabatur hic ordo, undè propterea de-
functo primogenito, ſine prole, cum idem Pontifex
in ſtatu Cardinalitio effectus eſſet primogenitus, con-
troverſiam habuit cum ejus fratre tertiogenito præten-
dente incapacitatem ratione clericatus, ut patet ex
13 *conſ. 117. Iaſon. l. 4.* quod eſt celebre in materia ca-
pacitatis Clericorum ſuccedendi in feudis Status Ec-
cleſiaſtici, ex deductis ſupra *diſc. 47. & 54. & in a-
liis*; Et per conſequens, cum ex cauſa conjunctionis
ſanguinis, iſtud beneficium huic domui conferre vo-
luerit, nimium probabile eſſe dicebam, quod regulare
voluerit conceſſionem in hac forma magis rationabili,
& quæ in ejus domo ſervabatur.

Ponderabam quoque circa diuturnam obſervan-
14 tiam, ea quæ habentur *ſub tit. de alienat. & con-
tract. prohib. diſc. 3.* ac etiam *tit. de Dote diſc. 143. &
d. diſc. 21. de judic.* & alibi, ſuper diverſa operatione,
quæ reſultat à lapſu temporis, quod ſcilicet, aliud
eſt formalis præſcriptio, quæ in jure odibilis reputa-
tur, tanquam ſpecies pœnæ, ob delictum negligentiæ,
per quod res tollitur Domino, atque defertur non Do-
mino, qui alium non habet titulum, niſi illum tem-
poris, ac diuturnæ poſſeſſionis; Aliud verò eſt con-
ſiderare eandem obſervantiam, in ratione favorabilis
præſumptionis validitatis tituli, cujus vigore poſſeſſio
ſequuta eſt, ita præſumendo illam ſolemnitatem cu-
jus defectus titulum invalidaret, cùm tunc aſſiſtat
favor, non autem odium; Ideoque locis citatis adver-
titur malum conſilium, ac imprudentiam eius, recur-
rere ad præſidium præſcriptionis, dum adeſt iſtud
pinguius, & tutius remedium præſumptionis ſolem-
nitatis revalidatoriæ tituli, quando de iſto conſtet, vel
facultatis allegandi ipſum titulum meliorem, quan-
do tempus ſit tale, quod hanc præbeat facultа-
tem.

Magnum quoque fomentum hujus individuitatis
præbere obſervabam titulum, ſeu dignitatem ab anti- 15
quo huic feudo adjectam, ex iis, quæ de individuitate
feudi dignitatis, habentur ſupra *diſc.* 8. & in ejus ad-
notationibus.

Siquidem iſta Civitas cum ejus Comitatu, & an-
nexis ab antiquo tempore poſſeſſa fuit per celebrem
familiam Comitum, ſeu de Comitibus, quæ ab iſto
Comitatu denominationem accepit, atque tot Sum-
morum Pontificum adeò fæcunda Mater fuit, atque ab
eis tranſitum fecit in iſtos Sfortiades deſcendentes, ex
filia fœmina, quæ per Paulum III. habilitata fuit ad
ſuccedendum cum onere ejus filiis, & deſcendenti-
bus maſculis, injuncto aſſumendi quoque cognomen,
& inſignia hujus familiæ de Comitibus, cum mixtura
familiæ propriæ, adeout dicta inveſtitura Pauli Tertii,
non fuerit omnino nova de feudo vacante, per ipſum
conceſſo, ſed ſolùm immutativa generis perſonarum,
juxta caſum, de quo ſupra *in Iannen. Feudorum diſc.*
113. Cumque in illis temporibus hujuſmodi dignita- 16
tes Comitum, Marchionum, & Ducum magnam fa-
cerent figuram Procerum, & Magnatum, ex iis, quæ
inſinuantur *tit. de præeminent. diſc. 26. & tit. de penſion.
diſc. 48. & alibi*, ac etiam docent tot hiſtoriæ; Hinc
proinde omnino probabile eſt, quod iſti præſertim
Comites Signini, qui magnam faciebant figu-
ram, eſſent unici, ipſeque Comitatus eſſet indivi-
duus.

Ejuſdem individuitatis non leve reſultat etiam
argumentum, ex eo quod, cùm Sixtus V. ad depri-
mendam fortè potentiam aliquorum Baronum, & Ma- 17
gnatum, minuendamque adhærentiam & clientelam,
cœpiſſet erigere noves dignitates, atque inter primus
quatuor Ducatus ab eo erectos, fuerit iſte, utique ſup-
ponendum eſt quod eſſet unicus Dominus conſidera-
bilis potentiæ, & exiſtimationis, quod utique ſuppo-
nit individuitatem, ducto etiam argumento à natura
aliorum conſimilium Ducum, & Magnatum.

Adverſùs hoc argumentum, deductum à dignitate,
replicabant Scribentes pro Actoribus, quod licet 18
feuda dignitatis habitualiter ſint individua; Atta-
men quoad exercitium, & fruitionem, de conſuetu-
dine ſunt dividua, ex relatis ſupra *ead. diſc.* 8. ita cu-
mulando auctoritates ibidem recenſitas, & alias ex
eiſdem deductas; Atque me replicante, quod iſta eſſet
conſuetudo particularis Lombardiæ, de qua ibi alle-
gati loquuntur, ideoque non trahenda de loco ad
locum, vel de Regione ad Regionem, ex natura con-
ſuetudinis exorbitantis, ut non admittat extenſionem,
ſed attendi debeat in caſu præciſo, ut pluries in omni
ferè materia inſinuatur, & præſertim ſub *tit. de bene-
fic. diſc. 30.* Deducebant auctoritates *Roſenthal.* & alio-
rum Germanorum, generaliter aſſerentium de iſta
conſuetudine Italiæ in univerſum.

Verùm, etiam in ſenſu veritatis, dicebam, quod
iſtud eſſet æquivocum manifeſtum, quoniam, juxta
notoriam praxim, dignitatem præſertim primatia-
rum, Principum, & Ducum, in hoc Statu Eccleſiaſtico,
& in Regnis utriuſque Siciliæ, abſorbentibus abſque
dubio majorem partem Italiæ, feuda ſunt individua, Ut

moditatis intrare debet jus prothomiſeos.
13 *In Regno Neapolitano vaſſallis datur prælatio adverſus novum emptorem feudi, ac etiam adverſus novum conductorem.*
14 *Facilius danda eſt eſt prælatio, ubi alienatio fieret in potentiorem.*
15 *Agnati, vel conſortes, quibus competit jus prothomiſeos poſt factam alienationem facilius jus habent illam impediendi, & quomodo.*

DISCURSUS CX.

APlorium ſæculorum citra, Pontificia & Imperiali auctoritatibus, poſſidentibus quibuſdam no-
1 bilibus de Illuſtri familia ab eodem ſtipite deſcendentibus aliqua feuda in forma indubitata pacti & providentiæ, cum unicus ex proprio Colonello ſuperſtes abſque prole intenderet, ut ſupponebatur extraneo ſuam portionem alienare, in ſola tamen commoditate, ut ita excluſum remaneret jus prothomiſeos de jure feudali competens aliis agnatis, per iſtos deſuper conſultus, quomodo ſcilicet id impediri poſſet, ſeu quatenus ſequatur, an de juſtitia eis competeret retractus, ſeu prælatio.

Reſpondi, quod ubi ageretur de formali alienatione ipſius portionis feudalis importante tranſlationem juris realis, ac tangere ſubſtantiam feudi, tunc caſus eſſet indubitatus pro affirmativa, dum agitur de feudo
2 antiquo pacti & providentiæ per textus litterales in *cap.1. §. Titius ſi de feudo defuncti cap.1.§. ſed & res per quos fiat inveſtitura, & in cap.1. §. porrò qualiter olim feud. poter. alienari, ubi gloſſ. Iſernia. Afflict. Alvarot.* & cæteri communiter ad nimiam ſatietatem collecti per *Schrader. de feud. part.8. cap.7. Roſenthal. eod. tract. cap.9. membr.2. concl.87. n.1. & in gloſſ. lit. A. Hartman Piſtor. part.2. quæſt.11. & 12. Berlich, concluſ.57. lib.2. Maſtrill. deciſ.8. n.1. & ſeqq.* & omnes abſque contradicente.

Sola enim quæſtio cadit in feudis novis, ſive in an-
3 tiquis mixtis habentibus annexam qualitatem hæreditariam, nedum primi acquirentis, ſed etiam ultimi morientis, ut ſunt illa Regni Neapolitani, & in qua nimium certant feudiſtæ Neapolitani; Negativam enim tenent *Capyc. Latro conſult.27. 28. & 96. de Marin. reſol.116. lib.2. ſcribentes apud Rumm. in addit. ad Affl. de jure prothomiſ. fol.64.* Affirmativam verò *Rovit. in conſ. impreſſ. poſt deciſ.11. Aponte & inter ejus commentar. ſuper pragm. in rubr. de feudis, & idem Aponte dicta deciſ.11. & alii per Capyc. Latr. & Add. deciſ.57. num.2.* ubi quod hæc opinio eſt magis recepta, & habetur ſupra in *Montis Peluſii diſc.36.* Sed quidquid ſit, extraneum dicebam de his quære e, dum agebatur de feudo indubitanter antiquo pacti, & providentiæ puro, quo caſu nemo dubitat; Tunc enim non ſolum intrat ratio æquitatis, cui innituntur *Aponte, Rovit. & ſequaces,* & ſuper
4 qua eſt quæſtio, an jus prothomiſeos feudale tali rationi innixum ſit nec ne, ſed intrat abſque dubio altera in qua omnes concordant, illius ſcilicet præventivæ revocationis, quæ agnatis moriente feudatario alienante competeret, etiam pretio non oblato; Unde propterea per hujus remedii intentationem magis conſulitur, tam feudatario alienanti jus ſuum, quàm extraneo illud ementi, ideoque nulla ſupereſſe videtur dubitandi ratio ex deductis ſupra *diſc.36. ac etiam in Januen. diſc.37.*

Et ſtante hac ultima ratione, certum videtur dicto retractui locum eſſe, quamvis & in ipſummet Dominum alienatio fieret, quoniam reſoluto jure alienantis, adhuc agnatis juxta ordinem vocationis com-
5 petit jus neceſſariæ ſucceſſionis, & conſequenter jus revocandi alienationem, ex quo reſultat jus prothomiſeos, cum hæc alienatio facta in Dominum in hoc privilegiata eſſe videatur, atque differre ab ea, quæ ſine aſſenſu fieret in extraneum, quod ita aſſenſum habere dicitur ad effectum evitandi pœnas, ac etiam nullitatem actus ab initio, etiam durante jure alienantis, ſed non tollit dictum jus ſucceſſionis, ex plenè deductis per *Roſenthal. d. cap.9. membr.1. concluſ.52. num.3. & in gloſſ. lit. B.*

Difficultas igitur ſolum eſſe videbatur, quatenus dictus alter alienandi modus teneretur, commoditatis 6
ſcilicet, prout facti eſt non tangentis ſubſtantiam feudi, quod non dubitatur etiam ſine aſſenſu fieri poſſe ex iis, quæ pluries *hoc eodem tit. ſupra* firmata habentur, præſertim *in Romana, ſeu Status Eccleſiaſtici infeudationum, diſc.61.* Atque de ſtricta juris cenſura contra agnatos pro d. juris prothomiſeos incompetentia ita reſpondendum videbatur, quoniam tam jura feudalia, quàm feudiſtæ, de quibus ſupra loquuntur de alienatione, quæ fieret per contractum emptionis & venditionis, vel alium æquipollentem, ſecus ſi per alterum donationis, permutationis, tranſactionis, & ſimilem in quo cum non poſſit retrahens dare idem, quod dat extraneus, ille non intrat ex collectis *per eumdem Roſenthal. d. cap.9. concluſ.90. num.4. & ſeqq. & in gloſſ. ibidem* & conferunt quæ generaliter in ma- 7
teria retractus habentur *ſub tit. de ſervit.* ut non procedat in alienatione per donationem, permutationem, tranſactionem, & ſimiles; Cumque ex ibidem deductis, ac etiam *ſupra in Romana, ſeu Sabinen. prælationis diſcurſ.38.* ex veriori magiſque recepta ſententia hoc jus prothomiſeos cenſeatur odioſum & exorbitans, id- 8
circò ejus extenſio de caſu ad caſum admittenda non eſt.

Et fortius quia cum ex deductis *d. diſc.61.* & alibi pluries ſupra, alienatio commoditatis nullum jus tribuat in re, vel ad rem, neque feudi ſubſtantiam tangat, ſed ille in quem talis alienatio facta eſt, habeatur tanquam nudus miniſter & procurator alienan- 9
tis, percipiendo ejus nomine fructus, illoſque poſtquam ſeparati ſunt ab eorum cauſa productiva, & effecti allodiales applicando ſibi ipſi, & in rem propriam; Hinc proinde reſultat, quod ſicuti feudatario deputante procuratorem, vel œconomum, aut gubernatorem irrevocabilem, non poſſent agnati id prohibere, atque prælationem prætendere, cum id nullibi in jure cautum habeatur, ſic à pari cum idem videatur caſus.

His tamen non obſtantibus, contrarium in facti 10
ſpecie probabilius credebam ex ejus particularibus circumſtantiis; illud in primis prænotando, quod quidquid ſit de ſuperius inſinuata quæſtione in terminis generalibus retractus competentis ex jure municipali, in qua plerique tenent illud eſſe favorabile, utpote conforme etiam juri divino, ac naturali æquitati, ut plenè deducitur *in voto Præſidis viarum regiſtrato deciſ. 173. part.4. recent.* Ubi etiam tenenda eſſet opinio contraria, quam ſequitur Curia juxta aliud votum, *de quo deciſ.783. ultima part.2. rec. & in Perſina retractus 4. Maii 1637. coram Coccino*, quæ eſt in materia magiſtralis, id provenit ex diſpoſitione text. *in l. dudum, C. de contrahen. empt.* cum concordantibus inducentibus vendendi, ſeu alias de bonis ſuis diſponendi libertatem, quaſi quod ita jus commune corrigatur, atque ab ejus diſpoſitione hoc jus municipale exorbitet, *ut ſupra dictis diſc.36 & 38.* & pluries in dicta ſua materia de retractu *ſub tit. de ſervit.*

Hæc autem ratio non videtur adaptabilis feudis, 11
quoniam quando jus non ſcriptum, ſeu conſuetudines feudales à legibus Longobardorum ut plurimum derivatæ, poſt longum intervallum in ſcripturam redactæ fuerunt per *Gherardum, & Obertum*, tunc nulla habebatur notitia, nulluſque uſus in Italia Juris Civilis Romanorum juxta compilationem Juſtiniani, ut patet ex legali hiſtoria diſtinctè deducta in *Neapolit. ſub tit. de ſervitut. diſc.1.* ac etiam magis ſummatim inſinuata *d. diſc.36. & diſc.2. hoc eod. tit.* Ideoque dici non poteſt, quod hoc jus feudale editum eſſet in correctionem juris communis, cum quo tunc vivebatur, quia tunc tale jus ignotum erat, ac etiam quia ipſimet juri

ignota

ignota ſunt feuda; Et conſequenter ceſſante dicta ratione, ob quam jus prothomiſcos in aliis rebus indifferentibus reputatur exorbitans, & correctorium, potius intrare videntur rationes contrariæ opinionis illud reddentes favorabile, æquitativum, ac benignè intelligendum.

Quibus ita prænotatis, tam æquitatis, quam con-
12 gruentiæ, ac etiam rectæ adminiſtrationis juſtitiæ rationes in hac facti ſpecie dictam prælationem exigere videbantur, quoniam non agitur de caſu, in quo tale jus petant illi agnati proximè ſucceſſuri, qui feudum non poſſidentes, habent ſolum jus, vel ſpem futuræ neceſſariæ ſucceſſionis, ob quam ſecum ferentem jus revocandi alienationem, etiam non reſtituto pretio, datur hoc privilegium, ſeu facultas; Sed agitur de agnatis compoſſeſſoribus eorundem feudorum pro eorum portionibus, dum agitur de feudis dividuis ad formam Juris Longobardorum, ideóque alia duplex intrat ratio, una conſortii, & altera utilitatis vaſſallorum, rectæque adminiſtrationis juſtitiæ, ut numerus dominorum, quo magis fieri poteſt reſtringatur, & ex quibus rationibus ita fuiſſe deciſum de anno 1617. per Collaterale Conſilium Neapolis teſtantur *Lanar. Jun. in addit. ad Lanar. ſen. in repet. d. §. ſed etiam res, & Donade, de renunciat. tom. 2. cap. 26. num. 106. ut advertitur d. diſc. 38.*

Et magis proximè, ut eadem prælatio quæ in Regno Neapolitano de recepto uſu competit vaſſallis ad-
13 versùs novum feudi emptorem, competat etiam adversùs conductorem deciſum teſtatur *Capyc. Latr deciſ. 168. num. 9. & 30.* ubi etiam per totam deciſionem de prælatione conſortis in dominio etiam in locatione, & ſic ex identitate rationis intrat extenſio, potiſſimè, ac extra dubium attendenda, ubi ille cui fieret talis alienatio eſſet potentior, undè facto caſu ſucceſſionis difficilis redderetur recuperatio, ex iis quæ proximè habentur *apud Natt. conſ. 491. cum concord. in Placentina*
14 *ſub tit. de emphyt. diſc. 19.*

His autem poſitis, ſi jam ſequuta alienatione daretur jus illam ita retractandi, multò magis dicebam de plano competere eiſdem agnatis jus inhibendi conſorti, ne alienaret, niſi ipſis offerentibus illud idem, quod ſine fraude ab alio inveniatur, & per illud remedium quod dicunt conſervativum feudiſtæ *in d. c. 1. §. porro, & c. 1. §. ſed & res per quos fiat inveſtitura, cum concord. per Roſenthal. d. c. 9. membr. 2. concluſ. 86. num. 3.*
15 *& in gloſſ. ibid. lit. B. & C. & concluſ. 90. in princ.* Et confert etiam vulgatum dicterium, *quod turpius ejicitur, &c.* quo utuntur etiam Juriſtæ, *ut per Alex. conſil. 213. num. 7. lib. 6. conſ. 174. num. 13. & 175. num 42.* Ac etiam alterum, quod *facilius impediantur facienda, quam retractentur jam facta* ex collectis *per Barboſ. axiom. 93. num. 30. cum ſeqq.* Atque ita in præſenti quæſito mihi pro veritate viſum fuit reſpondere.

† DE Jure prothomiſeos habetur ſupra *diſc. 36. & ſeqq.* cum ibi notatis, & de Ceſſione commoditatis, etiam in prohibitis ſupra *diſc. 61. & tit. de Emphyt. diſc. 44. & tit. de Penſ. diſc. 2. & 68. & ſeqq.*

---

† ROMANA, SEU NULLIUS FEUDI, &c.

Conſilium pro directione, ſuppreſſis nominibus.

De mutatione naturæ, vel ſtatus rei, quod de allodiali efficiatur feudalis, recognoſcendo alterum in dominum, an importet reſtrictionem, cui ſubjacet feudum ab alio acceptum, juxta leges feudales; Vel potiùs retineat in reliquis antiquam naturam; Et præſertim an ſub nomine hæredum veniant ſolùm illi ſanguinis, vel etiam extranei, ad eandem materiam, de qua ſuprà *diſc. 55. & 63.*

S U M M A R I U M.

1 *Facti ſeries, cum ratione dubitandi.*
2 *Bulla de non infeudando, comprehendunt etiam extenſionem lineæ.*
3 *De operatione, vel interpretatione verbi hæredum, & ſucceſſorum, & quid, ubi adeſt verbum quorumcumque.*
4 *Quid, ubi præcedit verbum filiorum, & deſcendentium.*
5 *An, & quando geſta per procuratorem ultra fines mandati valeant.*
6 *Quod mandatum deſerviat pro interpretatione in dubio.*
7 *De differentia inter caſum feudi ſuſcepti ab infeudante, & inter feudum in re propria.*
8 *An prohibitio alienationis ſit compatibilis cum feudo hæreditario, & tranſmiſſibili ad extraneos.*

DISCURSUS CXI.

POſſidente ab antiquo ex ſucceſſione majorum, quodam Domicello, Caſtrum juriſdictionale, cum vaſ- 1
ſallis, jure illius improprii, & ſubordinati allodii, juxta cujus naturam per Barones, & Domicellos Romanos, & Status Eccleſiaſtici poſſidentur Oppida, & Caſtra, ac etiam aliquæ Civitates ex pluries in præcedentibus inſinuatis; Incertum eſt quibus motivis annis decurſis, Præfatus Domicellus per procuratorem juramentum fidelitatis præſtitit Papæ, cui idem Caſtrum ſuppoſuit, atque ab eo in feudum recepit pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum ſub obligatione, recognitionis ſingulis annis in una libra ceræ albæ elaboratæ, ſub pœnis, in Conſtitutione Gregorii XIII. contentis, alienatione penitus interdicta; Cùm autem idem Domicellus, vel ejus filius, Caſtrum alteri vendere vellet, atque beneplacitum Apoſtolicum ſuper emptione non denegaretur, in forma conſueta, abſque ſcilicet præjudicio Jurium Cameræ, & ad præſcriptum Conſtitutionum Pii V. & Innocentii IX. aliorumque Pontificum, de non Infeudandis; Hinc pro parte ejus, qui emere intendebat, deſuper conſilium petitum fuit, an dicta emptio tutè fieri poſſet.

Reſpondi reſolutionem pendere ab interpretatione dd. verborum, *pro hæredibus & ſucceſſoribus*, quæ continentur in recognitione ſeu inveſtitura feudali, an ſcilicet, intelligenda eſſent juxta naturam, ſeu ſtrictam ſignificationem feudalem, pro hæredibus ſanguinis tantùm vel potiùs juxta naturam bonorum allodialium, & indifferentium pro hæredibus & ſucceſſoribus etiam extraneis; Iſto etenim ſecundo caſu crede- 2
bam, quod tutè emptio fieri poterat, dum nulla ſequebatur mutatio linearum, atque extraneus emptor venit ſub nomine ſucceſſoris titulo ſingulari; E converſo autem in primo caſu emptio ſuffragari, & ſuſtineri poterat durante linea vel deſcendentia venditoris, dum ad præſcriptum Bullæ Beati Pii V. de non infeudandis, de qua frequenter in præcedentibus & præſertim *diſc. 1. 4. & 61.* juxta declarationem factam per Conſtitutionem Innocentii IX. non ſolùm interdicta eſt infeudatio feudi, jam devoluti, vel cujus devolutio immineret, ſed etiam quicumque actus, per quem ſequeretur lineæ prorogatio, atque major feudi duratio.

Quatenus itaque pertinet ad hunc punctum, probabiliter reſpondendum debere credidi, de lata & be-
nigna dictorum verborum interpretatione ex duplici 3
fundamento. Primò ſcilicet quoniam licet in inveſtitura recepta per procuratorem, qui nomine dicti Domicelli abſentis, juramentum præſtitit, verba eſſent concepta *pro hæredibus & ſucceſſoribus* ſimpliciter; Attamen in mandato procuræ dicitur *pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque*; Iſtud etenim verbum ſeu adjectum univerſale *quibuſcumque*, in hoc propoſito ceſſare

facit omnem quæſtionem, quæ cadit, ubi dicatur *pro hæredibus & ſucceſſoribus* ſimpliciter, cum illud verbum *quibuſcumque* tanquam amplum & effrænatum, comprehendit omnes hæredes etiam extraneos, omneſque ſucceſſores, non ſolùm univerſales, ſed etiam particulares ex iis, quæ paſſim babemus in materia emphyteutica, quoties præſertim agatur de emphyteuſi Eccleſiaſtica, cujus regularis natura eſt, non egredi hæredes ſanguinis; Et in his terminis feudalibus latè habetur in deciſionibus, quæ hinc indè prodierunt in celebri *Sarſinaten.feudi apud Coccin. deciſ.2305. repert. apud Capyc. Latr. conſultat.75. num.279. & apud Dunozet. deciſ.748. & 760. repert. Poſt Contrium deciſ.18. & 19. etiam fuit apud Otthob. deciſ.265.*

Difficultas etenim in eo caſu cadebat, ex eo quod
4 præcederet verbum *filiis*, an ſcilicet iſta alia verba magis ampla *hæredum & ſucceſſorum*, ſtarent famulativè vel qualificativè, ut primo loco deciſum fuit *coram Coccino*; Vel potiùs ampliativè ut ultimo loco deciſum fuit *coram Dunozetto & Otthobono*, ſed quando non præcedit dictum verbum *filiorum & deſcendentium*, quod denotat ſucceſſores ſanguinis, tunc accedente dicto verbo amplo, & effrænato *quibuſcumque* caſus videtur extra omnem dubitationem, dum huic verbo tradi ſolent etiam quædam improbabiles operationes enuntiatæ *ſub tit. de renunciat. diſc.4. & in ejus adnotationibus.*

Et quamvis, ubi inveſtitura reſtrictionem haberet ad ſolos hæredes ſanguinis, adeo ut dignoſceretur con-
5 trarietas inter mandatum & inveſtituram, amplitudo verborum mandati, nullius remaneret operationis ſtante ſubſequuta ratificatione inveſtituræ, per quam tollitur illa nullitas, quæ reſultare dicitur ab exceſſu finium mandati, dum hic exceſſus operatur, ut principalis non remaneat obligatus ex facto procuratoris ultra fines mandati, quatenus ipſe ratum non habuerit, ſecus autem ratihabitatione accedente, ex deductis *tit. de credito diſc.84.* & alibi pluries.

Attamen, cùm verba inveſtituræ ſunt ambigua vel apta comprehendere, etiam hæredes & ſucceſſores extraneos, dum nullum præcedit verbum *filiorum, & deſ-*
7 *cendentium* ſeu alias reſtrictivum hæredum ſanguinis, hinc proinde mandatum rectè deſervire poteſt pro interpretatione.

Et ſecundò in idem ponderabam diſtinctionem, de qua ſuprà *diſc.56. & 63.* quod ſcilicet magna ſit differentia inter caſum illius veræ, & propriæ inveſtituræ feudalis, per quam infeudans concedit in feudato rem ſuam; Et alterum caſum hujus inveſtituræ, potiùs impropriæ, & intellectualis, per quam infeudans nihil dat de ſuo, ſed potius acquirit, quia nempè infeudatus agnoſcit rem ſuam in feudum ab ipſo infeudante, habente rei dominium intellectuale ob præambulam occultam donationem. Primo etenim caſu, ſtrictius, & rigoroſius proceditur, ut cenſeatur donatum vel conceſſum quid minus, & cum ea lege, quæ eſt connaturalis qualitati bonorum, atque ut quo citius fieri poteſt ea redeant ad ſuam cauſam & unitatem.

Et nihilominus etiam iſto caſu conceſſio interpretanda videtur à ſua cauſa, an ea ſcilicet ſit lucrativa, vel oneroſa ut in caſu quo ſit lucrativa intret dicta stricta prohibitio ob ſtrictam naturam, vel interpretationem donationis. In altero autem reflecti debeat ad quantitatem pretii, ex qua deſumi ſolet quid ſit voluntas Partium, iſtudque eſt magnum argumentum ad probandum quid in contractum deductum ſit, juxta vulgaram, & receptam propoſitionem, frequenter in omni ferè materia inſinuatam; ſive reflectendum eſt ad alias facti circunſtantias, ex quibus deſumi valeat una, vel altera veriſimilis voluntas, cujus potiùs facti, quàm juris revera eſt quæſtio, undè propterea pro meo ſenſu erroneum videtur procedere cum ſolis generalitatibus, ad has diſtinctiones & circunſtantias non reflectendo.

In altero autem, in quo infeudans nihil det de ſuo, ſed potiùs in actu infeudationis occultari dicatur dicta præambula donatio, quam feudatarius infeudanti faciat, tunc utique diverſa intrat interpretatio ex eadem ratione, ut cenſeatur donatum quid minus; Ac etiam habendo reſpectum ad finem vel effectum, ob quem hujuſmodi actus ſequi ſolent, qualis eſt, ut ille Princeps, ob fines politicos ampliationis, vel munitionis ejus principatus, acquirat illius loci dominium directum & altum, ejuſdemque loci Dominum, & poſſeſſorem habeat in ejus Vaſſallum & fidelem; Econverſo autem, ex parte illius, qui ſupponit rem ſuam, aliàs liberam illi ſervituti, finis eſt ita obtinendi illam protectionem, ſuumque dominium ponendi in tuto ab aliorum oppreſſionibus, juxta caſus, de quibus *d. diſc.54. & 63.* In reliquis autem, ex veriſimili voluntate utriuſque, res remanet in ejus primæva natura, quoties contrarium expreſsè non dicatur, ut in conſimili caſu, ſequutum fuit in ſtatu Plumbini, de quo *d. diſc.54.* quod recepta fuit inveſtitura in forma pacti, & providentiæ cum reſtrictione ad ſolos deſcendentes inveſtiti, excluſis agnatis, deſcendentibus ab eodem primo ejuſdem ſtatus conquiſitore.

Alii in idem conſulti ex parte ejuſdem futuri emptoris, difficultatem habebant circa dictam reſtitutionem, ob alienationis prohibitionem in inveſtitura contentam, quaſi quod eſſent inter ſe contraria, feu- 8
dum eſſe tranſitorium ad hæredes, & ſucceſſores quoſcumque, & probibitam eſſe alienationem; Verùm iſtud mihi non videbatur motivum conſiderabile, quoniam cum de tempore hujus inveſtituræ conceſſæ per Pontificem Paulum V. jam prodiiſſent Conſtitotiones Sixti V. & Clementis VIII. ſtrictè prohibentes alienationem, etiam illorum Caſtrorum, & bonorum Joriſdictionalium, quæ in natura allodii in hoc principatu à Baronibus, & domicellis poſſidentur, ad omnes tranſmiſſibilia; Idcirco iſta prohibitio adjecta videtur pro exequutione, & obſervantia dictarum Conſtitutionum, ac etiam ad alios fines & effectus, compatibiles cum tranſmiſſibilitate ad hæredes, etiam extraneos, ut frequens, & quotidiana praxis docet in Urbe in conceſſionibus emphyteuticis, merè hæreditariis, & tranſmiſſibilibus ad hæredes etiam extraneos, continentibus tamen ſtrictiſſimam alienandi prohibitionem ſine conſenſu Domini directi, qui abſque juſta cauſa deoegari non poteſt eodem modo, quo habetur *ſub tit. de regal.* in officiis venalibus, tam ſcilicet ad effectum ſolutionis laudemiorum, aliorumque emolumentorum, quàm etiam ut Dominus ſciat qualitatem perſonæ, ad quam bona transferenda ſunt, ne transferantur in potentiorem, aut aliàs talis qualitatis, quod juſtè denegare valeat aſſenſum; ſive ut ipſe iſta occaſione recognoſcatur, meliuſque conſervetur probatio ſui dominii, vel occurratur aliis fraudibus & præjudiciis, quæ ſibi parari poſſunt; Et per conſequens ſtat benè ſimul prohibitio alienandi ſine conſenſu cum tranſmiſſibilitate ad quoſcumque.

---

† THOLOSANA FEUDORUM DE Luxemburgo, ſeu de Ligny.

Pro Principe Bernardo cum Principiſſa Maria.

RESPONSUM.

De ordine ſucceſſionis feudorum inter plures lineas, earumque maſculos, & fœminas reſpectivè; Et an idem ordo alterari poſſit per feudatarium in præjudicium ſucceſſorum.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De puncto ad quem reſtringebatur difficultas cauſæ.*
3 *Quod non placeret via per quam alii ambulabant.*
4 *Fœmina de linea admiſſa vincunt maſculos alterius lineæ.*

5 Linea

5 *Linea jam admiſſa, ſed excluſa, remanet tanquam extranea in concurſu lineæ excludentis.*

6 *De proprio ſenſu pro directione cauſæ.*

7 *Quando intret prærogativa lineæ cum ordine graduali ſupra gradum, & ſexum.*

8 *Quod tota vis hodie conſiſtat in applicatione.*

9 *Ordo ſucceſſionis feudi antiqui non poteſt alterari per poſſeſſorem.*

10 *De aſſenſu, vel beneplacito præſumpto.*

11 *An, & quando tranſactio afficiat ſucceſſores, venientes jure proprio.*

12 *De eodem aſſumpto, de quo num. 9.*

13 *Quomodo intelligi debeat diſpoſitio ſuper ſucceſſione majoris natu, vel capitis domus.*

DISCURSUS CXII.

PRinceps Ludovicus de Luxemburgo, poſſeſſor antiqui feudi de Ligny, cum dignitate Comitatus, de 1 anno 1505. in codicillis iſtud feudum, cum annexis, reliquit capiti armorum, ſeu domus, ejuſque deſcendentibus ſub ſtrictiſſima alienationis prohibitione; iſtaque diſpoſitio effectum ſortita eſt in Carolo, ex fratre nepote, à quo tranſiit in Antonium filium, cúmque hic eſſet quoque poſſeſſor alterius feudi Brienny pariter Comitatus dignitate decorati, utrumque feudum, ſeu Comitatum de anno 1555. donavit Joanni primogenito, inter quem, ac Antonium, & Franciſcum fratres (ſequuta morte patris) ortæ fuerunt controverſiæ, ſopitæ per concordiam de anno 1561. per quam dicta donatio effectum ſortita eſt, dictique Comitatus penes ipſum primogenitum remanſerunt aliis fratribus obtinentibus quædam alia feuda & bona.

De anno verò 1572. inter eoſdem fratres inita eſt conventio, ut præfatus Comitatus de Ligny, ad formam dictorum Codicillorum Ludovici, deberet ſemper eſſe præcipuus maſculi majoris natu, qui deferret nomen, & inſignia domus de Luxemburgo, cum aliis pactis ad rem non facientibus, ſuper aliis caſtris, & Baroniis; defunctoque dicto Joanne, ſuperſtitibus Carolo, Diana, & Aloyſiæ filiis, eodemque Carolo ſine prole defuncto, orta eſt controverſia ſuper dicto feudo, ſeu Comitatu de Ligny, inter Aloyſiam aviam dicti Principis Bernardi & Franciſcum prædictum fratrem ſecundogenitum Joannis, atque de anno 1612. in vim dictæ conventionis anni 1572. Franciſcus obtinuit favorabile arreſtum, cui Aloyſia per quandam concordiam acquievit, undè propterea Franciſcus donec vixit, Comitatum poſſedit, ipſoque defuncto, in eo ſucceſſit Henricus filius, quo pariter ſine prole defuncto, ſuperſtite Carlotta, contra iſtam, præfata Aloyſia, litem inſtituit, reaſſumptam per dictum Principem Bernardum, Aloyſiæ nepotem ex Carolo filio, contra dictam Mariam Carlottæ filiam, cujus vir, nomen, & inſignia de Luxemburgo acceperat eodem modo, quo fecerunt præfatus Bernardos, & Carolus ejus pater; Iſtaque diuturna lite adhuc pendente, ſuper ejus meritis ex parte ejuſdem Bernardi, conſultus fui.

In diſcurſu autem tranſmiſſo, ſuper quo reſponderi petebatur, duo continebantur præſuppoſita; Primò nempè, quòd feudum eſſet antiquum in provincia, in qua vivatur juxta leges, ſeu conſuetudines feudales, quódque in eadem provincia vigeat lex particularis, expreſſe diſponens, ut feuda decorata dignitate ſint individua deferenda cum ordine primogenituræ; Et ſecundò, quòd fœminæ, earumque deſcendentes eſſent quoque capaces, ad inſtar feudorum, quæ ſunt in Regnis utriuſque Siciliæ, ex deductis ſuprà *diſc.* 13.

Atque in eodem diſcurſu deſuper tranſmiſſo, non im- 2 pugnando, ſed potiùs præſupponendo præfatam conventionem anni 1572. ad favorem maſculorum, totum fundamentum conſtituebatur pro Bernardo, in prærogativa lineæ, quòd ſcilicet cùm contentio eſſet inter æquè fœminas, vel deſcendentes ex eis; hinc proindè linea primogenita, de qua erat Bernardus, prævalere deberet, quodque propterea per mortem Henrici ultimi maſculi, ſucceſſio aperta eſſet Aloyſiæ, filiæ Joannis primogeniti potiùs, quàm Carlottæ filiæ Henrici ultimi poſſeſſoris, ita inſiſtendo ſuper ordine graduali, de quo ſuprà *diſc.* 13. *& latiùs in deciſ. Siciliæ, in eo caſu edita, & regiſtrata hoc eodem lib. & tit. de fideicomm. diſc.* 15. *&* 34. *& in ejus annotationibus*; Et cum hoc ſenſu poſtſcripta præſuppoſitum fuit proceſſiſſe.

Alios in Curia, & extra, deſuper conſultos, majorem, imò totam vim conſtituendo in comprobatione concluſionis ſuper dicta prærogativa lineæ, quæ vincere debet tam gradum, quàm ſexum & ætatem, magnum deſuper faciendo cumulum allegationum, atque admittendo, quòd ſucceſſio regulanda eſſet ex perſona Henrici ultimi de linea maſculina ſecundogenita.

Quamvis autem, ſtantibus dictis præſuppoſitis, ac juxta ea quæ proponebantur, non tamen viſis juribus alterius partis, pro eodem Bernardo reſpondendum fo- 3 re, mihi quoque viſum fuerit; quódque in iſta ſucceſſione potiores eſſent ejus partes; Non tamen placuit illa via, quæ ut ſuprà tenebatur; ſiquidem admiſſo Jure 4 Franciſci, & Henrici ejus filii, ad formam præfatæ conventionis, adeò ut ſucceſſio regulanda eſſet ex perſona dicti Henrici; tunc ad favorem Carlottæ, ejuſdem Henrici filiæ, potiùs reſponderi debuiſſet, ex eadem concluſione, de qua *d. diſc.* 34. *de fideicomm.* ubi allegantur *Fontanell. Caſtrill. & alii antiquiorum relatores*, quòd ſcilicet fœmina ſuperſtes de linea admiſſa, ſeu ingreſſa, vincat maſculos alterius lineæ remotioris; Et per conſequens, quòd non daretur ordo retrogradus, ut defuncto maſculo de linea ſecundogenita, qui excludit fœminam de linea primogenita, iſta fœmina excluſa reaſſumeret ſuum jus ſuccedendi ex prærogativa lineæ, quamvis ſit remotior in excluſione filiæ maſculi deficientis, dum potiùs intrat regula, quòd fœmina ſemel excluſa, remanet perpetuò excluſa, per excludentem ejuſque poſteritatem, ideóque ſucceſſio regulanda eſt ex perſona excludentis inter cujus deſcendentes intraret idem ordo gradualis cum prærogativa lineæ, nulla ratione habita alterius lineæ primogenitæ, dum illa jam annihilata 5 fuerat, ideóque habenda venit pro jam extincta, ſeu effecta extranea per admiſſionem alterius lineæ maſculinæ ſecundogenitæ, quæ contendebat de continuatione, juxta diſtinctiones, de quibus *in annot. ad diſc.* 55. *de fideicommiſſ.*

Credebam itaque, ut potiùs inſiſtendum eſſet in iſta concluſione continuationis ſucceſſionis ex eadem linea, etiam favore fœminarum, in excluſionem alterius 6 lineæ jam excluſæ, vel non admiſſæ, quodque ex eadem, bonum jus aſſiſteret Bernardo, ex diverſo tamen præſuppoſito, impugnando ſcilicet validitatem dictæ conventionis anni 1572. & per conſequens, quod ea non obſtante, per mortem Joannis primogeniti, ſeu Caroli ejus filii, ſucceſſio aperta eſſet ad favorem Aloyſiæ, filiæ, ac ſororis reſpectivè in excluſionem Franciſci, ita negando initium ingreſſus in lineam Franciſci, ſtipitis Mariæ adverſariæ, ex eadem regula prædictæ, quod fœmina ſuperſtes ex linea primogenita admiſſa, vincat maſculos tranſverſales, ac remotiores alterius lineæ ſecundogenitæ, & ſubſidiariè vocatæ.

Tunc etenim caderet hæc inſpectio ſuper prærogativa lineæ, quæ vinceret gradum, ac ſexum, & ætatem, 7 quando omninò defecta eſſet linea poſſeſſoris, adeò ut ageretur de novo concurſu plurium perſonarum, ex diverſis lineis, quæ omnes venirent ex integro pro novo ingreſſu, juxta caſum ſucceſſionis Regni Portugalliæ, cum aliis *in dd. annot. ad diſc.* 15. *de fideicomm.* ſed ubi poſſeſſor, in cujus lineam ſucceſſio legitimè ingreſſa eſt, reliquit prolem, quæ ſit capax, tunc locus eſt continuationi, quæ catenùs ceſſat, quatenus obſtet incapacitas, vel prælatio ratione ſexus, juncti cum qualitate agnatitia, quatenus agnationem teſtetur, vel lex contempletur, ex latè deductis *in d. deciſ. Siciliæ.*

Hine proindè, eædem erant concluſiones juris, quæ
utrique contendentium aſſiſtebant, punctus autem erat
in applicatione, ad quam hodie revera omnes penè
8 controverſiæ reſtringuntur, quoniam ſi dicta conven-
tio anni 1572. eſſet valida, concluſiones aſſiſtebant
Carlotiæ, & Mariæ ejus filiæ, dum ſucceſſio regulan-
da erat ex perſona Henrici. E converſo autem, ſi non
eſſet valida, aſſiſtebant Aloyſiæ, & Bernardo ejus ne-
poti, dum ſucceſſio regulanda erat ex perſona Joan-
nis patris, vel Caroli, fratris Aloyſiæ; ac propterea
ſemper magis, ac magis edocemur, quam erroneum ſit
procedere cum generalitatibus, vel totam vim conſti-
tuere in concluſionibus, earumque comprobatione cum
inani allegationum cumulo, non benè diſtinguendo
caſus, neque reflectendo ad eorum diverſas circunſtan-
tias, ex quibus revera cauſarum deciſiones pendent.

Reſtricta itaque pro meo judicio difficultate ad
punctum validitatis, vel invaliditatis dictæ conventio-
nis anni 1572. pro ejus invaliditate reſpondendum vi-
9 debatur, quoniam cùm ageretur de feudo antiquo pa-
cti & providentiæ, decorato dignitate, ideoque tam de
jure feudorum, quàm fortiùs ex legibus regionis, re-
gulando ad formam Juris Francorum, cum ordine pri-
mogenituræ, ita clarum remanebat, quod Joannes
primogenitus, non potuit præjudicare ejus filiis, &
deſcendentibus, cùm id ſolùm concedatur in feudis no-
vis acquiſitis titulo oneroſo, ex relatis ſupra *diſcur.* 9.
& 10. ubi concordantes fruſtra tranſcribendi; Quoties
non accedat explicitus conſenſus Domini, qui ſit Prin-
ceps ſupremus habens poteſtatem derogandi legibus,
atque tollendi jus tertii, adeò ut accedant copulativè
voluntas & poteſtas, ea ibidem deductis.

De iſto autem Principis aſſenſu præſupponebatur
non conſtare: Neque ille deduci poterat præſumptus
10 ob diuturnam obſervantiam legitimi temporis, juxta
ea, quæ habentur *tit de dote diſc.* 143. & *tit de alien. &
contract. probib. diſc.* 1. & 3. & in terminis feudalibus *poſt
Frecc. de ſub feud. lib. 2. de aſſenſ. quæſt.* 28. *Fab de Ann. con-
ſil.* 112 *num.* 5. cum non aſſiſteret factum, ob interruptio-
nem obſervantiæ cum litibus, quinimò cum receſſibus
à dicta conventione infra annos triginta.

Supponebatur, quod per alteram partem conſti-
tueretur fundamentum in eo, quod dicta conventio
anni 1572. ſequuta eſſet per viam tranſactionis, quæ
proindè apta eſſet obligare ſucceſſores, venientes etiam
11 ex perſona propria ea deductis ſupra *diſc.* 49. Verùm
iſtud videbatur fragile fundamentum, cum nulla de-
ſuper adeſſet lis probabilis, adeo ut verificari poſſet illa
bona fides, cujus ratione tranſactio eſſet obligatoria
ſucceſſorum venientium ex propria perſona; Et quod
magis eſt, nil per eam reſervabatur ſucceſſoribus per
lineam fœmininam ex primogenito; Et per conſequens
nullus ſupereſſe videbatur prætextus, cujus ratione iſta
concordia eſſet ſubſtentabilis.

Minuſque videbatur ſubſiſtere alterum fundamen-
12 tum præfatæ diſpoſitionis codicillaris Principis Ludo-
vici de anno 1505. quoniam cùm etiam in eo ſuppo-
neretur, quod feudum eſſet antiquum, idcircò intra-
bat idem defectus poteſtatis; Ac etiam quia hæc diſ-
poſitio continebat idem, quod importat jus commune
feudale in feudis individuis, cui etiam conformat jus
particulare regionis, quòd ſcilicet feudum deberet ſem-
per eſſe præcipuum capitis armorum, ſeu capitis do-
13 mus, quod ſonat in idem, ac dicere ut ſpectare debe-
ret ad primogenitum, ſeu natu majorem, quod regu-
landum venit ex ordine linearum; Et per conſequens,
data capacitate fœminarum, eo modo quo in præfatis
Regnis utriuſque Siciliæ, per mortem Caroli filii Joan-
nis primogeniti, ex tunc feudum apertum fuit Aloy-
ſiæ, maléque occupatum per Franciſcum à qua Maria
jus metiebatur.

Ita mihi reſpondere viſum eſt, recedendo à via, per
quam alii ambulare videbantur; Non potuit autem
omninò certum, ac maturum judicium deſuper effor-
mari, cum ignota eſſent fundamenta, ſeu præſuppoſita
alterius partis, ita reſpondendo cum præſuppoſitis diſ-
currentis pro hac parte.

JANUEN. FEUDORUM.

PRO PRINCIPE AB AURIA.

Conſilium pro directione.

Conceſſio feudi Patri, & filiis an cenſeatur ordine ſimultaneo, & ſucceſſivo, & quid de conceſſione facta viro, & uxori; An feudatarius alterare poſſit ordinem ſucceſſionis in præjudicium vocatorum.

Et de renovatione petenda per novum ſucceſſorem feudi, an peti valeat ante factum caſum ſucceſſionis, ſine conſenſu poſſeſſoris.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Senſus Aucteris ſuper directione.*
3 *Diſtinguuntur puncti, ſive inſpectiones.*
4 *Conceſſio facta patri, vel matri, & filiis, an intelligatur ordine ſimultaneo, vel ſucceſſivo.*
5 *Quomodo intelligenda ſit conceſſio facta viro, & uxori.*
6 *De poteſtate Principis alterandi inveſtituram, & tollendi jus agnatorum.*
7 *De ſucceſſione conſortis in feudo individuo.*
8 *De renovatione petenda per novum feudi ſucceſſorem.*
9 *Conceſſio renovationis facta ante factum caſum ſucceſſionis, non præjudicat facultati diſponendi, quam feudatarius habeat.*
10 *De poteſtate Principis tollendi jus tertii, eique præjudicandi.*
11 *Quando conſenſus poſſeſſoris feudi requiratur in renovatione, quæ alteri concedatur.*
12 *De errore Pragmaticorum.*
13 *Quando dicatur conceſſio ex cauſa oneroſa.*
14 *Aliqua alteratio non immutat naturam feudi antiqui.*
15 *An ſolemnitates ſtatuti loci originis feudatarii, requiratur in actibus, qui fiant in feudo diverſi Principatus.*

DISCURSUS CXIII.

Conceſſis per Imperatorem Carolum V. de anno
1551. Auguſtino Lando, Principi Vallis Taræ,
feudis Bardi, cum titulo Marchionatus, & Compiani
cum titulo Comitatus, in forma pacti, & providentiæ
pro deſcendentibus maſculis cum ordine primogenitu- 1
ræ; Cùm Fridericus Auguſtini ex filio nepos primoge-
nitus feudorum poſſeſſor unicam haberet filiam Ma-
riam Poliaenam deſtinatam uxorem Melphiæ Principi
Joan. Andreæ ab Auria; De anno 1626. ex gratia ſpe-
ciali cum ſolutione ſcutorum 50. mill. ſub nomine
laudemii, rejecta oppoſitione Hyppoliti agnati, obtinuit
ab Imperatore Ferdinando II. prædictorum feudorum
novam inveſtituram pro dictis Maria Polixena, & Jo.
Andrea, eorumque filiis, & deſcendentibus maſculis,
cum eodem ordine primogenituræ, idemque ordo ſta-
tutus fuit in tabulis dotalibus, de anno ſequenti initis
ſuper matrimonio; Prædictoque Friderico defuncto,
iidem conjuges de anno 1640. in Regno Sardiniæ, cu-
jus Præfecturam, vel Præſidatum nomine Regis Joan.
Andreas exercebat, primogenituram quoque ordina-
runt, in Andrea communi filio; Atque de anno 1641.
defuncto etiam Joan. Andrea; Maria Polixena obti-
nuit ab Imperatore renovationem feudorum, pro
ſe tantum ejus vita durante, & poſt ejus mortem pro
dicto

dicto Andrea, qui tamen factus major, atque prætendens ordinem, vel jus ſimultaneum, curavit de anno 1648. obtinere aliam renovationem, dicti juris ſimultanei canonizatoriam, quæ tamen de anno 1654. per ſententiam conſilii aulici moderata fuit, illam reducendo ad limites renovationis anni 1641. ſuper ordine ſucceſſivo; Defunctoque etiam Andrea, ſuperſtite Joan. Andrea pupillo, ejus tutor de anno 1659. curavit renovationem obtinere cum clauſula præſtationis juramenti, poſtquam pupillus factus eſſet major, undè propterea cum idem factus major peteret admitti ad præſtationem juramenti, ab eodem Conſilio aulico prodiit reſcriptum, quod audiretur pro ejus juribus præfata Maria Polixena avia, dictorum feudorum poſſeditria; Atque in hoc ſtatu, in otio Villæ Tuſculanæ, ex parte præfati Principis Joan. Andreæ conſultus fui, an expediret acquieſcere conſenſui quem avia benevolè præſtare offerebat renovationi, ſub clauſula ſine ejus præjudicio, ut propterea nonniſi poſt ejus mortem effectum ſortitura eſſet ordine ſucceſſorio; Vel potius neglecta oblatione, ea citata, petitionem proſequi in forma contentioſa.

a Reſpondi, quod neutrum pro meo ſenſu faciendum erat, dum iſta renovatio vel non erat neceſſaria, vel non ſufficiebat, undè propterea videbatur diligentia & impenſa inanis, cujus nullus erat effectus, adeò ut cum æquivoco procedere viderentur ejuſdem Principis conſiliarii, qui opportunam imò neceſſariam hujuſmodi renovationem putabant, ad effectum ponendi ejus jura in tuto, ac ſe aſſecurandi ab aliqua ſuſpicata dicti Principiſſæ gratificatione in hujuſmodi feudorum ſucceſſione.

In hoc itaque Reſponſo, in præfato otio edito, tres
3 pro aliqua dictorum Conſiliariorum inſtructione, & pro æquivocis tollendis conſtituebam inſpectiones. Primò ſcilicet circa ordinem ſucceſſionis inter ipſum Principem, & præfatam ejus aviam annexum, & ſimultaneum, vel ſucceſſivum. Secundò ſuper renovatione, de qua agebatur, an pro ea requireretur Principiſſæ aviæ conſenſus; Et tertiò ſuper dicta concepta ſuſpicione gratificationis, alterius filii ſecundogeniti.

4 Quatenus pertinet ad primum, dixi quod pro meo ſenſu juſta videbatur ſententia Conſilii aulici, lata de anno 1654. quæ defert integram pertinentiam feudorum Principiſſæ, donec viveret, quodque jus Andreæ ejus filii primogeniti eſſet ſucceſſorium poſt mortem matris, non autem ſimultaneum, quoniam cum de tempore primæ inveſtituræ anni 1626. idem Andreas filius adhuc in rerum natura non eſſet, adeo ut cadere non poſſet ratio meriti, vel affectionis perſonalis, hinc proindè de plano ſequitur, quod conceſſio feudi facta patri vel matri, & filiis, intelligenda veniat ordine ſucceſſivo, non autem ſimultaneo, qui ſolùm intrat in illa inveſtitura feudali, quæ conceſſa fuerit patri, & filio per nomina appellativa, & in ratione coæqualis meriti & ſervitii, ſecus autem ubi conceſſio facta eſſet ex cauſa oneroſa, vel meritoria, quæ ſolùm patrem reſpiceret, quoniam tunc etiam ſi filius eſſet in rerum natura, atque per nomen appellativum vocatus, adhuc ejus vocatio cenſenda eſſet ordine ſucceſſivo potiùs, quam ſimultaneo, juxta veriorem, magiſque receptam diſtinctionem, de qua ſuprà *hoc eod. tit. diſc.75.* ubi referuntur concordantes fruſtra transferibendi; Multò igitur magis iſto caſu, in quo utraque circumſtantia concurrebat, quod ſcilicet filius adhuc non erat in rerum natura, atque conceſſio reverà non erat nova, ſed ſolùm continebat alterationem antiquæ, ut infrà.

5 Ratio dubitandi pro ſimultanea, & coæquali ſucceſſione filii cum matre, in eo conſiſtere videbatur, quòd cum dicta nova inveſtitura anni 1626. facta eſſet, tam Joan. Andreæ viro, quàm Mariæ Polixenæ uxori ſimultaneè, adeò ut eſſent ambo coæqualiter feudatarii, hinc proindè viri tranſmiſſum eſſet in filium primogenitum, ejus hæredem, & ſucceſſorem in Principatu Melphiæ, aliiſque feudis, non autem in uxorem, cujus nulla eſt ſucceſſio in feudis; quinimò neque in bonis indifferentibus in concurſu filiorum, vel collateralium uſque ad decimum gradum.

Id autem continere dixi æquivocum clarum, quoniam ubi etiam iſta eſſet conceſſio omninò nova & ex integro, adhuc tamen cùm illa eſſet principaliter in gratiam uxoris, ejuſque patris, juxta præmiſſam facti ſeriem, & (quod magis eſt) ageretur de feudo dignitatis individuo, ita vir adjunctus videbatur potiùs acceſſoriè & famulativè pro exercitio illius adminiſtrationis, quam ipſe in bonis uxoris habere dicitur, dominium verò, ſeu jus inveſtituræ eſſet potiùs penes ipſam mulierem, cujus intuitu principaliter conceſſio facta ſit, ad inſtar eorum, quæ in caſu converſo de inveſtitura obtenta per virum pro ſe, & uxore habentur *ſub titul. de emphyt. diſc.41.* ubi concordantes.

Multò verò magis cùm iſta non eſſet nova conceſſio, ſed ſolùm immutatio inveſtituræ antiquæ, quod 6 ſcilicet cùm illa eſſet pro deſcendentibus maſculis tantùm, unde propterea cum per mortem dicti Friderici excluſa propria filia, feuda deferri debuiſſent ad proximiorem agnatum deſcendentem ab Auguſtino primo acquirente; Imperator Dominus directus utendo illa ſuprema poteſtate, de qua habetur actum *ſub tit. de regal. diſc.148.* tollendo jus agnati, habilitare voluit fœminam aliàs incapacem, ita illam fingendo maſculum, eique adjungendo virum tanquam ſtipitem filiorum, & deſcendentium maſculorum, pro quibus antiqua feudi natura non immutata, etiam iſta nova conceſſio facta erat; Ad inſtar illius conceſſionis officii, cujus ſit incapax fœmina, quæ fiat viro, ipſius tamen fœminæ intuitu, & contemplatione, quod ſcilicet vir ſtare dicitur famulativè, ſive tanquam adjunctus in ratione adminiſtrationis, non autem dominii, vel juris proprii tranſmiſſibilis ad proprios ſucceſſores, *ut diſc.35. de regalib.* ideoque viro moriente, nullus intrabat ordo ſucceſſo- 7 rius, quinimò neque illud jus accreſcendi, vel non decreſcendi, quòd licèt plures poſſeſſores feudi habitualiter individui, conſideratur ſuprà *diſc.8.* ſed ſolùm ejus mors, importaret ceſſationem adminiſtrationis, vel illius juris, quod marito feudatariæ, vel Principiſſæ, durante matrimonio competeret, ut habetur *ſub tit. de dote diſc.146.*

Hinc circa ſecundam inſpectionem, ſeu punctum renovationis, quæ diſputandi occaſionem præbebat, reſultare dicebam; quod incongrua, & intempeſtiva eſſet petitio, utpotè non neceſſaria, vel non ſufficiens, ob dilemma clarum, quod, Aut Principiſſa poſſeditrix feudi, habet facultatem faciendi ſuſpicatam gratificationem, ſeu diſpoſitionem favore alterius filii ſecundogeniti, aut 8 non; ſi non habet, (ut omninò verius eſſe dicebam,) & tunc nil refert, quod non adeſſet hæc renovatio, cum nullibi in jure feudali cautum ſit, ut feudi ſucceſſor teneatur ante factum caſum ſucceſſionis, renovationem petere, atque juramentum præſtare, dum id faciendum eſt poſt adeptam ſucceſſionem intra annum, & diem, ex iis, quæ habentur ſuprà *diſc.52. & 59.* niſi lex inveſtituræ terminum breviorem præfigat, ut contingit in feudo Regni Neapolitani ex deductis apud *Apente deciſ.1.* cum ſimilibus.

Aut verò dicta feudataria poteſt diſponere, ſive per- 9 vertere ordinem ſucceſſionis, & tunc pariter, nil ſuffragaretur, quod proximè ſucceſſurus, cui in caſu non factæ diſpoſitionis ſucceſſio debita ſit, hanc intempeſtivam renovationem obtineat, atque cum juramenti præſtatione recipiatur, ſeu recognoſcatur à Domino, quoniam id ſolùm operativum eſt reſpectu ipſius Domini, qui contentetur recipere hanc anticipatam ſolutionem illius debiti, quòd poſt factum caſum intra dictum terminum ſolvendum erat, cum præſuppoſito tamen, quod futurus eſſet debitor ille, à quo ſolutio anticipata recipiatur; ſed non exinde ſublata cenſetur facultas, quam feudatarius haberet diſponendi, vel gratificandi.

Quamvis emiſſa ex veteri ſententia, in ſoro externo recepta, Dominus, quando eſt Princeps ſupremus, dero-
50 gare poſſit juri tertii, quod ex ejus conceſſione, vel alias jure poſitivo manat, quidquid aliqui terminos involvendos, atque non diſtinguendo illum Dominum directum, qui ſit privatus vel inferior, & alterum qui ſit ſupremus, præſertim omninò independens, aliqui de hac poteſtate dubitent ex inſinuatis ſuprà *in annot. ad diſc. 9. & 12. & diſc. 148. de regal.* atque de facto docet praxis iſtorum feudorum in facti ſerie inſinuata.

Nihilominus, ut advertimr in locis proximè citatis, & præſertim *d. diſc. 148. de regal.* ubi latiùs de hac materia poteſtatis tollendi jus tertii, id non præſumitur, atque de tali voluntate debet clarè conſtare, quod utique per hujuſmodi conceſſiones, & renovationes probari non dicitur.

Hinc de conſequenti inſpectio, an requireretur con-
51 ſenſus feudatarii viventis, ac poſſeſſoris feudi, extranea remanebat à caſu quæſtionis, tum talis conſenſus deſiderari ſolet in inveſtituris abuſivis, ſeu præventivis, quæ de feudo pleno, etiam ſub hoc vocabulo renovationis, quod pro aliquarum regionum moribus adhiberi ſolet, fiat extraneo, tanquam de feudo jam devoluto, id eſt ex nunc pro tunc, pro quando caſus fieret, quoniam cum hujuſmodi abuſivis conceſſionibus de bonis viventium, ab illis Doctoribus, qui confundunt terminos juris communis, cum terminis feudalibus, conſiderari ſoleat illa ratio, quæ reſultat à voto captandæ mortis; Hinc proindè ad removendum hoc obſtaculum, deſiderari ſolet iſte conſenſus, ex iis, quæ in materia hujuſmodi abuſivæ inveſtituræ habentur *ſub tit. de regal. diſc. 3. tit. de emphyt. diſc. 1. & 5. ac etiam tit. de penſion. diſc. 1. & alibi*; Ideóque edocemur continuum, & quotidianum adeò frequenter inſinuatum errorem profeſſorum hujus facultatis, inepto more pragmatico procedentium cum ſola littera auctoritatum, non reflectendo ad terminorum, & caſuum diverſitates.

Demùm, quatenus pertinet ad tertiam inſpectionem, an ſcilicet Principiſſa avia feudorum poſſeditrix, dictam
52 ſuſpicatam gratificationem facere poſſet; Dicebam, quod niſi accederet ſoprema, & abſoluta poteſtas Imperatoris, qui ex certa voluntate ordinem ſucceſſionis pervertere velit, caſus erat indubitatus pro negativa, etiam ubi dicta inveſtitura anni 1526. eſſet omninò nova, atque feudum novum importaret in ipſa Principiſſa prima feudataria, dum non per hoc ipſa dici poterat prima acquirens titulo oneroſo, Tum quia dicta ſumma ſcutorum, ſeu tallatorum 50. mill. quæ ſub oomine laudemii ſoluta fuit, dici non poteſt cauſa oneroſa, quæ verè & propriè dicitur, quando adæquet valorem, vel ei approximet juxta caſum illius conceſſionis, de qua ſuprà *diſc. 54. & ſeqq. & 59.* & in pleriſque aliis *in hoc eod. tit. & in altero de emphyt.* vel ſaltem quod excedat medietatem, adeò ut intret illa præponderantia, quæ conſide-
53 rari ſolet in materia juriſpatronatus, ex deductis *tit. de jurepatronat. diſc. 10. & 65.* Tum etiam quia dicta ſumma ſoluta non fuerat per ipſam Priocipiſſam inveſtitam, ſed per Principem Federicum patrem, ex cujus providentia potius hoc beneficium obtinebatur, ideóque ipſa rectè dici poterat prima acquirens ex cauſa lucrativa.

Dicebantur autem hæc ad ſuperabundantiam, dum veriùs eſt, quod iſta eſſent feuda antiqua, ex dicta inveſtitura Imperatoris Caroli V. uſque ab anno 1551.

Iſta verò anni 1626. aliud non continet niſi quan-
54 dam diſpenſationem agnatis præjudicialem, ut filia feudatarii, habere deberet in eorum excluſionem pro maſculo, atque ceſſet capax ſucceſſionis, quaro aliàs obtinere non potuiſſet, ideóque pro iſta diſpenſatione potiùs dicta ſumma, quàm pro oova conceſſione feudi dicta ſumma ſoluta fuit.

Credebant diſcurrentes de partibus, ut tranſmiſſæ notulæ oſtendebant, quod potiſſimum fundamentum
55 iſtius defectus poteſtatis pervertendi ordinem ſoceeſſionis & primogenituræ, proveniret ab erectione primogenituræ, facta per dictos conjuges de anno 1640. in Inſula Sardiniæ, ut ſuprà; Et quoniam ille actus munitus non erat illis ſolemnitatibus, quæ ex ſtatutis Civitatis Januæ requiruntur in contractibus mulierum; Hinc proindè magnum aſſumebant laborem in diſputatione quæſtionis, de qua in ſua materia *ſub tit. de alienat. & contract. prohibit.* ac etiam *ſub tit. de donation.* an ſcilicet, & quando in contractibus, qui fiunt per ſubditum extra territorium ſtatuentis, requirantur hujuſmodi ſolemnitates ſtatutariæ. Iſtum autem dicebam inanem laborem: Tum quia, ſecluſa etiam præfata conventione, jus primogeniti erat certum ac indubitatum, ut ſuprà; Tum etiam quia, ad inſtar eorum, quæ habemus in beneficialibus, in his, quæ concernunt feudum, feudatarius dicitur in omnibus ſubditus Domini feudi, non autem alterius Domini, vel ſuperioris loci originis, vel domicilii, dum ita eadem perſona materialis, formaliter conſideratur multiplex, & omninò diverſa ex deductis *diſc. 90. de juriſd. & pluries in præcedentibus.*

† JANUEN. FEUDI ARQUATI.

Pro Marchione Julio Spinola cum Marchione Gherardo fratre.

Caſus diſputatus in Ceſareo coosilio Aulico, ubi pendet.

An habente facultatem pervertendi ordinem primogenituræ, gratificante ſecundogenitum, deindéque revocante hunc actum, & faciente novam diſpoſitionem inutilem ob diviſionem feudi, reviviſcat prima diſpoſitio favore ſecundogeniti, vel potius primogenitus ſuccedat in vim inveſtituræ tanquam ab inteſtato.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *In feudis dignitatis ſucceditur cum ordine primogenituræ, & num. 6.*
3 *Per ſecundum teſtamentum revocatur primum, etiamſi ſecundum non habeat effectum.*
4 *De alio caſu, in quo condito duplici teſtamento neutrum ſubſiſtat.*
5 *Quid in milite, & num. 12.*
6 *De eodem, de quo num. 2.*
7 *Diviſio feudi eſt prohibita, & eſt ſpecies alienationis.*
8 *Si habens facultatem, illa malè utatur, actus eſt, ac ſi non eſſet factus.*
9 *De revocatione primi teſtamenti per ſecundum etiam infectuatum, ut num. 3.*
10 *Qualitas hæreditaria cum beneficio legis & inventarii præſervat omne jus.*
11 *De eadem materia revocationis teſtamenti.*
12 *De eodem, de quo num. 5. in milite.*
13 *De ſecundo teſtamento condito ad ſuggeſtiones, aut cum malis artibus extorto, an operetur revocationem primi.*
14 *An habens poteſtatem erigendi majoratum, poſſit erigere duos vel plures & de pluribus ſpeciebus majoratuum.*
15 *Feudum individuum cum ordine primogenituræ dari poteſt etiam in bonis aliàs liberis & allodialibus receptis in feudum.*
16 *De difficultate, qua cadere poſſet in cauſa.*

DISCURSUS CXIV.

CUm Philippus Spinola ex majorum ſucceſſione poſſeſſor unius quindeni antiqui Imperialis feudi dividui Arquati acquiſiti ab aliis agnatis de Spinolis condominis, aliis treſdecim quindenis, ac etiam quibuſdam bonis allodialibus intra ejuſdem feudi fines exiſtentibus

tibus obtinuiſſet ab Imperatore domino directo illud erigi in feudum individuum regale & dignitatis cum titulo liberi Marchionatus Imperialis & cum juribus regalibus cudendi monetas,creandi Doctores & Notarios, aliaque ſimilia gerendi, quæ hujuſmodi Imperialibus feudatariis dignitatis competere ſolent ſtatuto in ſucceſſione ordine primogenituræ, qui feudis individuis dignitatis adinſtar Regnorum eſt connaturalis cum conſueta primogeniti ſucceſſoris pro tempore obligatione ſuppeditandi ſecundogenitis alimenta ſeu vitam militiam; ita tamen, ut eidem facultas competeret pervertendi in primo ſucceſſionis gradu ordinem primogenituræ, adeo ut excluſo primogenito gratificari poſſet ſecundo vel ultimò genitum; Ipſe verò duos haberet filios, Julium ſcilicet primogenitum & Gherardum ſecundogenitum, inter ſe pro fratrum conſuetudine parum concordes in teſtamento condito de anno 1664. Gherardum ſecundogenitum hæredem univerſalem inſtituit, dictique feudi ſucceſſorem elegit; Ejus verò morte imminente ſub die 14. Maii 1669 ſequuta inter dictos fratres quadam concordia, mediante opera & interpoſitione pro more Civitatis Januenſis cujuſdam qualificati Notarii,iſtoque dictam concordiam inſinuante patri, hic eadem die per acta ejuſdem Notarii aliud condidit teſtamentum, in quo expreſsè revocato primo in omnibus ejus partibus & præſertim in primogenitura feudi ordinata favore Gherardi, ambos filios æqualiter hæredes univerſales inſtituit in dicto feudo ſub reſervatione beneplaciti Imperialis, duas favore utriuſque eorumque deſcendentium ordinando primogenituras.

Sequuta verò morte teſtatoris Gherardus acceptando ſecundum teſtamentum ejus vigore coram Prætore Civitatis Januæ communis patriæ declaratus fuit hæres pro dimidia; Julius autem pariter cum beneficio legis & inventarii ejuſdem ſecundi teſtamenti vigore paternam hæreditatem pro ſua virili adivit cum proteſtatione tamen de non confundendis juribus & actionibus ex perſona propria ſibi competentibus, quibus præjudicium non inferri declaravit; Imperator autem ſuper dicta duplici primogenitura beneplacitum denegavit; Atque hinc ſuper dicti feudi ſucceſſione introducta cauſa in Cæſareo Aulico Conſilio tanquam Judice competenti prodiit ſententia deferens totum feudum Gherardo ſecundogenito, unde in gradu reviſionis per Julium ad ejus jura tuendum requiſitus.

Pro dictæ ſententiæ infirmatione,totiuſque feudi delatione Julio primogenito ad formam inveſtituræ Imperialis utroque teſtamento neglecto verius de jure reſpondendum eſſe cenſui; Ubi etenim Philippus communis Pater ab inteſtato deceſſiſſet,tunc abſolutum, atque
2 extra omnem controverſiam eſſe dicebam, quod tam de jure,quàm clariùs ex lege inveſtituræ feudum,utpote jam effectum individuum & dignitatis cum ordine primogenituræ,deferendum totum debitum eſſe Julio primogenito, quodque Gherardus ſecundogenitus aliud prætendere non poſſet niſi alimenta,ſeu vitam militiam ex deductis ſuprà *diſc.8. & 9. & ſæpius*. Atque hinc ſequi advertebam cauſæ,vel controverſiæ nodum reſtringi ad punctum validitatis vel efficaciæ prædictorum teſtamentorum & an primum vel ſecundum vel potius neutrum attendi deberet, quodque iſta poſterior pars eſſet probabilior,ut neutrum attendendum eſſet.

3 Non videbatur etenim attendendum primum,utpotè jam revocatum per poſterius in ſuo genere validum & perfectum *ad vulgar.text.in §.poſteriore inſtit. quib.mod. teſtam.infirment.cum concordan.per Harpreẞt. ibid. n.1. & ſeqq.relatis*,atque habetur *ſub tit.de teſt.diſc.33. & ſæpius*.

Idque verum etiamſi poſterius effectum non ſortiatur, quia nempè hæres in eo ſcriptus prædecedat, vel nolit aut non poſſit eſſe hæres; Ac propterea rectè datur caſus,quod ille, qui duo vel plura confecerit teſtamenta, decedat inteſtatus, quia nempè priora ſublata ſunt per poſterius, iſtud verò ſine effectu remaneat, ut litteraliter diſponitur *in d. §. poſteriore ubi omnes*.

Idque in praxi aliquando contigit,non ſolum ob caſus in allegato textu recenſitos, ſed etiam ex defectu formæ probantis quia nempè teſtatore coram Notario & teſtibus in numero opportuno teſtante in forma teſtamenti nuncupativi nuncupatione implicita per relationem ad ſchedulam clauſam tertio vel Notario con- 4
ſignatam juxta formam traditam per *Bart.in l.ſi ita ſcripſero,ff. de condit.& demonſtrat.* de qua plenè & ex profeſſo agitur *in d. tit. de teſtam. diſc.1.* quoniam per hoc poſterius teſtamentum revocatum remanet primum & tamen poſterius remanere poteſt ſine effectu ob defectum non benè probatæ identitatis ſchedulæ, ad quam relatio habita ſit, ideóque duplici teſtamento non obſtante, teſtator decedat inteſtatus, ut per *Alex. conſ.37. n.1 & 3.lib.1.Mart.de ſucceſſ.legal.part.4. quæſt.4. art.5. num.52.& ſeqq.* & firmatum fuit *per Rot.in Ravennaten. teſtamenti ſuper primo 5. Junii 1671. coram Vicecomite*, atque agitur in ſua ſede *ſub tit.de teſtam.in Supplemento.*

Clariùs verò ac extra omnem dubitandi rationem, quoniam in poſteriori teſtamento nominatim & expreſſe revocatur diſpoſitio, quæ in priori facta erat ſuper 5
primogenitura & ſucceſſione in hoc feudo,undè propterea cadere non poterat illa dubitandi ratio, quæ iſta expreſſione non facta reſultare poſſe ponderabam ex diſpoſitione *text.in l.quærebatur 20. & l.miles 37. §.1. ff.de militar.teſtam.*ut militi (qualis eſt feudatarius) concedatur id,quod pagano denegatur, decedendi ſcilicet cum duplici teſtamento, in quorum uno de caſtrenſibus & in altero de paganicis diſponere voluerit, dum expreſſe patebat, quod in poſteriore de utroque patrimonio diſponere voluit,atque in utroque primum revocare, irritumque reddere.

Sublato autem primo teſtamento abſolutum eſſe di- 6
cebam, quod Gherardus ſecundogenitus prætendere non poſſet totum feudum in eo ſibi relictum; Ac propterea quod ſententia remaneret ſine dubio injuſta, ſolúmque reſtringi videbatur quæſtio ad poſterius teſtamentum, in quo eidem Gherardo ſuæque poſteritati relinquitur feudum pro medietate, an ſcilicet ſaltem obtinere deberet.

Et in hoc juxta jam notorios ac abſolutos terminos feudales, de quibus *d.diſc.8. & 9. ac ſæpius*, negativè reſpondendum eſſe dixi,quoniam feuda dignitatis etiam ubi per legem inveſtituræ non exprimatur, ſunt individua *ex conſtitutione Friderici Imperatoris in l. Imperialem, §.præterea Ducatus de prohibit.feudi alienat.per Frideric.*& eſt communis ſenſus penè omnium feudiſtarum, quos plenè de more cumulat *Roſenthal.de feud c.9. concluſ.55.in prima gloſſ.lit.A.Menoch.conſ.401.num.18. & ſeqq.Bellon.Jun.conſ.55. num.35.* ex auctoritate *Oldrad. conſ.237.& Abb. conſ.3. lib.2. cum concordantibus ſuprà d.diſc.8.& 9.& in aliis.*

Multò verò magis, dum accedebat etiam expreſſa lex inveſtituræ, per quam demandatur hæc individuitas cum ordine primogenituræ, quam etiam ipſemet primus inveſtitus alterare non poſſet,dum ei ſolùm conceſſa fuit facultas gratificandi inter filios ordinem juris vel naturæ ſolùm pervertendo; Ita etenim diſpoſitioni legis addita diſpoſitione hominis caſus remanet extra omne principium dubitandi.

Neque de jure dubitandum eſſe dicebam, quod feudi diviſio importat ſpeciem prohibitæ alienationis, ut expreſsè diſponitur in eadem *l. Imperialem*, atque cæteris relatis firmant *Roſenthal.d. concluſ.55. Bellon. Jun.* 7
d.conſ.55.num.22.& 30. cum ſeqq. & num.36. cum ſeqq. Menoch. conſ.161. & ſeqq. & in fortioribus terminis illius impropriæ diviſionis, quæ reſultat à ſola reſervatione uſusfructus vel alterius oneris & ſervitutis latè occaſione refutationis pactionatæ deducitur ſuprà *diſcurſ.76.& in aliis.*

Neque alicujus ponderis videbatur, quod Philippo in inveſtitura attributa eſſet facultas gratificandi, vel præeligendi, quoniam illa rectè conſiderabilis eſſet, quando

quando idem Philippus tali facultate benè uſus eſſet,
8 ſed cum illa potiùs in poſteriori teſtamento abuſus fuerit, eamque malè fecerit contra legem ipſius inveſtituræ hinc proindè habenda venit pro infecta atque bona debentur ei, cui inveſtitura defert juxta *conſ. Bald. 473. lib. 2. num 2. Caldeſ. de nomin. emphyt. lib. 2. ti. 62. quæſt. 10. num. 31. & ſeqq. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 11. Rota apud Buratt. deciſ. 744 & deciſ. 244. n. 13. part. 12. rec. cum aliis in tit. de fideicom. diſc. 32. numer. 4. & diſc. 57. num. 21.* Ideoque intrat vulgatum axioma, quod potuit noluit, quod voluit adimplere nequivit.

Et quamvis in poſteriori teſtamento Philippus pro dicta feudi diviſione mandaverit obtineri debere Cæſareum beneplacitum; Attamen cum Imperator illud non conceſſerit, exindè ſequitur, quod diſpoſitio invalida & infecta ſit, cum hujuſmodi reſervatio proficua eſſe ſoleat ad præſervandum à temeritate & à pœna caducitatis de jure impoſita alienationi, quæ fiat irrequiſito Domino, non autem ut actus validitatem inducat ex notoriis.

Minuſque ex eo, quod beneplacitum non concedatur inferri poteſt, ut attendi debeat primum teſta-
9 mentum, quoniam cum iſtud ex ſupra deductis jam revocatum, atque annihilatum fuerit, hinc nulla juris diſpoſitio vel ratio ſuadet, ut primum teſtamentum annihilatum reviviſcere debeat, quoniam ſi cum ſenſu vel diſcurſu naturali procedendum eſſet, attendendo ſolùm veriſimilem defuncti voluntatem dici etiam poſſet, quod quando teſtator ordinat ſecundum teſtamentum, per quod primum revocatur, id ea intentione agat, ut iſtius poſterioris vigore hæreditas adeatur, illudque ſuum ſortiatur effectum & per conſequens, quando iſtud præſuppoſitum ceſſet, quia nempè ſcriptus hæres prædecedat vel nolit, non poſſit eſſe hæres ſeu aliàs deficiat conditio, tunc deberet primum teſtamentum reviviſcere; Et tamen contrarium expreſsè cautum eſt in jure *in d. §. poſteriore inſtit. quibus mod. teſtam. infirm.* ideoque iſta conſideratio nullum habet juris fundamentum.

Obſtare verò non poſſe dicebam Julio primogenito
10 acceptationem ſecundi teſtamenti, cujus vigore hæreditatem adivit, quoniam id ſequutum fuit cum beneficio legis & inventarii, per quod alio non expreſſo conſervantur omnia jura adeuntis omneque ejus præjudicium evitatur, perindè ac ſi non eſſet hæres cum hodiè ex dicto beneficio hæres non ſit verè & propriè talis, ſed potius habeatur tanquam hæreditatis legalis adminiſtrator ad notiſſimum *text. in l. fin. C. de jur. deliber.* cum concordantibus apud *Mantic deciſ. 226. Hodiern. controv. 31. num. 18. Gratian. diſcept. 799. num. 42. & ſeqq. Capyc. Latr. conſult. 13. num. 2. & 3. Rovit. deciſ. 48. num. 11. & ſeqq. Salgad. in labyr. part. 3. cap. 7. num. 20. & ſeqq.* & pluries *ſub tit de hæred. & ſub tit. de credit.* multò magis dum adeſt expreſſa proteſtatio ſuorum jurium præſervativa.

Ac etiam quia, ſi non poteſt etiam expreſſus contractus alienationis reddere iſtam validam, adeo ut ipſimet alienanti ratione evidentis nullitatis licitum ſit venire adversùs factum proprium, illudque impugnare, ut apud feudiſtas eſt jam notorium, paſſimque receptum ex pluries deductis in præcedentibus, multò minùs obſtare poteſt iſte actus implicitus.

Prout è converſo admittitur; quod ejuſdem teſtamenti acceptatio facta per Gherardum ei non præjudicaret in jure, quod aliàs ſibi competeret ſuper hoc feudo, ſed punctum eſſe dicebam in eo, quod ipſe nullum jus haberet, quod amittere potuerit, dum nullum ſibi competit ex inveſtitura, atque illud quod in quadam ſpe competere potuiſſet ex priori teſtamento, nunquam ei [illegible]ſitum fuit, dum illud utpote per poſterius revocatum, nullum habuit effectum, ideóque habendum eſt, ac ſi nullo modo factum eſſet.

Ineffectuatio autem poſterioris teſtamenti reſpectu feudi, operari non poterat reviviſcentiam primi jam revocati, quoniam in jure unicus datur hujus reviviſcentiæ, ſeu verius nunquam ſequutæ revocationis caſus, quando ſcilicet poſterius teſtamentum detegatur nullum, ratione imperfectionis, adeo ut habendum ſit pro non extante in rerum natura, tanquam imperfectum, ſed ubi illud eſt in ſuo genere validum & perfectum ex aliquo tamen accidenti ob præmorientiam vel incapacitatem ſive voluntatem hæredis aut ob aliud accidens non ſortiatur effectum, tunc non per hoc primum teſtamentum reviviſcit, ſed teſtator decedere dicitur inteſtatus juxta *d. text. literalem in §. poſteriore inſtit. quibus mod. teſtam. infirmentur* cum aliis, de quibus in *d. Ravennaten. teſtamenti ſuper primo coram Vice Comite.*

Multo verò magis ac extra omne dubium, ubi in- 11
fectuatio non ſit in toto, neque ſubſtantia teſtamenti corrumpatur, ſed illud ſuum ſortiatur effectum in univerſa hæreditate paganica ſeu allodiali, quæ eſt majoris importantiæ, & per quam perſona defuncti in univerſo jure activo & paſſivo magis repræſentatur; Ineffectuatio autem ſit in aliqua diſpoſitione particulari, quæ pro non ſcripta habenda ſit, ut paſſim habemus de legatis, aliiſque diſpoſitionibus, quæ in teſtamento fiant de rebus alienis, aut de rebus ſacris, ſanctis & religioſis, de quibus diſponi non poſſit, vel de legatis, quæ fiant perſonis incapacibus vel prohibitis ſive de conditionibus turpibus vel impoſſibilibus, aut aliàs à jure damnatis ex late deductis *ſub tit de teſtament. diſc. 73.* Quoniam his vitiatis, atque habitis pro non ſcriptis, non per hoc vitiatum remanet teſtamentum.

Potiſſimè verò ubi agatur de feudatario, qui verus
miles dicitur, eique congruunt ea, quæ in jure civili 12
de antiquis militibus diſpoſita ſunt, ut duplex patrimonium, ac duplicem hæredem inſolidum habeat, atque ſicuti decedere poteſt cum duplici teſtamento pro patrimoniorum diverſitate juxta ſuperius allegata jura *in l. 20. & in l. 7 ff. de militar. teſtam.* ita quoque decedere poſſit pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, atque ita duplicem diverſum habere hæredem, non ſolùm ex ejus clara & expreſſa voluntate ſive ex illa voluntate implicita, quam lex in inteſtata ſucceſſione præſumit, ſed etiam contra ejus judicium, quia nempè in teſtamento inſtituendo hæredem extraneum in utroque patrimonio allodiali & feudali agnatus ad feudalem ſucceſſionem à lege inveſtituræ vocatus impugnat Teſtatoris judicium, eoque invito fit ejus hæres, & tamen firmus remanet alter hæres allodialis, firmumque remanet teſtamentum in hæreditate paganica, ſeu allodiali in altera verò feudali intrat ſucceſſio inteſtata juxta celebrem & magiſtralem *deciſ. primam Franch. cum concordan. per plures Adden. ibid. & pluries in præcedentibus diſc. 20. cum ſeqq.*

Nullibi verò cautum eſt, ut ob invalidam diſpoſitionem feudalium factam in poſteriori teſtamento reviviſcat primum jam revocatum & annihilatum; Potiſſimè, ut præmiſſum eſt, ubi revocatio & annihilatio non provenit ex ſola diſpoſitione juris per poſteriorem ordinationem; Sed provenit etiam ab expreſſa & ſpecifica ejuſdem diſponentis voluntate, ut in præſenti, dum ultra genericam revocationem præcedentium diſpoſitionum in ultimo teſtamento contenta expreſsè & præcisè devenitur ad revocationem ſpecialis diſpoſitionis, quæ in priore facta fuerat de feudo & per conſequens dicebam, quod juſtitia Julii primogeniti videtur manifeſta, nullam de jure admittens probabilem dubitandi rationem.

Objiciebatur ex parte Gherardi de correſpectivita-
te, quod ſcilicet Philippus pater cum præſuppoſito di- 13
ctæ concordiæ inter filios inductus eſſet ad revocandum primum teſtamentum; Verùm id nullatenus obſtare dicebam, quoniam ex deductis *in tit. de teſtam. diſc. 33.* ad effectum, ut poſterius teſtamentum dici valeat dolo, maliſque artibus extortum, ac propterea non ſit aptum præjudicare primo teſtamentario, copulativè

requiritur,

Digitized by Google

requiritur, quod præſuppoſitum fuerit falſum cum doloſa machinatione, quodque illud fuerit cauſa præciſa & immediata ſecundi teſtamenti, quorum neutrum in facto verificatur, quoniam cum concordia erat vera & ſic præſuppoſitum, quod tunc factum fuit, dici non poteſt falſum atque Julius nunquam teſtatorem alloquutus eſt, neque aliquem dolum vel machinationem adhibuit, ſed ſolùm dici poſſe conſiderabam, quod ipſe Gherardus ita illuſus fuiſſet, quod nil facit ad rem circa deceptionem teſtatoris cum machinationibus & falſis præſuppoſitis.

Supponebatur item quod ex parte ſecundogeniti
14 conſtitueretur fundamentum in auctoritate *Molin. de primogen. lib.2. cap.4. num.47. & ſeqq.* aliorumque Hiſpanorum, de quibus *Caſtil, tom.6. cap.121 num.50. & ſeqq.* ut ex Regia auctoritate conceſſa pro erectione unius majoratus fieri poſſet erectio duorum.

Verùm id prorſus inane videbatur fundamentum, quoniam ut advertitur ſub *tit. de fideicommiſſ. diſc.7. & 13. & tit. de Regal. diſc.161.* & alibi pluries Hiſpaniarum Majuratus, de quibus allegati auctores, aliique Hiſpani loquuntur, ſunt de triplici ſpecie; Primò nempè ubi agatur de illis Civitatibus, Oppidis & locis, quæ adinſtar noſtrorum feudorum Italiæ vel Germaniæ conceduntur alicui, ejuſque deſcendentibus ex munificentia Regis vel in remunerationem ſervitiorum cum ordine primogenituræ ſeu majoratus; Secundò in illis majoratibus ſimplicibus, qui in bonis privatis indifferentibus ex privata diſpoſitione eriguntur abſque privilegio vel auctoritate Regis eodem modo, quo in Italia ordinamus primogenituras & majoratus, de quibus *ſub tit. de fideic. diſc.1. cum pluribus ſeqq.* Et tertiò in illis majoratibus, qui dicuntur qualificati de utraque ſpecie participantes, quia ſcilicet erigantur ab aliquo privato in ejus proprii bonis indifferentibus, vel etiam in juriſdictionalibus & qualificatis in Civitatibus & Oppidis ab eo quæſitis ex cauſa oneroſa, ſed deſuper obtineatur auctoritas Regis ad effectum nobilitatis & præeminentiarum, ac etiam magis ſtabiliendi habilitatem, adeo ut ſit privilegium facultativum conceſſum in gratiam illius, qui poterat eo non uti, atque poterat de illis bonis diverſimodè diſponere.

De hac tertia ſpecie mixta loquuntur præfati DD. admittentes poteſtatem ordinandi duos vel plures majoratus, non autem prima ob diverſitatem rationis, dum in prima ſpecie Princeps eſt ille, qui diſponit, atque legem rei ſuæ adjicit; In altero autem diſponit privatus de rebus ſuis liberæ diſpoſitionis, ſolùmque adjicit ſuæ diſpoſitioni majorem firmitatem cum auctoritate Regia; Unde propterea quidquid ſit de veritate & praxi præfati aſſumpti in tertia ſpecie (cum error ſit manifeſtus abſque certa praxi locorum & Tribunalium diverſarum Regionum determinatè loqui in ſola fide aliquorum ſcribentium) ceſſat applicatio ad caſum, quoniam feudis congruit prima ſpecies, non autem tertia.

Siquidem eo ipſo; quod per Principem imprimitur feudo dignitas cum voluntate qualificandi ipſum feudum, adeo ut ſit dignitas realis; non autem perſonalis juxta diſtinctionem, de qua ſuprà *diſc.9. & 44.* & in aliis; Hinc reſultat per neceſſariam conſequentiam ex diſpoſitione juris qualitas individua inalterabilis à feudatario.

Idque verum etiamſi id ſequutum ſit in Caſtris & locis, quæ prius eſſent allodialia & liberæ diſpoſitio-
15 nis ex recepta feudiſtarum & aliorum propoſitione frequenter in præcedentibus inſinuata & præſertim *diſc.4. 53. & 56.* & in aliis, quod ſcilicet feudum etiam in vera & ſtricta ejus forma conſtitui poteſt in bonis propriis ac liberis & allodialibus, quæ ob aliquem finem à Principe recipiantur, ſeu recognoſcantur in feudum, atque feudalis qualitas in eis imprimitur, dum ita occultatur actus donationis factæ per infeudatum infeudanti, à quo recognoſcat in feudum.

Hactenus ſcribendo ad cauſæ opportunitatem tanquam Advocatus; Reflectendo autem ad veritatem credebam, quod quatenus pertineat ad ipſum corpus feudi, præmiſſa eſſent de jure vera, quodque de ſtricta juris cenſura ex dictas regula, *quod potui, nolui, &c.* factus eſſet caſus inteſtatæ ſucceſſionis ad præſcriptum inveſtituræ feudalis, qua attenta ſucceſſio extra controverſiam debita eſſet primogenito.

Difficultatem verò cadere poſſe conſiderabam in ejuſdem feudi pretio, ſeu valore ſaltèm pro illis treſdecim quindenis, quæ præfatus Philippus quæſierat, ac etiam pro bonis allodialibus ab eodem quoque acquiſitis, quoniam licet quoad ipſum Dominum, alioſque agnatos diverſarum linearum iſtud eſſet feudum antiquum; Attamen quoad Philippum videbatur feudum novum, utpotè ab ipſo ex cauſa oneroſa acquiſitum & per conſequens, quod in ejus hæreditate adeſſet pretium, tanquam allodiale ad cujus participationem primogenitus feudi ſucceſſor teneretur erga ſecundogenitum æquè hæredem in allodialibus juxta ſuperiùs deducta *diſc.12. & 19. & 23.* & in aliis.

Verùm id erat extra caſum vel punctum controverſiæ, in quo ſolùm agebatur de ſucceſſione in ipſo corpore feudi, ac propterea id cadere potiùs videbatur in alia controverſia, quæ pendebat coram Magiſtratibus & Judicibus propriæ patriæ ſuper hæreditate allodiali & ſic extra punctum quæſtionis.

---

† SIGNINA.

Pro Duce Ludovico Sfortia, cum DD. Franciſco & fratribus de Sfortiis.

Caſus pendet in Rota.

De feudi dividuitate vel individuitate etiam dividuum effici potuerit individuum ex concordia, vel alia conventione in præjudicium ſucceſſurum.

Et de aliquibus ad materiam immiſſionis vel poſſeſſionis adipiſcendæ in vim inveſtituræ.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De punctis cauſæ.*
3 *Quare Signatura guſtet de meritis cauſarum.*
4 *Vigore inveſtituræ feudalis competit immiſſio ex remedio* l. fin. C. de edict. Divi Adr.
5 *De legitimo contradictore, qui faciat ceſſare judicium poſſeſſorium.*
6 *Non datur immiſſio, ubi adſit tranſactio vel res judicata.*
7 *De tranſactione, an obliget ſucceſſores feudi ex perſona propria.*
8 *De feudis dividuis & individuis.*
9 *Quando tranſactio non importet novum jus ſed comprehenſionem & corroborationem ſtatus aliqui.*
10 *De diſtinctione inter obſervantiam præſcriptivam & interpretativam.*
11 *An vocatione ſucceſſorum ſanguinis in numero plurali faciat perneceſſe feudum dividuum.*
12 *Quod expediat magis feudum eſſe individuum.*
13 *De capacitate Clericorum in feudis Status Eccleſiaſtici.*
14 *De differentia inter præſidium præſcriptionis, & illud præſumptionis.*
15 *Feudum dignitatis regulariter eſt individuum.*
16 *De qualitate antiquorum titulatorum.*
17 *Quod id ſit conſiderabile ad effectum individuitatis feudi.*
18 *De conſuetudine Lombardiæ, aliorumque locorum ſuper dividuitate feudorum etiam dignitatis.*
19 *Quod atteſtationibus Doctorum non ſit deferendum, ubi*

eſſet præſcriptiva, ſive claré inductiva novi juris, ac deſtructiva ejus, quod alias certitudinaliter de jure competeret, quo caſu intraot difficultates, quæ cadere ſoleot in hac materia præſcriptionis, quæ nimium raró, ac pené unquam ad praxim eſt reducibilis, io iis, quæ novis ſucceſſoribus jure feudi antiqui, ac fideicommiſſi competunt ex propria perſona, ex iis, quæ habentur *ſub titul. de judic. diſc. 21. num. 7. & ſeqq.* Et ſuper quo aſſumpto magnam vim conſtituebant ſcribentes pro Actoribus, quoniam potius dici poteſt conſuetudo, vel obſervantia interpretativa voluntatis dubiæ Principis infeudantis, an ſcilicet, juxta unam, vel alteram, naturam hoc feudum concedere voluerit; dum id non exprimitur, & per conſequens voluntas, quæ ad unum, vel alterum caſum eſt referibilis, ita ambigua remanet, & capax interpretationis, undè propterea intrant termini obſervantiæ interpretativæ, potiùs quam præſcriptivæ.

Et quamvis Scribentes pro Actoribus, in eo inſiſterent, quod voluntas dicenda potiùs eſſet clara, dum Inveſtitura cantat de deſcendentibus maſculis io ge-
11 nere, & in numero plurali, de ſui natura apto comprehendere omnes, idque apud Judices primæ inſtantiæ, plauſum habuerit; Attamen id pro meo ſenſu continebat potiùs levitatem, nimiumque debile fundamentum videbatur, quoniam vocabulum, *omnes*, apponitur ad denotandam habitualem capacitatem, & comprehenſionem omnium de illo ſanguine, vel genere, compatibiliter tamen cum reſtrictione ad majorem natum, ſeu primogenitum, circa actum, ſeu eo modo, quo in Jurepatronatus, vel præſentandi, aliiſque ſimilibus paſſim habemus; Et in his terminis feudalibus, eo probat actualis praxis inveſtituræ feudorum in Regnis utriuſque Siciliæ, quod cantat, *pro ſe, & hæredibus, ex corpore deſcendentibus*, ideoque omnes habitualiter vocati ſunt; Et tamen actualiter, ſucceſſio inter eos defertur jure ſingulari, & cum ordine primogenituræ.

Item pro veriſimili voluntate Papæ infeudantis, quod ſcilicet hoc feudum concedere voluerit in natura
12 individua ad formam juris Francorum; Ultra rationem generalem, ex qua pene ubique irrepſit hic uſus primogeniorum, & majoratuum, pro majori ſcilicet ſplendore, & conſervatione decoris familiæ, cum bonorum unione in una perſona, ex deductis ſupra *diſc. 9. & 10.* & in aliis; Conſiderabam quoque conſuetudinem particularem Domus ejuſdem Pontificis, quod ſcilicet cum in ea, etiam ante ſuperventam Pontificiam dignitatem, adeſſent feuda Farneſii, & Lateræ, & alia; ſervabatur hic ordo, undè propterea defuncto primogenito, ſine prole, cum idem Pontifex in ſtatu Cardinalitio effectus eſſet primogenitus, controverſiam habuit cum ejus fratre tertiogenito prætendente incapacitatem ratione clericatus, ut patet ex
13 *conſ. 117. Iaſon. l. 4.* quod eſt celebre in materia capacitatis Clericorum ſuccedendi in feudis Status Eccleſiaſtici, ex deductis ſupra *diſc. 47. & 54. & in aliis*; Et per conſequens, cum ex cauſa conjunctionis ſanguinis, iſtud beneficium huic domui conferre voluerit, nimium probabile eſſe dicebam, quod regulare voluerit conceſſionem in hac forma magis rationabili, & quæ in ejus domo ſervabatur.

Ponderabam quoque circa diuturnam obſervan-
14 tiam, ea quæ habentur *ſub tit. de alienat. & contract. prohib. diſc. 3.* ac etiam *tit. de Dote diſc. 143. & d. diſc. 21. de judic.* & alibi, ſuper diverſa operatione, quæ reſultat à lapſu temporis, quod ſcilicet, aliud eſt formalis præſcriptio, quæ in jure odibilis reputatur, tanquam ſpecies pœnæ, ob delictum negligentiæ, per quod res tollitur Domino, atque defertur non Domino, qui alium non habet titulum, niſi illum temporis, ac diuturnæ poſſeſſionis; Aliud verò eſt conſiderare eandem obſervantiam, in ratione favorabilis præſumptionis validitatis tituli, cujus vigore poſſeſſio ſequuta eſt, ita præſumendo illam ſolemnitatem cujus defectus titulum invalidaret, cùm tunc aſſiſtat favor, non autem odium; Ideoque locis citatis advertitur malum conſilium, ac imprudentiam eſſe, recurrere ad præſidium præſcriptionis, dum adeſt iſtud pinguius, & tutius remedium præſumptionis ſolemnitatis revalidatoriæ tituli, quando de iſto conſtet, vel facultatis allegandi ipſum titulum meliorem, quando tempus ſit tale, quod hanc præbeat facultatem.

Magnum quoque fomentum hujus individuitatis præbere obſervabam titulum, ſeu dignitatem ab anti- 15
quo huic feudo adjectam, ex iis, quæ de individuitate feudi dignitatis, habentur ſupra *diſc. 8.* & in ejus adnotationibus.

Siquidem iſta Civitas cum ejus Comitatu, & annexis ab antiquo tempore poſſeſſa fuit per celebrem familiam Comitum, ſeu de Comitibus, quæ ab iſto Comitatu denominationem accepit, atque tot Summorum Pontificum adeò fœcunda Mater fuit, atque ab eis tranſitum fecit in iſtos Sfortiades deſcendentes, ex filia fœmina, quæ per Paulum III. habilitata fuit ad ſuccedendum cum onere ejus filiis, & deſcendentibus maſculis, injuncto aſſumendi quoque cognomen, & inſignia hujus familiæ de Comitibus, cum mixtura familiæ propriæ, adeout dicta inveſtitura Pauli Tertii, non fuerit omnino nova de feudo vacante, per ipſum conceſſo, ſed ſolùm immutativa generis perſonarum, juxta caſum, de quo ſupra *in Januen. Feudorum diſc.*
113. Cumque io illis temporibus hujuſmodi dignita- 16
tes Comitum, Marchionum, & Ducum magnam facerent figuram Procerum, & Magnatum, ex iis, quæ inſinuantur *tit. de præeminent. diſc. 26. & tit. de penſion. diſc. 48. & alibi*, ac etiam docent tot hiſtoriæ; Hinc proinde omnino probabile eſt, quod illi præſertim Comites Signini, qui magnam faciebant figuram, eſſent unici, ipſeque Comitatus eſſet individuus.

Ejuſdem individuitatis non leve reſultat etiam argumentum, ex eo quod, cùm Sixtus V. ad deprimendam fortè potentiam aliquorum Baronum, & Ma- 17
gnatum, minuendamque adhærentiam & clientelam, cœpiſſet erigere novas dignitates, atque inter primos quatuor Ducatus ab eo erectos, fuerit iſte, utique ſupponendum eſt quod eſſet unicus Dominus conſiderabilis potentiæ, & exiſtimationis, quod utique ſupponit individuitatem, dicto etiam argumento à natura aliorum conſimilium Ducum, & Magnatum.

Adverſùs hoc argumentum, deductum à dignitate, 18
replicabant Scribentes pro Actoribus, quod licet feuda dignitatis habitualiter ſint individua; Attamen quoad exercitium, & fruitionem, de conſuetudine ſunt dividua, ex relatis ſupra *eod. diſc. 8.* ita cumulando auctoritates ibidem recenſitas, & alias ex eiſdem deductas; Atque me replicante, quod iſta eſſet conſuetudo particularis Lombardiæ, de qua ibi allegati loquuntur, ideoque non trahenda de loco ad locum, vel de Regione ad Regionem, ex natura conſuetudinis exorbitantis, ut non admittat extenſionem, ſed attendi debeat in caſu præciſo, ut pluries io omni ferè materia inſinuatur, & præſertim ſub *tit. de benefic. diſc. 30.* Deducebant auctoritates *Roſenthal.* & aliorum Germanorum, generaliter aſſerentium de iſta conſuetudine Italiæ in univerſum.

Verùm, etiam in ſenſu veritatis, dicebam, quod iſtud eſſet æquivocum manifeſtum, quoniam, juxta notoriam praxim, dignitatem præſertim primariarum, Principum, & Ducum, in hoc Statu Eccleſiaſtico, & in Regnis utriuſque Siciliæ, abſorbentibus abſque dubio majorem partem Italiæ, feuda ſunt individua, Ut

etiam ſunt in ipſamet Lombardia, quoties agitur de iſtis majoribus dignitatibus Principum, & Ducum, adeout illa conſuetudo, de qua *d. diſc.* 8. Vel percutiat feuda ruſtica, & impropria, quæ pro moribus Regionis, quandam Conteæ, ſeu Comitatus vero impropriam, & abuſivam habeant potius nuncupationem, quam dignitatem; Vel procedat in illis minoribus dignitatibus, Marchionum, & Comitum, quæ adjiciuntur illis feudis minoribus, Caſtrorum, vel locorum habitatorum, quæ revera ſunt potius ſubfeuda, dum ipſi Principes infeudantes ſunt feudatarii.

Prædictæ verò atteſtationi Germanorum in hoc nullatenus eſt deferendum; Tum ex recepta propoſitione frequenter inſinuata, quod Doctorum atteſtationibus non defertur in iis, quæ facti ſunt, præſertim ubi non agatur de iis, qui ſint in Regione ver-
19 ſati; Tum etiam quia, conſuetum eſt Scribentium vitium, excuſabile, quando loquuntur de remotis Regionibus, in quibus ipſi verſati non ſint, accipiendi partem pro toto, ut etiam facimus nos Citramontani, loquentes de feodis Germaniæ, ea teſtimonio alicujus Germani Scriptoris, qui loquatur juxta leges, vel ſtylos proprii principatus, vel propriæ Regionis; non advertentes, quod Germania eſt nimis vaſta Provincia, diviſa in ſexaginta circiter principatus; quorum ſinguli diverſas habent leges, & ſtylos, etiam in hac individua materia feudali; Unde propterea ſemper magis convincitur, pluries inculcatus deteſtabilis error pragmaticorum, vel Collectorum, conſarcinandi doctrinas, & auctoritates, non diſtinguendo loca, & tempora, aliaſque circumſtantias.

20 Et ulterius dicebam, quod admiſſa etiam iſta conſuetudine, illa ſuffragari poſſet, quando haberet fomentum obſervantiæ, ad tollendum obſtacolum incompatibilitatis, quæ reſultat à dignitate, non autem ubi obſervantia reſiſtat.

Eademque conſuetudine admiſſa adhuc incongruum eſſet intentatum remedium immiſſionis, ad ipſum corpus feudi, cujuſque ſubſtantiam, cum ſolum id aptum eſſet præbere actionem perſonalem contra feudatarium ad faciendum participationem fruc-
21 tuum, & emolumentorum, per illam ſpeciem in feudis novis, vel participationis fructuum ſub nomine vitæ militiæ in feudis antiquis, quæ debetur ſecundogenitis, atque adaptari videtur illa diſtinctio, quam habemus inter ſocium, & inter participem utilium, de qua *tit. de locat. diſc.* 26. *&* 27. *& alibi.*

Aliæ deducebantur ex parte Ducis exceptiones, quæ in facto potius quam in jure conſiſtebant, & extra hanc materiam feudalem.

---

† NEAPOLITANA, SEU THEATINA REFUTATIONIS.

Inter Marchionem Vaſti, & Marchioniſſam Piſcariæ Nurum.

Diſcurſus in ratione motivandi ad parandam concordiam.

De validitate, vel invaliditate refutationis factæ in proxime ſucceſſurum, ratione reſervationum, vel non ſequutæ regiſtrationis.

Et an filius familias feudatarius liberetur à patris poteſtate, & habeat facultatem teſtandi, vel alias diſponendi, & de quibus.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De defectibus, ob quos refutatio ſit invalida.*
3 *Refutatio debet eſſe pura, non autem pactionata quod declaratur.*
4 *Accollatio debitorum, & onerum, non eſt pactum prohibitum.*
5 *Contractus nominatus non reſolvitur ob non implementum.*
6 *Quid in donatione.*
7 *Pactum adjectum uni ex pluribus feudis refutatis, an vitiet totam refutationem, vel ſolum illam feudi, cui adjectum eſt pactum*
8 *De regiſtratione, quæ neceſſaria eſt in refutationibus.*
9 *Præmoriente refutatario, an feudum redeat ad refutantem.*
10 *Feudum an liberet à patria poteſtate, & tribuat contrahendi, & teſtandi facultatem, & quid ubi adſit dignitas, vel titulus.*
11 *Per quas dignitates, vel officia ſolvatur jus patriæ poteſtatis.*
12 *De filio familias Clerico, an habeat facultatem teſtandi.*
13 *Exiſtenti ſub patria poteſtate non datur tutor.*
14 *De caſibus compatibilis factionis teſtamenti in feudis.*
15 *Quod feudatarius familias tollitur, & feudum habeat ſpeciem peculii Caſtrenſis, ſed in quo feudo id procedat.*
16 *De duplici patrimonio feudatarii.*
17 *In obventis à Principe, filius familias habet diſponendi facultatem.*
18 *An adſit differentia inter feudum quæſitum ab ipſo filio, vel ei refutatum à patre.*
19 *Quod Creditores defuncti ſine aſſenſu, non præferantur in feudo Creditoribus hæredis cum aſſenſu, & de ratione.*
20 *In feudis non eſt procedendum cum regulis juris civilis, & de ratione.*
21 *An dignitas, vel titulus Ducis, Marchionis, vel Comitis eximat à patria poteſtate.*
22 *De conſueto errore Collectorum, & Pragmaticorum.*
23 *De diverſis ſpeciebus titulatorum, & feudatariorum dignitatis ad hunc effectum.*
24 *De dignitate patritiatus.*
25 *De concluſione, ſive applicatione in caſu controverſia.*
26 *De teſtamento minus ſolemni ad formam legum Catalonia.*

DISC. CXVI.

Refutatis quampluriмis feudis per Marchionem Vaſti, Marchioni Piſcariæ filio primogenito, 1
contracto per iſtum matrimonio cum Portocarera, filia Marchionis, cum ad breve tempus deceſſerit in Civitate Barcinonæ, condito teſtamento, in quo inſtituto hærede poſthumo naſcituro, ex ventre prægnantis uxoris, iſtam Tutricem, & pro tempore Curatricem deputavit, eamque univerſalem uſufructuariam reliquit, pluribus quoque legatis, & declarationibus ad ejus favorem factis; Hinc nato filio maſculo, orta eſt ſuper feudorum refutatorum, aliorumque bonorum poſſeſſione, & adminiſtratione, inter Socerum, & Nurum controverſia, cujus benevola compoſitio aſſumpta fuit in Urbe per Cardinales, Carafam, & Portocarretum, utriuſque Partis reſpective conjunctos, Iſtiſque meum votum concorditer petentibus, diſcurſum edidi in ratione motivandi ſuper iis, ſuper quibus, tam in facto, quam in jure (viſis Partium prætenſionibus, melior informatio deſiderabatur, ad effectum parandi honeſtam concordiam.

Præcipuus autem punctus conſiſtebat ſuper invaliditate

ditate refutationis, qua corruente, omnes aliæ quæ-
ſtiones, circa tutelæ adminiſtrationem, ac etiam circa
legata, aliaque in teſtamento contenta corruebant, ex
defectu ſubjecti, dum alia in defuncti hæreditate re-
manebant bona; Quatenus vero refutatio ſubſiſteret,
adeout feuda ſpectarent ad teſtatorem, & ex ejus
ſucceſſione ad pupillum poſthumum, tunc reſolutio
pendebat à validitate, vel invaliditate teſtamenti.

Quatenus itaque pertinet ad dictum punctum va-
lidæ, vel invalidæ refutationis, ex parte refutantis
prætendebatur actus invalidus ex triplici defectu;
2 Primò nempe ob non ſequutam regiſtrationem in
quinternionibus Regiæ Cameræ infra quindecim di-
es ad præſcriptum *regia pragmatica* 20. *de feudis*;
quæ continet decretum irritans; ſecundo ob aliquas
reſervationes, adeout refutatio non eſſet pura, ſed
pactionata; Et tertio, ob non ſequutam relevationem
indemnitatis refutantis à quibuſdam debitis, & one-
ribus per refutatarium accollatis.

De duobus ultimis defectibus, mihi videbatur nul-
lam haberi debere rationem; Siquidem circa reſer-
vationes, vel pacta, licet refutatio in proximè ſucceſ-
3 ſurum eſſe debeat pura, non autem pactionata, quod-
que alias ex magis recepta ſententia propter indivi-
duum voluntatis pacta, quamvis accidentalia, vi-
tient totum actum, ex iis, quæ habentur ſupra *diſc.*
13. *& 76. & in deciſione Siciliæ edita ſuper eodem diſc.*
13. Attamen id procedit quando pacta ſint talia, quod
percutiant corpus, vel ſubſtantiam feudi, ejuſque di-
viſionem, vel ſervitutem importent, ut contingit in
reſervatione uſusfructus, vel ſimili, ſecus autem iſta
circumſtantia ceſſante, quia nempè refutatarius ad
aliquid ſe obliget erga refutantem, vel alium ejus in-
tuitu in ſola actione perſonali; Aut quod ſit reſerva-
tio fructuum, ſeu commoditatis, tanquam facti, non
autem tanquam juris; adeout non afficiatur ipſius
feudi corpus, vel ſubſtantia, ex deductis locis citatis,
& per *Marin. in addit. ad Reverter. deciſ.* 550.

Illæ autem reſervationes, & pacta præfatum prohi-
bitum effectum diviſionis, vel ſervitutis feudi pro-
ducere non videbantur, cum ſolum adeſſet accollatio
onerum, & debitorum domus, quæ videbatur conna-
turalis actui præmaturæ, ſeu præventivæ ſucceſſionis,
quæ ſecum trahit in neceſſariam conſequentiam onus
ſolvendi debita, & ſupportandi onera eo modo, quo
4 ſucceſſor tenetur ad onera prædeceſſoris, nullaque
nec legalis, nec connaturalis ratio ſuppetit, ut re-
futatarius debeat habere feuda, in quibus pene totus
illorum Baronum aſſis conſiſtit, refutator autem de-
bitis, & oneribus ſubjectus remaneat; Ac etiam
quia hujuſmodi accollatio continebat ſolum obliga-
tionem perſonalem, quæ propterea non vitiat actum,
ut per *add. ad Reverter. d. deciſ.* 550.

Minuſque vitiatio, vel reſolutio prætendi poterat,
ex eo, quod refutatarius ad præſcriptum ſuæ obliga-
5 tionis non extinxiſſet debita, minuſque indemnem
relevaſſet refutantem; Tum quia brevitas temporis,
ac abſentia, & ætas refutatarii, nec non qualitas
onerum, & debitorum, aliæque facti circumſtantiæ, &
præſertim, quod feudorum adminiſtratio eodem modo
continuaverat penes antiquos miniſtros, ceſſare facie-
bant omnem refutatarii culpam; Tum etiam quia
caſus moleſtiarum non evenerat, minuſque refutans
aliquod damnum paſſus eſt; Et tamen in contracti-
bus nominatis verius eſt, magiſque receptum, quod
non implementum non cauſat reſolutionem actus, ſed
ſolum actionem ad intereſſe, quotiès ille non con-
tineret cauſam finalem, & præciſam; ſine qua non
adeout alias tolleret conſenſum ab actu, ex deductis
apud *Gregor. & add. deciſ.* 130. *Peutinger. deciſ.* 494. *&*
habetur diſc. 18. *de locat. & ſæpius.*

Et quamvis iſta refutatio concepta eſſet per viam
donationis, de cujus peculiari natura, non implemen-
6 tum cauſat reſolutionem *ad tex. in l.* 1. *&* 2. *C. de donat.*
qua ſub modo, cum concordantibus, de quibus in ſua
materia *ſub tit. de donat. diſc.* 9. Attamen id procedere
dicebam in illo implemento, quod in dies, & tem-
pora præſtandum ſit erga ipſum donatorem, cum quo
alias ingratitudo committi diceretur, ſive quod illius
defectus percuteret cauſam finalem, quæ veriſimiliter
tolleret conſenſum; Puta quando agatur de ſuppe-
ditatione alimentorum, vel alicujus præſtationis ad
eundem effectum, adeout intret una ex dictis rationi-
bus, ingratitudinis, vel deficientis voluntatis, ex
deductis *d. diſc.* 9. *de donationibus*, quorum neutrum
ad rem erat adaptabile.

Aliæ reſervationes in hujuſmodi refutatione con-
tentæ, non videbantur eſſe tales, quod actum viti-
arent, dum erant de frumentis, & nominibus debito 7
rum, aliiſque juribus, & negotiis mere perſonalibus,
quæ non percutiunt corpus, vel ſubſtantiam feudo-
rum, atque reſervatio quorumdam herbaggiorum, &
vinearum exiſtentium in duobus ex pluribus feudis
refutatis, erat quoque ejuſdem naturæ, dum hujuſmodi
bona ſupponebantur allodialia, quæ ibi dicuntur bur-
genſatica; Et nihilominus, ubi etiam eſſent feudalia,
advertebam, in ratione motivandi, quod ea vitiaſſet re-
futationem illorum feudorum, non autem aliorum,
dum quodlibet feudum de per ſe conſtituit ſuam uni-
verſitatem, neque unum habet cum altero aliquam
connexionem, vel dependentiam, adeout tot reputen-
tur diverſi feudatarii, & Barones, quot ſunt feuda,
ad inſtar beneficiati, poſſidentis plura beneficia, non
unita, neque connexa, juxta ponderationes, de qui-
bus ſupra *hoc tit. diſc.* 22. *& tit. de juriſdict. diſc.* 90.
& ſub tit. de præemin. diſc. 7. *&* 19. *& in aliis pluries.*

Reſtringebatur itaque punctus ad præfatum de- 8
fectum regiſtrationis infra quindecim dies, juxta diſ-
poſitionem *d. regia pragmatica* 20. *de feudis*; Sed
pariter iſte defectus non videbatur ſubſiſtens, cum
ille procedat, quatenus agatur de refutatione deſti-
tuta regio aſſenſu, quo accedente, quælibet, etiam
prohibita alienatio, revalidatur; ideoque deciſio pen-
debat ab implemento ſolitæ clauſulæ, vel conditio-
nis, contentæ in eodem aſſenſu regio ſuper eadem re-
giſtratione infra biennium ſub decreto annullativo;
ſed quoties in hoc termino implementum ſequatur, nil
refert, quod non ſit ſequutum infra dictum terminum
pragmaticæ, juxta *deciſ.* 663. *Franch. cum concordan.*
relatis per modern. de Luca in addit. quidquid in con-
trarium motivetur per *Merlin. lib.* 2. *controverſ.* 59.
quoniam aſſenſus qui præfigit terminum longiorem,
ita diſpenſat termino breviori, cum pragmatica loqua-
tur cum præſuppoſito refutationis factæ ſine aſſenſu,
regulariter non requiſito in hoc actu, utpote redo-
lentis præventivam ſucceſſionem potius, quam aliena-
tionem; Atque hinc ſequebatur, quod cauſa con-
ſiſteret potius in facto, quàm in jure, an ſcilicet
iſtud implementum in termino ſequutum eſſet, nec-
ne, prout ferè omnes forenſes quæſtiones hodiè hanc
naturam habere videntur.

Advertebam quoque motivari poſſe ex parte Mar-
chionis, de quæſtione, de qua ſupra *diſc.* 13. & latiùs
in deciſione Siciliæ, ſuper eo edita, an ſcilicet præ- 9
moriente refutatario, feuda revertantur ad refutan-
tem, tanquam, ex ceſſante cauſa, vel potius intret
in eis jus ſucceſſorium; Verùm dicebam, quod in
hoc motivo tutum fundamentum conſtitui non poſſet,
cum difficultas cadat, quando feudum alias deferretur
alteri, cui reſiſteret æquitas, ſeu veriſimilis utriuſque
voluntas, juxta ponderationes, de quibus *ſub tit.*
de renunciat. diſc. 5. *&* 6. ſecus autem, dum ex refuta-
tario fuit ſuperſtes filius maſculus, unde propterea
verſari videbamur in caſu magis claro, quam illo, de
quo *d. diſc.* 13. ubi agitur de ſuperexiſtentia filiæ fœ-
minæ in excluſionem maſculorum, ideoque aliqua
æquitatis reſiſtentia dignoſci videbatur.

Præſuppoſita verò validitate refutationis, adeout

remaneret ſubjectum habile, in quo teſtamentum veri-
ficari poſſet; Quatenus pertinet ad alium punctum
ſuper ejuſdem teſtamenti validate; Cum de iſta con-
troverſia ubi ad judicium deducenda eſſet, agi debe-
10 ret in illius Neapolitani Regni tribunalibus; Hinc
proinde in diſcurſu deſuper edito, dicebam, proce-
dendum fore cum ibi receptis opinionibus, hiſque at-
tentis, probabilius eſſe videbatur, quod ſola quali-
tas feudatarii, & Baronis, non tolleret patriam poteſta-
tem, neque habilitaret filium familias ad teſtandum,
juxta *deciſ. 4. de Franch.* quam alii ſequuntur, & præ-
ſertim *Conſtant. in l. 1. & 2. C. de fil. official. lib. 12.*
num. 50. ubi rejicit Affl. deciſ. 183. *Larat. theatr.*
feud. par. 9. dilucidat 1. n. 8. & 9. Econverſo autem
inſinuabam, an adaptabilis eſſet limitatio, de qua oc-
caſione actum inter vivos, habetur apud *Navarr.*
deciſ. 244. qua eſt ultima. De Marin. reſol. 233. *lib. 2.*
num. 16. & ad Reverter. deciſ. 354. & refert *Modern.*
de Luca in add. ad Franc. d. deciſ. 4. ut ſcilicet id ceſ-
ſet in feudatario titulato, quaſi quod dignitas regalia
Principis, Ducis, Marchionis, vel Comitis eximat à
patria poteſtate, dum iſte teſtator Marchio Piſcariæ,
aliaſque habebat conſimiles dignitates, ita hæc in
forma diſcurſiva inſinuando, ad oſtendendum, quod
caſus eſſet dubius, ideoque dignus eſſet honeſta con-
cordia, ad quam parandam, iſte labor adhibeatur.

Poſt editum vero hunc diſcurſum, magis ad u-
trumque punctum ex integro reflectendo, atque ſeclu-
ſis præfatis localibus auctoritatibus; Quatenus per-
tinet ad primum, de quo agitur *in d. deciſ. 4. Franch.*
an ſcilicet ſimplex feudatarius in genere, qualis qua-
lis ille ſit à patria poteſtate eximatur, teſtandique fa-
cultatem acquirat; Dicendum videtur, quod rectè
procedat concluſio in præfata deciſione firmata, quoad
facultatem teſtandi ſimpliciter de bonis paganicis,
aliiſque juribus indifferentibus, quoniam verius eſt,
quod feudum, ubi etiam veram militiam importet,
hunc effectum non operetur, dum *in §. filius familias*
inſtit. quibus mod. jus patr. pot. ſolut. literaliter diſpo-
nitur, quod militia, quinimò dignitas Conſulatis
patriam poteſtatem non ſolvit, iſto privilegio digni-
tati patritiatus ſolùm ut attributa.

Et quamvis jus magis novum *in l. fin. C. de Decu-*
rion. l. 10. & in §. 1. & §. generali Auth. de Sanctiſſimis
Epiſcopis, hoc privilegium patritiatus dignitati attri-
butum, extendat ad alia undecim munera, ſeu officia,
11 vel dignitates enumeratas per *modernũ Boſſium, de patr.*
poteſt. c. 1. num. 25. & 26. qui alios de more cumulat,
& inter quas Epiſcopalis recenſetur; Nihilominùs in
eis non includitur iſta militia, qualis qualis illa ſit,
quamvis primi ordinis, nimiumque qualificata.

Atque habemus in Clericis, qui non ſolùm in mi-
noribus, ſed etiam in ſacris dicuntur milites Chriſti,
atque militaribus privilegiis potiuntur, & tamen ſo-
12 luti non ſunt à patria poteſtate, ex deductis *ſub tit. de*
teſtam. diſc. 34. Et licet ibidem firmetur tanquam pro-
babilior opinio, quæ illis defert facultatem teſtandi
etiam de adventitiis; Attamen id provenit ex quibuſ-
dam peculiaribus rationibus ibi recenſitis, quæ non
adaptantur militibus ſæcularibus, præterquam in bonis
Caſtrenſibus; Ideoque ſtant bene ſimul, quod quis ſit
filius familias regulariter inteſtabilis, & tamẽ quod per
quandam ſpeciem limitationis, ſit habilitatus ad teſtan-
dum de aliquo genere bonorum, ſive in certis caſibus.

Iſta videntur ſtringere ad probandam inhabilitatem
filii familias feudatarii ad teſtandum de aliis bonis in-
differentibus, quæ cadant ſub peculio adventitio, vel
profectitio improprio, ſive ad exercendum alia jura,
quæ filiis familias interdicta ſunt, ob impedimentum
patriæ poteſtatis, ut præſertim ad rem, in præſenti caſu
13 eſt facultas deputandi filio impuberi tutorem, quo-
niam ſi patria poteſtas generaliter durat, exindè re-
ſultat, quod nepos naſci dicitur ſub poteſtate avi, non
autem patris, & per conſequens intrat certum juris
principium, quod exiſtenti in poteſtate patris, vel avi
non datur tutor, ac propterea duplex conſideratur
defectus, Unus ſcilicet ex parte deputantis; & alter ex
parte illius cui fit deputatio.

Difficultas verò adhuc ſubeſt reſpectu feudi, atque
in iis, quæ ipſam feudalem hæreditatem concernunt,
quia nempe compatibiliter cum feudo recto, & pro-
prio, ſit verificabilis teſtandi, vel alias diſponendi 14
facultas; Vel ſcilicet etiam in feudo antiquo pacti, &
providentiæ, deputandi balium ſucceſſori pupillo, a-
liaque diſponendi pro recta feudi adminiſtratione,
donec ætas pupillaris duret; Vel gravandi ſucceſſorem
intra limites valoris feudi, juxta illam facultatem,
quæ etiam in feudis antiquis in forma pacti, & provi-
dentiæ, conceditur feudatariis Regni Neapolitani, ob
admixtam qualitatem hæreditariam; ſive ob pluries
enunciatam facultatem, quæ conceditur primo ac-
quirenti, titulo oneroſo gravandi etiam in valore cum
ſimilibus caſibus, in quibus hæc facultas teſtandi, ſeu
alias diſponendi ſit exercibilis.

In his etenim, vel ſimilibus, probabilius adhæren-
dum videtur, potius ſenſibus *Afflicti deciſ.* 183. quam
Franch. d. deciſ. 4. Cum præſuppoſito tamen, quod 15
agatur de illis feudis veris, & propriis, quæ conce-
dantur a domino directo, habente jura Principatus,
& regalia majora, illud præſertim indicendi publi-
cum bellum, & formandi exercitum, adeout verifice-
tur in feudatariis, quod ſint milites primi ordinis, Du-
cem habentes ipſum Dominum, & Principem, juxta
ponderationes, de quibus ſupra *in annot. ad diſc. 1. &*
2. 53. & 54. & alibi pluries, dum in illis infeudanti-
bus, qui hoc jus exercitus, publicæ militiæ, hodiè non
habent, non verificatur vera qualitas militaris, neque
verum, & proprium feudum, ut locis citatis advertitur.

Poſita etenim iſta vera militia magis qualificata, &
primi ordinis, nulla ſubeſſe videtur ratio, cur feudo
magis, quam aliis bonis indifferentibus occaſione
militiæ quæſitis, congruere non debeat terminus pe-
culii caſtrenſis, dum ipſum feudum importat veram
militiam, etiam majorem, magiſque qualificatam per
argumentum à majoritate rationis.

Idque clarè comprobatum videtur ex communi, &
& recepto ſenſu feudiſtarum, de quo ſuprà *diſc.* 25.
cum ſeqq. & alibi pluries, ut ſcilicet feudatarius duplex
habeat patrimonium, ſeu duplicem diverſum hære- 16
dem univerſalem, unum ſcilicet paganicum, & alte-
rum militarem, etiam diverſæ naturæ, quia unus ſit
teſtamentarius, & alter legitimus, ſive ab Inteſtato,
quod juris principiis repugnat, neque alia ratione ſo-
ſtinetur, niſi ob privilegium militare, quodque feudum
ſit patrimonium militare, vel caſtrenſe, contradiſtinc-
tum à patrimonio paganico, ergo manifeſtum eſſe
videtur, quod in eo fortius intrent termini peculii
caſtrenſis.

In idem quoque rectè confert diſpoſitio *tex. in l.*
cum multa C. de bon. qua liber. cum concordatibus, de
quibus *tit. de ſervitut. diſc.* 60. quod ſcilicet ea, quæ
immediate obveniunt à ſupremo Principe, non ſubja- 17
cent nexibus patriæ poteſtatis; Et hic eſt caſus in feu-
dis veris, & propriis, quorum dominus ſit Princeps
ſupremus, habens jus belli publici, ut ſuprà, dum feu-
dum verum obtineri dicitur in capite à Rege, vel à
Principe; Alia vero feuda, quæ obtinentur à Baronibus,
aliiſque ſubditis, dicuntur ſubfeuda, ſeu feuda plana, &
de tabula, aut alias impropria, allodii potius ſpeciem
habentia, juxta diſtinctiones de quibus ſupra *diſc.* 7.

Et quamvis apud *Franc. d. deciſ. 4. num. 8. & 9.* 18
id admittatur, quando agatur de illo feudo, quod ipſi
filio per Principem ratione militiæ, & in remunera-
tionem ſervitii militaris conceſſum ſit, ſecus autem ubi
de feudo antiquo, vel novo, quod per Patrem illi refuta-
tum fuerit, quaſi quod iſtud habeat ſpeciem peculii pro-
fectitii; Attamen (pace viri doctiſſimi, & apud me ſum-
mæ venerationis) iſtud videtur æquivocum clarum tãto
viro

Digitized by Google

viro incongruum (undè propterea in omnibus experimur imperfectiones humanæ imbecillitatis) quoniam feudum verum, & proprium eſt beneficium, quod directè, & immediatè obtineri dicitur à Principe tanquam ſpecies officii, vel magiſtratus abſque alterius dependentia, quamvis non ex meritis propriis conceſſionarii, ſed ex illis ejus patris, vel alterius conceſſio ſequatur; Quinimò etiam ex cauſa vere oneroſa, cum pecunia patris, vel alterius, dum id operari poterit, ut feudatarius ſit debitor pretii, in quo gravari poſſit, illud que ubi proveniat à parte, ſpeciem habeat peculii profectitii, ſed non per hoc ipſum corpus feudi dici poſſit profectitium, quoniam iſtud ſemper dicitur obtineri immediatè, & in capite à Principe; Eo modo quo proviſus per Papam de aliquo beneficio, ex reſignatione ad ejus favorem, per alterum facta, vel alias intuitu meritorum alterius, ipſe dicitur beneficiatus, qui directè, & immediatè jus meritur à Papa.

Et conferunt, quæ pluries habentur *tit. ſeq. de regalibus*, ad materiam officiorum, & locorum montium, quod ille in cujus faciem eſt deſcriptum officium, ſeu aliud jus regale, dicitur verus officialis, vel creditor Principis, quamvis cum alterius pecunia officium, vel jus quæſitum ſit; Magiſque ad rem conferunt ea, quæ habentur ſupra *diſc.* 24 ſuper concluſione, quod in feudis non datur ſimulatio, neque locum habet regula *plus valere, quod agitur, &c.* Ergo proprium eſt dicere, quo feudum dici valeat profectitium, quodque eatenus habeat naturam peculii caſtrenſis, quatenus concedatur ratione propriæ militiæ, dum iſto caſu non requiritur qualitas feudalis, quoniam quidquid iſta occaſione acquiritur de bonis indifferentibus, iſtam habet ſpeciem, pro qua, neque opus eſt, ut bona obveniant à Principe ſupremo, dum ſufficit, ut illa ex iſta occaſione, quovis modo quærantur, Et per conſequens privilegium, quod conceditur bonis à Principe obvenientibus, eſt quid diverſum ab altero bonorum caſtrenſium, adeout ſi conceſſio ex alia cauſa, quam illa belli, vel militiæ fiat, idem privilegium intret, ergo multò magis intrare debet in feudo, quod utramque ſpeciem habet immediatæ ſcilicet conceſſionis factæ à Principe, & cauſæ militaris, ſi non de præterito ſaltem de futuro, dum feudatarius efficitur miles, cum fidelitatis juramento militiæ, ſaltem apud perſonam ipſius Principis adſtrictus.

Neque juridica videtur differentia conſiderata in *d. deciſ. Franch.* inter feudatarium noviter creatum, & illum qui jure ſucceſſorio per mortem, vel per teſtationem à patre, vel alio majore, obtinet, quo-
19 niam, ut advertitur *ſub. tit. de credito diſc.* 13. 27. & 151. occaſione agendi de articulo, an in feudis intret ſeparatio bonorum, & an creditores hæredis cum aſſenſu vincant creditores defuncti ſine aſſenſu, novus feudi ſucceſſor, illud obtinere dicitur, directè, & immediate à Rege, vel ab alio Principe domino directo, per occultam extinctionem juris feudatarii morientis, vel refutantis, novæque formationis juris in ſucceſſore, ſeu feudatario, eodem modo, quo in prædicta ſede regalium habetur de officiis, & locis montium, quæ ex alterius reſignatione obtineantur, & ad inſtar proviſionis beneficii Eccleſiaſtici ex cauſa reſignationis, ut ſupra, dum renovatio explicita, vel implicita, quæ conceditur novo ſucceſſori, habet ſpeciem novæ inveſtituræ.

Ad rem quoque nimium conferre videtur pondera-
20 tio deſumpta ex hiſtoria juris civilis, de qua in his terminis feudalibus ſupra *diſc.* 2. & 36. & *in aliis*, & *tit. ſeq. de regal. diſc.* 2. & *tit. de ſervit diſc.* 1. & *alibi*, quod ſcilicet quando prodiit uſus feudorum, atque prodierunt leges, vel conſuetudines feudales, vel ignotum, vel non receptum, erat jus civile Romanorum; Et per conſequens, improprium eſt, regulare materiam feudalem cum præfati juris civilis terminis, ac diſpoſitione, præterquam in ſubſidium juris proprii, quinimo etiam juris canonici, quod potius eſt attendendum; Neque incongruunt pui diſtationes, de quibus *d. diſc.* 34. *de teſtam.* occaſione facultatis teſtandi in filiu familias Clerico.

Ideoque concludendum videtur, quod feudum ſimplex quia dignitatem annexam non habeat ſit autem verum, & proprium immediate ſcilicet à Rege, vel à ſupremo Principe, non liberat perſonam à patria poteſtate, quoad alia bona & jura indifferentia independenter à feudo, ſed in iis, quæ concernunt feudum, vel perſonam feudatarii, habendus veniat tanquam pater familias.

Hactenus de feudatariis ſimplicibus, non titulatis, juxta primam inſpectionem, ut ſupra diſtinctam; 21
Quatenus vero pertinet ad aliam ſpeciem feudatariorum, & dignitatis; cum juri communi Romanorum ignotus eſſet feudorum, & feudatariorum uſus; Hinc proinde non bene ſuper propoſitione, ſeu limitatione de qua ſupra *num.* 10. *Maſtrill. de magiſtrat. lib.* 4. *c.* 13. *num.* 218. qui adduci ſolet per alios modernos *eod. num.* 10. allegatos, tanquam anteſignanos, ad id allegat *tex. in §. filius familiat inſtit. quib. mod. jus patr. pot. ſolvit.* dum neque in dicto textu inſtitutionum, neque in aliis amplioribus, de quibus ſupra, agitur de hujuſmodi feudatariis titulatis, tunc 22
ignotis, ſed de aliis officiis, & dignitatibus; Neque *l. ſ.* per eundem *Maſtrill.* allegatus, ad hanc ſpeciem deſcendere videtur, cum ſolùm *num.* 18. agit de dignitate Epiſcopali, de qua jus civile expreſſe diſponit, ac propterea liquet, quod traditio *Novar. & Marin.* ſunt in fide patentum pro conſueto collectorio, ſeu pragmatico more, ex mala fundata origine, deſtituta ratione, & auctoritate, ut in multis experimur, quod ſcilicet uno aliquid aſſerente, alii ſequuntur, atque uno alterum tranſcribente ſit magnus cumulus teſtium de auditu ab uno, qui non dicit verum, vel eſt malè informatus, nullamque ſui dicti rationem aſſignat, vel falſam, iſtaque eſt quotidiana miſeria hujus facultatis cum quadam inepiia, qua nulla major.

Examinando autem articulum per rationes & principia, ut decet, quando caſus legis non habetur, magnum, nimiumque ſolemne videtur æquivocum, firmare hanc propoſitionem, ita generaliter, & in abſtracto, quod ſcilicet feudatarii regales, & dignitatis 23
eximuntur à patria poteſtate, idque ita firmatum applicare noſtrorum temporum Baronibus, & Domicellis, habentibus titulum, Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum; ſiquidem, ut advertitur pluries *in hoc tit.* ac etiam *tit. de præeminent. diſc.* 26. & 35. & *tit. de penſion. diſc.* 48. variæ hodiè ſunt ſpecies titulatorum inter ſe nimium diverſæ, Ideoque prorſus erroneum eſt cum hac generalitate procedere.

Veri etenim feudatarii regales, ac dignitatis ſunt illi Principes, Marchiones, & Comites, qui exceptis alto dominio, & majori ſuperioritate, aliiſque in inveſtitura reſervatis; obtinent feudum pleno imperio, & cum regalibus, adeout feudum redoleat ſupremum principatum, ut ſunt (ex. gr.) Duces Mediolani, Parmæ, & Placentiæ, Mutinæ, & Rhegii, Mantuæ, Senarum, & ſimiles; Et in iſtis rectè procedit aſſumptum, quoniam ſunt Principes ſoluti legibus civilibus à quibus jus patriæ poteſtatis derivat, eiſque derogare poſſunt, cum eatenus vim legis habent, quatenus eis placeat, ut in ſuo principatu ſerventur, & per conſequens illarum ſubjectionem non patiuntur.

Prout etiam ad effectum de quo agitur, ſunt illi feudatarii imperiales minoris ſphetæ, quorum plures habemus, præſertim in Lombardia, aliiſque partibus ſuperioribus Italiæ prope montes, cum eadem dignitate, ſeu titulo, Principum, Ducum, Marchionum, quoniam licet reputentur inferioris ordinis de facto, ratione minoris potentiæ, exigui territorii, unde propterea non habent de facto exercitium

Digitized by

juris regalis, indicendi bellum publicum, atque formandi exercitum, neque veniunt ſub nomine illorum Principum, qui quandam ſpeciem, vel figuram Regni habere videntur, juxta ponderationes, de quibus *ſub tit. de jure patron. diſc.* 2. Attamen in reliquis habent alia regalia, nempè fiſcum, & confiſcationes bona vacantia, cuſionem monetarum, creationem Doctorum, & Notariorum, jus privativum, vel prohibendi, ac alterum jus habendi arces munitas nec non facultatem condendi leges, cum propriis ſubditis, eiſque derogandi, vel diſpenſandi, & per conſequens eadem intrare videtur ratio.

Solumque ratio dubitandi cadere videtur in caſu, de quo agitur *ſub tit. de alienat. & contract. prohibit. diſc.* 37. quod ſcilicet habentes hujuſmodi feuda minoris potentiæ, ſed cum regalibus, & cum vera dignitate, ut ſuprà, vivant in alieno principatu, in quo Baronum, & Domicellorum ſubditorum figuram faciant, juxta alium caſum, de quo *ſub tit. de juriſdict. diſc.* 90. cum ſimilibus, an ſcilicet, quatenus hic titulatus adhuc haberet patrem, dicendus ſit; nec ne ſubjectus patriæ poteſtati, ea deductis in ſpecie *d. diſc. 47. de alienat. & contract. prohibit.* ubi videndum.

Alter è converſo eſt caſus oppoſitus, quod ſcilicet agatur de titularis, ſine feudo nobili habitato, cum juriſdictione, & imperio in vaſſallos, ſed ea ſolo privilegio alicujus Principis, juxta caſum, de quo *ſub tit. de penſion. diſc.* 48. Et tunc, cum iſta dicatur dignitas omnino impropria, & abuſiva, in ſola nuncupatione, pro aliquibus effectibus honorificis, planum, atque certum videtur, ut hæc ſpecies dignitatis præfatum effectum non producat, cum nulla ſuppetat ratio, quæ id ſuadeat.

Tertius caſus eſt illorum Marchionum, & Comitum quorum adeo frequentem uſum habent, Lombardia, aliæque ſuperiores Italiæ partes verſùs montes, quod ſcilicet juxta conſuetudinem enunciatam ſupra *diſc.* 8. & alibi pluries agatur de exiguis feudis dividuis ad formam juris Longobardorum, quibus annexa ſit dignitas Comitis, vel Marchionis in hac forma dividua, adeout [illegible] nuncupentur Comites, vel Marchiones, quo[illegible] ſint agnati, & deſcendentes à primo ſtipite, quamvis aliquam modicam habeant participationem fructuum, & emolumentorum, ac etiam juriſdictionis, juxta illam magnam diviſionem dari ſolitam, quæ (ex. gr.) recenſentur *in Jannuen. Feudi Arquati diſc.* 114. *cum ſimilibus*: Quinimò quod etiam ſine hac participatione, quæ ſit penes patrem, eo adhac vivente, eandem nuncupationem, ſeu titulum aſſumant filii, adeout detur caſus, quod major ſit numerus Marchionum, vel Comitum, quam ille vaſſallorum; Et tunc, licet iſta dignitas dici non poſſit omnino ficta, & idealis ea ſolo privilegio ſuper feudo alieno, vel ideali, quod nuncupatur *dell. Avena*, adhuc tamen videtur dignitas impropria, & abuſiva, cum de facto iſti facere potius videantur figuram privatorum nobilium, & per conſequens, ut iſta exemptione non potiantur.

Quarta demum eſt ſpecies adaptabilis ad caſum præſentis controverſiæ, quod ſcilicet agatur de Principibus, Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, qui in forma individua juris Francorum, atque ad ſimilitudinem feudatariorum regalium, & veræ dignitatis, poſſideant Civitates, Oppida, & Caſtra habitata, cum vaſſallis, ac mere, & mixto imperio, ſed ſint ſubditi, cum omnimoda ſubordinatione Principi infeudanti, in qualitate Baroniæ ſine regalibus, quæ ſint penes ipſum Principem, aliquibus exceptis, quæ ex ejuſdem Principis privilegio explicito, vel implicitè deducto ab antiqua poſſeſſione, quodam jure ſingulari, & per viam limitationis regulæ obtineantur, ut propriè ſunt titulati regnorum utriuſque Siciliæ, ac etiam Barones, & Domicelli Urbis, & Status Eccleſiaſtici immediati, obtinentes eoſdem titulos, Et tunc de ſtricta juris cenſura, iſtis non congruunt ea, quæ de Principibus, Ducibus, Marchionibus, & Comitibus diſpoſita, ſunt, cum iſtæ dicantur dignitates potius impropriæ, & abuſivæ ex deductis præſertim in ſupraallegatis *diſcurſibus 26. & 35. de præmin.*

Verum quia (ut locis citatis advertitur) per quandam imaginem antiquarum dignitatum, quæ in eiſdem Civitatibus, & Oppidis, vel Regionibus adeſſent, hujuſmodi titulati, pluribus gaudent præeminentiis, & prærogativis, & præſertim (loquendo juxta mores prædictorum Regnorum) conſtituunt corpus nobile Regni, ſeu Principatus, una cum Principe, qui eſt caput, ideoque tanquam membra ſedent ad ejus latus, atque cum eo interveniunt in publicis parlamentis, in quibus de gravioribus Regni, vel Principatus negotiis agatur, ita (ut dictum eſt) unum & idem corpus efformantes, tanquam per ſpeciem Senatus; Hinc proinde probabilius videtur, quod eis adaptetur, & congruat terminus illius patritiæ dignitatis de qua loquitur *textus in* 24
d. §. filius familias inſtit. quib. mod. jus patr. poteſt. ſolvit. Quoniam, ut communiter advertunt ibidem Doctores, iſta dignitas patritiatus non eſt illa, quam (non ſine aliqua triſionis occaſione) ſibi aſſumunt etiam parvarum Civitatum, & Oppidorum nobiles nimium privatæ fortunæ, & illius ſimplicis nobilitatis, quæ illos diſtinguat à plebeis; juxta diſtinctiones, de quibus *d. diſc. 35. de præminen.* derivato iſto vocabulo à deſcendentibus illorum centum Patrum, quos Romulus elegit, ſed verè, & propriè denotat majorem dignitatem Senatoriam eorum, qui Principi aſſiſtunt, atque aliquam cum eo habent participationem, in Reipublicæ, ſeu Principatus regimine; Et ex qua ratione in his terminis Doctores concorditer inferunt ad dignitatem Cardinalitiam, ut operetur eundem effectum, quem operatur Epiſcopatus circa exemptionem à patria poteſtate.

Applicando itaque ad rem, quando iſta refutatio præſupponenda eſſet valida tunc videbatur, quod iſte feudatarius decoratus pene omnibus dignitatibus, Principis, Ducis Marchionis, & Comitis, cum pluribus feudis qualificatis in numero copioſo, habendus eſſet pro patre familias; Potiſſimè, & clarius dum aliquæ ſpecies iſtarum dignitatum, ut ſunt Marchionatus Vaſti, & Piſcariæ, erant magis qualificatæ, ob aliam 25
majorem dignitatem primatus Hiſpaniarum, ob quam ad inſtar Cardinalium cum Papa, ſedetur ad latera ipſius Regis; Et quo magis iſtæ dignitates vivente patre per filium obtentæ ſunt ex ejuſdem patris refutatione, eo magis, quædam implicita emancipatio ineſſe videtur ad inſtar eorum, quæ habentur *tit. de credito diſc.* 86. de patre conſenſum præſtante, ut filius Decurionatum, ſeu aliud munus publicum aſſumat.

Motivabatur etiam de nullitate teſtamenti, conditi cum Notario, & tribus teſtibus; Verum id nil relevare videbatur; tum ob validitatem juxta illas leges ea deductis *tit. de teſtam diſc.* 11. tùm etiam quia in om- 26
nem eventum idem poſthumus eſſet ſucceſſor inteſtatus, ideoque tota cauſa reſtringebatur ad invaliditatem reſutationis.

ROMANA CONCURSUS CREDITORUM.

Pro Creditoribus cum aſſenſus, cum Creditoribus ſine aſſenſu.

Caſus pendet in Congregatione Baronum.

An prohibitio alienandi, vel obligandi Caſtra, aliaque bona juriſdictionalia, quæ reſultat ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, capiat tenutas & prædia, quæ per Baronem, vel Domicellum ex titulis particularibus quæſita ſint, & poſſideantur intra fines ejuſdem Caſtri, ſeu loci juriſdictionalis.

SUMMARIUM.

1 *De creditoribus cum aſſenſu, preferendi anterioribus*

bus ſine aſſenſu in locis juriſdictionalibus, & prohibitis.

2 *An id procedat in feudis, & locis privatis, exiſtentibus intra Caſtrum.*

3 *In idem de Conſtitutionibus de non infeudando.*

4 *De incorporationibus novarum acquiſitionum, vel additionum.*

5 *De majori pretio bonorum juriſdictionalium.*

6 *De eodem puncto, de quo num. 2. & quomodo in ejus deciſione ſit procedendum.*

7 *De eodem, & de diſtinctione plurium caſuum, & bonorum.*

8 *Diſtinctiones continent præſumptionem juris contrariam perfecte eludibilem.*

9 *De applicatione diſtinctionum ad caſum controverſia.*

10 *Quando voluntas incorporandi attendatur, nec ne.*

11 *De ejuſdem voluntatis incorporandi argumentis.*

12 *De compatibili concurſu plurium perſonarum, vel ſtatuum incompatibilium.*

13 *De conceſſionibus privatis, quæ per Barones fieri poſſunt circa contraventionem Conſtitutionum.*

DISC. CXVII.

1 DECISO per Congregationem Baronum puncto, diſputato in concurſu creditorum Principis Ludoviſii, ſuper pretio Status Zagarolæ, ut ſcilicet creditores poſteriores cum aſſenſu, præferri debeant creditoribus anterioribus ſine aſſenſu, ex ea ratione, de qua etiam ſuprà *diſc.* 78. *& alibi*, quod ſcilicet in bonis non exiſtentibus in libero commercio, atque obligari prohibitis ſine licentia, vel aſſenſu Principis, vel alterius, creditores qui aſſenſu careant, comparative ad eos, qui illum habeant, habendi ſint tanquam Chirographarii concurrentes cum hypothecariis, ex deductis in iſto caſu præciſo *ſub tit. de credit. diſc.* 13. *&* 151.

Ex parte creditorum anteriorum in tempore ſine aſſenſu, excitatum fuit motivum, ut ſcilicet dictum aſſumptum rectè procedat in ipſis Caſtris, & bonis juriſdictionalibus, in univerſum, eorumque pretio pro rata, non autem in rata illius pretii, quod proveniat ratione tenutarum, villarum, palatiorum, vinearum, aliorumque prædiorum tam ruſticorum, quam urbanorum, quæ ab eodem Barone, ſeu Domicello debitore, ad inſtar cujuſlibet privati civis, vel in-
2 colæ intra fines ejuſdem ſtatus poſſidcrentur jure privato, utpote quæſita ex privatis titulis emptionis vel aliorum contractuum, ſive ex induſtria conſtructis ex recepta propoſitione de qua ſuprà *diſc.* 5. *&* 3. 47. & 56. *& in aliis pluries*, quod ſcilicet ex reduplicatione plurium perſonarum formalium, quæ datur in eadem perſona materiali pro diverſitate reſpectuum, iſta bona conſiderentur, tanquam privata, & indifferentia, contradiſtincta ab ipſo corpore caſtri, ſeu loci juriſdictionalis.

Atque ad id probandum, ſcribentes pro hujuſmodi creditoribus ſine aſſenſu, omnia penè ad literam deſumebant ex iis, quæ habentur à me ſuperius deducta *diſc.* 61. *&* 62. illa exornando cum aliquo majori & ſuperfluo verborum & allegationum apparatu.

Ponderando etiam communem praxim ponderatam quoque *d. diſc.* 61. ad interpretationem aliarum
3 Conſtitutionum Apoſtolicarum de non infeudandis, quod ſcilicet Barones & Domicelli prohibiti alienare Caſtra & bona juriſdictionalia in toto vel in parte per quotas, paſſim alienant titulo venditionis, vel dationis in ſolutum, ſive ex altero emphyteuſis, vel perpetuæ locationis, ac etiam donationis, concedunt petias terræ, & vineas, aliaque prædia & bona, dum alias eſſet eis penitus interdicere commercium.

Econverſo autem aliqui ſcribentes pro hac parte inſiſtebant in eo, quod plerique doctores, agendo de incorporatione Civitatum, & Provinciarum de novo conquiſitarum alicui Regno vel Coronæ, exemplificare ſolent in aquis dulcibus provenientibus ex privatis fontibus vel rivulis quod intrantes in mare, efficiuntur maritimæ vel ſalitæ, ipſiuſque maris naturam & qualitatem aſſumunt, juxta diſputationes habitas in caſu, de quo ſuprà *diſc.* 2. Atque occaſione comprehenſionis ſub legibus, agitur etiam ſuprà *diſc.* 83. & alia occaſione viarum, intrantium in plateam, agitur *ſub tit. de regal. diſc.* 135. Adhibendo quoque conſuetum noſtrorum dictum, quod juriſdictio ſit quid univerſale, tanquam nebula ſupra paludem, ideóque eo ipſo quod Baro vel Domicellus, bona privata acquirit; illa cadant ſub dicta nebula, & efficiuntur juriſdictionalia.

Item in præmiſſorum comprobationem in congreſſibus deſuper habitis arguebam ego ab obſervantia circa pretium ſeu valorem, quoniam ſi Baro vel Domicellus emit tenutas, aliaque prædia privata ad rationem (ex. gr.) quatuor pro centenario, penes ipſum evadunt bona juriſdictionalia, undè propterea in æſtimatione ipſius Caſtri, ſeu loci juriſdictionalis, ita æſtimantur ad rationem duorum circiter ob pluries inſinuatam prærogativam bonorum juriſdictionalium hujus principatus, præſertim *diſc.* 19. *&* 24. quod ſcilicet bona juriſdictionalia æſtimantur in medietate pluri, quàm privata indifferentia. 5

Quamvis autem ego ſcribens pro hac parte creditorum poſteriorum, habentium aſſenſum, more Advocati ad cauſæ opportunitatem prædictis inhærerem, aliaque pro conſueto Advocatorum acumine deducerem; In congreſſibus tamen deſuper habitis pro directione cauſæ, in quibus pro commendabili Curiæ ſtylo, veritas cum omni ingenuitate inquiritur, & aperitur; Dicebam idem, quod habetur ſuprà *diſc.* 2. 6
& 3. 47. *&* 56. *& in aliis*, ſuper hoc puncto, an & quando bona exiſtentia intra fines feudi ſint feudalia, cum proportionabiliter eadem intret ratio, quod ſcilicet revera iſta non ſit quæſtio juris, ſed potius facti ex iſtius particularibus circunſtantiis decidenda, quódque propterea intret conſuetus nimiumque frequens & connaturalis pragmaticorum error procedendi cum generalitatibus, ſive in ſola litera doctrinarum & auctoritatum non reflectendo ad debitas diſtinctiones, ideoque confugiendum eſſet ad illam, quæ pro meo ſenſu eſſet ſacra anchora, pro methodica cauſarum deciſione, congruave doctrinarum & concluſionum applicatione diſtinctionis ſcilicet diverſorum caſuum, vel diverſarum ſpecierum hujuſmodi Caſtrorum & locorum juriſdictionalium.

Ubi etenim agitur de prima magis communi, & frequenti ſpecie illorum caſtrorum ſeu locorum, in quibus Baro vel Domicellus habeat ſolum illud dominium publicum ſeu territoriale in toto territorio, quod conſideratur tanquam jure terrendi, abſque tamen privato & utilitario dominio ipſius territorii materialis, quod pleno jure ſit privatorum & 7
tunc reſpectu bonorum & jurium, quæ ab eodem Barone vel Domicello ibi poſſideantur, intrat diſtinctio, de qua *d. diſc.* 1. *&* 3. *&* 47. in aliis inſinuata inter illa bona & jura, quæ annexam habeant juriſdictionem ſive de ſui natura ſint juris publici & baronalis ratione alicujus regaliæ, vel ratione juriſdictionis; Et alia, quæ ſint juris merè privati, atque proveniunt ab humana induſtria; ut ſcilicet in prima ſpecie conſideretur tanquam Baro, illaque bona vel jura dicantur feudalia vel juriſdictionalia, tanquam membra illius corporis vel tanquam partes totius, rectéque cadant ſub hujuſmodi prohibitionibus, dum illorum alienatio importat ipſius corporis ſciſſuram & diſmembrationem; Alia verò bona indifferentia, & juris privati etiam penes ipſum domi-

Digitized by Google

num, vel Baronem, ſuam retineant naturam, dum in eis deſideratur, tanquam privatus ea dicta reduplicatione perſonarum, quoties verſemur in dubio; ſecùs autem ubi expreſsè vel etiam præſumptivè conſtet de voluntate ipſius feudatarii vel Baronis illa incorporandi feudo vel caſtro, cum in hoc totum faciat voluntas vel deſtinatio patrisfamilias ex auctoritatibus ibi inſinuatis.

Aut verò agitur de illa ſpecie feudi vel caſtri, quod importet dominium totius territorii materialis etiam ad fructum & utilitatem, adeout privatum dominium aliorum, ſit ſolum ſubalternum per ſpeciem perpetuæ coloniæ & emphyteuſis, juxta caſum, de quo *d. diſc.* 47. & 72. & in aliis ibi inſinuatis; Et tunc aut agitur de acquiſitionibus bonorum, quæ ab eodem Barone vel Domicello malè diſtracta ſint, ac indebitè diſmembrata, iſtoque caſu, ut advertitur *d. diſc.* a. novæ acquiſitiones referendæ potius videntur recuperationi, vel reintegrationi, & per conſequens ut ad priorem cauſam redeant; Et conferunt quæ habentur *diſc.* 35. *de legitim. & detraction.* circa illa melioramenta, quæ fiant pro refectione deteriorationum, de quo etiam *diſc.* 24. *de credito*, Aut hæc neceſſitas non urget, & tunc videtur, quod iſta præſumptio non intret, quodque ob eundem compatibilem concurſum diverſarum perſonarum incompatibilium pro diverſitate reſpectuum, probabilius ſit, ut jure privato hujuſmodi acquiſitiones facere voluerit pro libertate diſponendi, & ne bona liberæ diſpoſitionis huic prohibitioni vel ſervituti ſupponat.

Verùm iſta quoque eſt ſimplex juris præſumptio, quæ cedere debet contrariæ probationi expreſſæ, vel
8 præſumptæ diverſæ voluntatis incorporandi bona cum ipſo caſtro, vel feudo, eaque faciendi ejuſdem naturæ ex deductis apud *Rovit. conſ.* 101. *lib.* 2. cum aliis, de quibus locis citatis; Quoties tamen iſta incorporandi, vel confundendi voluntas fiat re integra, & priuſquam creditoribus, vel aliis intereſſatis jus quæratur in hujuſmodi bonis, & per conſequens (ut præmiſſum eſt) quæſtio revera dicenda potius eſt facti, quam juris ex ſingulorum caſuum particularibus circunſtantiis decidenda.

Applicando autem ad rem; Cùm ſupponeretur, quod iſta caſtra eſſent juxta ſecundam ſpeciem, quæ
9 in hoc principatu frequens videtur, quod ſcilicet Baro, vel Dominus haberet dominium totius territorii materialis; Advertebam diſtinguendum eſſe inter privatas acquiſitiones, vel conſtructiones factas per Columnenſes, antiquos hujus ſtatus Duces, & dominos, qui Ludoviſio debitori, & ultimo poſſeſſori, ſeu illius auctori illum vendiderunt, & acquiſitiones factas ab eodem novo emptore & debitore vel ejus auctore.

Primo etenim caſu (etiam cum ſenſu veritatis) omnino certum dicebam, quod omnia effecta eſſent bona juriſdictionalia, conſtituentia unum, & idem corpus ejuſdem naturæ, tanquam illum manſum, de quo agitur ſuprà *diſc.* 56. ex clara voluntate, & deſtinatione prioris domini venditoris, qui profeſſus eſt vendere iſtum ſtatum tanquam unum corpus integrale, & juriſdictionale pro eodem uniformi pretio bonorum juriſdictionalium, & cum illa licentia, quæ in hujuſmodi bonis eſt neceſſaria, atque ex parte emptoris, eadem fuit voluntas emendi totum ſtatum tanquam unum corpus integrale ejuſdem naturæ, & tanquam unum manſum, juxta ponderationes, de quibus *d. diſc.* 65.

Quare difficultas reſtringi ſolùm videbatur ad præſumptionem voluntatis iſtius novi emptoris, in acquiſitionibus per eum factis, quarum reſpectu præſumptio, ut ſuprà eſſe videbatur pro non confuſione ſeu non incorporatione, ut ita diſponendi libertas ſalva remaneret.

10 Et quamvis hujus voluntatis incorporandi argumentum deſumi videretur ex eadem circunſtantia, de qua ſuprà, quod ſcilicet acquirentium ultimus ſucceſſor, qui venditionem fecit, & in cujus venditionis pretio erat concurſus, idem adamuſſim egerit, vendendo totum ſtatum, tanquam unum corpus ejuſdem naturæ, cum eadem licentia, & pro eodem uniformi pretio alterato juriſdictionalium; Attamen dici poſſe videbatur, quod iſte actus poſterior non eſſet aptus tollere hypothecam & jus quæſitum creditoribus in hujuſmodi bonis non cadentibus ſub prohibitione, dum de tali voluntate conſtare debet, antequam hypothecæ contrahantur, ſo ú nque iſte poſterior actus, deductus ab obſervantia rectè deſerui non poteſt pro interpretatione vel adminiculo eorum, quæ accederent à parte antea; Ideoque concludebam, quod iſtorum reſpectu, alia deſideranda eſſent adminicula voluntatis à parte antea; quodque propterea deciſio penderet à circunſtantiis facti.

Non leve tamen hujus voluntatis adminiculum deſumi videbatur ex eo, quod cum venditoris pater, de 11
cujus debitis agebatur juxta tempora hujuſmodi acquiſitionibus proxima, pro emptionibus duorum Statuum Plumbini, & Venuſij, hæc debita contraxiſſet, quorum pars notabilis conſiſtebat in cenſibus, in quibus neceſſarius eſt fundus fructifer, curaverat eos omnes imponere ſuper villis Urbis & Tuſculi incongruis, utpote infructiferis & incapacibus, abſtinuit tamen ſemper impoſitiones facere ſuper hujuſmodi tenutis & prædiis, agnoſcendo prohibitionem Conſtitutionum, utpote in bonis juriſdictionalibus; Ac etiam quod acquiſitiones factæ non fuerunt ab ipſo debitore, ſed à Cardinali fratre, & primo acquiſitore, qui hunc Statum, tanquam unum corpus, ſub fideicommiſſo ſucceſſivo reliquit.

Non videbatur autem ſubſiſtere dicta conſideratio, quæ fiebat ex hac parte de rivulis & fluviis, intrantibus in mare vel in lacum, quoniam eadem bona, 12
etiam de tempore, quo erant penes privatos, à quibus acquiſita fuerunt, dici poterant juriſdictionalia paſſivè, id eſt ratione ſubjectionis juriſdictioni Baronis, ac propterea nulla naturæ immutatio vel nova ſubjectio ſequuta eſt, ipſeque Baro acquirens, ita gerit duas perſonas diſtinctas, quarum una eſt Baronis, cum qua continuat eandem juriſdictionem, quam prius habebat, nihilque de novo acquirit; Altera verò eſt perſona privata pro ipſorum bonorum privato dominio ad fructum & utilitatem ſub dominio juriſdictionali & territoriali ſui ipſius tanquam perſonæ diverſæ; Ideoque ſemper firmum remanet, ut totum pendeat à voluntate, regulanda ex circunſtantiis facti.

Minùs econverſo conſiderabilis videbatur obſervantis, quod ſcilicet Barones & Domicelli, abſque licen- 13
tia Apoſtolica, & citra contraventionem Apoſtolicarum Conſtitutionum faciunt contractus de aliquibus petiis terræ, aliiſque prædiis, ex ſtentibus in territorio Caſtri, quoniam iſtæ dicuntur alienationes, vel conceſſiones cujuſdam dominii utilis, vel ſubalterni abſque præjudicio integritatis corporis, & ſine formali ſciſſura, vel diſmembratione juriſdictionis & juris dominicalis, juxta ponderationes, de quibus *d. diſc.* 61. ſed id non influit ad caſum, in quo agatur de concurſu ad ipſum corpus univerſale ejuſdem naturæ penes ipſum Baronem & Domicellum, ut in præſenti.

ROMANA PALATII.

Pro Duce Ludovico Sfortia cum Cardinali Friderico patruo.

Caſus diſputatus in Congregatione Baronum, ubi pendet.

An bulla Baronum comprehendat legata quæ per Cardinales,

Cardinales, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas facta ſint ad favorem Cardinalium, & Prælatorum familiæ pro tempore; adeout bona hujuſmodi legatis obnoxia, & poſſeſſa per Barones cadant ſub bulla.

Et incidenter an ille, qui rem ſuam allodialem & liberam ab alio recipit in feudum æſtimatum pro certo pretio, dicatur primus acquirens, ut propterea ſucceſſores ad ejus debita teneantur.

S U M M A R I U M.

1 *Facti ſeries.*

2 *An bulla Baronum comprehendat legata.*

3 *An comprehendat bona Eccleſiaſtica.*

4 *Quod comprehendat etiam diſpoſitiones Pontificum, & Cardinalium.*

5 *Complectitur etiam bona poſſeſſa per Cardinales.*

6 *De eodem de quo num. 2.*

7 *De differentia inter ſtatuta localia, & leges Principis ſupremi in ſuo Principatu.*

8 *De eodem de quo num. 3.*

9 *Quando dicatur legatum factum perſonis Eccleſiaſticis.*

10 *De materia primi acquirentis ex cauſa oneroſa, ut ſucceſſoribus præjudicare valeat, quando talis dicatur.*

DISC. XCVIII.

1 PLuribus exortis controverſiis enunciatis etiam ſuprà *diſc.* 115. inter Sfortiades S. Floræ, Cùm tam Dux Ludovicus, quàm Cardinalis Fridericus Patruus pro aliquibus creditis contra Ducem Marium patrem & fratrem reſpectivè competentibus mandata executiva obtinuiſſent, contra ejus hæreditatem, jacentem in forma conſueta eaque præſentaſſent in Congregatione Baronum, uno alterum reſpectivè moleſtante in bonis, quæ poſſidebant; Cardinali petente vendi Caſtrum, ſeu Oppidum Onani poſſeſſum per Ducem; Iſte econverſo petebat vendi palatium, quod prius erat Cardinalis Valentini nepotis Calixti III. à quo poſtmodum aſſumpto ad Pontificatum ſub nomine Alexandri Sixti, dono datum fuit alteri Cardinali Sfortiæ, qui illud in ejus domo ſub fideicommiſſo reliquit. ſub lege tamen, quod exiſtentibus in hac familia Cardinalibus, pro eorum habitatione deſervire deberet; Undè propterea orta eſt quæſtio, an iſtud palatium, quod non dubitabatur fuiſſe poſſeſſum per Ducem Marium debitorem, qui erat Baro, caderet ſub diſpoſitione bullæ in præjudicium tam Cardinalis viventis quàm aliorum pro tempore; Atque diſputatione deſuper habita, ex prudentialibus motivis dilata fuit reſolutio, quæ pendet.

In hac igitur diſputatione plura deducebantur per defenſores Cardinalis; Primò nempè quod iſtud eſſet legatum favore Cardinalium, & per conſequens non
2 caderet ſub bulla, loquente de fideicommiſſis, procedendo cum generalitatibus, quas habemus in ſtatutis, & legibus exorbitantibus, ut earum extenſio de caſu ad caſum danda non ſit, ſed attendi debeant in caſu præciſo, ex iis, quæ habentur præſertim *ſub tit. de ſucceſſion.* ubi eſt ſedes ſtatutorum *diſc.* 15. *& in aliis.*

Et ſecundò ponderabant ea, quæ habentur ſuprà *diſc.* 93 ſuper puncto, quod hæc bulla non capiat bo-
3 na de dominio Eccleſiarum, quaſi quod ſit caſus mixtus ſub ea non comprehenſus.

His tamen non obſtantibus (etiam cum ſenſu veritatis) contrarium reſponderi debere dicebam, quoniam bulla *in* §. 10. loquitur etiam de diſpoſitionibus
4 factis per Summos Pontifices, multò magis per Cardinales, talemque dicebam eſſe praxim inconcuſſam in pleriſque fideicommiſſis, & præſertim in illo, quod ordinatum fuit per Cardinalem Cæſium, de quo ſuprà *diſc.* 89. & alterum ordinatum per Prælatum de quo *diſc.* 25. Et quod magis eſt, in altero, de quo *deciſ.* 228. *par.* 10. *recent.* enunciato etiam ſuprà *diſc.* 96. ordinato per ſummum Pontificem Leonem Decimum, in bonis ei relictis per Cardinalem & per conſequens Eccleſiaſtica qualitas teſtatoris ceſſare non facit diſpoſitionem bullæ.

Minuſque eam ceſſare facit Cardinalitia, vel alia Eccleſiaſtica qualitas poſſeſſoris bonorum, dum in eadem bulla §. 5. literaliter fit mentio etiam de Cardina- 5
libus & per conſequens ubi lex eſt literalis ceſſant quæſtiones & argumenta ad ſæpius enunciatam vulgarem regulam *tex. in l. ille aut ille ff. de legat.* 3.

Quatenus verò pertinet ad objecta; Nullius momenti videbatur primum, quod ſcilicet non ageretur de fideicommiſſo, ſed de legato, de quo bulla non loqui- 6
tur, quoniam quia juxta expreſſam diſpoſitionem *text. in l.* 1. *C. commun. de legat.* legata & fideicommiſſa in omnibus exæquata ſunt, eaque pro ſinonymis habentur, ubi de ſecundis & obliquis diſpoſitionibus agatur eadem conſtituta differentia inter univerſalia & particularia; Et per conſequens eo ipſo quod bulla loquitur de fideicommiſſis abſque dubio de hoc legato, habente tractum perpetuum & ſucceſſivum quoque loquuta eſt, cum aliud in effectu non ſonet, niſi fideicommiſſum particulare.

Clarius verò, ac ad evidentiam, quoniam dum bulla loquitur de caſibus fortioribus, nempè de inveſtituris, conceſſionibus, donationibus, & pactis dubitandum non videtur, quin comprehendere non voluerit caſum minus dubitabilem legatorum, ob rationis identitatem; Ac etiam omni penitus dubitandi ratione ceſſante, ob aliud magis amplum verbum cujuſcumque diſpoſitionis, tam inter vivos quàm per ultimam voluntatem, dum ſub genere ultimarum voluntatum, dubitandum non eſt venire legata.

Advertebam quoque æquivocum videri adhibere
ſtrictos & rigoroſos terminos ſtatutorum, quoniam ut 7
advertitur pluries *d. tit. de ſucceſſion.* ac etiam *ſub tit. de legitim. diſc.* 10. *& alibi.* erroneum eſt, legibus latis per Principem ſupremum in ejus Principatu applicare terminos ſtatutorum & legum municipalium, quibus congruat ſtricta & rigoroſa intelligentia, quoniam id procedit per Civitates ſubditas, non habentes facultatem derogandi juri communi, leges etenim emanatæ à proprio Principe in ſuo principatu, dicuntur communes, non autem municipales, ſuntque majoris roboris & efficaciæ, quam ſit ipſum jus commune.

Quo verò ad alterum objectum, quod ageretur de 8
diſpoſitione Eccleſiaſtica; Dicebam extraneos eſſe terminos quæſtionis diſputatæ *d. diſc.* 93. quoniam ibi agitur de præſervando præjudicium Eccleſiæ dominæ directæ à debitis contractis per ejus feudatarium vel emphyteutam; undè ipſa venit omnindò independenter à primo acquirente, qui quandam ſpeciem fideicommiſſi in ejus deſcendentia ordinavit, adeout in hæreditate fideicommittentis, à quo omnes ſucceſſores & vocati jus metiuntur, adeſſe ſolum dicatur dominium utile vel ſubalternum, quod cadat ſub bulla ex ibi ponderatis; Id autem nil commune habet cum præſenti caſu, in quo Cardinales & Prælati, ad hujus palatii habitationem veniunt jure fideicommiſſariæ vocationis, ex munificentia & liberalitate eorum majoris ordinatoris fideicommiſſi cum hac diſtributione participationis.

Et ulteriùs verè, & propriè iſtud dici non poterat
legatum factum perſonis Eccleſiaſticis, undè propte- 9
reà bona dici poſſent potiùs Eccleſiaſtica, quàm laicalia ad effectum exemptionis ab Ægidiana, aliiſque legibus laicalibus, qualia ſunt conſimilia legata pro Cardinalibus, & Prælatis Domus pro tempore facta per Cardinalem Eſtenſem, & per Cardinalem Caraffam juxta caſum, de quo *ſub tit. de fideicomm. diſc.* 31. quod ſcilicet alii de illo participare non poſſunt, ſed

Digitized by Google

ſed interim ſtat ſub adminiſtratione, quoniam iſtud palatium comprehenſum eſt ſub fideicommiſſo univerſali complexivo Caſtrorum, aliorumque bonorum, ad favorem nato majoris pro tempore, cum onere tamen præſtandi habitationem Cardinalibus pro tempore; ideoque dominium reſidet penes fideicommiſſarium, Cardinalis autem pro tempore habet quandam ſpeciem ſervitutis habitationis, ſeu verius facultatis habitandi, juxta ea, quæ habentur *ſub tit. de ſervitut. diſc. 66.* undè propterea in omnem eventum, quando etiam hæc diſpoſitio non caderet ſub bulla, dicebam quod ad ejus præſcriptum vendi debebat proprietas, quæ pertinet ad fideicommiſſum cum onere iſtius ſervitutis juxta caſum de quo *d. tit. de ſervit. diſc. 65.*

Econverſo ut Cardinalis poſſeſſor palatii, repelleret has moleſtias Ducis actoris, qui pro ejus creditis petebat exequutionem ſuper palatio, ut ſuprà; Excipiebat de inani circuitu ob poſſeſſionem Comitatus
10 Sanctæ Floræ, utpotè quæſiti ex cauſa oneroſa per dictum ducem Marium debitorem, undè propterea inferebatur ad concluſionem pluries in præcedentibus inſinuatam, quod ſcilicet primogenitus ſucceſſor feudi novi quæſiti titulo oneroſo, ſi non in ipſo corpore feudi ſaltem in ejus pretio teneatur ad debita & onera primi acquirentis; Quinimò etiam ad communicationem pretii, cum fratribus ſecundogenitis, ex deductis ſuprà *diſc.* 12 & in aliis pluries.

Præſuppo nebant autem Dux Marius, primus acquirens, titulo oneroſo, eo quia ipſo ex ſucceſſione majorum poſſidente iſtum Comitatum in liberum allodium, etiam cum alto dominio, & independentia, illum, de conſenſu aliorum fratrum vendidit Magno Duci Etruriæ pro pretio quadringentorum quinquaginta millium circiter aureorum; deindéque ab eodem M. Duce, Domino effecto, ejuſdem Comitatus inveſtituram feudalem recepit in forma pacti, & providentiæ, acquiris Francorum cum ordine primogenituræ pro ſe & univerſa deſcendentia Alexandri patris ſoluto pretio ſcutorum ducentorum quinquaginta millium circiter.

Verùm in ſenſu etiam veritatis, agnitæ quoque non ſolùm à Congregatione Baronum, ſed etiam à Rota, & ab utraque Signatura Gratiæ, & juſtitiæ, atque à Tribunali A. C. in quibus omnibus hoc motivum deductum fuit, ſed ſemper rejectum; Dicebam quod id nullum penitus haberet, nec facti, nec juris fundamentum, quoniam primus acquirens titulo oneroſo, ad præfatos effectus, propriè dicitur ille, qui pecuniam propriam liberam & allodialem jam exiſtentem in ejus patrimonio allodiali erogat in acquiſitionem feudi, cujus pretium ita in patrimonio ſeu hæreditate allodiali remanere, dicitur juxta caſus, de quibus ſupra *diſc.* 18. 19. 23. *& in aliis.*

Hoc autem in iſta facti ſpecie nullatenus verificatur, dum præfatus inveſtitus diſſipator potiùs quàm acquiſitor dicendus venit, quoniam antiquam rem pretioſiorem, quæ ex fideicommiſſis & primogenituris majorum erat debita ſucceſſoribus jure proprio, abſque eo quod ipſe diſponere poſſet deterioravit, ejuſque partem diſtraxit; Atque inſpecta rei veritate, ipſe innihil ſolvit, neque novam fecit acquiſitionem, ſed rem ſuam liberam, & allodialem tradidit alteri, à quo immediatè recepit in feudum, juxta caſum enunciatum in facti ſerie, de qua ſuprà *diſc.* 45. & alterum *de quo diſc.* 63. *&* 65. *& in aliis*; Cum ea differentia de qua in dictis caſibus, quod deditio fuit ex cauſa proteſtationis, tradendo alteri dominium directum, & ſuperioritatem, pro ſe autem retinendo dominium utile, vel ſubalternum; In præſenti autem deditio fuit mediante pretio, & ſic in effectu iſte actus aliud non continet niſi venditionem dominii directi, & alti pro pretio ſcutorum 250. mill. circiter, retento pro ſe dominio utili, immutata ejus natura ſeu qualitate, quod de libero allodio effectum fuit feudale; expreſſio autem pretii fuit gratia diſtinguendi quid importaret valor dominii directi, eo modo quo firmato integro valore alicujus rei, contradiſtinguitur valor proprietatis à valore uſusfructus, ſive dominii utilis, ex titulo emphyteutico ſeu livellario, &c. Et hic propriè erat caſus.

---

† ROMANA CENSUS.

Pro Sororibus de Amadeis cum Marchione Tarquinio S. Crucis.

Caſus diſputatus in Congregatione Baronum, & reſolutus, ut infrà.

De eadem materia de qua ſupra *diſc.* 48. an ſcilicet Bulla Baronum locum habeat pro debitis contractis poſt venditum Caſtrum, ſi venditio facta ſit cum reſervatione dominii, pendente ſolutione pretii; ac etiam cum retentione tituli, ſeu Dignitatis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries cum reſolutionibus.*
2 *Quod Bulla Baronum non habeat locum in debitis contractis poſt venditam Baroniam.*
3 *Contrarium.*
4 *Quod auctoritatibus individualibus ſit deferendum.*
5 *Quare non ſit deferendum Rota deciſioni in hoc puncto, & de auctoritate deciſionum Rota.*
6 *Quomodo procedat, & judicet Congregatio Baronum.*
7 *An Bulla habeat locum in locis inno infeudatis & poſtea devolutis.*
8 *De circumſtantiis particularibus, ob quas Bulla intret, etiam poſt venditum Caſtrum.*
9 *Venditor cum reſervatione dominii pendente ſolutione pretii, an retineat dominium.*
10 *Senſus auctoris ſuper reſolutione.*
11 *Quid operetur ſolus titulus ſine Caſtro.*
12 *An ſola habitualis retentio dominii ſine alio ſufficiat.*
13 *De concluſione de qua num. 9.*

DISC. CXIX.

FRanciſcus de ſancta Cruce poſſeſſor Caſtri prædictæ, intra diſtrictum Urbis, cum dignitate ſeu titulo Marchionatus de anno 1625. illud vendidit pretio ſcutorum ſexaginta millium Philippo Comeſtabili Columnæ, cum expreſſa reſervatione ac retentione præfati tituli pro ſe ipſo & uno ex ejus filiis, habita fide de pretio ſolvendo in certis terminis conventa cum reſervatione dominii, in ampla forma extenſa, ut nunquam cenſeatur ab ipſo abdicatum, donec integra pretii ſolutio aliaque implementa ſequuta fuerint; Iſtoque termino pendente, emit ab authoribus Sororum de Amadeis domum ad divum Capitolinum, re vera habita fide de pretio, quamvis ex juris fictione illud converſum fuiſſet in diverſum contractum cenſus, pro cujus fructibus in ſumma valdè notabili decurſis, ac etiam pro cautela ſortis principalis, expedito mandato executivo à Tribunali A. C. contra bona hæreditaria; eoque præſentato in Congregatione Baronum ad effectum, ut ad præſcriptum Conſtitutionis 41. Clem. VIII. quæ vulgò Bulla Baronum nuncupatur, exequutioni demandaretur, tam ſuper eadem domo, quam ſuper pretio dicti Caſtri, aliiſque bonis poſſeſſis per Marchionem Tarquinium filium, profitentem illa poſſidere jure proprio ex fideicommiſſo majorum, atque negante Baronalem qualitatem in Franciſco patre, pluribus diſputationibus deſuper habitis prodierunt reſolutiones actricibus favorabiles, præſertim ſuper exequutione prædictæ domus, ex cujus cauſa creditum originem trahebat.

In

Digitized by Google

In hujuſmodi autem diſputationibus nulla cadebat quæſtio ſuper requiſitis Bullæ, tam ſcilicet circa Baronale in qualitatem Francisci tempore bullæ bona dictæ venditionis, quam circa qualitatem bonorum ſuper quibus petebatur exequutio, quod, ſcilicet fuiſſent ab
2 eodem Barone poſſeſſa, Sed quæſtio reſtringebatur ad punctum Baroniæ de tempore contracti debiti, quando ex parte rei conventi ea ceſſata dicebatur ob venditionem Caſtri juriſdictionalis, adeò ut illa retentio baronalis qualitatis vel prærogativæ, quæ remanet tanquam veſtigium prioris dignitatis non ſufficiat, cum ad eff ctum hujus Bullæ requiratur baronia ſecualis cum juriſdictione ex firmatis *per Rotam in Romana fideicommiſſi* 8. *Iunij* 1654. *coram Veroſpio*, edita in caſu de quo agitur ſupra *diſc*. 84. ubi reſolutio laudatur, quamvis Ego ſcriberem pro parte ſuccumbente, ideoque ſcribentes pro reo convento, proprium judicium mihi obiiciebant.

Scribens pro actricibus; Quamvis more Advocati deducerem eadem fundamenta; quæ pariter tanquam Advocatus deducebam pro creditoribus in dicta alia
3 cauſa, & de quibus *dicto diſc.* 84. illis addebam individualem auctoritatem, quæ in hac materia dici poteſt ſingularis *Cobellii ad Bullam Boni Regiminis cap*. 16. *num*. 67. *& ſeq.* exagerando conſuetam pragmaticorum inſipiditatem, ſuper doctrinis individualibus, non habentibus contradictorem ut in judicando attendi debeant, tanquam caſus legis ex deductis
4 *deciſ*. 122. *in fine par*. 5. *recentior. deciſ*. 721. *num*. 5. *par*. 2. *cum aliis per add. ad deciſ*. 20. *par*. 3. *recent. num*. 42.

Quatenus verò pertinet ad auctoritatem *Rotæ in dicta deciſione edita coram Veroſpio*, dicebam quod licet magna omnique veneratione digna ſit auctoritas
5 reſolutionum hujus Tribunalis; Nihilominus non ſunt auctoritates neceſſariæ, etiam reſpectu judicum inferiorum, adeò ut non verificetur id quod dicunt *Afflict. & alii*, de deciſionibus illius S. Conſilii reſpectu judicum inferiorum, eo quia emanant nomine Regio, cum iſta ratio non militet in Tribunali Rotæ, dum eſt ſolùm Iudex alicujus majoris ſpheræ, adeout quandoque, licet non multùm frequenter, praxis doceat, quod Locum tenentes Auditoris Cameræ, aliique Iudices inferiores Curiæ non deferant auctoritatibus alicujus deciſionis punctualis; quando ejus fundamenta non captivent eorum intellectum, ut de me ipſo in figura arbitri patet *ſub tit. de fideicom. diſc*. 75.

Multò verò magis dum agebatur de Tribunali Superiore, quod more Principis potius, quàm Iudicis
6 procedere videtur, non obligatus ordine judiciali ex deductis ſupra *in Urbevetana Cenſus diſc*. 95.

Atque non egrediendo terminos ſpeciales iſtius Bullæ, advertebam quod licet *Rota* cum duabus deci-
7 ſionibus *coram Bevilaqua, & Cerro in Urbinaten. prædii impreſſ. deciſ*. 50. *&* 51. *poſt Paitell. quarè ſecunda eſt etiam impreſſa deciſ*. 233. *par*. 13. *recent.* firmaverit quod iſta Bulla non comprehendat Barones Status Urbini, qui de tempore ejus editionis erat ſeparatus cum proprio Duce, quamvis poſtea per devolutionem antiquæ ejus unitati reſtitutus fuerit, attamen iſta Congregatio hanc opinionem ſequuta non eſt, utpotè malè fundatam, ut advertitur *ſuprà diſc*. 83.

Deducebam quoque caſum, de quo *ſupra diſc*. 85. quod licet per duas deciſiones ejuſdem Tribunalis firmatum fuiſſet non adeſſe Baroniam; attamen poſtea ab eis receſſum fuit; Et per conſequens non videbatur conſtituendum adeo magnum fundamentum in unica deciſione, cui creditores non acquieverunt, quia cognoſcerent acquieſcere debere ſed potiùs quia me conſulente magis expediens judicarunt, convolare ad aliud totius fundamentum renunciationis, quo mediante reportarunt intentum, ideoque nullus fuit dictæ deciſionis effectus.

Præterea illa etiam admiſſa in caſu ſuo; Adhuc tamen negabam applicationem ad præſentem, ob diverſas circumſtantias dupliciter, Primò per ſe quod iam 8
in eo caſu debitores poſt dimiſſam baroniam, quæ titulo decorata non erat, contrahendo debita, ſe barones profeſſi non ſunt, ſed contraxerunt tanquam privati nobiles Romani, quod potiſſimè in dicta deciſione conſideratur; Econverſo autem in præſenti caſu, non ſolùm debitorem ſe enunciavit Marchio, ſed fortiùs, quia in effectu talis erat non in ſola mera occupatione abuſiva per ſimplicem retentionem antiquæ dignitatis tanquam ejus reliquias, ſed per expreſſam reſervationem, cum approbatione Papæ, non ſolum pro ſe ipſo, ſed etiam pro ejus filio, adeò ut dici poſſet Baro titulatus ex legitimo titulo Principis, & qui talem figuram de facto faceret, ondè proptereà rectè intraret illa creditorum excuſatio, ut eſt bona fides, quæ à me ponderatur, *dicto diſc*. 84. *in fine*.

Et ſecundò ob expreſſam reſervationem dominii, pendente ſolutione pretii; undè propterea in ſeriium ſenſu, venditor in eo medio tempore hujus contracti debiti, in quo pretium non erat ſolutum, gereret potius perſonam locatoris, & emptor illam conducto- 9
ris, ita ſub una conventione occultando iſtum contractum, qui eſt prior, exprimendo verò alterum emptionis & venditionis poſteriorem & conditionalem ſortiturum effectum ſeu perfectiorem poſt adimpletam conditionem ex iis quæ deducta habentur *per Surd. deciſ*. 157. *num*. 3. *&* 305. *num*. 39. *Cyriac. controver*. 164. *numer*. 8. *Leotar. de Uſur. quæſt*. 36. *numer*. 21. *& ſeq. deciſ*. 284. *num*. 7. *par*. 13. *recent.* & per conſequens, quod ex nunc dici poſſit verus & actualis Baro, quodque dicta deciſio extranea eſſet à caſu quæſtionis.

Hactenus diſcurrendo more Advocati ad cauſæ op- 10
portunitatem; Reflectendo autem ad veritatem, probabilis videbatur reſolutio reſpectu domus, quoniam illa nunquam fuit in bonis fideicommittentis, undè propterea attenta naturali veritate non urgebat illa exorbitantia, quæ ſuper hujus Bullæ diſpoſitione conſiderari ſolet ex pluriès ſuprà inſinuatis, Quinimò potiùs æquitas & naturalis veritas aſſiſtebant actricibus, venientibus ex altero fideicommiſſo, quod ex inadvertentia vel ineptia poſſeſſoris, ita privatus remanebat re & pretio, quod revera nunquam ſolutum fuit, ſed ob transfuſionem in alium contractum, habebatur pro ſoluto & qua ſiam vigoroſa legis fictione, ad quam evitandam, ratione dictæ majoris æquitatis, non improbabiliter ſupremum Tribunal, quod (ut ſuprà) in forma potiùs extrajudiciali, quam judiciali ac more Principis, magis quàm Iudicis, procedere videtur, ita arbitrii habenas relaxare debuerit, habendo debitorem pro Barone ad hunc effectum potius reſtituendo Domino quod ſuum erat quàm ut diſſolveret debita unius ex bonis alterius.

Urgente etiam ratione inanis circuitus, dum de ſtricto jure, actrices ipſam domum fideicommiſſariam vindicare probabiliter poterant, utpotè malè diſtractam à gravato gerente partes adminiſtratoris legalis, qui vendere non poteſt, habita fide de pretio & abſque iſtius opportunis cautelis, adeò ut ſpectato effectu, fideicommiſſum remaneret ſine re & ſine pretio.

Reſpectu verò aliorum bonorum, quæ re vera ſpectabant ad hæreditatem fideicommiſſariam & ſuper quibus de rigore vel de æquitate juris, actio aliqua actricibus non competebat, niſi ex beneficio hujus Bullæ Baronum; ſtantibus dictis circumſtantiis retentionis & continuationis tituli cum auctoritate Papæ, ac etiam alicujus retentionis habitualis dominii ipſius Caſtri ob dictam reſervationem pendente ſolutione pretii; Quando in creditore concurreret bona fides ſeu juſta credulitas, ponderata eodem *diſc*. 84. *num. fin.* forte admittendam eſſe crederem eandem ibi ponderatam

detractam æquitatem; Verùm hoc motivum ceſſabat, ex facto d.m ex ipſo inſtrumento patebat, quod creditor certam habebat ſcientiam venditionis Caſtri, quodque debitor non eſſet ampliùs Baro actualis; Hinc proindè ſentiebam difficultatem, Partibus pro ſtylo ingenuè ab initio inſinuatam, dum ita deficiebat præcipua circunſtantia baronalis juriſdictionis actualis, juxta ea quæ habentur, *d. diſc.* 84.

Retentio autem Dignitatis, etiam ex auctoritate Principis inducit quidem honorificas præeminentias
11 ad quoſdam effectus, ſed non facit verum Baronem vel feudatarium ad illos effectus, qui ex retentione feudi vel Caſtri juriſdictionalis reſultare dicuntur juxta ea quæ de hujuſmodi titulatis ex ſolo privilegio & ſola nuncupatione habentur, *ſub tit. de cenſ. diſc.* 48. *& tit. de præmin. in ſupplemento diſc.* 45.

Prout quædam habitualis retentio dominii impropria cum potentia, quæ reduceretur ad actum, quatenus emptor non ſolveret, non videtur ad id ſufficiens
12 ex iis quæ habentur ſupra *diſc.* 90. & conferunt, quæ habentur ſupra *in Annot. ad diſc.* 17. ſuper puncto, quod retentio penſionis compatibiliter cum militia & ſtatu ſæculari, reſervatæ ex cauſa reſignationis alicujus beneficii cum reſervatione regreſſus ad idem beneficium non facit clericum beneficiatum, quamvis adſit poſſibilitas intentando regreſſum, quod poſſit eſſe talis, per quandam ſpeciem poſtliminii ſeu reaſſumptionem prioris ſtatus; Potiſſimè quia ſufficit, quod ſit caſus dubius vel omiſſus, ut in excluſionem hujus novæ legis exorbitantis reſpondeři debeat.

Et quoad aſſumptum de quo ſupra quod venditor, qui pendente ſolutione pretii ſibi reſervavit dominium, interim ſit verus dominus & locator, emptor
13 autem potius conductoris perſonam gerat, illud fallaciam continebat, cum veriùs magiſque receptum ſit in praxi, quod emptor eſt verus dominus, quamvis ejus dominium ſit ſubjectum reſolutioni eo modo, quo eſt verus dominus emptor cum pacto de retrovendendo, vel aliàs ſubjectus retractui ex pluries deductis in hac materia, *retractat. ſub tit. de ſervit. & dicto tit. de Empt. & vendit. diſc.* 2. & in his terminis ſpecialibus ad effectum Bullæ Baronum habetur *ſupra diſc.* 91.

---

† NULLIUS SIVE &c. UNIONIS FEUDORUM.

Inter N. & N.

Diſcurſus pro veritate ſeu directione.

An valeat conventio inter fratres, vel alios, ſuccedentes in pluribus feudis dividuis ad formam juris Longobardorum de non dividendo, ſed permanendo in communione ad vitam ſub adminiſtratione natu majoris,

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Quando valeat conventio de permanendo in communione & non dividendo.*
3 *Mandatum adminiſtratorium, non obſtante pacto eſt revocabile.*
4 *De Modo tenendo in conſiliis, vel in deciſionibus caſuum particularium.*
5 *Tranſactio ſuper articulo dubio dirimit omnem quæſtionem.*
6 *Pro tranſactione ſufficit timor litis.*
7 *Tranſactio cum auctoritate ſuperioris magis afficit.*
8 *De reſciſſione tranſactionis ratione læſionis.*
9 *Quod juramentum tollat omne obſtaculum juris Civilis.*
10 *Quando juramentum non validet pactum de non dividendo.*
11 *De eadem, & quale pactum perpetuæ communionis reſcindatur.*
12 *De invalida conventione ſuper mandato irrevocabili.*
13 *Quod communio quoad adminiſtrationem ſub uno, non importet talem communionem.*
14 *Expedit ut adminiſtratio ſit penes unum potius quam penes plures.*
15 *Clericatus operatur incapacitatem feudi.*
16 *De refutatione in proximè ſucceſſurum.*
17 *De prohibitione conventionum ſuper feudis ſine aſſenſu.*
18 *De diſtinctione confirmationis in forma communi vel ſpecifica.*
19 *Diviſiones in feudis dividuis, fieri poſſunt etiam inæquales inter ſucceſſores.*
20 *Quare non debeant adhiberi in his feudis doctrinæ Regnicolarum.*
21 *De unione feudorum, & an importet alienationem.*

DISC. CXX.

Obventis, ob mortem patris in tres fratres, pluribus feudis antiquis, pacti & providentiæ dividuis, ad formam juris Longobardorum, pluribuſque bonis allodialibus paternæ hæreditatis, inita 1
fuit inter eos conventio, ut feudorum natura non immutata & abſque præjudicio vel alteratione inveſtiturarum, pro eorum jure ſolo perſonali, in communione ad vitam perſeverare deberent, neque ad diviſionem provocare, præterquam in caſu legitimæ ſucceſſionis, ſuperſtitum in portione deficientis, facta inter eos quadam reddituum repartitione cum proteſtatione; ut exinde ipſorum bonorum in ſubſtantia, diviſio facta, non cenſeretur juriſdictionem ac adminiſtrationem feudorum cum mandato irrevocabili committendo, cum ordine primogenituræ, illi majori natu, qui præſens eſſet; Cum autem ad aliquod tempus tertio genitus extrajudicialiter adverſùs dictam fructuum repartitionem, tanquam compertam inæqualem reclamaſſet; Hinc ſe interponente quodam Principis ſupremo Magiſtratu, vel Miniſtro ex iſtius declaratione Et conſilio facto ad favorem dicti tertiogeniti quodam augmento deventum eſt ad concordiam, per quam dicta prior conventio confirmata fuit cum ampliſſimis clauſulis & verbis cuicumque exceptioni vel prætenſioni renuntiando, dictaque concordia per illum ſupremum Senatum, qui Principis vice has partes gerere ſolet, approbata & confirmata fuit, longævaque annorum decem, & ultrà pacificam habuit obſervantiam; Adhuc tamen eodem tertiogenito, ægrè ferente quod tot feudorum commodè diviſibilium, juriſdictione & adminiſtratione omninò denudatus viveret, conſilium idem in partibus ab aliquibus Iuris conſultis petiit, ſuper modo recedendi à præfata conventione atque ſuper conſiliis deſuper datis, efformato quodam reſtrictu ſeu diſcurſu, meum deſuper expetitum fuit votum, tam pro validitate, quàm pro directione.

In præfato autem reſtrictu ſeu diſcurſu, reſtringebatur punctus ad materiam *textus in l. in hoc* 2
judicium, §. ſi convenerit, ff. commun. dividun. ubi diſponitur, quod pactum de non dividendo ſed permanendo in communione, temporale quidem valet, perpetuum verò non.

Super hujus verò textus intelligentia vel praxi DD. duas efformant quæſtiones; Unam ſcilicet, an conventio ad vitam paciſcentium abſque omnimoda perpetuitate in ſucceſſoribus temporalis, vel perpetua dicenda ſit; Et alteram, an juramentum ceſſare faciat hujus legis diſpoſitionem; etiam in caſu prohibito perpetuitatis juxta terminos textus *in cap. cum contingat de jure juran. & cap. per veſtras de donat. inter vir.*

vir. & uxor. Atque ſuper utraque quæſtione pro generali ſcribentium conſuetudine, nil penè pacificum relinquendi, variæ habentur opiniones; Aliis affirmantibus; Aliis verò negantibus & aliis diſtinguentibus ex iis, quæ antiquioribus relatis habentur hinc indè plenè deducta *per Gutier. de juram. c. 58. num. 16. & 17. Seraphin. eodem tractat privil. 58. a num. 6. Theſaur. & add. deciſ.* 145. *Michalor. de fratrib. par 2. cap. 37. Fontanell. de pact. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 2. num. 106. & ſeqq. Arias de Meſa lib. 3. var cap. 28. num. 17. Vrceol. conſult. 72. numer. 21. Rot apud Otthob. deciſ. 96. numer. 15. & deciſ. 4. par. 14. recent.* Ideoque ſupponendo, quod magis communis opinio eſſet, ut conventio ad vitam, perpetua potiùs quàm temporalis dicenda eſſet, quodque poſita invaliditate, ratione perpetuitatis, juramentum non ſanaret defectum, credebant impugnationi locum fore.

Item breviter & quaſi obiter abſque rationum diſ-
3 curſu vel auctoritatum cumulo inſinuabant etiam conclusionem, quod mandatum majori natu per dictam conventionem, datum ad adminiſtrandum, de ſui natura ſit quandocumque revocabile, ideoque non deberet eſſe perpetuum.

Ex facto potiùs tamen quàm ex jure pro mea conſuetudine reſpondi, quod utrumque fundamentum
4 periculoſum; minúſque tutum videretur, quodque propterea magnam deſuper ſentiebam difficultatem, adeout quoad ipſum paciſcentem, videretur opus quodammodo deſperatum; ita experiendo conſuetum modernorum vitium, perpetuò damnabile ac declamandum ad hoc, ut per poſteritatem hac lue non infectam, ad id advertatur in reſponſis vel conciliis ſeu deciſionibus aſſumendi ſcilicet quæſtiones in abſtracto, totamque vim conſtituendi in perquirendo auctoritates, præſertim modernorum de illa materia agentium, earumque magnum cumulum ſeu pompam faciendi abſque debita reflexione ad facti circumſtantias particulares, ex quibus pendet inſpectio, an auctoritates congruè applicentur, necne.

Ex præmiſſis etenim ſcriptoribus ac aliis de materia agentibus patet, utrumque articulum eſſe dubium, ſuper intelligentia dicti textus *in §. ſi convenerit.* Prout etiam dubius eſt ſecundus punctus ſuper validitate promiſſæ irrevocabilitatis mandati, ut patet ex iis, quæ habentur in ſpecie deducta *ſub tit. de tutor. & adminiſtrat. diſc.* 20.

Iſta itaque dubietate poſita advertebam, quod ubi etiam re integra in utroque puncto ſubſtineri poſſet opinio ſuper invaliditate actuum, quodque illi non
5 eſſent obligatorii ſed revocabiles; Adhuc tamen, dum iſtud dubium jam promotum fuit, atque deſuper excitata extrajudicialis controverſia, eaque ſopita per tranſactionem, ita præcluſa remanebat omnis via, perinde ac ſi ſuper hujuſmodi dubio prodiiſſet res judicata cujus ſpeciem tranſactio habere dicitur ex notoriis; Quamvis etenim tranſactio, ad ſui validitatem exigat litem, ſine qua non datur, non tamen præciſa
6 actualitas neceſſaria eſt, ſed ſufficit ejus potentia juſtuſque timor ut ad illi occurrendum validè tranſigi valeat ex inſinuatis in materia *diſc. 50. de alienat. & contract. prohibit.* & alibi frequenter, cum ſint principia plana.

Fortius verò ob duas facti circumſtantias; omnem dirimentes quæſtionem; Primò nempè, quod tran-
7 ſactio prævio controverſiæ examine ac diſcuſſione coram Principe ſupremo vel primo Miniſtro; cum ejus opera, conſilio & auctoritate inita fuit; Et ſecundò quia approbata etiam ab ipſo Principe per organum ejus ſupremi Senatus, ob quas circumſtantias junctas cum probabili dubietate articulorum tranſactio apta eſſet afficere etiam tertios, vel ſucceſſores venientes jure ſuo independenter à tranſigentibus ex deductis ſupra hoc *eodem tit. diſc. 49. Et in ejus ſupplemento, ac etiam tit. de fideic. diſc.* 173. *& ſæpius alibi;* Multò igitur magis in præjudicium ipſorummet tranſigentium, qui regulariter prohibitionem habent impugnandi factum proprium; Quoties magna & pluſ- 8
quam enormis læſio regulanda non ex ſolo valore bonorum vel jurium, ſed ex æſtimatione dubii litis eventus ex deductis *dicto diſc. 50. de alienat. & contract. & diſc. 27. de empt. & vendit. & alibi*, reſcindendi facultatem non tribueret.

Et per conſequens inanis remanebat labor, deſuper à conſulentibus adhibitus ad materiam textus *in dicta l. in hoc judicium, §. ſi convenerit*, quoniam ille proficuus eſſe potuiſſet, quatenus re integra de impugnatione ageretur, ſecùs autem ubi per tranſactionem jam ſopita eſt; Ac propterea conſultores moneri debent, ut priùs ad factum benè reflectant, deindè verò ad jus, quoniam lex eſt applicanda facto, non autem factum legi.

Cæterùm quatenus etiam pertinet ad præfatos punctos, tam ſcilicet ſuper invaliditate conventionis de permanendo in communione, quatenus admittenda eſſet opinio, quod conventio ad vitam perpetua potius quàm temporalis dicenda eſſet (ſuper quo maturum judicium non efformavi, utpotè extra cauſæ neceſſitatem) quàm etiam ſuper mandati adminiſtratorii irrevocabilis juxta firmata in auctoritatibus & deciſionibus relatis *d. diſc. 20. de tutor. & adminiſt.*

Quatenus pertinet ad aliam quæſtionem juramenti, an hujuſmodi defectum ſanet, ſeu legis prohibitio- 9
nem tollat, negligendo ſemper exoſum, ac genio adverſum ſtylum pragmaticum, more ratiocinatoris inſiſtendi in numero auctoritatum, ac inſpiciendi quænam opinio eſſet magis communis; Dicebam quod (quidquid plerique ſcriptores, vel collectores, cum conſueta leguleica ineptia deſuper involvant,) prorſus fabuloſum eſt aſſerere, ut ſola diſpoſitio legis civilis ita diſtinguentis *in dicto § ſi convenerit* juratæ conventionis invaliditatem operari debeat, cum hodiè extra quæſtionem ſit etiam in foro laicali, ſive ut noſtri dicunt in terris Imperii, juramentum ceſſare faciat cujuſcumque legis poſitivæ prohibitionem quoties non ſit contra bonos mores naturales, vel contra bonum publicum principaliter non autem ſecundariò.

Eatenus igitur recipienda eſt opinio adimentium vim juramenti, quatenus verificetur ratio vitii natu- 10
ralis, cujus reſpectu dici valeat, quod ſit contra bonos mores naturales, quia nempè communio inter eos, inter quos antiqua pax & unio ampliùs non regnat, parere valeat, ut ſolet, rixas & contentiones aliaque ſcandala & inconvenientia, iſtaque eſt vera ratio, cui innituntur DD. ſequentes opinionem, ut juramentum non ſanet hunc defectum; Vt (exempli gratia) contingit in communione domus, & menſæ, quam noſtri dicunt communionem vitæ, dummodò tamen facti circumſtantiæ doceant, ut exinde dicta inconvenientia reſultet, quibus aliàs opportunè occurri non valeat; Ac etiam magis opportune exemplificari poteſt in illis paſcuorum & territoriorum communionibus, quæ inter Civitates, vel Oppida fiunt, cum ſimilibus, quibus eadem ratio adaptetur.

Iſtoque caſu locus eſt diſſolutioni communionis;
non quidem ex infectione pacti, & conventionis juxta 11
dictæ legis Civilis diſpoſitionem ſeu diſtinctionem, ſed ex judicis officio, fundato in alio juris principio, quod ſcilicet, quando aliqua conventio, quamvis jurata & ab initio licita, valida & juſta, ſive obligatoria, tractu temporis, vel ex aliis contingentis ad magnam reducitur injuſtitiam, ſive non cogitata vel non prævisa ſcandala & inconvenientia producit, aut producere poteſt, tunc debet reſcindi, vel ad juſtitiam & æquitatem reduci, *ad text. in cap. ſuggeſtum de Decimis Natt conſil. 548. num. 36. Marsin. Andr. deciſ. 48. numer. 13. & 14. & deciſ. 70. numer. 3. & 4.* cum aliis *lib. 14. tit. de Decimis diſc. 3. num. 14.*

Atiàs etenim, ſi ità ſi ſimpliciter verum eſſet hoc aſſumptum, ut pactum perpetuæ communionis ad vitam ità bonis moribus naturalibus oppoſitum eſſet, ut neque juramento firmaretur, ſequeretur, quod per jus poſitivum Eccleſiaſticum induci non potuiſſet neceſſaria communio perpetua vitæ in Monaſterio virorum, ſeu mulierum per contractum, quem ſolemnis profeſſio continere dicitur, quod utique vanum eſt aſſerere.

Et quoad alterum punctum invalidæ conventionis ſuper irrevocabilitate mandati, eatenus revocatio,
12 non obſtante pacto præſertim jurato, admittenda venit, quatenus intret eadem ratio, ob quam interponatur Iudicis officium, ne ſcilicet cogatur quis in officio ſummæ confidentiæ, ac benevolentiæ habere diffidentem, ac malevolum ex iis, quæ habentur dicto diſc. 20. *de tutor. & adminiſtr.* non autem ex infectione actua.

Prædictæ verò rationes, quæ ſuper uno vel altero motivo cadunt, nullatenus ad rem adaptantur, quoniam
13 cum communio in feudis non inducat neceſſitatem vitæ, minuſque illam fructuum vel emolumentorum, dum eorum repartitio jam facta fuit, mediante aſſignatione, ut ſuprà, Hinc ſequi dicebam, quod iſta communio remanet merè habitualis & intellectualis juxta illam individuitatem feudorum dignitatis Lombardiæ, quæ inſinuatur ſupra *in Mutinen. diſc.* 8. & *alibi*, quod ſcilicet adinſtar juriſpatronatus, feudum dicitur individuum habitualiter ſeu intellectualiter ſpectato vero effectu perceptionis fructuum & emolumentorum recipit diviſionem; ſic à pa i.

Et quamvis in ordine ad adminiſtrationem, etiam in actu ſive in exercitio communio perſeveret atque duret mandatum adminiſtratorium datum illi, qui inter præſentes ſit major natu; Attamen id non percutit ſubſtantiam ipſorum feudorum, minùſque diminutionem juris unius, ejuſque translationem in alterum, aut neceſſitatem permanendi in communione cum perſona parum grata vel habendi in mandatarium
14 ſeu adminiſtratorem ſuorum bonorum malevolum & diffidentem, cum iſte adminiſtrationis ordo reſpiciat potius gratiam vaſſalorum & juſtitiæ meliùs adminiſtrandæ per unum, quam per plures juxta inſinuata ſupra *diſc.* 9. & 10. occaſione agendi de erectione feudi dividui in primogenituram; vel ad naturam feudi individui ad formam juris Francorum; ac etiam *diſcur.* 38. & 110. occaſione agendi de prælatione adverſus extraneum emptorem; Et conferunt ea, quæ habentur *ſub tit. de fideicom. diſc.* 1. & *ſeqq.* & *præſertim diſc.* 6. in materia majoratus adminiſtratorii; Ac etiam habetur *ſub tit. de benefic ſeu altero de Canonic. & Capitul. ac altero de jure patron.* & idem quod *in d. lib diſc.* 1. & *ſeqq.* inſinuatur in materia juris patronatus familiaris vel alterius generis; aut Univerſitatis, quod licet ſit penes omnes de familia, vel genere, laudabile tamen eſt, ut exercitium vel adminiſtratio ſit penes unum, puta Seniorem, vel per turnum, ſeu alternativam, diſtributam in annos vel menſes, aut hebdomadas eo modo, quo in pleriſque Capitulis & præſertim in illis Baſilicarum patriarchalium Urbis laudabiliter introductum eſt in collationi beneficiorum cum ſimilibus, quoniam adminiſtrationi juſtitiæ & vaſſallis præjudicialis eſt, plurimumque inconvenientium productiva pluralitas dominorum & adminiſtrantium, adeout Iudicis officium etiam contra invitos, vel domini auctoritatem interponi poſſe pro hujuſmodi repartitione plerique ſentiant ex relatis per *Roſenthal. de feud. cap.* 9. *concluſ.* 36.

Atque in aliquibus juribus vel præeminentiis; quæ habitualiter pluribus communia ſint, congruit verò exercitium eſſe penes unum tantùm ut iſtud pertineat ad illum, qui inter plures ſit Senior vel dignior habemus receptum in retentione clavium arcis, vel in cuſtodia ſcripturarum, ſive in receptione alicujus præeminentiæ ea inſinuatis *tit. de haredit.* & *alibi pluris.*

Dictumque inconveniens adminiſtrationis juſtitiæ Subditorum penes plures docet diſpoſitio Sacri Concilii Tridentini ſuper adminiſtratione juriſdictionis Sede vacante, vel ſuper adminiſtratione ſeu exercitio illius curæ animarum, quæ habitualiter incumbat Capitulo vel Collegio ea inſinuatis *ſub tit. de Canonicis & Capit.* & *ſub altero de paroch.* & *in annotat. ad Concil. Trident.* cum ſimilibus.

Quare concludebam, quod opus pro meo judicio videretur, vel deſperatum vel valdè durum ac difficilè. Sed quoniam conſilium non ſolum pro veritate ſuper dictis punctis petebatur; ſed etiam pro directione ſeu ſuppeditation alicujus remedii; Idcircò inſinuavi; quod ubi tertio genitus filios haberet, magiſque expediens reputaret, quod juriſdictio & adminiſtratio 15
feudorum ſpectantium ad ſuam portionem eſſet potius penes filios, quàm penes unum ex fratribus, tunc unum de duobus remediis adhibere poſſet; Vel ſcilicet quatenus eiſet ſolutus, atque feuda haberent veram & propriam naturam feudorum ab aliqua particulari conſuetudine non alteratam, ut eorum incapaces ſint clerici, juxta ſuperiùs deducta *diſc.* 15. & *ſeqq.* & 54. ſe conſtitueret in ſtatu Clericali, per quem, tanquam per ſpeciem mortis civilis, ſucceſſio in ejus portione aperiretur filiis, qui tam de facto quàm de jure non eſſent obligati ſtare dictæ conventioni, utpote merè perſonali, quinimò in ipſorum paciſcentium vita reſolubili, quatenùs res in eodem ſtatu non permanerent, ut ſuprà; Vel quod quatenus ſuppeteret juſta & probabilis occaſio, puta matrimonii per aliquem ex filiis, contrahendi, vel alia ſimilis, faceret refutationem, juxta eam formam de qua habetur *ſupra diſc.* 76. adeout habeat ſpeciem præventivæ
ſucceſſionis; Inſinuando requiſitum juſtæ ac probabi- 16
lis occaſionis, ne aliàs dici poſſet facta in fraudem juxta ea, quæ in propoſito fraudulentæ refutationis habentur ſuprà *dicto diſcurſu* 76. ac etiam incidenter occaſione fraudulentæ ſub infeudationis *diſc.* 1. ubi concordantes.

Poſt datum reſponſum reflectebam, an ſuper hujuſmodi conventionibus, utpote ſine Domini aſſenſu
initis cadere poſſet illa infectio, quæ reſultat ea pro- 17
hibitione textus *in cap. Imperialem de prohibit feud. alienat. per Frideric.* quaſi quòd iſta neceſſaria communio importaret ſpeciem unionis vel ſervitutis, ideoque veniret ſub genere alienationis prohibitæ; Attamen adverti, quod nullum deſuper conſtitui poſſet fundamentum, quoniam quidquid ſit, an in eo principatu feuda retineant rectam, ac propriam eorum naturam, ut in omnibus ſubjaceant legibus feudalibus & præſertim dictæ prohibitioni contentæ *in cap. Imperialem*; Adhuc tamen, quatenus Domini aſſenſus fuiſſet neceſſarius, ille adeſſe videbatur in prædicta approbatione ſecundæ conventionis factæ per illum ſupremum Senatum, qui Principi vice hujuſmodi actus in eo principatu explicat; Potiſſimè dum non fuit approbatio ad ſimplicem ſupplicationem, nulla prævia cauſæ cognitione; dum præceſſit cognitio ac judicium ſupremi Magiſtratus vel Miniſtri ejuſdem Principis; Adinſtar eorum quæ alibi pluries inſinuantur in materia confirmationis Apoſtolicæ vel alterius Principis in forma communi vel ſpecifica pro majori-
bus effectibus & operationibus magis unius, quàm 18
alterius, quod ſcilicet quamvis ad effectum, ut dicatur in forma ſpecifica requiratur inſertio tenoris, ſine qua dicitur in forma communi; Adhuc tamen ſi (Exemplificando in confirmatione Apoſtolica) ea ſequatur, prævia cognitione & examine per aliquam Sacram Congregationem ordinariam ſeu extraordinariam & particulariter deputatam, tunc dicitur in forma ſpecifica cum ſimilibus.

Verùm deficiente etiam iſta circumſtantia, adhuc

hoc non videbantur adaptabiles iſti termini, quoniam
19 in feudis dividuis inter agnatos comprehenſos in inveſtitura, præſertim verò proximos & actuales ſucceſſores, diviſiones, vel diſtributiones quæcumque aliæ conventiones fieri poſſunt ſine aſſenſu etiam inæquales, quinimò quod feudum ad unum tantùm pertineat, & in ejus portione cadat ex plenè celatis *per Roſrushal. dicto cap. 9. concluſ. 53.* ubi ad ſatietatem concordantes, ex quibus etiam patet, quod facultas dividendi ponitur in quæſtione, quaſi quod magis connaturalis & congrua ſit communio; Ac propterea deſuper nullatenus deduci, vel ponderari poſſunt
20 ſcriptores feudales Regnorum utriuſque Siciliæ; Tum quia ut pluries advertetur *ſuprà diſc. 49. & in aliis* ob longè ſtrictiorem prohibitionem reſultantem ab illorum Regnorum lege particulari ejuſdem Friderici in conſtitutione incipiente *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, non poteſt ab illis feudis inferri ad alia; Tum etiam quia in illis feudis ceſſat occaſio hujuſmodi quæſtionum in radice ob eorum diverſam naturam, dum ſunt individua ad formam juris Francorum, undè propterea ea verificari poſſet in illis nimium raris, parumque qualificatis feudis in Aprutio, & in Cilento, quæ adhuc eandem antiquam retinent naturam dividuam ad formam juris Longobardorum.

Ac etiam quia iſta conventio eſt merè perſonalis cum expreſſa proteſtatione non alterandi naturam feudorum & inveſtiturarum, ſed ſolùm pro jure perſonali, ideoque intrant ea, quæ in materia alienationis commoditatis, vel alterius juris perſonalis habentur *ſupra diſc. 61. & 110. & in aliis pluries*; Tunc etenim ratio dubitandi cadere poſſet, quando fieret illa formalis unio feudorum, de qua ejuſque effectibus præ cæteris agit *Rovit. ſuper pragmatica, ſu tit. de*
21 *titulorum abuſu pag. 1. num. 78. & ſeqq. & num. 89. & ſeqq.* adeout unio percuteret ſubſtantiam ipſorum feudorum, unde de pluribus efficeretur unum, ſuppreſſa natura vel qualitate aliorum quæ ita fierent præſtia vel acceſſiones illius feudi, cui unio ſubjectiva fieret, cum tunc actus importaret formalem alienationem ex iis, quæ in materia unionis beneficiorum habentur *ſub. tit. de benefic.* ac etiam in materia unionis Eccleſiarum habentur *ſub tit. de paroch. & parochiis*, *& in diſc. 1. de alien. & contract. prohibit.*

† NEAPOLITANA ADHOHÆ, SEU TAXÆ.

Pro Creditoribus patrimonii Principis Minervini cum Regio Fiſco.

Conſilium pro veritate, ſeu directione.

An devoluto feudo, affecto debitis cum Regio aſſenſu contractis per feudatarium, pro quorum ſatisfactione ipſum feudum vendendum ſit, continuari debeat in eadem taxa antiqua adhoæ, ſeu donativi, vel potiùs fieri poſſit taxa nova, juxta præſentem ſtatum ipſis creditoribus præjudicialis.

S U M M A R I U M.

1 *Facti ſeries.*
2 *Quod non expediret quæſtionem aſſumere.*
3 *De adhoa vel donativo, quod ſolvitur per Barones ſuper feudis.*
4 *De concluſione, quod debita contracta cum aſſenſu durent etiam poſt devolutum feudum.*
5 *De caſu quæſtionis, ut in præjudicium creditorum fieri non poſſit nova taxa.*
6 *De poteſtate ſeu voluntate Principis præjudicandi tertio, ejuſque jus tollendi.*
7 *Damnatur ſcribendi modus ſuper illis rebus, quæ debent præſupponi.*
8 *Quando congruat ſcribenda aſſumere rerum principia & originem.*
9 *Quid importet onus adhoæ vel donativi.*
10 *De concluſione de qua num. 4. & an procedat in Curia Romana.*
11 *Quod inutilis ad rem ſit dicta quæſtio.*
12 *Ad quem effectum antiquitus diſputaretur iſta quæſtio ſuper tempore taxæ faciendæ.*
13 *De moderna deciſione Regia, ut fieri debeat taxa nova.*
14 *De intelligentia hujus deciſionis, ea quod non percutiat caſum præjudicii creditorum.*
15 *Reprobatur vera opinio, de qua num. 4. & de ratione.*
16 *Sed jus creditorum non impedit devolutionem, neque tollit onera contractibus feudi.*
17 *Et quid operetur aſſenſus, & de ejus effectibus.*
18 *De eodem de quo num. 19.*
19 *& 20. De aliis conſiderationibus in idem.*
21 *De poteſtate Principis ſupplantandi ſucceſſorem.*
22 *De axiomatibus generalibus in idem.*

DISC. CXXI.

FOrmato eo concurſu creditorum in S. Conſilio Neapolitano ſuper patrimonio Principis Minervini, de quo habetur actum *ſub tit. de credit. diſc. 27.* 1
Cum inter alios ejuſdem patrimonii effectus, eſſent tria feuda Civitatum, Minervini & Lavelli & Oppidi Spinæ aureæ vulgò Spinazzola; Præfatus verò Princeps debitor, legitimo feudi ſucceſſore tam actuali quam ſperato careret, undè propterea verificaretur illa devolutionis imminentia, de qua ſuprà hoc eodem *tit. diſc. 1.* Hinc proindè imminente ad inſtantiam creditorum cum aſſenſu eorumdem feudorum ſubhaſtatione, ut ex pretio ſatisfieri eis poſſet; Se oppoſuit Regius Fiſcus, petendo debere prius fieri novam taxam ſervitii, vel oneris feudalis, quod ſub adhohæ vel donativi nomine, ibi explicatur eandem taxam regulando juxta fructuum ſtatum, ſeu valorem præſentem longè majorem, undè propterea ex hujuſmodi oneris notabile augmento, magna nimiùmque notabilis reſultaret diminutio pretii in creditorum præjudicium, dum ita debitoris patrimonium, quod etiam ſine hac deductione non erat pro omnibus idoneum, longè minus evaderet; Ideoque creditores opus aſſumpſerunt, ut continuari deberet in eadem taxa antiqua; Cumque creditorum Advocati, Juriumallegationes deſuper ediderint, atque ſuper eis ille idem major creditor enunciatus, *dicto diſc. 27. de credito*, qui præſens erat in Curia, utpote Secretarius Sacræ Congregationis Epiſcoporum & Regularium, meum pro veritate ac directione conſilium petiiſſet.

Reſpondi, quod intellectu non acquieſcente fun- 1
damentis deductis in eiſdem allegationibus ſentiebam 2
difficultatem, ideoque conſului, quod pro meo judicio magis expediret, ut eo quo fieri poſſet meliori modo aliqua cum fiſco concordia ſequeretur; Tum ob difficultatem, quàm ut infrà in puncto juris habebam, undè propterea potiùs malus cauſæ eventus pro meo judicio timendus, quam bonus ſperandus videbatur; Tùm etiam quia, cum ipſe requirens eſſet de primis anterioribus, quibus facta etiam hac deductione ſatisfieri poterat, adeoque diminutio, quæ exindè reſultaret poſteriorum intereſſe percuteret, ipſique requirenti expediret celeritas venditionis; idcircò imprudens dicebam conſilium videri pro ipſo; aliiſque anterioribus creditoribus iſtud aſſumere opus, quod longam cauſæ protractationem operaretur; Si etenim generaliter in magnis Civitatibus & Tribunalibus magis verò in illis, in quibus prolixitas temporis eſt litium fatum inevitabile & malum connaturale etiam ubi inter privatos agantur,

Digitized by Google

remaneret ſubjectum habile, in quo teſtamentum veri-
ficari poſſet; Quatenus pertinet ad alium punctum
ſuper ejuſdem teſtamenti validate; Cum de iſta con-
troverſia ubi ad judicium deducenda eſſet, agi debe-
10 ret in illis Neapolitani Regni tribunalibus; Hinc
proinde in diſcurſu deſuper edito, dicebam, proce-
dendum fore cum ibi receptis opinionibus, hiſque at-
tentis, probabilius eſſe videbatur, quod ſola quali-
tas feudatarii, & Baronis, non tolleret patriam poteſta-
tem, neque habilitaret filium familias ad teſtandum,
juxta *deciſ. 4. de Franch.* quam alii ſequuntur, & præ-
ſertim *Conſtant. in l. 1. & 2. C. de fil. official. lib. 12.
num. 50. ubi rejicit Affl. deciſ.* 183. *Larat. theatr.
feud. par. 9. dilucidat 1. n. 8. & 9.* Econverſo autem
inſinuabam, an adaptabilis eſſet limitatio, de qua oc-
caſione actum inter vivos, habetur apud *Navarr.
deciſ. 244. quæ eſt ultima. De Marin. reſol. 233. lib. 2.
num. 16. & ad Reverter. deciſ. 354.* & refert *Modern.
de Luca in add. ad Franc. d. deciſ. 4.* ut ſcilicet id ceſ-
ſet in feudatario titulato, quaſi quod dignitas regalis
Principis, Ducis, Marchionis, vel Comitis eximat à
patria poteſtate, dum iſte teſtator Marchio Piſcariæ,
aliaſque habebat conſimiles dignitates, ita hæc in
forma diſcurſiva inſinuando, ad oſtendendum, quod
caſus eſſet dubius, ideoque dignus eſſet honeſta con-
cordia, ad quam parandam, iſte labor adhibeatur.

Poſt editum vero hunc diſcurſum, magis ad u-
trumque punctum ex integro teſtaendo, atque ſeclu-
ſis præfatis localibus auctoritatibus; Quatenus per-
tinet ad primum, de quo agitur *in d. deciſ. 4. Franch.*
an ſcilicet ſimplex feudatarius in genere, qualis qua-
lis ille ſit à patria poteſtate eximatur, teſtandique fa-
cultatem acquirat; Dicendum videtur, quod rectè
procedat concluſio in præfata deciſione firmata, quoad
facultatem teſtandi ſimpliciter de bonis paganicis,
aliiſque juribus indifferentibus, quoniam verius eſt,
quod feudum, ubi etiam veram militiam importet,
hunc effectum non operetur, dum *in §. filius familias
inſtit. quibus mod. jus patr. pot. ſolut.* literaliter diſpo-
nitur, quod militis, quinimò dignitas Conſularis
patriam poteſtatem non ſolvit, iſto privilegio digni-
tati patriciatus ſolùm attributo.

Et quamvis jus magis novum *in l. fin. C. de Decu-
rion. l. 10. & in §. 1. & §. generali Auth. de Sanctiſſimis
Epiſcopis*, hoc privilegium patritiatus dignitati attri-
butum, extendat ad alia undecim munera, ſeu officia,
11 vel dignitates enumeratas per *modernũ Boſſium de patr.
poteſt. c. 2. num. 25. & 26.* qui alios de more cumulat,
& inter quas Epiſcopalis recenſetur; Nihilominùs in
eis non includitur iſta militia, qualis qualis illa ſit,
quamvis primi ordinis, omniumque qualificata.

Atque habemus in Clericis, qui non ſolùm in mi-
noribus, ſed etiam in ſacris dicuntur milites Chriſti,
atque militaribus privilegiis potiuntur, & tamen ſo-
12 luti non ſunt à patria poteſtate, ex deductis *ſub tit. de
teſtam. diſc.* 34. Et licet ibidem firmetur tanquam pro-
babilior opinio, quæ illis defert facultatem teſtandi
etiam de adventitiis; Attamen id provenit ex quibuſ-
dam peculiaribus rationibus ibi recenſitis, quæ non
adaptantur militibus ſæcularibus, præterquam in bonis
Caſtrenſibus; Ideoque ſtant bene ſimul, quod quis ſit
filius familias regulariter inteſtabilis, & tamẽ quod per
quandam ſpeciem limitationis, ſit habilitatus ad teſtan-
dum de aliquo genere bonorum, ſive in certis caſibus.

Iſta videntur ſtringere ad probandam inhabilitatem
filii familias feudatarii ad teſtandum de aliis bonis in-
differentibus, quæ cadant ſub peculio adventitio, vel
profectitio improprio, ſive ad exercendum alia jura,
quæ filiis familias interdicta ſunt, ob impedimentum
patriæ poteſtatis, ut præſertim ad rem, in præſenti caſu
13 eſt facultas deputandi filio impuberi tutorem, quo-
niam ſi patria poteſtas generaliter durat, exindè re-
ſultat, quod nepos naſci dicitur ſub poteſtate avi, non
autem patris, & per conſequens intrat certum juris
principium, quod exiſtenti in poteſtate patris, vel avi
non datur tutor, ac propterea duplex conſideratur
defectus, Unus ſcilicet ex parte deputantis; & alter ex
parte illius cui fit deputatio.

Difficultas verò adhuc ſubeſt reſpectu feudi, atque
in iis, quæ ipſam feudalem hæreditatem concernunt,
quia nempe compatibiliter cum feudo recto, & pro-
prio, ſit verificabilis teſtandi, vel alias diſponendi 14
facultas; Vel ſcilicet etiam in feudo antiquo pacti, &
providentiæ, deputandi balium ſucceſſori pupillo, a-
liaque diſponendi pro recta feudi adminiſtratione,
donec ætas pupillaris duret; Vel gravandi ſucceſſorem
intra limites valoris feudi, juxta illam facultatem,
quæ etiam in feudis antiquis in forma pacti, & provi-
dentiæ, conceditur feudatariis Regni Neapolitani, ob
admixtam qualitatem hæreditariam; ſive ob pluries
enunciatam facultatem, quæ conceditur primo ac-
quirenti, titulo oneroſo gravandi etiam in valore cum
ſimilibus caſibus, in quibus hæc facultas teſtandi, ſeu
alias diſponendi ſit exercibilis.

In his etenim, vel ſimilibus, probabilius adhæren-
dum videtur, potius ſenſibus *Afflicti deciſ.* 183. quam
Franch. d. deciſ. 4. Cum præſuppoſito tamen, quod 15
agatur de illis feudis veris, & propriis, quæ conce-
dantur à domino directo, habente jura Principatus,
& regalia majora, illud præſertim indicendi publi-
cum bellum, & formandi exercitum, adeout verifice-
tur in feudatariis, quod ſint milites primi ordinis, Du-
cem habentes ipſum Dominum, & Principem; juxta
ponderationes, de quibus ſupra *in annot. ad diſc. 1. &
2. 53. & 54. & alibi pluries*, dum in illis infeudanti-
bus, qui hoc jus exercitus, publicæ militiæ, hodiè non
habent, non verificatur vera qualitas militaris, neque
verum, & proprium feudum, ut locis citatis advertitur.

Poſita etenim iſta vera militia magis qualificata, &
primi ordinis, nulla ſubeſſe videtur ratio, cur feudo
magis, quam aliis bonis indifferentibus occaſione
militiæ quæſitis, congruere non debeat terminus pe-
culii caſtrenſis, dum ipſum feudum importat veram
militiam, etiam majorem, magiſque qualificatam per
argumentum à majoritate rationis.

Idque clarè comprobatum videtur ex communi, &
& recepto ſenſu feudiſtarum, de quo ſuprà *diſc. 22.
cum ſeqq. & alibi pluries*, ut ſcilicet feudatarius duplex
habeat patrimonium, ſeu duplicem diverſum hære- 16
dem univerſalem, unum ſcilicet paganicum, & alte-
rum militarem, etiam diverſæ naturæ, quia unus ſit
teſtamentarius, & alter legitimus, ſive ab inteſtato,
quod juris principiis repugnat, neque alia ratione ſu-
ſtineretur, niſi ob privilegium militare, quodque feudum
ſit patrimonium militare, vel caſtrenſe, contradiſtinc-
tum à patrimonio paganico, ergo manifeſtum eſſe
videtur, quod in eo fortius intrent termini peculii
caſtrenſis.

In idem quoque rectè confert diſpoſitio *tex. in l.
cum multa C. de bon. quæ liber.* cum concordatibus, de
quibus *tit. de ſervitut. diſc.* 60. quod ſcilicet ea, quæ
immediate obveniunt à ſupremo Principe, non ſubja- 17
cent nexibus patriæ poteſtatis; Et hic eſt caſus in feu-
dis veris, & propriis, quorum dominus ſit Princeps
ſupremus, habens jus belli publici, ut ſuprà, dum feu-
dum verum obtineri dicitur in capite à Rege, vel à
Principe; Alia vero feuda, quæ obtinentur à Baronibus,
aliiſque ſubditis, dicuntur ſubfeuda, ſeu feuda plana, &
de tabula, aut alias impropria, allodii potius ſpeciem
habentia, juxta diſtinctiones de quibus ſupra *diſc.* 7.

Et quamvis apud *Franc. d. deciſ. 4. num. 8. & 9.* 18
id admittatur, quando agatur de illo feudo, quod ipſi
filio per Principem ratione militiæ, & in remunera-
tionem ſervitii militaris conceſſum ſit, ſecus autem ubi
de feudo antiquo, vel novo, quod per Patrem illi refuta-
tum fuerit, quaſi quod iſtud habeat ſpeciem peculii pro-
fectitii; Attamen (pace viri doctiſſimi, & apud me ſum-
mæ venerationis) iſtud videtur æquivocum clarum tãto

viro

viro incongruum (undè propterea in omnibus experimur imperfectiones humanæ imbecillitatis) quoniam feudum verum, & proprium eſt beneficium, quod directè, & immediatè obtineri dicitur à Principe tanquam ſpecies officii, vel magiſtratus abſque alterius dependentia, quamvis non ex meritis propriis conceſſionarii, ſed ex illis ejus patris, vel alterius conceſſio ſequatur; Quinimò etiam ex cauſa vere oneroſa, cum pecunia patris, vel alterius, dum id operari poterit, ut feudatarius ſit debitor pretii, in quo gravari poſſit, illud quod ubi proveniat à patre, ſpeciem habeat peculii profectitii, ſed non per hoc ipſum corpus feudi dici poſſit profectitium, quoniam iſtud ſemper dicitur obtineri immediatè, & in capite à Principe; Eo modo quo proviſus per Papam de aliquo beneficio, ex reſignatione ad ejus favorem, per alterum facta, vel alias intuitu meritorum alterius, ipſe dicitur beneficiatus, qui directè, & immediatè jus meritur à Papa.

Et conferunt, quæ pluries habentur *tit. ſeq. de regalibus*, ad materiam officiorum, & locorum montium, quod ille in cujus faciem eſt deſcriptum officium, ſeu aliud jus regale, dicitur verus officialis, vel creditor Principis, quamvis cum alterius pecunia officium, vel jus quæſitum ſit; Magiſque ad rem conferunt ea, quæ habentur ſupra *diſc.* 24. ſuper concluſione, quod in feudis non datur ſimulatio, neque locum habet regula *plus valere, quod agitur, &c.* Ergo proprium eſt arcete, quo feudum dici valeat profectitium, quodque eatenus habeat naturam peculii caſtrenſis, quatenus concedatur ratione propter militiæ, dum iſto caſu non requiritur qualitas feudalis, quoniam quidquid iſta occaſione acquiritur de bonis indifferentibus, iſtam habet ſpeciem, pro qua, neque opus eſt, ut bona obveniant à Principe ſupremo, dum ſufficit, ut illa ex iſta occaſione, quovis modo quærantur, Et per conſequens privilegium, quod conceditur bonis à Principe obvenientibus, eſt quid diverſum ab altero bonorum caſtrenſium, adeout ſi conceſſio ex alia cauſa, quam illa belli, vel militiæ fiat, idem privilegium intret, ergo multò magis intrare debet in feudo, quod utramque ſpeciem habet, immediatæ ſcilicet conceſſionis factæ à Principe, & cauſæ militaris, ſi non de præterito ſaltem de futuro, dum feudatarius efficitur miles, cum fidelitatis juramento militiæ, ſaltem apud perſonam ipſius Principis adſtrictus.

Neque juridica videtur differentia conſiderata in *d. deciſ. Franch.* inter feudatarium noviter creatum, & illum qui jure ſucceſſorio per mortem, vel per refutationem à patre, vel alio majore, obtineat, quo-
19 niam, ut advertitur *ſub. tit. de credito diſc.* 13. 27. & 151. occaſione agendi de articulo, an in feudis intret ſeparatio bonorum, & an creditores hæredis cum aſſenſu vincant creditores defuncti ſine aſſenſu, novus feudi ſucceſſor, illud obtinere dicitur, directè, & immediatè à Rege, vel ab alio Principe domino directo, per occultam extinctionem juris feudatarii morientis, vel refutantis, novæque formationis juris in ſucceſſore, ſeu feudatario, eodem modo, quo in prædicta ſede regalium habetur de officiis, & locis montium, quæ ex alterius reſignatione obtineantur, & ad inſtar proviſionis beneficii Eccleſiaſtici ex cauſa reſignationis, ut ſupra, dum renovatio explicita, vel implicita, quæ conceditur novo ſucceſſori, habet ſpeciem novæ inveſtituræ.

Ad rem quoque nimium conferre videtur pondera-
20 tio deſumpta ex hiſtoria juris civilis, de qua in his terminis feudalibus ſupra *diſc.* 2. & 36. & *in aliis*, & *tit. ſeq. de regal. diſc.* 2. & *tit. de ſervit diſc.* 1. & *alibi*, quod ſcilicet quando prodiit uſus feudorum, atque prodierunt leges, vel conſuetudines feudales, vel ignotum, vel non receptum, erat jus civile Romanorum; Et per conſequens, importunum eſt, regulare materiam feudalem cum præfati juris civilis terminis, ac diſpoſitione, præterquam in ſubſidium juris proprii, quinimo etiam juris canonici, quod potius eſt attendendum; Neque incongruum ponderationes; de quibus *d. diſc.* 34. *de teſtam.* occaſione facultatis teſtandi in filio familias Clerico.

Ideoque concludendum videtur, quod feudum ſimplex quia dignitatem annexam non habeat ſit autem verum, & proprium immediate ſcilicet à Rege, vel à ſupremo Principe, non liberat perſonam à patria poteſtate, quoad alia bona & jura indifferentia independenter à feudo, ſed in iis, quæ concernunt feudum, vel perſonam feudatarii, habendus veniat tanquam pater familias.

Hactenus de feudatariis ſimplicibus, non titulatis, juxta primam inſpectionem, ut ſupra diſtinctam; 21
Quatenus vero pertinet ad aliam ſpeciem feudatariorum, & dignitatis; cum juri communi Romanorum ignotus eſſet feudorum, & feudatariorum uſus; Hinc proinde non bene ſuper propoſitione, ſeu limitatione de qua ſupra *num.* 10. *Maſtrill. de magiſtrat. lib.* 4. *c.* 13. *num.* 218. qui adduci ſolet per alios modernos *eod. num.* 10. allegatos, tanquam anteſignanos, ad id allegat *tex. in §. filius familias inſtit. quib. mod. jus patr. pot. ſolvit.* dum neque in dicto textu inſtitutionum, neque in aliis amplioribus, de quibus ſupra, agitur de hujuſmodi feudatariis titulatis, tunc 22
ignotis, ſed de aliis officiis, & dignitatibus; Neque *l. ſ.* per eundem *Maſtrill.* allegatus, ad hanc ſpeciem deſcendere videtur, cum ſolùm *num.* 18. agit de dignitate Epiſcopali, de qua jus civile expreſſe diſponit, ac propterea liquet, quod traditio *Novar. & Marin.* ſunt in fide parentum pro conſueto collectorio, ſeu pragmatico more, ex mala fundata origine, deſtituta ratione, & auctoritate, ut in multis experimur, quod ſcilicet uno aliquid aſſerente, alii ſequuntur, atque uno alterum tranſcribente ſit magnus cumulus teſtium de auditu ab uno, qui non dicit verum, vel eſt malè informatus, nullamque ſui dicti rationem aſſignat, vel falſam, iſtaque eſt quotidiana miſeria hujus facultatis cum quadam ineptia, qua nulla major.

Examinando autem articulum per rationes & principia, ut decet, quando caſus legis non habetur, magnum, nimiumque ſolemne videtur æquivocum, firmare hanc propoſitionem, ita generaliter, & in abſtracto, quod ſcilicet feudatarii regales, & dignitatis 23
eximantur à patria poteſtate, idque ita firmatum applicare noſtrorum temporum Baronibus, & Domicellis, habentibus titulum Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum; ſiquidem, ut advertitur pluries *in hoc tit.* ac etiam *tit. de præeminent. diſc.* 26. & 35. & *tit. de penſion. diſc.* 48. variæ hodiè ſunt ſpecies titulatorum inter ſe nimium diverſæ, ideoque prorſus erroneum eſt cum hac generalitate procedere.

Veri etenim feudatarii regales, ac dignitatis ſunt illi Principes, Marchiones, & Comites, qui exceptis alto dominio, & majori ſuperioritate, aliiſque in inveſtitura reſervatis, obtinent feudum pleno imperio, & cum regalibus, adeout feudum redoleat ſupremum principatum, ut ſunt (ex. gr.) Duces Mediolani, Parmæ, & Placentiæ, Mutinæ, & Rhegii, Mantuæ, Senatum, & ſimiles; Et in iſtis rectè procedit aſſumptum, quoniam ſunt Principes ſoluti legibus civilibus à quibus jus patriæ poteſtatis derivat, eiſque derogare poſſunt, cum eatenus vim legis habent, quatenus eis placeat, ut in ſuo principatu ſerventur, & per conſequens illarum ſubjectionem non patiuntur.

Prout etiam ad effectum de quo agitur, ſunt illi feudatarii imperiales minoris ſphæræ, quorum plures habemus, præſertim in Lombardia, aliiſque partibus ſuperioribus Italiæ prope montes, cum eadem dignitate, ſeu titulo, Principum, Ducum, Marchionum, quoniam licet reputentur inferioris ordinis de facto, ratione minoris potentiæ, exigui territorii, unde propterea non habent de facto exercitium

juris regalis, indicendi bellum publicum, atque formandi exercitum, neque veniunt ſub nomine illorum Principum, qui quandam ſpeciem, vel figuram Regni habere videntur, juxta ponderationes, de quibus *ſub tit. de jure patron. diſc.* 2. Attamen in reliquis habent alia regalia, nempè fiſcum, & confiſcationes bona vacantia, cuſionem monetarum, creationem Doctorum, & Notariorum, jus privativum, vel prohibendi, ac aliarum jus habendi arces munitas nec non facultatem condendi leges, cum propriis ſubditis, eiſque derogandi, vel diſpenſandi, & per conſequens eadem intrare videtur ratio.

Solumque ratio dubitandi cadere videtur in caſu, de quo agitur *ſub tit. de alienat. & contract. prohibit. diſc.* 37. quod ſcilicet habentes hujuſmodi feuda minoris potentiæ, ſed cum regalibus, & cum vera dignitate, ut ſuprà, vivant in alieno principatu, in quo Baronum, & Domicellorum ſubditorum figuram faciant, juxta alium caſum, de quo *ſub tit. de juriſdict. diſc.* 90. cum ſimilibus, an ſcilicet, quatenus hic titulatus adhuc haberet patrem, dicendus ſit; nec ne ſubjectus patriæ poteſtati, ex deductis in ſpecie *d. diſc. 47. de alienat. & contract. prohibit.* ubi videndum.

Alter è converſo eſt caſus oppoſitus, quod ſcilicet agatur de titulatis, ſine feudo nobili habitato, cum juriſdictione, & imperio in vaſſallos, ſed ex ſolo privilegio alicujus Principis, juxta caſum, de quo *ſub tit. de penſion. diſc.* 48. Et tunc, cum iſta dicatur dignitas omnino impropria, & abuſiva, in ſola nuncupatione, pro aliquibus effectibus honorificis, planum, atque certum videtur, ut hæc ſpecies dignitatis præfatum effectum non producat, cum nulla ſuppetat ratio, quæ id ſuadeat.

Tertius caſus eſt illorum Marchionum, & Comitum quorum adeo frequentem uſum habent, Lombardia, aliæque ſuperiores Italiæ partes verſus montes, quod ſcilicet juxta conſuetudinem enonciatam ſupra *diſc.* 8. & alibi pluries agatur de exiguis feudis dividuis ad formam juris Longobardorum, quibus annexa ſit dignitas Comitis, vel Marchionis in hac forma dividua, adeout omnes nuncupentur Comites, vel Marchiones, quotquot ſint agnati, & deſcendentes à primo ſtipite, quamvis aliquam modicam habeant participationem fructuum, & emolumentorum, ac etiam juriſdictionis, juxta illam magnam diviſionem dari ſolitam, quæ (ex. gr.) recenſentur *in Ianuen. Feudi Arquati diſc.* 114. *cum ſimilibus:* Quinimò quod etiam ſine hac participatione, quæ ſit penes patrem, eo adhuc vivente, eandem nuncupationem, ſeu titulum aſſumant filii, adeout detur caſus, quod major ſit numerus Marchionum, vel Comitum, quam ille vaſſallorum; Et tunc, licet iſta dignitas dici non poſſit omnino ficta, & idealis ex ſolo privilegio ſuper feudo alieno, vel ideali, quod nuncupatur *dell. Avena*, adhuc tamen videtur dignitas impropria, & abuſiva, cum de facto iſti facere potius videantur figuram privatorum nobilium, & per conſequens, ut iſta exemptione non potiantur.

Quarta demum eſt ſpecies adaptabilis ad caſum præſentis controverſiæ, quod ſcilicet agatur de Principibus, Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, qui in forma individua juris Francorum, atque ad ſimilitudinem feudatariorum regalium, & veræ dignitatis, poſſideant Civitates, Oppida, & Caſtra habitata, cum vaſſallis, ac mero, & mixto imperio, ſed ſint ſubditi, cum omnimoda ſubordinatione Principi infeudanti, in qualitate Baroniæ ſine regalibus, quæ ſint penes ipſum Principem, aliquibus exceptis, quæ ex ejuſdem Principis privilegio explicito, vel implicitè deducto ab antiqua poſſeſſione, quodam jure ſingulari, & per viam limitationis regulæ obtineantur, ut propriè ſunt titulati regnorum utriuſque Siciliæ, ac etiam Barones, & Domicelli Urbis, & Status Eccleſiaſtici immediati, obtinentes eoſdem titulos; Et tunc de ſtricta juris cenſura, iſtis non congruunt ea, quæ de Principibus, Ducibus, Marchionibus, & Comitibus diſpoſita, ſunt, cum iſtæ dicantur dignitates potius impropriæ, & abuſivæ ex deductis præſertim in ſupra allegatis *diſcurſibus* 26. & 35. *de præemin.*

Verum quia (ut locis citatis advertitur) per quandam imaginem antiquarum dignitatum, quæ in eiſdem Civitatibus, & Oppidis, vel Regionibus adeiant, hujuſmodi titulati, pluribus gaudent præeminentiis, & prærogativis, & præſertim (loquendo juxta mores prædictorum Regnorum) conſtituunt corpus nobile Regni, ſeu Principatus, una cum Principe, qui eſt caput, ideoque tanquam membra ſedent ad ejus latus, atque cum eo interveniunt in publicis parlamentis, in quibus de gravioribus Regni, vel Principatus negotiis agitur, ita (ut dictum eſt) unum & idem corpus efformantes, tanquam per ſpeciem Senatus; Hinc proinde probabilius videtur, quod eis adaptetur, & congruat terminus illius patritiæ dignitatis de qua loquitur *textus in d. §. filius familias inſtit. quib. mod. jus patr. poteſt. ſolvit.* 24
Quoniam, ut communiter advertunt ibidem Doctores, iſta dignitas patritiatus non eſt illa, quam (non ſine aliqua irriſionis occaſione) ſibi aſſumunt etiam parvarum Civitatum, & Oppidorum nobiles nimium privatæ fortunæ, & illius ſimplicis nobilitatis, quæ illos diſtinguat à plebeis; juxta diſtinctiones, de quibus *d. diſc. 35. de præminen.* derivato iſto vocabulo à deſcendentibus illorum centum Patrum, quos Romulus elegit, ſed verè, & propriè denotat majorem dignitatem Senatoriam eorum, qui Principi aſſiſtunt, atque aliquam cum eo habent participationem, in Reipublicæ, ſeu Principatus regimine; Et ex qua ratione in his terminis Doctores concorditer inferunt ad dignitatem Cardinalitiam, ut operetur eundem effectum, quem operatur Epiſcopatus circa exemptionem à patria poteſtate.

Applicando itaque ad rem, quando iſta refutatio præſupponenda eſſet valida tunc videbatur, quod iſte feudatarius decoratus pene omnibus dignitatibus, Principis, Ducis Marchionis, & Comitis, cum pluribus feudis qualificatis in numero copioſo, habendus eſſet pro patre familias; Potiſſimè, & clarius dum aliquæ ſpecies iſtarum dignitatum, ut ſunt Marchionatos Vaſti, & Piſcariæ, erant magis qualificatæ, ob aliam 25
majorem dignitatem primatus Hiſpaniarum, ob quam ad inſtar Cardinalium cum Papa, ſedetur ad latera ipſius Regis; Et quo magis iſtæ dignitates vivente patre per filium obtentæ ſunt ex ejuſdem patris refutatione, eo magis, quædam implicita emancipatio ineſſe videtur ad inſtar eorum, quæ habentur *tit. de credito diſc.* 86. de patre conſenſum præſtante, ut filius Decurionatum, ſeu aliud munus publicum aſſumat.

Motivabatur etiam de nullitate teſtamenti, conditi cum Notario, & tribus teſtibus; Verum id nil relevare videbatur; tum ob validitatem juxta illas leges ex deductis *tit. de teſtam diſc.* 11. tùm etiam quia in om- 26
nem eventum idem poſthumus eſſet ſucceſſor inteſtatus, ideoque tota cauſa reſtringebatur ad invaliditatem refutationis.

ROMANA CONCURSUS CREDITORUM.

Pro Creditoribus cum aſſenſus, cum Creditoribus ſine aſſenſu.

Caſus pendet in Congregatione Baronum.

An probibitio alienandi, vel obligandi Caſtra, aliaque bona juriſdictionalia, quæ reſultat ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, capiat tenutas & prædia, quæ per Baronem, vel Domicellum ex titulis particularibus quæſita ſint, & poſſideantur intra fines ejuſdem Caſtri, ſeu loci juriſdictionalis.

SUMMARIUM.

1 *De creditoribus cum aſſenſu, præferendi anterioribus*

Digitized by Google

bus ſine aſſenſu in locis juriſdictionalibus, & prohibitis.

2 *An id procedat in feudis; & locis privatis, exiſtentibus intra Caſtrum.*

3 *In idem de Conſtitutionibus de non infeudando.*

4 *De incorporationibus novarum acquiſitionum, vel additionum.*

5 *De majori pretio bonorum juriſdictionalium.*

6 *De eodem puncto, de quo num. 5. & quomodo in ejus deciſione ſit procedendum.*

7 *De eodem, & de diſtinctione plurium caſuum, & bonorum.*

8 *Diſtinctiones continent præſumptionem juris contrariam perfecte eludibilem.*

9 *De applicatione diſtinctionum ad caſum controverſia.*

10 *Quando voluntas incorporandi attendatur, ut ne.*

11 *De ejuſdem voluntatis incorporandi argumentis.*

12 *De compatibili concurſu plurium perſonarum, vel titulorum incompatibilium.*

13 *De conceſſionibus privatis, quæ per Barones fieri poſſunt circa contraventionem Conſtitutionum.*

DISC. CXVII.

1 DECISO per Congregationem Baronum puncto, diſputato in concurſu creditorum Principis Ludoviſii, ſuper pretio Status Zagarolæ, ut ſcilicet creditores poſteriores cum aſſenſu, præferri debeant creditoribus anterioribus ſine aſſenſu, ex ea ratione, de qua etiam ſuprà *diſc.* 78. *& alibi*, quod ſcilicet in bonis non exiſtentibus in libero commercio, atque obligari prohibitis ſine licentia, vel aſſenſu Principis, vel alterius, creditores qui aſſenſu careant, comparative ad eos, qui illum habeant, habendi ſint tanquam Chirographarii concurrentes cum hypothecariis, ex deductis in iſto caſu præciſo *ſub tit. de credito diſc.* 13. *&* 151.

Ex parte creditorum anteriorum in tempore ſine aſſenſu, excitatum fuit motivum, ut ſcilicet dictum aſſumptum rectè procedat in ipſis Caſtris, & bonis juriſdictionalibus, in univerſum, eorumque pretio pro rata, non autem in rata illius pretii, quod proveniat ratione tenutarum, villarum, palatiorum, vinearum, aliorumque prædiorum tam ruſticorum, quam urbanorum, quæ ab eodem Barone, ſeu Domicello debitore, ad inſtar cujuslibet privati civis, vel incolæ intra fines ejuſdem ſtatus poſſiderentur jure pri-
2 vato, utpote quæſita ex privatis titulis emptionis vel aliorum contractuum, ſive ex induſtria conſtructis ex recepta propoſitione de qua ſuprà *diſc.* 2. *&* 3. 47. & 56. *& in aliis pluries*, quod ſcilicet ex reduplicatione plurium perſonarum formalium, quæ datur in eadem perſona materiali pro diverſitate reſpectuum, iſta bona conſiderentur, tanquam privata, & indifferentia, contradiſtincta ab ipſo corpore caſtri, ſeu loci juriſdictionalis.

Atque ad id probandum, ſcribentes pro hujuſmodi creditoribus ſine aſſenſu, omnia penè ad literam deſumebant ex iis, quæ habentur a me ſuperius deducta *diſc.* 61. *&* 62. illa exornando cum aliquo majori & ſuperfluo verborum & allegationum apparatu.

Ponderando etiam communem praxim ponderatam quoque *d. diſc.* 61. ad interpretationem aliarum
3 Conſtitutionum Apoſtolicarum de non infeudandis, quod ſcilicet Barones & Domicelli prohibiti alienare Caſtra & bona juriſdictionalia in toto vel in parte per quotas, paſſim alienant titulo venditionis, vel dationis in ſolutum, ſive ex altero emphyteuſis, vel perpetuæ locationis, ac etiam donationis, concedunt petias terræ, & vineas, aliaque prædia & bona, dum alias eſſet eis penitus interdicere commercium.

Econverſo autem aliqui ſcribentes pro hac parte inſiſtebant in eo, quod plerique doctores, agendo de
incorporatione Civitatum, & Provinciarum de novo conquiſitarum alicui Regno vel Coronæ, exemplificare ſolent in aquis dulcibus provenientibus ex privatis fontibus vel rivulis quod intrantes in mare, efficiuntur maritimæ vel ſalitæ, ipſiuſque maris naturam & qualitatem aſſumunt, juxta diſputationes habitas in cauſa, de quo ſuprà *diſc.* 2. Atque occaſione comprehenſionis ſub legibus, agitur etiam ſupra *diſc.* 85. & alia occaſione viarum, intrantium in plateam, agitur *ſub tit. de regal. diſc.* 135. Atque bene quoque conſuetum noſtrorum dictum, quod juriſdictio ſit quid univerſale, tanquam nebula ſupra paludem, ideóque eo ipſo quod Baro vel Domicellus, bona privata acquirit; illa cadant ſub dicta nebula, & efficiuntur juriſdictionalia. 4

Item in præmiſſorum comprobationem in congreſſibus deſuper habitis arguebam ego ab obſervantia
circa pretium ſeu valorem, quoniam ſi Baro vel Domicellus emit tenutas, aliaque prædia privata ad rationem (ex. gr.) quatuor pro centenario, penes ipſum evadunt bona juriſdictionalia, undè propterea in æſtimatione ipſius Caſtri, ſeu loci juriſdictionalis, ita æſtimantur ad rationem duorum circiter ob pluries inſinuatam prærogativam bonorum juriſdictionalium hujus principatus, præſertim *diſc.* 19. *&* 24. quod ſcilicet bona juriſdictionalia æſtimantur in medietate pluri, quàm privata indifferentia. 5

Quamvis autem ego ſcribens pro hac parte creditorum poſteriorum, habentium aſſenſum, more Advocati ad cauſæ opportunitatem prædictis inhærerem, aliaque pro conſueto Advocatorum acumine deducerem; In congreſſibus tamen deſuper habitis pro directione cauſæ, in quibus pro commendabili Curiæ ſtylo, veritas cum omni ingenuitate inquiritur, &
apetitur; Dicebam idem, quod habetur ſuprà *diſc.* 2. *&* 3. 47. *&* 56. *& in aliis*, ſuper hoc puncto, an & 6
quando bona exiſtentia intra fines feudi ſint feudalia, cum proportionabiliter eadem intret ratio, quod ſcilicet revera iſta non ſit quæſtio juris, ſed potius facti ex iſtius particularibus circunſtantiis decidenda, quodque propterea intret conſuetus nimiumque frequens & connaturalis pragmaticorum error procedendi cum generalitatibus, ſive in ſola litera doctrinarum & auctoritatum non reflectendo ad debitas diſtinctiones, ideoque confugiendum eſſet ad illam, quæ pro meo ſenſu eſſet ſacra anchora, pro methodica cauſarum deciſione, congruave doctrinarum & concluſionum applicatione diſtinctionis ſcilicet diverſorum caſuum, vel diverſarum ſpecierum hujuſmodi Caſtrorum & locorum juriſdictionalium.

Ubi etenim agitur de prima magis communi, & frequenti ſpecie illorum caſtrorum ſeu locorum, in quibus Baro vel Domicellus habeat ſolum illud dominium publicum ſeu territoriale in toto territorio, quod conſideratur tanquam jure terrendi, abſque tamen privato & utiliario dominio ipſius terri-
torii materialis, quod pleno jure ſit privatorum & 7
tunc reſpectu bonorum & jurium, quæ ab eodem Barone vel Domicello ibi poſſideantur, intrat diſtinctio, de qua *d. diſc.* 2. *&* 3. *&* 47. in aliis inſinuata inter illa bona & jura, quæ annexam habeant juriſdictionem ſive de ſui natura ſint juris publici & baronalis ratione alicujus regaliæ, vel ratione juriſdictionis; Et alia, quæ ſint juris merè privati, atque proveniunt ab humana induſtria; ut ſcilicet in prima ſpecie conſideretur tanquam Baro, illaque bona vel jura dicantur feudalia vel juriſdictionalia, tanquam membra illius corporis vel tanquam partes totius, rectéque cadant ſub hujuſmodi prohibitionibus, dum illorum alienatio importat ipſius corporis ſciſſuram & diſmembrationem; Alia verò bona indifferentia, & juris privati etiam penes ipſum domi-

ſuum, vel Baronem, ſuam retineant naturam, dum in eis deſideratur, tanquam privatus ea dicta reduplicatione perſonarum, quoties verſemur in dubio; ſecùs autem ubi expreſsè vel etiam præſumptivè conſtet de voluntate ipſius feudatarii vel Baronis illa incorporandi feudo vel caſtro, cum in hoc totum faciat voluntas vel deſtinatio patrisfamilias ex auctoritatibus ibi inſinuatis.

Aut verò agitur de illa ſpecie feudi vel caſtri, quod importet dominium totius territorii materialis etiam ad fructum & utilitatem, adeout privatum dominium aliorum, ſit ſolum ſubalternum per ſpeciem perpetuæ coloniæ & emphyteuſis, juxta caſum, de quo *d. diſc. 47. & 71.* & in aliis ibi inſinuatis; Et tunc aut agitur de acquiſitionibus bonorum, quæ ab eodem Barone vel Domicello malè diſtracta ſint, ac indebitè diſmembrata, iſtoque caſu, ut advertitur *d. diſc. 2.* novæ acquiſitiones referendæ potius videntur recuperationi, vel reintegrationi, & per conſequens ut ad priorem cauſam redeant; Et conferunt quæ habentur *diſc. 35. de legitim. & detraction.* circa illa melioramenta, quæ fiant pro refectione deteriorationum, de quo etiam *diſc. 24. de credito*, Aut hæc neceſſitas non urget, & tunc videtur, quod iſta præſumptio non intret, quodque ob eundem compatibilem concurſum diverſarum perſonarum incompatibilium pro diverſitate reſpectuum, probabilius ſit, ut jure privato hujuſmodi acquiſitiones facere voluerit pro libertate diſponendi, & ne bona liberæ diſpoſitionis huic prohibitioni vel ſervituti ſupponat.

Verùm iſta quoque eſt ſimplex juris præſumptio, quæ cedere debet contrariæ probationi expreſſæ, vel
8 præſumptæ diverſæ voluntatis incorporandi bona cum ipſo caſtro, vel feudo, eaque faciendi ejuſdem naturæ ex deductis apud *Rovit. cons.* tot. *lib.* 2. cum aliis, de quibus locis citatis; Quoties tamen iſta incorporandi, vel confundendi voluntas fiat re integra, & priuſquam creditoribus, vel aliis intereſſatis jus quæratur in hujuſmodi bonis, & per conſequens (ut præmiſſum eſt) quæſtio revera dicenda potius eſt facti, quam juris ex ſingulorum caſuum particularibus circunſtanſtiis decidenda.

Applicando autem ad rem; Cùm ſupponeretur, quod iſta caſtra eſſent juxta ſecundam ſpeciem, quæ
9 in hoc principatu frequens videtur, quod ſcilicet Baro, vel Dominus haberet dominium totius territorii materialis; Advertebam diſtinguendum eſſe inter privatas acquiſitiones, vel conſtructiones factas per Columnenſes, antiquos hujus ſtatus Duces, & dominos, qui Ludoviſio debitori, & ultimo poſſeſſori, ſeu illius auctori illum vendiderunt, & acquiſitiones factas ab eodem novo emptore & debitore vel ejus auctore.

Primo etenim caſu (etiam cum ſenſu veritatis) omnino certum dicebam, quod omnia effecta eſſent bona juriſdictionalia, conſtituentia unum, & idem corpus ejuſdem naturæ, tanquam illum manſum, de quo agitur ſuprà *diſc. 56.* ex clara voluntate, & deſtinatione prioris domini venditoris, qui profeſſus eſt vendere iſtum ſtatum tanquam unum corpus integrale, & juriſdictionale pro eodem uniformi pretio bonorum juriſdictionalium, & cum illa licentia, quæ in hujuſmodi bonis eſt neceſſaria, atque ea parte emptoris, eadem fuit voluntas emendi totum ſtatum tanquam unum corpus integrale ejuſdem naturæ, & tanquam unum manſum, juxta ponderationes, de quibus *d. diſc. 65.*

Quare difficultas reſtringi ſolùm videbatur ad præſumptionem voluntatis iſtius novi emptoris, in acquiſitionibus per eum factis, quarum reſpectu præſumptio, ut ſuprà eſſe videbatur pro non confuſione ſeu non incorporatione, ut ita diſponendi libertas ſalva remaneret.

10 Et quamvis hujus voluntatis incorporandi argumentum deſumi videretur ex eadem circunſtantia, de qua ſuprà, quod ſcilicet acquirentium ultimus ſucceſſor, qui venditionem fecit, & in cujus venditionis pretio erat concurſus, idem adamuſſim egerit, vendendo totum ſtatum, tanquam unum corpus ejuſdem naturæ, cum eadem licentia, & pro eodem uniformi pretio alterato juriſdictionalium; Attamen dici poſſe videbatur, quod iſte actus poſterior non eſſet aptus tollere hypothecam & jus quæſitum creditoribus in hujuſmodi bonis non cadentibus ſub prohibitione, dum de tali voluntate conſtare debet, antequam hypothecæ contrahantur, ſo únque iſte poſterior actus, deductus ab obſervantia rectè deſervi non poteſt pro interpretatione vel adminiculo eorum, quæ accederent à parte antea; Ideoque concludebam, quod iſtorum reſpectu, alia deſideranda eſſent adminicula voluntatis à parte antea; quodque propterea deciſio penderet à circunſtantiis facti.

Non leve tamen hujus voluntatis adminiculum deſumi videbatur ex eo, quod cum venditoris pater, de 11
cujus debitis agebatur juxta tempora hujuſmodi acquiſitionibus proxima, pro emptionibus duorum Statuum Plumbini, & Venuſij, hæc debita contraxiſſet, quorum pars notabilis conſiſtebat in cenſibus, in quibus neceſſarius eſt fundus fructifer, curaverat eos omnes imponere ſuper villis Urbis & Tuſculi incongruis, utpote infructiferis & incapacibus, abſtinuit tamen ſemper impoſitiones facere ſuper hujuſmodi tenutis & prædiis, agnoſcendo prohibitionem Conſtitutionum, utpote in bonis juriſdictionalibus; Ac etiam quod acquiſitiones factæ non fuerunt ab ipſo debitore, ſed à Cardinali fratre, & primo acquiſitore, qui hunc Statum, tanquam unum corpus, ſub fideicommiſſo ſucceſſivo reliquit.

Non videbatur autem ſubſiſtere dicta conſideratio, quæ fiebat ex hac parte de rivulis & fluviis, intrantibus in mare vel in lacum, quoniam eadem bona, 12
etiam de tempore, quo erant penes privatos, à quibus acquiſita fuerunt, dici poterant juriſdictionalia paſſivè, id eſt ratione ſubjectionis juriſdictioni Baronis, ac propterea nulla naturæ immutatio vel nova ſubjectio ſequuta eſt, ipſeque Baro acquirens, ita gerit duas perſonas diſtinctas, quarum una eſt Baronis, cum qua continuat eandem juriſdictionem, quam prius habebat, nihilque de novo acquirit; Altera verò eſt perſona privata pro ipſorum bonorum privato dominio ad fructum & utilitatem ſub dominio juriſdictionali & territoriali ſui ipſius tanquam perſonæ diverſæ; Ideoque ſemper firmum remanet, ut totum pendeat à voluntate, regulanda ex circunſtantiis facti.

Minùs econverſo conſiderabilis videbatur obſervantia, quod ſcilicet Barones & Domicelli, abſque licentia Apoſtolica, & citra contraventionem Apoſtolica- 13
rum Conſtitutionum faciunt contractus de aliquibus petiis terræ, aliiſque prædiis, exiſtentibus in territorio Caſtri, quoniam iſtæ dicuntur alienationes, vel conceſſiones cujuſdam dominii utilis, vel ſubalterni abſque præjudicio integritatis corporis, & ſine formali ſciſſura, vel diſmembratione juriſdictionis & juris dominicalis, juxta ponderationes, de quibus *d. diſc. 61.* ſed id non influit ad caſum, in quo agatur de concurſu ad ipſum corpus univerſale ejuſdem naturæ penes ipſum Baronem & Domicellum, ut in præſenti.

ROMANA PALATII.

Pro Duce Ludovico Sfortia cum Cardinali Friderica patruo.

Caſus diſputatus in Congregatione Baronum, ubi pendet.

An bulla Baronum comprehendat legata quæ per Cardinales,

Cardinales, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas facta ſint ad favorem Cardinalium, & Prælatorum familiæ pro tempore; adeout bona hujuſmodi legatis obnoxia, & poſſeſſa per Barones cadant ſub bulla.

Et incidenter an ille, qui rem ſuam allodialem & liberam ab alio recipit in feudum æſtimatum pro certo pretio, dicatur primus acquirens, ut propterea ſucceſſores ad ejus debita teneantur.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *An bulla Baronum comprehendat legata.*
3 *An comprehendat bona Eccleſiaſtica.*
4 *Quod comprehendat etiam diſpoſitiones Pontificum, & Cardinalium.*
5 *Complectitur etiam bona poſſeſſa per Cardinales.*
6 *De eodem de quo num. 2.*
7 *De differentia inter ſtatuta localia, & leges Principis ſupremi in ſuo Principatu.*
8 *De eodem de quo num. 3.*
9 *Quando dicatur legatum factum perſonis Eccleſiaſticis.*
10 *De materia primi acquirentis ex cauſa onéroſa, ut ſucceſſoribus præjudicare valeat, quando talis dicatur.*

DISC. XCVIII.

1 PLuribus exortis controverſiis enunciatis etiam ſuprà *diſc.* 115. inter Sfortiades S. Floræ, Cùm tam Dux Ludovicus, quàm Cardinalis Fridericus Patruus pro aliquibus creditis contra Ducem Marium patrem & fratrem reſpectivè competentibus mandata executiva obtinuiſſent, contra ejus hæreditatem, jacentem in forma conſueta eaque præſentaſſent in Congregatione Baronum, uno alterum reſpectivè moleſtante in bonis, quæ poſſidebant; Cardinali petente vendi Caſtrum, ſeu Oppidum Onani poſſeſſum per Ducem; Iſte econverſo petebat vendi palatium, quod prius erat Cardinalis Valentini nepotis Calixti III. à quo poſtmodum aſſumpto ad Pontificatum ſub nomine Alexandri Sixti, dono datum fuit alteri Cardinali Sfortiæ, qui illud in ejus domo ſub fideicommiſſo reliquit, ſub lege tamen, quod exiſtentibus in hac familia Cardinalibus, pro eorum habitatione deſervire deberet; Undè propterea orta eſt quæſtio, an iſtod palatium, quod non dubitabatur fuiſſe poſſeſſum per Ducem Marium debitorem, qui erat Baro, caderet ſub diſpoſitione bullæ in præjudicium tam Cardinalis viventis quàm aliorum pro tempore; Atque diſputatione deſuper habita, ex prudentialibus motivis dilata fuit reſolutio, quæ pendet.

In hac igitur diſputatione plura deducebantur per defenſores Cardinalis; Primò nempè quod iſtud eſſet legatum favore Cardinalium, & per conſequens non
2 caderet ſub bulla, loquente de fideicommiſſis, procedendo cum generalitatibus, quas habemus in ſtatutis, & legibus exorbitantibus, ne earum extenſio de caſu ad caſum danda non ſit, ſed attendi debeant in caſu præciſo, ex ils, quæ habentur præſertim *ſub tit. de ſucceſſion.* ubì eſt ſedes ſtatutorum *diſc.* 15. *& in aliis.*

Et ſecundò ponderabant ea, quæ habentur ſuprà *diſc.* 93 ſuper puncto, quod hæc bulla non capiat bo-
3 na de dominio Eccleſiarum, quaſi quod ſit caſus mixtus ſub ea non comprehenſus.

His tamen non obſtantibus (etiam cum ſenſu veritatis) contrarium reſponderi debere dicebam, quoniam bulla *in* §. 10. loquitur etiam de diſpoſitionibus
4 factis per Summos Pontifices, multò magis per Cardinales, talemque dicebam eſſe praxim inconcuſſam in pleriſque fideicommiſſis, & præſertim in illo, quod ordinatum fuit per Cardinalem Cæſium, de quo ſuprà *diſc.* 89. & alterum ordinatum per Prælatum de quo *diſc.* 25. Et quod magis eſt, in altero, de quo *deciſ.* 228. *par.* 10. *recent.* enunciato etiam ſuprà *diſc.* 96. ordinato per ſummum Pontificem Leonem Decimum, in bonis ei relictis per Cardinalem & per conſequens Eccleſiaſtica qualitas teſtatoris ceſſare non facit diſpoſitionem bullæ.

Minuſque eam ceſſare facit Cardinalitia, vel alia Eccleſiaſtica qualitas poſſeſſoris bonorum, dum in eadem bulla §. 2. literaliter fit mentio etiam de Cardina- 5
libus & per conſequens ubi lex eſt literalis ceſſant quæſtiones & argumenta ad ſæpius enunciatam vulgatem regulam *tex. in l. illa aut ille ff. de legat.* 3.

Quatenus verò pertinet ad objecta; Nullius momenti videbatur primum, quod ſcilicet non ageretur de fideicommiſſo, ſed de legato, de quo bulla non loqui- 6
tur, quoniam quia juxta expreſſam diſpoſitionem *text. in l.* 1. *C. commun. de legat.* legata & fideicommiſſa in omnibus exæquata ſunt, eaque pro ſinonymis habentur, ubi de ſecundis & obliquis diſpoſitionibus agatur eadem conſtituta differentia inter univerſalia & particularia; Et per conſequens eo ipſo quod bulla loquitur de fideicommiſſis abſque dubio de hoc legato, habente tractum perpetuum & ſucceſſivum quoque loquuta eſt, cum aliud in effectu non ſonet, niſi fideicommiſſum particulare.

Clarius verò, ac ad evidentiam, quoniam dum bulla loquitur de caſibus fortioribus, nempè de inveſtituris, conceſſionibus, donationibus, & pactis dubitandum non videtur, quin comprehendere non voluerit caſum minus dubitabilem legatorum, ob rationis identitatem; Ac etiam omni penitus dubitandi ratione ceſſante, ob aliud magis amplum verbum cujuſcumque diſpoſitionis, tam inter vivos quàm per ultimam voluntatem, dum ſub genere ultimarum voluntatum, dubitandum non eſt venire legata.

Advertebam quoque æquivocum videri adhibere ſtrictos & rigoroſos terminos ſtatutorum, quoniam ut 7
advertitur pluries *d. tit. de ſucceſſion.* ac etiam *ſub tit. de legitim. diſc.* 10. *& alibi.* erroneum eſt, legibus latis per Principem ſupremum in ejus Principatu applicare terminos ſtatutorum & legum municipalium, quibus congruat ſtricta & rigoroſa intelligentia, quoniam id procedit per Civitates ſubditas, non habentes facultatem derogandi juri communi, leges etenim emanatæ à proprio Principe in ſuo principatu, dicuntur communes, non autem municipales, ſuntque majoris roboris & efficaciæ, quam ſit ipſum jus commune.

Quo verò ad alterum objectum, quod ageretur de 8
diſpoſitione Eccleſiaſtica; Dicebam extraneos eſſe terminos quæſtionis diſputatæ *d. diſc.* 93. quoniam ibi agitur de præſervando præjudicium Eccleſiæ dominæ directæ à debitis contractis per ejus feudatarium vel emphyteutam; undè ipſa venit omninò independenter à primo acquirente, qui quandam ſpeciem fideicommiſſi in ejus deſcendentia ordinavit, adeout in hæreditate fideicommittentis, à quo omnes ſucceſſores & vocati jus metiuntur, adeſſe ſolum dicatur dominium utile vel ſubalternum, quod cadat ſub bulla ex ibi ponderatis; Id autem nil commune habet cum præſenti caſu, in quo Cardinales & Prælati, ad hujus palatii habitationem veniunt jure fideicommiſſariæ vocationis, ex munificentia & liberalitate eorum majoris ordinatoris fideicommiſſi cum hac diſtributione participationis.

Et ulterius verè, & propriè iſtud dici non poterat legatum factum perſonis Eccleſiaſticis, undè propte- 9
reà bona dici poſſent potiùs Eccleſiaſtica, quàm laicalia ad effectum exemptionis ab Ægidiana, aliiſque legibus laicalibus, qualia ſunt conſimilia legata pro Cardinalibus, & Prælatis Domus pro tempore facta per Cardinalem Eſtenſem, & per Cardinalem Carafam juxta caſum, de quo *ſub tit. de fideicomm. diſc.* 51. quod ſcilicet alii de illo participare non poſſunt,

ſed

Digitized by Google

ſed interim ſtat ſub adminiſtratione, quoniam iſtud palatium comprehenſum eſt ſub fideicommiſſo univerſali complexivo Caſtrorum, aliorumque bonorum, ad favorem natu majoris pro tempore, cum onere tamen præſtandi habitationem Cardinalibus pro tempore; ideoque dominium reſidet penes fideicommiſſarium, Cardinalis autem pro tempore habet quandam ſpeciem ſervitutis habitationis, ſeu verius facultatis habitandi, juxta ea, quæ habentur *ſub tit. de ſervitut. diſc.* 66. undè propterea in omnem eventum, quando etiam hæc diſpoſitio non caderet ſub bulla, dicebam quod ad ejus præſcriptum vendi debebat proprietas, quæ pertinet ad fideicommiſſum cum onere iſtius ſervitutis juxta caſum de quo *d. tit. de ſervit. diſc.* 65.

Econverſo ut Cardinalis poſſeſſor palatii, repelleret has moleſtias Ducis actoris, qui pro ejus creditis petebat exequutionem ſuper palatio, ut ſuprà; Excipiebat de inani circuitu ob poſſeſſionem Comitatus 10 Sanctæ Floræ, reputè quæſiti ea cauſa oneroſa per dictum ducem Marium debitorem, undè propterea inferebatur ad concluſionem pluries in præcedentibus inſinuatam, quod ſcilicet primogenitus ſucceſſor feudi novi quæſiti titulo oneroſo, ſi non in ipſo corpore feudi ſaltem in ejus pretio teneatur ad debita & onera primi acquirentis; Quinimò etiam ad communicationem pretii, cum fratribus ſecundogenitis, ea deducta ſuprà *diſc.* 12. & in aliis pluries.

Præſuppo nebatur autem Dux Marius, primus acquirens, titulo oneroſo, eo quia ipſe ex ſucceſſione majorum poſſidente iſtum Comitatum in liberum allodium, etiam cum alto dominio, & independentia, illum, de conſenſu aliorum fratrum vendidit Magno Duci Etruriæ pro pretio quadringentorum quinquaginta millium circiter aureorum; deindéque ab eodem M. Duce, Domino effecto, ejuſdem Comitatus inveſtituram feodalem recepit in forma pacti, & providentiæ, ac quitis Francorum cum ordine primogenituræ pro ſe & univerſa deſcendentia Alexandri patris ſoluto pretio ſcutorum ducentorum quinquaginta millium circiter.

Verùm in ſenſu etiam veritatis, agnitæ quoque non ſolùm à Congregatione Baronum, ſed etiam à Rota, & ab utraque Signatura Gratiæ, & juſtitiæ, atque à Tribunali A. C. in quibus omnibus hoc motivum deductum fuit, ſed ſemper rejectum; Dicebam quod id nullum penitus haberet, nec facti, nec juris fundamentum, quoniam primus acquirens titulo oneroſo, ad præfatos effectus, propriè dicitur ille, qui pecuniam propriam liberam & allodialem jam exiſtentem in ejus patrimonio allodiali erogat in acquiſitionem feudi, cujus pretium ita in patrimonio ſeu hæreditate allodiali remanere, dicitur juxta caſus, de quibus ſupra *diſc.* 12. 19. 23. *& in aliis.*

Hoc autem in iſta facti ſpecie nullatenus verificatur, dum præfatus inveſtitus diſſipator potiùs quàm acquiſitor dicendus venit, quoniam antiquam rem pretioſiorem, quæ ex fideicommiſſis & primogenituris majorum erat debita ſucceſſoribus jure proprio, abſque eo quod ipſe diſponere poſſet deterioravit, ejuſque partem diſtraxit; Atque inſpecta rei veritate, ipſe innihil ſolvit, neque novam fecit acquiſitionem, ſed rem ſuam liberam, & allodialem tradidit alteri, à quo immediatè recepit in feudum, juxta caſum enunciatum in facti ſerie, de qua ſuprà *diſc.* 45. & alterum *de quo diſc.* 63. *&* 65. *& in aliis*; Cum ea differentia de qua in dictis caſibus, quod deditio fuit ex cauſa proteſtationis, tradendo alteri dominium directum, & ſuperioritatem, pro ſe autem retinendo dominium utile, vel ſubalternum; In præſenti autem deditio fuit mediante pretio, & ſic in effectu iſte actus aliud non continet niſi venditionem dominii directi, & alti pro pretio ſcutorum 250. mill. circiter, retento pro ſe dominio utili, immutata ejus natura ſeu qualitate, quod de libero allodio effectum fuit feudale; expreſſio autem pretii fuit gratia diſtinguendi quid importaret valor dominii directi, eo modo quo firmato integro valore alicujus rei, contradiſtinguitur valor proprietatis à valore uſusfructus, ſive dominii utilis, ex titulo emphyteutico ſeu livellario, &c. Et hic propriè erat caſus.

---

† ROMANA CENSUS.

Pro Sororibus de Amadeis cum Marchione Tarquinio S. Crucis.

Caſus diſputatus in Congregatione Baronum, & reſolutus, ut infrà.

De eadem materia de qua ſupra *diſc.* 48. an ſcilicet Bulla Baronum locum habeat pro debitis contractis poſt venditum Caſtrum, ſi venditio facta ſit cum reſervatione dominii, pendente ſolutione pretii; ac etiam cum retentione tituli, ſeu Dignitatis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries cum reſolutionibus.*
2 *Quod Bulla Baronum non habeat locum in debitis contractis poſt venditam Baroniam.*
3 *Contrarium.*
4 *Quod auctoritatibus individualibus ſit deferendum.*
5 *Quare non ſit deferendum Rotæ deciſioni in hoc puncto, & de auctoritate deciſionum Rotæ.*
6 *Quomodo procedat, & judicet Congregatio Baronum.*
7 *An Bulla habeat locum in locis tunc infeudatis & poſtea devolutis.*
8 *De circunſtantiis particularibus, ob quas Bulla intret, etiam poſt venditum Caſtrum.*
9 *Venditor cum reſervatione dominii pendente ſolutione pretii, an retineat dominium.*
10 *Senſus auctoris ſuper reſolutione.*
11 *Quid operetur ſolus titulus ſine Caſtro.*
12 *An ſola habitualis retentio dominii ſine alio ſufficiat.*
13 *De concluſione de qua num.* 9.

DISC. CXIX.

FRanciſcus de ſancta Cruce poſſeſſor Caſtri practicæ, intra diſtrictum Urbis, cum dignitate ſeu titulo Marchionatus de anno 1625. illud vendidit pretio ſcutorum ſexaginta millium Philippo Conteſtabili Columnæ, cum expreſſa reſervatione ac retentione præfati tituli pro ſe ipſo & uno ex ejus filiis, habita fide de pretio ſolvendo in certis terminis conventis cum reſervatione dominii, in ampla forma extenſa, ut nunquam cenſeatur ab ipſo abdicatum, donec integra pretii ſolutio aliaque implementa ſequuta fuerint; Iſtoque termino pendente, emit ab authoribus Sororum de Amadeis domum ad divum Capitolinum, re vera habita fide de pretio, quamvis ex juris fictione illud converſum fuiſſet in diverſum contractum cenſus, pro cujus fructibus in ſumma valdè notabili decurſis, ac etiam pro cautela ſortis principalis, expedito mandato executivo à Tribunali A. C. contra bona hæreditaria; eoque præſentato in Congregatione Baronum ad effectum, ut ad præſcriptum Conſtitutionis 41. Clem. VIII. quæ vulgò Bulla Baronum nuncupatur, exequutioni demandaretur, tam ſuper eadem domo, quam ſuper pretio dicti Caſtri, aliiſque bonis poſſeſſis per Marchionem Tarquinium filium, profitentem illa poſſidere jure proprio ex fideicommiſſo majorum, atque negante Baronalem qualitatem in Franciſco patre, pluribus diſputationibus deſuper habitis prodierunt reſolutiones actricibus favorabiles, præſertim ſuper exequutione prædictæ domus, ex cujus cauſa creditum originem trahebat.

In

In hujuſmodi antem diſputationibus nulla cadebat quæſtio ſuper requiſitis Bullæ, cam ſcilicet circa Baronalem qualitatem Francil. i præan bula hora dictæ venditionis, quam circa qualitatem bonorum ſuper quibus per batur executio, quod, ſcilicet fuiſſent ab 2 eodem Barone poſſeſſa; Sed quæſtio reſtringebatur ad punctum Baroniæ de tempore contracti debiti, quando ex parte rei conventi ceſſata dicebatur ob venditionem Caſtri juriſdictionalis, adeò ut illa retentio baronalis qualitatis vel prærogativæ, quæ remanet tanquam veſtigium prioris dignitatis non ſufficiat, cum ad effectum hujus Bullæ requiratur baronia actualis cum juriſdictione ex firmatis *per Rotam in Romana fideicommiſſi 8. Iunij 1654. coram Vereſpio*, edita in caſu de quo agitur ſupra *diſc.* 84. ubi reſolutio laudatur, quamvis ego ſcriberem pro parte ſuccumbente, ideoque ſcribentes pro reo convento, proprium judicium mihi objiciebant.

Scribens pro actricibus; Quamvis more Advocati deducerem eadem fundamenta; quæ pariter tanquam Advocatus deducebam pro creditoribus in dicta alia 3 cauſa, & de quibus *dicto diſc.* 84. illis addebam individualem auctoritatem, quæ in hac materia dici poteſt ſingularis *Cobellii ad Bullam Boni Regiminis cap. 16. num. 67. & ſeq.* exagerando conſuetam pragmaticorum inſipiditatem, ſuper doctrinis individualibus, non habentibus contradictorem ut in judicando attendi debeant, tanquam caſus legis ex deductis 4 *decis. 122. in fine par. 5. recentior. decis. 721. num. 5. par. 2. cum aliis per add. ad decis. 20. par. 3. recent. num. 42.*

Quatenus verò pertinet ad auctoritatem *Rota in dicta deciſione edita coram Veroſpio*, dicebam quod licet magna omnique veneratione digna ſit auctoritas 5 reſolutionum hujus Tribunalis; Nihilominus non ſunt auctoritates neceſſariæ, etiam reſpectu judicum inferiorum, adeò ut non verificetur id quod dicunt *Afflict. & alii*, de deciſionibus illius S. Conſilii reſpectu judicum inferiorum, eo quia emanant nomine Regio, cum iſta ratio non militet in Tribunali Rotæ, dum eſt ſolùm Iudex alicujus majoris ſpheræ, adeout quandoque, licèt non multùm frequenter, praxis doceat, quod Locum tenentes Auditoris Cameræ, aliique Iudices inferiores Curiæ non deferant auctoritatibus alicujus deciſionis punctualis; quando ejus fundamenta non captivent eorum intellectum, ut de me ipſo in figura arbitri patet *ſub tit. de fideicom. diſc. 75.*

Multò verò magis dum agebatur de Tribunali Superiore, quod more Principis potius, quàm Iudicis 6 procedere videtur, non obligatus ordine judiciali ex deductis ſupra *in Urbevetana Cenſus diſc. 95.*

Atque non egrediendo terminos ſpeciales iſtius Bullæ, advertebam quod licet *Rota* cùm duabus deci-7 ſionibus *coram Bevilaqua, & Cerra in Urbinaten. prædii impreſſ. decis. 50. & 51. poſt Paitell. quare ſecunda eſt etiam impreſſa decis. 133. par. 13. recent.* firmaverit quod iſta Bulla non comprehendat Barones Status Urbini, qui de tempore ejus editionis erat ſeparatus cum proprio Duce, quamvis poſtea per devolutionem antiquæ ejus unitati reſtitutus fuerit, attamen iſta Congregatio hanc opinionem ſequuta non eſt, utpote malè fundatam, ut advertitur *ſuprà diſc. 83.*

Deducebam quoque caſum, de quo *ſupra diſc. 85.* quod licet per duas deciſiones ejuſdem Tribunalis firmatum fuiſſet non adeſſe Baroniam; attamen poſtea ab eis receſſum fuit; Et per conſequens non videbatur conſtituendum adeo magnum fundamentum in unica deciſione, cui creditores non acquieverunt, quia cognoſcerent acquieſcere debere ſed potiùs quia me conſulente magis expediens judicarunt, convolare ad aliud totius fundamentum renunciationis, quo mediante reportarunt intentum, ideoque nullus fuit dictæ deciſionis effectus.

Præterea illa etiam admiſſa in caſo ſuo; Adhuc tamen negabam applicationem ad præſentem, ob diver- 8 ſas circumſtantias dupliciter, Primò nempè quod jam in eo caſu debitores poſt dimiſſam baroniam, quæ titulo decorata non erat, contrahendo debita, ſe barones profeſſi non ſunt, ſed contraxerunt tanquam privati nobiles Romani, quod potiſſimè in dicta deciſione conſideratur; Econverſo autem in præſenti caſu, non ſolùm debitorem ſe enunciavit Marchio, ſed fortiùs, quia in effectu talis erat non in ſola occupatione abuſiva per ſimplicem retentionem antiquæ dignitatis tanquam ejus reliquias, ſed per expreſſam reſervationem, cum approbatione Papæ, non ſolum pro ſe ipſo, ſed etiam pro ejus filio, adeò ut dici poſſet Baro titulatus ex legitimo titulo Principis, & qui talem figuram de facto faceret, undè propterea rectè intraret illa creditorum excuſatio, ut eſt bona fides, quæ à me ponderatur, *dicto diſc. 84. in fine.*

Et ſecundò ob expreſſam reſervationem dominii, pendente ſolutione pretii; undè propterea in lutium ſenſu, venditor in eo medio tempore hujus contracti debiti, in quo pretium non erat ſolutum, gereret potius perſonam locatoris, & emptor illam conducto- 9 ris, ita ſub una conventione occultando iſtum contractum, qui eſt prior, exprimendo verò alterum emptionis & venditionis poſteriorem & conditionalem ſortiturum effectum ſeu perfectionem poſt adimpletam conditionem ex iis quæ deducta habentur *per Surd. decis. 137. num. 3. & 305. num. 39. Cyriac. controver. 164. numer. 8. Leotar. de Uſur. quæſt. 36. numer. 21. & ſeq. decis. 284. num. 7. par. 13. recent.* & per conſequens, quod ex tunc dici poſſit verus & actualis Baro, quodque dicta deciſio extranea eſſet à caſu quæſtionis.

Hactenus diſcurrendo more Advocati ad cauſæ op- 10 portunitatem; Reflectendo autem ad veritatem, probabilis videbatur reſolutio reſpectu domus, quoniam illa nunquam fuit in bonis fideicommittentis, undè propterea attenta naturali veritate non urgebat illa exorbitantia, quæ ſuper hujus Bullæ diſpoſitione conſiderari ſolet ex pluriès ſupra inſinuatis, Quinimò potiùs æquitas & naturalis veritas aſſiſtebant actricibus, venientibus ex altero fideicommiſſo, quod ex inadvertentia vel ineptia poſſeſſoris, ita privatus remanebat re & pretio, quod revera nunquam ſolutum fuit, ſed ob transfuſionem in alium contractum, habebatur pro ſoluto & quadam vigoroſa legis fictione, ad quam evitandam, ratione dictæ majoris æquitatis, non improbabiliter ſupremum Tribunal, quod (ut ſuprà) in forma potiùs extrajudiciali, quam judiciali ac more Principis, magis quàm Iudicis, procedere videtur, ita arbitrii habenas relaxare debuerit, habendo debitorem pro Barone ad hunc effectum potius reſtituendo Domino quod ſuum erat quàm ut diſſolveret debita unius ex bonis alterius.

Urgente etiam ratione inanis circuitus, dum de ſtricto jure, actrices ipſam domum fideicommiſſariam vindicare probabiliter poterant, utpotè malè diſtractam à gravato gerente partes adminiſtratoris legalis, qui vendere non poteſt, habita fide de pretio & abſque iſtius opportunis cautelis, adeò ut ſpectato effectu, fideicommiſſum remaneret ſine re & ſine pretio.

Reſpectu verò aliorum bonorum, quæ re vera ſpectabant ad hæreditatem fideicommiſſariam & ſuper quibus de rigore vel de æquitate juris, actio aliqua actricibus non competebat, niſi ex beneficio hujus Bullæ Baronum; ſtantibus dictis circumſtantiis retentionis & continuationis tituli cum auctoritate Papæ, ac etiam alicujus retentionis habitualis dominii ipſius Caſtri ob dictam reſervationem pendente ſolutione pretii; Quando in creditore concurreret bona fides ſeu juſta credulitas, ponderata eodem *diſc. 84. num. fin.* forte admittendam eſſe crederem eandem ibi ponderatam

deratam æquitatem; Verùm hoc motivum ceſſabat, ex facto d im ex ipſo inſtrumento parebat, quod creditor certam habebat ſcientiam venditionis Caſtri, quodque debitor non eſſet ampliùs Baro actualis, Hinc proindè ſentiebam difficultatem, Partibus pro ſtylo ingenuè ab initio inſinuatam, dum ita deficiebat præcipua circunſtantia baronalis juriſdictionis actualis, juxta ea quæ habentur, *d. diſc.* 84.

Retentio autem Dignitatis, etiam ex auctoritate Principis inducit quidem honorificas præeminentias
11 ad quoſdam effectus, ſed non facit verum Baronem vel feudatarium ad illos effectus, qui ex retentione feudi vel Caſtri juriſdictionalis reſultare dicuntur juxta ea quæ de hujuſmodi titulatis ex ſolo privilegio & ſola nuncupatione habentur, *ſub tit. de cenſ. diſc.* 48. *& tit. de praemin. in ſupplemento diſc.* 45.

Prout quædam habitualis retentio dominii impropria cum potentia, quæ reduceretur ad actum, quatenus emptor non ſolveret, non videtur ad id ſufficiens
12 ex iis quæ habentur ſupra *diſc.* 90. & conferunt, quæ habentur ſupra *in Annot ad diſc.* 17. ſuper puncto, quod retentio penſionis compatibiliter cum militia & ſtatu ſæculari, reſervatæ ex cauſa reſignationis alicujus beneficii cum reſervatione regreſſus ad idem beneficium non facit clericum beneficiatum, quamvis adſit poſſibilitas intentando regreſſum, quod poſſit eſſe talis, per quandam ſpeciem poſtliminii ſeu reaſſumptionem prioris ſtatus; Potiſſimè quia ſufficit, quod ſit caſus dubius vel omiſſus, ut in excluſionem hujus novæ legis exorbitantis reſponderi debeat.

Et quoad aſſumptum de quo ſupra quod venditor, qui pendente ſolutione pretii ſibi reſervavit dominium, interim ſit verus dominus & locator, emptor
13 autem potius conductoris perſonam gerat, illud fallaciam continebat, cum veriùs magiſque receptum ſit in praxi, quod emptor eſt verus dominus, quamvis ejus dominium ſit ſubjectum reſolutioni eo modo, quo eſt verus dominus emptor cum pacto de retrovendendo, vel aliàs ſubjectus retractui ex pluries deductis in hac materia, *retractat. ſub tit. de ſervit. & dicto tit. de Empt. & vendit. diſc.* 2. & in his terminis ſpecialibus ad effectum Bullæ Baronum habetur *ſupra diſc.* 91.

---

† NULLIUS SIVE &c. UNIONIS FEUDORUM.

Inter N. & N.

Diſcurſus pro veritate ſeu directione.

An valeat conventio inter fratres, vel alios, ſuccedentes in pluribus feudis dividuis ad formam juris Longobardorum de non dividendo, ſed permanendo in communione ad vitam ſub adminiſtratione natu majoris,

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Quando valeat conventio de permanendo in communione & non dividendo.*
3 *Mandatum adminiſtratorium, non obſtante pacto eſt revocabile.*
4 *De Modo tenendo in conſiliis, vel in deciſionibus caſuum particularium.*
5 *Tranſactio ſuper articulo dubio dirimit omnem quæſtionem.*
6 *Pro tranſactione ſufficit timor litis.*
7 *Tranſactio cum auctoritate ſuperioris magis afficit.*
8 *De receſſione tranſactionis ratione læſionis.*
9 *Quod juramentum tollat omne obſtaculum juris Civilis.*
10 *Quando juramentum non validet pactum de non dividendo.*
11 *De eodem, & quale pactum perpetuæ communionis reſcindatur.*
12 *De invalida conventione ſuper mandato irrevocabili.*
13 *Quod communio quoad adminiſtrationem ſub uno, non importet talem communionem.*
14 *Expedit ut adminiſtratio ſit penes unum potius quam penes plures.*
15 *Clericatus operatur incapacitatem feudi.*
16 *De refutatione in proximè ſucceſſurum.*
17 *De prohibitione conventionum ſuper feudis ſine aſſenſu.*
18 *De diſtinctione confirmationis in forma communi vel ſpecifica.*
19 *Diviſiones in feudis dividuis, fieri poſſunt etiam inæquales inter ſucceſſores.*
20 *Quare non debeant adhiberi in his feudis doctrina Regnicolarum.*
21 *De unione feudorum, & an importet alienationem.*

DISC. CXX.

OBventis, ob mortem patris in tres fratres, pluribus feudis antiquis, pacti & providentiæ dividuis, ad formam juris Longobardorum, pluribuſque bonis allodialibus paternæ hæreditatis, inita fuit inter eos conventio, ut feudorum natura non immutata & abſque præjudicio vel alteratione inveſtiturarum, pro eorum jure ſolo perſonali, in communione ad vitam perſeverare deberent, neque ad diviſionem provocare, præterquam in caſu legitimæ ſucceſſionis, ſuperſtitum in portione deficientis, facta inter eos quadam redituum repartitione cum proteſtatione; ut exinde ipſorum bonorum in ſubſtantia, diviſio facta, non cenſeretur juriſdictionem ac adminiſtrationem feudorum cum mandato irrevocabili committendo, cum ordine primogenituræ, illi majori natu, qui præſens eſſet; Cum autem ad aliquod tempus tertio genitus extrajudicialiter adverſùs dictam fructuum repartitionem, tanquam compertam inæqualem reclamaſſet; Hinc ſe interponente quodam Principis ſupremo Magiſtratu, vel Miniſtro ex iſtius declaratione Et conſilio facto ad favorem dicti tertiogeniti quodam augmento deventum eſt ad concordiam, per quam dicta prior conventio confirmata fuit cum ampliſſimis clauſulis & verbis cuicumque exceptioni vel prætenſioni renuntiando, dictaque concordia per illum ſupremum Senatum, qui Principis vice has partes gerere ſolet, approbata & confirmata fuit, longamve annorum decem, & ultrà pacificam habuit obſervantiam; Adhuc tamen eodem tertiogenito, ægrè ferente quod tot feudorum commodè diviſibilium, juriſdictione & adminiſtratione omninò denudatus viveret, conſilium idem in partibus ab aliquibus Iuris conſultis petiit, ſuper modo recedendi à præfata conventione atque ſuper conſiliis deſuper datis, efformato quodam reſtrictu ſeu diſcurſu, meum deſuper expetitum fuit votum, tam pro validitate, quàm pro diſſectione. 1

In præfato autem reſtrictu ſeu diſcurſu, conſtringebatur punctus ad materiam *textus in l. in hoc judicium, §. ſi convenerit, ff. commun. dividun.* ubi diſponitur, quod pactum de non dividendo ſed permanendo in communione, temporale quidem valet, perpetuum verò non. 2

Super hujus verò textus intelligentia vel praxi DD. duas efformant quæſtiones; Unam ſcilicet, an conventio ad vitam paciſcentium abſque omnimoda perpetuitate in ſucceſſoribus temporalis, vel perpetua dicenda ſit; Et alteram, an juramentum ceſſare faciat hujus legis diſpoſitionem, etiam in caſu prohibito perpetuitatis juxta terminos textus *in cap. cum contingat de jure juran. & cap. per veſtras de donat. inter vir.*

vir. & uxor. Atque ſuper utraque quæſtione pro generali ſcribentium conſuetudine, nil penè pacificum relinquendi, variæ habentur opiniones; Aliis affirmantibus; Aliis verò negantibus & aliis diſtinguentibus ex iis, quæ antiquioribus relatis habentur hinc indè plenè deducta *per Gutier. de juram. c. 58. num. 16. & 17. Seraphin. eodem tractat privil. 58. à num. 6. Theſaur. & add. deciſ. 145. Michalor. de fratrib. par 2. cap. 37. Fontanell. de pact. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 2. num. 106. & ſeqq. Arias de Meſa lib. 3. var cap. 28. num. 17. Vrceol. conſult. 72. numer. 21. Rot apud Otthob. deciſ. 96. numer. 15. & deciſ. 4. par. 14. recent.* Ideoque ſupponendo, quod magis communis opinio eſſet, ut conventio ad vitam, perpetua potiùs quàm temporalis dicenda eſſet, quodque poſita invaliditate, ratione perpetuitatis, juramentum non ſanaret defectum, credebant impugnationi locum fore.

3 Item breviter & quaſi obiter abſque rationum diſcurſu vel auctoritatum cumulo inſinuabant etiam conclusionem, quod mandatum majori natu per dictam conventionem, datum ad adminiſtrandum, de ſui natura ſit quandocumque revocabile, ideoque non deberet eſſe perpetuum.

4 Ex facto potiùs tamen quàm ex jure pro mea conſuetudine reſpondi, quod utrumque fundamentum periculoſum; minùſque tutum videretur, quodque propterea magnam deſuper ſentiebam difficultatem, adeout quoad ipſum paciſcentem, videretur opus quodammodo deſperatum; ita experiendo conſuetum modernorum vitium, perpetuò damnabile ac declamandum ad hoc, ut per poſteritatem hac lue non infectam, ad id advertatur in reſponſis vel conciliis ſeu deciſionibus aſſumendi ſcilicet quæſtiones in abſtracto, totamque vim conſtituendi in perquirendo auctoritates, præſertim modernorum de illa materia agentium, earumque magnum cumulum ſeu pompam faciendi abſque debita reflexione ad facti circunſtantias particulares, ex quibus pendet inſpectio, an auctoritates congruè applicentur, necne.

Ex præmiſſis etenim ſcriptoribus ac aliis de materia agentibus patet, utrumque articulum eſſe dubium, ſuper intelligentia dicti textus *in §. ſi convenerit.* Prout etiam dubius eſt ſecundus punctus ſuper validitate promiſſæ irrevocabilitatis mandati, ut patet ex iis, quæ habentur in ſpecie deducta *ſub tit. de tutor. & adminiſtrat. diſc. 20.*

Iſta itaque dubietate poſita advertebam, quod ubi etiam re integra in utroque puncto ſuſtineri poſſet opinio ſuper invaliditate actuum, quodque illi non
5 eſſent obligatorii ſed revocabiles; Adhuc tamen, dum iſtud dubium jam promotum fuit, atque deſuper excitata extrajudicialis controverſia, eaque ſopita per tranſactionem, ita præcluſa remanebat omnis via, perinde ac ſi ſuper hujuſmodi dubio prodiiſſet res judicata cujus ſpeciem tranſactio habere dicitur ex notoriis; Quamvis etenim tranſactio, ad ſui validitatem exigat litem, ſine qua non datur, non tamen præciſa
6 actualitas neceſſaria eſt, ſed ſufficit ejus potentia juſtuſque timor ut ad illi occurrendum validè tranſigi valeat ex inſinuatis in materia *diſc. 50. de alienat. & contract. prohibit.* & alibi frequenter, cum ſint principia plana.

Fortius verò ob duas facti circunſtantias; omnem dirimentes quæſtionem; Primò nempè, quod tran-
7 ſactio prævio controverſiæ examine ac diſcuſſione coram Principe ſupremo vel primo Miniſtro; cum ejus opera, conſilio & auctoritate inita fuit; Et ſecundò quia approbata etiam ab ipſo Principe per organum ejus ſupremi Senatus, ob quas circunſtantias junctas cum probabili dubietate articulorum tranſactio apta eſſet afficere etiam tertios, vel ſucceſſores venientes jure ſuo independenter à tranſigentibus ex deductis ſupra hoc *eodem tit. diſc. 49. Et in ejus ſupplemento, ac etiam tit. de fideic. diſc. 173. & ſæpius alib.* Multò igitur magis in præjudicium ipſorummet tranſigentium, qui regulariter prohibitionem habent impugnandi factum proprium; Quoties magna & pluſ-
quam enormis læſio regulanda non ex ſolo valore bo- 8
norum vel jurium, ſed ex æſtimatione dubii litis eventus ex deductis *dicto diſc. 50. de alienat. & contract. & diſc. 27. de empt. & vendit. & alibi*, reſcindendi facultatem non tribueret.

Et per conſequens inanis remanebat labor, deſuper à conſulentibus adhibitus ad materiam textus *in dicta l. in hoc judicium, §. ſi convenerit*, quoniam ille proficuus eſſe potuiſſet, quatenus re integra de impugnatione ageretur, ſecùs autem ubi per tranſactionem jam ſopita eſt; Ac propterea conſultores moneri debent, ut priùs ad factum benè reflectant, deindè verò ad jus, quoniam lex eſt applicanda factu, non autem factum legi.

Cæterùm quatenus etiam pertinet ad præfatos punctos, tam ſcilicet ſuper invaliditate conventionis de permanendo in communione, quatenus admittenda eſſet opinio, quod conventio ad vitam perpetua potius quam temporalis dicenda eſſet (ſuper quo maturum judicium non efformavi, utpotè extra cauſæ neceſſitatem) quàm etiam ſuper mandati adminiſtratorii irrevocabilis juxta firmata in auctoritatibus & deciſionibus relatis *d. diſc. 20. de tutor. & adminiſt.*

Quatenus pertinet ad aliam quæſtionem juramenti,
an hujuſmodi defectum ſanet, ſeu legis prohibitio- 9
nem tollat, negligendo ſemper exoſum, ac genio adverſum ſtylum pragmaticum, more ratiocinatoris inſiſtendi in numero auctoritatum, ac inſpiciendi quænam opinio eſſet magis communis; Dicebam quod (quidquid plerique ſcriptores, vel collectores, cum conſueta leguleica ineptia deſuper involvant,) prorſus fabuloſum eſt aſſerere, ut ſola diſpoſitio legis civilis ita diſtinguentis *in dicto § ſi convenerit* juratæ conventionis invaliditatem operari debeat, cum hodiè extra quæſtionem ſit etiam in foro laicali, ſive ut noſtri dicunt in terris Imperii, juramentum ceſſare faciat cujuſcumque legis poſitivæ prohibitionem quoties non ſit contra bonos mores naturales, vel contra bonum publicum principaliter non autem ſecundariò.

Eatenus igitur recipienda eſt opinio adimentium
vim juramenti, quatenus verificetur ratio vitii natu- 10
ralis, cujus reſpectu dici valeat, quod ſit contra bonos mores naturales, quia nempè communio inter eos, inter quos antiqua pax & unio ampliùs non regnat, parere valeat, ut ſolet, rixas & contentiones aliaque ſcandala & inconvenientia, iſtaque eſt vera ratio, cui innituntur DD. ſequentes opinionem, ut juramentum non ſanet hunc defectum; Vt (exempli gratia) contingit in communione domus, & menſæ, quam noſtri dicunt communionem vitæ, dummodò tamen facti circunſtantiæ doceant, ut exinde dicta inconvenientia reſultet, quibus aliàs opportunè occurri non valeat; Ac etiam magis opportunè exemplificari poteſt in illis paſcuorum & territoriorum communionibus, quæ inter Civitates, vel Oppida fiunt, cum ſimilibus, quibus eadem ratio adaptetur.

Iſtoque caſu locus eſt diſſolutioni communionis;
non quidem ex infectione pacti, & conventionis juxta 11
dictæ legis Civilis diſpoſitionem ſeu diſtinctionem, ſed ex judicis officio, fundato in alio juris principio, quod ſcilicet, quando aliqua conventio, quamvis jurata & ab initio licita, valida & juſta, ſive obligatoria, tractu temporis, vel ex aliis contingentiis ad magnam reducitur injuſtitiam, ſive non cogitata vel non prævisa ſcandala & inconvenientia producit, aut producere poteſt, tunc debet reſcindi, vel ad juſtitiam & æquitatem reduci, *ad text. in cap. ſuggeſtum de Decimis Natt. conſil. 548. num. 36. Martin. Andr. deciſ. 48. numer. 13. & 14. & deciſ. 70. numer. 3. & 4.* cum aliis *lib. 14. tit. de Decimis diſc. 3. num. 14.*

buc non videbantur adaptabiles iſti termini, quoniam
19 in feudis dividuia inter agnatos comprehenſos in in-
veſtitura, præſertim verò proximoa & actualea ſuc-
ceſſores, diviſiones, vel diſtributiones quæcumque
aliæ conventiones fieri poſſunt ſine aſſenſu etiam inæ-
quales, quinimò quod feudum ad unum tantùm per-
tineat, & in ejus portione cadat ex plenè relatia *per
Roſenthal. dicto cap. 9. concluſ. 53.* ubi ad ſatietatem
concordantes, ex quibus etiam patet, quod facultas
dividendi ponitur in quæſtione, quaſi quod magis con-
naturalis & congrua ſit communiu; Ac propterea
deſuper nullatenus deduci, vel ponderari poſſunt
20 ſcriptores feudales Regnorum utriuſque Siciliæ; Tum
quia ut pluries advertitur *ſuprà diſc. 49. & in aliis*
ob longè ſtrictiorem prohibitionem reſultantem ab
illorum Regnorum lege particulari ejuſdem Friderici
in conſtitutione incipiente *Conſtitutionem Divæ
memoriæ*, non poteſt ab illis feudis inferri ad alia;
Tum etiam quia in illis feudis ceſſat occaſio hujuſ-
modi quæſtionum in radice ob eorum diverſam na-
turam, dum ſunt individua ad formam juris Fran-
corum, undè propterea ea verificari poſſet in illis
nimium ratis, parumque qualificatis feudis in A-
prutio, & in Cilento, quæ adhuc eandem antiquam
retinent naturam dividuam ad formam juris Longo-
bardorum.

Ac etiam quia iſta conventio eſt merè perſonalis
cum expreſſa proteſtatione non alterandi naturam
feudorum & inveſtiturarum, ſed ſolùm pro jure per-
ſonali, ideoque intrant ea, quæ in materia aliena-
tionia commoditatia, vel alterius juris perſonalia ha-
bentur *ſupra diſc. 61. & 110. & in aliis pluriss;* Tunc
etenim ratio dubitandi cadere poſſet, quando fieret
illa formalis unio feudorum, de qua ejuſque effectibus
præ cæteris agit *Roait. ſuper pragmatic. in tit. de
21 titulorum abuſu pag. 1. num. 78. & ſeqq. & num. 89.
& ſeqq.* adeout unio percuteret ſubſtantiam ipſorum
feudorum, unde de pluribus efficeretur unum, ſup-
preſſa natura vel qualitate aliorum quæ ita fierent
prædia vel acceſſiones illius feudi, cui unio ſubjectiva
fieret, cum tunc actua importaret formalem alienatio-
nem ex iis, quæ in materia unionis beneficiorum ha-
bentur *ſub. tit. de benefic.* ac etiam in materia unionis
Eccleſiarum habentur *ſub tit. de paroch. & parochiis,
& in diſc. 1. de alien. & contract. prohibit.*

† NEAPOLITANA ADHOHÆ, SEU TAXÆ.

*Pro Creditoribus patrimonii Principis Minervini cum
Regio Fiſco.*

Conſilium pro veritate, ſeu directione.

An devoluto feudo, affecto debitis cum Regio aſ-
ſenſu contractis per feudatarium, pro quorum
ſatisfactione ipſum feudum vendendum ſit, con-
tinuari debeat in eadem taxa antiqua adhoæ, ſeu
donativi, vel potiùs fieri poſſit taxa nova, juxta
præſentem ſtatum ipſis creditoribus præjudicialis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Quod non expediret quæſtionem aſſumere.*
3 *De adhoa vel donativa, quod ſolvitur per Barones
ſuper feudis.*
4 *De concluſione, quod debita contracta cum aſſenſu du-
rent etiam poſt devolutum feudum.*
5 *De caſu quæſtionis, ut in præjudicium creditorum fieri
non poſſit nova taxa.*
6 *De poteſtate ſeu voluntate Principis præjudicandi ter-
tio, ejuſque jus tollendi.*
7 *Damnatur ſcribendi modus ſuper illis rebus, quæ de-
bent præſupponi.*

8 *Quando congruat ſcribendo aſſumere rerum principia
& originem.*
9 *Quid importet onus adhoa vel donativi.*
10 *De concluſione de qua num. 4. & an procedat in Cu-
ria Romana.*
11 *Quod inutilis ad rem ſit dicta quæſtio.*
12 *Ad quem effectum antiquitus diſputaretur iſta quæſtio
ſuper tempore taxæ faciendæ.*
13 *De moderna deciſione Regia, ut fieri debeat taxa
nova.*
14 *De intelligentia hujus deciſionis, eo quod non percu-
tiat caſum præjudicii creditorum.*
15 *Reputatur vera opinio, de qua num. 4. & de ra-
tione.*
16 *Sed jus creditorum non impedit devolutionem, neque
tollit onera contractibus feudi.*
17 *Et quid operetur aſſenſus, & de ejus effectibus.*
18 *De eodem de quo num. 19.*
19 *& 20. De aliis conſiderationibus in idem.*
21 *De poteſtate Principis ſupplantandi ſucceſſorem.*
22 *De axiomatibus generalibus in idem.*

DISC. CXXI.

FOrmato eo concurſu creditorum in S. Conſilio
Neapolitano ſuper patrimonio Principis Miner-
vini, de quo habetur actum *ſub tit. de credit. diſc. 27.* 1
Cum inter alios ejuſdem patrimonii effectus, eſſent
tria feoda Civitatum, Minervini & Lavelli & Op-
pidi Spinæ aureæ vulgò Spinazzola; Præfatus verò
Princeps debitor, legitimo feudi ſucceſſore tam actuali
quam ſperato careret, undè propterea verificaretur
illa devolutionis imminentia, de qua ſuprà hoc eodem
tit. diſc. 1. Hinc proindè imminente ad inſtantiam
creditorum cum aſſenſu eorumdem feudorum ſub-
haſtatione, ut ex pretio ſatisfieri eis poſſet; Se op-
poſuit Regius Fiſcus, petendo deberi prius fieri no-
vam taxam ſervitii, vel oneris feudalis, quod ſub ad-
hohæ vel donativi nomine, ibi explicatur eandem
taxam regulando juxta fructuum ſtatum, ſeu valorem
præſentem longè majorem, undè propterea ex hujuſ-
modi oneris notabile augmento, magna nimiùmque
notabilia reſultaret diminutio pretii in creditorum
præjudicium, dum ita debitoria patrimonium,
quod etiam ſine hac deductione non erat pro omnibus
idoneum, longè minus evaderet; Ideoque creditores
opus aſſumpſerunt, ut continuari deberet in eadem
taxa antiqua; Cumque creditorum Advocati, Jurium
allegationes deſuper ediderint, atque ſuper ea ille
idem major creditor enunciatus, *dicto diſc. 27.
de credito*, qui præſens erat in Curia, utpote
Secretarius Sacræ Congregationis Epiſcoporum
& Regularium, meum pro veritate ac directione con-
ſilium petiiſſet.

Reſpondi, quod intellectu non acquieſcente fun-
damentis deductis in eiſdem allegationibus ſentiebam 2
difficultatem, ideoque conſului, quod pro meo judi-
cio magis expediret, ut eo quo fieri poſſet meliori
modo aliqua cum fiſco concordia ſequeretur; Tum
ob difficultatem, quàm ut infrà in puncto juris habe-
bam, undè propterea potiùs malus cauſæ eventus pro
meo judicio timendus, quam bonus ſperandus vide-
batur; Tùm etiam quia, cum ipſe requirens eſſet de
primis anterioribus, quibus facta etiam hac de-
ductione ſatisfieri poterat, adeout diminutio, quæ
exindè reſultaret poſteriorum intereſſe percuteret,
ipſique requirenti expediret celeritas venditionis;
idcircò imprudens dicebam conſilium videri pro
ipſo; aliiſque anterioribus creditoribus iſtud aſſu-
mere opus, quod longam cauſæ protractationem o-
peraretur; Si etenim generaliter in magnis Civi-
tatibus & Tribunalibus magis verò in illis, in qui-
bus prolixitas temporis eſt litium fatum inevitabile &
malum connaturale etiam ubi inter privatos agantur,

multò magis cum fiſco, ubique potens ac durus adver-
ſarius; Potiſſimè in articulo novo & exemplari, in quo
deciſio facit ſtatum in futurum, dum in fabulam tran-
ſiiſſe videtur dictum Plinii ad Trajanum, quod ſub bo-
no Principe, ſi ea cauſa ſemper mala eſt.

In prædictis itaque allegationibus; Primò inſinua-
batur quidditas, ac origo ſeu introductio hujus one-
ris realis, quod per feudatarios Regi ſolvitur, atque
3 ſubrogatum eſt loco feudalis ſervitii perſonalis ſub
barbaro adhoæ vocabulo, antiquitus explicari ſoli-
tum, hodie verò ſub illo donativi ex iis, quæ cum
nimium longo apparatu ferè omnibus antiquioribus
relatis deducuntur per ſcribentes in allegationibus
collectis, *per Dom. Anton. de Marin. allegat.* 116.
tom. 3. *& per Roſam conſultat.* 11. ubi etiam *conſul-
tat.* 14. *& ſeqq.* agit de hoc eodem onere, ejuſque ex-
emptione vel præſtatione.

Secundò latiùs ac penè per totas allegationes; ela-
borate quidem ac bene immorabantur in probatione
4 concluſionis de qua ſupra *diſc.* 1. *num.* 7. *&* 8. *diſc.*
78. *& alibi pluries*, quod ſcilicet per hypothecas con-
tractas ſuper feudo cum Regio aſſenſu acquiritur cre-
ditoribus jus reale, quod tangit ipſius feudi ſubſtan-
tiam, adeout ſequuto caſu devolutionis, non intret
regula text. *in l. lex vectigali ff. de pign.* ſuper earum
reſolutione, ſed feudum ita affectum tranſit ad Domi-
num, qui volens illud pro ſe retinere, tenetur ſolvere
debita, ita cum aſſenſu contracta, uſque ad valorem
feudi vel ubi id agere nolit, tenetur pati venditio-
nem, ut ex pretio, creditoribus ſatisfiat, confutando
etiam opinionem quam ſuſtinere conantur, *Carleval.
de Iudic. tom.* 2. *quæſt.* 23. *& Mortin. de regal. off. à
num.* 16. *ad* 19. *fol.* 165 quam expreſſe quoque impro-
bat *De Marin. in addit. ad Reverter. deciſ.* 515.

Et tertiò iſto firmato aſſumpto, favore creditorum,
atque procedendo cum ſenſibus ejuſdem *de Marin. in
dict. addit. ad Reverter.* leviter tamen inſiſtebant ad
5 conſequentiam, ut fieri non poſſet nova taxa per quam
tolleretur vel minueretur jura creditorum, qui ſub ejuſ-
dem aſſenſus fide contraxerunt, ita procedendo cum
generali regula latè exornata *in dicta allegat* 116.
quod ſcilicet Princeps non cenſetur velle tertio præ-
judicare, ejuſque jura tollere, & de qua regula pleoè
6 agitur ſub *tit. de regal. diſc.* 148.

Iſte autem ſcribendi modus, de quo præſertim *in
dicti allegat.* 116. conſuetam, tum ac frequentem mihi
paravit nauſeam, ideoque me cogit, ſuperfluæ etiam
7 ac faſtidioſæ repetitionis notam non curando, il-
lum perpetuò inculcare & deteſtari, dum ita prodi-
gorum dignoſcitur vitium, abundando nempè in ſu-
perfluis, & deficiendo in neceſſariis.

Superfluam ſiquidem, ac inutilem chartarum reple-
tionem, ad eruditionis ſcribentis affectatam pompam
potius, quàm ad cauſæ opportunitatem redondabat pri-
mus longus apparatus ſuper origine ac introductione
& immutatione reſpectivè hujus oneris, dum illud in
regione ob adeò magnam feudorum frequentiam (dum
pene totum illud Regnum ex ejus malo fato infeuda-
tum eſt) notorii ſpeciem habet potiſſimè verò apud
Iudices, qui ſunt Iuris conſulti ad illum majorem Ma-
giſtratum per advocationis vel inferiorum Magiſtra-
tuum gradus evecti, quibus hæc principia abſque dubio
innoteſcunt, ideóque præſupponenda ſunt.

Manifeſtus ſiquidem error irriſione dignus, eſ-
ſet ille ſcribentium in Rota, in aliqua cauſa bene-
ficiali ſeu penſionis Eccleſiæ aut fideicommiſſi, ſi cum
longo apparatu agerent de origine & introductione
beneficiorum Eccleſiaſticorum, eorumque reſervatio-
nibus vel affectionibus Apoſtolicis ſive de introductio-
ne & Ethimologia penſionum Eccleſiaſticarum vel
fideicommiſſorum & ſimilium, quæ præſupponenda
ſunt, eiſque præſuppoſitis immorandum eſt ſuper
puncto, de quo ſit quæſtio.
8 Tunc etenim hujuſmodi principia aſſumere con-
gruit, ſed quo magis præſuppoſitivè ac breviter fieri
poteſt, quando ſcilicet ex ipſa origine vel intro-
ductione vel ejus ratione inferri valeat ad id, quod
conferat ad cauſæ opportunitatem; Puta (ex.gr.) juxta
ea, quæ habentur ſupra *hoc eodem tit. diſc.* 74. *&* 89.
ſuper origine & introductione fideicommiſſorum, &
quando Auguſtus ea reddidit obligatoria ad effectum
congruæ interpretationis Bullæ Baronum, ſive excuſa-
tionis illius exorbitantiæ, de qua vulgus eam redarguit.

Vel in materia penſionum Eccleſiaſticarum, inda-
gando earum originem & quidditatem; Et an reſpi-
ciant ſpiritualitatem, nec ne pro diverſis effectibus
exinde reſultantibus in ſua materia peractis *ſub tit. de
penſion.* Atque ita pariter in origine ſeu introductione
aliquarum reſervationum vel affectionum, earumque
natura vel qualitate pro effectibus exindè reſultanti-
bus, puta an earum pluralitas ceſſare faciat indulta
Cardinalium juxta quæſtiones de quibus *ſub tit. de be-
nefic. diſc.* 1. *cum pluribus ſeqq.* Vel ad effectum in-
ſpiciendi an ceſſent per mortem Papæ cum ſimilibus,
quibus eadem congruat ratio.

Secus autem in præſenti, quoniam ſive uno, ſive
altero tempore hujus oneris introductio ſequuta ſit, 9
atque ſive ſub adhoæ vel ſub donativi explicetur vo-
cabulo, id non alterat rei ſubſtantiam, neque diver-
ſificat effectum, dum ſemper eſt onus reale, & unifor-
me ad rationem tot pro centenario, juxta fructus
feudi in taxa uniformi, facta de tempore inveſtituræ,
& quæ taxa non alteratur durante inveſtitura ſive fruc-
tus creſcant ſive decreſcant, tanquam per ſpeciem
canonis ſeu livelli, juxta ea, quæ in hac materia au-
gmenti vel diminutionis canonis ob diminutionem
vel excreſcentiam fructuum rei, habentur *ſub tit. de
emphyt. diſc.* 54. Sed quando feudi devolutio ſequuta
ſit, vel immineat, ideoque ejus nova inveſtitura alteri
concedenda veniat, tunc intrat quæſtio, an per neceſſe
ſub antiquo canone vel reſponſione conceſſio facien-
da ſit; Vel potiùs haberi debeat ratio fructuum de
tempore, quo nova conceſſio fiat, ad quem effectum
nil refert inſpicere de origine vel introductione ſeu
mutatione modi ſolvendi idem onus.

Inutilis quoque vidabatur, ac ſuperflua ad hunc
effectum altera quæſtio ſuper reſolutione hypotheca-
rum contractarum cum regio aſſenſu per feudi devo-
lutionem; Si quidem, quando tenenda eſſet opinio
Carleval. & Mortan. ſuper reſolutione hypotheca-
rum; adeout feudum liberum, atque ab omni nexu
ſolutum reverteretur ad Dominum, aſſenſu non ob-
ſtante; Eo modo, quo Curiæ praxis ducet in officiis
vacabilibus venalibus, quod ſcilicet ſuper eis ad favo-
rem Creditorum conceditur conſimilis aſſenſus, ex-
plicari ſolitus ſub nomine, ſeu termino reſervationis
decreti, pro creditorum potioritate, adverſùs ante-
riores, qui illo careant, ac etiam pro jure reali, ſeu
quaſi ad effectum, ut procedi valeat ad venditionem
officii, ex deductis *ſub tit. de regal. diſc.* 7. Sed tamen
ſequuta officii vacatione per mortem naturalem, vel
civilem officialis, illud revertitur liberum ad Cameram,
præfati decreti reſervatione neglecta, adeout credi-
tores huic ſe exponant periculo, hypothecis con-
tinuantibus ſolum ſuper aliis bonis liberis officialis,
quoniam ſub hac lege aſſenſus conceditur.

Idemque moderna praxis introduxit in illis Apo-
ſtolicis licentiis, quæ conceduntur ſuper hypotheca,
vel alienatione bonorum juriſdictionalium, ſiva feu- 10
dalia, ſive allodialia ſint, propter obſtaculum, ſeu
prohibitionem Conſtitutionum Apoſtolicarum ex de-
ductis ſupra *diſc.* 66. *& ſeqq.* ac etiam *ſub tit. de credit.
diſc.* 13. *&* 151. *& in aliis pluries*; propter amplas clau-
ſulas præſervativas adjici ſolitas, de quibus præſertim
habetur *ſub tit. de regalib. diſc.* 161. & inſinuatur ſupra
dicto *diſc.* 1. *num.* 7. *&* 8. *& in aliis*.

Verum iſto caſu reſolutionis hypothecarum 11
ex dicta regula textus *in l. lex vectigali*, ſatus, prorſuſque

ſuſque extranea remanet, quoad creditores iſta quæſtio an unum vel alterum tempus in iſtius oneris taxa attendendum ſit, dum ſive unum ſive alterum tempus attendatur, nihil eorum intereſt; Ideoque ubi iſta aſſumatur quæſtio, unius vel alterius temporis pro jure ſeu intereſſe creditorum, utique præſupponenda eſt ejuſdem juris, atque hypothecarum duratio, ſine qua manifeſtam fatuitatem iſta quæſtio redoleret, & per conſequens inutilis, & extranea remanet dicta altera quæſtio, dum potius præſupponenda eſt tanquam certa opinio creditoribus favorabilis, & fiſco contraria, ſtante quod, ſine hoc præſuppoſito altera quæſtio nullatenus intrat.

Et quamvis apud antiquiores, qui retroacto ſæculo iſtam quæſtionem diſputarunt, relatos *per Marin. in addit. ad decis. Reverter. 115. & in dicta allegat. 116.*
12 *& 117. inter coll. ct. per eundem Marin.* inter quos præſertim de illa plenius magiſque ex profeſſo agit *Moleſ. in ejus adnotationibus, vel deciſionibus tit. de jure adhoa, §. 4. quæſt. 3. fol. 69.* procedatur cum præſuppoſito liberæ reverſionis feudi ad Curiam Regiam, abſque jure, vel intereſſe creditorum; Attamen id reſpicit diverſum effectum, poteſtatis ſcilicet Regis, concedendi de novo feudum ſub taxa antiqua, ob quam jura ſeu redditus Regæ Curiæ minuantur, vel Combaronibus præjudicetur, ad effectum, ut pro majori pretio præſentis feudi venditio fiat, ita percipiendo in capitali pro una vice fructum futurum, atque ſupplantando ſucceſſores in Regno, vel Combarones; iſtaque eſt ratio dubitandi, quæ tunc habebatur, ut patet ex deductis *per Moles, ubi ſupra*; Et per conſequens dicta antiqua quæſtio extranea remanet ab iſta moderna, quæ inter Regem ejuſque fiſcum contendentem de majori utilitate, ſive de illa Combaronum, ne indebite in contributione graventur, præjudicium autem eſt, creditorum, habentium hypothecas ſuper feodo devoluto, vel devolvendo, ideoque eſt caſus vel punctus præciſus quæſtionis ſuper quo tantum ſtricte & Cathegoricè ſcribendum erat; præmiſſa verò omnia, inutiles ac ſuperfluas continent evagationes, idque non inutiliter ac ſuperfluè inſinuatum eſt, ut ita edoceamur quomodo ſcribendum ſit.

Quatenus itaque pertinet ad iſtum caſum vel punctum præciſum, quod ſcilicet non agatur de nova inveſtitura feudi liberè devoluti, juxta quæſtionem diſ-
13 putatam apud *Moles, ubi ſupra* ſed de nova conceſſione feudi gravati uſque ad integram valorem & ultra quod iiſ g... creditoribus vendatur.

Obſervabam quod pouit deberent ad partes omnia, quæ ut ſuprà per antiquiores in decurſo ſæculo in dicta quæſtione deducta fuerunt, ac etiam per moderniores; Tum quia reſpiciunt dictam diverſam quæſtionem; Tum etiam, quia hodiè illa eſt jam deciſa per regias decretationes, vel proviſiones per quas determinatum eſt, ut fieri debeat taxa nova attento tempore præſenti, ut teſtatur *idem de Marin. in obſer. vel add. ad dictam deciſ. 515. Reverter.*

Quare diſputationis punctus præciſe reſtringebatur ad *ejuſdem de Marin.* diſtinctionem ſeu obſervatio-
14 nem, ut ſcilicet dicta Regia deciſio intelligenda eſſet in præfato alio caſu, de quo apud antiquiores diſputatum fuit, quando nempè ipſe Rex feudum ad ſe liberè devolutum, alteri concedere velit; Non autem in iſto caſu, in quo taxæ immutatio creditoribus aſſenſum habentibus præjudicaret, eorumque jus tolleret; Iſtum etenim caſum aſſerit idem Auctor Tribunalis Cameræ, ſenſum eſſe ſub dicta Regia decretatione non comprehendi.

Contrarium verò mihi probabilius videbatur; Admittendo ſiquidem, quod verior magiſque communia & recepta eſſet dicta opinio creditoribus favo-
15 rabilis, quoties aliud non ſuaderent clauſulæ præſervativæ, quæ ob earum amplitudinem iſtum quoque effectum operarentur, quod ſcilicet per devolutionem feudi non reſolverentur illæ hypothecæ; quæ cum regio aſſenſu eſſent contractæ; Idque ex ea probabilitate commercii, alias Baronibus ſublati vel impediti, quæ à ſimili conſideratur *ſub tit. de emphyteuſ. diſc. 8. & alibi pluries*, quodque clauſula *Juribus Curiæ ſemper ſalvis*, in hujuſmodi aſſenſibus apponi ſolita, percutiat alios effectus aliorumque præjudiciorum præſervationem, non autem iſtum effectum reſolutionis jurium creditorum.

Adhuc tamen iſte aſſenſus, non impedit feudi de- 16
volutionem ob quam ejus ſubſtantia corrumpitur, dum redit ad ſuam primævam cauſam vel univerſitatem Principatus adinſtar rivuli aquæ derivati ex fonte ſeu lacu, ut ceſſata prima conceſſione, illa aqua confundatur cum lacu vel fonte, adeout ſi nova conceſſio conſimilis rivuli fiat, erit ſemper rivulus novus, dum penes dominum dari non poteſt qualitas feudalis, cum res ſua nemini ſervire valeat, neque poſſit eſſe quis eodem reſpectu, & in eadem re Rex & Baro, ſeu dominus, & feudatarius, ut advertitur ſuprà *diſc. 34. & 91. & ſæpius.*

Prout idem aſſenſus non tollit obligationem, ſeu jus illius ſervitii feudalis, quod eſt feudo connaturale, ſive illud ſit perſonale ſive reale, cum ad hunc 17
effectum ac alios, qui ſunt feudi connaturales rectè operativa ſit dicta clauſula, ſed ſolum aſſenſus operatur alios notabiles effectus recenſitos ſuprà *diſc. 78. & ſub. tit. de credit. diſc. 12. & 13. & 151.* Potioritatis nempè adverſus feudatarii creditores anteriores, qui eodem aſſenſu careant; Et actionis item realis, vel rei perſequutoriæ ad ipſum corpus feudi; Atque ille effectus, qui omnium reputatur major, eſt iſte, ut ſcilicet feudum devolutum quoque ad dominum, ſic affectum tranſeat, ut ſuprà.

Ad rem itaque facere obſervabam, ea quæ pro declaratione *deciſ. 1712. Coccin. repetit. deciſ. 86. par.* 18
5. recent. dicto diſc. 8. de emphyteuſ. & ſuprà *diſc. 52.* quod ſcilicet quamvis bona emphyteutica Abbatiæ Farfen, habentia in verbis formulam pacti & providentiæ ea Statuto vel conſuetudine, aut ex quodam aſſenſu generali adinſtar illius aſſenſus ſuper feudis iſtius Regni favore dotis, de quo ſuprà *diſc. 26.* redacta videntur adinſtar allodialium, ut ſint hypothecabilia atque etiam poſt finitas generationes, ſequutamque devolutionem, eaſdem retineant hypothecas; Adhuc tamen id intelligendum veniat compatibiliter, cum eo Domini jure, quod competit de natura emphyteuſis, ratione recognitionis dominii, & ſic ſalvo illo laudemio, vel alia recognitione, quæ Domino debeatur ratione renovationis vel novæ Inveſtituræ, ad rationem tot pro centenario valoris, inſpecto tempore præſenti, quamvis id tendat in diminutionem pretii, & conſequenter in præjudicium creditorum, quibus bona affecta eſſent etiam pro integro valore.

Idemque in conſimilibus caſibus pluries recenſitis *eodem tit. de emphyt.* quod ſcilicet ratione magnæ quantitatis bonorum hujus naturæ in ea regione & propterea vel ex privilegiis, vel ex concordiis aut ex conſuetudine dato caſu devolutionis; Dominus directus non poſſit bona pro ſe retinere, ſed teneatur renovare eidem generi, ſive aliis concedere, quodque adhuc bona remaneant affecta debitis per feudatarium vel emphyteutam contractis; Ut contingit in pleriſque partibus Lombardiæ ratione Bonifacianæ; In Civitate Ravennæ ratione Concordiæ; In aliquibus diœceſibus Status Urbini & in Civitatibus Peruſii & Civitatis Caſtelli ex indultis Apoſtolicis, Et in Civitate Urbini ex concordia, cum ſimilibus, quod ſcilicet dum potiùs iſtud privilegium expreſſe non probibat canonis & laudemii augmentum, utrumque de jure eſt regulandum juxta valorem de tempore præſenti, ut præſertim *ſub dicto tit. de emphyt. diſc. 5.*

abſque eo quod creditores quibus legitimè bona affecta ſint, de hoc conqueri valeant, quoniam jus ipſorum, quod à Domino alterari non poſſit, rectè procedit quoad alios actus voluntarios extrinſecos, ac etiam quoad actum intrinſecum reſolutionis hypothecarum aliorumque vinculorum, quæ reſultant à devolutione; iſteque propriè eſt effectus, quem reſpectu Domini producit aſſenſus juxta unam opinionem à contradictionibus, neque immunem, ut ſuprà.

Aliàs etenim, quando juxta diſpoſitionem juris feudalis, ſubſit neceſſitas, quod quilibet novus feudi ſucceſſor accipiat renovationem, intra annum,
19 & diem atque pro ea ſolvat aliquam notabilem ſummam pro laudemio, cujus loco in hoc Regno ſucceſſit relevium ex deductis *ſupra diſc.* 59. undè propterea reſultet, quod iſtud onus minuat valorem feudi, quod tantò minus vendatur, poſſent creditores cum aſſenſu prætendere, quod nihil ſolvi debeat, ob eorum præjudicium quod utique vanum eſſet aſſerere.

Prout ſi Rex ob bella, aliaſque indigentias, aliquam collectam Baronibus indicere vellet, ſive iſtud ſervitium reale augere; poſſent creditores feudatariorum cum aſſenſu prætendere, quod id fieri non valeat, dum ita in feuda recipiunt diminutionem in pretio, quod pariter fabulæ ſpeciem redoleret, cum ſimilibus.

Præterea præfatæ Regiæ proviſiones, vel declarationes, quæ poſt tot longas conſultationes, diſcuſſio-
20 nes, & apparatus, pro illius principatus ſtylo emanarunt, quodammodo inutiles, & fatuæ remanerent, ſi juxta dictam diſtinctionem datam per *Marin. in deciſ.* 515. *Revert.* intelligendæ venirent pro ſolis conceſſionibus feudorum, quæ liberè ad Regem reverſa ſint, cum tunc nullus videatur hujuſmodi deciſionis effectus, dum quoad ipſum Regem, ejuſque Curiam, quando novæ conceſſiones ſunt ex cauſa onerosa per viam venditionis, juxta frequentiorem praxim idem ſit, quod unum, vel alterum attendatur tempus, dum totum reſpicit idem intereſſe Regis, qui obtinebit illud minus pretium in ſorte, & quando velit fieri novam taxam, attento tempore præſenti, dum ita venderet minus, & è converſo ſi venderet, juxta taxam antiquam, pretium eſſet majus; Idque magis expediret.

Conſiderationes autem, quæ apud Moles, ubi ſupra, alioſque decurſi ſæculi antiquores ſcribentes, habentur ſupra defectu poteſtatis, ita præjudicandi princi-
21 patui, & ſucceſſoribus in eo, quorum aliquam ſupplantationem id redoleret, hodie recenſeri merentur inter fabulas, vel pias meditationes, dum etiam in principatibus electivis, quando concurrit qualitas Principis ſupremi; & abſoluti; iſta ratio ſupplantationis ſucceſſoris non habetur in conſideratione niſi quando agitur de magnis diſmembrationibus, quæ importent ſciſſuram, vel deturpationem coronæ, ſeu Principatus ex iis, quæ inſinuatur *ſub tit. de dote diſc.* 146 Ac etiam *ſub tit. de penſionib. diſc.* 1. Et generaliter de poteſtate Principis *ſub tit. de regal. diſc.* 148. *& ubi pluries*, ac etiam ſupra *hoc eodem tit. diſc.* 61. & in aliis ad materiam Bullæ Pii quinti de non infeudando.

Si etenim in hoc inſenſibili, & remoto præjudicio, quod principatui, & ſucceſſoribus in eo cauſatur, vendendo præſente pecunia, proprietatem, vel jus gabellarum, vel officiorum, aliorumque jurium Regalium principatus, defectus poteſtatis adeſſet, ſequeretur, quod non potuiſſent, nec poſſent erigi Loca Montium, ſeu alia conſimilia jura, ſuper gabellis, aliiſque redditibus principatus, ſeu Reipublicæ; Et tamen contrarium ubique praxis docet ex deductis *ſub tit. de regalibus*, ad hanc materiam Locorum Montium; Et advertitur ſupra *dicto diſc.* 61.

Ac demum quando; Leguleici vulgi more, cum generalibus regulis; vel propoſitionibus procedendum eſſet, intrare quoque dicebam axiomata vulgaria; quod, ſcilicet, lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet, quodque una, & eadem determinatio plura reſpiciens determinabilia, debet ea 22
pariformiter determinare; dum dictæ Regiæ proviſiones, generaliter, ac indefinite loquuntur, ac diſponunt, ut fieri debeat nova taxa regulanda ex valore ſeu fructu de tempore præſenti; Potiſſimè vero, & clarius quoniam, ut patet *ex eiſdem allegat.* 116. *&* 117. *inter collect. per Marin. in ejus tertio tom.* iſta quæſtio, moderno tempore hunc ſolum finem habebat, vel hunc effectum reſpiciebat, præjudicii, ſcilicet, creditorum, dum ferè omnes illi Barones, non obſtantibus tot tyrannicis concuſſionibus & oppreſſionibus vaſſallorum; adhuc, ita Deo permittente, ſub creditorum preſſura vivunt, atque hujuſmodi ſubjacent concuſſibus.

---

† NULLIUS FRUCTUUM

Reſponſum pro veritate ſuppreſſis nominibus.

An ſub reſtitutione fructuum feudi per illius poſſeſſorem facienda, veniant pœnæ, & mulctæ, vel confiſcationes, aliaque emolumenta, obventa ab exercitio juriſdictionis; Et quatenus poſſeſſor bona ex confiſcationibus, & pœnis obventa diſtraxerit, an teneatur de proprio reficere æſtimationem; Vel potius feudi domino, ſeu legitimo poſſeſſori tribuenda ſit actio ad ipſorum bonorum vendicationem.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De ratione ob quam feudatarius obtineat confiſcationes, & pœnas.*
3 *Quod error ſit reſpondere in abſtracto cum generalitatibus.*
4 *De fructibus, qui veniunt in condemnatione, ex natura alienis, etiam ſine mala fide.*
5 *Quando tertius teneatur de eo, quod amplius non poſſidet.*
6 *De fructibus litis.*
7 *De eodem de quo num.* 2.
8 *Pœna, & confiſcationes ſunt in fructu.*
9 *De ratione, ob quam Epiſcopus, vel beneficiatus obtineat fructus, & emolumenta.*
10 *De eodem, & quando intruſus teneatur etiam pro non perceptis.*
11 *Quæ deductio fiat etiam per poſſeſſorem malæ fidei.*

DISC. CXXII.

CONdemnatus poſſeſſor feudi ad illud dimittendum; una cum reſtitutione fructuum, ex eo quod 1
cauſa poſſidendi, minus juſta detecta eſſet; Hinc idem, ſuppreſſis loco, & nomine, conſilium pro veritate petiit, an ſub nomine fructuum; qui ſint reſtituendi, veniant confiſcationes, & pœnæ, & mulctæ, ac etiam quædam collectæ; ſeu tributa propria per vaſſallos exacta; Et quatenus ex præmiſſa cauſa; confiſcationis aliqua obveniſſent bona ſtabilia per ipſum poſſeſſorem donata, ſeu alias diſtracta, teneretur de proprio ad tantumdem, ſive ad æſtimationem; vel potius excuſari poſſet, eo quia rem non haberet.

Dubitandi ratio per aliquos in partibus excitata,
ob quam credebat poſſeſſor, ab hujuſmodi confiſca- 2
tionum, & pœnarum, ac tributorum, ſeu gabellarum reſtitutione excuſari; in eo conſiſtebat, quod iſta ſint emolumenta, quæ feudatariis inferioribus permittuntur, ob exercitium juriſdictionis, tanquam ſtipendiũ laboris, & per conſequẽs, quod cum iſtum laborem ipſe

ipſe poſſeſſor tulerit, ipſius, non autem alterius, ad quem feodum ſpectare, cauſæ exitus dedit, eſſe deberent.

Reſpondi, deciſionem pendere à circunſtantiis facti, meliùs diſtinguendis, quoniam in practicis fori
3 quæſtionibus, incongrua ſunt quæſita generica, & in abſtracto, & de conſequenti, incongrua, parumque opportuna ſunt reſponſa ejuſdem qualitatis, cùm ſemper, ex adeo frequenter inſinuatis, erroneum ſit cum generalitatibus procedere; Ad inſtar petentis conſilium à medico abſente, ſuper generalibus alicujus morbi ſymptomatibus, vel periodis, ut ipſe juxta generalia aphoriſmata Hypocratis, vel Galeni dogmata reſponderet, non ſpecificando infirmitatem, complexionem, temperamentum, vires, aliaſque circunſtantias, à quibus pendeat, an unum, vel alterum congruat medicamentum, ſive una, vel altera adhibenda ſit medicandi norma; quoniam ita conſilium medici, vel fallax eſt, vel inane.

Ubi etenim condemnatio ad dimiſſionem feudi una cum fructibus, non proveniat à vera, & poſitiva
4 mala fide poſſeſſoris, ſed à natura judicii, vel actionis, & ex ſola diſpoſitione, vel ſubtilitate juris, adeout interim, & ante litem dici valeat poſſeſſor bonæ fidei, vel mediæ, adeout deſit mala fides poſitiva, ut ex gr. contingit in judicio petitionis hæreditatis, in quo veniunt etiam fructus ab initio, qui hæreditatem augent ex deductis *ſub tit. de harede diſc. 9. & alibi*; Et tunc non ex peculiari jure, vel natura feudorum, quorum leges in hoc aliquid particulariter ſtatuere non videntur, minuſque ex peculiari qualitate hujuſmodi fructuum pœnalium, vel juriſdictionalium, ſed juxta terminos generales, de quibus in dicto caſu poſſeſſoris hæreditatis *allegato diſc. 9. de hared. & diſc. 1. de regal.* & generaliter *diſc. 39. de judic.* poſſeſſor tenebitur ad reſtitutionem extantium in ſpecie, vel in æquipollenti; in eo ſcilicet, in quo effectus fuerit locupletior, adeout intret ratio, vel æquitas prohibitiva locupletationis de alieno, excuſetur autem à mere conſumptis, & non extantibus, ex iis, quæ in his terminis feudalibus ſuper materia fructuum plenè colligit *Roſenthal. de feud. cap. 10. concl. 42.*

Atque quoad ipſum poſſeſſorem, ſub nomine con-
5 ſumptorum, & non extantium, venire quoque dicuntur illa bona ſtabilia, vel etiam mobilia, non conſumpta, ſed extantia, quæ tamen non ſunt penes ipſum poſſeſſorem, quia nempe ab eo donata, vel alias diſtracta ſint abſque eo quod locupletatio, ſeu verſum duret, cum pro eis ad nihil teneatur, dum ſufficit, quod non deſierit dolo poſſidere, quamvis etiam imprudenter diſtraxerit, per ſpeciem diſſipationis, opinando tamen diſſipare bona propria, ex iis, quæ habemus in hærede putativo bonæ fidei diſſipante, vel diſtrahente bona hæreditaria, etiam in ſorte principali, ut non teneatur ad aliquam refectionem; Quinimo, quod magis eſt, etiamſi eſſet verus hæres in parte, neque teneatur bona conſumpta, vel diſſipata imputare in propriam portionem, ut *d. diſc. 1. de regal. d. diſc. 9. & 27. de harede, & alibi.* Quidquid ſit de jure, vel actione, competente vero hæredi, vel domino eadem bona condicendi à poſſeſſore, quatenus de jure, iſta condictio, ſeu vendicatio intret, juxta ea, quæ in emptoribus mercium, vel aliarum rerum à non domino habentur *d. tit. de regal. diſc. 129. cum ſimilibus.*

Econverſo autem, ubi condemnatio ad hujuſmodi fructuum reſtitutionem, proveniret à mala fide, vera,
6 & de facto, ut præſertim pro frequentiori praxi illa condemnatio eſt, quæ ſequatur à die motæ litis, ob malam fidem, quæ per litis introductionem in poſſeſſore induci dicitur, juxta unam opinionem magis rigoroſam, quam ſequi videtur Cotta, ſive à tempore, quo per probationes, & per ſcripturas, poſſeſſor inſtrui potuit, & cognoſcere, ſe non eſſe dominum juxta alteram pro meo ſenſu probabiliorem opinionem, ex deductis *d. diſc. 39. de judic. & tit. de fideic. diſc. 184. & ſeqq. & alibi*; ſive quod etiam ſine lite, ex facti circunſtantiis, revera de mala fide conſtaret, ut in ſpoliatore, vel occupatore, aut ſimilibus contingit, adeout non intret excuſatio à conſumptis, qui in odium poſſeſſoris malæ fidei, habendi ſunt pro extantibus, prout etiam bona extantia, ſed diſtracta in tertium, habenda ſunt pro extantibus, & poſſeſſis, juxta deducta *d. diſc. 129. de regal. & alibi*, & tunc indefinite intrat reſtitutio in æquivalenti de proprio.

Neque iſto caſu ſuffragari dicebam præfatam conſiderationem, quod hujuſmodi pœnalia emolumenta
pertinerent ratione exercitii juriſdictionis, & admi- 7
niſtrationis feudi, tanquam pretium laboris deſuper adhibiti, quoniam iſta ratio congruit legitimo poſſeſſori, ad effectum licite percipiendi iſta emolumenta, quæ regulariter de eorum natura, ſunt de regalibus, ideoque non congruunt hujuſmodi feudatariis inferioribus in figura, vel ſpecie Baronum, ſeu Domicellorum, ſed ſolum feudatariis majoribus veræ dignitatis, & feudorum regalium tum jure principatus, ex iis, quæ frequenter inſinuantur *in pracedentibus hoc eod. tit.* ac etiam *ſub altero de regal. & per Roſenthal. cap. 5. concl. 49. & ſeqq. & concl. 63. & ſeqq.* & ſic pro cauſa, ſeu titulo honeſto percipiendi id, quod alias feudatarius, quamvis legitimus percipere,
ac obtinere non poſſet, non autem, ut intruſus, ac 8
illegitimus poſſeſſor valeat hæc emolumenta ſibi appropriare, quoniam confiſcationes, & pœnæ ſunt abſque dubio fructus, vel effectus feudi, ex deductis *ſub tit. de Regal. diſc. 160 & ſeq.* & frequenter.

Ad inſtar eorum, quæ habemus in beneficiis, &
dignitatibus Eccleſiaſticis, quoniam tam fructus, 9
quam diſtributiones, alioſque proventus Epiſcopi, & beneficiati, aliarumque dignitatum, & Eccleſiarum, poſſeſſores, & Prælati percipiunt principaliter ex ratione adminiſtrationis, & cultus Eccleſiæ, & exercitii curæ juriſdictionalis, vel ſacramentalis, ſed non per hoc intruſus, vel alias injuſtus, & illicitus detentor debebit hos fructus facere ſuos, ex eo quod ipſe interim curam exercuerit, vel Eccleſiæ adminiſtrationem habuerit, quoniam eſt quidem præmium, vel ſtipendium laboris, & ſervitii, ſed in eo, qui per dominum, vel ſuperiorem, cum legitimo titulo, ad laborandum, ac ſerviendum ſit deputatus, non autem in eo, qui illicitè in hoc ſe intruſerit; Ut etiam exemplificari poteſt in omnibus aliis Officialibus, & Magiſtratibus, qui propria, aliaque emolumenta obtinent.

Adeoque verum eſt, ut intruſus non faciat ſuos iſtos fructus, quod etiam in ipſiſmet diſtributionibus quotidianis, aliiſque emolumentis, quæ ab ipſo intruſo,
& illegitimo detentore, vel impedimentum præſtan- 10
te non percipiantur, ſed ab alio, adhuc teneatur legitimo domino, vel poſſeſſori reficere, juxta *deciſ. 173. Royas*, & ſæpius advertitur in ſua materia beneficiali.

Illam verò deductionem in hoc propoſito faciendam eſſe dicebam, quam ipſemet legitimus fundi dominus, cui ſententia mandat fructus reſtitui debere, pati debuiſſet, ſi ipſe fuiſſet poſſeſſor juxta illam ex-
penſarum, vel melioramentorum neceſſariorum re- 11
fectionem, de qua agitur *ſub tit. de legitima, & detractionibus diſc. 35.* & in ſpecie advertitur apud *Roſenthal. d. cap. 10. concluſ. 42. num. 66.*

† CLUSINA TERRITORII.

Pro Comitiſſa Thereſia de Carpineo cum Camera Apoſtolica.

Præparatio pro diſputatione non ſequuta, ut infra

De eodem puncto, de quo ſupra *diſc.* 56. an ſcilicet accipiens in feudum aliquod Caſtrum, vel locum cum univerſo territorio, efficiat feudalia illa bona, quæ ipſemet jure allodii, in eodem loco poſſidebat.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De materia novationis primæ conceſſionis per ſecundam.*
3 *Feuda ſunt regulanda cum jure feudali, non autem communi civili.*
4 *Quales ſint veri, ac proprii termini feudales ſuper novatione primæ conceſſionis per ſecundam.*
5 *Ut id procedat quando una conceſſio ſit incompatibilis cum altera.*
6 *Donatio in dubio non eſt præſumenda, ubi alius titulus compatibilis dari poteſt.*
7 *Non implicat ut feudatarius poſſideat tanquam privatus bona, & prædia intra fines feudi.*
8 *Imò totum territorium, omneſque redditus, poſſunt eſſe unius, & dominium Caſtri, vel loci, alterius.*
9 *Quod caſus de quo diſc. 56. ſit diverſus.*
10 *Datur exemplum practicum ſuper iis, de quibus num. 7 & 8.*
11 *De ratione inveriſimilis donationis, vel transfuſionis.*
12 *Quid importent verba generalia inveſtituræ.*
13 *De duplici ſignificatione territorii, & de pluribus ſpeciebus dominii ejuſdem rei.*
14 *De confeſſione in informationibus Advocatorum, & Procuratorum, an præjudicet.*
15 *De Conſtitutione revocatoria Pii Quarti.*
16 *An conceſſio ſit jure pignoris, vel dominii.*

DISC. CXXIII.

1 CONceſſit Julius III. Jacobæ de Monte ejus germanæ ſorori, matri Aſcanii, & Fulvii Cardinalis de Curnea, nobilium Peruſinorum, per ſpeciem venditionis cum jure redimendi, vel antichreſis, pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque pro ſcutis duodecim millium auri, totum territorium Cluſinum, cum tenutis, ſilvis, lacubus, & aliis in eo exiſtentibus; Quia verò incolæ Oppidi, vel Caſtri in eodem territorio exiſtentis, quod *Caſtilionum lacus* nuncupatur, ob illorum temporum conditionem, diverſas patiebantur moleſtias, & incurſiones, à quibus tueri ſe non poterant, cum apti non eſſent reficere Caſtrum, ſeu munitionem, aliaſque deſuper neceſſarias expenſas facere; hinc ad eorumdem incolarum preces, idem Julius, Oppidum, ſeu Caſtrum prædictum conceſſit in Vicariatum, ſeu perpetuum gubernium prædicto Aſcanio, ejuſque filiis cum juriſdictione, ac mero, & mixto imperio, & pleriſque juribus regalibus, ſub annua recognitione unius libræ ceræ, & cum obligatione reficiendi, atque muniendi dictum locum, ac etiam dedit gubernium, ſeu Vicariatum tunc Caſtri, nunc Civitatis plebis, de quo nihil ad rem; Deindeque idem Aſcanius prole deſtitutus, intuitu multorum meritorum pro Sede Apoſtolica, & Catholica Religione contra hæreticos in ſtatu Eccleſiaſtico Avenionenſi, ac etiam ſtante ſolutione ſcutorum 15. mil. auri obtinuit facultatem ſibi arrogandi in filium Diomedem de Pinea, nepotem ex ſorore, cum jure ſuccedendi etiam in feudis, omnibuſque aliis juribus, ac etiam præfatum locum erigi in feudum nobile, cum titulo, ſeu dignitate Marchionatus, pro ſe, dictoque Diomede, atque iſtius filiis, & nepotibus maſculis, ſub annua recognitione ſcutorum bis mille; Cum autem mortuis Aſcanio, & Diomede, ex iſto fuiſſent ſuperſtites, Fulvius, & Diomedes junior; iſteque in Religione Prædicatorum profeſſionem emiſiſſet, exinde aſſumptus ad Epiſcopatum Squillacenſem, deindeque tranſlatus ad Urbevetanum, juxta ſeriem de qua ſupra *diſc.* 47. atque ſequuta eſſet mors tam dicti Fulvii, quam etiam Fulvii poſthumi ejus filii in infantili ætate, ideirco Camera ob factum caſum devolutionis feudi, præfati loci, ejuſque territorii poſſeſſionem adepta eſt; Etquamvis Diomedes in Religione Joſeph, tanquam comprehenſus in inveſtitura ſuper ejus ſucceſſione litem excitaſſet, ea tamen per concordiam ſopita fuit, ut *eod. diſc.* 47.

Poſt aliquod verò notabile intervallum Thereſia dicti Fulvii ſenioris uxor, atque alterius Fulvii infantis mater, quæ ad ſecundas, nuptias cum Comite de Carpinea tranſitum fecerat, tanquam præfati ejus filii inteſtata hæres, prætenſionem excitavit contra Cameram, ſuper reſtitutione territorii contenti in prima conceſſione jure allodii, pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, vel reſtitutione dicti pretii ſcut. 12. mil. una cum fructibus; Unde deſuper deputata fuit particularis Congregatio Prælatorum, ad effectum examinandi in forma extrajudiciali, & referendi Papæ, ejuſdem prætenſionis ſubſiſtentiam, pro deliberatione, an cauſa eſſet concordanda, vel potius ad ſuos Judices, prout de jure remittenda, ideoque pro iſtius Congregationis informatione, aliqua habita fuit diſputationis præparatio, abſque tamen ulteriori progreſſu, dum juxta meum timorem in congreſſibus jam prævifum, & inſinuatum, ex notitia hiſtoriæ inter Paulum Quartum, & Regem Catholicum, occaſione Regni Neapolitani, compertum eſt, quod præfatus Aſcanius à dicto Pontifice Paulo ex cauſa perduellionis condemnatus in contumaciam ad pœnam capitalem, & publicationem dicti feudi, omniumque ejus bonorum, initio Pontificatus dicti Pii ſucceſſoris, plenariam reſtitutionem obtinuit ſub diverſis legibus, & oneribus, ac præſertim, ut contingente feudi devolutione, prætendi non poſſet reſtitutio dictorum ſcutorum 12. mill. unde propterea ex ſolo facto, quæſtio finem habuit, inaneſque remanſerunt labores juris ſuper quæſtione conſimili alias diſputata ſupra *diſc.* 56. an ſcilicet dicta ultima inveſtitura feudalis comprehenderet quoque primam conceſſionem allodialem, quæ propterea eandem feudalem naturam aſſumpſiſſet.

Quatenus itaque pertinet ad iſtam quæſtionem; Cùm ſcribentes pro Camera procederent cum termi- 2
nis generalibus juris communis in materia novationis, quod ſcilicet per ultimam conceſſionem feudalem Pii IV. innovatæ fuiſſent omnes aliæ conceſſiones præcedentes Julii Tertii, procedendo cum generali theorica *Bartoli in l. ſtipulantem §. ſacram ff. de verb. oblig.* ſuper transfuſione debiti de una cauſa in alteram, vel unius contractus in alterum, deſuper cumulando ea, quæ ad hanc materiam habentur collecta per *Amat. reſolut.* 50. *Capic latr. conſult.* 12. *& alios frequenter.*

Atque pro ſpeciali imò individua auctoritate deducerent ea, quæ habentur à me deducta ſupra *diſc.* 4. *n.* 21. ſuper occultatione donationis bonorum propriorum, quæ ab alio accipiantur in feudum, ſive extinctionis primæ conceſſionis ob ſecundam, quæ tanquam unica, de toto reputanda eſſet, ex ibi deductis.

Dicebam in hoc rerum ſtatu ad cauſæ defenſionem ex parte actricis evocatus, tam in congreſſibus pro cauſæ directione habitis, quam etiam in informatione deſuper edita, quod loquendo, ut decet more feudiſtæ, & cum ſuis terminis feudalibus, extranea videbantur omnia, quæ hinc inde jam deducta fuerant in materia
novationis, juxta terminos juris communis civilis, 3
quoniam cum iſtis feuda regulanda non ſunt, dum habent proprias leges, ac terminos feudales, cum quibus eſt procedendum, ſolumque in effectu pro ſuppletione,

pletione, vel interpretatione licitum eſt recurrere ad utrumque jus commune, magis verò ad canonicum, quam ad civile, ut pluries in præcedentibus advertitur potiſſime quia præfati termini novationis, potius cadere videntur in credito, aliiſque juribus, & actionibus incorporalibus, quam in dominio ſpecierum.

Veros itaque ac proprios hujus cauſæ terminos eſſe
4 dicebam *d. diſc. 4. num* 21. magis vero ad rem *d. diſc.* 56. an ſcilicet accipiens in feudum ab alio Caſtrum, vel locum, in cujus territorio, ipſe bona jure allodii poſſideret, cenſeatur etiam, iſta bona in feudum accepiſſe per eandem occultationem actuum, præfatis locis latius inſinuatam.

In hoc autem, etiam cum aliquo ſenſu veritatis, quamvis omnino maturum judicium deſuper efformare non potuerim, ob ceſſatam occaſionem ulterioris diſputationis, ex cujus trutina talis efformatio reſultat; Dicebam probabilius videri, quod ultima feuda-
5 lis inveſtitura importaret quidem extinctionem ſecundæ conceſſionis in gubernium, ſeu vicariatum, ut ſupra, quodque iſta transfuſa eſſet in alteram majorem, & ampliorem juxta caſum de quo *d. diſc.* 4. ex eadem ratione, quæ in dicto alio caſu vigebat, omnimodæ ſcilicet incompatibilitatis, dum agebatur de eadem re individua, quæ duplicem diverſam naturam, eodem tempore habere non poteſt, ideoque per generationem ſecundæ perneceſſe reſultat corruptio primæ; Secus autem ubi ceſſat incompatibilitatis ratio, vel obſtaculum, adeout ambæ conceſſiones poſſint ſimul ſtare, tanquam inter ſe compatibiles; Atque ad id conferre, opportunoſque eſſe dictos terminos juris civilis in materia novationis *ad tex. in l. fin. C de novat.* de quibus plurica *ſub tit. de cred.* præſertim *diſc. 67. & alibi*, quod ſcilicet hodie per dicti textus expreſſam diſpoſitionem; novatio non inducitur, niſi expreſſe dicatur, vel niſi ceſſante expreſſione, ita cogat præciſa neceſſitas incompatibilitatis.

In idem quoque conſiderando alteram juris communis veram, ac receptam concluſionem, de qua ſu-
6 pra *eod. diſc.* 56. ac etiam in ſua ſede *ſub tit. de donat.* & alibi pluries, quod ſcilicet donatio, in dubio non eſt præſumenda, omniſque poſſibilis, & compatibilis intellectus, pro ejus excluſione capiendus venit; Ac propterea, data utriuſque conceſſionis compatibilitate, de plano dicebam intrare excluſionem hujus prætenſæ novationis, vel transfuſionis unius conceſſionis in alteram, & per conſequens, quod remanente territorio, contento in prima conceſſione in ſua natura allodiali, & tranſitoria ad quoſcumque hæredes etiam extraneos, nullum ei inferret præjudicium terminatio inveſtituræ feudalis, utpote rei omnino diverſæ, ex iis, quæ aliis relatis *ex conſil.* 121. *Oldradi*, habentur plenè deducta apud *Surd. conſ. 135. cum aliis*, de quibus *d. diſc.* 56.

Compatibilitas autem videbatur clara, quamvis prima conceſſio non contineret aliqua prædia parti-
7 cularia, juxta caſum, de quo proprie agunt in Curia celebres deciſiones *Rota in Aſten. Feudi coram Bubalo, ſæpius in aliis canonizata apud Duran. deciſ. 28. Buratt. deciſ. 426. deciſ. 72. poſt Cenc. de cenſ. deciſ. 69. par. 8. rec.* atque advertitur ſupra *d. diſc.* 56. ac etiam in alio citato *diſc.* 47. ubi in individuo de iſta inveſtitura, ac etiam *diſc. 61. & 62.*

Sed etiam ubi illud eſſet de univerſo territorio quoniam ex deductis *d. diſc. 61. & 62.* & in Rotæ deci-
8 ſionibus, editis in caſu, de quo eodem *diſc.* 62. alicujus caſtri, vel loci fructus, proventus, & utilitates ſunt quid diverſum ab ipſo Caſtro, vel loco, ejuſque dominio publico, & baronali in univerſum, ideoque non implicat, ut quis ſit dominus Caſtri, vel loci, jure feudi in dominio publico, & baronali, ſeu domicellario, & tamen ſit ex diverſo jure, titulo privato, & allodiali dominus territorii ad ſolum fructum, & utilitatem, tanquam privatus, ac diverſus homo, juxta ponderationes, de quibus præſertim *d. diſc.* 61.

Unde propterea in caſu de quo *d. diſc.* 56. quamvis ego ſcribendo more Advocati ſubſtinerem contrarium; Attamen, ut ex eo paret, agnoſco difficultatem, ac refero, quod tribunal Cameræ inclinabat in 9
contrarium; Et nihilominus ille caſus eſt longè diverſus, quoniam erant Caſtra diruta ſine vaſſallis, & ſine habitationibus, ideoque nomen, ſeu vocabulum [illegible] rorum, eo tempore aliud non ſignificabat, niſi ipſum territorium privatum utilitarium; In præſenti autem prima conceſſio non continet Caſtrum, & vaſſallos, ſed ſolum territorium diſcretum à Caſtro, & vaſſallis, eorumque juriſdictione, & imperio dum hæc omnia remanſerunt in dominio Sedis Apſtolicæ, deindeque conceſſa fuerunt [illegible] ſub diverſo titulo, primo gubernii, ſeu Vicariatus, & dein [illegible] de feudi, & ſic non verificantur ponderationes dicto caſui adaptabiles.

Ad quod practicè comprobandum, dabam exemplum in Tuſculana Civitate de [illegible] immediato dominio 10
Sedis Apoſtolicæ, quod ſcilicet eadem Sedes, vel Camera eſt domina notabilis partis [illegible] ius territorii ad fructus, ac privatam utilitatem ex cultura, vel paſcuis aut canonibus, & reſponſionibus illorum [illegible] prædiorum, quæ particularibus conceſſa ſint, dictoque [illegible] fructus concedere ſolet in appaltum, juriſdictionem vero [illegible] dominicalem poteſtatem exercet mediante perſona Præfecti Palatii Apoſtolici, qui eſt ſiſus Gubernator hujus loci, ac etiam Arcis, ſeu Caſtri Candulphi, utpote deſtinatorum Papæ delitiis, ut agendo de hoc Præfecto advertitur *diſc. 8. in Relat. Cur.* Si ergo Papa, vel ejus Camera, tenutas, ſylvas, & alia bona, quæ in hoc territorio poſſidet, ex privato contractu venditionis, vel dationis in ſolutum, aut emphyteuſis, ſeu livelli, concederet alicui ex illis Magnatibus, vel nobilibus qui poſſident villas, & bona in eodem territorio, vel alteri, non per hoc iſte efficeretur Dominus loci, neque territorii juriſdictionalis, quod adhuc in ipſiſmet bonis ita conceſſis remaneret ſub eodem antiquo immediato dominio ipſius Papæ, & ſub regimine, ac juriſdictione dicti Præfecti; Quare ſi poſtmodum, eidem emptori, vel conceſſionario dictorum bonorum privato, ſeu allodiali jure, idem Papa, vel ſucceſſor, jure feudi, vel Vicariatus, ipſam Civitatem cum toto territorio, & Vaſſallis, ac juriſdictione, & mero ac mixto imperio concederet per certum tempus, vel ad certas generationes, non per hoc inferendum eſſet, quod ſub feudali conceſſione venirent dicta bona jure privati, ac liberi allodii quæſita, ex inſinuata ratione, de qua latius *d. diſc.* 61. quod ſcilicet ita ille, cui utraque conceſſio facta eſt conſideratur duplex, ac diverſus homo, adeout non prohibeatur feudatarius eſſe ipſius feudi creditor ex inſinuatis etiam ſupra *diſc.* 23. & frequenter.

Potiſſimè vero, quia ſi dicta novatio vel transfuſio danda eſſet, illa caderet in ſecunda conceſſione in Vicariatum, vel gubernium reſtrictum ad ſolam perſonam ipſius Aſcanii, ejuſque filiorum primi gradus, ex 11
quibus carebat, eorumque incertus erat, ideoque intrat inveriſimilitudo ponderata in hoc individuo caſu *d. diſc.* 47. quod ſcilicet ita privare ſe voluerit libero, ac perpetuo tranſmiſſibili dominio iſtorum bonorum, vel eorum pretio, quod attenta illorum temporum conditione, erat valde notabile ex deductis ſupra *d. diſc. 4. & alibi.*

Et quamvis ſcribentes pro Camera nimium inſiſterent in formalitate verborum inveſtituræ, quod ſci- 12
licet diceretur eam fieri, cum ſilvis, tenutis, terris, paſcuis, lacubus, fluminibus, ac fontibus, totoque territorio; Nihilominus iſtud (etiam cum ſenſu veritatis) dicebam eſſe leviſſimum, atque contemptibile fundamentum,

Digitized by Google

mentum, quoniam, ut advertitur ſupra *diſc.* 2. & in-
fra *in Romana Caſtri Orciani diſc.* 133. ac etiam ſu-
perius *diſc.* 32. *& alibi*, hujuſmodi deſcriptiones fieri
ſolent ex quodam communi formulario eomentato
per *Capic. in inveſtitura feudali*, ad denotandam uni-
verſitatem conceſſionis, ſed ſub implicita conditio-
ne, ſi quæ ſunt, & prout ſunt, vel competunt, niſi
poſitive deducantur ad ſpeciem cum verbo ſignanter,
vel alio æquipollenter, aut quod ex pretio, vel pretii
quantitate conſtaret, quod aliqua ea membris, vel
juribus expreſſis, vere conſiderata ſint tanquam ex-
tantia, & competentia, ut præſertim occaſione evic-
tionis advertitur ſupra *d. diſc.* 32.

Et in ſpecie ſuper verbo territorii advertebam idem
quod in locis citatis, & alibi advertitur, & præ-
13 ſertim *ſub. tit. de ſervit. diſc.* 35. *&* 36. quod ſcili-
cet illud duplex eſt; Unum ſcilicet publicum, & ju-
riſdictionale, ſeu Dominicale, ita dictum, à jure ter-
rendi; Et alterum privatum, & utilitarium pro diver-
ſitate reſpectuum, quod ſcilicet unus poteſt eſſe Do-
minus fructuum naturalium, alter verò induſtrialium;
Quinimo in eodem dominio publico, & baronali,
ſeu juriſdictionali dari quoque poſſunt duo Domini
in ſolidum, pro eadem diverſitate reſpectuum, quia
nempe unus ſit Dominus habitualis, alter verò Do-
minus exercitii, & fructuum, juxta deducta *d. diſc.*
61. *&* 62. Eodem modo datur dominium ejuſdem rei
directum, vel utile, ſive altum, & ſubordinatum;
Quinimo ipſummet utile, vel ſubordinatum, quod
conſideratur in feudatario, vel emphyteuta, recipit
eaſdem ſpecies ſubalternas inter feudatarium, & ſub-
infeudatum, juxta caſus, de quibus ſupra *diſc.* 7. *&*
54 *cum ſeqq. & alibi pluries*; Ac propterea, aliud eſt
illud ejuſdem loci territorium privatum & utilitarium,
de quo loquitur prima conceſſio; Et aliud publicum,
& juriſdictionale, ſeu baronale, de quo loquitur ſe-
cunda, & tertia.

Quia verò occaſione devolutionis cujuſdam poſtæ
inter iſtos de Cornea, & illos de Sfortia circa annum
1610. acta fuit eis in Rota, intitulata Chiſtoa Poſtæ,
in qua habentur aliquæ Rotæ deciſiones in volumini-
14 bus impreſſæ, nempe *deciſ.* 390. *par.* 1. *rec. deciſ.* 555.
& deciſ. 664. *par.* 2. *recent.* ac etiam habetur *conſil.*
54. *Spad. lib.* 1.

Hinc ſcribentes pro Camera diligenter pergoiren-
do informationes, vel poſitiones diſputationum, tunc
habitarum, magnum fundamentum conſtituebant in
eo, quod in aliquibus informationibus Advocatorum,
& Procuratoria iſtorum de Cornea ad probandum,
quod ipſi eſſent poſſeſſores, & Domini ex cauſa one-
roſa, & correſpectiva, ultra merita Aſcanii deduce-
rent utramque ſummam Cameræ ſolutam; Primam
ſcilicet ſcutorum 12. mil. ſub Julio, & alteram 15.
mil. ſub Pio, ideoque inferebant ad transfuſionem
primæ conceſſionis in ſecundam, ſed pariter iſtud
erat nimium fragile fundamentum, non ſolum quia
hujuſmodi aſſertiones Advocatorum, & Procuratorum
in informationibus ſunt actus extrajudiciales, abſque
mandato principalis, ad ita aſſerendum, ideoque juxta
quotidianam receptam praxim, juridice in nulla con-
ſideratione habentur in ratione confeſſionis præju-
dicialis, bene tamen ſunt conſiderabiles pro aliquo
adminiculo ſive pro illuminanda mente Judicis ad in-
dagandam aliunde veritatem, ad inſtar eorum, quæ ha-
bemus in terminis tamen fortioribus confeſſionis fac-
tæ in articulis ex deducta *diſc.* 31. *de judic.*

Tum clarius, quoniam Advocati, & Procuratores
aſſeruerunt quantum hoc dominium ſimul unitum
15 conſtabat, & quæ ſummæ ſolutæ eſſent ad denotan-
dum, quod non eſſent conceſſiones lucrativæ, & ſine
debita recompenſa ad effectum excludendi obſtacu-
lum conſtitutionis revocatoriæ ejuſdem Pii IV. de qua
in propoſito particulariter agitur ſupra *d. diſc.* 4. Sed
incompatibiliter, & diſcrete ſingula ſingulis congrue

referendo, juxta iſtarum conceſſionum diverſas ſpecies,
vel naturas.

Objiciebatur quoque idem, quod habetur *d. diſc.* 62.
quod ſcilicet prima conceſſio contineat potius pignus 16
pro mutuo, & conſequenter prædicta ſumma ſcutorum
12. mil. extenuata fuiſſet cum fructibus perceptis de
jure in ſortem imputandis; Verum, & iſtud erat ni-
mium fragile fundamentum, tam ex contextu verbo-
rum conceſſionis, juxta eaſdem ponderationes, de
quibus *dicto diſc.* 62. quam etiam ex declaratione ejuſ-
dem Julii, quod ubi intra novennium dicta ſumma
non reſtitueretur, bona cenſerentur conceſſa perpe-
tuo tranſmiſſibilia ad hæredes, & ſucceſſores uſque-
quo talis reſtitutio fieret, ideoque Papa, in quo non
datur juris ignorantia, clare agnovit, & declaravit,
quod iſtud non eſſet creditum extenuabile cum fruc-
tibus; Eſſet etenim alias dare in Papa turpitudinem,
quod uſuras facere, ſeu canonizare voluerit; Unde
propterea concludendo, quando non adeſſet dictum
objectum facti ſuper declaratione facta in dicto Motu
proprio reintegrationis, probabilius pro hac Parte
reſpondendum veniret; Vel quod ſaltem cauſa eſſet
honeſta, concordia digna, ideoque inſpiciendum re-
manet, an dicta Jacoba, quæ primam acquiſitionem
fecit, ordinaverit in ejus bonis fideicommiſſum, ut
propterea deſcendentibus, ex facto dicti Aſcanii præ-
judicare non potuerit.

---

†CAJACEN. SEU FLORENTINA VITÆ MILITIÆ

Pro Jacobo Corſio, Cameræ Apoſtolicæ Clerico cum Marchione fratre.

Diſcurſus pro veritate.

An primogenitus poſſeſſor feudi antiqui individui ju-
ria Francorum, teneatur præſtare vitam mili-
tiam fratri ſecundogenito Clerico, vel diviti, &
aliunde proviſo.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Quod Clerico debeatur vita militia.*
3 *Contrarium qui teneant.*
4 *Clerici ſunt incapaces feudorum, & de ratione.*
5 *Vita militia debetur ſecundogenitis in compenſationem exclusionis à ſucceſſione feudi.*
6 *De ordine ſucceſſionis feudorum.*
7 *Quod vita militia debeatur loco alimentorum.*
8 *Quando ſit procedendum cum ſtylo ratiocinativo, & quando cum doctrinali.*
9 *De applicatione ad caſum ſuper intelligentia Conſtitutionis Regni* Comitibus.
10 *De obſervantia præſcriptiva, & interpretativa.*
11 *De excluſione Clericorum, de qua numer.* 4.
12 *De origine Regni Neapolitani ejuſque feudis.*
13 *Clerici poſſunt militare pro Sede Apoſtolica, ideoque ſunt capaces feudorum Eccleſiaſticorum.*
14 *De paragio fœminarum.*
15 *Quare vita militia ſecundogenitis decernatur.*
16 *Quare expediat Regi, & Baronibus, ut ipſorum Baronum ſecundogeniti fiant Clerici, & bene proviſi.*
17 *Quod ſufficiat, punctum eſſe dubium.*
18 *An vita militia debeatur ſecundogenito diviti, & aliunde proviſo.*
19 *Ad quos effectus intret conſideratio, ut vita militia habeat naturam alimentorum.*
20 *Dos, & alimenta æquiparantur ad effectus* Auth. res, quæ.
21 *Quod vita militia, & dos de paragio debeantur jure actionis.*

22 *De alia ratione, ob quam vita militia debeatur etiam proviſis.*

23 *De differentia inter filios privatorum, & magnatum ad hunc effectum.*

24 *Concluditur.*

DISC. CXXIV.

1 DEfuncto illo Marchione Corſio Florentino, de quo agitur ſupra *hoc eodem titulo diſc.* 24. ſuperſtitibus duobus filiis maſculis; Cum primogenitus obtinuerit antiquum feudum Civitatis Caſerton. cum anneais in Regno Neapolitano; Secundogenitus verò eſſet Prælatus, Cameræ Apoſtolicæ Clericus nimium dives, beneque proviſus, tam de portione paternæ hæreditatis allodialis, quam de quadam diſpoſitione patrui, etiam Prælati; Hinc primogenitus prætenſionem excitavit non teneri præſtare ſecundogenito vitam militiam pro dicto feudo, ratione Clericatus, eum excludentis à vita militia; Cum Clerico debeantur ſolum alimenta ad limites juris communis in præſenti non debita, ex eo quod tanquam dives, ac aliunde proviſus, eis non indigeret; Exhibendo pro dictæ prætenſionis comprobatione quoddam Reſponſum, Italico idiomate editum per quendam anonymum Advocatum Neapolitanum, in quo dicebatur, quod licet ferre omnes Neapolitani Advocati, qui deſuper conſulerentur, contrarium reſponderent, ex eo, quod opinio Clerico favorabilis, magis communi Doctorum calculo ſit munita, ac etiam in illis Tribunalibus recepta ſit, ea iis; quæ antiquioribus relatis 2 habentur, apud *Franch. deciſ.* 20. *ubi addens. Aponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. reg.* §. 4. *de Marin. in addit. ad Reverter. deciſ.* 401. & *reſolut.* 43. *lib.* 2. atque fatetur *Bammacar. in cap. ſi Clericus de feud. defunct. in decima quæſt. num.* 162. *& ſeq.* Attamen dicebat, quod in puncto juris verius eſſet contrarium, juxta 3 opinionem, quam late tuetur, ac veriorem multis mediis eſſe probare conatur, *Bammacar. ubi ſupra*, qui admittendo, quod in Regno, altera opinio ſit recepta, & indubitata; advertit quod alibi contrarium dicendum veniat, atque in eam quoque inclinare videtur, *Mentas. in l. Imperialem*, §. *Præterea Ducatus*, *num.* 139.

Plura verò argumenta ad id probandum deducun-4 tur *per Bammacar.* quorum illud videtur potiſſimum, quod iſta vita militia traditur ſecundogenitis, ut cum primogenito feudatario militare poſſint pro ſervitio Regis, Et per conſequens, quod debeatur ſolum illis, qui ſunt habiles ad militandum in militia ſæculari; quales non ſunt Clerici, qui tanquam milites Chriſti, prohibentur eſſe milites ſæculi, ex deductis in his terminis feudalibus ſuper illorum incapacitate ſuccedendi in feudis, ſupra hoc *eodem tit. diſc.* 16. *& ſeqq. & diſc.* 54. Et generaliter circa incompatibilitatem militiæ ſæcularis cum Clericatu *ſub. tit. de penſion. diſc.* 46. *& ſeqq. & alibi.*

Cum etenim iſta vita militia per Conſtitutionem 5 Regni, quæ incipit, *Comitibus*, &c. decreta videatur ſecundogenitis in præmium, ſeu compenſationem excluſionis à ſucceſſione feudi, quoniam juxta antiquam feudorum naturam, de qua ſupra *diſc.* 8. etiam in hoc Regno, feuda quamvis titulata, & dignitatis, erant dividua ad formam juris Longobardorum, adeout omnes filii feudatarii defuncti pariformiter in eis ſuccederent; Cumque poſtmodum, ſive juxta unam opinionem per Conſtitutionem Friderici ſecundi incipientem, *Conſtitutionem Divæ memoriæ* &c. per quam 6 prohibetur etiam diviſio feudi, quamvis modica, ſeu verius ob conſuetudinem etiam ante dicti Friderici tempora, ut clare probat eadem conſtitutio *Comitibus*, &c. per quandam rationabilem conſuetudinem, ea redacta eſſent ad naturam individuam, illamque formam, quæ dicitur juris Francorum, ut ſoli primogenito, atque cum ordine primogenituræ deferantur; Idcirco in præmium excluſionis ſecundogenitorum ab hac ſucceſſione, eis delata eſt iſta vita militia loco propriæ portionis ſubrogata; Et per conſequens, quod ex regula ſeu natura ſubrogatorum, illa debita eſſet ſolum capacibus ſucceſſionis feudi, non autem incapacibus, quales ſunt Clerici, cum aliis ponderationibus, & argumentis deductis *per Bammacar. ubi ſupra.*

Hoc autem poſito, ut non debeatur vita militia, ſed ſolum debeantur alimenta juxta diſpoſitionem juris communis; hinc de plano reſultare dicebant, ut 7 huic ſecundogenito diviti, ea non debeantur, nimium ſe diffundendo in quæſtione per antiquiores feudiſtas Regni valdè diſputata, an ſcilicet, iſta vita militia habeat naturam legitimæ, ejuſque loco ſuccedat, vel potius naturam alimentorum, pro quibus decreta ſit, ac dicebant, quod quamvis apud majores, iſta fuerit quæſtio involuta, attamen apud modernìores, & in Tribunalibus hodie paſſim magiſque recepta eſt poſterior opinio, ut naturam alimentorum habeat, eorumque loco ſuccedat, dum debetur ad vitam tantum, non autem in proprietate, quæ tranſmittatur, ratione alimentorum, non autem legitimæ, quæ eſt quota bonorum in proprietate liberè tranſmiſſibilis ad hæredes, quamvis extraneos, ex relatis *per Carpan. de vita militia quæſt.* 16. & alios de quibus ſupra, *& infra*; Et per conſequens, quod intraret Regula in alimentis debitis jure ſanguinis receptiſſima, ut non niſi in ſubſidium debeantur, non autem divitibus, & aliundè proviſis, plures deſuper cumulando cum conſueto ſuperfluitatis vitio, auctoritates non neceſſarias tanquam in principio indubitato.

Deſuper itaque ex parte ſecundogeniti conſultus, Reſpondi in eodem materno, ſeu italico idiomate, 8 iſtum modum ſeu ſtylum ſcribendi diſcurſivum, & ratiocinativum, perquirendo rerum principia, per dictum Conſulentem adhibitum, eſſe quidem meo genio gratum, nimiumque commendabilem, ac deſiderabilem, utpote meliorem, èconverſo autem damnabilem, & contemptibilem alterum merè pragmaticum, qui hodie majorem vulgi ſequelam habet; Verum advertebam, id intelligendum eſſe, cum terminis habilibus, ut ſcilicet, cum cæca fide abſque alio diſcurſu non procedatur in ſola litera, cum aliquorum Doctorum traditionibus, quæ ex falſo principio proveniant, ſive ex mala intelligentia ejus, qui fuerit originalis Auctor alicujus theoricæ, aliis tranſcriptorum more, unius errorem inſequentibus, ad inſtar teſtium de auditu ab uno, qui vel non dixerit, vel mendax, aut minus informatus convincatur, adeout traditio repugnet legibus, vel earum certis principiis, & rationibus; ſive quod doctrina ſit in ſuo caſu vera, male autem juxta conſuetum pragmaticorum errorem, alteri diverſo caſui applicata, & ad quem effectum benè diſtinguendi caſus pro congrua legum, & auctoritatum applicatione partis diſcurſivæ, non ſolum commendabilis, & opportuna, ſed omnino neceſſaria videtur, ut latius advertitur, *diſc.* 35. *de judic. & alibi.*

Id autem non poterat adaptari ad hunc punctum, utpotè pendentem ab interpretatione legis particula- 9 ris, ſeu localis, nempè dictæ Conſtitutionis incipientis *Comitibus*, &c. quæ in verbis de omnibus filiis loquitur, nulla facta diſtinctione, an ſint Clerici, vel Laici, ſive, an divites, vel inopes; Undè propterea attentis regulis, vel propoſitionibus generalibus, illa potius favore clericorum, & divitum regulam ſtatuit, ex axiomate, quod lex generaliter loquens generaliter intelligi debet.

Super hujus itaque legis interpretatione, vel intelligentia, aliqui ex antiquioribus, hujuſmodi reſtrictionem ob ceſſantem ipſius legis rationem excogitarunt, tanquam per ſpeciem limitationis, quæ odioſa

potius,

potius, atque in dubio excludenda, quam favorabilis eſt, juxta alterum vulgatum axioma, frequenter in hac materia inſinuatum, ſuper quo multa colligit *Barboſ.axiomat.98.* ac propterea, cum apud utriuſque Regni antiquos, medios, & modernos,& quod magis in Tribunalibus, per adeo longa temporum intervalla,ita pluries judicatum fuerit, exindeque longiſſima,& inconcuſſa prodierit obſervantia; Hinc proindè ſequitur, quod non verſemur in eo damnabili quidem caſu, in quo contra principia juris,vel contra humanum diſcurſum, more cæcorum, qui ad manus attrahuntur, & vadunt, quo alter eos ducit, in hanc ſententiam deveniendum ſit ex ſola vi traditionis,quia ſic dicat Matthæus, & Martinus; ſed quia legem dubiam, ita idem Legislator per organum ſuorum Tribunalium,ac Sapientum fuerit interpretatus, atque ita inducto judicandi ſtylo, qui in ambiguis, & expreſsè non deciſis articulis vim legis habere dicitur ad inſtar conſuetudinis, vel non uſus, ſeu uſus contrarii,habilis ad derogandum etiam legibus claris, & expreſſis ex relatis, *dicto diſc.35. de judic.* ubi de hac materia deferendi legibus, & auctoritatibus in judicando, ac etiam *diſc.21.eod. tit.* ubi de materia præſcriptionis.

Multò igitur magis iſta obſervantia ſine dubio
10 attendi debet, dum non agitur de illa formali præſcriptiva, quæ apta eſt derogare legi claræ, & expreſſæ,ſed de altera interpretativa legis dubiæ, quæ oppoſitam naturam habet, dum præſcriptionis requiſita non exigit,atque favorabilis, potius quam odioſa cenſenda eſt, juxta diſtinctionem frequenter in omni materia inſinuatam præſertim verò & magis ex propoſito,*dicto diſc. 21. de judic.* inter obſervantiam præſcriptivam,& interpretativam; Quinimo in præſenti,ut ſupra,non agitur de interpretatione legis dubiæ, ſed potius de excluſione illius dubietatis, quam in lege clara, & generali aliqui Interpretes inducere voluerunt, ideoque ſine dubio huic obſervantiæ longè major favor aſſiſtit.

Præterea, ubi etiam ſecluſa rerum judicatarum, & magis communi Interpretum auctoritate, articulus tanquam novus, & indeciſus ex integro diſputandus eſſet; Adhuc tamen,etiam cum ſenſu veritatis,advertebam probabiliorem cenſendam eſſe eandem opinionem, quam noſtri majores, magis communiter amplexi ſunt, atque Tribunalia receperunt, cum prædicta ſubſequuta praxi, & diuturna obſervantia; Siquidem perquirendo rerum principia; Quatenus pertinet ad qualitatem Clericatus,deper ſe, contradiſtinctè ab
11 altera divitiarum,& proviſionis,aliunde ſequaces alterius opinionis procedendo, cum legibus, vel conſuetudinibus feudalibus generalibus conſtituunt certum præſuppoſitum incapacitatis Clericorum ex juribus relatis ſupra,*diſc.16.& ſeqq. & diſc. 54.* Iſtoque præſuppoſito retento,tanquam certò, ex illo arguunt, atque ad alias inferunt conſequentias; Verum in hoc conſiſtit fallacia,quoniam licet verum ſit,quod in hoc Regno Clerici ſint hodie incapaces ſucceſſionis feudorum, quinimo cujuslibet exercitii juriſdictionis Laicalis abſque Regia conceſſione, vel diſpenſatione ex pluries inſinuatis in præcedentibus hoc eodem titulo, & præſertim *dicto diſc. 16. & ſeqq.* Attamen id potius provenit ex legibus, vel ſtylis particularibus ipſius Regni, quam ex vi legum, ſeu Conſtitutionum generalium feudalium; Tum quia illæ procedunt propriè, quando agitur de feudis, habentibus onus ſervitii perſonalis, non autem, ubi ſervitium ſit reale, quodà Clerico, æque ac à Laico commodè præſtari poteſt, ex relatis, *dicto diſc.54.*dum ſervitium feudale præſtatur ſingulis annis, in ea pecuniaria ſolutione, quæ ibi *adhoa* dicitur, & de qua agitur in hoc *tit. in ſupplemento diſc.* 121. undè propterea in eodem Regno, ac in altero Siciliæ, ortà contra eaſdem leges, vel conſuetudines feudales, fœminæ fuerunt quoque habilitatæ, cum aliqua irrationabili, & fortè iniqua exorbitantia, de qua ſupra *diſc.13.*

Tum etiam quia ſi rerum principia, quoque perquirere volumus, illæ regiones, vel provinciæ, ex 12
quibus hodie Neapolitanum Regnum conſtituitur, ac etiam Inſula Siciliæ poſt diſſolutionem antiqui Imperii Romani in Italia per Longobardos,Græcos, & Saracenos, reſpectivè occupatæ, longo temporis decurſu, ſub diverſis dominationibus ſupremis ex auctoritate Sedis Apoſtolicæ poſſeſſæ fuerunt per Normandos, Romanorum Pontificum, adverſùs Græcos, Schyſmaticos, ac etiam in inteſtinis Schyſmaticis acerrimi defenſores,& fautores, uſque quo in ſæculo duodecimo, prius ex conceſſione Anacleti Antipapæ, poſtmodum verò ex altera conceſſione, vel approbatione Innocentii Secundi,erectæ fuerunt in Regnum, conceſſum in feudum Rogerio Primo, vel Secundo, & de quo tempore uſus illorum feudorum, de quo agunt præfatæ leges feudales, non invaluerat, ſaltem in his partibus, in quibus licet adeſſent aliquæ inferiores, & ſubordinatæ dominationes Civitatum, & oppidorum, ac locorum habitatorum; Attamen erant jura illius allodii ſubordinati, quod etiam hodie eſt in praxi in Baronibus,& domicellis ſtatus Eccleſiaſtici, & in aliis Italiæ partibus, ut in præcedentibus pluries advertitur; Ideoque verus uſus feudorum, juxta dictas leges feudales prodiit poſt dictam erectionem in Regnum, quia nempè Reges cœperunt ſibi conſtituere milites qualificatos primi ordinis ſive cum hujuſmodi conceſſionibus remunerare cœperunt milites emeritos, & ſic poſtquam Regnum redactum fuerat ad eſſe feudi Eccleſiæ, cujus ſunt capaces Clerici,& perſonæ Eccleſiaſticæ, ob Eccleſiaſticam qualitatem Domini directi, ex pluries relatis in præcedentibus; Et per conſequens æquivocum eſt ſupponere incapacitatem nativam Clericorum, ex antiqua, & intrinſeca natura feudorum de tempore quo prodiit dicta Conſtitutio *Comitibus &c.* quoniam licet hodie abſoluta, & certa ſit eorum incapacitas, ut ſupra, attamen id potius provenit ex ſtylis, & conſuetudinibus poſtmodum introductis ob illas contingentias, quæ apud mediocriter verſatos in hiſtoriis notæ ſunt, dum aliàs ſubfeuda habeant eandem naturam feudi principalis.

Et quamvis in eadem Conſtitutione *Comitibus*, ac etiam in aliis Conſtitutionibus Regum ſucceſſorum, ſeu Germanorum, qui Normandis ſucceſſerunt. (&
à quibus potius quam à primis probabilius eſt hunc 13
feudorum, vel ſubfeudorum uſum irrepſiſſe) ſupponatur in feudatariis qualitas militaris, cum ſervitium feudale tunc eſſet perſonale, adhuc non commutatum in reale; Non per hoc tamen reſultat inhabilitatio Clericorum, quoniam iſti prohibentur militare pro Papa, & Sede Apoſtolica, ex inſinuatis in præcedentibus, ac etiam *ſub tit. de penſion.diſc.46.& ſeqq.* dum militando pro Rege adverſus Schyſmaticos, & Græcos, ſive adverſus Saracenos infideles, aut adverſus alios, qui Regnum, vel aliquas ejus partes occupare vellent, ita dicerentur militare pro Papa, & Sede Apoſtolica,Domina directa, ſub Rege tanquam ejuſdem Sedis feudatario majori, & milite, ſeu militum Duce,& Capitaneo generali; Et per conſequens malè conſtituitur dictum præſuppoſitum antiquæ, & nativæ incapacitatis Clericorum, ex qua infertur ad regulam ſubrogatorum.

Potiſſimè quia prædicta Conſtitutio *Comitibus &c.* in hac parte vitæ militiæ ſecundogenitis debitæ, & in altera paragii præſtandi ſororibus, ut ejus contextus probat, dicenda non eſt lex omnino nova, quæ tunc ſtatuat, vel concedat de novo ſed potius loquitur præſuppoſitivè, tanquam de re prius introducta.

Ulterius attentis eiſdem legibus feudalibus, fortius verò attenta qualitate naturali, ſine dubio magis incapaces feudorum, magiſque inhabiles erant

fœminæ,

fœminæ, quam Clerici, ondè propterea ſi prædicta ſubrogatorum regula, vel ratio intrare deberet, fœminois debita noo eſſet dos de paragio; & tunc contrarium eſt abſolutum, ut ſupra *diſc.* 26 *&* 108. *tit. de Dote diſc.* 146.

Advertebam item eundem diſcurſum præfati conſulentis cootinere manifeſtam contradictionem, dum occaſione agendi de alio puncto, ut ſecundogenito, anquam diviti, & aliundè proviſo vita militia noo deberetur, probatur (& bene) verius eſſe, quod vita militia non habeat naturam ſucceſſionis, vel portionis 15 hæreditariæ, minuſque oaturam legitimæ, dum nullatenus tangit proprietatem, ſed ſolum habeat naturam alimentorum; Ergo male intrat regula ſubrogatorum, cum potius verius ſit, quod jus antiquæ ſucceſſionis omnium filiorum ad formam juris Longobardorum fuerit habitum in conſideratione de tempore, quo immutata feudorum natura, illa electa fuerunt ad formam individuam juris Francorum, ut ſcilicet in quandam recompenſam ita favore ſecundogenitorum in genere ſtatutum ſit, eo modo, quo per quam plura ſtatuta Italiæ fœminarum exclusiva, ſuper earum dotatione diſpoſitum habemus, ſive juxta illam compenſationem, quam jus noviſſimum civile dedit patri in uſufructu, quando ille ſuſtulit majora jura, quæ habebat cum ſimilibus.

Ponderando etiam eandem qualitatem Regni, quod eſſet feudum Eccleſiæ ad alium effectum, quod ſcilicet ita mediatè illi Barones, qui revera potius ſunt ſub- 16 feudatarii, eſſent milites, & Vaſſalli Papæ, ac Sedis Apoſtolicæ, ob cujus reſidentiam in adjacenti Romana Civitate, eidem Regi, ejuſdemque Baronibus expedit, ut ſecundogeniti in ſtatu Clericali, & Prælatitio apud ipſum Dominum directum aſſiſtant, tanquam pacifice in aula militantes pro eodem Rege, ut ejus jura tueantur, ejuſque ſervitio aſſiſtant, & adhæreant, Idque frequenter ſequentur cum longe majori profectu, & ſervitio Regis, quam ſi eſſent laici militantes in Caſtris, dum iſtud ſervitium in Curia Papæ, eſt continuum, ac omni tempore, tam pacifico, quam belligero; Alterum verò eſt nimium rarum, & accidentale, dum commutato ſervitio perſonali in reale cum ſolutione adhoæ, ſupereſt ſolum hodie obligatio ſervitii perſonalis in magnis, & nimium urgentibus neceſſitatibus, quando ipſe Rex, vel ejus Vicarius perſonaliter ſit in Caſtris.

Ex his itaque forte melioribus, & ſolidioribus, quam ex aliis mere leguleicis, ac debilioribus ponderationibus delatis ab eodem *Bammacer. ubi ſupra*, & aliis, ac etiam à moribus aliorum Regnorum, & 17 principatuum, ſuper eadem vita militia explicari ſolita ſub nomine appanagii, etiam Clericis præſtari ſolita, negari noo poſſe advertebam, quin opinio Clericis favorabilis, abſtrahendo à rebus judicatis, & ab obſervantia, eſſet omnium probabilis, vel ſaltem dubia, ut propterea à tot rebus judicatis, atque à tam diuturna pacifica obſervantia, nullatenus recedendum eſſet.

Quo verò ad alium punctum, quod ſecundogenitus eſſet etiam dives, & aliunde proviſus; Advertebam, quod ubi terminis alimentorum, quæ officio Judicis debita ſint ſubſidiariè filiis, & deſcen- 18 dentibus, qui aliundè proviſi non ſint, tunc nulla dignoſceretur differentia inter Clericos, & Laicos, ſed cum omnibus pariformiter procedendum eſſet; Idemque in paraggio debito fœminois, juxta terminos *Auth. res quæ C. commun. de legat.* de quibus *ſub tit. de dote diſc.* 145. & in aliis pluries; Et tamen, tam in vita militia, quam in paragio, contrarium de plano eſt receptum, ex iis, quæ habentur ſupra *diſc.* 26. *&* 108. ac etiam *d. tit. de Dote diſ.* 146. ubi etiam de hac materia paragii, ſeu dotis ex feudis.

Neque ex eo quod magis receptum ſit, quod vita militia habeat potius naturam alimentorum, quam legitimæ, vel portionis, reſultat conſequentia, quod regulari debeat, juxta terminos, & naturam alimen- 19 torum, ex diſpoſitione juris, & miſerationis gratia debitorum officio Judicis, cum id ſolum percutiat diverſos effectus; Unum ſcilicet, ut non rogatur proprietas feudi, quod ita diviſionem patiatur; Alterum ut non tranſmittatur ad hæredes, præterquam in decurſis annualitatibus, abſque eo, quod pro eis, feudum patiatur in proprietate diviſionem, vel onus reale, cum ita remaneat potius debitum perſonale ipſius feudatarii; Et tertium, ut non dentur illi fructus, qui debentur ex legitima, vel portione hæreditaria, quidquid ſit quoad illud intereſſe, quod pro quocumque debito indifferenti poſſit à mora regulari, vel irregulari; in eo Regno practicatur abſque neceſſitate illius ſpecialis juſtificationis aliorum requiſitorum, quæ deſideratur in Curia cum ſimilibus effectibus.

Ac etiam quia ſi id verum eſſet, neque per pauperem maſculum prætendi poſſet vita militia, vel per 20 pauperem fœminam prætendi poſſet dos de paragio, quando feudum acquiſitum fuiſſet à tranſverſali, juxta terminos *d. Auth. res quæ*, æque procedentes in alimentis, ut advertitur *eodem diſc.* 145. *de Dote*, ac etiam ſupra *ad materiam Bellæ Baronum diſc.* 79. *&* 89. Et tamen indifferenter in utroque, praxis docet contrarium.

Siquidem cum dicta Conſtitutio *Comitibus*, tam vitam militiam, quam paragium decernat, ex inde 21 ſequitur, deberi dicantur potius jure actionis, vel condictione ex lege, quam miſerationis gratia, & officio Judicis; Et per conſequens non dicuntur ſubſidiaria, juxta diſtinctionem, de qua per *Tiraquell. de primog. quæſt.* 75. *num.* 3. *& ſeq.*, & alios relatos *per Roſſ. de Alim. cap.* 8. §. 13. *n.* 529. *cum ſeqq & per Marin. reſol.* 45. *lib.* 2. *& ſupra diſc.* 108 *& alibi.*

Ea quoque nimium incongrua accedente ratione adaptabili tam filiis feudatariorum in dicto Regno, quam 22 etiam omnibus ſecundogenitis Principum, Ducum, Marchionum, & aliorum Magnatum, vel Domicellorum, habentium dominium publicum in figura Principis, vel Baronis Civitatum, Oppidorum, & Villarum, quamvis jure allodii veri, & proprii, ſive illius improprii, ut in Italia frequentius practicatur in Statu Eccleſiaſtico, quod ſcilicet nimium aſperum, ac durum videtur, ut illi, qui nati, educati ſunt filii Principum, aut Magnatum, vel Baronum, reduci debeant ad petenda ſola alimenta ſubſidiaria ad limites neceſſitatis, juxta ſpeciem illorum, quæ debentur miſerationis gratia, ideoque cum patiantur infortunium excluſionis à ſucceſſione Principatus, vel Baroniæ, obtinere debeant iſtam modicam recompenſam, ut cum aliquo ſplendore, ſe ſubſtentare valeant; Ac etiam fortius, pro publico bono, ut ita ſcilicet, vel per viam Prælaturæ in Curia Romana, vel per aliam viam militiæ, ſive aulæ apud magnos Principes, aut etiam per viam Hieroſolymitanæ Religionis poſſint, quando bene proviſi ſint, facilius viam ſibi ſternere ad aſſequendos honores, & Dignitates, ut quotidiana praxis docet; Ideoque plura urgent, quæ in hoc genere ſecundogenitorum excludant dictum modum, cum quo proceditur in alimentis ſubſidiariis.

Atque hinc ſequitur, ut magna differentia ſit inter ſecundogenitos poſſeſſores antiquæ primogeni- 23 turæ privatæ, quibus nulla lex, vel conſuetudo deferat hanc vitam militiam, vel appanaggium, unde propterea ſolum, quando ſint de deſcendentibus, eis competat dictum ſubſidiarium beneficium *Auth. res quæ*, & iſtum caſum in quo lex, vel conſuetudo generaliter, ac indefinite aliquam deferat honeſtam proviſionem.

Atque ex his etiam pro veritate concludebam, 24 quod in puncto juris nulli probabili fundamento

iſta primogeniti prætentio innixa eſſet, quodque melius conſilium pro eodem primogenito, eſſet recurrere ad fratris ſecundogeniti, utpotè bene proviſi benevolentiam, ut ſupponebatur promptam, ac de facili practicabilem in remiſſione in toto, vel in parte.

---

† MUTINEN. SEU , &c. FEUDORUM.

Reſponſum, ſuppreſſis nominibus.

An facultas per Dominum directum conceſſa feudatario alienandi, vel diſponendi, etiam in extraneos, vel agnatos, qui acquirere nollent, aliquod jus neceſſariæ ſucceſſionis dictis agnatis tribuat, ſive ad quem effectum, eorum mentio facta cenſeatur; Et aliqua de prælatione, ſeu jure prothomiſeos.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De materia retractus prælativi, ſeu juris prothomiſeos.*
3 *Verba, quæ præſupponunt, non diſponunt.*
4 *Facultas alienandi, quando eſt pro majori expreſſione. ejus, quod ineſt, non alterat.*
5 *Ad quid hujuſmodi expreſſio fieri*
6 *De eadem prælatione ex æquitate.*

DISC. CXXV.

CUm quidam nobiles fratres, poſſidentes aliqua
1 feuda Imperialia divisa ad formam juris Longobardorum, cum facultate ab Imperatore obtenta, libere alienandi, vel diſponendi, juxta non infrequentem uſum feudorum, exiſtentium in illis Italiæ extremitatibus, quæ ſunt verſus montes, Ipſi verò prudenter decreverint, pro eorum conſervatione in poſteritate, ſibi ipſis, eorumque deſcendentibus manus ligare, erigendo deſuper primogenituram, juxta ſimiles caſus, de quibus ſupra *diſc.* 9. & 10. & 44. & 45. & in aliis, ſuper eadem erectione obtinuerunt aſſenſum imperialem, in quo præſcribitur, ut ultimus de lineis in iſta conventionali primogenitura comprehenſus, liberam habeat facultatem alienandi ſeu alias diſponendi, etiam in extraneos, agnatis acquirere nolentibus; Cum autem ultimus linearum dictorum feudorum poſſeſſor, prolem adhuc non habens, crederet poſſe in eo dari caſum; Hinc ſuppreſſis nominibus, ſolumque tranſmiſſa particula inveſtituræ, ſuper ejus interpretatione requiſitus fui, an ſcilicet, & quale jus per dicta verba agnatorum mentionem facientia, eis quæſitum eſſet vel competeret, quod dictam liberam alienandi, vel diſponendi facultatem impediret.

Reſpondi quod, aut ultimus intendebat per ulti-
2 mam voluntatem, vel etiam inter vivos gratuitam facere diſpoſitionem; Et tunc ex hujuſmodi verbis nulla reſultaret reſtrictio, nullumque jus agnatis competeret, quoniam ubi etiam dicta verba apta eſſent inducere favore agnatorum prælationem in concurſu extraneorum per quandam ſpeciem prælationis, vel juris prothomiſeos rigoroſi, vel æquitativi; de quo ſupra *diſc.* 36. & *ſeqq.* & 110. Attamen illud intelligitur, juxta genericam naturam retractuum ſanguinis, vel vicinitatis, aut conſortii, & ſimilium, puta Inquilinatus, vel Cenſus in caſu alienationis ex cauſa oneroſa, & correſpectiva indifferenti, adeout importet, an alienatio in unum, vel in alterum fiat; Secus autem ubi ex cauſa lucrativa ratione affectionis naturalis, vel conjunctionis ſanguinis; Quinimò etiam ex cauſa oneroſa, & correſpectiva; quæ particularem habeat rationem, adeout ille, cui retractus competat præſtare non poſſit id, quod præſtet ille, cui alienatio fiat, ex pluties deductis in ſua ſede retractum *ſub tit. de ſervit.* & præſertim *diſc.* 73. 76. & 88. ubi de tranſactione vel de permutatione.

Ubi verò indifferentem alienationem oneroſam & correſpectivam facere vellet; adeout nil intereſſet, an in unum vel in alterum fiat; Et tunc quatenus per antiquam inveſtituram iſti agnati aliquod jus non haberent propriæ vocationis; dicebam; quod de ſtricta juris cenſura, neque poſſent hanc prælationem prætendere; cum illa generaliter extra caſus in jure expreſſos non competat; ex deductis ſupra *d. diſc.* 36. illudque jus prothomiſeos, quod eſt peculiare feudorum, procedat ſolum in feudis antiquis pacti, & providentiæ favore illorum agnatorum, quibus neceſſaria ſucceſſio debita eſt juxta rationes, & ponderationes; de quibus *d. diſc.* 36. & *ſeqq.*

Neque verba hujus ultimi aſſenſus aliquod jus neceſſariæ prælationis, multo verò minus neceſſariæ ſuc- 3
ceſſionis importare poſſe reſpondi, cum ſtare viderentur potius præſuppoſitive, quam diſpoſitive, ideoque intrat propoſitio, ſæpius deducta, quod verba præſuppoſitiva non inducunt diſpoſitionem. Potiſſime verò circa jus neceſſariæ ſucceſſionis, per quod iſta libera facultas impediretur; Tum quia id contineret manifeſtam contradictionem; Tum etiam, quia improbabile, ac fatuum eſt, ſupponere caſum, quod agnati obtinere valentes feuda jure ſucceſſionis, illa nollent acquirere.

Ponderando etiam, quod facultas libere diſponendi
ultimo conceſſa, non proveniebat ex iſto aſſenſu, 4
tanquam nova gratia, & conceſſione tertio præjudiciali, adeout intraret ejus ſtricta, & rigoroſa interpretatio, ſed ſolum obtento principaliter hoc aſſenſu pro approbatione primogenituræ ad effectum tollendi difficultates, de quibus ſupra *d. diſc.* 9. & 10. iſta fuit expreſſio ejus, quod de jure inerat, ſtante præfata antiqua facultate per hujuſmodi novam erectionem reſtricta, quæ per ceſſationem obſtaculi, vel reſtrictionis ad ſuam primævam cauſam, vel naturam rediret, juxta ea, quæ habemus in bonis indifferentibus liberæ diſpoſitionis, in quibus erigatur primogenitura, vel fideicommiſſum ad favorem certi generis, quoniam eo defecto bona remanent libera in ſua natura, tanquam per ceſſationem impedimenti; Ac etiam habemus in materia Juriſpatronatus, quod eſt de ſui regulari natura hæreditarium, ſi efficiatur familiare cum reſtrictione ad certam familiam, vel certam lineam, quoniam ea defecta, redit ad primævam naturam, cum ſimilibus.

Prudenter autem curatum fuit fieri hanc expreſſio- 5
nem ejus, quod de jure ineſſet ad tollendam quæſtionem, de qua ſupra *diſc.* 44. & 45. ne per erectionem hujuſmodi Primogenituræ, reſtrictæ ad certas lineas, prætendi poſſet novatio antiquæ naturæ feudorum, ut propterea devolutioni locus fieret; Iſtamque dixi mihi videri germanam interpretationem; Adhuc tamen dixi, quod prædicta verba viderentur eſſe alicujus conſiderationis, vel operationis favore agnatorum
ut ſcilicet in caſu indifferentis alienationis ita fa- 6
cilius intraret illa æquitativa prælatio, quæ conſideratur ſupra *diſc.* 87, & aliis proximis; Nullatenus verò, ut apta eſſet tribuere jus neceſſariæ ſucceſſionis deſtructivum dictæ facultatis, ideoque continens repugnantiam manifeſtam, nullatenus attendendam.

ROMANA

ROMANA PECUNIARIA.

Pro Creditoribus Monaldenſium cum Montiſtis & Creditoribus Anchaianis.

Caſus diſputatus in Congregatione Baronum.

An creditores debitoris decocti, cujus patrimonium poſitum fuit ſub concurſu in Congregatione Baronum, volentes venire in concurſu generali, ſed ſeparantes bona pecuniaria, ex quorum cauſa eorum creditum proveniat, poſſint prætendere curſum fructuum, vel ſuppletionem ex reliquo patrimonio univerſali adversùs poſteriores.

SUMMARIUM.

1 *Quare iſta cauſa collocetur in hoc titulo.*
2 *Facti ſeries.*
3 *An ob decoctionem ceſſet curſus fructuum, vel intereſſe.*
4 *An fructus debiti per emptorem pro pretio excedant fructus ipſius rei.*
5 *Quod non ſit deferendum auctoritati Conſulentium, & quare.*
6 *Declaratur concluſio, de qua num. 3.*
7 *De creditore conſentiente alienationi, vel oblationi bonorum debitoris, vel cedente locum creditori poſteriori.*
8 *Quomodo iſte conſenſus præſtari dicatur, & ſufficiat.*
9 *Quod etiam actus tacitus ad id ſufficiat.*
10 *Tutor, vel Adminiſtrator, qui poterat ſibi ſatisfacere, non petit uſuras, vel interuſuria.*
11 *Impediens tenetur impedito ad quanti intereſt, atque actus in ejus præjudicium, habetur pro facto.*
12 *De applicatione ad caſum, & quod creditores eſſent in culpa.*
13 *Adminiſtratio patrimonii decocti penes quem eſſe dicatur.*
14 *De conſideratione particulari in concurſibus, qui ſunt in Congregatione Baronum.*
15 *Bulla Baronum no tollit in totum fideicommiſſa, & quomodo provideat.*
16 *Et de alia circumſtantia particulari ob Chirographum Papæ.*
17 *De eadem concluſione, de qua num. 3. & 6. ejuſque ratione.*
18 *Abſurdum quod alias ſequeretur.*

DISC. CXXVI.

1 QUamvis materiæ hujus diſcurſus potius congruat ſedes crediti, & debiti, ubi de creditorum concurſu, eorumque anterioritate, ac potioritate agitur; Opportune tamen caſus collocatur in hac ſede, utpotè non feudorum tantum, ſed etiam Bullæ, & Congregationis Baronum, cujus officium pleraque in eo contenta percutiunt, eodem modo quo in pleriſque præcedentibus quoque agitur, & præſertim in iis, quæ hunc præciſum concurſum reſpiciunt.

Præſuppoſita itaque facti ſerie generali, reſpiciente iſtud patrimonium Monaldenſium ſuperius examinata *diſc. 77. & ſeqq.* ac etiam altera magis ad rem ſpeciali,
2 de qua *ſub tit. de empt. & vend. diſc.* 33. Cum ſuper puncto in hoc poſteriori diſcurſu diſputato, Congregatio Baronum ſententiam protuliſſet, quod tenuta ibidem enunciata per Montiſtas, & alios creditores, accepta non fuiſſet in ſolutum, vel in vim pacti commiſſorii, ſed ſolum verè crediti. Hinc iidem Montiſtæ, aliique creditores illorum de Anchaianis, quos Monaldenſes pro tenutæ pretio in ſe accollaverant, attento quod ejuſdem tenutæ fructus interim ab eis percepti, ſpatio annorum vigintiquinque circiter erant longè principaliores; quam importarent fructus eorum crediti, ac etiam quod ipſius tenutæ valor in proportione longè diminutus fuerat, alias Monaldenſium creditores ex diverſa cauſa, ipſis tum poſteriores, pulſarunt in eadem Congregatione ad refectionem acceptæ pecuniæ cum obligatione ſolita de reſtituendo prioribus, & potioribus.

Ex parte reorum conventorum de duobus, per alios eorum defenſores objiciebatur; Primo nempe, quod 3
poſt decoctionem debitoris, & appoſitionem ejus bonorum ſub concurſu, ceſſaſſet curſus fructuum, juxta auctoritates relatas *ſub tit. de Credito diſc.* 143. ac etiam ſupra *hoc tit. diſc.* 81. Et ſecundo, quod cum ageretur de fructibus debitis per emptorem, pro pretio rei emptæ non ſoluto, iſti ad terminos *tex. in l. curabit, C. de action. empt.* excedere non poterant metam fructuum ejuſdem rei, ex deductis *ſub tit. de uſur. diſc.* 17 4
& ſeqq. & alibi pluries.

Quamvis autem Ego ſcribens pro eiſdem reis conventis more Advocati præmiſſa motiva quoque comprobare curarem; Attamen, reflectendo ad veritatem partibus, aliiſque defenſoribus ab initio liberè inſinuatam, advertebam neutrum ſubſiſtere, prout nulla, vel multiplica ratio eorum per Congregationem habita fuit, Non quidem primum ex eiſdem rationibus, & fundamentis, de quibus *d. diſc. 143. de Cred.* quem ſcribentes in contrarium dicebant, Neque alterum; quoniam dicta concluſio procedit favore ipſius venditoris, qui ex pretio acceſſiones petat in ſola ratione uſurarum, ſeu intereſſe recompenſativi, juxta terminos *d. tex. in l. curabit*; Secus autem ubi Emptor in ſe accollavit cenſus, vel loca Montium, alia Emptoris debita de per ſe legitimè fructifera, ex alia cauſa quam ex præmiſſa; Tunc etenim creditores accollati rectè petunt ſuos fructus, non tanquam recompenſativos, adeout intret dicta regulatio, vel reſtrictio, ſed ex proprio jure, propriaque cauſa licita; Venditor autem jus habet petendi, ut eadem ſolutio ſequatur ratione damnorum, & intereſſe, ex cauſa damni emergentis, potius quam lucri ceſſantis, dum rectè dicere poteſt, quod alias non vendidiſſet pecunia credita, ſed curaſſet vendere bona ſua, ut cenſus aliaque debita fructifera extingueret, ex deductis *eodem tit. de uſur. diſc. 14. & in aliis*; Ideoque in his motivis, quamvis more Advocatorum plenè exornatis, non videbatur ſolidum fundamentum conſtitui poſſe; Exindeque in dies magis, ac magis monemur, quam fidendum ſit Conſulentium auctoritati, & quam magnus error ſit, imò ineptia ma- 5
nifeſta, illis in judicando, vel conſulendo ad veritatem deferre.

Unicum itaque fundamentum pro meo judicio ſolidum, nimiumque probabile videbatur illud, quod quidquid ſit inter creditorem, & debitorem ad effectum curſus fructuum, vel inter uſuriorum, adeout debitor contendat ab eis, alias debiti eximi, quo caſu, & ad quem effectum credebam rectè procedere ea, quæ habentur *d. diſc. 143. de Cred.* cum tunc mutatio ſtatus proveniat potius ex ipſius debitoris culpa, quæ ſibi prodeſſe non debet, atque creditori nocere; Attamen, ut quoad alios creditores, & tertios intereſſatos, illi creditores, qui convincantur cul- 6
poſi, non poſſint hujuſmodi fructus, ac ſuppletionem prætendere; Non quidem ex intrinſeca, & totali ceſſatione curſus fructuum, vel crediti, ſed ex actione, vel exceptione doli, & culpæ, ſeu refectionis damnorum, & intereſſe; Ideoque ſtant bene ſimul, quod favore creditorum currant fructus, atque ſint eorum creditores in præjudicium debitoris, & tamen quod non habeant concurſum, vel anterioritatem in præjudicium aliorum creditorum, vel emptoris, ad terminos *Text. in l. fin. de remiſſ. pignor.* de quibus *ſub tit. de Credito diſc. 29. 34. & 35.*

multò magis cum fiſco, ubique potens ac durus adverſarius, Potiſſimè in articulo novo & exemplari, in quo deciſio facit ſtatum in futurum, dum in fabulam tranſiiſſe videtur dictum Plinii ad Trajanum, quod ſub bono Principe, fiſci cauſa ſemper mala eſt.

In prædictis itaque allegationibus; Primò inſinuabatur quidditas, ac origo ſeu introductio hujus oneris realis, quod per feudatarios Regi ſolvitur, atque
3 ſubrogatum eſt loco feudalis ſervitii perſonalis ſub barbaro adhoæ vocabulo, antiquitus explicari ſolitum, hodie verò ſub illo donativi ex iis, quæ cum nimium longo apparatu ferè omnibus antiquioribus relatis deducuntur per ſcribentes in allegationibus collectis, *per Donat. Anton. de Marin. allegat.* 116. *tom.* 3. *& per Rocſam conſultat.* 11. ubi etiam *conſultat.* 14. *& ſeqq.* agit de hoc eodem onere, ejuſque exemptione vel præſtatione.

Secundò latiùs ac penè per totas allegationes; elaborate quidem ac bene immorabantur in probatione
4 concluſionis de qua ſuprà *diſc.* 1. *num.* 7. *&* 8. *diſc.* 78. *& aliis pluries*, quod ſcilicet per hypothecas contractas ſuper feudo cum Regio aſſenſu acquiritur creditoribus jus reale, quod afficit ipſius feudi ſubſtantiam, adeout ſequuto caſu devolutionis, non intret regula textus *in l. lex vectigali, ff. de pign.* ſuper earum reſolutione, ſed feudum ita affectum tranſit ad Dominum, qui volens illud pro ſe retinere, tenetur ſolvere debita, ita cum aſſenſu contracta, uſque ad valorem feudi vel ubi id agere nolit, tenetur pati venditionem, ut ex pretio, creditoribus ſatisfiat, confutando etiam opinionem quam ſubſtinere conantur, *Carleval. de Iudic. tom.* 2. *quæſt.* 23. *& Montan. de regal. off. à num.* 16. *ad* 19. *fol.* 255 quam expreſſe quoque improbat *De Marin. in addit. ad Reverter. deciſ.* 515.

Et tertiò iſto firmato aſſumpto, favore creditorum, atque procedendo cum ſenſibus ejuſdem *de Marin. in dict. addit. ad Reverter.* leviter tamen tuſcebant ad
5 conſequentiam, ut fieri non poſſet nova taxa per quam tolleretur vel minueretur jus creditorum, qui ſub ejuſdem aſſenſus fide contraxerunt, ita procedendo cum generali regula latè exornata *in dicta allegat.* 116. quod ſcilicet Princeps non cenſetur velle tertio præjudicare, ejuſque jus tollere, & de qua regula plenè
6 agitur ſub *tit. de regal. diſc.* 148.

Iſte autem ſcribendi modus, de quo præſertim *in dicti allegat.* 116. conſuetam, tum ac frequentem mihi paravit nauſeam, ideoque me cogit, ſuperfluæ etiam
7 ac faſtidioſæ repetitionis notam non curando, illum perpetuò inculcare & deteſtari, dum ita prodigorum dignoſcitur vitium, abundando nempè in ſuperfluis, & deficiendo in neceſſariis.

Superfluam ſiquidem, ac inutilem chartarum repletionem, ad eruditionis ſcribentis affectatam pompam potius, quàm ad cauſæ oportunitatem redolebat plnimus longus apparatus ſuper origine ac introductione & immutatione reſpectivè hujus oneris, dum illud in regione ob adeò magnam feudorum frequentiam (dum pene totum illud Regnum ex ejus malo fato infeudatum eſt) notorii ſpeciem habet potiſſimè verò apud Iudices, qui ſunt Iuris conſulti ad illum majorem Magiſtratum per advocationis vel inferiorum Magiſtratuum gradus evecti, quibus hæc principia abſque dubio innoteſcunt, ideóque præſupponenda ſunt.

Manifeſtus ſiquidem error irriſione dignus, eſſet ille ſcribentium in Rota, in aliqua cauſa beneficiali ſeu penſionis Eccleſiæ aut fideicommiſſi, ſi cum longo apparatu agerent de origine & Introductione beneficiorum Eccleſiaſticorum, eorumque reſervationibus vel affectionibus Apoſtolicis ſive de introductione & Ethimologia penſionum Eccleſiaſticarum vel fideicommiſſorum & ſimilium, quæ præſupponenda ſunt, eiſque præſuppoſitis immorandum eſt ſuper puncto, de quo ſit quæſtio.

8 Tunc etenim hujuſmodi principia aſſumere congruit, ſed quo magis præſuppoſitivè ac breviter fieri poteſt, quando ſcilicet ex ipſa origine vel introductione vel ejus ratione inferri valeat ad id, quod conferat ad cauſæ opportunitatem; Puta (ex. gr.) juxta ea, quæ habentur ſupra *hoc eodem tit. diſc.* 74. *&* 89. ſuper origine & introductione fideicommiſſorum, & quando Auguſtus ea reddidit obligatoria ad effectum congruæ interpretationis Bullæ Baronum, ſive excuſationis illius exorbitantiæ, de qua vulgus eam redarguit.

Vel in materia penſionum Eccleſiaſticarum, indagando earum originem & quidditatem; Et an reſpiciant ſpiritualitatem, nec ne pro diverſis effectibus exinde reſultantibus in ſua materia peractis *ſub tit. de penſion.* Atque ita pariter in origine ſeu introductione aliquarum reſervationum vel affectionum, earumque natura vel qualitate pro effectibus exindè reſultantibus, puta an earum pluralitas ceſſare faciat indulta Cardinalium juxta quæſtiones de quibus *ſub tit. de beneſic. diſc.* 1. *cum pluribus ſeqq.* Vel ad effectum inſpiciendi an ceſſent per mortem Papæ cum ſimilibus, quibus eadem congruat ratio.

Secus autem in præſenti, quoniam ſive uno, ſive altero tempore hujus oneris introductio ſequuta ſit, 9
atque ſive ſub adhoæ vel ſub donativi explicetur vocabulo, id non alterat rei ſubſtantiam, neque diverſificat effectum, dum ſemper eſt onus reale, & uniforme ad rationem tot pro centenario, juxta fructus feudi in taxa uniformi, facta de tempore inveſtituræ, & quæ taxa non alteratur durante inveſtitura ſive fructus creſcant ſive decreſcant, tanquam per ſpeciem canonis ſeu livelli, juxta ea, quæ in hac materia augmenti vel diminutionis canonis ob diminutionem vel excreſcentiam fructuum rei, habentur *ſub tit. de emphyt. diſc.* 54. Sed quando feudi devolutio ſequuta ſit, vel immineat, ideoque ejus nova inveſtitura alteri concedenda veniat, tunc intrat quæſtio, an pernecello ſub antiquo canone vel reſponſione conceſſio facienda ſit; Vel potiùs haberi debeat ratio fructuum de tempore, quo nova conceſſio fiat, ad quem effectum nil refert inſpicere de origine vel introductione ſeu mutatione modi ſolvendi idem onus.

Inutilis quoque videbatur, ac ſuperflua ad hunc effectum altera quæſtio ſuper reſolutione hypothecarum contractarum cum regio aſſenſu per feudi devolutionem; Si quidem, quando tenenda eſſet opinio *Carleval. & Montan.* ſuper reſolutione hypothecarum; adeout feudum liberum, atque ab omni nexu ſolutum reverteretur ad Dominum, aſſenſu non obſtante; Eo modo, quo Curiæ praxis docet in officiis vacabilibus venalibus, quod ſcilicet ſuper eis ad favorem Creditorum conceditur conſimilis aſſenſus, explicari ſolitus ſub nomine, ſeu termino reſervationis decreti, pro creditorum potioritate, adverſùs antetiores, qui illo careant, ac etiam pro jure reali, ſeu quaſi ad effectum, ut procedi valeat ad venditionem officii, ex deductis *ſub tit. de regal. diſc.* 7. Sed tamen ſequuta officii vacatione per mortem naturalem, vel civilem officialis, illud revertitur liberum ad Cameram, præfati decreti reſervatione neglecta, adeout creditores huic ſe exponant periculo, hypothecis continuantibus ſolum ſuper aliis bonis liberis officialis, quoniam ſub hac lege aſſenſus conceditur.

Idemque moderna praxis introduxit in illis Apoſtolicis licentiis, quæ conceduntur ſuper hypotheca, vel alienatione bonorum juriſdictionalium, ſive feu- 10
dalia, ſive allodialia ſint, propter obſtaculum, ſeu prohibitionem Conſtitutionum Apoſtolicarum ex deductis ſupra *diſc.* 66. *& ſeqq.* ac etiam *ſub tit. de credit. diſc.* 13. *&* 151. *& in aliis pluries*; propter amplas clauſolas præſervativas adjici ſolitas, de quibus præſertim habetur *ſub tit. de regalib. diſc.* 161. & inſinuatur ſupra dicto *diſc.* 1. *num.* 7. *&* 8. *& in aliis.*

Verum iſto caſu reſolutionis hypothecarum 11
ex dicta regula textus *in l. lex vectigali*, fatua, prorſuſque

Digitized by Google

ſuſque extranes remanet, quoad creditores iſta quæſtio an unum vel alterum tempus in iſtius oneris taxa attendendum ſit, dum ſivè unum ſive alterum tempus attendatur, nihil eorum intereſt; Ideoque ubi iſta aſſumatur quæſtio, unius vel alterius temporis pro jure ſeu intereſſe creditorum, utique præſupponenda eſt ejuſdem juris, atque hypothecarum duratio, ſine qua manifeſtam fatuitatem iſta quæſtio redoleret, & per conſequens inutilis, & extranea remanet dicta altera quæſtio, dum potius præſupponenda eſt tanquam certa opinio creditoribus favorabilis, & fiſco contraria, ſtante quod, ſine hoc præſuppoſito altera quæſtio nullatenus intrat.

Et quamvis apud antiquiores, qui retroacto ſæculo iſtam quæſtionem diſputarunt, relatos *per Marin. in addit ad deciſ. Reverter. 115. & in dicta allegat. 116.* 12 *& 117. inter coll. ll. per eundem Marin.* inter quos præſertim de illa plenius magiſque ex profeſſo agit *Moleſ. in ejus adnotationibus, vel deciſionibus tit. de jure adhoa, §. 4. quæſt. 3. fol. 69.* procedatur cum præſuppoſito liberæ reverſionis feudi ad Curiam Regiam, abſque jure, vel intereſſe creditorum; Attamen id reſpicit diverſum effectum, poteſtatis ſcilicet Regis, concedendi de novo feudum ſub taxa antiqua, ob quam jura ſeu redditus Regiæ Curiæ minuantur, vel Combaronibus præjudicetur, ad effectum, ut pro majori pretio præſentis feudi venditio fiat, ita percipiendo in capitali pro una vice fructum futurum, atque ſupplantando ſucceſſores in Regno, vel Combarones; Iſtaque eſt ratio dubitandi, quæ tunc habebatur, ut patet ex deductis *per Moles, ubi ſupra*; Et per conſequens dicta antiqua quæſtio extranea remanet ab iſta moderna, quæ inter Regem ejuſque fiſcum contendentem de majori utilitate, ſive de illa Combaronum, ne indebite in contributione graventur, præjudicium autem eſt, creditorum, habentium hypothecas ſuper feudo devoluto, vel devolvendo, itaque eſt caſus vel punctus præciſus quæſtionis ſuper quo tantùm ſtricte & Cathegoricè ſcribendum erat; præmiſſa verò omnia, inutiles ac ſuperfluas continent evagationes, idque non inutiliter ac ſuperfluè inſinuatum eſt, ut ita edoceamur quomodo ſcribendum ſit.

Quatenus itaque pertinet ad iſtum caſum vel punctum præciſum, quod ſcilicet non agatur de nova inveſtitura feudi, libere devoluti, juxta quæſtionem diſ- 13 putatam apud *Moles, ubi ſupra* ſed de nova conceſſione feudi gravati uſque ad integrum valorem & ultra quod integ.... nibus creditoribus vendatur.

Obſervabam quod poni deberent ad partes omnia, quæ ut ſuprà per antiquiores in decurſo ſæculo in dicta quæſtione deducta fuerunt, ac etiam per moderniores; Tum quia reſpiciunt dictam diverſam quæſtionem; Tum etiam, quia hodiè illa eſt jam deciſa per regias decretationes, vel proviſiones per quas determinatum eſt, ut fieri debeat taxa nova attento tempore præſenti, ut teſtatur *idem de Marin. in obſer. vel add. ad dictam deciſ. 515. Reverter.*

Quare diſputationis punctus præciſe reſtringebatur 14 ad *ejuſdem de Marin.* diſtinctionem ſeu obſervationem, ut ſcilicet dicta Regia decretatio intelligenda eſſet in præfato alio caſu, de quo apud antiquiores diſputatum fuit, quando nempè ipſe Rex feudum ad ſe liberè devolutum, alteri concedere velit; Non autem in iſto caſu, in quo taxæ immutatio creditoribus aſſenſum habentibus præjudicaret, eorumque jus tolleret; Iſtum etenim caſum aſſerit idem Auctor Tribunalis Cameræ, ſenſum eſſe ſub dicta Regia decretatione non comprehendi.

Contrarium verò mihi probabilius videbatur; Admittendo ſiquidem, quod verior magiſque communis & recepta eſſet dicta opinio creditoribus favo- 15 rabilis, quoties aliud non ſuaderent clauſulæ præſervativæ, quæ ob earum amplitudinem iſtum quoque effectum operarentur, quod ſcilicet per devolutionem feudi non reſolverentur illæ hypothecæ; quæ cum regio aſſenſu eſſent contractæ; Idque ex ea probabilitate commercii, aliàs Baronibus ſublati vel impediti, quæ a ſimili conſideratur *ſub tit. de emphyteuſ. diſc. 8. & alibi pluries*, quodque clauſula *Juribus Curiæ ſemper ſalvis*, in hujuſmodi aſſenſibus apponi ſolita, reſpiciat alios effectus aliorumque præjudiciorum præſervationem, non autem iſtum effectum reſolutionis jurium creditorum.

Adhuc tamen iſte aſſenſus, non impedit feudi de- 16 volutionem ob quam ejus ſubſtantia corrumpitur, dum redit ad ſuam primævam cauſam vel unive ſitatem Principatus adinſtar rivuli aquæ derivati ex fonte ſeu lacu, ut ceſſata prima conceſſione, illa aqua confundatur cum laco vel fonte, adeout ſi nova conceſſio conſimilis rivuli fiat, erit ſemper rivulus novus, dum penes dominum dari non poteſt qualitas feudalis, cum res ſua nemini ſervire valeat, neque poſſit eſſe quis eodem reſpectu, & in eadem re Rex & Baro, ſeu dominus, & feudatarius, ut advertitur ſuprà *diſc. 34. & 91. & ſæpius.*

Prout idem aſſenſus non tollit obligationem, ſeu jus illius ſervitii feudalis, quod eſt feudo connaturale, ſive illud ſit perſonale ſive reale, cum ad hunc 17 effectum ac alios, qui ſunt feudi connaturales rectè operativa ſit dicta clauſula, ſed ſolum aſſenſus operatur alios notabiles effectus recenſitos ſuprà *diſc. 78. & ſub. tit. de credit. diſc. 12. & 13. & 151.* Potioritatis nempè adverſos feudatarii creditores anteriores, qui eodem aſſenſu careant; Et actionis item realis, vel rei perſequutoriæ ad ipſum corpus feudi; Atque ille effectus, qui omnium reputatur major, eſt iſte, ut ſcilicet feudum devolutum quoque ad dominum, ſic affectum tranſeat, ut ſuprà.

Ad rem itaque facere obſervabam, ea quæ pro declaratione *deciſ. 1712. Coccin. repetit. deciſ. 86. par.* 18 *5. recent. dicto diſc. 8. de emphyteuſ.* & ſupra *diſc. 52.* quod ſcilicet quamvis bona emphyteutica Abbatiæ Farfen, habentia in verbis formulam pacti & providentiæ ex Statuto vel conſuetudine, aut ex quodam aſſenſu generali adinſtar illius aſſenſus ſuper feudis iſtius Regni favore dotis, de quo ſupra *diſc. 26.* redacta videantur adinſtar allodialium, ut ſint hypothecabilia atque etiam poſt finitas generationes, ſequutamque devolutionem, eaſdem retineant hypothecas; Adhuc tamen id intelligendum veniat compatibiliter, cum eo Domini jure, quod competit de natura emphyteuſis, ratione recognitionis dominii, & ſic ſalvo illo laudemio, vel alia recognitione, quæ Domino debeatur ratione renovationis vel novæ Inveſtituræ, ad rationem tot pro centenario valoris, inſpecto tempora præſentis, quamvis id tendat in diminutionem pretii, & conſequenter in præjudicium creditorum, quibus bona affecta eſſent etiam pro integro valore.

Idemque in conſimilibus caſibus pluries recenſitis *eodem tit. de emphyt.* quod ſcilicet ratione magnæ quantitatis bonorum hujus naturæ in ea regione & propterea vel ex privilegiis, vel ex concordiis aut ex conſuetudine dato caſu devolutionis; Dominus directus non poſſit bona pro ſe retinere, ſed teneatur renovare eidem generi, ſive aliis concedere, quodque adhuc bona remaneant affecta debitis per feudatarium vel emphyteutam contractis; Ut contingit in pleriſque partibus Lombardiæ ratione Bonifacianæ; In Civitate Ravennæ ratione Concordiæ; In aliquibus diœceſibus Status Urbini & in Civitatibus Peruſii & Civitatis Caſtelli ex indultis Apoſtolicis; Et in Civitate Urbini ex concordia, cum ſimilibus, quod ſcilicet dum potiùs iſtud privilegium expreſſe non prohibet canonis & laudemii augmentum, utrumque de jure eſt regulandum juxta valorem de tempore præſenti, ut præſertim *ſub dicto tit. de emphyt. diſc. 5.*

abſque eo quod creditores quibus legitimè bona affecta ſint, de hoc conqueri valeant, quoniam jus ipſorum, quod à Domino alterari non poſſit, rectè procedit quoad alios actus voluntarios extrinſecos, ac etiam quoad actum intrinſecum reſolutionis hypothecarum aliorumque vinculorum, quæ reſultant à devolutione; iſteque propriè eſt effectus, quem reſpectu Domini producit aſſenſus juxta unam opinionem à contradictionibus, neque immunem, ut ſuprà.

Aliàs etenim, quando juxta diſpoſitionem juris feudalis, ſubſit neceſſitas, quod quilibet novus feudi ſucceſſor accipiat renovationem, intra annum,
19 & diem atque pro ea ſolvat aliquam notabilem ſummam pro laudemio, cujus loco in hoc Regno ſucceſſit relevium ex deductis *ſuprà diſc. 59.* undè proptereà reſultet, quod iſtud onus minuat valorem feudi, quod tantò minus vendatur, poſſent creditores cum aſſenſu prætendere, quod nihil ſolvi debeat, ob eorum præjudicium quod utique vanum eſſet aſſerere.

Prout ſi Rex ob bella, aliaſque indigentias, aliquam collectam Baronibus indicere vellet, ſive iſtud ſervitium reale augere; poſſent creditores feudatariorum cum aſſenſu prætendere, quod id fieri non valeat, dum ita in feuda recipiunt diminutionem in pretio, quod pariter fabulæ ſpeciem redoleret, cum ſimilibus.

Præterea præfatæ Regiæ proviſiones, vel decretationes, quæ poſt tot longas conſultationes, diſcuſſio-
20 nes, & apparatus, pro illius principatus ſtylo emanarunt, quodammodo inutiles, & fatuæ remanerent, ſi juxta dictam diſtinctionem datam per *Marin. in deciſ. 515. Revert.* intelligendæ venirent pro ſolis conceſſionibus feudorum, quæ liberè ad Regem reverſa ſint, cum tunc nullus videatur hujuſmodi deciſionis effectos, dum quoad ipſum Regem, ejuſque Curiam, quando novæ conceſſiones ſunt ex cauſa oneroſa per viam venditionis, juxta frequentiorem praxim idem ſit, quod unum, vel alterum attendatur tempus, dum totum reſpicit idem intereſſe Regis, qui obtinebit illud minus pretium in ſorte, & quando velit fieri novam taxam, attento tempore præſenti, dum ita vendet eo minus, & è converſo ſi venderet, juxta taxam antiquam, pretium eſſet majus; Idque magis expediret.

Conſiderationes autem, quæ apud Moles, ubi ſupra, alioſque decurſi ſæculi antiquores ſcribentes, habentur ſupra defectu poteſtatis, ita præjudicandi princi-
21 patui, & ſucceſſoribus in eo, quorum aliquam ſupplantationem id redoleret, hodie recenſeri merentur inter fabulas, vel pias meditationes, dum etiam in principatibus electivis, quando concurrit qualitas Principis ſupremi, & abſoluti; iſta ratio ſupplantationis ſucceſſoris non habetur in conſideratione niſi quando agitur de magnis diſmembrationibus, quæ importent ſciſſuram, vel deturpationem coronæ, ſeu Principatus ex iis, quæ inſinuatur *ſub tit. de dote diſc. 146* Ac etiam *ſub tit. de penſionib. diſc. 1.* Et generaliter de poteſtate Principis ſub *tit. de regal. diſc. 148. & alibi pluries,* ac etiam ſupra *hoc eodem tit. diſc. 61.* & in aliis ad materiam Bullæ Pii quinti de non infeudando.

Si etenim in hoc inſenſibili, & remoto præjudicio, quod principatui, & ſucceſſoribus in eo cauſatur, vendendo præſente pecunia, proprietatem, vel jus gabellarum, vel officiorum, aliorumque jurium Regalium principatus, defectus poteſtatis adeſſet, ſequeretur, quod non potuiſſent, nec poſſent erigi Loca Montium, ſeu alia conſimilia jura, ſuper gabellis, aliiſque redditibus principatus, ſeu Reipublicæ; Et tamen contrarium ubique praxis docet ex deductis *ſub tit. de regalibus*, ad hanc materiam Locorum Montium; Et advertitur ſupra *d. to diſc.* 61.

Ac demum quando; Leguleici vulgi more, cum generalibus regulis; vel propoſitionibus procedendum eſſet, intrare quoque dicebam axiomata vulgaria; quod, ſcilicet, lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet, quodque una, & eadem determinatio plura reſpiciens determinabilia, debet ea pariformiter determinare; dum dictæ Regiæ provi- 22
ſiones, generaliter, ac indefinite loquuntur, ac diſponunt, ut fieri debeat nova taxa regulanda ex valore ſeu fructu de tempore præſenti; Potiſſimè vero, & clarius quoniam, ut patet *ex eiſdem allegat. 116. & 117. inter collect. per Marin. in ejus tertio tom.* iſta quæſtio, moderno tempore hunc ſolum finem habebat, vel hunc effectum reſpiciebat, præjudicii, ſcilicet, creditorum, dum ferè omnes illi Barones, non obſtantibus tot tyannicis concuſſionibus & oppreſſionibus vaſſallorum; adhuc, ita Deo permittente, ſub creditorum preſſura vivunt, atque hujuſmodi ſubjacent concurſibus.

---

† NULLIUS FRUCTUUM

Reſponſum pro veritate ſuppreſſis nominibus.

An ſub reſtitutione fructuum feudi per illius poſſeſſorem facienda, veniant pœnæ, & mulctæ, vel confiſcationes, aliaque emolumenta, obventa ab exercitio juriſdictionis; Et quatenus poſſeſſor bona ex confiſcationibus, & pœnis obventa diſtraxerit, an teneatur de proprio reficere æſtimationem; Vel potius feudi domino, ſeu legitimo poſſeſſori tribuenda ſit actio ad ipſorum bonorum vendicationem.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De ratione ob quam feudatarius obtineat confiſcationes, & pœnas.*
3 *Quod error ſit reſpondere in abſtracto cum generalitatibus.*
4 *De fructibus, qui veniunt in condemnatione, ex natura alienis, etiam ſine mala fide.*
5 *Quando tertius teneatur de eo, quod amplius non poſſidet.*
6 *De fructibus litis.*
7 *De eodem de quo num. 2.*
8 *Pœna, & confiſcationes ſunt in fructu.*
9 *De ratione, ob quam Epiſcopus, vel beneficiatus obtineat fructus, & emolumenta.*
10 *De eodem, & quando intruſus teneatur etiam pro non perceptis.*
11 *Qua deductio fiat etiam per poſſeſſorem malæ fidei.*

DISC. CXXII.

Condemnatus poſſeſſor feudi ad illud dimittendum; una cum reſtitutione fructuum, ex eo quod 1
cauſa poſſidendi, minus juſta detecta eſſet; Hinc idem, ſuppreſſis loco, & nomine, conſilium pro veritate petiit, an ſub nomine fructuum; qui ſint reſtituendi, veniant confiſcationes, & pœnæ, & mulctæ, ac etiam quædam collectæ; ſeu tributa propria per vaſſallos exacta; Et quatenus ex præmiſſa cauſa; confiſcationis aliqua obveniſſent bona ſtabilia per ipſum poſſeſſorem donata, ſeu alias diſtracta, teneretur de proprio ad tantumdem, ſive ad æſtimationem; vel potius excuſari poſſet, eo quia rem non haberet.

Dubitandi ratio per aliquos in partibus excitata,
ob quam credebit poſſeſſor, ab hujuſmodi confiſca- 2
tionum, & pœnarum, ac tributorum, ſeu gabellarum reſtitutione excuſari; in eo conſiſtebat, quod iſta ſint emolumenta, quæ feudatariis inferioribus permittuntur, ob exercitium juriſdictionis, tanquam ſtipendii laboris, & per conſequens, quod cum iſtum labor em ipſe

Digitized by Google

ipſe poſſeſſor tulerit, ipſius, non autem alterius, ad quem feodum ſpectare, cauſæ exitus dedit, eſſe deberent.

Reſpondi, deciſionem pendere à circunſtantiis facti, meliùs diſtinguendis, quoniam in practicis fori
3 quæſtionibus, incongrua ſunt quæſita generica, & in abſtracto, & de conſequenti, incongrua, parumque opportuna ſunt reſponſa ejuſdem qualitatis, cùm ſemper, ex adeo frequenter inſinuatis, erroneum ſit eum generalitatibus procedere; Ad inſtar petentis conſilium à medico abſente, ſuper generalibus alicujus morbi ſymptomatibus, vel periodis, ut ipſe juxta generalia aphoriſmata Hypocratis, vel Galeni dogmata reſponderet, non ſpecificando infirmitatem, complexionem, temperamentum, vires, aliaſque circunſtantias, à quibus pendeat, an unum, vel alterum congruat medicamentum, ſive una, vel altera adhibenda ſit medicandi norma; quoniam ita conſilium medici, vel fallax eſt, vel inane.

Ubi etenim condemnatio ad dimiſſionem feodi una cum fructibus, non proveniat à vera, & poſitiva
4 mala fide poſſeſſoris, ſed à natura judicii, vel actionis, & ex ſula diſpoſitione, vel ſubtilitate juris, adeout interim, & ante litem dici valeat poſſeſſor bonæ fidei, vel mediæ, adeout deſit mala fides poſitiva, ut ex gr. contingit in judicio petitionis hæreditatis, in quo veniunt etiam fructus ab initio, qui hæreditatem augent ex deductis *ſub tit. de hærede diſc. 9. & alibi*; Et tunc non ex peculiari jure, vel natura feudorum, quorum leges in hoc aliquid particulariter ſtatuere non videntur, minuſque ex peculiari qualitate hujuſmodi fructuum pœnalium, vel juriſdictionalium, ſed juxta terminos generales, de quibus in dicto caſu poſſeſſoris hæreditatis *allegato diſc. 9. de hæred. & diſc. 1. de regal.* & generaliter *diſc. 39. de judic.* poſſeſſor tenebitur ad reſtitutionem extantium in ſpecie, vel in æquipollenti; In eo ſcilicet, in quo effectus fuerit locupletior, adeout intret ratio, vel æquitas prohibitiva locupletationis de alieno, excuſetur autem à mere conſumptis, & non extantibus, ex iis, quæ in his terminis feudalibus ſuper materia fructuum plenè colligit *Roſenthal. de feud. cap. 10. concl. 42.*

Atque quoad ipſum poſſeſſorem, ſub nomine conſumptorum, & non extantium, venire quoque di-
5 cuntur illa bona ſtabilia, vel etiam mobilia, non conſumpta, ſed extantia, quæ tamen non ſunt penes ipſum poſſeſſorem, quia nempe ab eo donata, vel alias diſtracta ſint abſque eo quod locupletatio, ſeu verſum duret, cum pro eis ad nihil teneatur, dum ſufficit, quod non ſciverit dolo poſſidere, quamvis etiam imprudenter diſtraxerit, per ſpeciem diſſipationis, opinando tamen diſſipare bona propria, ex iis, quæ habemus in hærede putativo bonæ fidei diſſipante, vel diſtrahente bona hæreditaria, etiam in ſorte principali, ut non teneatur ad aliquam refectionem; Quinimo, quod magis eſt, etiamſi eſſet verus hæres in parte, neque teneatur bona conſumpta, vel diſſipata imputare in propriam portionem, ut *d. diſc. 1. de regal. d. diſc. 9. & 27. de hærede, & alibi.* Quidquid ſit de jure, vel actione, competente vero hæredi, vel domino eadem bona condicendi à poſſeſſore, quatenus de jure, iſta condictio, ſeu vendicatio intret, juxta ea, quæ in emptoribus mercium, vel aliarum rerum à non domino habentur *d. tit. de regal. diſc. 129. cum ſimilibus.*

Econverſo autem, ubi condemnatio ad hujuſmodi fructuum reſtitutionem, proveniret à mala fide, vera,
6 & de facto, ut præſertim pro frequentiori praxi illa condemnatio eſt, quæ ſequatur à die motæ litis, ob malam fidem, quæ per litis introductionem in poſſeſſora induci dicitur, juxta unam opinionem magis rigoroſam, quam ſequi videtur Covarr., ſive à tempore, quo per probationes, & per ſcripturas, poſſeſſor inſtrui potuit, & cognoſcere, ſe non eſſe dominum juxta alteram pro meo ſenſu probabiliorem opinionem, ex deductis *d. diſc. 39. de judic. & tit. de fideic. diſc. 184. & ſeqq. & alibi*; ſive quod etiam ſine lite, ex facti circunſtantiis, revera de mala fide conſtaret, ut in ſpoliatore, vel occupatore, aut ſimilibus contingit, adeout non intret excuſatio à conſumptis, qui in odium poſſeſſoris malæ fidei, habendi ſunt pro extantibus, prout etiam bona extantia, ſed diſtracta in tertium, habenda ſunt pro extantibus, & poſſeſſis, juxta deducta *d. diſc. 129. de regal. & alibi*, & tunc indefinite intrat reſtitutio in æquivalenti de proprio.

Neque iſto caſu ſuffragari dicebam præfatam conſiderationem, quod hujuſmodi pœnalia emolumenta pertineant ratione exercitii juriſdictionis, & admi- 7
niſtrationis feodi, tanquam pretium laboris deſuper adhibiti, quoniam iſta ratio congruit legitimo poſſeſſori, ad effectum licite percipiendi iſta emolumenta, quæ regulariter de eorum natura, ſunt de regalibus, ideoque non congruunt hujuſmodi feudatariis inferioribus in figura, vel ſpecie Baronum, ſeu Domicellorum, ſed ſolum feudatariis majoribus veræ dignitatis, & feudorum regalium tum jure principatus, ex iis, quæ frequenter inſinuantur *in præcedentibus hoc eod. tit.* ac etiam *ſub altero de regal. & per Roſenthal. cap. 5. concl. 49. & ſeqq. & concl. 63. & ſeqq.* & ſic pro cauſa, ſeu titulo honeſto percipiendi id, quod alias feudatarius, quamvis legitimus percipere, ac obtinere non poſſet, non autem, ut intruſus, ac 8
illegitimus poſſeſſor valeat hæc emolumenta ſibi appropriare, quoniam confiſcationes, & pœnæ ſunt abſque dubio fructus, vel effectus feudi, ex deductis *ſub tit. de Regal. diſc. 160 & ſeq.* & frequenter.

Ad inſtar eorum, quæ habemus in beneficiis, & dignitatibus Eccleſiaſticis, quoniam tam fructus, 9
quam diſtributiones, aliosque proventus Epiſcopi, & beneficiati, aliarumque dignitatum, & Eccleſiarum, poſſeſſores, & Prælati percipiunt principaliter ex ratione adminiſtrationis, & cultus Eccleſiæ, & exercitii curæ juriſdictionalis, vel ſacramentalis, ſed non per hoc intruſus, vel alias injuſtus, & illicitus detentor debebit hos fructus facere ſuos, ex eo quod ipſe interim curam exercuerit, vel Eccleſiæ adminiſtrationem habuerit, quoniam eſt quidem præmium, vel ſtipendium laboris, & ſervitii, ſed in eo, qui per dominum, vel ſuperiorem, cum legitimo titulo, ad laborandum, ac ſerviendum ſit deputatus, non autem in eo, qui illicitè in hoc ſe intruſerit; Ut etiam exemplificari poteſt in omnibus aliis Officialibus, & Magiſtratibus, qui propria, aliaque emolumenta obtinent.

Adeoque verum eſt, ut intruſus non faciat ſuos iſtos fructus, quod etiam in ipſiſmet diſtributionibus quotidianis, aliiſque emolumentis, quæ ab ipſo intruſo, 10
& illegitimo detentore, vel impedimentum præſtante non percipiantur, ſed ab alio, adhuc teneatur legitimo domino, vel poſſeſſori reficere, juxta *deciſ. 173. Royas*, & ſæpius advertitur in ſua materia beneficiali.

Illam verò deductionem in hoc propoſito faciendam eſſe dicebam, quam ipſemet legitimus fundi dominus, cui ſententia mandat fructus reſtitui debere, pati debuiſſet, ſi ipſe fuiſſet poſſeſſor juxta illam expenſarum, vel melioramentorum neceſſariorum re- 11
fectionem, de qua agitur *ſub tit. de legitima, & detractionibus diſc. 35.* & in ſpecie advertitur apud *Roſenthal. d. cap. 10. concluſ. 42. num. 66.*

---

† CLUSINA TERRITORII.

Pro Comitiſſa Thereſia de Carpineo cum Camera Apoſtolica.

Præparatio pro diſputatione non ſequuta, ut infra

De eodem puncto, de quo ſupra *diſc.* 56. an ſcilicet accipiens in feudum aliquod Caſtrum, vel locum cum univerſo territorio, efficiat feudalia illa bona, quæ ipſemet jure allodii, in eodem loco poſſidebat.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De materia novationis primæ conceſſionis per ſecundam.*
3 *Feuda ſunt regulanda cum jure feudali, non autem communi civili.*
4 *Quales ſint veri, ac proprii termini feudales ſuper novatione primæ conceſſionis per ſecundam.*
5 *Ut id procedat quando una conceſſio ſit incompatibilis cum altera.*
6 *Donatio in dubio non eſt præſumenda, ubi alius titulus compatibilis dari poteſt.*
7 *Non implicat ut feudatarius poſſideat tanquam privatus bona, & prædia intra fines feudi.*
8 *Imò totum territorium, omneſque redditus, poſſunt eſſe unius, & dominium Caſtri, vel loci, alterius.*
9 *Quod caſus de quo diſc. 56. ſit diverſus.*
10 *Datur exemplum practicum ſuper iis, de quibus num. 7 & 8.*
11 *De ratione inveriſimilis donationis, vel transfuſionis.*
12 *Quid importent verba generalia inveſtituræ.*
13 *De duplici ſignificatione territorii, & de pluribus ſpeciebus dominii ejuſdem rei.*
14 *De confeſſione in informationibus Advocatorum, & Procuratorum, an præjudicet.*
15 *De Conſtitutione revocatoria Pii Quarti.*
16 *An conceſſio ſit jure pignoris, vel dominii.*

DISC. CXXIII.

1 CONceſſit Julius III. Jacobæ de Monte ejus germanæ ſorori, matri Aſcanii, & Fulvii Cardinalis de Cornea, nobilium Peruſinorum, per ſpeciem venditionis cum jure redimendi, vel antichreſis, pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque pro ſcutis duodecim millium auri, totum territorium Cluſinum, cum tenutis, ſilvis, lacubus, & aliis in eo exiſtentibus; Quia verò incolæ Oppidi, vel Caſtri in eodem territorio exiſtentis, quod *Caſtilionum lacus* noncupatur, ob illorum temporum conditionem, diverſas patiebantur moleſtias, & incurſiones, à quibus tueri ſe non poterant, cùm apti non eſſent reficere Caſtrum, ſeu munitionem, aliaſque deſuper neceſſarias expenſas facere; hinc ad eorumdem incolarum preces, idem Julius, Oppidum, ſeu Caſtrum prædictum conceſſit in Vicariatum, ſeu perpetuum gubernium prædicto Aſcanio, ejuſque filiis cum juriſdictione, ac mero, & mixto imperio, & pleriſque juribus regalibus, ſub annua recognitione unius libræ ceræ, & cum obligatione reficiendi, atque muniendi dictum locum, ac etiam dedit gubernium, ſeu Vicariatum tunc Caſtri, nunc Civitatis plebis, de quo nihil ad rem; Deindeque idem Aſcanius prole deſtitutus, intuitu multorum meritorum pro Sede Apoſtolica, & Catholica Religione contra hæreticos in ſtatu Eccleſiaſtico Avenionenſi, ac etiam ſtante ſolutione ſcutorum 15. mil. auri obtinuit facultatem ſibi arrogandi in filium Diomedem de Pinea, nepotem ex ſorore, cum jure ſuccedendi etiam in feudis, omnibuſque aliis juribus, ac etiam præfatum locum erigi in feudum nobile, cum titulo, ſeu dignitate Marchionatus, pro ſe, dictoque Diomede, atque iſtius filiis, & nepotibus maſculis, ſub annua recognitione ſcutorum bis mille; Cum autem mortuis Aſcanio, & Diomede, ex iſto fuiſſent ſuperſtites, Fulvius, & Diomedes junior; iſteque in Religione Prædicatorum profeſſionem emiſiſſet, exinde aſſumptus ad Epiſcopatum Squillacenſem, deindeque translatus ad Urbevetanum, juxta ſeriem de qua ſupra *diſc.* 47. atque ſequuta eſſet mors tam dicti Fulvii, quam etiam Fulvii poſthumi ejus filii in infantili ætate, idcirco Camera ob factum caſum devolutionis feudi, præfati loci, ejuſque territorii poſſeſſionem adepta eſt; Et quamvis Diomedes in Religione Joſeph, tanquam comprehenſus in inveſtitura ſuper ejus ſucceſſione litem excitaſſet, ea tamen per concordiam ſopita fuit, ut *eod. diſc.* 47.

Poſt aliquod verò notabile intervallum Thereſia dicti Fulvii ſenioris uxor, atque alterius Fulvii infantis mater, quæ ad ſecundas, nuptias cum Comite de Carpinea tranſitum fecerat, tanquam præfati ejus filii inteſtata hæres, prætenſionem excitavit contra Cameram, ſuper reſtitutione territorii contenti in prima conceſſione jure allodii, pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, vel reſtitutione dicti pretii ſcut. 12. mil. una cum fructibus; Unde deſuper deputata fuit particularis Congregatio Prælatorum, ad effectum examinandi in forma extrajudiciali, & referendi Papæ, ejuſdem prætenſionis ſubſiſtentiam, pro deliberatione, an cauſa eſſet concordanda, vel potius ad ſuos Judices, prout de jure remittenda, ideoque pro illius Congregationis informatione, aliqua habita fuit diſputationis præparatio, abſque tamen ulteriori progreſſu, dum juxta meum timorem in congreſſibus jam prævisum, & inſinuatum, ex notitia hiſtoriæ inter Paulum Quartum, & Regem Catholicum, occaſione Regni Neapolitani, compertum eſt, quod præfatus Aſcanius à dicto Pontifice Paulo ex cauſa perduellionis condemnatus in contumaciam ad pœnam capitalem, & publicationem dicti feudi, omniumque ejus bonorum, initio Pontificatus dicti Pii ſucceſſoris, plenariam reſtitutionem obtinuit ſub diverſis legibus, & oneribus, ac præſertim, ut contingente feudi devolutione, prætendi non poſſet reſtitutio dictorum ſcutorum 12. mill. unde propterea ex ſolo facto, quæſtio finem habuit, inaneſque remanſerunt labores juris ſuper quæſtione conſimili alias diſputata ſupra *diſc.* 56. an ſcilicet dicta ultima inveſtitura feudalis comprehenderet quoque primam conceſſionem allodialem, quæ propterea eandem feudalem naturam aſſumpſiſſet.

Quatenus itaque pertinet ad iſtam quæſtionem; Cùm ſcribentes pro Camera procederent cum terminis generalibus juris communis in materia novationis, 2
quod ſcilicet per ultimam conceſſionem feudalem Pii IV. innovatæ fuiſſent omnes aliæ conceſſiones præcedentes Julii Tertii, procedendo cum generali theorica *Bartoli in l. ſtipulantem §. ſacram ff. de verb. oblig.* ſuper transfuſione debiti de una cauſa in alteram, vel unius contractus in alterum, deſuper cumulando ea, quæ ad hanc materiam habentur collecta per *Amat. reſolut. 50. Capic latr. conſult. 12. & alios frequenter.*

Atque pro ſpeciali imò individua auctoritate deducerent ea, quæ habentur à me deducta ſupra *diſc.* 4. *n.* 21. ſuper occultatione donationis bonorum propriorum, quæ ab alio accipiantur in feudum, ſive extinctionis primæ conceſſionis ob ſecundam, quæ tanquam unica, de toto reputanda eſſet, ex ibi deductis.

Dicebam in hoc rerum ſtatu ad cauſæ defenſionem ex parte actricis evocatus, tam in congreſſibus pro cauſæ directione habitis, quam etiam in informatione deſuper edita, quod loquendo, ut decet more feudiſtæ, & cum ſuis terminis feudalibus, extranea videbantur omnia, quæ hinc inde jam deducta fuerant in materia 3
novationis, juxta terminos juris communis civilis, quoniam cum iſtis feuda regulanda non ſunt, dum habent proprias leges, ac terminos feudales, cum quibus eſt procedendum, ſolumque in effectu pro ſuppletione,

plectione, vel interpretatione licitum eſt recurrere ad utrumque jus commune, magis verò ad canonicum, quam ad civile, ut pluries in præcedentibus advertitur potiſſime quia præfati termini novationis, potius cadere videntur in credito, aliiſque juribus, & actionibus incorporalibus, quam in dominio ſpecierum.

Veros itaque ac proprios hujus cauſæ terminos eſſe
4 dicebam *d. diſc. 4. num* 21. magis vero ad rem *d. diſc. 56.* an ſcilicet accipiens in feudum ab alio Caſtrum, vel locum, in cujus territorio, ipſe bona jure allodii poſſideret, cenſeatur etiam, iſta bona in feudum accepiſſe per eandem occultationem actuum, præfatis locis latius inſinuatam.

In hoc autem, etiam cum aliquo ſenſu veritatis, quamvis omnino maturum judicium deſuper efformare non potuerim, ob ceſſatam occaſionem ulterioris diſputationis, ex cujus trutina talis efformatio reſultat; Dicebam probabilius videri, quod ultima feuda-
5 lis inveſtitura importaret quidem extinctionem ſecundæ conceſſionis in gubernium, ſeu vicariatum, ut ſupra, quodque iſta transfuſa eſſet in alteram majorem, & ampliorem juxta caſum de quo *d. diſc.* 4. ex eadem ratione, quæ in dicto alio caſu vigebat, omnimodæ ſcilicet incompatibilitatis, dum agebatur de eadem re individua, quæ duplicem diverſam naturam, eodem tempore habere non poteſt, ideoque per generationem ſecundæ pernecesse reſultat corruptio primæ; Secus autem ubi ceſſat incompatibilitatis ratio, vel obſtaculum, adeout ambæ conceſſiones poſſint ſimul ſtare, tanquam inter ſe compatibiles; Atque ad id conferre, opportunoſque eſſe dictos terminos juris civilis in materia novationis *ad tex. in l. fin. C de novat.* de quibus pluries *ſub tit. de cred.* præſertim *diſc. 67. & alibi*, quod ſcilicet hodie per dicti textus expreſſam diſpoſitionem, novatio non inducitur, niſi expreſſe dicatur, vel niſi ceſſante expreſſione, ita cogat præciſa neceſſitas incompatibilitatis.

In idem quoque conſiderando alteram juris communis veram, ac receptam concluſionem, de qua ſu-
6 pra *eod. diſc.* 56. ac etiam in ſua ſede *ſub tit. de donat.* & alibi pluries, quod ſcilicet donatio, in dubio non eſt præſumenda, omniſque poſſibilis, & compatibilis intellectus, pro ejus excluſione capiendus venit; Ac propterea, data utriuſque conceſſionis compatibilitate, de plano dicebam intrare excluſionem hujus prætenſæ novationis, vel transfuſionis unius conceſſionis in alteram, & per conſequens, quod remanente territorio, contento in prima conceſſione in ſua natura allodiali, & tranſitoria ad quoſcumque hæredes etiam extraneos, nullum ei inferret præjudicium terminatio inveſtituræ feudalis, utpote rei omnino diverſæ, ex iis, quæ aliis relatis *ex conſil. 1a t. Oldradi*, habentur plenè deducta apud *Surd. conſ. 135. cum aliis*, de quibus *d. diſc.* 56.

Compatibilitas autem videbatur clara, quamvis prima conceſſio non contineret aliqua prædia parti-
7 cularia, juxta caſum, de quo proprie agunt in Curia celebres deciſiones *Rota in Aſten. Feudi coram Bubalo, ſæpius in aliis canonizata apud Duran. deciſ. 28. Buratt. deciſ. 426. deciſ. 72. poſt Cenc. de cenſ. deciſ. 69. par. 8. rec.* atque advertitur ſupra *d. diſc.* 56. ac etiam in alio citato *diſc.* 47. ubi in individuo de iſta inveſtitura, ac etiam *diſc. 61. & 62.*

Sed etiam ubi illud eſſet de univerſo territorio quoniam ex deductis *d. diſc. 61. & 62.* & in Rotæ deci-
8 ſionibus, editis in caſu, de quo eodem *diſc.* 62. alicujus caſtri, vel loci fructus, proventus, & utilitates ſunt quid diverſum ab ipſo Caſtro, vel loco, ejuſque dominio publico, & baronali in univerſum, ideoque non implicat, ut quis ſit dominus Caſtri, vel loci, jure feudi in dominio publico, & baronali, ſeu domicellario, & tamen ſit ex diverſo jure, titulo privato, & allodiali dominus territorii ad ſolum fructum, & utilitatem, tanquam privatus, ac diverſus homo, juxta ponderationes, de quibus præſertim *d. diſc.* 61.

Unde propterea in caſu de quo *d. diſc.* 56. quamvis ego ſcribendo more Advocati ſubſtinerem contrarium; Attamen, ut ex eo patet, agnoſco difficultatem, ac refero, quod tribunal Cameræ inclinabat in 9
contrarium, Et nihilominus ille caſus eſt longe diverſus, quoniam erant Caſtra diruta ſine vaſſallis & ſine habitationibus, ideoque nomen, ſeu vocabulum Caſtrorum, eo tempore aliud non ſignificabat, niſi ipſum territorium privatum utilitarium; In præſenti autem prima conceſſio non continet Caſtrum, & vaſſallos, ſed ſolum territorium diſcretum à Caſtro, & vaſſallis, eorumque juriſdictione, & imperio dum hæc omnia remanſerunt in dominio Sedis Apoſtolicæ, deindeque conceſſa fuerunt ſub diverſo titulo, primo gubernii, ſeu Vicariatus, & deinde feudi, & ſic non verificantur ponderationes dicto caſui adaptabiles.

Ad quod practicè comprobandum, dabam exemplum in Tuſculana Civitate de immediato dominio 10
Sedis Apoſtolicæ, quod ſcilicet eadem Sedes, vel Camera eſt domina notabilis partis illius territorii ad fructus, ac privatam utilitatem ex cultura, vel paſcuis aut canonibus, & reſponſionibus illorum prædiorum, quæ particularibus conceſſa ſint, dictoſque fructus concedere ſolet in appaltum, juriſdictionem vero dominicalem poteſtatem exercet mediante perſona Præfecti Palatii Apoſtolici, qui eſt ſiſus Gubernator hujus loci, ac etiam Arcis, ſeu Caſtri Candulphi, utpote deſtinatorum Papæ delitiis, ut agendo de hoc Præfecto advertitur *diſc. 8. in Relat. C r.* Si ergo Papa, vel ejus Camera, tenutas, ſylvas, & alia bona, quæ in hoc territorio poſſidet, ex privato contractu venditionis, vel dationis in ſolutum, aut emphyteuſis, ſeu livelli, concederet alicui ex illis Magnatibus, vel nobilibus qui poſſident villas, & bona in eodem territorio, vel alteri, non per hoc iſte efficeretur Dominus loci, neque territorii juriſdictionalis, quod adhuc in ipſiſmet bonis ita conceſſis remaneret ſub eodem antiquo immediato dominio ipſius Papæ, & ſub regimine, ac juriſdictione dicti Præfecti; Quare ſi poſtmodum, eidem emptori, vel conceſſionario dictorum bonorum privato, ſeu allodiali jure, idem Papa, vel ſucceſſor, jure feudi, vel Vicariatus, ipſam Civitatem cum toto territorio, & Vaſſallis, ac juriſdictione, & mero ac mixto imperio concederet per certum tempus, vel ad certas generationes, non per hoc inferendum eſſet, quod ſub feudali conceſſione venirent dicta bona jure privati, ac liberi allodii quæſita, ex inſinuata ratione, de qua latius *d. diſc.* 61. quod ſcilicet ita ille, cui utraque conceſſio facta eſt conſideratur duplex, ac diverſus homo, adeout non prohibeantur feudatarius eſſe ipſius feudi creditor ex inſinuatis etiam ſupra *diſc.* 23. & frequenter.

Potiſſimè vero, quia ſi dicta novatio vel transfuſio danda eſſet, illa caderet in ſecunda conceſſione in Vicariatum, vel gubernium reſtrictum ad ſolam perſonam ipſius Aſcanii, ejuſque filiorum primi gradus, ex 11
quibus carebat, eorumque incertus erat, ideoque intrat inveriſimilitudo ponderata in hoc individuo caſu *d. diſc.* 47. quod ſcilicet ita privare ſe voluerit libero, ac perpetuo tranſmiſſibili dominio iſtorum bonorum, vel eorum pretio, quod attenta illorum temporum conditione, erat valde notabile ex deductis ſupra *d. diſc. 4. & alibi.*

Et quamvis ſcribentes pro Camera nimium inſiſterent in formalitate verborum inveſtituræ, quod ſci- 12
licet diceretur eam fieri, cum ſilvis, tenutis, terris, paſcuis, lacubus fluminibus, ac fontibus, totoque territorio; Nihilominus iſtud (etiam cum ſenſu veritatis) dicebam eſſe leviſſimum, atque contemptibile fundamentum,

mentum, quoniam, ut advertitur ſupra *diſc.* 2. & in-
fra *in Romana Caſtri Orciani diſc.* 133. ac etiam ſu-
per us *diſc.* 32. *& alibi*, hujuſmodi deſcriptiones fieri
ſolent ex quodam communi formulario commentato
per *Capit. in inveſtitura feudali*, ad denotandam uni-
verſitatem conceſſionis, ſed ſub implicita conditio-
ne, ſi quæ ſunt, & prout ſunt, vel competunt, niſi
poſitive deducantur ad ſpeciem cum verbo ſignanter,
vel alio æquipollenter, aut quod ex pretio, vel pretii
quantitate conſtaret, quod aliqua ex membris, vel
juribus expreſſis, vere conſiderata ſint tanquam ex-
trania, & competentia, ut præſertim occaſione evic-
tionis advertitur ſupra *d. diſc.* 35.

Et in ſpecie ſuper verbo territorii advertebam idem
quod in locis citatis, & alibi advertitur, & præ-
13 ſertim *ſub. tit. de ſervit. diſc.* 35. *&* 36. quod ſcili-
cet illud duplex eſt; Unum ſcilicet publicum, & ju-
riſdictionale, ſeu Dominicale, ita dictum, à jure ter-
rendi; Et alterum privatum, & utilitarium pro diver-
ſitate reſpectuum, quod ſcilicet unus poteſt eſſe Do-
minus fructuum naturalium, alter verò induſtrialium;
Quinimo in eodem dominio publico, & baronali,
ſeu juriſdictionali dari quoque poſſunt duo Domini
in ſolidum, pro eadem diverſitate reſpectuum, quia
nempe unus ſit Dominus habitualis, alter verò Do-
minus exercitii, & fructuum, juxta deducta *d. diſc.*
61. *&* 62. Eodem modo datur dominium ejuſdem rei
directum, vel utile, ſive altum, & ſubordinatum;
Quinimo ipſummet utile, vel ſubordinatum, quod
conſideratur in feudatario, vel emphyteuta, recipit
eaſdem ſpecies ſubalternas inter feudatarium, & ſub-
infeudatum, juxta caſus, de quibus ſupra *diſc.* 7. *&*
54 *cum ſeqq. & alibi pluries*; Ac propterea, aliud eſt
illud ejuſdem loci territorium privatum & utilitatium,
de quo loquitur prima conceſſio; Et aliud publicum,
& juriſdictionale, ſeu baronale, de quo loquitur ſe-
cunda, & tertia.

Quia verò occaſione devolutionis cujuſdam poſtæ
inter iſtos de Cornea, & illos de Sfortia circa annum
1610. acta fuit eis in Rota, intitulata Chiſina Poſtæ,
in qua habentur aliquæ Rotæ deciſiones in volumini-
14 bus impreſſæ, nempe *deciſ.* 390. *par.* 1. *rec. deciſ.* 555.
& deciſ. 664. *par.* 5. *recent.* ac etiam habetur *conſil.*
54. *Spad. lib.* 1.

Hinc ſcribentes pro Camera diligenter perquiren-
do informationes, vel poſitiones diſputationum, tunc
habitarum, magnum fundamentum conſtituebant in
eo, quod in aliquibus informationibus Advocatorum,
& Procuratoris iſtorum de Cornea ad probandum,
quod ipſi eſſent poſſeſſores, & Domini ex cauſa one-
roſa, & correſpectiva, ultra merita Aſcanii deduce-
rent utramque ſummam Cameræ ſolutam; Primam
ſcilicet ſcutorum 12. mil. ſub Julio, & alteram 15.
mil. ſub Pio, ideoque inferebant ad transfuſionem
primæ conceſſionis in ſecundam, ſed pariter iſtud
erat nimium fragile fundamentum, non ſolum quia
hujuſmodi aſſertiones Advocatorum, & Procuratorum
in informationibus ſunt ſcitur extrajudiciales, abſque
mandato principalis, ad ita aſſerendum, ideoque juxta
quotidianam receptam praxim, in judice in nulla con-
ſideratione habentur in ratione confeſſionis præju-
dicialis, bene tamen ſunt conſiderabiles pro aliquo
adminiculo ſive pro illuminanda mente Judicis ad in-
dagandam aliunde veritatem, ad inſtar eorum, quæ ha-
bentur in terminis tamen fortioribus confeſſionis fac-
tæ in articulis ex deductis *diſc.* 31. *de judic.*

Tum clarius, quoniam Advocati, & Procuratores
aſſeruerunt quantum hoc dominium ſimul unitum
15 conſtabat, & quæ ſummæ ſolutæ eſſent ad denotan-
dum, quod non eſſent conceſſiones lucrativæ, & ſine
debita recompenſa ad effectum excludendi obſtacu-
lum conſtitutionis revocatoriæ ejuſdem Pii IV. de qua
in propoſito particulariter agitur ſupra *d. diſc.* 4. Sed
incompatibiliter, & diſcrete ſingula ſingulis congrue
referendo, juxta iſtarum conceſſionum diverſas ſpecies,
vel naturas.

Objiciebatur quoque idem, quod habetur *d. diſc.* 62.
quod ſcilicet prima conceſſio contineat potius pignus 16
pro mutuo, & conſequenter prædicta ſumma ſcutorum
12. mil. extenuata fuiſſet cum fructibus perceptis de
jure in ſortem imputandis; Verum, & iſtud erat ni-
mium fragile fundamentum, tam ex contextu verbo-
rum conceſſionis, juxta eaſdem ponderationes, de
quibus *dicto diſc.* 62. quam etiam ex declaratione ejuſ-
dem Julii, quod ubi intra novennium dicta ſumma
non reſtitueretur, bona cenſerentur conceſſa perpe-
tuo tranſmiſſibilia ad hæredes, & ſucceſſores uſque-
quo talis reſtitutio fieret, ideoque Papa, in quo non
datur juris ignorantia, clare agnovit, & declaravit,
quod iſtud non eſſet creditum extenuabile cum fruc-
tibus; Eſſet etenim aliter dare in Papa turpitudinem,
quod uſuras facere, ſeu canonizare voluerit; Unde
propterea concludendo, quando non adeſſet dictum
objectum facti ſuper declaratione facta in dicto Motu
proprio reintegrationis, probabilius pro hac Parte
reſpondendum veniret; Vel quod ſaltem cauſa eſſet
honeſta, concordia digna, ideoque inſpiciendum re-
manet, an dicta Jacoba, quæ primam acquiſitionem
fecit, ordinaverit in ejus bonis fideicommiſſum, ut
propterea deſcendentibus, ex facto dicti Aſcanii præ-
judicare non potuerit.

---

†CAJACEN. SEU FLORENTINA VITÆ MILITIÆ

Pro Jacobo Corſio, Camera Apoſtolica Clerico cum Marchione fratre.

Diſcurſus pro veritate.

An primogenitus poſſeſſor feudi antiqui individui ju-
ris Francorum, teneatur præſtare vitam mili-
tiam fratri ſecundogenito Clerico, vel diviti, &
aliundè proviſo.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Quod Clerico debeatur vita militia.*
3 *Contrarium qui teneant.*
4 *Clerici ſunt incapaces feudorum, & de ratione.*
5 *Vita militia debetur ſecundogenitis in compenſationem exclusionis à ſucceſſione feudi.*
6 *De ordine ſucceſſionis feudorum.*
7 *Quod vita militia debeatur loco alimentorum.*
8 *Quando ſit procedendum cum ſtylo ratiocinativo, & quando cum doctrinali.*
9 *De applicatione ad caſum ſuper intelligentia Conſtitutionis Regni* Comitibus.
10 *De obſervantia præſcriptiva, & interpretativa.*
11 *De excluſione Clericorum, de qua numer.* 4.
12 *De origine Regni Neapolitani ejuſque feudis.*
13 *Clerici poſſunt militare pro Sede Apoſtolica, ideoque ſunt capaces feudorum Eccleſiaſticorum.*
14 *De paragio fœminarum.*
15 *Quare vita militia ſecundogenitis decernatur.*
16 *Quare expediat Regi, & Baronibus, ut ipſorum Baronum ſecundogeniti ſint Clerici, & bene proviſi.*
17 *Quod ſufficiat, punctum eſſe dubium.*
18 *An vita militia debeatur ſecundogenito diviti, & aliunde proviſo.*
19 *Ad quos effectus intret conſideratio, ut vita militia habeat naturam alimentorum.*
20 *Dos, & alimenta æquiparantur ad effectus* Auth. res, quæ.
21 *Quod vita militia, & dos de paragio debeantur jura actionis.*

22 *De*

22 *De alia ratione, ob quam vita militia debeatur etiam proviſis.*
23 *De differentia inter filios privatorum, & magnatum ad hunc effectum.*
24 *Concluditur.*

DISC. CXXIV.

1 DEfuncto illo Marchione Corſio Florentino, de quo agitur ſupra *hoc eodem titulo diſc. 24.* ſuperſtitibus duobus filiis maſculis; Cum primogenitus obtinuerit antiquum feudum Civitatis Cajacenn. cum annexis in Regno Neapolitano; Secundogenitus verò eſſet Prælatus, Cameræ Apoſtolicæ Clericus nimium dives, beneque proviſus, tam de portione paternæ hæreditatis allodialis, quam de quadam diſpoſitione patrui, etiam Prælati; Hinc primogenitus prætenſionem excitavit non teneri præſtare ſecundogenito vitam militiam pro dicto feudo, ratione Clericatus, eum excludentis à vita militia; Cum Clerico debeantur ſolum alimenta ad limites juris communis in præſenti non debita, ex eo quod tanquam dives, ac aliunde proviſus, eis non indigeret; Exhibendo pro dictæ prætenſionis comprobatione quoddam Reſponſum, Italico idiomate editum per quendam anonymum Advocatum Neapolitanum, in quo dicebatur, quod licet forte omnes Neapolitani Advocati, qui deſuper conſulerentur, contrarium reſponderent, ex eo, quod opinio Clerico favorabilis, magis communi Doctorum calculo ſit munita, ac etiam in illis Tribunalibus recepta ſit, ex iis, quæ antiquioribus relatis
2 habentur, apud *Franch. deciſ. 20. ubi addent. Aponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſignat. reg. §. 4. de Marin. in addit. ad Reverter. deciſ. 401. & reſolut. 43. lib. 2.* atque fatetur *Bammacar. in cap. ſi Clerici de feud. defunct. in decima quæſt. num. 162. & ſeq.* Attamen dicebat, quod in puncto juris verius eſſet contrarium, juxta
3 opinionem, quam late tuetur, ac veriorem multis mediis eſſe probare conatur, *Bammacar. ubi ſupra*, qui admittendo, quod in Regno, altera opinio ſit recepta, & indubitata; advertit quod alibi contrarium dicendum veniat, atque in eam quoque inclinare videtur, *Montan. in l. Imperialem, §. Præterea Ducatus, num. 139.*

Plura verò argumenta ad id probandum deducun-
4 tur *per Bammacar.* quorum illud videtur potiſſimum, quod iſta vita militia traditur ſecundogenitis, ut cum primogenito feudatario militare poſſint pro ſervitio Regis, Et per conſequens, quod debeantur ſolum illis, qui ſint habiles ad militandum in militia ſæculari, quales non ſunt Clerici, qui tanquam milites Chriſti, prohibentur eſſe milites ſæculi, ex deductis in his terminis feudalibus ſuper illorum incapacitate ſuccedendi in feudis; ſupra hoc *eodem tit. diſc. 16. & ſeqq. & diſc. 54.* Et generaliter circa incompatibilitatem militiæ ſæcularis cum Clericatu *ſub. tit. de penſion. diſc. 46. & ſeqq. & alibi.*

Cum etenim iſta vita militia per Conſtitutionem
5 Regni, quæ incipit, *Comitibus, &c.* decreta videatur ſecundogenitis in præmium; ſeu compenſationem excluſionis à ſucceſſione feudi, quoniam juxta antiquam feudorum naturam, de qua ſupra *diſc. 8.* etiam in hoc Regno, feuda quamvis titulata, & dignitatis, erant dividua ad formam juris Longobardorum, adeout omnes filii feudatarii defuncti pariformiter in eis ſuccederent; Cumque poſtmodum, ſive juxta unam opinionem per Conſtitutionem Friderici ſecundi incipientem, *Conſtitutionem Divæ memoriæ &c.* per quam
6 prohibetur etiam diviſio feudi, quamvis modica, ſeu verius ob conſuetudinem etiam ante dicti Friderici tempora, ut clare probat eadem conſtitutio *Comitibus, &c.* per quandam rationabilem conſuetudinem, ea redacta eſſent ad naturam individuam, illamque formam, quæ dicitur juris Francorum, ut ſoli primogenito, atque cum ordine primogenituræ, deferantur; Idcirco in præmium excluſionis ſecundogenitorum ab hac ſucceſſione, eis delata eſt iſta vita militia loco propriæ portionis ſubrogata; Et per conſequens, quod ex regula ſeu natura ſubrogatorum, illa debita eſſet ſolum capacibus ſucceſſionis feudi, non autem incapacibus, quales ſunt Clerici, cum aliis ponderationibus, & argumentis deductis *per Bammacar. ubi ſupra.*

Hoc autem poſito, ut non debeatur vita militia, ſed ſolum debeantur alimenta juxta diſpoſitionem ju- 7
ris communis; hinc de plano reſultare dicebant, ut huic ſecundogenito diviti, ea non debeantur, nimium ſe diffundendo in quæſtione per antiquiores feudiſtas Regni valdè diſputata, an ſcilicet, iſta vita militia habeat naturam legitimæ, ejuſque loco ſuccedat, vel potius naturam alimentorum, pro quibus decreta ſit, ac dicebant, quod quamvis apud majores, iſta fuerit quæſtio involuta, attamen apud moderniores, & in Tribunalibus hodie paſſim magiſque recepta eſt poſterior opinio, ut naturam alimentorum habeat, eorumque loco ſuccedat, dum debetur ad vitam tantum, non autem in proprietate, quæ tranſmittatur, ratione alimentorum, non autem legitimæ, quæ eſt quota bonorum in proprietate liberè tranſmiſſibilis ad hæredes, quamvis extraneos, ex relatis *per Carpan. de vita militia quæſt. 16.* & alios de quibus ſupra, *& infra*; Et per conſequens, quod intraret Regula in alimentis debitis jure ſanguinis receptiſſima, ut non niſi in ſubſidium debeantur, non autem divitibus, & aliundè proviſis, plures deſuper cumulando cum conſueto ſuperfluitatis vitio, auctoritates non neceſſarias tanquam in principio indubitato.

Deſuper itaque ex parte ſecundogeniti conſultus,
Reſpondi in eodem materno, ſeu Italico idiomate, 8
iſtum modum ſeu ſtylum ſcribendi diſcurſivum, & ratiocinativum, perquirendo rerum principia, per dictum Conſulentem adhibitum, eſſe quidem meo genio gratum, nimiumque commendabilem, ac deſiderabilem, utpote meliorem, èconverſo autem damnabilem, & contemptibilem alterum merè pragmaticum, qui hodie majorem vulgi ſequelam habet; Verum advertebam, id intelligendum eſſe, cum terminis habilibus, ut ſcilicet, cum cæca fide abſque alio diſcurſu non procedatur in ſola litera, cum aliquorum Doctorum traditionibus, quæ ex falſo principio proveniant, ſive ex mala intelligentia ejus, qui fuerit originalis Auctor alicujus theoricæ, aliis tranſcriptorio more, unius errorem inſequentibus, ad inſtar teſtium de auditu ab uno, qui vel non dixerit, vel mendax, aut minus informatus convincatur, adeout traditio repugnet legibus, vel earum certis principiis, & rationibus; ſivè quod doctrina ſit in ſuo caſu vera, male autem juxta conſuetum pragmaticorum errorem, alteri diverſo caſui applicata, & ad quem effectum benè diſtinguendi caſus pro congrua legum, & auctoritatum applicatione partis diſcurſivæ, non ſolum commendabilis, & opportuna, ſed omnino neceſſaria videtur, ut latius advertitur, *diſc. 35. de judic. & alibi.*

Id autem non poterat adaptari ad hunc punctum,
utpotè pendentem ab interpretatione legis particula- 9
ris, ſeu localis, nempè dictæ Conſtitutionis incipientis *Comitibus, &c.* quæ in verbis de omnibus filiis loquitur, nulla facta diſtinctione, an ſint Clerici, vel Laici, ſive, an divites, vel inopes; Undè propterea attentis regulis, vel propoſitionibus generalibus, illa potius favore clericorum, & divitum regulam ſtatuit, ex axiomate, quod lex generaliter loquens generaliter intelligi debet.

Super hujus itaque legis interpretatione, vel Intelligentiæ, aliqui ex antiquioribus, hujuſmodi reſtrictionem ob ceſſantem ipſius legis rationem excogitatur, tanquam per ſpeciem limitationis, quæ odioſa potius;

potius, atque in dubio excludenda, quam favorabilis eſt, juxta alterum vulgatum axioma, frequenter in hac materia inſinuatum, ſuper quo multa colligit *Barbeſ. ax.omat.* 98. ac propterea, cum apud utriuſque Regni antiquos, medios, & modernos, & quod magis in Tribunalibus, per adeo longa temporum intervalla, ita pluries judicatum fuerit, exindeque longiſſima, & inconcuſſa prodierit obſervantia; Hinc proindè ſequitur, quod non verſemur in eo damnabili quidem caſu, in quo contra principia juris, vel contra humanum diſcurſum, more cæcorum, qui ad manus attrahuntur, & vadunt, quo alter eos ducit, in hanc ſententiam deveniendum ſit ex ſola vi traditionis, quia ſic dicat Matthæus, & Martinus; ſed quia legem dubiam, ita idem Legiſlator per organum ſuorum Tribunalium, ac Sapientum fuerit interpretatus, atque ita inducto judicandi ſtylo, qui in ambiguis, & expreſsè non deciſis articulis vim legis habere dicitur ad inſtar conſuetudinis, vel non uſus, ſeu uſus contrarii, habilis ad derogandum etiam legibus claris, & expreſſis ex relatis, *dicto diſc.* 35. *de judic.* ubi de hac materia deferendi legibus, & auctoritatibus in judicando, ac etiam *diſc.* 21. *eod. tit.* ubi de materia præſcriptionis.

Multò igitur magis iſta obſervantia ſine dubio
10 attendi debet, dum non agitur de illa formali præſcriptiva, quæ apta eſt derogare legi claræ, & expreſſæ, ſed de altera interpretativa legis dubiæ, quæ oppoſitam naturam habet, dum præſcriptionis requiſita non exigit, atque favorabilis, potius quam odioſa cenſenda eſt, juxta diſtinctionem frequenter in omni materia inſinuatam præſertim verò & magis ex propoſito, *dicto diſc.* 21. *de judic.* inter obſervantiam præſcriptivam, & interpretativam; Quinimo in præſenti, ut ſupra, non agitur de interpretatione legis dubiæ, ſed potius de excluſione illius dubietatis, quam in lege clara, & generali aliqui Interpretes inducere voluerunt, ideoque ſine dubio huic obſervantiæ longè major favor aſſiſtit.

Præterea, ubi etiam ſecluſa rerum judicatarum, & magis communi Interpretum auctoritate, articulus tanquam novus, & indeciſus ex integro diſputandus eſſet; Adhuc tamen, etiam cum ſenſu veritatis, advertebam probabiliorem cenſendam eſſe eandem opinionem, quam noſtri majores, magis communiter amplexi ſunt, atque Tribunalia receperunt, cum prædicta ſubſequuta praxi, & diuturna obſervantia; Siquidem perquirendo rerum principia; Quatenus pertinet ad qualitatem Clericatus, deper ſe, contradiſtinctè ab
11 altera divitiarum, & proviſionis, aliunde ſequaces alterius opinionis procedendo, cum legibus, vel conſuetudinibus feudalibus generalibus conſtituunt certum præſuppoſitum incapacitatis Clericorum ex juribus relatis ſupra, *diſc.* 16. *& ſeqq. & diſc.* 54. Iſtoque præſuppoſito retento, tanquam certò, ex illo arguunt, atque ad alias inferunt conſequentias; Verum in hoc conſiſtit fallacia, quoniam licet verum ſit, quod in hoc Regno Clerici ſint hodie incapaces ſucceſſionis feudorum, quinimo cujuslibet exercitii juriſdictionis Laicalis abſque Regia conceſſione, vel diſpenſatione ex pluries inſinuatis in præcedentibus hoc eodem titulo, & præſertim *dicto diſc.* 16. *& ſeqq.* Attamen id potius provenit ex legibus, vel ſtylis particularibus ipſius Regni, quam ex vi legum, ſeu Conſtitutionum generalium feudalium; Tum quia illæ procedunt propriè, quando agatur de feudis, habentibus onus ſervitii perſonalis, non autem, ubi ſervitium ſit reale, quod à Clerico, æque ac à Laico commodè præſtari poteſt, ex relatis, *dicto diſc.* 54. dum ſervitium feudale præſtatur ſingulis annis, in ea pecuniaria ſolutione, quæ ibi *adhoa* dicitur, & de qua agitur in hoc *tit. in ſupplemento diſc.* 121. undè propterea in eodem Regno, ac in altero Siciliæ, ultra contra eaſdem leges, vel conſuetudines feudales, fœminæ fuerunt quoque habilitatæ, cum aliqua irrationabili, & fortè iniqua exorbitantia, de qua ſupra *diſc.* 13.

Tum etiam quia ſi rerum principia, quoque perquirere volumus, illæ regiones, vel provinciæ, ex 12
quibus hodie Neapolitanum Regnum conſtituitur, ac etiam Inſula Siciliæ poſt diſſolutionem antiqui Imperii Romani in Italia per Longobardos, Græcos, & Saracenos, reſpectivè occupatæ, longo temporis decurſu, ſub diverſis dominationibus ſupremis ex auctoritate Sedis Apoſtolicæ poſſeſſæ fuerunt per Normandos, Romanorum Pontificum, adverſùs Græcos, Schyſmaticos, ac etiam in inteſtinis Schyſmaticis acerrimi defenſores, & fautores, uſque quo in ſæculo duodecimo, prius ex conceſſione Anacleti Antipapæ, poſtmodum verò ex altera conceſſione, vel approbatione Innocentii Secundi, erectæ fuerunt in Regnum, conceſſum in feudum Rogerio Primo, vel Secundo, & de quo tempore uſus illorum feudorum, de quo agunt præfatæ leges feudales, non invaluerat, ſaltem in his partibus, in quibus licet adeſſent aliquæ inferiores, & ſubordinatæ dominationes Civitatum, & oppidorum, ac locorum habitatorum; Attamen erant jura illius allodii ſubordinati, quod etiam hodie eſt in praxi in Baronibus, & domicellis ſtatus Eccleſiaſtici, & in aliis Italiæ partibus, ut in præcedentibus pluries advertitur; Ideoque vetus uſus feudorum, juxta dictas leges feudales prodiit poſt dictam erectionem in Regnum, quia nempè Reges cœperunt ſibi conſtituere milites qualificatos primi ordinis ſive eum hujuſmodi conceſſionibus remunerare cœperunt milites emeritos, & ſic poſtquam Regnum redactum fuerat adeſſe feudi Eccleſiæ, cujus ſunt capaces Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ, ob Eccleſiaſticam qualitatem Domini directi, ex pluries relatis in præcedentibus; Et per conſequens æquivocum eſt ſupponere incapacitatem nativam Clericorum, ex antiqua, & intrinſeca natura feudorum de tempore quo prodiit dicta Conſtitutio *Comitibus &c.* quoniam licet hodie abſoluta, & certa ſit eorum incapacitas, ut ſupra, attamen id potius provenit ex ſtylis, & conſuetudinibus poſtmodum introductis ob illas contingentias, quæ apud mediocriter verſatos in hiſtoriis notæ ſunt, dum aliàs ſubfeuda habeant eandem naturam feudi principalis.

Et quamvis in eadem Conſtitutione *Comitibus*, ac etiam in aliis Conſtitutionibus Regum ſucceſſorum, ſeu Gennanorum, qui Normandis ſucceſſerunt, (& à quibus potius quam à primis probabilius eſt hunc 13
feudorum, vel ſubfeudorum uſum irrepſiſſe) ſupponatur in feudatariis qualitas militaris, tum ſervitium feudale tunc eſſet perſonale, adhuc non commutatum in reale; Non per hoc tamen reſultat inhabilitatio Clericorum, quoniam iſti prohibentur militare pro Papa, & Sede Apoſtolica, ex inſinuatis in præcedentibus, ac etiam *ſub tit. de penſion. diſc.* 46. *& ſeqq.* dum militando pro Rege adverſus Schyſmaticos, & Græcos, ſive adverſus Saracenos infideles, aut adverſus alios, qui Regnum, vel aliquas ejus partes occupare vellent, ita dicerentur militare pro Papa, & Sede Apoſtolica, Domina directa, ſub Rege tanquam ejuſdem Sedis feudatario majori, & milite, ſeu militum Duce, & Capitaneo generali; Et per conſequens malè conſtituitur dictum præſuppoſitum antiquæ, & nativæ incapacitatis Clericorum, ex qua inferatur ad regulam ſubrogatorum.

Potiſſimè quia prædicta Conſtitutio *Comitibus &c.* in hac parte vitæ militiæ ſecundogenitis debitæ, & in altera paragii præſtandi ſororibus, ut ejus contextus probat, dicenda non eſt lex omnino nova, quæ tunc ſtatuat, vel concedat de novo ſed potius loquitur præſuppoſitivè, tanquam de re prius introducta.

Ulterius attentis eiſdem legibus feudalibus, fortius verò attenta qualitate naturali, ſine dubio magis incapaces feudorum, magiſque inhabiles erant

fœminæ,

fœminæ, quam Clerici, undè propterea ſi prædicta
ſubrogatorum regula, vel ratio intrare deberet, fœmi-
nis debita non eſſet dos de paragio, & tunc contra-
rium eſt abſolutum, ut ſupra *diſc.* 26 *&* 108. *tit. de
Dote diſc.* 146.

Advertebam item eundem diſcurſum præfati con-
ſulentis continere manifeſtam contradictionem, dum
occaſione agendi de alio puncto, ut ſecundogenito,
anquam diviti, & aliundè proviſo vita militia non
deberetur, probatur (& bene) verius eſſe, quod vita
militia non habeat naturam ſucceſſionis, vel portionis
15 hæreditariæ, minuſque naturam legitimæ, dum nul-
latenus tangit proprietatem; ſed ſolum habeat na-
turam alimentorum; Ergo male intrat regula ſubro-
gatorum, cum potius verius ſit, quod jus antiquæ
ſucceſſionis omnium filiorum ad formam juris Lon-
gobardorum fuerit habitum in conſideratione de tem-
pore, quo immutata feudorum natura, illa erecta fue-
runt ad formam individuam juris Francorum, ut
ſcilicet in quandam recompenſam ita favore ſecundo-
genitorum in genere ſtatutum ſit, eo modo, quo per
quam plura ſtatuta Italiæ fœminarum excluſiva, ſu-
per earum dotatione diſpoſitum habemus, ſive juxta
illam compenſationem, quam jus noviſſimum civile
dedit patri in uſufructu, quando ille ſuſtulit majora
jura, quæ habebat cum ſimilibus.

Ponderando etiam eandem qualitatem Regni, quod
eſſet feudum Eccleſiæ ad alium effectum, quod ſcilicet
ita mediatè illi Barones, qui revera potius ſunt ſub-
16 feudatarii, eſſent milites, & Vaſſalli Papæ, ac Sedis
Apoſtolicæ, ob cujus reſidentiam in adjacenti Ro-
mana Civitate, eidem Regi, ejuſdemque Baronibus
expedit, ut ſecundogeniti in ſtatu Clericali, & Præ-
latitio apud ipſum Dominum directum aſſiſtant, tan-
quam pacificè in aula militantes pro eodem Rege, ut
ejus jura tueantur, ejuſque ſervitio aſſiſtant, & ad-
hæreant, idque frequenter ſequentur cum longe ma-
jori profectu, & ſervitio Regis, quam ſi eſſent laici
militantes in Caſtris, dum iſtud ſervitium in Curia
Papæ, eſt continuum, ac omni tempore, tam pacifico,
quam belligero; Alterum verò eſt nimium ratum, &
accidentale, dum commutato ſervitio perſonali in
reale cum ſolutione adhoæ, ſupereſt ſolum hodie o-
bligatio ſervitii perſonalis in magnis, & nimium ur-
gentibus neceſſitatibus, quando ipſe Rex, vel ejus
Vicarius perſonaliter ſit in Caſtris.

Ex his itaque forte melioribus, & ſolidioribus,
quam ex aliis mere leguleicis, ac debilioribus pon-
derationibus delatis ab eodem *Bammacer. ubi ſupra*,
& aliis, ac etiam à moribus aliorum Regnorum, &
17 principatuum, ſuper eadem vita militia explicari ſo-
lita ſub nomine appanagii, etiam Clericis præſtari
ſolita, negari non poſſe advertebam, quin opinio
Clericis favorabilis, abſtrahendo à rebus judicatis,
& ab obſervantia, eſſet nimium probabilis, vel ſaltem
dubia, ut propterea à tot rebus judicatis, atque à tam
diuturna pacifica obſervantia, nullatenus receden-
dum eſſet.

Quo verò ad alium punctum, quod ſecundogeni-
tus eſſet etiam dives, & aliunde proviſus; Adverte-
bam, quod ubi retentis terminis alimentorum, quæ
officio Judicis debita ſint ſubſidiariè filiis, & deſcen-
18 dentibus, qui aliundè proviſi non ſint, tunc nulla di-
gnoſceretur differentia inter Clericos, & Laicos, ſed
cum omnibus pariformiter procedendum eſſet; Idem-
que in paraggio debito fœminis, juxta terminos *Auth
res quæ C. commun. de legat* de quibus *ſub tit. de dote
diſc.* 145. & in aliis pluries; Et tamen, tam in vita
militia, quam in paragio, contrarium de plano eſt
receptum, ex iis, quæ habentur ſupra *diſc.* 26. *&* 108.
ac etiam *d. tit. de Dote diſ.* 146. ubi etiam de hac ma-
teria paragii, ſeu dotis ex feudis.

Neque ex eo quod magis receptum ſit, quod vita
militia habeat potius naturam alimentorum, quam
legitimæ, vel portionis, reſultat conſequentia, quod
regulari debeat, juxta terminos, & naturam alimen- 19
torum, ex diſpoſitione juris, & miſerationis gratia
debitorum officio Judicis, cum id ſolum percutiat di-
verſos effectus; Unum ſcilicet, ut non tangatur pro-
prietas feudi, quod ita diviſionem patiatur; Alterum
ut non tranſmittatur ad hæredes, præterquam in de-
curſis annualitatibus, abſque eo, quod pro eis, feu-
dum patiatur in proprietate diviſionem, vel onus reale,
cum ita remaneat potius debitum perſonale ipſius
feudatarii; Et tertium, ut non dentur illi fructus, qui
debentur ex legitima, vel portione hæreditaria, quid-
quid ſit quoad illud intereſſe, quod pro quocum-
que debito indifferenti poſſit à mora regulari, vel
irregulari; in eo Regno practicatur abſque neceſ-
ſitate illius ſpecialis juſtificationis aliorum requi-
ſitorum, quæ deſideratur in Curia cum ſimilibus
effectibus.

Ac etiam quia ſi id verum eſſet, neque per pau-
perem maſculum prætendi poſſet vita militia, vel per 20
pauperem fœminam prætendi poſſet dos de paragio,
quando feudum acquiſitum fuiſſet à tranſverſali, jux-
ta terminos *d. Auth. res quæ*, æque procedentes in
alimentis, ut advertitur *eodem diſc.* 145. *de Dote*, ac
etiam ſupra *ad materiam Bullæ Baronum diſc.* 79. *&*
89. Et tamen indifferenter in utroque, praxis docet
contrarium.

Siquidem cum dicta Conſtitutio *Comitibus*, tam
vitam militiam, quam paragium decernat, ex inde 21
ſequitur, deberi dicantur potius jure actionis, vel
condictione ex lege, quam miſerationis gratia, &
officio Judicis; Et per conſequens non dicuntur ſub-
ſidiaria, juxta diſtinctionem, de qua per *Tiraquell. de
primog. quæſt.* 75. *num.* 3. *& ſeq.* & alios relatos *per
Buſſ. de Alim. cap.* 8. *§.* 13. *n.* 529. *cum ſeqq & per
Marin. reſol.* 45. *lib.* 1. *& ſupra diſc.* 108 *& alibi.*

Ea quoque nimiumcongrua accedente ratione ada-
ptabili tam filiis feudatariorum in dicto Regno, quam 22
etiam omnibus ſecundogenitis Principum, Ducum,
Marchionum, & aliorum Magnatum, vel Domicel-
lorum, habentium dominium publicum in figura
Principis, vel Baronis Civitatum, Oppidorum, &
Villarum, quamvis jure allodii veri, & proprii, ſive
illius improprii, ut in Italia frequentius practicatur
in Statu Eccleſiaſtico, quod ſcilicet nimium aſperum,
ac durum videtur, ut illi, qui nati, educati ſunt filii
Principum, aut Magnatum, vel Baronum, reduci de-
beant ad petenda ſola alimenta ſubſidiaria ad limites
neceſſitatis, juxta ſpeciem illorum, quæ debentur
miſerationis gratia, ideoque cum patiantur infortu-
nium excluſionis à ſucceſſione Principatus, vel Baro-
niæ, obtinere debeant iſtam modicam recompenſam,
ut cum aliquo ſplendore, ſe ſubſtentare valeant; Ac
etiam fortius, pro publico bono, ut ita ſcilicet, vel
per viam Prælaturæ in Curia Romana, vel per aliam
viam militiæ, ſive aulæ apud magnos Principes, aut
etiam per viam Hieroſolymitanæ Religionis poſſint,
quando bene proviſi ſint, facilius viam ſibi ſternere
ad aſſequendos honores, & Dignitates, ut quoti-
diana praxis docet; Ideoque plura urgent, quæ
in hoc genere ſecundogenitorum excludant dic-
tum modum, cum quo proceditur in alimentis ſub-
ſidiariis.

Atque hinc ſequitur, ut magna differentia ſit in-
ter ſecundogenitos poſſeſſores antiquæ primogeni- 23
turæ privatæ, quibus nulla lex, vel conſuetudo defe-
rat hanc vitam militiam, vel appanaggium, un-
de propterea ſolum, quando ſint de deſcendentibus,
eis competat dictum ſubſidiarium beneficium *Auth.
res quæ*, & iſtum caſum in quo lex, vel conſuetudo
generaliter, ac indefinitè aliquam deferat honeſtam
proviſionem.

Atque ex his etiam pro veritate concludebam, 24
quod in puncto juris nulli probabili fundamento

ROMANA PECUNIARIA.

Pro Creditoribus Monaldenſium cum Montiſtis & Creditoribus Anchaianis.

Caſus diſputatus in Congregatione Baronum.

An creditores debitoris decocti, cujus patrimonium poſitum fuit ſub concurſu in Congregatione Baronum, volentes venire in concurſu generali, ſed ſeparantes bona pecuniaria, ex quorum cauſa eorum creditum proveniat, poſſint prætendere curſum fructuum, vel ſuppletionem ex reliquo patrimonio univerſali adversùs poſteriores.

SUMMARIUM.

1 *Quare iſta cauſa collocetur in hoc titulo.*
2 *Facti ſeries.*
3 *An ob decoctionem ceſſet curſus fructuum, vel intereſſe.*
4 *An fructus debiti per emptorem pro pretio excedant fructus ipſius rei.*
5 *Quod non ſit deferendum auctoritati Conſulentium, & quare.*
6 *Declaratur concluſio, de qua num. 3.*
7 *De creditore conſentiente alienationi, vel oblationi bonorum debitoris, vel cedente locum creditori poſteriori.*
8 *Quomodo iſte conſenſus præſtari dicatur, & ſufficiat.*
9 *Quod etiam actus tacitus ad id ſufficiat.*
10 *Tutor, vel Adminiſtrator, qui poterat ſibi ſatisfacere, non petit uſuras, vel interuſuria.*
11 *Impediens tenetur impedito ad quanti intereſt, atque actus in ejus præjudicium, habetur pro facto.*
12 *De applicatione ad caſum, & quod creditores eſſent in culpa.*
13 *Adminiſtratio, patrimonii decocti penes quem eſſe dicatur.*
14 *De conſideratione particulari in concurſibus, qui ſint in Congregatione Baronum.*
15 *Bulla Baronum non tollit in totum fideicommiſſa, & quomodo provideat.*
16 *Et de alia circumſtantia particulari ob Chirographum Papæ.*
17 *De eadem concluſione, de qua num. 3. & 6. ejuſque ratione.*
18 *Abſurdum quod alias ſequeretur.*

DISC. CXXVI.

1 QUamvis materiæ hujus diſcurſus potius congruat ſedes crediti, & debiti, ubi de creditorum concurſu, eorumque anterioritate, ac potioritate agitur; Opportune tamen caſus collocatur in hac ſede, utpotè non feudorum tantum, ſed etiam Bullæ, & Congregationis Baronum, cujus officium pleraque in eo contenta percutiunt, eodem modo quo in pleriſque præcedentibus quoque agitur, & præſertim in iis, quæ hunc præciſum concurſum reſpiciunt.

Præſuppoſita itaque facti ſerie generali, reſpiciente iſtud patrimonium Monaldenſium ſuperius examinata *diſc. 77. & ſeqq.* ac etiam altera magis ad rem ſpeciali,
2 de qua *ſub tit. de empt. & vend. diſc.* 33. Cum ſuper puncto in hoc poſteriori diſcurſu diſputato, Congregatio Baronum ſententiam protuliſſet, quod tenuta ibidem enunciata per Montiſtas, & alios creditores, accepta non fuiſſet in ſolutum, vel in vim pacti commiſſorii, ſed ſolum verè crediti; Hinc iidem Montiſtæ, aliique creditores illorum de Anchaianis, quos Monaldenſes pro tenutæ pretio in ſe accollaverant, attento quod ejuſdem tenutæ fructus interim ab eis percepti, ſpatio annorum viginti quinque circiter erant longè principaliores; quam importarent fructus eorum crediti, ac etiam quod ipſius tenutæ valor in proportione longè diminutus fuerat, alias Monaldenſium creditores ex diverſa cauſa, ipſis tum poſteriores, pulſarunt in eadem Congregatione ad refectionem acceptæ pecuniæ cum obligatione ſolita de reſtituendo prioribus, & potioribus.

3 Ex parte reorum conventorum de duobus, per alios eorum defenſores objiciebatur; Primo nempe, quod poſt decoctionem debitoris, & appoſitionem ejus bonorum ſub concurſu, ceſſaſſet curſus fructuum, juxta auctoritates relatas *ſub tit. de Credito diſc.* 143. ac etiam ſupra *hoc tit. diſc.* 81. Et ſecundo, quod cum ageretur de fructibus debitis per emptorem, pro pretio rei emptæ non ſoluto, iſti ad terminos *tex. in l. curabit, C. de action. empt.* excedere non poterant meram fructuum ejuſdem rei, ex deductis *ſub tit. de uſur. diſc.* 17 4
& ſeqq. & alibi pluries.

Quamvis autem Ego ſcribens pro eiſdem reis conventis more Advocati præmiſſa motiva quoque comprobare curarem; Attamen, reflectendo ad veritatem partibus, aliiſque defenſoribus ab initio liberè inſinuatam, advertebam neutrum ſubſiſtere, prout nulla, vel modica ratio eorum per Congregationem habita fuit, Non quidem primum ex eiſdem rationibus, & fundamentis, de quibus *d. diſc.* 143. *de Cred.* quem ſcribentes in contrarium dicebant, Neque alterum; quoniam dicta concluſio procedit favore ipſius venditoris, qui ex pretio acceſſiones petat in ſola ratione uſurarum, ſeu intereſſe recompenſativi, juxta terminos *d. tex. in l. curabit*; Secus autem ubi Emptor in ſe accollavit cenſus, vel loca Montium, alia Emptoris debita de perſe legitimè fructifera, ex alia cauſa quam ex præmiſſa; Tunc etenim creditores accollati rectè petunt ſuos fructus, non tanquam recompenſativos, adeout intret dicta regulatio, vel reſtrictio, ſed ex proprio jure, propriaque cauſa licita; Venditor autem jus habet petendi, ut eadem ſolutio ſequatur ratione damnorum, & intereſſe, ex cauſa damni emergentis, potius quam lucri ceſſantis, dum rectè dicere poteſt, quod alias non vendidiſſet pecunia credita, ſed curaſſet vendere bona ſua, ut cenſus aliaque debita fructifera extingueret, ex deductis *eodem tit. de uſur. diſc.* 14. *& in aliis*; Ideoque in his motivis, quamvis more Advocatorum plene exornatis; non videbatur ſolidum fundamentum conſtitui poſſe; Exindeque in dies magis, ac magis monemur, quam fidendum ſit Conſulentium auctoritati, & quam magnus error ſit, imò inepria ma- 5
nifeſta, illis in judicando, vel conſulendo ad veritatem deferre.

Unicum itaque fundamentum pro meo judicio ſolidum, nimiumque probabile videbatur illud, quod quidquid ſit inter creditorem, & debitorem ad effectum curſus fructuum, vel interuſuriorum, adeout debitor contendat ab eis, alias debiti eximi, quo caſu, & ad quem effectum credebam rectè procedere ea, quæ habentur *d. diſc.* 143. *de Cred.* cum tunc mutatio ſtatus proveniat potius ex ipſius debitoris culpa, quæ ſibi prodeſſe non debet, atque creditori nocere; Attamen, ut quoad alios creditores, & tertios intereſſatos, illi creditores, qui convincantur cul- 6
poſi, non poſſint hujuſmodi fructus, ac ſuppletionem prætendere; Non quidem ex intrinſeca, & totali ceſſatione curſus fructuum, vel crediti, ſed ex actione, vel exceptione doli, & culpæ, ſeu refectionis damnorum, & intereſſe; Ideoque ſtant bene ſimul, quod favore creditorum currant fructus, atque ſint eorum creditores in præjudicium debitoris, &
7 tamen quod non habeant concurſum, vel anterioritatem in præjudicium aliorum creditorum, vel emptoris, ad terminos *Text. in l. fin. de remiſſ. pignor.* de quibus *ſub tit. de Credito diſc.* 29. 34. & 35.

& ſub tit. de dote diſc. 85. in creditore conſentiente
venditioni, vel hypothecationi aliquorum bonorum
7 debitoris, ſive cedente illum locum alteri creditori
poſteriori; Siquidem ejus creditum integrum, ac in-
tactum remanet reſpectu debitoris, ac aliorum bono-
rum, ſuper quibus conſenſum oon præſtiterit, ſed
reſpectu illorum bonorum, quorum alienationi, vel
hypothecationi conſentiit, quoad jus, vel intereſſe
tertii, ſive reſpectu illorum creditorum, quibus lo-
cum ceſſit, aut aliorum, quibus de neceſſario antece-
denti, vel conſequenti id proficit, ad hoc, ut iſta ceſ-
ſiu effectum ſortiator, juxta ea, quæ cum conſueto,
& quidem elaborato, ſed ſuperfluo meroque legulei-
eo ſtylo, plerè deſuper cumulat *Salgad.in labyr.par.*3.
c. 13. *§. unic. ex num.* 100. ejus actiones non ſunt
exercibiles, & proficuæ.

Iſte verò conſenſus certam non habet formam, ne-
que per neceſſe debet eſſe explicitus, cum etiam per
8 actus implicitos à parte antea, vel poſtea, vel per ra-
tihabitionem deduci, ac juſtificari valeat, ex dedu-
ctis *eod. tit. de cred. diſc.* 29. 34. *&* 35. & alibi; Et
eſt propoſitio generalis in omni materia, quoties cer-
ta forma in jore præſcripta non ſit, etiam ubi con-
ſenſum lex inducit, vel fingit in pœnam alicujus cul-
pæ ſive ratione doli, aut malitiæ, juxta ea, quæ ad
rem ſatis proximè habentur *eodem tit. de credit. diſc.*
29. obi de creditore omnium anteriore, ac primo,
qui deſcriptus in liſta per debitorem, diſtrahentem
bona fideicommiſſaria, ex Chirographo Pontificio
9 communicante facultates iſtius Congregationis Baro-
num, tanquam per ſpeciem concurſus volontarij,
curavit ſtudioſe deleri de liſta, atque pretium diſtri-
bui aliis, quia ſic ejus magis intererat; Ideoque io eo
caſu dicebam, etiam cum ſenſu veritatis (prout de
facto ita judicatum fuit) ipſum non poſſe moleſtare
creditores, quamvis poſteriores ita dimiſſos ex ratio-
nibus ibi deductis.

Ad idem quoque etiam proximè conferre dice-
bam ea, quæ habentur *ſub tit. de Dote diſc.*161.*n.*80.
10 *Dunozett. ſen. deciſ.* 321. *num.* 11. *&* 12. *& ſequen-
tibus*, cum ſit concluſio vera, & in praxi recepta,
de Tutore, vel alio Adminiſtratore, præſertim lega-
li, & neceſſario, non petente ab eo; cujus bona ad-
miniſtrer, ſui crediti fructus, vel uſuras, quamvis
alias debitas, & legitimas, quoties ſibi ipſi eum pe-
cunia, vel aliis bonis infructiferis, vel etiam cum
bonis ſtabilibus, vel æquipollentibus fructiferis, ſed
minorem fructum reddentibus, ſatisfacere potuit,
11 & generaliter de quocumque indebitè impediente,
ne actus alteri proficous ſequatur, ut teneatur ad
quanti intereſt illum ſequutum eſſe, adeout in ejus
præjudicium habeatur pro ſequuto *Buratt. deciſ.*416.
num. 4. *&* 5. *Celſ. deciſ.* 130. *num.*16. *& ſeqq. Royas
dec.* 173.

Potiſſimè verò, & ſæpius, & clarius, ubi agatur de
pupillo, vel Minore, aut amente, aliave perſona na-
turali, ſive intellectuali, quæ non valeat per ſe ipſam
ejus negotia gerere, ac bona adminiſtrare, adeout in-
trate non poſſet illa oppoſitio, quæ impeditis fieri ſo-
let, quod ſcilicet debebat proteſtari, ſuaſque adhibere
diligentias, pro impedimenti remotione, cum in iſtis
hæc objectio non cadat ob ceſſantem ejus rationem
unde propterea caſus remanet indubitatus.

Applicando itaque ad rem; Sequuta debitoris de-
coctione, cum interdictione adminiſtrationis, quia
12 nempè ejus patrimonium, inſtantibus creditoribus,
poſitum ſit ſub concurſu, fortius verò, ubi non ſolùm
accedit illa mors ficta, vel civilis, quam inducit deco-
ctio, ſed etiam vera, & naturalis, ut in hac facti ſpe-
cie, adeout, tam de facto, quàm de jure, bona ſint
vacantia, & non habeant Dominum, & poſſeſſorem,
qui bona adminiſtret; Et tunc per neceſſe dari opor-
13 tet adminiſtrationem legalem conjunctim in ipſo cor-
pore, ſive univerſitate creditorum, & in Judice, co-
ram quo formatus fuerit concurſus; Potiſſimè verò
ubi non agitur de illo affectato, & voluntario con-
curſu, qui adrò frequens eſt ex Hiſpaniarum ſtylo,
qui aliquibus Italiæ partibus (parum tamen laudabi-
liter) communicato etiam fuit, & ſuper quo *Salgad.*
edidit illum *tract. de labyr. credit.* Sed agitur de con-
curſu neceſſario; Et quod magis eſt jam de facto per
ipſos creditores aſſumpto, collegialiter deputando
adminiſtratores, qui vulgo in Curia Deputati credi-
torum dicuntur, quoniam licet principaliter præſec-
tim in iſtis patrimoniis Baronum, quæ fideicommiſſis,
aliiſque vinculis affecta ſunt, adminiſtratio reſidere
dicatur penes ipſam Congregationem; Attamen iſta
eſt adminiſtratio juris, ſive auctoritativa, illa verò
facti, & æconomica eſſe dicitur penes creditores, quo-
rum principaliter intereſt, eam bene fieri.

Iſtam itaque adminiſtrationem univerſalem totius
patrimonii, ipſo initio ſequutæ decoctionis ſuſcepit
Univerſitas Creditorum, cum conſueta deputatione
aliquorum ex eis, curando per Congregationem ap-
poni conſueta edicta ſuper venditione omnium Caſ-
trorum, & bonorum, inter quæ deſcripta fuit iſta te-
nuta, quæ propterea comprehenſa fuiſſet ſub univer-
ſitate venditionis totius patrimonij, quæ facta fuit
Marchioni Raymundo pro pretio ad rationem trium
pro centenario, juxta quod iſta tenuta, quæ poſt de-
cum tempus de præſenti vendita fuit pro ſcutis 18.
mil. importaſſet ſcuta 44. mil. unde propterea, non ſo-
lum integre dimitti potuiſſent ipſi Montiſtæ, aliique
creditores venditoris, in cauſam pretij, accollati per
Emptorem ut ſupra, abſque ulteriori curſu fructuum,
ſed etiam ſuperfuiſſet aliqua pars ad favorem aliorum
creditorum indifferentium patrimonij univerſalis.

Id autem ſequutum non fuit ex facto voluntario
ipſorum Actorum, qui putantes, eis non expedire ſe
involvere in concurſu univerſali, ac deſcribi in gra-
duatione ſeu Cathono aliorum, ne forte anteriori-
bus totum abſorbentibus, ipſi excluſi remanerent,
cautè quidem, ac prudenter in hac parte ſe gerendo,
ſibi conſulere voluerunt cum illa potioritate, quam
eis præbebat beneficium ſeparationis bonorum, ad
inſtar creditorum defuncti adversùs anteriores, & po-
tiores creditores hæredis, cum ſimilibus, ideoque
curarunt tenutam deleri ab edictis, illamque non
comprehendi in generali venditione, ſed ipſi conſti-
tuentes corpus particulare, ſeparatum à corpore magis
univerſali aliorum creditorum, ſuſceperunt curam
hujus particularis patrimonij tanquam diverſi per
ſpeciem illius ſeparationis patrimoniorum, de qua ad
materiam textus *in l. ſi certarum, ff. de militar. teſtam.*
habetur *eod. tit. de credit. diſc.* 11. & alibi.

Iſtaque adminiſtratio, non fuit ſolum de jure, ſed
etiam de facto, quoniam ipſi Tenutam locarunt, ſeu
colendam tradiderunt, atque fructus, ſingulis annis,
perceperunt, & diſtribuerunt, quamvis in diſtri-
butione auctoritatem Congregationis quandoque ad-
hibuerint; Atque hoc poſito, intrant de conſequenti
omnia præmiſſa ſuper culpoſa, & mala adminiſtratio-
ne, quoniam tunc debebant eſſe ſolliciti de venditio-
ne, eo modo, quo alii creditores ſolliciti fuerunt de
venditione aliorum bonorum; & diſtributione pretii,
prout de iſta tenuta ſequutum fuiſſet, niſi per ipſos cre-
ditores particulares, id fuiſſet impeditum; Ideoque
dicebam intrare vulgare juris dicterium; quod ſibi
pareat via, quam elegerunt.

Procedunt hæc in quibuſcumque concurſibus,
quamvis fierent coram Ordinariis, & inferioribus 14
Judicibus, & ſuper bonis liberis, & indifferentibus
privati debitoris; Multo verò magis & cum minori
dubio, in hac ſpecie concurſus, qui efformetur in
Congregatione Baronum in vim Bullæ Clementi-
næ, ſuper Caſtris, & bonis non liberis debitoris, ſed
ſubjectis fideicommiſſo, vel inveſtituræ, aut alteri
vinculo, adeout creditores de ſtricta juris cenſura,
mortuo

Digitized by Google

mortuo debitore, nullum jus in eis haberent, ſed illud obtinent ex extraordinario beneficio dictæ Bullæ, ex deductis pluries in præcedentibus, & præſertim occaſione hujus concurſus *diſc.* 78.

Bulla verò, ut pluries advertitur, non deſtruit omninò fideicommiſſa, ſed curat eis quoque conſulere demandando, ut exuberans vel reſiduale pre-
15 tium multiplicetur, ac etiam, ut alia bona libera Baronis debitoris ſubjugentur; Et per conſequens in hac adminiſtratione non ſolùm adeſſe dicitur jus, & intereſſe ipſorum creditorum, venientium in concurſu, ſed etiam jus, & intereſſe vocatorum ad fideicommiſſum in perpetuum, qui tanquam naſcituri, ac non exiſtentes in rerum natura, utique ſublegari ex neceſſaria adminiſtratione eſſe dicuntur, atque jure pupillorum, magis cenſendi ſunt.

Accedit etiam in præſenti ad majorem præmiſſorum corroborationem, particularis circunſtantia Pontificii Chirographi Urbani Octavi, per quod injungitur Congregationi, ut ſequuta venditione, pretium deponatur in Banco Montis Pietatis atque creditorum intimatione ſequuta, ceſſet curſus fructuum,
16 ac debita habeantur pro ſolutis & extinctis, undè liquet id, quod advertitur etiam ſupra hoc *tit. d. diſc.* 81. quod ſcilicet natura hujuſmodi concurſuum eſt, ut tunc, & in eo ſtatu res faciat punctum, atque non detur ulterior curſus fructuum, vel uſurarum, ne aliàs anteriores creditores ità malitioſe dormientes, aliosque obdormitantes paulatim totum patrimonium abſorbeant, alioſque creditores ſupplantent. Iſtaque eſt vera & germana ratio, cui innititur traditio relatorum *d. diſc.* 143. *de Cred. & ſuprà dicto diſc.* 81. ſuper ceſſatione curſus fructuum vel interuſſuriorum
17 poſt decoctionem, ut propterea id non proveniat ex ſtylo particulari Tribunalium, ut aliqui male credunt, ſed ex prædicta ratione vel intentione juris communis, quotiea tamen practicetur modo præmiſſo pro indemnitate ſcilicet aliorum creditorum, non autem pro utilitate principali debitoris; undè propterea intellectus nunquam captivari potuit ſuper reſolutione, de qua *eod. diſc.* 81. Aliàs etenim eſſet con-
18 vincere ipſos Iudices, & Tribunalia de culpa evidenti abſque eo, quod illi qui vivunt ſub hac neceſſaria & publica fide & adminiſtratione, quando ex hujuſmodi culpa præjudicati remanent, habeant relevationem, quo nil abſurdius utroque naturali, & ſcripto jure attento.

---

† JANUEN. FEUDORUM.

Pro Marchioniſſa Brigita Spinola Gentili, cum Luca Spinola patruo.

Reſponſum in caſu diſputato in Senatu Ianuen.

De eadem materia, de qua ſupra *diſc.* 11. concurſus ſcilicet fœminæ proximioris & agnati remotioris, ratione impropriationis feudi, quod prætendatur hæreditarium & tranſmiſſibile etiam ad extraneos.

Et quid in judicio poſſeſſorio pendente quæſtione petitorii in negotio principali, cui decerni debeat.

Et an ſecunda vel alia poſterior inveſtitura continens aliquam alterationem, immutet naturam feudi, vel potiùs ad limites reintegrari debeat.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Priùs judicandum eſt in poſſeſſorio ſuſpenſo petitorio.*
3 *Ut in poſſeſſorio fœmina proximior debeat obtinere contra agnatum retentorem.*
4 *Ad quid expediat in quæſtione poſſeſſorii deducere petitorium, & quomodo.*
5 *De conſiderationibus in hoc propoſito habendis.*
6 *Donatario ex clauſula* Conſtituti *& reſervatione uſusfructus competit manutentio.*
7 *De differentia in propoſito legitimi contradictoris inter judicium retinendæ & illud adipiſcendæ.*
8 *De ſtatuto continuativo poſſeſſionis in hæredem, & de cautela, ut in hæredem tranſeat illico poſſeſſio defuncti.*
9 *De eadem materia legitimi contradictoris, de qua num. 7. Et an ſequeſtrum vel avocatio poſſeſſionis obſtet.*
10 *De impropriatione & corrupta natura feudi*
11 *Diſtinguuntur tempora vel ſtatus iſtorum feudorum.*
12 *Succeſſores non impugnant factum primi acquirentis ex cauſa onoroſa.*
13 *Subfeudum regulatur à natura feudi, & quando ſecus.*
14 *Nemo impugnat illum titulum, ex quo ipſe jus metitur.*
15 *Quod renovationes non alterent primam inveſtituram, ſed ad ejus limites intelligi debeant, quod declaratur cum plurium caſuum diſtinctione.*
16 *De Bulla Pii V. de non infeudando, quando intret necne.*
17 *Reſtrictio vel alteratio inveſtituræ attenditur, quandoque jure implicitè fideicommiſſi, ordinati per aſcendentem.*
18 *Appellatione hæredum regulariter veniunt ſolùm primi.*
19 *De obſervantia, & quando illa ſit deferendum.*
20 *Natura feudi poteſt immutari, & alterari ex conſuetudine.*
21 *De actibus obſervantiæ, dictam alterationem inducentibus.*
22 *Ceſſio feudi facta ad favorem Capacium, ceſſat ubi illæ perſonæ ceſſant, & non prodeſt aliis.*
23 *Non prohibetur venditor ab eodem emptore vindicare portionem Conſortis.*
24 *Filii feudatarii alienantes veniunt jure proprio.*
25 *An alienationes inter ipſos comprehenſos in inveſtitura deſerviant pro interpretatione naturæ alienabilis.*
26 *De ultimo ſtatu attendendo.*
27 *Quod feudiſtæ adhibeant terminos beneficiales, & è contra.*
28 *Succeſſor ex jure proprio non impugnat factum ſui auctoris, cujus eſt hæres.*
29 *De regula* Text. in l. ſi quis conductionis, C. locati.
30 *Succeſſor etiam pacti & providentiæ tenetur ad debita & onera primi acquirentis.*
31 *De conſiliis, ut eis deferre non debeat, vel quomodò ſit deferendum.*

DISC. CXXVII.

POſſidentibus illis de Tagliaferris ex antiquis con-
ceſſionibus Imperialibus, Marchionatum Craveſa- 1
næ conſtitutum ex quampluribus locis ſeu Villis, nempè Diani, Portus Mauritii, Caſtellarii, Tabbiæ; Dulcedi, Pompejanæ & Cunei, cum aliis locis ſeu Villis in illa Valle exiſtentibus; Unus eorum Bonifacius nuncupatus, dictas Villas, Caſtellarii, Pompejanæ & Cunei, jure ſubfeudi (cujus tamen inveſtituræ formula non habebatur) conceſſit Bonifacio de Linguеglia; Poſtmodum verò de anno 1228. Oddo & Bonifacius junior, dicti Marchionis Bonifacii ſenioris Nepotes ex filio & poſſeſſores Marchionatus, pro tribus ex quatuor partibus; illum tanquam alienabilem, & liberæ diſpoſitionis pro eorum portionibus vendiderunt Communitati Civitatis Januæ, ſine tamen præjudicio dictæ conceſſionis factæ Lingueglıæ, qui propterea dictum Commune in Dominum recognovit, eique fidelitatem juravit, novamque accepit inveſtituram; Eodemque modo dicta Civitas, de anno 1386. ſeu alio veriori

tempore aliam quartam partem dicti Marchionatus acquiſivit à Salurio, tanquam nepote ex filia & hærede alterius de Tagliaferris dictæ quartæ partis poſſeſſoris.

De anno autem 1472. fratres de Lingneglia, tanquam hæredes eorum patris, vendiderunt Anfreoni, Lucæ & Thomæ fratribus de Spinolis dicta Caſtra Caſtellarii, Pompejanæ & Cunei, quæ aſſeruerunt liberæ diſpoſitionis ac alienabilia & tranſmiſſibilia ad quoſcunque Reipublicæ, Dominæ directæ accedente aſſenſu, qui libenter datus fuit, aſſignata ratione, quod eidem expediret, ut ab exteris ad ſproprius Cives & Subditos feuda tranſitum facerent, deindeque Aofreon ejus portionem vendidit Lucæ fratri.

Ex Thoma altero fratre fuit ſuperſtes Baptiſta qui moriens hæredem inſtituit Nicolaum ab Auria nepotem ex unica filia fœminina prædefuncta portionem autem feudorum jure legati reliquit Jacobo Mariæ ſeniori, filio dicti Lucæ jam defuncti, ſub onere ſolvendi pretium præfato Nicolao ejus hæredi ut poſt aliquam litem jam ſequutum fuit; Cumque ex dicto Luca fuiſſent ſuperſtites Jacobus Maria & Nicolaus)dum alter filius effectus fuit Religioſus) atque feuda in diviſione integrè obveniſſent in Jacobum Mariam; hinc iſte de anno 1548. novam conſuetam obtinuit inveſtituram *pro ſe ejuſque hæredibus maſculis & in eorum defectum pro fœminis*, obtenta etiam facultate de eis gratificandi inter filios ac etiam illa obligandi pro dotibus Aloyſiæ uxoris.

Dicto autem Jacobo Maria defuncto ſuperſtitibus ſeptem filiis maſculis; Unus eorum Lazarus nuncupatus, ſoluta dote librarum 38.mil. dictæ Aloyſiæ matri ceſſionem jurium ab ea reportavit, deindéque aliorum fratrum portiones quæſivit, undè feudorum unicus Dominus effectus eſt; Cumque prole maſculina deſtitutus, unicam haberet filiam fœminam Cæciliam nuncupatam, nuptam Auguſtino, ex Luca fratre nepoti, à pluribus celebris nominis illius temporis Juriſconſultis conſilia reportavit ſuper libertate diſponendi de his feudis, & præſertim à *Menochio*, ut patet ex ejus *conſilio* 812. Nulla verò facta diſpoſitione, eo defuncto de anno 1610. dicta Cæcilia inteſtata hæres, feudorum poſſeſſione adepta, novam inveſtituram in forma conſueta ab Auguſtino viro, ejus nomine quæſitam obtinuit, Eaque de eodem anno 1610. defuncta ſine prole, inſtituto hærede univerſali etiam in feudis dicto Auguſtino viro, huic ex hoc hæreditario titulo uxoris inveſtituram à Republica petenti, ſe oppoſuerunt Aſcanius, Lazari frater adhuc vivens ac Io. Baptiſta, & Io Auguſtinus ejus filii, atque pro Auguſtino ſcribente *Gaitoita* ut patet ex ejus *controverſia* 31. *lib.* 5. de anno 1617. per Senatum prævio voto duorum Aſſeſſorum juxta ſtylum ei conceſſa fuit inveſtitura cum clauſula *ſalvo jure*, ſi & quatenus competeret prædictorum agnatorum, qui ſe oppoſuerant, quorum ulteriori proſequutione neglecta, Auguſtinus donec vixit, pacificus poſſeſſor fuit; Morti verò proximus de anno 1635. in ejus libris adnotavit iſta feuda tanquam hæreditaria & liberæ diſpoſitionis adnotatis etiam juribus dotalibus dictæ Aloyſiæ; Eoque defuncto, Lucas Jacobus Maria, Marcus Antonius & Ioannes Thomas ejus filii, & hæredes teſtamentarii ex titulo hæreditario patris ſolitam novam inveſtituram obtinuerunt; Cumque Io. Thoma Religionem ingrediente feuda remanſiſſent penes tres alios fratres, ad quorum favorem ille æqualiter diſpoſuerat, atque M. Antonius decedens de anno 1660. inſtituiſſet Jacobum Mariam huic defectæ portionis novam inveſtituram de more petenti, ſe oppoſuit Lucas alter frater, undè deputatis juxta ſtylum duobus Juriſconſultis, qui ſapientes ibi nuncupantur, ab iſtis prodiit votum Lucæ oppoſitori favorabile quod ſcilicet præſupponendo iſtud feudum verum & rectum juxta naturam feudi antiqui pacti, & providentiæ in ſucceſſione regulandum non potuerit frater decedens uni ex fratribus gratificari, alterum verò negligere, atque Jacobo Mariæ dicti voti reviſionem petente illam Senatus conceſſit, cum decretatione deputationis aliorum duorum Sapientum concordandorum, decreta utrique interim poſſeſſione hujus portionis ſub cautione à Luca præſtanda reſtitutionis Fructuum Rebuſque in hoc ſtatu exiſtentibus, Jacobus Maria habens filiam Mariam Brigidam, huic dictorum feudorum ad ſe ſpectantium, donationem inter vivos, reſervato uſufructu fecit, atque paulò poſt obiit de anno 1673. condito teſtamento, in quo dictam donationem confirmando, eandem filiam inſtituit, undè ſequuta morte Marcus Antonius vir, ejus nomine feudorum poſſeſſionem adeptus eſt ſub die 19. Decembris ſubſequuta die ſequenti ejuſdem Mariæ Brigitæ ratificatione atque petente poſtmodum conſueta inveſtitura, idem Lucas patruus ſe oppoſuit prætendendo in excluſionem fœminæ integram ſucceſſionem; Cumque hujuſmodi lite pendente utraque pars actus poſſeſſorios de facto facere curaret, unde rixarum & inconvenientium timor ſuberat, hinc Senatus, coram quo cauſa pendebat de menſe Aprilis ſequentis poſſeſſionem ad ſe avocavit per modum proviſionis cum clauſula *ſine præjudicio jurium Partium*, annullando omnia poſt mortem dicti Jacobi Mariæ hinc indè geſta ad opportunam cauſæ reſolutionem, ut penè ſemper iſta facti ſerie neceſſariò præmittenda.

In hoc itaque rerum ſtatu, ex parte dictæ Mariæ Brigitæ, ejuſque viri conſultus, duas in Reſponſo deſuper dato efformabam inſpectiones, unam nempè in poſſeſſorio, alteram verò in petitorio ſeu bono jure; 2
Quamvis etenim ejus, qui anteriorem jam habeat poſſeſſionem, ac propterrà petere poſſit manutentionem, ſuper qua ſuſpenſo petitorio, prius judicandum eſt, ex relatis *diſc.* 44. *de judic. & ſuprà diſc.* 104. *& alibi*, imprudens conſilium regulariter ſit aſſumere quæſtionem petitorii, quæ potiùs evitari debet, inſiſtendo ſuper dicta propoſitione, *ut prius terminari debeat poſſeſſorium*; præſertim verò iſtud omnium magis privilegiatum retinendæ, in quo non quæritur de juſtitia vel injuſtitia, ſed attenditur nudum factum poſſeſſionis ex deductis *eod. diſc.* 44. & alibi. 3

Quinimò ubi cauſa petitorii turbida ſit, quia nempè qualitas vel natura feudi ſit incerta & altioris indaginis, etiam idem expediat in altero minus privilegiato poſſeſſorio adipiſcendæ, in quo obtinere debet fœmino proximior, vel etiam extraneus hæres ultimi poſſeſſoris, cui agnatus remotior non eſt legitimus contradictor juxta auctoritates relatas ſupra *diſc.* 43. *&* 104. & generaliter *d. diſc.* 44. *de judic.* & alibi.

Attamen cum crederem, quod certum eſſet bonum jus fœminæ, habentis poſſeſſionem anteriorem, idcircò opportunum quoque cenſui illud etiam dedocere, atque in eo inſiſtere extrajudicialiter; Conſulendo tamen, ut in actibus judicialibus ſemper inſiſteretur in ſuſpenſione petitorii & in privilegiata terminatione poſſeſſorii ex rationibus inſinuatis eodem *diſc.* 44. *de judic.* ac etiam *diſc.* 37. *eodem tit.* occaſione agendi de materia appellationis *& diſc.* 21. *in relat. Cur.* occaſione agendi de Signatura Iuſtitiæ, quod ſcilicet ita nimium facilitetur poſſeſſorii terminatio, dum libentius ac faciliùs manutenibilis eſt poſſeſſio titulata, & quæ boni juris fomentum habeat. 4

Hinc proindè laudabilis eſt Curiæ ſtylus, diſtinguendi actus judiciales ab extrajudicialibus, ut in prima ſpecie inſiſtatur in ſolo poſſeſſorio & ſuſpenſione petitorii, ad quod exceptiones altioris indaginis referendæ ſint; In altera verò ſpecie detur quo magis poſſibile ſit fumus boni juris vel ſaltem, ut turbidum reddatur illud collitigantis; Potiſſimè

autem

Digitized by Google

aotem in magnis Tribunalibus, quæ magis arbitrii fimbrias dilatare ſolent ſuper iſto poſſeſſorii, & petitorii ordine, ut advertitur *d. diſc.* 44. *& diſc.* 35. *de judic.* ac etiam *diſc.* 32. *in relat. Curia* agendo de Tribunali Rotæ, cujus ſtylus eſt quandoque demandandi in hoc Judicio, ut videatur de bono jure etiam ad effectum manotentionis.

Magis verò in iſta cauſa, ob qualitatem Judicis,
5 coram quo illa agebatur, nempè ſupremi Senatus, Republicæ, habentis jura ſupremi & abſoluti Principatus cum facultate condendi & deſtruendi leges, eorumque ordinem pervertendi, adeout non ſubjaceat regulis legalibus, neque intra earum cancellos ejus arbitrium ſit reſtrictum, quod per Advocatos, alioſque cauſarum directores attentè conſiderandum venit; Iſteque eſt unus de conſuetis adeò frequentibus pragmaticorum erroribus & ineptiis procedendi ſcilicet in omnibus caſibus pariformiter cum illis regulis & propoſitionibus generalibus, quas more pſytacorum per auditum vel per adnotationem in repertoriis ſciunt, non reflectendo ad Judicum & Tribunalium, atque ad cauſarum qualitatem, aliaſque ſingulorum caſuum particulares circunſtantias, ex quibus reverà tam judicium quàm conſilium regulari debent.

Quatenus itaque pertinet ad primam inſpectionem poſſeſſorii; Dicebam etiam cum ſenſu veritatis, quod omninò planum eſſet, ut pro filia & hærede feudatarii defuncti, utramque fictam & legalem ac naturalem & de facto poſſeſſionem anteriorem habente reſpon-
6 dendum eſſet, ſtante donatione, per quam poſſeſſore adhuc vivente in donatariam translata fuerat poſſeſſio, tam ea clauſula *Conſtituti*, quam etiam ex reſervatione uſusfructus, ex quorum uno multò magis ex utroque receptum eſt competere hoc remedium retinendæ, quamvis per ipſummet donatarium vel ejus hæredem opponeretur de nullitate donationis, quoties iſta non ſit omninò clara & incontinenti probata ex firmatis apud *Bich. deciſ.* 403. *&* 417. *Dunozett. deciſ.* 951. *& in ſua ſede ſub tit. de donat.* pluries præſertim *diſc.* 14 *& eod. diſc.* 44. *de judic.* Multò igitur magis, quando in donatario cumulatur quoque titulus hæredis donatoris, vel quod alter hæres ex judicio defuncti, Donatario adhæret, atque pro donationis obſervantia inſtat.

Iſto namque caſu non intrant ea, quæ *d. diſc.* 44.
7 *de judic. ac diſc.* 197. *& ſeqq. de fideic. & ſupra diſc.* 43. *&* 104. *& alibi*, & habentur ſuper quæſtione, an fideicommiſſarius vel alter ſucceſſor neceſſarius jure ſuo independenter à defuncto ultimo poſſeſſore ſit, necne, legitimus contradictor ad impediendum hæredi ejuſdem poſſeſſoris remedium poſſeſſorium adipiſcendæ, quod immiſſionis in Curia dicimus ex beneficio *l. fin. C. edict. Div. Adr. tollend.* ſive ex interdicto quorum bonorum, vel quorum legatorum; dum in eo remedio, quod ad plures effectus eſt minùs privilegiatum, quandoque intrat exceptio circuitus, vel intrat regula *dolo facis &c.* ex deductis locis citatis; Secus autem in iſto remedio retinendæ longè magis privilegiato, in quo non intrant illæ inſpectiones, quæ in dicto alio remedio cadunt, ut in ſpecie advertitur *in deciſ.* 35. *par.* 6. *recent. repetit. deciſ.* 295. *apud Poſth. de manut.* de qua *idem Poſth. d. tract. obſer.* 47. *num.* 10. & advertitur *d. diſc.* 44. *de judic.*

Ac propterea pro evitandis quæſtionibus, de qui-
8 bus *d. diſc.* 197. *& ſeqq. de fideicommiſſ. & in aliis locis citatis*, ubi præſertim non vigeat ſtatutum continuativum poſſeſſionis defuncti in hæredem cum decreto annullativo, undè propterea reſultet, ut etiam in caſu ejuſdem ſtatuti ſine dicto decreto obſtet interverſio hujus civiliſſimæ poſſeſſionis ex naturali præoccupatione de facto; vel quod deficiente ſtatuto intret magis recepta juris concluſio, tam in bonis indifferentibus, quam etiam in feudis, ut in hæredem non transferatur poſſeſſio ipſo jure ſed neceſſaria ſit ejus apprehenſio ex relatis in ſua ſede *ſub tit. de hærede* præſertim *diſc.* 26.

Prodiit ingenioſa cantela, quod moriens teſtatus in teſtamento vel in codicillis vel etiam moriens inteſtatus in inſtrumento, vel in alia ſcriptura ſe conſtituat ex nunc pro tunc, & præambula hora mortis poſſidere nomine teſtati vel inteſtati hæredis ſive legatarii juxta firmata apud *Dunozett. deciſ.* 993. edita in caſu de quo agitur *diſc.* 143. *de fideicom.* Ideoque in hac facti ſpecie, quatenus ad poſſeſſorium pertinet, caſus videbatur indubitatus pro hac parte.

Et nihilominus etiam in fortioribus terminis, quod ſcilicet hæres vel donatarius ultimi poſſeſſoris confugeret ad dictum alterum minus privilegiatum remedium adipiſcendæ, ac propterea intraret dicta quæ-
ſtio legitimi contradictoris, adhuc agnatus dicendus 9
non eſſet legitimus contradictor, non ſolùm ob dubietatem naturæ vel qualitatis feudi, quæ ad hunc effectum ſufficit, præſertim ſtante ultimo ſtatu ex deductis ſuprà *d. diſc.* 43. *&* 104. ſed clariùs, quoniam iſta quæſtio intrat cum illo, cui ſupervenerat titulus vel poſſeſſio poſt mortem poſſeſſoris, ſecùs autem ubi obtinuerit titulum in ejus vita, ex relatis per *Argel. de legitim. contradict. quæſt.* 6. Quod tamen dicebatur ad ſuperabundantiam, dum extra omne dubium competere dicebam dictum alterum pinguius, magiſque privilegiatum remedium retinendæ, cui obſtare non poſſe advertebam ſequeſtrum, vel avocationem poſſeſſionis factam per Senatum, ut ſuprà, tum ob expreſſam adjectionem clauſulæ *ſine præjudicio* per quam omne præjudicium remanet præſervatum; tum etiam quia talis eſt natura ſequeſtri proviſionalis, ut non tollat poſſeſſionem, neque impediat hujus interdicti competentiam ex relatis *diſc.* 98. *de beneſ. & diſc.* 13. *de judic. & alibi.*

Quo verò ad aliam inſpectionem petitorii ſeu boni
juris in negotio principali deciſio pendebat ab eadem 10
quæſtione, de qua ſuprà *diſc.* 11. *& d. diſc.* 43. *&* 104. *& alibi* ſuper natura ſcilicet feudi, & an illud eſſet rectum & proprium regulandum juxta ſucceſſionis ordinem ſtatutum juxta leges feudales vel potiùs impropriatum, adeout excepta illa feudalitate quæ meſſe dicitur pro domini directi fidelitate & ſervitio ac recognitione, quæ per recenſitas novas inveſtituras ſequi ſolet, In reliquis præſertim quoad ſucceſſionem allodialium ac indifferentium bonorum jure regulетur juxta firmata per *Rot. deciſ.* 94. *&* 237. *par.* 12. *recent.* quæ prodierunt in eodem caſu, de quo *d. diſc.* 11. & priùs (quamvis ad diverſum effectum devolutionis) latiùs apud *Coccin. deciſ.* 2283. *&* 2305. *repert. apud Capit. Latr. conſ.* 75. edita ſuper ipſarum impugnatione, atque in earum revocatoriis apud *Dunozett. deciſ.* 758 *&* 760. & apud *Onbob. dec.* 265. in quibus invicem pugnantibus deciſionibus, per quandam ſpeciem formalis ac elaboratæ tractationis habetur deductum totum id, quod in hac materia hinc indè cum ſolita involutione habetur ſuper natura & qualitate feodorum.

Ad hujuſmodi autem impropriationem corruptam-
que naturam probandam, tria diſtinguebam tempora 11
vel ſtatus; Unum nempè ab anno 1472. in quo per Lucam ſeniorem, condentium ſtipitem facta fuit acquiſitio, uſque ad annum 1548. Alterum à dicto anno 1548. in quo Lazarus obtinuit inveſtituram cum quadam diverſa forma pro ſe & hæredibus maſculis & in iſtorum defectum pro fœminis, & in qua inveſtitura ſupponebatur ex parte agnati, potiſſimum imò totum conſtitui fundamentum, quaſi quod per illam immutata fuerit natura feudi, atque impreſſa nova qualitas pacti & providentiæ, uſque ad annum 1610. Et tertius à dicto anno ſcilicet 1610. vel 1612. in quibus Cæcilia filia Lazari & reſpectivè Auguſtinos, tanquam ejuſdem Cæciliæ hæres hujuſmodi feuda obtinuerunt, ut ità clariùs evitarentur objecta ſ

Digitized by Google

& tollerentur confuſiones frequentiùs oriri ſolitæ à diſputationibus in abſtracto abſque caſuum vel temporum, aliarumque circumſtantiarum diſtinctione.

Attento primo tempore, dicebam caſum eſſe indubitatum pro feudi impropriatione, ejuſque hæreditaria & libera qualitate non ſolùm quia illi de
12 Lingueglia antiqui poſſeſſores profeſſi fuerunt ea poſſidere, tanquam hæredes, ac eſſe liberæ diſpoſitionis, ſed etiam quia iidem primi acquirentes ex cauſa oneroſa & correſpectiva, quorum factum per deſcendentes impugnari non poteſt, quamvis inveſtitura haberet meram formam pacti & providentiæ ex pluries ſuprà inſinuatis ita acquirere profeſſi ſunt.

Ac etiam elatiùs, quia cum iſtius naturæ, expreſſo preſſo præſuppoſito eadem Reſpublica domina directa feudum majus univerſi Marchionatus acquiſivit à Tagliaferris juxta præmiſſam facti ſeriem, quam ad hunc effectum operæ pretium reputatum fuit diſtinctè recenſere, ut generaliter in aliis caſibus contingit, cum reverà ex facti circumſtantiis cauſarum deciſiones frequentiùs pendeant.

Ex iſta etenim circumſtantia duo reſultare advertebam, primò nempè quod iſta ſubfeuda jure feudi
13 principalis regulanda eſſent, eandemque ſortirentur naturam etiam, ubi admittatur, quod ſint ſubfeuda vera & propria, cadentia ſub legibus feudalibus; Siquidem in hoc dari poteſt, ac ſolet differentia inter feudum & ſubfeudum, ut iſtud ſit magis impropriatum & corruptum, adeout ſortiatur naturam allodii juxta deducta ſuprà *diſc. 7. & in aliis*; ſecus autem è converſo ut feudum ſit corruptum & impropriatum & ſubfeudum ſit rectum, & improprium, niſi lex ſubinfeudationis aliter expreſsè ſtatuat.

Et ſecundò, quoniam idem Senatus cauſæ judex,
14 ac etiam dominus directus non poſſet contrarium decernere, dum ob iſtam qualitatem feudi impropriі & corrupti, ac alienabilis, ipſa Reſpublica obtinuit iſtum Marchionatum, & de conſequenti controverſorum ſubfeudorum directum dominium ex vero & recepto principio, quod nemo admittendus eſt ad impugnandum illum titulum, ex quo ipſe jus metitur, adeout iſto tempore vel ſtatu attento caſus videretur quæſtionis incapax, attenta præſertim ſubſequuta obſervantia.

Cardo itaque difficultatis reſidere videbatur in ſecundo ſtatu vel tempore ab anno ſcilicet 1548. ob inveſtituram ſub diverſa forma obtentam à Lazaro, an per illam immutata eſſet feudi natura, ut propterea ex corrupto & impropriato meréque hæreditario, ut ſuprà effectum eſſet feudum verum & proprium pacti & providentiæ, ut ex parte dicti remotioris agnati prætendebatur.

In hoc autem alii pro hac eadem parte ſcribentes
15 totam vim faciebant in concluſione, de qua apud *Galeott. d. contr. 31. num. 34. ſuprà diſc. 53. num. 7. & in aliis*, ut ſcilicet novæ inveſtituræ, occaſione renovationis conceſſæ aliquam alterationem continentes non alteretur naturam feudi, ſed potius clauſulæ & verba alterationem redolentia, errori ſint referenda ex regula novationis excluſiva ad terminos *tex. in l. fin. C. de novat.*

Verùm de hoc aſſumpto, quando verba hujus novæ inveſtituræ importarent illam alterationem, quæ ex eis deſumebatur, advertebam nimium dubitandum eſſe, capiendo iſtam propoſitionem ita generaliter & in abſtracto, cum illa ſit quid in ſuis caſibus vera, ſed fallacia conſiſtere ſoleat in applicatione, ut penè generaliter in omnibus contingit.

Ad hunc itaque effectum advertebam reflectendum eſſe ad diſtinctionem caſuum vel effectuum quæ reverà pro concluſionum vel axiomatum intelligentia & congrua applicatione ſemper eſt ſacra anchora.

Primus etenim caſus eſt, ubi de hac alteratione ſit quæſtio inter dominum directum & feudatarium vel ejus hæredem ad effectum reſtringendi antiquam feudi naturam ſive illius onera & ſervitutes ampliandi, aut aliàs inducendi præjudicia feudatarii vel ejus hæredem aut aliorum in antiqua inveſtitura vocatorum ad ipſius domini directi commodum & favorem juxta caſus, de quibus ſuprà *diſc. 5. & 56. cum ſimilibus*; Et iſte caſus in plures alios ſubdiſtinguendus venit, quorum primus eſt, quando nova inveſtitura nullum habeat motivum novandi vel alterandi, neque pendeat à voluntate domini illam concedere vel denegare, ſed ſit quidem neceſſaria ex parte feudatarii, ut eam petere & obtinere debeat infra tempus à jure communi feudali, vel à lege particulari loci ſeu inveſtituræ præfinitum, ſed ſit etiam neceſſaria ex parte domini, qui eam denegare non poſſit, nec debeat juxta illam ſpeciem renovationis; de qua ſuprà *diſc. 52. & 59.* (& qualis propriè eſt illa de qua in præſenti) & tunc rectè intrat dicta propoſitio, ut præſumenda non ſit innovatio, cum nulla ſubſit novandi cauſa vel occaſio, ideoque clauſulæ ſeu verba alterativa errori potiùs referri debeant, dum iſta ſpecies renovationis nullam redolet novam conceſſionem vel conceſſionis ampliationem ſed ſolum ſit pro recognitione domini, atque pro faciliori probatione dominii juxta ea, quæ habentur etiam *ſub tit. de emphyt. diſc. 4. & in aliis pluries*; in propoſito illius renovationis, quæ in emphyteuſi perpetua, vel ad certas generationes petenda eſt ſingulis quibuſque temporibus, puta de 29. in 29. annos vel de 60. in 60. cum ſimilibus.

Alter etiam ſubdiſtinctus vel ſubalternus caſus eſt, ubi adſit quidem aliqua occaſio novandi, quæ pendeat à voluntate domini, qui poſſit denegare, ſed reſpiciat accidentia, puta juxta caſum, de quo ſuprà *diſc. 44. & 54.* quod poſſeſſor feudi impropriati & hæreditarii ſeu aliàs magis largam naturam habentis novam obtineat inveſtituram occaſione dignitatis vel tituli, qui in eo erigatur, aut occaſione conceſſionis majoris juriſdictionis juxta caſum de quo *diſc. 45. & ſeqq.* vel occaſione erectionis primogenituræ, reducendo feudum dividuum juris Longobardorum ad naturam individuam juris Francorum juxta caſum, de quo ſuprà *diſc. 9 & 10.* Vel obtinendo aliam prærogativam; Et tunc verius videtur, ut non conſtito de diverſa voluntate novandi antiquam inveſtituram & immutandi ſubſtantiam, totamque naturam feudi, reſtrictio, quam nova inveſtitura continuat, percutiat ſolùm illud novum accidens alterativum, non autem ſubſtantiam feudi & antiquæ inveſtituræ, ut advertitur pluries ſuprà locis citatis; Rectéque intrat propoſitio, de qua ibidem ac etiam *diſc. 12. & in aliis*, ut nova qualitas alterativa ſuperaddita feudo, illud alteret in ea qualitate vel parte alterata, in reliquis autem antiqua ſubſtantia vel natura firma remaneat.

Tertius caſus, pariter ſubalternus eſt, quando nova inveſtitura, ob incurſum caducitatis vel alium caſum reverà habeat vim novæ & integræ conceſſionis, quam dominus volens negare potuiſſet, quamvis renovationis vel remiſſionis vocabulum adhibeatur; quoniam cum ſubſtantia veritatis, non autem formalitas verborum attendi debeat, ideircò ſi verba alterativa ſunt apta penetrere ipſam naturam ac ſubſtantiam feudi, iſtud dicendum erit alteratum ac innovatum juxta caſus, de quo *d. diſc. 5.* cum ſimilibus, cùm in ſubſtantia ſit nova conceſſio, quamvis ad aliquos effectus non talis, ſed potiùs antiqua cenſeri debeat, vel reſpectu ſucceſſorum, ut infrà, vel reſpectu poteſtatis domini illam concedentis.

Ut ex. g. in Statu Eccleſiaſtico Papa per ſæpius enunciatam Bullam B. Pii V. de non infeudando non poteſt novas infeudationes facere, quare ſi Sedis Apoſtolicæ feudatarius caducitatem incurrat ob feloniam, vel ex alio capite, atque re integra, id eſt 16
priuſquam declarata caducitate, ſequatur vera & effectiva

Digitized by Google

ctiva incameratio, & feudi incorporatio cum aliquo ſtatu remittatur caducitas cum inveſtitura continente aliquam reſtrictionem, vel alterationem ipſi Sedi Apoſtolicæ dominæ directæ favorabilem, adeout inveſtitura antiqua non amplietur, ſed potiùs reſtringatur vel minuatur, & tunc non obſtabit quidem Bulla ob ejus ceſſantem rationem, ut advertitur *in Parmen. diſc.* 128. neque per hoc dici poterit nova infeudatio, cùm ſit potiùs continuatio antiquæ per viam remotionis obſtaculi habebit tamen naturam ſeu qualitatem novæ in ea parte alterata, quæ errori referenda non eſt.

Ubi verò non cum domino directo, ſed cum ſucceſſoribus quæſtio ſit, ut in præſenti, quia nempè domini nil intereſt, an feudum unam vel alteram habeat naturam, ſed prætendatur, ut per novam inveſtituram, feudum aliàs hæreditarium efficiatur pacti & providentiæ, vel è converſo pacti & providentiæ efficiatur hæreditarium, ſive cum eſſet antiquum efficiatur novum juxta caſum de quo ſuprà *diſc.* 111. Vel quod aliàs alterationem antiquæ naturæ recipiat; Et tunc diſtinguendum venit, an ille, qui talem novam inveſtituram alteratam obtinuit, habeat nec ne facultatem novandi atque ſucceſſoribus præjudicandi; quoniam ſi non habeat in conſideratione habenda non erit juxta deducta *d. diſc.* 5. *& alibi*; ſed ſi habeat, tunc ubi conſtet de voluntate, adeout non obſtet poteſtas, illa attendi debet juxta ea, quæ ad rem habentur pluries *ſub tit. de jure patr. præſertim diſc.* 60. ſuper immutatione naturæ juriſpatronatus de hæreditario in gentilitium, vel econverſo cum ſimilibus.

Quare applicando ad rem, quando dicta verba al-
17 terativa hujus inveſtituræ *pro ſe, & hæredibus maſculis & in defectum maſculorum pro fœminis*, haberent tractum ſucceſſivum, adeout apta eſſent comprehendere omnes deſcendentes in infinitum neque obſtarent ea, quæ infrà habentur tertio tempore vel ſtatu ob hæreditariam qualitatem Ciciliæ & Auguſtini; parentum agnati actoris; Et tunc motivum eſſet ſolidum, quoniam cum penes dictum Jacobum Mariam ſeniorem feuda eſſent liberæ diſpoſitionis, adeout illa potuiſſet alienare in extraneos, ſeu alias de eis diſponere, ita potuit hanc legem adjicere tanquam per ſpeciem fideicommiſſi ordinati cum ejus poſteritate eodem modo, quo in jure patronatus loco citato habetur ac generaliter in bonis liberis ac indifferentibus; Et ſic agnati maſculi excluſivè vel prælativè ad fœminas & reverà tali caſu venire non dicuntur jure inveſtituræ pacti & providentiæ, & ex beneficio domini, ſed potius jure dicti impliciti fideicommiſſi, & ex beneficio eorum aſcendentis.

18 Adhuc tamen his non obſtantibus dicebam, quod dicta inveſtitura anni 1548. per præfatum Jacobum Mariam obtenta iſtum non operaretur effectum, ſed feuda adhuc primævam retinerent naturam, adeout alia non adeſſet alteratio, niſi inter filios primi gradus ejuſdem Jacobi Mariæ, ut maſculi præferendi eſſent fœminis, illaſque excluderent quoniam cum non adeſſent verba præſeferentia perpetuitatem & tractum ſucceſſivum, neque adeſſent conjecturæ, quæ id ſuaderent, idcircò dicebam intrare regulam, de qua *ſub tit. de credito diſc.* 36. *&* 38. *& ſub tit. de hærede diſc.* 4. ac etiam *diſc.* 34. *de legatis ac alibi*, ut appellatione hæredum, ſive de illis rei familiaris, quoties reſtrictio non tendat ad favorem domini, & præjudicium feudatarii ejuſque ſucceſſorum, ſed potiùs percutiat dictum alium effectum alterativum inducentem novationem, in dubio non præſumendam, vel aliam exorbitantiam ſive onus veniens ſolùm illi primi gradus, non autem ulterioris.

Et nihilominùs advertebam ſufficere, ut id eſſet
19 dubium; dictaque verba capacia eſſent hujus interpretationis, ut propterea omninò defendendum eſſet obſervantiæ, tanquam optimæ interpreti, quamvis non eſſet temporis conſiderabilis, multo verò magis dum illa erat annorum centum & ultra à dicto nempè anno 1548. ſive à tempore mortis ejuſdem Jacobi Mariæ, de cujus voluntate agitur, nempè ab anno 1565. uſque ad annum 1660. in quo iſta quæſtio excitata fuit, adeout adeſſe quoque dicatur obſervantia præſcriptiva juxta diſtinctionem, de qua *diſc.* 21. *de judic. & alibi*.

Si etenim etiam in caſu, in quo ex tenore inveſtituræ certa ſit forma pacti & providentiæ, adhuc ex conſuetudine illa corrumpitur, atque tranſit in qualitatem meræ hæreditariam & liberæ diſpoſitionis, præſertim ubi non adſit præjudicium domini ex deductis ſuprà *diſc.* 10. *& in aliis*, & frequentiùs *ſub tit. de emphyteuſ.* præſertim *diſc.* 8. & latè per *Galeott. d. controv.* 13. Multò magis ubi res ambigua ſit, adeout obſervantia interpretativa potiùs, quam præſcriptiva dicenda ſit. 20

Multa verò concurrebant hanc obſervantiam comprobantia, præſertim aliquæ diſpoſitiones & oblationes factæ per ejuſdem Jacobi Mariæ filios primi gradus veriſimiliter informatos, undè reſultat obſervantia proxima, quæ melior judicatur. Ac etiam judicium plurium Iuriſconſultorum primi nominis & præſertim *Menoch. d. conſ.* 812. *& Galeott. de contr.* 31. Magis verò geminatum judicium ejuſdem Senatus cum ſubſequuto effectu in prædictis annis 1610. & 1617. ad favorem Cæciliæ Auguſtini & acquieſcentia agnatorum, qui ut ſuprà ſe oppoſuerunt & adverſus quorum oppoſitionem ſcripſit *Galeott. dict. controv.* 31. 21

Et licet ſcribentes pro agnato actore dictam acquieſcentiam, quinimò judicatum ad favorem fœminæ; ac reſpectivè ejus hæredis referrent ceſſioni, quam ob obligationem evictionis, & non contraventionis pro ſe & hæredibus Aſcanius oppoſitor fecerat ad favorem Lazari fratris, ut ſuprà illudque motivum magni facerent; Attamen illud nimium debile ac frigidum eſſe dicebam ex pluribus.

Primò nempè, quoniam ubi ſubſiſteret prætenſio, quod iſta eſſent feuda recta & propria, quorum incapaces eſſent hæredes extranei, tunc dicta ceſſio intelligenda eſſet, facta pro hæredibus ſanguinis capacibus ex veriſimili voluntate cedentis & ceſſionarii, adeo ut ea non obſtante licitè ad jura ceſſa regreſſus haberi poſſet juxta theoricam *Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig. n.* 24. de qua *ſub tit. de renunciat. diſc.* 5. *& ſupra diſc.* 5. 7. *&* 23. *alibi pluries*. 22

Secundò, quoniam cum Aſcanius haberet ſeptimam portionem, ſive fortè aliam majorem ab alicujus fratris morte impinguatam, ad quam, ceſſio reſtringebatur, pro iſta ſolum & quanti intereſt, illam non evinci, teneri debuiſſet; id autem non potuiſſet impedire vindicationem aliarum portionum, illam præſertim ejuſdem met Lazari ceſſionarii juxta proximè firmata apud *Ninot. deciſ.* 7. *&* 77. de duobus fratribus vendentibus quædam loca montium ſubjecta fideicommiſſo, quod uno eorum defuncto prohibitus non eſſet ſuperſtes defuncti portionem vendicare jure fideicommiſſi ab emptore, ejus obligatione non obſtante, ut advertitur *diſc.* 31. *de regal. & alibi*. 23

Tertiò, quia ubi Aſcanius habendus eſſet pro mortuo civiliter, quia talem ſe feciſſet per renunciationem non fuiſſent prohibiti Jo. Auguſtinus & Jo. Bapriſta ejus filii, qui fuerant principales oppoſitores, obtinere feudorum ceſſionem, dum eis obſtare non poterat qualitas hæreditaria fratris adhuc viventis; Et quartò quoniam admiſſa etiam omnium prædictorum verificatione à præfata ceſſione reſultante eorum ſucceſſio aperta fuiſſet eidem Auguſtino marito Cæciliæ & patri Lucæ oppoſitoris, quem improbabile eſt voluiſſe aſſumere & ſubſtinere titulum hæredis extranei, 24

cum

cum ſub ectione oneribus hæreditatis tam Cæciliæ, quàm Lazari, ſi cum inveſtitura ſucceſſionem jure proprio obtinere potuiſſet.

Et è converſo, quamvis ex hac parte ad probandum dictam obſervantiam interpretativam vel præſcriptivam nimium inſiſteretur in alienationibus factis per ſe
25 & alios fratres ad favorem Lazari, juxta ponderationes *Menoch. d. conſ. 112. & Galeott. d. controv. 31.* Attamen iſta quoque levis ac frigida erat conſideratio, quoniam cum eſſent fratres æquè capaces & de eodem genere vocato per inveſtituram, id nil prohibebat; Niſi quatenus hæc obſervantia deduceretur ex qualitate alienationis facta per venditores cum promiſſione evictionis pro ſe, filiis & deſcendentibus, quatenus iſti patris alienantis hæreditariam qualitatem haberent, & ex parte emptoris acquirere profitentis ſe hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque & aliorum, quibus dederit cum clauſula ad habendum, ità deſumendo obſervantiam, quod apud eos feuda ejus naturæ hæreditariæ & liberæ haberentur.

Ex his autem inferri dicebam, quod ubi etiam Lucas agnatus oppoſitor non eſſet hæres Auguſtini & Cæ-
26 ciliæ parentum, atque ab eis omninò independenter veniret, adhuc pro fœmina proximiore judicari deberet, præſertim in poſſeſſorio, ut ſuprà, ſtante præſertim ultimo ſtatu, qui adiuſtat eorum, quæ habemus in beneficialibus etiam in hac materia feudali attendendus videtur, ut in ſpecie ultimi ſtatus advertitur ſuprà *dicto diſc.* 104.

Et generaliter tam in feudis, quàm etiam in officiis, aliiſque regalibus, eodem jure regulari ſolitis, ac
27 etiam in primogeniis & majoratibus præſertim Hiſpaniæ qualificatis hanc figuram feudorum ibi ſcientibus *ex relatis diſc. 1. & 7. cum ſeqq. de fideicom. & alibi*, tam feudiſtæ, quàm alii dictas materias tractantes, ac etiam beneficialiſtæ reſpectivè iſtos terminos promiſcuè adhibeant, quod ſcilicet Beneficialiſtæ adhibent feudales & feudiſtæ, aliique ſimiles adhibeant beneficiales, ut præſertim advertitur ſuprà *diſc. 7. & 8.* ac etiam *diſc. 69. de penſion. ac alibi frequenter.*

Aggrediendo verò tertium & ultimum ſtatum ſuprà
28 diſtinctum ab anno ſcilicet 1610. vel 17. reſpectivè uſque ad 1660. in quo iſta quæſtio excitata fuit; Dicebam, quod hoc ſtatu vel tempore attento, res omni dubio carere videbatur ob hæreditariam qualitatem utriuſque parentis in Luca oppoſitore concurrentem & obtinente quamplura eorum, ac Lazari bona libera, ideoque eorum factum impugnare non poterat, neque proprios auctores de mendacio redarguere, etiam in juribus ex propria perſona competentibus intra limites virium hæreditariarum, intra quas inventarium non prodeſt, atque nihil refert illud adeſſe, vel non adeſſe ad vulgarem quotidianam regulam *text. in l. ſi quis à matre C. de rei vindicat. ſub tit. de fideicom.* & in omni alia ferè materia etiam in iſts pluries.

Ac etiam, quod cum idem oppoſitor defuncto Auguſtino patre per hæreditariam ambulaſſet, ſive per hanc viam ingreſſus eſſet, quia nempè hæreditatio jure
29 propriæ portionis poſſeſſionem obtinuiſſet, ac etiam inveſtituram reportaſſet, ita non poterat proprii auctoris dominium & pertinentiam negare; neque impugnare illum titulum, ex quo ſuum jus metiebatur ad regulam *text. in l. ſiquis conduct. C. locat.* quem locum habere in omni materia, cui eadem congruat ratio & præſertim in iſta feudali eſt magis receptum ex collectis de more ad ſatietatem per ſolius improbi laboris collectorii profeſſorem *Rubeum in addit. ad dec. 420. num. 50. & ſeqq. par. 4. recent. tom. 2.* & advertitur pluries ſuprà.

Et in omnem eventum advertebam negari non
30 poſſe huic parti repræſentanti jura Lazari, & Cæciliæ quorum hæreditaria qualitas habetur, retentionem pro ſumma librarum 38. mil. dotis Aloyſiæ & uxoris dicti Jacobi Mariæ ſenioris, qui ſupponebatur auctor & impreſſor dictæ novæ qualitatis vel formæ, pacti & providentiæ; Tum quia pro iſto debito cum aſſenſu Reipublicæ dominæ directæ hæc feuda in ſpecie obligata fuerunt in ipſamet inveſtitura anni 1548. ex qua agnatus totum ejus jus deſumebat; Tum etiam quia erat debitum primi acquirentis, ad quod citra dubium, ubi præſertim illud procedat, adeout non cadat illa conſideratio implicitæ donationis, ob quam debita poſteriora impugnari poſſent, tenentur ſucceſſores, quamvis expreſſe & clarè inveſtitura eſſet in forma pacti, & providentiæ frequenter inſinuatis ſupra *hoc tit. & ſub altero de emphyt. ac alibi.*

Magnum item fundamentum conſtituebatur ex parte dicti agnati in deductis apud *Anareot. controverſ. 212. & ſeqq.* cum quibus proceſſerant Conſulto- 31
tes in dicto voto tradito contra Jacobum Mariam viventem occaſione quæſtionis ſuper portione alterius fratris priùs defuncti, ut ſupra ac etiam ſupponebatur, quod in iſta portione magnam facerent impreſſionem; ſed advertebam, quod ultra genericam conſiderationem, de qua *diſc. 35. de judic. & alibi pluries*, ſuper modica & fallaci, imò nulla penituſque contemnenda auctoritate illorum præſertim modernorum Conſulentium, qui more Advocatorum ad pecuniam ac requirentis opportunitatem ſcripſerunt, eorumque ſcripta prout jacent publicæ luci, potiùs fortè pro inani gloria, quàm pro ſervitio veritatis & juſtitiæ dederunt; quo nil abſurdius, nilque Reipublicæ, ipſique legali facultati magis pernicioſum ac præjudiciale; Ad partem obſervabam conſiderationem, de qua apud *Franch. deciſ. 260. num. 5. & 6. & eod. diſc. 35. de judic.* quod ſcilicet quando allegantur conſilia videre oportet deciſiones, quæ in illis caſibus prodierint, dum præfatos auctor Advocati more ſcripſit pro agnato maſculo ſuper eodem puncto, de quo agitur ſuprà *diſc. 11.* in quo fuit deciſum contrarium.

Quinimò ubi etiam juxta ſcripta deciſum eſſet, prout mihi pro eadem parte ſcribente decidi debere videbatur ex ibidem inſinuatis; Adhuc tamen id nil referre dicebam ob longè diverſas illius caſus ac iſtius circunſtantias, ut clarè patet ex earum combinatione, ad quam principaliter ac omninò tam per Judicantes quam per Conſulentes reflecti debet pro congrua applicatione, non ſolum conſiliorum hujuſmodi naturæ, quæ reverà ſtultitiæ ſpecies eſt in judicando, vel conſulendo attendere, quoties non ſint recepta & canonizata per Tribunalia, ſed etiam ubi allegantur ipſorum Tribunalium deciſiones vel reſponſa pro veritate quandam deciſionum ſpeciem habentia, quæ ita & non aliàs attendi debent, ut latiùs *eod. diſc. 35. de judic.* iſteque præſertim error, tot induxit confuſiones, iſtamque facultatem contemptibilem reddidit.

PARMEN. PERMUTATIONIS.

Pro Duce & Epiſcopo Parmæ conjunctim.

Caſus diſputatus in Congregatione particulari, & pendet.

De Bulla Pii V. de non infeudando, quando intret, nec ne, præſertim in ſtatu mediato, & an in Caſtris confiſcatis pro delictis privatis; Et de æſtimatione bonorum juriſdictionalium quomodo facienda ſit pro regulanda utilitate contractus; Et de aliquibus ad materiam, de qua ſuprà *diſc. 60.* Et an vaſſalli vel ſubditi ſint legitimi contradictores ad impediendam alienationem loci, ac mutationem Domini.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De punctis controverſis.*
3 *In dominiis temporalibus Eccleſiarum inferiorum penes quem reſideat dominium altum.*
4 *An Bulla Piana de non infeudandis, capiat ſtatum mediatum.*
5 *Quid de aliis Conſtitutionibus, & proviſionibus Apoſtolicis.*
6 *De eodem de quo num. 4 cum diſtinctione.*
7 *De ſubinfeudationibus, quæ non veniunt ſub dicta Bulla.*
8 *De ratione differentiæ inter hujuſmodi concesſiones in ſtatu mediato, vel immediato.*
9 *Quod ſubinfeudatio non importet ſciſſuram, vel alienationem feudi.*
10 *De requiſito ſubfeudi, ut fiat perſona æqualis conditionis.*
11 *De ratione cui innixa eſt bulla, & quando ex ceſſante ratione non intret.*
12 *Distinguuntur diverſæ ſpecies dominiorum temporalium in Papa, & quanam ſpecies cadant ſub Bulla.*
13 *De alto & directo dominio penes feudatarium compatibiliter cum altero dominio Domini.*
14 *Nemo poteſt facere ſibi æqualem, ideoque altum dominium non eſt conceſſibile, quod declaratur.*
15 *De ratione ob quam altum dominium in iis Caſtris & bonis juriſdictionalibus, quæ in Regno Neapolitano poſſidentur per Eccleſias inferiores ſit penes Regem.*
16 *Quando dicatur adeſſe utilitas Eccleſiæ in alienatione.*
17 *Quid ubi agatur de bonis juriſdictionalibus, & quomodo hoc æſtimentur.*
18 *Attendi debet principaliter utilitas Eccleſiæ univerſalis, qua accedente non curatur utilitas Eccleſiæ inferioris.*
19 *Recenſentur utilitates in caſu.*
20 *An ſubditi ſe opponant alienationi loci, & ſint legitimi contradictores & de prælatione eis competente.*
21 *An Bulla intret in Caſtris obventis in Cameram ex cauſa confiſcationis.*
22 *An eadem Bulla impediat remiſſionem incurſæ caducitatis.*

DISC. CXXVIII.

1 POſſidente Cathedrali Eccleſia Parmenſi ab antiquo ex Imperialibus conceſſionibus regiſtratis apud *Ughell. to. 2. Italia Sacra*, quaſdam Villas, & loca inhabitata cum juriſdictione & imperio adeò ut quandam Principis ſæcularis, Epiſcopus figuram faceret; Currentis ſæculi initio, fortè clariùs quam anteà excitatæ fuerunt, ſive creverunt controverſiæ juriſdictionales inter ipſum Epiſcopum & Ducem, eorumque reſpectivè Officiales, & miniſtros ſuper alto dominio, & competentia regalium majorum, præſertim in calamitoſis temporibus belli, peſtis, & famis, vel occaſione aliarum extraordinariarum contingentiarum juxta caſum, de quo ſuprà *diſc. 60. & alios*; de quibus apud *Spad. conſ. 5. & 6. lib. 1. Faiard. allegat. 3. & ſeqq. & alios*. Quare ad occurrendum inconvenientibus, quæ exindè reſultare praxis docebat de anno 1617. concluſa fuit inter Ducem, & Epiſcopum permutatio hujuſmodi locorum cum aliquibus tenutis & bonis privatis duplicati fructus, atque deſuper ſub Gregorio XV. prævia conſultatione Congregationis particularis aliquorum Cardinalium, expeditum fuit beneplacitum directum uni ex viciniori bus Epiſcopis in ſolita forma ſi in evidentem, incertum tamen eſt ex quibus accidentibus conventio effectum ſortita non ſit.

Hinc denuò ſub Alexandro Septimo inter modernos Ducem & Epiſcopum ad novam deventum eſt conventionem conſimilem circa redditum duplicatum bonorum Eccleſiæ aſſignandorum cum ea differentia, quod inter dicta bona, quæ pro majori parte erant allodialia, conſiſtentia in prædiis privatis, adeſſet etiam quoddam Oppidum, ſeu Caſtrum, aliàs jure ſubfeudi poſſeſſum per illos de Sancto Vitali, ad Cameram Ducalem devolutum, quodque in eo Epiſcopus eandem haberet juriſdictionem ſæcularem, quam præfati inferiores Domini habere conſueverunt, cum eodem titulo Comitatus, quem in præfatis locis ab antiquo obtinent; Atque deſuper juxta ſtylum deputata particulari Congregatione aliorum Cardinalium ſuper conceſſione petiti beneplaciti Apoſtolici; Cùm tempus jam expirantis Pontificatus Alexandri, & brevis Pontificatus Clementis Noni ſucceſſoris conſumptum eſſet in informationibus facti, aliiſque diligentiis, ac etiam in conſuetis magnarum Curiarum moribus; Idcircò ſub Clemente Decimo, per eandem Congregationem aſſumpta fuit formalis cognitio ſuper hujus conventionis approbatione, vel reprobatione; Potiſſimè propter oppoſitionem vaſſallorum Epiſcopi, eorumque Communitatum ægrè ferentium iſtam Domini mutationem.

Deſuper itaque aſſumpta diſputatione, in primis ſeſſionibus major difficultas habebatur ſuper obſtaculo 2 Bullæ Pianæ de non infeudando; Cognito autem ex infra deducendis, quod Bulla reverà non intraret, excitata fuit difficultas ſuper alio puncto, qui primo aſpectu videbatur planus, ob fructuum duplicationem circa Eccleſiæ utilitatem, ac etiam aliqualiter ſuper vaſſalorum oppoſitione; undè tres fuerunt puncti; Unus nempè Bullæ Pianæ; Alter utilitatis Eccleſiæ, & Tertius oppoſitionis vaſſalorum.

Quatenus pertinet ad primum; Dupliciter motivabatur per Camerales & alios Oppoſitores, eoſdemque 3 Cardinales, ſuper obſtantia bullæ; primò nempè ſuper translatione locorum Eccleſiæ in Ducem, dum ita Pontifex & Sedes Apoſtolica infeudare, vel aliàs concedere dicebatur altum dominium & ſuperioritatem, quæ in hujuſmodi dominiis temporalibus Eccleſiarum inferiorum penes dictam Eccleſiam univerſalem & Sedem Apoſtolicam eſſe dicuntur juxta deducta ſuprà d. *diſc.* 60. Et ſecundò in tranſlatione Oppidi vel Caſtri, quod Dux aſſignabat Eccleſiæ ob amplitudinem verborum dictæ Bullæ, & aliarum, quæ pro ejus confirmatione per ſucceſſores Pontifices conditæ fuerunt, illam præſertim Innocentii Noni, ut omnis ſpecies conceſſionis quocumque explicetur vocabulo, ſub ea venire dicatur, ut in præcedentibus pluries in iſtius Bullæ propoſito advertitur.

Cumque per alios ſcribentes pro conceſſione beneplaciti, prius quàm ego evocatus eſſem deducerentur à me pluries inſinuata in hoc jam edito libro de feudis, præſertim occaſione Bullæ Baronum ac etiam iſtinſmet bullæ de non infeudando, & ſimilium, ut complecteretur ſolùm Statum Eccleſiaſticum Imme- 4 diatum, ſive illum mediatum improprium, locorum ſcilicet exiſtentium ſub Baronibus & Domicellis omninò ſubordinatis, non autem ſtatum verè mediatum ſub feudatariis regalibus, & veræ dignitatis ſupremorum Principum figuram facientibus, hinc nimium inſiſtebatur ſuper iſtius aſſumpti reprobatione, cum bullarum verbis, & præſertim jam dictæ Innocentii Noni, quia nempè expreſſe loquantur de univerſo ſtatu tam mediato, quàm immediato.

Aſſumptus itaque poſt aliquas diſputationes ex parte Ducis & Epiſcopi conjunctim, fortè pro iſto aſſumpto ſubſtinendo; Dicebam quidem etiam cum ſenſu veritatis jam agnitæ per Congregationem, quod bulla de non infeudandis, in iſto caſu non intraret ex aliis motivis ut infrà, non autem ex iſto ità generaliter & abſtractè ſumpto, cùm verius videretur contrarium, ut bulla univerſum ſtatum Eccleſiæ, etiam iſtum mediatum

diatum juxta modum tamen, de quo infrà comprehenderet; fallacia verò eſſet (ut frequenter in iſta facultate contingit) in confuſione caſuum vel effectuum, attendendo cum conſueto & connaturali vitio, propoſitiones generaliter, & in abſtracto, ſive in littera, non reflectendo ad diſtinctionem caſuum vel effectuum.

Pro comprehenſione itaque dicebam vim non facere verba, in quibus oppoſitores, vel motivantes ſolùm inſiſtebant, quoniam ut frequens inconcuſſa praxis docet, tam occaſione bullæ Baronum, de qua
5 præſertim ſuper hoc puncto agitur ſuprà *diſc.* 74. *&* *alibi*, quam occaſione Ægidianæ, & quamplurium Conſtitutionum, ut putà ſunt bullæ boni regiminis Communitatum, & illæ receptationis bannitorum, ac etiam impoſitionum onerum cum ſimilibus edictis & proviſionibus, ut in eis legantur eadem verba; Et tamen praxis docet, ut non comprehendant ſtatum verè mediatum, ut ſunt Regnum Neapolitanum, & iſti Ducatus Parmæ & Placentiæ, ac etiam priùs ante devolutionem erant Ducatus Ferrariæ & Urbini.

Benè tamen dicebam comprehenſionem reſultare ab ejuſdem Bullæ ratione vel fine, ad quem principaliter prodierat, ob imminentem ſcilicet ſeu veriſi-
6 militer ſperatam (qualem eventus docuit) devolutionem feudi Ferrariæ, de qua ſuprà *diſc.* 2. *& in alijs*, ideoque circa ipſa feuda majora in genere tam in caſu devolutionis, eorumque incorporationis cum reliquo ſtatu quàm etiam inveſtitura durante, quatenus illa proroganda eſſet contra prohibitionem dictæ Bullæ Clementis IX. advertebam, quod de comprehenſione dubitandum non eſſet.

Illam tamen dicebam dignoſci differentiam inter iſtam ſpeciem ſtatus verè mediati, & alteram ſtatus immediati, quod in hac ſecunda ſpecie, ubi aliquorum Caſtrorum, & locorum juriſdictionalium devolutio ſeu reverſio ad Cameram & Sedem Apoſtolicam ſequatur, ſive ſit ex cauſa veræ devolutionis ob lineam finitam, ſive ex illa caducitatis vel confiſcationis, quinimò etiam venditionis poſt certum tempus, juxta bullam Clementis Octavi, quæ Baronum nuncupatur, non poſſunt aliis ampliùs concedi in feudum, vel gubernium, aut Vicariatum, quamvis ſubordinatum, cùm ſolùm cadere poſſit ratio dubitandi in conceſſione commoditatis, juxta motivata ſuprà *diſc.* 61. ut agendo etiam de locis obventis ad Cameram ex cauſa confiſcationis, ratione privati delicti, rejecto *conſ.* 16. *Spada lib.* 2. advertitur infrà *hoc eod. diſc. & alibi*.

Secùs autem in altera ſpecie ſtatus mediati conſiſtentis in hujuſmodi feudis majoribus & regalibus conſtituentibus Regnum vel Principatum abſolutum, ut in ſpecie agendo de iſto Ducatu Parmæ,
7 habetur ſuprà *diſc.* 12. *& in alijs*; Quoniam non prohibetur ipſe Princeps feudatarius ceſſante fraude, aliiſque concurrentibus feudi requiſitis, de quibus ſuprà *diſc.* 1. *& alibi*; loca aliàs conceſſa & devoluta, ſive alia nunquam conceſſa nec infeudata, vel ſubinfeudata, quoties non ſint de expreſsè prohibitis ſubinfeudare, ſeu aliàs concedere in forma tamen ſubfeudi, omninò ſubordinati & dependentis, firmis remanentibus alto dominio & ſuperioritate penes ipſum feudatarium majorem concedentem juxta notoriam ac frequentem praxim Regni Neapolitani, ac etiam iſtorum Ducatuum Parmæ, & Placentiæ, & illam prædictorum Ducatuum Ferrariæ & Urbini, ut præſertim advertitur *d. diſc.* 1. *nu.* 10. *& ſeqq.* atque in hoc ſenſu dicebam intelligenda eſſe à me dicta ſuper
8 non comprehenſione ſtatus mediati.

Habet iſta diſtinctio evidentem differentiæ rationem, quoniam in prima ſpecie ſtatus immediati, non cadit terminus ſubfeudi vel excadentiæ, utpote cadens in conceſſionibus, quæ fiant per feudatarium, quoniam cum conceſſiones faciendæ ſint per Papam, dicuntur immediatè & in capite juxta hujuſmodi terminorum diſtinctionem, de qua ſuprà *diſc.* 7. *& alibi*. In altera verò ſpecie ſubfeuda, quæ per feudatarium conceduntur (quoties cum dicta dependentia, & ſubordinatione ſequantur) non ſunt verè feuda, neque importare dicuntur ipſius feudi diviſionem vel 9
ſciſſuram, ideoque ejus unitati non præjudicatur; Eatenùs enim in utriuſque Siciliæ Regnis ſubinfeudationes prohibitæ ſunt ipſis feudatariis, quatenus ita diſponat, vel ita interpretata, & recepta ſit illorum lex particularis in Conſtitutione, quæ incipit *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, ut advertitur *eod. diſc.* 1. ubi agendo de natura hujuſmodi feudorum majorum redolentium principatum, habetur iſta connaturalis facultas, ut ea mediante poſſit ille Princeps ſibi conſtituere milites qualificatos primi ordinis.

Major itaque dubitandi ratio conſiſtebat in qualitate perſonæ, cui hæc ſubinfeudatio fiebat, quod ſcilicet eſſet manus mortua, penes quam deſperata eſſet devolutio, unde deficere dicitur magis eſſentiale requiſitum ſubinfeudationis, ut fiat alteri æqualis conditionis, ità intelligendum ut *eod. diſc.* 1. habetur; Verùm advertebam, quod id non percuteret controverſum particularem punctum Bullæ Pianæ, ſed potiùs materiam generalem ſubinfeudationis juxta terminos juris communis feudalis, ut ſcilicet ita ceſſaret illa ſubinfeudandi facultas, quàm aliàs feudatarius habeat ut propterà requiratur Domini aſſenſus, qui ex hoc motivo juſtè negari poteſt, adeò ut dicenda veniat alienatio prohibita, ex deductis *eod. diſc.* 1. ſed in hac facti ſpecie ob ejus particulares circumſtantias locus erat conceſſioni aſſenſus ob magnam feudi, ac ipſius Domini utilitatem, dum à manu mortua obtinebatur longè majus & debebatur minus, ideoque feudi conditio fiebat melior.

Quo verò ad caſum converſum locorum, quæ per 10
Eccleſiam dabantur Duci vel feudo, magis planum eſſe dicebam (etiam cum ſenſu veritatis) quod caſus non caderet ſub Bulla; Tum ob ceſſantem ejus rationem conſiſtentem in diſmembratione, vel diminutione principatus temporalis Eccleſiæ, dum ità potiùs augeri dicebatur ob notabilem dilatationem finium feudi, tollendo hæc bona à manu mortua, eaque transferendo in feudatarium, per cujus lineæ maſculinæ finem, ſperari poteſt devolutio, & iſtud incrementum à natura; Tum etiam quia iſta ſpecies dominii non cadit ſub bulla.

Siquidem in hoc propoſito tres ſpecies dominii temporalis in Papa conſiderandæ veniunt; Prima ſcilicet magis generalis & habitualis in univerſo orbe, omnibuſque Regnis, principatibus & dominiis, quam tanquam Chriſti Vicarius habere dicitur, & cum qua ex fidei præſertim motivo Reges, & Principes deponere poteſt, eorumque Regna & Principatus aliis concedere juxta exempla deducta *diſc.* 2. *in relat. Curiæ* ubi latè de hac poteſtate; Et certum eſt, hanc ſpeciem ſub dicta Bulla non cadere.

Altera ſpecies alti dominii & ſuperioritatis habitualis vel intellectualis, quam Papa pariter uti Papa & Chriſti Vicarius, tanquam Epiſcopus Eccleſiæ univerſalis iſtius, ac Sedis Apoſtolicæ nomine habere dicitur pariter per univerſum orbem in dominiis temporalibus, quæ obtinentur per Eccleſias inferiores juxta caſus, de quibus agunt deductis ſupra *diſc.* 60. Et pariter iſta ſpecies abſque dubio non cadit ſub Bulla, dum iſta expreſſe loquitur de dominio temporali, & ſic de tertia ſpecie, in qua Papa conſideratur potiùs tanquam Rex, ſeu Princeps temporalis, ut advertitur *d. diſc.* 2. *in relat. Curiæ & hoc eod. tit. ac alibi pluries.* Ita comprobante quotidiana praxi ſuper beneplacito Apoſtolico, quod concedi ſolet in alienationibus, aliiſque conventionibus, quæ ſuper dominiis temporalibus fiant per Eccleſias inferiores ultra montes, &

præſertim

ſamet Italia, ut docet praxis in caſu de quo *d. diſc. 60.* adeout Bulla reſtricta ſit ad tertiam ſpeciem.

His itaque ſic ſtantibus, dicebam initare dilemma, quod aut iſtud dominium cenſendum eſt de ſecunda ſpecie, & tunc non cadit ſub Bulla; Aut de tertia & tali caſu nulla dicebatur fieri alienatio in eum, qui non haberet, quoniam cum inveſtitura Pauli Tertii
13 hujuſmodi Ducatuum Parmæ, & Placentiæ contineret totum id, quod Sedes Apoſtolica in hac ratione ditionis temporalis poſſideret in ea regione, quæ nuncupatur Gallia Ciſalpina, ſeu veriùs Tranſpadana, ità jam huic feudo de quo agebatur, annexum erat hoc dominium, dum ex eadam ratione ad Cameram Ducalem ſequuta eſt devolutio illorum feudorum, quæ ante hanc inveſtituram directè ac immediatè per Sedem Apoſtolicam conceſſa fuerant, ut præſertim patet ex caſu, de quo ſuprà *diſc. 74. cum ſimilibus.*

Ac propterea advertebam, quod iſta conventio aliud non importaret niſi reverſionem hujuſmodi locorum ad ſuam majorem unitatem & conſolidationem dominii uniti vel ſubalterni cum illo directo vel alto, pariter ſubalterno, quod comparativè, ut infrà penes majorem feudatarium eſſe dicitur.

Quamvis etenim aliquibus ex Cardinalibus iſta con-
14 ſideratio videretur metaphyſica ex regula juris, quod idem dominium directum, ſive altum eſſe non poteſt penes duos inſolidum, ex altera propoſitione, de qua præſertim *diſc. 146. de eo* ac etiam *hoc eod. tit. diſc. 1. & alibi*, ut ſcilicet hoc directum & altum dominium, ac major ſuperioritas, quæ vulgò *Sovranità* appellatur, concedi non poſſint, neque avelli a corona, vel principatu, undè propterea nemo poteſt ſibi facere æqualem; Dicebam tamen, quod iſta eſſet levis difficultas, quoniam illud idem dominium directum & altum, quod Sedes Apoſtolica retinet in feudo majori, & ſic in toto corpore, retinere quoque dicitur in hoc membro, ſeu parte; Feudatarius autem dignitatis, ac feudi regalis, comparativè ad ſubfeudatarios, & inferiores Barones, & domicellos (de quorum genere iſta Epiſcopus cenſendus eſſet) habere dicitur quoddam dominium, quod etiam altum & directum dicitur, ſed ut dictum eſt, comparatione inferioris dominii utilis impropriè & abuſivè, adeò ut comparatione illius veri, ac proprii alti & directi dominii, quod reſidet penes infeudantem, dicatur ſubalternum, undè propterea aliqui ad diſtinguendum iſtas ſpecies, illud majus, quod remanet penes Dominum, appellant altiſſimum; eodem modo, quo in Papa juxta primam ſpeciem de qua ſuprà; Et ſic eſt quædam dominiorum gradualitas compatibilis pro reſpectuum diverſitate, ob quam non implicat in eadem re concurſus plurium dominiorum in ſolidum, ut præſertim habetur ſuprà *diſc. 62. & alibi plures*, atque juxta illam gradualitatem, quæ in eadem juriſdictione Eccleſiaſtica vel ſpirituali dignoſcitur inter Epiſcopum Metropolitanum, Primatem, ſeu Patriarcham Legatum Apoſtolicum de latere, & Papam; ſive in temporalibus inter Imperatorem vel Regem omnino independentem, & ejus generalem Vicarium vel Præſidem, & ſucceſſivè Gubernatores, & Magiſtratus majores, ac reſpectivè minores ac Barones & Domicellos, Undè propterea hujuſmodi feudatarij majores, ſupremorum Principum figuram gerentes, ac poteſtatem, & jura exercentes, dicuntur tanquam Vicarij generales, & ſupremi Magiſtratus, ſive Legati habere altum dominium, & majorem ſuperioritatem in actu, ſeu exercitio, ejus habitu remanente penes infeudantem.

Ex hoc autem probabilius manere videtur, ut in illis Caſtris & locis, quæ in dominio temporali poſſidentur per Eccleſias inferiores in Regno Neapolitano jure allodii (cum in illis, quæ obtineantur jure
15 ſubfeudi, nulla cadat ratio dubitandi) procedant potiùs ea, quæ habentur apud *Apont. deciſ. 2.* quàm ea, quæ habentur apud *Spad. d. conſ. 5. & 6. lib. 1. & ſuprà d. diſc. 60.* cum Rex ſit feudatarius Papæ & Sedis Apoſtolicæ, ideoque ad evidentiam convincitur error & connaturalis ineptia aliquorum modernorum, quod non reflectendo ad hujuſmodi diſtinctiones & circunſtantias, confundunt caſus & auctoritates, applicando *d. deciſ. Apont.* & concordantes aliis caſibus, quibus ea ratio non congruat.

Sublata itaque hac prima difficultate, atque firmato, quod revera caſus non caderet ſub Bulla Piana; Aſſumpta fuit quæſtio ſuper ſecundo puncto utilitatis juxta terminos generales *Extravag. Ambitioſa.*

In hoc autem ingenuè dicebam, potiùs more ſcribentis pro veritate, quàm more Advocati, vel conductitii ſcriptoris ad opportunitatem conducentis; quod quando ageretur de bonis privatis indifferentibus, utilitas Eccleſiæ ſit indubitata, ob fructuum duplicationem, cùm tamen ſufficeret aliquis exceſſus, quinimo æqualitas, vel etiam minor ſumma compenſata à certitudine *juxta deciſ. Mantica 101. cum aliis relatis diſc. 1. de alienat. & contract. prohibit.* (ubi generaliter de hac materia alienationis bonorum Eccleſiæ) *num. 45. & ſeqq.*

Et multò magis dum aliæ accedebant circunſtantiæ 16
majoris viciniratis, ac majoris commoditatis bonorum, quæ per Eccleſiam in excambium recipiebantur, & ſuper quibus replendo inutiliter, carthas cum copioſis allegationibus nimium ſe diffundebant aliqui ſcribentes ex parte Ducis, procedendo cum modernis collectoribus, de iſta materia alienationis bonorum Eccleſiæ agentibus.

Sed quoniam agebatur de bonis juriſdictionalibus
ita qualificatis, adeout redolerent quandam ſpeciem 17
dominii independentis in natura parvi principatus; hinc proindè, quando ageretur de omnimoda alienatione & tranſlatione in alium principem vel dominum, adeout loca non remanerent in dominio & ditione Eccleſiæ Romanæ, vel Sedis Apoſtolicæ, tunc in nulla conſideratione habenda eſſet duplicatio fructus, atque benè procederent difficultates per ipſam Congregationem excitatas, ut æſtimari deberet ipſa ſors principalis, quæ ita videtur eſſe inæſtimabilis, ac non de facili recompenſam admittit, ut advertitur *diſc. 51. de præeminent.* unde propterea praxis docet, quod quantumvis cum magnis ſumptibus & incommodis tueri expediat aliqua dominia, potiùs damnoſa, ut (ex.gr.) praxis docet in Monarchia Regis Catholici circa dominium Flandriæ, nec non illud Orani, aliorumque locorum in Africa; atque in ipſamet Italia, in Portubus Hetruriæ, & alibi; Ac etiam in hoc principatu temporali Eccleſiæ ſequitur in ſtatu Avenionenſi in Gallia, & in Italia in ſtatu Caſtri, empto inveſtitura durante, ut advertitur *diſc. 80. de regalib. cum ſimilibus.*

Concluſio etenim, de qua *d. diſc. 1. de alienat. & contract. probib. num. 50. & ſeqq. & ſuprà hoc tit. diſc. 19. 24. & in aliis*, & juriſdictionalia æſtimentur in medietate pluris, quàm bona privata indifferentia, quoties ratione onerum feudalium non mereantur potiùs, minùs æſtimari, juxta ponderationes, de quibus *locis citatis*, procedit in bonis juriſdictionalibus inferioris ordinis, redolentibus ſimplicem baroniam vel domicellariam qualitatem ſubordinatam, non autem, ubi de hac ſpecie dominii plenè & independentis.

Ac propterea ut præmiſſum eſt, quando cum extraneo & independenti Principe, vel cum ſubdito alterius principatus ageretur, tunc certum eſſet, quod non diceretur adeſſe utilitas fructuum duplicatione neglecta, cum revera non præponderet.

SC

Adhuc tamen (his non obſtantibus) in facti ſpecie
18 evidentem utilitatem verificari dicebam, quoniam diſtinguendo Eccleſiam inferiorem à majori Eccleſia univerſali, quæ dicitur vera, & habitualis domina omnium bonorum, quæ poſſideantur per Eccleſias inferiores, inter quas diſtributa eſſe dicuntur jure fruitionis & utilitatis potius burſalis, ac etiam præeminentialis & ſubordinatæ; Idcirco principaliter ſpectanda eſt utilitas major Eccleſiæ univerſalis, qua concurrente, negligi ſolet illa Eccleſiæ inferioris, à qua etiam cum damno & diminutione, & abſque aliqua recompenſa, caſtra vel bona diſmembrari ſolent, illaque incorporari Sedi vel Cameræ Apoſtolicæ, ut per Gregor. XIII. factum eſſe de dominio Caſtrorum Vallis & Monthionis ab Eccleſia Maſſana habetur ſuprà *diſc. 54. & ſeqq.* & per eundem Pontificem factum fuit de molendinis Eccleſiæ metropolitanæ Ravennatenſis applicatis, extincta etiam aliàs aſſignata præſtatione pro recompenſa in caſu, de quo *deciſ. 51. & 52. poſt Pacichel. de diſtant. cum ſimilibus*; multò igitur magis ubi utrique ita conſultum remaneat inferiori ſcilicet cum redditu duplicato & majori cum pleriſque utilitatibus exindè reſultantibus.

Primò ſcilicet, quod ita dilatabantur fines
19 feudi majoris cujus devolutionis poſſibilitas adeſt, quæ deficit continuantibus bonis in Eccleſia manu mortua.

Secundò quia efficiebantur feudalia illa bona privata indifferentia, quæ aſſignabantur Eccleſiæ inferiori in recompenſam, & quæ aliàs in caſu devolutionis eſſent liberè tranſmiſſibilia.

Tertiò, quia ita tollebatur occaſio ſcandalorum & inconvenientium ratione controverſiarum juriſdictionalium & jurium regalium inter Ducem, & Epiſcopum eorumque reſpectivè officiales & miniſtros.

Et quartò fortiùs ac evidentiùs, quod ita utraque Eccleſia major & minor notabilem reportabant utilitatem, quoniam cum iſta incorporatione feodo majori ponebantur magis in tuto omnimodum dominium ac jura Sedis Apoſtolicæ, atque tollebatur occaſio quæſtionis, de qua apud *Spad. d. conſ. 5. & 6. Apont. d. deciſ. 2. Faiard d. allegat. 34. & ſeqq. & d. diſc. 60.* ita occurrendo illis prætenſionibus, quæ ex parte poteſtatis ſæcularis promoveri poſſent ſuper directo & alto dominio.

Alia quoque reſultante utilitate melioris defenſionis hujuſmodi locorum, jurium que juriſdictionis cum Principibus confinantibus, præſertim in temporibus calamitoſis belli divini vel humani, ſeu penuriæ.

Demum quoad tertium & ultimum punctum oppoſitionis ſubditorum, an ſcilicet iſta attendi debe-
20 ret, necne; Cùm ſcribentes pro oppoſitoribus deducerent ea, quæ inſinuantur ſuprà *diſc. 38. & 110.* ac etiam *diſc 148. de regalib.* ſuper vaſſallorum prælatione in venditione feudi; Attamen advertebam id continere æquivocum clarum, quoniam hæc prælatio non provenit ab aliqua diſpoſitione juris, ſed à quadam non ſcripta æquitate fundata in duplici ratione; Primò nempè quoniam ita jus domini in nihilo fit deterius, imò melius, dum obtinet idem pretium, quod ab alio feudi, ſeu loci emptore obtentuius eſſet, atque adhuc remanet dominus, & ſuperior, ut *eod. diſc. 148. de regal.* habetur; Et ſecundò quoniam valdè ſubditorum intereſt non eſſe ſub Barone vel Domicello, ſed ſub immediato Regis vel Principis dominio & regimine, ob quamplura præjudicia reſultantia ex baronali vaſſallaggio, & præſertim illud, de quo *ſub tit. de præeminent. diſc. 31.*

Utramque autem rationem in præſenti ceſſare dicebam, quoniam aliàs utrique Eccleſiæ inferiori & ſuperiori adimerentur plures utilitates, de quibus ſuprà & quas vaſſalli oppoſitores ſupplere non poterant, ac etiam quia eorum conditio ita melior efficiebatur, faciendo tranſitum à domino inferiori ad ſuperiorem & Principem; Ideoque oppoſitionis ratio erat illa, ob quam ſubditi Eccleſiarum habentium inferiores Prælatos, adeò tenaciter adverſùs Epiſcopos ſolent ſe opponere ac litem ſubſtinere ex deductis *ſub tit. de juriſd. diſc. 1. cum plur. ſeqq.* ut ita ſcilicet majorem habeant vivendi licentiam, atque pro eorum criminibus non ita puniri poſſent à domino minoris potentiæ, idcóque indebita videbatur oppoſitio, meritò non multum conſideratione habita.

Stante verò jam recepta interpretatione & uſu hujus bullæ, ut de locis & Caſtris juriſdictionalibus 21
ad Sedem vel Cameram Apoſtolicam devolutis fieri non poſſit alia conceſſio quocumque nomine & vocabulo explicetur, etiamſi ad vitam, ob ejuſdem Bullæ amplitudinem; Hinc prorſus erroneum maléque fundatum, aliquarum contingentiarum occaſione pro veritate à pleriſque Cardinalibus conſultus, dicere conſuevi, non ſubſiſtere *dictum conſilium 16. Spadæ eod. lib. 1.* in quo firmat, ut iſta Bulla Piana non comprehendat illa Caſtra & loca, quæ ob privata crimina indifferentia cadant ſub publicatione bonorum, eodem modo, quo alia bona privata & allodialia, putà ut in caſu ſuo ob parricidium, quod non eſt crimen feudale, ut latè probat *Capic. Latr. conſ. 131.* quale propriè eſt illud felloniæ, in cujus caſu bullam intrare in locis devolutis ob iſtud crimen dicit idem *Spad. conſ. 23. num. fin. eod. lib. 1.* aſſignando *d. conſ. 16.* quandam rationem differentiæ inter caſum devolutionis ex natura feudi & caſum confiſcationis pœnalis, quod ſcilicet iſta ſecunda ſpecies dicatur eſſe in fructu.

Verùm id continet æquivocum manifeſtum, non ſolùm quia Sedes Apoſtolica profitetur, & ſolet ponere ſub iſta Bulla etiam caſtra & bona juriſdictionalia, quæ ob debita Baronum & feudatariorum ad præſcriptum Bullæ Baronum tanquam privatus emit, quando poſt lapſum certum terminum ſequatur formalis incameratio, ut etiam advertitur infrà *diſc. 132.*

Tum etiam, quia non videtur, quæ differentiæ ratio iorret inter caſum devolutionis vel caducitatis & caſum confiſcationis, cùm idem adamuſſim ſit effectus reverſionis illius rei ad ſuam unitatem & reintegrationis membri ſeparati ejus corpori; ſi etenim à lacu vel fonte deriventur rivuli, qui privatis concedantur, illi verò vel eorum aliqui impedimentum recipiant, ne ad commodum privatorum amplius currant, dicuntur confundi cum lacu vel fonte, atque in eo remanere jure prioris & antiquæ cauſæ, ubi id ſequatur ex natura conceſſionis, & ob illius expirationem ſive ob aliquod inſperatum & extraordinarium accidens, cum ſemper idem ſit effectus, eademque ſit ratio confuſionis partis cum toto, vel membri cum corpore; Undè propterea apud feudiſtas, recepta habetur propoſitio pluries in præcedentibus inſinuata, quod in eodem Regno vel Principatu non poteſt quis eſſe Rex & Baro, & ſic penes dominum non datur feudum, vel dominium diſtinctum à majori, quoties reverſio ſit omnimoda, ac perpetua, cùm ſolùm iſta contradiſtinctio ſit practicabilis in caſu accidentalis acquiſitionis temporalis ac reſolubilis, quia nempè dominus directus, tanquam privatus, emat à feudatario, vel ab emphyteuta, feudum, vel emphyteuſim pacti & providentiæ pro ejus vita, vel jure ex pluries inſinuatis, quod in praxi in hoc Principatu contingibile eſt, quia non obſtante primogenitura vel alio vinculo, intret confiſcatio ad vitam delinquentis abſque tamen præjudicio ſucceſſorum, contingente morte naturali, juxta Bullam Sixti V. ſuper receptatione bannitorum cum ſimilibus, quoniam tunc non dicitur ſequi incorporatio, & reſtitutio membri, vel

partis

partis ejus corpori & noitati, ſed potius fingitur, quod tanquam tertius poſſideat fiſcus pœnalis contradiſtinctus à fiſco dominicali, illam rem tanquam ſpeciem commoditatis, ſive tanquam procurator in rem propriam feudatarii delinquentis & per conſequens non prohibetur idem fiſcus iſtud jus alteri cedere, atque. poſt hæc ſcripta, occaſione juramenti præſtandi in primo Conſiſtorio per Innocentium X I. ſuper obſervantia dictæ Bullæ Pianæ, comperii, quod omnis difficultas hodie in hoc ceſſat ob Conſtitutionem Alexand. VII. ita expreſſe diſponentem, & cujus antea ex quibuſdam cauſis non habebatur notitia, undè propterea dictus Pontifex fuit primùs, qui illam juravit.

Et quamvis aliqui motivarent, quod ſi ita eſſet, a ſequeretur, quod incurrente aliquo feudatario vel Barone, caducitatem ob felloniam, vel aliud crimen, non poſſet remitti; attamen dicebam quod iſtud argumentum non concludit, quando caducitas ſit ſolùm juris, & intellectualis ſine effectu, & ſine rituali, perfecta & omnimoda incorporatione; quoniam tunc actus non importat omnino novam & ex integro conceſſionem vel prorogationem, quæ propriè continentur ſub bulla, ſed ſolum remotionem obſtaculi ad hoc ut prior & antiqua conceſſio duret, & continuet, ſive etiam poſt incamerationem jure poſtliminii, ubi præſertim ſequatur pro executione capitulorum pacla, juxta ea, quæ habentur ſuprà *diſc.* 27. ideoque caſus eſt toto cœlo diverſus.

Adhuc tum cauſa pendet, quia commiſſæ fuerunt meliores informationes ſuper valore & ſuper reddits ad effectum ſe magis certificandi, an præſuppoſita eſſent vera.

---

† VULTURARIEN. JURISDICTIONIS.

Pro Collegio Societatis Jeſu Beneventi, & Cardinali Chiſio cum Principe Aritiæ.

Reſponſum ad cauſam extra Curiam.

De dominiis & juriſdictionibus jure feudi, vel allodii, poſſeſſis per Eccleſias; & incidenter de materia alienationis bonorum Eccleſiæ; Et an emptor in vita Eccleſia venditrice impetrare poſſit beneplacitum Apoſtolicum; Et an pendente diſcuſſione ſuper alienationis validitate vel invaliditate debeat idem emptor manuteneri in poſſeſſione rei alienatæ, ſi eam non ex titulo venditionis, ſed ex diverſo locationis & conductionis obtinuerit, cum aliis ad materiam.

SUMMARIUM.

1 *De uſu Regni Neapolitani circa juriſdictiones, & dominia temporalia in Eccleſiis ſuper caſu controverſia.*
2 *Facti ſeries.*
3 *De ſucceſſione in Regno Neapolitano ad favorem paterni ſecundogeniti, & de præmio Bartholomæi de Capua.*
4 *De abuſu Tribunalium Regni Neapolitani in cauſarum protractationibus.*
5 *De ratione, ob quam facti ſeries diſtinctè narrari debet.*
6 *De ſtylo Cauſidicorum dictorum Tribunalium non exhibendi reſponſa exterorum.*
7 *De incapacitate forenſium & Clericorum exercendi juriſdictionem in dicto Regno.*
8 *In feudis non admittitur ſimulatio, ſed feudatarius dicitur ille, qui eſt deſcriptus in regiis libris vel quinternionibus.*

9 *Eccleſia non poteſt pœnitere, neque revocare contractum, poſt obtentum beneplacitum Apoſtolicum, quamvis adhuc non exequutum.*
10 *Pendente diſcuſſione validitatis vel invaliditatis alienationis, interim manuteneri debet in poſſeſſione ille, in quem facta eſt alienatio.*
11 *Senſus Auctoris in directione cauſa.*
12 *Declaratur concluſio, de qua num. 10.*
13 *Nemo poteſt refricare quæſtionem dominii & poſſeſſionis ejus auctori.*
14 *Beneplacitum Apoſtolicum ex pacto eſt neceſſarium, etiam in caſibus, in quibus aliàs non ſequeretur.*
15 *In materia alienationis bonorum Eccleſia utile per inutile vitiatur.*
16 *De neceſſitate aſſenſus regij in alienatione feudi, & de pœnitentia.*
17 *Quid requiratur ad validitatem dicti aſſenſus, vel beneplaciti Apoſtolici.*

DISC. CXXIX.

Vigente in Regno Neapolitano frequenti (non tamen ſingulari) uſu, quod pleræque Eccle- 1
ſiæ Metropolitanæ, Cathedrales ac Monaſteriales, & aliæ ex conceſſionibus antiquorum Regum, ſive illorum Principum, præſertim Normandorum, qui aderant, antequam illæ Regiones & Provinciæ in Regnum initio duodecimi ſæculi ſub Innocentio Secundo in ſchyſmate Pyer Leonis erigerentur, ac etiam ex modernis oneroſis & emptitiis titulis aliqua Oppida & Caſtra cum juriſdictione temporali jure baroniæ poſſideant; ſub tribus tamen diverſis ſpeciebus; Una ſcilicet in allodium cum plena & omnimoda juriſdictione tam civili quàm criminali, adeout iotter illa quæſtio, de qua apud *Apont. deciſ.* 2. & *ſuprà hoc tit. diſc.* 60. Altera pariter jure allodii vel etiam feodi in earumdem Eccleſiarum facie vel nomine cum ſola juriſdictione civili & quandoque etiam mixta penes Regem reſidente criminali, ac reſpectivè mixta & civili in ulterioribus inſtantiis; Et tertia jure feudi emptitii ex titulo oneroſo quæſiti ad ſolum commodum ſive utilitatem ipſo feudo, cantante in perſona alicujus ſæcularis, nudum nomen habentis eo modo, quo in Urbe dicimus in officiis & penſionibus in iis, qui *Teſtaaſferro* nuncupantur, ut de pluribus hujuſmodi dominiis temporalibus Eccleſiarum in illo Regno, & alibi incidens mentio habetur *ſub tit. de juriſdict. diſcurſ.* 1. *cum pluribus ſeqq. & alibi*, ac etiam *hoc tit. d. diſc.* 60. & *in aliis.*

Quando Eccleſiæ dominium ſit juxta ſecundam ſpeciem in ſola ſcilicet juriſdictione civili vel etiam mixta primæ inſtantiæ criminali vel reſpectivè mixta ſeu civili ulterioris inſtantiæ reſidente penes Regem, ſolet iſte frequentiùs pro ea conſuetudine infeudandi, non ſolùm Oppida & Caſtra, ſed etiam nobiles, & qualificatas Civitates, quæ illius Regni valdè infelicem, ac miſeram reddit conditionem, iſtam quoque juriſdictionem infeudare; adeout ejuſdem loci duo ſint diverſis reſpectibus Barones, ac Domini, Eccleſia ſcilicet, vel ejus Prælatus, qui verè, ac juridicè eſt loci Baro, & iſte feudatarius, qui juriſdictionis utilis Dominus eſt, tanquam per ſpeciem perpetui gubernii.

Cùm itaque Monaſterium regulare hodiè Car-
dinalibus, vel Prælatis in Commendam concedi 2
ſolitum, juxta præmiſſam ſecundam ſpeciem, poſſideret Baroniam, ac utile dominium, cum juriſdictione civili, & aliqua mixta primæ inſtantiæ Oppidi S. Bartholomæi in Caldo, & annexorum, juriſdictionem criminalem, ac reſpectivè mixtam, ac etiam civilem ſecundarum cauſarum Cardinalis Arigo-

nius Archiepiſcopus Beneventanus, pro pretio ducatorum unius, & viginti millium, in faciem cujuſdam ſæcularis Baronis adjacentis Oppidi S. Georgii quæſivit, illumque donavit Collegio Societatis JESU, ejuſdem Beneventanæ Civitatis, adjecta ſtrictiſſima alienationis prohibitione, ſub pœna caducitatis; Verum iſta prohibitione neglecta poſt ſexaginta circiter annorum decurſum, de anno 1669. Collegium prædictum, ex cauſa diſſolvendi æs alienum, quo premebatur illam, & pleraque bona allodialia à præfato Cardinale inſimul quæſita, pro pretio ducatorum octo millium circiter, vendidit Bartholomæo de Capua Principi Ariciæ Comiti Altavillæ, ſucceſſoris illius Bartholomæi de Capua, qui fœlix in legum ſtudiis, & cauſarum defenſionibus, ob reportatam
5 victoriam, pro Rege Roberto in adeò celebri quæſtione coram Papa agitata, inter patruum ſecundogenitum, & nepotem, ex primogenito prædefuncto, in talis patrocinii, ac victoriæ, in præmium, prædictum Altavillæ Comitatum, qui à *Bertholo* magni Comitis denominationem reportavit, aliaque feuda, & loca obtinuit, ſub [illegible] expreſſa tamen reſervatione beneplaciti Apoſtolici, cum clauſula, *& non alibi aliter, nec non* [illegible] *modo*, infra annum ab eodem Collegio impetrando ſub pacto reſolutivo in caſu non impetrationis, & legitimæ exequutionis intra dictum terminum, & cum expreſſa proteſtatione, quod interim neque dominium, nec poſſeſſio, aut quodcumque jus ab ipſo Collegio abdicatum, ſive in ipſum emptorem translatum cenſeretur; Alio quoque in eodem inſtrumento, inter eaſdem partes inito contractu locationis, & conductionis dictæ juriſdictionis, pro conventa penſione dicto pretio proportionata ad triennium.

Agnoſcens verò idem Collegium, ex ſuperventa notiiia dictæ prohibitionis pœnalis, ac etiam longè majoris pretii, pro quo hæc acquiſitio facta erat non expedire, ut hujuſmodi contractus effectum ſortiretur, hinc beneplaciti Apoſtolici impetrationem neglexit intra præfinitum terminum, quo expirato, ejus nomine Procurator Generalis Societatis in Curia, contractum reſolutum declaravit, deindeque idem Collegium (cum imprudenti tamen conſilio) eandem juriſdictionem, cum beneplacito Apoſtolico ad novennium inchoandum poſt dicti triennii finem, locavit Cardinali Chiſio Alexandri Septimi nepoti, præfatæ Abbatiæ Commendatario, & per conſequens loci Baroni; Iſtoque una cum ipſo Collegio locatore ſibi aſſiſtente, petente poſt triennii lapſum, ac expiratam priorem locationem, dictæ juriſdictionis, & bonorum poſſeſſionem, ſe oppoſuit præfatus conductor, ac reſpectivè emptor, qui infra triennium (elapſo tamen primo anno convento) beneplacitum Apoſtolicum in conſueta forma, ſi in evidentem, Ordinario loci directum impetrare curaverat, atque cauſam in eo ſacto Conſilio committi curando, prætenſionem excitavit ſuper ejus manutentione in poſſeſſione, ex altero emptoris titulo, donec penderet diſcuſſio cauſæ, an ſtante impetratione beneplaciti Apoſtolici Ordinario præſentati, quamvis non exequuti, potuiſſet Eccleſia pœnitere necne; ſive an tale beneplacitum fuiſſet neceſſarium.

Atque deſuper per plures annos pendet, aliorumque
4 multorum forſan ſpatio pendebit indeciſa cauſa, pro illorum Tribunalium hodierno verè damnabili, & commiſerando abuſu efficiendi perpetuas etiam illas cauſas, quæ verè nullam probabilem dubitandi rationem habeant, eiſque dandi magnam diſputationis dotem; qua verè ſint indignæ, juxta præſentis controverſiæ caſum, clarius verò juxta alterum, de quo *ſub tit. de Regalibus diſc.* 2. *& alibi*, & præſertim *hoc eodem tit. & ſub tit. de credit. diſc.* 27. *&* 30. *cum ſimilibus*.

Non inutiliter tamen, nec ſuperfluè, ſed ſtudioſè, ac opportunè (ut in pleriſque aliis) iſta facti ſerie 5
ita ſingillatim, & diſtinctè enarrata, cum ex illa prodeat articulorum juris reſolutio, ſive concluſionum, & auctoritatum opportuna applicatio, ad quod modernum leguleiorum vulgus pragmaticum, non benè advertit.

Meritò autem ſupra inſinuatum fuit, ex malo, ac imprudenti conſilio poſteriorem locationem ad novennium præfato Cardinali factam eſſe, adeout ſerotina fuerit admonitio à me facta eidem Cardinali, in cujus gratiam ſcripſi, potius ad inſtructionem illorum
cauſæ defenſorum, dum pro eorum ſtylo, exterorum 6
conſilia, vel reſponſa, præſertim verò hujus Curiæ Advocatorum, nunquam lucem vident, neque Judicibus exhibentur, ſed auctoritates, ac rationes, quæ in eis deducuntur, in propriis allegationibus, vel informationibus, cum eo Moderno correnti verè damnabili, & contemptibili ſtylo, tranſcribunt, ita corrupto, ac abolito illo antiquo, verè nobili, nimiumque commendabili ſtylo, qui in allegationibus *Annæ ſenioris, & in conſiliis Aponte, Staibani ſen. ac Reviti, & ſimilium cernitur*, & in pleriſque diverſorum antiquorum allegationibus *regiſtratis in tertio volumine de Marinis*, in illis præſertim *Ioannis Angeli Piſanelli*.

Duos namque malos, & cauſæ præjudiciales effectus iſtud imprudens conſilium produxit, pro dictæ injuſtæ
oppoſitionis fomento, ac diuturna protractione cau- 7
ſæ; Primò nempe faciendo locationem ad longum tempus, & extero; Unde propterea dupliciter aſſenſus Regius neceſſarius erat, poteſtatis Protegis etiam ratione forenſitatis aliqua dubitatione cadente; Et ſecundo fortius ratione Clericatus conductoris, ob Clericorum inhabilitationem in dominio, & poſſeſſione, ac exercitio juriſdictionis ſæcularis, ex inſinuatis ſupra *eod. tit. diſc.* 18.

Quatenus itaque ad cauſam pertinet; Duo erant Oppoſitoris fundamenta; Primò nempe, quod in iſto emptionis, & venditionis contractu nullatenus obſtaret diſpoſitio *extravag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alienan.* Ideoque nulla ſubeſſet beneplaciti Apoſtolici neceſſitas, minuſque ejus defectus, contractus vali-
ditatem, & perfectionem impediret, cum iſta eſſet 8
juriſdictio feudalis, cujus feudatarius erat præfatus ſæcularis Baro Oppidi S. Georgij, qui deſcriptus eſt in Regiæ Curiæ quinternionibus; Nil obſtante, quod ejus nomen ibi ſimulate adjectum eſſet, commodo verè pertinente ad Eccleſiam, ex concluſione de qua ſupra *diſc.* 7. & alibi, per Rotam Romanam quoque firmata apud *Bich. deciſ.* 96. quod in feudis non admittitur ſimulatio, neque locum habet titulus *plus valere quod agitur &c.* Sed verè ille dicitur feudatarius, in quo feudi ſubſtantia reſideat, qui in præfatis Regiis quinternionibus eſt deſcriptus; Quod etiam in officiis, & locis Montium, aliiſque juribus regalibus ad feudorum inſtar in pleriſque regulari ſolitis, pluties in ſua ſede advertitur *ſub tit. de regalib.*

Et ſecundò, quod pœnitendi facultas, quæ Eccleſiæ competit, ceſſat poſt obtentum, quamvis ad-
huc non exequutum beneplacitum Apoſtolicum, ni- 9
mium ſuper hoc aſſumpto magnificando auctoritatem *Gratiani diſcept.* 514. *num.* 9. *& ſeqq.* ſuper qua auctoritate circa iſtud aſſumptum, informationes ſcribentium pro oppoſitore, unicè circumferebantur, eam nimium amplificando, quaſi quod eſſet magna, & peregrina auctoritas.

Atque hinc inferebant ad concluſionem, de qua
apud Franch. deciſ. 163. *numer.* 11. *ubi addentes, &* 10
Giurb. obſerv. 113. *num.* 18. ut ſcilicet donec diſcutiatur alienationis nullitas atque cauſa cum re judicata, vel cum tribus conformibus terminetur non debeat poſſeſſor, in quem alienatio facta ſit,

ejus

ejus poſſeſſione privari, ſed potiùs interim in ea manuteneri.

Deſuper itaque ex parte præfati Cardinalis Con-
11 ſultus agnitis prædictis difficultatibus, ex ejus per-
ſonæ qualitate reſultantibus, fui in ſenſu, (incertum
eſt tamen, ex quo ſpiritu, vel ratione per cauſæ de-
fenſorem in partibus non amplexo) ut concorditer ab
hac locatione recederetur, atque cauſa agitaretur in
foro nomine Collegii venditoris, alteram ſuo tempore
poſt cauſam finitam ineundo locationem & conduc-
tionem in faciem alicujus Regnicolæ ſecurioris,
ut ita dictæ difficultates ceſſarent pro Collegio ven-
ditore.

Hinc proindè ſolùm ſcribendo dicebam etiam cum ſenſu veritatis, ut nimium clarè injuſta, nullique juris fundamento, nec quidem colorato: innixa eſſet præfati prioris conductoris, ac reſpectivè emptoris oppoſitio, ac prætenſio, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio.

Reſpectu ſiquidem judicii poſſeſſorii manutentio-
12 nis, in quo magis inſiſtebatur hinc indè; Dicebam
quidem eſſe in puncto juris in ſuo caſu præfatam con-
cluſione favore poſſeſſoris, non ſpoliandi, ſed inte-
rim pendente diſcuſſione nullitatis manutenendi in
poſſiſſione, ſed quod nimium evidens fallacia erat in
applicatione ad caſum, quoniam ubi etiam ex ipſo
emptionis vel alterius alienationis titulo emptor poſ-
ſideret, adhuc tamen dicta concluſio procedit, atque
intelligenda eſt, quando agatur de nullitate turbida
& altioris indaginis, quodque illa exequutioni jam
demandata fuerit, cum tranſlatione poſſeſſionis in
emptorem; Secùs autem ubi ſit evidens & clara, cùm
tunc manutentio potius ipſi Eccleſiæ alienanti debita
ſit, ut ità diſtinguendo plenè habetur apud *Merlin. deciſ.* 702. *num.* 40. *& ſeqq. & Ottobon. dec.* 141. *num.* 20. *cum ſeqq.* & advertitur *diſc.* 1. *de alienat. & contract. prohib. num.* 103. *& alibi.*

Multò verò magis ac extra omne principium dubitandi, dum contractus nullam habuit exequutionem, nullaque poſſeſſio in emptorem tranſlata fuit: quinimò expreſſe conventum eſt contrarium, ut interim nullum dominium, vel jus, nullaque poſſeſſio in emptorem transferretur; Et fortius, quia id non ſolum explicatum eſt in verbis, ſed factis, cum idem emptor eadem bona, & jura in contractum deducta, non obſtante venditione, titulo conductionis obtinere, ac poſſidere profeſſus fuerit, quod eſt de directo contrarium, cum non detur conductio rei propriæ, ac propterea non poſſit conductor finita conductione
poſſeſſionis, vel dominii quæſtionem proprio auctori
13 refricare, ad nimium vulgatum textum *in l. ſi quis con-*
ductionis C. locat. ſuper quo multa ad ſatietatem de
more colligit *additionator ad deciſ.* 420. *par.* 4. *recent. tom.* 2. & advertitur pluries *ſub tit. de locato*, ac etiam *ſub tit. de feud. & de emphyt. & alibi*, cum receptum ſit, iſtam regulam procedere quoque in materia feudali, & emphyteutica, & in omni alio caſu, vel actu, per quem unus ab altero rem accipiat, ex collectis per *adden. ubi ſupra*, *Ottob. deciſ.* 105. *num.* 5. *&* 121. *num.* 15.

Reſpondendo autem ad objecta; Quatenus pertinet
ad primum ceſſantis neceſſitatis bene placiti Apoſto-
14 lici, eo quia ageretur de feudo, cujus ſubſtantia reſi-
deat in perſona ſæculari, ut ſupra, advertebam plures
cadere reſponſiones, quarum una ſufficeret, multo
magis eis omnibus ſimul junctis; Primò nempe, quoniam cum iſtud beneplacitum fuerit expreſſe in conventionem deductum, cum clauſula *alias, & non aliter, nec alio modo*, ita dicitur effectum fuiſſe neceſſarium, atque impediens perfectionem actus, ex voluntate Partium, quamvis alias de jure non requiratur, *Bich. dec.* 660. *Cavaler deciſ.* 253. *Gregor. & add. dec.* 192. *Buratt. & Add. dec.* 374. *& paſſim.*

Secundò, quia in eodem contractu continebantur quædam bona allodialia indifferentia, ſine
dubio de dominio ipſius Eccleſiæ, in quibus non in- 15
trat dicta ſpecialis conſideratio, quæ in feudo, & per
conſequens, ob iſtam mixturam actus, corruit in totum, ex veriori, magiſque recepto aſſumptu, de quo in ſua ſede *ſub tit. de alienat. & contract. prohib. diſc.* 1. & alibi pluries, quod ſcilicet in hac materia utile, per inutile vitiatur, ideoque defectus in parte, vitiat totum.

Tertiò, quia licet quoad ipſum Dominium, feudum reſidere dicatur penes fiduciarium deſcriptum in ejus libris, eodem modo, quo in officiis, & locis Montium habemus, attamen in ſpecta veritate naturali, iſta juriſdictio, cum annexis pertinet ad Eccleſiam, per quam alienari, & diſmembrari dicitur, ideoque rectè intrat diſpoſitio *extravag. Ambitioſæ* cum concordantibus, de quibus *d. diſc.* 1. *cum pluribus ſeqq. de alienat. & contract. prohib.* ubi de hac materia alienationis bonorum Eccleſiæ.

Et quarto demum, extra omnem controverſiam, 16
quoniam retentis etiam terminis feudalibus ad validitatem, & perfectionem contractus neceſſarius erat aſſenſus Regius, magis præciſe in eo Regno, ob magis strictam prohibitionem, reſultantem a ſæpius in præcedentibus enunciata Conſtitutione, quæ incipit *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, adeo amplè intellecta, & practicata, ut quocumque juramento, vel alia promiſſione, non obſtante, detur pœnitentia, etiam ſine obligatione refectionis damnorum, & intereſſe, quæ alias in puncto juris communis, juxta unam ſententiam intraret.

Atque hinc dicebam, non obſtare aliud objectum de prohibita pœnitentia, poſt impetratum beneplacitum Apoſtolicum, & ſuper quo imbecillitas videbatur adeo magnificare tanquam peregrinam, dictam auctoritatem *Gratiani*, qui in ſubſtantia in Curia vivens, nullam fecit figuram, nullamque in praxi habebat aptitudinem; Sed fuit ſolum elaboratus Collector aliquarum poſitionum Rotæ, Cameræ, & Signaturæ, quamvis nimia commendatione quidem dignus, ob bonum ordinem in ea collectione tentum; Ac etiam, quia iſta eſt concluſio nimium plana, & vulgaris, de qua *eodem diſc.* 1. *de alienat & contract. prohib.* & alibi pluries.

Et nihilominùs dicebam quoque omnino ceſſare 17
ejus applicationem, dum ſub falſo nomine ejuſdem Eccleſiæ, re non integra, & poſt expreſſe declaratum reſolutum contractum, non ſolum de jure, ſed ex pacto reſolutivo, per alteram partem impetratum fuerat, ex iis, quæ magis proximè ad rem firmantur *apud Bich. d. deciſ.* 660. atque tanquam abſolutum ſupponitur in omnibus auctoritatibus, & deciſionibus, agentibus de iſta materia alienationis bonorum Eccleſiæ, de quibus *d. diſc.* 1. *de alienat. & contract. prohib.*

NULLIUS, &c. ASSIGNATIONIS FEUDI.

Reſponſum pro veritate, ſuppreſſis nominibus.

De aſſignatione vel datione inſolutum feudi, quam Pater faciat filio pro ſatisfactione debiti, vel cum alio onere, an valeat, & qualis effectus exinde reſultet.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Datio inſolutum habet vim ſolutionis debiti.*
3. *Debitor rectè ſolvit proprio creditori non decocto.*

4 *Si datio inſolutum eſt nulla, habetur ac ſi facta non eſſet.*

5 *Quale remedium competat adverſus dationem inſolutum.*

6 *De ſtatuto præferente venditorem in re ſua quibuſcunque creditoribus emptoris.*

7 *De impedimentis reſultare ſolitis in alienatione, vel diſpoſitione feudalium, vel juriſdictionalium.*

8 *Refutatarius an teneatur ad debita refutantis, & an refutatio præventiva æſtimationem recipiat.*

9 *Prohibitio alienandi non tollit quin bona ſint dominio prohibiti.*

10 *An debitor liberetur dando creditori bona, ad qua ejuſdem creditoris creditores agere non valeant.*

11 *Qualis actio detur creditoribus feudatarii ad feudum pacti, & providentiæ.*

12 *Quando datio inſolutum non liberet debitorem in præjudicium creditorum creditoris.*

DISC. CXXX.

IN tranſmiſſa notula abſque nominibus, & loco, probabiliter autem ex Pedemontana Regione, ſive
1 ex alia ultra montes, ſupponebatur, quod cum Cajus Pater Tirii filii in ſcutis 20. mil. auri, partim pro reſtitutione dotis matris, & uxoris, & partim pro pecuniis per filium in bello quæſitis, inſolutum ei dederit feudum, quod ſupponebatur pro moribus Regionis eſſe ſub dubio, an caderet ſub hypothecis per feudatarium contractis; Cumque filius ex aliis cauſis aliquo ære alieno oppreſſus eſſet, vel ejus bona confiſcationi ſubjacerent, quærebatur, an dicta aſſignatio valida eſſet, & quem operaretur effectum; Et poſito, quod non induceret liberationem Patris à dicto debito, poſſet ipſe prætendere reſtitutionem feudi, ſive ejus pretium, cum potioritate adverſus omnes creditores filii, ſtante ſtatuto loci, quod venditor in re propria potioritatem habeat adverſus omnes emptoris creditores, quamvis de ſpeciali hypotheca, vel dominii reſervatione ſibi non conſuluerit.

Incertus autem, ex cujus parte requiſitus eſſem, pro Cajo parte reſpondendum eſſe cenſui, quod ſcilicet, aut valida eſſet aſſignatio, aut non; Primo caſu, ea mediante, liberationem à debito reportaverat, niſi ex facti circunſtantiis læſio reſultaret ex parte filii, quatenus ipſe ſupponeret, ut ex parte creditorum, colluſio, & fraus, quæ per creditores opponeretur, ut infra; Etſi invalida, debebat habere feudum.

Poſita etenim validitate, regula aſſiſtit debitori, ut datio inſolutum effectuata, cum ſubſequuta tra-
2 ditione, vicem habeat veræ ſolutionis, ejuſque effectus operetur, *ad not. in l. libera quadam C. de ſent. & l. ſi quis aliam ff. de ſol. cum concord. apud Surd. deciſ. 266. & diſc. 64. de dote diſc. 32. & 67. de cred. & ſæpius*, & per conſequens reſultaret vulgare axioma, ſuper quo multa colliguntur per *Barboſ. axiom.* 120. *num. 1. & Rota deciſ.* 172. *num.* 1. *par. 11. recent.* quod ſolutione ejus, quod debetur, omnis tollitur obligatio, adeout, quoties priorum jurium creditoris, qui dationem in ſolutum recepit, reſervatio facta non ſit, neque aliqua accedat ſpecialitas, quæ in caſu evictionis indoceat reviviſcentiam; magis receptum ſit, ut evictis bonis inſolutum datis, pro quantitate, primum debitum, tanquam jam extinctum non reviviſcat, ſed ſolum competat nova evictionis actio, ex deductis apud *Surd. d. deciſ.* 266. *cum aliis diſc.* 81. *& d. diſc. 64. de dote, & alibi.*

Neque filii creditoris hæredes, quibus hoc nomen debitoris hypothecarum eſſet, aliud prætendere poſſe
3 reſpondi, ex recepta, nimiumque in foro practicata propoſitione, deducta ex textu *in l. nomen C. quæ res pign. oblig. non poſſunt, de qua latè deciſ.* 100. *poſt Merlin. de pign. repetit. deciſ.* 357. *par.* 9. *recent. add. ad Buratt. deciſ.* 793. *& pluries ſub tit. de credit. & alibi*; Ut ſcilicet ſecluſo caſu decoctionis jam detectæ ac talis, quod de jure produxit interdictionem adminiſtrationis ipſi debitori notæ, non prohibeatur ille, debita ſolvere proprio creditori, & liberationem reportare, quamvis, cum ſciat ære alieno preſſum, ac debitis implicitum, dummodo tamen de veritate ſolutionis conſtet, non autem per ſimplicem acceptilationem, vel confeſſionem, aliunde non adminiculatam, quoniam cum creditor non poſſit proprio creditori condonare, vel remittere debitum in præjudicium creditorum, ideireo ſola confeſſio de recepto probabilibus adminiculis non munita, non ſufficit; cum ſpeciem donationis redoleat, ex deductis *diſc.* 159. *de dote, ac ſæpius ſub tit. de alien. & contract. prohib. & alibi.*

Hinc deciſio pendebat à dicto puncto validitatis, vel
invaliditatis actus, quoniam ſi erat invalidus, tunc 4
ex certo principio, quod nullius, nullæ ſunt qualitates, quodque id, quod nullum eſt, nullum operari poteſt effectum; Idcirco remaneret quidem Cajus debitor, ut prius, ſed è converſo haberet dominium feudi, ita nunquam ab eo abdicatum, adeout etiam fructus medii temporis ad ipſum pertinerent, cadente quæſtione, pro moribus Regionis decidenda ſuper debiti uſuris, juxta caſum, de quo ſupra *diſc.* 31. & ea, quæ generaliter ſuper fructibus pignoris, compenſandis cum uſuris debiti, habentur apud *Fontanell. deciſ.* 20[illegible]. *& ſeq.* & advertitur pluries *ſub tit. de uſur. & alibi.*

E converſo autem poſita validitate, ubi impugna-
tio ſequeretur ex parte unius ex principalibus contra- 5
hentibus, dicebam cadere ſolum poſſe terminos læſionis, eo modo, quo in emptione, & venditione, cujus ſpeciem datio inſolutum habet, ex pluries inſinuatis, & quatenus oppoſitio fiat ex parte creditorum filii, intrare poſſent termini fraudis, & colluſionis, ob implicitam remiſſionem, quia nempè data eſſet inſolutum res, quæ non æquivaleat, quoties inæquivalentia ſit notabilis, adeout exinde reſultet ſuſpicio fraudis, & colluſionis, quamvis ad terminos textus *in l. ſecunda, C. de reſcindend. vendit. & in cap.* 2. *&* 3. *de empt. & vend.* non verificatur læſio enormis, cum aliud ſit agere, cum ipſo principali contrahente, impugnante factum proprium; Aliud verò cum tertio, cui fraus, per ipſos contrahentes fieri potuerit.

Atque hinc ſequi dicebam extraneos eſſe dictos ter-
minos concurſus venditoris, pro pretio rei venditæ, 6
ipſa re, cum creditoribus emptoris, undè recurrere oporteret ad ſtatutum, ſtante dicto dilemmate, quod, aut actus erat validus, aut non; Si erat, de conſequenti Pater liberationem à debito reportaverat, Et ſi non erat, quamvis remaneret debito affectus, reaſſumere tamen poterat feudum jure prioris dominii, utpote nunquam amiſſum, & per conſequens non intrabant termini concurſus creditorum.

Quatenus itaque pertinet ad punctum validitatis, vel
Invaliditatis ipſius actus dationis inſolutum, ex im-
pedimento, vel vitio rei non exiſtentis in libero com- 7
mercio; Dicebam, reflectendum eſſe, an hoc Impedimentum reſultaret à natura feudi, & lege inveſtituræ, quia nempè eſſet feudum antiquum pacti, & providentiæ; quod ipſi filio, aliiſque per inveſtituram vocatis debitum eſſet ex perſona propria, adeout ipſe Pater non haberet proprietatis diſpoſitionem; Aut verò eſſet hæreditarium, ac aliis liberæ diſpoſitionis, ſed impedimentum alienandi, vel obligandi reſultaret à lege ſcripta, vel non ſcripta Regionis; eo modo, quo ex. gr. hypothecari, & alienari abſque Regio aſſenſu, non poſſint feuda in Regnis utriuſque Siciliæ, quamvis eſſent nova, & titulo oneroſo acquiſita, ſive antiquam hæreditariam qualitatem in quolibet poſſeſſore admixtam habentia, ut in dicto

Regno

Regno Siciliæ citra regulariter contingit, ac etiam ſunt feuda impropria allodialium potius ſpeciem redolentia, Caſtrorum ſcilicet, & bonorum juriſdictionalium Status Eccleſiaſtici, prohibitionem Conſtitutionum Apoſtolicarum, ex pluries deductis ſupra *hoc tit. & diſc.* 13. & 151. *de credit. & alib.*

8 Primo itaque caſu prohibitionis, reſultantis à natura feudi, per legem inveſtituræ diſponendi de proprietate, adhuc dixi cadere poſſe terminos dationis inſolutum, vel reſpectivè accollationis onerum, vel debitorum Patris, pro pretio, ſive æſtimatione cadente in præventiva reſtitutione facta filio, quamvis proximè ſucceſſuro, quoniam donec Pater vivit, ſive regulando valorem ab æſtimatione ejus vitæ, tanquam per ſpeciem incertæ aleæ, juxta deducta *diſc.* 30. *de regal. & diſc.* 1. *de empt. & vendit. & diſc.* 54. *de donat.* filius obtinere dicitur, ex bonis Patris, cumque agnuſcit in auctorem, adeout ſubjaceat ejus debitis, quamvis eſſent talia, ut corpus feudi non tangant, cum adhuc intret actio perſonalis, ex plene deductis *per Salgad. in labyr. par.* 2. *cap.* 15. *num* 27. *& ſeqq.* cum concordantibus *diſc.* 195. *num.* 8. *& ſeqq. de fideicommiſſ.*

Ubi verò reſultaret prohibitio, ex lege particulari, reſpiciente ipſum actum alienationis, non autem
9 pertinentiam proprietatis in alienante, in cujus eſſe bona adeſſe dicebam, quod aut actus impugnabatur, & intrabat reverſio ad primævum ſtatum; Aut non impugnabatur, & reſultabat effectus dationis inſolutum ut ſupra, ac propterea quomodocumque diceretur, extranei remanebant termini concurſus cum creditoribus filii, adeout recurrere opus eſſet ad beneficium ſtatuti, cum diverſi termini in caſu quæſtionis intrarent, ut ſupra.

Motivabatur in notula tranſmiſſa, quod creditores eorum hypothecas, ſuper feudo exercere non poſſent, neque jus haberent coactionis perſonalis eorum debi-
10 toris, ob iſtius magnatitiam qualitatem, aliaque munera, idcirco, ita ſupplantati remanerent; Verum id nullius momenti eſſe dicebam, quoniam debitor, qui proprio creditori ſolvat, non tenetur eſſe ſollicitus, an id, quod proprio creditori ſolvit, ejus creditoribus conſultum remaneat, nec ne, cum ſufficiat verè ſolvere, adeout deſit fraudulenta remiſſio, vel condonatio; Ideoque ſi ſolvat in pecunia, ad quam creditores regreſſum habere non valeant, quia debitor illam abſcondat, vel impendat, ſivè quod in mercibus, ad quas in tertium diſtrahat, non competat actio, juxta deducta *diſc.* 15. *de Cred. & diſc.* 129. *de Regal.* Aut det tot loca Montium, vel officia, aliave jura regalia, non per hoc ceſſat ſolutionis effectus.

11 Potiſſimè verò, quia conſultum adhuc remanebat creditoribus, quamvis ageretur de feudo antiquo pacti, & providentiæ, vel alias hypothecarum incapaci, ad fructus ſcilicet, vel commoditatem proprii debitoris, juxta deducta ſupra. *diſc.* 61. 77. & 110. & *diſc.* 44. *de Emphyt. & ſub tit. de Penſ.* ac alibi pluries, & præſertim in *Senen. diſc.* 54. *de Cred. in hoc Supplemento.*

Advertebam tamen poſſe creditores, contra debitorem prætendere ſuppletionem, quatenus iſta datio
12 inſolutum, ſeu præventiva reſtitutio minus valeret, quam debitum importaret, id æſtimando, vel juxta dictam computationem *Text. in l. hereditatum*, vel verius juxta alteram, de qua *diſc.* 30. *de Regalib. & diſc.* 54. *de Donat. & alibi*, quoniam illud minus redolet ſpeciem donationis, vel gratuitæ remiſſionis, ut ſupra, potiſſimè verò, cum agatur inter patrem, & filium, unde propterea ratione arctæ conjunctionis ſanguinis de facili præſumitur colluſio ad fraudandum, & ſupplantandum creditores, & per conſequens non intrat illa ratio, ob quam rationem libertatis commercii, adeo ſubtiliter valor inquirendus non eſt, ſed inter contrahentes aliqua permittitur circumventio, quoties non ſit notabilis, unde propterea ratione inveriſimilitudinis, eadem ceſſat ſuſpicio, pro facti qualitate, & circumſtantiis, quibus prudenti arbitrio, per Judicem regulandis, deciſio pendere videtur.

---

† NULLIUS DEVOLUTIONIS, VEL CONFISCATIONIS FEUDI.

Reſponſum pro veritate, ſuppreſſis nominibus.

An, & quando feudum cadat ſub confiſcatione, & devolutione, ob delictum feudatarii, & quando delictum dicatur feudale ad hunc effectum in præjudicium ſucceſſorum; Et de natura, ſeu qualitate feudi, an ſit novum, & alienabile ad hunc effectum, vel potius paternum, & antiquum, cum aliis ad materiam.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Feudum acquiſitum per filium cum pecunia patris, dicitur paternum.*
3 *Qualia feuda cadant ſub confiſcatione pro delicto non feudali, ſed privato feudatarii.*
4 *An, ubi feudum non venit in confiſcatione, veniat ejus commoditas durante vita feudatarii delinquentis.*
5 *De ratione, ob quam non veniat commoditas.*
6 *An, & quando primus acquirens titulo oneroſo habeat feudi diſpoſitionem, & præjudicare poſſit ſucceſſoribus.*
7 *De diſtinctione, an primus acquirens ſit pater, vel extraneus.*
8 *Quænam ſit ratio concluſionis in primo acquirente, ut ſucceſſoribus præjudicet.*
9 *De adminiculis arguentibus voluntatem perfectè, & irrevocabiliter donandi.*
10 *De clauſula, ut feudum cenſendum ſit paternum.*
11 *An facultas alienandi ad exercitium non deducta, operetur, ut bona ſint in libero patrimonio facultatarii.*
12 *Quod ea, quæ tranſmittantur ad hæredem, non tranſmittantur ad fiſcum pœnalem.*
13 *Crimen feudale præjudicat ſucceſſoribus independentibus.*
14 *De rationibus, quibus hæc opinio innitatur.*
15 *Proponens tenetur de facto propoſiti.*
16 *Quod meliora ſint motiva facti, quam juris.*
17 *Quoad tertium, non ſufficit probatio ficta contumacialis, ſed debet eſſe vera, & concludens.*
18 *Negatur poſſibilitas probationis concludentis criminis feudalis in caſu.*
19 *Quando dicatur verum crimen feudale, nec ne.*
20 *Ubi deficiant auctoritates ſpeciales obligatoriæ, procedendum eſt cum rationibus.*

DISC. CXXXI.

IN eodem caſu, de quo *diſc. præced. & diſc.* 191. *de* 1
Regal. continuantibus facti notulis in abſtracto ſuppreſſis nominibus, ſtante facti ſerie, in emendatiori notula ſuppoſita, quod ſcilicet Cajus, ut etiam *diſc. præced.* advertitur exiſtens debitor Sempronii filii jam adulti, & uxorati in ſumma notabili ſcutorum viginti mille auri, pro duplici dote ejus uxoris, & nurus, dicti Sempronii reſpectivè Matris, & uxoris, & ex aliis cauſis, feudum pro conſimili pretio emit à Titio, illudque filio in dictas cauſas aſſignavit, curando directè, ac immediate à Principe Domino directo, de cujus licentia dicta emptio ſequuta fuit, novam inveſtituram concedi Sempronio in eadem forma prioris inveſtituræ Titii venditoris, nempe

Digitized by Google

pro ſe, & filiis, ac deſcendentibus maſculis, ordine primogenituræ, & in defectum maſculorum, pro filia primogenita, & cum facultate ſamel tantum alienandi in perſonam capacem, cum licentia tamen Domini, addita ſolum de novo clauſula *in priori inveſtitura non exiſtente*, ut cenſendum eſſet feudum paternum.

Cumque poſtmodum inter ipſum Principem Dominum directum, & alterum Principem confinantem exortum eſſet bellum, in quo Sempronius militum Tribunus deputatus fuerit, ipſeque neglexerit parere præcepto ſibi injuncto, per Ducem, vel Capitaneum generalem exercitus, occupandi, & cuſtodiendi quendam ſitum, ad effectum impediendi fugam hoſtium obſeſſorum, ita ſequutam cum aliquo armorum Domini præjudicio, imputatus de infidelitate, fugam arripiendo, in contumaciam condemnatus fuerit in pœnam banni capitalis, cum publicatione bonorum, tam feudalium, quam allodialium; Hinc ex parte filii primogeniti, aliorumque filiorum ejuſdem, ultra alia, de quibus *diſcurſ. præced. & d. diſc. 190. de Regal.* conſultus fui, an iſtud feudum ſub devolutione, vel confiſcatione in eorum excluſionem caderet.

Duas itaque reſpondendo, efformabam inſpectiones; Unam nempe ſuper confiſcatione generali, pro delicto perſonali indifferenti, & alteram ſuper privatione, vel devolutione ex cauſa felloniæ, & delicti feudalis, cum iſti termini omnino diverſi ſint, diverſamque habeant rationem.

Quatenus pertinet ad primum punctum confiſcationis; Quando res ſe haberet, juxta præſuppoſita in notula, quæ primo loco, ſuper iſto quæſito tranſmiſſa fuit, quod ſcilicet feudum acquiſitum eſſet ex pecunia, & induſtria Caii, Patris Sempronii inveſtiti;
2 Tunc dicebam, quod res eſſet omnino plana, pro excluſione confiſcationis, quoniam licet attenta verbali formula inveſtituræ, Sempronius filius eſſet primus acquirens; Attamen adhuc dicitur paternum, utpotè quæſitum ex pecunia, & providentia patris in perſona filii, adeout ſaltem pretium eſſe dicatur in allodiali hæreditate Patris, ex firmatis apud *Surd. conſil. 305. num. 65. & conſ. 427. num. 12. & 13. cum concord. per Boſcol. controv. feudal. impreſſ. poſt deciſ. Sicil. hoc eod. libro art. 2. num. 80. & ſeqq.* & habetur etiam ſupra *diſc. 9. 12. 19. & 46.* & in aliis, occaſione participationis pretii, ad quam primogenitus, erga ſecundogenitos tenetur.

Verùm hoc facti præſuppoſitum non verificatus, dum ſpectata veritate, Sempronius potius dicendus erat primus acquirens, cum ejus pecunia data eſſet per patrem filio, in ſatisfactionem debiti; Hinc proindè iſto præſuppoſito retento, duas efformabam inſpectiones, unam nempe poſito, quod ageretur de confiſcatione ordinaria, pro crimine privato, & indifferenti, an ſub ea veniat hoc feudum; Et alteram poſito, quod dicta confiſcatio non intraret, an intraret caducitas, vel devolutio in præjudicium ſucceſſorum, ab inveſtitura vocatorum ratione felloniæ, ſeu delicti feudalis.

Quoad primum punctum, advertebàm deciſionem pendere à natura, ſeu qualitate feudi, juxta diſtinctiones magis receptas, de quibus antiquioribus regularis, habetur late apud *Caball. reſol. 182. Roſenthal.*
3 *cap. 10. concluſ. 12. & cap. 11. concluſ. 4. Farinacc. conſ. 124. lib. 2. Spada conſ. 57. lib. 1. Vermigliol. conſ. 9. num. fin. & communiter*; Quod ſcilicet, aut agitur de illo feudo, cujus delinquens habeat omnino liberam diſponendi facultatem, adeout ſucceſſores nonniſi ex ejus jure hæreditario illud obtineant, ipſeque poſſit eis ad libitum præjudicare, & tunc intret confiſcatio, quoties, ut pro generali, vel frequentiori uſu feudorum nobilium, & juriſdictionalium, idem ſit Dominus directus feudi, & ſit Princeps, qui faciat confiſcationem, ut in præſenti ſequebatur, cum quæſtio cadat in caſu minus contigibili, quando ſcilicet Dominus feudi eſſet diverſus à fiſco, ut contingit in illis feudis, de quibus agitur ſupra *diſc. 10. & ſeqq. & alibi.*

Aut verò de feudo, cujus neceſſaria ſit ſucceſſio liberorum, aliorumque per inveſtituram vocatorum, adeout delinquens alienando, vel alias diſponendo, eis præjudicare non valeat, & tunc ſecus.

Idque adeo verum, ut ex veriori, magiſque receptа ſententia, neque ſub confiſcatione veniat fructus, 4
vel commoditas feudi, durante vita feudatarii delinquentis, eo modo, quo ſequitur, in bonis fideicommiſſariis, quoties Teſtatoris voluntas aliter non ſuadeat, quoniam licet aliqui DD. diligenter collecti, per *Farinacc. conſ. 119. & per Spad. ibid. repetit. inter ejus conſ. lib. 1. conſ. 30.* id velint; Attamen contraria opinio eſt magis communis, magiſque probabilis, ut probat *Caball. d. reſol. 182. num. 20.* atque *idem Farinacc. d. conſil. 119. in fin.* loquendo pro veritate, id agnoſcit, dum tam ipſe, qui erat Procurator fiſcalis Urbis, quam *Spada*, qui erat Advocatus fiſcalis, ſcripſerunt in eodem caſu, ex debito officii; Unde propterea merentur quantum conſulentium auctoritati deferendum ſit.

Non ſolum autem ſuper hoc puncto, fundamentum Ego conſtituebam in majori calculo auctorita- 5
tum, ſed magis, ac principaliter in ratione, quod ſcilicet commoditas præſupponit in eo, ex cujus perſona obtineatur, continuationem dominii, & poſſeſſionis, dum Commodatarius reputatur ejus Procurator in rem propriam, ut habetur ſupra *diſc. 61. & 110. & diſc. 44. de emphyteuſ. & ſæpius*; Id autem verificabile non eſt, in capitaliter bannito, & proſcripto, dum iſte reputatur hoſtis publicus, qui honeſte in Aula Domini morari non valeat, neque in ejus conſpectu eſſe, eique inſervire; Ideoque ſequuta iſta morte civili, feudum illico transfertur in proximè ſucceſſurum, cum feudum ſit de illis rebus, quæ vacare non poſſunt, ac ſtare in ſuſpenſo, tum quia Dominus eſſe non debet ſine Vaſſallo, tum etiam ratione adminiſtrationis, quæ illi eſt annexa, ex deductis *diſc. 7. de fideicom. & alibi.*

Ac etiam quia fructus, & emolumenta feudi, dicuntur præmium laboris, in adminiſtrationibus, & ſervitiis; Et per conſequens eſſe debent ejus, qui onera ſupportat, ac ſervitium præſtat, vel illi promptus eſſe debet.

Deſcendendo itaque ad prædictæ diſtinctionis ap-
plicationem; Primo aſpectu obſervabam, dici poſſe, 6
quod verſaremur in ejus prima parte, dum ex præmiſſis delinquens erat primus acquirens, ex cauſa onеroſa, & correſpectiva, ideoque licet inveſtitura haberet formam pacti, & providentiæ; Attamen quoad primum acquirentem, habet naturam hæreditarii, & liberæ diſpoſitionis quoad ſucceſſores, quidquid ſit quoad dominium, ut pluries locis citatis, & alibi ſupra advertitur.

Hoc tamen non obſtante, contrarium in caſu controverſo verius eſſe reſpondi, quoniam cum Sempronius acquirens, ex conſilio etiam, & præordinatione Caji Patris, ut ſupra ipſo Principe, & Domino approbante primogenituram erexerit, ad favorem deſcendentium, ita ad eorundem favorem implicitam, perfectam, & irrevocabilem donationem feciſſe cenſetur, juxta illas erectiones primogenituræ in feudis, de quibus ſupra *diſc. 9. & 10.* & generaliter de primogenituris in bonis indifferentibus *diſc. 135. cum pluribus ſeqq. de fideicommiſſ. & alibi.*

Ad id autem probandum, inſinuabam diſtinctionem, quæ ex theorica *Bal. in Auth. ſi quas ruinas, C. de Sacroſan. Eccl. & in l. 1. C. per quas perſon. nob. acquir.* habetur aliis relatis apud *Gratian. diſcept. 405. num. 1. & ſeqq. Boſcol. contr. feud. art. 2. num. 65. & ſeqq.*

Rot.

deciſ. 213. par. 12. recent. & in aliis ejus conſi-matoriis, quod ſcilicet conſtituenda ſit differentia, inter illum primum acquirentem in hac forma pacti, & providentiæ, qui ſit pater, habens in poteſtate filios, pro quibus acquirit, & illum, qui ſit extraneus, vel non habeat filios in poteſtate, quaſi quod ea, quæ habentur de poteſtate primi acquirentis præjudicandi ſucceſſoribus, procedant in patre habente in poteſtate liberos, pro quibus ſtipulatus eſt, non autem ubi in extraneo, vel etiam in ipſomet Patre, non habeat liberos in poteſtate; Iſtaque concluſione poſita, inferebam ad validitatem, & perfectionem donationis, & per conſequens ad denegationem poteſtatis præjudicandi ratione ceſſantis obſtaculi patriæ poteſtatis, quam ipſius poteſtate erant ejus filii, juxta notos Inſtitutionum terminos.

Iſtud motivum ita ſimpliciter, & de perſe conſideratum, reflectendo ad veritatem, mihi non placebat, ex rationibus, & fundamentis, de quibus magis, ex propoſito habetur actum *in Faventina, ſeu Romana pro Collegio Nazareno, cum Tertis, ſub tit. de emphyt diſc. 70.* Quoties præſertim, ut in præſenti, agatur de acquiſitione feudi nobilis, & juriſdictionalis, à Principe ſupremo, habente poteſtatem derogandi, vel diſpenſandi illi prohibitioni donationis inter Patrem, & filium, quæ manat a jure civili, dum ita acquiſitionem approbando, dictæ prohibitioni ſimpliciter diſpenſare dicitur, eamque revalidare; Ac etiam quia, ubi acquiſitio ſit in forma pacti, & providentiæ, non ſolum, pro filiis primi gradus, ſed pro ulterioribus deſcendentibus in infinitum, longè poſt ejus mortem naſcituris, & quos abſque dubio in poteſtate non habet, neque habere poteſt; Ita in iſtis, dictum obſtaculum patriæ poteſtatis non intret; Ac ulterius ſtante vinculo ſucceſſivo primogeniture, vel implicititi fideicommiſſi, quod in forma pacti, & providentiæ ineſſe dicitur, ita remanet donatio cauſativa de jure valida; Ac propterea, quando concluſio ſuper poteſtate primi acquirentis, titulo oneroſo, fundata ſit in hac ratione leguleica, ut credunt *Baldus, & ſequaces*, tunc regula, ſeu concluſio de primo acquirente remaneret deſtructa, & nunquam verificabilis, & tamen paſſim eſt recepta, tam apud feudiſtas, quam apud alios de materia emphyteutica agentes.

8 Vera itaque hujus concluſionis ratio, tam in Patre, quam in quocumque alio, qui ſit primus acquirens, ex cauſa oneroſa, & ejus providentia, potius quam ex beneficio, & liberalitate concedentis videtur illa, quod non eſt præſumenda irrevocabilis donatio inter vivos quodque acquirens ita ſibi ipſi vinculum adjicere voluerit, atque facultate diſponendi de bonis ſuis ſe privare, ſed quod fecerit acquiſitionem in forma pacti, & providentiæ, ut deſignaret ordinem neceſſariæ ſucceſſionis in illo genere, pro quo ſtipulatus eſt, quatenus ipſe aliter non diſponeret; ita ſucceſſoribus, non autem ſibi ipſi hujus impliciti fideicommiſſi vinculum adjiciendo.

9 Et ſic, ut illa ſola præſumptio, quæ reſultat ab hac ſpecie, vel forma acquiſitionis, non ſufficiat ad inducendam dictam implicitam donationem inter vivos irrevocabilem; Bene tamen eadem forma attendenda veniat; tanquam unum ejuſdem donationis adminiculum, cum aliis conjungendum, quando ea concurrant, adeout dicatur quæſtio potius voluntatis, quam juris, eodem modo, quo ſub *tit. de Regal. diſc. 1. cum pluribus ſeqq.* habetur de emente, cum ejus pecunia in faciem alterius officia, vel loca Montium; ac etiam *ſub tit. de Donat. diſc. 1. & ſeqq.* in donatione, contemplatione matrimonii, quam Sponſus donatarius ſtipuletur, & acceptet pro ſe, & filiis; cum ſimilibus.

In hac verò facti ſpecie advertebam, quod alia accedebant adminicula, comprobantia dictam proviſionem; alias de perſe inefficacem à forma pacti, & providentiæ reſultantem; tum attenta ipſa facti ſerie, vel maſſa; quod ſcilicet acquirens, id egit, cum præordinatione ejus Patris, qui in vita reſtitutionem fecerat dotium; ad quam nonniſi poſt mortem tenebatur, quaſi quod fuerit ſtudioſa præordinatio primogeniture irretractabilis in poſteritate.

10 Tum clarius ob dictam clauſulam *ſtudioſe*, & ex propoſito in hac inveſtitura adjectam, in præcedenti non exiſtentem, ut cenſendum eſſet feudum paternum; ita illam capiendo non in ratione operationis, quam ipſa faciat de perſe, juxta illum ſenſum, ad quem de illa agitur ſupra *diſc. 12. num. 14.* & latius, magiſque ex profeſſo in eodem caſu *in dicta contr. Boſcol. art. 5.* Sed ad iſtum effectū arguendi voluntatem; & tanquam unum ex adminiculis, cum aliis conjungendum; conſiderando potiſſimè iſtam circunſtantiam quod non ſit clauſula ex formulario, adjici ſolita honorificentiæ gratia, ut ponderatur *d. diſc. 12.* Sed eam tanquam inſolitam, ſtudioſe adjici curatam fuit.

Et nihilominus, talem clauſulam ſolam, & de perſe capiendo, adhuc probabilis videtur diſtinctio, invicem pugnantium auctoritatum conciliativa expenſa *per Boſcol. d. art. 5. num. 14. & ſeqq.* ut ſcilicet efficiat feudum paternum, & antiquum, non quidem in præjudicium ipſius Domini concedentis, quod ad effectum præſentis quæſtionis, efficacem facit operationem; Addito etiam adminiculo, ex reſervatione facultatis alienandi, tanquam ſpeciem diſpenſationis qualificatæ, quæ arguit regulam in contrarium; Ideoque quoad hanc primam partem, planum videbatur; ut confiſcatio non intraret.

Supponebatur ex parte fiſci, magnam vim conſtitui, in facultate ſemel alienandi, conceſſa in inveſtitura, quaſi quod ita feudum, tanquam alienabile per eundem delinquentem, haberet ſpeciem hæreditarii, ac propterea veniret ſub confiſcatione.

11 Reſpondi verò, tunc difficultatem cadere, quando facultas eſſet libera, & effrænata, juxta quæſtionem diſputatam *diſc. 58. de fideicomm.* ſecus autem ubi eſt qualificata, ut ſcilicet ſemel in perſona capacem, & cum licentia domini, quod arguit intellectum eſſe de alienatione expreſſa, & per actum poſitivum, per quem declaretur voluntas expreſſa utendi facultate, quæ ad exercitium deducatur, juxta deducta *diſc. 166. de fideicom. & diſc. 42. de cred.* in quibus allegantur *Salgad. & alii* ſuper quæſtione, an ſola diſpenſativa facultas ad exercitium non deducta ſuffragetur.

12 Et nihilominus, ubi etiam facultas eſſet talis, ut operetur tranſmiſſionem ad teſtatum, vel inteſtatum hæredem per quandam declarationem animi, utendi facultate per legem ſubintellectam, juxta firmata in deciſionibus editis in caſu, de quo *d. diſc. 58. de fideicomm.* vel quod evidentius creditoribus acquireretur, juxta ponderationes, de quibus *d. diſc. 166. eod. tit. de fideicomm. & diſc. 42. de credito.*

Adhuc tamen ea, quæ procedunt favore hæredis, vel creditorum, non procedunt favore fiſci pœnalis, in quem non tranſmittuntur ea, quæ alias de ſui natura ſunt tranſmiſſibilia, ex iis, quæ habentur *ſub tit. de Regal. diſc. 123. num. 6. & 7. & diſc. 160. num. 14. & ſeqq. & ſub tit. de legitim. diſc. 13. num. 2. & ſeqq. & alibi*; ex illa congrua ibidem aſſignata differentiæ ratione, quod hæredibus, vel creditoribus, aliiſque dilectis, ac electis ſucceſſoribus aſſiſtunt æquitas, & veriſimilis intentio ipſius facultatari, fiſco autem ſucceſſori anomalo odibili, & inſolito ambo reſiſtunt.

Reſtringebatur itaque cardo difficultatis ad alteram inſpectionem, an ſcilicet intraret privatio, vel devolutio feudi in præjudicium ſucceſſorum ex delicto feudali, atque in dicta notula tranſmiſſa, præſupponendo, quod agerẽtur de delicto feudali comprehenſo *in tit. quæ fuer. prim. cauſ. benef. amittend. & tit. quib. mod. feud. amitt.* reſponſum petebatur ſuper articulo juris, an ſcilicet ex iſto crimine locus eſſet devolutioni

volutinni in præjudicium vocatnrum pee legem inveſtituræ.

In hoc autem dixi malum conſilium videri per hanc viam procedere, qnoniam admiſſo, quod ageretur de ctimine feudali ſufficienter probaio, etiam in
13 præjudicium ſucceſſotum, ut inſta, adcout cauſa reſtringeretur ad atticulum juris, an ſcilicet crimen, vel culpa poſſeſſoris præjudicet ſucceſſoribus independentibus; in quorum præjudicium alienare, vel alias diſponere non poteſt, tunc nimium dubitandum eſſet de ſuccumbentia, cum in praxi magis recepta pene in omnibus Principatibus, vel corum majori parte videatur opinio domini directo, qui etiam jura fiſci habeat, favorabilis, ex iis, quæ habentur apud *Roſenthal. Caball. Farinac. Vermigliol. & alios, de quibus ſupra* & occaſione caducitatis ob non ſolutum canonem, vel ſervitium reale, habetur ſupra *diſc.* 5.

Idque non ſolum, quia huic opinioni aſſiſtat ma-
14 gis communis ſenſus Doctorum, quinimo literalis diſpoſitio *tex. in cap. fin. quæ fuer. prima cauſ. benef. amitt.* ac etiam quia in caſu dubio, de facto ſemper eſſe ſolet cauſa fiſci domini ſupremi, cui judices nimium de facili adulari ſolent, ſed etiam quia probabilibus rationibus, iſta opinio munita videtur; tum ſcilicet, quod alias de facili Proceres, & Magnates, aliique feudatarii, & Barones licentiam ſibi aſſumerent rebellandi, vel alias delinquendi contra dominum, ita aſſecutati, quod eorum poſteritas feudis, & Baroniis privata non remaneat, & quæ ratio fuit potiſſima cauſa, ut in Hiſpaniis ederetur illa pragmatica, de qua agitur *diſc. 161. de Regal.*

Tum etiam quia reſponderant *Roſenthal. & alii, locis citatis*, fidelitas, & ſervitium, ac reverentia erga dominum, dicuntur leges, conditiones, & pacta, ſub quibus, dominus feudum conceſſit, alias non conceſſurus, et propterea ex ceſſante cauſa, vel defecta conditione, ceſſet conceſſio, non curato, an unus, vel alter poſſeſſor deficiat, cum reſolutio proveniat ex implicito pacto, vel conſuetudine inita cum ipſo primo acquirente, qui rei ſuæ hanc legem adjecit, ut etiam ponderatur *d. diſc. 161. de Regal.*

Ac etiam ponderari poteſt ratio, ob quam res judicata, quæ citra colluſionem lata ſit cum poſſeſſore,
15 vel emphyteutis pact., & providentiæ, aut majoratus, vel fideicommiſſi, afficiat ſucceſſores independenter ſuo jure venientes, idemque in tranſactione bona fide inita ex deductis ſupra *hoc tit. diſc. 49. diſc. 52. de emphyt. & 173. & ſeqq. de fidei comm & alibi*, quod ſcilicet ita primus feudi, vel emphyteuſis acquiſitor, vel fideicommiſſi, majoratus ordinator, illum pro tempore poſſeſſorem adminiſtrationi, & inſtitoriæ præfecit, ideoque de ſe conquæratur cur malè elegerit eodem modo, quo de mandatario, vel inſtitore, ſive famulo, alioque præpoſito præjudicante domino, vel præponenti, habetur *diſc. 9. de locat. diſc. 106. de credit. & alibi pluries*, & advertitur *d. diſc. 161. de Regal.*

Hinc proindè dicebam, cavendum eſſe à tali præſuppoſito, quinimo principaliter in ejus negatione, duplicem habente inſpectionem; Unam nempe, quod crimen, de quo feudi poſſeſſor imputatus erat, admiſſa illius perfecta, & concludenti probatione, eo modo, quo per fiſcum prætendebatur, non eſſet de illis feudalibus, ex quibus dictus effectus reſultat; Et ſecundo quod ubi etiam eſſet tale, non tamen de illo ſufficienter conſtaret.

Sed quoniam ſemper tutius, ac melius conſilium eſt, inſiſtere in motivis facti potius, quam in illis, quæ
16 conſiſtant in articulo juris pene ſemper dubiis, & periculoſis, ut advertitur *diſc. 35. de judic. & diſc. 46. in relatione Curiæ & alibi*; Idcirco advertebam primum inſiſtendum eſſe in ſecunda inſpectione deficientis probationis, vel excuſationis imputati criminis ad quem effectum jam aliud dederam reſponſum, de quo *d. diſc. 161. de regalib.* ſuper admiſſione filiorum, aliorumque intereſſatorum ad defenſionem abſentis, & contumacis.

Ut enim ibidem advertitur, magna differentia eſt inter illam criminis probationem, quæ præjudicet ſolum ipſi inquiſito contumaci, & illam, quæ præjudicet tertio innocenti, independenter venienti jure 17
ſuo; Priori etenim caſu, quoties adſint inditia ſufficientia ad torturam, quorum vigore tranſmitti poteſt inquiſitio, vel monitorium, ſi monitus non comparet, atque efficitur contumax, tunc lex in odium contumaciæ præſumit, ut in deterius, ideoque in eo inducit, vel fingit imputati criminis confeſſionem.

Secus autem eſt in altero caſu, in quo agatur de præjudicio tertii innocentis, & independentis, quoniam cum hæc vera, & expreſſa confeſſio, vel alter actus alienationis, ſive alterius præjudicii præjudicare non poſſit, ita multo minus præjudicare poteſt iſta confeſſio ficta, ideoque ad hunc effectum receptum eſt, felloniæ, vel alterius criminis plenam, & concludentem requiri probationem veram, non autem fictam, à contumacia reſultantem, ut apud *Peregrin. de jure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 110. Farinacc. quæſt. 25. num. 79. Caball. d. reſolut. 182. num. 25. & communiter.*

Iſtam verò probationem, retenta prædicta facti ſerie dicebam legaliter, ac naturaliter impoſſibilem vi- 18
deri ad concludendam felloniam, & poſitivam infidelitatem, cum agatur de ſimplici actu negativo conſiſtente in omittendo, & abſque dubio æquivoco referibili, vel ad æmulationem inter Ducem aut officialem inter milites frequentem, & connaturalem, quia nempe opinari potuerit, Ducem cum ipſo gerere voluiſſe id, quod de mandato Davidis fecit Joab cum Uria; Vel ad timorem; ſive quod reputaret mandatum parum rationabilem, & opportunum; Quamvis etenim hujuſmodi, vel ſimiles cauſæ, ad quas hæc non paritio referri poſſet, non eſſent ſufficientes ad excuſandum inobedientem à temeritate, & delicto, pro quo juxta leges militiæ, arbitrium Judicis extendi poſſet etiam ad graves pœnas ordinis capitis, & publicationis bonorum; Attamen ſemper erit delictum in officio, perſonale non autem felloniæ, & infidelitatis cum ad hunc effectum conſtare deberet de præordinata amicitia, & intelligentia cum hoſtibus, quodque doloſe, & ſtudioſe neglectum fuerit tali mandato parere, cujus circunſtantiæ nullam probationem haberi ſupponebatur, dum in tranſmiſſa inquiſitione, nulla de hoc mentio fiebat, ut veriſimiliter ſequutum fuiſſet.

Præterea ubi etiam iſta probatio accederet, adhuc tamen dicebam etiam in ſenſu veritatis, iſtud dicendum eſſe quidem crimen felloniæ, & infidelitatis perſonale, & accidentale, non autem feudale, utpotè ratione officialis conſideraretur tanquam miles ratione induſtriæ, & peritiæ perſonalis ad illud munus aſſumptus.

Tunc etenim crimen videtur feudale, quando feudatarius deficeret ab ea fidelitate, vel ab eo ſervitio, quod verſatur circa feudum illique incumbat, puta quia feudum tradat hoſtibus, vel quod doloſe, ut hoſti- 19
bus adhæreat, renuat ſervire domino, accedenti ad bellum juxta feudatariorum obligationem; Vel quod ſerviendo in figura militis feudatarii, infidelitatem committat, ſive quod aſſiſtendo, tanquam feudatarius in Aula domini, illa committat crimina, quæ in ſupra allegatis titulis feudalibus recenſentur, cum tunc verificari dicantur rationes, de quibus innixa eſt dicta rigoroſa, & exorbitans opinio, ut pro delicto unius, tertius innocens puniatur, ſecus autem ubi pro crimine extrinſeco, & accidentali, prædicta ratio præpoſitionis retorqueatur, dum præponens tenetur de facto præpoſiti, quando delinquat circa opus, cui præpoſitus eſt ſecus autem ſi extra, cum tunc non teneatur ut *ead. diſc. 9. de locat. & diſc. 106. de credit. & alibi.*

Quare

Quare ſi poſſeſſor feudi deficiat à ſolutione cenſus, vel tributi, præjudicat ſucceſſoribus, juxta deducta ſupra *diſc.* 5. quia eſt delictum circa feudum, ejuſque occaſione; Ideoque dicitur crimen feudale, ſed ſi ratione peritiæ, & induſtriæ perſonalis deputetur quæſtor ærarii, vel alteri præponatur officio, in quo delinquat etiam doloſe, ſurripiendo pecuniam fiſcalem, & infideliter ſe gerendo, adeout infidelis, & rebellis dici mereatur, gravibus pœnis ordinariis dignus, non per hoc dicendum erit crimen feudale, dum non eſt circa feudum, ejuſque occaſione, ſed potius extrinſecum, & accidentale, ratione muneris perſonalis circa quod dominus ſibi imputet cur malè elegerit, neque primo acquirenti imputari poteſt, cur malè præpoſuerit, dum crimen non reſpicit illam adminiſtrationem tunc Præpoſiti; Et quamvis cum diligentiis tunc adhibitis, caſus non dederit invenire auctoritates ad hanc diſtinctionem deſcendentes, iſtaſque facientes reflexiones, Advertebam tamen ſufficere non adeſſe auctoritates in contrarium, ut etiam pro delictis commiſſis in officio extrinſeco à feudo, intrent pœnæ criminis feudalis ad effectum, ut id dicendum ſit, ita ſuadente viva ratione, cum qua ceſſante legis auctoritate neceſſaria, potius eſt procedendum, ut *d. diſc.* 35. *de judic. & diſc.* 32. *in relat. Curia, & in opuſculo ſtyli ac ſæpius.*

---

† ROMANA ALIENATIONIS TENUTÆ.

Diſcurſus pro veritate, ſuppreſſis nominibus.

De eadem Bulla Piana de non infeudando, de qua pluries ſupra, quam ſpeciem bonorum capiat.

SUMMARIUM.

1 *Quod iſte caſus ſit notabilis, & de ratione, num.* 17.
2 *Facti ſeries.*
3 *De quibus bonis loquatur Conſtitutio Piana.*
4 *Sub ea veniunt etiam Caſtra, & loca confiſcata, vel alias quæſita.*
5 *Tenuta, & bona privata non veniunt.*
6 *Caſtrum poteſt eſſe penes unum, & juriſdictio penes alterum.*
7 *Caſtra, & loca juriſdictionalia, an cenſenda ſint jure feudi, vel jure allodij.*
8 *Caſtra, & loca prædicta conſtituunt univerſitatem.*
9 *Baro, vel feudatarius in proprio feudo, vel Caſtro poſſidere poteſt bona allodialia, tanquam privatus.*
10 *De deſtinatione patrisfamilias, quod operetur, ut una res ſit membrum alterius.*
11 *De diverſis dominiis, quæ concurrunt in eadem perſona cum exemplo practico.*
12 *De applicatione ad caſum.*
13 *Qualis dicatur Ager Romanus.*
14 *Juriſdictio non acquiritur ſine conceſſione Principis, vel immemorabili.*
15 *In venditionibus Caſtrorum, & locorum Baronis, venire ſolent etiam bona privata.*
16 *Cautela ad effectum evitandi obſtaculum Bullæ.*
17 *De rationibus, ob quas iſte caſus eſt notabilis, ut num.* 1.
18 *Damnatur uſus Baronum, & infeudationum.*

DISC. CXXXII.

1 **N**Otabilis nimium eſt prædictus caſus, vel ejus ſeries, ob aliquos effectus magna conſideratione dignos, de quibus in fine.

Cùm itaque Dux Joannes, ejuſque fratres eſſent
2 Domini Caſtri, vel Arcis Gandulphi, & Oppidi, vel Caſtri nuncupati Rocca priora, nec non cujuſdam Tenutæ in agro Romano, negligerent autem diſſolvere grave æs alienum paternum, ac etiam proprium, fidentes fideicommiſſo, vel inveſtituræ, cujus ratione prætendebant non poſſe pro debitis patris, & fortè fratris majoris pati ſubhaſtationem dictorum bonorum, hinc ob iſtorum creditorum præſertim recurſus, & conqueſtiones, non deficientibus illis creditorum aliorum Baronum de anno 1596. per Clementem VIII. penè circa primos annos Pontificatus, anno ſcilicet quinto, edita fuit ſæpius enunciata Bulla Baronum, atque per Congregationem ab ea erectam de eodem anno, & ad menſes poſt illius editionem proceſſum fuit ad prædictorum Caſtrorum, & bonorum executionem, & ſubhaſtationem; ſed quoniam eo initio, forteque in primo caſu praxis dictæ Bullæ, non de facili inveniebantur oblatores, atque doctiſſimus, & prudens legiſlator, id prævidendo in eadem bulla mandaverat, ut non reperto juſto oblatore, generaliter Caſtra, & bona emerentur per Cameram; idcirco Commiſſarius Cameræ obtulit pro Caſtro Gandulphi, cum quo tanquam annexum, ſeu membrum reputabatur illud prædium ſcut. 150. mil. & pro Rocca priora ſcut. 78. mil. deliberationi expreſſum conſenſum præſtantibus ipſis poſſeſſoribus, quibus ex ejuſdem Pontificis indulgentia conceſſa fuit facultas redimendi pro eodem pretio infra illud triennium, quod in ea præficitur, ne bona cadant ſub infraſcripta bulla. Cumque eodem Pontifice, vel ſub aliis ſucceſſoribus, dictus locus Caſtri Gandulphi deſtinatus fuerit ad delitiam Pontificum, quando rusticari velint, ut noſtra ætate practicatum præſertim vidimus ab Urbano VIII. & Alexandro VII. quorum ambo ad magnificentiorem ſtructuram Pontificis habitationi proportionatam, illud palatium ſive arcem reduxerint, atque ultimus cum Eccleſia magnificæ ſtructuræ, locum nimium nobilitavit, idcirco ad inſtar Tuſculanæ Civitatis, & Pontificiorum hortorum exiſtentium in palatiis pontificiis Urbis, iſte locus commiſſus fuit gubernio, & adminiſtrationi Præfecti Palatii Apoſtolici, de cujus juriſdictione in hujuſmodi locis fit mentio *in Relat. Curia diſc.* 8. Unde propterea ob quandam traditionem, quod dicti antiqui Domicelli juriſdictionem in dicta Tenuta quoque ubi occaſio præberet, exercerent, idem Præfectus quamvis raro continuavit, ejuſdemque Tenutæ fructus, & emolumenta ſub eodem appaltu fructuum, & emolumentorum Caſtri, annecti conſueverunt.

Iſta igitur facti ſerie ſic ſtante, ab amico, apud me alicujus auctoritatis, incertum eſt an ea parte adminiſtrantium Cameram, vel ea parte illorum, qui in animo haberent emptioni dictæ Tenutæ incumbere, meum pro veritate conſilium petitum fuit, an huic alienationi obſtaret nec ne *Conſtit.* 95. *Pii V. de non infeudan.* dubitandi rationem præbente dicta circumſtantia, quod eſſet juriſdictionalis, atque ex præmiſſis diceretur pars, vel membrum dicti Caſtri Gandulphi.

Negativè viſum eſt reſpondere pro non comprehenſione ſcilicet, quoties non conſtaret, quod antiquitus 3
in loco adeſſet Caſtrum inhabitatum cum vaſſallis, cum juriſdictione, & imperio in eis; adeout ejuſdem tenutæ fines conſtituerent territorium, ſeu manſum contradiſtinctum, & de per ſe unde dici poteſt Caſtrum juriſdictionale, ſaltem habitu, ſeu aptitudine ad novam reædificationem, juxta caſum, de quo *diſc.* 54. *& ſeqq. cum ſimilibus*; quoniam Conſtitutio loquitur de Civitatibus, Oppidis, Terris, Caſtris, Arcibus, & locis, quæ in feudum, gubernium, Vicariatum, Ducatum, aut quemvis alium titulum perpetuum, vel ad certas generationes conceſſa, & alienata, ad Cameram poſtmodum devoluta ſint, vel devolvi contingat; Et ſub quo genere certe dicebam comprehendi 4
ipſum Caſtrum Gandulphi, quamvis revera, non jure devolutionis, ſed jure privatæ, & correſpectivæ acquiſitionis ad Cameram redierit, dum ex rationibus, de quibus ſupra *diſc.* 128. ſuper comprehenſione illo-

rum

Digitized by Google

rum ipſorum, quæ ad Cameram obvenerint jure confiſcationis, pro privato indifferenti delicto, reprobando *conſ. 16. Spada lib.* Tum etiam ob expreſſam declarationem contentam in eadem bulla Baronum, ut elapſo triennio, Caſtra, & loca per hanc viam acquirendo, dictæ bullæ ſubjacerent, quod clarius declaratum, & ſtabilitum fuit per Conſtitutionem Alexandri VII. occaſione Status Caſtri pariter ad Cameram reverſi, & conſimili cauſa privatæ correſpectivæ emptionis.

Credebam tamen non comprehendi hanc tenutam,
5 utpote extra genus dictorum bonorum, de quibus Conſtitutio loquitur, & collocanda inter bona privata, & indifferentia, paſſivam potius patientia quam activam juriſdictionem habentia; ſiquidem non ex eo, quod in prædio exerceatur juriſdictio, inferri poteſt, quod illud ſit juriſdictionale, quoniam in omnibus prædiis, & bonis tam ruſticis, quam privatis, juriſdictio exercetur, non ratione ipſorum bonorum de per ſe, ſed quia illa ſita ſint in eo territorio, cui ineſt juriſdictio activa, quam feudiſtæ dicunt eſſe in territorio, tanquam nebulam ſupra paludem, ſive ratione juris territorialis, id eſt terrendi.

Quamvis etenim juriſdictio non ſit pernecesse annexa loci dominio utili, etiam jure feudi obtento,
6 quoniam ut advertitur pluries in præcedentibus, & præſertim *diſc. 61. & 62.* ſtant ſimul, ut quis ſit Baro, & feudatarius, & alter, etiam jure feudi, vel jure allodii habeat juriſdictionem, ſive quod idem ex diverſis titulis, vel conceſſionibus habeat utrumque, non per hoc tamen id immutat naturam; Et ſic magna differentia eſt inter juriſdictionem activam, & juriſdictionem paſſivam, neque ab hac poſteriori ad priorem inferri poteſt.

Ad probandum autem hanc non comprehenſionem quodque iſta Tenuta cenſenda potius eſſet privatum prædium indifferens, ſitum in agro Romano, ſub jure territoriali Urbis, & poſſeſſa antiquitus per dictos Domicellos & nunc per Cameram jure dominii privati, ad inſtar aliorum privatorum, quamvis alias ſint Barones, & Magnates, qui in eodem agro, Tenutas, & Caſalia, aliaque prædia, & bona poſſident, ſequentes propoſitiones præmittebam.

Primò nempè, quod licet juxta magis communem, & receptam opinionem, præſertim Canoniſtarum,
7 cum qua potius, quam cum illa Civiliſtarum in materia feudorum, & publicorum dominiorum proceditur, Civitates, Oppida, Caſtra, & Loca inhabitata cum vaſſallis, cum juriſdictione, & imperio præſumantur potius allodialia quam feudalia, ex eo, quod feudalitas, tanquam ſervitus, in dubio non præſumitur, præterquam in Regnis utriuſque Siciliæ, ubi exceptis Eccleſiis, regula eſt in contrarium, ea inſinuatis *diſc. 2. 56. 63. & in aliis pluries*; Attamen in hujuſmodi dominiis Baronialibus, & ſubordinatis, in quibus Papa, ejuſque Magiſtratus, & Tribunalia, tum actu, quam habitu habent altum dominium, ac ſuperioritatem, & Regalia majora, adeout dominium baronale, ſeu domicellarium redoleat ſpeciem vicariatus, vel gubernii perpetui, cum jura percipiendi illius loci redditus, & emolumenta, tunc juridicè dici non poteſt, quod obtineantur jure proprii, & veri allodii, quoniam iſtud excludit omnem dependentiam, & ſubjectionem, atque ſupponit majorem, & abſolutam ſuperioritatem cum regalibus etiam majoribus adeout non recognoſcatur alter ſuperior niſi Deus, ſed potius dicendum eſt, ut non conſtito de inveſtitura vel ex aliis probationum ſpeciebus de vera, & propria qualitate feudali, iſtud baronale, domicellarium dominium ſubordinatum Principi ſupremo, intra cujus principatus fines loca ſita eſſent, ſit quodammixtum conſtitutum ex duabus imperfectis, & impropriis naturis, ex illa ſcilicet allodii, ad effectum, ut non intret formalis ſervitus feudalis, redolens neceſſitatem præſtandi ſervitium perſonale, vel reale ſob pœna caducitatis, ac ſubjacendi oneri renovationis, & prohibitioni alienandi, aliiſque oneribus, quæ in vero, & proprio feudo dignoſcuntur; Et ex illa feudi, ad effectum excludendi dictum allodium verum, & proprium, & independentiam, ſed probandi, quod Baro, vel Domicellus illum locum obtineat ex originaria conceſſione Papæ, tanquam domini directi, Principis ſupremi, qualis qualis naturæ illa cenſenda ſit cum reſervatione alti dominii, & ſuperioritatis, ac regalium majorum, nec non fidelitatis, & oblationis ſervitii in gravibus, & extraordinariis urgentiis; Iſtaque eſt illa feudalitas, quam in hoc Principatu *ex conſil. 8. Abb. lib. 1.* late probat *Spada conſil. 1. lib. 1.* ut locis citatis, & alibi pluries advertitur; Ideoque ita dici etiam poſſint feuda impropria, & corrupta.

Iſtaque eſt ratio, quam dicta Plana Conſtitutio, quæ loquitur de infeudationibus, non diſtinguit, an Civitates, Oppida, Caſtra, & loca jure feudi, vel jure allodii poſſideantur; quoniam ſufficit, ut ea redoleant illud dominium publicum, & juriſdictionale, per quod loca ita poſſeſſa per feodatarios, & Barones quodammodo ſeparata ſint à reliquo ſtatu exiſtente ſub immediato regimine Papæ, ejuſque officialium, ideoque dicantur de ſtatu mediato magis, & minus, juxta pluries inſinuatas ſpecies mediationis, *hoc eod. tit. & in altero de regal.* & ſic, ut ſit dominium publicum, & baronale cum jure territoriali, & juriſdictione activa, ad differentiam illius dominii privati utilitarii, ſeu fructuarii tantum ſub aliena juriſdictione, & territorio, quod eſſe dicitur penes privatos poſſeſſores prædiorum, & locorum indifferentium.

Secundò advertebam, prænotandum eſſe, quod hujuſmodi dominia publica baronalia, ſeu domicel- 8
laria cum juriſdictione, & imperio in vaſſallos, & cum jure territoriali, ſive ſint jure feudi recti, & proprii, ſive improprii, & corrupti, quod redoleat potius allodium, ut ſupra conſtituunt illam univerſitatem, de qua pluries in præcedentibus, præſertim *diſc. 32. 56. & 61.* & quam feudiſtæ dicere ſolent unum manſum, eo modo quo in ſpiritualibus eſt diœceſis Epiſcopi, & territorium Eccleſiæ Cathedralis, & ſic unum corpus intellectuale, ſed integrale, & individuum, quod à feudiſtis appellatur homo mutus, ſurdus, cœcus, & claudus, quod ejus facit operationes per organum feudatarii, eo modo, quo corpus cathedraticum operatur per organũ Epiſcopi, & Capituli, individuum tamen, quia ſcilicet in ſua compage, & integritate habeat ejus membra ſeparata à capite, & à reliquo corpore, juxta ea, quæ habentur *diſc. 22. de juriſdict. & alibi.*

Tertiò, quod in iſta univerſitate, ſeu corpore, atque intra ejus viſcera, vel partes, atque in eadem
poſſeſſoris perſona datur compatibilis concurſus plu- 9
rium dominiorum diverſæ naturæ, unius nempe publici, & domicellarii, & alterius privati, & utilitarii, ſeu fructuarii in prædiis ruſticis, & urbanis, aliiſque bonis & juribus, in quibus conſideratur tanquam privatus, ut in eiſdem inſinuatis *diſcurſ. 2. & 3. 56. 61 & alibi.* Verum iſte concurſus fingit omnimodam diverſitatem plurium perſonarum formalium in una perſona materiali cum diverſitate reſpectuum, quia nempe in prima conſideretur tanquam Baro, ac dominus publicus ipſius univerſitatis cum imperio, & juriſdictione activa, quæ in univerſo territorio, in altera verò conſideretur tanquam vaſſallus, & incola ſubditus ſui ipſius & ſub juriſdictione paſſiva.

Quartò in idem, quod licet detur caſus, quod juxta 10
illam deſtinationem patrisfamilias, de qua *diſc. 7. de leg.* & magis ad rem *diſc. 6. de fideicomm.* alicui Caſtro, ſeu loco baronali & juriſdictionali, ut ſupra annexa ſint prædia privata in diverſis territoriis exiſtentia, & materialiter à dicto corpore ſeu manſo territoriali ſeparata;

parata;

parata; Attamen iſta unio, quæ proveniat à deſtinatione patrisfamilias operativa eſt in iis, quæ pendeant ab ejus facto, & poteſtate, puta ad effectum ſucceſſionis juxta caſum, de quo *d. diſc. 6. de fideicomm.* vel ad effectum comprehenſionis ſub legato, vel alienatione, juxta deducta *d. diſc. 7. de legat. & alibi*, non autem in iis, qui pendent à poteſtate Principis ſupremi, & in quibus ejus voluntas nihil operari poteſt, ideoque cum eadem fictione plurium perſonarum formalium, vel intellectualium in eadem perſona materiali, dicitur multiplex poſſeſſor pro diverſitate reſpectuum; Ut puta exemplificando demonſtrationis gratia pro faciliori intelligentia in Magno Duce Etruriæ (quamvis omnia bona, & jura hujus domus,
11 regulentur cum eodem ordine ſucceſſionis, atque pertineant ad illum, qui tanquam primogenitus ſit poſſeſſor Principatus majoris;) Attamen diverſimodè conſideratur, quoniam in Ducato Florentino, cum annexis ad illam antiquam Rempublicam pertinentibus, conſideratur tanquam Princeps ſupremus, & omnino independens jure illius veri allodii, de quo ſupra; In Ducato Senenſi, tanquam feudatarius, veræ dignitatis Imperialis, vel ſubfeudatarius; juxta deducta ſupra *diſc. 59.* In ſtatu Capeſtrani cum annexis in Regno Neapolitano, conſideratur tanquam Baro, & feudatarius inferior, atque in palatiis, villis, & bonis, quæ poſſidet in Urbe; conſideratur tanquam privatus civis, & ſic in aliis bonis, & juribus, quæ alibi exiſtant.

12 His itaque prænotatis, atque deſcendendo ad applicationem, dicebam nullatenus hanc Tenutam, ratione annexionis cum dicto Caſtro, cenſendam eſſe de illis dominiis publicis, de quibus dicta Conſtitutio loquitur, quoniam etiam in caſu, in quo ſita eſſet in territorio ejuſdem Caſtri, adhuc dicenda veniret nom ex prædiis privatis, quæ Baro, vel Domicellus jure privati civis poſſidere poteſt in proprio Caſtro, vel feudo; Multo magis dum ſita eſt extra dictum ter-
13 ritorium, & in agro Romano, cum quo denotatur proprium, ac particulare territorium Romanæ Civitatis, contradiſtinctum ab illo territorio magis lato, quod ad differentiam explicatur ſub nomine diſtrictus juxta diſtinctiones, de quibus *diſc. 72. de regal. & alibi pluries*; Et per conſequens ut conſiderandus veniat tanquam privatus poſſeſſor prædii privati in dominio ſolum fructuario, ſeu utilitario juxta conſiderationes, de quibus ſupra *diſc. 61.*

Quare ſi aliquos actus juriſdictionales in loco exer-
14 cuit, id intruſioni de facto potius referendum venit; cum ob certam juris reſiſtentiam ad hunc effectum, neceſſarium eſſet explicitum privilegium Principis ſupremi, vel immemorabilis, cujus vigore illud allegari poſſet, Atque ſive iſta Tenuta eſſet penes unum, ſive alterum, dici non poteſt, quod exindè reſultaret dictus effectus, vere & proprie à bulla conſideratus, diſmembrationis ſcilicet à ſtatu immediato, per quam locus fiat de ſtatu mediato, ut ſupra.

Neque alicujus momenti eſſe advertebam, quod
15 in venditione facta non eſſet contradiſtincta mentio hujus tenutæ, unde propterea vendita eſſet tanquam pars, & membrum Caſtri, quoniam ita docente quotidiana praxi hujus Congregationis Baronum, juxta caſus recenſitos ſupra *diſc. 74. cum plur. ſeqq. & diſc. 13. & 151. de credito*, ac etiam in Regno Neapolitano, juxta caſus recenſitos *eod. tit. de credito, diſc. 22. & 27. & 30. & alibi*; Quando ad inſtantiam creditorum Baronis fit executio in Caſtris, & locis juriſdictionalibus, fit etiam executio in bonis privatis, & allodialibus, quæ ille poſſideat, non ſolum intra fines Caſtrorum, vel locorum, ſed etiam extra, ut de executione domus, aliorumque bonorum exiſtentium in Civitate Viterbi, & in aliis locis, habetur in
16 caſu, de quo *diſc. 77. cum plur. ſeqq. & alibi.*

Ad omnem autem difficultatem removendam, inhærendo conſiderationibus, & rationibus, de quibus ſupra *d. diſc. 61.* advertebam alienationem fieri poſſe ac debere cum hac expreſſa declaratione, ut ſcilicet concederetur tenuta, tanquam prædium privatum, exiſtens in agro Romano, abſque aliqua juriſdictione vel jure territoriali, & ad ſolum dominium utilitarium ſeu fructuarium, eodem modo, quo ſunt reliqua Caſtra, & prædia privata in eodem agro exiſtentia. 17

Ex iſta verò facti ſerie manat id, quod initio inſinuatum eſt, ut ſcilicet nimium notabilis caſus cenſendus veniat ad plures effectus; Primo nempè quod iſte fuerit primus caſus, in quo dicta bulla Baronum practicata fuerit, & quiſ fortè magis impulit legiſlatorem ad illam edendam.

Secundò magis, quod cum (incertum eſt ex quo conſilio) in ejuſdem Caſtri porta inſculpti ſint iſti verſus.

Qui potenti minora negat,

majora amittit.

Hinc vulgus credit, quod ob Pontificiam indignationem originatam ab incivilitate poſſeſſorum, qui illo loco privati fuerint, quaſi quod fuerit privatio potentialis, & de facto, jure illius ſupremæ poteſtatis, de qua *diſc. 148. & 177. de Regal. & alibi pluries*; Et quæ per non profeſſores, tirannides dici ſolet; Et tamen ex dicta facti ſerie liquet, quod fuit licita; & canonica acquiſitio ex cauſa oneroſa, & correſpectiva, more cujus libet privati pro juſto pretio, quod creditoribus ſolutum fuit, unde propterea dicti vulgi opinio falſa, & erronea detegitur, ut in pleriſque aliis contingit.

Tertiò, quod ut plories ad materiam hujus bullæ advertitur, idem vulgus, partim ex ignorantia, & partim ex malignitate adverſus iſtam bullam alloquitur, ut prodierit ad effectum parandi occaſiones acquirendi Caſtra, & bona juriſdictionalia pro nepotibus; Et tamen Pontifex legis lator ad id, nec quidem cogitavit, dum non ſolum iſtam neglexit occaſionem, ſed omnes alias, quæ ejus Pontificatu durante ſecutæ ſint, adeout ipſo vivente, ejus conjuncti, & attinentes nihil mediante iſta Congregatione Baronum quæſierint, ſed curavit Pontifex ſuo ſumpto reintegrare ſtatum Eccleſiaſticum, quo magis potuit, acquirendo, pretio mediante, Oppidum Neptuni, & Montem Sancti Joannis, aliaque ſimilia loca ab inferioribus Dominis poſſeſſa.

Et quartò quod non implicat, ut ille, qui eſt do- 18
minus directus Civitatis, & Caſtrorum, ac locorum exiſtentium intra ejus Principatum ſub dominio utili, vel ſub alterno aliorum, ita emat rem propriam ad liberandum quo magis fieri poteſt ſubditos a dura Baronum, & Domicellorum ſervitute, ac etiam à quadam injuria, quam loca baronalia pati videntur ſuper minori exiſtimatione nobilitatis, cum tot aliis damnis, & præjudiciis, iſtæque ſunt partes boni Principis Ut è converſo deplorabilis eſt abuſus, qui viget in aliquibus Regionibus, ut Civitates nobiles, & qualificatæ, ita more prædiorum ruſticorum vendantur etiam ignobilibus, qui ex beneficio Fortunæ divitias paraverint, violando etiam contractus oneroſos, & correſpectivos, juxta caſus de quibus *diſc. 148. de Regal.* quo nil abſurdius, nilve deteſtabilius.

---

† EADEM ROMANA CASTRI ORCIANI.

De qua ſupra Diſc. LXX.

Inter eaſdem partes cum reſolutionibus, ut infrà.

De eadem materia, de qua *d. diſc. 70.* An ſcilicet, & quando dominium probetur per inveſtituram; Et quando dominium jam probatum præſcribatur, vel præſumatur amiſſum; Et probato dominio Caſtri, an exindè inferatur ad dominium prædiorum, & bonorum in eo exiſtentium.

SUMMARIUM.

1 *Veritas cum dubiis, & objectis melius inquiritur, & elucidatur.*

2 *De punctis vel inſpectionibus, in quas dividitur diſcurſus.*

3 *De regula, quod ſola inveſtitura non probat dominium contra tertium, & de limitatione concurrentibus adminiculis.*

4 *Quod in adminiculativis non detur regula certa, & de ratione.*

5 *De regula tenenda ſuper ſaper admi niculorum pondere, præſertim, an id quod eſt adminiculatum habeat in ſuo genere certitudinem.*

Dantur exempla.

6 *De diſcrimine inter caſum, in quo primordium conceſſionis ſit certum, & clarum, & alterum, in quo ſit incertum, & dubium.*

7 *De propoſitione non præſumendi delictum conceſſionis rei alienæ, & quod etiam ea, quæ non obtineantur, concedi ſoleant, & de ratione.*

8 *De canonizatione inveſtituræ, quod eſſet in forma probante.*

9 *Quod falſo confingi ſoleant per modernos antiqua documenta.*

Ideoque eis non de facili ſit deferendum abſque adminiculis.

10 *Ex retentione in Archivio proprio reſultat veriſimilis ſcientia.*

11 *Expenduntur aliqua adminicula.*

12 *De diſtinctione inter devolutionem pœnalem, & alteram non pœnalem ob lineam finitam, ad effectum majoris, vel minoris probationis dominii.*

13 *Antiquitas excuſat a rigoroſo, & concludenti probatione.*

14 *Declaratur diſtinctio, de qua num. 12. & quando procedat.*

15 *De ratione cui innixa eſt eadem diſtinctio.*

16 *Declaratur item alia concluſio, de qua num. 13.*

17 *De concluſione, quod probato dominio de præterito, illud præſumatur de præſenti, & quando procedat.*

18 *Poſt decurſum unius ſæculi, allegari poteſt quicunque titulus de mundo melior.*

19 *Probatio præſumpta non admittitur in iis, quæ ſunt fundamentum intentionis actoris.*

20 *Expenduntur præſumptiones excludentes præſumptionem, de qua num. 17.*

21 *De concluſione, quod feudatarius, vel conceſſionarius non præſcribit inveſtitura durante, quando procedat.*

22 *Quod per lapſum centum annorum, præſumitur finita inveſtitura, & quando ſecus cum diſtinctione.*

23 *Per quantum tempus durare valeant, & præſumantur tres generationes.*

24 *Identitate cognominis, non infertur ad deſcendentiam, vel parentelam.*

25 *Qualis ſit vera, & propria præſcriptio, & qualis impropria, quæ præſumptionem potius redoleat.*

26 *Quod malum conſilium ſit allegare præſcriptionem bonam verò allegare præſumptionem.*

27 *De differentiis inter unum, & alterum præſidium; Et quare ſit melius illud præſumptionis.*

28 *Expenduntur quædam adminicula poſt inveſtituram.*

29 *Lis in qua actor ſuccubuit, vel derelicta, non inducit malam fidem, & non interrumpit.*

30 *Quod probato dominio Caſtri, exindè non reſultet probatio prædiorum, & bonorum, intra ejus fines exiſtentium.*

31 *De argumento exigui canonis, quid operetur, & quando intret.*

32 *De potentia familiæ Pierleona in Urbe, quando fuerit.*

33 *De eadem concluſione, de qua num. 30. & quando non procedat.*

34 *Concluditur qualis reſolutio eſſet probabilior.*

35 *Admonitio, quod in judicando, & concludendo vis non conſiſtit in concluſionibus, & doctrinis, ſed in earum congrua applicatione.*

DISC. CXXXIII.

IN iſta præſertim cauſa, cujus facti ſeries recenſetur ſupra *diſc.* 70. expertus ſum verificari vulgare dicterium, quod virtus in infirmitate perficitur, ſive quod 1
aurum igne purgatur, vel quod ferro via melius aperitur; quoniam cum in illis primis diſputationibus, de quibus *eod. diſc.* 70. agitur penè ulla habita eſſet difficultas, adeout reſolutiones de plano prodierint ſuper non probatione dominii, quaſi ſuperficialiter de illa actum fuit; Poſt dicti autem diſcurſus editionem, emanavit ſententia ad formam ibidem in fine enunciatarum trium deciſionum *coram Albergato*, quarum prima ſuper dominio univerſali eſt impreſſa *deciſ.* 452. *par.* 13. *rec.* cum altera præcedens ſuper Iudicio particulari ſit *deciſ.* 482. *ead. par.* 13. Commiſſaque cauſa appellationis *in ead. Rota coram Emerix ſub die* 15. *Iunii* 1672. reſponſum fuit de dictæ ſententiæ confirmatione, ſed repropoſita cauſa *coram eod.* 2. *Martii* 1674. recedendo à deciſis dictum fuit, ſententiam eſſe infirmandam; ab hac autem reſolutione receſſum eſt *ſub die* 24. *Ianuarii* 1676. *coram eod.* approbando primam reſolutionem pro ſententiæ confirmatione, atque in hoc ſtatu cauſa reperitur.

In his itaque diſputationibus in iſta ſecunda inſtantia habitis, & præſertim in ultima adverſus reſolutionem tot præcedentibus contrariam, in qua diſputatio fuit acrior, atque curatum fuit, cauſam quò ma- 2
turiùs fieri potuit examinare plures erant puncti; Primus nempè, an conſtaret de dominio Eccleſiæ actricis de tempore factæ inveſtituræ de anno ſcilicet 1286. Secundò, poſito quod tunc, eoque tempore attento, ſufficientes adeſſent probationes, an exinde inferri poſſet ad dominium de præſenti ad effectum rei vendicationis contra tertium poſſeſſorem: Tertiò, an ob lapſum tanti temporis intermedii intraret præſcriptio vel præſumptio amiſſionis dicti dominii; Quarto pro dicti temporis intermedii regulatione, an eſſet attendenda lis mota de anno 1571. vel potius altera ſuſcitata de anno 1659 Et quinto, poſito quod conſtaret etiam de præſenti de dominio Eccleſiæ actricis, qualis effectus exindè reſultaret quoad prædia & bona intra Caſtri fines exiſtentia.

Quatenus pertinet ad primum; Non negabant ſcri- 3
bentes in contrarium, prout etiam contraria deciſio expreſſe admittit concluſionem, de qua *d. diſc.* 70. *num.* 2. quod ſola conceſſio vel inveſtitura non probat dominium concedentis, potiſſimè contra tertium, quem non conſtet habere cauſam ab eo, qui inveſtituram obtinuerit & acceptaverit, eoquia etiam res aliena concedi poteſt; ſed dicebant id limitari, quando accedant adminicula, quod ego admittebam loquendo generaliter, & in abſtracto; ſed punctus eſt in adminiculorum qualitate, & efficacia; quando nempè talia dici valeant ut hunc operentur effectum.

In hoc autem, revera certa & generalis regula cuicumque caſui applicabilis, ſtatui non poteſt, adeo ut nedum error ſed ſtultitiæ ſpecies videatur illa aliquorum pragmaticorum, qui procedere volunt cum regulis generalibus, vel cum illis auctoritatibus, quæ diverſos percutiant caſus, cum juxta ſæpius enuntiata ſub diverſis materiis, & præſertim *ſub tit. de fideicomm.* & ſub altero *de dote.* in propoſito con-

confeſſionis receptæ dotis, in adminiculativis probationibus non detur certa regula, ſed totum ſit remiſſum Iudicis prudenti arbitrio, regulando ex ſingulorum caſuum particularibus circunſtantiis, ex quibus rectè dari poteſt, ut in uno caſu aliqua adminicula ſufficiant & exuberent, in altero autem eadem & alia longè majora non ſufficiant.

Applicando autem ad rem, ubi etiam circa iſtum idealem punctum probationis dominii, ut tunc & de tempore inveſtituræ, non deſcendendo ad effectum, vel ad conſequentiam, ut nunc & de præſenti deſideranda non eſſent adminicula ſubſequentia, & à parte poſtea juxta ſecundum punctum, de quo infra, adeout inſpicienda eſſent ſolùm adminicula antecedentia, & à parte anteà ex quibus comprobatum remaneret, quod tunc concedens eſſet dominus, atque rem ſuam, non autem alienam conceſſerit.

Adhuc tamen pro hujuſmodi adminiculorum regu-
5 latione, & an majoris vel minoris ponderis eſſent deſideranda, reflectendum eſſe in primis ac principaliter advertebam ad certitudinem vel reſpectivè incertitudinem ipſius principalis ſubjecti adminiculandi, nempe inveſtituræ ſeu conceſſionis. Ubi etenim illa de facto ſit authentica & vera, atque in ſuo genere certa, adeout ſuper ejus forma probante ac veritate nulla cadat quæſtio, quæ ſolùm reſtringatur ad regulam juris fundatam in ſuperiùs inſinuata ratione, quod etiam aliena concedi poteſt, & nunc adminicula non adeo urgentia deſideranda veniunt, ſtante certo primordio veritatis, adeout agatur de conſtruendo ædificium præſumptum, ſive adminiculativum ſuper ſolo, vel ſuper fundamentis certis & ſolidis; ſecùs autem ubi ipſum primordium ſit etiam incertum ac dubium, undè propterea congruat ejus veritatem ac formam probantem expiſcari à præſumptionibus & adminiculis, quoniam ita eſt conſtruere ædificium præſumptum & adminiculativum ſuper ſolo vel fundamentis etiam præſumptis & adminiculativis, quod vel non eſt admittendum ex principio non dandi præſumptum ſuper præſumpto, vel ſaltem adminicula eſſe debent nimium vehementia & magna, adeout valdè urgeant.

Ut puta) exem. gr.) Quando adeſt certa & explicita alienatio bonorum vel jurium Eccleſiæ, adeout ſuper ipſo facto vel titulo alienationis tanquam certo & expreſſo nulla cadat quæſtio quæ ſolùm ſit ſuper ejus validitate ob requiſita ſolemnitatis & cauſæ; tunc ſi accedat diuturna pacifica & univoca obſervantia tricennalis & ultr ahæc requiſita præſumuntur & multò magis ubi etiam alia accedant adminicula ex ſis quæ habentur *diſc. 1. de alienat. & contract. prohib. & diſc. 143. de dote & alibi*, ubi de materia beneplaciti Apoſtolici præſumpti, aliarumque ſolemnitatum præſumendarum; ſed ſi non conſtet de titulo expreſſo & certo, adeout iſte deducatur præſumptive vel adminicularivè tunc dicta alia præſumptio non intrat ex dicta ratione non dandi cumulum præſumptionum ac ſpecialitatum, ſive ædificandi præſumptum & incertum ſuper alio præſumpto, & incerto, ut locis citatis habetur.

Sive in materia dotis confeſſatæ, de qua in ſua ſede *ſub tit. de dot. diſc. 159. & ſæpius*; Si per inſtrumentum vel aliam ſcripturam, de cujus veritate, ac certitudine non dubitatur; conſtat de expreſſa & clara confeſſione, adeout niſi adeſſet juris prohibitio inter conjuges, ſed ageretur inter non prohibitos abſque dubio probaret concludenter; unde inter prohibitos deſiderentur adminicula, tunc iſta leviora ſufficiunt, potiſſimè ubi non adſit mixtura præjudicii tertii independentis à confitente; ſed ſi ipſa confeſſio ſit dubia & incerta, adeout illius veritatem ex adminiculis expiſcari oporteat; tunc utique longè majora & efficaciora deſideranda veniunt, quoniam duplicem operationem facere debent.

Ad quod etiam conferunt ea, quæ habentur pluries. *ſub tit. de fideicomm. & præſertim diſc. 82.* ſuper puncto, An filii in conditione poſiti cenſeantur vocati, non ſolùm vocatione activa, ſed etiam paſſiva; itaut ſint etiam gravati, quoniam ubi vocatio activa eſt certa, ut eſt in Urbe ex ſtatuto, tunc facilius infertur ad paſſivam, atque minores requiruntur conjecturæ, ſed ſi etiam activa ſit dubia, quia regula juris ſibi reſiſtente, oporteat eam deducere ex conjecturis, utique ad alterum effectum vocationis paſſivæ longè majores & efficaciores eſſe debent cum ſimilibus.

Alia quoque diſcriminis ratione accedente inter caſum, in quo ipſa conceſſio ſit certa, adeout ſuper ejus 6
ſubſtantia & veritate de facto nulla cadat dubietas, quæ ſolum reſtringatur ad regulam juris; & alium caſum, in quo dubietas etiam facti accedat, quoniam priori caſu aliud non urget in contrarium ob quod ſola conceſſio non probat, niſi dicta poſſibilitas, ut etiam de re aliena conceſſio facta fuerit, ſed hæc poſſibilitas; utpotè continens quandam nudam juris præſcriptionem de facili tollitur per contrarias præſumptiones & adminicula facti, ac etiam per aliam juris præſumptionem in dicta contraria *deciſ. 2. Martii* 1674. valdè magnificatam, ubi præſertim agitur de perſonis Eccleſiaſticis & qualificatis, ut in præſenti, quod agebatur de Capitulo adeò qualificato, id agente cum auctoritate & aſſenſu Cardinalis titularis, quod ſcilicet præſumendum non ſit delictum concedendi id, quod ſuum non eſſet, ad tradita per *Crot. conſ. 532. n. 10. & ſeqq. lib. 3. Rot. deciſ. 400. nu. 4. par. 1. recent.* ſed in alio caſu urgent aliæ majores difficultates; quoniam ipſum factum veritatis conceſſionis negari poteſt, ut ſupra.

Ultra quod iſta præſumptio fundata in excluſione delicti, nimium levis cenſenda eſt, quoniam non ex 7
eo, quod Eccleſia vel Prælatus, quantumvis qualificatus faciat conceſſionem de re, quam tunc re vera non habebat; ſed ab altero tanquam prætenſa libera & propria poſſideatur, reſultat turpitudo vel delictum, dum ſæpius hujuſmodi conceſſiones fieri ſolent de Caſtris & bonis, quæ non habeantur; utporè ab aliis poſſeſſa, ob aliquam prætenſionem; quæ in eis habeatur ad effectum, ut conceſſionarius recuperet, atque prætenſio redigatur ad effectum; ut præſertim practicatum fuit per Sedem Apoſtolicam ſub Alexandro VII. quod Marchioni Monteauto conceſſa fuit inveſtitura Caſtrorum Vallis & Montis leonis, quæ poſſidentur tanquam libera per Principem Plumbini juxta ſeriem, de qua *hoc eod. tit. diſc. 54. & ſeqq.* Undè propterea in tractatu concordiæ concluſæ, ſed ineffectuatæ, cùm opus eſſet, ut Monteautus dictæ inveſtituræ cederet, fuit examinatus articulus, de quo etiam ſupra *hoc tit. diſc. 71. in Rota* cum pleriſque ſimilibus exemplis.

In poſteriori autem caſu primordii incerti verſari dicebam, quod ſcilicet dicta inveſtitura anni 1286. quæ erat fundamentum intentionis Eccleſiæ agentis, non eſſet adeò certa & authentica, ut ſuper illius veritate de facto nulla caderet quæſtio, quæ proindè ad ſolum punctum juris reduceretur, quoniam in anti- 8
quis diſputationibus habitis *in Rota coram Cotta*, coram quo, tanquam Iudice fabricæ S. Petri iſta lis initiata fuit de anno 1571. in vim Bullæ B. Pii V. ſuper bonis Eccleſiæ malè alienatis *ſub diebus 4. Februarij* 1575. *&* 9. *Maii* 1576. dictum fuit, quod inſtrumentum iſtius inveſtituræ anni 1286. non indigeret recognitione, eo quia verſaremur in antiquiſſimis, atque accederent adminicula, de quibus infra idemque dictum *ſub diebus 8. Iunii, & 14. Decembris ejuſdem anni* 1676. quarum aliquæ ſunt impreſſæ *in par. 1. diverſor.* nempè prima *ſub die 4. Februarii eſt deciſ. 52. repett. deciſ. 54.* & ſecunda 18. *Maii* 1576. *eſt deciſ. 58. par. 1. diverſor.* Et ſic firmata fuit veritas, non quia illa eſſet certa, ſed quia in ſenſu tunc judicantium

4 *Si datio inſolutum eſt nulla, habetur ac ſi facta non eſſet.*

5 *Quale remedium competat adverſus dationem inſolutum.*

6 *De ſtatuto præferente venditorem in re ſua quibuſcunque creditoribus emptoris.*

7 *De impedimentis reſultare ſolitis in alienatione, vel diſpoſitione feudalium, vel juriſdictionalium.*

8 *Refutatarius an teneatur ad debita refutantis, & an refutatio præventiva æſtimationem recipiat.*

9 *Prohibitio alienandi non tollit quin bona ſint dominio prohibiti.*

10 *An debitor liberetur dando creditori bona, ad quæ ejuſdem creditoris creditores agere non valeant.*

11 *Qualis actio detur creditoribus feudatarii ad feudum pacti, & providentiæ.*

12 *Quando datio inſolutum non liberet debitorem in præjudicium creditorum creditoris.*

DISC. CXXX.

IN tranſmiſſa notula abſque nominibus, & loco, probabiliter autem ex Pedemontana Regione, ſive
1 ex alia ultra montes, ſupponebatur, quod cum Cajus Pater Titii filii in ſcutis 10. mil. auri, partim pro reſtitutione dotis matris, & uxoris, & partim pro pecuniis per filium in bello quæſitis, inſolutum ei dederit feudum, quod ſupponebatur pro moribus Regionis eſſe ſub dubio, an caderet ſub hypothecis per feudatarium contractis; Cumque filius ex aliis cauſis aliquo ære alieno oppreſſus eſſet, vel ejus bona confiſcationi ſubjacerent, quærebatur, an dicta aſſignatio valida eſſet, & quem operaretur effectum; Et poſito, quod non induceret liberationem Patris à dicto debito, poſſet ipſe prætendere reſtitutionem feudi, ſive ejus pretium, cum potioritate adverſus omnes creditores filii, ſtante ſtatuto loci, quod venditor in re propria potioritatem habeat adverſus omnes emptoris creditores, quamvis de ſpeciali hypotheca, vel dominii reſervatione ſibi non conſuluerit.

Incertus autem, ex cujus parte requiſitus eſſem, pro Cajo parte reſpondendum eſſe cenſui, quod ſcilicet, aut valida eſſet aſſignatio, aut non; Primo caſu, ea mediante, liberationem à debito reportaverat, niſi ex facti circumſtantiis læſio reſultaret ex parte filii, quatenus ipſe ſupponeret, ut ex parte creditorum, colluſio, & fraus, quæ per creditores opponerentur, ut infra; Etſi invalida, debebat habere feudum.

Poſita etenim validitate, regula aſſiſtit debitori, ut datio inſolutum effectuata, cum ſubſequuta tra-
2 ditione, vicem habeat veræ ſolutionis, ejuſque effectus operetur, *ad not. in l. libera quadam C. de ſent. & l. ſi quis aliam ff. de ſol. cum concord. apud Surd. deciſ. 266. & diſc. 64. de dote diſc. 32. & 67. de cred. & ſæpius*, & per conſequens reſultaret vulgare axioma, ſuper quo multa colliguntur per *Barboſ. axiom. 120. num. 1. & Rota deciſ. 172. num. 1. par. 11. recent.* quod ſolutione ejus, quod debetur, omnis tollitur obligatio, adeout, quoties priorum jurium creditoris, qui dationem in ſolutum recepit, reſervatio facta non ſit, neque aliqua accedat ſpecialitas, quæ in caſu evictionis inducat reviviſcentiam; magis receptum ſit, ut evicta bonis inſolutum datis, pro quantitate, primum debitum, tanquam jam extinctum non reviviſcat, ſed ſolum competat nova evictionis actio, ex deductis apud *Surd. d. deciſ. 266. cum aliis diſc. 81. & d. diſc. 64. de dote, & alibi.*

Neque filii creditoris hæredes, quibus hoc nomen debitoris hypothecatum eſſet, aliud prætendere poſſe
3 reſpondi, ex recepta, nimiumque in foro practicata propoſitione, deducta ex textu *in l. nomen C. quæ res pign. oblig. non poſſunt, de qua latè deciſ. 100. poſt Merlin. de pign. repetit. deciſ. 357. par. 9. recent. add. ad Buratt. deciſ. 793. & pluries ſub tit. de credit. & alibi*; Ut ſcilicet ſecluſo caſu decoctionis jam detectæ ac talis, quod de jure produxit interdictionem adminiſtrationis ipſi debitori notæ, non prohibeatur iſte, debita ſolvere proprio creditori, & liberationem reportare, quamvis, eum ſciat ære alieno preſſum, ac debitis implicitum, dummodo tamen de veritate ſolutionis conſtet, non autem per ſimplicem acceptilationem, vel confeſſionem, aliunde non adminiculatam, quoniam cum creditor non poſſit proprio creditori condonare, vel remittere debitum in præjudicium creditorum, idcirco ſola confeſſio de recepto probabilibus adminiculis non munita, non ſufficit; cum ſpeciem donationis redoleat, ex deductis *diſc. 159. de dote, ac ſæpius ſub tit. de alien. & contract. prohib. & alibi.*

Hinc deciſio pendebat à dicto puncto validitatis, vel
invaliditatis actus, quoniam ſi erat invalidus, tunc 4
ex certo principio, quod nullius, nullæ ſunt qualitates, quodque id, quod nullum eſt, nullum operari poteſt effectum; Idcirco remaneret quidem Cajus debitor, ut prius, ſed è converſo haberet dominium feudi, ita nunquam ab eo abdicatum, adeout etiam fructus medii temporis ad ipſum pertinerent, cadente quæſtione, pro moribus Regionis decidenda ſuper debiti uſuris, juxta caſum, de quo ſupra *diſc. 31.* & eas quæ generaliter ſuper fructibus pignoris, compenſandis cum uſuris debiti, habentur apud *Fontanell. deciſ.* 2[illegible]. *& ſeq.* & advertitur pluries *ſub tit. de uſur. & alibi.*

E converſo autem poſita validitate, ubi impugna-
tio ſequeretur ex parte unius ex principalibus contra- 5
hentibus, dicebam cadere ſolum poſſe terminos læſionis, eo modo, quo in emptione, & venditione, cujus ſpeciem datio inſolutum habet, ex pluries inſinuatis, & quatenus oppoſitio fiat ex parte creditorum filii, intrare poſſent termini fraudis, & colluſionis, ob implicitam remiſſionem, quia nempè data eſſet inſolutum res, quæ non æquivaleat, quoties inæquivalentia ſit notabilis, adeout exinde reſultet ſuſpicio fraudis, & colluſionis, quamvis ad terminos textus *in l. ſecunda, C. de reſcindend. vendit. & in cap. 2. & 3. de empt. & vend.* non verificatur læſio enormis, cum aliud ſit agere, cum ipſo principali contrahente, impugnante factum proprium; Aliud verò cum tertio, cui fraus, per ipſos contrahentes fieri potuerit.

Atque hinc ſequi dicebam extraneos eſſe dictos ter-
minos concurſus venditoris, pro pretio rei venditæ, 6
ipſa re, cum creditoribus emptoris, undè recurrere oporteret ad ſtatutum, ſtante dicto dilemmate, quod; aut actus erat validus, aut non; Si erat, de conſequenti Pater liberationem à debito reportaverat, Et ſi non erat, quamvis remaneret debito affectus, reaſſumere tamen poterat feudum jure prioris dominii, utpote nunquam amiſſum, & per conſequens non intrabant termini concurſus creditorum.

Quatenus itaque pertinet ad punctum validitatis, vel invaliditatis ipſius actus dationis inſolutum, ex im-
pedimento, vel vitio rei non exiſtentis in libero com- 7
mercio; Dicebam, reflectendum eſſe, an hoc impedimentum reſultaret à natura feudi, & lege inveſtituræ, quia nempè eſſet feudum antiquum pacti, & providentiæ; quod ipſi filio, aliiſque per inveſtituram vocatis debitum eſſet ex perſona propria, adeout ipſe Pater non haberet proprietatis diſpoſitionem; Aut verò eſſet hæreditarium, ac alias liberæ diſpoſitionis, ſed impedimentum alienandi, vel obligandi reſultaret à lege ſcripta, vel non ſcripta Regionis; eo modo, quo ex. gr. hypothecari, & alienari abſque Regio aſſenſo, non poſſint feuda in Regnis utriuſque Siciliæ, quamvis eſſent nova, & titulo oneroſo acquiſita, ſive antiquam hæreditariam qualitatem in quolibet poſſeſſore admixtam habentia, ut in dicto

Regno

Regno Siciliæ citra regulariter contingit, ac etiam ſunt feuda impropria allodialium potius ſpeciem redolentia, Caſtrorum ſcilicet, & bonorum juriſdictionalium Status Eccleſiaſtici, prohibitionem Conſtitutionum Apoſtolicarum, ex pluries deductis ſupra *hoc tit. & diſc. 13. & 151. de credit. & alib.*

8 Primo itaque caſu prohibitionis, reſultantis à natura feudi, per legem inveſtituræ diſponendi de proprietate, adhuc dici cadere poſſe terminos dationis inſolutum, vel reſpectivè accollationis onerum, vel debitorum Patris, pro pretio, ſive æſtimatione cadente in præventiva reſtitutione facta filiu, quamvis proximè ſucceſſuro, quoniam donec Pater vivit, ſive regulando valorem ab æſtimatione ejus vitæ, tanquam per ſpeciem incertæ aleæ, juxta deducta *diſc. 30. de regal. & diſc. 1. de empt. & vendit. & diſc. 54. de donat.* filius obtinere dicitur, ea bonis Patris, eumque agnoſcit in auctorem, adeout ſubjaceat ejus debitis, quamvis eſſent talia, ut corpus feudi non tangant, cum adhuc intret actio perſonalis, ex plene deductis *per Salgad. in labyr. par. 2. cap. 15. num 27. & ſeqq.* cum concordantibus *diſc. 195. num. 8. & ſeqq. de fideicommiſſ.*

Ubi verò reſultaret prohibitio, ex lege particulari, reſpiciente ipſum actum alienationis, non autem 9 pertinentiam proprietatis in alienante, in cujus eſſe bona adeſſe dicebam, quod aut actus impugnabatur, & intrabat reverſio ad primævum ſtatum; Aut non impugnabantur, & reſultabat effectus dationis inſolutum ut ſupra, ac propterea quomodocumque diceretur, eatrane remanebant termini concurſus cum creditoribus filii, adeout recurrere opus eſſet ad beneficium ſtatuti, eum illi verſi termini in caſu quæſtionis intrarent, ut ſupra.

Motivabatur in notula tranſmiſſa, quod creditores eorum hypothecas, ſuper feudo exercere non poſſent, neque jus haberent coactionis perſonalis eorum debi- 10 toris, ob iſtius magnatitiam qualitatem, aliaque munera, idcirco, ita ſupplantati remanerent; Verum id nullius momenti eſſe dicebam, quoniam debitor, qui proprio creditori ſolvat, non tenetur eſſe ſollicitus, an id, quod proprio creditori ſolvit, ejus creditoribus conſultum remaneat, nec ne, cum ſufficiat verè ſolvere, adeout deſit fraudulenta remiſſio, vel condonatio; Ideoque ſi ſolvat in pecunia, ad quam creditores regreſſum habere non valeant, quia debitor illam abſcondat, vel impendat, ſivè quod in mercibus, ad quas in tertium diſtractas, non competat actio, juxta deducta *diſc. 95. de Cred. & diſc. 129. de Regal.* Aut det tot loca Montium, vel officia, aliave jura regalia, non per hoc ceſſat ſolutionis effectus.

11 Potiſſimè verò, quia conſultum adhuc remanebat creditoribus, quamvis ageretur de feudo antiquo pacti, & providentiæ, vel alias hypothecarum incapaci, ad fructus ſcilicet, vel commoditatem proprii debitoris, juxta deducta ſupra. *diſc. 61. 77. & 110. & diſc. 44. de Emphyt. & ſub tit. de Penſ.* ac alibi pluries, & præcertim *in Senen. diſc. 54. de Cred. in hoc Supplemento.*

Advertebam tamen poſſe creditores, contra debitorem prætendere ſuppletionem, quatenus iſta datio 12 inſolutum, ſeu præventiva refutatio minus valeret, quam debitum importaret, id æſtimando, vel juxta dictam computationem *Text. in l. hæreditatum*, vel verius juxta alteram, de qua *diſc. 30. de Regalib. & diſc. 54. de Donat. & alibi*, quoniam illud minus redolet ſpeciem donationis, vel gratuitæ remiſſionis, ut ſupra, potiſſimè verò, cum agatur inter patrem, & filium, unde propterea ratione arctæ conjunctionis ſanguinis de facili præſumitur colluſio ad fraudandum, & ſupplantandum creditores, & per conſequens non intrat illa ratio, ob quam rationem libertatis commercii, adeo ſubtiliter valor inquirendus non eſt, ſed inter contrahentes aliqua permittitur circumventio, quoties non ſit notabilis, unde propterea ratione inveriſimilitudinis, eadem reſultat ſuſpicio, pro facti qualitate, & circumſtantiis, quibus prudenti arbitrio, per Judicem regulandis, deciſio pendere videtur.

---

† NULLIUS DEVOLUTIONIS, VEL CONFISCATIONIS FEUDI.

Reſponſum pro veritate, ſuppreſſis nominibus.

An, & quando feudum cadat ſub confiſcatione, & devolutione, ob delictum feudatarii, & quando delictum dicatur feudale ad hunc effectum in præjudicium ſucceſſorum; Et de natura, ſeu qualitate feudi, an ſit novum, & alienabile ad hunc effectum, vel potius paternum, & antiquum, cum aliis ad materiam.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Feudum acquiſitum per filium cum pecunia patris, dicitur paternum.*
3 *Qualia feuda cadant ſub confiſcatione pro delicto non feudali, ſed privato feudatarii.*
4 *An, ubi feudum non venit in confiſcatione, veniat ejus commoditas durante vita feudatarii delinquentis.*
5 *De ratione, ob quam non veniat commoditas.*
6 *An, & quando primus acquirens titulo oneroſo habeat feudi diſpoſitionem, & præjudicare poſſit ſucceſſoribus.*
7 *De diſtinctione, an primus acquirens ſit pater, vel extraneus.*
8 *Quænam ſit ratio concluſionis in primo acquirente, ut ſucceſſoribus præjudicet.*
9 *De adminiculis arguentibus voluntatem perfectè, & irrevocabiliter donandi.*
10 *De clauſula, ut feudum cenſendum ſit paternum.*
11 *An facultas alienandi ad exercitium non deducta, operetur, ut bona ſint in libero patrimonio facultatorii.*
12 *Quod ea, quæ tranſmittuntur ad hæredem, non tranſmittantur ad fiſcum pœnalem.*
13 *Crimen feudale præjudicat ſucceſſoribus independentibus.*
14 *De rationibus, quibus hæc opinio innititur.*
15 *Proponens tenetur de facto propoſiti.*
16 *Quod meliora ſint motiva facti, quam juris.*
17 *Quoad tertium, non ſufficit probatio ficta contumacialis, ſed debet eſſe vera, & concludens.*
18 *Negatur poſſibilitas probationis concludentis criminis feudalis in caſu.*
19 *Quando dicatur verum crimen feudale, nec ne.*
20 *Ubi deficiunt auctoritates ſpeciales obligatoriæ, procedendum eſt cum rationibus.*

DISC. CXXXI.

IN eodem caſu, de quo *diſc. præced. & diſc. 191. de Regal.* continuantibus facti notulis in abſtracto 1 ſuppreſſis nominibus, ſtante facti ſerie, in emendatiori notula ſuppoſita, quod ſcilicet Cajus, ut etiam *diſc. præced.* adventitius exiſtens debitor Sempronii filii jam adulti, & uxorati in ſumma notabili ſcutorum viginti mille auri, pro duplici dote ejus uxoris, & nurus, dicti Sempronii reſpectivè Matris, & uxoris, & ex aliis cauſis, feudum pro conſimili pretio emit à Titio, illudque filio in dictas cauſas aſſignavit, curando directè, ac immediate à Principe Domino directo, de cujus licentia dicta emptio ſecuta fuit, novam inveſtituram concedi Sempronio in eadem forma prioris inveſtituræ Titii venditoris, nempe

pro ſe, & filiis, ac deſcendentibus maſculis, ordine primogenituræ, & in defectum maſculorum, pro filia primogenita, & cum facultate ſemel tantum alienandi in perſonam capacem, cum licentia tamen Domini, addita ſolum de novo clauſula *in priori inveſtitura non exiſtente*, ut cenſendum eſſet feudum paternum.

Cumque poſtmodum inter ipſum Principem Dominum directum, & alterum Principem confinantem exortum eſſet bellum, in quo Sempronius militum Tribunus deputatus fuerit, ipſeque neglexerit parere præcepto ſibi injuncto, per Ducem, vel Capitaneum generalem exercitus, occupandi, & cuſtodiendi quendam ſitum, ad effectum impediendi fugam hoſtium obſeſſorum, ita ſequutam cum aliquo armorum Domini præjudicio, imputatus de infidelitate, fugam arripiendo, in contumaciam condemnatus fuerit in pœnam banni capitalis, cum publicatione bonorum, tam feudalium, quam allodialium; Hinc ex parte filii primogeniti, aliorumque filiorum ejuſdem, ultra alia, de quibus *diſcurſ. præced. & d. diſc. 190. de Regal.* conſultus fui, an iſtud feudum ſub devolutione, vel confiſcatione in eorum excluſionem caderet.

Duas itaque reſpondendo, efformabam inſpectiones; Unam nempè ſuper confiſcatione generali, pro delicto perſonali indifferenti, & alteram ſuper privatione, vel devolutione ex cauſa felloniæ, & delicti feudalis, cum iſti termini omnino diverſi ſint, diverſamque habeant rationem.

Quatenus pertinet ad primum punctum confiſcationis; Quando res ſe haberet, juxta præſuppoſita in notula, quæ primo loco, ſuper iſto quæſito tranſmiſſa fuit, quod ſcilicet feudum acquiſitum eſſet ex pecunia, & induſtria Caii, Patris Sempronii inveſtiti; Tunc dicebam, quod res eſſet omnino plana, pro
2 excluſione confiſcationis, quoniam licet attenta verbali formula inveſtituræ, Sempronius filius eſſet primus acquirens; Attamen adhuc dicitur paternum, utpotè quæſitum ex pecunia, & providentia patris in perſona filii, adeout ſaltem pretium eſſe dicatur in allodiali hæreditate Patris, ex firmatis apud *Surd. conſil. 305. num. 65. & conſ. 427. num. 12. & 13. cum concord. per Boſcol. controv. feudal. impreſſ. poſt deciſ. Sicil. hoc eod. libro art. 2. num. 80. & ſeqq.* & habetur etiam ſupra *diſc. 9. 12. 19. & 46.* & in aliis, occaſione participationis pretii, ad quam primogenitus, erga ſecundogenitos tenetur.

Verùm hoc facti præſuppoſitum non verificatur, dum ſpectata veritate, Sempronius potius dicendus erat primus acquirens, cum ejus pecunia data eſſet per patrem filio, in ſatisfactionem debiti; Hinc proindè iſto præſuppoſito retento, duas efformabam inſpectiones, unam nempe poſito, quod agitur de confiſcatione ordinaria, pro crimine privato, & indifferenti, an ſub ea veniat hoc feudum; Et alteram poſito, quod dicta confiſcatio non intraret, an intraret caducitas, vel devolutio in præjudicium ſucceſſorum, ab inveſtitura vocatorum ratione felloniæ, ſeu delicti feudalis.

Quoad primum punctum, advertebam deciſionem pendere à natura, ſeu qualitate feudi, juxta diſtinctiones magis receptas, de quibus antiquioribus re-
3 latis, habetur late apud *Caball. reſol. 182. Roſenthal. cap. 10. concluſ. 12. & cap. 11. concluſ. 4. Farinacc. conſ. 124. lib. 2. Spada conſ. 57. lib. 1. Vermigliol. conſ. 9. num. fin. & communiter*; Quod ſcilicet, aut agitur de illo feudo, cujus delinquens habeat omnino liberam diſponendi facultatem, adeout ſucceſſores nonniſi ex ejus jure hæreditario illud obtineant, ipſeque poſſit eis ad libitum præjudicare, & tunc intret confiſcatio, quoties, ut pro generali, vel frequentiori uſu feudorum nobilium, & juriſdictionalium, idem ſit Dominus directus feudi, & ſit Princeps, qui faciat confiſcationem, ut in præſenti ſequebatur, cum quæſtio cadat in caſu minus contigibili, quando ſcilicet Dominus feudi eſſet diverſus à fiſco, ut contingit in illis feudis, de quibus agitur ſupra *diſc. 10. & ſeqq. & alibi*.

Aut verò de feudo, cujus neceſſaria ſit ſucceſſio liberorum, aliorumque per inveſtituram vocatorum, adeout delinquens alienando, vel alias diſponendo, eis præjudicare non valeat, & tunc ſecus.

Idque adeo verum, ut ex veriori, magiſque recepta ſententia, neque ſub confiſcatione veniat fructus, 4
vel commoditas feudi, durante vita feudatarii delinquentis, eo modo, quo ſequitur, in bonis fideicommiſſariis, quoties Teſtatoris voluntas aliter non ſuadeat, quoniam licet aliqui DD. diligenter collecti, per *Farinacc. conſ. 119. & per Spad. ibid. repetit. inter ejus conſ. lib. 1. conſ. 30.* id velint; Attamen contraria opinio eſt magis communis, magiſque probabilis, ut probat *Caball. d. reſol. 182. num. 20.* atque *idem Farinacc. d. conſil. 119. in fin.* loquendo pro veritate, id agnoſcit, dum tam ipſe, qui erat Procurator fiſcalis Urbis, quam *Spada*, qui erat Advocatus fiſcalis, ſcripſerunt in eodem caſu, ex debito officii; Unde propterea merentur quantum conſulentium auctoritati deferendum ſit.

Non ſolum autem ſuper hoc puncto, fundamentum Ego conſtituebam in majori calculo auctoritatum, ſed magis, ac principaliter in ratione, quod 5
ſcilicet commoditas præſupponit in eo, ex cujus perſona obtineatur, continuationem dominii, & poſſeſſionis, dum Commodatarius reputatur ejus Procurator in rem propriam, ut habetur ſupra *diſc. 65. & 110. & diſc. 44. de emphyteuſ. & ſæpius*; Id autem verificabile non eſt, in capitaliter bannito, & proſcripto, dum iſte reputatur hoſtis publicus, qui honeſte in Aula Domini morari non valeat, neque in ejus conſpectu eſſe, eique inſervire; Ideoque ſequuta iſta morte civili, feudum illico transfertur in proximè ſucceſſurum, cùm feudum ſit de illis rebus, quæ vacare non poſſunt, ac ſtare in ſuſpenſo, tum quia Dominus eſſe non debet ſine Vaſſallo, tum etiam ratione adminiſtrationis, quæ illi eſt annexa, ex deductis *diſc. 7. de fideicom. & alibi*.

Ac etiam quia fructus, & emolumenta feudi, dicuntur præmium laboris, in adminiſtrationibus, & ſervitiis; Et per conſequens eſſe debent ejus, qui onera ſupportat, ac ſervitium præſtat, vel illi promptus eſſe debet.

Deſcendendo itaque ad prædictæ diſtinctionis applicationem; Primo aſpectu obſervabam, dici poſſe, 6
quod verſaremur in ejus prima parte, dum ex præmiſſis delinquens erat primus acquirens, ex cauſa onoroſa, & correſpectiva, ideoque licet inveſtitura haberet formam pacti, & providentiæ; Attamen quoad primum acquirentem, habet naturam hæreditarii, & liberæ diſpoſitionis quoad ſucceſſores, quidquid ſit quoad dominium, ut pluries locis citatis, & alibi ſupra advertitur.

Hoc tamen non obſtante, contrarium in caſu controverſo verius eſſe reſpondi, quoniam cum Sempronius acquirens, ex conſilio etiam, & prærordinatione Caji Patris, ut ſupra ipſo Principe, & Domino approbante primogenituram erexerit, ad favorem deſcendentium, ita ad eorundem favorem ſimplicitam, perfectam, & irrevocabilem donationem feciſſe cenſetur, juxta illas erectiones primogenituræ in feudis, de quibus ſupra *diſc. 9. & 10.* & generaliter de primogenituris in bonis indifferentibus *diſc. 135. cum pluribus ſeqq. de fideicommiſſ. & alibi*.

Ad id autem probandum, inſinuabam diſtinctionem, quæ ex theorica *Bal. in Auth. ſi quas ruinas, C. de Sacroſan. Eccl. & in l. 1. C. per quas perſon. nob. acquir.* habetur aliis relatis apud *Gratian. diſcept. 405. num. 2. & ſeqq. Boſcol. contr. feud. art. 2. num. 65. & ſeqq.*

Res

deciſ. 213. par. 12. recent. & in aliis ejus conſummatoriis, quod ſcilicet conſtituenda ſit differentia, inter illum primum acquirentem in hac forma pacti, & providentiæ, qui ſit pater, habens in poteſtate filios, pro quibus acquirit, & illum, qui ſit extraneus, vel non habeat filios in poteſtate, quaſi quod ea, quæ habentur de poteſtate primi acquirentis præjudicandi ſucceſſoribus, procedant in patre habente in poteſtate liberos, pro quibus ſtipulatus eſt, non autem ubi in extraneo, vel etiam in ipſomet Patre, non habeat liberos in poteſtate; Iſtaque concluſione poſita, inferebam ad validitatem, & perfectionem donationis, & per conſequens ad denegationem poteſtatis præjudicandi ratione ceſſantis obſtaculi patriæ poteſtatis, quam ipſius poteſtate erant ejus filii, juxta notos Inſtitutionum terminos.

Iſtud motivum ita ſimpliciter, & de per ſe conſideratum, reflectendo ad veritatem, mihi non placebat, ea rationibus, & fundamentis, de quibus magis, ex propoſito habetur actum *in Faventina, ſeu Romana pro Collegio Nazareno, cum Tentis, ſub tit. de emphyt diſc. 70.* Quoties præſertim, ut in præſenti, agatur de acquiſitione feudi nobilis, & juriſdictionalis, à Principe ſupremo, habente poteſtatem derogandi, vel diſpenſandi illi prohibitioni donationis inter Patrem, & filium, quæ manat à jure civili, dum ita acquiſitionem approbando, dictæ prohibitioni ſimpliciter diſpenſare dicitur, eamque revalidare; Ac etiam quia, ubi acquiſitio ſit in forma pacti, & providentiæ, non ſolum, pro filiis primi gradus, ſed pro ulterioribus deſcendentibus in infinitum, longè poſt ejus mortem naſcituris, & quos abſque dubio in poteſtate non habet, neque habere poteſt; Ita in iſtis, dictum obſtaculum patriæ poteſtatis non intrat; Ac ulterius ſtante vinculo ſucceſſivo primogenituræ, vel implicitî fideicommiſſi, quod in forma pacti, & providentiæ ineſſe dicitur, ita remanet donatio cauſativa de jure valida; Ac propterea, quando concluſio ſuper poteſtate primi acquirentis, titulo oneroſo, fundata ſit in hac ratione leguleica, ut credunt *Baldus, & ſequaces*, tunc regula, ſeu concluſio de primo acquirente remaneret deſtructa, & nunquam verificabilis, & tamen paſſim eſt recepta, tam apud feudiſtas, quam apud alios de materia emphyteutica agentes.

Vera itaque hujus concluſionis ratio, tam in Patre, quam in quocumque alio, qui ſit primus acquirens,
8 ex cauſa oneroſa, & ejus providentiæ, potius quam ex beneficio, & liberalitate concedentis videtur illa, quod non eſt præſumenda irrevocabilis donatio inter vivos quodque acquirens ita ſibi ipſi vinculum adjicere voluerit, atque facultate diſponendi de bonis ſuis ſe privare, ſed quod fecerit acquiſitionem in forma pacti, & providentiæ, ut deſignaret ordinem neceſſariæ ſucceſſionis in illo genere, pro quo ſtipulatus eſt, quatenus ipſe aliter non diſponeret; ita ſucceſſoribus, non autem ſibi ipſi hujus impliciti fideicommiſſi vinculum adjiciendo.

Et ſic, ut illa ſola præſumptio, quæ reſultat ab hac
9 ſpecie, vel forma acquiſitionis, non ſufficiat ad inducendam dictam implicitam donationem inter vivos irrevocabilem; Bene tamen eadem ſuerit attendenda veniat; tanquam unum ejuſdem donationis adminiculum, cum aliis conjungendum, quando ea concurrant, adeout dicatur quæſtio potius voluntatis, quam juris, eodem modo; quo ſub *tit. de Regal. diſc. 12. cum pluribus ſeqq.* habetur de emente, cum ejus pecunia in faciem alterius officia, vel loca Montium; ac etiam *ſub tit. de Donat. diſc. 1. & ſeqq.* in donatione, contemplatione matrimonii, quam Sponſus donatarius ſtipuletur, & acceptet pro ſe, & filiis; cum ſimilibus.

In hac verò facti ſpecie advertebam, quod alia accedebant adminicula, comprobantia dictam proviſionem; alias de per ſe inefficacem à forma pacti, & providentiæ reſultantem; tum attenta ipſa facti ſerie, vel maſſa; quod ſcilicet acquirens, id egit, cum præordinatione ejus Patris, qui in vita reſtitutionem fecerat dotium; ad quam nonniſi poſt mortem tenebatur, quaſi quod fuerit ſtudioſa præordinatio primogenituræ irretractabilis in poſteritate.

Tum clarius ob dictam clauſulam *ſtudioſe*, & ex propoſito in hac inveſtitura adjectam, in præcedenti non exiſtentem, ut cenſendum eſſet feudum paternum; 10
ita illam capiendo non in ratione operationis, quam ipſa faciat de per ſe, juxta illum ſenſum, ad quem de illa agitur ſupra *diſc. 12. num. 14.* & latius, magiſque ex profeſſo in eodem caſu *in dicta contr. Boſcol. art. 5.* Sed ad iſtum effectū arguendi voluntatem; & tanquam unum ex adminiculis, cum aliis conjungendum; conſiderando potiſſimè iſtam circumſtantiam quod non ſit clauſula ex formulario, adjici ſolita honorificentiæ gratia; ut ponderatur *d. diſc. 12.* Sed eam tanquam inſolitam, ſtudioſe adjici curatum fuit.

Et, nihilominus, talem clauſulam ſolam, & de per ſe capiendo, adhuc probabilis videtur diſtinctio, invicem pugnantium auctoritatum conciliativa, expenſa *per Boſcol. d. art. 5. num. 14. & ſeqq.* ut ſcilicet efficiat feudum paternum, & antiquum, non quidem in præjudicium ipſius Domini concedentis, quod ad effectum præſentis quæſtionis, efficacem facit operationem; Addito etiam adminiculo, ex reſervatione facultatis alienandi, tanquam ſpeciem diſpenſationis qualificatæ, quæ arguit regulam in contrarium; Ideoque quoad hanc primam partem, planum videbatur; ut confiſcatio non intraret.

Supponebatur ex parte fiſci, magnam vim conſtitui, in facultate ſemel alienandi, conceſſa in inveſtitura, quaſi quod ita feudum, tanquam alienabile per eundem delinquentem, haberet ſpeciem hæreditarii, ac propterea veniret ſub confiſcatione.

Reſpondi verò, tunc difficultatem cadere, quando facultas eſſet libera, & effrænata, juxta quæſtionem 11
diſputatam *diſc. 58. de fideicomm.* ſecus autem ubi eſt qualificata, ut ſcilicet ſemel in perſona capacem, & cum licentia domini, quod arguit intellectum eſſe de alienatione expreſſa, & per actum poſitivum, per quem declaretur voluntas expreſſa utendi facultate, quæ ad exercitium deducatur, juxta deducta *diſc. 166. de fideicom. & diſc. 42. de cred.* in quibus allegantur *Salgad. & alii* ſuper quæſtione, an ſola diſpenſativa facultas ad exercitium non deducta ſuffragetur.

Et nihilominus, ubi etiam facultas eſſet talis, ut 12
operetur tranſmiſſionem ad teſtatum, vel inteſtatum hæredem per quandam declarationem animi, utendi facultate per legem ſubintellectam, juxta firmata in deciſionibus editis in caſu, de quo *d. diſc. 58. de fideicomm.* vel quod evidentius creditoribus acquireretur, juxta ponderationes, de quibus *d. diſc. 166. eod. tit. de fideicomm. & diſc. 42. de credito.*

Adhuc tamen ea, quæ procedunt favore hæredis, vel creditorum, non procedunt favore fiſci pœnalis, in quem non tranſmittuntur ea, quæ alias de ſui natura ſint tranſmiſſibilia, ex iis, quæ habentur *ſub tit. de Regal. diſc. 123. num. 6. & 7. & diſc. 160. num. 14. & ſeqq. & ſub tit. de legitim. diſc. 13. num. 2. & ſeqq. & alibi*; ex illa congrua ibidem aſſignata differentiæ ratione, quod hæredibus, vel creditoribus, aliiſque dilectis, ac electis ſucceſſoribus aſſiſtunt æquitas, & veriſimilis intentio ipſius facultatarii, fiſco autem ſucceſſori anomalo odibili, & noliro ambo reſiſtunt.

Reſtringebatur itaque tardo difficultatis ad alteram inſpectionem, an ſcilicet intraret privatio, vel devolutio feudi in præjudicium ſucceſſorum ex delicto feudali, atque in dicta notula tranſmiſſa, præſupponendo, quod ageretur de delicto feudali comprehenſo *in tit. qua fuer. prim. cauſ. benef. aſſiſtent. & tit. quib. mod. feud. amitt.* reſponſum petebatur ſuper articulo juris, an ſcilicet ex iſto crimine locus eſſet devolutioni

volutioni in præjudicium vocatorum per legem inveſtituræ.

In hoc autem dixi malum conſilium videri per hanc viam procedere, quoniam admiſſo, quod ageretur de crimine feudali ſufficienter probato, etiam in
13 præjudicium ſucceſſorum, ut infra, adeout cauſa reſtringeretur ad articulum juris, an ſcilicet crimen, vel culpa poſſeſſoris præjudicet ſucceſſoribus independentibus; in quorum præjudicium alienare, vel alias diſponere non poteſt, tunc nimium dubitandum eſſet de ſuccumbentia, cum in praxi magis recepta pene in omnibus Principatibus, vel eorum majori parte videatur opinio domino directo, qui etiam jura fiſci habeat, favorabilis, ex iis, quæ habentur apud *Roſenthal. Caball. Farinac. Vermigliol. & alios, de quibus ſupra* & occaſione caducitatis ob non ſolutum canonem, vel ſervitium reale, habetur ſupra *diſc. 5.*

Idque non ſolum, quia huic opinioni aſſiſtat ma-
14 gis communis ſenſus Doctorum, quinimo literalis diſpoſitio *sex. in cap. fin. qua fuer. prima cauſ. beneſ. amitt.* ac etiam quia in caſu dubio, de facto ſemper eſſe ſolet cauſa fiſci domini ſupremi, cui judices nimium de facili adulari ſolent, ſed etiam quia probabilibus rationibus, iſta opinio munita videtur; tum ſcilicet, quod alias de facili Proceres, & Magnates, aliique feudatarii, & Barones licentiam ſibi aſſumerent rebellandi, vel alias delinquendi contra dominum, ita aſſecurati, quod eorum poſteritas feudis, & Baroniis privata non remaneat, & quæ ratio fuit potiſſima cauſa, ut in Hiſpaniis ederetur illa pragmatica, de qua agitur *diſc. 161. de Regal.*

Tum etiam quia reſponderant *Roſenthal. & alii, locis citatis*, fidelitas, & ſervitium, ac reverentia erga dominum, dicuntur leges, conditiones, & pacta, ſub quibus, dominus feudum conceſſit, alias non conceſſurus, ut propterea ex ceſſante cauſa, vel defecta conditione, ceſſet conceſſio, non curato, an unus, vel alter poſſeſſor deficiat, cum reſolutio proveniat ex implicito pacto, vel conſuetudine inita cum ipſo primo acquirente, qui rei ſuæ hanc legem adjecit, ut etiam ponderatur *d. diſc. 161. de Regal.*

Ac etiam ponderari poteſt ratio, ob quam res judicata, quæ citra colluſionem lata ſit cum poſſeſſore, vel emphyteutis pact., & providentiæ, aut majoratus,
15 vel fideicommiſſi, afficiat ſucceſſores independenter ſuo jure venientes, idemque in tranſactione bona fide inita ex deductis ſupra *hoc tit. diſc. 49. diſc. 52. de emphyt. & 173. & ſeqq. de fidei omm. & alibi*, quod ſcilicet ita primus feudi, vel emphytheuſis acquiſitor, vel fideicommiſſi, majoratus ordinator, illum pro tempore poſſeſſorem adminiſtrationi, & inſtitoriæ præfecit, ideoque de ſe conqueratur cur male elegerit eodem modo, quo de mandatario, vel inſtitore, ſive famulo, alioque præpoſito præjudicante domino, vel præponenti, habetur *diſc. 9. de locat. diſc. 106. de credit. & alibi pluries*, & advertitur *d. diſc. 161. de Regal.*

Hinc proinde dicebam, cavendum eſſe à tali præſuppoſito, quinimo principaliter in ejus negatione, duplicem habente inſpectionem; Unam nempe, quod crimen, de quo feudi poſſeſſor imputatus erat, admiſſa illius perfecta, & concludenti probatione, eo modo, quo per fiſcum prætendebatur, non eſſet de illis feudalibus, ex quibus dictus effectus reſultat; Et ſecundo quod ubi etiam eſſet tale, non tamen de illo ſufficienter conſtaret.

Sed quoniam ſemper tutius, ac melius conſilium eſt, inſiſtere in motivis facti potius, quam in illis, quæ
16 conſiſtant in articulo juris pene ſemper dubiis, & periculoſis, ut advertitur *diſc. 35. de judic. & diſc. 46. in relatione Curiæ & alibi*; Idcirco adverrebam primum inſiſtendum eſſe in ſecunda inſpectione deficientis probationis, vel excuſationis imputati criminis ad quem effectum jam aliud dederam reſponſum, de quo *d. diſc. 161. de regalib.* ſuper admiſſione filiorum, aliorumque intereſſatorum ad defenſionem abſentis, & contumacia.

Ut enim ibidem advertitur, magna differentia eſt inter illam criminis probationem, quæ præjudicet ſolum ipſi inquiſito contumaci, & illam, quæ præjudicet tertio innocenti, independentes venienti jure 17
ſuo; Priori etenim caſu, quoties adſint inditia ſufficientia ad torturam, quorum vigore tranſmitti poteſt inquiſitio, vel monitorium, ſi monitus non comparet, atque efficitur contumax, tunc lex in odium contumaciæ præſumit, ut in deterius, ideoque in eo inducit, vel fingit imputati criminis confeſſionem.

Secus autem eſt in altero caſu, in quo agatur de præjudicio tertii innocentis, & independentis, quoniam cum huic vera, & expreſſa confeſſio, vel alter actus alienationis, ſive alterius præjudicii præjudicare non poſſit, ita multo minus præjudicare poteſt iſta confeſſio facta, ideoque ad hunc effectum receptum eſt, felloniæ, vel alterius criminis plenam, & concludentem requiri probationem veram, non autem fictam, à contumacia reſultantem, ut apud *Peregrin. de jure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 110. Farinacc. quaſt. 25. num. 79. Caball. d. reſolut. 182. num. 25. & communiter.*

Iſtam vero probationem, retenta prædicta facti ſerie dicebam legaliter, ac naturaliter impoſſibilem vi- 18
deri ad concludendam felloniam, & poſitivam infidelitatem, cum agatur de ſimplici actu negativo conſiſtente in omittendo, & abſque dubio æquivoco referibili, vel ad æmulationem inter Ducem aut officialem inter milites frequentem, & connaturalem, quia nempe opinari potuerit, Ducem cum ipſo gerere voluiſſe id, quod de mandato Davidis fecit Joab cum Uria; Vel ad timorem; ſive quod reputaret mandatum parum rationabilem, & opportunum; Quamvis etenim hujuſmodi, vel ſimiles cauſæ, ad quas hæc non paritio referri poſſet, non eſſent ſufficientes ad excuſandum inobedientem à temeritate, & delicto, pro quo juxta leges militiæ, arbitrium Judicis extendi poſſet etiam ad graves pœnas ordinis capitis, & publicationis bonorum; Attamen ſemper erit delictum in officio, perſonale non autem felloniæ; & infidelitatis cum ad hunc effectum conſtare deberet de præordinata amicitia, & intelligentia cum hoſtibus, quodque doloſe, & ſtudioſe neglectum fuerit tali mandato parere, cujus circunſtantiæ nullam probationem haberi ſupponebatur, dum in tranſmiſſa inquiſitione, nulla de hoc mentio fiebat, ut veriſimiliter ſequutum fuiſſet.

Præterea ubi etiam iſta probatio accederet, adhuc tamen dicebam etiam in ſenſu veritatis, iſtud dicendum eſſe quidem crimen felloniæ, & infidelitatis perſonale, & accidentale, non autem feudale, utpotè ratione officialis conſideraretur tanquam miles ratione induſtriæ, & peritiæ perſonalis ad illud munus aſſumptus.

Tunc etenim crimen videtur feudale, quando feudatarius deficere ab ea fidelitate, vel ab eo ſervitio, quod verſatur circa feudum illique incumbat, puta
quia feudum tradat hoſtibus, vel quod doloſe, ut hoſti- 19
bus adhæreat, renuat ſervire domino, accedendi ad bellum juxta feudatariorum obligationem; Vel quod ſerviendo in figura militis feudatarii, infidelitatem committat, ſive quod aſſiſtendo, tanquam feudatarius in Aula domini, illa committat crimina, quæ in ſupra allegatis titulis feudalibus recenſentur, cum tunc verificari dicantur rationes, de quibus innixa eſt dicta rigoroſa, & exorbitans opinio, ut pro delicto unius, tertius innocens puniatur, ſecus autem ubi pro crimine extrinſeco, & accidentali, prædicta ratio præpoſitionis retorqueatur, dum præponens tenetur de facto præpoſiti, quando delinquat circa opus, cui præpoſitus eſt ſecus autem ſi extra, cum tunc non teneatur ut *eod. diſc. 9. de locat. & diſc. 106. de credit. & alibi.*

Quare

Quare ſi poſſeſſor feudi deficiat à ſolutione cenſus, vel tributi, præjudicat ſucceſſoribus, juxta deducta ſupra *diſc.* 5. quia eſt delictum circa feudum, ejuſque occaſione; Ideuque dicitur crimen feudale, ſed ſi ratione peritiæ, & induſtriæ perſonalis deputetur quæſtor ærarii, vel alteri præponatur officio, in quo delinquat etiam doloſe, ſuſcipiendo pecuniam fiſcalem, & infideliter ſe gerendo, adeout infidelis, & rebellis dici mereatur, gravibus pœnis ordinariis dignus, non per hoc dicendum erit crimen feudale, dum non eſt circa feudum, ejuſque occaſione, ſed potius extrinſecum, & accidentale, ratione muneris perſonalis circa quod dominus ſibi imputet cur malè elegerit, neque primo acquirenti imputari poteſt, cur malè præpoſuerit, dum crimen non reſpicit illam adminiſtrationem tunc Præpoſiti; Et quamvis cum diligentiis tunc adhibitis, caſus non dederit invenire auctoritates ad hanc diſtinctionem deſcendentes, iſtaſque facientes reflexiones, Advertebant tamen ſufficere non adeſſe auctoritates in contrarium, ut etiam pro delictis commiſſis in officio extrinſeco à feudo, intrent pœnæ criminis feudalis ad effectum, ut id dicendum ſit, ita ſuadente viva ratione, cum qua ceſſante legis auctoritate neceſſaria, potius eſt procedendum, ut *d. diſc.* 35. *de judic. & diſc.* 32. *in relat. Curiæ, & in opuſculo ſtyli ac ſæpius.*

---

† ROMANA ALIENATIONIS TENUTÆ.

Diſcurſus pro veritate, ſuppreſſis nominibus.

De eadem Bulla Piana de non infeudando, de qua pluries ſupra, quam ſpeciem bonorum capiat.

SUMMARIUM.

1 *Quod iſte caſus ſit notabilis, & de ratione, num.* 17.
2 *Facti ſeries.*
3 *De quibus bonis loquatur Conſtitutio Piana.*
4 *Sub ea veniunt etiam Caſtra, & loca confiſcata, vel alias quæſita.*
5 *Tenuta, & bona privata non veniunt.*
6 *Caſtrum poteſt eſſe penes unum, & juriſdictio penes alterum.*
7 *Caſtra, & loca juriſdictionalia, an cenſenda ſint jure feudi, vel jure allodii.*
8 *Caſtra, & loca prædicta conſtituunt univerſitatem.*
9 *Baro, vel feudatarius in proprio feudo, vel Caſtro poſſidere poteſt bona allodialia, tanquam privatus.*
10 *De deſtinatione patrisfamilias, quod operetur, ut una res ſit membrum alterius.*
11 *De diverſis dominiis, quæ concurrunt in eadem perſona cum exemplo practico.*
12 *De applicatione ad caſum.*
13 *Qualis dicatur Ager Romanus.*
14 *Juriſdictio non acquiritur ſine conceſſione Principis, vel immemorabili.*
15 *In venditionibus Caſtrorum, & locorum Baronis, venire ſolent etiam bona privata.*
16 *Cautela ad effectum evitandi obſtaculum Bullæ.*
17 *De rationibus, ob quas iſte caſus eſt notabilis, ut num.* 1.
18 *Damnatur uſus Baronum, & infeudationum.*

DISC. CXXXII.

1 Notabilis nimium eſt prædictus caſus, vel ejus ſeries, ob aliquos effectus magna conſideratione dignos, de quibus in fine.

2 Cùm itaque Dux Joannes, ejuſque fratres eſſent Domini Caſtri, vel Arcis Gandulphi, & Oppidi, vel Caſtri nuncupati Rocca priora, nec non cujuſdam Tenutæ in agro Romano, negligerent autem diſſolvere grave æs alienum paternum, ac etiam proprium, fidentes fideicommiſſo, vel inveſtituræ, cujus ratione prætendebant non poſſe pro debitis patris, & fortè fratris majoris pati ſubhaſtationem dictorum bonorum, hinc ob iſtorum creditorum præſertim recurſus, & conqueſtiones, non deficientibus illis creditorum aliorum Baronum de anno 1596. per Clementem VIII. penè circa primos annos Pontificatus, anno ſcilicet quinto, edita fuit ſæpius enunciata Bulla Baronum, atque per Congregationem ab ea erectam de eodem anno, & ad menſes poſt illius editionem proceſſum fuit ad prædictorum Caſtrorum, & bonorum executionem, & ſubhaſtationem; ſed quoniam eo initio, forteque in primo caſu praxis dictæ Bullæ, non de facili inveniebantur oblatores, atque doctiſſimus, & prudens legiſlator, id prævidendo in eadem bulla mandaverat, ut non reperto juſto oblatore, generaliter Caſtra, & bona emerentur per Cameram; idcirco Commiſſarius Cameræ obtulit pro Caſtro Gandulphi, cum quo tanquam annexum, ſeu membrum reputabatur iſtud prædium ſcut. 150. mil. & pro Rocca priora ſcut. 78. mil. deliberationi expreſſum conſenſum præſtantibus ipſis poſſeſſoribus, quibus ex ejuſdem Pontificis indulgentia conceſſa fuit facultas redimendi pro eodem pretio infra illud triennium, quod in ea præficitur, ne bona cadant ſub infraſcripta bulla Cumque eodem Pontifice, vel ſub aliis ſucceſſoribus, dictus locus Caſtri Gandulphi deſtinatus fuerit ad delitiam Pontificum, quando recreari velint, ut noſtra ætate practicatum præſertim vidimus ab Urbano VIII. & Alexandro VII. quorum ambo ad magnificentiorem ſtructuram Pontificis habitationi proportionatam, illud palatium ſive arcem reduxerunt, atque ultimus cum Eccleſia magnificæ ſtructuræ, locum nimium nobilitavit, ideirco ad inſtar Tuſculanæ Civitatis, & Pontificiorum hortorum exiſtentium in palatiis pontificiis Urbis, iſte locus commiſſus fuit gubernio, & adminiſtrationi Præfecti Palatii Apoſtolici, de cujus juriſdictione in hujuſmodi locis ſit mentio *in Relat. Curiæ diſc.* 8. Unde propterea ob quandam traditionem, quod dicti antiqui Domicelli juriſdictionem in dicta Tenuta quoque ubi occaſio præberet, exercerent, idem Præfectus quamvis raro continuavit, ejuſdemque Tenutæ fructus, & emolumenta ſub eodem appalto fructuum, & emolumentorum Caſtri, annecti conſueverunt.

Iſta igitur facti ſerie ſic ſtante, ab amico, apud me alicujus auctoritatis, incertum aſt an ex parte adminiſtrantium Cameram, vel ex parte illorum, qui in animo haberent emptioni dictæ Tenutæ incumbere, meum pro veritate conſilium petitum fuit, an huic alienationi obſtaret nec ne *Conſtit.* 35. *Pii V. de non infeudan.* dubitandi rationem præbente dicta circunſtantia, quod eſſet juriſdictionalis, atque ex præmiſſis diceretur pars, vel membrum dicti Caſtri Gandulphi.

Negativè viſum eſt reſpondere pro non comprehenſione ſcilicet, quoties non conſtaret, quod antiquitus 3
in loco adeſſet Caſtrum inhabitatum cum vaſſallis, cum juriſdictione, & imperio in eis; adeout ejuſdem tenoræ fines conſtituerent territorium, ſeu mangum contradiſtinctum, & de per ſe unde dici poteſt Caſtrum juriſdictionale, ſaltem habitu, ſeu aptitudine ad novam reædificationem, juxta caſum, de quo *diſc.* 54. *& ſeqq. cum ſimilibus*; quoniam Conſtitutio loquitur de Civitatibus, Oppidis, Terris, Caſtris, Arcibus, & locis, quæ in feudum, gubernium, Vicariatum, Ducatum, aut quemvis alium titulum perpetuum, vel ad certas generationes conceſſa, & alienata, ad Cameram poſtmodum devoluta ſint, vel devolvi contingat; Et ſub quo genere certe dicebam comprehendi 4
ipſum Caſtrum Gandulphi, quamvis revera, non jure devolutionis, ſed jure privatæ, & correſpectivæ acquiſitionis ad Cameram redierit, dum ex rationibus, de quibus ſupra *diſc.* 128. ſuper comprehenſione illo-

rum

rum ipſorum, quæ ad Cameram obvenerint jure confiſcationis, pro privato indifferenti delicto, reprobando *conſ.* 16. *Spada lib.* Tum etiam ob expreſſam declarationem contentam in eadem bulla Baronum, ni elapſo triennio, Caſtra, & loca per hanc viam acquirendo, dictæ bullæ ſubjacerent, quod clarius declaratum, & ſtabilitum fuit per Conſtitutionem Alexandri VII. occaſione Status Caſtri pariter ad Cameram reverſi, & conſimili cauſa privatæ correſpectivæ emptionis.

Credebam tamen non comprehendi hanc tenutam,
5 utpotè extra genus dictorum bonorum, de quibus Conſtitutio loquitur, & collocanda inter bona privata, & indifferentia, paſſivam potius patientia quam activam juriſdictionem habentia; ſiquidem non ex eo, quod in prædio exerceatur juriſdictio, inferri poteſt, quod illud ſit juriſdictionale, quoniam in omnibus prædiis, & bonis tam ruſticis, quam privatis, juriſdictio exercetur, non ratione ipſorum bonorum de per ſe, ſed quia illa ſita ſint in eo territorio, cui ineſt juriſdictio activa, quam feudiſtæ dicunt eſſe in territorio, tanquam nebulam ſupra paludem, ſive ratione juris territorialis, id eſt terrendi.

Quamvis etenim juriſdictio non ſit perneceſſe annexa loci dominio utili, etiam jure feudi obtento,
6 quoniam ut advertitur pluries in præcedentibus, & præſertim *diſc.* 61. *&* 62. ſtant ſimul, ut quis ſit Baro & feudatarius, & alter, etiam jure feudi, vel jure allodii habeat juriſdictionem, ſive quod idem ex diverſis titulis, vel conceſſionibus habeat utrumque, non per hoc tamen id immutat naturam; Et ſic magna differentia eſt inter juriſdictionem activam, & juriſdictionem paſſivam, neque ab hac poſteriori ad priorem inferri poteſt.

Ad probandum autem hanc non comprehenſionem quodque iſta Tenuta cenſenda potius eſſet privatum prædium indifferens, ſitum in agro Romano, ſub jure territoriali Urbis, & poſſeſſa antiquitus per dictos Domicellos & nunc per Cameram jure dominii privati, ad inſtar aliorum privatorum, quamvia alias ſint Barones, & Magnates, qui in eodem agro, Tenutas, & Caſalia, aliaque prædia, & bona poſſident, ſequentes propoſitiones præmittebam.

Primò nempè, quod licet juxta magis communem, & receptam opinionem, præſertim Canoniſtarum,
7 cum qua potius, quam cum illa Civiliſtarum in materia feudorum, & publicorum dominiorum proceditur, Civitates, Oppida, Caſtra, & Loca inhabitata cum vaſſallis, cum juriſdictione, & imperio præſumantur potius allodialia quam feudalia, ex eo, quod feudalitas, tanquam ſervitus, in dubio non præſumitur, præterquam in Regnis utriuſque Siciliæ, ubi exceptis Eccleſiis, regula eſt in contrarium, ex inſinuatis *diſc.* 2. 56. 63. *& in aliis pluries*; Attamen in hujuſmodi dominiis Baronialibus, & ſubordinatis, in quibus Papa, ejuſque Magiſtratus, & Tribunalia, tam actu, quam habitu habent altum dominium, ac ſuperioritatem, & Regalia majora, adeout dominium baronale, ſeu domicellarium redoleat ſpeciem vicariatus, vel gubernii perpetui, cum jura percipiendi illius loci redditus, & emolumenta, tunc juridicè dici non poteſt, quod obtineantur jure proprii, & veri allodii, quoniam iſtud excludit omnem dependentiam, & ſubjectionem, atque ſupponit majorem, & abſolutam ſuperioritatem cum regalibus etiam majoribus adeout non recognoſcatur alter ſuperior niſi Deus, ſed potius dicendum eſt, ut non conſtito de inveſtitura vel ex aliis probationum ſpeciebus de vera, & propria qualitate feudali, iſtud baronale, domicellarium dominium ſubordinatum Principi ſupremo, intra cujus principatus fines loca ſita eſſent, ſit quodam mixtum conſtitutum ex duabus imperfectis, & impropriis naturis, ex illa ſcilicet allodii, ad effectum, ut non intret formalis ſervitus feudalis, redolens neceſſitatem præſtandi ſervitium perſonale, vel reale ſub pœna caducitatis, ac ſubjacendi oneri renovationis, & prohibitioni alienandi, aliiſque oneribus, quæ in vero, & proprio feudo dignoſcuntur; Et ex illa feudi, ad effectum excludendi dictum allodium verum, & proprium, & independentiam, ſed probandi, quod Baro, vel Domicellus illum locum obtinear ex originaria conceſſione Papæ, tanquam domini directi, Principis ſupremi, qualis qualis naturæ illa cenſenda ſit cum reſervatione alti dominii, & ſuperioritatis, ac regalium majorum, nec non fidelitatis, & oblationis ſervitii in gravibus, & extraordinariis urgentiis; Iſtaque eſt illa feudalitas, quam in hoc Principatu *ex conſil.* 8. *Abb. lib.* 1. late probat *Spada conſil.* 1. *lib.* 1. ut locis citatis, & alibi pluries advertitur; Ideoque ita dici etiam poſſint feuda impropria, & corrupta.

Iſtaque eſt ratio, quam dicta Piana Conſtitutio, quæ loquitur de infeudationibus, non diſtinguit, an Civitates, Oppida, Caſtra, & loca jure feudi, vel jure allodii poſſiderentur; quoniam ſufficit, ut ea redoleant illud dominium publicum, & juriſdictionale, per quod loca ita poſſeſſa per feudatarios, & Barones quodammodo ſeparata ſint à reliquo ſtatu exiſtente ſub immediato regimine Papæ, ejuſque officialium, ideoque dicantur de ſtato mediato magis, & minus, juxta pluries inſinuatas ſpecies mediationis, *hoc eod. tit. & in altero de regal.* & ſic, ut ſit dominium publicum, & baronale cum jure territoriali, & juriſdictione activa, ad differentiam illius dominii privati utilitarii, ſeu fructuarii tantum ſub aliena juriſdictione, & territorio, quod eſſe dicitur penes privatos poſſeſſores prædiorum, & locorum indifferentium.

Secundò advertebam, prænotandum eſſe, quod hujuſmodi dominia publica baronalia, ſeu domicel- 8
laria cum juriſdictione, & imperio in vaſſallos, & cum jure territoriali, ſive ſint jure feudi recti, & proprii, ſive improprii, & corrupti, quod redoleat potius allodium, ut ſupra conſtituunt illam univerſitatem, de qua pluries in præcedentibus, præſertim *diſc.* 32. 56. *&* 61. & quam feudiſtæ dicere ſolent unum manſum, eo modo quo in ſpiritualibus eſt diœceſis Epiſcopi, & territorium Eccleſiæ Cathedralis, & ſic unum corpus intellectuale, ſed integrale, & individuum, quod à feudiſtis appellatur homo mutus, ſurdus, cœcus, & claudus, quod ejus facit operationes per organum feudatarii, eo modo, quo corpus cathedraticum operatur per organũ Epiſcopi, & Capituli, individuum tamen, quia ſcilicet in ſua compage, & integritate habeat ejus membra ſeparata à capite, & à reliquo corpore, juxta ea, quæ habentur *diſc.* 12. *de juriſdict. & alibi.*

Tertiò, quod in iſta univerſitate, ſeu corpore, atque intra ejus viſcera, vel partes, atque in eadem
poſſeſſoris perſona datur compatibilis concurſus plo- 9
rium dominiorum diverſæ naturæ, unius nempe publici, & domicellarii, & alterius privati, & utilitarii, ſeu fructuarii in prædiis ruſticis, & urbanis, aliiſque bonis & juribus, in quibus conſideratur tanquam privatus, ut in eiſdem inſinuatis *diſcurſ.* 2. *&* 3. 56. 61 *& alibi.* Verum iſte concurſus fingit omnimodam diverſitatem plurium perſonarum formalium in una perſona materiali cum diverſitate reſpectuum, quia nempe in prima conſideretur tanquam Baro, ac dominus publicus ipſius univerſitatis cum imperio, & juriſdictione activa, quæ in univerſo territorio, in altera verò conſideretur tanquam vaſſallus, & incola ſubditus ſui ipſius & ſub juriſdictione paſſiva.

Quartò in idem, quod licet detur caſus, quod juxta 10
illam deſtinationem patriſfamilias, de qua *diſc.* 7. *de leg.* & magis ad rem *diſc.* 6. *de fideicomm.* alicui Caſtro, ſeu loco baronali & juriſdictionali, ut ſupra annexa ſint prædia privata in diverſis territoriis exiſtentia, & materialiter à dicto corpore ſeu manſo territoriali ſeparata;

parata ; Attamen iſta unio , quæ proveniat à
deſtinatione patrisfamilias operativa eſt in iis , quæ
pendeant ab ejus facto , & poteſtate, puta ad effectum
ſucceſſionis juxta caſum , de quo *d. diſc. 6. de fidei-
comm.* vel ad effectum comptehenſionis ſub legato ,
vel alienatione , juxta deducta *d. diſc. 7. de legat. &
alibi* , non autem in iis , qui pendent à poteſtate Prin-
cipis ſupremi , & in quibus ejus voluntas nihil ope-
rari poteſt , ideoque cum eadem fictione plurium per-
ſonarum formalium, vel intellectualium in eadem per-
ſona materiali , dicitur multiplex poſſeſſor pro diver-
ſitate reſpectuum ; Ut puta exemplificando demonſtra-
tionis gratia pro faciliori intelligentia in Magno Duce
Etruriæ (quamvis omnia bona , & jura hujus domus,
11 regulentur cum eodem ordine ſucceſſionis , atque
pertineant ad illum , qui tanquam primogenitus ſit
poſſeſſor Principatus majoris ;) Attamen diverſimodè
conſideratur , quoniam in Ducatu Florentino , cum
annexis ad illam antiquam Rempublicam pertinenti-
bus , conſideratur tanquam Princeps ſupremus , &
omnimo independens jure illius veri allodii , de quo
ſupra ; In Ducatu Senenſi, tanquam feudatarius, veræ
dignitatis Imperialis , vel ſubfeudatarius ; juxta de-
ducta ſupra *diſc. 59*, In ſtatu Capeſtrani cum annexis
in Regno Neapolitano , conſideratur tanquam Baro ,
& feudatarius inferior , atque in palatiis , villis , &
bonis , quæ poſſidet in Urbe ; conſideratur tanquam
privatus civis , & ſic in aliis bonis , & juribus , quæ
alibi exiſtant.

12 His itaque prænotatis , atque deſcendendo ad ap-
plicationem , dicebam nullatenus hanc Tenutam ,
ratione annexionis cum dicto Caſtro, cenſendam eſſe
de illis dominiis publicis , de quibus dicta Conſtitu-
tio loquitur , quoniam etiam in caſu, in quo ſita eſſet
in territorio ejuſdem Caſtri , adhuc dicenda veniret
num ex prædiis privatis , quæ Baro , vel Domicellus
jure privati civis poſſidere poteſt in proprio Caſtro ,
vel feudo ; Multo magis dum ſita eſt extra dictum ter-
13 ritorium , & in agro Romano , cum quo denotatur
proprium , ac particulare territorium Romanæ Civi-
tatis , contradiſtinctum ab illo territorio magis lato ,
quod ad differentiam explicatur ſub nomine diſtrictus
juxta diſtinctiones , de quibus *diſc. 72. de regal. &
alibi pluries* ; Et per conſequens ut conſiderandus ve-
niat tanquam privatus poſſeſſor prædii privati in do-
minio ſolum fructuario , ſeu utilitario juxta conſide-
rationes , de quibus ſupra *diſc. 61.*

Quare ſi aliquos actus juriſdictionales in loco exer-
14 cuit , id intruſioni de facto potius referendum venit ,
cum ob certam juris reſiſtentiam ad hunc effectum ,
neceſſarium eſſet explicitum privilegium Principis ſu-
premi , vel immemorabilis , cujus vigore illud alle-
gari poſſet , Atque ſive iſta Tenuta eſſet penes unum,
ſive alterum , dici non poteſt , quod exindè reſultaret
dictus effectus , vere & proprie à bulla conſideratus ,
diſmembrationis ſcilicet à ſtatu immediato , per quam
locus fiat de ſtatu mediato , ut ſupra.

Neque alicujus momenti eſſe advertebam , quod
15 in venditione facta non eſſet contradiſtincta mentio
hujus tenutæ , unde propterea vendita eſſet tanquam
pars , & membrum Caſtri , quoniam ita docente
quotidiana praxi hujus Congregationis Baronum ,
juxta caſus recenſitos ſupra *diſc. 74. cum plur. ſeqq. &
diſc. 13. & 151. de credito* , ac etiam in Regno Nea-
politano , juxta caſus recenſitos *eod. tit. de credito ,
diſc. 22. & 27. & 30. & alibi* ; Quando ad inſtan-
tiam creditorum Baronis fit executio in Caſtris , &
locis juriſdictionalibus , fit etiam executio in bonis
privatis , & allodialibus , quæ ille poſſideat, non ſolum
intra fines Caſtrorum , vel locorum , ſed etiam extra,
ut de executione domus, aliorumque bonorum exiſten-
tium in Civitate Viterbi , & in aliis locis, habetur in
16 caſu , de quo *diſc. 77 cum plur. ſeqq. & alibi.*

Ad omnem autem difficultatem removendam , iſta

hærendo conſiderationibus , & rationibus, de quibus
ſupra *d. diſc. 61.* advertebam alienationem fieri poſſe
ac debere cum hac expreſſa declaratione , ut ſcilicet
concederetur tenuta , tanquam prædium privatum ,
exiſtens in agro Romano , abſque aliqua juriſdictione
vel jure territoriali , & ad ſolum dominium utilitarium
ſeu fructuarium, eodem modo, quo ſunt reliqua Caſtra,
& prædia privata in eodem agro exiſtentia.

Ex iſta verò facti ſerie manat id, quod initio inſinua- 17
tum eſt , ut ſcilicet nimium notabilis caſus cenſendus
veniat ad plures effectus ; Primo nempè quod iſte fue-
rit primus caſus , in quo dicta bulla Baronum practi-
cata fuerit , & qui fortè magis impulit legislatorem
ad illam edendam.

Secundò magis, quod cum (incertum eſt ex quo con-
ſilio) in ejuſdem Caſtri porta inſculpti ſint iſti verſus.

Qui potenti minora negat ,

majora amittit.

Hinc vulgus credit, quod ob Pontificiam indigna-
tionem originatam ab incivilitate poſſeſſorum , qui
illo loco privati fuerint, quaſi quod fuerit privatio po-
tentialis , & de facto , jure illius ſupremæ poteſtatis,
de qua *diſc. 148. & 177. de Regal. & alibi pluries* ; Et
quæ per non profeſſores, tirannides dici ſolet ; Et ta-
men ex dicta facti ſerie liquet , quod fuit licita ; &
canonica acquiſitio ex cauſa oneroſa, & correſpectiva,
more cujus libet privati pro juſto pretio , quod cre-
ditoribus ſolutum fuit, unde propterea dicti vulgi opi-
nio falſa , & erronea detegitur , ut in pleriſque aliis
contingit.

Tertiò, quod ut pluries ad materiam hujus bullæ ad-
vertitur, idem vulgus, partim ex ignorantia, & partim
ex malignitate adverſus iſtam bullam alloquitur, ut pro-
dierit ad effectum parandi occaſiones acquirendi Caſ-
tra , & bona juriſdictionalia pro nepotibus, Et tamen
Pontifex legis lator ad id , nec quidem cogitavit, dum
non ſolum iſtam neglexit occaſionem, ſed omnes alias,
quæ ejus Pontificatu durante ſequutæ ſint , adeout
ipſo vivente, ejus conjuncti, & attinentes nihil medi-
ante iſta Congregatione Baronum quæſierint , ſed cu-
ravit Pontifex ſuo ſumpto reintegrare ſtatum Eccle-
ſiaſticum, quo magis potuit, acquirendo, pretio median-
te, Oppidum Neptuni, & Montem Sancti Joannis, alia-
que ſimilia loca ab inferioribus Dominis poſſeſſa.

Et quartò quod non implicat , ut ille , qui eſt do- 18
minus directus Civitatis , & Caſtrorum , ac locorum
exiſtentium intra ejus Principatum ſub dominio utili,
vel ſub alterno aliorum , ita emat rem propriam ad li-
berandum quo magis fieri poteſt ſubditos à dura Ba-
ronum , & Domicellorum ſervitute , ac etiam à qua-
dam injuria , quam loca baronalia pati videntur ſuper
minori exiſtimatione nobilitatis , cum tot aliis dam-
nis , & præjudiciis, iſtæque ſunt partes boni Principis
Ut è converſo deplorabilis eſt abuſus, qui viget in ali-
quibus Regionibus , ut Civitates nobiles , & quali-
ficatæ , ita more prædiorum ruſticorum vendantur
etiam ignobilibus , qui ex beneficio Fortunæ divitias
paraverint , violando etiam contractus oneroſos , &
correſpectivos , juxta caſus de quibus *diſc. 148. de
Regal.* quo nil abſurdius , nil ve deteſtabilius.

† EADEM ROMANA CASTRI ORCIANI.

De qua ſupra Diſc. L X X.

Inter eaſdem partes cum reſolutionibus , ut infrà.

De eadem materia , de qua *d. diſc. 70.* An ſcilicet, &
quando dominium probetur per inveſtituram ; Et
quando dominium jam probatum præſcribatur , vel
præſumatur amiſſum ; Et probato dominio Caſtri,
an exindè inferatur ad dominium prædiorum , &
bonorum in eo exiſtentium.

SUMMARIUM.

1 *Veritas cum dubiis, & objectis melius inquiſitur, & elucidatur.*

2 *De punctis vel inſpectionibus, in quas dividitur diſcurſus.*

3 *De regula, quod ſola inveſtitura non probat dominium contra tertium, & de limitatione concurrentibus adminiculis.*

4 *Quod in adminiculativis non dentur regula certa, & de ratione.*

5 *De regula tenenda ſuper ſuper admi niculorum pondere, præſertim, an id quod eſt adminiculatum habeat in ſuo genere certitudinem.*

Dantur exempla.

6 *De diſcrimine inter caſum, in quo primordium conceſſionis ſit certum, & clarum, & alterum, in quo ſit incertum, & dubium.*

7 *De propoſitione non præſumendi delictum conceſſionis rei alienæ, & quod etiam ea, quæ non obtineantur, concedi ſoleant, & de ratione.*

8 *De canonizatione inveſtituræ, quod eſſet in forma probante.*

9 *Quod falſè confingi ſoleant per modernos antiqua documenta.*

Ideoque eis non de facili ſit deferendum abſque adminiculis.

10 *Ex retentione in Archivio proprio reſultat veriſimilis ſcientia.*

11 *Expenduntur aliqua adminicula.*

12 *De diſtinctione inter devolutionem pœnalem, & alteram non pœnalem ob lineam finitam, ad effectum majoris, vel minoris probationis dominii.*

13 *Antiquitas excuſat a rigoroſa, & concludenti probatione.*

14 *Declaratur diſtinctio, de qua num. 12. & quando procedat.*

15 *De ratione cui innixa eſt eadem diſtinctio.*

16 *Declaratur item alia concluſio, de qua num. 13.*

17 *De concluſione, quod probato dominio de præterito, illud præſumatur de præſenti, & quando procedat.*

18 *Poſt decurſum unius ſæculi, allegari poteſt quicunque titulus de mundo melior.*

19 *Probatio præſumpta non admittitur in iis, quæ ſunt fundamentum intentionis actoris.*

20 *Expenduntur præſumptiones excludentes præſumptionem, de qua num. 17.*

21 *De concluſione, quod feudatarius, vel conceſſionarius non præſcribit inveſtitura durante, quando procedat.*

22 *Quod per lapſum centum annorum, præſumitur finita inveſtitura, & quando ſecus cum diſtinctione.*

23 *Per quantum tempus durare valeant, & præſumantur tres generationes.*

24 *Identitate cognominis, non infertur ad deſcendentiam, vel parentelam.*

25 *Qualis ſit vera, & propria præſcriptio, & qualis impropria, quæ præſumptionem potius redoleat.*

26 *Quod malum conſilium ſit allegare præſcriptionem bonum verò allegare præſumptionem.*

27 *De differentiis inter unum, & alterum præſidium; Et quare ſit melius illud præſumptionis.*

28 *Expenduntur quædam adminicula poſt inveſtituram.*

29 *Lis in qua actor ſuccubuit, vel derelicta, non inducit malam fidem, & non interrumpit.*

30 *Quod probato dominio Caſtri, exindè non reſultet probatio prædiorum, & bonorum, intra ejus fines exiſtentium.*

31 *De argumento exigui canonis, quid operetur, & quando intret.*

32 *De potentia familiæ Pierleonæ in Urbe, quanda fuerit.*

33 *De eadem concluſione, de qua num. 30. & quando non procedat.*

34 *Concluditur qualis reſolutio eſſet probabilior.*

35 *Admonitio, quod in judicando, & concludendo vis non conſiſtit in concluſionibus, & doctrinis, ſed in earum congrua applicatione.*

DISC. CXXXIII.

IN iſta præſertim cauſa, cujus facti ſeries recenſetur
ſupra *diſc.* 70. expertus ſum verificari vulgare dic-
terium, quod virtus in infirmitate perficitur, ſive quod 1
aurum igne purgatur, vel quod ferro via melius ape-
ritur; quoniam cum in illis primis diſputationibus,
de quibus *eod. diſc.* 70. agitur penè ulla habita eſſet
difficultas, adeout reſolutiones de plano prodierint
ſuper non probatione dominii, quaſi ſuper-
ficialiter de illa actum fuit; Poſt dicti autem diſ-
curſus editionem, emanavit ſententia ad formam ibi-
dem in fine enunciatarum trium deciſionum *coram
Albergato*, quarum prima ſuper dominio univerſali
eſt impreſſa *deciſ.* 452. *par.* 13. *rec.* cum altera præce-
dens ſuper Iudicio particulari ſit *deciſ.* 282. *ead. par.*
13. Commiſſaque cauſa appellationis *in ead. Rota co-
ram Emerix ſub die* 15. *Junii* 1672. reſponſum fuit de
dictæ ſententiæ confirmatione, ſed repropoſita cauſa
coram eod. 2. *Martii* 1674. recedendo à deciſis dictum
fuit, ſententiam eſſe infirmandam; ab hac autem re-
ſolutione receſſum eſt *ſub die* 24. *Ianuarii* 1676. *coram
eod.* approbando primam reſolutionem pro ſen-
tentiæ confirmatione, atque in hoc ſtatu cauſa re-
peritur.

In his itaque diſputationibus in iſta ſecunda in-
ſtantia habitis, & præſertim in ultima adverſus reſo-
lutionem tot præcedentibus contrariam, in qua diſ-
putatio fuit acrior, atque curatum fuit, cauſam quò ma- 2
turiùs fieri potuit examinare plures erant puncti; Pri-
mus nempè, an conſtaret de dominio Eccleſiæ actricis
de tempore factæ inveſtituræ de anno ſcilicet 1286.
Secundò, poſito quod tunc, eoque tempore attento,
ſufficientes adeſſent probationes, an exinde inferri
poſſet ad dominium de præſenti ad effectum rei ven-
dicationis contra tertium poſſeſſorem: Tertiò, an ob
lapſum tanti temporis intermedii intraret præſcriptio
vel præſumptio amiſſionis dicti dominii; Quarto pro
dicti temporis intermedii regulatione, an eſſet atten-
denda lis mota de anno 1571. vel potius altera ſuſci-
tata de anno 1659 Et quinto, poſito quod conſtaret
etiam de præſenti de dominio Eccleſiæ actricis, qua-
lis effectus exindè reſultaret quoad prædia & bona in-
tra Caſtri fines exiſtentia.

Quatenus pertinet ad primum; Non negabant ſcri- 3
bentes in contrarium, prout etiam contraria deciſio
expreſſe admittit concluſionem, de qua *d. diſc.* 70.
num. 1. quod ſola conceſſio vel inveſtitura, non pro-
bat dominium concedentis, potiſſimè contra tertium,
quem non conſtet habere cauſam ab eo, qui inveſtitu-
ram obtinuerit & acceptaverit, eo quia etiam res alie-
na concedi poteſt; ſed dicebant id limitari, quando ac-
cedant adminicula, quod ego admittebam loquendo
generaliter, & in abſtracto; ſed punctus eſt in admi-
niculorum qualitate, & efficacia; quando nempè talia
dici valeant ut hunc operentur effectum.

In hoc autem, revera certa & generalis regula
cuicumque caſui applicabilis, ſtatui non poteſt, adeo
ut nedum error ſed ſtultitiæ ſpecies videatur illa ali-
quorum pragmaticorum, qui procedere volunt cum
regulis generalibus, vel cum illis auctoritatibus,
quæ diverſos percutiant caſus, cum juxta ſæpius
enuntiata ſub diverſis materiis, & præſertim *ſub tit.
de fideicomm.* & ſub altero *de dote.* in propoſito
con-

confeſſionis receptæ dotis, in adminiculativis probationibus non detur certa regula, ſed totum ſit remiſſum Iudicis prudenti arbitrio, regulando ex ſingulorum caſuum particularibus circunſtantiis, ex quibus rectè dari poteſt, ut in uno caſu aliqua adminicula ſufficiant & exuberent, in altero autem eadem & alia longè majora non ſufficiant.

Applicando autem ad rem, ubi etiam circa iſtum idealem punctum probationis dominii, ut tunc & de tempore inveſtituræ, non deſcendendo ad effectum, vel ad conſequentiam, ut nunc & de præſenti deſideranda non eſſent adminicula ſubſequentia, & à parte poſtea juxta ſecundum punctum, de quo infra, adeout inſpicienda eſſent ſolùm adminicula antecedentia, & à parte anteà ex quibus comprobatum remaneret, quod tunc concedens eſſet dominus, atque rem ſuam, non autem alienam conceſſerit.

Adhuc tamen pro hujuſmodi adminiculorum regu-
5 latione, & an majoris vel minoris ponderis eſſent deſideranda, reflectendum eſſe in primis ac principaliter advertebam ad certitudinem vel reſpectivè incertitudinem ipſius principalis ſubjecti adminiculandi, nempe inveſtituræ ſeu conceſſionis. Ubi etenim illa de facto ſit authentica & vera, atque in ſuo genere certa, adeout ſuper ejus forma probante ac veritate nulla cadat quæſtio, quæ ſolùm reſtringatur ad regulam juris fundatam in ſuperiùs inſinuata ratione, quod etiam aliena concedi poteſt, & nunc adminicula non adeo urgentia deſideranda veniunt, ſtante certo primordio veritatis, adeout agatur de conſtruendo ædificium præſumptum, ſive adminiculativum ſuper ſolo, vel ſuper fundamentis certis & ſolidis; ſecùs autem ubi ipſum primordium ſit etiam incertum ac dubium, undè propterea congruat ejus veritatem ac formam probantem expiſcari à præſumptionibus & adminiculis, quoniam ita eſt conſtruere ædificium præſumptum & adminiculativum ſuper ſolo vel fundamentis etiam præſumptis & adminiculativis, quod vel non eſt admittendum ex principio non dandi præſumptum ſuper præſumpto, vel ſaltem adminicula eſſe debent nimium vehementia & magna, adeout valdè urgeant.

Ut puta) exem. gr.) Quando adeſt certa & explicita alienatio bonorum vel jurium Eccleſiæ, adeout ſuper ipſo facto vel titulo alienationis tanquam certo & expreſſo nulla cadat quæſtio quæ ſolùm ſit ſuper ejus validitate ob requiſita ſolemnitatis & cauſæ; tunc ſi accedat diuturna pacifica & univoca obſervantia tricennalis & ultra hæc requiſita præſumuntur & multò magis ubi etiam alia accedant adminicula ex iis quæ habentur *diſc. 1. de alienat. & contract. prohib. & diſc. 143. de dote & alibi*, ubi de materia beneplaciti Apoſtolici præſumpti, aliarumque ſolemnitatum præſumendarum; ſed ſi non conſtet de titulo expreſſo & certo, adeout iſte deducatur præſumptive vel adminiculativè tunc dicta alia præſumptio non intrat ex dicta ratione non dandi cumulum præſumptionum ac ſpecialitatum, ſive ædificandi præſumptum & incertum ſuper alio præſumpto, & incerto, ut locis citatis habetur.

Sive in materia dotis confeſſatæ, de qua in ſua ſede *ſub tit. de dot. diſc. 159. & ſæpius*; Si per inſtrumentum vel aliam ſcripturam, de cujus veritate, ac certitudine non dubitatur; conſtat de expreſſa & clara confeſſione, adeout niſi adeſſet juris prohibitio inter conjuges, ſed ageretur inter non prohibitos abſque dubio probaret concludenter; unde inter prohibitos deſiderentur adminicula, tunc iſta leviora ſufficiunt, poriſſimè ubi non adſit mixtura præjudicii tertii independentis à confitente; ſed ſi ipſa confeſſio ſit dubia & incerta, adeout illius veritatem ex adminiculis expiſcari oporteat; tunc utique longè majora & efficaciora deſideranda veniunt, quoniam duplicem operationem facere debent.

Ad quod etiam conferunt ea, quæ habentur pluries. *ſub tit. de fideicomm. & præſertim diſc. 82.* ſuper puncto, An filii in conditione poſiti cenſeantur vocati, non ſolùm vocatione activa, ſed etiam paſſiva; ita ut ſint etiam gravati, quoniam ubi vocatio activa eſt certa, ut eſt in Urbe ex ſtatuto, tunc facilius infertur ad paſſivam, atque minores requiruntur conjecturæ; ſed ſi etiam activa ſit dubia, quia regula juris ſibi reſiſtente, oporteat eam deducere ex conjecturis, utique ad alterum effectum vocationis paſſivæ longè majores & efficaciores eſſe debent cum ſimilibus.

Alia quoque diſcriminis ratione accedente inter caſum, in quo ipſa conceſſio ſit certa, adeout ſuper ejus 6
ſubſtantia & veritate de facto nulla cadat dubietas, quæ ſolùm reſtringatur ad regulam juris; & alium caſum, in quo dubietas etiam facti accedat, quoniam priori caſu aliud non urget in contrarium ob quod ſola conceſſio non probat, niſi dicta poſſibilitas, ut etiam de re aliena conceſſio facta fuerit, ſed hæc poſſibilitas, utpotè continens quandam nudam juris præſcriptionem de facili tollitur per contrarias præſumptiones & adminicula facti, ac etiam per aliam juris præſumptionem in dicta contraria *deciſ. 2. Martii* 1674. valdè magnificatam, ubi præſertim agitur de perſonis Eccleſiaſticis & qualificatis, ut in præſenti, quod agebatur de Capitulo adeò qualificato, id agente cum auctoritate & aſſenſu Cardinalis titularis, quod ſcilicet præſumendum non ſit delictum concedendi id, quod ſuum non eſſet, ad tradita per *Crot. conſ. 532. n. 10. & ſeqq. lib. 3. Rot. deciſ. 400. nu. 4. par. 1. recent.* ſed in alio caſu urgent aliæ majores difficultates, quoniam ipſum factum veritatis conceſſionis negari poteſt, ut ſupra.

Ultra quod iſta præſumptio fundata in excluſione delicti, nimium levis cenſenda eſt, quoniam non ex 7
eo, quod Eccleſia vel Prælatus, quantumvis qualificatus faciat conceſſionem de re, quam tunc re vera non habebat; ſed ab altero tanquam prætenſa libera & propria poſſideatur, reſultat turpitudo vel delictum, dum ſæpius hujuſmodi conceſſiones fieri ſolent de Caſtris & bonis, quæ non habeantur; utpotè ab aliis poſſeſſa, ob aliquam prætenſionem; quæ in eis habeatur ad effectum, ut conceſſionatius recuperet, atque prætenſio redigatur ad effectum; ut præſertim practicatum fuit per Sedem Apoſtolicam ſub Alexandro VII. quod Marchioni Monteauto conceſſa fuit inveſtitura Caſtrorum Vallis & Montis leonis, quæ poſſidentur tanquam libera per Principem Plumbini juxta ſeriem, de qua *hoc eod. tit. diſc. 54. & ſeqq.* Undè propterea in tractatu concordiæ concluſæ, ſed ineffectuatæ, cùm opus eſſet, ut Monteautus dictæ inveſtituræ cederet, fuit examinatus articulus, de quo etiam ſupra *hoc tit. diſc. 71. in Rota* cum pleriſque ſimilibus exemplis.

In poſteriori autem caſu primordii incerti verſari dicebam, quod ſcilicet dicta inveſtitura anni 1286. quæ erat fundamentum intentionis Eccleſiæ agentis, non eſſet adeò certa & authentica, ut ſuper illius veritate de facto nulla caderet quæſtio, quæ proindè ad ſolum punctum juris reduceretur, quoniam in anti- 8
quis diſputationibus habitis *in Rota coram Cotta*, coram quo, tanquam Iudice fabricæ S. Petri iſta lis initiata fuit de anno 1571. in vim Bullæ B. Pii V. ſuper bonis Eccleſiæ malè alienatis *ſub diebus 4. Februarij* 1575. & 9. *Maii* 1576. dictum fuit, quod inſtrumentum iſtius inveſtituræ anni 1286. non indigeret recognitione, eo quia verſaremur in antiquiſſimis, atque accederent adminicula, de quibus infra idemque dictum *ſub diebus 8. Iunii, & 14. Decembris ejuſdem anni* 1576. quarum aliquæ ſunt impreſſæ *in par. 1. diverſor.* nempè prima *ſub die 4. Februarii eſt deciſ. 52. repett. deciſ. 54.* & ſecunda 18. *Maii* 1576. *eſt deciſ. 58. par. 1. diverſor.* Et ſic firmata fuit veritas, non quia illa eſſet certa, ſed quia in ſenſu tunc judicantium

…ſuaderent antiquitas & adminicula, ergo eſt probatio præſumpta & adminiculativa.

Et nihilominus ubi hujuſmodi antiquarum reſolutionum reviſio aſſumenda eſſet, prout fieri debere dicebam in congreſſibus, quatenus à dicta contraria
9 deciſione non eſſet receſſum probabilius veniret ſperandus receſſus, quoniam nunc in iſta materia magis aperti ſunt oculi, qui tunc erant clauſi vel cæcutientes, dum detectum fuit artificium aliquorum falſariorum decurſi ſæculi, & præſertim cujuſdam Alphonſi Ceccarelli, qui ob iſtam cauſam ſub Gregor. XIII. per manus Juſtitiæ obiit, conficiendi ſcilicet antiquorum temporum privilegia & inſtrumenta, aliaque documenta, quæ originalis faciem haberent, imitando illorum temporum characterem & ſtylum, aliaque veriſimilia argumenta, quamvis ob iſtorum defectum à peritis, ſed probis, ac fidelibus antiquariis convicti fuerint, ut præſertim de iſto Ceccarello agitur inter *Epiſtolas familiares Vincentii Armanni Eugubini impreſſas Macerata de anno 1674. vol. 1. Epiſt. 1. apologetica, pagina 61. & ſeqq.* occaſione defendendi ab iſta proſſibili confictione Ceccarelli; quondam antiquum inſtrumentum in Eugubina Civitate exiſtens, in quo fit mentio Petri Cardinalis de Capiſucchis, & ſuper qua defenſione ego quoque edidi diſcurſum Italico idiomate, in quodam libercnlo impreſſum, adeòut irriſione potius hodie digna remaneant quædam antiqua privilegia, & inveſtituræ Othonis, & aliorum Imperatorum, ac ſimilia per iſtos falſarios fabricata, ad extorquendas pecunias à vanitatis cultoribus antiquam nobilitatem mendicantibus, quoties eadem documenta, alia non habeant ſolida & urgentia veritatis adminicula; Et per conſequens erroneum eſt, poſt has machinationes detectas procedere, cum illis nimiũ vagis ac levibus generalitatibus, cum quibus tunc proceſſum fuiſſe, eædem deciſiones oſtendunt; Potiſſimè quia phraſis vel eloquutio non videtur illis temporibus magis barbaris adaptata; magnamque inveriſimilitudinem præbent quædam clauſulæ feudales tunc ad uſum non redactæ, aliæque conſiderantur inveriſimilitudines, ideoque argumentum deductum à ſola antiquitate, his ſtantibus nimium fragile ac periculoſum remanet.

Magno quoque hujus confictionis veriſimili argumento reſultante ab adeò diuturno ſilentio trium ſæ-
10 culorum, à dicto ſcilicet anno 1286. uſque ad annum 1571. motæ litis abſque eo, quod interim de canonum aliqua exactione, aliove actu aliquid appareat, quinimò neglecta fuit poſſeſſio Eccleſiæ, & tenimentorum, ac decimarum, aliorumque jurium reſervatorum, ut etiam infra in tertio puncto præſcriptionis vel præſumptionis advertitur. Iſta namque inveſtitura juncta cum aliis antecedentibus de annis 1097. & 1141. ſupponitur reperta in ejuſdem Eccleſiæ actricis Archivio, in quo conſervata fuerit quod præſupponit in ipſis Capitulo & Canonicis ſcientiam juxta firmata apud *Cavaler. dec. 77. & 91. cum aliis relatis diſc. 21. de judic. num. 66. & alibi*; ideoque ſaltem negari non poſſe advertebam, quin ipſius conceſſionis veritas de facto ſit incerta, ſolumque adminiculativè deducatur cum contraria poſſibilitate.

Deſcendendo verò ad adminicula, ea nimium imperfecta & inefficacia eſſe dicebamus ego & alii pro
11 hac parte ſcribentes, atque in favorabilibus deciſionibus admittitur etiamſi verſaremur in caſu, in quo primordium veritatis eſſet certum per veram & concludentem probationem; multò igitur magis tali certitudine ceſſante, ut ſuprà; ſiquidem pro adminiculis per alteram partem adducebantur ſuperiùs enuntiatæ antiquiores inveſtituræ annorum 1097. & 1141. ambo nullius ponderis, tum quia ſunt ſcripturæ omninò informes & imperfectæ, tùm etiam, quia de earum effectuatione aliqua non conſtat, alioſque plures patiuntur defectus in noſtris deciſionibus ponderatos; ideoque vel omninò inutiles cenſendæ videntur, vel ſaltem nimium levia producunt adminicula. Fortiùs verò quoniam ſunt remotiſſimæ ab actu, dum prima diſtat per ſpatium annorum 189. & altera per ſpatium 145. adeòut adſit inter media centenaria, cujus vigore allegari poteſt omnis melior poſſibilis titulus amiſſionis cujuſcumque dominii antiqui, ſi quod adeſſet juxta ea, quæ habentur infra in tertio puncto.

Tertium adminiculum deductum ex Bulla Calixti II. de anno 1123. pariter vel nullius vel nimium levis ponderis videtur, tum ex modo inſinuato motivo intermedii ſpatii annorum 163. tum etiam quia dicta Bulla eſt ad ſupplicationem Capituli, nilque concedit vel poſitivè probat ſed præſupponit, ſeu enuntiat generaliter bona & jura antiqua Eccleſiæ.

Quartum adminiculum deducebatur ex tranſactione ſuper canonibus decurſis in libris mille, ſed illud deducitur ex corpore ejuſdem inveſtituræ, ideoque eiſdem laborat defectibus; neque dici poteſt, quod ſit extrinſecum, ac diverſum; Et ulteriùs nulla datur probatio, nec quidem fumus ſolutionis, quodque tranſactio effectum ſortita fuerit.

Et demùm ad quintum deductum ex inveriſimilitudine ſive ab excluſione turpitudinis & delicti concedendi rem non ſuam, & in quo aliqui ex Iudicibus nimium ſe fundarunt in dicta contraria reſolutione jam reſponſum eſt ſupra; Imò etiam ſi pietatem atque integritatem in eiſdem perſonis præſupponere debemus iſtud adminiculum potius retorquetur, atque comprobat hujus partis intentionem, circa ea, quæ in 3. & 4. puncto inferiùs habentur.

Agnoſcendo autem ſcribentes pro Eccleſia actrice, quod revera dici non poſſet illam perfectam & concludentem probationem, quæ ad effectum rei vendicatio- 12
nis contra tertium eſt neceſſaria, ut ſupra recurrebant ad diſtinctionem, in qua præcipuum fundamentum conſtituere videtur dicta contraria deciſio in principio, quod ſcilicet rigoroſa probatio concludens & perfecta requiratur ubi agatur de devolutione pœnali magis odioſa, ob non ſolutionem canonum, vel ob alienationem, aut aliam ſpeciem caducitatis; ſecus autem ubi de devolutione non pœnali & non odioſa ob lineam finitam, cùm tunc probationes non requirantur adeò concludentes in id allegando firmata *apud Cavaler. deciſ. 269. Buratt. deciſ. 602. num. 9. & Dunozett. deciſ. 741. num. 7. & 959. num. 6.* Potiſſimè 13
in antiquiſſimis, in quibus ne aliàs impoſſibilis reddatur probatio dominii, non adeò rigoroſe procedi debet, ſed ſufficere debent adminicula & conjecturæ, ut apud *Cavaler. deciſ. 93. apud Millin. deciſ. 374. Coccin. deciſ. 1708. deciſ. 597. par. 4. recent. tom. 3. num. 5. & in aliis.*

In utroque tamen aſſumpto (etiam in ſenſu veritatis) dicebam procedi cum æquivoco, tam attenta littera, quam etiam ratione dictarum authoritatum in applicatione, quodque dictæ propoſitiones eſſent veræ in caſibus ſuis, male autem ad rem applicarentur; Quatenus etenim pertinet ad primam propoſitionem ſuper dicta diſtinctione inter devolutionem pœnalem & alteram ob lineam finitam, illa non habetur in jure Civili vel Canonico ſtatuta; minuſque per antiquiores interpretes tradita ſed originaliter derivare videtur à dicta *deciſ. 269. Cavaler. in fin.* ubi abſque aliqua authoritate vel ratiõe id firmatur ad ſuperabundantiam, poſtquam firmatum fuit conſtare ſufficienter de dominio ex conceſſione adminiculata cum adminiculis ſubſequentibus à parte poſtea denotantibus effectuationem conceſſionis in ipſis poſſeſſoribus, 14
eorumque auctoribus, præſertim cum ſolutionibus Canonum & geminatis confeſſionibus vel recognitionibus jam antecedenter in eodem caſu ponderatis *apud Millin. dec. 11. in fine.* id ſubjungendo cum verbo *Tantò magis.*

In caſu autem *deciſ. 602. Buratt.* proceditur cum

de.

Digitized by Google

d. deciſ. Cavaler. & cum altera *Manzared.* 249. *par.* 5. *recent.* in qua agebatur incidenter ad effectum excavationis lapidum, ac etiam in eadem *deciſ. Buratt.* non agebatur de formali devolutione ac rei vendicatione, ſed ſolùm ad effectum cogendi manum mortuam, ut rem poneret, accepto pretio extra manum non mortuam; quod non redolet intereſſe nimium conſiderabile; Et nihilominus, cùm ageretur de conceſſione recenti, concurrebant plura adminicula a parte poſteà nempè ſolutiones Canonum, ſolutiones Laudemii, reſervationes conſenſus in alienationibus & multiplicatæ, confeſſiones Auctorum & pariter iſta diſtinctio ponderatur ad ſuperabundantiam cum verbo *Præſertim.*

Prout in *deciſ.* 741. *Dunozett.* agebatur de inveſtitura recenti anni 1560. & principaliter conſiderantur quamplura adminicula à parte poſteà redolentia ejus obſervantiam & effectuationem in conceſſionariis, eorumque ſucceſſoribus, cum quibus erat quæſtio, & pariter dicta diſtinctio conſideratur ad ſuperabundantiam cum verbu *Maxime.*

Idemque in *deciſ.* 939. *ejuſdem*, in qua dicitur, quod dominium inter partes non controvertebatur, & tamen in facto recenti anni 1560. aderant eadem adminicula à parte poſteà denotantia effectuationem conceſſionis præſertim inſcriptio marmorea & continuatæ ſolutiones caponum per longiſſimum tempus annorum triginta & ultra; Ejuſdemque naturæ ſunt quotquot aliæ auctoritates ac deciſiones, quæ in materia habêtur nimium diligenter collectæ per ſcribentes in contrarium, ut præſertim ultra prædictas, ſunt *deciſ.* 374. *Millin. deciſ.* 135. *Penia deciſ.* 290. *par.* 1. *recent.* & *in Sabinen. coram Luca apud Marcheſan. par.* 1. *pag.* 1079. quoniam in omnibus accedebant adminicula à parte poſtea redolentia effectuationem conceſſionis in inveſtitis, à quibus poſſeſſores, cum quibus erat quæſtio, cauſam habebent; Nulla verò dabatur authoritas, quæ firmaret, ut contra tertium, quem nullatenus conſtat habere cauſam à conceſſionario, ſufficere debeat adminiculativa & imperfecta probatio antiquiſſimæ conceſſionis, cujus nulla detur effectuatio ex eo, quod non ageretur de devolutione pœnali, ſed de alia ob lineam finitam, dum tertius poſſidens rem, tanquam liberam, negat in genere caſum cujuſcumque devolutionis & terminationis alicujus lineæ, utpotè ſe dicens omninò independentem ab aſſerto conceſſionario.

Ponderando ſiquidem rationem, cui dicta diſtinctio innixa eſt, ea percutit caſum, in quo non controvertatur dominium agentis in genere, & in ſubſtantia, adeout certò conſtet de præexiſtente, & continuante ejus jure ex continuatis ſolutionibus canonis, vel alterius reſponſionis, & ex recognitionibus
15 & confeſſionibus poſſeſſoris, ejuſque authorum; ſed ſolùm quæſtio ſit ſuper qualitate dicti juris vel dominii, quia nèmpè Dominus Actor prætendat agi de vero contractu emphyteutico, in quo ob canones non ſolutos, vel ob alienationem irrequiſito Domino, fiat locus caducitati, poſſeſſor verò prætendat agi de perpetua locatione, vel de cenſu reſervativo, adeout non intret reſtrictio ad hæredes ſanguinis, & ad lineam juxta quæſtiones, de quibus *diſc.* 30 & *ſeqq. de Emphyt.* cum ſimilibus; Tunc enim Domino docente de inveſtitura adminiculata, ob quam emphyteutica qualitas juſtificetur, benè intrat dicta diſtinctio, quod ad effectum devolutionis non pœnalis facilior probatio admittitur, quàm ad alteram pœnalem, pro qua omninò clara & evidens probatio deſideratur, adeout poſſeſſor nullam allegare valeat cauſam vel credulitatem, quæ à pœna excuſet; Iſtique ſunt veri & proprii termini dictæ diſtinctionis, quæ propterea ad rem noſtram omninò extranea remanet.

Pariter eadem reſponſio cadit ſuper alio aſſumpto antiquitatis, cum illud procedat, quando certum ſit primordium veritatis, quod illa res, de qua eſt quæſtio dependeat à conceſſione illius, qui ob devolutionem 16
eam vendicare velit, poſſeſſor autem id non neget in ſubſtantia, ſed in qualitate, ut ſuprà, atque ex parte Domini agentis urgeat æquitas vel juſta cauſa, quæ illum excuſare debeat à magis rigoroſa probatione; Ut puta, quia linea conceſſionarii longiſſimam habuerit durationem, qua pendente poſſeſſores bonorum conceſſorum, pro tempore ſolverunt canonem, vel aliam recognitionem, neque jus Domini directi negarunt; quare ipſe ob non factum caſum devolutionis diu acquievit, dum obtinebat ſingulis annis id, quod conſequi debebat, neque aliam actionem experiri poterat; ideoque ſi finita linea poſſeſſor objicere velit, quod inveſtitura, cujus vigore petitur devolutio, & vendicatio, indigeat exacta & rigoroſa probatione, tunc Dominus reddi meretur excuſabilis, ob temporis antiquitatem, ob quam aliæ magis concludentes probationes perierint, recteque adaptatur dicta ratio, atque cum hoc præſuppoſito loquuntur dictæ deciſiones *Millin. Coccin. Cavaler.* & aliæ deſuper allegatæ ſuper oſte aſſumpto antiquitatis, quod ſcilicet conſtaret de ſucceſſiva obſervantia à parte poſteà, donec factus eſſet caſus devolutionis; Sed ubi hæc deeſt, tunc antiquitas potiùs retorquetur in contrarium, ut infra in tertio puncto præſcriptionis, vel præſumptæ ceſſationis dominii; Ac propterea concludebam, quod aſſumpta eſſent vera in illis caſibus, in quibus allegatæ, ac aliæ auctoritates loquuntur, eorum recentis circunſtantiis & rationibus nullatenus autem ad caſum, de quo agitur adaptarentur; Eatenus etenim antiquitas eſt conſiderabilis, ut robur tribuat ſcripturæ informi, quatenus juncta ſit cum obſervantia, ſine qua in nulla conſideratione habenda venit, ut advertitur *diſc.* 29. *de Iudic. num.* 42. & *alibi ſæpius.*

Hinc advertebam, opus non eſſe, aſſumere alios punctos ut ſuprà diſtinctos, cum ob non probatum dominium, etiam, ex tunc ceſſaret iſtà quæſtio in radice; Verùm ad exuberantiam (aſſumendo ſecundum punctum ſuper dominio de præſenti) dicebam, nil referre, an probaretur, quod Eccleſia Actrix eſſet Domina Caſtri de anno 1186. ſi non docetur de continuatione & competentia dominii de tempore intentatæ vendicationis ob intermedium ſpatium trium ſæculorum, in quo illud per redemptionem vel alienationem aliumve legitimum titulum amitti potuit, atque res effici libera ut in favorabilibus deciſionibus, & infrà in tertio puncto.

Super hoc autem in contraria deciſione admittitur id, quod ſcribentes in contrarium dicere ſolebant, 17
quod nempè probato jam dominio de tempore conceſſionis, illius continuatio ac retentio præſumitur, ut qui docet ſe dominum & poſſeſſorem de præterito præſumatur etiam Dominus & poſſeſſor de præſenti ex iis, quæ habentur apud *Cravett. de antiqu. temp. par.* 2. §. *Viſo in hac ſub n.* 5. *Maſcard. de prob. concl.* 551. *num.* 1. & *ſeqq. Monoch. lib.* 6. *præſumpt.* 62. *num.* 1. & *ſeqq. Ciriac. contr.* 204. *num.* 41. & *ſeqq. Roſa deciſ.* 590. *num.* 3. *par.* 4. *recent. tom.* 3. per quos allegantur *Dec. Ruin.* & alii, de quibus etiam in contraria deciſione.

Verùm cum firmiori ſenſu veritatis in hoc magis, quàm in aliis, de quibus ſuprà æquivocari dicebam ex pluribus fundamentis, quorum quodlibet ſingulariter, ac de per ſe conſideratum ſufficeret; multò igitur magis ea omnia ſimul juncta conſiderando.

Primò, quoniam iſta præſumpta retentio vel continuatio intrat infra breve tempus, non autem poſt longiſſimum triginta vel quadraginta annorum, quod eſt ſufficiens ad præſcribendum, ut declarat idem *Cravett. de antiq. temp. par* 11. *ſub num.* 303 *prope fin. verſic. modo præſens.* Multò igitur magis, quando adeſt ſpatium intermedium tot ſæculorum, dum unius tantùm

Digitized by Google

ſæculi lapſus ſufficit, ut poſſeſſori licitum ſit allegare quemcumque titulum de mundo meliorem adverſus actorem ſuper ejus dominii amiſſione ex deductis *diſc. 3. de feud. diſc. 3. de alien. & contract. prohib. diſc.*
18 *21. de Iudic. & alibi frequenter.*

Et quidem ubi nullas deſuper haberemus juris authoritates, vel rationes ad ſenſum clarè id probaret ipſa ratio, vel diſcurſus naturalis, atque communis praxis, quoniam aliàs eſſet penitus revolvere totum Mundum, ſi probationes etiam certæ per authentica documenta & hiſtorias, ac inſcriptiones, aliaſque ſpecies dominii antiqui duorum vel trium, fortius quatuor ſæculorum retro, abſque alia probatione retentionis & continuationis deberent de præſenti ſufficere ad vendicationem adversùs tertios cùm hiſtoriæ doceant, pleraſque Civitates, Oppida Caſtra & loca, imò Provincias & Ditiones à duobus vel tribus vel ulterioribus ſæculis retro poſſideri per aliquos nunc autem eſſe penes alios, ut cuique infra mediocritatem in hiſtoriis verſato innoteſcit.

Secundò, quia in Rota & Curia receptum eſt, ut in actore non admittatur probatio præſumpta ex ſola præſumptione juris in iis, quæ ſunt fundamentum ſuæ
19 intentionis, ut per *add. ad Gregor. deciſ. 53. deciſ. 202. num. 4. par. 5. rec.* & advertitur *diſc. 55. numer. 15. de Judic. & alibi pluries.*

Tertiò quia tunc dicta opinio, quæ contradictoribus non caret, procedere poſſet, quando probatio antiqui dominij eſſet omnino certa & concludens, adeout excludat contrariam poſſibilitatem, quod eſt eſſentiale requiſitum perfectæ, benéque concludentis probationis, ut habetur *diſc. 22. de Iudic. num. 20. & alibi*; Secus autem, ubi eſt probatio præſumpta & adminiculativa, quoniam tunc eſſet dare inconveniens in Jure reprobatum, de quo ſuprà in primo puncto cumuli præſumptionum, & ſpecialitatum, atque deſumendi præſumpto, ut in ſpecie *Arelitan. in add. ad Alciat. de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 20. num. 4. Maſcard. de prob. concl. 551. num. 9. cum ſeqq. Barboſ. in l. ſive poſſidetis num. 5. & 7. C. de probat.* apud quos alii referuntur; Ideoque cum ex ſupra firmatis in primo puncto, dominium vel nullatenus probatum ſit, vel ſit probatio præſumpta & adminiculativa hinc ſequitur, ut nullo pacto concluſio intret.

Et quartò, quod eadem præſumptio, tanquam ſimplex juris tantum tollitur per contrarias fortiores præſumptiones; *ut ex Menoch. præſumpt. num. 9.* admittitur in *d. deciſ. 390. par. 4. recentior. tom. 3.* & in eadem contraria *deciſ.* cum ſit propoſitio firmiſſima.

Multæ verò in præſenti urgent contrariæ præſumptiones ad evidentiam, hanc ſimplicem & nudam ju-
20 ris præſumptionem elidentes; Primò nempe ſpatium temporis adeò diuturni abſque eo, quod nec quidem fumus vel ſignum aliquod detur retentionis & continuationis dominii; Secundò tot alienationes factæ, etiam in manus mortuas expreſſe prohibitas, qualis præſertim erat Hoſpitale Sancti Spiritus, à quo poſſeſſor cauſam habebat. Tertiò enuntiativæ plures, illa præſertim Franciſcæ Pierleonæ, in deciſionibus enuntiatæ, de qua infrà, quod quædam portio ad eam liberè ſpectaret pleno jure dominii; Et quartò fortiter, quoniam in eadem inveſtitura Eccleſia concedens, ſibi reſervavit quaſdam Tenutas vel Prædia, nec non decimas, aliaque Jura; & tamen iſta de præſenti non poſſidet, neque probat, quinimò neque dat fumum vel adminiculum, quod à dicto tempore anni 1286. citrà poſſederit, atque actus dominii exercuerit; Ergo ſicuti amiſit hæc bona non conceſſa, ſed retenta, ità etiam illud jus, quod in Caſtro habere poterat amittere potuit, mediante aliquo legitimo titolo, cujus nunc memoria & notitia poſt tot ſæcula periit; ideoque prodit dicta concluſio, quod poſt lapſum unius ſæculi competit poſſibilitas allegandi quemcumque titulum de mundo meliorem.

Pro excluſione iſtius effectus ex adeò diuturni temporis lapſu reſultantis ſcribentes in contrarium, quibus adhæret dicta contraria deciſio, præſupponendo, quod lapſus temporis allegaretur ex hac parte, tanquam præſidium præſcriptionis, duo dicebant: Primò nempè quod præſcriptio allegari non poteſt per poſſeſſorem malæ fidei, qualis ſupponebatur author Principis hodierni poſſeſſoris ex eo, quod quæſiiſſet ac lite pendente; Et ſecundò, quod præſcriptio non currat durante inveſtitura, ſed incipiat poſt illam finitam, quodque id Domino innotuerit, præſertim verò Eccleſiæ, cui negligentia Prælati, vel adminiſtratorum præjudicare non poteſt; Ideoque cum conſtaret partem iſtius Caſtri fuiſſe poſſeſſam per dictam Franciſcam Pierleonam, quæ obiit de anno 1517. hinc inferebatur, ut hoc tempore, & non priùs præſcriptio inchoare deberet quatenus doceretur id ad Eccleſiæ notitiam deveniſſe, de quo non conſtat, ideoque ſtante lite mota de anno 1571. ità ceſſare dicebant omnem difficultatem.

Quinimò ex iſta circumſtantia, quod Caſtrum ſaltem in parte poſſeſſum fuiſſet per dictam Franciſcam, inferebant clarè probari effectuationem conceſſionis, quodque ità adeſſet adminiculum à parte poſteà, dum ad iſtam ex dicta conceſſione facta ejus majoribus obveniſſe præſumendum erat, juxta celebre *conſil. 145. Fulgoſ. ex pluries deduct. ſub. tit. de fideicommiſſ. & alibi.*

Quatenus itaque pertinet ad hunc punctum præſcriptionis, qui eſt tertius circa primum objectum deductum à mala fide reſultante à lite, qua pendente in authores poſſeſſoris vitioſe alienatio facta eſſet, illud de plano tollebatur ex facto, adeout contineret erroneum præſuppoſitum facti, in quo docebatur id nullam habere ſubſiſtentiam, ideoque alia diſcuſſio juris non fuit neceſſaria.

Quo verò ad alterum punctum Iuris, ubi etiam procedendum eſſet cum terminis præſcriptionis dicebam eſſe quidem in puncto juris veram dictam propoſitionem à me deductam ſupr *diſc. 3. hoc eod. tit. num. 19. & 20.* ubi allegantur *Bald. Cravett. Bellon. jun. Surdus Roſenthal. & alii*, quod ſcilicet feudatarius vel alter conceſſionarius, ejuſque ſucceſſores durante inveſtitura nunquam præſcribunt etiam per mille annos; Verùm eodem modo, quo ſuprà in tot aliis fallacia manifeſta erat in applicatione ad caſum; procedit enim, quando ipſe poſſeſſor, qui præſcriptionem allegat, vel ejus authores profeſſi ſunt poſſidere illa bona tanquam feudalia vel emphyteutica in vim inveſtituræ, de qua agitur; quoniam tunc ipſa cauſa poſſidendi probat poſſediſſe jure concedentis, non autem proprio ſive in ſolo illo dominio ſubalterno, quod inveſtituræ qualitas præbeat, vel ſaltem, quod ità ſit de jure præſumendum, quia poſſeſſores habent cauſam ab inveſtito, ex cujus jure poſſederint; Secùs autem ubi poſſeſſor tam ex perſona propria, quàm ex illa authorum totum id negat, atque profitetur ſemper poſſediſſe bona tanquam libera & allodialia ex alio jure & titulo omninò independenter tam à concedente quam à conceſſionario nunquam verò in vim inveſtituræ, quoniam tunc concluſio non intrat, neque per ſomnium, ut ita diſtinguendo habetur *apud Bellon. jun. Surd. Roſenthal. & alios*, *de quibus d. diſc. 3. num 19. & 20.* Ideoque cum poſſeſſor & authores profeſſi ſint poſſidere hæc bona tanquam libera pleno jure omninò independenter à conceſſionariis ac aliàs quam ex inveſtitura hinc concluſio extranea omninò remanet à caſu.

Advertebam propterea, quod non conſtabat quandiu inveſtitura duraverit, & an ex primis conceſſionariis fuerint, necne ſuperſtites filii & nepotes in quibus perfici potuerint tres generationes, ad quas conceſſio reſtricta fuit, ut etiam advertitur ſupra *diſc. 70.* ubi ex ibi allegata *deciſione 402. Bub.* de hoc non 22

con-

conſtito, ſufficit lapſus annorum centum & ſic uſque ad annum 1386. à quo tempore uſque ad annum 1571. ubi etiam admittendum eſſet, quod ex tunc dici deberet mota lis, adeſt ſpatium annorum 185. & ſic ultra centenarium.

Ut etenim diſtinguendo firmatur in *d. deciſ.* 402. *Bich. & apud Zarat. deciſ.* 89. *&* 93. *& deciſ.* 227. *num.* 17. *& ſeqq. &* 363. *num.* 1. *& ſeq. par.* 13. *recent. & ſub tit. de Emphyteuſ.* filii & alii deſcendentes non præſumuntur, niſi eorum ſupereſiſtentia probetur, talique probatione non facta, ſufficit lapſus annorum centum, ſed ubi adſit hæc probatio tunc non ſufficit dictum tempus, ſed probandus eſt finis generationum.

Et nihilominus, ubi etiam hæc probatio adeſſet, adhuc ante motam dictam litem de anno 1571. adeſſe
23 dicitur ſpatium centenarium poſt finem trium generationum, cum in totum adſit ſpatium annorum 285. dictas verò generationes impoſſibile eſt duraſſe per annos 185. Manifeſtè ſiquidem erroneum dicebam eſſe calculum ſcribentium in contrarium, quod cum quilibet poſſit viveret, uſque ad centum annos, ita tres generationes importare poſſint curſum penè trium ſæculorum, quoniam primi concesſionarii, qui ſunt de prima generatione præſupponuntur viri jam adulti & majores ipſique poſt annum ſeptuageſimum vel parum ultra filios procreare non poterant, eorumque filii & nepotes non poterant procreare filios, niſi poſt pubertatem, & uſque ad dictam ætatem decrepitam; ideóque ita una vita confunditur cum altera eo modo, quo habemus in Sacra Geneſi ſuper generationibus ab Adam uſque ad Noë, quando vita hominum adeo longæva erat, ac etiam poſt diluvium à Noë, uſque ad Abraham, quando licet non eſſet ita longæva, adhuc tamen ad plura ſæcula aſcendebat: Et tamen ſecunda generatio filii, pro frequentiori contingentia per modicum ſpatium annorum quadraginta vel quinquaginta circiter ſuperabat vitam Patris ex dicta ratione, quod una vita confunditur cum altera. Et per conſequens benè calculando juxta communem & generalem contingentiam impoſſibilis cenſenda eſt hæc duratio ultra annos 185.

Atque ad id comprobandum advertebam obſervari debere omnes deciſiones quas habemus in materia feudali vel emphyteutica cum reſtrictione ad tres generationes, quæ jam extiterint, atque terminatæ ſint, quod non reperietur caſus, in quo hæc duratio aſcendat ad metam annorum centum quinquaginta; Siquidem *in Aſſiſien. apud Merlin. deciſ.* 420. *&* 454. durarunt minus, quàm per centum annos: Idemque in pleriſque caſibus, de quibus agitur apud *Coccin. deciſ.* 2194. *& in aliis recenſitis d. tit. de Emphyteuſ. diſc.* 12. *cum pluribus ſeqq. & in aliis*, adeout non detur caſus aſcenſus ad terminationem novi ſæculi cum medietate alterius ſed multò minus.

Argumentum verò deductum ab exiſtentia dictæ Franciſcæ de Pierleonibus, quæ ſupponitur defuncta
24 de anno 1514. circiter prorſus fallax, quinimò omnino contemptibile cum eodem ſenſu veritatis eſſe dicebam eum nulla daretur probatio ſufficiens; quinimo neque imperfecta vel ſimplex fumus, quod iſta Franciſca deſcenderet ab inveſtitis atque de illorum genere eſſet, ſolaque ſimilitudo cognominis non docto ſaltem per adminiculas de identitate familiæ & de deſcendentia in nulla penitus conſideratione habenda eſt; etiam ad leviores effectus ex iis, quæ latè in hac materia habentur *diſc.* 30. *& ſeqq. de fideic. diſc.* 33. *de præeminent. & diſc.* 31. *de jurepatr. & alibi pluries*; Maxime quia dicebatur; quod etiam de præſenti, in Urbe, & diſtrictu plures adſunt etiam populares & pauperes hujus cognominis; Undè propterea nullatenus ad caſum adaptabilis eſt dicta præſumptio deducta ex *d. conſil. Fulgoſ.* Cum procedat in filiis, aliiſque deſcendentibus; in quos non conſtitu de alio acquiſitionis titulo præſumptio eſt; quod bona à patre, aliiſque aſcendentibus provenerint.

Multò verò magis ob multa urgentia argumenta in contrarium abſque dubio iſtam levem ac ſimplicem juris præſumptionem excludentia. Primo nempè quoniam ſi ita eſſet iſta Franciſca debuiſſet poſſidere totum Caſtrum, & tamen actus, de quo agebatur probat poſſeſſionem cujuſdam modicæ portionis reliquum poſſidentibus diverſis perſonis omnino extraneis. Secundo quia impoſſibile erat quod ipſa eſſet de tertia generatione, ut ſupra. Tertiò quia erat incapax, utpote fœmina dum conceſſio cantat, pro filiis & nepotibus maſculis. Quartò quia enunciativa contenta in teſtamento viri ejuſdem Franciſcæ jam defunctæ id excludit, dum dicitur; quod illa portio ſpectabat ad eam jure pleni dominii. Et quinto quia pro legato ejuſdem, bona data fuerunt liberè ac pleno jure in ſolutum Hoſpitali S.Spiritus contra expreſſum inveſtituræ tenorem, ne tranſiret Caſtrum ad manus mortuas; ideoque ut præmiſſum eſt, dicebam, quod revera iſtud fundamentum omnino contemptibile dici mereretur.

Cæterum, quamvis retentis etiam dictis terminis 25
præſumptionis adhuc tutum videretur jus rei & poſſeſſoris, ut ſupra; Attamen in hac ultima diſputatione ſuper impugnatione contrariæ deciſionis; Ego præſertim advertebam, atque principaliter inſtabam, quod quidquid per alios ſcribentes dictum fuiſſet, & an iſti termini præſcriptionis adhibiti eſſent, necne; Attamen quoad me unquam, nec quidem cogitaveram eos adhibere, dum potius adhibere ſemper conſuevi alios terminos præſumptionis, quæ ex diuturni temporis lapſu reſultat, quamvis iſta, eſt quodam improprio & vulgari uſu loquendi, ſoleat etiam dici præſcriptio, ut advertitur in ſæpius enunciato *diſc.* 21. *de judic.* ubi generaliter de hac materia præſcriptionis, ac etiam *d. diſc.* 3. *de alien. & contract. prohib. & ſub tit. de credito*, pluries occaſione agendi de præſcriptione ſtatutaria & alibi.

Præſcriptio etenim in ejus veris ac propriis terminis dicitur illa, per quam ob diuturnum ſilentium vel juxta unam opinionem, in pœnam & odium vel negligentiæ vel juxta alteram ex cauſa favoris publici, ne dominia diu ſtent in incerto, tollatur uni jus vel dominium, quod jam certo conſtet alias ſibi competere, illudque ex temporis vel iſtius præſidii beneficio transferatur in bonæ fidei poſſeſſorem, qui alias eſſet re vera non dominus; unde ita dominus efficiatur; adeout tempus vim habeat tituli; ut patet ex *tot. tit. ff. & Cod. de præſcrip.* Ideoque caſu meritò rigoroſè proceditur ſuper hujus præſidii requiſitis verificandis; adeout nimium rari ſint caſus, in quibus illud faciat ſuam perfectam operationem ex deduct. *d. diſc.* 21. *de judic.* ubi ac etiam *d. diſc.* 3. *de alien. & contract. pro-* 26
hib. & alibi, advertitur malum, atque imprudens conſilium eſſe ad iſtud præſidium recurrere, ac propterea iſtam ſpeciem nunquam deducere in animo habui.

Illam tamen præſcriptionem impropriam, id eſt præſumptionem; ex antiquiſſimi temporis lapſu reſultantem, Ego ſemper deduxi, & inculcavi, quod ſcilicet non docto, infra adeo diuturnum ſpatium quatuor, vel trium ſæculorum de aliquo, nec quidem minimo actu retentionis, & continuationis illius dominii, quod inveſtitura ſupponit, ita reſultet præſumptio, quod eadem inveſtitura nullum habuerit effectum, utpote de re, quæ per alium, etiam tunc obtineretur, vel quod illud directum dominium modicæ conſiderationis; utpote in ſolo fructu duorum ſolidorum, redimi, ſeu alienari potuerit, ob illam poſſibilitatem, quæ per ſolum lapſum unius ſæculi conceditur, multo magis, ubi adſit ille quatuor, vel, ad minus trium, Potiſſime, ob ſuperius ponderatam præſumptionem, vel argumentum, quod eadem Ec-

Digitized by Google

cleſia, neque poſſideat tenimenta, & bona, ac jura in inveſtitura non comprehenſa, ſibique expreſſe reſervata.

Notabilis verò differentia dignoſcitur inter unum, & alterum præſidium; Tum quia primum præſcriptionis eſt potius odioſum, & pœnale, utpote jam
27 præſupponens aliquem dominum, qui ita ob ſolam diuturnam negligentiam privatur, quod nimium difficile, nimiumque raro in Eccleſiaſ eſt practicabile; Econverſo autem alterum præſumptionis eſt potius favorabile, ut ita præſumendo titulum, cujus memoria periit; rerum dominia reddantur certa, neque ſemper ſint in incerto, cum magna totius Orbis involutione, ut ſupra.

Tum etiam, & fortius, quoniam quando reus, & poſſeſſor ſe tuetur cum præſidio præſcriptionis, tunc fatetur actorem eſſe alias dominum, ac habere intentionem fundatam, ſed curat eam elidere, cum hac exceptione, in qua ipſe dicitur actor, juxta diſtinctionem, de qua *diſc.* 2. & 22. *de judic.* & per conſequens tenetur juſtificare præſcriptionis requiſita, præſertim bonam fidem, & poſſeſſionem propriam, vel illam ejus authorum, qua uti poteſt, & ſic docere per quantum tempus ipſe, ejuſque authores rem poſſederint, adeout concludat centenariam; Sed quando idem ſe tuetur cum dicto alio præſidio præſumptionis, tunc reo, & poſſeſſori ſufficit vincere fugiendo, ſeu negando, & ſic non ex jure ſuæ antiquæ poſſeſſionis, ſed ex jure non probatæ effectuationis inveſtituræ, cum adminiculis à parte poſtea, quæ duo denotent; Primò nempè, quod inveſtitura effectum ſortita ſit; Et ſecundo, quod poſſeſſor obtineat, ac poſſideat bona vigore illius inveſtituræ, excludendo poſſibilitatem, quod ab alio non obtinuerit, ut cum tertio requiri firmatur ſupra *diſc.* 70. *& in deciſ. favorabilibus*: Ideoque actori venienti cum inveſtitura reus & poſſeſſor replicare poteſt actori, iſta non ſufficit ad tuæ actionis fundamentum, niſi etiam doceat cum adminiculis à parte poſtea, quod illa effectum ſortita ſit in meis authoribus abſque neceſſitate docendi per quantum tempus ipſe poſſederit, ea regula, quod reo ſufficit vincere per non jus & ſic negando & fugiendo.

Alia quoque vigente differentia inter iſtas ſpecies, quod in illa formalis præſcriptionis fiunt multæ ſubductiones, de quibus *d. diſc.* 21. *de judic.* & præſertim in bonis Eccleſiæ, illa vitæ Prælati alienantis, ſecus verò in altera ſpecie præſumptionis, ut *diſc.* 1. *de alien. & contract. prohib. & diſc.* 143. *de dote, & alibi.*

Ad iſtum magnum, ac revera inevitabilem ſcopulum diuturnitatis temporis evitandum ſcribentes in contrarium magnum faciebant fundamentum, in quibuſdam literis Apoſtolicis Benedicti Duodecimi de anno 1340. & Calixti IIII de anno 1457. innovantibus ſuperius enunciatas literas Calixti II. anni 1123. in quibus inter bona & jura iſtius Eccleſiæ enumeratur iſtud Caſtrum Orciani; Ita etenim duo reſultare
28 dicebant; Primò nempe, quod ita interruptum fuerit dictum diuturnum ſilentium; Et ſecundo, quod ita adeſſe dicerentur adminicula à parte poſtea, dum iſti actus ſunt poſteriores inveſtituræ; ſed pariter iſtud videbatur aliis levius fundamentum, quoniam iſtæ literæ nil diſponunt de præſenti, nilve concedunt, vel agent, ſed ſolum continent innovationem paginæ conceſſionis antiquæ Calixti II. quam timebatur perire poſſe ob temporis vetuſtatem; potiſſimè quia in literis præſertim Benedicti expreſsè dicitur, ut nullum jus de novo exinde quæratur; Neque iſta dici poſſunt adminicula poſteriora inveſtituræ, quoniam ad hunc effectum ut præmiſſum eſt deſiderantur illa adminicula, quæ denotent effectuationem, ac obſervantiam ipſius inveſtituræ in poſſeſſoribus vel eorum authoribus, adeout ita comprobetur, quod illa effectum ſortita ſit; quodque ejus vigore, non autem ex alio titulo bona poſſeſſa fuerint ab ejuſdem poſſeſſoris authoribus.

Quinimo advertebam, quod ex his literis evidentius comprobata remanebat dicta præſumptio, quod iſtud directum dominium alienatum, vel redemptum fuerit, eodem modo, quo alia bona reſervata, diſtracta fuiſſe præſupponendum venit, quoniam occaſione obtinendi iſtas literas renovationis, Canonici illius temporis ita certam notitiam habuerunt, quod iſtud Caſtrum eſſet de pertinentiis Eccleſiæ, atque tunc conceſſio veriſimiliter erat terminata, vel quod ſaltem finis trium generationum immineret, dum de tempore literarum Calixti jam effluxerant anni 171. ac propterea omnino improbabile eſt, quod negligere voluerint recuperationem, ſignum clarum, quod ſequuta eſſet aliqua alienatio tectè cognita Canonicis illius temporis magis proximi, dum ita non poteſt allegari ignorantia, minuſque potentia, de qua ſupra, cum in eo tempore nullæ habeantur iſtius familiæ memoriæ notabiles.

Hactenus cum præſuppoſito, quod ſilentium computandum eſſet à tempore inveſtituræ uſque ad annum 1571. in quo lis mota fuit, & quo tempore attento, non probatur poſſeſſio centenaria, in authoribus poſſeſſoris; ſed ſolum annorum 60. circiter dum antiquiora documenta ſuper hujuſmodi bonorum locationibus factis, per Hoſpitale S. Spiritus in parte erant de anno 1509. At quando de jure non iſtud tempus anni 1571. ſed alterum recentius anni 1639. in quo hæc lis inſtaurata fuit, attendi deberet, tunc dicebam, quod res procederet magis de plano, dum ita juſtificata remanebat poſſeſſio pacifica centenaria, per quam intraret dicta facultas allegandi quemcunque titulum meliorem.

Super hoc igitur puncto (qui eſt quartus, ut ſupra diſtinctus) dicebam, quod lis antiqua anni 1571. fuit diverſa ſuper bonis particularibus, illaque terminata ad favorem poſſeſſoris, per rem judicatam, canonizatam, ut ſupra *in deciſ.* 282. *par.* 13. *recent.* & per conſequens dupliciter iſta lis attendenda non erat, Primò nempè quia erat in judicio diverſo ab iſto univerſali totius Caſtri: Et ſecundo, quia in ea 29
poſſeſſor obtinuit, atque actor ſuccubuit; quo caſu lis non interrumpit, ſed potius confirmat bonam fidem & pacificam poſſeſſionem, quam ita magis licitam declarat *Gregor. deciſ.* 467. *num.* 1. *ubi add. num.* 15. *Bich. deciſ.* 361. *num.* 23. *deciſ.* 283. *in fin. par.* 8. *recentior. deciſ.* 253. *num.* 3. *par.* 13. & advertitur *eod. diſc.* 21. *de judic.*

Verùm reflectendo ad veritatem de hoc dubitabam quoniam re vera judicium ab initio motum fuit ſuper toto Caſtro, ſuper quo obtenta fuit ſententia ſuper eodem Caſtro in genere, deindeque illa revocata ex motivo identitatis non probatæ, ſtante quod Hoſpitale confugit ad motivum, quod non eſſet poſſeſſor totius Caſtri, ſed aliquorum bonorum particularium: Conſiderabam tamen, quod dicta lis, utpotè derelicta, uſque ad annum 1639. evanuerit, quoniam licet attenta diſpoſitione juris Canonici ſit perpetua, & non pereat; attamen per ſilentium triginta annorum habita cenſetur pro derelicta, ex deductis *diſc.* 7. *de judic. & diſc.* 92. *de benef.* ideoque intrat eadem concluſio, de qua ſupra & in ſpecie apud *Coccin. deciſ.* 2283. *num.* 34. Sed pariter dubitabam, cum ad hunc effectum non ſufficiat tempus, ſed requiratur etiam malum jus, ideoque res pendet à meritis, & ſic in iſto motivo non videbatur conſtitui poſſe tutum fundamentum.

Demum in omnem eventum poſito etiam, quod his omnibus ceſſantibus firma eſſet contraria deciſio, ſuper probatione dominii, etiam de præſenti, ac ad effectum vendicationis contra tertium: Adhuc tamen dicebam, ut id aliud importare non poſſet, niſi dominium

minium territoriale ſeu juriſdictionale Caſtri, non autem dominium privatum & utilitatium tenutarum, & prædiorum intra ejus fines exiſtentium; Atque ubi iſte punctus ſubſiſtat, favore poſſeſſoris, pene inutiles remanent omnes præmiſſæ quæſtiones, dum iſtud dominium territoriale, ſeu juriſdictionale, utpote de Caſtro jam diruto, eſt modici, penéque nullius valoris nulliuſque fructus, adeout inutilis quæſtio dici mereatur.

In ſenſu autem illius veritatis, quam Advocato affectionem habenti erga clientem & ad cauſam cognoſcere conceditur, dicebam, ac reveta credebam,
30 quod ubi etiam dicta inveſtitura attendi deberet, illaque ſufficienter dominium probaret, adhuc tamen illa non niſi in dicto dominio publico univerſali, & in ratione territoriali ſeu juriſdictionali intelligenda veniret, ex ſola juris regula, de qua ſupra *diſc.* 2. & 56. ut ſub nomine Caſtri non veniant prædia & bona intra ejus fines exiſtentia, quamvis ab eodem feudatario ſeu Barone poſſeſſa ſint, ibique habentur auctoritates, & rationes fruſtra hic repetendæ; Et fortius ubi Caſtrum non conſtituat unum integrale, ſive (ut feudiſtæ dicunt) unum manſum à ſolo feudatario poſſeſſum, abſque eo, quod alii privati in eo territorio bona poſſideant juxta caſum, de quo *d. d. diſc.* 56. & quo caſu aliqua ratio dubitandi cadere poteſt ex ibi deductis, ſed alii privati poſſideant, ut in hac facti ſpecie per plures privatos prædia ibi poſſideri concludenter cum inſtrumentis, & teſtibus juſtificabatur in facto, eademque inveſtitura probat convincenter dum in ipſamet inveſtitura continetur exceptuatio tenimentorum, aliorumque bonorum & jurium, quæ ab eadem Eccleſia in iſto Caſtro poſſidebantur, ergo contradiſtinctum eſt unum dominium ab altero; Potiſſimè quia conſtabat, quod intermedio tempore inter primas inveſtituras annorum 1097. & 1141. & hanc ultimam anni 1286. eadem Eccleſia à pluribus privatis ex legatis, & donationibus aliqua prædiola obtinuerat; Ac etiam in idem cum antecedenti ob nimiam modicitatem reſponſionis duorum denariorum, cum tamen in licentia conceſſa per Cardinalem titularem ex commiſſione Apoſtolica dicatur fieri ad Eccleſiæ utilitatem, ut ex Canonum diſpoſitione præſefert natura alienationis & conceſſionis bonorum Eccleſiæ, ideoque patet, quod conceſſa fuit res nullius fructus & utilitatis, ſed ſolum cujuſdam honorificentiæ, dum agebatur de Caſtro, tunc etiam diruto, dum ea bona & jura, quæ erant in aliquo fructu, pro ſe ipſis, Canonici retinere voluerunt ſingulæ ſiquidem iſtæ ponderationes de per ſe ſufficere videntur multo magis ſimul junctæ ex regula ut ſingula, quæ non proſunt &c. concedendo ſolum fumum honorificum.

Adverſus hanc ultimam circunſtantiam adeo modicæ reſponſionis, duo replicabantur ex parte Eccleſiæ. Primò nempè, ut id provenerit, ob magnam potentiam hujus familiæ Pierleonæ, deducendo hiſtorias Schiſmatis illius Petri leonis, qui ſe intruſit in Pontificatu ſub nomine Anacleti; Et ſecundo deducendo exempla Status Urbini, aliarumque ibi adjacentium Regionum, quod Caſtra, & bona magni valoris per Eccleſias conceduntur ſub conſimili exiguo canone, ut patet ex pluribus caſibus recenſitis *ſub tit. de Emphyteuſ.* Iſtæque reſponſiones in penultima diſputatione, in qua dicta contraria pro-
31 diit reſolutio præcedentium revocatoria, magnam fecerunt impreſſionem, magnumque habuerunt plauſum.

Verum revera erant plauſu indignæ, utpotè nimium leves & fallaces, nullamque ſubſiſtentiam habentes; Siquidem quoad primam potentiæ hujus familiæ, advertebam plura urgere, ex quibus motivum contemptibile, pro meo ſenſu videbatur; Primo nempè quia nulla dabatur probatio, an illi, de quibus inveſtitura loquitur, eſſent de illa domo & progenie, de qua hiſtoriæ loquuntur, quod magnam in Urbe tunc potentiam haberet: Secundo, quia dicta potentia fuit circa initia ſæculi duodecimi ideoque ex eo tempore inferri non poteſt ad tempus inveſtituræ, dum inter unum & alterum intermediat ſpatium an- 32
norum circiter centum quinquaginta; Potiſſimè quia in hoc intermedio tempore, rerum ſtatus in Urbe, totaque Italia, magnam recepit immutationem, ut eædem hiſtoriæ docent, ac præſertim quod in eadem Urbe potentiam quæſierunt plures aliæ familiæ: Illa nempè Comitum, quæ tres habuit Pontifices Innoc. III. de anno 1198. Gregor. IX. de anno 1227. & Alexand. IV. de anno 1254. Altera familia Urſinorum, quæ habuit Pontificem Nicolaum III. de anno 1277. & familia Sabella, quæ habuit Pontifices Honorium III. de anno 1216. & Honorium IV. de eodem anno 1286. hujus inveſtituræ ultra familias Columnenſium, & Anguillariorum, & ſimiles, adeout de hoc tempore iſta familia apud Hiſtoricos nullam in Urbe faceret figuram. Et tertio, quoniam iſta conſideratio intraret, quando ageretur de privata conceſſione facta per Canonicos, cum quibus cadere poſſit concuſſio ratione potentiæ, ſecus autem in præſenti, quod totum geſtum eſt cum authoritate Papæ, & Cardinalis titularis; Vel quod principaliter ageretur de reſciſſione actus, ob læſionem Eccleſiæ; ſecus autem dum id deducitur pro argumento in comprobationem regulæ, ſeu præſumptionis juris ut ſupra.

Et circa exemplum aliarum Eccleſiarum, advertebam æquivocari; quoniam id provenit ex antiqua conſuetudine illarum regionum fundata in eo quod bona eſſent privatorum, qui ob illorum temporum factiones illa dederunt Eccleſiis ratione protectionis ab eiſdem incontinenti recipiendo ſub exigua reſponſione, ut *eod. tit. de Emphyteuſ.* pluries advertitur.

Replicabant quoque iidem ſcribentes pro Eccleſia, quod regula, de qua *dicto diſc.* 2. & 56. deſumpta ex *conſ.* 121. *Old. & aliis* ibidem recenſitis, procedit quando conceſſum eſſet ſimpliciter Caſtrum, cum 33
ſuis pertinentiis abſque alia expreſſione, ſecus autem ubi dictum ſit, *cum terris cultis & incultis Silvis, Stirpetis, Montibus & Collibus, Molendinis &c.* quaſi quod tunc conceſſio latiùs pateat juxta ponderata *in diſcurſu ſeu Voto Orani*, tunc Rotæ Auditoris in hac eadem cauſa de anno 1599. & in quo erat totum fundamentum dictorum ſcribentium; ſed pariter iſtud videbatur fragile fundamentum, quoniam hujuſmodi expreſſiones fieri ſolent pro ſolito formulario inveſtiturarum feudalium ad denotandum juriſdictionem & jus dominicale univerſale; ac etiam illud jus, quod ſolet eſſe publicum, & feudale in locis campeſtribus & aliis & quæ de eorum natura & qualitate ſunt potius juris publici, & feudalis ſeu dominicalis, quam privati juxta diſtinctionem, de qua ſupra *eodem diſc.* 2. Ac propterea cum tali generalitate intelliguntur conceſſa ea, quæ adſint & ſi quæ ſint juxta deducta ſupra *diſc.* 33. Et clarius dum in inveſtitura expreſſè dicitur, quod conceduntur taliter, qualiter Eccleſiæ competunt.

Triplici etiam conſideratione in idem accedente; Primo nempè quod iſta dubietas cadere poteſt, quando res eſſet omnino dubia; atque conſtaret, quod Caſtrum ſecum traheret tenutas, & prædia, ſecus autem ubi conſtat, quod concedens illa tenimenta, & prædia, quæ jure privato poſſidebat, noluit concedere ſed pro ſe retinere, ac etiam conſtat, quod alii privati quoque poſſiderent ideoque non cadit illud dubium, de quo ſupra *diſc.* 56. Secundo, quod dicta regula, ſeu præſumptio juris non eſt ſola; ſed habet fomentum aliarum præſumptionum facti, de quibus ſupra Et tertiò, quod prima inveſtitura anni 1097. con-

Digitized by Google

tinet adamuſſim eadem verba, generalitatem, & tamen ex multis publicis inſtrumentis, quorum aliqua ex parte ejuſdem Eccleſiæ actricis producta fuerunt, conſtat, quod ipſamet, hoc intermedio tempore inter dictam primam inveſtituram, & hanc ultimam, pleraque prædia, & bona obtinuerit à diverſis privatis poſſeſſoribus, quorum alii plerique aderant; Ergo generalitas adjecta eſt juxta formularium hujuſmodi inveſtiturarum eo modo, quo ſupra dictum fuit.

Et ex his, & aliis, quæ per alios hujus partis defenſores deducebantur maturè reflectendo ad veritatem, mihi videtur, quod priores reſolutiones, ac
34 ultima illis conformis, eſſent juſtæ, beneque fundatæ, improbabilis autem inter media contraria.

Hinc etiam edocemur id, quod nimium quidem frequenter, ſemper tamen utiliter & opportunè mea eſt docendi & inculcandi conſuetudo, quod ſcilicet ho-
35 die in judicando & conſulendo, punctus non eſt in cumulo concluſionum, & in collectione auctoritatum, ſed in earum congrua applicatione ad caſum, de quo agitur, quoniam pleræque concluſiones ſcribentes in contrarium deductæ, & in dicta contraria deciſione admiſſæ ſunt in ſuis caſibus veræ, malæ autem applicatæ ad caſum, ut ſupra &c.

---

† VERCELLEN. FEUDI.

Reſponſum pro veritate, ſuppreſſis nominibus.

An, & quando feudum dici valeat per clauſulas inveſtituræ alienabile vel tranſitorium ad fœminas.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De clauſula in feudum nobile, francum & liberum.*
3 *De clauſula, ut facere poſſit ad libitum voluntatis.*
4 *Conceſſio ex cauſa meritorum impropriat feudum.*
5 *Feuda de eorum natura ſunt reſtricta ad deſcendentes maſculos.*
6 *Renovatio cum remiſſione caducitatis non alterat antiquam naturam feudi.*
7 *Ex quibus deſumitur, quod agatur de feudo vero, & recto.*
8 *De conſuetudine feuda Imperialia in Italia ſunt maſculina.*
9 *De eodem, de quo num. 2.*
10 *Et de eo, quod habetur num. 3.*
11 *Reſpondetur ad contrarias auctoritates.*
12 *De renovatione debita proximiori diverſa ab alia de ordinaria natura feudi.*
13 *Facilius admittitur alienatio in præjudicium Domini directi, quam agnatorum.*
14 *Ad quid referat alienationem, vel alium actum eſſe factum prope mortem, nec ne?*

DISC. CXXXIV.

POſſidente ab antiquo nobili familia de Titionis
1 feudum Imperiale Decianæ, Imperator Maximilianus, primus illud devolutum ad Cameram Imperialem declaravit ob neglectam temporibus debitis inveſtituram & ob alienationem ſine Imperiali aſſenſu & licentia factam de Zerbis, furnis, molendinis, paſcuis, nemoribus, datiis, & aliis quibuſcumque regalibus. Dictaque declaratione facta eodem feudo intuitu meritorum & ſervitiorum hujus familiæ erga Imperium denuò inveſtivit Ludovicum Titionum pro ſe, ſuiſque filiis maſculis à legitimo matrimonio deſcendentibus in infinitum ex linea maſculina, qua defecta proximior ex linea tranſverſali agnationis admittatur, cum ordine individuo, ut unus ſuccedat, iſteque proximior, quando aliàs non diſponatur cum dignitate etiam Comitatus, & Vicariatus, ità & taliter quod dictus Ludovicus, ejuſque ſucceſſores facere poſſint, & valeant ad ſuæ libitum voluntatis, prout ipſe Imperator ante conceſſionem facere poterat, illos in locum ſuum ponendo, itant conceſſio eſſet in feudum liberum & francum, nobile, gentile, & antiquum auctum & paternum, ità & taliter, quod in omnibus, & per omnia ſequatur naturam feudi gentilis antiqui aucti, & paterni, cum inhabilitatione Clericorum. Dictaque inveſtitura renovata fuit pene per omnes Imperatores ſucceſſores uſque ad hodiernum cum eiſdem clauſulis, & cum præſtatione juramenti fidelitatis, ac etiam cum clauſula *ſalvo Iure Imperii*, repetendo præſertim dictam clauſulam *in feudum nobile, liberum, & francum.*

Cum itaque ultimus poſſeſſor dicti feudi maſculina prole deſtitutus, paulò ante ejus mortem jam ſequuturam, dictum feudum alienaverit in virum ejus filiæ primogenitæ, hinc dubitari contigit; An dicta alienatio eſſet rectè valida & ſubſtentabilis, vel an filia fœmina in feudo ſuccederet, atque deſuper pro veritate conſultus,

Reſpondi, quod affirmativam ſuadere videntur illa verba, *in feudum francum, liberum, & nobile*, per quæ impropriata videtur feudi natura, illudque redactum ad quandam ſpeciem allodii, ut propterea iſtius
jure veniat regulandum, tam in facultate alienandi, a
quàm in ordine ſuccedendi ad limites juris communis civilis potiùs quàm feudalis, ut ex *Corn. Pariſ. Menoch.* & aliis, in ſpecie hujus clauſulæ *franchi & liberi*, habetur firmatum per Rotam Romanam *deciſ. 94. num. 6. & deciſ. 237. num. 3. & ſeqq. par. 12. recent. ubi concordantes.*

Clarius verò ſtantibus illis verbis. *facere poſſit, & valeat ad ſui libitum voluntatis*, quæ æquipollent
clauſulæ, *Ad habendum, & quidquid placuerit facien-* 3
dum, per quam feudi recti & proprii natura quoque corrumpitur, illudque efficitur alienabile, ex iis, quæ plene habentur apud *Oſaſch. dec. 164. Bellon. jun. conſil. 30. Roſenthal. de feud. cap. 9. memb. 1. concl. 41. Surd. conſil. 440. & conſ. 551. cum aliis collectis per Boſcol. in controv. feudal. artic. 3. ex num. 123. & ſeqq. & 131.* Potiſſime verò, dum agitur de conceſſione facta ex cauſa meritorum, & ſervitiorum, quæ ad ſpeciem reducta fuerunt, ut advertitur *d. deciſ. 94. num.*
8. deciſ 237. num. 8. & deciſ. 227. num. 8. & ſeqq. par. 4
12. recent. ubi concordantes.

His tamen non obſtantibus negativam veriorem videri, dixi, adeout pro meo judicio videretur caſus planus, nullam vel ſatis modicam habens rationem dubitandi, ex pluribus, quæ non ſingulariter, ſed unitim conſideranda ſunt cum ſolita regula ut ſingula, quæ non proſunt, &c.

Primò nempe ob regularem naturam feudorum,
ut ad ſolus hæredes ſanguinis maſculos reſtricta cen- 5
ſeantur; fœminæ verò & multò magis extranei ſucceſſores univerſales, vel particulares cenſeantur inhabilitari juxta jura feudalia expreſſa recenſita ſupra *diſc. 11. num. 1. & diſc. 53. num. 2. & alibi pluries*, cum ſit principium apud feudiſtas notorium, adeout quando fœminæ habilitantur ita dicatur impropriari & corrumpi naturam feudi.

Secundòquia te vera dicta inveſtitura Maximiliani
primi, per altos ſucceſſores ſemper renovata, non 6
eſt omninò prima & nova, ſed eſt remiſſiva incurſæ caducitatis, tanquam per ſpeciem reintegrationis vel continuationis feudi antiqui in hac familia juxta ponderationes, de quibus ſupra *diſc. 5.* idſoque illam non alteravit antiquam naturam feudi reſtrictam ad ſolos maſculos ex præfata diſpoſitione juris feudalis, cui antiquitus non ſolebat derogari in feudis Imperialibus, cùm habilitatio fœminarum ſit moderna, ut infra; ac etiam ob antiquam obſervantiam, quod ſemper feudum ſtetit in hac familia, abſque mixtura fœminarum vel extraneorum.

Tertiò

Tertiò quia ex contextu inveſtituræ liquet hoc feu-
7 dum habitum eſſe pro recto & vero, ejus natura nullatenus impropriata; Tum quia expreſſe reſtrictum ad ſolos deſcendentes & agnatos maſculos & lineam maſculinam, adeout rectè intret regula vulgaris *tex. in. l. ille aut ille ff. de legat.* 3. quod in claris & expreſſis non intrant quæſtiones & argumenta: Tum etiam quia ſemper practicata fuit renovatio juxta leges feudales, de quibus ſupra *diſc.* 59. Ac etiam quia adeſt expreſſa excluſio Clericorum quamvis eſſent maſculi ut etiam ſupra *diſc.* 54.

Et quartò clariùs ob rem judicatam Imperialem ejuſdem Maximiliani approbatam à primo acquirente & auctore ultimo defuncti, quod ob alienationem aliquorum jurium & pertinentiarum feudi iſtud cecidiſſet commiſſum, quamvis illud non eſſet alienatum; multò igitur magis, ubi agitur de alienatione totius corporis.

8 Hiſque addi poſſe obſervabam quandam conſuetudinem penè generalem feudorum Imperialium in Italia, ut ſint maſculina: undè propterea devoluta fuerant ad Cameram Imperialem ob defectum lineæ maſculinæ, quamvis ex ultimo fuiſſent ſuperſtites fœminæ juxta multa exempla, quæ colligi poſſent. & præſertim habemus illud feudi Plumbini, de quo agitur ſupra *d. diſc.* 54. *cum pluribus ſeqq.* adeout admiſſio fœminarum, videatur manere ex quodam ſtylo recenti.

Ad argumenta verò ponderata in contrarium ſuf-
9 ficit videre reſponſiones datas *d. diſc.* 11. ubi præſertim de clauſula *feudi franchi, liberi, & nobilis*, quoniam illa in omnibus inveſtituris feudalibus legitur, etiam ubi agatur de feudis rectis & veris primæ claſſis, quæ in Italia habentur; Atque re vera eſt æquivocum clarum aliquorum non benè callentium materiam feudalem; quoniam iſta clauſula adjici conſuevit ad diſtinctionem illorum feudorum mere ſervitoriorum, quæ antiquitus erant in uſu, etiam cum ſervitiis mechanicis & ſordidis perſonalibus, ut advertitur *d. diſc. 54. de feud. num.* 18. *& diſc.* 59. *num. fin. ad habendum* & ſimiles intelligendæ veniunt compatibiliter feudi natura retenta, & inveſtitura durante in iis, quæ inveſtituræ non adverſentur, neque ejus violationem redoleant ex deductis apud *Merlin. de-*
10 *ciſ.* 532. *num.* 9. *cum ſeqq. deciſ.* 427. *num.* 22. *cum. ſeqq. par.* 9. *recentior. deciſ.* 209. *num.* 3. *par.* 10. *deciſ.* 277. *num.* 18. *par.* 11. & advertitur pluries *ſub tit. de Emphyt.*

Dictæ autem *deciſiones* 94. *&* 237. quæ videntur melioris auctoritatis pro fœmina vel extraneo, ultra earum impugnationes, de quibus *d. diſc.* 11. edito io
11 in eadem cauſa percutiunt quædam feuda ruſtica & ignobilia Epiſcopatus Mantuæ ex conſuetudine alienabilia, & quæ reverà allodialiorum, & bonorum privatorum potiùs naturam habent. Ideoque in hac ſpecie feudi veri & certi, nobilis & juriſdictionalis cum mero & mixto Imperio, & cum dignitate Comitatus, & Vicarii Imperialis, pro meo judicio videbatur opus deſperatum.

Subjungebam tamen, quod nimium expediret inſpicere, An adſint nec ne agnati, quoniam quando
12 revera non adeſſent, ut in tranſmiſſa notula præſupponebatur; tunc obtineri poſſet intentum per viam illius renovationis, quæ derivat ex æquitate *Gloſæ & Bartol. in l. prima, ff. de aqua quotid. & æſt.* ut Dominus, qui nolit pro ſe retinere feudum (ut juxta notoriam in Italia Imperator non ſolet) renovare debeat proximiori ultimo de ſanguine deficientis, etiam de linea fœmina juxta leges feudales & auctoritates in ſpecie hujus renovationis plenè cumulatas *diſc.* 3. *de Emphyt. & alibi pluries*, dum iſta ſpecies renovationis eſt diverſa ab illa, quam inveſtitura durante tenetur novus feudi ſucceſſor accipere, de qua ſupra *d. diſc.* 59. & juxta illas renovationes, quæ à ſingulis Imperatoribus poſſeſſores iſtius feudi obtinuerunt.

Atque ubi probatio deſcendentiæ illorum, qui ſe prætendant agnatos, reduceretur ad probabilem dubietatem, id forte ſufficeret, ut haberetur arbitrium Conſilii Aulici, ob intereſſe Cameræ Imperialis ratione laudemii; quod pro hac ſpecie renovationis ſolvi ſolet, potiſſime in currentibus indigentiis ejuſdem Cameræ; Iſtamque dixi videri meliorem ac tutiorem viam, qua mediante gener ultimi feudatarii defuncti conſervare poſſet feudum in ejus deſcendentia & poſteritate etiam in fœminina contra antiquam naturam feudi cum hodie id practicari ſoleat, ut præſertim docet praxis enunciati feudi Plumbini, pluriumque ſimilium; fortèque minor eſſet impenſa pro hujuſmodi renovatione obtinenda, quam importaret lis in illo Conſilio Aulico ſubſtinenda magis probabiliter cum timore ſuccumbentiæ, quàm cum ſpe victoriæ.

Procedere hæc dicebam retento dicto præſuppo-
ſito, quod agnati non poſſint eorum deſcendentiam 13
juſtificare à communi ſtipite primi acquirentis vel alterius poſſeſſoris: Quando etenim iſtud præſuppoſitum deficeret, quod nempe agnati adeſſent, tunc caſus difficilior, Tum quia deficit dictum remedium obtinendi renovationem, quod videtur hujus negotii ſacra Anchora; Tum etiam quià illi, qui clauſulis ſuperiùs ponderatis in contrarium, aliquam tribuunt operationem, quamvis in hac ſpecie feudorum pro meo judicio, male firmant, quod facilius id conceditur in præjudicio Domini ad impediendam devolutionem, quam in præjudicium agnatorum, ut apud *Bellon. jun. conſ.* 30. *num.* 31. *&* 36. & quam differentiam, ut ſcilicet potentius ſit jus agnatorum, quam illud Domini directi in terminis ſubinfeudationis factæ prope mortem, vel in ſtatu deſperatæ ſucceſſionis, conſiderant *A.varott. Iacobin. & alij relati per Marin. in add. ad Reverter. deciſ.* 522. quamvis neque iſtud motivum ſubſiſtat, ut advertitur ſupra *diſc.* 1. *poſt num.* 25. *verſic. Dicebatur etiam.*

Eſſe factam alienationem in tempore proximo
morti, nil pro meo judicio facere videbatur ob dilem- 14
ma, quod aut iſtud eſt feudum liberè alienabile aut non; Si non eſſet, nil refert, an uno, vel altero tempore fiat; Et ſi eſt, cum tunc dicatur merè hæreditarium & tranſmiſſibile ad quoſcumque etiam extraneos juxta illam ſpeciem feudorum, de qua omnibus de materia agentibus ad ſatietatem cumulatis per *Rot. apud Danozett. deciſ.* 743. *&* 760. *repetit. poſt contr. deciſ.* 18. *&* 19. *& apud Ottbobon. dec.* 265. pariter nil refert dum eſſent tranſmiſſibilia ad hæredes, ſive de illis etiam per ultimam voluntatem diſponi poſſet; Ideoque dicta conſideratio intrat ſolùm in refutatione vel ſubinfeudatione juxta ea, quæ latè ad hanc materiam actus geſti prope mortem, vel in caſu deſperatæ ſucceſſionis habentur ſuperiùs acta, *eodem diſc.* 1. & generaliter in illis actibus, qui ſunt liciti in valetudine & citra fraudem, non autem per ultimam voluntatem prope mortem juxta exempla deducta *eodem diſc.* 1. ac etiam *diſc.* 102. *& ſeqq. de dote & alibi.*

Concludebam demum, quod audirem libenter ſenſum aliorum, qui deſuper conſulti eſſent, quatenus ille eſſet diverſus, ut meus intellectus illuminari poſſet; Sed pro nunc, dixi, quod non agnoſcebam probabile fundamentum ſubſtinendi alienationem vel ſucceſſionem fœminæ, dum tenor inveſtituræ videbatur nimium clarus, & litteralis.

EADEM CAMERINEN. JURISDICTIONIS.

De qua ſuprà Diſc. XLIX.

De eadem materia, de qua *d. diſc.* 49. præſertim in eo, an & quæ leges feudales attendi debeant, atque vim legum habeant in Statu Eccleſiaſtico, ſive in

Digitized by Google

in Principatu temporali Eccleſiæ, aliiſque feudis Eccleſiaſticis & præſertim circa Conſtitutiones Lotharii & Friderici Primi, ſuper prohibita feudorum alienatione.

SUMMARIUM.

1 *Caſus quæſtionis, ejuſque occaſio.*
2 *De origine & introductione feudorum.*
3 *De diſtinctione feudorum juris Longobardorum & Francorum.*
4 *De conſuetudinibus feudalibus.*
5 *De earum varietate.*
6 *De earundem reductoribus ad ſcripturam.*
7 *Status Reipublicæ litterariæ ac litterarum reſtitutio in Italia.*
8 *Quomodo leges feudales fuerint adiunctæ in corpore juris.*
9 *An ſint authenticæ, nec ne.*
10 *Ob quam auctoritatem, & quo tempore ſint effectæ authenticæ.*
11 *Quando* Bald *ſcripſit ſuper feudis & qua occaſione.*
12 *De meliori, magiſque diſtincto ordine librorum feudi* Cujacii.
13 *Quod res debeant capi per principia & de errore pragmaticorum.*
14 *Quomodo veniant intelligendi illi, qui dicunt, quod leges feudales ſint receptæ ubique etiam in terris Eccleſiæ & in foro Eccleſiaſtico.*
15 *De differentia inter conſuetudines & Conſtitutiones Imperiales.*
16 *De differentia in Conſulatu Maris.*
17 *De legibus additis in Codicibus modernis.*
18 *De eodem, de quo num. 10.*
19 *De quibus feudis loquantur leges Lotharii, & Friderici.*
20 *De conſtitutionibus Apoſtolicis ſuper prohibita alienatione Caſtrorum & bonorum juriſdictionalium.*
21 *Quod in ſtatu Eccleſiaſtico leges feudales attendi ſoleant attenta earum ratione, non autem ratione poteſtatis.*

DISC. CXXXV.

1 QUalis iſtius cauſæ ſit facti ſeries ac ſtatus habetur ſupra *diſc.* 49. & in annotation. ad eundem in hoc Supplemento; Sed quoniam iſta cauſa in ulterioribus ejus diſputationibus occaſionem dedit edendi diſcurſum generalem; An leges vel conſuetudines feudales habeant, nec ne, vim legis in ſtatu Eccleſiaſtico, præſertim ſuper Conſtitutionibus Lotharii, & Friderici Primi ſuper prohibita feudorum alienatione; idcircò ſub ejuſdem cauſæ nomine vel intitulatione in præſenti de hoc agitur, dum quoad alia, quæ ad ipſam cauſam in particulari pertinent, agitur ubi ſupra.

Dicebam itaque, quod ſub judice lis eſt, quam ego indeciſam relinquere volebam (cum nil ad rem
2 ejus deciſio conferat) An feudorum introductio, & uſus haberentur apud antiquos Romanos, ut una opinio credit, vel in Italia provenerint à Longobardis, ut credit altera ſive à Franchis vel Germanis, dum hæc vocabula ſub temporibus & dominationibus reſpectivè Pipini & Caroli Magni ac Ludovici Pii, qui per Summum Pontificem evocati venerunt in Italiam ad reprimendam Longobardorum temeritatem, ut alia opinio credit, & ſuper quo antiquioribus relatis plura colligit *Larat. in theatr. feud. par. 1. dilucid. 6. cum ſeqq. uſque ad fin.* ubi concludit, quod iſte uſus ſit antiquus etiam apud Romanos aliaſque nationes, quamvis ſub diverſis vocabulis, adeout iſtud vocabulum feudi ſit quidem barbarum antiquis linguæ latinæ profeſſoribus ignotum, undè proptereà Longobardis vel reſpectivè Germanis tribuitur, non autem quo ad ſubſtantiam.

Quidquid enim ſit de prædictis, quæ ſcholarum & Academiarum congruum continere videntur pabulum pro exercitio ingenii; Quoad ea, quæ ad forum practicum pertinent, pro utili ac proficuo effectu, de quo agebatur illud certum eſſe advertebam, quod hæc 3
introductio ſequuta eſſet per multa ſæcula ante imperium Lotharii & Friderici I. de quorum legibus ad rem agebatur obſervando, quod tam ſub Longobardis, quàm ſub Franchis reſpectivè hunc uſum ſub diverſa forma adeſſe convincenter & clarè comprobare videtur uſus loquendi antiquorum feudiſtarum, apud moderniores continuatus & actu retentus pluries in præcedentibus inſinuatis, & præſertim magis ex propoſito ſupra *diſcur.* 8. quod ſcilicet, quando explicantur feuda dividua, ſimultaneum concurſum plurium ſuccedentium & poſſeſſorum admittentia, illa dicuntur juris vel moris Longobardorum; quando verò individua & ſingularia, uni tantùm perſonæ cum ordine primogenituræ convenientia explicantur ſub jure vel more Francorum; ergo ad evidentiam patet, quod apud utramque nationem adeſſet iſte uſus, quamvis ſub diverſa ſpecie, vel natura.

Super eis autem nullæ habebantur leges ſcriptæ ut 4
patet ex legibus Romanorum, & ex illis Longobardorum, dum neque in unis neque in aliis, eorum mentio habetur, & ea quo *Larata ubi ſupra dilucid.* 13. reprobando opinionem, quæ hanc introductionem tribuit Longobardis, deducit argumentum, quod aliàs in eorum legibus de hac materia ageretur, & tamen in hoc idem auctor convincitur, quoniam ſubſtinendo dilucidatione ultima, quod ſit introductio antiquorum Romanorum, non advertit, quod idem urget argumentum, Utcumque tamen ſit, certum eſt, quod eorum reſpectu videatur eum jure non ſcripto etiam vario, quoniam in ipſamet Lombardia & Liguria reſpectivè ubi antiquiores feudiſtæ concordare videntur fuiſſe primævam introductionem ad alias Italiæ partes, poſtmodum dilatatam, conſuetudines erant variæ, dum aliæ erant Mediolani, a- 5
liæ Ticini, aliæ Cremonæ, aliæ Mantuæ, & aliæ Placentiæ, cum ſimilibus, ut apud *Cujac. initio primi lib. de feud.*

Iſtas verò conſuetudines cum eadem varietate inter ſeipſas, poſt quam plura ſæcula moderno tempore comparativè in ſcripturam redegerunt *Gerardus,* 6
Nigrus, & Obertus de Bobio, qui ſupponuntur Senatores Mediolanenſes ſub præfato Friderico primo, ut comprobat *Cujac. ubi ſupra* eoſdemque licet non expreſſo eorum munere, minuſque tempore in quo floruerunt antiquiores & primi earundem conſuetudinum interpretes relati per *Bald. de feud. in proœm. n.* 4. concorditer admittunt, ac præſupponunt reductores hujuſmodi conſuetudinum in ſcripturam, quamvis poſtea alii diverſi, aliquas alias adnotationes fecerint.

Cumque Imperatores Germaniæ occaſione adventus in Italiam, aliquas deſuper fecerint Conſtitutiones & præſertim ſuper prohibita alienatione, de qua agunt enuntiati Lotharius & Fridericus, ac etiam ſu- 7
per punitione rebellium, & pace conſtantiæ, & aliis; Atque tunc non haberetur uſus typorum, ſive impreſſionis, cujus inventio eſt recentior, minuſque uſus legum Civilium, quarum inventio fuit circa eadem tempora, & in eodem ſæculo duodecimo, in quo aliquod lumen, ſeu initium literarum haberi cæpit in Italia, quæ tunc erat penitus barbara, dum reſtitutio Reipublicæ literariæ etiam in omnibus aliis facultatibus iſto ſæculo duodecimo initium habuit, in quo fuit ejus infantia, in ſequenti anno decimo tertio adoleſcentia & in decimo quarto florida juventus continuata in decimo quinto in ſequentibus annis decimo ſexto & currenti decimo ſeptimo ejus virilitas; (niſi dicamus, quod in noſtro currenti incæperit ſenectus, quæ antiquæ morti, & corruptione approximet ob

nullam

nullam vel modicam Principum applicationem ſuper ejus cultura; undè adeò ignaviam ac ignorantiam creſcere vidimus) ideoque vivebatur cum exemplaribus manuſcriptis, ut plurimum malè conceptis, & inter ſe variis, unde prodeunt in omni facultate tot quæſtiones & contrarietates. Præſertim verò hujuſmodi con-
8 ſuetudines feudales & Conſtitutiones Imperiales reſpectivè apud aliquos circumferebantur exemplaria ſub unico libro apud alios verò ſub binο, atque juxta hanc poſteriorem formam, poſtquam voluminibus pandectarum & Codicis adjunctum fuit alterum novellarum ſive authenticorum conflatum ex novem collationibus; iſti duo feudorum libri adjuncti quoque fuerunt, eo modo quo in dicto Authenticorum volumine antiquæ impreſſionis cernitur ſub nomine collationis decimæ, ut præſertim patet ex *Bal. in d. proœm. feudorum, ubi ex num. 3. uſque ad num. 7.* diſputat quæſtionem enunciatam quoque ſupra *diſc. ſ. 1. num. 16.* An iſta collatio decima eſſet, nec ne au-
9 thentica, & haberet vim legis, adeout tanquam talis in omni foro obligęt.

Quidquid autem ſit de iſtius quæſtionis veritate temporibus *Baldi*, & in aliis ſibi proximis, quando magis ea vigebat; Ubi etiam tenenda eſſet opinio, quam ipſe ſubſtinet, quod eſſet authentica, & haberet vim legis innixus præſertim auctoritati *Odofredi*, cujus verba regiſtrat; Attamen id provenit, ut idem *Odofredus* aſſerit, cum quo *Bald.* pertranſit ex mo-
10 derniori proviſione & poteſtate Imperatoris Friderici II. qui fuit etiam Rex utriuſque Siciliæ & Auctor pro eo Regno ſæpius enunciatæ Conſtitutionis, quæ incipit *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, ſuper eadem longè tamen ſtrictiori prohibitione alienationis feudorum, ut præſertim advertitur *eod. diſc. 49.* quod ſcilicet dictus Imperator iſtam collectionem conſuetudinum & Conſtitutionum Imperialium reſpective miſerit Bononiam illis Doctoribus, ut ſuis titulis aptarent, prout fecerunt in Eccleſia S. Petri reducendo ad eam formam, quæ ut ſupra legitur poſt dictum librum Authenticorum, ſub dicto nomine decimæ collationis, & quod poſt hoc tempus fuit gloſſatum per *Pileum, Ardizzonem, Iacobum de Ravenna; Iacobum de Belviſio, Odofredum & Andream de Iſernia*, quos refert *Bald. in d. proœm. num. 4.*

Atque hinc liquet, quod Baldus ſcripſit ſuper hac materia feudali in ultima ſenecta poſt Iſerniam; qui
11 pariter ſcripſit circa ultima tempora ejus vitæ, dum reliquit illud opus imperfectum, tot ſuppreſſionibus indigens, ut patet *ex Lipparulo in ejus vita*; Atque ità verificari videtur illa traditio quam dum eſſem ſcholaris, audivi in ſcholis Neapolis, quod *Bald.* vir celeberrimi nominis ob nimiam litteratorum raritatem & pecuniam in eo ſæculo, quando enunciata Reſpublica litteraria adhuc erat in infantia vel ad ſummum in prima adoleſcentia evocatus Neapolim per Reginam Joannam II. ut ſuper quadam gravi cauſa feudali conſuleretur, confuſus remanſit in concurſu *Iſerniæ*, undè propterea deinde ſtudio hujus materiæ applicavit.

Sed quoniam iſta collectio aliquos continebat ut reverà continet errores, illum præſertim, quod abſ-
12 que debita diſtinctione confunduntur conſuetudines primo loco in ſcripturam redactæ per enunciatos *Gerardum & Obertum* & aliæ poſtmodum adnotatæ per diverſos Doctores Mediolanenſes, & alios, una cum Conſtitutionibus Imperialibus, ob notabilem diverſitatem temporum inter unam, & alteram ſpeciem ille doctus & eruditus *Cujac.* cum meliori diſtinctione materiam diſtinxit in quinque libros; quorum primus eſt *Gerardi*, duo poſteriores ſunt *Oberti*, quartus continet alias adnotationes diverſorum, & quintus Conſtitutiones Imperiales, illas præſertim ad rem noſtram dictorum Lotharii, & Friderici primi.

His itaque ita prænotatis, atque deſcendendo ad applicationem pro fine, vel effectu, ad quem iſta ſe- 13
ries recenſita fuit; Capiendo, ut decet, rem ab alto, & per ejus principia, non autem cum conſueto modernorum pragmaticorum vitio, procedendo more cæcorum, qui trahuntur ad manus cum ſola literà aliquarum auctoritatum, omni penitùs neglecto diſcurſu & ratiocinio.

Quatenus pertinet ad noſtrum punctum, An ſcilicet dictæ leges feudales, & præſertim dictæ Conſti- 14
tutiones Imperiales ſuper prohibita alienatione haberent vim legum in ſtatu Eccleſiaſtico, pro negativa, quam ego ſubſtinebam probatione, plura exinde reſultare dicebam; Primo nempe; quod illi Auctores relati per *Fagnan & alios, de quibus ſupra diſc. 54.* qui dicunt, quod leges feudales ubique ſunt receptæ, & habent vim legis etiam in terris Eccleſiæ, vel in foro Eccleſiaſtico, utpote generaliter loquentes, atque ad hanc ſpeciem non deſcendentes intelligi poſſunt ac debent de præfatis antiquiſſimis conſuetudinibus, quas tanquam jam per plura ſæcula receptas, & obſervatas in ſcripturam reduxerunt præfati *Gerardus & Obertus*, ſed non exinde inferri poteſt ad præfatas longe moderniores Conſtitutiones Imperiales reſtric- 15
tas ad territorium, & ſubditos ipſorum legis latorum, nullam juriſdictionem & poteſtatem habentium in hoc Principatu, ex ea clara differentiæ ratione inter dictas antiquas conſuetudines, & iſtas modernas Conſtitutiones, quod illæ acquirere potuerunt vim legum ex uſu populorum, & ut tanquam tales ab antiquo receptæ fuerint, eo modo quo habebatur de antiquis conſuetudinibus, vel Capitulationibus artis maritimæ ſeu navigationis nuncupat *Conſolato del mare*, juxta hiſtoriam recenſitam *diſc. 107. de credito, & alibi*, ac propterea non ex eo, quod in eodem volumine, dicto moderno tempore, in conſuetudines, quam Conſtitutiones regiſtratæ fuerint, inferri poteſt, quod ſint ejuſdem naturæ & qualitatis, atque in hoc conſiſtere advertebam pragmaticorum æquivocum, vel ineptiam.

Ad quod comprobandum deducebam eadem, quæ 16
in propoſito dicti Conſulatus maris advertuntur *eod. diſc. de credito*, quod nempe in moderna impreſſione voluminis dicti Conſulatus ultra ejus antiqua Capitula ordinata ante milleſimum, ex opera impreſſoris continentur etiam aliquæ ordinationes Barchionenſes, aliæque proviſiones recentes & locales, unde ignarum vulgus Pragmaticorum, procedendo de more cum ſola ſuperficie literæ, ad aliud non reflectendo credit, quod illæ ſuperadditiones contineant etiam Conſulatum maris, ubique receptum pro lege, & authenticum, & tamen eſt error manifeſtus, ità à pari aliis conſiderationibus, quæ circa aliquas leges ex privata diligentia, vel potiùs temeritate inſertas in modernis Codicibus habentur *diſc. 1. de ſervit. & diſc. 35. de judic. & alibi*, ideoque generaliter ad hæc eſt 17
reflectendum.

Secundo, quod retenta etiam opinione volentium, ut leges feudales eo modo, ut ſupra regiſtratæ ſunt poſt volumen Authenticorum, ſint authenticæ, ut pro- 18
bant *Surd. & alij relati ſupra d. diſc. 1. num. 56.* Attamen, ut patet ex *Odofredo* auctore iſtius opinionis, cum quo pertranſit *Bald. ut ſupra*, ſequutum eſt ſub Imperio Friderici II. & ex ejus ordinatione; ideoque cum iſte Imperator, tanquam Sedis Apoſtolicæ, & Pontificiæ dignitatis acerrimus hoſtis fuerit Imperio, ac Regnis privatus, ac etiam punitus anathemate, in quo obiit, non videtur quomodo ejus geſta, & ordinationes pro legibus in Principatu Eccleſiæ, vel in foro Eccleſiaſtico pro legibus recipi debeant, potiſſime quia Fridericus Primus ejus avus Giballinæ factionis auctor, ac protector, fuit etiam ejuſdem farinæ, ut acta Alexandri Tertii, aliorumque Pontificum illorum temporum docent.

67 Recognoſcentes ſuperiorem, quamvis jura Principum habeant, quam ſpeciem infeudationum facere poſſint.
68 Quod iſti concedant etiam titulos, & dignitates abuſivas.
69 De antiquo ligamine Pontificum circa infeudationes.
70 De alia moderna Conſtitutione Pij V. & quod utrique poſſit diſpenſari, licet huic moderna non ſoleat.
71 Dicta Conſtitutio Pij V. non impedit curſum antiquarum infeudationum.
72 An impediat conceſſiones fructuum, vel commoditatis, & honorum.
73 Quod non de facili detur verum, ac proprium feudum in ijs, qui non ſunt ſupremi, & non habent jus belli.
74 Feuda, qua dantur per Prælatos, & Dominos inferiores, ſunt impropria, licet ex pacto habere valeant naturam feudi proprij.
75 De refrænata poteſtate infeudandi bona Eccleſia in Prælatis.
76 De poteſtate faciendi infeudationes præventivas, feudo adhuc pleno remiſſivè.

V.

77 Regulariter omnes ſunt capaces feudorum.
78 Procedit hæc generalitas in feudis improprijs.
79 In feudis autem proprijs inhabiles ad ſervitium, ſunt incapaces.
80 Clerici ſæculares, vel Regulares ſunt incapaces feudorum.
81 De diſtinctione inter conſtitutos in ſacris, & in minoribus.
82 In conſtitutis in minoribus, vel novitijs, quid ſtatuendum ſit.
83 An, & quomodo Dominus huic incapacitati diſpenſet.
84 In ſtatu Eccleſiaſtico, Clerici etiam in ſacris, & Epiſcopi ſunt capaces.
85 Quid de Cardinalibus, an ſint generaliter capaces.
86 An leges feudales Clericorum inhabilitativæ ſint contra Eccleſiaſticam libertatem, ideoque reprobæ.
87 An milites Hieroſolymitani, & alij profeſſores militiarum Eccleſiaſticarum ſint capaces feudorum.
88 Quamvis ſint incapaces, ſolent ex diſpenſatione reddi capaces.
89 Novitiatus autem ſine profeſſione non cauſat incapacitatem.
90 Quando Prælati, vel Clerici ſint capaces feudorum ratione Eccleſia.
91 An caſtrum penes Eccleſiam ex Principis Laici conceſſione ſit allodiale, vel feudale.
92 Eccleſia & Eccleſiaſtici in ijs, quæ concernunt feudum ſubjacent Domino laico.
93 An in Papa detur feudum, vel allodium alteri ſubordinatum.
94 Fœminæ, earumque deſcendentes ſunt regulariter feudorum incapaces.
95 Ubi etiam ſunt diſpenſatæ, intelligitur in ſubſidium, quod declaratur.
96 Feuda non poſſunt ſtare in ſuſpenſo, ideoque attenditur exiſtentia de tempore apertæ ſucceſſionis, & quid in fideicommiſſis, & primogenituris.
97 Fœmina item, & cognati cedunt locum agnatis, quamvis remotioribus.
98 Secùs in Regnis utriuſque Siciliæ, ubi linea vincit gradum.
99 Ideoque nepus ex maſculo primogenito defuncto, vincit maſculum ſecundogenitum.
100 Illegitimi ſunt incapaces feudorum.
101 Niſi legitimati ſint per ſubſequens matrimonium.
102 Quid ubi ſint legitimati per reſcriptũ, diſtinguitur.
103 An diſpenſatio natalium, poſt factum caſum ſucceſſionis proſit.
104 Et generaliter de diſpẽſatione in tertij præjudicium.
105 De legitimatione conceſſa per eum, qui ſit Principe inferior.
106 An legitimatio plena conceſſa per ſupremum Principem, ſuffragetur in feudis extra ditionem legitimantis.
107 Quid de conceſſa per Dominum directum reſpectu ſubfeudorum exiſtentium in feudo Regali.
108 Surdus & mutus ſunt incapaces, & de alijs incapacitatibus.
109 An exiſtentia majoris natu in linea, quamvis incapax, impediat ſucceſſionem majoris natu alterius lineæ.
110 De inhabilitate ceſſante ex Domini diſpenſatione.
111 An inhabilium diſpenſatio corrumpat feudum, illudque impropriet.

V I.

112 De differentia inter feudum verum, & proprium, & feudum improprium, ut iſtud jure communi, non autem feudali reguletur.
113 Quod ubi nullum ſtatutum eſt ſervitium perſonale, ſit feudum improprium.
114 Contrarium verius, ſeu declaratur.
115 Quid ubi conceſſum eſt feudum tanquam francum, vel nobile.
116 An clericorum & fœminarum, aliorumque inhabilium habilitatio impropriet feudum.
117 Quid operetur qualitates alternativa.
118 An feudum emptitium, ſeu alias conceſſum ex cauſa correſpectiva, dicatur improprium.
119 An conceſſio ex cauſa meritorum faciat feudum improprium.
120 Quid de neglecto fidelitatis juramento.
121 Et quid de ruſticitate, vel carentia jurisdictionis.
122 Econtra, nobilitas vel juriſdictio, an cauſet feudum proprium.
123 Quomodo hæc quæſtio feudi proprij, vel improprii decidenda ſit.
124 Libris vel Codicibus, in quibus feuda regiſtrantur nimium defertur.
125 De feudis quaternatis, & de alijs, quæ dicuntur plana, & de tabula.
126 Et de feudis quaternatis ſecundùm quid.
127 De eodem, de quo num. 124. ut libris feudorum ſit deferendum.
128 Inveſtitura eſt neceſſaria, ſed non eſt neceſſaria ſcriptura, quæ tamen prodeſt.
129 Defectus inveſtituræ, & ſervitij nimium confert pro excluſione feudi.
130 Defertur obſervantia circa petitam, vel neglectam renovationem.
131 Pro regulanda vera, ac propria feudalitate attenditur qualitas Domini.

VII.

132 De ſervitio feudali, quale ſit, & quomodo præſtandum.
133 Deficientia à præſtatione ſervitij, an & quando cauſet caducitatem.
134 Ubi ſervitium eſt reale, an per ejus præſtationem ceſſet obligatio ſervitij perſonalis.
135 Quæ, & qualia ſint ſervitia, vel ſigna feudalitatis præſtanda, & cui ex pluribus Dominis ſerviendum ſit.
136 Et an potius immediato, quàm mediato, vel è contra.
137 Dominus tenetur protegere, ac tueri feudatarium.
138 Si Dominus impenſas facit pro recuperatione feudi, eas non recuperat a feudatario, & quid è converſo, an feudatarius recuperet a Domino.
139 Declaratur quando id procedat, & in qua ſpecie Domini, vel feudatarij reſpectivè.

VIII.

VIII.

140 *Quomodo decidenda ſit quæſtio comprehenſionis, & quid in inveſtitura feudali conceſſum ſit, necne.*
141 *Præſertim an ſub conceſſione feudi veniant Regalia, & quæ iſta ſint.*
142 *Quod in feudis majoribus, & Regalibus veniant Regalia.*
143 *Quid in feudis minoribus eorum, qui Barones dicuntur.*
144 *In his regula eſt negativa, ut Regalia non veniant, quatamen declaratur, ſeu limitatur.*
145 *Magis autem dicta regula procedit in feudatarijs, & Baronibus Regnorum utriuſque Siciliæ.*
146 *Quando etiam Regalia competant Dominis ſeu Domicellis inferioribus.*
147 *In Statu Eccleſiaſtico non de facili datur caſus obſervantiæ præſcriptivæ, & de ratione.*
148 *Adhuc tamen attenditur obſervantia interpretativa.*
149 *An aliqua privilegia particularia conceſſa uni feudatario, cenſeantur repetita in altera conceſſione feudali.*
150 *Regula eſt negativa.*
151 *Conceſſo ſimpliciter feudo, an veniant bona allodialia feudatarij prædeceſſoris ad Dominum cum feudo ob publicationem, vel ex alia cauſa devoluta, adeout cenſeantur annexa feudo, necne.*
152 *Iuriſdictio & Imperium, an feudo pernoceſſe annexa ſint.*
153 *Et quatenus ſint annexa, quomodo competant, & de diverſarum Regionum majoribus.*
154 *De eodem, quomodo juriſdictio competat, ac exerceri poſſit per feudatarium.*
155 *De prærogativis, ſeu præeminentijs feudatarij in feuda circa jura civica, & alias obligationes, vel ſervitia vaſſallorum.*
156 *An eæ ſervitia vel præſtationes, quibus feudatarius potius eſt, devoluto feudo debeantur Domino, vel alteri feudatario, cui ipſe conceſſerit.*
157 *De gravaminibus, ſeu recurſibus vaſſallorum adverſus feudatarium, ſeu Baronem.*
158 *De oneribus Baronis, ſeu feudatarii erga vaſſallos.*

IX.

159 *Prohibitio alienandi jure feudali inducta, non procedit in feudis improprijs, vel in bonis allodialibus, quamvis annexam juriſdictionem habeant.*
160 *De prohibitione alienandi bona juriſdictionalia, quamvis allodialia in Statu Eccleſiaſtico ex Conſtitutionibus Apoſtolicis.*
161 *De alia prohibitione alienationis, etiam in feudis improprijs ex pacto, ſeu lege inveſtituræ, ſeu alias ex diſpoſitione juris.*
162 *Feuda vera, & propria per leges feudales generaliter alienari prohibita ſunt ſub decreto annullativo.*
163 *Diſtinguuntur plures inſpectiones in hac materia cadentes.*
164 *Sub nomine alienationis veniunt emptio & venditio donatio, & ſimiles contractus importantes omnimodam translationem dominij pleno jure.*
165 *Veniunt etiam conceſſio in emphyteuſim, ſeu livellum, aut cenſum, & ſimiles.*
166 *Quando veniat locatio, & quando hæc dicatur ad longum tempus.*
167 *Impoſitio cenſus, vel conſtitutio ſervitutis, ſeu reſervatio uſusfructus veniunt ſub prohibita alienatione.*
168 *Quid de diviſione inter plures vocatos ab inveſtitura, vel in ceſſione unius portionis alteri.*
169 *Quid de permutatione.*
170 *Quid de tranſactione, vel compromiſſo.*
171 *Et quid de hypotheca.*
172 *An ex cauſa dotis feudum alienari poſſit, datur diſtinctio.*
173 *De opinione volentium, ut fieri poſſit in ſubſidium ſed rejicitur.*
174 *An vir feudatariæ efficiatur feudatarius, & Baro.*
175 *Commoditas fructuum, eſt alienabilis etiã in feudis.*
176 *Pretium feudi, an ſit alienabile, vel potius cedat ſub prohibitione.*
177 *Et quid de actione ad feudum.*
178 *Poſita invalida alienatione, cui competat actio illam retractandi.*
179 *Quod non competet ipſi alienanti, & quando agnatis, alienante vivente.*
180 *Mortuo alienante, vel ejus jure reſoluto, ſucceſſor jure proprio vendicat feudum.*
181 *Etiamſi in ipſum Dominum alienatum eſſet.*
182 *Niſi conſuetudo alienandi facultatem tribuat, & de dicta conſuetudine.*
183 *Quid ubi agnatus feudi, ſucceſſor eſt etiam hæres alienantis.*
184 *Beneficium inventarij ad quid ſuffragetur.*
185 *Quid ſi agnatus proximè ſucceſſurus alienationi conſenſit.*
186 *An tunc ulterior agnatus admitti debeat.*
187 *De pœnis alienantis remiſſivè.*
188 *De effectu prohibitæ alienationis, ut per eam nullum jus quæratur, ideoque potior ſit conditio ſecundi, cui validè facta eſt alienatio.*
189 *Anterioritas, vel poſterioritas deducitur ex aſſenſu.*
190 *Beneficium ſeparationis bonorum, an procedat in feudis, ut creditores defuncti ſine aſſenſu, vincant creditores hæredis cum aſſenſu.*
191 *An ille, qui malè alienavit, teneatur ad damna, & intereſſe.*
192 *Aſſenſus præſtitus re non integra, & poſt revocationem actus, non ſuffragatur.*
193 *Item debet vivere uterque contrahens, non autem uno defuncto.*
194 *An aſſenſus certam habeat formam.*
195 *De ſurreptione, vel defectu intentionis.*
196 *Aſſenſus non tollit jus agnatorum, eiſque non præjudicat.*
197 *Quale præjudicium cauſet ipſimet Domino.*
198 *Quando aſſenſus tollat jus agnatorum.*
199 *De aſſenſu præſumpto ex lapſu longi, vel longiſſimi temporis.*
200 *Quod præmiſſa omnia procedant aſſenſus ſolis terminis juris communis feudalis.*
201 *Tractari non poteſt bene de juribus municipalibus, vel uſibus, & ſtylis particularibus.*
202 *In Regno Neapolis aliqua deſuper habentur ſpecialia, quibus exceptis attenduntur dictæ regulæ generales juris feudalis.*
203 *Tranſactio & compromiſſus, aliæque ſpecies alienationis in aliquibus caſibus de jure communi permiſſæ in hoc Regno indefinitè prohibentur.*
204 *Etiam pro dote prohibita eſt alienatio, quamvis de jure licita ſit.*
205 *Si tamen de facto feudum detur, vir facit fructus ſuos, & de ratione.*
206 *Latior ac facilior datur in hoc Regno pœnitendi, ſeu retractandi facultas, etiam ipſimet alienanti, vel hæredi.*
207 *Et non datur actio ad damna, & intereſſe.*
208 *Data revocatione, actus dicitur nullus ab initio & fructus veniunt in reſtitutione, ſed debetur intereſſe pretij.*
209 *Neque admittitur diſtinctio inter feudum novum, & antiquum.*
210 *De jure aſſenſus non requirit ſcripturam, vel ſolemnitatem.*
211 *Secus in dicto Regno, ubi certa ſolemnitas requiritur.*
212 *De neceſſitate executoriationis aſſenſus conceſſi per ipſum Regem.*

ſæculi lapſus ſufficit, ut poſſeſſori licitum ſit allegaſe quemcumque titulum de mundo meliorem adverſùs actorem ſuper ejus dominii amiſſione ex deductis *diſc. 5. de feud. diſc. 3. de alien. & contract. probib. diſc.*
18 *21. de Iudic. & alibi frequenter.*

Et quidem ubi nullas deſuper haberemus juris authoritates, vel rationes ad ſenſum clarè id probaret ipſa ratio, vel diſcurſus naturalis, atque communis praxis, quoniam aliàs eſſet penitus revolvere totum Mundum, ſi probationes etiam certæ per authentica documenta & hiſtorias, ac inſcriptiones, aliaſque ſpecies dominii antiqui duorum vel trium, fortius quatuor ſæculorum retro, abſque alia probatione retentionis & continuationis deberent de præſenti ſufficere ad vendicationem adversùs tertios cùm hiſtoriæ doceant, pleraſque Civitates, Oppida Caſtra & loca, imò Provincias & Ditiones à duobus vel tribus vel ulterioribus ſæculis retro poſſideri per aliquos nunc autem eſſe penes alios, ut cuique infra medioctitatem in hiſtoriis verſato innoteſcit.

Secundò, quia in Rota & Curia receptum eſt, ut in actore non admittatur probatio præſumpta ex ſola præſumptione juris in iis, quæ ſunt fundamentum ſuæ
19 intentionis, ut per *add. ad Gregor. deciſ. 33. deciſ. 202. num. 4. par. 5. rec.* & advertitur *diſc. 33. numer. 15. de Iudic. & alibi pluries.*

Tertiò quia tunc dicta opinio, quæ contradictoribus non caret, procedere poſſet, quando probatio antiqui dominii eſſet omnino certa & concludens, adeout excludat contrariam poſſibilitatem, quod eſt eſſentiale requiſitum perfectæ, benéque concludentis probationis, ut habetur *diſc. 22. de Iudic. num. 10. & alibi*; Secus autem, ubi eſt probatio præſumpta & adminiculativa, quoniam tunc eſſet dare inconveniens in Jure reprobatum, de quo ſuprà in primo puncto cumuli præſumptionum, & ſpecialitatum, atque deſumendi præſumpto, ut in ſpecie *Arelitan. in add. ad Alciat. de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 20. num. 4. Maſcard. de prob. concl. 551. num. 9. cum ſeqq. Barboſ. in l. ſive poſſidetis num. 5. & 7. C. de probat.* apud quos alii referuntur; Ideoque cum ex ſupra firmatis in primo puncto, dominium vel nullatenus probatum ſit, vel ſit probatio præſumpta & adminiculativa hinc ſequitur, ut nullo pacto concluſio intret.

Et quartò, quod eadem præſumptio, tanquam ſimplex juris tantum tollitur per contrarias fortiores præſumptiones; *ut ex Menoch. præſumpt. num.* 9. admittitur in *d. deciſ.* 590. *par. 4. recentior. tom.* 3. & in eadem contraria *deciſ.* cum ſit propoſitio firmiſſima.

Multæ verò in præſenti urgent contrariæ præſumptiones ad evidentiam, hanc ſimplicem & nudam ju-
20 ris præſumptionem elidentes; Primò nempe ſpatium temporis adeò diuturni abſque eo, quod nec quidem fumus vel ſignum aliquod detur retentionis & continuationis dominii; Secundò tot alienationes factæ, etiam in manus mortuas expreſſe prohibitas, qualis præſertim erat Hoſpitale Sancti Spiritus, à quo poſſeſſor cauſam habebat. Tertiò enunciativæ plures, illa præſertim Franciſcæ Pierleonæ, in deciſionibus enunciatæ, de qua infrà, quod quædam portio ad eam liberè ſpectaret pleno jure dominii; Et quartò fortiter, quoniam in eadem inveſtitura Eccleſia concedens, ſibi reſervavit quaſdam Tenutas vel Prædia, nec non decimas, aliaque Jura; & tamen iſta de præſenti non poſſidet, neque probat, quinimò neque dat fumum vel adminiculum, quod à dicto tempore anni 1286. citrà poſſederit, atque actus dominii exercuerit; Ergo ſicuti amiſit hæc bona non conceſſa, ſed retenta, ità etiam illud jus, quod in Caſtro habere poterat amittere potuit, mediante aliquo legitimo titulo, cujus nunc memoria & notitia poſt tot ſæcula periit; Ideoque prodiit dicta concluſio, quod poſt lapſum unius ſæculi competit poſſibilitas allegandi quemcumque titulum de mundo meliorem.

Pro excluſione iſtius effectus ex adeò diuturni temporis lapſu reſultantis ſcribentes in contrarium, quibus adhæret dicta contraria deciſio, præſupponendo, quod lapſus temporis allegaretur ex hac parte, tanquam præſidium præſcriptionis, duo dicebant: Primò nempè quod præſcriptio allegari non poteſt per poſſeſſorem malæ fidei, qualis ſupponebatur author
Principis hodierni poſſeſſoris ex eo, quod quæſiiſſet 21
lite pendente: Et ſecundò, quod præſcriptio non currat durante inveſtitura, ſed incipiat poſt illam finitam, quodque id Domino innotuerit, præſertim verò Eccleſiæ, cui negligentia Prælati, vel adminiſtratorum præjudicare non poteſt; Ideoque cum conſtaret partem iſtius Caſtri fuiſſe poſſeſſam per dictam Franciſcam Pierleonam, quæ obiit de anno 1517. hinc inferebatur, ut hoc tempore, & non priùs præſcriptio inchoare deberet quatenus doceretur id ad Eccleſiæ notitiam deveniſſe, de quo non conſtat, ideoque ſtante lite mota de anno 1571. ità ceſſare dicebant omnem difficultatem.

Quinimò ex iſta circunſtantia, quod Caſtrum ſaltem in parte poſſeſſum fuiſſet per dictam Franciſcam, inferebant clarè probari effectuationem conceſſionis, quodque ità adeſſet adminiculum à parte poſteà, dum ad iſtam ex dicta conceſſione facta ejus majoribus obveniſſe præſumendum erat, juxta celebre *conſil. 145. Fulgoſ. ex pluries deduct. ſub. tit. de fideicommiſſ. & alibi.*

Quatenus itaque pertinet ad hunc punctum præſcriptionis, qui eſt tertius circa primum objectum deductum à mala fide reſultante à lite, qua pendente in authores poſſeſſoris vitioſe alienatio facta eſſet, illud de plano tollebatur ex facto, adeout contineret erroneum præſuppoſitum facti, in quo docebatur id nullam habere ſubſiſtentiam, ideoque alia diſcuſſio juris non fuit neceſſaria.

Quo verò ad alterum punctum Iuris, ubi etiam procedendum eſſet cum terminis præſcriptionis dicebam eſſe quidem in puncto juris veram dictam propoſitionem à me deductam ſupr *diſc. 3. hoc eod. tit. num. 19. & 20.* ubi allegantur *Bald. Cravett. Bellon. jun. Surdus Roſenthal. & alii*, quod ſcilicet feodatarius vel alter conceſſionarius, ejuſque ſucceſſores durante inveſtitura nunquam præſcribunt etiam per mille annos; Verùm eodem modo, quo ſuprà in tot aliis fallacia manifeſta erat in applicatione ad caſum; procedit etenim, quando ipſe poſſeſſor, qui præſcriptionem allegat, vel ejus authores profeſſi ſunt poſſidere illa bona tanquam feudalia vel emphyteutica in vim inveſtituræ, de qua agitur; quoniam tunc ipſa cauſa poſſidendi probat poſſediſſe jure concedentis, non autem proprio ſive in ſolo illo dominio ſubalterno, quod inveſtituræ qualitas præbeat, vel ſaltem, quod ità ſit de jure præſumendum, quia poſſeſſores habent cauſam ab inveſtito, ex cujus jure poſſederint; Secùs autem ubi poſſeſſor tam ex perſona propria, quàm ex illa authorum totum id negat, atque profitetur ſemper poſſediſſe bona tanquam libera & allodialia ex alio jure & titulo omninò independentes tam à concedente quam à conceſſionario nunquam verò in vim inveſtituræ, quoniam tunc concluſio non intrat, neque per ſomnium, ut ità diſtinguendo habetur *apud Bellon. jun. Surd. Roſenthal. & alios, de quibus d. diſc. 3. num* 19. *&* 20. Ideoque cum poſſeſſor & authores profeſſi ſint poſſidere hæc bona tanquam libera pleno jure omninò independenter à conceſſionariis ac aliàs quam ex inveſtitura hinc concluſio extranea omninò remanet à caſu.

Advertebam propterea, quod non conſtabat quandiu inveſtitura duraverit, & an ex primis conceſſionariis fuerint, necne ſuperſtites filii & nepotes in quibus perfici potuerint tres generationes, ad quas conceſſio reſtricta fuit, ut etiam advertitur ſupra *diſc.* 70.
ubi ex ibi allegata *deciſione* 402. *Bich.* de hoc non 22
con-

Digitized by Google

conſtito, ſufficit lapſus annorum centum & ſic uſque ad annum 1386. à quo tempore uſque ad annum 1571. ubi etiam admittendum eſſet, quod ex tunc dici deberet mota lis, adeſt ſpatium annorum 185. & ſic ultra centenarium.

Ut etenim diſtinguendo firmatur in *d. deciſ.* 402. *Bich. & apud Zarat. deciſ.* 89. *&* 93. *& deciſ.* 227. *num.* 17. *& ſeqq. &* 363. *num.* 1. *& ſeq. par.* 13. *recent. & ſub tit. de Emphyteuſ.* filii & alii deſcendentes non præſumuntur, niſi eorum ſuperexiſtentia probetur, talique probatione non facta, ſufficit lapſus annorum centum, ſed ubi adſit hæc probatio tunc non ſufficit dictum tempus, ſed probandus eſt finis generationum.

Et nihilominus, ubi etiam hæc probatio adeſſet, adhuc ante motam dictam litem de anno 1571. adeſſe
23 diceretur ſpatium centenarium poſt finem trium generationum, cum in totum adſit ſpatium annorum 285. dictas verò generationes impoſſibile eſt duraſſe per annos 185. Manifeſtè ſiquidem erroneum dicebam eſſe calculum ſcribentium in contrarium, quod cum quilibet poſſit viveret, uſque ad centum annos, ita tres generationes importare poſſint curſum penè trium ſæculorum, quoniam primi concesſionarii, qui ſunt de prima generatione præſupponuntur viri jam adulti & majores ipſique poſt annum ſeptuageſimum vel parum ultra filios procreare non poterant, eorumque filii & nepotes non poterant procreare filios, niſi poſt pubertatem, & uſque ad dictam ætatem decrepitam; ideóque ita una vita confunditur cum altera eo modo, quo habemus in Sacra Geneſi ſuper generationibus ab Adam uſque ad Noë, quando vita hominum adeo longæva erat, ac etiam poſt diluvium à Noë, uſque ad Abraham, quando licet non eſſet ita longæva, adhuc tamen ad plura ſæcula aſcendebat: Et tamen ſecunda generatio filii, pro frequentiori contingentia per modicum ſpatium annorum quadraginta vel quinquaginta circiter ſuperabat vitam Patris ex dicta ratione, quod una vita confunditur cum altera. Et per conſequens benè calculando juxta communem & generalem contingentiam impoſſibilis cenſenda eſt hæc duratio ultra annos 185.

Atque ad id comprobandum advertebam obſervari debere omnes deciſiones quas habemus in materia feudali vel emphyteutica cum reſtrictione ad tres generationes, quæ jam extiterint, atque terminatæ ſint, quod non reperietur caſus, in quo hæc duratio aſcendat ad metam annorum centum quinquaginta; Siquidem *in Aſſiſien. apud Merlin. deciſ.* 420. *&* 454. durarunt minus, quàm per centum annos: Idemque in pleriſque caſibus, de quibus agitur apud *Coccin. deciſ.* 2194. *& in aliis recenſitis d. tit. de Emphyteuſ. diſc.* 12. *cum pluribus ſeqq. & in aliis*, adeout non detur caſus aſcenſus ad terminationem unius ſæculi cum medietate alterius ſed multò minus.

Argumentum verò deductum ab exiſtentia dictæ Franciſcæ de Pierleonibus, quæ ſupponitur defuncta
24 de anno 1514. circiter prorſus fallax, quinimò omnino contemptibile eum eodem ſenſu veritatis eſſe dicebam cum nulla daretur probatio ſufficiens; quinimo neque imperfecta vel ſimplex ſumus, quod iſta Franciſca deſcenderet ab inveſtitis atque de illorum genere eſſet, ſolaque ſimilitudo cognominis non docto ſaltem per adminiculas de identitate familiæ & de deſcendentia in nulla penitus conſideratione habenda eſt; etiam ad leviores effectus ex iis, quæ latè in hac materia habentur *diſc.* 30. *& ſeqq. de fideic. diſc.* 33. *de præminent. & diſc.* 31. *de jurepatr. & alibi pluries*; Maxime quia dicebatur; quod etiam de præſenti, in Urbe, & diſtrictu plures adſunt etiam populares & pauperes hujus cognominis; Undè propterea nullatenus ad caſum adaptabilis eſt dicta præſumptio deducta ex *d. conſil. Fulgoſ.* Cum procedat in filiis, aliiſque deſcendentibus; in quos non conſtito de alio acquiſitionis titulo præſumptio eſt; quod bona à patre, aliiſque aſcendentibus provenerint.

Multò verò magis ob nulla urgentia argumenta in contrarium abſque dubio iſtam levem ac ſimplicem juris præſumptionem excludentia. Primo nempè quoniam ſi ita eſſet iſta Franciſca debuiſſet poſſidere totum Caſtrum, & tamen actus, de quo agebatur probat poſſeſſionem cujuſdam modicæ portionis reliquum poſſidentibus diverſis perſonis omnino extraneis. Secundo quia impoſſibile erat quod ipſa eſſet de tertia generatione, ut ſupra. Tertiò quia erat incapax, utpote fœmina dum conceſſio caneat, pro filiis & nepotibus maſculis. Quartò quia enuntiativa contenta in teſtamento viri ejuſdem Franciſcæ jam defunctæ id excludit, dum dicitur; quod illa portio ſpectabat ad eam jure pleni dominii. Et quinto quia pro legato ejuſdem, bona data fuerunt liberè ac pleno jure in ſolutum Hoſpitali S. Spiritus contra expreſſum inveſtituræ tenorem, ne tranſiret Caſtrum ad manus mortuas; ideoque ut præmiſſum eſt, dicebam, quod revera iſtud fundamentum omnino contemptibile dici mereretur.

Cæterum, quamvis retentis etiam dictis terminis 25
præſumptionis adhuc tutum videretur jus rei & poſſeſſoris, ut ſupra; Attamen in hac ultima diſputatione ſuper impugnatione contrariæ deciſionis; Ego præſertim advertebam, atque principaliter inſtabam, quod quidquid per alios ſcribentes dictum fuiſſet, & an iſti termini præſcriptionis adhibiti eſſent, necne; Attamen quoad me unquam, nec quidem cogitaveram eos adhibere, dum potius adhibere ſemper conſuevi alios terminos præſumptionis, quæ ex diuturni temporis lapſu reſultat, quamvis iſta, eſt quodam improprio & vulgari uſu loquendi, ſoleat etiam dici præſcriptio, ut advertitur in ſæpius enunciato *diſc.* 21. *de judic.* ubi generaliter de hac materia præſcriptionis, ac etiam *d. diſc.* 3. *de alien. & contract. prohib. & ſub tit. de credito*, pluries occaſione agendi de præſcriptione ſtatutaria & alibi.

Præſcriptio etenim in ejus veris ac propriis terminis dicitur illa, per quam ob diuturnum ſilentium vel juxta unam opinionem, in pœnam & odium vel negligentiæ vel juxta alteram ex cauſa favoris publici, ne dominia diu ſint in incerto, tollatur uni jus vel dominium, quod jam certo conſtet alias ſibi competere, illudque ex temporis vel iſtius præſidii beneficio transferatur in bonæ fidei poſſeſſorem, qui alias eſſet re vera non dominus; unde ita dominus efficiatur; adeout tempus vim habeat tituli; ut patet *ex tot. tit. ff. & Cod. de præſcrip.* Illoque caſu merito rigoroſè proceditur ſuper hujus præſidii requiſitis verificandis; adeout nimium rari ſint caſus, in quibus illud faciat ſuam perfectam operationem ex deduct. *d. diſc.* 21. *de judic.* ubi ac etiam *d. diſc.* 3. *de alien. & contract. pro-* 26
hib. & alibi, advertitur malum, atque imprudens conſilium eſſe ad iſtud præſidium recurrere, ac propterea iſtam ſpeciem nunquam deducere in animo habui.

Illam tamen præſcriptionem improptiam, id eſt præſumptionem; ex antiquiſſimi temporis lapſu reſultantem, Ego ſemper deduxi, & inculcavi, quod ſcilicet non docto, infra adeo diuturnum ſpatium quatuor, vel trium ſæculorum de aliquo, nec quidem minimo actu recognitionis, & continuationis illius dominii, quod inveſtitura ſupponit, ita reſultet præſumptio, quod eadem inveſtitura nullum habuerit effectum, utpote de re, quæ per alium, etiam tunc obtineretur, vel quod illud directum dominium modicæ conſiderationis; utpote in ſolo fructu duorum ſolidorum, redimi, ſeu alienari potuerit, ob illam poſſibilitatem, quæ per ſolum lapſum unius ſæculi conceditur, multò magis, ubi adſit ille quatuor, vel, ad minus trium, Potiſſimè, ob ſuperius ponderatam præſumptionem, vel argumentum, quod eadem Ec-

T t 4

cleſia, neque poſſideat tenimenta, & bona, ac jura in inveſtitura non comprehenſa, ſibique expreſſe reſervata.

Notabilis verò differentia dignoſcitur inter unum, & alterum præſidium; Tum quia primum præſcriptionis eſt potius odioſum, & pœnale, utpote jam
27 præſupponens aliquem dominum, qui ita ob ſolam diuturnam negligentiam privatur, quod nimium difficile, nimiumque raro in Eccleſiaſ eſt practicabile; Econverſo autem alterum præſumptionis eſt potius favorabile, ut ita præſumendo titulum, cujus memoria perierit; rerum dominia reddantur certa, neque ſemper ſint in incerto, cum magna totius Orbis involutione, ut ſupra.

Tum etiam, & fortius, quoniam quando reus, & poſſeſſor ſe tuetur cum præſidio præſcriptionis, tunc fatetur actorem eſſe alias dominum, ac habere intentionem fundatam, ſed curat eam elidere, cum hac exceptione, in qua ipſe dicitur actor, juxta diſtinctionem, de qua *diſc.* 2. *&* 22. *de judic.* & per conſequens tenetur juſtificare præſcriptionis requiſita, præſertim bonam fidem, & poſſeſſionem propriam, vel illam ejus authorum, qua uti poteſt, & ſic docere per quantum tempus ipſe, ejuſque authores rem poſſederint, adeout concludat centenariam; Sed quando idem ſe tuetur cum dicto alio præſidio præſumptionis, tunc reo, & poſſeſſori ſufficit vincere fugiendo, ſeu negando, & ſic non ex jure ſuæ antiquæ poſſeſſionis, ſed ex jure non probatæ effectuationis inveſtituræ, cum adminiculis à parte poſtea, quæ duo denotent; Primò nempè, quod inveſtitura effectum ſortita ſit; Et ſecundo, quod poſſeſſor obtineat, ac poſſideat bona vigore illius inveſtituræ, excludendo poſſibilitatem, quod ab alio non obtinuerit, ut cum tertio requiri firmatur ſupra *diſc.* 70. *& in deciſ. favorabilibus*: ideoque actori venienti cum inveſtitura reus & poſſeſſor replicare poteſt actori, iſta non ſufficit ad tuæ actionis fundamentum, niſi etiam doceat cum adminiculis à parte poſtea, quod illa effectum ſortita ſit in meis authoribus abſque neceſſitate docendi per quantum tempus ipſe poſſederit, ea regula, quod reo ſufficit vincere per non jus & ſic negando & fugiendo.

Alia quoque vigente differentia inter iſtas ſpecies, quod in illa formalis præſcriptionis fiunt multæ ſubductiones, de quibus *d. diſc.* 21. *de judic.* & præſertim in bonis Eccleſiæ, illa vitæ Prælati alienantis, ſecus verò in altera ſpecie præſumptionis, ut *diſc.* 1. *de alien. & contract. probib. & diſc.* 143. *de dote, & alibi.*

Ad iſtum magnum, ac revera inevitabilem ſcopulum diuturnitatis temporis evitandum ſcribentes in contrarium magnum faciebant fundamentum, in quibuſdam literis Apoſtolicis Benedicti Duodecimi de anno 1340. & Calixti IIII de anno 1457. innovantibus ſuperius enunciatas literas Calixti II. anni 1123. in quibus inter bona & jura iſtius Eccleſiæ enumeratur iſtud Caſtrum Oreiani: Ita etenim duo reſultare
28 dicebant: Primò nempe, quod ita interruptum fuerit dictum diuturnum ſilentium; Et ſecundo, quod ita adeſſe dicerentur adminicula à parte poſtea, dum iſti actus ſunt poſteriores inveſtituræ; ſed pariter iſtud videbatur aliis levius fundamentum, quoniam iſtæ literæ nil diſponunt de præſenti, nilve concedunt, vel agent, ſed ſolum continent innovationem paginæ conceſſionis antiquæ Calixti II. quam timebatur perire poſſe ob temporis vetuſtatem; poriſſimè quia in literis præſertim Benedicti expreſsè dicitur, ut nullum jus de novo exinde quæratur; Neque iſta dici poſſunt adminicula poſteriora inveſtituræ, quoniam ad hunc effectum ut præmiſſum eſt deſiderantur illa adminicula, quæ denotent effectuationem, ac obſervantiam ipſius inveſtituræ in poſſeſſoribus vel eorum authoribus, adeout ita comprobetur, quod illa effectum ſortita ſit; quodque ejus vigore, non autem ex alio titulo bona poſſeſſa fuerint ab ejuſdem poſſeſſoris authoribus.

Quinimo advertebam, quod ex his literis evidentius comprobata remanebat dicta præſumptio, quod iſtud directum dominium alienatum, vel redemptum fuerit, eodem modo, quo alia bona reſervata, diſtracta fuiſſe præſupponendum venit, quoniam occaſione obtinendi iſtas literas renovationis, Canonici illius temporis ita certam notitiam habuerunt, quod iſtud Caſtrum eſſet de pertinentiis Eccleſiæ, atque tunc conceſſio veriſimiliter erat terminata, vel quod ſaltem finis trium generationum immineret, dum de tempore literarum Calixti jam effluxerant anni 171. ac propterea omnino improbabile eſt, quod negligere voluerint recuperationem, ſignum clarum, quod ſequuta eſſet aliqua alienatio rectè cognita Canonicis illius temporis magis proximi, dum ita non poteſt allegari ignorantia, minuſque potentia, de qua ſupra, cum in eo tempore nullæ habeantur iſtius familiæ memoriæ notabiles.

Hactenus cum præſuppoſito, quod ſilentium computandum eſſet à tempore inveſtituræ uſque ad annum 1571. in quo lis mota fuit, & quo tempore attento, non probatur poſſeſſio centenaria, in authoribus poſſeſſoris; ſed ſolum annorum 60. circiter dum antiquiora documenta ſuper hujuſmodi bonorum locationibus facta, per Hoſpitale S. Spiritus in parte erant de anno 1509. At quando de jure non iſtud tempus anni 1571. ſed alterum recentius anni 1639. in quo hæc lis inſtaurata fuit, attendi deberet, tunc dicebam, quod res procederet magis de plano, dum ita juſtificata remanebat poſſeſſio pacifica centenaria, per quam intraret dicta facultas allegandi quemcunque titulum meliorem.

Super hoc igitur puncto (qui eſt quartus, ut ſupra diſtinctus) dicebam, quod lis antiqua anni 1571. fuit diverſa ſuper bonis particularibus, illaque terminata ad favorem poſſeſſoris, per rem judicatam, canonizatam, ut ſupra *in deciſ.* 282. *par.* 13. *recent.* & per conſequens dupliciter iſta lis attendenda non erat, Primò nempè quia erat in judicio diverſo ab iſto univerſali totius Caſtri: Et ſecundo, quia in ea 29
poſſeſſor obtinuit, atque actor ſuccubuit; quo caſu lis non interrumpit, ſed potius confirmat bonam fidem & pacificam poſſeſſionem, quam ita magis licitam declarat *Gregor. deciſ.* 467. *num.* 1. *ubi add. num.* 15. *Bich. deciſ.* 361. *num.* 23. *deciſ.* 283. *in fin. par.* 8. *recentior. deciſ.* 253. *num.* 5. *par.* 13. & advertitur *eod. diſc.* 21. *de judic.*

Verùm reflectendo ad veritatem de hoc dubitabam quoniam re vera judicium ab initio motum fuit ſuper toto Caſtro, ſuper quo obtenta fuit ſententia ſuper eodem Caſtro in genere, deindeque illa revocata ex motivo identitatis non probatæ, ſtante quod Hoſpitale confugiit ad motivum, quod non eſſet poſſeſſor totius Caſtri, ſed aliquorum bonorum particularium: Conſiderabam tamen, quod dicta lis, utporè derelicta, uſque ad annum 1639. evanuerit, quoniam licet attenta diſpoſitione juris Canonici ſit perpetua, & non pereat; attamen per ſilentium triginta annorum habita cenſetur pro derelicta, ex deductis *diſc.* 7. *de judic. & diſc.* 92. *de benef.* ideoque intrat eadem concluſio, de qua ſupra & in ſpecie apud *Coccin. deciſ.* 2283. *num.* 34. Sed pariter dubitabam, cum ad hunc effectum non ſufficiat tempus, ſed requiratur etiam malum jus, ideoque res pendet à meritis, & ſic in iſto motivo non videbatur conſtitui poſſe tutum fundamentum.

Demum in omnem eventum poſito etiam, quod his omnibus ceſſantibus firma eſſet contraria deciſio, ſuper probatione dominii, etiam de præſenti, ac ad effectum vendicationis contra tertium: Adhuc tamen dicebam, ut id aliud importare non poſſet, niſi dominium

minium territoriale ſeu juriſdictionale Caſtri, non autem dominium privatum & utilitarium tenutarum, & prædiorum intra ejus fines exiſtentium; Atque ubi iſte punctus ſubſiſtat, favore poſſeſſoris, pene inutiles remanent omnes præmiſſæ quæſtiones, dum iſtud dominium territoriale, ſeu juriſdictionale, utpote de Caſtro jam diruto, eſt modici, penéque nullius valoris nulliuſque fructus, adeout inutilis quæſtio dici mereatur.

In ſenſu autem illius veritatis, quam Advocato affectionem habenti erga clientem & ad cauſam cognoſcere conceditur, dicebam, ac revera credebam,
30 quod ubi etiam dicta inveſtitura attendi deberet, illaque ſufficienter dominium probaret, adhuc tamen illa non niſi in dicto dominio publico univerſali, & in ratione territoriali ſeu juriſdictionali intelligenda veniret, ex ſola juris regula, de qua ſupra *diſc.* 2. *&* 56. ut ſub nomine Caſtri non veniant prædia & bona intra ejus fines exiſtentia, quamvis ab eodem feudatario ſeu Barone poſſeſſa ſint, ibique habentur auctoritates, & rationes fruſtra hic repetendæ; Et fortius ubi Caſtrum non conſtituat unum integrale, ſive (ut feudiſtæ dicunt) unum manſum à ſolo feudatario poſſeſſum, abſque eo, quod alii privati in eo territorio bona poſſideant juxta caſum, de quo *d. eod. diſc.* 56. & quo caſu aliqua ratio dubitandi cadere poteſt ex ibi deductis, ſed alii privati poſſideant, ut in hac facti ſpecie per plures privatos prædia ibi poſſideri concludenter cum inſtrumentis, & teſtibus juſtificabatur in facto, eademque inveſtitura probat convincenter dum in ipſamet inveſtitura continetur exceptuatio tenimentorum, aliorumque bonorum & jurium, quæ ab eadem Eccleſia in iſto Caſtro poſſidebantur, ergo contradiſtinctum eſt unum dominium ab altero; Potiſſimè quia conſtabat, quod intermedio tempore inter primas inveſtituras annorum 1097. & 1141. & hanc ultimam anni 1286. eadem Eccleſia à pluribus privatis ex legatis, & donationibus aliqua prædiola obtinuerat; Ac etiam in idem cum antecedenti ob nimiam modicitatem reſponſionis duorum denariorum, cum tamen in licentia conceſſa per Cardinalem titularem ex commiſſione Apoſtolica dicatur fieri ad Eccleſiæ utilitatem, ut ex Canonum diſpoſitione præſefert natura alienationis & conceſſionis bonorum Eccleſiæ, ideoque patet, quod conceſſa fuit res nullius fructus & utilitatis, ſed ſolum cujuſdam honorificentiæ, dum agebatur de Caſtro, tunc etiam diruto, dum ea bona & jura, quæ erant in aliquo fructu, pro ſe ipſis, Canonici retinere voluerunt ſingulæ ſiquidem iſtæ ponderationes de per ſe ſufficere videntur multo magis ſimul junctæ ex regula ut ſingula, quæ non proſunt &c. concedendo ſolum fumum honorificum.

Adverſus hanc ultimam circumſtantiam adeo modicæ reſponſionis, duo replicabantur ex parte Eccleſiæ. Primò nempè, ut id provenerit, ob magnam potentiam hujus familiæ Pierleonæ, deducendo hiſtorias Schiſmatis illius Petri leonis, qui ſe intruſit in Pontificatu ſub nomine Anacleti; Et ſecundo deducendo exempla Status Urbini, aliarumque ibi adjacentium Regionum, quod Caſtra, & bona magni valoris per Eccleſias conceduntur ſub conſimili exiguo canone, ut patet ex pluribus caſibus recenſitis *ſub tit. de Emphyteuſ.* Iſtæque reſponſiones in penultima diſputatione, in qua dicta contraria pro-
31 diit reſolutio præcedentium revocatoria, magnam fecerunt impreſſionem, magnumque habuerunt plauſum.

Verum revera erant plauſu indignæ, utpotè nimium leves & fallaces, nullamque ſubſiſtentiam habentes; Siquidem quoad primam potentiæ hujus familiæ, advertebam plura urgere, ex quibus motivum contemptibile, pro meo ſenſu videbatur; Primo nempè quia nulla dabatur probatio, an illi, de quibus inveſtitura loquitur, eſſent de illa domo & progenie, de qua hiſtoriæ loquuntur, quod magnam in Urbe tunc potentiam haberet: Secundo, quia dicta potentia fuit circa initia ſæculi duodecimi ideoque ex eo tempore inferri non poteſt ad tempus inveſtituræ, dum inter unum & alterum intermediat ſpatium an- 32
norum circiter centum quinquaginta; Potiſſimè quia in hoc intermedio tempore, rerum ſtatus in Urbe, totaque Italia, magnam recepit immutationem, ut eædem hiſtoriæ docent, ac præſertim quod in eadem Urbe potentiam quæſierunt plures aliæ familiæ: Illa nempè Comitum, quæ tres habuit Pontifices Innoc. III. de anno 1198. Gregor. IX. de anno 1227. & Alexand. IV. de anno 1254. Altera familia Urſinorum, quæ habuit Pontificem Nicolaum III. de anno 1277. & familia Sabella, quæ habuit Pontifices Honorium III. de anno 1216. & Honorium IV. de eodem anno 1286. hujus inveſtituræ ultra familias Columnenſium, & Anguillariorum, & ſimilia, adeout de hoc tempore iſta familia apud Hiſtoricos nullam in Urbe faceret figuram. Et tertio, quoniam iſta conſideratio intraret, quando ageretur de privata conceſſione facta per Canonicos, cum quibus cadere poſſit concuſſio ratione potentiæ, ſecus autem in præſenti, quod totum geſtum eſt cum authoritate Papæ, & Cardinalis titularis; Vel quod principaliter ageretur de reſciſſione actus, ob læſionem Eccleſiæ; ſecus autem dum id deducitur pro argumento in comprobationem regulæ, ſeu præſumptionis juris ut ſupra.

Et circa exemplum aliarum Eccleſiarum, advertebam æquivocari; quoniam id provenit ex antiqua conſuetudine illarum regionum fundata in eo quod bona eſſent privatorum, qui ob illorum temporum factiones illa dederunt Eccleſiis ratione protectionis ab eiſdem incontinenti recipiendo ſub exigua reſponſione, ut *eod. tit. de Emphyteuſ.* pluties advertitur.

Replicabant quoque iidem ſcribentes pro Eccleſia, quod regula, de qua *dicto diſc.* 2. *&* 56. deſumpta ex *conſ.* 121. *Old. & aliis* ibidem recenſitis, procedit quando conceſſum eſſet ſimpliciter Caſtrum, cum 33
ſuis pertinentiis abſque alia expreſſione, ſecus autem ubi dictum ſit, *cum terris cultis & incultis Silvis, Stirpetis, Montibus & Collibus, Molendinis &c.* quaſi quod tunc conceſſio latiùs pateat juxta ponderata *in diſcurſu ſeu Voto Orani*, tunc Rotæ Auditoris in hac eadem cauſa de anno 1599. & in quo erat totum fundamentum dictorum ſcribentium; ſed pariter iſtud videbatur fragile fundamentum, quoniam hujuſmodi expreſſiones fieri ſolent pro ſolito formulario inveſtiturarum feudalium ad denotandum juriſdictionem & jus dominicale univerſale; ac etiam illud jus, quod ſolet eſſe publicum, & feudale in locis campeſtribus & aliis & quæ de eorum natura & qualitate ſunt potius juris publici, & feudalis ſeu dominicalis, quam privati juxta diſtinctionem, de qua ſupra *eodem diſc.* 2. Ac propterea cum tali generalitate intelliguntur conceſſa ea, quæ adſint & ſi quæ ſint juxta deducta ſupra *diſc.* 33. Et clarius dum in inveſtitura expreſsè dicitur, quod conceduntur taliter, qualiter Eccleſiæ competunt.

Triplici etiam conſideratione in idem accedente: Primo nempè quod iſta dubietas cadere poteſt, quando res eſſet omnino dubia; atque conſtaret, quod Caſtrum ſecum traheret tenuta, & prædia, ſecus autem ubi conſtat, quod concedens illa tenimenta, & prædia, quæ jure privato poſſidebat, noluit concedere ſed pro ſe retinere, ac etiam conſtat, quod alii privati quoque poſſiderent ideoque non cadit illud dubium, de quo ſupra *diſc.* 56. Secundo, quod dicta regula, ſeu præſumptio juris non eſt ſola; ſed habet fomentum aliarum præſumptionum facti, de quibus ſupra Et tertiò, quod prima inveſtitura anni 1097.
con-

tinet adamuſſim eadem verba, genetalitatem, & tamen ex multis publicis inſtrumentis, quorum aliqua ex parte ejuſdem Eccleſiæ actricis producta fuerunt, conſtat, quod ipſamet, huc intermedio tempore inter dictam primam inveſtituram, & hanc ultimam, pleraque prædia, & bona obtinuerit à diverſis privatis poſſeſſoribus, quorum alii plerique aderant; Ergo generalitas adjecta eſt juxta formularium hujuſmodi inveſtiturarum eo modo, quo ſupra dictum fuit.

Et ex his, & aliis, quæ per alios hujus partis defenſores deducebantur maturè reflectendo ad veritatem, mihi vedetur, quod priores reſolutiones, ac
34 ultima illis conformis, eſſent juſtæ, beneque fundatæ, improbabilis autem inter media contraria.

Hinc etiam edocemur id, quod nimium quidem frequenter, ſemper tamen utiliter & opportuè mea eſt docendi & inculcandi conſuetudo, quod ſcilicet ho-
35 die in judicando & conſulendo, punctus non eſt in cumulo concluſionum, & in collectione auctoritatum, ſed in earum congrua applicatione ad caſum, de quo agitur, quoniam pleræque concluſiones ſcribentes in contrarium deductæ, & in dicta contraria deciſione admiſſæ ſunt in ſuis caſibus veræ, malæ autem applicatæ ad caſum, ut ſupra &c.

---

† VERCELLEN. FEUDI.

Reſponſum pro veritate, ſuppreſſis nominibus.

An, & quando feudum dici valeat per clauſulas inveſtituræ alienabile vel tranſitorium ad fœminas.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De clauſula in feudum nobile, francum & liberum.*
3 *De clauſula, ut facere poſſit ad libitum voluntatis.*
4 *Conceſſio ex cauſa meritorum impropriat feudum.*
5 *Feuda de eorum natura ſunt reſtricta ad deſcendentes maſculos.*
6 *Renovatio cum remiſſione caducitatis non alterat antiquam naturam feudi.*
7 *Ex quibus deſumitur, quod agatur de feudo vero, & recto.*
8 *De conſuetudine feuda Imperialia in Italia ſunt maſculina.*
9 *De eodem, de quo num. 2.*
10 *Et de eo, quod habetur num. 3.*
11 *Reſpondetur ad contrarias auctoritates.*
12 *De renovatione debita proximiori diverſa ab alia de ordinaria natura feudi.*
13 *Facilius admittitur alienatio in præjudicium Domini directi, quam agnatorum.*
14 *Ad quid referat alienationem, vel alium actum eſſe factum prope mortem, nec ne?*

DISC. CXXXIV.

1 POſſidente ab antiquo nobili familia de Titionis feudum Imperiale Decianæ, Imperator Maximilianus, primus illud devolutum ad Cameram Imperialem declaravit ob neglectam temporibus debitis inveſtituram & ob alienationem ſine Imperiali aſſenſu & licentia factam de Zerbis, furnis, molendinis, paſcuis, nemoribus, datiis, & aliis quibuſcumque regalibus. Dictaque declaratione facta eodem feudo intuitu meritorum & ſervitiorum hujus familiæ erga Imperium denuò inveſtivit Ludovicum Titionum pro ſe, ſuiſque filiis maſculis à legitimo matrimonio deſcendentibus in infinitum ex linea maſculina, qua defecta proximior ex linea tranſverſali agnationis admittatur, cum ordine individuo, ut unus ſuccedat, iſteque proximior, quando aliàs non diſponatur cum dignitate etiam Comitatus, & Vicariatus, ità & taliter quod dictus Ludovicus, ejuſque ſucceſſores facere poſſint, & valeant ad ſuæ libitum voluntatis, prout ipſe Imperator ante conceſſionem facere poterat, illos in locum ſuum ponendo, itaut conceſſio eſſet in feudum liberum & francum, nobile, gentile, & antiquum avitum & paternum, ità & taliter, quod in omnibus, & per omnia ſequatur naturam feudi gentilis antiqui aviti, & paterni, cum inhabilitatione Clericorum. Dictaque inveſtitura renovata fuit pene per omnes Imperatores ſucceſſores uſque ad hodiernum cum eiſdem clauſulis, & cum præſtatione juramenti fidelitatis, ac etiam cum clauſula *ſalvo Iure Imperii*, repetendo præſertim dictam clauſulam *in feudum nobile, liberum, & francum.*

Cum itaque ultimus poſſeſſor dicti feudi maſculina prole deſtitutus, paulò ante ejus mortem jam ſequutam, dictum feudum alienaverit in virum ejus filiæ primogenitæ, hinc dubitari contigit; An dicta alienatio eſſet rectè valida & ſubſtentabilis, vel an filia fœmina in feudo ſuccederet, atque deſuper pro veritate conſultus,

Reſpondi, quod affirmativam ſuadere videntur illa verba, *in feudum francum, liberum, & nobile*, per quæ impropriata videtur feudi natura, illudque redactum ad quandam ſpeciem allodii, ut propterea iſtius jure veniat regulandum, tam in facultate alienandi, 2
quàm in ordine ſuccedendi ad limites juris communis civilis potiùs quàm feudalis, ut ex *Corn. Pariſ. Menoch.* & aliis, in ſpecie hujus clauſulæ *franchi & liberi*, habemus firmatum per Rotam Romanam *deciſ. 94. num. 6. & deciſ. 237. num. 3. & ſeqq. par. 12. recent. ubi concordantes.*

Clarius verò ſtantibus illis verbis, *facere poſſit, & valeat ad ſui libitum voluntatis*, quæ æquipollent
clauſulæ, *Ad habendum, & quidquid placuerit faciendum*, per quam feudi recti & proprii natura quoque 3
corrumpitur, illudque efficitur alienabile, ex iis, quæ plene habentur apud *Oſaſch. dec. 164. Bellon. jun. conſil. 30. Roſenthal. de feud. cap. 9. memb. 1. concl. 41. Surd. conſil. 440. & conſ. 551. cum aliis collectis per Boſcol. in controv. feudal. artic. 3. ex num. 123. & ſeqq. & 131.* Potiſſime verò, dum agitur de conceſſione facta ex cauſa meritorum, & ſervitiorum, quæ ad ſpeciem reducta fuerunt, ut advertitur *d. deciſ. 94. num.*
8. deciſ. 237. num. 8. & deciſ. 227. num. 8. & ſeqq. par. 4
12. recent. ubi concordantes.

His tamen non obſtantibus negativam veriorem videri, dixi, adeout pro meo judicio videretur caſus planus, nullam vel ſatis modicam habens rationem dubitandi, ex pluribus, quæ non ſingulariter, ſed unitim conſideranda ſunt cum ſolita regula ut ſingula, quæ non proſunt, &c.

Primò nempe ob regularem naturam feudorum,
ut ad ſolos hæredes ſanguinis maſculos reſtricta cen- 5
ſeantur; fœminæ verò & multò magis extranei ſucceſſores univerſales, vel particulares cenſeantur inhabilitari juxta jura feudalia expreſſa recenſita ſupra *diſc. 11. num. 1. & diſc. 53. num. 2. & alibi pluries*, cum ſit principium apud feudiſtas notorium, adeout quando fœminæ habilitantur ita dicatur impropriari & corrumpi naturam feudi.

Secundò quia re vera dicta inveſtitura Maximiliani
primi, per alios ſucceſſores ſemper renovata, non 6
eſt omninò prima & nova, ſed eſt remiſſiva incurſæ caducitatis, tanquam per ſpeciem reintegrationis vel continuationis feudi antiqui in hac familia juxta ponderationes, de quibus ſupra *diſc. 5.* idſoque illam non alteravit antiquam naturam feudi reſtrictam ad ſolos maſculos ex præfata diſpoſitione juris feudalis, cui antiquitus non ſolebat derogari in feudis Imperialibus, cùm habilitatio fœminarum ſit moderna, ut infra; ac etiam ob antiquam obſervantiam, quod ſemper feudum ſtetit in hac familia, abſque mixtura fœminarum vel extraneorum.

Google

Tertiò quia ex contextu inveſtituræ liquet hoc feu-
7 dum habitum eſſe pro recto & vero, ejus natura nullatenus impropriata; Tum quia expreſſe reſtrictum ad ſolos deſcendentes & agnatos maſculos & lineam maſculinam, adeout rectè intret regula vulgaris *tex. in. l. ille aut ille ff. de legat.* 3. quod in claris & expreſſis non intrant quæſtiones & argumenta: Tum etiam quia ſemper practicata fuit renovatio juxta leges feudales, de quibus ſupra *diſc.* 59. Ac etiam quia adeſt expreſſa excluſio Clericorum quamvis eſſent maſculi ut etiam ſupra *diſc.* 54.

Et quartò clariùs ob rem judicatam Imperialem ejuſdem Maximiliani approbatam à primo acquirente & auctore ultimo defuncti, quod ob alienationem aliquorum jurium & pertinentiarum feudi iſtud cecidiſſet commiſſum, quamvis illud non eſſet alienatum; multò igitur magis, ubi agitur de alienatione totius corporis.

8 Hiſque addi poſſe obſervabam quandam conſuetudinem penè generalem feudorum Imperialium in Italia, ut ſint maſculina: undè propterea devoluta fuerant ad Cameram Imperialem ob defectum lineæ maſculinæ, quamvis ex ultimo ſuiſſent ſuperſtites fœminæ juxta multa exempla, quæ colligi poſſent, & præſertim habemus illud feudi Plumbini, de quo agitur ſupra *d. diſc. 54. cum pluribus ſeqq.* adeout admiſſio fœminarum, videatur manere ex quodam ſtylo recenti.

Ad argumenta verò ponderata in contrarium ſuf-
9 ficit videre reſponſiones datas *d. diſc.* 11. ubi præſertim de clauſula *feudi franchi, liberi, & nobilis*, quoniam illa in omnibus inveſtituris feudalibus legitur, etiam ubi agitur de feudis rectis & veris primæ claſſis, quæ in Italia habentur; Atque re vera eſt æquivocum clarum aliquorum non benè callentium materiam feudalem; quoniam iſta clauſula adjici conſuevit ad diſtinctionem illorum feudorum mere ſervitoriorum, quæ antiquitus erant in uſu, etiam cum ſervitiis mechanicis & ſordidis perſonalibus, ut advertitur *d. diſc. 54. de feud. num.* 18. *& diſc. 59. num. fin. ad habendum* & ſimiles intelligendæ veniunt compatibiliter feudi natura retenta, & inveſtituræ durante in iis, quæ inveſtituræ non adverſentur, neque ejus violationem redoleant ex deductis apud *Merlin. de-*
10 *ciſ. 532. num. 9. cum ſeqq. deciſ. 427. num. 12. cum. ſeqq. par. 9. recentior. deciſ. 209. num. 3. par. 10. deciſ. 277. num. 18. par. 11.* & advertitur pluries *ſub tit. de Emphyt.*

Dictæ autem *deciſiones 94. & 237.* quæ videntur melioris auctoritatis pro fœmina vel extraneo, ultra earum impugnationes, de quibus *d. diſc.* 11. edito in
11 in eadem cauſa percutiunt quædam feuda ruſtica & ignobilia Epiſcopatus Mantuæ ex conſuetudine alienabilia, & quæ reverà allodialiorum, & bonorum privatorum potiùs naturam habent. Ideoque in hac ſpecie feudi veri & certi, nobilis & juriſdictionalis cum mero & mixto Imperio, & cum dignitate Comitatus, & Vicarii Imperialis, pro meo judicio videbatur opus deſperatum.

Subjungebam tamen, quod nimium expediret inſpicere, An adſint nec ne agnati, quoniam quando
12 revera non adeſſent, ut in tranſmiſſa notula præſupponebatur; tunc obtineri poſſet intentum per viam illius renovationis, quæ derivat ex æquitate *Gloſſ. & Bartol. in l. prima, ff. de aqua quotid. & æſt.* ut Dominus, qui nolit pro ſe retinere feudum (ut juxta notoriam in Italia Imperator non ſolet) renovare debeat proximiori ultimo de ſanguine deficientis, etiam de linea fœmina juxta leges feudales & auctoritates in ſpecie hujus renovationis plenè cumulatas *diſc. 3. de Emphyt. & alibi pluries*, dum iſta ſpecies renovationis eſt diverſa ab illa, quam inveſtitura durante tenetur novus feudi ſucceſſor accipere, de qua ſupra *d. diſc.* 59. & juxta illas renovationes, quæ à ſingulis Imperatoribus poſſeſſores iſtius feudi obtinuerunt.

Atque ubi probatio deſcendentiæ illorum, qui ſe prætendant agnatos, reduceretur ad probabilem dubietatem, id forte ſufficeret, ut haberetur arbitrium Conſilii Aulici, ob intereſſe Cameræ Imperialis ratione laudemii; quod pro hac ſpecie renovationis ſolvi ſolet, potiſſime in currentibus indigentiis ejuſdem Cameræ; Iſtamque dixi videri meliorem ac tutiorem viam, qua mediante gener ultimi feudatarii defuncti conſervare poſſet feudum in ejus deſcendentia & poſteritate etiam in fœminina contra antiquam naturam feudi cum hodie id practicari ſoleat, ut præſertim docet praxis enunciati feudi Plumbini, pluriumque ſimilium; forteque minor eſſet impenſa pro hujuſmodi renovatione obtinenda, quam importaret lis in illo Conſilio Aulico ſubſtinenda magis probabiliter cum timore ſuccumbentiæ, quàm cum ſpe victoriæ.

Procedere hæc dicebam retento dicto præſuppo-
ſito, quod agnati non poſſint eorum deſcendentiam 13
juſtificare à communi ſtipite primi acquirentis vel alterius poſſeſſoris: Quando etenim iſtud præſuppoſitum deficeret, quod nempe agnati adeſſent, tunc caſus difficilior, Tum quia deficit dictum remedium obtinendi renovationem, quod videtur hujus negotii ſacra Anchora; Tum etiam quia illi, qui clauſulis ſuperiùs ponderatis in contrarium, aliquam tribuunt operationem, quamvis in hac ſpecie feudorum pro meo judicio, male firmant, quod faciliùs id conceditur in præjudicio Domini ad impediendam devolutionem, quam in præjudicium agnatorum, ut apud *Bellon. jun. conſ. 30. num. 32. & 36.* & quam differentiam, ut ſcilicet potentius ſit jus agnatorum, quam illud Domini directi in terminis ſubinfeudationis factæ prope mortem, vel in ſtatu deſperatæ ſucceſſionis, conſiderant *A.varott. Iacobin. & alij relati per Marin. in add. ad Reverter. deciſ.* 522. quamvis neque iſtud motivum ſubſiſtat, ut advertitur ſupra *diſc. 1. poſt num. 25. verſic. Dicebatur etiam.*

Eſſe factam alienationem in tempore proximo
morti, nil pro meo judicio facere videbatur ob dilem- 14
ma, quod aut iſtud eſt feudum liberè alienabile aut non; Si non eſſet, nil refert, an uno, vel altero tempore fiat; Et ſi eſt, cum tunc dicatur merè hæreditarium & tranſmiſſibile ad quoſcumque etiam extraneos juxta iſtam ſpeciem feudorum, de qua omnibus de materia agentibus ad ſatietatem cumulatis per *Rot. apud Dunozett. deciſ. 748. & 760. repertr. poſt contr. deciſ. 18. & 19. & apud Otthobon. dec.* 265. pariter nil refert dum eſſent tranſmiſſibilia ad hæredes, ſive de illis etiam per ultimam voluntatem diſponi poſſet; Ideoque dicta conſideratio intrat ſolùm in refutatione vel ſubinfeudatione juxta ea, quæ latè ad hanc materiam actus geſti prope mortem, vel in caſu deſperatæ ſucceſſionis habentur ſuperiùs acta, *eodem diſc.* 1. & generaliter in illis actibus, qui ſunt liciti in valetudine & citra fraudem, non autem per ultimam voluntatem prope mortem juxta exempla deducta *eodem diſc.* 1. ac etiam *diſc. 102. & ſeqq. de dote & alibi.*

Concludebam demum, quod audirem libenter ſenſum aliorum, qui deſuper conſulti eſſent, quatenus ille eſſet diverſus, ut meus intellectus illuminari poſſet; Sed pro nunc, dixi, quod non agnoſcebam probabile fundamentum ſubſtinendi alienationem vel ſucceſſionem fœminæ, dum tenor inveſtituræ videbatur nimium clarus, & litteralis.

EADEM CAMERINEN. JURISDICTIONIS.

De qua ſuprà Diſc. XLIX.

De eadem materia, de qua *d. diſc.* 49. præſertim in eo, an & quæ leges feudales attendi debeant, atque vim legum habeant in Statu Eccleſiaſtico, ſive

iis

Digitized by Google

in Pılneipatu temporali Eccleſiæ, aliiſque fendis Eecleſiaſticis & præſertim eiera Conſtitutiones Lotharii & Fridetiei Primi, ſuper prohibita feudorum alienatione.

SUMMARIUM.

1 *Caſus quaſtionis, ejuſque occaſio.*
2 *De origine & introductione fendorum.*
3 *De diſtinctione fendorum juris Longebardorum & Francorum.*
4 *De conſuctudinibus feudalibus.*
5 *De earum varietate.*
6 *De earundem reductoribus ad ſcripturam.*
7 *Satus Respublica litteraria ac litterarum reſtitutio in Italia.*
8 *Quomodo legis feudales fuerint adiuncta in corpore juris.*
9 *An ſint authentica, nec ne.*
10 *Ob quam auctoritatem, & quo tempore ſint effecta anthentica.*
11 *Quando* Bald *ſcripſit ſuper fendis & quo occaſione.*
12 *De meliori, magiſque diſtincto ordine librorum feudi* Cujaecii.
13 *Quod res debeant capi per principia & de errore pragmaticorum.*
14 *Quomodo veniant intelligendi illi, qui dicunt, quod leges feudales ſint recepta ubique etiam in terris Eccleſia & in foro Eccleſiaſtico.*
15 *De differentia inter conſuetudines & Conſtitutiones Imperiales.*
16 *De differentia in Conſulatu Maris.*
17 *De legibus additis in Codicibus modernis.*
18 *De eadem, de quo num.* 10.
19 *De quibus feudis loquantur leges Lotharii, & Friderici.*
20 *De conſtitutionibus Apoſtolicis ſuper prohibita alienatione Caſtrorum & bonorum juriſdictionalium.*
21 *Quod in ſtatu Eccleſiaſtico leges feudales attendi ſoleant attenta earum ratione, non autem ratione poteſtatis.*

DISC. CXXXV.

QUalis iſtius cauſæ ſit facti ſeries ac ſtatus habetur ſupra *diſc.* 49. & in annotation. ad eundem in hoc Supplemento; Sed quoniam iſta cauſa in ulterioribus ejus diſputationibus occaſionem dedit edendi diſcurſum generalem; An leges vel conſuetudines feudales babeant, nec ne, vim legis in ſtatu Eccleſiaſtico, præſertim ſuper Conſtitutionibus Lotharii, & Friderici Primi ſuper probibita ſeudorum alienatione; idcircò ſub ejuſdem cauſæ nomine vel intitulatione in præſenti de hoc agitur, dum quoad alia, quæ ad ipſam cauſam in particulari pertinent, agitur ubi ſupra.

Dicebam itaque, quod ſub judice lis eſt, quam ego indeciſam relinquere volebam (eum nil ad rem
2 ejus deciſio conferat) An feudorum introductio, & uſus haberentur apud antiquos Romanos, ut una opinio credit, vel in Italia provenerint à Longobardis, ut credit altera ſive à Franchis vel Germanis, dum hæc vocabula ſub temporibus & dominationibus reſpectivè Pipini & Caroli Magni ac Ludovici Pii, qui per Summum Pontificem evocati venerunt in Italiam ad reprimendam Longobardorum temeritatem, ut alia opinio credit, & ſuper quo antiquioribus relatis plura colligit *Larat. in theatr. feud. par.* 1. *dilucid.* 6. *cum ſeqq. uſque ad fin.* ubi concludit, quod iſte uſus ſit antiquus etiam apud Romanos aliaſque nationes, quamvis ſub diverſis vocabulis, adeout iſtud vocabulum feudi ſit quidem barbarum antiquis linguæ latinæ profeſſoribus ignotum, unde propterea Longobardis vel reſpectivè Germanis tribuitur, non autem quo ad ſubſtantiam.

Quidquid enim ſit de prædictis, quæ ſcholarum & Academiarum congruum continere videntur pabulum pro exercitio ingenii; Quoad ea, quæ ad forum practicum pertinent, pro utili ac proficuo effectu, de quo agebatur illud certum eſſe advertebam, quod hæc 3
introductio ſequuta eſſet per multa ſæcula ante imperium Lotharii & Friderici I. de quorum legibus ad rem agebatur obſervando, quod tam ſub Longobardis, quàm ſub Franchis reſpectivè hunc uſum ſub diverſa forma adeſſe convincenter & clarè comprobare videtur uſus loquendi antiquorum feudiſtarum, apud moderniores continuatus & actu receptus pluries in præcedentibus inſinuatis, & præſertim magis ex propoſito ſupra *diſcur.* 8. quod ſcilicet, quando explicantur feuda dividua, ſimultaneum concurſum plurium ſucceſſorum & poſſeſſorum admittentia, illa dicuntur juris vel moris Longobardorum; quando verò individua & ſingularia, uni tantùm perſonæ cum ordine primogenituræ convenientia explicantur ſub jure vel more Francorum; ergo ad evidentiam patet, quod apud utramque nationem adeſſet iſte uſus, quamvis ſub diverſa ſpecie, vel natura.

Super cis autem nullæ habebantur leges ſcriptæ ut 4
patet ex legibus Romanorum, & ex illis Longobardorum, dum neque in unis neque in aliis, eorum mentio habetur, & ex quo *Larata ubi ſupra dilucid.* 13. reprobando opinionem, quæ hanc introductionem tribuit Longobardis, deducit argumentum, quod aliàs in eorum legibus de hac materia agerent, & tamen in hoc idem auctor convincitur, quoniam ſubſtinendo dilucidatione ultima, quod ſit introductio antiquorum Romanorum, non advertit, quod idem urget argumentum, Utcumque tamen ſit, certum eſt, quod eorum reſpectu videatur eſſe jure non ſcripto etiam vario, quoniam in ipſamet Lombardia & Liguria reſpectivè ubi antiquiores feudiſtæ concordare videntur fuiſſe primævam introductionem ad alias Italiæ partes, poſtmodum dilatatam, conſuetudines erant variæ, dum aliæ erant Mediolani, a- 5
liæ Ticini, aliæ Cremonæ, aliæ Mantuæ, & aliæ Placentiæ, cum ſimilibus, ut apud *Cujac. initio primi lib. de feud.*

Iſtas verò conſuetudines cum eadem varietate inter ſeipſas, poſt quam plura ſæcula moderno tempore comparativè in ſcripturam redegerunt *Gerardus, Nigrus, & Obertus de Bobio*, qui ſupponuntur Se- 6
natores Mediolanenſes ſub præfato Friderico primo, ut comprobat *Cujac. ubi ſupra* eoſdemque licet non expreſſo eorum munere, minuſque tempore in quo floruerunt antiquiores & primi earundem conſuetudinum interpretes relati per *Bald. de feud. in proœm. n.* 4. concorditer admittunt, ac præſupponunt reductores hujuſmodi conſuetudinum in ſcripturam, quamvis poſtea alii diverſi, aliquas alias adnotationes fecerint.

Cumque Imperatores Germaniæ occaſione adventus in Italiam, aliquas deſuper fecerint Conſtitutiones & præſertim ſuper prohibita alienatione, de qua agunt enuntiati Lotharius & Fridericus, ac etiam ſu- 7
per punitione rebellium, & pace conſtantiæ, & aliis; Atque tunc non haberetur uſus typorum, ſive impreſſionis, cujus inventio eſt recentior, minuſque uſus legum Civilium, quarum inventio fuit circa eadem tempora, & in eodem ſæculo duodecimo, in quo aliquod lumen, ſeu initium literarum haberi cæpit in Italia, quæ tunc erat penitus barbara, dum reſtitutio Reipublicæ literariæ etiam in omnibus aliis facultatibus iſto ſæculo duodecimo initium habuit, in quo fuit ejus infantia, in ſequenti anno decimo tertio adoleſcentia & in decimo quarto florida juventus continuata in decimo quinto in ſequentibus annis decimo ſexto & currenti decimo ſeptimo ejus virilitas; (niſi dicamus, quod in noſtro correnti inceperit ſenectus, quæ antiquæ morti, & corruptione approximet ob nullam

nullam vel modicam Principum applicationem ſuper ejus cultura; undè adeò ignaviam ac ignorantiam creſcere vidimus) ideoque vivebatur cum exemplaribus manuſcriptis, ut plurimum male conceptis, & inter ſe variis, unde prodeunt in omni facultate tot quæſtiones & contrarietates. Præſertim verò hujuſmodi con-
8 ſuetudines feudales & Conſtitutiones Imperiales reſpectivè apud aliquos circumferebantur exemplaria ſub unico libro apud alios verò ſub bino, atque juxta hanc poſteriorem formam, poſtquam voluminibus pandectarum & Codicis adjunctum fuit alterum novellarum ſive authenticorum conſtans ex novem collationibus, iſti duo feudorum libri adjuncti quoque fuerunt, eo modo quo in dicto Authenticorum volumine antiquæ impreſſionis cernitur ſub nomine collationis decimæ, ut præſertim patet ex *Bal. in d. proœm. feudorum, ubi ex num. 3. uſque ad num. 7. diſ*putat quæſtionem enunciatam quoque ſupra *diſc urſ. 1. num.* 16. An iſta collatio decima eſſet, nec ne au-
9 thentica, & haberet vim legis, adeout tanquam talis in omni foro obliget.

Quidquid autem ſit de iſtius quæſtionis veritate temporibus *Baldi*, & in aliis ſibi proximis, quando magis ea vigebat; Ubi etiam tenenda eſſet opinio, quam ipſe ſubſtinet, quod eſſet authentica, & haberet vim legis innixus præſertim auctoritati *Odofredi*, cujus verba regiſtrat; Attamen id provenit, ut idem *Odofredus* aſſerit, cum quo *Bald.* pertranſit ex mo-
10 derniori proviſione & poteſtate Imperatoris Friderici II. qui fuit etiam Rex utriuſque Siciliæ & Auctor pro eo Regno ſæpius enunciatæ Conſtitutionis, quæ incipit *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, ſuper eadem longè tamen ſtrictiori prohibitione alienationis feudorum, ut præſertim advertitur *eod. diſc. 49.* quod ſcilicet dictus Imperator iſtam collectionem conſuetudinum & Conſtitutionum Imperialium reſpective miſerit Bononiam illis Doctoribus, ut ſuis titulis apparerent, prout fecerunt in Eccleſia S. Petri reducendo ad eam formam, quæ ut ſupra legitur poſt dictum librum Authenticorum, ſub dicto nomine decimæ collationis, & quod poſt hoc tempus fuit gloſſatum per *Pileum, Ardizzonem, Jacobum de Ravenna; Jacobum de Belviſio, Odofredum & Andream de Iſernia*, quos refert *Bald. in d. proœm. num.* 4.

Atque hinc liquet, quod Baldus ſcripſit ſuper hac materia feudali in ultima ſenecta poſt Iſerniam, qui
11 pariter ſcripſit circa ultima tempora ejus vitæ, dum reliquit illud opus imperfectum, tot ſuppreſſionibus indigens, ut patet *ex Liparulo in ejus vita*; Atque ità verificari videtur illa traditio quam dum eſſem ſcholaris, audivi in ſcholis Neapolis, quod *Bald.* vir celeberrimi nominis ob nimiam litteratorum raritatem & pecuniam in eo ſæculo, quando enunciata Reſpublica litteraria adhuc erat in infantia vel ad ſummum in prima adoleſcentia evocatus Neapolim per Reginam Joannam II. ut ſuper quadam gravi cauſa feudali conſuleretur, confuſus remanſit in concurſu *Iſerniæ*, undè propterea deinde ſtudio hujus materiæ applicavit.

Sed quoniam iſta collectio aliquos continebat ut reverà continet errores, illum præſertim, quod abſ-
12 que debita diſtinctione confunduntur conſuetudines primo loco in ſcripturam redactæ per enunciatos *Gerardum & Obertum* & aliæ poſtmodum adnotatæ per diverſos Doctores Mediolanenſes, & alios, una cum Conſtitutionibus Imperialibus, ob notabilem diverſitatem temporum inter unam, & alteram ſpeciem ille doctus & eruditus *Cujac.* cum meliori diſtinctione materiam diſtinxit in quinque libros; quorum primus eſt *Gerardi*, duo poſteriores ſunt *Oberti*, quartus continet alias adnotationes diverſorum, & quintus Conſtitutiones Imperiales, illas præſertim ad rem noſtram dictorum Lotharii, & Friderici primi.

His itaque ita prænotatis, atque deſcendendo ad applicationem pro fine, vel effectu, ad quem iſta ſe- 13
ries recenſita fuit; Capiendo, ut decet, rem ab alto, & per ejus principia, non autem cum conſueto modernorum pragmaticorum vitio, procedendo more cæcorum, qui trahuntur ad manus cum ſola litera aliquarum auctoritatum, unico penitùs neglecto diſcurſu & ratiocinio.

Quatenus pertinet ad noſtrum punctum, An ſcilicet dictæ leges feudales, & præſertim dictæ Conſti- 14
tutiones Imperiales ſuper prohibita alienatione haberent vim legum in ſtatu Eccleſiaſtico, pro negativa, quam ego ſubſtinebam probatione, plura exinde reſultare dicebam; Primo nempe quod illi Auctores relati per *Fagnan & alios, de quibus ſupra diſc.* 54. qui dicunt, quod leges feudales ubique ſunt receptæ, & habent vim legis etiam in terris Eccleſiæ, vel in foro Eccleſiaſtico, utpote generaliter loquentes, atque ad hanc ſpeciem non deſcendentes intelligi poſſunt ac debent de præfatis antiquiſſimis conſuetudinibus, quas tanquam jam per plura ſæcula receptas, & obſervatas in ſcriptam reduxerunt præfati *Gerardus & Obertus*, ſed non exinde inferri poteſt ad præfatas longe moderniores Conſtitutiones Imperiales reſtric- 15
tas ad territorium, & ſubditos ipſorum legis latorum, nullam juriſdictionem & poteſtatem habentium in hoc Principatu, ex ea clara differentiæ ratione inter dictas antiquas conſuetudines, & iſtas modernas Conſtitutiones, quod illæ acquirere potuerunt vim legum ex uſu populorum, & ut tanquam tales ab antiquo receptæ fuerint, eo modo quo habebatur de antiquis conſuetudinibus, vel Capitulationibus artis maritimæ ſeu navigationis nuncupat *Conſolato del mare*, juxta hiſtoriam recenſitam *diſc.* 10*, de credito, & alibi*, ac propterea non ex eo, quod in eodem volumine, dicto moderno tempore, in conſuetudines, quam Conſtitutiones regiſtratæ fuerunt, inferri poteſt, quod ſint ejuſdem naturæ & qualitatis, atque in hoc conſiſtere advertebam pragmaticorum æquivocum, vel ineptiam.

Ad quod comprobandum deducebam eadem, quæ 16
in propoſito dicti Conſulatus maris advertuntur *eod. diſc. de credito*, quod nempe in moderna impreſſione voluminis dicti Conſulatus ultra ejus antiqua Capitula ordinata ante mille ſimum, ex opera impreſſoria continentur etiam aliquæ ordinationes Barchionenſes, aliæque proviſiones recentes & locales, unde ignarum vulgus Pragmaticorum, procedendo de more cum ſola ſuperficie literæ, ad aliud non reflectendo credit, quod illæ ſuperadditiones contineant etiam Conſulatum maris, ubique receptum pro lege, & authenticum, & tamen eſt error manifeſtus, ita à pari aliis conſiderationibus, quæ circa aliquas leges ex privata diligentia, vel potiùs temeritate inſertas in modernis Codicibus habentur *diſc. 5. de ſervit. & diſc. 35. de judic. & alibi*, ideoque generaliter ad hæc eſt 17
reflectendum.

Secundo, quod retenta etiam opinione volentium, ut leges feudales eo modo, ut ſupra regiſtratæ ſunt poſt volumen Authenticorum, ſint authenticæ, ut pro- 18
bant *Surd. & ang relati ſupra d. diſc. 1. num.* 16. Attamen, ut patet ex *Odofredo* auctore iſtius opinionis, cum quo pertranſit *Bald. ut ſupra*, ſequutum eſt ſub Imperio Friderici II. & ex ejus ordinatione; ideoque cum iſte Imperator, tanquam Sedis Apoſtolicæ, & Pontificiæ dignitatis acerrimus hoſtis fuerit Imperio, ac Regnis privatus, ac etiam punitus anathemate, in quo obiit, non videtur quomodo ejus geſta, & ordinationes pro legibus in Principatu Eccleſiæ, vel in foro Eccleſiaſtico pro legibus recipi debeant, potiſſime quia Fridericus Primus ejus avus Gibellinæ factionis auctor, ac protector, fuit etiam ejuſdem farinæ, ut acta Alexandri Tertii, aliorumque Pontificum illorum temporum docent.

Tertiò clariùs quia earundem Lotharii, & Friderici Primi Conſtitutiones in littera expreſſe docent, quod
19 fuerunt latæ cum propriis feudatariis ſubditis, & ſuper iis feudis, quæ in Alemania, & in Italia ſint de pertinentiis feudi.

Quartò, à ſubſequuto effectu, quod in pleriſque leges feudales, & præſertim circa Clericorum incapacitatem non ſervantur, ut advertitur *eod. diſc. 49. & in annot.*

Et quintò, quoniam eſſet redarguere Summos Pontifices Sixtum V. & Clementem VIII. qui in
20 Conſtitutionibus ſuper prohibita alienatione Caſtrorum, & bonorum juriſdictionalium Status Eccleſiaſtici, & de qua prohibitione frequenter agitur ſupra, præſertim *diſc. 66. & ſeqq.* rem novam ordinare profeſſi ſunt; Ac etiam redarguere Rotam Romanam, quæ toties firmavit validos eſſe contractus ante dictas prohibitiones, & alias Pauli V. & Urbani VIII. & aliorum Pontificum reſpectivè eſſe validos, ut frequenter advertitur.

Et quamvis *Iſernia*, & *Afflict.* aliique Regnicolæ hujuſmodi Imperialium Conſtitutionum mentionem faciant, attamen ultra quod nil id concludit, dum iſti ſunt Doctores Regnicolæ, & non loquuntur de Statu Eccleſiaſtico immediato, de quo agitur, advertebam quoque ad æquivocum, quoniam in Regnis, de quibus ipſi agunt, nulla ſubeſt neceſſitas recurrendi ad has Conſtitutiones Imperiales, ibi nullam habentes auctoritatem, ea enunciatis *d. diſc. 5. de ſervit. & alibi*, cùm adſit dicta Conſtitutio particularis, quæ incipit *Conſtitutionem Divæ memoriæ*, longè rigoroſior, ſed more ſcriptorum advertunt, quod iſta Conſtitutio Regni ſe conformat etiam Conſtitutionibus Imperialibus.

Prout ſupra *in annot. ad diſc. 3. in fine*, advertitur, his non adverſari, quod in eo caſu proceſſum ſit cum legibus feudalibus, quoniam iſtæ in eo caſu conſiderandæ veniunt potiùs in ratione, quam in auctoritate, ut ibi latiùs.

SUMMA SIVE COMPENDIUM

Eorum, quæ in Foro magis practicabilia continentur in hoc Titulo de Feudis, & bonis juriſdictionalibus, ac Bulla Baronum.

INDEX RUBRICARUM

Summa, ſeu Compendii feudorum.

I. Proœmialia.
De feudorum origine, ſive introductione, eorumque diviſione.
à num. 1. ad 38.
II. An in dubio præſumatur feudum, vel allodium, Et cuinam incumbat onus, unam vel alteram qualitatem probandi.
à num. 39. ad 48.
III. In quibus rebus feudum conſiſtere valeat, qualeve ſit feudi ſubjectum habile.
à num. 49 ad 63.
IV. Qui poſſint infeudare.
à num. 64. ad 76.
V. Qui poſſint infeudari, atque feudorum aſſequutionis, vel retentionis capaces exiſtant.
à num. 77. ad 111.
VI. Quando dicitur feudum rectum, & proprium; Et de illius conſtitutione, & probatione, aliiſque neceſſariis requiſitis; Vel potiùs dicatur improprium, & corruptum.
à num. 112. ad 131.
VII. De oneribus & ſervitiis, ad quæ feudatarius tenetur erga dominum; Et è converſo de oneribus, & de obligatione domini erga feudatarium.
à num. 132. ad 139.
VIII. Quid veniat ſub conceſſione feudi; Et præſertim, an & quæ Regalia, aliaque jura conceſſa, vel reſervata cenſeantur.
Et de imperio, juriſdictione, juribus, ac præeminentiis feudatarii in feudo, & in vaſſallos, iſtorumque obligatione: Et è converſo de ejuſdem feudatarii obligatione erga vaſſallos.
à num. 140. ad 158.
IX. De alienatione, vel obligatione feudi, aliaque diſpoſitione inter vivos; Ac etiam de præſcriptione.
Et de alienatione, vel obligatione, aliaque diſpoſitione fructuum, vel commoditatis, & de materia aſſenſus.
à num. 159. ad 218.
X. De diſpoſitione feudi per ultimam voluntatem; Et quatenus non valeat de ipſo corpore feudi, an debeatur æſtimatio, vel in ea ſubſiſtineatur.
à num. 219. ad 226.
XI. De ſucceſſione ab inteſtato feudali; Et de oneribus, quæ feudi ſucceſſori incumbunt, præſertim de vita militia vel participatione pretii erga ſecundogenitos; Et de contributione ad debita.
à num. 227. ad 265.
XII. De refutatione.
à num. 266. ad 275.
XIII. De ſubfeudis, ac poteſtate ſubinfeudandi.
à num. 276. ad 294.
XIV. De renovatione inveſtituræ feudalis, ac laudemio, & relevio, ac jure Tappeti.
à num. 295. ad 306.
XV. De jure prothomiſeos; Et de feudi evictione.
à num. 307. ad 316.
XVI. De inveſtitura abuſiva de feudo pleno; Et de conceſſione loci, in quo adſit privilegium, vel pactum non infeudandi.
à num. 317. ad. 328.
XVII. De devolutione, ſeu caducitate, & amiſſione feudi.
à num. 329. ad 340.
XVIII. De detractionibus, quæ devoluto feudo competunt hæredi feudatarii adverſus dominum; Et de aliis adverſus agnatum feudi ſucceſſorem, præſertim de melioramentis; Et de feudi imputatione.
à num. 341. ad 354.
XIX. De quæſtione poſſeſſionis feudi, & qui in poſſeſſorio debeat.
Et de judice cauſæ feudalis.
à num. 355. ad 363.
XX. De dominio allodiali Civitatum, Oppidorum, & locorum, imperium, ac juriſdictionem annexam habentium cum vaſſallis.

à num

à num. 364. ad. 371.
XXI. De Bolla Baronum.
à num 372. ad 429.

SUMMARIUM.

I.

1 ABuſus feudorum fuerit cognitus apud Romanos; vel à quibus introductus ſit.
2 Vocabulum tamen feudi ignotum eſt juri communi, ac profeſſoribus lingua latina.
3 Quid iſtud vocabulum ſignificet, quod importet militiam, & feudatarius dicatur miles.
4 Leges feudales proveniunt à conſuetudine, & de earum compilatoribus.
5 An habeant vim legis ubique, & in omni foro obligantes.
6 Eis ceſſantibus, etiam feudis attendendum eſt jus commune Civile, vel Canonicum.
7 Feudum, an contineat gratiam, & beneficium, vel potius contractum, & quæ ſpecies contractus ſit.
8 De pluribus diſtinctionibus, ac ſpeciebus feudorum.
9 In præſenti compendio agitur ſolum de iis, quæ magis foro adaptata ſunt, ac diſputandi occaſio præbuit, non autem de univerſa materia.
10 De feudis dividuis, quæ juris Longobardorum dicuntur.
11 De individuis, quæ dicuntur juris francorum, & jure primogenituræ deferuntur.
12 Antiquiori tempore omnia feuda erant dividua, etiam illa Dignitatis, hodie verò illa Dignitatis ſunt individua.
13 Ex conſuetudine tamen aliquarum Regionum, præſertim Lombardiæ ſunt individua habitu, non autem exercitio, ſeu fruitione.
14 Major ſedes feudorum, excepta Germania, eſt in Regnis utriuſque Siciliæ.
15 In iſtis Regnis regulariter feuda propria, quæ in capite, ſeu quaternata dicuntur, ſunt individua juris francorum.
16 Adhuc tamen adſunt aliqua juxta antiquam naturam juris Longobardorum.
17 De alia diſtinctione inter feuda Regalia, & non regalia, ſeu Dignitatis, & ſimplicia.
18 Quænam ſint feuda Regalia, vel Dignitatis, & quid importent.
19 Tituli, ſeu Dignitates in feudis inferioribus, & non Regalibus, an veram dignitatem importent, nec ne.
20 Et quatenus non importent; quid operetur dictus titulus, ſeu dignitas, quamvis impropria, & abuſiva.
21 De diſtinctione inter feuda recta, & propria, & impropria.
22 Feuda impropria, allodialium potius jure cenſentur, ac jure communi, non autem feudali regulantur.
23 Quando alteratio conſueta feudalis natura iſtam alteret, vel corrumpat, illudque reddat improprium.
24 De diſtinctione inter feuda propria & impropria, quæ habetur in Regno Neapolitano.
25 Quod propria dicantur in capite, ſive quaternata, & quare.
26 Feuda impropria dicantur plana, & de tabula quæ jure allodialium regulantur.
27 Et de feudis planis, & de tabula ſecundùm quid, vel mixtis.
28 De alia diſtinctione inter feuda nobilia, & ruſtica; ſeu franca, & non franca, & quid importet feudum francum.
29 De alia diſtinctione inter feuda ex pacto, & providentia, & hæreditaria, ac mixta.
30 Qualitas hæreditaria raro congruit veris, ac propriis feudis.
31 Quale dicatur feudum avitum, ſeu antiquum.
32 An feudum antiquum, quod denuo ob incurſam caducitatem conceſſum eſt; dicatur novum; vel antiquum.
33 De feudis novis, eorumque diſtinctione inter acquiſita ex titulo oneroſo, & lucrativo.
34 Conceſſa ex cauſa meritorum, an dicantur ex cauſa oneroſa, vel lucrativa.
35 Quid ubi conceſſio eſt partim ex merito, & partim ex gratia ſeu cauſa lucrativa.
36 An clauſula, ut conceſſio cenſeatur in feudum antiquum, ſeu paternum, illud reddat antiquum; quamvis verè ſit novum.
37 De diſtinctione inter feuda, & ſubfeuda.
38 De alia diſtinctione inter feuda maſculina, & fœminina, ſive Eccleſiaſtica, & laicalia cum ſimilibus.

II.

39 Feudum eſt ſervitus; & ideo in dubio non præſumitur.
40 Ex quibus adminiculis probetur feudalitas.
41 Diſtinguuntur caſus præregulanda, vel præſumenda feudali, vel allodiali qualitate, in quæſtione inter Principem, & Baronem.
42 Quod præſumptio non aſſiſtat vera allodialitati.
43 De mixtura allodialitatis & feudalitatis, quarum utraque ſit impropria.
44 In Regnis utriuſque Siciliæ, loca inhabitata cum vaſſallis præſumuntur feudalia, non autem in Eccleſia.
45 De controverſia inter Baronem, & vaſſallos in prædiis intra fines feudi, an ſint feudalia, vel libera.
46 Et de alia inter hæredem feudatarii, & Dominum, vel ſucceſſorem feudi in prædiis, & bonis intra fines feudi.
47 Ubi etiam præſumptio aſſiſtit allodialitati, ea ceſſat ſi conſtet, quod bona annexa ſint feudo.
48 De diſtinctione inter bona exiſtentia in ſtatu naturali, vel habentia induſtriam pro dicta præſumptione.

III.

49 In bonis verè ſtabilibus & ſoli, etiam privatis datur feudum.
50 Diſtinguuntur bona privata à Civitatibus, Oppidis & Caſtris, & ut in hac ſecunda ſpecie detur verum, & proprium feudum.
51 Datur feudum in annuis redditibus, ac etiam in juribus & actionibus.
52 Prout datur in iuriſdictione, ac juribus Regalibus.
53 Quæ jura Regalia dari poſſint in feudum.
54 Idem Caſtrum poteſt eſſe feudum unius, & juriſdictio feudum alterius.
55 Vel Caſtrum haberi in feudum, & juriſdictio in allodium.
56 An in pecunia, vel in mobilibus detur feudum.
57 Quid de pecunia, quæ ſit pretium feudi, & quod iſtud regulariter non ſit feudale.
58 Actio ad feudum, an ſit feudalis, jureque feudi cenſeatur.
59 Res aliena, an & quando dari poſſit in feudum.
60 Id fieri poteſt à Principe.
61 De conceſſione in feudum facta de Civitatibus & locis quæ ex privilegio, vel conceſſione non poſſunt infeudari.
62 Bona propria, libera, & allodialia poſſunt ab alio accipi in feudum.
63 De aliis rebus in quibus detur feudum remiſſivè.

IV.

64 Regula eſt; ut omnis non prohibitus poſſit infeudare.
65 Cui competat facultas concedendi feuda Regalia, & majora.
66 Poſita tali facultate, quomodo intelligenda ſit.

67 *Recognoſcentes ſuperiorem, quamvis jura Principum habeant, quam ſpeciem infeudationum facere poſſint.*

68 *Quod iſti concedant etiam titulos, & dignitates abuſivas.*

69 *De antiquo ligamine Pontificum circa infeudationes.*

70 *De alia moderna Conſtitutione Pij V. & quod utrique poſſit diſpenſari, licet huic moderna non ſoleat.*

71 *Dicta Conſtitutio Pij V. non impedit curſum antiquarum infeudationum.*

72 *An impediat conceſſiones fructuum, vel commoditatis, & bonorum.*

73 *Quod non de facili detur verum, ac proprium feudum in ijs, qui non ſunt ſupremi, & non habent jus belli.*

74 *Feuda, qua dantur per Pralatos, & Dominos inferiores, ſunt impropria, licet ex pacto habere valeant naturam feudi proprij.*

75 *De refrænata poteſtate infeudandi bona Eccleſia in Pralatis.*

76 *De poteſtate faciendi infeudationes praventivas, feudo adhuc pleno remiſſivè.*

V.

77 *Regulariter omnes ſunt capaces feudorum.*

78 *Procedit hac generalitas in feudis improprijs.*

79 *In feudis autem proprijs inhabiles ad ſervitium, ſunt incapaces.*

80 *Clerici ſaculares, vel Regulares ſunt incapaces feudorum.*

81 *De diſtinctione inter conſtitutos in ſacris, & in minoribus.*

82 *In conſtitutis in minoribus, vel novitijs, quid ſtatutum ſit.*

83 *An, & quomodo Dominus huic incapacitati diſpenſet.*

84 *In ſtatu Eccleſiaſtico, Clerici etiam in ſacris, & Epiſcopi ſunt capaces.*

85 *Quid de Cardinalibus, an ſint generaliter capaces.*

86 *An leges feudales Clericorum inhabilitativa ſint contra Eccleſiaſticam libertatem, ideoque reproba.*

87 *An milites Hieroſolymitani, & alij profeſſores militiarum Eccleſiaſticarum ſint capaces feudorum.*

88 *Quamvis ſint incapaces, ſolent ex diſpenſatione reddi capaces.*

89 *Novitiatus autem ſine profeſſione non cauſat incapacitatem.*

90 *Quando Pralati, vel Clerici ſint capaces feudorum ratione Eccleſia.*

91 *An caſtrum penes Eccleſiam ex Principis Laici conceſſione ſit allodiale, vel feudale.*

92 *Eccleſia & Eccleſiaſtici in ijs, qua concernunt feudum ſubjacent Domino laico.*

93 *An in Papa detur feudum, vel allodium alteri ſubordinatum.*

94 *Famina, earumque deſcendentes ſunt regulariter feudorum incapaces.*

95 *Ubi etiam ſunt diſpenſata, intelligitur in ſubſidium, quod declaratur.*

96 *Feuda non poſſunt ſtare in ſuſpenſo, ideoque attenditur exiſtentia de tempore aperta ſucceſſionis, & quid in fideicommiſſis, & primogenituris.*

97 *Famina item, & cognati cedunt locum agnatis, quamvis remotioribus.*

98 *Secùs in Regnis utriuſque Sicilia, ubi linea vincit gradum.*

99 *Ideoque neptis ex maſculo primogenito defuncto, vincit maſculum ſecundogenitum.*

100 *Illegitimi ſunt incapaces feudorum.*

101 *Niſi legitimati ſint per ſubſequens matrimonium.*

102 *Quid ubi ſint legitimati per reſcriptũ, diſtinguitur.*

103 *An diſpenſatio natalium, poſt factum caſum ſucceſſionis proſit.*

104 *Et generaliter de diſpẽſatione in tertij prajudicium,*

105 *De legitimatione conceſſa per eum, qui ſit Principe inferior.*

106 *An legitimatio plena conceſſa per ſupremum Principem, ſuffragetur in feudis extra ditionem legitimantis.*

107 *Quid de conceſſa per Dominum directum reſpectu ſubfeudorum exiſtentium in feudo Regali.*

108 *Surdus & mutus ſunt incapaces, & de alijs incapacitatibus.*

109 *An exiſtentia majoris natu in linea, quamvis incapax, impediat ſucceſſionem majoris natu alterius linea.*

110 *De inhabilitate ceſſante ex Domini diſpenſatione.*

111 *An inhabilium diſpenſatio corrumpat feudum, illudque improprìet.*

VI.

112 *De differentia inter feudum verum, & proprium, & feudum improprium, ne iſtud jure communi, non autem feudali regulatur.*

113 *Quod ubi nullum ſtatutum eſt ſervitium perſonale, ſit feudum improprium.*

114 *Contrarium verius, ſeu declaratur.*

115 *Quid ubi conceſſum eſt feudum tanquam francum, vel nobile.*

116 *An clericorum & fæminarum, aliorumque inhabilium habilitatio improprìet feudum.*

117 *Quid operentur qualitates alternativa.*

118 *An feudum empititium, ſeu aliàs conceſſum ex cauſa correſpectiva, dicatur improprium.*

119 *An conceſſio ex cauſa meritorum faciat feudum improprium.*

120 *Quid de neglecto fidelitatis juramento.*

121 *Et quid de ruſticitate, vel carentia juriſdictionis.*

122 *Econtra, nobilitas vel juriſdictio, an cauſet feudum proprium.*

123 *Quomodo hac quaſtio feudi proprij, vel improprij decidenda ſit.*

124 *Libris vel Codicibus, in quibus feuda regiſtrantur nimium defertur.*

125 *De feudis quaternatis, & de alijs, qua dicuntur plana, & de tabula.*

126 *Et de feudis quaternatis ſecundùm quid.*

127 *De eodem, de quo num. 124. ut libris feudorum ſit deferendum.*

128 *Inveſtitura eſt neceſſaria, ſed non eſt neceſſaria ſcriptura, qua tamen prodeſt.*

129 *Defectus inveſtitura, & ſervitij nimium confert pro excluſione feudi.*

130 *Defertur obſervantia circa petitum, vel neglectam renovationem.*

131 *Pro regulanda vera, ac propria feudalitate attenditur qualitas Domini.*

VII.

132 *De ſervitio feudali, quale ſit, & quomodo praſtandum.*

133 *Deficientia à praſtatione ſervitij, an & quando cauſet caducitatem.*

134 *Ubi ſervitium eſt reale, an per ejus praſtationem ceſſet obligatio ſervitij perſonalis.*

135 *Qua, & qualia ſint ſervitia, vel ſigna feudalitatis praſtanda, & cui ex pluribus Dominis ſerviendum ſit.*

136 *Et an potius immediato, quàm mediato, vel è contra.*

137 *Dominus tenetur protegere, ac tueri feudatarium.*

138 *Si Dominus impenſas facit pro recuperatione feudi, eas non recuperat a feudatario, & quid è converſo, an feudatarius recuperet a Domino.*

139 *Declaratur quando id procedat, & in qua ſpecie Domini, vel feudatarij reſpectivè.*

VIII.

VIII.

140 *Quomodo decidenda ſit quæſtio comprehenſionis, & quid in inveſtitura feudali conceſſum ſit, necne.*

141 *Præſertim an ſub conceſſione feudi veniant Regalia, & quæ iſta ſint.*

142 *Quod in feudis majoribus, & Regalibus veniant Regalia.*

143 *Quid in feudis minoribus eorum, qui Barones dicuntur.*

144 *In his regula eſt negativa, ut Regalia non veniant, quæ tamen declaratur, ſeu limitatur.*

145 *Magis autem dicta regula procedit in feudatarijs, & Baronibus Regnorum utriuſque Siciliæ.*

146 *Quando etiam Regalia competant Dominis ſeu Domicellis inferioribus.*

147 *In Statu Eccleſiaſtico non de facili datur caſus obſervantia præſcriptiva, & de ratione.*

148 *Adhuc tamen attenditur obſervantia interpretativa.*

149 *An aliqua privilegia particularia conceſſa uni feudatario, cenſeantur repetita in altera conceſſione feudali.*

150 *Regula eſt negativa.*

151 *Conceſſo ſimpliciter feudo, an veniant bona allodialia feudatarij prædeceſſoris ad Dominum cum feudo ob publicationem, vel ex alia cauſa devoluta, adeout cenſeantur annexa feudo, necne.*

152 *Iuriſdictio & Imperium, an feudo pernecesse annexa ſint.*

153 *Et quatenus ſint annexa, quomodo competant, & de diverſarum Regionum majoribus.*

154 *De eodem, quomodo juriſdictio competat, ac exerceri poſſit per feudatarium.*

155 *De prærogativis, ſeu præeminentijs feudatarij in feudo circa jura civica, & alias obligationes, vel ſervitia vaſſallorum.*

156 *An ea ſervitia vel præſtationes, quibus feudatarius potius eſt, devoluto feudo debeantur Domino, vel alteri feudatario, cui ipſe conceſſerit.*

157 *De gravaminibus, ſeu recurſibus vaſſallorum adversus feudatarium, ſeu Baronem.*

158 *De oneribus Baronis, ſeu feudatarii erga vaſſallos.*

IX.

159 *Prohibitio alienandi jure feudali inducta, non procedit in feudis improprijs, vel in bonis allodialibus, quamvis annexam juriſdictionem habeant.*

160 *De prohibitione alienandi bona juriſdictionalia, quamvis allodialia in Statu Eccleſiaſtico ex Conſtitutionibus Apoſtolicis.*

161 *De alia prohibitione alienationis, etiam in feudis improprijs ex pacto, ſeu lege inveſtituræ, ſeu alias ex diſpoſitione juris.*

162 *Feuda vera, & propria per leges feudales generaliter alienari prohibita ſunt ſub decreto annullativo.*

163 *Diſtinguuntur plures inſpectiones in hac materia cadentes.*

164 *Sub nomine alienationis veniunt emptio & venditio donatio, & ſimiles contractus importantes omnimodam translationem dominij pleno jure.*

165 *Veniunt etiam conceſſio in emphyteuſim, ſeu livellum, aut cenſum, & ſimiles.*

166 *Quando veniat locatio, & quando hæc dicatur ad longum tempus.*

167 *Impoſitio cenſus, vel conſtitutio ſervitutis, ſeu reſervatio uſuſfructus veniunt ſub prohibita alienatione.*

168 *Quid de diviſione inter plures vocatos ab inveſtitura, vel in ceſſione unius portionis alteri.*

169 *Quid de permutatione.*

170 *Quid de tranſactione, vel compromiſſo.*

171 *Et quid de hypotheca.*

172 *An ex cauſa dotis feudum alienari poſſit, & qua distinctio.*

173 *De opinione volentium, ut fieri poſſit in ſubſidium ſed rejicitur.*

174 *An vir feudataria efficiatur feudatarius, & Baro.*

175 *Commoditas fructuum, eſt alienabilis etiã in feudis.*

176 *Pretium feudi, an ſit alienabile, vel potius cadat ſub prohibitione.*

177 *Et quid de actione ad feudum.*

178 *Poſita invalida alienatione, cui competat actio illam retractandi.*

179 *Quod non competat ipſi alienanti, & quando agnatis, alienante vivente.*

180 *Mortuo alienante, vel ejus jure reſoluto, ſucceſſor jure proprio vendicat feudum.*

181 *Etiamſi in ipſum Dominum alienatum eſſet.*

182 *Niſi conſuetudo alienandi facultatem tribuat, & de dicta conſuetudine.*

183 *Quid ubi agnatus feudi, ſucceſſor eſt etiam hæres alienantis.*

184 *Beneficium inventarij ad quid ſuffragetur.*

185 *Quid ſi agnatus proximè ſucceſſurus alienationi conſenſit.*

186 *An tunc ulterior agnatus admitti debeat.*

187 *De pœnis alienantis remiſſivè.*

188 *De effectu prohibitæ alienationis, ut per eam nullum jus quæratur, ideoque potior ſit conditio ſecundi, cui validè facta eſt alienatio.*

189 *Anterioritas, vel poſterioritas deducitur ex aſſenſu.*

190 *Beneficium ſeparationis bonorum, an procedat in feudis, ut creditores defuncti ſine aſſenſu, vincant creditores hæredis cum aſſenſu.*

191 *An ille, qui malè alienavit, teneatur ad damna, & intereſſe.*

192 *Aſſenſus præſtitus re non integra, & poſt revocationem actus, nõn ſuffragatur.*

193 *Item debet vivere uterque contrahens, non autem uno defuncto.*

194 *An aſſenſus certam habeat formam.*

195 *De ſurreptione, vel defectu narrationis.*

196 *Aſſenſus non tollit jus agnatorum, eiſque non præjudicat.*

197 *Quale præjudicium cauſet ipſimet Domino.*

198 *Quando aſſenſus tollat jus agnatorum.*

199 *De aſſenſu præſumpto ex lapſu longi, vel longiſſimi temporis.*

200 *Quod præmiſſa omnia procedant attentis ſolis terminis juris communis feudalis.*

201 *Tractari non poteſt bene de juribus municipalibus, vel uſibus, & ſtylis particularibus.*

202 *In Regno Neapolis aliqua deſuper habentur ſpecialia; quibus exceptis attenduntur dictæ regulæ generales juris feudalis.*

203 *Tranſactio & compromiſſus, aliæque ſpecies alienationis in aliquibus caſibus de jure communi promiſſæ in hoc Regno indefinitè prohibeatur.*

204 *Etiam pro dote prohibita eſt alienatio, quamvis de jure licita ſit.*

205 *Si tamen de facto feudum detur, vir facit fructus ſuos, & de ratione.*

206 *Latior ac facilior datur in hoc Regno pœnitendi, ſeu retractandi facultas, etiam ipſimet alienanti, vel hæredi.*

207 *Et non datur actio ad damna, & intereſſe.*

208 *Data revocatione, actus dicitur nullus ab initio & fructus veniunt in reſtitutione, ſed debetur intereſſe pretij.*

209 *Neque admittitur diſtinctio inter feudum novum, & antiquum.*

210 *De jure aſſenſus non requirit ſcripturam, vel ſolemnitatem.*

211 *Secùs in dicto Regno, ubi certa ſolemnitas requiritur.*

212 *De neceſſitate executoriationis aſſenſus conceſſi per ipſum Regem.*

213 *Vicarius generalis Domini, an præſtet aſſenſum.*
214 *Quid in inveſtituris abuſivis, vel præventivis de feudo pleno.*
215 *Quam ſpeciem aſſenſus Prorex Regni non præſtet.*
216 *In feudis non datur ſimulatio, ſed feudatarius dicitur ille, ſub cujus nomine feudum caatat quamvis ſimulatè.*
217 *De aſſenſu generali favore Neapolitanorum pro dote.*
218 *De præſcriptione quando intret in feudis.*

X.

219 *De feudo merè hæreditario diſponi poteſt per ultimam voluntatem.*
220 *Ea prohibitio, quæ viget in alienatione feudi inter vivos, faciliùs procedit per ultimam voluntatem.*
221 *Ideoque eadem diſtinctiones intrant.*
222 *Primus acquirens ex cauſa onerosa habet facultatem diſponendi, quamvis feudum ſit pacti, & providentiæ.*
223 *Ubi ſucceſſor tenetur habere qualitatem hæreditariam prædeceſſoris, non gravatur in ipſo feudo, ſed bene in valore.*
224 *An legato feudo, debeatur æſtimatio.*
225 *De diſtinctione inter diſpoſitionem univerſalem, & particularem.*
226 *De eodem de quo num. 223. & quod ſucceſſor cogitur ad vendendum feudum, ut ſolvat.*

XI.

227 *Inſpectio ſucceſſionis feudorum juxta leges feudales procedit in feudis veris, & propriis, non autem impropriis.*
228 *Etiam ubi habilitatæ ſunt fœminæ, ſuccedunt ordine præpoſtero, & in defectum maſculorum.*
229 *Intelligitur ubi tunc maſculi exiſtunt, ſecùs ſi poſtea veniant.*
230 *In feudis non datur ſuſpenſio ſicuti in fideicommiſſis.*
231 *Quomodo regulettur ſucceſſio in feudis dividuis juris Longobardorum.*
232 *In individuis juris francorum attenditur prærogativa lineæ.*
233 *Nepos ex primogenito defuncto vincit filium ſecundogenitum.*
234 *An dicta tranſmiſſio prærogativa lineæ, detur in tranſverſalibus.*
235 *Quid in feudis dignitatis habitualiter individuis, quæ ſint dividua in commoditate, ac fruitione, quomodo reguletur ſucceſſio.*
236 *De eodem, & de diſtinctione inter poſſidentes, & non poſſidentes.*
237 *Succeſſio deſcendentium per lineam rectam protrahitur in infinitum.*
238 *Parentum ſucceſſio in feudis non datur, & quando detur.*
239 *In feudo novo individuo ad quid primogenitus ſucceſſor teneatur, & de communicatione pretii.*
240 *An pretium tituli, ſeu Dignitatis debeat communicari.*
241 *In antiquo, vel etiam feudo novo gratuito adeſt obligatio vitæ militiæ, & paragii.*
242 *Vita militia non tranſmittitur, & quando paragium.*
243 *De utraque materia vitæ militiæ, & paragii remiſſivè.*
244 *In feudo mixto quomodo ſuccedatur de jure communi.*
245 *In Regnis utriuſque Siciliæ feuda regulariter ſunt individua.*
246 *Et in quo differant à reliquis feudis de jure communi circa præmiſſa.*
247 *Inveſtituræ formula eſt communis utrique Regno, ſed diverſam accepit interpretationem.*
248 *In Regno Siciliæ ultrà, importat formam pacti & providentiæ.*
249 *Secus in iſto citrà, ut requiratur qualitas ultimi.*
250 *Ideoque ſuccedens etiam contra judicium defuncti, tenetur ad onera.*
251 *Quod etiam in Regno Siciliæ citra, idem introduci cœperit, quia ſic expediret.*
252 *In dictis Regnis per leges antiquas utrique communes, ſucceſſio collateralium non excedit tertium gradum.*
253 *Conceditur tamen ſucceſſio fratrum in feudo novo, quæ de jure negatur.*
254 *In Regno Siciliæ ultra, ſucceſſio ampliata eſt, in iſto autem citra, adhuc reſtrictio durat cum ſola ampliatione ad quartum gradum æqualem, vel inferiorem.*
255 *Quid de ſucceſſione fratris uterini.*
256 *De quæſtionibus in ſucceſſione, & concurſu collateralium.*
257 *In hoc Regno citrà, linea vincit gradum extremum, & ætatem, unde nepos ex primogenito, vincit filium ſecundogenitum, in altero autem eſt magis dubitabile.*
258 *An ea, quæ de tranſmiſſione prærogativa lineæ habentur in deſcriptionibus, procedant in Collateralibus.*
259 *Fœmina primogenita nupta excluditur per ſecundogenitam in capillo.*
260 *De ſucceſſione Clericorum, & illegitimorum autem alias incapacium.*
261 *De oneribus cum feudo tranſeuntibus ad Dominum.*
262 *Feudatarius duplicem habet hæredem unum feudalem, & alterum allodialem.*
263 *Quomodo fiat contributio utriuſque hæredis ad debita, & onera.*
264 *Et quid de contributione plurium fideicommiſſorum, & majoratuum.*
265 *Ex voluntate defuncti ceſſat dicta contributio, eaque inæqualiter fieri debet.*

XII.

266 *De duplici ſpecie refutationis.*
267 *An Domino invito feudum refutari poſſit.*
268 *An refutatio facta Domino acceptanti, tollat jus agnatorum.*
269 *Quid de refutatione facta uni ex vocatis, ſed proximè non ſucceſſuris, valeat.*
270 *Facta proximè ſucceſſuro valeat, dummodò ſit pura, & non pactionata.*
271 *Ubi ſit pactionata, an pacta vitient, vel vitientur.*
272 *De fraude, quæ ex refutatione reſultat.*
273 *An, & quando per refutationem præjudicetur creditoribus refutantis.*
274 *Mortuo refutatario, an refutatio reſolvatur, & refutans redeat ad ſuſum.*
275 *Ordo ſucceſſionis quoad perſonam refutantis, an attendatur de tempore refutationis, vel mortis.*

XIII.

276 *Subinfeudandi poteſtas de jure communi competit.*
277 *Dummodo concurrant requiſita, & quæ ſint.*
278 *De æquivoco deſiderandi requiſita in omni ſpecie ſubinfeudationis.*
279 *Subinfeudatio de membris concedi ſolitis, ſive excadentiis eſt licita, & ſpecies perceptionis fructuum.*
280 *Iſto caſu non deſiderantur requiſita, ſed ſufficit, quod non alteretur ſolidum, & abſit fraus.*
281 *Ubi ſubinfeudatio fit de toto feudo nihilo retento, quid requiratur, & qualis effectus reſultet.*

281 Et

282 *Et quid ubi fiat aliquo per ſubinfeudantem retento.*
283 *Quod quandoque ſubinfeudatio ſit neceſſaria, & adjiciatur ab infeudante pro lege.*
284 *De ſubinfeudatione mixta, quia non ſit de excadentiis, neque de toto feudo, ſed de aliquibus Caſtris vel membris ad illud pertinentibus.*
285 *An, & quando iſta ſpecies ſubinfeudationis licita ſit.*
286 *Et an in ea procedant requiſita, deſiderari ſolita.*
287 *De requiſitis, ut abſit fraus, & quando hac adeſſe dicatur.*
288 *In dictis utriuſque Siciliæ Regnis excepto caſu excadentiarum, ſubinfeudatio prohibita eſt, etiam ubi de jure ſit permiſſa.*
289 *Subinfeudatus agnoſcit in auctorem ſubinfeudantem non primum Dominum.*
290 *Ad in ſubfeudantem fit devolutio, & ab eo renovatio eſt petenda.*
291 *Secus ubi ſubinfeudatio ita fiat, quod tranſeat in feudum in capite.*
292 *Quando ſequi dicatur diſmembratio, ut ſubfeudum fiat feudum in capite.*
293 *Subfeudum regulatur à feudo, eiuſque natura.*
294 *Devoluto feudo, an durent ſubfeuda.*

XIV.

295 *Sequuta non culpoſa devolutione feudi, ſi Dominus non vult retinere pro ſe, debet renovare proximiori, vel heredi.*
296 *Idem in Emphyteuſi, ideoque ea, quæ habentur in materia emphyteutica feudali, etiam conveniunt.*
297 *De alia renovatione, quæ infra annum, & diem peti debet, per novum ſucceſſorem.*
298 *Solet autem quandoque per inveſtituram abbreviari, & de reſtitutione in integrum, ubi petita non ſit in tempore.*
299 *Idem terminus procedit in alia ſpecie renovationis, de qua num. 295. & quando duret annis triginta.*
300 *An dictus terminus poſſit per Dominum abbreviari.*
301 *Petenda eſt à ſubinfeudante, ac Domino mediato, non autem immediato.*
302 *Sufficit ſola petitio per ſe, vel per procuratorem ſpecialem.*
303 *Pro ea renovatione, quæ in novo ſucceſſore eſt neceſſaria, nihil eſt ſolvendum.*
304 *De relevio, quod in dictis Regnis utriuſque Siciliæ ſolvitur loco renovationis.*
305 *An duplex relevium debeatur, ſi eodem anno duplex vocatio contingat.*
306 *De alio onere Tappeti in hoc Regno Citeriori.*

XV.

307 *Quod rarò jus prothomiſeos exerceatur, & de ratione.*
308 *Competit in feudo antiquo pacti, & providentiæ, non autem in novo, vel hæreditario.*
309 *Quid in feudis mixtis antiquis Regni Neapolitani, & quod competat.*
310 *An id procedat, ubi alienatio ſit judicialis, & ſub haſta.*
311 *In alienatione fructuum, vel commoditatis, dictum jus non intrat, & quod aliquando ex æquitate intrat, etiam ubi de jure non competit.*
312 *De quæſtione evictionis inter Dominum, & feudatarium.*
313 *Debetur executio feudi emptitij, & quando etiam hoc caſu ceſſet.*
314 *Ubi evictia debetur, quomodo, & de quibus corporibus præſtetur.*
315 *Etiamſi debeatur, & promiſſa ſit, non debetur pro oneribus feudo connaturalibus.*
316 *Evictio de natura rei præſtatur, ubi ſequatur ex facto culpoſo.*

XVI.

317 *An Papa in temporalibus concedat inveſtituram præventivam de feudo pleno, & quid de aliis Principibus.*
318 *Quod Papa, & alij Principes tollant jus tertiò quæſitum.*
319 *Quid in Prælatis, ac aliis recognoſcentibus ſuperiorem.*
320 *Quæ ſint rationes prohibentes has præventivas inveſtituras.*
321 *Ubi etiam fieri poteſt, ſemper intelligitur ſine præjudicio poſſeſſoris.*
322 *Quod actus non ſit ipſo jure nullus, ſed maneat in implicito ſtatu validitatis.*
323 *Inveſtitura præventiva non impedit in poſſeſſore facultatem refutandi, vel alienandi de conſenſu Domini, vel ex facultate in quemlibet.*
324 *An Vicario Domini competat hæc poteſtas.*
325 *De conceſſionibus ejuſdem feudi factis duabus diverſis perſonis.*
326 *De infeudationibus, quæ contra formam privilegij, vel pacti fiant de Civitatibus, & locis non infeudantis.*
327 *Quod iſta infeudationes ſoleant revocari, ideoque magiſtratus non debeant eas exequi, ſed Principi replicare.*
328 *De prælatione, ſeu jure provocandi ad libertatem, & demanium, competente vaſſallis.*

XVII.

329 *An ſcriptura inveſtituræ ſit neceſſaria ad effectum devolutionis, & quæ probatio ad id neceſſaria ſit.*
330 *Quando præſumptio feudalitatis aſſiſtat, etiam ſine inveſtitura.*
331 *Quæſtiones devolutionis naturalis, & non culpoſæ ob lineam finitam, quando intrent.*
332 *Ad quem effectum neceſſaria videatur ſcriptura inveſtituræ.*
333 *Devolutio accidentalis aliàs quàm per lineam finitam, ſub caducitatis, vel amiſſionis termino explicatur.*
334 *Ex quibus dicta caducitas, vel amiſſio intret.*
335 *De caducitate ob non præſtitum ſervitium ſtatuto tempore, & an requiratur monitio, & declaratoria.*
336 *De aliis cauſis caducitatis, vel amiſſionis.*
337 *Culpa poſſeſſoris, an cauſet præjudicium ſucceſſorum in feudo antiquo.*
338 *Si accepta caducitate, fiat nova conceſſio, an hæc faciat feudum novum.*
339 *De circumſtantia in hoc attendenda, ut ſit feudum novum.*
340 *Præſumptiones in hoc tolluntur per contrariam probationem.*

XVIII.

341 *Diſtinguuntur ſpecies detractionum competentium ceſſato feudo.*
342 *In caſu culpoſæ devolutionis, quæ detractio competat adverſus Dominum.*
343 *Et quid ubi agatur de non culpoſa, & naturali devolutione, ob lineam finitam.*
344 *Melioramentorum ſeparabilium detractio fit adverſus Dominum, qui admittitur ad ſolvendam æſtimationem.*
345 *Secus verò inſeparabilium materialium.*
346 *Benè tamen fit detractio, ſeu debetur refectio meliorамentorum intellectualium.*
347 *Quænam ſint iſta melioramenta intellectualia reficienda, puta extinctiones onerum, expenſa pro*

defenſione, vel recuperatione.

348 *Dominus tenetur reficere omnia melioramenta feudatario, qui ex ipſius Domini facto feudum amittit.*

349 *Quando iſtud factum ſit excuſabile, ut non dicatur culpoſum.*

350 *Quæ melioramenta debeant refici per ſucceſſorem feudi, prædeceſſori.*

351 *An reſoluto jure feudatarii, reviviſcant conſus per ipſum redempti.*

352 *Ceſſant detractiones, ubi conſtat de animo donandi.*

353 *De aliis ſpeciebus detractianum remiſſivè.*

354 *De imputatione feudi in legitimam.*

XIX.

355 *Diſtinguitur poſſeſſionis queſtio inter Dominum, & heredem feudatarii ſucceſſorem incapacem, vel inter iſtos, & agnatos.*

356 *Ubi devolutio clara eſt, Dominus obtinet in poſſeſſorio, ſecus autem è contra.*

357 *Fallit in Principe ſupremo habente fiſcum, qui litigat manibus plenis.*

358 *De queſtione poſſeſſionis inter agnatum, & heredem feudatarii defuncti, ſive inter capacem, & incapacem.*

359 *De quæſtionibus legitimi contradictoris, & quomodo decidenda.*

360 *De alia quæſtione Judicis, vel fori competentis in cauſis feudi.*

361 *An dicta cognitio pertineat ad Dominum immediatum, vel mediatum.*

362 *Eccleſia, & Eccleſiaſtici ſubjacent Domino laico in cauſis feudi.*

XX.

363 *Quod in materia pleraque alia remaneat dicenda, & quare non dicantur.*

364 *De ratione, ob quam dominia allodialia, cum juriſdictione, & vaſſallis priùs erant frequentia, hodie autem rara, & de iſtorum dominiorum uſu, & introductione.*

365 *Domini Caſtrorum, & locorum olladialium cum juriſdictione, & vaſſallis dicuntur Barones, & Domicelli.*

366 *Quod adhuc iſta dominia retineant antiquam naturam allodialem, licet alterius ſubjectionem patiantur.*

367 *Ideò regulantur jure communi, non autem feudali, & in ſpecie circa prohabilitatem alienationis, & quid in Statu Eccleſiaſtico.*

368 *An iſtis Domicellis congruant jura Regalia.*

369 *An ea majora, quæ ſupremo dominio annexa ſunt.*

370 *Obligatio ſervitii, ac renovationis non incumbit his dominiis.*

371 *Quale ſervitium, vel fidelitas ab his Baronibus debeatur.*

XXI.

372 *Sub vocabulo Baronum ad effectum Bullæ Baronum, qui veniant.*

373 *Nil refert, an dominium juriſdictionale ſit feudale, vel allodiale.*

374 *Non attenditur vocabulum, ſed rei ſubſtantia ad eff[illegible]um dictæ Bullæ.*

375 *Bulla prædicta non intrat pro debitis contractis ante Baroniam.*

376 *De qualitatibus* Clem. VIII. *hujus Bullæ conditoris.*

377 *De cauſis vel rationibus, ob quas dicta Bulla prodiit.*

378 *Refertur tenor, vel diſpoſitio dictæ Bullæ ſuper derogatione fideicommiſſorum.*

379 *Fideicommiſſa debent reintegrari ab aliis bonis liberis Baronis*

380 *Quod non ſit lex nova, ſed alibi habeatur conſimilis.*

381 *De rationibus, ob quas Bulla Baronum dicatur habere favorem, qui prævalet odio, & præjudicio reſultanti ſucceſſoribus in fideicommiſſo.*

382 *Quod Bulla derogando fideicommiſſis, cenſeatur lædere jus naturæ, vel gentium.*

383 *Contrarium verius, quia facultas teſtandi provenit ex benignitate legis poſitivæ.*

384 *Fideicommiſſa antiquitus non erant obligatoria.*

385 *Quod una lex poſitiva, vel unus Princeps induxit, alter tollere poteſt.*

386 *Bulla non debet practicari pro omni debito, ſed ſolum pro neceſſario, vel juſto.*

387 *De qualitatibus* Urb. VIII. *conditoris Bullæ Archivii moderatoriæ Bullæ Baronum.*

388 *Refertur tenor dictæ Bullæ Archivii moderatoriæ.*

389 *An ſtante hac Bulla ſufficiat, quod creditor de tempore contractus haberet ſcientiam fideicommiſſarum.*

390 *An Bulla Baronum ſit favorabilis, vel odioſa.*

391 *An eadem Bulla operetur, ut tunc, & ab initio, vel ut nunc, quando Congregatio apponit manus.*

392 *Qualis ſit effectus Bullæ hujus quæſtionis.*

393 *De ordine tenendo inter creditores, ob dictæ Bullæ operationem.*

394 *Quid de jure eorum, qui naſcuntur poſtquam Congregatio deroga[illegible]t fideicommiſſis.*

395 *Bulla reſpicit etiam præterita, & debita contracta ante Bullam.*

396 *Procedit etiam contra minores, & privilegiatos.*

397 *An Bulla procedat pro debitis contractis ante baronalem qualitatem.*

398 *Non procedit in debitis contractis, poſt ceſſatam baroniam.*

399 *Neque in bonis obventis poſt ceſſatam baroniam.*

400 *An Bulla procedat vivente ordinatore fideicommiſſi.*

401 *An procedat in debitis alienis, & fidejuſſoriis.*

402 *Baronum nomine qui veniant.*

403 *Non veniunt illi, qui ſunt de Statu Eccleſiæ mediate.*

404 *An eadem Bulla procedat in ea parte mediata quæ ob devolutionem effecta etiam eſt immediata Status Eccleſiaſtici.*

405 *An ex debito ex cauſa legatorum, & donationum.*

406 *Debitor ad evitandum ſubhaſtationem faciendam à Congregatione, poteſt contrahere debita.*

407 *Non tamen eſt licitum alienare voluntariè ipſa Caſtra, & bona.*

408 *Si in bonis impleta eſt forma Bullæ Archivii, an ſuffragetur in melioramentis annexis ipſis bonis, ſi hæc non ſunt in Archivio.*

409 *An Bulla procedat in cenſibus, & locis montium.*

410 *An veniant bona, quæ ſiat de directo dominio Eccleſiarum.*

411 *Non complectitur jura Cameræ Apoſtolicæ.*

412 *Sola Congregatio privativè ad omnes dat exequutionem Bullæ, ſed excipiendo poteſt opponi coram quocumque.*

413 *De ſtylo Congregationis deſtinandi Commiſſarium, & ſubhaſtandi.*

414 *Pretium liberatur creditoribus, juxta eorum ordinem, cum cautione.*

415 *Quando non poteſt præſtari cautio, ſit inveſtimentum in loca montium.*

416 *Admittuntur quandoque ipſi creditores ad licitandum ſine cedula ad effectum excomputandi ſeorum.*

417 Con-

417 *Congregatio cognoſcit, etiam de juribus creditorum, & revocat liberationes factas.*

418 *Si Baro poſſideat plura fideicommiſſa, quomodo fiat diviſio.*

419 *Q[illegible] fideicommiſſorum Bulla percutiat.*

420 *B[illegible] ſine tertij, ſed de quo jure intelligatur.*

421 *Tollit hypothecas, eaſque transfert in pretium.*

422 *A[illegible] pretium ſuccedit in omnibus loco bonorum.*

423 *S[illegible] eſt non liberandi pecuniam, niſi cum cautione, vel inveſtimento in loca montium vinculata.*

424 *Vinculum hoc minuit de pretio, ſeu valore.*

425 *An hoc vinculum ſit damnabile, ac lædat jus creditorum.*

426 *De pacto, ſeu cautela refectionis ejus, quod dictum vinculum importat, & an ſibi præjudicet creditor qui adit Congregationem.*

427 *Ubi certa, & indubitata eſt anterioritas, an intret neceſſitas cautionis.*

428 *Quomodo procedat Congregatio, & an ſervet te[illegible] judiciarium.*

429 *De aliis ad materiam remiſſivè.*

I.

PROEMIALIA.

De feudorum origine, ſeu introductione, eorumque diviſione, ac generibus.

FEUDORUM uſum, an Romanorum Imperium habuerit, non modica lis eſt; Aliquibus in
1 affirmativa generaliter concordantibus, in vocabulo autem diſcordantibus; Eorum ſcilicet una parte, id referente illi clientelæ, cujus in eorundem Romanorum legibus, & chronicis, frequens mentio habetur Altera verò, militiis; Et altera legi agrariæ, Aliis autē indefinitè id negantibus, ac referentibus Longobardorum moribus; Et aliis, id pariter negantibus, ac tribuentibus Germanis, vel iſtorum Imperio in Italia.

Super his autem, utpotè foro parum aptis locum relinquendo veritati, ſoli Deo nota; Illud certum eſt, feudorum vocabulum; Romanorum legi-
2 bus, vel antiquis chronicis, aut latinæ linguæ profeſſoribus, ignotum eſſe; Illudque barbarum potius quà latinum, à fide ſeu fidelitate derivatum, idem importare, ac beneficium, quod Dominus vaſſallo præbeat, ſub fidelitatis, ac militaris ſervitij onere;
3 Ideoque feudum militiam importat, atque feudatarius, Domini miles eſt.

Prout extra controverſiam eſt, Romanorum, ſeu Longobardorum leges, in hac feudali materia,
4 nihil ſtatuere, eamque regi cum feudalibus conſuetudinibus, quas paulatim, tacito infeudantium, ac infeudatorum uſu inductas in ſcripturam; *Gerardus, & Obertus* reduxerunt.

Non levi, apud canoniſtas præſertim (civiliſtis non excluſis) vigente quæſtione, an ubique, atque in omni foro etiam Eccleſiaſtico, legum obligan-
5 tium vim habeant, perſonarum diſtinctione non admiſſa; Et quamvis non deſint negantes ex ea dubitandi ratione, quod privata auctoritate collectæ, ac re-
6 latæ ſint; Contrarium tamen uſus recepit, ideoque particulari, ſcripto vel non ſcripto jure non reſiſtante, ubique in feudis legum vim habent; eiſque deficientibus, jus commune civile, vel canonicum ſupplet caſus omiſſos: *de his diſc.* 1. & 64.

An autem feudum contineat meram gratiam
7 ac beneficium, vel potius contractum correſpectivum Et an iſte bonæ fidei, vel ſtricti juris cenſeri debeat, nimium certant ſcribentes, foro autem parum accommodatæ hujuſmodi quæſtiones videntur, Scholaſticis, & Academicis magis congruæ, ideòque apud materiam ex profeſſo tractantes videndum eſt.

Apud eoſdem tractantes plures quoque habentur feudorum diſtinctiones, diverſaque genera, 8
quæ tamen ab aula exulaſſe videntur, ſive in foro nimium rara, nempe, ligium; De cavena, ſeu camera; Soldatum; Advocatiæ; Curtis; Thenaſiæ; Cancellariæ; Commiſſariæ; Scutiferi, cum ſimilibus, de quibus Thyronum partes erunt apud dictos tractantes perquirere, cum inſtitutum ſit, brevi ſub compendio ea recenſere, quæ in foro agere occaſio 9
dedit, non autem totius materiæ formalem tractationem aſſumere.

Quatenus igitur pertinet ad ea, quæ in foro magis adaptata, & frequentia habemus, feudorum diſtinctiones, ac genera ſunt; Primò quod; Alia ſunt divídua, plurium perſonarum ſimultaneam ſuc- 10
ceſſionem, ac pertinentiam, & concurſum admittentia; Et quæ juris Longobardorum appellantur, Alia verò ſunt individua, non niſi uni perſonæ congrua, pluriumque concurſum excludentia, Et quæ 11
juris francorum dicuntur, cum ordine primogenituræ, ac pro lineæ prærogativa frequentius, ac regulariter deferenda.

Antiquiori autem tempore, inſpectaque primæva feudorum introductione, omnia erant dividua, 12
quamvis eſſent Dignitatis, multò magis ſimplicia; Hodie verò illa Dignitatis, generaliter, ac ubique de eorum natura, habitualiter individua ſunt; Ex aliquarum tamen Regionum conſuetudine, præſertim verò Lombardiæ, datur eorum diviſio, pluriumque concurſus in fruitione, ac jurium feudalium exerci- 13
tio, ipſius feudi ſubſtantia indiviſa remanente penes omnes, eorumque ſingulos in ſolidum, ad inſtar eorum, quæ in jurepatronatus habentur: *de his diſtinctionibus diſc.* 8. *& ſeqq.* & 107.

In utriuſque autem Siciliæ Regnis, in quibus (ſi Germaniam excipias) major eſt feudorum ſedes, ac frequentia, ſive ex conſuetudine, ſive ex peculia- 14
ribus eorum legibus, diviſionem omnemque ſciſſuram prohibentibus; Omnia feuda recta & propria (quæ ibi in *capite*, ſeu *quaternata* dicuntur,) ſunt 15
individua & juris francorum, jure primogenituræ deferenda, aliquibus raris, ac exiguis exceptis, quæ in Aprutio, ac in ea Regione, quæ *Cilentum* dicitur 16
antiquam dividuam, ac juris Longobardorum naturam retinent. *De eiſdem diſc.* 8. & 107.

Altera eſt diſtinctio inter feuda Regalia, (quæ 17
idem ſonant, ac dignitatis) & ſimplicia, ſeu non Regalia, dignitatem annexam non habentia.

Regalia, ſeu dignitatis, verè, ac propriè ſunt ea, quæ Regis, Principis, Ducis, Marchionis, vel Comitis titulum annexum habent, cum ſupremi Impe- 18
rii, ac Principatus jure, & cum quodam alto dominio, ac Regalibus, etiam majoribus, alium non recognoſcentes ſuperiorem, niſi ipſum magis ſupremum infeudantem, in concernentibus jus feudi, ac aliis, quæ lex inveſtituræ, vel ditionis, ac Provinciæ ſcripta, vel non ſcripta ita diſponat, magis alto, (quod alii, ad differentiam, altiſſimum dicunt,) ac majori ſuperioritate Domino reſervatis.

Et quamvis in Feudis, etiam non Regalibus, dictum ſupremum Imperium, vel jura Principis, ac 19
Regalia majora non præſeferentibus, ſed potiùs omninò dependentem, ac ſubordinatam Baroniam importantibus, adhuc præfatæ Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum Dignitates, vel tituli, in nimium frequenti uſu habeantur; Attamen impropriæ ac abuſivæ ſunt Dignitates, non autem veræ quandam ſolam imaginem veræ Dignitatis habentes, *de his diſtinctionibus diſc.* 63.

Adhuc tamen id feudorum diſtinctionem cauſat inter titulata ſcilicet, & non titulata; Tum ad præfatum individuitatis effectum in præcedenti diſtinctione enunciatum, in hac etiam ſpecie cadentem; 20
Tum etiam quia pleraque Magiſtratibus competunt

id

defenſione, vel recuperatione.

348 *Dominus tenetur reficere omnia melioramenta feudatario, qui ex ipſius Domini facto feudum amittit.*

349 *Quando iſtud factum ſit excuſabile, ut non dicatur culpoſum.*

350 *Quæ melioramenta debeant refici per ſucceſſorem feudi, prædeceſſori.*

351 *An reſoluto jure feudatarii, reviviſcant cenſus per ipſum redempti.*

352 *Ceſſant detractiones, ubi conſtat de animo donandi.*

353 *De aliis ſpeciebus detractionum remiſſivè.*

354 *De imputatione feudi in legitimam.*

X IX.

355 *Diſtinguitur poſſeſſionis quæſtio inter Dominum, & heredem feudatarii ſucceſſorem incapacem, vel inter iſtos, & agnatos.*

356 *Ubi devolutio clara eſt, Dominus obtinet in poſſeſſorio, ſecus autem èconera.*

357 *Fallit in Principe ſupremo habente fiſcum, qui litigat manibus plenis.*

358 *De quæſtione poſſeſſionis inter agnatum, & heredem feudataris defuncti, ſive inter capacem, & incapacem.*

359 *De quæſtionibus legitimi contradictoris, & quomodo decidenda.*

360 *De alia quæſtione Judicis, vel fori competentis in cauſis feudi.*

361 *An dicta cognitio pertineat ad Dominum immediatum, vel mediatum.*

362 *Eccleſia, & Eccleſiaſtici ſubjacent Domino laico in cauſis feudi.*

X X.

363 *Quod in materia pleraque alia remanent dicenda, & quare non dicantur.*

364 *De ratione, ob quam dominia allodialia, cum juriſdictione, & vaſſallis priùs erant frequentia, hodie autem rara, & de iſtorum dominiorum uſu, & introductione.*

365 *Domini Caſtrorum, & locorum allodialium cum juriſdictione, & vaſſallis dicuntur Barones, & Domicelli.*

366 *Quod adhuc iſta dominia retineant antiquam naturam allodialem, licet alterius ſubjectionem patiantur.*

367 *Ideò regulantur jure communi, non autem feudali, & in ſpecie circa probabilitatem alienationis, & quid in Statu Eccleſiaſtico.*

368 *An iſtis Domicellis congruant jura Regalia.*

369 *An ea majora, quæ ſupremo dominio annexa ſunt.*

370 *Obligatio ſervitii, ac renovationis non incumbit his dominiis.*

371 *Quale ſervitium, vel fidelitas ab his Baronibus debeatur.*

X X I.

372 *Sub vocabulo Baronum ad effectum Bullæ Baronum, qui veniant.*

373 *Nil refert, an dominium juriſdictionale ſit feudale, vel allodiale.*

374 *Non attenditur vocabulum, ſed rei ſubſtantia ad effectum dictæ Bullæ.*

375 *Bulla prædicta non intrat pro debitis contractis ante Baroniam.*

376 *De qualitatibus* Clem. VIII. *hujus Bullæ conditoris.*

377 *De cauſis vel rationibus, ob quas dicta Bulla prodiit.*

378 *Refertur tenor, vel diſpoſitio dictæ Bullæ ſuper derogatione fideicommiſſorum.*

379 *Fideicommiſſa debent reintegrari ab aliis bonis liberis Baronis*

380 *Quod non ſit lex nova, ſed alibi habeatur conſimilis.*

381 *De rationibus, ob quas Bulla Baronum dicatur habere favorem, qui prævalet odio, & præjudicio reſultanti ſucceſſoribus in fideicommiſſo.*

382 *Quod Bulla derogando fideicommiſſis, cenſeatur lædere jus naturæ, vel gentium.*

383 *Contrarium verius, quia facultas teſtandi provenit ex benignitate legis poſitivæ.*

384 *Fideicommiſſa antiquitus non erant obligatoria.*

385 *Quod una lex poſitiva, vel unus Princeps induxit, alter tollere poteſt.*

386 *Bulla non debet practicari pro omni debito, ſed ſolum pro neceſſario, vel juſto.*

387 *De qualitatibus* Urb. VIII. *conditoris Bullæ Archivij moderatoriæ Bullæ Baronum.*

388 *Refertur tenor dictæ Bullæ Archivij moderatoriæ.*

389 *An ſtante hac Bulla ſufficiat, quod creditor de tempore contractus haberet ſcientiam fideicommiſſorum.*

390 *An Bulla Baronum ſit favorabilis, vel odioſa.*

391 *An eadem Bulla operetur, ut tunc, & ab initio, vel ut nunc, quando Congregatio apponit manus.*

392 *Qualis ſit effectus Bullæ hujus quæſtionis.*

393 *De ordine tenendo inter creditores, ob dictæ Bullæ operationem.*

394 *Quid de jure eorum, qui naſcuntur poſtquam Congregatio derogavit fideicommiſſis.*

395 *Bulla reſpicit etiam præterita, & debita contracta ante Bullam.*

396 *Procedit etiam contra minores, & privilegiatos.*

397 *An Bulla procedat pro debitis contractis ante baronalem qualitatem.*

398 *Non procedit in debitis contractis, poſt ceſſatam baroniam.*

399 *Neque in bonis obventis poſt ceſſatam baroniam.*

400 *An Bulla procedat vivente ordinatore fideicommiſſi.*

401 *An procedat in debitis alienis, & fidejuſſoriis.*

402 *Baronum nomine qui veniant.*

403 *Non veniunt illi, qui ſine de Statu Eccleſiæ mediate.*

404 *An eadem Bulla procedat in ea parte mediata quæ ob devolutionem effecta etiam eſt immediata Status Eccleſiaſtici.*

405 *An ex debito ex cauſa legatorum, & donationum.*

406 *Debitor ad evitandum ſubhaſtationem faciendam à Congregatione, poteſt contrahere debita.*

407 *Non tamen eſt licitum alienare voluntariè ipſa Caſtra, & bona.*

408 *Si in bonis impleta eſt forma Bullæ Archivij, an ſuffragetur in melioramentis annexis ipſis bonis, ſi hæc non ſunt in Archivia.*

409 *An Bulla procedat in cenſibus, & locis montium.*

410 *An veniant bona, quæ ſint de directo dominio Eccleſiarum.*

411 *Non complectitur jura Cameræ Apoſtolicæ.*

412 *Sola Congregatio privativè ad omnes dat exequutionem Bullæ, ſed excipiendo poteſt opponi coram quocumque.*

413 *De ſtylo Congregationis deſtinandi Commiſſarium, & ſubhaſtandi.*

414 *Pretium liberatur creditoribus, juxta eorum ordinem, cum cautione.*

415 *Quando non poteſt præſtari cautio, fit inveſtimentum in loca montium.*

416 *Admittuntur quandoque ipſi creditores ad licitandum ſine cedula ad effectum excomputandi ſeorum.*

417 *Con-*

417 *Congregatio cognoſcit, etiam de juribus creditorum, & revocat liberationes factas.*
418 *Si Bare poſſideat plura fideicommiſſa, quomodo fiat diviſio.*
419 *Q[illegible] in ſpeciem fideicommiſſorum Bulla percutiat.*
420 *B[illegible] it jus tertij, ſed de quo jure intelligatur.*
421 *Tollit hypothecas, eaſque transfert in pretium.*
422 *A[illegible] te pretium ſuccedit in omnibus loco bonorum.*
423 *S[illegible] eſt non liberandi pecuniam, niſi cum cautione, vel inveſtimento in loca montium vinculata.*
424 *Vinculum hoc minuit de pretio, ſeu valore.*
425 *An hoc vinculum ſit damnabile, ac lædat jus creditorum.*
426 *De pacto, ſeu cautela refectionis ejus, quod dictum vinculum importat, & an ſibi præjudicet creditor qui adit Congregationem.*
427 *Ubi certa, & indubitata eſt anterioritas, an intret neceſſitas cautionis.*
428 *Quomodo procedat Congregatio, & an ſervet telam judiciariam.*
429 *De aliis ad materiam remiſſivè.*

I.

PROEMIALIA.

De feudorum origine, ſeu introductione, eorumque diviſione, ac generibus.

1 FEUDORUM uſum, an Romanorum Imperium habuerit, non modica lis eſt; Aliquibus in affirmativa generaliter concordantibus, in vocabulo autem diſcordantibus; Eorum ſcilicet una parte, id referente illi clientelæ, cujus in eorundem Romanorum legibus, & chronicis, frequens mentio habetur Altera verò, militiis; Et altera legi agrariæ, Aliis autē indefinitè id negantibus, ac referentibus Longobardorum moribus; Et aliis, id pariter negantibus, ac tribuentibus Germanis, vel iſtorum Imperio in Italia.

Super his autem, utpotè foro parum aptis locum relinquendo veritati, ſoli Deo nota; Illud certum eſt, feudorum vocabulum; Romanorum legi-
2 bus, vel antiquis chronicis, aut latinæ linguæ profeſſoribus, ignotum eſſe; Illudque barbarum potius quàm latinum, à fide ſeu fidelitate derivatum, idem importare, ac beneficium, quod Dominus vaſſallo præbeat, ſub fidelitatis, ac militaris ſervitij onere;
3 Ideoque feudum militiam importat, atque feudatarius, Domini miles eſt.

Prout extra controverſiam eſt, Romanorum; ſeu Longobardorum leges, in hac feudali materia
4 nihil ſtatuere, eamque regi cum feudalibus conſuetudinibus, quas paulatim, tacito infeudantium, ac infeudatorum uſu inductas in ſcripturam; *Gerardus, & Obertus* reduxerunt.

Non levi, apud canoniſtas præſertim (civiliſtis non excluſis) vigente quæſtione, an ubique, atque in omni foro etiam Eccleſiaſtico, legum obligan-
5 tium vim habeant, perſonarum diſtinctione non admiſſa; Et quamvis non deſint negantes ex ea dubitandi ratione, quod privata auctoritate collectæ, ac re-
6 latæ ſint; Contrarium tamen uſus recepit, ideoque particulari, ſcripto vel non ſcripto jure non refragante, ubique in feudis legum vim habent, eiſque deſinentibus, jus commune civile, vel canonicum ſupplet caſus omiſſos: *de his diſc. 1. & 64.*

An autem feudum contineat meram gratiam
7 ac beneficium, vel potius contractum correſpectivum Et an iſte bonæ fidei, vel ſtricti juris cenſeri debeat, nimium certant ſcribentes, foro autem parum accommodatæ hujuſmodi quæſtiones videntur, Scholaſticis, & Academicis magis congruæ, ideòque apud materiam ex profeſſo tractantes videndum eſt.

Apud eoſdem tractantes plures quoque habentur feudorum diſtinctiones, diverſaque genera; 8 quæ tamen ab aula exulaſſe videntur, ſive in foro nimium rara, nempe, ligium; De cavena, ſeu camera; Soldatum; Advocatiæ; Curtis; Thenaſiæ; Cancellariæ; Commiſſariæ; Scutiferi, cum ſimilibus, de quibus Tyronum partes erunt apud dictos tractantes perquirere, cum inſtitutum ſit, brevi ſub compendio ea recenſere, quæ in foro agere occaſio 9 dedit, non autem totius materiæ formalem tractationem aſſumere.

Quatenus igitur pertinet ad ea, quæ in foro magis adaptata, & frequentia habemus, feudorum diſtinctiones, ac genera ſunt; Primò quod; Alia ſunt dividua, plurium perſonarum ſimultaneam ſuc- 10 ceſſionem, ac pertinentiam, & concurſum admittentia; Et quæ juris Longobardorum appellantur, Alia verò ſunt individua, non niſi uni perſonæ con- 11 grua, pluriumque concurſum excludentia, Et quæ juris francorum dicuntur, cum ordine primogenituræ, ac pro lineæ prærogativa frequentius, ac regulariter deferenda.

Antiquiori autem tempore, inſpectaque primæva feudorum introductione, omnia erant dividua, quamvis eſſent Dignitatis, multò magis ſimplicia; 12 Hodie verò illa Dignitatis, generaliter, ac ubique de eorum natura, habitualiter individua ſunt; Ex aliquarum tamen Regionum conſuetudine, præſertim verò Lombardiæ, datur eorum diviſio, pluriumque concurſus in fruitione, ac jurium feudalium exercitio, ipſius feudi ſubſtantia indiviſa remanente penes 13 omnes, eorumque ſingulos in ſolidum, ad inſtar eorum, quæ in jurepatronatus habentur: *de his diſtinctionibus diſc. 8. & ſeqq. & 107.*

In utriuſque autem Siciliæ Regnis, in quibus (ſi Germaniam excipias) major eſt feudorum ſedes, ac frequentia, ſive ex conſuetudine, ſive ex peculia- 14 ribus eorum legibus, diviſionem omnemque ſciſſuram prohibentibus; Omnia feuda recta & propria (quæ ibi in *capite*, ſeu *quaternata* dicuntur,) ſunt 15 individua & juris francorum, jure primogenituræ deferenda, aliquibus raris, ac exiguis exceptis, quæ in Aprutio, ac in ea Regione, quæ *Cilentum* dicitur 16 antiquam dividuam, ac juris Longobardorum naturam retinent. *De eiſdem diſc. 8. & 107.*

Altera eſt diſtinctio, inter feuda Regalia, (quæ idem ſonant, ac dignitatis) & ſimplicia, ſeu non Re- 17 galia, dignitatem annexam non habentia.

Regalia, ſeu dignitatis, verè, ac propriè ſunt ea, quæ Regis, Principis, Ducis, Marchionis, vel Comitis titulum annexum habent, cum ſupremi Impe- 18 rii, ac Principatus jure, & cum quodam alto dominio, ac Regalibus, etiam majoribus, alium non recognoſcentes ſuperiorem, niſi ipſum magis ſupremum infeudantem, In concernentibus jus feudi, ac aliis, quæ lex inveſtituræ, vel ditionis, ac Provinciæ ſcripta, vel non ſcripta ita diſponat, magis alto, (quod alii, ad differentiam, altiſſimum dicunt,) ac majori ſuperioritate Domino reſervatis.

Et quamvis in feudis, etiam non Regalibus, dictum ſupremum Imperium, vel jura Principis, ac 19 Regalia majora non præſeferentibus, ſed potius omninò dependentem, ac ſubordinatam Baroniam importantibus, adhuc præfatæ Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum Dignitates, vel tituli, in nimium frequenti uſu habeantur; Attamen impropriæ ac abuſivæ ſunt Dignitates, non autem veræ quandam ſolam imaginem veræ Dignitatis habentes. *de his diſtinctionibus, diſc. 63.*

Adhuc tamen id feudorum diſtinctionem cauſat inter titulata ſcilicet, & non titulata; Tum ad præfatum individuitatis effectum in præcedenti di- 20 ſtinctione enunciatum, in hac etiam ſpecie cadentem; Tum etiam quia pleraque Magiſtratibus competunt

in

in feudis ſimplicibus, quæ intitulatis denegantur,
ſive circa præeminentias ac alia, ut *diſc.* 106.

Tertia eſt diſtinctio, inter feuda recta, & vera,
ſeu propria, quæ juxta feudalem naturam, ac feu-
21 dales conſuetudines conceduntur, ſub onere ſervi-
tii militaris ac fidelitatis; Et impropria, ſeu abuſiva,
quæ ſub aliqua præſtatione reali, ſeu alias præ-
ter feudalem naturam, & conſuetam formulam con-
ceduntur; Iſtaque in ſolo nomine, ſeu vocabulo, feu-
dalitatem habentia, in reliquis, allodialium, ac in-
22 differentium bonorum jure cenſentur.

Non omnis tamen conſuetæ naturæ feudorum
alteratio, feudalem qualitatem corrumpit, atque di-
23 verſam allodialem imprimit, ſed quando eſt circa
eſſentialia, vel talia naturalia, quod ſine eis feudum
non detur; Ut ſunt præſertim, ſervitium, vel ſervi-
tii, ac fidelitatis obligatio; Si enim alteratio ſit circa
aliqua accidentalia, ſuper quibus diſpenſari ſoleat
puta circa habilitationem fœminarum, vel clerico-
rum, cum ſimilibus, erit quidem feudum in hac parte
alteratum, ac devians à propria natura, non per hoc
tamen in reliquis deſinit eſſe tale, ut *diſc.* 11.

In aliquibus regionibus vel Ditionibus, iſti
24 termini feudi proprii & improprii, ſub diverſis vo-
cabulis, vel terminis explicari ſolent, præſertim ve-
rò in ulterioris Siciliæ Regno (quod apud antiquio-
res *Apuliæ*, apud moderniores verò *Neapolitanum*
appellatur;) Diſtinguuntur feuda vera & propria
25 ab impropriis, quod ea de prima ſpecie, dicuntur
feuda *in capite*, & *quaternata*, utpotè directè, ac in
capite conceſſa per Regem in conſueta forma feudali,
atque deſcripta in ipſius Regis codicibus, ſeu libris,
qui de more regionis *quinterniones* appellantur.

Ea verò de altera ſpecie, utpotè à feudatariis, &
Baronibus concedi ſolita, in prædiis ac ſimilibus
rebus, non autem in Civitatibus, Oppidis & Ca-
ſtris, ut plurimum conſiſtentia, neque in dictis
quinternionibus deſcripta, appellantur *plana & de*
26 *tabula*, quæ ubi ſine Regis interventu conceduntur,
neque in dictis quinternionibus deſcripta ſunt, pla-
na, & de tabula ſimpliciter dicuntur, jure allodia-
lium, ac indifferentium bonorum regulanda, non au-
tem jure feudali.

Quandoque tamen, tam à Rege, quàm à Ba-
rone conceduntur, eorumque deſcriptio in quin-
ternionibus habetur, atque tunc dicuntur plana, &
de tabula ſecundum quid, de una, vel reſpectivè al-
27 tera, feudali, ac reſpectivè allodiali qualitate partici-
pantia, juxta circumſtantias, ac diſtinctiones, de
quibus in ſua ſede.

In idem verò coincidit diſtinctio, inter feuda
nobilia & ruſtica, ſeu franca, & non franca, non at-
tenta verborum formula, ſed ſubſtantia veritatis, ip-
28 ſiuſque rei conceſſæ natura, & pactis, feudalem ve-
ram naturam corrumpentibus nec ne, cùm ſæpiùs
verba, ad honorificos, ac præeminentiales effectus,
atque ut ab antiquis formulis non devietur, adjici
ſoleant: *de his terminis, ac diſtinctionibus, diſc.* 7.

Quarta eſt diſtinctio, inter feuda ex pacto, &
providentia puta, pacti item, & providentiæ mixta,
29 & merè hæreditaria; De prima ſpecie ſunt ea, quæ
pro filiis, & deſcendentibus, vel ſucceſſoribus ſan-
guinis tantùm conceduntur, alia qualitate heredi-
taria non admixta: De ſecunda verò ea in quibus,
reſtricta conceſſione ad eoſdem ſucceſſores ſangui-
nis, hæreditaria etiam qualitas admixta eſt, ut utraq;
ſimul requiratur, ut infra in ſucceſſionum Rubrica;
30 Et de tertia ſunt ea, quæ pro quibuſcumque hæredi-
bus rei familiaris quantumvis extraneis conceſſa ſunt
Iſtaque ſpecies vix, veris, ac propriis feudis nobilibus
congruit, magis autem impropriis, allodium ſapien-
tibus, ut *diſc.* 9. 10. 12. 15. & 17.

Quinta eſt diſtinctio, inter feuda antiqua, &
nova; Antiqua ſolent etiam *avita*, ſeu paterna dici;
Iſtaque ſunt ea, quæ non ab ipſo poſſeſſore, ſed à 31
patre, vel aliis majoribus quæſita ſunt; Cadente
quæſtione, an eandem retineant naturam, ſi jure
novæ conceſſionis (caducitate remiſſa) idem poſ- 32
ſeſſor obtineat feudum, quod alias amittere debuiſ-
ſet, ad plures effectus, de quibus in ſuis reſpectivè
Rubricis infrà.

Nova autem ſunt, quæ ab ipſo feudi poſſeſſore 33
quæſita ſunt, eaque ſubdiſtinctionem recipiunt
à cauſa, vel modo acquiſitionis; Ubi enim obtinen-
tur ex concedentis munificentia, ſine correſpectiva
recompenſa, dicuntur nova titulo lucrativo; Ubi
verò pretio, vel alia recompenſa mediante, dicuntur
titulo oneroſo, vel emptitia ad plures effectus, præſer-
tim illum facultatis alienandi, ut infrà in ſuis ſedibus.

Cadente quæſtione, ubi conceſſio ſequatur ob
primi conceſſionarii merita; Idque recipit deciſio- 34
nem à meritorum qualitate, an ſcilicet talia ſint,
quæ ex obligatione juſtitiæ, illud præmium de con-
digno pollulent, ut tunc dicatur acquiſitio ex titulo
oneroſo; Secus autem ubi ex ſola obligatione antidu-
rali, & ex munificentia concedentis à ſolo impulſu
congruentiæ regulata.

Ac etiam altera quæſtione, ubi recompenſa
non adæquet feudi valorem, adeò ut gratia, & ju- 35
ſtitia admixtæ ſint, ut tunc actio à præponderanti ſe-
qui dicatur, ad inſtar eorum, quæ in materia juriſpa-
tronatus frequentius habentur.

Quia verò frequentiores inveſtiturarum for-
mulæ continent clauſulam, ut quamvis nova con-
ceſſio ſit, attamen tanquam de feudo avito, ſeu anti- 36
quo facta cenſeatur; Hinc altera cadit quæſtio, an
id veritatem alteret, atque omnes effectus feudum
antiquum reddat, ut plerique putant; Verior autem
eſt contraria opinio, ut veritas attendi debeat, non
autem hæc fictio, quæ non omninò inanis eſt, ſed
operativa ad plures effectus honorificos, ac præemi-
nentiales, illum præſertim nobilitatis, quam anti-
quum feudum inducit, novum autem non cum ſi-
milibus; Natura feudi quoad ſucceſſionem, vel
diſponendi facultatem, ac ſimilia, juxta naturalem
veritatem attendenda, & non immutata. *De his eiſ-
dem locis proximè ſuprà.*

Sexta eſt diſtinctio inter feuda & ſubfeuda, quæ
tamen plures recipit ſubdiſtinctiones, pro effectuum 37
diverſitate cadentes, ut infrà in propria ſubfeudorum
Rubrica.

Pluresque aliæ habentur diſtinctiones, quas
operis progreſſus, pro effectuum qualitate docebit; 38
Ut eſt præſertim illa, feudi maſculini, & fœminini;
Sive illa eccleſiaſtici, & laicalis, cum ſimilibus foro
non adeò adaptatis.

II.

*An dubio præſumatur feudum, vel allodium, & cui-
nam incumbat onus, unam, vel alteram qualitatem
probandi.*

CUM feudum importet ſervitutem non præſumen-
dam; Hinc regula libertati, ſeu allodialitati aſſiſ- 39
tit, non accedente contraria probatione, quam ta-
men expreſſam eſſe non oportet, cum præſumptiva,
ſive adminiculativa quoque ſufficiat.

Qualia verò ſint adminicula ad id ſufficientia,
certa, & determinata regula non de facili datur, 40
cum hujuſmodi, facti potius, quam juris quæſtio-
nes, à facti qualitate, ac ſingulorum caſuum circum-
ſtantiis, pro Judicis prudenti arbitrio recipiant
deciſionem, quæ pro locorum, perſonarum, tempo-
rum, ac frequentioris uſus qualitate, diverſa eſt, ut quan-
doque minora adminicula ſufficiant, quandoque autem
eadem, ac longè majora inefficacia ſint, juxta conjectu-
ralium, ac adminiculativorum generalem naturam.

Ad benè autem præfatum arbitrium regulan-
dum, tollendumque æquivocorum lapſum, ob di-
verſorum caſuum confuſionem, [in Juriſtis præ-
ſertim pragmaticis frequentem, ac facilem,] plures
caſus diſtinguere oportet.

Primus igitur caſus eſt, ubi feudalitatis quæ-
ſtio fit, inter provinciæ, ſeu Ditionis Principem, qui
41 univerſale Imperium in univerſa provincia; vel Di-
tione habeat, ac inferiorem Dominum, & poſſeſſo-
rem Civitatis, Oppidi, vel Caſtri, cum Imperio, &
juriſdictione in vaſſallos, intra ipſius provinciæ, ſeu
Ditionis limites, ſuper ipſius particularis dominii
natura in univerſum, an ſcilicet ipſa Civitas, vel Op-
pidum ſeu Caſtrum, jure feudi, vel allodii poſſidea-
tur; Atque tunc, ex magis communi, receptoque
ſenſu, regula, ſeu præſumptio reſiſtit illi veræ, ac pro-
priæ feudalitati, quæ juxta feudales regulas imponat
formalem ſervitutem, ideoque pro allodialitate po-
tiùs reſpondendum eſt, ad effectus ſucceſſionis, ac
tranſmiſſionis, & facultatis diſponendi, ac obliga-
tionis ſervitii, vel renovationis, alioſque ſimiles.

Eadem verò præſumptio, vel regula, è conver-
ſo reſiſtit illi allodialitati, per quam, utpotè omni-
modam independentiam præſeferentem, alter non
42 recognoſcitur ſuperior, niſi Deus; Ideoque regula,
ſeu præſumptio aſſiſtit illi remotæ, ac impropriæ feu-
dalitati, quæ Principis altum dominium, ac ſuperio-
ritatem, & Regalia majora præſeferet, ipſumque pri-
vatum dominium, ex ipſius Principis conceſſione
originatum eſſe denotet; Non tamen excluſa con-
traria probatione, cui ſemper juris regula, ſeu præ-
ſumptio cedit; Adeout in hujuſmodi parvis, ac ſub-
43 ordinatis dominiis verum Principatum, eum ſupre-
mo Imperio, non præſeferentibus, quoddam mix-
tum, de allodio, ac de feudo (utroque in parte altera-
rato, vel corrupto) adeſſe videatur.

In utriuſque autem Siciliæ Regnis, ac præſer-
tim in citeriori; Regula, ſeu præſumptio eſt in op-
44 poſitum, ut ſcilicet, Civitates, Oppida, Caſtra & lo-
ca, cum Vaſſallis, Imperio, ac juriſdictione, in pri-
vatis perſonis feudalia præſumantur, ſecus autem in
Eccleſiis, niſi utroque reſpectivè caſu, de contrario
conſter.

Alter controverſiæ caſus eſt, inter loci Baronem,
ſeu feudatarium, ac vaſſallos, alioſque privatos intra
feudi fines prædia, ac bona poſſidentes, an ſcilicet
45 ea, libera & allodialia, vel potiùs feudalia, ſeu feudi
redditiria cenſeantur; Magiſque de plano, libertati,
ſeu allodialitati, in feudalis ſervitutis excluſionem;
regula aſſiſtit, niſi diverſa natura majoris partis adja-
centium bonorum, ſive aliæ præſumptiones & admi-
nicula, pro facti qualitate, diverſimodè ſuadeant.

Tertius demùm eſt caſus, in quo eadem contro-
verſia cadat ſuper bonis, ac prædiis intra ipſius
feudi fines ab ipſo feudatario poſſeſſis, inter ipſius
hæredes, ac Dominum facto caſu devolutionis; Vel
46 inter agnatos feudi tantùm, non autem allodii ſuc-
ceſſores, ac dictos hæredes; Atque in hoc pariter li-
bertati, ſive allodialitati aſſiſtit regula, ſeu præſump-
tio, contraria probatione expreſſa, vel etiam præ-
ſumptiva elidibilis, quia ſcilicet conſtet, penes in-
feodantem, vel feudatarium prædeceſſorem, jure
47 feudi fuiſſe; Sive quod conſtito etiam de privato, ac
allodiali ſtatu, & acquiſitionis initio, conſter quo-
que de acquirentis animo, à primi vel poſteriori com-
probato, ea incorporandi, ac addēdi feudo, cujus proin-
dè naturam aſſumpſerint per ſpeciem alluvionis.

Recipienda verò eſt hæc præſumptio, quæ al-
lodialitati aſſiſtit in illis prædiis ac bonis, quæ in
48 primævo naturæ ſtatu non continuantia, humanam
ſupponunt induſtriam, ex qua privati dominii argu-
mentum reſultet; Secus autem in iis, quæ in præfato
naturæ primævo ſtatu perſeverent, atque talia ſint,
quod juxta magis communem uſum, publici potiùs,
quàm privati juris eſſe ſoleant; Sive aliquam an-
nexam habeat juriſdictionem, vel præeminentiam,
privato dominio regulariter incongruam, frequen-
tiùs autem poſſeſſori, tanquam feudatario, ſeu Do-
mino convenientem, juxta facti qualitatem, ſingu-
lorumque caſuum particulares circonſtantias; ex
quibus, facti potiùs, quàm juris, quæſtio determina-
tionem recipit, *De his circa præſumptionem, vel pro-
bationem feudalitatis diſc.* 2. 3. 6. 34. 35. 36. 60.

III.

*In quibus rebus feudum conſiſtere valeat, qualeve ſit
feudi ſubjectum habile.*

IN rebus, quæ verè, ac per naturam, abſque legis
fictione ſint immobiles, utpotè ſoli, concors eſt
ſententia, ut feudum rectè cadat, quamvis privata 49
bona ſint, nullamq; annexam habeant juriſdictionem,
vel imperium in vaſſallos; Neque dubium eſt in his
etiam rebus verum, ac rectum feudum dari poſſe.

Communis tamen ferè uſus, diſtinguit feuda no-
bilia ab ignobilibus, vel ruſticis; Ut ubi agatur de
Civitatibus, Oppidis, Caſtris, vel locis inhabitatis, 50
vel quæ talia fuerint, habitu juriſdictionem, vel jus
vaſſallorum retinentia vera, & propria feuda fre-
quentiùs judicentur; Ubi verò de bonis, privatæ
magis, quàm Baronali formæ, ſeu qualitati con-
gruis, ut ſunt ea feuda ruſtica, quæ alicubi dicuntur
piana, & de tabula, & hæc allodii jure, ac tanquam
feuda impropria potiùs cenſenda veniant, dicta ta-
men poſſibilitate non negata.

In juribus etiam incorporalibus, quæ ex legis
fictione, pro immobilibus habentur, ſeu tertiam
conſtituunt ſpeciem, de illa immobilium magis par- 51
ticipantem, putà in annuis redditibus, vel penſioni-
bus, ſpecierum, vel quantitatis; Sive in juribus &
actionibus, quæ ad rem immobilem competunt,
idem quod de immobilibus ſoli dictum eſt, recipien-
dum quoque venit.

Idemque in juriſdictione & imperio, ac juri-
bus Regalibus, ſive Regalium ſpeciem habentibus;
Cadente potiſſimùs quæſtione, circa ea Regalia ma- 52
jora, quæ Coronæ, ſeu Principatui annexa, ab eo
abſque notabili ſciſſura, vel uſurpatione avelli non
poſſunt; Quoties non agatur de feudo Regali, ac 53
veræ dignitatis, quod eadem jura Regalia, quamvis
majora ſecum trahat.

Neque implicat, ut in eodem Caſtro, vel loco,
duorum feudorum concurſus detur; Unius ſcilicet 54
in ipſo Caſtro, Et alterius in juriſdictione & impe-
rio, ſive in eadem, ſive in diverſa perſona; Ac ſive ab
eodem, ſive à diverſo infeudante; Quinimò ut ex
his unum obtineatur in feudum, & alterum, in al- 55
lodium.

In pecunia verò, vel mobilibus, feudum non
datur, niſi agatur de pecunia Principis, quod praxis 56
unquam, ſeu nimium raro admittit; Cadente fre-
quenti quæſtione in ea pecunia, quæ ex feudi alie- 57
natione proveniat, ejuſque pretium ſit, an eandem
feudalem retineat naturam, jureque feudi ad effe-
ctum devolutionis, alioſque effectus regulari de-
beat; Idque deciſionem recipit ex facti qualitate
& circumſtantiis veram ſubrogationem redolentibus
præſertim, ubi ex facto Principis vel Magiſtratus ad
id poteſtatem habentis hæc ſubrogatio ſequatur, ut
in ſua ſede; Regula verò in dubio negativa eſt, ut
feudi pretium feudale non ſit, *ut diſc.* 42. *&* 48. *& ſub
tit. de emphyteuſ. diſc.* 36.

Eadem cadit quæſtio in juribus, & actionibus ad
feudum, an jure feudi cenſeri debeant; Et quamvis in 58
iſtis regula eſſe videatur affirmativa adhuc tamen pro
facti qualitate limitationem recipit, ut in ſua ſede.

Affirmant feudiſtæ etiam rem alienam in feudum 59
dari

dari poſſe, quod tamen recipiendum eſt; vel rei Domino aſſentiente, ratumque habente; Vel in Principe,
60 cui poteſtas tributa ſit, aliena bona, quamvis libera & allodialia concedendi abſque eo, quod moleſtiæ haberi valeant à domino, cui actio adverſus ipſum concedentem pro æquivalentia tribuatur.

Hanc autem feudi ſpeciem, rarò, atque non niſi publica cauſa impellente, praxis docet; Frequentius
61 verò conceſſiones Civitatum, ſeu locorum, quæ ex conventione cum Principe etiam ex cauſa oneroſa libertatis, vel dominii obtineant privilegium, cui derogari ſolet, ac poteſt à Principe ſupremo, poteſtatem tollendi jus tertii habente, quamvis non debeat, neque congruat, *ut ſub tit. de Regal. diſc.* 148.

Ipſius autem infeudati propria, quamvis libera, & allodialia bona per ipſum, ratione protectionis, ac defenſionis, vel ex alio motivo ſeu etiam libera voluntate, ac ſine cauſa in feudum verum, ac proprium
62 poſſe ab alio recipi, vel recognoſci, extra controverſiam eſt, ubi liberè de bonis diſponendi, defectus poteſtatis in eo non urgeat; Ita occultato donationis contractu, per quem infeudatus infeudanti bona propria tribuat, atque incontinenti ab eodem in feudum recipiat, *ut diſc.* 56.

Pluribus aliis apud feudiſtas cadentibus quæſtio-
63 nibus ſuper rebus, in quibus feudum dari valeat, puta in fructibus pendentibus, aliiſque acceſſionibus, quæ tamen in foro nullæ, vel nimium raræ ſunt, ideoque de iis in ſua ſede ac apud tractantes ex profeſſo materiam videri poteſt.

IV.

Qui poſſint infeudare.

Quamvis regula generalis apud feudiſtas, ac alios habeatur, ut omnis liberam habens ejus bono-
64 rum adminiſtrationem infeudare valeat, qui expreſſe in jure prohibitus non reperiatur; Attamen Scholis & Academiis hujuſmodi relinquendo generalitates, pluresque illationes ex eis reſultantes foro parum congruas, attentoque magis communi practico uſu, diſtinctio eſt quod,

Aut agitur de feudis Regalibus, ac Dignitatis & certum eſt hanc facultatem non competere, niſi Papæ ac Imperatori, illiſque Regibus, ac primi ordinis Prin-
65 cipibus, qui antiqua Romani Imperii ſuperioritate præſcripta, tanti ſunt in ſuo Regno, vel dominio, quantus eſt Imperator in imperio.

Cadente poteſtatis quæſtione, ubi agatur de tali infeudatione, quæ notabilem Regni, ſeu Coronæ vel dominii ſciſſuram vel deturpationem cauſet, potiſſimè verò ubi Regnum vel dominium hæreditarium non ſit; ſuper quo tamen rarò Juriſtis conceditur in foro
66 per juris tramites id examinare, ac decidere cum potius ea, quæ ſumma ratio rerum dicitur, illudque anagramma primum, quod ex iiſdem literis componitur, ex quibus componitur, etiam jus (unius litteræ ordine mutato) hujuſmodi quæſtiones decidat.

Alii verò, qui jure feudi, vel allodii Regna, vel dominia, cum aliqua ſubjectione ab alio recognoſ-
67 cunt, quamvis jura Principatus, ac ſupremi Imperii obtineant, poſſunt quidem concedere feuda cum juriſdictione & imperio ſubordinato in Baronum, non autem Principum figura, ideoque non in feudum Regale, ac veræ dignitatis, cùm nemo ſibi æqualem facere valeat, niſi accedat aſſenſus alterius ſupremi, cujus auctoritate potius id fieri dicitur.

Benè tamen ex recepto uſu, etiam hujuſmodi inferioribus, atque ſubordinatis iſti Principes alium ſu-
68 periorem habentes adjiciunt dignitates, abuſivas tamen, ac impropriam pro aliquibus potius honorificè effectibus, non tamen illas veras, quæ feudum Regale faciant juxta ſuprà inſinuatam feudorum diviſionem; *De his diſc.* 1.

Licet verò Papa ſit omnium Principum primus, 69
nullumque in iis, quæ juri divino expreſſe non adverſentur, ſentiat defectum poteſtatis; Attamen antiqua ſedes ſibi ipſi per aliquos canones, quoddam injecit impedimentum à ſe ipſa tamen ſolvibile, ſeu diſpenſabile, *ut diſc.* 4.

Idemque moderna ſedes facit per novas Conſtitutiones, infeudationum prohibitivas à ſe ipſa pariter 70
diſpenſabiles, cum exceptis, ut inſinuatum eſt iis, quæ divino juri expreſſe adverſantur, non detur primæ ſedis ligamen, quod ab eadem ſolvi non poſſit; Quamvis de congruo voluntas, in hujus poteſtatis uſu, difficilis ac rara ſit, præſertim derogando poſteriori moderno ligamini.

Eodem tamen vinculo non ſoluto ſed vigente ad- 71
huc prohibitum non eſt, ut perſeveret, atque effectum habeat id, quod ante talis vinculi injectionem conceſſum ſit, & competat.

Cadente etiam quæſtione; an impediat eas con- 72
ceſſiones vel alienationes, quæ veram infeudationem non importent, minuſque locorum prohibitorum ſubſtantiam percutiant, ſed ſolùm fructus vel commoditatem, aliaque jura & bona à feudo ſeparabilia in ſua ſede *diſc.* 1. 4. *&* 61.

Inferioribus verò, quamvis dignitatem, vel Prælaturam habentibus, quibus publicum bellum licitè indicendi facultas non ſit, neque Regalia majora 73
cum jure Principatus ac Imperio competant, vix proprium ac verum feudum nobile concedere poſſe, praxis docet, cum præcipuum veri ac proprii feudi nobilis requiſitum ſit militare ſervitium; ideoque abuſiva & impropria frequentiùs iſta feuda eſſe dignoſcuntur, ſub realis præſtationis onere condi ſolita, ut infra in rubrica diſtinguente feoda propria ab impropriis; (Quamvis & iſtis nil prohibeat, quin veri ac proprii feudi leges & conditiones adjici valeant circa devolutionem, ac ſucceſſionem, & alia,) Ideo- 74
que multò magis in merè privatis, privata & indifferentia bona concedentibus id aſſerendum eſt, ut improprium feudum ſit.

In Prælatis verò aliiſque Eccleſiarum Rectoribus, ac adminiſtratoribus, qui Papa inferiores exiſtunt, poteſtas à ſacris Canonibus & Apoſtolicis decretis nimium coarctata eſt, ubi copulativè cauſa & ſolemnitas 75
non accedant, niſi generalis, vel particularis conſuetudo aut Apoſtolicæ Sedis indultum aliter concedat; Quod tamen potius prohibitæ alienationis in genere, quam feudorum peculiarem materiam percutit.

Quid autem ſit de poteſtate faciendi abuſivas ſeu præventivas infeudationes de feudo adhuc pleno ſive 76
de poteſtate ſubinfeudandi habetur in utraque particulari, abuſivæ inveſtituræ, ac ſubfeudorum Rubrica.

V.

Qui poſſint infeudari, atque feudorum aſſequutionis, vel retentionis capaces exiſtant.

Eadem regula generali, quæ ut ſupra traditur in jure activo, datur etiam in paſſivo, ut ſcilicet, 77
(exceptis caſibus, qui in jure prohibiti ſunt) omnes feudi capaces exiſtant; Nimium autem vaga eſt generalitas, ideoque ſtrictius diſtinguendum eſt, feudum rectum, ac proprium ab improprio; Hujus etenim ſecundi generis feudi improprii omnes capaces exiſtunt, dictaque regula generalis benè procedit, quoniam cum hæc feuda perſonale ſervitium annexum 78
non habeant, atque allodialium potius, quàm feudalium jure cenſenda ſint, ut in proximè ſequenti Rubrica; Hinc perſonarum differentia, vel inhabilitas attendenda non venit.

Secus autem, ubi de vero, ac proprio feudo aga- 79
tur, cum iſtud connaturale habeat perſonale ſervitium

militare,

Digitized by Google

militare, ſaltem ſubſidiarium, atque in extraordi-
nariis Domini occurrentiis, quamvis pro ſervitio cur-
renti aliqua annua realis præſtatio ex conſuetudine
ſolvatur, ut præſertim in enuntiatis utriuſque Siciliæ
Regnis practicatur, ubi talia præſtatio ſub *Adhoa*
barbaro vocabulo explicatur, ideoque inhabiles ad
hoc ſervitium incapaces feudi exiſtunt.

Hinc proindè clerici tam ſæculares, quam Regu-
80 lares, utpotè tali ſervitio inhabiles per feudales con-
ſuetudines generales fortius verò per dictorum Re-
gnorum leges particulares inhabilitati ſunt ad feudo-
rum aſſequutionem vel retentionem.

Adeout ſi ſæculares in ſacris ordinibus exiſtant,
81 Regulares autem profeſſionem irretractabilem emiſe-
rint, ne dum ad feudum delatum aſſequendum in-
habiles exiſtant, verum etiam aſſequutum illico amit-
tant, illudque proximiori agnato, vel iſto non ex-
iſtente Domino, tanquam per mortis ſpeciem ape-
riatur.

Quatenus verò ſæculares in minoribus, Regulares
autem in ſtatu novitiorum exiſtant, feudum in ſtatu
habili, & capaci jam aſſequutum non amittunt, niſi
82 pro ſtatus mutatione moniti, contumaces reddantur;
Aſſequendi autem adhuc incapaces reputantur, juxta
magis rigoroſam opinionem, quamvis eo ſtatu dimiſſo
ſæcularem aſſumere prompti ſint; Verior autem ma-
giſque recepta opinio eſt in contrarium, ubi intra
competentem terminum pro judicis arbitrio, ſeu lo-
corum conſuetudine taxatum vel taxandum, ani-
mum declarent; Quinimò eidem adhuc in determi-
nato, an priorem ſtatum retinere, vel alterum diver-
ſum aſſumere velit, aliquis competens terminus aſ-
ſignari ſolet.

Ceſſat hæc inhabilitas ex particulari provincia-
rum, vel feudorum conſuetudine; Itemque ex ipſius
Domini diſpenſatione, quæ tamen in citerioris Sici-
83 liæ Regno concedi non ſolet niſi per ſpeciem tenutæ
ſeu adminiſtrationis de conſenſu legitimi & capacis
ſucceſſoris, qui inter feudatarios deſcriptus perſe-
verat.

Sive ubi agatur de feudis Papæ, de Eccleſiæ Ro-
manæ temporali Ditione, ubi Clerici, & in ſacris, &
Epiſcopi ſunt capaces; Ac generaliter de illis aliarum
84 Eccleſiarum, quarum conſuetudo, vel ſtatutum non
obſtet.

Quamvis autem aliqui opinentur Cardinalitiam di-
gnitatem in hoc privilegiatam eſſe; Erronea tamen
85 opinatio eſt, cùm originaria traditio, quæ Cardina-
lium favore habetur, proveniat ab inſinuata circum-
ſtantia, ut de feudo Status Eccleſiaſtici agatur, quod
commune eſt omnibus Clericis ſæcularibus; Quini-
mò non deſunt volentes, ut Regulares etiam ad Epiſ-
copalem dignitatem aſſumpti capaces quoque exiſtant.
De his omnibus circa Clericorum capacitatem vel
incapacitatem & habilitatem diſc. 57. & 58. 43.
& 53.

Et quamvis plurium Canoniſtarum ſit ſenſus (qui-
bus etiam aliqui feudiſtæ adhærent) ut hujuſmodi le-
86 ges Clericorum & Eccleſiaſticorum inhabilitativæ,
utpotè Eccleſiaſticæ libertati contrariæ pro caſſis ac
irritis habendæ ſint; Verior tamen, paſſimque rece-
pta eſt contraria opinio, cum prohibendus non veniat
dominus rei ſuæ, quam alteri concedit, ſibi benè viſam
legem adjicere, probabilis etiam rationis fomento
non deſtitutam, ut nempè ſibi ſubditos milites ac feu-
datarios, eos non inhabilitando ob Clericatum tan-
quam pœnæ inductivum, ſed deſiderando in ejus vaſ-
ſallis ſtatum laicalem, tanquam conditionem ſeu qua-
litatem, ſine qua ejus intentio non ſit concedendi, ut
d. diſc. 54. & in aliis proximis.

In militiarum verò Eccleſiaſticarum profeſſoribus,
87 aliqua non improbabilis dubitandi ratio cadit, quod
iſtis benè congruat ſtatus militaris, ob quem ſervi-
tium feudo proprio connaturale præſtari valeat; At-
que in iis militiis, quæ licet Eccleſiaſticæ ac Apoſto-
licæ Sedis auctoritate erectæ, verùm tamen regularem,
ſeu religioſum ſtatum non inducunt: magis receptus
uſus inhabilitationem non inducit, niſi particularis
ſcripta vel non ſcripta lex aliter ſtatuat; In iis verò
militiis, in quibus jam ſolemniter ac validè profeſſi,
verum religioſum ſtatum aſſumunt, ideoque ſub Cle-
ricorum nomine veniunt, ut præſertim milites Hie-
roſolymitani cenſentur, regula eſt negativa, in ple-
riſque tamen ditionibus vel Provinciis, de conſuetu-
dine limitata.

De facili tamen per principem, ſeu Dominum ha- 88
bilitari ſolent eo modo, quo cernimus frequenter ha-
bilitari ad ſæcularia officia, quæ juriſdictionem, ac
adminiſtrationem connexam habeant, vel ad munera
militaria Principum ſæcularium, ad quæ non ità de
facili Clerici ſæculares vel Regulares Clauſtrales ha-
bilitantur.

Extra controverſiam verò eſt, ut hic ſtatus mili- 89
taris, abſque ſolemni irretractabili profeſſione, atque
in ſtatu novitiatus talem inhabilitatem non inducat,
ut *diſc. 16.*

Adhuc tamen frequens praxis docet Prælatos, a- 90
lioſque Eccleſiaſticos, Principum ſæcularium feuda-
tarios eſſe ratione feudi, quod Eccleſiæ per eos admi-
niſtratæ conceſſum ſit; Atque ubi de feudali qualitate
conſtat omnis quæſtio ceſſat, cadere ſolita in ambiguo
an ſcilicet Caſtrum à Principe laico conceſſum, de 91
cujus titulo non conſtet jure feudi, vel allodii cen-
ſendum ſit, allodialitatis præſumptione aſſiſtente,
etiam ubi in privatis, in contrarium ſit regula; Et
quatenus jure allodii, an iſtud verum & proprium ſit,
quod ipſius Principis laici ſuperioritatem, ac altum do-
minium excludat, de quo in ſua ſede *diſc. 60. & in*
aliis proximè.

Sive autem ex particulari Domini indulgentia &
diſpenſatione; ſive ratione Prælaturæ ac adminiſtra- 92
tionis Eccleſiæ, cui feudum competat, Clericus, vel
Eccleſiaſticus feudum poſſideat in iis, quæ ad ipſum
pertinant feudum, ejuſque annexa, non autem in aliis,
fori clericalis exemptione, ac privilegio non obſtanti-
bus Domino quamvis laico ſubditus eſt, ejuſque foro
ſiſtitur.

Hinc proindè in Papa non levis eſt quæſtio, an iſta
capacitas detur, obtinendi feudum ab alio; Aliquibus 93
affirmativam indubiè tenentibus, quaſi quod Ponti-
ficia dignitas tollere non debeat illam capacitatem,
quam quilibet privatus obtinet; Aliis autem id ne-
gantibus, eo quia incompatibile ſit; Summum Ponti-
ficem, ac primam Apoſtolicam Sedem omnium Princi-
patuum ſupremam, ejus ſubdito ac inferiori vaſſallag-
gium, ac ſervitium debere, quodque proptereà Caſtra,
& loca per alios Principes Romanæ Eccleſiæ vel
Apoſtolicæ Sedi conceſſa, pleni allodii naturam
aſſumant, nilque in concedente remaneat, ut
in conceſſionibus, quæ inferioribus Eccleſiis fiant,
remanere compatibile eſt; De his autem in ſua
ſede, cum id non de facili certam recipiat deter-
minationem, ſub compendio explicabilem, ut *eod.*
diſc. 60.

Fœminæ item ad feudi recti, ac proprii aſſequutio-
nem, vel retentionem inhabilitatæ ſunt, omneſque 94
ab eis tanquam ex infecta radice deſcendentes, cum
feudales communes conſuetudines, maſculos agna-
tos tantum regulariter feudorum habiles præſuppo-
nant; Niſi Regionis vel Principatus peculiaris
ſcripta lex, aut inveſtituræ formula, aliter non
diſponat, ut præſertim in dictis utriuſque Regni feu-
dis, aliarumque Italiæ ditionibus frequentior uſus
docet.

Iſto autem accedente fœminarum, vel ab eis
deſcendentium vocatio ſubſidiaria eſt, in maſculini 95
ſcilicet ſexus defectum, expectato tamen tempore
apertæ ſucceſſionis, unde proptereà maſculorum

ſupervenientia, jus fœminæ, jam quæſitum, imò le-
gitime delatum, quamvis non agnitum, non tollit,
cum feuda tanquam ſpecies beneficiorum Eccleſiaſtico-
96 rum adminiſtrationem annexam habentia vacare, at-
que in ſuſpenſo ſtare non valeant, quamvis futuræ
exiſtentiæ priùs vocati ſpes duret; Quæ tamen ſuſ-
penſio datur in allodialium fideicommiſſis ac primo-
genituris & majoratibus, non tamen in illis Hiſpa-
niæ, ubi denegata ſuſpenſione, idem quod in feudis ac
beneficiis receptum eſt.

Attentaque feudalium conſuetudinum generalium
97 diſpoſitione, ſexus fœmininus, aliique ab eo origi-
nem trahentes, maſculino agnatitio exiſtenti in feu-
dis veris, & propriis locum cedunt, quamvis remo-
tiori, non curatis lineæ gradus, vel ætatis præro-
gativis.

In præfatorum autem utriuſque Siciliæ Regnorum
feudis (ut præmiſſum eſt) individuis, cum ordine pri-
98 mogenituræ, ſeu jure Francorum regulandis, secùs
eſt, quoniam juxta primogenitorum ordinem ſeu na-
turam, linea primum occupet locum, eique cedunt,
nedum gradus vel ætas, ſed quod fortius eſt, etiam
99 ſexus; Ideoque magis receptum eſt, ut neptis ex pri-
mogenito prædefuncto, quamvis ſexus, gradus, ac
ætatis diſparis, ac inferioris conditionis, adhuc ta-
men ex prærogativa lineæ per ejus parentem, ſaltem
habitualiter tranſmiſſæ, vincat filium ſecundogeni-
tum, ac patruum reſpectivè, ut infra in ſucceſſionum
Rubrica, *de fæminarum, vel ex eis deſcendentium
concurſu, diſc.* 11. 53. & 53.

Illegitimorum natalium defectu laborantes, qui in
100 eo ſtatu perſeverent, eorumque deſcendentes,
quamvis legitimè procreati, utpotè ex infecta radice
inhabiles reputantur; Niſi macula abluta ſit per ſub-
ſequens matrimonium, quod data habilitate de tem-
pore procreationis, ejus conſuetum effectum retro-
101 tractivum operetur, cum tunc etiam ad effectum
ſucceſſionis feudorum, à vere inconſtantia legitimi
matrimonii procreatis, ita legitimari non differant, niſi
lex inveſtituræ, vel mos regionis procreationem
in conſtantia matrimonii, expreſſe exigat; ut in
diſc. 5c.

Ubi verò legitimatio ſequatur ex privilegio, Diſ-
tinctio eſt inter eam, quæ directè ac immediatè con-
102 cedatur à ſupremo Principe, qui derogandi legibus,
atque tollendi jus alterius poteſtatem habeat, ipſeque
ſit etiam feudi dominus, Vel feudum ſub ejus Princi-
patu ac imperio exiſtens concedatur ab eo, qui ſibi
omnino ſubordinatus eſt, ac ſubditus in omnibus;
Et illam, quæ concedatur ab inferiori Magiſtratu,
legitimandi facultatem ab eodem Principe ha-
bente.

In prima enim ſpecie, quoties natalium reſtitutio
generalis ac indefinita ſit, nullam habens conditio-
nem vel reſtrictionem, eaque obvenit re integra, &
ante factum caſum ſucceſſionis (niſi agatur de con-
curſu filiorum vel aliorum ejuſdem gradus, qui verè
legitimi, & naturales ex matrimonio procreati ſint,)
jure legitimorum habendi videntur, etiam ad hunc
effectum, niſi regionis, vel ipſius inveſtituræ ſcripta,
vel non ſcripta lex aliud diſponat.

Cadente quæſtione, ubi re non integra, & poſt
103 factum caſum ſucceſſionis vel delationis, ea conce-
datur, adeout jus quæſitum, vel delatum remotiori
agnato legitimo tollat; Aliquibus opinantibus, po-
teſtatis etiam defectum in Principe, iſto caſu concur-
rere; Contrarium vero quoad ea, quæ forum externum
concernunt, verius eſt, ubi clara ſit voluntas, in du-
104 bio excludenda, cum in iis quæ à lege poſitiva ma-
nant, Princeps plenam habeat poteſtatem; Quod ge-
neraliter in aliis impedimentis, vel habilitatibus,
ratione Clericatus vel ſexus, aut infirmitatis, ac ſimi-
lium procedit, cum eadem ſit ratio, ut *ſub tit. de Re-
galibus diſc.* 148.

In altera verò ſpecie legitimationis ab alio infe-
riori conceſſæ, cujus facultas aliquam non habeat reſ-
trictionem, ad cujus limites operativa tantum eſt,
etiam in rebus indifferentibus, Diſtinctio eſt, an aga- 105
tur de feudo merè hæreditario, ac improprio, ut ſupra
jure allodii regulanda & recipienda veniunt ea, quæ
in rebus indifferentibus in jure communi Romano-
rum, vel alio municipali ſtatuta ſunt, ea præſertim
attenta circumſtantia, an legitimatio de voluntate ejus,
de cujus jure hæreditario, ac liberæ diſpoſitionis agi-
tur, ſequuta ſit, juxta ea, quæ teſtatæ vel inteſtatæ,
aut fideicommiſſariæ ſucceſſionis materiam percu-
tiunt, ac determinata ſunt; In veris autem, ac pro-
priis feudis formam pacti & providentiæ vel mixtam
habentibus verius eſt hanc inferioris legitimationem
non ſufficere.

Ea quoque ſpecialitate in hac feudali materia acce- 106
dente, ut quamvis ſupremi Principis, vel alterius,
vera plenaque natalium reſtitutio ſufficiat, etiam pro
indifferentibus bonis extra legitimantis ditionem vel
poteſtatem non exiſtentibus, non tamen in feudis veris
pacti & providentiæ vel mixtis, quæ non ſint ſub le-
gitimantis imperio, ac ditione ſufficiat.

Quinimò plurium ſenſus eſt, atque aliquarum ditio-
num praxis docet, ut neque ſufficiat illa domini di- 107
recti, magiſque ſupremi in ea ditione, quæ jure feudi
Regalis, cum ſupremo Imperio, ac jure Principatus
omnibuſque majoribus Regalibus poſſideatur; Super
quo tamen veritati integer locus relinquitur qualis
qualis illa ſit; Ex locorum tamen legibus, vel
receptis moribus frequentiùs determinationem reci-
piens.

Surdus & mutus in feudo vero, ac proprio inha- 108
bilitati ſunt. Pluresque aliæ per feudiſtas recenſentur
inhabilitates in foro minus frequentes, ut puta ratione
amentiæ, cenſurarum, banni, reatus læſæ majeſtatis
divinæ, vel humanæ, cum ſimilibus.

Satis peregrina quæſtione cadente in feudis indivi-
duis, uni tantum juxta prærogativam lineæ, atque 109
in ea deferendis juxta prærogativam gradus, vel in
iſtius æqualitate, ex prærogativa ſexus; An exiſtentia
ſurdi, & muti, vel Clerici, ſeu alias inhabilis haben-
tis prærogativam, quæ potioritatem concedat, impe-
diat feudum deferri alteri de diverſa linea, qui ſit eo
ætate minor, major autem aliis capacibus de linea im-
pediri, ut in ſua ſede, *diſcurſ.* 53. *& in deciſ. Siciliæ
in eodem caſu.*

Omnes hujuſmodi inhabilitates ceſſant, acceden- 110
te explicito, vel implicito diſpenſativo conſenſu Do-
mini, quatenus de prima conceſſione, ſeu alias de
ipſius diſpenſantis præjudicio agatur; Quæſtione ca-
dente, ubi tertii præjudicium accedat, quod determi-
nationem recipit à ſuperius inſinuata diſtinctione,
an ſit ſupremus, vel inferior, ut *d. diſc.* 148. *de
Regal.*

Putarunt aliqui, ut hujuſmodi diſpenſationes vel
habilitationes feudi ſubſtantiam corrumpant, illud- 111
que in diverſam tranſire faciant naturam bonorum
allodialium, ac indifferentium, quorum jure cenſen-
dum ſit; Quod tamen minus verum eſt ubi alia recti
ac proprii feudi requiſita concurrant cùm ità dicatur
feudum in ea parte improprium in reliquis autem
ſuam retinens naturam, ut alibi etiam advertitur,
& *diſc.* 15.

VI.

Quando dicatur feudum rectum, & proprium, & de illius conſtitutione, & probatione, aliiſque neceſſariis requiſitis; Vel potius dicatur improprium & corruptum.

Nimium refert naturam feudi perſcrutari, & an 112
ſit rectum, ac proprium, vel potius improprium,
ſeu

ſeu corruptum ; Primo etenim caſu , juxta leges , vel
cõſuetudines feudales eſt regulandum,atque verumfeu-
dum dicitur,illis exceptis partibus, in quibus corrup-
tum vel alteratum ſit,ſecus autem in ſecundo , in quo
bona ſolam feudi nuncupationem , ſeu vocabulum
habendo in ſubſtantia , potius allodialia cenſenda
ſunt , ideoque jure communi , tanquam de rebus in-
differentibus ac allodialibus , non autem feudalibus
regulanda ſunt.

Ad unam autem , vel alteram ſpeciem ſeu naturam
113 dignoſcendam feudiſtæ (magis verò juris communis
potius , quàm feudalis profeſſores, ac periti) nimiùm
ſe involviſſe videntur ; Aliqui enim juridicè ſuppo-
nentes, ut perſonale ſervitium ſit feudi eſſentiale re-
quiſitum , opinati ſunt , eo ipſo feudum improprium
& corruptum eſſe, quod nullam inveſtitura contineat
obligationem ſervitii , quod proinde remiſſum
cenſeatur , vel quod de certa reali præſtatione cau-
tum ſit.

Verùm erronea opinatio eſt , quoties expreſſa
114 remiſſio , vel præciſa , ac taxativa reſtrictio ad reale
onus non accedat , cum etiam abſque expreſſione
ſervitii , iſtius obligatio , da ipſius feudi natura
ſubintelligenda de jure veniat,atque fidelitati inſit.

Alii verò ſervitii remiſſionem deſumunt ex illa
115 inveſtituræ clauſula , quod concedatur *franchum* vel
nobile (quod *franchò* æquipollere , plurium ſententia
eſt ;) Sed pariter claro æquivoco hæc opinio labo-
rat , cum hujuſmodi clauſulæ , vel ſimiles, ex antiquis
inveſtiturarum formulis,pro regionum ſtylis,ac mori-
bus diverſis emanent , honorificentiæ , vel alicujus
præeminentiæ gratia ad differentiam illius antiquæ
(hodie ſaltem in Italia oblitæ) feudorum ſpeciei ,
quæ ignobile , ac ſervile mechanicum onus annexum
habebat.

Credont alii fœminarum , vel Clericorum , ſive
116 extraneorum hæredum habilitationem , aut alie-
nandi facultatem ſingulariter ac diſcretivè hanc im-
propriationem inducere ; Sed clarius eſt æquivocum
eorum , qui ut ſupra juris communis potius , quam
feudalis peritiam habent , cum nimium frequens , re-
ceptaque praxis doceat etiam in majoribus,ac Regali-
bus feudis dignitatis , in quibus de vera , ac propria
feudalitate nefas eſt dubitare , aliquam ex hujuſmodi
impropriationibus accedere , præſertim illam coæ-
qualis , vel ſubſidiariæ fœminarum habilitationis,
quæ frequens eſt , ac penè connaturalis hodiè reddita
videtur ; Ut etiam habilitatio Clericorum pro Ditio-
num , ſeu Regionum qualitate , ac moribus ; atque
altera pro illa alienandi facultate, quam ob feudorum
frequentiam , ex juſto commercii motivo , conſue-
tudo induxit.

Ita enim ex his, vel ſimilibus,alterativis qualitatibus
117 reſultat , ut ſit quidem feudum in aliquo à recti,ac pro-
prii feodi natura devians , in parte tamen alteratum , in
reliquis verò ſuam retineat naturam.

Prout erronea eſt opinio volentium , ut feudum,
118 quod non gratuitò , ſed pecunia , vel alia æquivalenti
recompenſa mediante,conceſſum ſit (quod emptitium
appellari ſolet ;) omninò improprium ſit , allodii
naturam habens , cum nimium frequentem habeamus
uſum illorum feudorum , quæ extra controverſiam
talia ſunt , ita quæſita , vel conceſſa.

Magiſque erronea eſt altera opinio , ut cauſa meri-
torum (poriſſimè verò , ubi hæc ad ſpeciem deducta
119 ſunt) hunc effectum producat , cùm meritorum re-
munerationem , feudorum matrem, vel cauſam eorum
uſus , ac introductionis fuiſſe , certum ſit ; Emeritis
etenim , ac fidelibus , non autem demerentibus , ac
ignavis , vel ignotis , hujuſmodi conceſſiones con-
gruunt.

120 Neglectum quoque fidelitatis juramentum , hanc
impropriationem cauſare aliqui opinati ſunt, ſed etiam
malè , cum hoc ſit quidem non leve feudalitatis ar-
gumentum , non tamen adeò neceſſarium , ut ejus
omiſſio feudi ſubſtantiam corrumpat.

Ruſticitatem item feudi , ſeu carentiam juriſdictio- 121
nis & imperii , idem operari , aliquorum opinio eſt ;
Sed pariter erronea , cum juriſdictio, vel civilitas,non
ſit feudi eſſentiale , ſeu neceſſarium requiſitum ; Dari
enim poteſt etiam in eadem conceſſio Caſtri in feu-
dum , & illa juriſdictionis in allodium.

Econverſo autem ex juriſdictione ac imperio , ſive
ex juramento fidelitatis , aut aliqua ſervitii , vel ſub- 122
jectionis præſtatione, veram ac propriam feudalitatem
reſultare ; Aliqui arbitrati ſunt, adhuc tamen erroneè
cum hæc aliquam impropriam , ac remotam feudali-
tatem perſentire videantur , pro Principis,vel alterius
ſuperioris alto dominio , ac ſuperioritate denotanda
in veri ac proprii independentis allodii excluſionem ;
corrupta in reliquis propria feudali natura , illaque
allodii potiùs attendenda.

Compertum igitur eſt, hanc facti potiùs quam juris
quæſtionem eſſe, ideoque certam ac determinatam juris
regulam, ſeu theoricam non recipere , ſed pro ſingulo- 123
rum caſuum qualitate, & circunſtantiis præſertim verò
pro Ditionum, ſeu Regionum legibus vel moribus de-
terminandam eſſe ; Prædictis , ac ſimilibus admini-
colis , vel argumentis pro una , vel reſpectivè altera
natura ſeu qualitate attendendis pro eorum numero
& qualitate , ac præponderantia , *ut de hac materia
feudi proprij,& improprij eod. diſc.* 11.

Ceſſant verò hujuſmodi ambiguitates , & quæſtio-
nes in illis Ditionibus , vel Regionibus , in quibus 124
feudorum codices , ſeu libri diligenter recti haben-
tur,ut præſertim praxis docet pluries enuntiari Regni
Siciliæ citra , ſeu Neapolitani , in quo feudo-
rum libri , ſeu codices diligentiſſimè tenentur ,
Quaterniones ibi appellati , undè *quaternato-
rum* , & *non quaternatorum* feudorum termini pro-
dierunt.

Ubi etenim in quinternionibus deſcripta ſunt
(undè *quaternata* dicuntur) ſunt feuda vera, & pro- 125
pria , quæ ibi dicuntur *in capite* ; Ubi verò non ſunt
deſcripta , impropria ſunt , ibi nuncupata *plana & de
tabula* , allodialium jure cenſenda; Datur tamen quæ-
dam mixta qualitas explicari ſolita ſub nomine *feudi
quaternati ſecundum quid* , quia nempè feudum obti-
neatur à feudatario , de conſenſu tamen Regis , undè
propterea non ſit propriè feudum directè obtentum à 126
Rege , quod dicitur *in capite*, ſed ratione aſſenſus de-
ſcribatur in quinternionibus , iſtoque caſu , de utra-
que participat qualitate , atque juxta quæſtionum di-
verſas ſpecies , uno , vel altero jure eſt regulandum ;
ut in ſua ſede *diſc.* 7.

Atque generaliter Domini libris , in quibus feuda
deſcribi ſolent , nimium deferendum eſſe , pro affir-
mativa vel negativa receptum eſt,quamvis iſtud vehe- 127
mens quidem adminiculum ſit , non tamen neceſſa-
rium requiſitum , cujus defectus feudi ſubſtantiam
corrumpat.

Inveſtitura feudi veri connaturale requiſitum eſt ,
non tamen ſcripturæ neceſſitas urget , cùm propriè 128
inveſtitura in ipſo actu traditionis ipſius feudi , vel ſi-
gni uſitati , puta enſis vel annuli , ſeu loricæ, vel ba-
culi , conſiſtere dicatur ; Nimiùm tamen refert ſcri-
pturam adeſſe in conſueta forma privilegii, vel inſtru-
menti ad certiorem ac faciliorem probationem.

Ubi autem copulativus defectus accedit inveſtituræ
ac ſervitii , magna reſultare videtur probatio, feudalis
qualitatis excluſiva, contrariam tamen non excludens 129
meliorem probationem ; Atque ad affirmativam vel
negativam , nimium quoque confert obſervantia cir-
ca petitam vel neglectam eam renovationem , quæ
per novum feudi ſucceſſorem de jure feudali petenda 130
eſt , ut in renovationis rubrica , Non excluſis aliis
argumentis , ac probationum ſpeciebus pro facti qua-
litate.

Ad veri tamen, ac proprii ſeudi nobilis qualitatem
deſumendam, potiſſimum attendenda eſt Domini qua-
131 litas, & an indicendi belli jus habeat, in quo veri-
ficabile ſit perſonale, ac militare ſervitium, quod vi-
detur feudi veri ac proprii eſſentiale requiſitum, ut
ſuprà quoque advertitur, *diſc. 52.*

VII.

De oneribus, & ſervitiis, ad quæ feudatarius tenetur erga dominum, & è converſo de oneribus, & de obligationibus Domini erga feudatarium.

UBi ex lege univerſali ſcripta, ſeu non ſcripta,
omnium feudorum ejuſdem dominii vel regionis,
vel ex particulari lege inveſtituræ, certum ſervitium
132 præſcriptum eſt, illud extra controverſiam præſtan-
dum eſt, quod pro fere communi uſu, ubi præſertim
agitur de Domino, qui frequentiùs ejus Principatum,
vel dominium pacificum habet, ad aliquam realem
præſtationem annuam, loco ſervitii, vel homagii ſu-
brogatam redactum eſt, ut præſertim contingit in
dicto citerioris Siciliæ, ſeu Neapolitano Regno, ubi
loco ſervitii annua quædam præſtatio ſolvitur ſub *adhoa*
vocabulo ibi explicata; Quæſtione cadente; an, &
quando hujuſmodi præſtationis neglecta ſolutio ca-
ducitatem cauſet, & an moræ æquitativa purgatio
concedenda ſit, quod pro variis provinciarum vel do-
133 minorum legibus, vel ſtylis diverſam recipit deter-
minationem, ut infra in propria devolutionis, vel ca-
ducitatis Rubrica *diſc. 5.*

Per hujuſmodi autem realis præſtationis obligatio-
nem, ac ſolutionem) poſito feudo vero, ac proprio)
134 non ceſſat obligatio fidelitatis ac reverentiæ, minuſ-
que altera ſervitii perſonalis, ubi præſtari poteſt, vel
per ſubſtitutum in bello, aliiſque Domini urgentibus
neceſſitatibus & occurrentiis, quod tamen certam, ac
determinatam regulam generalem non recipit, cum
dominiorum ſeu regionum leges, vel mores in hoc
totum faciant.

Qualia verò ſint ea ſervitia, vel obſequia, ſeu fide-
litatis argumenta, quæ feudatarius Domino præſtare
tenetur, & quando ab eis reddatur excuſabilis, præ-
135 ſertim verò ubi idem ſit plurium Dominorum feuda-
tarius, ſeu vaſſallus, cui potius ſervire & obedire, ac
fidelitatem ſervare teneatur, quodque naturali & ori-
ginario, ſeu ei, in cujus ditione major pars feudorum
habeatur, agitur in ſua ſede.

Et quid concurſu utroſque mediati, ac immediati
136 Domini, ut immediato potius quam mediato tenea-
tur, habetur infra in dicta devolutionis, & caduci-
tatis Rubrica, ubi de fellonia, aliiſque caducitatis
cauſis.

137 Quemadmodum autem feudatarius Domino ſer-
vire, obedire, ac fidelis, & obſequens eſſe tenetur,
ita è converſo ex correlativorum natura, Dominus te-
netur feudatarium protegere, ac tueri.

Hinc proindè ſi Dominus pro recuperatione feudi,
quod citra feudatarii culpam, ab ejus inimicis vel
alias occupatum ſit, ſeu pro defenſione, ac tuitione
ne occupetur, expenſas faciat, aliaque damna patiatur,
non petit à feudatario refectionem, quæ è converſo
competit feudatario, ſi de proprio eas magnas, ac no-
138 tabiles faciat pro hujuſmodi recuperatione, vel tuitio-
ne expenſas, ad quas Dominus tenebatur, ut *diſc. 57.*
& 58. Quod tamen pro communi uſu, neque certam
ac generalem regulam recipit, ſed pro dominiorum, ac
regionum moribus, vel feudorum qualitate deciditur,
ubi ſcilicet feuda inferiora ſint; ſub Domini omni-
moda ſubjectione, ac obedientia, & ſervitio, ex qui-
bus de conſequenti tutelæ, ac protectionis onus in
Domino reſultat.

Secus autem ubi agatur de feudis Regalibus ac veræ
139 Dignitatis, cum omnimodo Imperio, & Regalibus,
jureque Principatus, ac belli indicendi ſolùm lato,
ſeu altiſſimo dominio, ac homagii recognitione re-
ſervatis, abſque aliâ ſervitii, ac obedientiæ, & ſub-
jectionis obligatione, cum tunc ipſe feudatarius ſe
ipſum tueri teneatur.

Quia verò forus rarò, vel unquam audit has quæ-
ſtiones, quæ non per Iuriſtarum regulas, ſed per ea
inſtrumenta, in quibus ultima ratio rerum conſiſtit,
decidi ſolent (Iuriſtarum traditionibus ac opinioni-
bus ad colorem, ſeu prætextum frequentius deſer-
vientibus;) Hinc proindè parum congruum, ac ada-
ptatum eſt, deſuper ſub compendio juris regulas, vel
theoricas, ac propoſitiones ſtatuere ſed in ſua ſede vi-
dendum, dum ex jam inſinuatis eorum, quæ in foro
agere occaſio dedit, aliquem guſtum ſub compendio
præbere ſolum animus eſt.

VIII.

Quid veniat ſub conceſſione feudi; Et præſertim, & quæ Regalia, aliaque jura conceſſa vel reſervata cenſeantur.

Et de imperio, juriſdictione, juribus, ac præeminentiis feudatarii in feudo, & in Vaſſallos, iſtorumque obligatione; Et è converſo de ejuſdem feudatarii obligatione erga vaſſallos.

INveſtituræ lex ubi habetur per ſcripturam in for-
ma privilegii vel inſtrumenti, illa ſervari, ac at-
tendi debet, ubi eſt clara; ſi verò ambigua, tunc ob- 140
ſervantiæ, tanquam optimæ interpreti, nimium de-
ferendum eſt; Atque ubi una vel altera, vel utraque
particularis deſit, adeout non valeat irà quæſtio de-
cidi, tunc leges vel mores generales Principatus, vel
Regionis attendi debent.

Potiſſimè autem attendenda eſt feudi qualitas, vel
natura, àn ſcilicet ei congruant, necne Regalia præ-
ſertim majora, ſeu etiam inferiora, Ut purà jus belli; 141
Cuſſio monetarum, poteſtas condendi leges, eiſque
derogandi, vel diſpenſandi; Ius vectigalium, ac pe-
dagiorum, & tributorum; Fodinæ auri, & argenti;
aliorumque metallorum, & mineralium, & ſalinarum;
Jus fiſci pœnalis, vel ſucceſſoris in bonis vacantibus;
& ſimilia, quæ Regalia, vel ſupremo Principi reſer-
vata eſſe ſolent; Ut etiam pro Regionum qualitate
cenſeri ſolent, magni venationum, ac piſcationum re-
ditus, & ſimilia.

Ubi etenim de feudo Regali ac veræ Dignitatis agi-
tur, quod omnimodum imperium, ac jus Principatus 142
redoleat, tunc regula eſt, ut (excepto alto, ſeu al-
tiſſimo dominio, quadamque majori ſuperioritate)
omnia hæc veniant; niſi lex inveſtituræ, vel conſuetu-
do, aut Domini generalis lex (ad cujus normam infeu-
datio in dubio facta cenſetur) aliter ſtatuat; Ideoque
rarò forus hujuſmodi quæſtiones audit, quas per
juris tramites in forma judiciali decidere o-
porteat.

Eis frequenter cadentibus in illis Inferioribus feu-
datariis, Domino magis ſubordinatis, ac omnimo-
dam obedientiam, & ſubjectionem profitentibus, qui 143
ad differentiam feudatariorum veræ Dignitatis,
Principum nuncupationem habentium, ac figuram
facientium Baronum, ac Domicellorum nuncupatio-
nem habent, ac figuram faciunt quamvis alicujus abu-
ſivæ Dignitatis titulo decorati ſint, ut præſertim ſunt
in Italia Barones & feudatarii Regnorum utriuſque
Siciliæ, & Status Eccleſiaſtici immediati, ac ſimiles
An ſcilicet iſtis hæc jura Regalia, præſertim verò
ea, quæ media, vel minora dicuntur à ſupremo
Principatu, ejuſque Corona congruè ſepara-
bilia veniant, atque conceſſa dicantur, ſeu aliàs com-
petant.

Regula verò in dubio negativa eſt, ex juris præ-
ſumptione deducta, contraria probatione quamvis 144
admi-

Digitized by Google

adminiculativa, elidibili, adeout facti potius, quam
juris quæſtio videatur; Nimium autem refert (ut praxis
docet) inſpicere, an agatur de vero ac proprio feu-
datario, qui ex Domini munificentia, vel titulo etiam
oneroſo, feudum, ita inferioris ordinis, vel ſubor-
dinatum juxta ejus propriam ac regularem naturam
receperit; Vel de illo Civitatum, Oppidorum, vel
Caſtrorum Domino, & poſſeſſore libero in purum allo-
dium cum totali imperio, omnibuſque Regalibus,
abſque certo dominii vel poſſeſſionis initio, ut fre-
quens erat proxime decurſis ſæculis, præſertim in Ita-
lia Domicellorum uſus.

Poſtmodum verò jus, vel aliud verbum ex eiſdem
litteris (una locum alteri cedente) compoſitum, eum
impulerit ad recognoſcendum in Dominum ſupremum
illum Principem, quem ratione adjacentiæ, vel op-
portunæ protectionis, aut prioris dominii reliquas vel
argumenta recognoſcere judicaverit per homagii præ-
ſtationem, ac fidelitatis juramentum.

Primo caſu, ut ſunt feudatarii, ac Barones utriuſ-
que Siciliæ Regnorum, (quorum, ut jam inſinuatum
145 eſt, uniformis eſt ſubfeudorum natura, ſeu qualitas)
Regalia tam primi, quam ulterioris ordinis Regi re-
ſervata cenſentur, neque ſub feudali inveſtitura ve-
niunt; niſi peculiare privilegium, vel immemorabilis
conſuetudo, quæ privilegii, vel alterius tituli me-
lioris vim habet, aliquod jus Regale (ex illis tamen
inferioris ordinis) concedat, ut puta in jure collec-
tandi, & in jure privativo, ſeu prohibendi, & ſimi-
libus.

In altero autem caſu, (exceptis Regalibus majori-
146 bus, quæ à ſupremo Domino abeſſe non debent nec
poſſunt, ne ſibi æqualem habeat, quod in jure damna-
tur) in reliquis dictam implicantiam non habentibus
nil ſuadere, ſeu prohibere videtur cur id quod antea
obtinebatur, continuari non debeat; Semper tamen
obſervantiæ nimium deferendo, ut *de hac materia Re-
galium diſc. 63. & 64.*

Quamvis enim in Ditione temporali, Eccleſiæ præ-
147 ſertim, vix obſervantiæ præſcriptivæ caſus detur, ob
decretum irritans in Apoſtolicis Conſtitutionibus
adjici ſolitum, quod quamcumque inficit poſſeſſio-
nem, ſine qua præſcriptionis initium impediti dicitur;
Ubi tamen ità res ambigua ſit, quod interpretationis
capax exiſtat, eidem obſervantiæ tanquam interpreti
148 obſtaculum non obeſt; Ac etiam quia eſſet violare le-
gem, ac fidem, ſub qua ille, qui ſaltem de facto non
erat ſubditus, talem ſe fecit, *ut dicto diſc. 63. ac etiam
diſc. 72.*

Quia vero aliquibus nimium benemeritis, Domi-
nus aliquas inſolitas, ac majores prærogativas conce-
dare ſolet, ut præſertim in dicto Neapolitano Regno
149 praxis docet, circa ſecundæ, ac etiam tertiæ inſtan-
tiæ competentiam; Sive circa derogationem privi-
legii electionis ac variationis fori, tum ſimilibus;
Hinc dubitari ſolet, an devoluto feudo, eoque
poſtmodum alteri conceſſo abſque alia expreſſione,
Idem privilegium tanquam reale, ac feudo jam an-
nexum, repetitum quoque cenſeatur, quod ab inveſti-
turæ clauſulis ac verbis, vel ab identitate rationis ob
conſimilem benemerentiam, vel ex eo, quod conſtet
privilegium conceſſum fuiſſe in forma reali, potius
quam perſonali, aliiſque ex circumſtantiis hanc vo-
luntatem veriſimiliter ſuadentibus, deciſionem reci-
pit pro facti qualitate; Regula in dubio exiſtente ne-
150 gativa; Eademque Regula, ac reſpectivè limitatio in
Dignitate, vel titulo procedit.

In iis autem bonis, quæ jura allodii intra feudi
fines per feudatarium poſſeſſa, ratione publicationis,
vel alias cum feudo ad Dominum devoluta ſunt; Quæ-
151 ſtio cadere ſolet, an feudo annexa, & incorporata
cenſeantur, adeout in feudo, quod ſimpliciter alteri
poſtmodum conceſſum eſt, veniant nec ne, quod
facti potius ac voluntatis quæſtionem continet, quàm
juris; Vel quia ex facti circumſtantiis conſtet, ab
ipſo primo poſſeſſore, bona feudo annexa eſſe, ideo-
que feudalem naturam aſſumpſiſſe; Vel quia inveſti-
turæ verba, ſeu alias deſumpta Domini voluntas
idem ſuadeat, ut *diſc. 3.*

Magno reſultante argumento à pretii quantitate
voluntatem regulante; vel ſatis arguente, quando em-
ptitia vel alias correſpectiva ſit conceſſio.

Iuriſdictio, ac Imperium, feudo pernereſse an-
nexa non ſunt; Statque ſimul feudum eſſe penes unum
juriſdictionem autem penes Dominum, vel penes al-
terum; Sive utrumque penes eundem diverſo jure,
unum ſcilicet in feudum, & alterum in allodium, vel 152
ejuſdem naturæ, ſed à diverſis fontibus, ut *diſc.
62.*

Ejuſdem autem juriſdictionis majoris, vel mino-
ris annexio à Provinciarum, vel Regionum legibus,
vel moribus derivat, ideoque certam regulam non
habet.

In Italia etenim ut plurimum (cum raro contra-
rio exemplo diverſo) juriſdictio annexa eſt feudo,
vel Baroniæ, cum aliqua majori, vel reſpectivè mi-
nori ſubordinatione Domino, ejuſque Magiſtratibus, 153
juxta ſingulorum Principatuum leges, ac mores; In
Germania verò longe major eſt feudatariorum juriſ-
dictio, ac poteſtas; Et in Hiſpania, & Gallia (ut
fertur) vel nulla, vel ſatis modica eſt; quaodam ho-
norificam præeminentiam redolens, quoties alicujus
Regii muneris robur adjunctum non ſit, quamvis ti-
tulus vel Dignitas adſit; Licet præſertim in Hiſpania,
feudorum proprius uſus haberi non videatur, ſed to-
tum ſub illorum majoratuum ac primogeniorum no-
mine poſſideatur, Illis majoratibus, ac primogeniis, ac
titulo decoratis ib. facientibus eam figuram, quam
in Italia & Germania faciunt feuda.

Qualis autem ſit juriſdictio feudatarii, vel Baronis
& quomodo exerceri debeat, & quantum ſe extendat;
Sive an ſit cumulativa, vel privativa cum Principe 154
ſeu Domino, & quæ delicta ſint de reſervatis Prin-
cipi, ad feudalem materiam non pertinet, ſed potius
juriſdictionalem, ideoque ibidem tanquam in pro-
pria ſede videndum; Ac etiam in alia ſede Regalium
ſuper jure concedendi abolitiones & gratias, ac ſecu-
ritates, quæ ſub ſalvi conductus nomine explican-
tur.

In ordine verò ad feudi incolas, feudatarii præ-
rogativæ diverſæ ſunt pro Regionum, ſeu Ditionum
legibus ac moribus, ipſorum feudorum uſibus, tam 155
circa primi Civis præeminentias in paſcuis, aliiſque
civicis uſibus, & commoditatibus, quam circa alias
civicas præeminentias; Ac etiam pro diverſis regio-
num moribus in dicto præſertim citerioris Siciliæ
Regno pro coactione unius vaſſalli, ad ei ſerviendum
in munere œconomico, ſeu adminiſtratorio fructuum
feudi ſub *Aerarii* vocabulo explicari ſolito, quam
circa quoddam adjutorium pro filia maritanda, vel in
primogeniti ſuſceptione aut alia contingentia per
vaſſallos Domino præſtandum; Sive circa munera,
quæ certis anni ſolemnitatibus, ex benevolentia uſi-
tata in neceſſitatem tranſierunt.

Cadente quæſtione, an devoluto feudo, hæc mu-
nera, vel alia ſervitia; quæ de jure debita non ſunt,
ſed benevolentiæ, ſeu facultatis initium habent, cum 156
feudo ad Dominum devolvantur; Regula verò eſt
negativa, niſi facti qualitas limitationem ſuadeat.

Frequentes item eſſe ſolent clamores, vel re-
curſus Vaſſallorum adverſus Barones; Vel ſuper dicto
immoderato civico uſu paſcui, quando iſtud commu-
nale ſit; Vel circa nimis reſtrictum, ipſorum Vaſſal- 157
lorum civicum uſum, quando territorium ſit Baronis;
Vel circa ſervitiorum & angariarum, ac perangariarum
exactionem, & coactionem, Aut jus cogendi
vel prohibendi, ſeu aliud jus, quod Regalium materiam
potius concernit, ideoque ſub eorum propria ſede

agitur, atque de facili collectum habetur apud eos,
qui de Vaſſallorum gravaminibus agere profeſſi ſunt.
158 E converſo autem Baronis, vel feudatarii onera
erga Vaſſallos, ac feudi incolas verſantur circa pro-
tectionem ac defenſionem, cum Vaſſallorum pater dica-
tur; Ac etiam circa juſtitiæ adminiſtrationem & of-
ficialium deputationem; Et quod magis controver-
ſiis anſam præbet circa permiſſionem uſus in paſcuis,
lignis, aquis, cultura, & aliis, ſine quibus alias iner-
mem vitam ducere cogerentur pro locorum ac popu-
lorum qualitate, regionumque legibus, ac moribus,
ideoque non de facili certa, & determinata regula de-
ſuper ſtatui poteſt, atque ſub dicta Regalium tracta-
tione potius quàm ſub illa feudali hujuſmodi quæſtio-
nes cadunt. *De his hoc tit. diſc. 65. & ſub tit. de Re-
gal. diſc. 145. & 146. & ſub titulo de ſervitut. diſc.
36. & 42.*

IX.

*De alienatione vel obligatione feudi, aliaque diſpoſitio-
ne inter vivos; Ac etiam de præſcriptione; Et de
alienatione, vel obligatione, aliaque diſpoſitione fru-
ctuum, vel commoditatis; Et de materia aſſenſus.*

CAdit hæc inſpectio in veris ac propriis feudis,
quæ jure feudali regulantur, non autem in im-
propriis & corruptis, quæ (ſolo feudi vocabulo re-
159 tento) jure communi, adinſtar indifferentium allo-
dialium bonorum recenſentur, iis exceptis quæ ex
particulari lege conceſſionis, vel ex regionis mori-
bus, aut legibus, peculiariter ſtatuta ſint; Ideoque in
illis bonis juriſdictionalibus, quæ vel nullam habent
feudalem naturam, vel habent eam (pluries inſinua-
tam) remotam, ac impropriam feudalitatem, quæ
pro ſuperioritate, ac juriſdictione Principis in cujus
ditione ſita ſunt, conſiderari ſolet, ut præſertim di-
tionis temporalis Eccleſiæ praxis docet, illæ alie-
nandi prohibitiones, quæ à jure feudali manant, lo-
160 cum non habent; Solumque vigent illæ, quæ à jure
municipali proveniunt, ut in eadem Eccleſiæ Romanæ
temporali ditione ex Apoſtolicis Conſtitutionibus vi-
get, ut infra in particulari Rubrica dominii allodialis
Civitatum, & Caſtrorum habetur *à diſcurſ. 66.
ad 69.*

Aliaque in hujuſmodi corruptis ac impropriis feu-
dis alienandi prohibitio habetur ex juris communis
161 diſpoſitione manans, eo modo, quo in emphyteu-
ticis vel fideicommiſſariis ob jus ſucceſſurum proprio
jure ex inveſtitura venientium, vel ob intereſſe Domi-
ni; ac legem ab eo præſcriptam.

Id autem feudalem prohibitionem verè non percu-
tit, quamvis huic prohibitioni terminos feudales Iu-
riſtæ quoque adhibeant tanquam à ſimili, quoties pe-
culiaris differentiæ ratio non urgeat; Iſtamque pro-
hibitionem affirmativam vel negativam potius percu-
tere videntur aliquarum Eccleſiarum conſuetudines,
quæ cum ita inveſtituræ formam hanc alienandi pro-
hibitionem, ſeu licentiam inducunt.

In peculiaribus igitur terminis feudalibus ipſum
feudale jus a quibuſdam receptis Imperialibus Conſti-
162 tutionibus ſtrictus, quam à primævis conſuetudinibus
derivatum generice prohibet quamcumque aliena-
tionem, aliumque actum, qui feudi diviſionem, diſ-
membrationem, vel diviſionem, aut aliud reale onus
redoleat ſub decreto annullativo, adeout invalidus re-
maneat alienationis actus.

Multiplicem tamen inſpectionem habet hæc alie-
nationis, vel obligationis, aut alterius diſpoſitionis
163 inter vivos Rubrica. Primò nempè, quænam aliena-
tionis, vel diſpoſitionis ſpecies ſub hac prohibitione
cadant, & præſertim quid de tranſactione, dote, per-
mutatione, & hypotheca; Secundò cuinam invali-
dam alienationem impugnandi, vel retractandi facul-
tas competat; Tertiò pœnarum illicitè alienanti in-
flictarum; Quartò aliorum effectuum ex licita, vel
reſpectivè illicita alienatione reſultantium; Quintò
ſuper Domini aſſenſu alienationi præſtito, ejuſque
effectibus; Et ſextò, quid juris communis feudorum
diſpoſitioni vel prohibitioni addant leges particula-
res Regnorum utriuſque Siciliæ, in quibus (ſi Ger-
maniam excipias) major eſt, quam alibi feudorum
copia, feudaliſque materiæ frequentior tractatio, ac ſuc-
ceſſivè notitia, præterim verò in eo exterioris,
quod magis cum reliquis Europæ partibus communi-
cat.

Quoad primum ſub prohibitæ alienationis genere, 164
veniunt omnes contractus, jus reale ab uno abdi-
cantes, atque in alium transferentes, ſive ſit aliena-
tio vera, & propria, quæ importet omnimodam abdi-
cationem dominii ac poſſeſſionis ab uno, & in alium
transferat, ut ſunt emptio, & venditio, datio in ſo-
lutum, donatio, & ſimiles.

Itidemque alii contractus, qui eandem inducant 165
dominii & poſſeſſionis actualem abdicationem &
translationem reſpectivè, non tamen omnimodam,
quia nempè ſit conceſſio dominii utilis, directo reten-
to, ut eſt conceſſio in emphyteuſim, ſeu livellum, vel
cenſum, cum ſimilibus.

Cadente quæſtione in locatione, quæ tamen, ubi
eſt longum tempus ſub eadem prohibitione cadit, cum 166
per eam, quoddam quaſi dominium, vel jus reale
conductori quæri dicatur; Quale verò dicatur ad
hunc effectum longum tempus apud antiquiores con-
troverſum fuit; Hodie autem in hac materia receptum
eſt, illud dici, quod decennii metam non accedat, ca-
piendos annos regulariter pro curſu ſolari, niſi bono-
rũ peculiaris qualitas aliter ſuadeat, quia nempè bona
fructus diverſo ordine producant, cum tunc quælibet
fructuum recollectio, annum conſtituat juxta genera-
les terminos aliarum prohibitionum. 167

Eodemque jure cenſentur actus, impropriam alie-
nationem importantes, per quos ipſa bona non ab-
dicentur, vel reſpectivè transferantur, aliquod ta-
men jus in eis, vel ad ea quæratur, ut ſunt impoſitio
ſervitutis vel alterius oneris, quod feudi ſubſtantiam
percutiat, unde diviſionem vel diminutionem ſeu
aliud reale præjudicium importent, & ſub quorum
actuum genere, impoſitio cenſuum, aliarumque præſ-
tationum, ac reſervatio uſusfructus (prout juris eſt)
aliaque ſimilia veniunt, ut *tit. de alienat. & contract.
diſc. 1. & in aliis ibidem, quæ conferunt.*

In diviſione inter plures legitimos feudi poſſeſſo-
res, vel ſucceſſores in inveſtitura comprehenſos, vel 168
in ceſſione propriæ portionis alteri poſſeſſori, aliqua
eſt quæſtio, quam tamen in noſtra Italia rarò foros
audit, cum ea feuda, quæ veram, ac propriam feudi
naturam retinent, nimium rarò ſint dividua, quæ
juris Longobardorum dicuntur, utpotè ferè omnia
individua ratione veræ Dignitatis, Regaliſque natu-
ræ feudi, vel quia ad formam individuam juris Fran-
corum redacta ſint.

Prout rarò vel nunquam ad praxim deduci poſſe vi- 169
demur ea, quæ feudiſtæ adſtruunt circa permutationẽ,
quam aliqui putant ob utilitatem ſine aſſenſu fieri
poſſe, cum præſertim in præfatis utriuſque Siciliæ
Regnis, in quibus major eſt feudorum ſedes ac fre-
quentia ob illius leges extra controverſiam ſit, id
fieri non poſſe, ut etiam attento jure communi eſt
probabilius, magiſque receptum. 170

In tranſactione item, vel compromiſſo, ea cadit
quæſtio cum diſtinctione bonæ vel malæ fidei, ſive
an utile negotium gerant, neque Domino præjudi-
cium generetur probabilius decidenda quamvis non
deſint contradicentes, *ut in hoc tit. d. diſc. 46.*

Super hypotheca vera verò duplex cadit quæſtio; 171
Una ſcilicet comprehenſionis feudorum ſub hypotheca
generali omnium bonorum, atque verior eſt negativa
niſi

niſi verba, aliæque facti circumſtantiæ aliter ſuadeant, Altera verò comprehenſione poſita, quia nempè ſit ſpecialis) unde ſola ſit quæſtio poteſtatis, & an veniat ſub generica alienationis prohibitione.

Quamvis autem aliqua deſuper pugna ſcribentium adſit; Verior tamen quoad pœnarum incurſum eſt negativa; Et è converſo quoad jus reale creditori acquirendum, illudque hypothecæ exercitium, per quod ad alienationem deveniri poſſit, verior affirmativa, ut *in tit. de alienat. & contract. diſc. 1. & in aliis ibidem.*

In alienatione autem ex cauſa dotis ipſo jure 172 communi inſpecto, generalis diſtinctio eſt, an res detur æſtimata, vel inæſtimata, ut primo caſu indefinitè prohibita ſit, utpotè venditionis potiùs ſpeciem redolens; Idemque ſi detur inæſtimata, cum pacto lucri, quod alienationem, vel ſciſſuram importet; Si verò abſque hoc pacto inæſtimata detur per ipſammet mulierem feudatariam, licitè fieri poteſt; Non tamen licet patri, vel fratri pro filia, vel ſorore dotanda feudum dare, niſi eadem dotanda ſit feudalis ſucceſſionis capax, proximéque ſucceſſura, adeout aſſignatio in dotem, potiùs refutationis, vel præventivæ ſucceſſionis habeat ſpeciem; Verùm & eis caſibus, in quibus hic dotationis actus licitus reputatur aliqua cadit difficultas, ubi ex viri qualitate præjudicium notabile Domino parari poteſt.

173 Et quamvis aliquorum opinio ſit (ducto argumento ab iis, quæ in bonis fideicommiſſo ſubjectis in jure diſpoſita ſunt) ut in ſubſidium aliorum allodialium ad feudalia competat actio pro dote filiæ, vel alteri deſcendenti conſtituenda; Contrarium tamen verius eſt, cum feuda jure proprio feudali, non autem communi civili regulenter, ideoque aliud fœminis non conceditur, niſi quod ſuper eatum patagio diſpoſitum eſt, vel quod ex aliquarum regionum legibus vel moribus eis conceditur, ut in ſucceſſionis ac ſucceſſoris onerum Rubrica habetur.

An autem feudataria ſimpliciter nubente feudum 174 cenſeatur datum in dotem, ejuſque vir efficiatur feudatarius ac Baro, in dotali materia actum habetur, & *de his in materia dotis hoc tit. diſc. 20. & ſub tit. de dote diſc. 146.*

A præfata verò prohibitione excepta eſt illa 175 alienatio, quæ feudi ſubſtantiam non tangat, nullumque jus in eo, vel ad illud tribuat, ſed ad ſolam commoditatem, ſeu fructuum perceptionem (ut facti eſt) reſtricta ſit, cum tunc nulla feudi, vel juris feudalis alienatio fieri dicatur, ſed actus importet ſimplex mandatum, per quod ille, in quem alienatio facta eſt, tanquam feudatarii mandatarius, ejuſque vice ac nomine fructus percipiat, eoſque à feudo ſeparatos, ac effectos allodiales, ſibi ipſi applicet; Eo modo, quo etiam in beneficiis, ac penſionibus Eccleſiaſticis; quæ minus in commercio exiſtunt; aliiſque prohibitis, receptum eſt fieri poſſe; ac praxis docet, ut *in hoc tit. diſc. 47. 61. & 110. & ſub tit. de penſion. & ſub tit. de emphyteuſi diſc. 44.*

Pretium item feudi ex magis recepta ſententia, feudale non eſt, ideoque tanquam allodii naturam habens, ſub hac prohibitione non cadit; Niſi de 176 Iudicis mandato, pretii omnino ſubrogatio accedat loco feudi, quod non exiſtat, vel omninò liberatum ſit à jure Domini, ac aliorum, atque in ipſum pretium tranſlatum ſit, ut *hoc tit. diſc. 42. 48. 98. & latè ſub tit. de emphyteuſi diſc. 36. & 58.*

177 Et è converſo eadem alienandi prohibitio, quæ ipſi feudo ineſt, actioni competenti in feudo, vel feudum ineſſe quoque dicitur, cum actio ad feudum, feudalis dicatur, eodemque jure metienda ſit, quoties ipſius feudi corpus, vel ſubſtantiam tangat, ſeu jus reale ...at, aut rei perſecutoriam.

Poſita verò invalida alienatione, nempè ſine Domini aſſenſu facta, ſubintrat ſecunda ſuperius diſtincta inſpectio, cuinam ſcilicet facultas competat; 178
eam retractandi, vel impugnandi, Atque juri communis feudorum diſpoſitione attenta, verius eſt Domino id abſque dubio competere; Vel ad effectum ſibi ipſi, ob caducitatis pœnam applicandi; Vel quia ſua interſit feudum poni extra ſibi non gratam perſonam, in quam alienatio facta ſit, ſed ad vocatos ab inveſtitura redire.

Secus autem ipſimet alienanti, vel ejus hæredibus qui non niſi ob hæreditariam qualitatem in feudo jus habeant, quia nempe hæreditarium ſit; Ubi verò ſit pacti & providentiæ, adeout filiis, vel agnatis per 179 inveſtituram vocatis, jus competat in feudi ſucceſſione ab ipſo alienante independens tunc diſtinctio eſt, an feudatarius qui alienavit vivat, vel obierit; Eo etenim vivente, nullum jus eſt ab eis exercibile, niſi illud retractus, quod feudiſtæ dicunt *prothomiſeos*, de quo infra in ejus particulari Rubrica; vel niſi lex inveſtituræ, aut primi acquirentis titulo oneroſo, diſpoſitio inducat in alienante ſpeciem mortis civilis, quæ naturalis adinſtar ſucceſſori proximo locum aperiat.

Defuncto autem alienante, ſeu aliàs ejus jure reſoluto, adeout proximè ſucceſſuro feudum apertum ſit; Ubi alienantis hæres non ſit neque idem alienans 180 primus acquirens titulo oneroſo eſſet, extra controverſiam eſt, tunc Domini etiam aſſenſu accedente deſcendens, vel agnatus, nullo refuſo pretio feudum vindicet ab eo, in quem alienatio facta ſit; Quamvis 181 in ipſummet Dominum facta eſſet; cum durante inveſtitura, jure cujuslibet tertii cenſendus veniat.

Niſi particularis conſuetudo facultatem alienandi præbeat cum ſolo Domini aſſenſu, quamvis ille agnatorum non accedat, ut in aliquibus partibus viget. 182

Si verò proximè ſucceſſurus, alienantis quoque allodialis hæres exiſtat, aut quod agatur de feudo 183 mixto, quod utramque ſanguinis, ac rei familiaris hæreditariam qualitatem exigat, tunc ſi beneficio inventarii munitus non eſt, idem patitur obſtaculum, quod ipſemet defunctus; Si autem dicto beneficio potitur, atque agitur de feudo pacti & providentiæ antiquo, vel etiam novo gratuito, ſive mixto in quo non agatur de primo acquirente, ſed de ulteriori poſſeſſore, qui alienaverit, & tunc quatenus vires hæreditariæ ſuperſtant, habere debet ratum factum auctoris, etiam in iis, quæ jure proprio competunt, niſi talis accedat particularis circumſtantia, quod licitam reddat impugnationem actus in ſpecie reficiendo id, quod intereſt, juxta ea, quæ generaliter in fideicommiſſaria, vel ſimili materia habentur; Inventarii beneficio ſuffragante, ut feudum antiquum, vel etiam novum gratuito conceſſum ab hæreditate præcipuum 184 ſeparari valeat, illudque in calculo virium hæreditariarum non veniat.

Atque ſi proximè ſucceſſurus alienationi conſenſum præſtiterit, ipſe quoque prohibitus eſt eam impugnare, niſi facti circumſtantiæ oſtendant conſenſum præſtitum fuiſſe pro ſola validitate actus excuſandaque caducitate pro tempore durationis juris alienantis, non autem, ut futurum ſperatum jus ſucceſſionis per mortem remitteretur, quod ex facti qualitate pendet, ideoque certam uniformem determinationem non recipit; Neque exindè ulteriori agnato jus competit, durante vita proximioris conſentientis, niſi 185 conſenſus alienationi æquipollens, mortem civilem ex peculiari diſpoſitione induceret, ideoque locum ulteriori non conſentienti aperiret.

De tertio autem ſuperius diſtincto puncto pœnarum ex alienatione ſine aſſenſu facta reſultantium habetur infra in devolutionis, vel caducitatis peculiari Rubrica. 186

Effectus autem ex licita vel reſpectivè illicita alienatione reſultantes ſunt plures, illic præſertim 187 nullitatis actus illicitè initi, quodque propterea jus

re ſe in feudo, vel ad illud non quæratur ei, cui
malè alienatio facta eſt.

Et conſequenter ſi poſtmodum validè cum aſ-
ſenſu ab eodem alienante vel ejus ſucceſſore, alteri
feudum alienetur vel obligetur iſtius poſterioris po-
tior erit conditio, cum prioritas vel potioritas, non
ex tempore alienationis, vel obligationis deſumen-
da ſit, ſed ex tempore aſſenſus, qui perficit, ac infor-
mat actum; Atque ita in hac materia poſteriores vin-
cunt priores, quamvis iſti quoque aſſenſum deindè
189 obtineant, cum non detur iſtius retrotractio in præju-
dicium ejus, cui medio tempore jus quæſitum eſt, *ut
eiſdem locis proximè citatis.*

Idque adeò verum, ac beneficio ſeparationis bo-
norum non ſuffragante, creditores cum aſſenſu hæ-
redis vincant creditores abſque aſſenſu defuncti in
iſtius feudo juxta unam fortè probabiliorem, magiſ-
que receptam opinionem, contradictoribus tamen non
carentem, neque probabilitate, *ut diſc.* 106. *&* 109. *ac
etiam locis citatis proximè ſuprà.*

190 Cadente quæſtione, an ei in quem invalidè ſine
aſſenſu alienatio facta eſt, actio perſonalis contra alie-
nantem competat ad id, quod intereſt; Atque regula
eſt affirmativa, niſi diverſa conventio, vel conſuetu-
191 do, ſive ſcientia in eo, cum quo actus geritur, hanc
obligationem, ſeu actionem ceſſare faciat, quod ex
facti qualitate determinationem recipit, *ut diſcurſ.* 30.
& 31. *& ſub tit. de dote diſc.* 54.

Aſſenſus autem Domini, per quem actus perficitur,
ſeu revalidatur re integra accedere debet, priuſquam
pœnitentia ex unius contrahentium parte declarata
192 ſit; Cadente quæſtione, an expreſſa, & judicialis
pœnitentiæ declaratio neceſſaria ſit, vel quovis modo
declarata ſufficiat, quamvis tacita, ſeu implicita, at-
que hæc poſterior pars probabilior videtur, *ut
diſc.* 66.

193 Deſideratur etiam ut de tempore, quo idem actus
perficiens ſequitur, utrumque extremum habile exiſ-
tat, ut ſcilicet vivat uterque contrahens; Uno etenim
defuncto, novus hæredis conſenſus neceſſarius eſt
à Iudice quandoque ſupplendus, ubi denegari non
poteſt, *ut diſc.* 109.

Super dicti autem aſſenſus præſtatione, certa for-
ma præſcripta de jure communi non eſt, ſed ſufficit
194 per quamlibet ſpeciem probationis illum verificari,
dummodo validè accedat, quia nempè ſubreptionis
vel intentionis defectu non laboret, aut in conceden-
te poteſtatis defectus non cadat, ut contingere ſolet
in eo aſſenſu qui non ab ipſo Domino, ſed a Vicario
alioque Magiſtratu concedatur, determinationem
hujuſmodi quæſtionibus hodie à regionum, ſeu Di-
tionum legibus, vel uſibus magis recipientibus, *ut
diſc.* 106.

Quæſtio autem ſubreptionis, vel defectus intentio-
nis determinationem recepit à qualitate & circum-
195 ſtantiis facti, cujus, ac voluntatis potiùs, quam ju-
ris quæſtio eſt, ex ipſius Domini ſtylo potiſſimum de-
cidenda, cum exindè voluntas arguatur.

Non tamen Domini aſſenſus, quamvis validus ac
ſolemnis, jus agnatorum tollit, ſolumque actus va-
liditatem durante jure alienantis, iſtiuſque præſerva-
196 tionem à pœnis cauſat.

Quandoque tamen aſſenſus ipſiuſmet Domi-
ni præjudicium cauſat, ut in caſu devolutionis,
feudum adhuc affectum remaneat nexibus, ab obli-
gationibus cum ejus aſſenſu injunctis, niſi clauſulæ
197 præſervativæ accedant, ut in devolutionis Rubrica
advertitur.

Vel niſi conſtet Dominum, in quo poteſtas
198 tollendi jus tertii vigeat, voluiſſe jus agnatorum
etiam tollere.

Præſumptivam probationem aſſenſus juxta alia-
199 rum extrinſecarum ſolemnitatum generales terminos
ac regulas, jus commune feudorum non excludit,
ideoque ex longiſſimi temporis (trigenario non mi-
noris decurſu,) juncto tamen cum obſervantia vera,
continua, pacifica, & univoca, ejus præſumptio re-
ſultat, contraria tamen vera probatione vel fortiori-
bus præſumptionibus adhuc elidibilis, puta ob nega-
tivam reſultantem à revolutione regiſtrorum, vel quia
ex ipſius actus qualitate expreſſus aſſenſus adeſſe non
poſſit, cum fictio non poſſit excedere veritatem, *ut
diſc.* 49. *& ſub tit. de alienat. diſc.* 1. *& ſub tit. de
dote diſc.* 143.

Procedunt hæc omnia alienationis præſentem Ru- 200
bricam, ſeu materiam concernentia, juris communis
feudorum diſpoſitione attenta, vel etiam juris com-
munis Romanorum, (quod in feudis etiam ceſſante
ſpeciali jure feudali vim habet, ſive pro juris feuda-
lis interpretatione attendendum eſt;) Secus autem
ubi jus particulare ſcriptum, vel non ſcriptum, con-
trarium diſponat, cum ſemper lex generalis contra-
riæ particulari, quæ legitimè inducta ſit, locum ce-
dere debeat.

Facilè autem non eſt ſingularum regionum ſeu Di-
tionum particulares leges, vel mores ac ſtylos recen- 201
ſere, cum in hoc earum reſpectivè peritis deferendum
ſit; Undè contingit, quod aliarum deſuper ſe ingeren-
tium magna & frequentia ſint æquivoca; Ideoque
agendo ſolum de patriis legibus, ac moribus, de qui-
bus congruum eſt, Nationalem agere.

In dicto Siciliæ citra, alias Apuliæ, ſeu Neapoli-
tano Regno, infra ſcripta habentur ſpecialia à præ-
miſſis devianria, quibus exceptis in reliquis utriuſ- 202
que dicti juris communis generales regulæ, ſeu propo-
ſitiones firmæ remanent.

Primò ſiquidem, tranſactio, vel compromiſſum,
aliæque ſpecies alienationis, quæ in aliquibus caſibus
de jure communi permiſſæ ſunt; ob ſtrictiorem pro-
hibitionem ab illis legibus reſultantem, ſub eadem 203
prohibitione cadunt, *ut d. diſc.* 49.

Idemque de dote, quæ etiam in caſu, ut ſuprà per-
miſſio de jure communi per eaſdem leges particulares 204
prohibita eſt; Aliqua cadente inter eos ſcribentes
quæſtione, an potius ex una, quam altera lege talis
prohibitio maneat, & an matrimonii libertas hanc
prohibitionem irritet, veriorque eſt negativa.

Ubi verò dationis in dotem ex quocumque jure
ſit invalidus de facto tamen vir conſtante matrimo-
nio feudum poſſederit, ac fructus perceperit, eos facit 205
ſuos loco damnorum, vel uſurarum æſtimationis, in
qua dos conſtituta cenſetur. *De his in materia dotis
hoc tit. diſc.* 20. *& ſub tit. de dote diſc.* 146.

Secundò circa magis liberam pœnitendi, ſeu re-
vocandi facultatem, cuilibet ipſorummet principa- 206
lium contrahentium, eorumque hæredibus compe-
tentem, re tamen integra, & ante aſſenſum in forma
ſolemni obtentum; Eoque etiam obtento, ante alias
litteras, quæ aſſecurationis vaſſallorum ibi dicuntur;
Idque abſque aliqua damnorum & intereſſe refectio- 207
ne, vel obligatione, quæ alias de jure communi in-
traret; *ut diſc.* 30. *&* 31.

Quinimò cum retrotractione ad ſuum initium
adeout fructuum reſtitutio debita ſit alienatori, qui 208
obligatus remanet ei, in quem alienatio facta eſt, re-
ficere intereſſe pretii obtenti, vel alterius recompen-
ſæ commodum intermedium; Cadente quæſtione, an
hoc intereſſe ipſorum fructuum metam excedere va-
leat, probabiliorque videtur negativa, *ut d. diſc.* 31.

Minuſque ſuper hujuſmodi pœnitendi, ſeu revo-
candi libertate, cadunt diſtinctiones, quæ jure com- 209
muni attento deſuper habentur inter feudum novum,
vel antiquum, ſive inter hæreditarium, vel purè pac-
tionatum, aut inter primum acquirentem titulo lucra-
tivo vel oneroſo, Quoniam quidquid ipſius feudi ſub-
ſtantiam tangit, vel afficit abſque Regio aſſenſu, in-
definitè invalidum eſt, atque pro non ſcripto ha-
betur; præfatis diſtinctionibus ad alios effectus
attendendis,

attendendis, ut in ſequentibus Rubricis.

Tertiò circa aſſenſus formam, vel ſolemnitatem, Ad cujuslibet etenim gratiæ, vel præſtationis aſſen-
210 ſus validitatem vel ſubſtantiam de jure ſcriptura requiſita non eſt, cum ſolo verbo perficiatur, ipſa ſcriptura ad meliorem ac faciliorem probationem adhiberi ſolita, niſi lex particularis ſcripta, vel non ſcripta aliter ſuadeat; In hoc autem Regno neque ſufficit
211 ſupplicatio à Rege, vel ejus Prorege aliiſque Magiſtratibus ſignata, niſi ſolemne inſtrumentum ſeu privilegium in forma (ut ibi dicitur) Regiæ Cancellariæ deſuper expediatur.

Quinimò ubi contingat, vel ob defectum poteſtatis Proregis, vel ob majorem cautelam, illud in forma ſolemnis privilegii concedi per ipſum Regem;
212 Adhuc tamen in eo ſupremo Conſilio, quod Proregi aſſiſtit, atque Regiam Cancellariam regit, (quod Collaterale dicitur, ejuſque Conſiliarii Regentes) infra annum, ut ibi dicitur executoriari debet, ſin minus invalidum eſt, *ut diſcurſ.* 106. & 109.

Quartò, quod juris communis feudorum diſpoſitione attenta, ſive ex magis recepto ſcribentium ſenſu, Vicarius Generalis Domini; ubi præſertim cum
213 omnimoda & Proconſulari poteſtate deputatus eſt, etiam cum Regalibus majoribus, & cum poteſtate legibus derogandi vel diſpenſandi, hunc aſſenſum in feudis ſibi commiſſæ provinciæ, vel Ditionis præſtare poteſt, niſi particularis reſtrictio accedat; Aliqua dubitandi ratione cadente in illis inveſtituris, quæ
214 abuſivæ ſeu præventivæ dicuntur de feudo pleno, quoties præſertim conſuetum non ſit eis concedi.

In hoc autem Regno, per ejus particulares leges (non tamen ſemper firmas, cum earum variationem caſus frequenter dederit,) Proregis poteſtas coarcta-
215 ta eſt ſuper forenſium capacitate acquirendi feuda, nec non ſuper aliquorum feudorum Dignitatis, ſeu Titulatorum alienatione, ut *dicto diſc.* 106.

Undè propterea frequens praxis docet, quod exteri cum propria pecunia emunt feuda ad proprium commodum, ſub alicujus nationalis nomine ſimulato, à quo ejuſdem feudi tenuta, ſeu adminiſtratio ad pro-
216 priam omnimodam utilitatem conceditur, Adhuc tamen feudum verè in ipſa ſimulata perſona reſidere dicitur, ipſeque eſt feudatarius, cum in feudis non admittatur juris communis Romanorum regula, ut veritas potiùs, quam ſimulatio attendi debeat; Quod etiam ubique in officiis receptum eſt, *ut d. diſc.* 24. 30. & 106.

Et ſecundò (inter cætera, quæ memoria non ſuggerit) quod de jure communi feudorum dos privilegiata non eſt, neque pro ea conſtituta ſolvenda, vel
217 reſtituenda actio ad feudum, ſine Domini aſſenſu competit, rejecta ſententia volentium, ut fideicommiſſorum adinſtar ſubſidiarium beneficium competat; In dicto autem Regno ex gratia ſeu aſſenſo generali Neapolitanis conceſſo, receptum eſt ut in dotalibus inſtrumentis, vel tabulis, aſſenſus ineſſe cenſeatur; Cum pluribus tamen declarationibus, ac reſtrictionibus, in propria ſede videndis, utpotè ſub compendio minus adaptatè cadentibus, *ut diſc.* 26.

Alienationi autem æquivalet præſcriptio, quæ cum eiſdem terminis regulari ſolet, quoniam qui ex-
218 preſsè alienando ſucceſſori, vel Domino præjudicare non poteſt; ita minus idem præjudicium negligendo cauſat; Ideoque ſucceſſori jure proprio venienti quodcumque longiſſimum tempus non obſtat, cum ante juris ſui competentiam, præſcriptionis initium, & concurſus non dentur; Niſi immemorabilis, vel centenariæ poſſeſſionis qualitas non conſtito de initio vitioſo ad quod pateat, poſſeſſionem reſtrictam eſſe, poſſibilitatem cauſet, quemcumque titulum meliorem allegandi, unde propterea Principis derogatio, vel ſimilis juris ſucceſſorum & inveſtituræ deſtructivus allegari valeat.

Præſcriptionis etiam quæſtio cadere ſolet inter poſſeſſorem & Dominum ſuper ipſa feudali qualitate, quam neget poſſeſſor bonorum libertati inhærens; Vix autem hoc prædidium verificabile eſt in ipſo feudatario, qui jure inveſtituræ feudum ejuſque annexa poſſederit, cum ea durante nulla detur adverſus Dominum præſcriptio; Secus autem ſi ea negata, aliam alleget poſſidendi cauſam, vel titulum; Raras autem in foro iſtas quæſtiones eſſe praxis docet, *ut diſc.* 3. 70. & 107.

X.

De diſpoſitione feudi per ultimam voluntatem; Et quatenus non valeat de ipſo corpore feudi, an debeatur æſtimatio, vel in ea ſubſtineatur.

IN feudis merè hæreditariis, quæ abſque reſtrictione ad certum genus, ad quoſcumque tranſmiſſibilia ſunt, nulla cadit ratio dubitandi, niſi accidentale vinculum adjectum ſit, eo modo, quo in omni- 219
bus indifferentibus bonis; Iſta verò ſpecies corruptum, ſive improprium feudum frequentiùs redolet jure allodialium ac indifferentium bonorum ut ſuprà potius recenſendum, niſi Domini particularis prohibitio accedat.

In iis autem, quæ ſub alienandi prohibitione juxta proximè præcedentem Rubricam cadunt; Idem de alienatione per ultimam voluntatem clarius procedit quam de alia inter vivos dictum eſt, cum facilius illa, quam iſta in hac materia quandoque perpetratur. 220

Ideoque diſtinctiones ibidem traditæ, inter feuda nova, & antiqua, ſive inter primum acquirentem ex cauſa onerosa & lucrativa, Huic etiam diſponendi generi congruunt, cum eâdem diſtinctione inter jus commune feudorum, ac particulare dicti Regni Nea- 221
politani, ubi indefinitè nulla datur diſpoſitio, quæ feudi corpus, vel ſubſtantiam tangat, abſque Regio aſſenſu, quamvis de feudo novo ex cauſa onerosa quæſito agatur, niſi ſpecialis facultas accedat, quandoque in ipſa acquiſitione concedi ſolita.

Generaliter verò juris communis diſpoſitione attenta, ubi etiam inveſtitura ad certum genus hæredum ſanguinis reſtricta ſit, primis acquirentis ex cauſa onerosa poteſtas eſt, intra ipſius generis perſonas diſponendi, atque ſucceſſionis ordinem inter- 222
vertendo, aliquibus gratificari, *ut diſc.* 3. 10. & 14.

Quatenus verò feudum talis naturæ ſit, quod ſucceſſor, quamvis à lege inveſtituræ vocatus hæreditariam qualitatem diſponentis habere debeat, tunc li- 223
cet ipſum corpus feudi ſub prohibitione cadat; Non tamen ejus valor, qui in morientis hæreditate eſſe dicitur, ideoque in eo gravari poteſt, ac etiam in actione perſonali cogi, ut vendat feudum, & de pretio ſolvat, ut infra.

Sive quod feudo indefinite cadente ſub prohibitione, ſucceſſor, ob alterius rei familiaris hæreditariam qualitatem, proprii auctoris factum implere teneatur; Tunc etenim, quæſtio cadit, an facta diſpoſitione feudi ad favorem incapacis, in quo diſpo- 224
ſitio in ipſa ſpecie effectum ſortiri non valeat, intret obligatio præſtandi æſtimationem Atque licèt nimia ſcribentium varietas in iſta quæſtione dignoſci videatur; Verius tamen eſt, eam eſſe facti, ac voluntatis quæſtionem potius quam juris, ex facti qualitate, & circunſtantiis diſponentis voluntatem ſuadentibus, decidendam.

Quamvis etenim diſtinctio adhiberi ſoleat, an de univerſali, vel de particulari diſpoſitione agatur, ut 225
primo caſu æſtimationis obligatio non intret, ſecus autem ſecundo; Præſumptio tamen, vel argumentum eſt, quod ex hac diſtinctione reſultat, non autem neceſſaria probatio, vel juris diſpoſitio, ideoque regula, uno, vel altero caſu, contrariæ diſponentis expreſſæ, vel conjecturatæ voluntati cedit, cum poſita poteſtate,

omnes

omnes juris regulæ, quas in ambiguis morientium
voluntatibus habemus, contrariæ diſponentis volun-
tati perpetuo cedant, ut diſc. 18.

Ipſa enim voluntate accedente, quamvis moriens
feudi legitimum ſucceſſorem à lege inveſtituræ voca-
226 tum, ipſo corpore feudi privare non valeat, eum ta-
men uſque ad integrum valorem gravare poteſt,
adeout feudi ſucceſſor, ut ſupra advertitur, actione
perſonali cogi valeat ad vendendum feudum, ut ex
pretio ſatisfaciat, ut in dicto Neapolitano Regno re-
ceptum eſt, quamvis contra defuncti judicium ſuc-
cedatur, quod tamen aſperum, atque in puncto juris
communis improbabile eſt, ut diſc. 21.

X I.

De ſucceſſione ab inteſtato feudali; Et de oneribus, quæ feudi ſucceſſori incumbunt; præſertim de vita militia, vel participatione pretii erga ſecundogenitos, Et de contributione ad debita.

Rubricæ hujus inſpectio eſt, eo præſuppoſito re-
tento, quod de veris, ac propriis feudis agatur,
227 juxta feudales leges regulandis, non autem de impro-
priis, & corruptis, quæ juxta diſtinctionem initio tradi-
tas, feudali nuncupatione ſolum retenta, in reliquis
allodialium, ac indifferentium bonorum jure cenſen-
da ſunt; Quoties tamen talis eſt alteratio, quod feu-
di ſubſtantiam omnino corrumpat, ſecus autem ubi
in aliqua parte, firma in reliquis feudi natura manen-
te, ut præſertim in Rubrica capacitatis, vel incapa-
citatis advertitur ut diſc. 11.

Præſuppoſitis igitur, tam vera, & propria feudi
natura, ita ut jure feudali ſucceſſio regulanda ſit,
quam etiam capacitate perſonarum, adeout de ſolo
ſucceſſionis ordine, vel concurſu quæſtio ſit; Duplex
eſt inſpectio; Una generalis juxta feudales leges, vel
conſuetudines, quas communes dicimus; Et altera
juxta præfatos utriuſque Siciliæ Regnorum leges, Vel
mores.

Primo jure inſpecto, ubi etiam fœminarum capa-
228 citas adſit, verius eſt ſexum vincere, lineam, gradum,
& ætatem (cujus contrarium eſt attento dicto jure
particulari, ut infrà,) Ideoque agnati maſculi, quam-
vis remotiores à primo acquirente deſcendentes ex-
cludunt fœminas proximiores; Quatenus tamen de
tempore apertæ ſucceſſionis maſculi capaces exiſtant,
ut etiam ſupra in capacitatis, vel incapacitatis Ru-
brica advertitur, ut eodem diſc. 11. & 53.

Secus autem ſi eis non extantibus fœminæ, vel
229 cognato ſucceſſio delata ſit, quoniam ſuperveniens
maſculus eam non excludit, quamvis aditio vel poſ-
ſeſſio adhuc ſequuta non ſit, niſi particularis lex vel
acquirentis diſpoſitio aliter diſponat, cum in feudis
non detur ea ſuſpenſio, quæ durante ſpe, ſeu poten-
tia proximioris, vel prius vocati, datur in fideicom-
miſſis, & primogeniis, jure communi regulandis,
230 quidquid ſecus ſit in illis Hiſpaniarum, ut etiam in
proximè inſinuata Rubrica, *ſub tit. fideicommiſſ. diſc. 7. & ſeqq. præſertim diſc. 15. & 13.*

Ubi verò æqualis eſt contendentium capacitas, tunc
deciſio pendet à qualitate, ſeu natura feodi, an divi-
231 duum ſit, quod juris Longobardorum dicitur ſucceſ-
ſorum pluralitatem admittens, vel individuum ordi-
ne primogenituræ, uni tantum deferendum, quod
dicitur juris Francorum; Primò enim caſu, ille in-
teſtatæ, vel fideicommiſſariæ ſucceſſionis ordo, qui
de jure communi in bonis indifferentibus juxta gra-
dus proximitatem præſcriptus eſt, & cum eadem re-
gula metiendi proximitatem ab ultimo moriente, non
autem à primo acquirente in hac feudali ſucceſſione
attendendus quoque venit, cum nil diverſum deſuper
in jure feudorum ſtatutum ſit.

In feudo autem individuo, quod perſonarum plu-
ralitatem excludit; Cum attendatur ordo primoge-
nituræ, hinc proindè linea primum occupat locum, 232
atque vincit gradum ac ætatem, non autem ſexum; Ideò-
que quidquid antiquiores diſputaverint verius eſt, ac
extra controverſiam, ut nepos ex filio primogenito
prædefuncto, quamvis ætate, & gradu inferior, vin- 233
cat patruum ex beneficio repræſentationis, vel tranſ-
miſſionis prærogativæ lineæ, quæ à primogenito fiat
in ejus filium, in quo eadem qualitas ſexus quoque
concurrat, & non alias.

Quæſtione cadente, an eadem tranſmiſſio præro- 234
gativæ lineæ detur in tranſverſalibus, atque proba-
bilior eſt affirmativa, quamvis plures habeat contra-
dictores.

Quia verò ex aliquarum regionum conſuetudine,
præſertim verò Lombardiæ, etiam feuda Dignitatis
de ſui natura individua admittunt diviſionem plu- 235
riumque poſſeſſorum concurſum, ſi non in ſubſtan-
tia, (quæ habitualiter remanet individua) attamen
in fructu ſeu exercitio, & commoditate; Hinc pro-
babilius eſt, ut una linea, ſeu portione defecta,
aliarum linearum, vel perſonarum poſſidentium alias
portiones, æqualis eſſe debeat ſucceſſio pro modo
portionum, non autem pro numero perſonarum; Mi-
nuſque in ratione proximitatis gradus, quoniam non
per jus ſucceſſorium, ſed potius per illud accreſcendi,
ſeu verius non decreſcendi, portiones ſuperſtites,
defectam portionem ad ſe attrahant, cum totum jus
habituale penes omnes eſſe dicatur.

Aliqua remanente quæſtione, ubi aliæ lineæ non
poſſideant portionem aliquam, ſed agatur de concur- 236
ſo ad novam ſucceſſionem, quo caſo magis receptum
videtur, ut proximitas gradus prævalere debeat, ubi
repræſentationis, vel ſubingreſſionis beneficium non
iottet, per quod, juxta generales terminos juris com-
munis, etiam in rebus indifferentibus, remotior fiat
proximiori æqualis *De his diſc. 8. & 13. & in aliis.*

Protrahitur in infinitum ſucceſſio deſcendentium 237
per lineam rectam de uno in alium; Ubi autem con-
tingat poſſeſſorem feudi abſque prole decedere, adeout
Collateralibus aperiatur ſucceſſio, tunc in feodis novis,
nulla eſt eorum, vel parentum ſucceſſio, ſed fit locus
devolutioni, niſi lex inveſtituræ, vel alia lex parti-
cularis diverſimode diſponat; In antiquis autem,
quidquid aliqui variaverint ad ſeptimum, vel deci-
mum gradum ſucceſſionem reſtringentes; Verius eſt
jure communi feudorum attento, in infinitum pariter
protrahi ſucceſſionem eorum, qui deſcendunt à pri-
mo acquirente, qui ſit omnium ſtipes, eorum autem,
qui hanc deſcenſivam qualitatem non habent, nulla
eſt ſuccedendi cauſa.

Rata verò eſt ſucceſſio parentum, qui à primo ac-
quirente deſcendant, niſi in caſu quo poſſeſſor, ex 238
eorundem refutatione obtinuerit, de quo advertitur
infra in refutationum Rubrica.

Quando autem feudum individuum juris Franco- 239
rum, eſt pacti, & providentiæ purum, adeo ut ſolus
primogenitus ſuccedat, tunc ſi eſt novum quæſitum
ex cauſa verè oneroſa, & correſpectiva, pretio me-
diante, illud eſſe dicitur in hæreditate allodiali, ac
propterea primogenitus feudi ſucceſſor, tenetur ad
debita, & onera defuncti, eiſque non exiſtentibus,
adhuc ſecundogenitis ejus fratribus pretium commu-
nicare tenetur, niſi pater hoc onus remiſerit, quo
caſu voluntas attendenda eſt; Quatenus tamen, eodem
pretio calculatu in aſſe, conſultum ſit in aliis bonis
legitimæ filiorum, juxta generales, ac indifferentes
terminos juris communis; Cadente quæſtione an pre-
tium tituli, ſeu Dignitatis debeat communicari, & 240
probabilior eſt negativa, cum Dignitas cauſet majus
onus in poſſeſſore.

Si verò eſt antiquum, vel etiam novum gratuitum,
non intrat hæc obligatio communicandi pretium, ne- 241
que aliqua obligatio erga defuncti creditores, vel le-

gatarios;

gatarios; Benè tamen obligatio præſtandi ſecundo-
genitis maſculis vitam militiam pro alimentis ad vi-
tam durataram, ideoque non tranſmiſſibilem; Fœ-
242 minis verò dotem de paragio tranſmiſſibilem; quate-
nus per carnalis, vel ſpiritualis matrimonii effectua-
tionem dos ſuam acquirat eſſentiam; atque ita fiat de
ipſius dotatæ bonis liberis tranſmiſſibilibus, ſin minus
nil eſt tranſmiſſibile, ut *diſc.* 108.

Pluribus circa utrumque vitæ militiæ, ac paragii
onus intrantibus quæſtionibus tam circa taxam, quam
243 circa productionem intereſſe, ac alia non de facili ſub
compendio citra notabilem evagationem cadentibus,
ideoque in ſua ſede videndum eſt.

Mixturæ autem qualitate accedente, ſive ſit divi-
duum, ſive individuum; In feudo novo ex cauſa one-
roſa, utraque hæreditaria qualitas ſanguinis, ac rei
244 familiaris copulative neceſſaria eſt, neque inventarii
beneficium pro feudi præcipua deductione ſuffraga-
tur; Si vero eſt antiquum, vel novum gratuitum,
tunc requiritur utraque qualitas proximè acquirentis,
non autem (ex probabiliori ſententia) ultimi mo-
rientis, Atque ſive unius, ſive alterius reſpectu, in-
ventarii beneficium ſuffragatur pro feudi præcipua
deductione, ſufficitque per eum non ſtare, quominus
dictam aliam rei familiaris hæreditariam qualitatem
non habeat.

In præfatis autem utriuſque Siciliæ Regnis, in
245 quibus (paucis, ac obſcuris exceptis) omnia feuda
ſunt individua ad formam juris Francorum cum or-
dine primogenituræ deferenda; Atque in feudis no-
vis ex cauſa oneroſa quæſitis pretio mediante, idem
246 quod, ut ſupra, circa pretii communicationem, vel
onera in pretio, tanquam exiſtente in hæreditate al-
lodiali, in omnibus procedit; In antiquis autem pa-
riter idem circa vitam militiam, ac paragium favore
ſecundogenitorum, ac fœminarum reſpective, aliqui-
bus legibus, fœminarum cauſam circa paragium ma-
gis clare confoventibus.

Reſpectu verò creditorum, ſeu legatariorum, aut
alias à feudatario defuncto cauſam habentium, quam-
247 vis inveſtituræ formula *pro ſe, & heredibus ex corpore
legitimè deſcendentibus*, utrique Regno ſit commu-
nis, diverſimode tamen intellecta fuit; In Regno
248 enim ultra Pharum, quod antiquum Siciliæ vocabu-
lum adhuc retinet, ad limites juris communis, magis
congruam accepit interpretationem; eo modo, quo
in feudis mixtis dictum eſt ſupra; ut primi, non
autem ultimi hæreditaria qualitas neceſſaria ſit; ut
diſc. 13.

In altero autem citeriori (quod Neapolitanum di-
cimus) diverſimodè receptum eſt, ut ſcilicet cum qua-
litate ſanguinis, altera hæredis rei familiaris etiam
249 ultimi concurrat, abſque eo quod inventarii benefi-
cium ſuffragetur, quantum feudi importet integer
valor, qui in morientis hæreditate eſſe dicitur, tam
reſpectu creditorum ex cauſa oneroſa, quam etiam
legatariorum, vel aliorum, quorum favore feudata-
rius moriens diſpoſuerit.

Adeout ex ſupra inſinuatis, juxta magis receptam
opinionem (contradictoribus tamen non carentem)
ſucceſſor, quamvis non ex defuncti judicio, ſed con-
250 tra illud ex inveſtitura veniens, judicium defuncti
impugnando, uſque ad integrum feudi valorem gra-
vari valeat, quod nimis aſperum eſt, ac improbabile;
Cadente, ut ſupra inſinuatum eſt, quæſtione volun-
tatis magis, quam poteſtatis, ut *diſc.* 13.

Iſtumque vivendi modum, pro commercii facilita-
251 te, ac libertate forte magis proficuum à recenti tem-
pore introducere quoque cæperunt Siculi ultra Pha-
rum, unde propterea duplex ibi habetur feudorum
ſpecies, una antiqua in forma pacti, & providentiæ,
vel mixta reſpectu primi acquirentis tantum, quæ
in forma ſtricta dicitur, altera verò in hac *forma
larga*.

Super gradibus autem, vel repræſentatione, aliqua
inter hæc Regna dignoſcitur differentia; Per anti- 252
quas etenim leges utrique communes, utpote editas
de tempore, quo utrumque pro unico habebatur uſ-
que ad tertium gradum civilem collateralium, ſuc-
ceſſio reſtricta eſt, quamvis à primo acquirente deſ-
cendentium, ac in feudo antiquo, quod nimiam re- 253
ſtrictionem præſeferre videtur, licet fratribus in feu-
dis novis concedatur ea ſucceſſio, quæ à jure com-
muni negatur.

Sequuta verò eorum diviſione, in eo ultra Pharum
ſucceſſio latius patet; In iſto autem citra, firmæ 254
remanent dictæ antiquæ reſtrictæ leges, per quaſdam
gratias ampliatæ ad unicum ulteriorem civilem gra-
dum lineæ æqualis, vel inferioris, non autem ſupe-
rioris; Adhuc dubia, & ſub quæſtione, remanente 255
gratias habilitante fratres uterinos, unde propterea
concordia hujuſmodi controverſiarum ſpeciebus finem
dare conſuevit.

Pluribus cadentibus quæſtionibus, concurſus in-
ter ipſos collaterales, quas peragere occaſio non dedit, 256
ideoque videndum eſt apud eos, utriuſque feudi ſcri-
ptores, qui peculiarem hanc ſucceſſionis materiam
ad illarum legum præſcriptum peragere profeſſi ſunt. 257

Aliqua etiam differentia militabat circa textum; In
hoc etenim citeriori Regno, linea vincit gradum,
ſexum, & ætatem, adeout (quamvis barbare, &
contra omnem rationem) nepris ex filio primogeni-
to prædefuncto ſuperſtes, excludat filium ſecundo-
genitum ejus patruum, quamvis ætatis, ſexus, &
gradus prærogativa ſit major; In eo autem Regno,
ob aliqua leges, agnationi magis rationabiliter proſ-
picientes, contrarium fortè verius eſt, vel ſaltem eſt
ſub majori controverſia, ut in ſua ſede; Ubi etiam
de prærogativa agnationis probabilius vincente alte-
ram ætatis, quamvis æqualitas gradus concurreret,
ut *diſc.* 13.

Aliis multis cadentibus quæſtionibus, circa repræ-
ſentationem, vel tranſmiſſionem prærogativæ linearis, 258
an ſcilicet, quod in deſcendentibus dicitur, in col-
lateralibus quoque procedat, ut in ſua ſede.

Inter fœminas autem æqualis gradus, in his Re-
gnis, præſertim iſto citeriori, ex eorum legibus par-
ticularibus, qualitas innuptæ, atque ut dicitur in ca-
pillo, prævalet lineæ, ideoque ſecundogenita in ca-
pillo præfertur primogenitæ nuptæ, & dotatæ con-
ſentienti dotationi, cum pleriſque declarationibus,
de quibus in ſua ſede.

De Illegitimorum verò, & Clericorum, aut militiæ 259
Eccleſiaſticæ profeſſorum capacitate ſuccedendi, &
quid ubi de tempore delatæ ſucceſſionis, ille qui in
ſtatu incapaci reperitur, eum immutare poteſt, atque 260
capax effici, habetur ſupra in propria capacium Ru-
brica.

Et de oneribus cum feudo devoluto tranſeuntibus
etiam ad dominum, habetur infra in propria devolu- 261
tionis, vel caducitatis Rubrica.

Cum autem duplicem habeat diverſum hæredem
feudatarius moriens, feudalem ſcilicet, ac allodialem, 262
ſeu burgenſem, juxta diverſam patrimoniorum ſpe-
ciem, quorum quodlibet hæreditatis univerſitatem
diſtinctam conſtituit; Hinc frequentes in dicto Re-
gno citeriori, forus audit quæſtiones ſuper utriuſque
hæredis, vel patrimonii contributione ad debita,
aliaque onera defuncti.

Recepta verò diſtinctio eſt, ut ad mere realia, ipſis 263
bonis infixa, vel eorum cauſa contracta, non intret
contributio, ſed quilibet ſuum ferat onus; In per-
ſonalibus autem, vel indifferentibus, uterque hæres
pro viribus, ac rata bonorum, atque ut dicitur per
æs, & libram, habita ratione valoris in ſorte princi-
pali contribuit, ſive debita contracta ſint cum Regio
aſſenſu, vel ſine; Minuſque attento, an una, vel al-
tera bonorum ſpecies magis obligata, vel ſubjugata

ſit;

ſit; Quod in debitis contractis per plurium majoratuum, vel fideicommiſſorum poſſeſſorem, quando per iſtius mortem, eorundem majoratuum, vel fideicommiſſorum diviſionem ſequi contingat, quoque procedere alias deciſum eſt, niſi diverſa accedat ex-
265 preſſa, vel conjecturalis ipſius morientis voluntas, quæ ſervandæ eſt, ubi ratione legitimæ poteſtatis defectus accedat, ut *diſc.* 12. & 22. *&* 89.

XII.

De Refutatione.

DUplieiter de refutationis validitate, vel effectibus agi ſolet, Primo ſcilicet ubi ipſo domi-
266 no fiat; Et ſecundo ubi filio, vel alteri proximè ſucceſſuro, vel alias ſub inveſtitura comprehenſo, cum in extranea, non refutationis, ſed alienationis terminus cadat.

In prima ſpecie refutationis feudi, quæ domino
267 fiat, duplex pariter quæſtio intrat; Prima nempè, an dominus invitus eam recipere teneatur, quamvis ejus voluntas diverſa ſit; Aliis ſimpliciter affirmantibus; Aliis è converſo ſimpliciter negantibus, & aliis probabilius diſtinguentibus, an recuſandi juſta accedat cauſa, necne, ut non teneatur ſi ejus intereſt refutationem non fieri, ut *diſc.* 71.

Et ſecundò, quatenus dominus velit, & acceptet,
268 an ea tollat jus agnatorum, ac aliorum ab inveſtitura vocatorum; Atque ubi in refutante, diſponendi, vel alienandi facultas non adſit, probabilior eſt negativa, cum inveſtitura durante, dominus jure extranei cenſeatur, in quem alienatio facta ſit, ideoque non extinctivo jure devolutionis, vel conſolidationis feudum obtinere dicitur, ſed jure tranſlativæ ceſſionis, durante jure cedentis, ipſa dominicali qualitate ſuffragante pro duplicita præſtatione aſſenſus ſibi ipſi, ne aliis ipſimet refutandi, pœnitendi, vel revocandi competat ex facultas, quæ facta alteri ceſſione, vel alienatione competeret, & ne agnatis demr illa retrahendi, ſeu vindicandi actio, quæ adhuc durante jure alienantis, quandoque competit.

In altera verò ſpecie refutationis factæ agnato, qui non ſit proximè ſucceſſurus (poſita alienandi, vel
269 diſponendi prohibitione) idem dicendum eſt, ut prohibitæ, ac invalidæ alienationis ſpeciem habeat; Ubi autem fiat in proximè ſucceſſurum, tunc valida eſt etiam ſine domini aſſenſu, quoniam non eſt alienatio ſed præventiva ſucceſſio; Duobus tamen concurrentibus; Primò ut elegans nomen contractus habeat; Et ſecundo ut ſit pura, non autem pactionata, præ-
270 ſertim circa reſervationem uſusfructus favore refutantis, cum id feudi diviſionem, vel ſervitutem prohibitam importet; Secus autem ubi fiat ea reſervatio fructuum, ſeu commoditatis, ut nudi facti eſt, quæ in feudis etiam licite fieri poteſt, cum feudi ſubſtantiam non tangat, ut ſupra in alienationum Rubrica.

Dummodo talis reſervatio ſic ample concepta non ſit, quod in effectu refutatio verbalis dici valeat, ac fraudem redoleat, quod ex facti qualitate pendet, ideoque certam, ac determinatam regulam generalem non recipit.

Quatenus verò pactionata ſit, tunc non modica eſt inter feudiſtas quæſtio an pacta vitient refutatio-
271 nem, vel potius eis vitiatis, aut ad licitam ſpeciem redactis, ea firma maneat; Tribus de ſuper vigentibus opinionibus; Una, quæ minores habet ſequaces, ut reſervatio uſusfructus reſolvatur in dictam licitam fructuum, vel commoditatis; ut facti eſt; Altera quæ aliquam habet majorem probabilitatem, ut pacta vitientur, non autem ipſa refutatio; Et tertia probabilior, magiſque per feudiſtas recepta, ut ob voluntatis individuum, totus actus corruat, ipſaque refutatio vitiata maneat; niſi facti circumſtantiæ dictam præſumptam individuitatem voluntatis ceſſare faciant, atque ſuadeant, refutantis intentionem fuiſſe, ut ipſa pacta potius vitientur, cum ſemper præſumptio cedat veritati.

Cadente etiam quæſtione fraudis, quæ dupliciter 272
cadere poteſt; Vel ſcilicet domino ſuper laudemio, vel relevio, quod ex facti qualitate, & circumſtantiis deciſionem recipit; Vel creditoribus refutantis, qui-
bus utrique præjudicatum non remanet, durante tem- 273
pore, quo jus refutantis duraret, ſi refutatio facta non eſſet, juxta ea, quæ de refutatione facta ipſo domino deſuper habentur, cum poſſit quidem debitos nolle quærere, juſque ſibi delatum nolle agnoſcere in creditorum præjudicium, non autem jus, jam agnitum, & quæſitum remittere.

An autem refutatario præmoriente intret reſolutio 274
actus; adeò ut refutans jure primævo feudum occupet, vel potius jus ſucceſſorium juxta ordinem proximitatis refutarii morientis intret, ſub quæſtione eſt, in qua data valida refutatione pura, verius videtur ſucceſſorium edictum intrare

Prout, an ſucceſſionis ordo, quod perſonam refu- 275
tantis, attendi debeat de tempore refutationis, vel ejus mortis naturalis, adeout hæc præventiva ſucceſſio, apta ſit tollere, necne, jus ei, cujus de tempore mortis, magis proxima eſſet cauſa ſuccedendi, ſub quæſtione eſt, de qua in ſua ſede, ut *d. diſc.* 13.

XIII.

De ſubfeudis, ac poteſtate ſubinfeudandi.

SUbinfeudandi poteſtas, an feudatario ſine domini
aſſenſu competat, & an ſubinfeudatio prohibitam 276
redoleat alienationem, necne, apud antiquiores nimium certatum eſt; Hodie verò ex magis communi, receptoque feudiſtarum ſenſu, inſpecta juris communis feudorum diſpoſitione, verior videtur opinio, quæ ſubinfeudandi poteſtati aſſiſtit.

Tribus tamen requiſitis copulativè concurrentibus; 277
Primo nempè, ut fiat cum eiſdem legibus, & pactis; Secundo, ut in perſona æqualis conditionis, unde propterea domino non præjudicetur; Et tertiò, ut fiat ſincere, ac ſine fraude, ut *diſc.* 1.

Æquivocum autem eſt aliquorum ſcribentium,
in quacumque ſubinfeudatione, hujuſmodi requiſito- 278
rum concurſum indefinite deſiderantium, cum (tertio excepto, quod cuicumque ſpeciei adaptabile, & congruit) reliqua duo, uni, non autem ſpeciei conveniant.

Triplex igitur eſt ſubinfeudationis ſpecies; Una 279
eſt, quæ fiat de aliquibus inferioribus, modicique momenti feudi membris, vel acceſſoriis concedi ſolitis, & quæ ſub excadentiarum vocabulo feudiſtæ explicare ſolent, atque ſub fructuum feudi nomine veniunt; Et hæc alienationem non redolet, ſed potius fructuum perceptionem, dummodo abſit fraus, ita mature percipiendi hunc fructum pro tempore non ſuo.

Nil autem refert, an iſte cui fit ſubfeudatio, ſit 280
diſparis conditionis, idque pretio, vel alia recompenſa mediante ſequatur, dummodo ſolitum non alteretur, juxta eam generalem limitationem, quæ in bonis regulariter alienari prohibitis, tradi ſolet in iis, quæ jam alienabilia, vel concedi ſolita effecta ſint, cum hæc ſubfeuda (quæ alicubi ſub feudi plani, & de tabula puri vocabulo explicari ſolent) allodialium potius, quam feudalium jure cenſenda ſint, jure communi civili magis, quam feudali regulanda.

Altera eſt ſubinfeudationis ſpecies, quæ de toto
feudo fiat, nihilo retento pro ſubinfeudante, atque 281
in hac ſpecie vere proprie dicta requiſita deſiderantur, cum tunc ſubinfeudatus obtinere dicatur à primo infeudante

feudante, ac domino, cujus ſit vaſſallus immediatus,
ſub infeudans verò, organi, ſeu inſtrumenti partes
gerit; ideoque facta ſubinfeudatione, iſtius perſona
de ſcena exit, neque aliud jus ei remanet, minuſque
onus ſervitii, ac fidelitatis, vel devolutionis, ad in-
ſtar eremitis, pro perſona nominanda, poſtquam nomi-
nationem fecit, ſuáque facultatē ad exercitium deduxit.
Tertia eſt demum ſpecies, quæ fiat, de feudo, vel
ejus partibus, aliquibus partibus, vel juribus pro ipſo
282 ſubinfeudante retentis, vel reſervatis; Et hæc pariter
ſubdiſtinguitur in eam ſubinfeudationem, quæ totius
feudi, omniumque ejus jurium, etiam Regalium fiat
aliqua ſuperioritate, ac intellectuali alto dominio re-
ſervatis, adeout ſubinfeudatus, totum id obtineat,
quod feudatarius immediatus, etiam feudi Regalis,
ac Dignitatis obtinet dicta intellectuali reſervatione
ſolum excepta; Et hanc ſubfeudi ſpeciem verius eſt,
abſque ſpeciali facultate per infeudantem conceſſa,
exercibilem non eſſe.
Quandoque tamen, ne dum pro facultate ſed etiam
283 pro neceſſitate id injungi praxis docuit.
Altera verò eſt ſubinfeudatio, quæ tertiam conſti-
tuit ſpeciem inter proximam de toto, & primam ſim-
284 plicium membrorum, ſeu excadentiarum, quia nempe
de aliquibus Oppidis, vel Caſtris, aut feudi membris,
per quæ ipſius feudi Univerſitas, vel corpus notabi-
lem ſciſſuram, vel deturpationem non patiatur; Qui-
n mò nullam ſciſſuram, vel diviſionem, quoad jus
habituale, ac imperium, & Regalia ſentiat, ſed in
ſola fruitione, ac mere ſubordinato imperio, tan-
quam per ſpeciem commiſſæ juriſdictionis, ac admi-
niſtrationis, ſub omnimoda ſubinfeudantis ſuperio-
ritate, qualia ſunt ea ſubfeuda, quæ ſimplices Baro-
nes, non autem veros Dignitatis feudatarios conſti-
tuunt.
Hæc autem ſpecies (non data ſpeciali prohibitio-
ne) exercibilis eſt, ubi qualitas feudi ita exigat, ut
285 feudatarius feudi Regalis, ac Dignitatis, cum jure
Principatus, his nobiles, & qualificatos milites, ac
vaſſallos ſibi conſtituat, vel ita bene merentibus præ-
mia diſtribuat; Cum ea tamen moderatione, ac pro-
portione ad feudi qualitatem, & circunſtantias, ut
fraudem, vel Domini notabile præjudicium non redo-
leat; Itaque ſubfeudorum ſpecies in feudis Regalibus,
ac Dignitatis frequens eſt in praxi.
In hac verò ſpecie, erroneum eſt ſuperius recen-
286 ſita, tria requiſita deſiderare, cum illud æqualis con-
ditionis potius interdictum ſit, dum non paribus,
ſed inferioribus, ac ſubditis, hæc ſubfeuda congruunt;
Minuſque alterum, ut gratis, ac ſub eiſdem legibus
conceſſio fiat, cum pretio mediante, magiſque limi-
tate hujuſmodi ſubinfeudationes fieri, recepta praxis,
præſertim Italiæ, doceat.
Ideoque ſolum requiſitum fraudis excluſivum
287 deſiderandum eſt, pro ea ſcilicet fraude, quæ in feu-
datario caſtrato, ſeu de ſucceſſore deſperato, aut
alias devolutione imminente conſideratur, quamvis
conſilii non ſit, ſed ſolius præjudicii, eodem modo;
pro de jure diſpoſitum eſt in alia ſubfeudorum ſpecie,
quæ fructuum, ſeu excadentiarum ſpeciem redolet,
quia nempe perceptionem fructuum, vel ſui juris
exercitium in tempus non ſuum ſubinfeudans ita pro-
trahat, rejecta opinione volentium, ut ubi expreſſe
facultas conceſſa eſt, hæc reſtrictio non intret, ut
aliquid conceſſioni legis addat illa hominis, ut d. diſc.
4. 7. & 59.
In præfatis autem utriuſque Siciliæ Regnis, ob
288 eorum peculiares leges, strictiorem alienandi prohi-
bitionem continentes, (excepto dicto caſu excaden-
tiarum, quæ conſueti fructus ſpeciem habent, atque
concedi ſolent) receptum eſt, hanc etiam ſubinfeu-
tionem prohibitam eſſe, illamque ſub alienationis
289 vocabulo venire.
Poſita legitima ſubinfeudatione, ſubinfeudatus ip-

ſum ſubinfeudantem, ac immediatum auctorem, in
dominum agnoſcere debet, eique fidelitatem, ac ſer- 290
vitium præſtare, non autem mediatum; Atque ad
immediatum devolutio pertinet; Prout ab eo renova-
tio petenda eſt, ut d. diſc. 7. & 59 Niſi cum conſen- 291
ſu domini directi, ejuſque nova inveſtitura, ita ſubin-
feudatio ſequi dicatur, quod ſpeciem diſmembratio- 292
nis à feudo, ac erectionem novi feudi directi, & in
capite importet.
Ad regulandam verò ſubfeudi naturam, ubi inve- 293
ſtituræ lex ambigua ſit, illa ipſius feudi attendenda
eſt, cum ſubfeudum ejus cenſeatur naturæ, cujus eſt
feudum.
Non levi apud feudiſtas cadente quæſtione; an de-
volutio facta, ſubfeudum duret, atque Dominus, cui 294
devolutio facta eſt, ſubfeudatarium ei ſervire volen-
tem, recipere teneatur; Magiſque probabilis, ac re-
ceptior affirmativa, ubi ſinceritas accedat, neque
fraudem ſubinfeudatio redoleat; Alia vero in foro pa-
rum frequentia hanc ſubfeudorum materiam concer-
nentia, in propria, ſede videnda ſunt, ut d. diſc. 2.

XIV.

De Renovatione inveſtituræ feudalis, ac laudemio, & relevio; Et jure tappetis.

Duplex renovationis eſt ſpecies; Una, quæ non
culpoſè devoluto feudo, terminataque inveſti-
tura, ex æquitate, per dominum nolentem ipſum re- 295
tinere; ſed alios inveſtire, debita eſt feudatarii de-
functi proximiori ſanguinis, ubi de feudo pacti, &
providentiæ agatur, quod jure ſanguinis, durante in-
veſtitura defertur; Ubi verò ſit purè hæreditarium;
rei familiaris hæreti; Denegatur autem in caſu devo-
lutionis culpoſæ.
Id autem feudorum ſpeciale non eſt, cum emphy- 296
teuſi quoque ſit commune, ideoque, ea quæ frequen-
tia in ea materia habentur, feudis quoque regulari-
ter congruunt, niſi peculiaris regionis ſcripta, vel
non ſcripta lex aliter ſtatuat, ut diſc. 52. & ſub tit. de
emphyt. ſi pluries.
Altera verò eſt à jure feudali ſpecialiter manans;
cujus inſtar in emphyteuſi quoque ex quodam rece- 297
pto uſu, idem inductum eſt; Itaque per novum feudi
ſucceſſorem, ſub caducitatis pœna infra annum, &
diem petenda eſt, niſi conſuetudo hanc obligatio-
nem ceſſare faciat, dictuſque terminus; quandoque
per inveſtituræ legem particularem brevior eſſe ſo-
let, ut in citeriori Siciliæ, ſeu Neapolitano Regno 298
ſtatutum eſt, ut infra ſex menſes renovatio petenda ſit;
Pluribus cadentibus quæſtionibus circa juſtas excu-
ſationis, vel reſtitutionis in integrum cauſas ex facti
qualitate, ac circunſtantiis pro impedimentorum,
vel excuſationum probabilitate decidendis, ut d.
diſc. 59.
Idemque terminus anni, & diei, qui in fiat ſpecie
renovationis per feudales præſcriptus eſt, ex recepto 299
uſu extenſus fuit ad aliam ſpeciem, de qua ſupra, niſi
dominus alteri conceſſerit; cum tunc longiſſimi tem-
poris decurſum requiri, ut huic juri præjudicatum
cenſeatur, forus recepiſſe videatur.
A domino autem ubi poteſtatem non habent legibus 300
derogandi, novaſque condendi, verius eſt, dictum ter-
minum anni, & menſis abbreviari non poſſe, licet tamen
abſque dubio extendi poſſit, quia ex alterius præjudicii,
vel intereſſe m[illegible] aliud non ſuadeat, ut d. diſc. 52.
Itaque per ſubinfeudatum non à primo, ac mediato, 301
ſed à ſecundo, ejuſque immediato domino, ac ſubin-
feudante petenda eſt; Hic remanente obligatione,
quando novus eſt ſucceſſor, ſuam renovationem à pri- 302
mo domino petendi, ſuáque petitio infra terminum
ab ipſo ſucceſſore, ſeu legitimo procuratore, qui ſpe-
cialis eſſe debet, ſufficit, licet conceſſio differatur.

Pro hujuſmodi renovationis ſucceſſione, quæ per
303 novum ſucceſſorem perneceſſe petenda eſt, jure feudali, ſtatutum non eſt, aliquid domino ſolvendum eſſe cum ea pars fructuum, quæ eidem domino à dicto jure defertur illius anni, in quo feudatarii mortem ſequi contingat, ſufficere debeat, niſi peculiaris lex ſcripta, vel non ſcripta diverſimode diſponat, ut *eod. diſc.* 59.

In præfatis autem utriuſque Siciliæ Regnis; & præſertim in hoc citeriori; Sive ſit dicta fructuum parte,
304 quam jus feudale domino defert anni vacationis feudi; Sive ob domini recognitionem per leges, vel conſuetudines particulares, Regi debita eſt medietas feudi fructuum dicti anni vacationis, ſponte ſolvenda infra annum ſub relevii vocabulo, cum fideli eorundem fructuum notula, & ſub pœna duplicatæ exactionis faciendæ ex ejuſdem feudi fructibus, qui affecti ſunt, ut *diſc.* 28.

Si vero contingat, eodem anno duplicem, vel mul-
305 tiplicem vocationem ſequi, unicum relevium ſolvendum eſſe verius videtur; Pluribus cadentibus quæſtionibus in hac relevii materia, quæ ſpeciales habet tractantes ſuper deductionibus onerum, ac ſuper fraudibus, quæ illi occaſione refutationis fieri ſolent, cum aliis de quibus in ſua ſede, utpote compendio parum congruis.

Adeſt quoque in dicto citeriori Regno, ac forte
306 etiam in ulteriori alia ſolutionis ſpecies, quæ ſub nomine tappeti explicari ſolet, originem trahens eo tappeti uſu, qui per novum feudi ſucceſſorem habebatur, dum fidelitatis juramentum domino præſtabat, eumque recognoſcebat, cujus cæremoniæ, ac renovationis loco dictæ ſolutiones, ac etiam quarundam litterarum expeditiones ſucceſſerunt, ut *eod. diſc.* 29.

XV.

De jure prothomiſeos; Et de feudi evictione.

RAræ ſunt in foro quæſtiones illius juris prothomiſeos, quod ex æquitate jus feudale concedit
307 agnato ſucceſſuro, vendicandi, ſeu retrahendi feudum alteri alienatum, oblato pretio, quamvis adhuc jus alienantis duret neque ſuum apertum ſit, cum frequentius magis expediat caſum ſucceſſionis expectare, atque ita nullo ſoluto pretio, feudum vendicare; Adhuc tamen aliquando praxis docet id expedire, ideoque tale jus exerceri.

Id autem procedit in feudo antiquo pacti & providentiæ, non autem hæreditario, vel etiam in novo,
308 quamvis pacti, & providentiæ formam habeat, ubi alienatio fiat per primum acquirentem titulo oneroſo; Secus autem ubi ex cauſa lucrativa, cum iſtud jure antiqui regulentur, ut *diſc.* 36. & 37. 38. & 110.

Non levi militante quæſtione inter Neapolitanos feudiſtas, an hoc jus competat in illis feudis antiquis,
309 mixtam qualitatem habentibus, in quibus quoddam jure ſpeciali, ut nedum primi acquirentis ſed etiam ultimi morientis, nulla facta deductione feudi, vel ejus valoris, hæreditariam qualitatem habere oportet; Adhuc tamen ex quodam recepto ſtylo potius, quam ex ſtricta juris cenſura, recepta eſt affirmativa opinio in
310 voluntariis alienationibus; Non improbabili dubietate cadente, ubi judicis auctoritate, publica ſubhaſta alienationem fieri contingat, ut *eod. diſc.* 37.

Ubi verò, non ipſum feudum, vel jus in eo, vendi contingat, ſed ſolos fructus, vel eorum commodita-
311 tem verius eſt dictum jus non competere, *d. diſc.* 110. Niſi facti circunſtantiæ quandam non ſcriptam æquitatem producant, quæ dicti juris competentiam congruè ſuadeat, etiam in caſibus, in quibus de ſtricta juris cenſura, illud veniat denegandum, ut quandoque habetur etiam in bonis juriſdictionalibus, non feudalibus; Quia verò, ut dictum eſt, raro forus alias quæſtiones deſuper cadentes audit, hinc proindè ad propriam ſedem relatio ſufficiat.

Raræ quoque videntur evictionis quæſtiones inter
infeudantem, & infeudatum, quoties non pecunia, 312
vel alia recompenſa mediante, ſed juxta propriam, ac regularem feudorum conceſſionem gratis, & tanquam ſpeciem beneficii, feudum concedatur; Cum tunc regula ſit negativa, in aliquibus caſibus limitari ſolita, ut in ſua ſede, cum inſpectio parum congrua foro videatur.

Empritii autem feudi, ſeu alias ex oneroſa cauſa
correſpectiva conceſſi vel dati, ſive à domino, ſive ab 313
altero feudatario id ſequatur, evictio præſtanda eſt; Niſi de illa agatur, quæ ex rei natura ſequuta ſit; Vel quia ſcientia in minimis, aut formidatæ evictionis hanc actionem excludat, quoties diverſa conventio, vel feudalis qualitatis ignorantia, ſive diverſa venditoris aſſertio, eandem actionem alias denegandam non concedant; Ideoque facti, ac voluntatis potius, quam juris quæſtio eſſe videtur, pro facti qualitate decidenda, ut *diſc.* 44. & 65.

Quatenus verò evictio præſtanda ſit, ut frequentius
inter feudatarium alteri de conſenſu domini venden
tem feudum, quam inter dominum, & feudatarium 314
quæſtiones eſſe ſolent, ipſius feudi in univerſum evictio præſtanda eſt vel ejus quotæ, non autem ſingulorum membrorum, vel bonorum, per quorum evictionem, eadem univerſitas adhuc duret, niſi ſpecifica aliquorum bonorum expreſſio, vel pretii quantitas, aut alia argumenta, diverſam probent voluntatem, quodque de illis quoque in pretio habita ſit ratio, ut *d. diſc.* 32. & 65.

Verum ubi etiam de omnibus evictio promiſſa ſit,
cum libertatis aſſertione; Adhuc tamen evictionis, vel 315
quanto minoris actio, non intrat pro illis oneribus, aut ſervitutibus, quæ feudo connaturalia ſunt, eique inſunt, ut eſt præſertim naturalis vaſſallorum uſus, niſi aliàs cautum ſit, ut *d. diſc.* 65.

Prout evictio de natura rei, quæ regulariter præſtanda non eſt, intrat ubi ex facto culpoſo venditoris,
devolutio ſequatur atque ita jus emptoris ceſſet ut *in* 316
tit. de penſion. diſc. 69. & *tit. de dote diſc.* 136.

XVI.

De Inveſtitura abuſiva de feudo pleno; Et de conceſſione loci, in quo adſit privilegium, vel pactum non infeudandi.

IN Papa quoad ea, quæ temporalem Principatum concernunt, aliiſque licet ſupremis, ac primi ordinis Principibus electivis, ſeu alias Principatum cum
hæreditaria qualitate non traſmittentibus; Aliqui 317
feudiſtæ, præſertim ultramontani, hanc inveſtituræ ſpeciem faciendi poteſtatem negarunt, quaſi quod, etſi in ſupremo non urgeat ea ratio voti captandæ mortis, quam inferioribus obſtare creditur; Attamen urgeat altera ſupplantandi ſucceſſorem, atque conferendi ejus poteſtatis exercitium in tempus inhabile, quo ſuum jus jam annihilatum eſt.

Omninò autem hac ſententia reprobata, in Papa
etiam in temporalibus, aliiſque ſupremis, qui poſitivæ 318
legis non ſentiunt ſubjectionem, contraria verior eſt clarius verò de conſenſu poſſeſſoris, ejuſque jure præſervato, ut *tit. de Regal. diſc.* 3. & 148. & *in tit. de emphytheuſ. diſc.* 1.

Quinimò, & abſque dicto conſenſu, quem Supremus ſupplere poteſt, dum receptum eſt, ut etiam jus quæſitum, ac de præſenti ex cauſa, & quandoque etiam jus quæſitum, ac de præſenti ex cauſa, & quandoque etiam ſine, tollendi poteſtatem habeat; Adeò ut forus frequenter quidem voluntatis, nunquam tamen, vel nimium rarò, poteſtatis quæſtiones audiat, ut *d. diſc.* 148. *de Regal.*

In Prælatis autem, vel inferioribus, ac ſubordinatis feudatariis, ac Magiſtratibus, quibus ſuprema poteſtas
derogandi legibus, vel tollendi jus tertii non cõpetat; 319
Una opinio indefinitè negat, ex triplici ratione, voti ſcilicet captandæ mortis, ſupplantationis ſucceſſionis,

&

Digitized by Google

& præjudicii poſſeſſoris, poſt cujus ceſſatum jus conceſſio facta eſſet.

Quidquid autem de prima ratione ſit, jure communi Romanorum attento in emphyteuſi, vel officiis, aliiſque vitalitiis rebus, dicto jure metiendis, de quo
320 in ſuis emphyteuſis, ac officiorum ſedibus; In feudis tamen juxta proprias feudales leges, vel conſuetudines regulandis, hæc ratio negligitur; Ideoque duabus aliis ceſſantibus, quæ ſolum inferioribus obſtant, probabilius eſt, hanc inveſtituræ ſpeciem practicabilem eſſe, quia nempe poſſeſſoris accedat conſenſus, vel cum omnimoda ſui juris præſervativa fiat
321 (quod etiam non expreſſum ſubintelligendum eſt.

Ideoque ſi caſus aperturæ contingat, adhuc durante jure, vel poteſtate ejus, qui talem abuſivam inveſtituram conceſſit, de illa non eſt dubitandum, dum ita
322 ceſſat altera præjudicii, vel ſupplantationis ſucceſſuris ratio; Exindeque reſultat, ut actus eſſe dicatur in implicito validitatis ſtatu, quatenus ea integra caſus ſequatur; Reſolutioni tamen ſubjectum, quatenus ipſius infeudantis jus, pendente conditione reſolvatur.

Verum, & in caſibus, in quibus ratione ſupremæ poteſtatis infeudantis, vel ex dictis rationibus ceſſantis præjudicii poſſeſſoris, ac ſucceſſoris, actus valeat,
323 adhuc tamen ille non impedit, quin poſſeſſor ſuum jus in alterum transferre valeat, ipſeque dominus aſſentiri; Iſteque poſterior actus præcedenti prævalet, neque ille, cui hæc abuſiva conceſſio facta eſt, conqueri poterit, cum hanc implicitam conditionem ejus infeudatio ſub ſe continere dicatur; Niſi ſpecialis valida conventio, vel aliæ facti circunſtantiæ, ſeu legitima conſuetudo aliter ſuadeant.

Vicario autem Domini, hæc poteſtas, abſque ſpe-
324 ciali nota, demandata non cenſetur, niſi ubi actuum frequentia, vel obſervantia, ſive aliæ facti circunſtantiæ, Domini voluntatem redolere videantur; Rara verò præſertim in Italia, in feudis eſt hujuſmodi inveſtituræ praxis. *De his d. tit. de emphyteuſ. diſc. 1. & 2. & d. diſc. 3. de Regal.*

Prout etiam rara eſt altera quæſtio feudalis conceſſionis, quæ de eodem feudo duobus fiat, illaque ex
325 facto potius, quam ex jure deciſionem recipit; Quamvis enim re integra, quia nemini traditio facta ſit; primæ conceſſioni aſſiſtat regula, quæ è converſo aſſiſtit ſecundæ, quæ prioris traditionis fomentum habeat; Attamen ex clauſulis, illa præſertim conſtituti, ſive ex aliis actibus, ac ſignis traditioni æquipollentibus, plures recipit limitationes, ideoque certa determinatio non datur.

Frequentes autem, (in dicto præſertim citerioris Siciliæ Regno) audiuntur quæſtiones circa infeuda-
326 tiones Civitatum, Oppidorum, & locorum, quibus ex gratia, & privilegio, vel contractu, & cauſa correſpectiva conceſſum eſt, ut non poſſint in feudum concedi, ſed ſub immediato Regis gubernio, ac juriſdictione conſervari debeant, (quod ibi eſſe de demanio dicitur; quamvis de ſtricta juris cenſura, deciſio pendeat, an ex gratia, vel juſtitia, & cauſa correſpectiva conceſſio prodierit; Attamen diſtinctio hæc, pro regulanda, ſeu refrænanda voluntate, nimium proficua eſt, ut hoc ſecundo caſu, longè difficilius infeudatio ſequatur, quam primo, non autem pro poteſtate, quæ etiam admittitur in caſu contractus, & cauſæ onoroſæ.

Ideoque Regis Vicario, eique la tere aſſiſtenti
327 Concilio, fas eſt, hujuſmodi infeudationum executionem denegare, vel ſuſpendere, donec Rex certioretur, ac partes audiat; Sed Rege in eadem perſeverante voluntate, poteſtatis defectum, forus externus non decidit, quidquid de interno ſit, cujus medicorum ſpiritualium ſunt partes agendi, ut d. diſc. 184. de Regal.

Quando autem de correſpectiva feudi conceſſione
328 jure venditionis agatur, laudabilis inolevit uſus, ad inſtar juris prothomiſeos, vaſſallis ad libertatem, ſeu demanium provocantibus, prælationem concedere; Quod etiam, (ad inſtar) ad caſum locationis extenſum eſt, ut volente Barone feudum alteri locare, vaſſallis, eorumque Univerſitati prælatio in pari cauſa concedatur, ut diſc. 38. & 110.

XVII.

De devolutione, ſeu caducitate, & amiſſione feudi.

QUamvis de feudi ſubſtantia non ſit ſcriptura; ſine qua inveſtitura fieri, ac probari poteſt; Ob nimiam tamen difficultatem, quæ, ſcriptura, defi- 329
ciente, dignoſcitur, in factis, præſertim antiquis probandi legem præciſam inveſtituræ, cum reſtrictione ad certa genera, vel tempora, ob quorum finem, à Domino prætenditur, devolutioni locum factum eſſe, cum ad hunc effectum, Domino ad devolutionem agenti, perfectæ, & concludentis probationis onus incumbat; (Aliis minus perfectis, ac adminiculativis probationibus ſufficientibus, pro ſervitii præſtatione, aliiſque incidentibus) Hinc per ora forenſium volitare ſolet axioma, ut ad hunc devolutionis effectum, inveſtituræ ſcriptura neceſſaria ſit, ubi per finem lineæ, vel temporis petatur, *ut ſub tit. de Emphiteuſi ſæpius, & hoc tit. diſc. 70.*

Id autem recipiendum eſt, in illis regionibus, ac Principatibus, in quibus impropriorum feudorum
uſus, ac praxis habeatur, quamvis de Civitatibus, 330
Oppidis, & Caſtris, cum Imperio, ac jure vaſſallorum agatur, adeo ut, poſſibilitas vigeat allodialitatis, vel impropriæ, ac purè hæreditariæ feudalitatis, cum jure tranſmittendi extra propium genus ad extraneos; quoniam perfecta, & concludens probatio contrariam poſſibilitatem non admittit; Secus autem ubi ex generali regionis uſu, Civitates, Oppida, & Caſtra prædicta, nonniſi jure veri, ac proprii feudi obtinentur, ut (exceptis Eccleſiis) eſt in ſæpius enunciato Regno Neapolitano, cum tunc, probata dicatur feudalitas, eo ipſo, quod diverſæ qualitatis, probationes, vel vehementia argumenta non dentur, ut propterea ad limites juris communis feudalis, vel peculiaris regionis, feudorum ſucceſſione reſtricta ad certum genus, vel certos gradus, iſtis defectis devolutionis locus fiat.

Conſtito autem per ſcripturam, vel aliam efficacem probationis ſpeciem, de inveſtituræ reſtrictione 331
ad certum genus, iſtiuſque fine probato, planum eſt jus Domini ſuper devolutione, adeout, facti potius, quam juris, hujuſmodi quæſtiones eſſe videantur, quoties de hac non culpoſa, ſed naturali devolutione per
lineæ, vel generis finem agatur; Potiſſime verò ubi 332
ex genere vocato, ſuperſint quidem perſonæ, de quarum capacitate, vel incapacitate quæſtio ſit, ut in clericis, ac fæminis, earumque deſcendentibus, vel in iis, qui aliquo natalium defectu, quamvis artificialiter ſanato, laborent, juxta ea, quæ, in capacitatis, vel incapacitatis Rubrica ſuperius habentur; Atque ad hunc effectum, (non controverſa etiam feudali qualitate ad certum genus, vel ſanguinis ſucceſſores reſtricta) pro neceſſario requiſito, ob nimium difficilem probationem contrariæ poſſibilitatis excluſivam, de facto ſcripturæ neceſſitas urgere videtur.

Ipſo autem genere capaci adhuc durante, adeout 333
nulla ſit finitæ inveſtituræ quæſtio; Plures dantur accidentalis revolutionis caſus, ſub caducitatis, vel amiſſionis vocabulo explicari ſoliti, quaſi quod terminus devolutionis non congruat niſi illi, quæ citra culpam, vel aliud accidens, ex ſolo naturæ curſu ob lineæ, vel generis finem ſequatur.

Caducitati autem, ſive amiſſioni, quamvis inveſtitura 334
duret, ex pluribus locus fieri ſolet, quæ nō facile [illegible] ſub compendio recenſere eaque præſerti[illegible], quæ [illegible]us unquá, vel nimiū rarò audit, in propria ſede [illegible]nda ſunt.

Ad veri tamen, ac proprii feudi nobilis qualitatem
131 deſumendam, potiſſimum attendenda eſt Domini qualitas, & an indicendi belli jus habeat, in quo verificabile ſit perſonale, ac militare ſervitium, quod videtur feudi veri ac proprii eſſentiale requiſitum, ut ſuprà quoque advertitur, *diſc.* 52.

VII.

De oneribus, & ſervitiis, ad quæ feudatarius tenetur erga dominum, & è converſo de oneribus, & de obligationibus Domini erga feudatarium.

UBi ex lege univerſali ſcripta, ſeu non ſcripta, omnium feudorum ejuſdem dominii vel regionis,
132 vel ex particulari lege inveſtituræ, certum ſervitium præſcriptum eſt, illud extra controverſiam præſtandum eſt, quod pro fere communi uſu, ubi præſertim agitur de Domino, qui frequentiùs ejus Principatum, vel dominium pacificum habet, ad aliquam realem præſtationem annuam, loco ſervitii, vel homagii ſubrogatam redactum eſt, ut præſertim contingit in dicto citerioris Siciliæ, ſeu Neapolitano Regno, ubi loco ſervitii annua quædam præſtatio ſolvitur ſub *adhoa* vocabulo ibi explicata; Quæſtione cadente; an, & quando hujuſmodi præſtationis neglecta ſolutio caducitatem cauſet, & an moræ æquitativa purgatio concedenda ſit, quod pro variis provinciarum vel do-
133 minorum legibus, vel ſtylis diverſam recipit determinationem, ut infra in propria devolutionis, vel caducitatis Rubrica *diſc.* 5.

Per hujuſmodi autem realis præſtationis obligationem, ac ſolutionem) poſito feudo vero, ac proprio)
134 non ceſſat obligatio fidelitatis ac reverentiæ, minuſque altera ſervitii perſonalis, ubi præſtari poteſt, vel per ſubſtitutum in bello, aliiſque Domini urgentibus neceſſitatibus & occurrentiis, quod tamen certam, ac determinatam regulam generalem non recipit, cum dominiorum ſeu regionum leges, vel mores in hoc totum faciant.

Qualia verò ſint ea ſervitia, vel obſequia, ſeu fidelitatis argumenta, quæ feudatarius Domino præſtare tenetur, & quando ab eis reddatur excuſabilis, præ-
135 ſertim verò ubi idem ſit plurium Dominorum feudatarius, ſeu vaſſallus, cui potius ſervire & obedire, ac fidelitatem ſervare teneatur, quodque naturali & originario, ſeu ei, in cujus ditione major pars feudorum habeatur, agitur in ſua ſede.

Et quid concurſu utriuſque mediati, ac immediati
136 Domini, ut immediato potius quam mediato teneatur, habetur infra in dicta devolutionis, & caducitatis Rubrica, ubi de fellonia, aliiſque caducitatis cauſis.

137 Quemadmodum autem feudatarius Domino ſervire, obedire, ac fidelis, & obſequens eſſe tenetur, ità è converſo ex correlativorum natura, Dominus tenetur feudatarium protegere, ac tueri.

Hinc proindè ſi Dominus pro recuperatione feudi, quod citra feudatarii culpam, ab ejus inimicis vel alias occupatum ſit, ſeu pro defenſione, ac tuitione ne occupetur, expenſas faciat, aliaque damna patiatur, non petit à feudatario refectionem, quæ è converſo competit feudatario, ſi de proprio eas magnas, ac no-
138 tabiles faciat pro hujuſmodi recuperatione, vel tuitione expenſas, ad quas Dominus tenebatur, ut *diſc.* 57. & 58. Quod tamen pro communi uſu, neque certam ac generalem regulam recipit, ſed pro dominiorum, ac regionum moribus, vel feudorum qualitate deciditur, ubi ſcilicet feuda inferiora ſint; ſub Domini omnimoda ſubjectione, ac obedientia, & ſervitio, ex quibus de conſequenti tutelæ, ac protectionis onus in Domino reſultat.

Secus autem ubi agatur de feudis Regalibus ac veræ
139 Dignitatis, cum omnimodo Imperio, & Regalibus, jureque Principatus, ac belli indicendi ſolùm alto, ſeu altiſſimo dominio, ac homagii recognitione reſervatis, abſque aliâ ſervitii, ac obedientiæ, & ſubjectionis obligatione, cum tunc ipſe feudatarius ſe ipſum tueri teneatur.

Quia verò forus rarò, vel unquam audit has quæſtiones, quæ non per Juriſtarum regulas, ſed per ea inſtrumenta, in quibus ultima ratio rerum conſiſtit, decidi ſolent (Juriſtarum traditionibus ac opinionibus ad colorem, ſeu prætextum frequentius deſervientibus;) Hinc proindè parum congruum, ac adaptatum eſt, deſuper ſub compendio juris regulas, vel theoricas, ac propoſitiones ſtatuere ſed in ſua ſede videndum, dum ex jam inſinuatis eorum, quæ in foro agere occaſio dedit, aliquem guſtum ſub compendio præbere ſolum animus eſt.

VIII.

Quid veniat ſub conceſſione feudi; Et præſertim, & quæ Regalia, aliaque jura conceſſa vel reſervata cenſeantur.

Et de imperio, juriſdictione, juribus, ac præeminentiis feudatarij in feudo, & in Vaſſallos, iſtorumque obligatione; Et è converſo de ejuſdem feudatarii obligatione erga vaſſallos.

INveſtituræ lex ubi habetur per ſcripturam in forma privilegii vel inſtrumenti, illa ſervari, ac at-
tendi debet, ubi eſt clara; ſi verò ambigua, tunc ob- 140
ſervantiæ, tanquam optimæ interpreti, nimium deferendum eſt; Atque ubi una vel altera, vel utraque particularis deſit, adeout non valeat ità quæſtio decidi, tunc leges vel mores generales Principatus, vel Regionis attendi debent.

Potiſſimè autem attendenda eſt feudi qualitas, vel natura, àn ſcilicet ei congruant, necne Regalia præ-
ſertim majora, ſeu etiam inferiora, Ut putà jus belli; 141
Cuſſio monetarum, poteſtas condendi leges, eiſque derogandi, vel diſpenſandi; Ius vectigalium, ac pedagiorum, & tributorum; Fodinæ auri, & argenti, aliorumque metallorum, & mineralium, & ſalinarum; Jus fiſci pœnalis, vel ſucceſſoris in bonis vacantibus; & ſimilia, quæ Regalia, vel ſupremo Principi reſervata eſſe ſolent; Ut etiam pro Regionum qualitate cenſeri ſolent, magni venationum, ac piſcationum reditus, & ſimilia.

Ubi etenim de feudo Regali ac veræ Dignitatis agi-
tur, quod omnimodum imperium, ac jus Principatus 142
redoleat, tunc regula eſt, ut (excepto alto, ſeu altiſſimo dominio, quadamque majori ſuperioritate) omnia hæc veniant; niſi lex inveſtituræ, vel conſuetudo, aut Domini generalis lex (ad cujus normam infeudatio in dubio facta cenſetur) aliter ſtatuat; Ideoque rarò forus hujuſmodi quæſtiones audit, quas per juris tramites in forma judiciali decidere oporteat.

Eis frequenter cadentibus in illis Inferioribus feudatariis, Domino magis ſubordinatis, ac omnimo-
dam obedientiam, & ſubjectionem profitentibus, qui 143
ad differentiam feudatariorum veræ Dignitatis, Principum nuncupationem habentium, ac figuram facientium Baronum, ac Domiceſſorum nuncupationem habent, ac figuram faciunt quamvis alicujus abuſivæ Dignitatis titulo decorati ſint, ut præſertim ſunt in Italia Barones & feudatarii Regnorum utriuſque Siciliæ, & Status Eccleſiaſtici immediati, ac ſimiles An ſcilicet iſtis hæc jura Regalia, præſertim verò ea, quæ media, vel minora dicuntur à ſupremo Principatu, ejuſque Corona congruè ſeparabilia veniant, atque conceſſa dicantur, ſeu aliàs competant.

Regula verò in dubio negativa eſt, ex juris præ-
ſumptione deducta, contraria probatione quamvis 144
admi-

adminiculativa, elidibili, adeout facti potius, quam
juris quæſtio videatur; Nimium autem refert (ut praxis
docet) inſpicere, an agatur de vero ac proprio feu-
datario, qui ex Domini munificentia, vel titulo etiam
oneroſo, feudum, ita inferioris ordinis, vel ſubor-
dinatum juxta ejus propriam ac regularem naturam
receperit; Vel de illo Civitatum, Oppidorum, vel
Caſtrorum Domino, & poſſeſſore libero in purum allo-
dium cum totali imperio, omnibuſque Regalibus,
abſque certo dominii vel poſſeſſionis initio, ut fre-
quens erat proxime decurſis ſæculis, præſertim in Ita-
lia Domicellorum uſus.

Poſtmodum verò jus, vel aliud verbum ex eiſdem
litteris (una locum alteri cedente) compoſitum, eum
impulerit ad recognoſcendum in Dominum ſupremum
illum Principem, quem ratione adjacentiæ, vel op-
portunæ protectionis, aut prioris dominii reliquas vel
argumenta recogneſcere judicaverit per homagii præ-
ſtationem, ac fidelitatis juramentum.

Primo caſu, ut ſunt feudatarii, ac Barones utriuſ-
que Siciliæ Regnorum, (quorum, ut jam inſinuatum
145 eſt, uniformis eſt ſubfeudorum natura, ſeu qualitas)
Regalia tam primi, quam ulterioris ordinis Regi re-
ſervata cenſentur, neque ſub feudali inveſtitura ve-
niunt; niſi peculiare privilegium, vel immemorabilis
conſuetudo, quæ privilegii, vel alterius tituli me-
lioris vim habet, aliquod jus Regale (ex illis tamen
inferioris ordinis) concedat, ut puta in jure collec-
tandi, & in jure privativo, ſeu prohibendi, & ſimi-
libus.

In altero autem caſu, (exceptis Regalibus majori-
146 bus, quæ à ſupremo Domino abeſſe non debent nec
poſſunt, ne ſibi æqualem habeat, quod in jure damna-
tur) in reliquis dictam implicantiam non habentibus
nil ſuadere, ſeu prohibere videtur cur id quod antea
obtinebatur, continuari non debeat; Semper tamen
obſervantiæ nimium deferendo, ut *de hac materia Re-
galium diſc. 63. & 64.*

Quamvis enim in Ditione temporali, Eccleſiæ præ-
147 ſertim, vix obſervantiæ præſcriptivæ caſus detur, ob
decretum irritans in Apoſtolicis Conſtitutionibus
adjici ſolitum, quod quamcumque inficit poſſeſſio-
nem, ſine qua præſcriptionis initium impediri dicitur;
Ubi tamen ità res ambigua ſit, quod interpretationis
capax exiſtat, eidem obſervantiæ tanquam interpreti
obſtaculum non obeſt; Ac etiam quia eſſet violare le-
148 gem, ac fidem, ſub qua ille, qui ſaltem de facto non
erat ſubditus, talem ſe fecit, *ut dicto diſc. 63. ac etiam
diſc. 72.*

Quia vero aliquibus nimium benemeritis, Domi-
nus aliquas inſolitas, ac majores prærogativas conce-
dere ſolet, ut præſertim in dicto Neapolitano Regno
149 praxis docet, circa ſecundæ, ac etiam tertiæ inſtan-
tiæ competentiam; Sive circa derogationem privi-
legii electionis ac variationis fori, cum ſimilibus;
Hinc dubitari ſolet, an devoluto feudo, eoque
poſtmodum alteri conceſſo abſque alia expreſſione,
Idem privilegium tanquam reale, ac feudo jam an-
nexum, repertum quoque cenſeatur, quod ab inveſti-
turæ clauſulis ac verbis, vel ab identitate rationis ob
conſimilem benemerentiam, vel ex eo, quod conſtet
privilegium conceſſum fuiſſe in forma reali, potius
quam perſonali, aliiſque ex circumſtantiis hanc vo-
luntatem veriſimiliter ſuadentibus, deciſionem reci-
pit pro facti qualitate; Regula in dubio exiſtente ne-
150 gativa; Eademque Regula, ac reſpectivè limitatio in
Dignitate, vel titulo procedit.

In iis autem bonis, quæ jure allodii intra feudi
fines per feudatarium poſſeſſa, ratione publicationis,
vel aliàs cum feodo ad Dominum devoluta ſunt; Quæ-
151 ſtio cadere ſolet, an feudo annexa, & incorporata
cenſeantur, adeout in feudo, quod ſimpliciter alteri
poſtmodum conceſſum eſt, veniant nec ne, quod
facti potius ac voluntatis quæſtionem continet, quàm
juris; Vel quia ex facti circumſtantiis conſtet, ab
ipſo primo poſſeſſore, bona feudo annexa eſſe, ideo-
que feudalem naturam aſſumpſiſſe; Vel quia inveſti-
turæ verba, ſeu alias deſumpta Domini voluntas
idem ſuadeat, ut *diſc. 3.*

Magno reſultante argumento à pretii quantitate
voluntatem regulante; vel ſatis arguente, quando em-
ptitia vel alias correſpectiva ſit conceſſio.

Juriſdictio, ac Imperium, feudo perneceſſe an-
nexa non ſunt; Statque ſimul feudum eſſe penes unum
juriſdictionem autem penes Dominum, vel penes al-
terum; Sive utrumque penes eundem diverſo jure,
unum ſcilicet in feudum, & alterum in allodium, vel 152
ejuſdem naturæ, ſed à diverſis fontibus, ut *diſc.
62.*

Ejuſdem autem juriſdictionis majoris, vel mino-
ris annexio à Provinciarum, vel Regionum legibus,
vel moribus derivat, ideoque certam regulam non
habet.

In Italia etenim ut plurimum (cum raro contra-
rio exemplo diverſo) juriſdictio annexa eſt feudo,
vel Baroniæ, cum aliqua majori, vel reſpectivè mi-
nori ſubordinatione Domino, ejuſque Magiſtratibus, 153
juxta ſingulorum Principatuum leges, ac mores: In
Germania verò longe major eſt feudatariorum juriſ-
dictio, ac poteſtas; Et in Hiſpania, & Gallia (ut
fertur) vel nulla, vel ſatis modica eſt; quandam ho-
norificam præeminentiam redolens, quoties alicujus
Regii muneris robur adjunctum non ſit, quamvis ti-
tulus vel Dignitas adſit; Licet præſertim in Hiſpania,
feudorum proprius uſus haberi non videatur, ſed to-
tum ſub illorum majoratuum ac primogeniorum no-
mine poſſideatur, Illis majoratibus, ac primogeniis, ac
titulo decoratis ibi facientibus eam figuram, quam
in Italia & Germania faciunt feuda.

Qualis autem ſit juriſdictio feudatarii, vel Baronis
& quomodo exerceri debeat, & quantum ſe extendat;
Sive an ſit cumulativa, vel privativa cum Principe 154
ſeu Domino, & quæ delicta ſint de reſervatis Prin-
cipi, ad feudalem materiam non pertinet, ſed potius
juriſdictionalem, ideoque ibidem tanquam in pro-
pria ſede videndum; Ac etiam in alia ſede Regalium
ſuper jure concedendi aboliciones & gratias, ac ſecu-
ritates, quæ ſub ſalvi conductus nomine explican-
tur.

In ordine verò ad feudi incolas, feudatarii præ-
rogativæ diverſæ ſunt pro Regionum, ſeu Ditionum
legibus ac moribus, ipſorum feudorum uſibus, tam 155
circa primi Civis præeminentias in paſcuis, aliiſque
civicis uſibus, & commoditatibus, quam circa alias
civicas præeminentias; Ac etiam pro diverſis regio-
num moribus in dicto præſertim citerioris Siciliæ
Regno pro coactione unius vaſſalli, ad eſerviendum
in munere œconomico, ſeu adminiſtratorio fructuum
feudi ſub *Aerarii* vocabulo explicari ſolito, quam
circa quoddam adjutorium pro filia maritanda, vel in
primogeniti ſuſceptione aut alia contingentia per
vaſſallos Domino præſtandum; Sive circa munera,
quæ certis anni ſolemnitatibus, ex benevolentia uſi-
tata in neceſſitatem tranſierunt.

Cadente quæſtione, an devoluto feudo, hæc mu-
nera, vel alia ſervitia; quæ de jure debita non ſunt,
ſed benevolentiæ, ſeu facultatis initium habent, cum 156
feudo ad Dominum devolvantur; Regula verò eſt
negativa, niſi facti qualitas limitationem ſuadeat.

Frequentes item eſſe ſolent clamores, vel re-
curſos Vaſſallorum adverſus Barones; Vel ſuper dicto
immoderato civico uſu paſcui, quando iſtud commu-
nale ſit; Vel circa nimis reſtrictum, ipſorum Vaſſal- 157
lorum civicum uſum, quando territorium ſit Baronis.
Vel circa ſervitiorum & angariarum, ac perangan-
riarum exactionem, & coactionem, Aut jus cogendi
vel prohibendi, ſeu aliud jus, quod Regaliũ materiam
potius concernit, ideoque ſub eorum propria ſede

Digitized by Google

agitur, atque de facili collectum habetur apud eos,
qui de Vaſſallorum gravaminibus agere profeſſi ſunt.
158 E converſo autem Baronis, vel feudatarii onera
erga Vaſſallos, ac feudi incolas verſantur circa pro-
tectionem ac defenſionem, cum Vaſſallorum pater dica-
tur; Acetiam circa juſtitiæ adminiſtrationem & of-
ficialium deputationem; Et quod magis controver-
ſiis anſam præbet circa permiſſionem uſus in paſcuis,
lignis, aquis, cultura, & aliis, ſine quibus alias incer-
mem vitam ducere cogerentur pro locorum ac popu-
lorum qualitate, regionumque legibus, ac moribus,
ideoque non de facili certa, & determinata regula de-
ſuper ſtatui poteſt, atque ſub dicta Regalium tracta-
tione potius quàm ſub illa feudali hujuſmodi quæſtio-
nes cadunt. *De his hoc tit. diſc. 65. & ſub tit. de Re-
gal. diſc. 145. & 146. & ſub titulo de ſervitut. diſc.
36. & 42.*

IX.

*De alienatione vel obligatione feudi, aliaque diſpoſitio-
ne inter vivos; Ac etiam de præſcriptione; Et de
alienatione, vel obligatione, aliaque diſpoſitione fru-
ctuum, vel commoditatis; Et de materia aſſenſus.*

CAdit hæc inſpectio in veris ac propriis feudis,
quæ jure feudali regulantur, non autem in im-
propriis & corruptis, quæ (ſolo feudi vocabulo re-
159 tento) jure communi, adinſtar indifferentium allo-
dialium bonorum recenſentur, iis exceptis quæ ex
particulari lege conceſſionis, vel ex regionis mori-
bus, aut legibus, peculiariter ſtatuta ſint; Ideoque in
illis bonis juriſdictionalibus, quæ vel nullam habent
feudalem naturam, vel habent eam (pluries inſinua-
tam) remotam, ac impropriam feudalitatem, quæ
pro ſuperioritate, ac juriſdictione Principis in cujus
ditione ſita ſunt, conſiderari ſolet, ut præſertim di-
tionis temporalis Eccleſiæ praxis docet, illæ alie-
nandi prohibitiones, quæ à jure feudali manant, lo-
160 cum non habent; Solumque vigent illæ, quæ à jure
municipali proveniunt, ut in eadem Eccleſiæ Romanæ
temporali ditione ex Apoſtolicis Conſtitutionibus vi-
get, ut infra in particulari Rubrica dominii allodialis
Civitatum, & Caſtrorum habetur *à diſcurſ. 66.
ad 69.*

Aliaque in hujuſmodi corruptis ac impropriis feu-
dis alienandi prohibitio habetur ea juris communis
161 diſpoſitione manans, eo modo, quo in emphyteu-
ticis vel fideicommiſſariis ob jus ſucceſſurum proprio
jure ex inveſtitura venientium, vel ob intereſſe Domi-
ni; ac legem ab eo præſcriptam.

Id autem feudalem prohibitionem verè non percu-
tit, quamvis huic prohibitioni terminos feudales Iu-
riſtæ quoque adhibeant tanquam à ſimili, quoties pe-
culiaris differentiæ ratio non urgeat; Iſtamque pro-
hibitionem affirmativam vel negativam potius percu-
tere videtur antiquarum Eccleſiarum conſuetudines,
quæ contra inveſtituræ formam hanc alienandi pro-
hibitionem, ſeu licentiam inducunt.

In peculiaribus igitur terminis feudalibus ipſum
feudale jus à quibuſdam receptis Imperialibus Conſti-
162 tutionibus ſtrictius, quam à primævis conſuetudinibus
derivatum genericè prohibet quamcumque aliena-
tionem, aliumque actum, qui feudi diviſionem, diſ-
membrationem, vel diviſionem, aut aliud reale onus
redoleat ſub decreto annullativo, adeout invalidus re-
maneat alienationis actus.

Multiplicem tamen inſpectionem habet hæc alie-
nationis, vel obligationis, aut alterius diſpoſitionis
163 inter vivos Rubrica. Prima nempè, quænam aliena-
tionis, vel diſpoſitionis ſpecies ſub hac prohibitione
cadant, & præſertim quid de tranſactione, dote, per-
mutatione, & hypotheca; Secundò cuinam invali-
dam alienationem impugnandi, vel retractandi facul-
tas competat; Tertiò pœnarum illicitè alienanti in-
flictarum; Quartò aliorum effectuum ex licita, vel
reſpectivè illicita alienatione reſultantium; Quintò
ſuper Domini aſſenſu alienationi præſtito, ejuſque
effectibus; Et ſextò, quid juris communis feudorum
diſpoſitioni vel prohibitioni addant leges particula-
res Regnorum utriuſque Siciliæ, in quibus (ſi Ger-
maniam excipias) major eſt, quam alibi feudorum
copia, feudaliſque materiæ frequentior tractatio, ac ſuc-
ceſſivè notitia, præſertim verò in eo citerioris,
quod magis cum reliquis Europæ partibus communi-
cat.

Quoad primum ſub prohibitæ alienationis genere, 164
veniunt omnes contractus, jus reale ab uno abdi-
cantes, atque in alium transferentes, ſive ſit aliena-
tio vera, & propria, quæ importet omnimodam abdi-
cationem dominii ac poſſeſſionis ab uno, & in alium
transferat, ut ſunt emptio, & venditio, datio in ſo-
lutum, donatio, & ſimiles.

Itidemque alii contractus, qui eandem inducant 165
dominii & poſſeſſionis actualem abdicationem &
translationem reſpectivè, non tamen omnimodam,
quia nempè ſit conceſſio dominii utilis, directo reten-
to, ut eſt conceſſio in emphyteuſim, ſeu livellum, vel
cenſum, cum ſimilibus.

Cadente quæſtione in locatione, quæ tamen, ubi
eſt longum tempus ſub eadem prohibitione cadit, cum 166
per eam, quoddam quaſi dominium, vel jus reale
conductori quæri dicatur; Quale verò dicatur ad
hunc effectum longum tempus apud antiquiores con-
troverſum fuit; Hodie autem in hac materia receptum
eſt, illud dici, quod decenii metam non accedat, ca-
piendos annos regulariter pro curſu ſolari, niſi bono-
rũ peculiaris qualitas aliter ſuadeat, quia nempè bona
fructus diverſo ordine producant, cum tunc quælibet
fructuum recollectio, annum conſtituat juxta genera-
les terminos aliarum prohibitionum. 167

Eodemque jure cenſentur actus, impropriam alie-
nationem importantes, per quos ipſa bona non ab-
dicentur, vel reſpectivè transferantur, aliquod ta-
men jus in eis, vel ad ea quæratur, ut ſunt impoſitio
ſervitutis vel alterius oneris, quod feudi ſubſtantiam
percutiat, onde diviſionem vel diminutionem ſeu
aliud reale præjudicium importent, & ſub quorum
actuum genere, impoſitio cenſuum, aliarumque præſ-
tationum, ac reſervatio uſusfructus (prout juris eſt)
aliaque ſimilia veniunt, ut *tit. de alienat. & contract.
diſc. 1. & in aliis ibidem, quæ conferunt.*

In diviſione inter plures legitimos feudi poſſeſſo-
res, vel ſucceſſores in inveſtitura comprehenſos, vel 168
in ceſſione propriæ portionis alteri poſſeſſori, aliqua
eſt quæſtio, quam tamen in noſtra Italia rarò forus
audit, cum ea feuda, quæ veram, ac propriam feudi
naturam retinent, nimium rarò ſint dividua, quæ
juris Longobardorum dicuntur, utpotè ferè omnia
individua ratione veræ Dignitatis, Regaliſque natu-
ræ feudi, vel quia ad formam individuam juris Fran-
corum redacta ſint.

Prout rarò vel unquam ad praxim deduci poſſe vi- 169
dentur ea, quæ feudiſtæ adſtruunt circa permutationẽ,
quam aliqui putant ob utilitatem ſine aſſenſu fieri
poſſe, cum præſertim in præfatis utriuſque Siciliæ
Regnis, in quibus major eſt feudorum ſedes ac fre-
quentia ob illius leges extra controverſiam ſit, id
fieri non poſſe, ut etiam attento jure communi eſt
probabilius, magiſque receptum. 170

In tranſactione item, vel compromiſſo, ea cadit
quæſtio cum diſtinctione bonæ vel malæ fidei, ſive
an utile negotium geratur, neque Domino præjudi-
cium generetur probabilius decidenda, quamvis non
deſint contradicentes, ut *in hoc tit. d. diſc. 46.*

Super hypotheca vera verò duplex cadit quæſtio; 171
Una ſcilicet cum prehenſionis fructuum ſub hypotheca
generali omnium bonorum, atque verior eſt negativa
niſi

niſi verba, aliæque facti circumſtantiæ aliter ſuadeant, Altera verò comprehenſione poſita, quia nempè ſit ſpecialis) unde ſola ſit quæſtio poteſtatis, & an veniat ſub generica alienationis prohibitione.

Quamvis autem aliqua deſuper pugna ſcribentium adſit; Verior tamen quoad pœnarum incurſum eſt negativa; Et è converſo quoad jus reale creditori acquirendum, illudque hypothecæ exercitium, per quod ad alienationem deveniri poſſit, verior affirmativa, ut *in tract. de alienat. & contract. diſc. 4. & in aliis ibidem.*

In alienatione autem ex cauſa dotis ipſo jure
172 communi inſpecto, generalis diſtinctio eſt, an res detur æſtimata, vel inæſtimata, ut primo caſu indefinitè prohibita ſit, utpotè venditionis potiùs ſpeciem redolens; Idemque ſi detur inæſtimata, cum pacto lucri, quod alienationem, vel ſciſſuram importet; Si verò abſque hoc pacto inæſtimata detur per ipſammet mulierem feudatariam, licitè fieri poteſt; Non tamen licet patri, vel fratri pro filia, vel ſorore dotanda feudum dare, niſi eadem dotanda ſit feudalis ſucceſſionis capax, proximéque ſucceſſura, adeout aſſignatio in dotem, potiùs refutationis, vel præventivæ ſucceſſionis habeat ſpeciem; Verùm & eis caſibus, in quibus hic dotationis actus licitus reputatur aliqua cadit difficultas, ubi ex viri qualitate præjudicium notabile Domino parari poteſt.

173 Et quamvis aliquorum opinio ſit (ducto argumento ab iis, quæ in bonis fideicommiſſo ſubjectis in jure diſpoſita ſunt) ut in ſubſidium aliorum allodialium ad feudalia competat actio pro dote filiæ, vel alteri deſcendenti conſtituenda; Contrarium tamen verius eſt, cum feuda jure proprio feudali, non autem communi civili regulentur, ideoque aliud fœminis non conceditur, niſi quod ſuper eorum paragio diſpoſitum eſt, vel quod ex aliquarum regionum legibus vel moribus eis conceditur, ut in ſucceſſionis ac ſucceſſoris ordinum Rubrica habetur.

An autem feudataria ſimpliciter nubente feudum
174 cenſeatur datum in dotem, ejuſque vir efficiatur feudatarius ac Baro, in dotali materia actum habetur, & *de his in materia dotis hoc tit. diſc. 20. & ſub tit. de dote diſc. 146.*

A præfata verò prohibitione excepta eſt illa
175 alienatio, quæ feudi ſubſtantiam non tangat, nullumque jus in eo, vel ad illud tribuat, ſed ad ſolam commoditatem, ſeu fructuum perceptionem (ut facti eſt) reſtricta ſit, cum tunc nulla feudi, vel juris feudalis alienatio fieri dicatur, ſed actus importet ſimplex mandatum, per quod ille, in quem alienatio facta eſt, tanquam feudatarii mandatarius, ejuſque vice ac nomine fructus percipiat, eoſque à feudo ſeparatos, ac effectos allodiales, ſibi ipſi applicet; Eo modo, quo etiam in beneficiis, ac penſionibus Eccleſiaſticis; quæ minus in commercio exiſtunt, aliiſque prohibitis, receptum eſt fieri poſſe, ac praxis docet, ut *in hoc tit. diſc. 47. 61. & 110. & ſub tit. de penſion. & ſub tit. de emphyteuſi diſc. 44.*

Pretium item feudi ex magis recepta ſententia, feudale non eſt, ideoque tanquam allodii naturam habens, ſub hac prohibitione non cadit; Niſi de
176 Judicis mandato, pretii omnimoda ſubrogatio accedat loco feudi; quod non exiſtat, vel omninò liberatum ſit à jure Domini, ac aliorum, atque in ipſum pretium tranſlatum ſit, ut *hoc tit. diſc. 42. 48. 98. & latè ſub tit. de emphyteuſi diſc. 36. & 58.*

177 Et è converſo eadem alienandi prohibitio, quæ ipſi feudo ineſt, actioni competenti in feudo, vel feudum ineſſe quoque dicitur, cum actio ad feudum, feudalis dicatur, eodemque jure metienda ſit, quoties ipſius feudi corpus, vel ſubſtantiam tangat, ſeu jus reale tribuat, aut rei perſecutoriam.

Poſita verò invalida alienatione, utpo è ſine Domini aſſenſu facta, ſubintrat ſecunda ſuperius diſtincta inſpectio, cuinam ſcilicet facultas competat; 178
eam retractandi, vel impugnandi, Atque juri communis feudorum diſpoſitione attenta, verius eſt Domino id abſque dubio competere; Vel ad effectum ſibi ipſi, ob caducitatis pœnam applicandi; Vel quia ſua intereſt feudum poni extra ſibi non gratam perſonam, in quam alienatio facta ſit, ſed ad vocatos ab inveſtitura redire.

Secus autem ipſimet alienanti, vel ejus hæredibus qui non niſi ob hæreditariam qualitatem in feudo jus habeant, quia nempè hæreditarium ſit; Ubi verò ſit
pacti & providentiæ, adeout filiis, vel agnatis per 179
inveſtituram vocatis, jus competat in feudi ſucceſſione ab ipſo alienante independens tunc diſtinctio eſt, an feudatarius qui alienavit vivat, vel obierit; Eo etenim vivente, nullum jus eſt ab eis exercibile, niſi illud retractus, quod feudiſtæ dicunt *prothomiſeos*, de quo infra in ejus particulari Rubrica; vel niſi lex inveſtituræ, aut primi acquirentis titulo oneroſo, diſpoſitio inducat in alienante ſpeciem mortis civilis, quæ naturalis adinſtar ſucceſſori proximo locum aperiat.

Defuncto autem alienante, ſeu aliàs ejus jure reſoluto, adeout proximè ſucceſſuro feudum apertum
ſit; Ubi alienantis hæres non ſit neque idem alienans 180
primus acquirens titulo oneroſo eſſet, extra controverſiam eſt, ut Domini etiam aſſenſu accedente deſcendens, vel agnatus, nullo refuſo pretio feudum
vindicet ab eo, in quem alienatio facta ſit; Quamvis 181
in ipſummet Dominum facta eſſet; cum durante inveſtitura, jure cujuslibet tertii cenſendus veniat.

Niſi particularis conſuetudo facultatem alienan- 182
di præbeat cum ſolo Domini aſſenſu, quamvis ille agnatorum non accedat, ut in aliquibus partibus viget.

Si verò proximè ſucceſſuros, alienantis quoque
allodialis hæres exiſtat, aut quod agatur de feudo 183
mixto, quod utramque ſanguinis, ac rei familiaris hæreditariam qualitatem exigat, tunc ſi beneficio inventarii munitus non eſt, idem patitur obſtaculum, quod ipſemet defunctus; Si autem dicto beneficio potitur, atque agitur de feudo pacti & providentiæ antiquo, vel etiam novo gratuito, ſive mixto in quo non agatur de primo acquirente, ſed de ulteriori poſſeſſore, qui alienaverit, & tunc quatenus vires hæreditariæ ſuppetant, habere debet ratum factum auctoris, etiam in iis, quæ jure proprio competunt, niſi talis accedat particularis circumſtantia, quod licitam reddat impugnationem actus in ſpecie reficiendo id, quod intereſt, juxta ea, quæ generaliter in fideicommiſſaria, vel ſimili materia habentur, Inventarii beneficio ſuffragante, ut feudum antiquum, vel etiam
novum gratuito conceſſum ab hæreditate præcipuum 184
ſeparari valeat, illudque in calculo virium hæreditariarum non veniat.

Atque ſi proximè ſucceſſurus alienationi conſenſum præſtiterit, ipſe quoque prohibitus eſt eam impugnare, niſi facti circumſtantiæ oſtendant conſenſum præſtitum fuiſſe pro ſola validitate actus excuſandaque caducitate pro tempore durationis juris alienantis, non autem, ut futurum ſperatum jus ſucceſſionis per mortem remitteretur, quod ex facti qualitate pendet, ideoque certam uniformem determinationem
non recipit; Neque exindè ulteriori agnato jus com- 185
petit, durante vita proximioris conſentientis, niſi conſenſus alienationi æquipollens, mortem civilem ex peculiari diſpoſitione induceret, ideoque locum ulteriori non conſentienti aperiret.

De tertio autem ſuperius diſtincto puncto pœna- 186
rum ex alienatione ſine aſſenſu facta reſultantium habetur infra in devolutionis, vel caducitatis peculiari Rubrica.

187 Effectus autem ex licita vel reſpectivè illicita alienatione reſultantes ſunt plures, ille præſertim nullitatis actus illicitè initi, quodque propterea jus

rede in feudo, vel ad illud non quæratur ei, cui
malè alienatio facta eſt.

Et conſequenter ſi poſtmodum validè cum aſ-
ſenſu ab eodem alienante vel ejus ſucceſſore, alteri
feudum alienetur vel obligetur iſtius poſterioris po-
tior erit conditio, cum prioritas vel potioritas, non
ea tempore alienationis, vel obligationis deſumen-
da ſit, ſed ea tempore aſſenſus, qui perficit, ac infor-
mat actum; Atque ita in hac materia poſteriores vin-
cunt priores, quamvis iſti quoque aſſenſum deindè
189 obtineant, cum non detur iſtius retrotractio in præju-
dicium ejus, cui medio tempore jus quæſitum eſt, *ut
eiſdem locis proximè citatis.*

Idque adeò verum, ac beneficio ſeparationis bo-
norum non ſuffragante, creditores cum aſſenſu hæ-
redis vincunt creditores abſque aſſenſu defuncti in
iſtius feudo juxta unam fortè probabiliorem, magiſ-
que receptam opinionem, contradictoribus tamen non
carentem, neque probabilitate, *ut diſc.* 106. *&* 109. *ac
etiam locis citatis proximè ſuprà.*

190 Cadente quæſtione, an ei in quem invalidè ſine
aſſenſu alienatio facta eſt, actio perſonalis contra alie-
nantem competat ad id, quod intereſt; Atque regula
eſt affirmativa, niſi diverſa conventio, vel conſuetu-
191 do, ſive ſcientia in eo, cum quo actus geritur, hanc
obligationem, ſeu actionem ceſſare faciat, quod ex
facti qualitate determinationem recipit, *ut diſcurſ.* 30.
& 31. *& ſub tit. de dote diſc.* 54.

Aſſenſus autem Domini, per quem actus perficitur,
ſeu revalidatur re integra accedere debet, priuſquam
pœnitentia ex unius contrahentium parte declarata
192 ſit; Cadente quæſtione, an expreſſa, & judicialis
pœnitentiæ declaratio neceſſaria ſit, vel quovis modo
declarata ſufficiat, quamvis tacita, ſeu implicita, at-
que hæc poſterior pars probabilior videtur, *ut
diſc.* 66.

193 Deſideratur etiam ut de tempore, quo idem actus
perficiens ſequitur, utrumque extremum habile exiſ-
tat, ut ſcilicet vivat uterque contrahens; Uno etenim
defuncto, novus hæredis conſenſus neceſſarius eſt
à judice quandoque ſupplendus, ubi denegari non
poteſt, *ut diſc.* 109.

Super dicti autem aſſenſus præſtatione, certa for-
ma præſcripta de jure communi non eſt, ſed ſufficit
194 per quamlibet ſpeciem probationis illum verificari,
dummodo validè accedat, quia nempè ſubreptionis
vel intentionis defectu non laboret, aut in conceden-
te poteſtatis defectus non cadat, ut contingere ſolet
in coaſſenſu qui non ab ipſo Domino, ſed a Vicario
alioque Magiſtratu concedatur, determinationem
hujuſmodi quæſtionibus hodiè à regionum, ſeu Di-
tionum legibus, vel uſibus magis recipientibus, *ut
diſc.* 106.

Quæſtio autem ſubreptionis, vel defectus intentio-
nis determinationem recepit à qualitate & circun-
195 ſtantiis facti, cujus, ac voluntatis potiùs, quam ju-
ris quæſtio eſt, ex ipſius Domini ſtylo potiſſimum de-
cidenda, cum exindè voluntas arguatur.

Non tamen Domini aſſenſus, quamvis validus ac
ſolemnis, jus agnatorum tollit, ſolumque actus va-
liditatem durante jure alienantis, iſtiuſque præſerva-
196 tionem à pœnis cauſat.

Quandoque tamen aſſenſus ipſiuſmet Domi-
ni præjudicium cauſat, ut in caſu devolutionis,
feudum adhuc affectum remaneat nexibus, ab obli-
gationibus cum ejus aſſenſu injunctis, niſi clauſulæ
197 præſervativæ accedant, ut in devolutionis Rubrica
advertitur.

Vel niſi conſtet Dominum, in quo poteſtas
198 tollendi jus tertii vigeat, voluiſſe jus agnatorum
etiam tollere.

Præſumptivam probationem aſſenſus juxta alia-
199 rum extrinſecarum ſolemnitatum generales terminos
ac regulas, jus commune feudorum non excludit,
ideoque ex longiſſimi temporis (trigenario non mi-
noris decurſu,) juncto tamen cum obſervantia vera,
continua, pacifica, & univoca, ejus præſumptio re-
ſultat, contrariis tamen vera probatione vel fortiori-
bus præſumptionibus adhuc elidibilis, putà ob nega-
tivam reſultantem à revolutione regiſtrorum, vel quia
ea ipſius actus qualitate expreſſus aſſenſus adeſſe non
poſſit, cum fictio non poſſit excedere veritatem, *ut
diſc.* 49. *& ſub tit. de alienat. diſc.* 1. *& ſub tit. de
dote diſc.* 143.

Procedunt hæc omnia alienationis præſentem Ru- 200
bricam, ſeu materiam concernentia, juris communis
feudorum diſpoſitione attenta, vel etiam juris com-
munis Romanorum, (quod in feudis etiam ceſſante
ſpeciali jure feudali vim habet, ſive pro juris feuda-
lis interpretatione attendendum eſt;) Secus autem
ubi jus particulare ſcriptum, vel non ſcriptum, con-
trarium diſponat, cum ſemper lex generalis contra-
riæ particulari, quæ legitimè inducta ſit, locum ce-
dere debeat.

Facilè autem non eſt ſingularum regionum ſeu Di-
tionum particulares leges, vel mores ac ſtylos recen- 201
ſere, cum in hoc earum reſpectivè peritis deferendum
ſit; Undè contingit, quod aliarum deſuper ſe ingeren-
tium magna & frequentia ſint æquivoca; Ideoque
agendo ſolum de patriis legibus, ac moribus, de qui-
bus congruum eſt, Nationalem agere.

In dicto Siciliæ citra, alias Apuliæ, ſeu Neapoli-
tano Regno, infra ſcripta habentur ſpecialia à præ-
miſſis diverſa, quibus exceptis in reliquis utriuſ- 202
que dicti juris communis generales regulæ, ſeu propo-
ſitiones firmæ remanent.

Primò ſiquidem, tranſactio, vel compromiſſum,
aliæque ſpecies alienationis, quæ in aliquibus caſibus
de jure communi permiſſæ ſunt; ob ſtrictiorem pro-
hibitionem ab illis legibus reſultantem, ſub eadem 203
prohibitione cadunt, *ut d. diſc.* 49.

Idemque de dote, quæ etiam in caſu, ut ſuprà per-
miſſio de jure communi per eaſdem leges particulares 204
prohibita eſt; Aliqua cadente inter eos ſcribentes
quæſtione, an potius ex una, quam altera lege talis
prohibitio manet, & an matrimonii libertas hanc
prohibitionem irritet, veriorque eſt negativa.

Ubi verò dationis in dotem ex quocumque jure
ſit invalidus de facto tamen vir conſtante matrimo-
nio feudum poſſederit, ac fructus perceperit, eos facit 205
ſuos loco damnorum, vel uſurarum æſtimationis, in
qua dos conſtituta cenſetur. *De his in materia dotis
hoc tit. diſc.* 20. *& ſub tit. de dote diſc.* 146.

Secundò circa magis liberam pœnitendi, ſeu re-
vocandi facultatem, cuilibet ipſorummet principa- 206
lium contrahentium, eorumque hæredibus compe-
tentem, re tamen integra, & ante aſſenſum in forma
ſolemni obtentum; Eoque etiam obtento, ante alias
litteras, quæ aſſecurationis vaſſallorum ibi dicuntur;
Idque abſque aliqua damnorum & intereſſe refectio- 207
ne, vel obligatione, quæ alias de jure communi in-
traret; *ut diſc.* 30. *&* 31.

Quinimò cum retrotractione ad ſuum initium 208
adeout fructuum reſtitutio debita ſit alienanti, qui
obligatus remanet ei, in quem alienatio facta eſt, re-
ficere intereſſe pretii obtenti, vel alterius recompen-
ſæ commodum intermedium; Cadente quæſtione, an
hoc intereſſe ipſorum fructuum metam excedere va-
leat, probabiliorque videtur negativa, *ut d. diſc.* 31.

Minuſque ſuper hujuſmodi pœnitendi, ſeu revo-
candi libertate, cadunt diſtinctiones, quæ jure com- 209
muni attento deſuper habentur inter feudum novum,
vel antiquum, ſive inter hæreditarium, vel purè pac-
tionatum, aut inter primum acquirentem titulo lucra-
tivo vel oneroſo, Quoniam quidquid ipſius feudi ſub-
ſtantiam tangit, vel afficit abſque Regio aſſenſu, in-
definitè invalidum eſt, atque pro non ſcripto ha-
betur; præfatis diſtinctionibus ad alios effectus
attendendis,

attendendis, ut in ſequentibus Rubricis.

Tertiò circa aſſenſus formam, vel ſolemnitatem,
Ad cujuslibet etenim gratiæ, vel præſtationis aſſen-
210 ſus validitatem vel ſubſtantiam de jure ſcriptura re-
quiſita non eſt, cum ſolo verbo perficiatur, ipſa ſcrip-
tura ad meliorem ac faciliorem probationem adhi-
beri ſolita, niſi lex particularis ſcripta, vel non ſcrip-
ta aliter ſuadeat; in hoc autem Regno neque ſufficit
211 ſupplicatio à Rege, vel ejus Prorege aliiſque Magiſ-
tratibus ſignata, niſi ſolemne inſtrumentum ſeu pri-
vilegium in forma (ut ibi dicitur) Regiæ Cancella-
riæ deſuper expediatur.

Quinimò ubi contingat, vel ob defectum poteſta-
tis Proregis, vel ob majorem cautelam, illud in for-
ma ſolemnis privilegii concedi per ipſum Regem;
212 Adhuc tamen in eo ſupremo Conſilio, quod Proregi
aſſiſtit, atque Regiam Cancellariam regit, (quod
Collaterale dicitur, ejuſque Conſiliarii Regentes) in-
fra annum, ut ibi dicitur executoriari debet, ſin mi-
nus invalidum eſt, *ut diſcurſ.* 106. *&* 109.

Quartò, quod juris communis feudorum diſpoſi-
tione attenta, ſive ex magis recepto ſcribentium ſen-
ſu, Vicarius Generalis Domini; ubi præſertim cum
213 omnimoda & Proconſulari poteſtate deputatus eſt,
etiam cum Regalibus majoribus, & cum poteſtate
legibus derogandi vel diſpenſandi, hunc aſſenſum in
feudis ſibi commiſſæ provinciæ, vel Ditionis præſtare
poteſt, niſi particularis reſtrictio accedat; Aliqua
dubitandi ratione cadente in illis inveſtituris, quæ
214 abuſivæ ſeu præventivæ dicuntur de feudo pleno,
quoties præſertim conſuetum non ſit eas concedi.

In hoc autem Regno, per ejus particulares leges
(non tamen ſemper firmas, cum earum variationem
caſus frequenter dederit,) Proregis poteſtas coarcta-
215 ta eſt ſuper forenſium capacitate acquirendi feuda,
nec non ſuper aliquorum feudorum Dignitatis, ſeu
Titulatorum alienatione, ut *dicto diſc.* 106.

Undè propterea frequens praxis docet, quod exteri
cum propria pecunia emunt feuda ad proprium com-
modum, ſub alicujus nationalis nomine ſimulato, à
quo ejuſdem feudi tenuta, ſeu adminiſtratio ad pro-
216 priam omnimodam utilitatem conceditur, Adhoc ta-
men feudum verè in ipſa ſimulata perſona reſidere di-
citur, ipſeque eſt feudatarius, cum in feudis non ad-
mittatur juris communis Romanorum regula, ut ve-
ritas potiùs, quam ſimulatio attendi debeat; Quod
etiam ubique in officiis receptum eſt, *ut d. diſc.* 24.
30. & 106.

Et ſecundò (inter cætera, quæ memoria non
ſuggerit) quod de jure communi feudorum dos pri-
vilegiata non eſt, neque pro ea conſtituta ſolvenda, vel
217 reſtituenda actio ad feudum, ſine Domini aſſenſu
competit, rejecta ſententia volentium, ut fideicommiſ-
ſorum adinſtar ſubſidiarium beneficium competat; In
dicto autem Regno ex gratia ſeu aſſenſo generali
Neapolitanis conceſſo, ſecus eſt ut in dotalibus inſ-
trumentis, vel tabulis, aſſenſus ineſſe cenſeatur; Cum
pluribus tamen declarationibus, ac reſtrictionibus, in
propria ſede videndis, utpotè ſub compendio minus
adaptatè cadentibus, *ut diſc.* 26.

Alienationi autem æquivalet præſcriptio, quæ
cum eiſdem terminis regulari ſolet, quoniam qui ex-
218 preſsè alienando ſucceſſori, vel Domino præjudicare
non poteſt; ita minus idem præjudicium negligendo
cauſat; ideoque ſucceſſori jure proprio venienti
quodcumque longiſſimum tempus non obſtat, cum
ante juris ſui competentiam, præſcriptionis initium, &
concurſus non dentur; Niſi immemorabilis, vel cente-
nariæ poſſeſſionis qualitas non conſtito de initio vi-
tioſo ad quod pateat, poſſeſſionem reſtrictam eſſe,
poſſibilitatem cauſet, quemcumque titulum meliorem
allegandi, undè propterea Principis derogatio, vel
ſimilis juris ſucceſſorum & inveſtituræ deſtructivus al-
legari valeat.

Præſcriptionis etiam quæſtio cadere ſolet inter
poſſeſſorem & Dominum ſuper ipſa feudali qualitate,
quam neget poſſeſſor bonorum libertati inhærens;
Vix autem hoc præſidium verificabile eſt in ipſo feu-
datario, qui jure inveſtituræ feudum ejuſque annexa
poſſederit, cum ea durante nulla detur adverſus Do-
minum præſcriptio; Secus autem ſi ea negata, aliam
alleget poſſidendi cauſam, vel titulum; Raras autem
in foro iſtas quæſtiones eſſe praxis docet, *ut diſc.* 3.
70. *&* 107.

X.

De diſpoſitione feudi per ultimam voluntatem; Et quatenus non valeat de ipſo corpore feudi, an debeatur æſtimatio, vel in ea ſubſtineatur.

IN feudis merè hæreditariis, quæ abſque reſtrictio-
ne ad certum genus, ad quoſcumque tranſmiſſi-
bilia ſunt, nulla cadit ratio dubitandi, niſi acciden-
tale vinculum adjectum ſit, eo modo, quo in omni- 219
bus indifferentibus bonis; Iſta verò ſpecies corrup-
tum, ſive improprium feudum frequentiùs redolet
jure allodialium ac indifferentium bonorum ut ſuprà
potius recenſendum, niſi Domini particularis prohi-
bitio accedat.

In iis autem, quæ ſub alienandi prohibitione juxta
proximè præcedentem Rubricam cadunt; idem de
alienatione per ultimam voluntatem clarius procedit
quam de illa inter vivos dictum eſt, cum facilius illa,
quam iſta in hac materia quandoque permittatur. 220

Ideoque diſtinctiones ibidem traditæ, inter feuda
nova, & antiqua, ſive inter primum acquirentem ex
cauſa onerosa & lucrativa, huic etiam diſponendi
generi congruunt, cum eadem diſtinctione inter jus
commune feudorum, ac particulare dicti Regni Nea- 221
politani, ubi indefinitè nulla datur diſpoſitio, quæ
feudi corpus, vel ſubſtantiam tangat, abſque Regis
aſſenſu, quamvis de feudo novo ex cauſa onerosa
quæſito agatur, niſi ſpecialis facultas accedat, quan-
doque in ipſa acquiſitione concedi ſolita.

Generaliter verò juris communis diſpoſitione at-
tenta, ubi etiam inveſtitura ad certum genus hære-
dum ſanguinis reſtricta ſit, primi acquirentis ex
cauſa onerosa poteſtas eſt, intra ipſius generis per-
ſonas diſponendi, atque ſucceſſionis ordinem inter- 222
vertendo, aliquibus gratificari; *ut diſc.* 9. 10. *&* 11.

Quatenus verò feudum talis naturæ ſit, quod ſuc-
ceſſor, quamvis à lege inveſtituræ vocatus hæredita-
riam qualitatem diſponentis habere debeat, tunc li- 223
cet ipſum corpus feudi ſub prohibitione cadat; Non
tamen ejus valor, qui in morientis hæreditate eſſe
dicitur, ideoque in eo gravari poteſt, ac etiam in
actione perſonali cogi, ut vendat feudum, & de pre-
tio ſolvat, ut infra.

Sive quod feudo indefinite cadente ſub prohibi-
tione, ſucceſſor, ob alterius rei familiaris hæredita-
riam qualitatem, proprii auctoris factum implere te-
neatur: Tunc etenim, quæſtio cadit, an facta diſpo-
ſitione feudi ad favorem incapacis, in quo diſpo- 224
ſitio in ipſa ſpecie effectum ſortiri non valeat, ſortiet
obligatio præſtandi æſtimationem Atque licet nimia
ſcribentium varietas in iſta quæſtione dignoſci videa-
tur; Verius tamen eſt, eam eſſe facti, ac voluntatis
quæſtionem potius quam juris, ex facti qualitate, &
circumſtantiis diſponentis voluntatem ſuadentibus,
decidendam.

Quamvis etenim diſtinctio adhiberi ſoleat, an de
univerſali, vel de particulari diſpoſitione agatur, ut 225
primo caſu æſtimationis obligatio non intret, ſecus
autem ſecundo; Præſumptio tamen, vel argumentum
eſt, quod ex hac diſtinctione reſultat, non autem ne-
ceſſaria probatio, vel juris diſpoſitio, ideoque regula,
uno, vel altero caſu, contrariæ diſponentis expreſſæ,
vel conjecturatæ voluntati cedit, cum poſita poteſtate
omnis

Digitized by Google

omnes juris regulæ, quas in ambiguis morientium
voluntatibus habemus, contrariæ diſponentis volun-
tati perpetuo cedant, *ut diſc.* 18.

Ipſa enim voluntate accedente, quamvis moriens
feudi legitimum ſucceſſorem à lege inveſtituræ voca-
226 tum, ipſo corpore feudi privare non valeat, eum ta-
men uſque ad integrum valorem gravare poteſt,
adeout feudi ſucceſſor, ut ſupra advertitur, actione
perſonali cogi valeat ad vendendum feudum, ut ex
pretio ſatisfaciat, ut in dicto Neapolitano Regno re-
ceptum eſt, quamvis contra defuncti judicium ſuc-
cedatur, quod tamen aſpernto, atque in puncto juris
communis improbabile eſt, *ut diſc.* 21.

X I.

De ſucceſſione ab inteſtato feudali; Et de oneribus, quæ feudi ſucceſſori incumbunt; præſertim de vita militia, vel participatione pretii erga ſecundogenitos, Et de contributione ad debita.

RUbricæ hujus inſpectio eſt, eo præſuppoſito re-
tento, quod de veris, ac propriis feudis agatur,
227 juxta feudales leges regulandis, non autem de impro-
priis, & corruptis, quæ juxta diſtinctiones initio tradi-
tas, feudali nuncupatione ſolum retenta, in reliquis
allodialium, ac indifferentium bonorum jure cenſen-
da ſunt; Quoties tamen talis eſt alteratio, quod feu-
di ſubſtantiam omnino corrumpat, ſecus autem ubi
in aliqua parte, firma in reliquis feudi natura manen-
te, ut præſertim in Rubrica capacitatis, vel incapa-
citatis advertitur *ut diſc.* 11.

Præſuppoſitis igitur, tam vera, & propria feudi
natura, ita ut jure feudali ſucceſſio regulanda ſit,
quam etiam capacitate perſonarum, adeout de ſolo
ſucceſſionis ordine, vel concurſu quæſtio ſit; Duplex
eſt inſpectio; Una generalis juxta feudales leges, vel
conſuetudines, quas communes dicimus; Et altera
juxta præfatus utriuſque Siciliæ Regnorum leges, Vel
mores.

Primo jure inſpecto, ubi etiam fœminarum capa-
228 citas adſit, verius eſt ſexum vincere, lineam, gradum,
& ætatem (cujus contrarium eſt attento dicto jure
particulari, ut infrà,) Ideoque agnati maſculi, quam-
vis remotiores à primo acquirente deſcendentes ex-
cludunt fœminas proximiores; Quatenus tamen de
tempore apertæ ſucceſſionis maſculi capaces exiſtant,
ut etiam ſupra in capacitatis, vel incapacitatis Ru-
brica advertitur, *ut eodem diſc.* 11. & 33.

Secus autem ſi eis non extantibus fœminæ, vel
cognato ſucceſſio delata ſit, quoniam ſuperveniens
229 maſculus eam non excludit, quamvis agnitio vel poſ-
ſeſſio adhuc ſequuta non ſit, niſi particularis lex vel
acquirentis diſpoſitio aliter diſponat, cum in feudis
non detur ea ſuſpenſio, quæ durante ſpe, ſeu poten-
tia proximioris, vel prius vocati, datur in fideicom-
miſſis, & primogeniis, jure communi regulandis,
230 quidquid ſecus ſit in illis Hiſpaniarum, ut etiam in
proximè inſinuata Rubrica, *ſub tit. fideicommiſſ. diſc.*
7. *& ſeqq. præſertim diſc.* 12. & 13.

Ubi verò æqualis eſt contendentium capacitas, tunc
deciſio pendet à qualitate, ſeu natura feudi, an divi-
231 duum ſit, quod juris Longobardorum dicitur ſucceſ-
ſorum pluralitatem admittens, vel Individuum ordi-
ne primogenituræ, uni tantum deferendum, quod
dicitur juris Francorum; Primò enim caſu, ille in-
teſtatæ, vel fideicommiſſariæ ſucceſſionis ordo, qui
de jure communi in bonis indifferentibus juxta gra-
dus proximitatem præſcriptos eſt, & cum eadem re-
gula metiendi proximitatem ab ultimo moriente, non
autem à primo acquirente in hac feudali ſucceſſione
attendendus quoque venit, cum nil diverſum deſuper
in jure feudorum ſtatutum ſit.

In feudo autem individuo, quod perſonarum plu-
ralitatem excludit; Cum attendatur ordo primoge-
nituræ, hinc proindè linea primum occupat locum, 232
atque vincit gradum ac ætatem, non autem ſexum; Ideó-
que quidquid antiquiores diſputaverint verius eſt, ac
extra controverſiam, ut nepos ex filio primogenito
prædefuncto, quamvis ætate, & gradu inferior, vin- 233
cat patruum ex beneficio repræſentationis, vel tranſ-
miſſionis prærogativæ lineæ, quæ à primogenito fiat
in ejus filium, in quo eadem qualitas ſexus quoque
concurrat, & non alias.

Quæſtione cadente, an eadem tranſmiſſio præro-
gativæ lineæ detur in tranſverſalibus, atque proba- 234
bilior eſt affirmativa, quamvis plures habeat contra-
dictores.

Quia verò ex aliquarum regionum conſuetudine,
præſertim verò Lombardiæ, etiam feuda Dignitatis
de ſui natura individua admittunt diviſionem plu- 235
riumque poſſeſſorum concurſum, ſi non in ſubſtan-
tia, (quæ habitualiter remanet individua) attamen
in fructu ſeu exercitio, & commoditate; Hinc pro-
babilius eſt, ut una linea, ſeu portione defecta,
aliarum linearum, vel perſonarum poſſidentium alias
portiones, æqualis eſſe debeat ſucceſſio pro modo
portionum, non autem pro numero perſonarum; Mi-
nuſque in ratione proximitatis gradus, quoniam non
per jus ſucceſſorium, ſed potius per illud accreſcendi,
ſeu verius non decreſcendi, portiones ſuperſtites,
defectam portionem ad ſe attrahant, cum totum jus
habituale penes omnes eſſe dicatur.

Aliqua remanente quæſtione, ubi aliæ lineæ non
poſſideant portionem aliquam, ſed agatur de concur- 236
ſu ad novam ſucceſſionem, quo caſu magis receptum
videtur, ut proximitas gradus prævalere debeat, ubi
repræſentationis, vel ſubingreſſionis beneficium non
intret, per quod, juxta generales terminos juris com-
munis, etiam in rebus indifferentibus, remotior fiat
proximiori æqualis *De his diſc.* 8. & 13. *& in aliis.*

Protrahitur in infinitum ſucceſſio deſcendentium 237
per lineam rectam de uno in alium; Ubi autem con-
tingat poſſeſſorem feudi abſque prole decedere, adeout
Collateralibus aperiatur ſucceſſio, tunc in feudis novis,
nulla eſt eorum, vel parentum ſucceſſio, ſed ſit locus
devolutioni, niſi lex inveſtituræ, vel alia lex parti-
cularis diverſimode diſponat; In antiquis autem,
quidquid aliqui variaverint ad ſeptimum, vel deci-
mum gradum ſucceſſionem reſtringentes; Verius eſt
jure communi feudorum attento, in infinitum pariter
protrahi ſucceſſionem eorum, qui deſcendunt à pri-
mo acquirente, qui ſit omnium ſtipes, eorum autem,
qui hanc deſcenſivam qualitatem non habent, nulla
eſt ſuccedendi cauſa.

Rara verò eſt ſucceſſio parentum, qui à primo ac-
quirente deſcendant, niſi in caſu quo poſſeſſor, ex 238
eorundem refutatione obtinuerit, de quo advertitur
infra in refutionum Rubrica.

Quando autem feudum individuum juris Franco- 239
rum, eſt pacti, & providentiæ purum, adeo ut ſolus
primogenitus ſuccedat, tunc ſi eſt novum quæſitum
ex cauſa verè onerosâ, & correſpectiva, pretio me-
diante, illud eſſe dicitur in hæreditate allodiali, ac
propterea primogenitus feudi ſucceſſor, tenetur ad
debita, & onera defuncti, eiſque non exiſtentibus,
adhuc ſecundogenitis ejus fratribus pretium commu-
nicare tenetur, niſi pater hoc onus remiſerit, quo
caſu voluntas attendenda eſt; Quatenus tamen, eodem
pretio calculatu in aſſe, conſultum ſit in aliis bonis
legitimæ filiorum, juxta generales, ac indifferentes
terminos juris communis; Cadente quæſtione an pre-
tium tituli, ſeu Dignitatis debeat communicari, & 240
probabilior eſt negativa, cum Dignitas cauſet majus
onus in poſſeſſore.

Si verò eſt antiquum, vel etiam novum gratuitum,
non intrat hæc obligatio communicandi pretium, ne- 241
que aliqua obligatio erga defuncti creditores, vel le-
gatarios;

Digitized by Google

gatarios; Benè tamen obligatio præſtandi ſecundo-
genitis maſculis vitam militiam pro alimentis ad vi-
tam duraturam, ideoque non tranſmiſſibilem; Fœ-
242 minis verò dotem de paragio tranſmiſſibilem, quate-
nus per carnalis, vel ſpiritualis matrimonii effectua-
tionem dos ſuam acquirat eſſentiam; atque ita fiat de
ipſius dotatæ bonis liberis tranſmiſſibilibus, ſin minus
nil eſt tranſmiſſibile, ut *diſc.* 108.

Pluribus circa utrumque vitæ militiæ, ac paragii
onus inſtantibus quæſtionibus tam circa taxam, quam
243 circa productionem intereſſe, ac alia non de facili ſub
compendio citra notabilem evagationem cadentibus,
ideoque in ſua ſede videndum eſt.

Mixturæ autem qualitate accedente, ſive ſit divi-
duum, ſive individuum; In feudo novo ex cauſa one-
roſa, utraque hæreditaria qualitas ſanguinis, ac rei
244 familiaris copulative neceſſaria eſt, neque inventarii
beneficium pro feudi præcipua deductione ſuffraga-
tur; Si vero eſt antiquum, vel novum gratuitum,
tunc requiritur utraque qualitas proximè acquirentis,
non autem (ex probabiliori ſententia) ultimi mo-
rientis, Atque ſive unius, ſive alterius reſpectu, in-
ventarii beneficium ſuffragatur pro feudi præcipua
deductione, ſufficitque per eum non ſtare, quominus
dictam aliam rei familiaris hæreditariam qualitatem
non habeat.

In præfatis autem utriuſque Siciliæ Regnis, in
245 quibus (paucis, ac obſcuris exceptis) omnia feuda
ſunt individua ad formam juris Francorum cum or-
dine primogenituræ deferenda; Atque in feudis no-
vis ex cauſa oneroſa quæſitis pretio mediante, idem
246 quod, ut ſupra, circa pretii communicationem, vel
onera in pretio, tanquam exiſtente in hæreditate al-
lodiali, in omnibus procedit; In antiquis autem pa-
riter idem circa vitam militiam, ac paragium favore
ſecundogenitorum, ac fœminarum reſpective, aliqui-
bus legibus, fœminarum cauſam circa paragium ma-
gis clare confoventibus.

Reſpectu verò creditorum, ſeu legatariorum, aut
alias à feudatario defuncto cauſam habentium, quam-
247 vis inveſtituræ formula *pro ſe, & hæredibus ex corpore*
legitimè deſcendentibus, utrique Regno ſit commu-
nis, diverſimode tamen intellecta fuit; In Regno
enim ultra Pharum, quod antiquum Siciliæ vocabu-
248 lum adhuc retinet, ad limites juris communis, magis
congruam accepit interpretationem, eo modo, quo
in feudis mixtis dictum eſt ſupra, ut primi, non
autem ultimi hæreditaria qualitas neceſſaria ſit, ut
diſc. 13.

In altero autem citeriori (quod Neapolitanum di-
cimus) diverſimodè receptum eſt, ut ſcilicet cum qua-
litate ſanguinis, altera hæredia rei familiaris etiam
249 ultimi concurrat, abſque eo quod inventarii benefi-
cium ſuffragetur, quantum feudi importet integer
valor, qui in morientis hæreditate eſſe dicitur, tam
reſpectu creditorum ex cauſa oneroſa, quam etiam
legatariorum, vel aliorum, quorum favore feudata-
rius moriens diſpoſuerit.

Adeout ex ſupra inſinuatis, juxta magis receptam
opinionem (contradictoribus tamen non carentem)
ſucceſſor, quamvis non ex defuncti judicio, ſed con-
250 tra illud ex inveſtitura veniens, judicium defuncti
impugnando, uſque ad integrum feudi valorem gra-
vari valeat, quod nimis aſperum eſt, ac improbabile;
Cadente, ut ſupra inſinuatum eſt, quæſtione volun-
tatis magis, quam poteſtatis, ut *diſc.* 13.

Iſtumque vivendi modum, pro commercii facilita-
251 te, ac libertate forte magis proficuum à recenti tem-
pore introducere quoque cæperunt Siculi ultra Pha-
rum; unde propterea duplex ibi habetur feudorum
ſpecies, una antiqua in forma pacti, & providentiæ,
vel mixta reſpectu primi acquirentis tantum, quæ
in forma ſtricta dicitur, altera verò in hac *forma*
larga.

Super gradibus autem, vel repræſentatione, aliqua
inter hæc Regna dignoſcitur differentia; Per anti- 252
quas etenim leges utrique communes, utpote editas
de tempore, quo utrumque pro unico habebatur uſ-
que ad tertium gradum civilem collateralium, ſuc-
ceſſio reſtricta eſt, quamvis à primo acquirente deſ-
cendentium, ac in feudo antiquo, quod nimiam re- 253
ſtrictionem præſeferre videtur, licet fratribus in feu-
dis novis concedatur ea ſucceſſio, quæ à jure com-
muni negatur.

Sequuta verò eorum diviſione, in eo ultra Pharum
ſucceſſio latius patet; In iſto autem citra, firmæ 254
remanent dictæ antiquæ reſtrictæ leges, per quaſdam
gratias ampliatæ ad unicum ulteriorem civilem gra-
dum lineæ æqualis, vel inferioris, non autem ſupe-
rioris; Adhuc dubia, & ſub quæſtione, remanente 255
gratias habilitante fratres inermos, unde propterea
concordia hujuſmodi controverſiarum ſpeciebus finem
dare conſuevit.

Pluribus cadentibus quæſtionibus, concurſus in-
ter ipſos collaterales, quas peragere occaſio non dedit, 256
ideoque videndum eſt apud eos, utriuſque feudi ſcri-
ptores, qui peculiarem hanc ſucceſſionis materiam
ad illarum legum præſcriptum peragere profeſſi ſunt.

Aliqua etiam differentia militat circa ſexum; In 257
hoc etenim citeriori Regno, linea vincit gradum,
ſexum, & ætatem, adeout (quamvis barbare, &
contra omnem rationem) neptis ex filio primogeni-
to prædefuncto ſuperſtes, excludat filium ſecundo-
genitum ejus patruum, quamvis ætatis, ſexus, &
gradus prærogativa ſit major; In eo autem Regno,
ob aliqua leges, agnationi magis rationabiliter proſ-
picientes, contrarium fortè verius eſt, vel ſaltem eſt
ſub majori controverſia, ut in ſua ſede; Ubi etiam
de prærogativa agnationis probabilius vincente alte-
ram ætatis, quamvis æqualitas gradus concurreret,
ut *diſc.* 13.

Aliis multis cadentibus quæſtionibus, circa repræ-
ſentationem, vel tranſmiſſionem prærogativæ linearis, 258
an ſcilicet, quod in deſcendentibus dicitur, in col-
lateralibus quoque procedat, ut in ſua ſede.

Inter fœminas autem æqualis gradus, in his Re-
gnis, præſertim iſto citeriori, ex eorum legibus par-
ticularibus, qualitas innuptæ, atque ut dicitur in ca-
pillo, prævalet lineæ, ideoque ſecundogenita in ca-
pillo præfertur primogenitæ nuptæ, & dotatæ con-
ſentienti dotationi, cum pluriſque declarationibus;
de quibus in ſua ſede.

De Illegitimorum verò, & Clericorum, aut militiæ 259
Eccleſiaſticæ profeſſorum capacitate ſuccedendi, &
quid ubi de tempore delatæ ſucceſſionis, ille qui in
ſtatu incapaci reperitur, eum immutare poteſt, atque 260
capax effici, habetur ſupra in propria capacium Ru-
brica.

Et de oneribus cum feudo devoluto tranſeuntibus 261
etiam ad dominum, habetur infra in propria devolu-
tionis, vel caducitatis Rubrica.

Cum autem duplicem habeat diverſum hæredem
feudatarius moriens, feudalem ſcilicet, ac allodialem, 262
ſeu burgenſem, juxta diverſum patrimoniorum ſpe-
ciem, quorum quodlibet hæreditatis univerſitatem
diſtinctam conſtituit; Hinc frequentes in dicto Re-
gno citeriori, forus audit quæſtiones ſuper utriuſque
hæredis, vel patrimonii contributione ad debita,
aliaque onera defuncti.

Recepta verò diſtinctio eſt, ut ad mere realia, ipſis 263
bonis infixa, vel eorum cauſa contracta, non intret
contributio, ſed quilibet ſuum ferat onus; In per-
ſonalibus autem, vel indifferentibus, uterque hæres
pro viribus, ac rata bonorum, atque ut dicitur per
æs, & libram, habita ratione valoris in ſorte princi-
pali contribuit, ſive debita contracta ſint cum Regio
aſſenſu, vel ſine; Minuſque attento, an una, vel al-
tera bonorum ſpecies magis obligata, vel ſubjugata
ſit;

ſir; Q od in debitis contrsctis per plurium majora-
tuum, vel fideicommiſſorum poſſeſſorem, quando
per iſtins morrem, eorundem majoratuum, vel fidei-
commiſſorom diviſionem ſequi contingat, quoque
265 procedere alias deciſum eſt, niſi diverſa accedat ex-
preſſa, vel conjecturalis ipſius morientis voluntes,
quæ ſervanda eſt, ubi ratione legitimæ poteſtatis de-
fectus accedat, ut *diſc.* 12. & 22. & 89.

XII.

De Refutatione.

DUpliciter de refutationis validitate, vel effe-
ctibus agi ſolet, Primo ſcilicet ubi ipſo domi-
266 no fiat; Et ſecundo ubi filio, vel alteri proximè ſuc-
ceſſuro, vel alias ſub inveſtitura comprehenſo, eum
in extraneis, non refutationis, ſed alienationis ter-
minus eadat.

In prima ſpecie refutationis feudi, quæ domino
267 fiat, duplex pariter quæſtio intrat; Prima nempè, an
dominus invitus eam recipere teneatur, quamvis
ejus voluntas diverſa ſit; Aliis ſimpliciter affirman-
tibus; Aliis è converſo ſimpliciter negantibus, &
aliis probabilius diſtinguentibus, an recuſandi juſta
accedat cauſa, necne, ut non teneatur ſi ejus intereſt
refutationem non fieri, ut *diſc.* 71.

Er ſecundò, quatenus dominus velit, & acceptet,
268 an ea tollat jus agnatorum, ac aliorum ab inveſtitura
vocatorum; Atque ubi in refutante, diſponendi, vel
alienandi facultas non adſit, probabilior eſt negati-
va, cum inveſtitura durante, dominus jure extranei
cenſetur, in quem alienatio facta ſit, ideoque non
extinctivo jure devolutionis, vel conſolidationis feu-
dum obtinere dicitur, ſed jure tranſlativæ ceſſionis,
durante jure cedentis, ipſa dominicali qualitate ſuf-
fragante pro duplicita præſtatione aſſenſus ſibi ipſi,
ne alias ipſimet refutandi, pœnitendi, vel revocan-
di competat ea facultas, quæ facta alteri ceſſione,
vel alienatione competeret, & ne agnatis detur illa
retrahendi, ſeu vindicandi actio, quæ adhuc durante
jure alienantis, quandoque competit.

In altera verò ſpecie refutationis factæ agnato,
qui non ſit proximè ſucceſſurus (poſita alienandi, vel
269 diſponendi prohibitione) idem dicendum eſt, ut pro-
hibitæ, ac invalidæ alienationis ſpeciem habeat; Ubi
autem fiat in proximè ſucceſſurum, tunc valide eſt
etiam ſine domini aſſenſu, quoniam non eſt alienatio
ſed præventiva ſucceſſio; Duobus tamen concurren-
tibus; Primò ut elegans nomen contractus habeat;
Et ſecundo ut ſit pura, non autem pactionata, præ-
270 ſertim circa reſervationem uſusfructus favore refutan-
tis, cum id feudi diviſionem, vel ſervitutem probi-
bitam importet; Secus autem ubi fiat ea reſervatio
fructuum, ſeu commoditatis, ut nudi facti eſt, quæ
in feudis etiam licite fieri poteſt, cum feudi ſubſtan-
tiam non tangat, ut ſupra in alienationum Rubrica.

Dummodo talis reſervatio ſic ample concepta non
ſit, quod in effectu refutatio verbalis dici valeat, ac
fraudem redoleat, quod ex facti qualitate pendet,
ideoque certam, ac determinatam regulam generalem
non recipit.

Quatenus verò pactionata ſit, tunc non modica
eſt inter feudiſtas quæſtio an pacta vitient refutatio-
271 nem, vel potius eis vitiatis, aut ad licitam ſpeciem
redactis, ea firma maneat; Tribus de ſuper vigenti-
bus opinionibus; Una, quæ minores habet ſequaces,
ut reſervatio uſusfructus reſolvatur in dictam licitam
fructuum, vel commoditatis; ut facti eſt; Altera
quæ aliquam habet majorem probabilitatem, ut pacta
vitientur, non autem ipſa refutatio; Et tertia pro-
babilior, magiſque per feudiſtas recepta, ut ob vo-
luntatis individuum, totus actus corruat, ipſaque re-
futatio vitiata maneat; niſi facti circumſtantiæ dictam
præſumptam individuitatem voluntatis ceſſare faciant,
atque ſuadeant, refutantis intentionem fuiſſe, ut
ipſa pacta potius vitientur, cum ſemper præſumptio
cedat veritati.

Cadente etiam quæſtione fraudis, quæ dupliciter 272
cadere poteſt; Vel ſcilicet domino ſuper laudemio,
vel relevio, quod ex facti qualitate, & circunſtantiis
deciſionem recipit; Vel creditoribus refutantis, qui-
bus utique præjudicatum non remanet, durante tem- 273
pore, quo jus refutantis duraret, ſi refutatio facta
non eſſet, juxta ea, quæ de refutatione facta ipſo
domino deſuper habentur, cum poſſit quidem debitor
nolle quærere, juſque ſibi delatum nolle agnoſcere in
creditorum præjudicium, non autem jus, jam agni-
tum, & quæſitum remittere.

An autem refutatario præmoriente intret reſolutio
ectus; adeò ut refutans jure primævo feudum occupet, 274
vel potius jus ſucceſſorium juxta ordinem proximitatis
refutatii morientis intret, ſub quæſtione eſt, in qua
data valida refutatione puta, verius videtur ſucceſſo-
rium edictum intrare.

Prout, an ſucceſſionis ordo, quod perſonam refu- 275
tantis, attendi debeat de tempore refutationis, vel
ejus mortis naturalis, adeout hæc præventiva ſucceſ-
ſio, apta ſit tollere, necne, jus ei, cujus de tempore
mortis, magis proxima eſſet cauſa ſuccedendi, ſub
quæſtione ſit, de qua in ſua ſede, ut *d. diſc.* 13.

XIII.

De ſubfeudis, ac poteſtate ſubinfeudandi.

SUbinfeudandi poteſtas, an feudatario ſine domini
aſſenſu competat, & an ſubinfeudatio prohibitam 276
redoleat alienationem, necne, apud antiquiores ni-
mium certatum eſt; Hodie verò ex magis communi,
receptoque feudiſtarum ſenſu, inſpecta juris commu-
nis feudorum diſpoſitione, verior videtur opinio,
quæ ſubinfeudandi poteſtati aſſiſtit.

Tribus tamen requiſitis copulativè concurrentibus; 277
Primo nempè, ut fiat cum eiſdem legibus, & pactis;
Secundo, ut in perſona æqualis conditionis, unde
propterea domino non præjudicetur; Et tertiò, ut fiat
ſincere, ac ſine fraude, ut *diſc.* 1.

Æquivocum autem eſt aliquorum ſcribentium,
in quacumque ſubinfeudatione, hujuſmodi requiſito- 278
rum concorſum indefinite deſiderantium, cum (ter-
tio excepto, quod cuicumque ſpeciei adaptabile, &
congruit) reliqua duo, uni, non autem ſpeciei con-
veniant.

Triplex igitur eſt ſubinfeudationis ſpecies; Una 279
eſt, quæ fiat de aliquibus inferioribus, modicique
momenti feudi membris, vel acceſſoriis concedi ſo-
litis, & quæ ſub excadentiarum vocabulo feudiſtæ
explicare ſolent, atque ſub fructuum feudi nomine
veniunt; Et hæc alienationem non redolet, ſed po-
tius fructuum perceptionem, dummodo abſit fraus,
ita ut more percipiendi hunc fructum pro tempore
non ſuo.

Nil autem refert, an iſte cui fit ſubfeudatio, ſit 280
diſparis conditionis, idque pretio, vel alia recom-
penſa mediante ſequatur, dummodò ſolitum non al-
teretur, juxta eam generalem limitationem, quæ in
bonis regulariter alienari prohibitis, tradi ſolet in
iis, quæ jam alienabilia, vel concedi ſolita effecta
ſint, cum hæc ſubfeuda (quæ alicubi ſub feudi
plani, & de tabula puri vocabulo explicari ſolent)
allodialium potius, quam feudalium jure cenſenda
ſint, jure communi civili magis, quam feudali regu-
landa.

Altera eſt ſubinfeudationis ſpecies, quæ de toto
feudo fiat, nihilo retento pro ſubinfeudante, atque 281
in hac ſpecie vere proprie dicta requiſita deſiderantur,
cum tunc ſubinfeudatus obtinere dicatur à primo in-
feudante

feudante, ac domino, cujus fit vaſſallus immediatus, ſub oſeudans verò, organi, ſeu inſtrumenti partes gerit; ideoque facta ſubinfeudatione, iſtius perſona de ſcena cadit, neque aliud jus ei remanet, minuſque onus ſervitii, ac fidelitatis, vel devolutionis, ad inſtar eremitis, pro perſona nominanda, poſtquam nominationem fecit, ſuáque facultaté ad exercitium deduxit.

Tertia eſt demum ſpecies, quæ fiat, de feudo, vel ejus partibus, aliquibus partibus, vel juribus pro ipſo
281 ſubinfeudante retentis, vel reſervatis; Et hæc pariter ſubdiſtinguitur in eam ſubinfeudationem, quæ totius feudi, omniumque ejus jurium, etiam Regalium fiat aliqua ſuperioritate, ac intellectuali alto dominio reſervatis, adeout ſubinfeudatus, totum id obtineat, quod feudatarius immediatus, etiam feudi Regalis, ac Dignitatis obtinet dicta intellectuali reſervatione ſolum excepta; Et hanc ſubfeudi ſpeciem verius eſt, abſque ſpeciali facultate per infeudantem conceſſa, exercibilem non eſſe.

282 Quandoque tamen, ne dum pro facultate ſed etiam pro neceſſitate id injungi praxis docuit.

Altera verò eſt ſubinfeudatio, quæ tertiam conſtituit ſpeciem inter proximam de toto, & primam ſim-
284 plicium membrorum, ſeu excadentiarum, quia nempe de aliquibus Oppidis, vel Caſtris, aut feudi membris, per quæ ipſius feudi Univerſitas, vel corpus notabilem ſciſſuram, vel deturpationem non patiatur; Quinimò nullam ſciſſuram, vel diviſionem, quoad jus habituale, ac imperium, & Regalia ſentiat, ſed in ſola fruitione, ac mere ſubordinato imperio, tanquam per ſpeciem commiſſæ juriſdictionis, ac adminiſtrationis, ſub omnimoda ſubinfeudantis ſuperioritate, qualia ſunt ea ſubfeuda, quæ ſimplicas Barones, non autem veros Dignitatis feudatarios conſtituunt.

Hæc autem ſpecies (non data ſpeciali prohibitione) exercibilis eſt, ubi qualitas feudi ita exigat, ut
285 feudatarius feudi Regalis, ac Dignitatis, cum jure Principatus, ita nobiles, & qualificatos milites, ac vaſſallos ſibi conſtituat, vel ita bene merentibus præmia diſtribuat; Cum ea tamen moderatione, ac proportione ad feudi qualitatem, & circumſtantias, ut fraudem, vel Domini notabile præjudicium non redoleat; Iſtaque ſubfeudorum ſpecies in feudis Regalibus, ac Dignitatis frequens eſt in praxi.

In hac verò ſpecie, erroneum eſt ſuperius recen-
286 ſita, tria requiſita deſiderare, cum illud æqualis conditionis potius interdictum ſit, dum non paribus, ſed inferioribus, ac ſubditis, hæc ſubfeuda congruunt; Minuſque alterum, ut gratis, ac ſub eiſdem legibus conceſſio fiat, cum pretio mediante, magiſque limitate hujuſmodi ſubinfeudationes fieri, recepta praxis, præſertim Italiæ, doceat.

Ideoque ſolum requiſitum fraudis excluſivum
287 deſiderandum eſt, pro ea ſcilicet fraude, quæ in feudatario caſtrato, ſeu de ſucceſſore deſperato, aut alias devolutione imminente conſideratur, quamvis conſilii non ſit, ſed ſolius præjudicii, eodem modo, pro de jure diſpoſitum eſt in alia ſubfeudorum ſpecie, quæ fructuum, ſeu excadentiarum ſpeciem redolet, quia nempe perceptionem fructuum, vel ſui juris exercitium in tempus non ſuum ſubinfeudans ita protrahat, rejecta opinione volentium, ut ubi expreſſe facultas conceſſa eſt, hæc reſtrictio non intret, ut aliquid conceſſioni legis addat illa hominis, ut *d. diſc.* 1.7. & 59.

In præfatis autem utriuſque Siciliæ Regnis, ob
288 eorum peculiares leges, ſtrictiorem alienandi prohibitionem continentes, (excepto dicto caſu excadentiarum, quæ conſueti fructus ſpeciem habent, atque concedi ſolent) receptum eſt, hanc etiam ſubinfeudationem prohibitam eſſe, illamque ſub alienationis
289 vocabulo venire.

Poſita legitima ſubinfeudatione, ſubinfeudatus ipſum ſubinfeudantem, ac immediatum auctorem, in dominum agnoſcere debet, eique fidelitatem, ac ſervitium præſtare, non autem mediatum; Atque ad immediatum devolutio pertinet; Prout ab eo renovatio petenda eſt, ut *d. diſc.* 7. & 59. Niſi cum conſenſu domini directi, ejuſque nova inveſtitura, ita ſubinfeudatio ſequi dicatur, quod ſpeciem diſmembrationis à feudo, ac erectionem novi feudi directi, & in capite importet. 290 291 292

Ad regulandam verò ſubfeudi naturam, ubi inveſtituræ lex ambigua ſit, illa ipſius feudi attendenda eſt, cum ſubfeudum ejus cenſeatur naturæ, cujus eſt feudum. 293

Non levi apud feudiſtas cadente quæſtione; an devolutio facta, ſubfeudum duret, atque Dominus, cui devolutio facta eſt, ſubfeudatarium ei ſervire volentem, recipere teneatur; Magiſque probabilis, ac recepta eſt affirmativa, ubi ſinceritas accedat, neque fraudem ſubinfeudatio redoleat; Alia vero in foro parum frequentia hanc ſubfeudorum materiam concernentia, in propria, ſede videnda ſunt, ut *d. diſc.* 1. 294

XIV.

De Renovatione inveſtituræ feudalis, ac laudemio, & relevio; Et jure tappetii.

Duplex renovationis eſt ſpecies; Una, quæ non culposè devoluto feudo, terminataque inveſtitura, ex æquitate, per dominum nolentem pro ſe retinere; ſed alios inveſtire, debita eſt feudatarii defuncti proximiori ſanguinis, ubi de feudo pacti, & providentiæ agatur, quod jure ſanguinis, durante inveſtitura defecâtur; Ubi verò ſit purè hæreditarium; rei familiaris hæredi; Denegatur autem in caſu devolutionis culpoſæ. 295

Id autem feudorum ſpeciale non eſt, cum emphyteuſi quoque ſit commune, ideoque, ea quæ frequentius in ea materia habentur, feudis quoque regulariter congruunt, niſi peculiaris regionis ſcripta, vel non ſcripta lex aliter ſtatuat, ut *diſc.* 52. & *ſub tit. de emphyt. ſæpius.* 296

Altera verò eſt à jure feudali ſpecialiter manans, cujus inſtar in emphyteuſi quoque ex quodam recepto uſu, idem inductum eſt; Itaque per novum feudi ſucceſſorem, ſub caducitatis pœna infrà annum, & diem petenda eſt, niſi conſuetudo hanc obligationem ceſſare faciat, dictuſque terminus, quandoque per inveſtituræ legem particularem brevior eſſe ſolet, ut in citerioris Siciliæ, ſeu Neapolitano Regno ſtatutum eſt, ut infra tres menſes renovatio petenda ſit; Pluribus cadentibus quæſtionibus circa juſtas excuſationis, vel reſtitutionis in integrum cauſas ex facti qualitate, ac circumſtantiis pro impedimentorum, vel excuſationum probabilitate decidendis, ut *d. diſc.* 59. 297 298

Idemque terminus anni, & diei, qui in fiſt ſpecie renovationis per feudales præſcriptus eſt, ex recepto uſu extenſus fuit ad aliam ſpeciem, de qua ſupra niſi dominus alteri conceſſerit; cum tunc longiſſimi temporis decurſum requiri, ut huic juri præjudicatum cenſeatur, ſitus recepiſſe videatur. 299

A domino autem ubi poteſtatem non habent legibus derogandi, novaſque condendi, verius eſt, dictum terminum anni, & menſis abbreviari non poſſe, benè tamen abſque dubio extendi poſſe, quoties alicui præjudicii, vel intereſſe minime tertia aliud non ſuadeat, ut *d. diſc.* 52. 300

Illaque per ſubinfeudatum non à primo, ac mediato, ſed à ſecundo, ejuſque immediato domino, ac ſubinfeudante petenda eſt; Hic remanente obligatione, quando novus eſt ſucceſſor, ſuam renovationem à primo domino petendi, ſuaque petitio intra terminum ab ipſo ſucceſſore, ſeu legitimo procuratore, qui ſpecialis eſſe debet, ſufficit, licet conceſſio differatur. 301 302

Pro hujuſmodi renovationis ſucceſſione, quæ per
303 novum ſucceſſorem perneceſſe petenda eſt, jure feu-
dali, ſtatutum non eſt, aliquid domino ſolvendu eſſe
cum ea pars fructuum, quæ eidem domino à dicto jure
defertur illius anni, in quo feudatarii mortem ſequi
contingat, ſuffi ere debeat, niſi peculiaris lex ſcripta,
vel non ſcripta diverſimode diſponat, ut *eod. diſc.* 59.

In præfatis autem utriuſque Siciliæ Regnis; & præ-
ſertim in hoc citeriori; Sive ſit dicta fructuum parte,
304 quam jus feudale domino defert anni vacationis
feudi; Sive ob domini recognitionem per leges, vel
conſuetudines particulares, Regi debita eſt medietas
feudi fructuum dicti anni vacationis, ſponte ſolvenda
infra annum ſub relevii vocabulo, cum fideli eorun-
dem fructuum notula, & ſub pœna duplicatæ exactio-
nis faciendæ ex ejuſdem feudi fructibus, qui affecti
ſunt, ut *diſc.* 28.

Si vero contingat, eodem anno duplicem, vel mul-
305 tiplicem vocationem ſequi, unicum relevium ſolven-
dum eſſe verius videtur; Pluribus cadentibus quæſtio-
nibus in hac relevii materia, quæ ſpeciales habet trac-
tantes ſuper deductionibus onerum, ac ſuper fraudibus,
quæ illi occaſione refutationis fieri ſolent, cum aliis de
quibus in ſua ſede, utpotè compendio parum congruis.

Adeſt quoque in dicto citeriori Regno, ac fortè
306 etiam in ulteriori alia ſolutionis ſpecies, quæ ſub no-
mine tappeti explicari ſolet, originem trahens eo tap-
peti uſu, qui per novum feudi ſucceſſorem habebatur,
dum fidelitatis juramentum domino præſtabat, eumque
recognoſcebat, eujus cæremoniæ, ac renovationis loco
dictæ ſolutiones, ac etiam quarundam litterarum ex-
peditiones ſucceſſerunt, ut *eod. diſc.* 29.

XV.

De jure prothomiſeos; Et de feudi evictione.

RAræ ſunt in foro quæſtiones illius juris protho-
miſeos, quod ex æquitate jus feudale concedit
307 agnato ſucceſſuro, vendicandi, ſeu retrahendi feudum
alteri alienatum, oblato pretio, quamvis adhuc jus
alienantis duret neque ſuum apertum ſit, cum fre-
quentius magis expediat caſum ſucceſſionis expectare,
atque ita nullo ſoluto pretio, feudum vendicare; Ad-
huc tamen aliquando praxis docet id expedire, ideo-
que tale jus exerceri.

Id autem procedit in feudo antiquo pacti & provi-
dentiæ, non autem hæreditario, vel etiam in novo,
308 quamvis pacti, & providentiæ formam habeat, ubi
alienatio fiat per primum acquirentem titulo oneroſo;
Secus autem ubi ex cauſa lucrativa, cum iſtud jure an-
tiqui regulετur, ut *diſc.* 36. & 37. 38. & 110.

Non levi militante quæſtione inter Neapolitanos
feudiſtas, an hoc jus competat in illis feudis antiquis,
309 mixtam qualitatem habentibus, in quibus quodam
jure ſpeciali, ut nedum primi acquirentis ſed etiam
ultimi morientis, nulla facta deductione feudi, vel ejus
valoris, hæreditariam qualitatem habere oportet; Ad-
huc tamen ex quodam recepto ſtylo potius, quam ex
ſtricta juris cenſura, recepta eſt affirmativa opinio in
310 luntariis alienationibus; Non improbabili dubietate
cadente, ubi judicis auctoritate, publica ſubhaſta
alienationem fieri contingat, ut *eod. diſc.* 37.

Ubi verò, non ipſum feudum, vel jus in eo, vendi
contingat, ſed ſolos fructus, vel eorum commodita-
311 tem verius eſt dictum jus non competere, *d. diſc.* 110.
Niſi facti circumſtantiæ quandam non ſcriptam æqui-
tatem producant, quæ dicti juris competentiam con-
gruè ſuadeat, etiam in caſibus, in quibus de ſtricta
juris cenſura, illud veniat denegandum, ut quandoque
habetur etiam in bonis juriſdictionalibus, non feu-
dalibus; Quia verò, ut dictum eſt, raro forus alias
quæſtiones deſuper cadentes audit, hinc proindè ad
propriam ſedem relatio ſufficiat.

Raræ quoque videntur evictionis quæſtiones inter
infeudantem, & infeudatum, quoties non pecunia, 312
vel alia recompenſa mediante, ſed juxta propriam, ac
regularem feudorum conceſſionem gratis, & tanquam
ſpeciem beneficii, feudum concedatur; Cum hoc re-
gula ſit negativa, in aliquibus caſibus limitari ſolita,
ut in ſua ſede, cum inſpectio parum congrua foro vi-
deatur.

Emptitii autem feudi, ſeu alias ex oneroſa cauſa
correſpectiva conceſſi vel dati, ſive à domino, ſive ab 313
altero feudatario id ſequatur, evictio præſtanda eſt;
Niſi de illa agatur, quæ ex rei natura ſequuta ſit; Vel
quia ſcientia in minoris, aut formidatæ evictionis
hanc actionem excludat, quoties diverſa conventio,
vel feudalis qualitatis ignorantia, ſive diverſa ven-
ditoris aſſertio, eandem actionem alias denegandam
non concedant; Ideoque facti, ac voluntatis potius,
quam juris quæſtio eſſe videtur, pro facti qualitate
decidenda, ut *diſc.* 44. & 65.

Quatenus verò evictio præſtanda ſit, ut frequentius
inter feudatarium alteri de contentu domini venden- 314
tem feudum, quam inter dominum, & feudatarium
quæſtiones eſſe ſolent, ipſius feudi in univerſum evictio
præſtanda eſt vel ejus quotæ, non autem ſingulorum
membrorum, vel bonorum, per quorum evictionem,
eadem univerſitas adhuc duret, niſi ſpecifica aliquo-
rum bonorum expreſſio, vel pretii quantitas, aut alia
argumenta, diverſam probent voluntatem, quodque de
illis quoque in pretio habita ſit ratio, ut *diſc.* 32 & 65.

Verum ubi etiam de omnibus evictio promiſſa ſit,
cum libertatis aſſertione; Adhuc tamen evictionis, vel 315
quanto minoris actio, non intrat pro illis oneribus,
aut ſervitutibus, quæ feudo connaturalia ſunt, eique
inſunt, ut eſt præſertim naturalis vaſſallorum uſus,
niſi alias cautum ſit, ut *d. diſc.* 65.

Prout evictio de natura rei, quæ regulariter præſ-
tanda non eſt, intrat ubi ex facto culpoſo venditoris,
devolutio ſequatur atque ita jus emptoris ceſſet ut *in* 316
tit. de penſion. diſc. 69. & *tit. de dote diſc.* 136.

XVI.

*De Inveſtitura abuſiva ac feudo plano; Et de conceſſio-
ne loci, in quo adſit privilegium, vel pactum non
infeudandi.*

IN Papa quoad ea, quæ temporalem Principatum
concernunt, aliiſque licet ſupremis, ac primi or-
dinis Principibus electivis, ſeu aliis Principatum cum
hæreditaria qualitate non traſmittentibus; Aliqui 317
feudiſtæ, præſertim oltramontani, hanc inveſtituræ
ſpeciem faciendi poteſtatem negarunt, quaſi quod,
eiſi in ſupremo non urgeat ea ratio voti captandæ
mortis, quam inferioribus obſtare creditur; Attamen
non urgeat altera ſupplantandi ſucceſſorem, atque
conferendi ejus poteſtatis exercitium in tempus inha-
bile, quo ſuum jus jam annihilatum eſt.

Omninò autem hac ſententia reprobata, in Papa
etiam in temporalibus, aliiſque ſupremis, qui poſitivæ 318
legis non ſentiunt ſubjectionem, contraria verior eſt
clarius verò de conſenſu poſſeſſoris, ejuſque jure præ-
ſervato, ut *tit. de Regal. diſc.* 3. & 148. & *in tit. de
emphyteuſ. diſc.* 1.

Quinimò, & abſque dicto conſenſu, quem Supre-
mus ſupplere poteſt, dum receptum eſt, ut etiam jus
quæſitum, ac de præſenti ex cauſa, & quandoque etiam
jus quæſitum, ac de præſenti ex cauſa, & quandoque
etiam ſine, tollendi poteſtatem habeat; Adeò ut forus
frequenter quidem voluntatis, nunquam tamen, vel
nimium rarò, poteſtatis quæſtiones audiat, ut *d. diſc.*
148. *de Regal.*

In Prælatis autem, vel inferioribus, ac ſubordinatis
feudatariis, ac Magiſtratibus, quibus ſuprema poteſtas
derogandi legibus, vel tollendi jus tertii non competat; 319
Una opinio indefinitè negat, ex triplici ratione, voti
ſcilicet captandæ mortis, ſupplantationis ſucceſſionis,
&

Digitized by Google

& præjudicii poſſeſſoris, poſt cujus ceſſatum jus conceſſio facta eſſet.

Quidquid autem de prima ratione ſit, jure communi Romanorum attento in emphyteuſi, vel officiis, aliiſque vitalitiis rebus, dicto jure metiendis, de quo
320 in ſuis emphyteuſis, ac officiorum ſedibus; In feudis tamen juxta proprias feudales leges, vel conſuetudines regulandis, hæc ratio negligitur; Ideoque duabus aliis ceſſantibus, quæ ſolum inferioribus obſtant, probabilius eſt, hanc inveſtituræ ſpeciem practicabilem eſſe, quia nempe poſſeſſoris accedat conſenſus, vel cum omnimoda ſui juris præſervativa fiat
321 (quod etiam non expreſſum ſubintelligendum eſt.

Ideoque ſi caſus aperturæ contingat, adhuc durante jure, vel poteſtate ejus, qui talem abuſivam inveſtituram conceſſit, de illa non eſt dubitandum, dum ita
322 ceſſat altera præjudicii, vel ſupplantationis ſucceſſoris ratio; Exindeque reſultat, ut actus eſſe dicatur in implicito validitatis ſtatu, quatenus re integra caſus ſequatur; Reſolutioni tamen ſubjectum, quatenus ipſius infeudantis jus, pendente conditione reſolvatur.

Verum, & in caſibus, in quibus ratione ſupremæ poteſtatis infeudantis, vel ex dictis rationibus ceſſantis præjudicii poſſeſſoris, ac ſucceſſoris, actus valeat,
323 adhuc tamen ille non impedit, quin poſſeſſor ſuum jus in alienum transferre valeat, ipſeque dominus aſſentiri; Iſteque poſterior actus præcedenti prævalet, neque ille, cui hæc abuſiva conceſſio facta eſt, conqueri poterit, cum hanc implicitam conditionem ejus infeudatio ſub ſe continere dicatur; Niſi ſpecialis valida conventio, vel aliæ facti circumſtantiæ, ſeu legitima conſuetudo aliter ſuadeant.

Vicario autem Domini, hæc poteſtas, abſque ſpe-
324 ciali nota, demandata non cenſetur, niſi ubi actuum frequentia, vel obſervantia, ſive aliæ facti circumſtantiæ, Domini voluntatem redolere videantur; Rara verò præſertim in Italia, in feudis eſt hujuſmodi inveſtituræ praxis. *De his d. tit. de emphyteuſ. diſc.* 1. *&* 2. *& d. diſc.* 3. *de Regal.*

Prout etiam rara eſt altera quæſtio feudalis conceſſionis, quæ de eodem feudo duobus fiat, illaque ex
325 facto potius, quam ex jure deciſionem recipit; Quamvis enim re integra, quia nemini traditio facta ſit, primæ conceſſioni aſſiſtat regula, quæ è converſo aſſiſtit ſecundæ, quæ prioris traditionis fomentum habeat; Attamen ex clauſulis, illa præſertim conſtituti, ſive ex aliis actibus, ac ſignis traditioni æquipollentibus, plures recipit limitationes, ideoque certa determinatio non datur.

Frequentes autem, (in dicto præſertim citerioris Siciliæ Regno) audiuntur quæſtiones circa infeudationes Civitatum, Oppidorum, & locorum, quibus
326 ex gratia, & privilegio, vel contractu, & cauſa correſpectiva conceſſum eſt, ut non poſſint in feudum concedi, ſed ſub immediato Regis gubernio, ac juriſdictione conſervari debeant, (quod ibi eſſe de demanio dicitur; quamvis de ſtricta juris cenſura, deciſio pendeat, an ex gratia, vel juſtitia, & cauſa correſpectiva conceſſio prodierit; Attamen diſtinctio hæc, pro regulanda, ſeu refrænanda voluntate, nimium proficua eſt, ut hoc ſecundo caſu longè difficilius infeudatio ſequatur, quam primo, non autem pro poteſtate, quæ etiam admittitur in caſu contractus, & cauſæ oneroſæ.

Ideoque Regis Vicario, eique à latere aſſiſtenti
327 Concilio, fas eſt, hujuſmodi infeudationum executionem denegare, vel ſuſpendere, donec Rex certioretur, ac partes audiat, Sed Rege in eadem perſeverante voluntate, poteſtatis defectum, foris extremus non decidit, quidquid de interno ſit, cujus medicorum ſpiritualium ſunt partes agendi, *ut d. diſc.* 184. *de Regal.*

Quando autem de correſpectiva feudi conceſſione
328 jure venditionis agatur, laudabilis inolevit uſus, ad inſtar juris prothomiſeos, vaſſallis ad libertatem, ſeu demanium provocantibus, prælationem concedere; Quod etiam, (ad inſtar) ad caſum locationis extenſum eſt, ut volente Barone feudum alteri locare, vaſſallis, eorumque Univerſitati prælatio in pari cauſa concedatur, *ut diſc.* 38. *&* 140.

XVII.

De devolutione, ſeu caducitate, & amiſſione feudi.

Quamvis de feudi ſubſtantia non ſit ſcriptura; ſine qua inveſtitura fieri, ac probari poteſt; Ob nimiam tamen difficultatem, quæ, ſcriptura, deficiente, dignoſcitur, in factis, præſertim antiquis probandi legem præciſam inveſtituræ, cum reſtrictione 329
ad certa genera, vel tempora, ob quorum finem, à Domino prætenditur, devolutioni locum factum eſſe, cum ad hunc effectum, Domino ad devolutionem agenti, perfectæ, & concludentis probationis onus incumbat; (Aliis minus perfectis, ac adminiculativis probationibus ſufficientibus, pro ſervitii præſtatione, aliiſque incidentibus) Hinc per ora forenſium volitare ſolet axioma, ut ad hunc devolutionis effectum, inveſtituræ ſcriptura neceſſaria ſit, ubi per finem lineæ, vel temporis peratur, *ut ſub tit. de Emphiteuſi ſæpius, & hoc tit. diſc.* 70.

Id autem recipiendum eſt, in illis regionibus, ac Principatibus, in quibus impropriorum feudorum uſus, ac praxis habeatur, quamvis de Civitatibus, 330
Oppidis, & Caſtris, cum Imperio, ac jure vaſſallorum agatur, adeo ut, poſſibilitas vigeat allodialitatis, vel impropriæ, ac puræ hæreditariæ feudalitatis, cum jure tranſmittendi extra proprium genus ad extraneos; quoniam perfecta, & concludens probatio contrariam poſſibilitatem non admittit; Secus autem ubi ex generali regionis uſu, Civitates, Oppida, & Caſtra prædicta, nonniſi jure veri, ac proprii feudi obtinentur, ut (exceptis Eccleſiis) eſt in ſæpius enunciato Regno Neapolitano, cum tunc, probata dicatur feudalitas, eo ipſo, quod diverſæ qualitatis, probationes, vel vehementia argumenta non dentur, ut propterea ad limites juris communis feudalis, vel peculiaris regionis, feudorum ſucceſſione reſtricta ad certum genus, vel certos gradus, iſtis deficientibus devolutionis locus fiat.

Conſtito autem per ſcripturam, vel aliam efficacem probationis ſpeciem, de inveſtituræ reſtrictione
ad certum genus, iſtiuſque fine probato, planum eſt 331
jus Domini ſuper devolutione, adeout, facti potius, quam juris, hujuſmodi quæſtiones eſſe videantur, quoties de hac non culpoſa, ſed naturali devolutione per lineæ, vel generis finem agatur; Potiſſime verò ubi
ex genere vocato, ſuperſint quidem perſonæ, de quarum capacitate, vel incapacitate quæſtio ſit, ut in clericis, ac fæminis, earumque deſcendentibus, vel in iis, 332
qui aliquo natalium defectu, quamvis artificialiter ſanato, laborent, juxta ea, quæ, in capacitatis, vel incapacitatis Rubrica ſuperius habentur; Atque ad hunc effectum, (non controverſa etiam feudali qualitate ad certum genus, vel ſanguinis ſucceſſores reſtricta) pro neceſſario requiſito, ob nimium difficilem probationem contrariæ poſſibilitatis excluſivam, de facto ſcripturæ neceſſitas urgere videtur.

Ipſo autem genere capaci adhuc durante, adeoquè 333
nulla ſit ſimilis inveſtituræ quæſtio; Plures dantur accidentales revolutionis caſus, ſub caducitatis, vel amiſſionis vocabulo explicari ſoliti, quaſi quod terminus devolutionis non congruat niſi illi, quæ citra culpam, vel aliud accidens, ex ſolo naturæ curſu ob lineæ, vel generis finem ſequatur.

Caducitati autem, ſive amiſſioni, quamvis inveſtitura 334
duret, ex pluribus locus fieri ſolet, quæ nõ facile [illegible] compendio recenſere eaque præſerti [illegible] quæ [illegible] unquã, vel nimiũ rarò audit, in propria [illegible] videnda [illegible]

Ad vari tamen, ac proprii feudi nobilis qualitatem
deſumendam, potiſſimum attendenda eſt Domini qua-
131 litas, & an indicendi belli jus habeat, in quo veri-
ficabile ſit perſonale, ac militare ſervitium, quod vi-
detur feudi veri ac proprii eſſentiale requiſitum, ut
ſuprà quoque advertitur, *diſc. 52.*

VII.

De oneribus, & ſervitiis, ad quæ feudatarius tenetur erga dominum, & è converſo de oneribus, & de obligationibus Domini ergà feudatarium.

UBi ex lege univerſali ſcripta, ſeu non ſcripta,
omnium feudorum ejuſdem dominii vel regionis,
vel ex particulari lege inveſtituræ, certum ſervitium
132 præſcriptum eſt, illud extra controverſiam præſtan-
dum eſt, quod pro fere communi uſu, ubi præſertim
agitur de Domino, qui frequentiùs ejus Principatum,
vel dominium pacificum habet, ad aliquam realem
præſtationem annuam, loco ſervitii, vel homagii ſu-
brogatam redactum eſt, ut præſertim contingit in
dicto citerioris Siciliæ, ſeu Neapolitano Regno, ubi
loco ſervitii annua quædam præſtatio ſolvitur ſub *adhoa*
vocabulo ibi explicata; Quæſtione cadente; an, &
quando hujuſmodi præſtationis neglecta ſolutio ca-
ducitatem cauſet, & an moræ æquitativa purgatio
concedenda ſit, quod pro variis provinciarum vel do-
133 minorum legibus, vel ſtylis diverſam recipit deter-
minationem, ut infra in propria devolutionis, vel ca-
ducitatis Rubrica *diſc. 5.*

Per hujuſmodi autem realis præſtationis obligatio-
nem, ac ſolutionem) poſito feudo vero, ac proprio)
134 non ceſſat obligatio fidelitatis ac reverentiæ, minuſ-
que altera ſervitii perſonalis, ubi præſtari poteſt, vel
per ſubſtitutum in bello, aliiſque Domini urgentibus
neceſſitatibus & occurrentiis, quod tamen certam, ac
determinatam regulam generalem non recipit, cum
dominiorum ſeu regionum leges, vel mores in hoc
totum faciant.

Qualia verò ſint ea ſervitia, vel obſequia, ſeu fide-
litatis argumenta, quæ feudatarius Domino præſtare
tenetur, & quando ab eis reddatur excuſabilis, præ-
135 ſertim verò ubi idem ſit plurium Dominorum feudata-
rius, ſeu vaſallus, cui potius ſervire & obedire, ac
fidelitatem ſervare teneatur, quodque naturali & ori-
ginario, ſeu ei, in cujus ditione major pars feudorum
habeatur, agitur in ſua ſede.

Et quid concurſu utriuſque mediati, ac immediati
136 Domini, ut immediato potius quam mediato tenea-
tur, habetur infra in dicta devolutionis, & caduci-
tatis Rubrica, ubi de fellonia, aliiſque caducitatis
cauſis.

137 Quemadmodum autem feudatarius Domino ſer-
vire, obedire, ac fidelis, & obſequens eſſe tenetur,
ita è converſo ex correlativorum natura, Dominus te-
netur feudatarium protegere, ac tueri.*

Hinc proindè ſi Dominus pro recuperatione feudi,
quod citra feudatarii culpam, ab ejus inimicis vel
alias occupatum ſit, ſeu pro defenſione, ac tuitione
ne occupetur, expenſas faciat, aliaque damna patiatur,
non petit à feudatario refectionem, quæ è converſo
competit feudatario, ſi de proprio eas magnas, ac no-
138 tabiles faciat pro hujuſmodi recuperatione, vel tuitio-
ne expenſas, ad quas Dominus tenebatur, ut *diſc. 57.*
& 58. Quod tamen pro communi uſu, neque certam
ac generalem regulam recipit, ſed pro dominiorum, ac
regionum moribus, vel feudorum qualitate deciditur,
ubi ſcilicet feuda inferiora ſint; ſub Domini omni-
moda ſubjectione, ac obedientia, & ſervitio, ex qui-
bus, de conſequenti tutelæ, ac protectionis onus in
Domino reſultat.

Secus autem ubi agatur de feudis Regalibus ac veræ
139 Dignitatis, cum omnimodo Imperio, & Regalibus,
jureque Principatus, ac belli indicendi ſolùm lato,
ſeu altiſſimo dominio, ac homagii recognitione re-
ſervatis, abſque aliâ ſervitii, ac obedientiæ, & ſub-
jectionis obligatione, cum tunc ipſe feudatarius ſe
ipſum tueri teneatur.

Quia verò forus rarò, vel unquam audit has quæ-
ſtiones, quæ non per Iuriſtarum regulas, ſed per ea
inſtrumenta, in quibus ultima ratio rerum conſiſtit,
decidi ſolent (Iuriſtarum traditionibus ac opinioni-
bus ad colorem, ſeu prætextum frequentius deſer-
vientibus;) Hinc proindè parum congruum, ac ada-
ptatum eſt, deſuper ſub compendio juris regulas, vel
theoricas, ac propoſitiones ſtatuere ſed in ſua ſede vi-
dendum, dum ex jam inſinuatis eorum, quæ in foro
agere occaſio dedit, aliquem guſtum ſub compendio
præbere ſolum animus eſt.

VIII.

Quid veniat ſub conceſſione feudi; Et præſertìm, & quæ Regalia, aliaque jura conceſſa vel reſervata cenſeantur.

Et de imperio, jurisdictione, juribus, ac præeminentiis feudatarij in feudo, & in Vaſſallos, iſtorumque obligatione; Et è converſo de ejuſdem feudatarii obligatione ergà vaſſallos.

INveſtituræ lex ubi habetur per ſcripturam in for-
ma privilegii vel inſtrumenti, illa ſervari, ac at-
tendi debet, ubi eſt clara; ſi verò ambigua, tunc ob- 140
ſervantiæ, tanquam optimæ interpreti, nimium de-
ferendum eſt; Atque ubi una vel altera, vel utraque
particularis deſit, adeout non valeat ità quæſtio de-
cidi, tunc leges vel mores generales Principatus, vel
Regionis attendi debent.

Potiſſimè autem attendenda eſt feudi qualitas, vel
natura, ân ſcilicet ei congruant, necne Regalia præ-
ſertim majora, ſeu etiam inferiora, Ut purà jus belli; 141
Cuſſio monetarum, poteſtas condendi leges, eiſque
derogandi, vel diſpenſandi; Ius vectigalium, ac pe-
dagiorum, & tributorum; Fodinæ auri, & argenti,
aliorumque metallorum, & mineralium, & ſalinarum;
Jus fiſci pœnalis, vel ſucceſſoris in bonis vacantibus;
& ſimilia, quæ Regalia, vel ſupremo Principi reſer-
vata eſſe ſolent; Ut etiam pro Regionum qualitate
cenſeri ſolent, magni venationum, ac piſcationum re-
ditus, & ſimilia.

Ubi etenim de feudo Regali ac veræ Dignitatis agi-
tur, quod omnimodum imperium, ac jus Principatus 142
redolcat, tunc regula eſt, ut (excepto alto, ſeu al-
tiſſimo dominio, quadamque majori ſuperioritate)
omnia hæc veniant; niſi lex inveſtituræ, vel conſuetu-
do, aut Domini generalis lex (ad cujus normam infeu-
datio in dubio facta cenſetur) aliter ſtatuat; Ideoque
rarò forus hujuſmodi quæſtiones audit, quas per
juris tramites in forma judiciali decidere o-
porteat.

Eis frequenter cadentibus in illis inferioribus feu-
datariis, Domino magis ſubordinatis, ac omnimo-
dam obedientiam, & ſubjectionem profitentibus, qui 143
ad differentiam feudatariorum veræ Dignitatis,
Principum nuncupationem habentium, ac figuram
facientium Baronum, ac Domicellorum nuncupatio-
nem habent, ac figuram faciunt quamvis alicujus abu-
ſivæ Dignitatis titulo decorati ſint, ut præſertim ſunt
in Italia Barones & feudatarii Regnorum utriuſque
Siciliæ, & Status Eccleſiaſtici immediati, ac ſimilia
An ſcilicet iſtis hæc jura Regalia, præſertim verò
ea, quæ media, vel minora dicuntur à ſupremo
Principatu, ejuſque Corona congruè ſepara-
bilia veniant, atque conceſſa dicantur, ſeu aliàs com-
petant.

Regula verò in dubio negativa eſt, ex juris præ-
ſumptione deducta, contraria probatione quamvis 144
admi-

adminiculativa, elidibili, adeout facti potiùs, quàm juris quæſtio videatur; Nimium autem refert (ut praxis docet) inſpicere, an agatur de vero ac proprio feudatario, qui ex Domini munificentia, vel titulo etiam oneroſo, feudum, ita inferioris ordinis, vel ſubordinatum juxta ejus propriam ac regularem naturam receperit; Vel de illo Civitatum, Oppidorum, vel Caſtrorum Domino, & poſſeſſore libero in purum allodium cum totali imperio, omnibuſque Regalibus, abſque certo dominii vel poſſeſſionis initio, ut frequens erat proxime decurſis ſæculis, præſertim in Italia Domicellorum uſus.

Poſtmodum verò jus, vel aliud verbum ex eiſdem litteris (una locum alteri cedente) compoſitum, cum impulerit ad recognoſcendum in Dominum ſupremum illum Principem, quem ratione adjacentiæ, vel opportunæ protectionis, aut prioris dominii reliquas vel argumenta recogneſcere judicaverit per homagii præſtationem, ac fidelitatis juramentum.

Primo caſu, ut ſunt feudatarii, ac Barones utriuſque Siciliæ Regnorum, (quorum, ut jam inſinuatum
145 eſt, uniformis eſt ſubfeudorum natura, ſeu qualitas) Regalia tam primi, quam ulterioris ordinis Regi reſervata cenſentur, neque ſub feudali inveſtitura veniunt; niſi peculiare privilegium, vel immemorabilis conſuetudo, quæ privilegii, vel alterius tituli melioris vim habet, aliquod jus Regale (ex illis tamen inferioris ordinis) concedat, ut puta in jure colleetandi, & in jure privativo, ſeu prohibendi, & ſimilibus.

In altero autem caſu, (exceptis Regalibus majori-
146 bus, quæ à ſupremo Domino abeſſe non debent nec poſſunt, ne ſibi æqualem babeat, quod in jure damnatur) in reliquis dictam implicantiam non habentibus nil ſuadere, ſeu prohibere videtur cur id quod antea obtinebatur, continuari non debeat; Semper tamen obſervantiæ nimium deferendo, ut *de hac materia Regalium diſc. 63. & 64.*

Quamvis enim in Ditione temporali, Eccleſiæ præ-
147 ſertim, vix obſervantiæ præſcriptivæ caſus detur, ob decretum irritans in Apoſtolicis Conſtitutionibus adjici ſolitum, quod quamcumque inficit poſſeſſionem, ſive qua præſcriptionis initium impediri dicitur; Ubi tamen ità res ambigua ſit, quod interpretationis capax exiſtat, eidem obſervantiæ tanquam interpreti
148 obſtaculum non obeſt; Ac etiam quia eſſet violare legem, ac fidem, ſub qua ille, qui ſaltem de facto non erat ſubditus, talem ſe fecit, *ut dicto diſc. 63. ac etiam diſc. 72.*

Quia vero aliquibus nimium benemeritis, Dominus aliquas inſolitas, ac majores prærogativas concedere ſolet, ut præſertim in dicto Neapolitano Regno
149 praxis docet, circa ſecundæ, ac etiam tertiæ inſtantiæ competentiam; Sive circa derogationem privilegii electionis ac variationis fori, cum ſimilibus; Hinc dubitari ſolet, an devoluto feudo, eoque poſtmodum alteri conceſſo abſque alia expreſſione, Idem privilegium tanquam reale, ac feudo jam annexum, repetitum quoque cenſeatur, quod ab inveſtituræ clauſulis ac verbis, vel ab identitate rationis ob conſimilem benemerentiam, vel ex eo, quod conſtet privilegium conceſſum fuiſſe in forma reali; potius quam perſonali, aliiſque ex circunſtantiis hanc voluntatem veriſimiliter ſuadentibus, deciſionem recipit pro facti qualitate; Regula in dubio exiſtente ne-
150 gativa; Eademque Regula, ac reſpectivè limitatio in Dignitate, vel titulo procedit.

In iis autem bonis, quæ jure allodii intra feodi fines per feudatarium poſſeſſa, ratione publicationis, vel alàs cum feudo ad Dominum devoluta ſunt; Quæ-
151 ſtio cadere ſolet, an feudo annexa, & incorporata cenſeantur, adeout in feudo, quod ſimpliciter alteri poſtmodum conceſſum eſt, veniant nec ne, quod facti potiùs ac voluntatis quæſtionem continet, quàm juris; Vel quia ex facti circunſtantiis conſtet, ab ipſo primo poſſeſſore, bona feudo annexa eſſe, ideoque feudalem naturam aſſumpſiſſe; Vel quia inveſtituræ verba, ſeu alias deſumpta Domini voluntas idem ſuadeat, ut *diſc. 3.*

Magno reſultante argumento à pretii quantitate voluntatem regulante; vel ſatis arguente, quando emptitia vel alias correſpectiva ſit conceſſio.

Iuriſdictio, ac Imperium, feudo pernecesſe annexa non ſunt; Stat que ſimul feudum eſſe penes unum juriſdictionem autem penes Dominum, vel penes alterum; Sive utrumque penes eundem diverſo jure, 152
unum ſcilicet in feudum, & alterum in allodium, vel ejuſdem naturæ, ſed à diverſis fontibus, ut *diſc. 62.*

Ejuſdem autem juriſdictionis majoris, vel minoris annexio à Provinciarum, vel Regionum legibus, vel moribus derivat, ideoque certam regulam non habet.

In Italia etenim ut plurimum (cum raro contrario exemplo diverſo) juriſdictio annexa eſt feudo, vel Baroniæ, cum aliqua majori, vel reſpectivè minori ſubordinatione Domino, ejuſque Magiſtratibus, 153
juxta ſingulorum Principatuum leges, ac mores: In Germania verò longe major eſt feudatariorum juriſdictio, ac poteſtas; Et in Hiſpania, & Gallia (ut fertur) vel nulla, vel ſatis modica eſt; quandam honorificam præeminentiam redolens, quoties alicujus Regii muneris robur adjunctum non ſit, quamvis titulus vel Dignitas adſit; Licet præſertim in Hiſpania, feudorum proprius uſus haberi non videatur, ſed totum ſub illorum majoratuum ac primogenitorum nomine poſſideatur, Illis majoratibus, ac primogeniis, ac titulo decoratis ibi facientibus tam figuram, quam in Italia & Germania faciunt feuda.

Qualis autem ſit juriſdictio feudatarii, vel Baronis & quomodo exerceri debeat, & quantum ſe extendat; Sive an ſit cumulativa, vel privativa cum Principe 154
ſeu Domino, & quæ delicta ſint de reſervatis Principi, ad feudalem materiam non pertinet, ſed potius juriſdictionalem, ideoque ibidem tanquam in propria ſede videndum; Ac etiam in alia ſede Regalium ſuper jure concedendi abolitiones & gratias, ac ſecuritates, quæ ſub ſalvi conductus nomine explicantur.

In ordine verò ad feodi incolas, feudatarii prærogativæ diverſæ ſunt pro Regionum, ſeu Ditionum 155
legibus ac moribus, ipſorum feudorum uſibus, tam circa primi Civis præeminentias in paſcuis, aliiſque civicis uſibus, & commoditatibus, quam circa alias civicas præeminentias; Ac etiam pro diverſis regionum moribus in dicto præſertim citerioris Siciliæ Regno pro coactione unius vaſſalli, ad ei ſerviendum in munere œconomico, ſeu adminiſtratorio fructuum feudi ſub *Aerarii* vocabulo explicari ſolito, quam circa quoddam adjutorium pro filia maritanda, vel in primogeniti ſuſceptione aut alia contingentia per vaſſallos Domino præſtandum; Sive circa munera, quæ certis anni ſolemnitatibus, ex benevolentia uſitata in neceſſitatem tranſierunt.

Cadente quæſtione, an devoluto feudo, hæc munera, vel alia ſervitia; quæ de jure debita non ſunt, ſed benevolentiæ, ſeu facultatis initium habent, cum 156
feudo ad Dominum devolvantur; Regula verò eſt negativa, niſi facti qualitas limitationem ſuadeat.

Frequentes item eſſe ſolent clamores, vel recurſus Vaſſallorum adverſus Barones; Vel ſuper dicto immoderato civico uſu paſcui, quando iſtud communale ſit; Vel circa nimis reſtrictum, ipſorum Vaſſal- 157
lorum civicum uſum, quando territorium ſit Baronis, Vel circa ſervitiorum & angariarum, ac perangariarum exactionem, & coactionem, Aut jus cogendi vel prohibendi, ſeu aliud jus, quod Regaliũ materiam potius concernit, ideoque ſub eorum propria ſede

agitur, atque defacili collectum habetur apud eos,
qui de Vaſſallorum gravaminibus agere profeſſi ſunt.
158 E' converſo autem Baronis, vel feudatarii onera
erga Vaſſallos, ac feudi incolas verſantur circa pro-
tectionem ac defenſionem, cum Vaſſallorum pater dica-
tur; Acetiam circa juſtitiæ adminiſtrationem & of-
ficialium deputationem; Et quod magis controver-
ſiis anſam præbet circa permiſſionem uſus in paſcuis,
lignis, aquis, cultura, & aliis, ſine quibus alias mer-
mem vitam ducere cogerentur pro locorum ac popu-
lorum qualitate, regionumque legibus, ac moribus,
ideoque non de facili certa, & determinata regula de-
ſuper ſtatui poteſt, atque ſub dicta Regalium tracta-
tione potius quàm ſub iſta feudali hujuſmodi quæſtio-
nes caduot. *De his hoc tit. diſc. 65. & ſub tit. de Re-
gal. diſc. 145. & 146. & ſub titulo de ſervitut. diſc.
36. & 42.*

IX.

*De alienatione vel obligatione feudi, aliaque diſpoſitio-
ne inter vivos; Ac etiam de præſcriptione; Et de
alienatione, vel obligatione, aliaque diſpoſitione fru-
ctuum, vel commoditatis; Et de materia aſſenſus.*

CAdit hæc inſpectio in veris ac propriis feudis,
quæ jure feudali regulantur, non autem in im-
propriis & corruptis, quæ (ſolo feudi vocabulo re-
159 tento) jure communi, adinſtar indifferentium allo-
dialium bonorum recenſentur, iis exceptis quæ ex
particulari lege conceſſionis, vel ex regionis mori-
bus, aut legibus, peculiariter ſtatuta ſint; Ideoque in
illis bonis juriſdictionalibus, quæ vel nullam habent
feudalem naturam, vel habent eam (pluries inſinua-
tam) remotam, ac impropriam feudalitatem, quæ
pro ſuperioritate, ac juriſdictione Principis in cujus
ditione ſita ſunt, conſiderari ſolet, ut præſertim di-
tionis temporalis Eccleſiæ praxis docet, illæ alie-
nandi prohibitiones, quæ à jure feudali manant, lo-
160 cum non habent; Solumque vigent illæ, quæ à jure
municipali proveniunt, ut in eadem Eccleſiæ Romanæ
temporali ditione ex Apoſtolicis Conſtitutionibus vi-
get, ut infra in particulari Rubrica dominii allodialis
Civitatum, & Caſtrorum habetur *à diſcurſ. 66.
ad 69.*

Aliaque in hujuſmodi corruptis ac impropriis feu-
dis alienandi prohibitio habetur ex juris communis
161 diſpoſitione manans, eo modo, quo in emphyteu-
ticis vel fideicommiſſariis ob jus ſucceſſorum proprio
jure ex inveſtitura venientium, vel ob intereſſe Domi-
ni; ac legem ab eo præſcriptam.

Id autem feudalem prohibitionem verè non percu-
tit, quamvis huic prohibitioni terminos feudales Iu-
riſtæ quoque adhibeant tanquam à ſimili, quoties pe-
culiaris differentiæ ratio non urgeat; Iſtamque pro-
hibitionem affirmativam vel negativam potius percu-
tere videntur antiquarum Eccleſiarum conſuetudines,
quæ contra inveſtituræ formam hanc alienandi pro-
hibitionem, ſeu licentiam inducunt.

In peculiaribus igitur terminis feudalibus ipſum
feudale jus a quibuſdam receptis Imperialibus Conſti-
162 tutionibus ſtrictus, quam à primævis conſuetudinibus
derivatum generice prohibet quamcumque aliena-
tionem, aliumque actum, qui feudi diviſionem, diſ-
membrationem, vel diviſionem, aut aliud reale onus
redoleat ſub decreto annullativo, adeout invalidus re-
maneat alienationis actus.

Multiplicem tamen inſpectionem habet hæc alie-
nationis, vel obligationis, aut alterius diſpoſitionis
163 inter vivos Rubrica. Primò nempè, quænam aliena-
tionis, vel diſpoſitionis ſpecies ſub hac prohibitione
cadant, & præſertim quid de tranſactione, dote, per-
mutatione, & hypotheca; Secundò cuinam invali-
dam alienationem impugnandi, vel retractandi facul-
tas competat; Tertiò pœnarum illicitè alienanti in-
flictarum; Quartò aliorum effectuum ex licita, vel
reſpectivè illicita alienatione reſultantium; Quintò
ſuper Domini aſſenſu alienationi præſtito, ejuſque
effectibus; Et ſextò, quid juris communis feudorum
diſpoſitioni vel prohibitioni addant leges particula-
res Regnorum utriuſque Siciliæ, in quibus (ſi Ger-
maniam excipias) major eſt, quam alibi feudorum
copia, feudaliſque materiæ frequentior tractatio, ac ſuc-
ceſſivè notitia, præſertim verò in eo circitoris,
quod magis cum reliquis Europæ partibus communi-
cat.

Quoad primum ſub prohibitæ alienationis genere, 164
veniunt omnes contractus, jus reale ab uno abdi-
cantes, atque in alium transferentes, ſive ſit aliena-
tio vera, & propria, quæ importet omnimodam abdi-
cationem dominii ac poſſeſſionis ab uno, & in alium
transferat, ut ſunt emptio, & venditio, datio in ſo-
lutum, donatio, & ſimiles.

Itidemque alii contractus, qui eandem inducant 165
dominii & poſſeſſionis actualem abdicationem &
translationem reſpectivè, non tamen omnimodam,
quia nempè ſit conceſſio dominii utilis, directo reten-
to, ut eſt conceſſio in emphyteuſim, ſeu livellum, vel
cenſum, cum ſimilibus.

Cadente quæſtione in locatione, quæ tamen, ubi
eſt longum tempus ſub eadem prohibitione cadit, cum 166
per eam, quoddam quaſi dominium, vel jus reale
conductori quæri dicatur; Quale verò dicatur ad
hunc effectum longum tempus apud antiquiores con-
troverſum fuit; Hodie autem in hac materia receptum
eſt, illud dici, quod decenii metam non accedat ;ca-
piendos annos regulariter pro curſu ſolari, niſi bono-
rū peculiaris qualitas aliter ſuadeat, quia nempè bona
fructus diverſo ordine producant, cum tunc quælibet
fructuum recollectio, annum conſtituat juxta genera-
les terminos aliarum prohibitionum. 167

Eodemque jure cenſentur actus, impropriam alie-
nationem importantes, per quos ipſa bona non ab-
dicentur, vel reſpectivè transferantur, aliquod ta-
men jus in eis, vel ad ea quæratur, ut ſunt impoſitio
ſervitutis vel alterius oneris, quod feudi ſubſtantiam
percutiat, unde diviſionem vel diminutionem ſeu
aliud reale præjudicium importent, & ſub quotum
actuum genere, impoſitio cenſuum, aliarumque præſ-
tationum, ac reſervatio uſusfructus (prout juris eſt)
aliaque ſimilia veniunt, ut *tit. de alienat. & contract.
diſc. 1. & in aliis ibidem, quæ conferunt.*

In diviſione inter plures legitimos feudi poſſeſſo-
res, vel ſucceſſores in inveſtitura comprehenſos, vel 168
in ceſſione propriæ portionis alteri poſſeſſori, aliqua
eſt quæſtio, quam tamen in noſtra Italia raro forus
audit, cum ea feuda, quæ veram, ac propriam feudi
naturam retinent, nimium raro ſint dividua, quæ
juris Longobardorum dicuntur, utpote ferè omnia
individua ratione veræ Dignitatis, Regaliſque natu-
ræ feudi, vel quia ad formam individuam juris Fran-
corum redacta ſint.

Prout raro vel nunquam ad praxim deduci poſſe vi- 169
deatur ea, quæ feudiſtæ adſtruunt circa permutationē,
quam aliqui putant ob utilitatem ſine aſſenſu fieri
poſſe, cum præſertim in præfatis utriuſque Siciliæ
Regnis, in quibus major eſt feudorum ſedes ac fre-
quentia ob illius leges extra controverſiam ſit, id
fieri non poſſe, ut etiam attento jure communi eſt
probabilius, magiſque receptum. 170

In tranſactione item, vel compromiſſo, ea cadit
quæſtio cum diſtinctione bonæ vel malæ fidei, ſive
an utile negotium gerant, neque Domino præjudi-
cium generent probabilius decidenda quamvis non
deſint contradicentes, *ut in hoc tit. d. diſc. 46.*

Super hypotheca vera verò duplex cadit quæſtio; 171
Una ſcilicet comprehenſionis fructuum ſub hypotheca
generali omnium bonorum, atque verior eſt negativa
niſi

niſi verba, aliæque facti circumſtantiæ aliter ſuadeant,
Altera verò comprehenſione poſita, quia nempè ſit
ſpecialis) unde ſola ſit quæſtio poteſtatis, & an ve-
niat ſub generica alienationis prohibitione.

Quamvis autem aliqua deſuper pugna ſcribentium
adſit; Verior tamen quoad pœnarum incurſum eſt
negativa; Et è converſo quoad jus reale creditori ac-
quirendum, illudque hypothecæ exercitium, per
quod ad alienationem deveniri poſſit, verior affirma-
tiva, ut *in tit. de alienat. & contract. diſc. 4. & in
aliis ibidem.*

In alienatione autem ex cauſa dotis ipſo jure
172 communi inſpecto, generalis diſtinctio eſt, an res
detur æſtimata, vel inæſtimata, ut primo caſu in-
definitè prohibita ſit, utpotè venditionis potiùs
ſpeciem redolens; Idemque ſi detur inæſtimata,
cum pacto lucri, quod alienationem, vel ſciſſuram
importet; Si verò abſque hoc pacto inæſtimata detur
per ipſammet mulierem feudatariam, licitè fieri po-
teſt; Non tamen licet patri, vel fratri pro filia, vel
ſorore dotanda feudum dare, niſi eadem dotanda ſit
feudalis ſucceſſionis capax, proximèque ſucceſſura,
adeout aſſignatio in dotem, potiùs refutationis, vel
præventivæ ſucceſſionis habeat ſpeciem; Verùm &
eis caſibus, in quibus hic dotationis actus licitus re-
putatur aliqua cadit difficultas, ubi ex viri qualitate
præjudicium notabile Domino parari poteſt.

173 Et quamvis aliquorum opinio ſit (ducto argu-
mento ab iis, quæ in bonis fideicommiſſo ſubjectis
in jure diſpoſita ſunt) ut in ſubſidium aliorum allo-
dialium ad feudalia competat actio pro dote filiæ,
vel alteri deſcendenti conſtituenda; Contrarium ta-
men verius eſt, cum feuda jure proprio feudali, non
autem communi civili regulentur, ideoque aliud fœ-
minis non conceditur, niſi quod ſuper earum paragio
diſpoſitum eſt, vel quod ex aliquarum regionum le-
gibus vel moribus eis conceditur, ut in ſucceſſionis
ac ſucceſſoris onerum Rubrica habetur.

An autem feudataria ſimpliciter nubente feudum
174 cenſeatur datum in dotem, ejuſque vir efficiatur feu-
datarius ac Baro, in dotali materia actum habetur, &
*de his in materia dotis hoc tit. diſc. 20. & ſub tit. de dote
diſc. 146.*

A præfata verò prohibitione excepta eſt illa
175 alienatio, quæ feudi ſubſtantiam non tangat, nul-
lumque jus in eo, vel ad illud tribuat, ſed ad ſolam
commoditatem, ſeu fructuum perceptionem (ut
facti eſt) reſtricta ſit, cum tunc nulla feudi, vel ju-
ris feudalis alienatio fieri dicatur, ſed actus impor-
tet ſimplex mandatum, per quod ille, in quem alie-
natio facta eſt, tanquam feudatarii mandatarius,
ejuſque vice ac nomine fructus percipiat, eoſque à
feudo ſeparatos, ac effectos allodiales, ſibi ipſi ap-
plicet; Eo modo, quo etiam in beneficiis, ac pen-
ſionibus Eccleſiaſticis; quæ minus in commercio
exiſtunt; aliiſque prohibitis, receptum eſt fieri poſſe,
ac praxis docet, ut *in hoc tit. diſc. 47. 61. & 110. &
ſub tit. de penſion. & ſub tit. de emphyteuſi diſc. 44.*

Pretium item feudi ex magis recepta ſententia,
feudale non eſt, ideoque tanquam allodii naturam
habens, ſub hac prohibitione non cadit; Niſi de
176 Iudicis mandato, pretii omnimoda ſobrogatio acce-
dat loco feudi; quod non exiſtat, vel omninò li-
beratum ſit à jure Domini, ac aliorum, atque in
ipſum pretium translatum ſit, ut *hoc tit. diſc. 41. 48.
98. & latè ſub tit. de emphyteuſi diſc. 46. & 58.*

177 Et è converſo eadem alienandi prohibitio, quæ
ipſi feudo ineſt, actioni competenti in feudo, vel
feudum ineſſe quoque dicitur, cum actio ad feudum,
feudalis dicatur, eodemque jure metienda ſit, quo-
ties ipſius feudi corpus, vel ſubſtantiam tangat, ſeu
jus reale tribuat, aut rei perſecutoriam.

Poſita verò invalida alienatione, utpote ſine Do-
mini aſſenſu facta, ſubintrat ſecunda ſuperius diſ-
tincta inſpectio, cuiuam ſcilicet facultas competat;
eam retractandi, vel impugnandi, Atque juri com- 178
munis feudorum diſpoſitione attenta, verius eſt Do-
mino id abſque dubio competere; Vel ad effectum
ſibi ipſi, ob caducitatis pœnam applicandi; Vel quia
ſua intereſt feudum poni extra ſibi non gratam perſo-
nam, in quam alienatio facta ſit, ſed ad vocatos ab
inveſtitura redire.

Secus autem ipſimet alienanti, vel ejus hæredibus
qui non niſi ob hæreditariam qualitatem in feudo jus
habeant, quia nempè hæreditarium ſit; Ubi verò ſit
pacti & providentiæ, adeout filiis, vel agnatis per 179
inveſtituram vocatis, jus competat in feudi ſucceſſio-
ne ab ipſo alienante independens tunc diſtinctio eſt,
an feudatarius qui alienavit vivat, vel obierit; Eo
etenim vivente, nullum jus eſt ab eis exercibile, niſi
illud retractus, quod feudiſtæ dicunt *prothomiſeos*,
de quo infra in ejus particulari Rubrica; vel niſi lex
inveſtituræ, aut primi acquirentis titulo oneroſo,
diſpoſitio inducat in alienante ſpeciem mortis civilis,
quæ naturalis adinſtar ſucceſſori proximo locum
aperiat.

Defuncto autem alienante, ſeu aliàs ejus jure re-
ſoluto, adeout proximè ſucceſſuro feudum apertum
ſit; Ubi alienantis hæres non ſit neque idem alienans 180
primus acquirens titulo oneroſo eſſet, extra contro-
verſiam eſt, ut Domini etiam aſſenſu accedente deſ-
cendens, vel agnatus, nullo refuſo pretio feudum
vindicet ab eo, in quem alienatio facta ſit; Quamvis 181
in ipſummet Dominum facta eſſet; cum durante in-
veſtitura, jure cuiuslibet tertii cenſendus veniat.

Niſi particularis conſuetudo facultatem alienan- 182
di præbeat cum ſolo Domini aſſenſu, quamvis ille ag-
natorum non accedat, ut in aliquibus partibus viget.

Si verò proximè ſucceſſurus, alienantis quoque
allodialis hæres exiſtat, aut quod agatur de feudo 183
mixto, quod utramque ſanguinis, ac rei familiaris
hæreditariam qualitatem exigat, tunc ſi beneficio in-
ventarii munitus non eſt, idem patitur obſtaculum,
quod ipſemet defunctus; Si autem dicto beneficio
potitur, atque agitur de feudo pacti & providentiæ
antiquo, vel etiam novo gratuito, ſive mixto in quo
non agatur de primo acquirente, ſed de ulteriori poſ-
ſeſſore, qui alienaverit, & tunc quatenus vires hære-
ditariæ ſuppetant, habere debet ratum factum aucto-
ris, etiam in iis, quæ jure proprio competunt, niſi
talis accedat particularis circumſtantia, quod licitam
reddat impugnationem actus in ſpecie reficiendo id,
quod intereſt, juxta ea, quæ generaliter in fideicom-
miſſaria, vel ſimili materia habentur, Inventarii be-
neficio ſuffragante, ut feudum antiquum, vel etiam
novum gratuito conceſſum ab hæreditate præcipuum 184
ſeparari valeat, illudque in calculo virium hæredita-
riarum non veniat.

Atque ſi proximè ſucceſſurus alienationi conſen-
ſum præſtiterit, ipſe quoque prohibitus eſt eam im-
pugnare, niſi facti circumſtantiæ oſtendant conſen-
ſum præſtitum fuiſſe pro ſola validitate actus excu-
ſandaque caducitate pro tempore durationis juris alie-
nantis, non autem, ut futurum ſperatum jus ſucceſſio-
nis per mortem remitteretur, quod ex facti qualitate
pendet, ideoque certam uniformem determinationem
non recipit; Neque exindè ulteriori agnato jus com- 185
petit, durante vita proximioris conſentientis, niſi
conſenſus alienationi æquipollens, mortem civilem
ex peculiari diſpoſitione induceret, ideoque locum
ulteriori non conſentienti aperiret.

De tertio autem ſuperius diſtincto puncto pœna- 186
rum ex alienatione ſine aſſenſu facta reſultantium ha-
betur infra in devolutionis, vel caducitatis pe-
culiari Rubrica.

Effectus autem ex licita vel reſpectivè illicita 187
alienatione reſultantes ſunt plures, ille præſertim
nullitatis actus illicitè initi, quodque propterea jus

reſide in feudo, vel ad illud non quæratur ei, cui
malè alienatio facta eſt.

Et conſequenter ſi poſtmodum validè cum aſ-
ſenſu ab eodem alienante vel ejus ſucceſſore, alteri
feudum alienetur vel obligetur iſtius poſterioris po-
tior erit conditio, cum prioritas vel potioritas, non
ex tempore alienationis, vel obligationis deſumen-
da ſit, ſed ex tempore aſſenſus, qui perficit, ac infor-
mat actum; Atque ita in hac materia poſteriores vin-
cunt priores, quamvis iſti quoque aſſenſum deindè
obtineant, cum non detur iſtius retrotractio in præju-
189 dicium ejus, cui medio tempore jus quæſitum eſt, *ut
eiſdem locis proximè citatis.*

Idque altò verum, ac beneficio ſeparationis bo-
norum non ſuffragante, creditores cum aſſenſu hæ-
redis vincant creditores abſque aſſenſu defuncti in
iſtius feudo juxta unam fortè probabiliorem, magiſ-
que receptam opinionem, contradictoribus tamen non
carentem, neque probabilitate, *ut diſc. 106. & 109. ac
etiam locis citatis proximè ſuprà.*

190 Cadente quæſtione, an ei in quem invalidè ſine
aſſenſu alienatio facta eſt, actio perſonalis contra alie-
nantem competat ad id, quod intereſt; Atque regula
eſt affirmativa, niſi diverſa conventio, vel conſuetu-
191 do, ſive ſcientia in eo, cum quo actus geritur, hanc
obligationem, ſeu actionem ceſſare faciat, quod ex
facti qualitate determinationem recipit, *ut diſcurſ. 30.
& 31. & ſub tit. de dote diſc. 54.*

Aſſenſus autem Domini, per quem actus perficitur,
ſeu revalidatur re integra accedere debet, priuſquam
pœnitentia ex unius contrahentium parte declarata
192 ſit; Cadente quæſtione, an expreſſa, & judicialis
pœnitentiæ declaratio neceſſaria ſit, vel quovis modo
declarata ſufficiat, quamvis tacita, ſeu implicita, at-
que hæc poſterior pars probabilior videtur, *ut
diſc. 66.*

193 Deſideratur etiam ut de tempore, quo idem actus
perficiens ſequitur, utrumque extremum habile exiſ-
tat, ut ſcilicet vivat uterque contrahens; Uno etenim
defuncto, novus hæredis conſenſus neceſſarius eſt
à Judice quandoque ſupplendus, ubi denegari non
poteſt, *ut diſc. 109.*

Super dicti autem aſſenſus præſtatione, certa for-
ma præſcripta de jure communi non eſt, ſed ſufficit
194 per quamlibet ſpeciem probationis illum verificari,
dummodo validè accedat, quia nempè ſubreptionis
vel intentionis defectu non laboret, aut in conceden-
te poteſtatis defectus non cadat, ut contingere ſolet
in coaſſenſu qui non ab ipſo Domino, ſed a Vicario
alioque Magiſtratu concedatur, determinationem
hujuſmodi quæſtionibus hodie à regionum, ſeu Di-
tionum legibus, vel uſibus magis recipientibus, *ut
diſc.* 106.

Quæſtio autem ſubreptionis, vel defectus intentio-
nis determinationem recepit à qualitate & circun-
195 ſtantiis facti, cujus, ac voluntatis potiùs, quam ju-
ris quæſtio eſt, ex ipſius Domini ſtylo potiſſimum de-
cidenda, cum exindè voluntas arguatur.

Non tamen Domini aſſenſus, quamvis validus ac
ſolemnis, jus agnatorum tollit, ſolumque actus va-
liditatem durante jure alienantis, iſtiuſque præſerva-
196 tionem à pœnis cauſat.

Quandoque tamen aſſenſus ipſiuſmet Domi-
ni præjudicium cauſat, ut in caſu devolutionis,
feudum adhoc affectum remaneat nexibus, ab obli-
gationibus cum ejus aſſenſo injunctis, niſi clauſulæ
197 præſervativæ accedant, ut in devolutionis Rubrica
advertitur.

Vel niſi conſtet Dominum, in quo poteſtas
198 tollendi jus tertii vigeat, voluiſſe jus agnatorum
etiam tollere.

Præſumptivam probationem aſſenſus juxta alia-
199 rum extrinſecarum ſolemnitatum generales terminos
ac regulas, jus commune feudorum non excludit,
ideoque ex longiſſimi temporis (trigenario non mi-
noris decurſu,) juncto tamen cum obſervantia vera,
continua, pacifica, & univoca, ejus præſumptio re-
ſultat, contraria tamen vera probatione vel fortiori-
bus præſumptionibus adhuc elidibilis, putà ob nega-
tivam reſultantem à revolutione regiſtrorum, vel quia
ex ipſius actus qualitate expreſſus aſſenſus adeſſe non
poſſit, cum fictio non poſſit excedere veritatem, *ut
diſc. 49. & ſub tit. de alienat. diſc. 1. & ſub tit. de
dote diſc. 143.*

Procedunt hæc omnia alienationis præſentem Ru- 200
bricam, ſeu materiam concernentia, juris communis
feudorum diſpoſitione attenta, vel etiam juris com-
munis Romanorum, (quod in feudis etiam ceſſante
ſpeciali jure feudali vim habet, ſive pro juris feuda-
lis interpretatione attendendum eſt;) Secus autem
ubi jus particulare ſcriptum, vel non ſcriptum, con-
trarium diſponat, cum ſemper lex generalis contra-
riæ particulari, quæ legitimè inducta ſit, locum ce-
dere debeat.

Facilè autem non eſt ſingularum regionum ſeu Di-
tionum particulares leges, vel mores ac ſtylos recen- 201
ſere, cum in hoc earum reſpectivè peritis deferendum
ſit; Undè contingit, quod aliarum deſuper ſe ingeren-
tium magna & frequentia ſint æquivoca; Ideoque
agendo ſolum de patriis legibus, ac moribus, de qui-
bus congruum eſt, Nationalem agere.

In dicto Siciliæ citra, alias Apuliæ, ſeu Neapoli-
tano Regno, infra ſcripta habentur ſpecialia à præ-
miſſis diverſa, quibus exceptis in reliquis utriuſ- 202
que dicti juris communis generales regulæ, ſeu propo-
ſitiones firmæ remanent.

Primò ſiquidem, tranſactio, vel compromiſſum,
aliæque ſpecies alienationis, quæ in aliquibus caſibus
de jure communi permiſſæ ſunt; ob ſtrictiorem pro-
hibitionem ab illis legibus reſultantem, ſub eadem 203
prohibitione cadunt, *ut d. diſc. 49.*

Idemque de dote, quæ etiam in caſu, ut ſuprà per-
miſſio de jure communi per eaſdem leges particulares 204
prohibita eſt; Aliqua cadente inter eos ſcribentes
quæſtione, an potius ex una, quam altera lege talis
prohibitio manet, & an matrimonii libertas hanc
prohibitionem irritet, veriorque eſt negativa.

Ubi verò dationis in dotem ex quocumque jure
ſit invalidus de facto tamen vir conſtante matrimo-
nio feudum poſſederit, ac fructus perceperit, eos facit 205
ſuos loco damnorum, vel uſurarum æſtimationis, in
qua dos conſtituta cenſetur. *De his in materia dotis
hoc tit. diſc. 20. & ſub tit. de dote diſc. 146.*

Secundò circa magis liberam pœnitendi, ſeu re-
vocandi facultatem, cuilibet ipſorummet principa- 206
lium contrahentium, eorumque hæredibus compe-
tentem, re tamen integra, & ante aſſenſum in forma
ſolemni obtentum; Eoque etiam obtento, ante alias
litteras, quæ aſſecurationis vaſſallorum ibi dicuntur;
Idque abſque aliqua damnorum & intereſſe refectio-
ne, vel obligatione, quæ alias de jure communi in- 207
traret; *ut diſc. 30. & 31.*

Quinimò cum retrotractione ad ſuum initium
adeout fructuum reſtitutio debita ſit alienanti, qui 208
obligatus remanet ei, in quem alienatio facta eſt, re-
ficere intereſſe pretii obtenti, vel alterius recompen-
ſæ commodum intermedium; Cadente quæſtione, an
hoc intereſſe ipſorum fructuum metam excedere va-
leat, probabiliorque videtur negativa; *ut d. diſc. 31.*

Minoſque ſuper hujuſmodi pœnitendi, ſeu revo-
candi libertate, cadunt diſtinctiones, quæ jure com- 209
muni attento deſuper habentur inter feudum novum,
vel antiquum, ſive inter hæreditarium, vel purè pac-
tionatum, aut inter primum acquirentem titulo lucra-
tivo vel oneroſo, Quoniam quidquid ipſius feudi ſub-
ſtantiam tangit, vel afficit abſque Regio aſſenſu, in-
definitè invalidum eſt, atque pro non ſcripto ha-
betur; præfatis diſtinctionibus ad alios effectus
attendendis,

attendendis, ut in ſequentibus Rubricis.

Tertiò circa aſſenſus formam, vel ſolemnitatem,
Ad cujuſlibet etenim gratiæ, vel præſtationis aſſen-
210 ſus validitatem vel ſubſtantiam de jure ſcriptura re-
quiſita non eſt, cum ſolo verbo perficiatur, ipſa ſcrip-
tura ad meliorem ac faciliorem probationem adhi-
beri ſolita, niſi lex particularis ſcripta, vel non ſcrip-
ta aliter ſuadeat; In hoc autem Regno neque ſufficit
211 ſupplicatio à Rege, vel ejus Prorege aliiſque Magiſ-
tratibus ſignata, niſi ſolemne inſtrumentum ſeu pri-
vilegium in forma (ut ibi dicitur) Regiæ Cancella-
riæ deſuper expediatur.

Quinimò ubi contingat, vel ob defectum poteſta-
tis Proregis, vel ob majorem cautelam, illud in for-
ma ſolemnis privilegii concedi per ipſum Regem;
212 Adhuc tamen in eo ſupremo Conſilio, quod Proregi
aſſiſtit, atque Regiam Cancellariam regit, (quod
Collaterale dicitur, ejuſque Conſiliarii Regentes) in-
fra annum, ut ibi dicitur executoriari debet, ſin mi-
nus invalidum eſt, *ut diſcurſ. 106. & 109.*

Quartò, quod juris communis feudorum diſpoſi-
tione attenta, ſive ex magis recepto ſcribentium ſen-
ſu, Vicarius Generalis Domini; ubi præſertim cum
213 omnimoda & Proconſulari poteſtate deputatus eſt,
etiam cum Regalibus majoribus, & cum poteſtate
legibus derogandi vel diſpenſandi, hunc aſſenſum in
feudis ſibi commiſſæ provinciæ, vel Ditionis præſtare
poteſt, niſi particularis reſtrictio accedat; Aliqua
dubitandi ratione cadente in illis inveſtituris, quæ
214 abuſivæ ſeu præventivæ dicuntur de feudo pleno,
quoties præſertim conſuetum non ſit eis concedi.

In hoc autem Regno, per ejus particulares leges
(non tamen ſemper firmas, cum earum variationem
caſus frequenter dederit,) Proregis poteſtas coarcta-
215 ta eſt ſuper forenſium capacitate acquirendi feuda,
nec non ſuper aliquorum feudorum Dignitatis, ſeu
Titulatorum alienatione, *ut dicto diſc. 106.*

Undè propterea frequens praxis docet, quod exteri
cum propria pecunia emunt feuda ad proprium com-
modum, ſub alicujus nationalis nomine ſimulato, à
quo ejuſdem feudi tenuta, ſeu adminiſtratio ad pro-
216 priam omnimodam utilitatem conceditur, Adhuc ta-
men feudum verè in ipſa ſimulata perſona reſidere di-
citur, ipſeque eſt feudatarius, cum in feudis non ad-
mittatur juris communis Romanorum regula, ut ve-
ritas potiùs, quam ſimulatio attendi debeat; Quod
etiam ubique in officiis receptum eſt, *ut d. diſc. 24.*
30. & 106.

Et ſecundò (inter cætera, quæ memoria non
ſuggerit) quod de jure communi feudorum dos pri-
vilegiata non eſt, neque pro ea conſtituta ſolvenda, vel
217 reſtituenda actio ad feudum, ſine Domini aſſenſu
competit, rejecta ſententia volentium, ut fideicommiſ-
ſorum adinſtar ſubſidiarium beneficium competat; In
dicto autem Regno ex gratia ſeu aſſenſo generali
Neapolitanis conceſſo, ſecus eſt ut in dotalibus inſ-
trumentis, vel tabulis, aſſenſus ineſſe cenſeatur; Cum
pluribus tamen declarationibus, ac reſtrictionibus, in
propria ſede videndis, utpotè ſub compendio minus
adaptatè cadentibus, *ut diſc. 26.*

Alienationi autem æquivalet præſcriptio, quæ
cum iiſdem terminis regulari ſolet, quoniam qui ex-
218 preſsè alienando ſucceſſori, vel Domino præjudicare
non poteſt; ita minus idem præjudicium negligendo
cauſat; Ideoque ſucceſſuri jure proprio venienti
quodcumque longiſſimum tempus non obſtat, cum
ante juris ſui competentiam, præſcriptionis initium, &
concurſus non dentur; Niſi immemorabilis, vel cente-
nariæ poſſeſſionis qualitas non conſtito de initio vi-
tioſo ad quod pateat, poſſeſſionem reſtrictam eſſe,
poſſibilitatem cauſet, quemcumque titulum meliorem
allegandi, undè propterea Principis derogatio, vel
ſimilis juris ſucceſſorum & inveſtituræ deſtructivus al-
legari valeat.

Præſcriptionis etiam quæſtio cadere ſolet inter
poſſeſſorem & Dominum ſuper ipſa feudali qualitate,
quam neget poſſeſſor bonorum libertati inhærens;
Vix autem hoc præſidium verificabile eſt in ipſo feu-
datario, qui jure inveſtituræ feudum ejuſque annexa
poſſederit, cum ea durante nulla detur adverſus Do-
minum præſcriptio; Secus autem ſi ea negata, aliam
allegat poſſidendi cauſam, vel titulum; Raras autem
in foro iſtas quæſtiones eſſe praxis docet, *ut diſc. 3.*
70. & 107.

X.

De diſpoſitione feudi per ultimam voluntatem; Et quatenus non valeat de ipſo corpore feudi, an debeatur æſtimatio, vel in ea ſubſtineatur.

IN feudis merè hæreditariis, quæ abſque reſtrictio-
ne ad certum genus, ad quoſcumque tranſmiſſi-
bilia ſunt, nulla cadit ratio dubitandi, niſi acciden-
tale vinculum adjectum ſit, eo modo, quo in omni- 219
bus indifferentibus bonis; Ista verò ſpecies corrup-
tum, ſive improprium feudum frequentiùs redolet
jure allodialium ac indifferentium bonorum ut ſuprà
potius recenſendum, niſi Domini particularis prohi-
bitio accedat.

In iis autem, quæ ſub alienandi prohibitione juxta
proximè præcedentem Rubricam cadunt; Idem de
alienatione per ultimam voluntatem clarius procedit
quam de alia inter vivos dictum eſt, cum facilius illa,
quam iſta in hac materia quandoque permittatur. 220

Ideoque diſtinctiones ibidem traditæ, inter feuda
nova, & antiqua, ſive inter primum acquirentem ex
cauſa onerosa & lucrativa, Huic etiam diſponendi
generi congruunt, cum eâdem diſtinctione inter jus
commune feudorum, ac particulare dicti Regni Nea- 221
politani, ubi indefinitè nulla datur diſpoſitio, quæ
feudi corpus, vel ſubſtantiam tangat, abſque Regio
aſſenſu, quamvis de feudo novo ex cauſa onerosa
quæſito agatur, niſi ſpecialis facultas accedat, quan-
doque in ipſa acquiſitione concedi ſolita.

Generaliter verò juris communis diſpoſitione at-
tenta, ubi etiam inveſtitura ad certum genus hære-
dum ſanguinis reſtricta ſit, primis acquirentis ex
cauſa onerosa poteſtas eſt, intra ipſius generis per-
ſonas diſponendi, atque ſucceſſionis ordinem inter- 222
vertendo, aliquibus gratificari, *ut diſc. 9. 10. & 12.*

Quatenus verò feudum talis naturæ ſit, quod ſuc-
ceſſor, quamvis à lege inveſtituræ vocatus hæredita-
riam qualitatem diſponentis habere debeat, tunc li- 223
cet ipſum corpus feudi ſub prohibitione cadat; Non
tamen ejus valor, qui in morientis hæreditate eſſe
dicitur, ideoque in eo gravari poteſt, ac etiam in
actione perſonali cogi, ut vendat feudum, & de pre-
tio ſolvat, ut infra.

Sive quod feudo indefinitè cadente ſub prohibi-
tione, ſucceſſor, ut alterius rei familiaris hæredita-
riam qualitatem, proprii auctoris factum implere te-
neatur: Tunc etenim, quæſtio cadit, an facta diſpo-
ſitione feudi ad favorem incapacis, in quo diſpo- 224
ſitio in ipſa ſpecie effectum ſortiri non valeat, intret
obligatio præſtandi æſtimationem. Atque licet nimia
ſcribentium varietas in iſta quæſtione dignoſci videa-
tur; Verius tamen eſt, eam eſſe facti, ac voluntatis
quæſtionem potius quam juris, ex facti qualitate, &
circunſtantiis diſponentis voluntatem ſuadentibus,
decidendam.

Quamvis etenim diſtinctio adhiberi ſoleat, an de
univerſali, vel de particulari diſpoſitione agatur, ut 225
primo caſu æſtimationis obligatio non intret, ſecus
autem ſecundo; Præſumptio tamen, vel argumentum
eſt, quod ex hac diſtinctione reſultat, non autem ne-
ceſſaria probatio, vel juris diſpoſitio, ideoque regula,
uno, vel altero caſu, contrariæ diſpoſitioni expreſſæ,
vel conjecturatæ voluntati cedit, cum poſita poteſtate,
omnes

omnes juris regulæ, quas in ambiguis morientium voluntatibus habemus, contrariæ diſponentis voluntati perpetuo cedant, *ut diſc.* 18.

Ipſa enim voluntate accedente, quamvis moriens feodi legitimum ſucceſſorem à lege inveſtituræ voca-
226 tum, ipſo corpore feudi privare non valeat, eum tamen uſque ad integrum valorem gravare poteſt, adeout feudi ſucceſſor, ut ſupra advertitur, actione perſonali cogi valeat ad vendendum feudum, ut ex pretio ſatisfaciat, ut in dicto Neapolitano Regno receptum eſt, quamvis contra defuncti judicium ſuccedatur, quod tamen aſperum, atque in puncto juris communis improbabile eſt, *ut diſc.* 21.

XI.

De ſucceſſione ab inteſtato feudali; Et de oneribus, quæ feudi ſucceſſori incumbunt; præſertim de vita militia, vel participatione pretii erga ſecundogenitos, Et de contributione ad debita.

Rubricæ hujus inſpectio eſt, eo præſuppoſito retento, quod de veris, ac propriis feudis agatur,
227 juxta feudales leges regulandis, non autem de impropriis, & corruptis, quæ juxta diſtinctiones initio traditas, feudali nuncupatione ſolum retenta, in reliquis allodialium, ac indifferentium bonorum jure cenſenda ſunt; Quoties tamen talis eſt alteratio, quod feudi ſubſtantiam omnino corrumpat, ſecus autem ubi in aliqua parte, firma in reliquis feudi natura maneret, ut præſertim in Rubrica capacitatis, vel incapacitatis advertitur *ut diſc.* 11.

Præſuppoſitis igitur, tam vera, & propria feudi natura, ita ut jure feudali ſucceſſio regulanda ſit, quam etiam capacitate perſonarum, adeout de ſolo ſucceſſionis ordine, vel concurſu quæſtio ſit; Duplex eſt inſpectio; Una generalis juxta feudales leges, vel conſuetudines, quas communes dicimus; Et altera juxta præfatos utriuſque Siciliæ Regnorum leges, vel mores.

Primo jure inſpecto, ubi etiam fœminarum capa-
228 citas adſit, verius eſt ſexum vincere, lineam, gradum, & ætatem (cujus contrarium eſt attento dicto jure particulari, ut infrà,) Ideoque agnati maſculi, quamvis remotiores à primo acquirente deſcendentes excludunt fœminas proximiores; Quatenus tamen de tempore apertæ ſucceſſionis maſculi capaces exiſtant, ut etiam ſupra in capacitatis, vel incapacitatis Rubrica advertitur, *ut eodem diſc.* 11. *&* 53.

Secus autem ſi eis non extantibus fœminæ, vel
229 cognato ſucceſſio delata ſit, quoniam ſuperveniens maſculus eam non excludit, quamvis agnitio vel poſſeſſio adhuc ſequuta non ſit, niſi particularis lex vel acquirentis diſpoſitio aliter diſponat, cum in feudis non detur ea ſuſpenſio, quæ durante ſpe, ſeu potentia proximioris, vel prius vocati, datur in fideicommiſſis, & primogeniis, jure communi regulandis,
230 quidquid ſecus ſit in illis Hiſpaniarum, ut etiam in proximè inſinuata Rubrica, *ſub tit. fideicommiſſ. diſc.* 7. *& ſeqq. præſertim diſc.* 11. *&* 13.

Ubi verò æqualis eſt contendentium capacitas, tunc deciſio pendet à qualitate, ſeu natura feudi, an divi-
231 duum ſit, quod juris Longobardorum dicitur ſucceſſorum pluralitatem admittens, vel individuum ordine primogenituræ, uni tantum deferendum, quod dicitur juris Francorum; Primò enim caſu, ille inteſtatæ, vel fideicommiſſariæ ſucceſſionis ordo, qui de jure communi in bonis indifferentibus juxta gradus proximitatem præſcriptus eſt, & cum eadem regula metiendi proximitatem ab ultimo moriente, non autem à primo acquirente in hac feudali ſucceſſione attendendus quoque venit, cum nil diverſum deſuper in jure feudorum ſtatutum ſit.

In feudo autem individuo, quod perſonarum pluralitatem excludit; Cum attendatur ordo primogenituræ, hinc proindè linea primum occupat locum, 232
atque vincit gradum ac ætatem, non autem ſexum; Ideóque quidquid antiquiores diſputaverint verius eſt, ac extra controverſiam, ut nepos ex filio primogenito prædefuncto, quamvis ætate, & gradu inferior, vin- 233
cat patruum ex beneficio repræſentationis, vel tranſmiſſionis prærogativæ lineæ, quæ à primogenito fiat in ejus filium, in quo eadem qualitas ſexus quoque concurrat, & non alias.

Quæſtione cadente, an eadem tranſmiſſio prærogativæ lineæ detur in tranſverſalibus, atque probabilior eſt affirmativa, quamvis plures habeat contradictores. 234

Quia verò ex aliquarum regionum conſuetudine, præſertim verò Lombardiæ, etiam feuda Dignitatis de ſui natura individua admittunt diviſionem plu- 235
riumque poſſeſſorum concurſum, ſi non in ſubſtantia, (quæ habitualiter remanet individua) attamen in fructu ſeu exercitio, & commoditate; Hinc probabilius eſt, ut una linea, ſeu portione defecta, aliarum linearum, vel perſonarum poſſidentium alias portiones, æqualis eſſe debeat ſucceſſio pro modo portionum, non autem pro numero perſonarum; Minuſque in ratione proximitatis gradus, quoniam non per jus ſucceſſorium, ſed potius per illud accreſcendi, ſeu verius non decreſcendi, portiones ſuperſtites, defectam portionem ad ſe attrahant, cum totum jus habituale penes omnes eſſe dicatur.

Aliqua remanente quæſtione, ubi aliæ lineæ non poſſideant portionem aliquam, ſed agatur de concur- 236
ſu ad novam ſucceſſionem, quo caſu magis receptum videtur, ut proximitas gradus prævalere debeat, ubi repræſentationis, vel ſubingreſſionis beneficium non intret, per quod, juxta generales terminos juris communis, etiam in rebus indifferentibus, remotior fiat proximiori æqualis *De his diſc.* 8. *&* 15. *& in aliis.*

Protrahitur in infinitum ſucceſſio deſcendentium 237
per lineam rectam de uno in alium; Ubi autem contingat poſſeſſorem feudi abſque prole decedere, adeout Collateralibus aperiatur ſucceſſio, tunc in feodis novis, nulla eſt eorum, vel parentum ſucceſſio, ſed fit locus devolutioni, niſi lex inveſtituræ, vel alia lex particularia diverſimode diſponat; In antiquis autem, quidquid aliqui variaverint ad ſeptimum, vel decimum gradum ſucceſſionem reſtringentes; Verius eſt jure communi feudorum attento, in infinitum pariter protrahi ſucceſſionem eorum, qui deſcendunt à primo acquirente, qui ſit omnium ſtipes, eorum autem, qui hanc deſcenſivam qualitatem non habent, nulla eſt ſuccedendi cauſa.

Rara verò eſt ſucceſſio parentum, qui à primo acquirente deſcendant, niſi in caſu quo poſſeſſor, ex 238
eorundem refutatione obtinuerit, de qua advertitur infra in refutationum Rubrica.

Quando autem feudum individuum juris Franco- 239
rum, eſt pacti, & providentiæ purum, adeo ut ſolus primogenitus ſuccedat, tunc ſi eſt novum quæſitum ex cauſa verè oneroſa, & correſpectiva, pretio mediante, illud eſſe dicitur in hæreditate allodiali, ac propterea primogenitus feudi ſucceſſor, tenetur ad debita, & onera defuncti, eiſque non exiſtentibus, adhuc ſecundogenitis ejus fratribus pretium communicare tenetur, niſi pater hoc onus remiſerit, quo caſu voluntas attendenda eſt; Quatenus tamen, eodem pretio calculatu in aſſe, conſultum ſit in aliis bonis legitimæ filiorum, juxta generales, ac indifferentes terminos juris communis; Cadente quæſtione an pretium tituli, ſeu Dignitatis debeat communicari, & 240
probabilior eſt negativa, cum Dignitas cauſet majus onus in poſſeſſore.

Si verò eſt antiquum, vel etiam novum gratuitum, non intrat hæc obligatio communicandi pretium, ne- 241
que aliqua obligatio erga defuncti creditores, vel legatarios;

Digitized by Google

garatios; Benè tamen obligatio præſtandi ſecundo-
genitis maſculis vitam militiam pro alimentis ad vi-
tam duraturam, ideoque non tranſmiſſibilem; Fœ-
242 minis verò dotem de paragio tranſmiſſibilem, quate-
nus per carnalis, vel ſpiritualis matrimonii effectua-
tionem dos ſuam acquirat eſſentiam; atque ita fiat de
ipſius dotatæ bonis liberis tranſmiſſibilibus, ſin minus
nil eſt tranſmiſſibile, ut *diſc.* 108.

Pluribus circa utrumque vitæ militiæ, ac paragii
onus intrantibus quæſtionibus tam circa taxam, quam
243 circa productionem intereſſe, ac alia non de facili ſub
compendio citra notabilem evagationem cadentibus,
ideoque in ſua ſede videndum eſt.

Maturæ autem qualitate accedente, ſive ſit divi-
duum, ſive individuum; In feudo novo ex causa one-
roſa, utraque hæreditaria qualitas ſanguinis, ac rei
244 familiaris copulative neceſſaria eſt, neque inventarii
beneficium pro feudi præcipua deductione ſuffraga-
tur; Si vero eſt antiquum, vel novum gratuitum,
tunc requiritur utraque qualitas proximè acquirentis,
non autem (ex probabiliori ſententia) ultimi mo-
rientis, Atque ſive unius, ſive alterius reſpectu, in-
ventarii beneficium ſuffragatur pro feudi præcipua
deductione, ſufficitque per eum non ſtare, quominus
dictam aliam rei familiaris hæreditariam qualitatem
non habeat.

In præfatis autem utriuſque Siciliæ Regnis, in
245 quibus (paucis, ac obſcuris exceptis) omnia feuda
ſunt individua ad formam juris Francorum cum or-
dine primogenituræ deferenda; Atque in feudis no-
vis ex cauſa oneroſa quæſitis pretio mediante, idem
246 quod, ut ſupra, circa pretii communicationem, vel
onera in pretio, tanquam exiſtente in hæreditate al-
lodiali, in omnibus procedit; In antiquis autem pa-
riter idem circa vitam militiam, ac paragium favore
ſecundogenitorum, ac fœminarum reſpective, aliqui-
bus legibus, fœminarum cauſam circa paragium ma-
gis clare confoventibus.

Reſpectu verò creditorum, ſeu legatariorum, aut
alias à feudatario defuncto cauſam habentium, quam-
247 vis inveſtituræ formula *pro ſe, & heredibus ex corpore
legitimè deſcendentibus*, utrique Regno ſit commu-
nis, diverſimodè tamen intellecta fuit; In Regno
248 enim ultra Pharum, quod antiquum Siciliæ vocabu-
lum adhuc retinet, ad limites juris communis, magis
coognatam accepit interpretationem, eo modo, quo
in feudis mixtis dictum eſt ſupra, ut primi, non
autem ultimi hæreditaria qualitas neceſſaria ſit; ut
diſc. 13.

In altero autem citeriori (quod Neapolitanum di-
cimus) diverſimodè receptum eſt, ut ſcilicet cum qua-
litate ſanguinis, altera hæredis rei familiaris etiam
249 ultimi concurrat, abſque eo quod inventarii benefi-
cium ſuffragetur, quantum feudi importet integer
valor, qui in morientis hæreditate eſſe dicitur; tam
reſpectu creditorum ex cauſa oneroſa, quam etiam
legatariorum, vel aliorum, quorum favore feudata-
rius moriens diſpoſuerit.

Adeout ex ſupra inſinuatis, juxta magis receptam
opinionem (contradictoribus tamen non carentem)
ſucceſſor, quamvis non ex defuncti judicio, ſed con-
250 tra illud ea inveſtitura veniens, judicium defuncti
impugnando, uſque ad integrum feudi valorem gra-
vari valeat, quod nimis aſperum eſt, ac improbabile;
Cadente, ut ſupra inſinuatum eſt, quæſtione volun-
tatis magis, quam poteſtatis, ut *diſc.* 13.

Iſtumque vivendi modum, pro commercii facilita-
251 te, ac libertate forte magis proficuum à recenti tem-
pore introducere quoque cœperunt Siculi ultra Pha-
rum, unde propterea duplex ibi habetur feudorum
ſpecies, una antiqua in forma pacti, & providentiæ,
vel mixta reſpectu primi acquirentis tantum, quæ
in forma ſtricta dicitur, altera verò in hac *forma
larga*.

Super gradibus autem, vel repræſentatione, aliqua
inter hæc Regna dignoſcitur differentia; Per anti- 252
quas etenim leges utrique communes, utpote editas
de tempore, quo utrumque pro unico habebatur uſ-
que ad tertium gradum civilem collateralium, ſuc-
ceſſio reſtricta eſt, quamvis à primo acquirente deſ-
cendentium, ac in feudo antiquo, quod nimiam re- 253
ſtrictionem præſeferre videtur, licet fratribus in feu-
dis novis concedatur ea ſucceſſio, quæ à jure com-
muni negatur.

Sequuta verò eorum diviſione, in eo ultra Pharum
ſucceſſio latius patet; In iſto autem citra, firmæ 254
remanent dictæ antiquæ reſtrictæ leges, per quaſdam
gratias ampliatæ ad unicum ulteriorem civilem gra-
dum lineæ æqualis, vel inferioris, non autem ſupe-
rioris; Adhuc dubia, & ſub quæſtione, remanente 255
gratias habilitante fratres uterinos, unde propterea
concordia hujuſmodi controverſiarum ſpeciebus finem
dare conſuevit.

Pluribus cadentibus quæſtionibus, concurſus in-
ter ipſos collaterales, quas peragere occaſio non dedit, 256
ideoque videndum eſt apud eos, utriuſque feudi ſcri-
ptores, qui peculiarem hanc ſucceſſionis materiam
ad illarum legum præſcriptum peragere profeſſi ſunt.

Aliqua etiam differentia mihi adeſt circa ſexum; In 257
hoc etenim citeriori Regno, linea vincit gradum,
ſexum, & ætatem, adeout (quamvis barbarè, &
contra omnem rationem) nepos ex filio primogeni-
to prædefuncto ſuperſtes, excludat filium ſecundo-
genitum ejus patruum, quamvis ætatis, ſexus, &
gradus prærogativa ſit major; In eo autem Regno,
ob aliquas leges, agnationis magis rationabiliter proſ-
picientes, contrarium fortè verius eſt, vel ſaltem eſt
ſub majori controverſia, ut in ſua ſede; Ubi etiam
de prærogativa agnationis probabilius vincente alte-
ram ætatis, quamvis æqualitas gradus concurreret,
ut *diſc.* 53.

Aliis multis cadentibus quæſtionibus, circa repræ-
ſentationem, vel tranſmiſſionem prærogativæ linearis, 258
an ſcilicet, quod in deſcendentibus dicitur, in col-
lateralibus quoque procedat, ut in ſua ſede.

Inter fœminas autem æqualis gradus, in his Re-
gnis, præſertim iſto citeriori, ex eorum legibus par-
ticularibus, qualitas innuptæ, atque ut dicitur in ca-
pillo, prævalet lineæ, ideoque ſecundogenita in ca-
pillo præfertur primogenitæ nuptæ, & dotatæ con-
ſentienti dotationi, cum pleriſque declarationibus,
de quibus in ſua ſede.

De Illegitimorum verò, & Clericorum, aut militiæ 259
Eccleſiaſticæ profeſſorum capacitate ſuccedendi, &
quid ubi de tempore delatæ ſucceſſionis, ille qui in
ſtatu incapaci reperitur, eum immutare poteſt, atque 260
capax effici, habetur ſupra in propria capacium Ru-
brica.

Et de oneribus cum feudo devoluto, tranſeuntibus
etiam ad dominum, habetur infra in propria devolu- 261
tionis, vel caducitatis Rubrica.

Cum autem duplicem habeat diverſum hæredem
feudatarius moriens, feudalem ſcilicet, ac allodialem, 262
ſeu burgenſem, juxta diverſam patrimoniorum ſpe-
ciem, quorum quodlibet hæreditatis univerſitatem
diſtinctam conſtituit; Hinc frequentes in dicto Re-
gno citeriori, forus audit quæſtiones ſuper utriuſque
hæredis, vel patrimonii contributione ad debita,
aliaque onera defuncti.

Recepta verò diſtinctio eſt, ut ad mere realia, ipſis 263
bonis inhæa, vel eorum cauſa contracta, non intret
contributio, ſed quilibet ſuum ferat onus; In per-
ſonalibus autem, vel indifferentibus, uterque hæres
pro viribus, ac rata bonorum, atque ut dicunt per
æs, & libram, habita ratione valoris in ſorte princi-
pali contribuit, ſive debita contracta ſint cum Regio
aſſenſu, vel ſine; Minuſque attento, an una, vel al-
tera bonorum ſpecies magis obligata, vel ſubjugata
ſit;

ſit ; Quod in debitis contractis per plurium majora-
tuum. vel fideicommiſſorum poſſeſſurem, quando
per iſtius mortem, eorundem majoratuum, vel fidei-
commiſſorum diviſionem ſequi contingat, quoque
procedere alias deciſum aſt, niſi diverſa accedat ex-
265 preſſa, vel conjecturalis ipſius morientis voluntas,
quæ ſervanda eſt, ubi ratione legitimæ poteſtatis de-
fectus accedat, ut *diſc.* 12. & 22. & 89.

XII.

De Refutatione.

DUplicites de refutationis validitata, vel effe-
ctibus agi ſolet, Primo ſcilicet ubi ipſo domi-
266 no fiat; Et ſecundo ubi filio, vel alteri proximè ſuc-
ceſſuro, vel alias ſub inveſtitura comprehenſo, cum
in extraneis, non refutationis, ſed alienationis. ter-
minus cadat.

In prima ſpecie refutatioois feudi, quæ domino
267 fiat, duplex pariter quæſtio intrat; Prima nempè, an
dominus invitus eam recipere teneatur, quamvis
ejus voluntas diverſa ſit; Aliis ſimpliciter affirman-
tibus; Aliis è converſo ſimpliciter negantibus, &
aliis probab lius diſtinguentibus, an recuſandi juſta
accedat cauſa, necne, ut non teneatur ſi ejus intereſt
refutationem non fieri, ut *diſc.* 72.

Et ſecundò, quatenus dominus velit, & acceptet,
268 an ea tollat jus agnatorum, ac aliorum ab inveſtitura
vocatorum; Atque ubi in refutaote, diſponendi, vel
alienandi facultas non adſit, probabilior eſt negati-
va, cum inveſtitura durante, dominus jura extranei
cenſeatur, io quem alienatio facta ſit, ideoque oon
extinctivo jure devolutionis, vel conſolidationis feu-
dum obtinere dicitur, ſed jure tranſlativæ ceſſionis,
durante jure cedentis, ipſa dominicali qualitata ſuf-
fragante pro duplicita præſtatione aſſenſus ſibi ipſi,
ne alias ipſimet refutaodi, pœniteodi, vel revocan-
di competat ea facultas, quæ facta alteri ceſſione,
vel alienatione competeret, & ne agoatis detur illa
retrahendi, ſeu vindicandi actio, quæ adhuc durante
jure alienantis, quandoque competit.

In altera verò ſpecia refutationis factæ agnato,
qui non ſit proximè ſucceſſurus (poſita alienaodi, vel
diſponendi prohibitione) idem dicendum eſt, ut pro-
269 h bitæ, ac invalidæ alienationis ſpeciem habeat; Ubi
autem fiat in proximè ſucceſſurum, tunc valida eſt
etiam ſine domini aſſenſu, quoniam non eſt alienatio
ſed præventiva ſucceſſio; Duobus tamen concurren-
tibus; Primò ut elegans oomen coorractus habeat;
Et ſecundo ut ſit pura, non autem pactionata, præ-
270 ſertim circa reſervationem uſusfructus favore refutan-
tis, cum id feudi diviſiooem, vel ſervitutem probi-
bitam importet; Secus autem ubi fiat ea reſervatio
fructuum, ſeu commoditatis, ut nudi facti eſt, quæ
in feudis etiam licite fieri poteſt, cum feudi ſubſtan-
tiam non tangat, ut ſupra in alienationum Rubrica.

Dummodo tal s reſervatio ſic ampla concepta non
ſit, quod in effectu refutatio verbalis diei valeat, ac
fraudem redoleat, quod ex facti qualitata pender,
ideoqne certam, ac determinatam regulam generalem
non recipit.

Quatenus verò pactionata ſit, tunc non modica
eſt ioter feudiſtas quæſtio an pacta vitient refutatio-
271 nem, val potius eis vitiatis, aut ad licitam ſpeciem
redactis, ea firma maneat; Tribus de ſuper vigenti-
bus opinionibus; Una, quæ minores habet ſequaces,
ut reſervario uſusfructus reſolvatur in dictam licitam
fructuum, vel commoditatis; ut facti eſt; Altera
quæ aliquam habet majorem probabilitatem. ut pacta
vitientur, non autem ipſa refutatio; Et tertia pro-
babilior, magiſque per feudiſtas recapta, ut ob vo-
luntatis individuum, totus actus corruat, ipſaque re-
futatio vitiata maneat; niſi facti circumſtantiæ dictam
præſumptam individuitatem voluntatis ceſſare faciant,
atque ſuadeant, refutantis intentiouem fuiſſe, ut
ipſa pacta potius vitientur, cum ſemper præſumptio
cedat veritati.

Cadente etiam quæſtione fraudis, quæ dupliciter 272
cadere poteſt; Vel ſcilicet domino ſuper laudemio,
val relevio, quod ex facti qualitate, & circuoſtantiis
deciſionem recipit; Vel creditoribus refutantis, qui-
bus utique præjudicatum non remanet, duranta tem- 273
pore, quo jus refutantis duraret, ſi refutatio facta
non eſſet, juxta ea, quæ de refutatione facta ipſo
domino deſuper habentur, cum poſſit quidem debitor
nolle quærere, juſque ſibi delatum nolle agnoſcere in
creditorum præjudicium, non autem jus, jam agni-
tum, & quæſitum remittere.

An autem refutatario præmorieote intret reſolutio 274
actus; adeò ut refutans jure primævo feudum occupet,
vel potius jus ſucceſſorium juxta ordinem proximitaris
refutarii morientis intret, ſub quæſtione eſt, in qua
data valida refutatiooe pura, verius videtur ſucceſſo-
rium edictum intrare.

Prout, an ſucceſſionis ordo, quod perſonam refu- 275
tantis, attendi debeat de tempore refutationis, vel
ejus mortis naturalis, adeout hæc præventiva ſucceſ-
ſio, apta ſit tollere, necne, jus ei, cujus de tempora
mortis, magis proxima eſſet cauſa ſuccedendi, ſub
quæſtione eſt, de qua in ſua ſede, ut *d. diſc.* 13.

XIII.

De ſubfendis, ac poteſtate ſubinfeudandi.

SUbinfeudandi poteſtas, an feudatario ſine domini
aſſenſu competat, & an ſubinfeudatio prohibitam 276
redoleat alienationem, necna, apud antiquiores ni-
mium certatum eſt; Hodie verò ex magis communi,
receptoque feudiſtarum ſenſu, inſpecta juris commu-
nis feudorum diſpoſitione, verior videtur opinio,
quæ ſubinfeudandi poteſtati aſſiſtit.

Tribus tamen requiſitis copulativè concurrentibus; 277
Primo nempè, ut fiat cum eiſdem legibus, & pactis;
Secundo, ut in perſona æqualis conditionis, unde
propterea domino non præjudicetur; Et tertiò, ut fiat
ſincere, ac ſine fraude, ut *diſc.* 1.

Æquivocum autem eſt aliquorum ſcribentium,
in quacumque ſubinfeudatione, hujuſmodi requiſito- 278
rum concurſum indefinite deſiderantium, cum (ter-
tio excepto, qnod cuicumque ſpeciei adaptabile, &
congruit) reliqua duo, uni, non autem ſpeciei con-
veniant.

Triplex igitur eſt ſubinfeudationis ſpecies; Una 279
aſt, quæ fiat de aliquibus inferioribus, modicique
momenti feudi membris, vel acceſſoriis concedi ſo-
litis, & quæ ſub excadentiarum vocabulo feudiſtæ
explicare ſolent, atque ſub fructuum feudi nomina
veniunt; Et hæc alienationem non redolet, ſed po-
tius fructuum perceptionam, dummodo abſit fraus,
ita matore percipiendi hunc fructum pro tempore
non ſuo.

Nil autem refert, an iſte cui fit ſubfeudatio, ſit 280
diſparis conditionis, idque pretio, vel alia recom-
penſa mediante ſequatur, dummodo ſolitum non al-
teretur, juxta eam generalem limitatiooem, quæ in
bonis regulariter alienari probibitis, tradi ſolet in
iis, quæ jam alienabilia, val concedi ſolita effecta
ſint, cum hæc ſubfeuda (quæ alicubi ſub feudi
plani, & de tabula puri vocabulo explicari ſolent)
allodialium potius, quam feudalium jure cenſenda
ſint, jure communi civili magis, quam feudali regu-
landa.

Altera aſt ſubiofeudationis ſpecies, quæ de toto
feudo fiat, nihilo retento pro ſubinfeudante, atque 281
in hac ſpecie vere proprie dicta requiſita deſiderantur,
cum tunc ſubinfeudatus obtinere dicatur à primo in-
feudante

feudante, ac domino, cujus ſit vaſſallus immediatus, ſub infeudans verò, organi, ſeu inſtrumenti partes gerit; ideoque facta ſubinſeudatione, iſtius perſona de ſcena exit, neque aliud jus ei remanet, minuſque onus ſervitii, ac fidelitatis, vel devolutionis, ad inſtar eminentis, pro perſona nominanda, poſtquam nominationem fecit, ſuâque facultatē ad exercitium deduxit.

Tertia eſt demum ſpecies, quæ fiat, de feudo, vel ejus partibus, aliquibus partibus, vel juribus pro ipſo
283 ſubinfeudante retentis, vel reſervatis; Et hæc pariter ſubdiſtinguitur in eam ſubinfeudationem, quæ totius feudi, omniumque ejus jurium, etiam Regalium fiat aliqua ſuperioritate, ac intellectuali alto dominio reſervatis, adeout ſubinfeudatus, totum id obtineat, quod feudatarius immediatus, etiam feudi Regalis, ac Dignitatis obtinet dicta intellectuali reſervatione ſolum excepta; Et hanc ſubfeudi ſpeciem verius eſt, abſque ſpeciali facultate per infeudantem conceſſa, exercibilem non eſſe.

282 Quandoque tamen, ne dum pro facultate ſed etiam pro neceſſitate id injungi praxis docuit.

Altera verò eſt ſubinfeudatio, quæ tertiam conſtituit ſpeciem inter proximam de toto, & primam ſim-
284 plicium membrorum, ſeu excadentiarum, quia nemde aliquibus Oppidis, vel Caſtris, aut feudi membris, per quæ ipſius feudi Univerſitas, vel corpus notabilem ſciſſuram, vel deturpationem non patiatur; Quinimò nullam ſciſſuram, vel diviſionem, quoad jus habituale, ac imperium, & Regalia ſentiat, ſed in ſola fruitione, ac mere ſubordinato imperio, tanquam per ſpeciem commiſſæ juriſdictionis, ac adminiſtrationis, ſub omnimoda ſubinfeudantis ſuperioritate, qualia ſunt ea ſubfeuda, quæ ſimplices Barones, non autem veros Dignitatis feudatarios conſtituunt.

Hæc autem ſpecies (non data ſpeciali prohibitione) exercibilis eſt, ubi qualitas feudi ita exigat, ut
285 feudatarius feudi Regalis, ac Dignitatis, cum jure Principatus, ita nobiles, & qualificatos milites, ac vaſſallos ſibi conſtituat, vel ita bene merentibus præmia diſtribuat; Cum ea tamen moderatione, ac proportione ad feudi qualitatem, & circunſtantias, ut fraudem, vel Domini notabile præjudicium non redoleat; Iſtaque ſubfeudorum ſpecies in feudis Regalibus, ac Dignitatis frequens eſt in praxi.

In hac verò ſpecie, erroneum eſt ſuperius receп-
286 ſita, tria requiſita deſiderare, dum illud æqualis conditionis potius interdictum ſit, dum non paribus; ſed inferioribus, ac ſubditis, hæc ſubfeuda congruunt; Minuſque alterum, ut gratis, ac ſub eiſdem legibus conceſſio fiat, cum pretio mediante, magiſque limitate hujuſmodi ſubinfeudationes fieri, recepta praxis, præſertim Italiæ, doceat.

Ideoque ſolum requiſitum fraudis excluſivum
287 deſiderandum eſt, pro ea ſcilicet fraude, quæ in feudatario caſtrato, ſeu de ſucceſſore deſperato, aut alias devolutione imminente conſideratur, quamvis conſilii non ſit, ſed ſolius præjudicii, eodem modo, pro de jure diſpoſitum eſt in alia ſubfeudorum ſpecie, quæ fructuum, ſeu excadentiarum ſpeciem redolet, quia nempe perceptionem fructuum, vel ſui juris exercitium in tempus non ſuum ſubinfeudans ita protrahat, rejecta opinione volentium, ut ubi expreſſe facultas conceſſa eſt, hæc reſtrictio non intret, ut aliquid conceſſiont legis addat illa hominis, ut *d. diſc.* 4. 7. & 59.

In præfatis autem utriuſque Siciliæ Regnis, ob
288 eorum peculiares leges, ſtrictiorem alienandi prohibitionem continentes, (excepto dicto caſu excadentiarum, quæ conſueti fructus ſpeciem habent, atque concedi ſolent) receptum eſt, hanc etiam ſubinfeudationem prohibitam eſſe, illamque ſub alienationis
289 vocabulo venire.

Poſita legitima ſubinfeudatione, ſubinfeudatus ipſum ſubinfeudantem, ac immediatum auctorem, in dominum agnoſcere debet, eique fidelitatem, ac ſer- 290
vitium præſtare, non autem mediatum; Atque ad immediatum devolutio pertinet; Prout ab eo renovatio petenda eſt, ut *d. diſc.* 7. & 59. Niſi cum conſen- 291
ſu domini directi, ejuſque nova inveſtitura, ita ſubinfeudatio ſequi dicatur, quod ſpeciem diſmembrationis à feudo, ac erectionem novi feudi directi, & in 292
capite importet.

Ad regulandam verò ſubfeudi naturam, ubi inve- 293
ſtituræ lex ambigua ſit, illa ipſius feudi attendenda eſt, cum ſubfeudum ejus cenſeatur naturæ, cujus eſt feudum.

Non levi apud feudiſtas cadente quæſtione, an devolutio facta, ſubfeudum duret, atque Dominus, cui 294
devolutio facta eſt, ſubfeudatarium ei ſervire volentem, recipere teneatur; Magiſque probabilis, ac recepta eſt affirmativa, ubi ſinceritas accedat, neque fraudem ſubinfeudatio redoleat; Alia vero in foro parum frequentia hunc ſubfeudorum materiam concernentia, in propria, ſede videnda ſunt, ut *d. diſc.* 1.

XIV.

De Renovatione inveſtituræ feudalis, ac laudemis, & relevio; Et jure rappetiſiæ

Duplex renovationis eſt ſpecies; Una, quæ non culpoſè devoluto feudo, terminataque inveſtitura, ex æquitate, per dominum nolentem pro ſe re- 295
tinere; ſed alios inveſtire, debita eſt feudatarii defuncti proximiori ſanguinis, ubi de feudo pacti, & providentiæ agatur, quod jure ſanguinis, durante inveſtitura deferatur; Ubi verò ſit purè hæreditarium; rei familiaris hæredi; Denegatur autem in caſu devolutionis culpoſæ.

Id autem feudorum ſpeciale non eſt, cum emphy- 296
teuſi quoque ſit commune, ideoque, ea quæ frequentius in ea materia habentur, feudis quoque regulariter congruunt, niſi peculiaris regionis ſcripta, vel non ſcripta lex aliter ſtatuat, ut *diſc.* 52. & *ſub tit. de emphyt. ſæpius.*

Altera verò eſt à jure feudali ſpecialiter manans; cujus inſtar in emphyteuſi quoque ex quodam rece- 297
pto uſu, idem inductum eſt; Itaque per novum feudi ſucceſſorem, ſub caducitatis pœna infra annum, & diem petenda eſt, niſi conſuetudo hanc obligationem ceſſare faciat, dictuſque terminus; quandoque per inveſtituræ legem particularem brevior eſſe ſolet, ut in citerioris Siciliæ, ſeu Neapolitano Regno 298
ſtatutum eſt, ut infra ſex menſes renovatio petenda ſit; Pluribus cadentibus quæſtionibus circa juſtas excuſationis, vel reſtitutionis in integrum cauſas ex facti qualitate, ac circunſtantiis pro impedimentorum, vel excuſationum probabilitate decidendis, ut *d. diſc.* 59.

Idemque terminus anni, & diei, qui in hac ſpecie renovationis per feudales præſcriptus eſt, ex recepto 299
uſu extenſus fuit ad aliam ſpeciem, de qua ſupra niſi dominus alteri conceſſerit; cum tunc longiſſimi temporis decurſum requiri, ut huic juri præjudicatum cenſeatur, ſotus recepiſſe videatur.

A domino autem ubi poteſtatem non habet legibus 300
derogandi, novaſque condendi, verius eſt, dictum terminum anni, & menſis abbreviari non poſſe, bene tamen abſque dubio extendi poſſe, quoties alieni præjudicii, vel intereſſe in terra aliud non ſuadeat, ut *d. diſc.* 52.

Itaque per ſubinfeudatum non à primo, ac mediato, 301
ſed à ſecundo, ejuſque immediato domino, ac ſubinfeudante petenda eſt; Hinc remanente obligatione, quando novus eſt inceſſit, ſuam renovationem à pri- 302
mo domino petendi, ſuaque petitio infra terminum ab ipſo ſucceſſore, ſeu legitimo procuratore, qui ſpecialis eſſe debet, ſufficit, licet conceſſio differatur,

& præjudicii poſſeſſoris, poſt cujus ceſſatum jus conceſſio facta eſſet.

Quidquid autem de prima ratione ſit, jure communi Romanorum attento in emphyteuſi, vel officiis, aliiſque vitalitiis rebus, dicto jure metiendis, de quo
320 in ſuis emphyteuſis, ac officiorum ſedibus; In feudis tamen juxta proprias feudales leges, vel conſuetudines regulandis, hæc ratio negligitur; Ideoque duabus aliis ceſſantibus, quæ ſolum inferioribus obſtant, probabilius eſt, hanc inveſtituræ ſpeciem practicabilem eſſe, quia nempe poſſeſſoris accedat conſenſus, vel cum omnimoda ſui juris præſervativa fiat
321 (quod etiam non expreſſum ſubintelligendum eſt.

Ideoque ſi caſus aperturæ contingat, adhuc durante jure, vel poteſtate ejus, qui talem abuſivam inveſtituram conceſſit, de illa non eſt dubitandum, dum ita
322 ceſſat altera præjudicii, vel ſupplantationis ſucceſſoria ratio; Exindeque reſultat, ut actus eſſe dicatur in implicito validitatis ſtatio, quatenus re integra caſus ſequatur; Reſolutioni tamen ſubjectum, quatenus ipſius infeudantis jus, pendente conditione reſolvatur.

Verum, & in caſibus, in quibus ratione ſupremæ poteſtatis infeudantis, vel ex dictis rationibus ceſſantis præjudicii poſſeſſoris, ac ſucceſſoris, actus valeat,
323 adhuc tamen ille non impedit, quin poſſeſſor ſuum jus in alterum transferre valeat, ipſeque dominus aſſentiri; Iſteque poſterior actus præcedenti prævalet, neque ille, cui hæc abuſiva conceſſio facta eſt, conqueri poterit, cum hanc implicitam conditionem ejus infeudatio ſub ſe continere dicatur; Niſi ſpecialis valida conventio, vel aliæ facti circumſtantiæ, ſeu legitima conſuetudo aliter ſuadeant.

Vicario autem Domini, hæc poteſtas, abſque ſpe-
324 ciali nota, demandata non cenſetur, niſi ubi actuum frequentia, vel obſervantia, ſive aliæ facti circumſtantiæ, Domini voluntatem redolere videantur; Rara verò præſertim in Italia, in feudis eſt hujuſmodi inveſtituræ praxis. *De his d. tit. de emphyteuſ. diſc. 1. & 2. & d. diſc. 3. de Regal.*

Proutetiam rara eſt altera quæſtio feudalis conceſſionis, quæ de eodem feudo duobus fiat, illaque ex
325 facto potius, quam ex jure deciſionem recipit; Quamvis enim re integra, quia nemini traditio facta ſit, primæ conceſſioni aſſiſtat regula, quæ è converſo aſſiſtit ſecundæ, quæ prioris traditionis fomentum habeat; Attamen ex clauſulis, illa præſertim conſtituti, ſive ex aliis actibus, ac ſignis traditioni æquipollentibus, plures recipit limitationes, ideoque certe determinatio non datur.

Frequentes autem, (in dicto præſertim citerioris Siciliæ Regno) audiuntur quæſtiones circa infeudationes Civitatum, Oppidorum, & locorum, quibus
326 ex gratia, & privilegio, vel contractu, & cauſa correſpective conceſſum eſt, ut non poſſint in feudum concedi, ſed ſub immediato Regis gubernio, ac juriſdictione conſervari debeant, (quod ibi eſſe de demanio dicitur; quamvis de ſtricti juris cenſura, deciſio pendeat, an ex gratia, vel juſtitia, & cauſa correſpectiva conceſſio prodierit; Attamen diſtinctio hæc, pro regulanda, ſeu refrænanda voluntate, nimium proficua eſt, ut hoc ſecundo caſu, longè difficilius infeudatio ſequatur, quam primo, non autem pro poteſtate, quæ etiam admittitur in caſu contractus, & cauſæ onerosæ.

Ideoque Regis Vicario, eique à latere aſſiſtenti
327 Concilio, fas eſt, hujuſmodi infeudationum exequutionem denegare, vel ſuſpendere, donec Rex certioretur, ac partes audiat; Sed Rege in eadem perſeverante voluntate, poteſtatis defectum foris externus non decidit, quidquid de interno ſit, cujus medicorum ſpiritualium ſunt partes agendi, ut *d. diſc. 184. de Regal.*

Quando autem de correſpectivis feudi conceſſione
328 jure venditionis agatur, laudabilis inolevit uſus, ad inſtar juris protbomiſeos, vaſſallis ad libertatem, ſeu demanium provocantibus, prælationem concedere; Quod etiam, (ad inſtar) ad caſum locationis extenſum eſt, ut volente Barone feudum alteri locare, vaſſallis, eorumque Univerſitati prælatio in pari cauſa concedatur, *ut diſc. 38. & 110.*

XVII.

De devolutione, ſeu caducitate, & amiſſione feudi.

Quamvis de feudi ſubſtantia non ſit ſcriptura; ſine qua inveſtitura fieri, ac probari poteſt; Ob nimiam tamen difficultatem, quæ, ſcriptura, deficiente, dignoſcitur, in factis, præſertim antiquis probandi legem præciſam inveſtituræ, cum reſtrictione 329
ad certa genera, vel tempora, ob quorum finem, à Domino prætenditur, devolutioni locum factum eſſe, cum ad hunc effectum, Domino ad devolutionem agenti, perfectæ, & concludentis probationis onus incumbat; (Aliis minus perfectis, ac adminiculativis probationibus ſufficientibus, pro ſervitii præſtatione, aliiſque incidentibus) Hinc per ora foreoſium volitare ſolet axioma, ut ad hunc devolutionis effectum, inveſtituræ ſcriptura neceſſaria ſit, ubi per finem lineæ, vel temporis peratur, *ut ſub tit. de Emphiteuſi ſæpius, & hoc tit. diſc. 70.*

Id autem recipiendum eſt, in illis regionibus, ac Principatibus, in quibus impropriorum feudorum uſus, ac praxis habeatur, quamvis de Civitatibus, 330
Oppidis, & Caſtris, cum Imperio, ac jure vaſſallorum agatur, adeo ut, poſſibilitas vigeat allodialitatis, vel impropriæ, ac purè hæreditariæ feudalitatis, cum jure tranſmittendi extra proprium genus ad extraneos; quoniam perfecta, & concludens probatio contrariam poſſibilitatem non admittit; Secus autem ubi ex generali regionis uſu, Civitates, Oppida, & Caſtra prædicta, nonniſi jure veri, ac proprii feudi obtinentur, ut (exceptis Eccleſiis) eſt in ſæpius enunciato Regno Neapolitano, cum tunc, probata dicatur feudalitas, eo ipſo, quod diverſæ qualitatis, probationes, vel vehementia argumenta non dentur, ut propterea ad limites juris communis feudalis, vel peculiaris regionis, feudorum ſucceſſioni reſtricta ad certum genus, vel certos gradus, iſtis deficientibus devolutionis locus fiat.

Conſtito autem per ſcripturam, vel aliam efficacem probationis ſpeciem, de inveſtituræ reſtrictione 331
ad certum genus, iſtiuſque fine probato, planum eſt jus Domini ſuper devolutione, adeout, facti potius, quam juris, hujuſmodi quæſtiones eſſe videantur, quoties de hac non culpoſa, ſed naturali devolutione per lineæ, vel generis finem agatur; Potiſſime verò ubi 332
ex genere vocato, ſuperſint quidem perſonæ, de quarum capacitate, vel incapacitate quæſtio ſit, ut in clericis, ac fæminis, earumque deſcendentibus, vel in iis, qui aliquo natalium defectu, quamvis artificialiter ſanato, laborent, juxta ea, quæ, in capacitatis, vel incapacitatis Rubrica ſuperius habentur; Atque ad hunc effectum, (non controverſa etiam feudali qualitate ad certum genus, vel ſanguinis ſucceſſores reſtricta) pro neceſſario requiſito, ob nimium difficilem probationem contrariæ poſſibilitatis excluſivam, de facto ſcripturæ neceſſitas urgere videtur.

Ipſo autem genere capace adhuc durante, adeout 333
nulla ſit finitæ inveſtituræ quæſtio; Plures dantur accidentalis revolutionis caſus, ſub caducitatis, vel amiſſionis vocabulo explicari ſoliti, quaſi quod terminus devolutionis non congruat niſi illi, quæ citra culpam, vel aliud accidens, ex ſolo naturæ curſu ob lineæ, vel generis finem ſequatur.

Caducitati autem, ſive amiſſioni, quamvis inveſtitura [illegible]
duret, ex pluribus locus fieri ſolet, quæ nõ facile [illegible]
compendio recenſere eaque præſerti [illegible]
quã, vel nimiũ rarò audit, in propria [illegible]

Digitized by Google

Magis autem in praxi contingibilis eſt caſus non
præſtiti, ſtatuto loco, val tempore, ſervitii perſona-
lis, vel realis.

In hoc autem certam, ac determinatam regulam non
335 habemus, cum juxta regionum, ac Ditionum varias
leges, vel conſuetudines, varia ſit praxis, quæ præ-
ſertim in temporali Ditione Eccleſiæ, omnium rigo-
rolior eſt, ut caducitas ipſo jura reſultet; In terminis
verò generalibus juris communis feudalis plures deſu-
per habentur diverſæ opiniones, illa verò probabilior
videtur, ut quoties ceſſatio dolum, ac ſpretum po-
ſitivum non redoleat per quandam ſpeciem interver-
ſionis dominii, tunc monitio, ac verà contumacia
poſitiva, ejuſque declaratoriæ d deſideretur, ideoque
caducitas ipſo jure ſolo lapſu temporis non reſultet,
ut *diſc.* 5.

Aliæ ſunt cauſæ f. lloniæ; Non petitæ renovationis
infra annum, & diem; Alienationis, Notabilis cul-
336 poſa deterioratio; Dominii negatio; Gravis injuria
Domino facta, & ſimilia, quarum tamen rara eſt pra-
xis, excepto caſu felloniæ. cum aliarum excuſatio da
facili cadit ad hunc pœnalem effectum evitandum.

Ubi verò antiquum ſit pacti, & providentiæ feu-
dum, quæſtio eſt; an colpa poſſeſſoria, ipſius culpoſi
337 perſonam egrediatur, alioſque ſucceſſores proprio
jure venientes afficiat; N gativam aa peobabili ſua-
dente ratione, ut quod capreſſe, ac directè probibi-
tum eſt, ind rectè permitteendum non ſit, ideoque poſ-
ſeſſor expreſſe alienate probibitus in præjudicium ſuc-
ceſſorum, ita indirectè non valeat ejus præjudicium,
ſuique juris privarionem inferta.

Contrarium verò magis receptum eſt, ubi fraudis
& colluſionia ſuſpicio non orgeat, quaſi quod do-
minus, non perſonam deficientis, ſed ipſum deficien-
tiæ factum ſpectet; Faciliùs tamen ſucceſſori non cul-
poſo, naque à culpoſo ejus jus metienti, concedanda
eſt illa æquitativa moræ purgatio quæ ipſimet moroſo
quoties malicia daſit, atque jus domini deterius effec-
tum non ſit, concedi ſoler, ut *eod. diſc.* 5.

Ubi autem caſus præbeat, ut dominus caducitata
acceptata, ipſimet moroſo, ſeu deficientia, novam ex
338 integro ejuſdem feudi conceſſionem faciat, an hæc
nova dicenda ſit, vel potius jure implicitæ remiſſio-
nis incurſæ caducitatis eadem antiqua perſeverer,
non levis eſt inter feudiſtas quæſtio; Cùm ea diſtinc-
tione ea magis communi, ac probabili ſententia de-
cidenda; An agatur da effectibus ea nova qualitata
reſultantibus inter dominum, & feudatarium noviter
infeudatum, & infeudatio pro nova haberi debeat;
Aut verò reſpectu agnatorum, ex antiqua, non an-
tem aa nova inveſtitura vocatorum, & tunc pendet à
bona, vel mala fide, & an fraudis, vel colluſionia
urgeat ſuſpicio, nec ne, ut ea urgenta, dicatur anti-
qua continuatio jure remiſſionis, quàm nova importet,
ſecus autem è converſo.

Nimium quoque attendendo eam circunſtantiam,
339 an prior inveſtitura notabiliter altarata ſit, vel potius
nova ſit antiquæ conformis, ut primo caſu novum
feudum conſtituat, ſecus autem ſecundo.

His tamen ita generaliter attendendis pro regula,
ex qua juris præſumptio reſultet, contraria tamen
expreſſa vel adminiculativa, particulari probationa
340 elidibilis; Adeout facti ac voluntatis potius quàm
juris quæſtio ſit, pro facti qualitata ſingulorumque
caſuum circunſtantiis decidenda prudenti arbitrio, ut
eod. diſc. 5.

XVIII.

De detractionibus, quæ devoluto feudo competunt hæredi feudatarii adverſus dominum; Et de aliis adverſus agnatum feudi ſucceſſorem, præſertim de melioramentis; Et de feudi imputatione.

341 Alia eſt detractionum ſpecies, quæ ceſſato feudo
eoque ad dominum devoluto, competit feuda-
tarii hæredi, vel ſucceſſori adverſus dominum feudo
alium ab eo noviter inveſtitum; Alia verò, quæ feudo
ejuſque inveſtitura adhuc durante, feudatarii hæredi,
vel ſucceſſori competit adverſus agnatum jure proprio
ſuccedentem; Licet enim iſti caſus in pluribus concor-
dant, in pleriſque tamen diſcordant.

In prima ſpecie generalis diſtinctio eſt inter culpo- 342
ſam & non culpoſam devolutionem, ac feudi termi-
nationem, ut in culpoſæ caſu, nulla inſeparabilium
melioramentorum detractio fiat, Minuſque eorum
ſeparabilium, quæ vel ex eorum natura ipſi feudo,
ejuſque munitionibus annexa ſint, ut ſunt bombardæ,
aliaque gravia, & penè fixa bellica inſtrumenta; Vel
ex voluntate, ſeu deſtinatione feudatarii ea facientis
feudo annexa dici valeant, cum tunc feudalem naturam
aſſumant, atque de feudi pertinentiis fiant.

Ubi verò non culpoſa ſit feudi terminatio, puta 343
ob lineæ, vel generis finem, tunc ſi lex inveſtituræ
omnium melioramentorum genericam devolutionem
per verba ampla præſcribat, nulli detractioni locus eſt
ſibique feudatarius imputet, cur ea ultra neceſſitatem
fecerit, ſciens legem inveſtituræ niſi facti circunſtan-
tiæ talem redoleant æquitatem, quæ judicis officio,
conventionis rigorem temperanti locum aperiat; Idque
indefinitè ſive agatur de inſeparabilibus, ſive de iis
ſeparabilibus, quæ ex deſtinatione inſeparabilium jure
cenſenda ſunt, eorumque ſpeciem habent.

Ceſſante verò lege inveſtituræ, ſeu alio regionis
peculiari ſcripto, vel non ſcripto jure, ſpectatiſque 344
terminis juris communis feudalis, vel etiam civilis,
(ſubſidiariè jure feudali ceſſante attendandi) ſepara-
bilium detractio indefinitè competit, niſi domi- 345
nus (eorum præſertim, quæ ipſi feudo deſtinata ſunt)
æſtimationem offerat, quanti hæredis, vel ſucceſſo-
ris interſit ea removeri, ac diſtrahi, & non ultra, cum
hæc prælatio domino concedanda ſit; Inſeparabilium
verò materialium, ut ſunt aucta, val refecta ædificia,
plantationes, expurgationes, ac ſimilia nullam exi-
gunt refectionem.

Ea verò inſeparabilia, detractionem, vel refectio-
nem exigunt, quæ intellectualia, ſeu incorporalia ſint, 346
adeout tali melioratione non facta deterior remane-
ret feudi devoluti conditio, ideoque intret æquitas ob
utile negotium pro domino, ac feudo geſtum, quia
nempè cenſuum, ac præſtationum, aliarumque ſer-
vitutum onera extincta ſint, ſive notabilea facti ſint
ſumptus in litibua, vel in bello pro feudi defenſione,
vel recuperatione, ultra illas ordinariaa, ac moderatas
expenſas, quæ ipſius feudi fructibus, in ſingulis annis 347
ac temporibus proportionatæ.

E converſo autam, ſi non ea natura rei, minuſque
ex facto, & culpa feudatarii, ſed ex facto domini feu-
dum ceſſet, quia nempè alteri dederit, vel reſtituerit,
tunc ultra inſpectionem evictionis circa ipſum feu-
dum, certum eſt feudatario reficiendum eſſe totum 348
id, quod impendit, vel quod intereſt, atque in oppoſi-
tum ejus, quod receptum eſt in caſu naturalis ceſſa-
tionis, cum iſto caſu attendatur quod minus, in illo
autem quod magis, ac totum, quod etiam extrinſecè
intereſt.

Niſi juſta cauſa accedat, ob quam dominus excuſa-
bilis reddatur, unde actus neceſſitati, vel juſtitiæ po-
tius, quàm gratiæ, ac voluntati referatur, quia nempe
Reipublicæ neceſſitas, vel utilitas ità exigat, ut præ- 349
ſertim in aa reſtitutiona exemplificari ſolet, quam re-
bellibus, vel iis, qui ex fellonia, ſive in odium ini-
mici domini, feudo privati fuerint facere oporteat
in vim capitulationum pacis.

In altera verò ſpecie refectionis, vel detractionum
inter feudi ſucceſſorem, ac prædeceſſoris hæredem
intrant eadem, quæ ſupra cum domino habentur, Cum
ea differentia, quod inſeparabilia melioramenta ma-
terialia, quæ de recepto feudorum uſu, per domi- 350
num, etiam in caſu non culpoſæ devolutionia, non
reficiun-

Digitized by Google

reficiuntur, (cujus contrarium eſt in emphyteuſi, vel locatione) per ſucceſſorem ubi utilia ſint, ad utilitatis tamen limites, quatenus hæc ſit minor impenſo reficiantur, ſin minus quod impenſum eſt.

Cadente quæſtione in melioramentis intellectualibus, quæ ab extinctione cenſus, vel annuæ præſta-
351 tionis reſultant, an reſoluto jure feudatarii, qui cum ejus pecunia onus redemit, vel acquiſivit cenſus, vel jus fructiferum ad ejus commodum reviviſcat, quod ea facti qualitate determinationem recipit; His omnibus ita procedentibus, quando expreſsè vel admi-
352 niculativè ſufficienter non conſtet animo donandi melioratum eſſe, *De his omnibus in materia melioramentorum & detractionum diſc.* 23. 25. & 27.

Aliæ verò detractionum ſpecies; Pretii ſcilicet feu-
353 di novi, ad omnium filiorum commodum ubi ſoli primogenito ſucceſſio deferatur, Seu vitæ militiæ; Vel paragii in feudo antiquo cum ſimilibus, onerum feudi potius materiam, ac Rubricam percutiunt.

Imputationis autem de feudo, vel pretio faciendæ
354 in legitimam, vel aliud jus, quod feudi ſucceſſori competat, deciſio pendet à feudi qualitate, an purè hæreditarium, vel novum ex cauſa oneroſa ſit, vel potius antiquum pacti, & providentiæ, ſeu novum ejuſdem naturæ gratuitum, ut primis duobus caſibus feudum imputetur (quatenus filius illud velit, non autem, ut invitus cogi debeat) ſecus autem in duobus aliis poſterioribus, ut *diſc.* 19. & 108.

Prout quanta ſit legitima primogeniti in feudo antiquo habente eam mixtam qualitatem, quæ in ſæpius enuntiato Regno Neapolitano eſt in uſu, ſub quæſtione eſt; Verius autem eam eſſe tertiam totius; Cadente quæſtione, an onera connaturalia vitæ militiæ, & paragii, ante, vel poſt detrahi debeant, atque probabilius, ut de eo quod ſupereſt, non tamen abſque probabili ratione dubitandi, ut *diſc.* 108.

XIX.

De quæſtione poſſeſſionis feudi, & qui in poſſeſſorio debeat obtinere; Et de Judice cauſæ feudalis.

EAdem retenta diſtinctione, de qua proximè præcedenti Rubrica, inter quæſtionem, quæ ſit inter dominum contendentem de feudi devolutione, ac feu-
355 datarii defuncti hæredem, vel ſucceſſorem; Et eam, quæ ſit inter agnatos contendentes de ſucceſſionis pertinentia; Sive inter agnatum, & feudatarii defuncti hæredem, de ſuccedendi capacitate; vel reſpectivè de rei libertate contendentes.

In prima parte, Diſtinctio eſt inter dominum privatæ fortunæ, ſive ita ſuperiorem recognoſcentem,
356 ut juris regulis, ac limitibus obnoxius exſtat; Et eum, qui ſupremum Principem agat (ut frequentius in veris, ac propriis feudis nobilibus contingit; Primo enim caſu, procedit eadem diſtinctio; quæ in frequentiori emphytheutica materia recepta eſt, ut claro exiſtente devolutionis caſu potiores in poſſeſſorio ſint domini partes, non autem ubi dubium (quale quale ſit) iſto enim ſecundo caſu, ſive in retinendæ, ſive in adipiſcendæ, vel recuperandæ remedio, ea facti qualitate, pro feudatarii hærede, vel ſucceſſore reſpondendum eſt, ut *ſub tit. de emphyteuſi pluries.*

In altero autem, in quo fiſcus verè adſit, quia Do-
357 minus in ea ditione ſit ſupremus (ſivè de jure, ſive de facto) penè generalis inolevit uſus, ut fiſcus poſſeſſionem adipiſcatur, atque devolutionis litem, non vacuis, ſed plenis manibus agat, *diſc.* 2. 35. & 56.

Ubi verò inter privatos quæſtio ſit, quia ſcilicet (nulla cadente feudi quæſtione) de capacitate vel ma-
358 jori pertinentia diſputetur, ut frequenter inter fœminam, vel cognatum proximiorem, & agnatum remotiorem ſit concurſus; Vel quia ipſa feudi qualitas controvertatur, inter agnatum in ea ſe fundantem, & defuncti hæredem, eam negantem, atque de allodialitate, ſeu rei libertate contendentem; Et tunc eadem intret diſtinctio inter caſum clarum & dubium, ut in hoc ſecundo caſu proximioris, vel hæredis defuncti 359
potiores eſſe debeant partes.

Pluribus deſuper cadentibus in propoſito legitimi contradictoriis quæſtionibus, quæ beneficiali; ac fideicommiſſariæ materiæ communes eſſe videntur, atque cum eiſdem regulis, ac diſtinctionibus regulandæ; Et in quibus, utpotè facti qualitate, ſingulorumque caſuum circumſtantiis deciſionem recipientibus, non de facili certa compendioſa regula tradi poteſt, ideoque in propria ſede videndum eſt, ut *diſc.* 43. & 104.

Judicis autem, vel fori competentis quæſtio apud 360
feudiſtas quoque involuta eſt, variis varia ſentientibus; Aliis opinantibus, ut per Curiæ Partes cognoſci debeat, ut juris feudalis diſpoſitio dictat; Aliis deferendum eſſe conſuetudini; Et aliis ut ad ipſum dominum pertineat, ſi ſupremus eſt, vel ad eum, qui ſit utriuſque ſubditi ſuperior, & competens, iſtaque poſterior magis recepta eſt.

Eaque retenta, Alia cadit quæſtio, ubi de ſubfeudo
agatur, an ad mediatum, vel immediatum id pertineat, 361
probabiliuſque eſt ad immediatum ſpectare, niſi facti qualitas aliter exigat, ut *diſc.* 65.

Id autem in hac feudali materia, ſpeciale, ac notabile eſt, ut Eccleſia, vel Clericus coram domino laico, quamvis reus, ac poſſeſſor feudi cauſam, in iis tamen, quæ ipſum feudum concernunt, & non alias, reſ- 362
pondere, atque cauſam agere cogatur, ut *diſc.* 34. & 54.

Demum huic feudali materiæ potiſſimum congruit idem, quod in alterius fideicommiſſariæ compendio
advertitur, ut plus fortè remaneat dicendum, quam 363
dictum ſit; Eademque tamen ibi inſinuata commiſeratio quoque congruit; Potiſſimè quia (ut initio advertitur) non de univerſa tractatione, ſed de iis, quæ in foro tractare occaſio dedit, inſtitutum eſt agendi.

Quamvis enim poſt opus in conſueto Tuſculano otio jam completum, caſus dederit experiendi Evangelici oraculi praxim, ut ea, quæ ſapientibus, & prudentibus abſcondita ſunt, parvulis quandoque releventur; Adhuc tamen (viſionum gratia ceſſante) materia vaſta & involuta videtur, in qua ſemper plus dicendum remaneat, quam dictum ſit.

XX.

De dominio allodiali Civitatum, Oppidorum, & locorum, imperium ac juriſdictionem annexam habentium cum vaſſallis.

QUemadmodum antiquiori tempore præſertim in Italia, nimium frequens, ita noſtro moderniori
ſatis rarus uſus illius veri, ac puri allodii, quod im- 364
perium ac dominium cum jure territorii ac vaſſallorum annexum habeat, cum independentia à quocumque alio ſuperiore, adeout nonniſi Deus agnoſci dicatur.

Sciſſo enim in Romano Imperio poſt tot barbarorum incurſiones, ita rerum, ac temporum conditio in his partibus occidentalibus dedit, ut occupantium conditio potior eſſet; Poſtquam verò ſtatus aliquarum donationum (ab eodem vel alio forſan juridico principio originem trahentium (ad majorem Regni, vel æquipollentis potentiæ gradum devenit; Hinc adjacentium dominationum minoris potentiæ conditio, notabilem diminutionem pati coacta eſt, quoniam ſive ob quandam præſumptam genericam antiquam totius regionis dominationem, ob quam minus potentium poſſeſſio, antiquo feudali, vel vicario titulo referenda ſit; Sive quia ratio protectionis, voluntariam deditionem cauſaverit; Sive quia ſic exegerit ea ratio, quæ rationem non habet, neque jus dicentem agnoſcit.

Effectum eſt, ut hujuſmodi ſic diviſa, & minora dominia, veri allodii alias naturam habentia, eam immutaverint, atque ſubjectionem erga dominia majora agnoverint, cum quadam ſubintellecta improptia feudalitate, quæ veri allodii qualitatem excludat, pro alterius ſuperioritate, ac alto dominio, ipſorumque

Digitized by Google

infeſtiorum dominorum, (qui ſub Domicellorum vo-
cabulo explicari conſueverunt) majori vel reſpectivè
minori ſubjectione, ut ipſa obſervantia præbuit; Ac
propterea Baroonm, & feudatariorum, ſeu vaſſallo-
rum vocabulnm, quod feudatariis ſubordinaris pro-
priè, ac verè adaptatum eſt, iſtis quoque dominis,
vel Domicellis commune eſſe cœpit, ut ita à ſupremis
diſtinguantur, ut *diſc.* 63.

Ubi verò propriæ, ac veræ feudalitatis requiſita
deſint, tunc dicta exceptia impropria feudalitate te-
366 noia, quæ ratione alti dominii, ac ſuperioritatis al-
terius ineſſe cenſetur; In reliquia primævam allodia-
lium naturam, ac effectus retinent, in eo præſertim,
ut feudalibus legibus, vel conſuetudinibus, circa
367 ſucceſſionis ordinem, ac reſtrictionem, vel alienandi
prohibitionem non ſubjaceant, ſed more aliorum in-
differentium bonorum, jure communi Romanorum
regolentur.

Illi prohibitiooibus exceptis, quæ ex ſupremi le-
gibus particularibus in ea ditione vigeant, ut præ-
ſertim cautum eſt io Eccleſiæ, vel Sedis Apoſtolicæ
temporali ditione, quod antiquitus diſponendi, ac
alienandi libertate competente, quæ in aliis indiffe-
rentibus bonis competit, initium habuit prohibitio
ad venditionis, donationis, ac permutationis actus,
poſtmodum verò ad omnes alias ſpecies extenſa eſt,
non tamen ad alienationem impropriam minuſque
ad dotem, ad quos omnes actus quoque deindè exten-
ſum fuit, adeout etiam tractatus de alienando ſine
licentia ſit prohibitus; Adhuc expreſsè indeciſa re-
manente quæſtione, an hypotheca generalis ſub hac
prohibitione cadat; Magiſque de facto recepta vide-
tur affirmativa, non quoad pœnas, ſed quoad effectus,
juxta generales bonorum Eccleſiæ alienationis termi-
nos; Nimium tamen refert inſpicere dictarum prohi-
bitionum, ac extenſionum tempora, pro actuum præ-
cedentium validitate; ut *diſcurſ.* 66. *cum tribus ſe-
quen.* & *diſc.* 38.

368 Prout quamvis Baronibus, ac inferioribus Domi-
nis, ità Principi ſubordinaris, regulariter non con-
gruant jura Regalia, quæ ad ipſum ſupremum, vel ad
feuda Regalia, ac veræ Dignitatis pertinent; Attamen
in iis, quæ feudataſii ſunt, id procedit, cum ea ſub
feudali inveſtitura non veniant, niſi privilegiom ex-
preſſum, vel illud quod ex immemorabilis poſſeſſionis
beneficio allegari poteſt ea conceſſa eſſe probet.

In iſtis tamen (exceptis illis majoribus Regalibus,
369 quæ ab ipſo alto, ſupremoque dominio, ac Princi-
patu omninò inſeparabilia ſunt) non incongruit, ut
ea Regalia, quæ priùs in ſtatu veri allodii obtinebaa-
tur, poſt deditionem quoque, vel ſubjectionem reti-
neantur, ac durent, ubi præſertim obſervantiæ fo-
mentum accedit, ut *d. diſc.* 63.

Servitii quoque realis, vel perſonalis connaturalis,
370 ac ordinaria obligatio, quæ feudis ineſt, hujuſmodi
dominiis non incumbit; Minuſque renovationis,
vel actualis præſtationis juramenti onus.

Benè tamen ab eis debetur illud obſequium, ac
etiam quandoque extraordinarium ſervitium, quod
cuicunque fideli ſubdito, quamvis non feudatario, in-
cumbit erga Dominum; Multo magis hujuſmodi
371 Baronibus, ac Domicellis, in quibus ut pluries in-
ſinuatur, quædam (licet valde remota, & impropria)
feudalis qualitas adeſſe videtur, adeout à reliquo
populo privato, in aliquo differant.

X X I.

De Bulla Baronum.

Retento præſuppoſito, in proximè præcedenti Ru-
brica inſinuato, ut quicquid juxta varias opinio-
nes Baronis vocabulum de jure ſignificet de facto ta-
372 men, communi uſu, præſertim Italiæ magiſque in
ſpecie temporalis ditionis Eccleſiæ Romanæ, vel
Sedis Apoſtolicæ complectatur omnes Magnates, ac
Nobiles, qui Civitates, Oppida, Caſtra, & loca cum
imperio, ac juriſdictione in ſubditos poſſideant, ſive
in allodium, dominium, ac poſſeſſio obtineantur.

Hinc ad iſtius Bullæ materiam, illud ad hunc
effectum non intrat inſpectio feudalitatis vel allo-
dialitatis, quoniam ſufficit eum eſſe poſſeſſorem bono- 373
rum juriſdictionalium, quæ intra dictam Ditionem,
ſeu Statum Eccleſiaſticum immediatum ſita ſint. *De
tota hac materia in compendioſo diſc.* 73. ubi alii enun-
tiantur.

Potiſſimè verò, quia non ſolo Baronum vocabulo 374
Bulla utitur, ſed illud magis generale Domicellorum
quoque adhibet; Ac etiam quia non vocabula, ſed
rei ſubſtantiam, ſive ipſum juriſdictionis factum atten-
dit; Ubi tamen jure proprio, non autem alieno ac
adminiſtratario competat, dum pro illis debitis, quæ
poſt ceſſatam de facto juriſdictionem ob legitimè
diſtracta vel refutata Caſtra, & bona juriſdictionalia 375
contracta, illud prænotandum eſt, quod tunc illam
non intrare probabilius, ut deciſum & receptum eſt,
quamvis Baronis nomen, ac præeminentiæ retinean-
tur.

Hoc itaque ita prænotato, Agnoſcens Clemens 376
VIII. vigilantiſſimus ac optimus Pontifex, in utraque
etiam Canonica, & Civili facultate peritiſſimus, atque
in Rotæ Auditorio, aliiſque publicis muneribus ante
Pontificatus apicem diu verſatus; Hæreditario etiam
quoque jure magni Juris Conſulti Sylveſtri Aldobran-
dini Patris dictam peritiam obtinens.

Ut publici commercii fidei, ac libertati, (quæ
præſertim in Regia, totiuſque Catholici Orbis Me- 377
tropolitica Civitate neceſſaria eſt,) nimium præju-
dicialia eſſent, fideicommiſſorum, ac primogenitorum,
& majoratuum; nec non inveſtiturarum vincula, &
jura, quibus freti, Magnatum, ac Baronum filii &
ſucceſſores, parentum aliorumque majorum credito-
res eludere in conſuetudine habebant; Quodque
commiſeratione digni cenſeri deberent mercatores, &
artifices, ac alii, qui bona, vel pecunias, hujuſmodi
Magnatibus, ac Baronibus, & potentibus viris cre-
diderunt, eiſque fidem denegare auſi non ſunt, neque
de facili audere poterant.

Per ejus Conſtitutionem, quæ vulgò *Bulla Baro-
num* appellatur, tribunal quod ſub Congregationis
vocabulo explicatur, ex pluribus Cameralibus Præ- 378
latis conſtitutum erexit (*Congregatio Baronum* vulgò
nuncupatum) cui facultatem dedit, ut mandatis exe-
quutivis, per Judices ordinarios legitimè relaxatis,
quæ contra Barones viventes, vel eorum defunctorum
rum hæreditatem, atque in bonis liberis alias exe-
quibilia ſint, promptam ac ſummariam daret exe-
quutionem, ſuper bonis omnibus quovis modo per
Baronem debitorem poſſeſſis, tam juriſdictionalibus,
(ſive feudalia, ſive allodialia ſint) quam indifferen-
tibus, quamvis per ſucceſſores jure proprio, fidei-
commiſſorum, ac majoratuum, & primogeniorum,
ſive inveſtiturarum titulo poſſiderentur, dictis fidei-
commiſſis, majoratibus, primogeniis, inveſtituris,
ac aliis quibuſcumque vinculis hujuſmodi, non ob-
ſtantibus, quibus omnibus, ampliſſimè derogatum
cenſeri ſtatuit, adeout emptores ab eis omninò tuti
ſint.

Diſponendo, ut ex reliquis Baronia debitoris bonis 379
liberis (ſi quæ ſint) fideicommiſſa vel majoratus, &
primogenia, aliaque ſimilia ſucceſſorum jura reinte-
grari debeant, ipſoque jure ſubrogata cenſeantur.

Proſsùs nova in Mundo, nimiumque exorbitans
iſta lex viſa eſt; Neutro tamen vitio laborat; Non 380
quidem illo novitatis, dum in alia Italiæ Ditione,
in bonis feudalibus, quamvis pacti, & providentiæ,
antiquitus idem jam ſtatutum fuerat.

Minuſque illo exorbitantiæ, ac odibilitatis, quaſi
quod jus naturæ, vel gentium læderet; Tum quia pu- 381
blica commercii cauſa, & favor creditorum onerosam
cauſam foventium, ac etiam ille favor, quem ipſimet
Barones

Baronas reportant, ut eis libere credatur, prævalent
privato favori ſucceſſorum, qui lucrativam cauſam
ex fidaicommiſſaria ſucceſſione fovent.
382 Tum etiam quia ignari vulgi opinatio eſt, ut de-
rogatio fideicommiſſorum, aliarumque diſpoſitionum
illorum, qui jam defuncti, & annihilati ſunt, juris
naturæ, vel gentium læſionem redoleat, cum rejecta
quadam leguleica ſimplicitate) verius ſit, ut teſtandi,
vel aliàs de bonis diſponendi facultas, pro tempore,
383 quo jam eorum dominus, ac poſſeſſor annihilatus eſt,
neque dominium habere poteſt; ex legis poſitivæ
benignitate, non autem ex jure naturæ, vel gentium
manet; Adeout ſub Judice ſit lis, an id per legem
poſitivam concedi potuerit, vel benè conceſſum
ſit.
Fortiùs verò ubi; non de prima directa, & imme-
diata diſpoſitione agatur, per quam ſuperſtes, à priori
384 domino, antequam annihilaretur, bona obtineat; Sed
de mediata, & obliqua (quam fideicommiſſariam di-
cimus) cum eam, ipſamet antiqua lex poſitiva, præ-
ciſè obligatoriam facere noluerit, totamque fidei
ejus, cui id commiſſum eſt, reliquerit; illa verò
neceſſitas, quam hodiernus uſus habet, à moderniori
lege, ac Romano Principe manaverit,
Ideoque nil prohibet, ut quod una lex poſitiva in-
385 duxit, altera lex poſitiva tollat, quodque id, quod
unus Princeps Romanus ligavit, alter Romanus Prin-
ceps ſolvat.
Si quæ verò exorbitantia conſiderabilis eſt, ea po-
tius in ejus praxi, quam in ipſa lege adeſt, ut ſcilicet,
386 non pro quocumque voluntario, ac imprudenti debito,
vitioſam, ac imprudentem diſſipationem, vel prodi-
galitatem redolente, practicari debeat, ſed pro eo,
quod ex neceſſaria, vel ſaltem honeſta, & non dam-
nabili cauſa contractum ſit, & cui ejuſdem legis ratio
congruat, juxtà praxim, ſeu interpretationem, quæ
dictæ conſimili alteriùs Ditionis antiquiori legi tra-
dita eſt.
Prudentem, atque commendatione dignam hujus
legis moderationem tradidit, æque vigilantiſſimus, ac
optimus Pontifex, omnigena ſcientiarum eruditione
387 præditus, Urbanus VIII. mediatus ſucceſſor, cum
prudenti temperamento, quo mediante omnibus
conſultum eſt; neque Baronum fidei credentibus
conquerendi occaſio ſupereſt.
Ut ſcilicet, poſtquam fideicommiſſorum, aliarum-
que diſpoſitionum, vel inveſtiturarum documenta,
388 in quodam publico Archivio exhibita, & regiſtrata
ſunt, cum diſtincta indicatione bonorum ſub eis ca-
dentium, quorum omnium enunciato in publica ta-
bella, in eodem archivii loco, ut omnibus pateat, per
ſex menſes expoſita, contineatur, iis qui poſtmodum
Baronibus crediderunt, dicta prior Clementina lex,
nullatenus valeat ſuffragari; cum ſcientibus, vel
ſcire valentibus nulla dicatur fieri injuria, neque
commiſeratione; ità credentes, digni ſint.
Dubitandi verò anſam; iſta nova lex (quæ Bulla
Archivii vulgò nuncupatur) præbuit; an ejus ratione
magis, quam forma attenta, ſola fideicommiſſorum,
389 aliorumque vinculorum ſcientia, in contrahente ſuffi-
ciat, ut dictæ Bullæ præſidio indignos cenſeri debeat;
Atque aliquorum opinio affirmativa fuit; Contrarium
autem probabilius videtur, cum præſcripta forma;
certas ac peculiares habeat rationes, quæ ſimplici
ſcientiæ, quamvis certæ non congruunt, de quibus
in ſua ſede.
Super dictæ autem Bullæ Baronum praxi, ac in-
terpretatione, plures huc uſque exortæ ſunt quæſtio-
390 nes, quæ innoteſcant; Potiſſime verò, an ea favora-
bilis, vel odioſa cenſenda ſit, pro ejus lata, ac be-
nigna, vel è converſo ſtricta, & rigoroſa interpreta-
tione facienda; Atque priuſquam dicta moderatoria
lex prodiret; eam favorabilem eſſe Rota cenſuit; Poſt
dictam verò novam legem, contrarium ſentire viſa

eſt; Adinſtar earum, quæ circa facultates transferendi
Eccleſiaſticas penſiones; ob novam ſupervenientem
Apoſtolicam Conſtitutionem (variando ſententiam)
habentur. Negari quippe non poteſt, legem à jure com-
muni exorbitare, ſed facta comparatione odii, ac fa-
voris hinc indè colluctantis, favor potius, ut ſuprà
præponderare videtur, quoties tamen diſcretè, ac ad li-
mites rationis, cui lex innixa eſt, ejus praxis admittatur;
Altera eſt frequentior quæſtio, magnam habens
opinionum diverſitatem apud Curiæ Profeſſores,
an eadem Bulla operetur, ut tunc & ab initio, quo
debita contracta ſunt, adeout illico ad bona per Ba- 391
ronem poſſeſſa jus quæratur, fideicommiſſis aliiſque
vinculis non obſtantibus; Vel potiùs operetur
ut nunc, quando Congregatio ex poteſtate per
Bullam ſibi attributa manus apponit, atque vincula
tollit; Omninò autem probabilior videtur hæc poſte-
rior opinio; quodque prior nullum habeat probabile
fundamentum, ut in ſua ſede.
Effectus autem quæſtionis, præ cæteris, ille notà-
bilis eſt, quod poſteriori opinione retenta ſuper ope- 392
ratione ex nunc, non antea jus aperiatur creditoribus,
qui Bullæ tantum præſidium habeant; Ideoque licet
inter eos, ex ejuſdem Bullæ beneficio æqualiter ve-
nientes, anterioritatis, ac potioritatis ordo ſervari
debeat; Adhuc tamen iſti poſtponendi veniunt aliis, 393
quamvis tempore poſterioribus, qui ex ſpeciali dero-
gatione Pontificia, vel ex ea, quam lex concedit
(putà favore dotium) jus anteà quæſiverint, juxta
illum ordinem, quem in feudis, aliiſque ſine Prin-
cipis, vel alterius aſſenſu alienari prohibitis, atque
in libero commercio non exiſtentibus, inducit ipſe
aſſenſus, qui actum animat, ac informat; Indecisa re- 394
manente quæſtione reſpectu eorum, quibus à lege ſu-
per fideicommiſſis, eis non obſtantibus jus tributum
eſt, ſi poſt fideicommiſſi diſſolutionem naſcantur.
Quamvis autem de legis natura ſit, futurum, non
autem præteritum tempus reſpicere; Attamen rece-
ptum eſt iſtam legem (ità ejus contextu probante) 395
præterita quoque complecti, ideoque in debitis, ante
illius editionem contractis, locum quoque ſortitur.
Dubitandum aliàs fuit, an Bulla procedat in præ-
judicium minorum, aliorumque privilegiatorum, De- 396
ciſum tamen fuit, ut indefinitè locum habeat, atque
hoc jure, extra controverſiam, hodiè vivitur.
Non modica item dubitatio aliàs habita eſt, an
eadem Bulla procedat in debitis contractis ante baro-
nalem qualitatem, quæ poſtea ſuperveneri; Verùm 397
hodie pariter extra controverſiam videtur affirma-
tiva; Sicuti è converſo (ut ſuperius inſinuatum eſt)
recepta eſt negativa in debitis contractis poſt ceſſatam
actualem baroniam; Sive in bonis poſt eandem
ceſſationem obventis cum vinculo fideicommiſſi.
quamvis debita, de tempore baroniæ contracta eſſent; 398
Ex urgente efficaci ratione, quod qui bona dedit,
vel reliquit, eatenus id egit, quatenus ceſſatam vidit
illam qualitatem, quæ vinculum in ejus bonis volu-
tum, ac deſideratum, deſtruebat, alias non relicturus, 399
vel non daturus.
Indeciſus verò eſt caſus tamen, an eadem Bulla diri-
mat fideicommiſſum, vel aliud vinculum, quod adje-
cerit ille, qui adhuc vivat; atque contrariam declaret 400
voluntatem, probabiliorque videtur negativa.
An autem debita aliena, fidejuſſorio nomine, per
Baronem contracta hujus Bullæ beneficio potiantur,
ſub quæſtione eſt, in qua licet aliqua habeatur de- 401
ciſio pro affirmativa, ubi præſertim æquè principalis
obligatio accedat; Non tamen hæc opinio ità inde-
finitè ſumpta placet, ſed cum diſtinctione; de qua in
ſua ſede accipienda eſt ex jam dicta ratione, quod
Bulla practicari, ac interpretari debet ... plures
rationis, quæ conditoris mentem movere potuit, &
quæ illam ab exorbitantia ſalvat.
Baronum autem, vel Domicellorum nomine ad hunc
effectum

402 creditum veniunt quidem omnes quovis modo, Oppida, &
Caſtra, ſeu bona juriſdictionalia cum actuali juriſdictionis
ex tertio poſſidentes, jure tamen proprio, non autem alieno,
ſeo adminiſtratorio, ac etiam cum actuali juriſdictione & poſſeſ-
ſione, non autem habituali tantum ſine exercitio.

Veniuntque illi, qui dicta bona juriſdictionalia poſſident,
in Italica temporali Eccleſiæ ditione immediata, non autem in
403 ejuſdem Eccleſiæ pariter temporali ditione mediata, quæ in
feudum Regale, ac Dignitatis ab alio poſſideatur, cum jure
Principatus, ac omnimodo Imperio, ſolis alto dominio, ac ma-
jori ſuperioritate Papæ reſervatis, Aliquibus etiam dictæ Ita-
licæ immediatæ ditionis locis exceptis.

Ubi verò hujuſmodi feudorum devolutio ſequatur, adeout
pars infeudata ad ejus priorem cauſam, ac unitatem redeat;
404 Quamvis aliquando decisum ſit, Bullam ibi vires non ſorti-
gere; Contrarium tamen verius eſt, magiſque receptum cum
ſublata cauſa ſeparationis, univerſa ditio, ejuſdem naturæ ſit,
niſi expreſſe in contrarium caveatur.

An autem pro debitis ex cauſa legatorum, vel donationum,
405 idem beneficium competat, ſub quæſtione quoque eſſe conſue-
vit; Verior autem eſt negativa, niſi facti circumſtantiæ debiti
naturam immutarent, illudque onerosum, atque correſpectivum,
ſaltem ex parte debitoris redderent.

Cumque in vim Bullæ per dictam Congregationem ipſa Caſ-
406 tra, & bona vendi valeant, ac debeant ſubhaſta quæ poſſeſſoris
conditionem deteriorem reddere ſolet; Hinc pro[illegible] debitor
vel ſucceſſor, qui pro Baronis prædeceſſoris debitis huic damno
ſubjicet, ſi illud præveniat, contrahendo debita, ſeu cenſus im-
ponendo, ſubſtinetur actus, cui Bulla prodit.

Non tamen ei licitum eſt, Congregatione inconſulta, ipſo-
rum bonorum veras, ac proprias alienationes facere; Caduca
quæſtione, adhuc indecisa, quatenus ad actualem alienationem
407 procedatur, cui Bulla non aſſiſtat, unde propterea ſucceſſori jure
proprio venienti, bonorum vindicatio competat, An emptor,
qui ex actionis, vel reſpective pretii creditor efficitur, ità
computari mereatur inter creditores, de quibus loquitur Bulla,
quæ ſuffragetur.

In caſu tamen ſervatæ formæ dictæ alterius modernæ legis
moderatoriæ, (quæ ut ſupra vulgo *Bulla Archivii* dicitur) ſi
bona in Archivo, ejuſque expoſita tabella deſcripta melioren-
408 tur, atque ita recipiant incrementum, utpote non archiviatum,
eodem jure cenſendum ſit, atque deciſio pendere videtur a diſ-
tinctione ſeparabilium ac inſeparabilium melioramentorum.

Cumque Bulla de Caſtris, Prædiis, & Palatiis aliiſque bonis
loquatur, Quæſtio cadit, an in iis quæ tertiam ſpeciem conſti-
409 tuunt, potiuſque juriuni quam bonorum vocabulum merentur,
ut ſunt cenſus, & loca montium, procedit; Pluraque negativam
ſuadent, licet certa deciſio non habeatur.

Prout ſub quæſtione eſt, an ſub eadem Bulla veniant bona de
Eccleſiarum directo dominio; Et quatenus veniant, an pro ſolo
410 jure utili poſſeſſoris, non autem pro directo; ut in ſua ſede; illud
autem certum eſt, ut dominio directo Sedis Apoſtolicæ, ac reali-
bus obligationibus exinde non præjudicetur.

411 Ad quoſcumque verò Judices, ac Tribunalia privativè ſola
Congregatio Baronum hujuſmodi facultatem habet, atque vin-
culis removendo, bona diſtrahit, neque alter in hoc ſe ingerit;
Excipiendo tamen ratione [illegible] de Bullæ diſpoſitio-
412 ne coram quocumque Judice objici poteſt.

Stylus Congregationis eſt, comparentibus creditoribus, qui
pro mandatorum executione inſtent, deputandi commiſſarium
in bona Baronis, eorumque adminiſtrationem aſſumendi, atque
edicta affigendi certum terminum præſcribentia, quo elapſo
413 (prævia æſtimatione, vel ſine, pro ejus arbitrio pro facti qua-
litate regulando) bona publicæ ſubhaſtæ exponendi, ac delibe-
randi meliori oblatori, bancariam cedulam exhibenti, ut pre-
tium, in quod transeunt ipſorum bonorum vincula à bonis om-
ninò abſciſſa, creditoribus, juxta eorum anterioritatis, ac po-
tioritatis ordinem, liberentur, cum cautione tamen idonea de
414 reſtituendo anterioribus & potioribus, vel contribuendo cum
æqualibus, ac omne ipſius Congregationis mandatum.

Ubi verò cautio præſtari non poteſt ejus loco ſuccedit inveſti-
mentum in loca Montium, idem vinculum in corpore habentia,
415 quæ loco quantitatis, eſſe videntur, tam ad effectus credito-
ribus proficuos, fructuum, ac intermedii augmenti ut ad eorum
reſtitutionem non teneantur, quam ad effectum damnoſum,
intermediæ diminutionis, quæ ſibi cedit, niſi aliter cautum ſit.

Ipſis tamen creditoribus licitantibus, ad effectum retinendi
416 pretium in cauſam proprii crediti, arbitrarium eſt, oblationem
abſque cedula vel depoſito admittere, re tamen ante deliberatio-
nem, Papæ communicata, eoque approbante.

Et quamvis Congregatio de creditis, eorumque ſubſiſtentia
non cognoſcat, ſed ad præſcriptum Bullæ, ſolas partes executo- 417
ris expleat mandatorum quæ ab ordinariis Judicibus relaxata
ſunt; Attamen, vel ex Apoſtolicis decretis vel ex recepto ſtylo
de mandatorum relaxatorum ac debitorum ſubſiſtentia, nec non
de anterioritate, & potioritate creditorum cognoſcit, mandando
etiam reſtitui pecunias liberatas, aliaque geſta retractando,
adeout formalis Tribunalis partes quodammodo gerere vi-
deatur.

Quatenus verò caſus præbeat, ut Baro poſſideat plura fidei-
commiſſa, vel primogenia quæ per ejus mortem ſcindantur, 418
diverſoſque habeant ſucceſſores, pro ejus verò debitis inde-
finitis, non autem in aliquius fideicommiſſi cauſam particula-
rem unius bona diſtracta, vel ſubjugata ſint, locum eſſe contri-
buto pro viribus, deciſum eſt.

Derogatio fideicommiſſorum, vel majoratuum, aliorumque
vinculorum, probabilius percutit illa fideicommiſſa, & vincu-
la, quæ adjecta ſunt per Baronis debitoris, ac alterius poſſeſſoris 419
communem ordinatorem, adeout in Barone, qui debita contraxit,
interet ea ratio, cui innixa eſt Bulla, quod nempe ipſe Baro, qui
debita contraxit, eſſet interim dominus, teſtatoris oneri
ſubjectus, quod Bulla tollit; Secus autem, fideicommiſſis,
aliiſque vinculis a tertio ordinatis, & cum quorum onere, in
poſſeſſorem, vel alterius fideicommiſſi ordinatorem bona obve-
nerunt.

Quamvis enim per hanc Bullam jus tertii tolli deciſum ſit,
intelligendum tamen venit, de illo jure, quod ab ipſo Barone 420
debitore, vel reſpectivè poſſeſſore proveniat, putà concluſoris,
vel alterius qui à poſſeſſore cauſam habeat, non autem tertii
omnino independentis.

Ad reddendum item tutos emptores in vim Bullæ à dicta 421
Congregatione ementes, eadem ſit quoque hypothecas qui-
bus ipſa bona aſſecta ſint, abſque transferri in pretium, quod in
omnibus locum rei ſuccedit, etiam quoad fideicommiſſi, vel in-
veſtituræ vinculum quatenus oluit debitis exhiberet.

Cumque in ſtylus Congregationis ut ſupra non ſolvendi pe- 422
cuniam ex bonorum diſtractione pretio reſultantem, niſi cum
cautione de reſtituendo anterioribus, ac potioribus, vel contri-
buendo cum æqualibus, Aut, ubi idonea cautio non habetur
cum inveſtimento in loca Montium, quæ loco dictæ cautionis 423
ita vinculata exiſtant, quod non habitet de pretio, ſeu valore
minuit.

Hinc vulgus, de hoc etiam ſtylo obloqui ſolet, quaſi quod
ità ſit lædere jus naturæ, vel gentium obligando creditorem, 424
ut loco integri crediti vix dimidiatum recipiat. Verum inepta
obloquutio eſt, quoniam qui ex hujus Bullæ indulgentia, ſui
crediti, alias non expedibilis, exactionem obtinet, injuſtè con-
queritur diminutum, vel qualificatum obtineat id, quod alias 425
nullatenus obtenturus eſſet. Ac etiam quia favor publicus com-
mercii, emptorum libertate, ac ſecuritate manans, huic in-
commodo prævalere debet, ut etiam ex juris communis inten-
tione, inter privatos praxis recepit.

Quia verò id cautos reddidit mutuantes, vel alià credentes, 426
ut ſibi conſulant de pacto retentionis ejus, quod iſtud vinculum
minuat, & quanti interſit libetam pecuniam reſtitui; Hinc diſ-
putari ſolet, an creditori hanc viam eligenti, atque Baronum
Congregationem adeunti (quam ſcit non aliter pecuniam ſol-
vere) parere debeat via quam elegit, adeout in dicta cautela 427
præjudicatum ſit ut in ſua ſede.

Ubi verò certa, & notoria ſit anterioritas, vel potioritas
creditoris, qui hujus Bullæ præſidio, ſeu extraordinario bene-
ficio non indigeat, quia utpote ex juris diſpoſitione (ipſa etiam
Bulla ſecluſa) jus vel actionem habeat ad bona ad quorum pre-
tium invitus concurrere non cogatur, tunc aſperum ac exor-
bitans videtur, ut ad hujuſmodi cautionem præſtandam, ſeu
vinculum patiendum cogi debeat, ſed ob contrariam praxim,
id non de facili exaudiri ſolet.

Quod verò ad Judicii ordinatoria, receptum eſt, Congre-
gationem ad telam judiciariam ſervandam obligatam non 428
eſſe, ſed ad ejuſdem Bullæ præſcriptum ſummariè, ac de
plano, manuque Regia procedere, adeout quandoque deciſum
ſit etiam ſine citatione procedere poſſe; Quod tamen circum-
ſpectè pro facti qualitate intelligendum eſt, ut in ſua ſede. Ubi
de aliis ad materiam, quam neceſſam, facile non eſt, ſub
compendio recenſere; cum in dies novæ oriri ſoleant quæſtiones
ſuper hujus Bullæ interpretatione vel praxi. *ut in eodem diſc.*
compendioſo [illegible] ſub hoc tit. de feud. ubi enunciantur ſinguli diſcur- 429
ſus ſuper ſingulis ſupra enunciatis quæſtionibus editis.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google